













Antonio Duarte 2400

Alto





BLASII  
MICHALORII

I. C. VRBINATIS.

*TRACTATVS TRES*

In duos Tomos distincti.

I.

DE FRATRIBVS.

II.

DE POSITIONIBVS,

*ET*

DE COECO, SVRDO, ET MVTO.

BLASII

MICHAELIS

ICVRBINATIS

TRACTATUS

In duos Tomos distinctus

DE FRATRIBVS

II

DE POSITIONIBVS

ET

DE COECO, SVRDO, ET MUTO

BLASII

MICHALORII

I. C. VRBINATIS.

Ac Rotæ Collegialis Urbini Iudicis Ordinarij,

TRACTATVS

DE

FRATRIBVS.

IN TRES PARTES DIVISVS.

IN QVARVM PRIMA TRACTATVR DE FRATRIBVS

Viuente patre; In Secunda de Fratribus post mortem patris simul habitantibus; In Tertia, & vltima ponuntur varia de Fratribus Miscellanea.

CAPITVLORVM, AC RERVM  
*memorabilium duplici Indice annexo.*

Additis in fine, in hac noua impressione, sexaginta Sacræ Romanæ Rotæ Decisionibus; ad materiâ faciendis, nuperrimè recollectis.



GENEVAE,

Ex Typographia Stephani Miege.

Sumptibus Samuelis Chouët.

M. DC. LXV.

# MICHAEL

J. C. ...  
...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...




AD SERENISSIMAM D.  
VICTORIAM  
MAGNAM HETRVRRIÆ  
DVCEM.

BLASIVS MICHALORIVS  
*J. C. Urbinas.*



Hoc opus à me conflatum fuit, SERENISSIMA DOMINA, dum Urbini ditioni FELTRIA QUERCUS dominabatur, suisque Aureis ramis nos obumbrabat, atque fouebat, sperans me illius auspiciis, & patrocinio hoc ipsum opus typis mandaturum, in lucemque daturum. Sed heu rerum humanarum instabilem statum, heu nostrarum rerum flebilem conditionem, antequam opus imprimeretur, Quercus ipsa defloruit, defecitque, & speratum patrocinium evanuit. Verum enimvero, dum ipsummet opus in mea bibliotheca quasi tumultatum continebatur, in mentem venit Serenitas tua, dictæ Quercus Florentissimum germen, statuique opus extumulare, in lucemque edere sub tuis auspiciis, ac patrocinio confidens, quæ tua est benignitas, hoc meum consilium te æqui, bonique facturam, & propter maiorum tuorum memoriam me illis olim subditum non minus amplexuram, quam tibi nunc soleas amplecti subditos. Accipe igitur sereno vultu, SERENISSIMA DOMINA, opus istud, tuaque auctoritate, & fulgore tuere, atque illustra.



# INDEX CAPITVLORVM PRIMÆ PARTIS.

	Ræfatio.	pag.1	23 An quasi castrenſia veniant conferenda: vbi litteræ, & earum profeſſores commendantur.	45
1	De Peculio caſtrenſi.	2	24 De nonnullis aliis caſibus in quibus limitatur regula donationem validam à principio conferri debere.	46
2	De peculio quaſi caſtrenſi.	3	25 An pater teneatur mittere filium ad ſtudium.	47
3	De Peculio aduentitio.	5	26 Expensæ factæ pro filio in ſtudio an veniant conferendæ.	50
4	De Peculio profectitio.	11	27 De libris à patre pro filiis emptis.	53
5	An acquiſita per filios viuentem patre veniant poſt eius mortem cum aliis fratribus communicanda.	12	28 De expenſis factis in nuptiis, & earum occaſione.	55
6	An bona filiis familias eorum industria acquiſita ſint aduentitia vel profectitia.	14	29 De his, quæ donata ſunt ſponſæ à conſanguineis viri, & de datis in augmentum dotis.	58
7	An relicta, vel donata filiis familias intelligantur donata contemplatione patris, vel filiorum.	15	30 De eo, quod pater ſoluit pro redemptione, vel condemnatione filij.	60
8	Vtrum illud, quod lucratur filius familias de dote vxoris ex ſtatuti diſpoſitione ſit profectitium, vel aduentitium.	17	31 Expensæ an ſint conferendæ, vel imputendæ.	61
9	An filius familias poſſit de ſuis bonis teſtari.	8	32 De nonnullis aliis quæſtionibus circa collationem, & imputationem.	63
10	An filius familias poſſit de ſuis peculiis inter viuos diſponere.	20	33 De legitima ſummaria traditio.	65
11	De donationibus factis à patre vni ex filiis, an, & quando valeant.	23	34 An ea, quæ capiuntur à filio extra patrimonium patris, veniant in eius legitimam imputanda, vbi de acquiſitis ex ſubſtitutionibus, & iure accreſcendi: & ex his ad nonnulla alia inferitur.	71
12	De Collatione.	27	35 An data cauſa conditionis implendæ debeant in legitimam imputari.	73
13	De variis legibus editis ſuper collatione.	28	36 An quæ veniunt ex teſtamento, & ſubſtantia patris, veniant in legitimam imputanda.	74
14	An inter ſuccedentes diuerſo iure locum habeat collatio.	29	37 An, quæ capiuntur à filiis inter viuos, veniant in legitimam imputanda.	77
15	Inter quas perſonas locum habeat collatio.	30	38 Vtrum bona Feudalia, & Emphyteotica ſint in legitimam imputanda.	80
16	Quæ requirantur ad hoc, vt collatio locum habeat.	32	39 Dos data nepti ab auo, an debeat imputari in legitimam nepti debitam ex bonis patris; Et quid in dote data à patruo; Et an veniat imputanda in legitimam filio debitam ex bonis dotantis.	84
17	An ſimplex donatio facta filio veniat conferenda.	33	40 Dos data filix, an veniat imputanda in legitimam nepotum.	87
18	An donatio facta filio emancipato veniat conferenda.	35		
19	An donationes factæ filiis à matre conferantur.	36		
20	Donationes à parentibus factæ filiis ob cauſam an veniant conferendæ. Vbi de patrimonio, quod pater conſtituit filio ſacros ordines ſuſcipienti: & de donationibus factis intuitu matrimonij.	37		
21	An dos veniat conferenda, & quomodo.	40		
22	An donata filiis ob militiam veniant conferenda; vbi militiæ, & militum laudes.	42		



# INDEX CAPITVLORVM SECVNDÆ PARTIS.

- 1 **D**E societatis in genere, & quibus modis contrahantur. pag.92
- 2 An societates tacite contrahi possint. 94
- 3 An sit aliqua differentia inter expressas, & tacitas societates. 96
- 4 De societate conuictus, seu mensæ, & quænam ex ipsa veniant comunicanda. pag.96.
- 5 An fratres socij mensæ possint repetere, quod plus impensum est ratione maioris familiæ alterius fratris. 97
- 6 De simplici bonorum societate, & quæ requirantur ad hoc, vt contracta cenferi debeat. 98.
- 7 Quænam inter fratres ex simplici bonorum societate debeant esse communia. 99
- 8 De emptionibus factis à fratribus sociis, an sint communes, vel iudicio societatis comunicandæ. 100
- 9 An emptio proprio nomine facta à fratribus sociis, de propriis pecuniis, vel communibus facta præsumatur. 103
- 10 An Clerici, qui cum fratribus bonorum societatem contraxere, teneantur communicare redditus beneficiorum ecclesiasticorum. 105
- 11 Quæ inter simplices bonorum socios debeant esse communia, nonnullis exemplis tur. 108
- 12 Si frater viuente patre in studio stare cæperit, an post mortem patris possit profèqui studium expensis communibus. 110
- 13 De requisitis necessariis ad inducendam omnium bonorum societatem. 111
- 14 De coniecturis indicantibus, omnium bonorum societatem fuisse contractam. 113
- 15 Societas omnium bonorum an possit intelligi contracta cum minore. 116
- 16 Inter fratres non negotiantes, vel altero tantum negotiante, an possit intelligi tacite contracta societas omnium bonorum. 120.
- 17 Nonnulli alij recensentur casus in quibus non potest dici contracta societas omnium bonorum. 121
- 18 De nonnullis coniecturis indicantibus, omnium bonorum societatem non fuisse contractam. 123
- 19 A quibus, & quomodo probandæ sint tacite societates. 124
- 20 De differentiis inter simplicem, & omnium bonorum societatem. 125
- 21 Quænam debeant esse communia inter omnium bonorum socios. 125
- 22 De hereditatibus, legatis, & donationibus factis vni ex sociis omnium bonorum. 126
- 23 Dotes, quas ex pacto, vel ex forma statuti lucratur socius omnium bonorum, an debeant comunicari. 127
- 24 Feudum, ac Emphyteusis, an efficiantur communia inter omnium bonorum socios. 128
- 25 An immunitates, & priuilegia fratri socio omnium bonorum concessa, competant etiam aliis fratribus. 130
- 26 Nonnulla alia recensentur exempla, ex quibus apparet inter omnium bonorum socios, omnia communia esse debere. 131
- 27 Malè acquisita, an veniant comunicanda inter omnium bonorum socios. 132
- 28 Filia vnus ex sociis omnium bonorum, an debeat de communi dotari. 133
- 29 De expensis factis ab vno ex sociis omnium bonorum in retinendo filium in studio, ac in emptione librorum. 136
- 30 Expensas inter omnium bonorum socios debere esse communes, aliis exemplis declaratur. 138
- 31 Exemplis nonnullis demonstratur, damna prouenientia absque culpa socij communia esse debere inter omnium bonorum socios, secus si vnus tantum culpa præcedat. 140
- 32 Vota facta ab vno ex sociis omnium bonorum.

rum, an debeant de communi adimpleri & quid de elemosinis, & aliis operibus piis. pag.141	40 Quomodo morte finiatur societas. 154
33 De are alieno à sociis omnium bonorum contracto. 142	41 An societates possint renouari. 157
34 De donationibus factis à sociis omnium bo- norum. 143	42 Ex quibus societas intelligatur continuata, seu renouata. 159
35 De societate operarum, quæ inter rusticos simul commorantes esse solet; de expen- sis factis pro filiis vnus; & de acquisitis ab ipsis filiis. 144	43 An, & in quibus casibus testator possit pro- hibere diuisionem, & mandare, vt hære- des stent in aliqua societate, vel commu- nitione. 161
36 Quomodo voluntate dissoluantur societa- tes. 149	44 De coniecturis indicantibus, societatem non fuisse renouatam. 163
37 Pactum de non recedendo à societate an valeat, & quid si fuerit iuramento valla- tum. 150	45 In quibus terminis intelligatur renouata so- cietas. 164
38 Quomodo ex rebus censeantur solutz so- cietates. 152	46 Quam diligentiam socius in re communi adhibere debeat, & de quam culpa so- cio teneatur. 166
39 Quomodo actione finiatur societas. 153	47 Socius qui tenetur ad custodiam, an, & quando de casu fortuito teneatur. 168
	48 An vnus ex sociis contrahendo alium obli- get. 170

## INDEX







# INDEX CAPITVLORVM TERTIÆ PARTIS.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1 <b>D</b>E fratrum concordia, amore, &amp; odio. pag. 173</p> <p>2 An frater fratrem instituere teneatur, &amp; quid si instituta fuerit infamis, vel turpis persona; &amp; quæ in proposito dicatur persona infamis, vel turpis: &amp; si fratres fuerint instituti, an ipsis à fratre dari possit tutor, vel curator. 177</p> <p>3 Fœminæ exclusæ per statutum stantibus masculis, quam dotem prætere possint. 182</p> <p>4 Dos à parentibus filiabus relicta, vel à fratribus præstanda, an statim peti possit. 185</p> <p>5 Legatum mulieri relicto pro ipsa maritanda an peti possit, si nupserit absque dote. An filia, cui pater legauit mille, &amp; postea ab eodem nuptui tradita fuit pro quingentis possit petere supplementum; &amp; an pater teneatur præcisè ad dotandum filias; &amp; quid si fuerint diuites, emancipatæ, vel ipso infæcio nubant. 189</p> <p>6 Si testator suæ filiz, si matrimonium contraxerit decem millia, si verò religionem ingressa fuerit, mille reliquerit, an si monasterium ingrediatur possit petere decem millia. Et an legatum relicto cum nupserit, debeatur; si religionem ingressa fuerit. 193</p> <p>7 An sorores exclusæ per existentiam masculorum, intelligantur etiam exclusæ à bonis existentibus extra territorium statuentium. 196</p> <p>8 An statuta excludentia fœminas ob masculos, comprehendant etiam clericos. 200</p> <p>9 Frater vterinus an excludat sororem vterinam, stante statuto, vt stantibus masculis fœminæ non succedant. 201</p> <p>10 Fœminæ semel exclusæ per existentiam masculorum an ipsæ, vel descendentes ab eis possint amplius ad illam hæreditatem redintegrari. 203</p> | <p>11 Statuta excludentia fœminas ob masculos, an, &amp; in quibus casibus valeant. 210</p> <p>12 De renunciationibus factis à filiabus de bonis paternis, ac maternis, &amp; de pactis super hæreditate viuentis. 221</p> <p>13 De filiis primi, &amp; secundi matrimonij, &amp; de pœnis transeuntium ad secunda vota. 231</p> <p>14 De fratribus consanguineis, &amp; vterinis, ac eorum successionibus. 247</p> <p>15 An, &amp; in quibus casibus filij parentes representare dicantur. 251</p> <p>16 Fratrum appellatione qui veniant, nonnullis exemplis declaratur. 254</p> <p>17 De nonnullis casibus, in quibus filij parentibus non succedunt. 256</p> <p>18 Vtrum ante legem scriptam fuerit habita differentia legitimorum, &amp; illegitimorum. 258</p> <p>19 De filiis naturalibus tantum. 260</p> <p>20 De legitimis tantum. 263</p> <p>21 De spuris. 265</p> <p>22 Appellatione filiorum an contineantur naturales tantum. 267</p> <p>23 De legitimatione per subsequens matrimonium. 271</p> <p>24 De legitimatis per subsequens matrimonium. 275</p> <p>25 De legitimatione per rescriptum Principis. 280.</p> <p>26 De legitimatis per rescriptum Principis. 285</p> <p>27 Quis dicatur primogenitus. 289</p> <p>28 Quibus modis inducatur ius primogenituræ. 291</p> <p>29 An ius primogenituræ semper ad primogenitos transeat. 293</p> <p>30 Fœminæ an comprehendantur in iure primogenituræ. 295</p> <p>31 Aniuri primogenituræ possit renunciari 296</p> <p>32 An frater fratrem alimentare teneatur. 297</p> <p>33 An frater sororem dotare teneatur. 300</p> <p>34 Frater dotando sororem an intelligatur donare, &amp; quid in patre dotante nepotem. 302</p> |
|---|--|

35 De fratribus habentibus prædium commune.	304	48 Clerici an succedant in feudis vna cum aliis fratribus. Et quid in militibus Hierosolymitanis.	339
36 De fratribus habentibus domum communem.	305	49 Frater quorum vnus sit Clericus, alter Laicus, an sint conueniendi coram Iudice Laico, vel Ecclesiastico.	344
37 De fratribus habentibus castrum commune.	308	50 An frater ad testificandum contra fratrem cogi possit.	346
38 Frater minor an possit prouocare ad diuisionem maiorem, & quomodo inter ipsos fratres debeat fieri diuisio.	309	51 An frater in criminalibus sit idoneus testis pro fratre.	349
39 An facta diuisione inter fratres vnus alteri teneatur de euictione.	311	52 An frater in ciuilibus sit idoneus testis pro fratre.	350
40 An fratres teneantur obseruare diuisiones factas à parentibus in eorum testamentis.	313	53 An frater possit ad instantiam fratris incarcerari, & conueniri vltra quam facere possit.	351
41 An fratres diuidendo intelligantur renunciare fideicommissio.	316	54 An frater fratrem accusare possit.	352
42 An frater sufferens alium fratrem totam hæreditatem possidere, ceseatur repudiare, & an fratres diuisisse præsumantur.	323	55 An inter fratres cohæredes detur actio expilatæ hæreditatis.	353
43 An frater sciens, & tacens fratrem rem vendere, sibi præiudicet.	325	56 De fratre occidente fratrem, & an ipse, vel eius filij fratri occiso succedant.	355
44 An frater teneatur reddere rationem administrationis, & an aliquid pro salario consequi possit.	330	57 De Incestu cum sorore, & eius pœnis.	359
45 An frater pro fratre stipulari possit.	331	58 Fraternitas quomodo probetur.	362
46 An frater succedat fratri in feudo.	332	59 Si vnus ex fratribus ponat operas in aliqua societate, alter verò capitale, an ponens operas teneatur in aliquo ponenti capitale, si fortuito casu fuerit amissum, vel deterioratum.	364
47 De successione fratrum, sororum eorumque descendendum in bonis Emphyteo-			

F I N I S.



TRACTATUS  
DE  
MICHIAELI  
CORBINATI  
P. S. P. M. I.

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several columns and appears to be a Latin treatise.]





# TRACTATUS DE FRATRIBVS.

AUTHORE

BLASIO MICHALORIO  
I. C. VRBINATE.

PARS PRIMA.

In qua agitur de Fratribus viuente Patre.

SUMMARIVM.

- 1 De fratribus qui scripserint.
- 2 Fratrum materia frequens.
- 3 Ab Authore, quo tempore sua aetate fuerit praesens tractatus inchoatus, & perfectus.
- 4 Modus, quo utitur Autor in hoc tractatu.
- 5 Operis dimissio.

PREFATIO.

**M**ATERIAM de fratribus, deque eorum opibus, & facultatibus, tam viuente patre, quam eo vita functo, aggressus sum; sed an feliciter eam sim percurusurus, non satis compertum habeo. Res profecto esset immensi operis, & quae totam hominis aetatem, vel saltem multorum annorum cursum exquireret, ut singula adamussim dici, & explicari possent: praecipue cum in ipsa ea pertractentur, quae etiam acutissimas doctissimorum mentes, & consummatissima praestantissimorum virorum ingenia, etiam non flectere, defatigare, & anxie efficere possent.

- 1 Bartolus, Baldus, Petrus de Vbaldis, & Franciscus Porcellinus, multa attigerunt, quae ad hanc materiam spectant. Sed Bart. qui in illo pusillo tractatu de duobus Fratribus quatuor sibi proposuit quaestiones examinandas, antequam ad aliquem perfectum exitum deduceret, e vita decessit: unde tres tantum primas examinavit: & non ea ingenij subtilitate, & copia, qua solitus fuit uti in reliquis operibus, quibus supremam manum adhibuit: & Bald. solum Bartoli tractatum in ea parte supplere voluit; licet alia etiam per Bartolum tractata epiloga-

uerit: Petrus autem de Vbaldis tractatum inscripsit de duobus Fratribus, & aliis locis, sed eius mens, propositumque primatum proprie fuit, de societate agere, & sic de fratribus, quatenus ipsi honorum communione societatem contraxerint: Franciscus pariter Porcellinus quatuor principales proposuit quaestiones, spectantes magis ad societatem in communi, quam ad fratres, eorumque bona: Et tamen fratrum materiam frequentissimam esse nemo ambigere potest: cum nullum sit forum, in quo de bonis fratrum inter ipsos fratres non sint assidue lites, & controversiae, adeo ut, si eiusmodi fratrum discordiae, & contentiones tollerentur, fora quodammodo conticescerent, ac frigerent ab iudiciis; cum hodie rata sit fratrum gratia, ut dicam infra in tertia parte cap. 1. ubi multa de fratrum concordia, amore, & odio.

- 2 Sed aetas mea nimis profecto videbitur iuuenilis, & ad hanc materiam conscribendam parum consona, quippe cum statim suscepta laurea, annum agens vigesimum tertium, hunc tractatum componere ceperim, & vix vigesimum septimum attingerem, ubi ipsum compleui; licet per quadraginta annos, & ultra ipsum apud me retinuerim: forensibus enim, & domesticis occupationibus postea oppressus, ac aestuantis in me fortunae ictibus vndique percussus, formam ipsi semel datam mutare nec potui, nec curavi; additis solummodo interdum nonnullorum modernorum allegationibus, ac variorum tribunalium decisionibus; unde aliquid aetati erit indulgendum.
- 3 Modus proponendi, ac decidendi, quo ego usus sum, varius, & multiplex est, non enim omnia eodem ordine, & methodo referenda esse censui, unde interdum conclusionibus, cum ampliationibus, declarationibus, ac limitationibus usus sum: aliquando dispo-

tando veritatem perquirere volui: sæpè magistraliter procedendum esse duxi; non raro concordantia opinionis varias, ac diuersas opiniones concordavi: & quandoque varios casus considerando, rem apertam reddere curavi, prout proposita dubitatio magis requirere mihi visa fuit.

Illorum usus non sum secutus, qui innumeram ponunt auctoritatem suppellestem, ac infinitum numerum cuiuscumque generis interpretum citant, in re etiam clara; & quam nec adversarij inficiarentur; præcipuè cum studuerim eorum adducere auctoritates; apud quos plures alij inueniri poterunt; Tempus pariter perdendum esse, non duxi, in referendis, seu potius transcribendis aliorum scriptis; ne meis lucubrationibus illud incommodum accidat, quod multis euenire video, vt sublatis allegationibus, aliorumque dictis, carta nuda, veluti cornicula furtiuus nudata coloribus, remaneant.

Totum opus à me diuisum est in tres partes primarias: In prima enim de his disputavi, quæ fratres aliqua occasione acquirunt, dum sub imperio paterno sunt. In secunda differui de fratribus, qui viuunt in societate post mortem patris. Verum, quia multa sunt, quæ nec communionem, nec paternam potestatem respiciunt, tertiam partem contexui, in qua multa, & plurima de fratribus reposui miscellanea.

Restat, vt addam, me nihil voluisse neque dicere, neque sensisse, neque cogitasse, quod summam, atque integram non saperet Christianam Religionem, pietatem, & charitatem: sciens illud Psalmistæ esse verissimum: *Initium sapientia est timor Domini.* Et illud Salomonis: *In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.*

Sed iam ad propositam materiam accedamus, ipsam sapientiam à Domino postulantem, qui iuxta D. Iacobum dat omnibus affluenter; & sine quo omne agens frustra agit. *Can. cum Paulus 1. quasi. 1.*

### SVMMARIUM.

- 1 Peculium castrense quid sit.
- 2 Veritas magis attendenda, quam verba.
- 3 Peculium castrense dicitur etiam illud, quod datur ob militiam.
- 4 Acquisita in seruitio Regis inter peculia castrensia connumerantur.
- 5 Acquisitum ex peculio castrensi, castrense dicitur.
- 6 Ministri exercitus milites dicuntur.
- 7 In bonis castrensibus pater nullum ius habet.
- 8 Filiifamilias de bonis castrensibus quam inter viuos, quam in ultimis voluntatibus ad libitum disponere possunt.
- 9 Castrensia bona non confiscantur.
- 10 Data filio, quando dicantur data occasione militia.
- 11 Frater in bonis castrensibus alterius fratris nullum ius habet.

## De peculio Castrensi.

### CAP. I.

CVm fratres viuente etiam patre aliqua propria habere possint, quæ cum aliis fratribus non veniunt communicanda: primo de peculio erit videndum, inter quæ cum præcipuum sit peculium castrense, ante omnia de peculio castrensi videamus.

Quid autem sit peculium castrense ponit Pomponius Iuliusconsultus in *l. castrense. ff. de castrens. pecul.* in hæc verba, *Castrense peculium est, quod à parentibus, vel cognatis in militia de genti donatum est, vel quod ipse filius*

*familias in militia adquisiuit, quod, nisi militaret, acquisitum non fuisset: nam quod erat etiam sine militia acquisitum, id peculium eius castrense non est.* Ex qua lege clarissime colligitur, illud solum esse peculium castrense, quod occasione militiae acquiratur: ac ideo non sufficit, vt aliquid filio familias detur sub nomine peculij castrensis, nisi verè occasione militiae datum fuerit, vt

probat *text. in l. si forte. ff. eod.* † Veritas enim, vt ibi dicitur, potius attendi debet, & sic an donatio fuerit facta occasione militiae, quam fictio, & verba de peculio castrensi loquentia. Et vt sit castrense adeo debet dari ob militiam, vt si detur filio familias à castris iam reuerso, peculium castrense non dicitur *l. pater militis filio. ff. eod.* Bart. *de duob. fratr. nu. 9.* † secus verò si nulla alia de causa detur, quam ob militiam, tunc enim verè dicitur castrense, vt si filio familias fuerit factum legatum ad sibi parandas res militares, omnia enim ex illo legato acquisita essent comprehensa in castrensi peculio *l. si mulier. ff. eod.* prout peculium castrense appellatur omne id, quod filius familias, patre consentiente, ad castra tulit *l. miles præcipua. ff. eod.* stipendia vero, & omnia alia, quæ filius familias in Bello adquisiuit sub peculio castrensi contineri, non est dubium *d. l. castrense.* Imo omnes donationes, omnia legata, hæreditates omnes factæ, & relictæ occasione militiae, castrensia bona dicuntur: vt si instituat in persona sibi in bello nota, vel propter egregia facinora ab ipso bello peracta *l. si forte d. l. Castrense. l. D. Adrianus. ff. de castrens. pecul. l. 1. & l. 4. C. eod. l. 12.* id tamen non procedit, si alias fuisset relicturus *d. l. si forte, & d. l. castrense.*

Eiusdem generis sunt quæ in seruitio, & Palatio Regis acquiruntur, vt voluit Molin. *de iust. & iur. l. 1. disp. 230. vers. item castrensia per text. in l. 1. Cod. de Castrens. omn. Palat. peculio l. 12.*

Acquisita pariter ex peculio castrensi inter castrensia connumerantur *l. 1. C. de Castrens. pecul. l. 12.* & id regulate est in omnibus peculii, vt nempe acquisita ab ipsis eiusdem sint naturæ *l. pater militis, §. si seruus, ff. de castrens. pecul.* cum distinctione tamen, de qua in fine cap. sequentis.

Non omittam ad propositum, inter milites omnes ministros exercitus connumerari, vt tabelliones, & alij militiae deseruientes *l. vit. §. de castrens. pecul. l. 12.* in quorum numero eos esse constat, quæ præ sunt Nauibus, vel triremibus ad pugnam destinatis *l. unica, §. item. ff. de poss. ex testamento mil.* & qui alicuius Castri, vel Arcis curam gerunt, vna cum omnibus ibidem ad custodiam existentibus, vt per Molin. *in d. disp. 230.*

In prædictis autem bonis, patrem nullum ius habere, iura disponunt *l. & nota. ff. de castrens. pecul.* Vnde filius familias bonorum castrensiu actionem, & persecutionem habet, innitro etiam patre *d. l. miles præcipua:* ac propterea à commilitone institutus potest adire, & gerere se pro hærede absque alio patris consensu, *l. miles filius familias. ff. eod.* Et hinc etiam fit, vt si filius, vel pater familias tradat se in adoptionem, vel in arrogationem bonorum castrensiu, eandem administrationem retineat, quam ante adoptionem, vel arrogationem habebat, vt in *d. l. miles præcipua.*

Postunt igitur filii familias de bonis castrensibus, tam inter viuos, quam in vltima voluntate disponere, dummodo tamè sint puberes, cum in hoc genere peculij nihil inuolutum fuerit à iure nouo *l. cum oportet, C. de bon. g. lib.* excepto tamen casu confiscationis, † cum bona castrensia ob delictum filii familias confiscari non possint, ob quandam patriæ potestatis prerogatiuam *l. 3. C. de bon. dam.* & tradunt plures, quos

citat Clar. in §. fin. q. 78. vers. quare etiam; Peregrin. de iure fisc. l. 5. n. 130. Farin. q. 24. n. 11. qui asserit ab hac opinione non esse recedendum, præterquam tamen in crimine læsæ maiestatis, vt per ipsum n. 14.

- 10 Verum quia quandoque dubitari solet, an donatum filiofamilias intelligatur datum occasione militiæ, facillè hæc distinctionibus casus omnes definiiri solent. Si constat illud fuisse datum ita occasione militiæ, vt alias datum non fuisset, & peculium castrense dicitur d. l. castrense. Si verò simus in dubio; & tunc, aut dantur res militiæ conuenientes, vt equi arma, & similia, & occasione militiæ data præsumuntur l. si mulier, ff. de castrens. pecul. Aut dantur res indifferentes, vt pecuniæ; & tunc alia subsequitur distinctio, nam si dantur à commilitone, vel ab alio in castris, & militia noto, omnia castrensa dicuntur d. l. si forte, & d. l. si miles filiusfamilias, ff. eo. si autem donatio ab alia proueniat persona, appellatione bonorum castrensi-um non continentur, vt in d. l. si forte, & docet Bart. de duob. frat. nu. 10.
- 11 Quemadmodum igitur pater nullum ius habet in bonis prædictis d. l. & nota ff. de cast. pecul. ita fratres post mortem patris in ipsis nullam ius prætere--re possunt d. l. cum oportet, ac propterea nec in commu-nione, nec in diuisione veniunt, de quo aliqua in cap. seqq.

## SVMMARIVM.

- 1 Peculium quasi castrense eadem solet habere privilegia, quæ castrense habet.
- 2 Peculium quasi castrense quid sit, & cur ita appellatur num. 3.
- 4 Peculium quasi castrense, quæ persona habere dicantur.
- 5 Aduocatorum luerum an sit peculium quasi castrense.
- 6 Clerici dicuntur habere peculium quasi castrense.
- 7 Procuratores an dicantur habere peculium quasi ca-  
strense.
- 8 Notarij an habeant peculium quasi castrense.
- 9 Peculia quasi castrensa non debent cum alijs fratribus communicari.
- 10 Obligatio non oritur inter patrem, & filium. Fallit in bo-  
nis castrensis, vel quasi, num. 11.
- 12 Filius familias testari non potest, nec etiam cum consen-  
su patris, fallit tamen in peculio castrensi, vel quasi nu.  
13. & 14.
- 15 Filiusfamilias non potest esse in iudicio sine consensu pa-  
tris: fallit tamen respectu peculij castrensis, vel quasi  
num. 16.
- 17 Filiusfamilias potest de bonis castrensis, vel quasi, ad  
libitum disponere.
- 18 Fructus bonorum castrensiu, vel quasi, inter castrensa  
connumerantur.

## De peculio quasi castrensi.

### CAP. II.

- 1 **A**liud est peculium, & superiori simile, quod quasi castrense appellatur, eisdem privilegijs deco-  
ratum, de quo fit mentio in leg. cum oportet, C. de bon. q. lib. Et dicitur quod omne id, quod ex aliqua acqui-  
ritur scientia Bart. in l. fin. C. de silentiar. lib. 12. quod ap-  
pellatur quasi castrense ad similitudinem castrensis; cum Doctores, & Aduocati non minus militent pro Republica, quam illi gladijs, & clipeis vtantur leg. Aduocati, C. de Aduoc. diu. iud. ac ideo quicquid Aduocato-  
ne acquirat filiusfamilias, eius proprium, & quasi castrense dicitur peculium, vt per Bald. in d. l.

- 4 cum oportet nu. 16. & in l. fin. num. 2. C. de inoffic. testam. vbi quærens quoniam illi sint, qui peculium castrense habere dicantur, nominat cauatarum Patronos, No-  
tarios, Medicos, Lectores in publicis studijs, Magi-  
stros, & omnes alios, qui publica recipiunt salaria, oc-  
casione dignitatis, Beneficij, vel Magisterij; subjun-  
gens, non iustificere, salarium esse publicum, nisi etiam  
ex publico officio proueniat, de quibus in sequenti-  
bus. Verum quia quod Bald. dicit alij sequuntur, pub-  
lica nempe debere esse salaria, occasionem dedit du-  
bitandi, an illud quod hodie à clientibus Aduocati  
5 recipiunt inter peculium quasi castrense possit con-  
numerari: Speculator enim in tit. de allote, vers. sic item  
cum agit, tenet, quod si salarium de publico non sit  
constitutum, peculium quasi castrense non sit. Bald.  
tamen in d. l. cum oportet, & in l. fin. C. de inoffic. testa-  
mento, & clarissus in l. fori, C. de aduoc. diuers. iud. id re-  
probat, cum loco publicorum salariorum, quæ hodie  
Aduocatis constitui non solent, succedant salaria pri-  
uatorum, quæ fuit opinio Glozæ in §. primo instit. per  
quas person. nob. acq. vbi Fab. Port. Aret. & alij, & se-  
quuntur scribentes in d. l. fori, vna cum alijs, quos ci-  
tat Carp. loco mox citando num. 255. & vetiorem esse  
6 opinionem Gratian. disceptat. forens. cap. 56. num. 34.  
vbi plures allegantur. Ad quod confertur, quod clerici  
non percipiunt fructus beneficiorum ex publico, &  
tamen dicuntur habere peculium quasi castrense l.  
Sacrosancta C. de episc. & cler. ac ideo si pater clerici  
eos inuito filio percipiat, ad restitutionem tenetur  
Abb. in cap. quia nos de testib. & tradit Afflic. decis. 241.  
7 Quærit etiam Bald. in d. l. fori, quod dicendum sit  
de salario procuratorum, & respondet inter quasi ca-  
strensa non connumerari, sed potius inter aduenti-  
tia, cum officium procuratorum secundum ipsum, sit  
officium viliissimum, & non publicum, sed priuatum  
Inst. de empt. in fin. idem asserit in d. l. cum oportet sub n.  
16. quem sequitur Carp. super stat. Mediol. part. 2. c.  
483. nu. 251. nisi tamen ex publico salaria percipiant,  
vt per ipsum nu. 252. Quod tamen in procuratoribus  
nostri temporis causis patrocinantibus haud intelli-  
gere possum; quod officium in Vibe præcipue, & in  
primarijs Ciuitatibus Doctores exercent: Et si Do-  
ctores non sint, tamen certum est, & litteras scire o-  
portere, & iudicalem praxim addicere ipsis necessa-  
rium esse, quæ non nisi maximo studio, diligentia, li-  
brorum etiam reuolutione, ac assiduo tribunalium  
vlu acquiri non possunt: ac propterea non video, cur  
eorum laborum fructus inter castrensa connumerari  
non debeant: præcipue cum non omnes passim ad  
procurandum admittantur; sed à Publico approbari  
solent, secundum varios Regionum mores. Plura ad  
favorem procuratorum Tit. q. de nobilit. c. 20. nu. 4. &  
seqq. & quod acquisita per ipsos inter quasi castrensa  
connumerentur Gratian. disceptat. forens. d. c. 56. nu. 39.  
licet non à publico, sed à priuatis salaria receperint;  
per ea quæ diximus superius de Aduocatis; quod  
etiam ad Medicos extendunt; licet à publico non es-  
sent stipendiati; eorum enim mercedes loco publici  
stipendij succedunt, Gl. in d. l. fori C. de aduoc. diuers.  
iudic. Bertaz. claus. 18. glos. 1. nu. 2. Gratian. in d. c. 56. nu.  
36. qui idem asserit de magistro Grammaticæ ibid. sub  
nu. 35. in fin.
- 8 De salario Notariorum pariter quærit Bald. & esse  
peculium quasi castrense concludit, cum Notario-  
rum officium publicum esse dicatur Capel. Tholos. q.  
10. Alexand. conf. 2. vers. sic modo sic patroni l. 6. Bertaz.  
loco proximi citato, Gratian. in d. c. 56. num. 37.
- 9 Quorum omnia acquisita, tam si à publicis, quam

privatis salariis proveniant, ut quasi castrensis post mortem patris cum aliis fratribus non veniant communicanda; cum propria dicantur tam respectu proprietatis, quam usufructus: non est enim in hoc ius vetus, de quo in *l. et in C. de Castrens. pecul. aliquo modo innovatum d. l. cum oportet, C. de bon. qua. lib. Corn. conf. 3. 4. nu. 9. & conf. 228. lib. 4.* Ac ideo licet regulariter † inter patrem, & filium oriri non possit, neque naturalis, neque civilis obligatio, *l. frater à fratre, §. 1. quasitum*, ubi scribentes *ff. de cond. indeb.* † fallit tamen respectu bonorum castrensiū, & quasi castrensiū; cum in illis filiusfamilias censeri debeat paterfamilias *l. 2. ff. ad Maced.*

12 Hinc etiam fit, quod licet regulariter filiusfamilias non possit testari, nec etiam cum licentia patris, *l. qui in potestate, ff. de testam. Insti. quibus non est permissum facere testamentum*, in princ. cum consensus patris testamentum filij non validet, *l. testamentum, C. de test. c. licet de sepult. in 6. Clar. l. 4. recept. sent. §. testamentum, g. 18. Viu. l. 1. commun. opin. opinione 121.* † tamen in castrensi peculio, vel quasi id locum non habet, cum de ipsis ad libitum testari valeat, *l. fin. C. de inoff. testamento.* Est tamen † differentia circa modum testandi inter hæc duo peculia, cum de castrensi iure militari testari possit, de quasi verò castrensi, testamentum condi debeat secundum constitutum à iure modum, ut habetur *in d. l. fin. & tradit Corn. conf. 87. lib. 3. Alexan. conf. 2. lib. 6. Afflic. decis. 183. nu. 4.*

15 Hinc pariter evenit, ut licet filiusfamilias non possit esse in iudicio sine patris consensu, *l. fin. §. 1. C. de an. except. cap. fin. de iud. in 6.* & tradunt scribentes *in l. 1. C. qui admittit, Marant. de iudic. in 6. part. princ. in tit. de exceptionibus n. 2. Afflic. decis. 180. Viu. lib. 1. commun. opin. opin. 112. Io. Bapt. à Vill. in suæ com. opin. in verbo, filiofamilias, nu. 130.* ubi hanc opinionem ampliat, & limitat, ut per ipsum: † tamen occasione prædictorum peculiōrum in iudicio stare potest absque patris consensu, *Patil. conf. 157. nu. 20. par. 4. Io. Baptista à Vill. loco supra citato, Alcan. Clement. de patria potestate effect. 4. nu. 17.* in ipsis enim censetur paterfamilias, ut supra dictū fuit *lib. 2. ff. ad Maced.* scribentes, & præcipue *Ial. in l. servum filij, nu. 4. ff. de leg. 1. l. proponebatur, l. hereditatem, & l. fin. §. pater, ff. de Castrens. pecul. & illa retinere potest iure peculij, leg. 2. & l. pater, qui castrense, ubi glos. magistralis, ff. de Castrens. pecul.* Et ob eandem patriam potestatem, si filiusfamilias disponat in ultima voluntate de similibus peculij, nō potest patrem vel præterire, vel exheredare, *Glos. in leg. ult. in C. de inoff. testamento, & in l. Papinianus, §. Papinianus, C. cod. Bart. in Auth. ex causa, C. de hb. prater.* & est communis opinio, et si aliqui contradicant: & rationes possunt videri apud *Molin. de inst. & iur. lib. 1. disp. 131.*

18 Similia autem bona in confiscatione non venire, dixi supra in *cap. precedenti, num. 10.* & dicam infra in *cap. 4. sub num. 7.*

bonorum; an & ipsi inter Castrensis, vel quasi Castrensis connumerari debeant? Et si ex illis merè, & immediatè proveniant inter castrensis, vel quasi debent connumerari: Si verò ex ipsis proveniant opera mediante, & tunc medietas dicitur peculium castrense, vel quasi, alia verò medietas peculium adventitium. *Bart. de duobus fratr. num. 13.* in negotiationibus enim medietas solet tribui pecuniz, alia verò medietas operibus, de quo infra in *cap. 4. & 6.*

## SVM MARIVM.

- 1 Peculium adventitium quid sit.
- 2 Diverſitas inter ius antiquum, & novum circa proprietatem bonorum adventitiorum.
- 3 Filiusfamilias dicitur habere heredem in bonis adventitiis.
- 4 Obligatio civilis oriri potest inter patrem, & filium respectu bonorum adventitiorum.
- 5 Pater habet usufructum in bonis adventitiis, etiam mobilibus, num. 18. etiam si filij nondum sint nati, sed nascituri, num. 20.
- 6 Usufructus bonorum adventitiorum patri invito acquiritur; quod tamen declaratur, num. 7.
- 8 Pater potest usufructum bonorum adventitiorum etiam tacite venuntiare.
- 9 Patria potestas durat etiam respectu filia conjugata.
- 10 Patria potestas potest per statutum, vel consuetudinem tolli, & an hoc casu pater amittat usufructum bonorum adventitiorum, num. 11.
- 12 Cessante causa cessat effectus.
- 13 Pater non amittit usufructum bonorum adventitiorum filij, licet ipse filius liberetur à patria potestate, quod tamen procedit in quasitum, non autem in quærendum; & quid in emancipato, num. 14.
- 15 Pater habet usufructum bonorum adventitiorum etiam mortuo filio.
- 16 Bona adventitia ob usufructum patris an veniant publicanda.
- 17 Bona adventitia non possunt à filio alienari ob usufructum patris.
- 19 Pater transendo ad secunda vota non amittit usufructum bonorum adventitiorum.
- 21 Pater non tenetur ea observare, quæ alij usufructuarij observare tenentur.
- 22 Pater non habet usufructum in dote filiorum; quod declaratur nu. 23.
- 24 Pater negans filijs alimenta amittit omnes effectus patriæ potestatis.
- 25 Patri non acquiritur usufructus in relictis filijs cum hac conditione; ut ipsi non acquiratur usufructus, declaratur nu. 26.
- 27 Pater secundam aliquos non habet usufructum illorum bonorum, in quibus succedit una cum filio.
- 28 Pater non habet usufructum in illis duabus tertijs partibus, quæ reservantur filijs, factis à patre repudio.
- 29 Pater non habet usufructum donatis filio à Principe.
- 30 In Gallia parentes non habent usufructum bonorum adventitiorum.
- 31 Pater effectus Monachus amittit usufructum bonorum adventitiorum.
- 32 Pater in bonis feudaliibus nullum habet usufructum.
- 33 Filius non tenetur dare usufructum patri hereditatis quam eo invito admisit.
- 34 Pater non habet usufructum bonorum ex usura à filio acquiritorum; & plures alij similes considerantur casus, nu. 35. 36. 37. 38. 39. & 40.
- 41 Pater bona adventitia alienare non potest, quod variis modis limitatur nu. 46. 47. & seqq.



# De Fratribus. Pars Prima. Cap. III.

- 42 Filius potest recuperare bona aduentitia alienata a patre, & an id facere possit ipso vivente, nu. 43 & 49.
- 44 Non valenti agere non currit prescriptio.
- 45 Pater est legitimus administrator bonorum aduentitiorum filij.
- 46 Pater potest alienare ususfructum bonorum aduentitiorum filij, & nu. 50. Et quomodo filius succurratur, si pater sua substantia male vii incipiat, sub d. nu. 46.
- 51 Ususfructus bonorum aduentitiorum an possit confiscari.
- 52 Pater si bonorum aduentitiorum non habeat ususfructum, habet saltem quandam commoditatem: & an illa commoditas impediat, quominus filij alienare possint, & nu. 53. & 56.
- 54 Filius potest de bonis aduentitiis disponere, si pater ipso- rum careat ususfructu.
- 55 Dicitio taxativa includit omnes casus prater exclusos.
- 57 Filius familias in bonis aduentitiis habet proprietatem, & pater ususfructum, nisi aliter filius acquirendo stipulatus fuerit.
- 58 Pater tenetur reddere rationem de proprietate bonorum aduentitiorum.
- 59 Filius familias de bonis aduentitiis an possit ludendo disponere, & nu. 65. & 69.
- 60 Filius familias ludendo naturaliter obligantur, & nu. 61.
- 61 Ludens cum filio familias, vel pupillo an teneatur ad restitutionem, & nu. 62. 66. & 67.
- 64 Filius familias licet in bonis aduentitiis habeat proprietatem, non habet tamen ipsius proprietatis administrationem.
- 65 Ad hoc ut quis bona alienare possit non solum requiritur, ut habeat proprietatem, & ususfructum, sed etiam ipsius proprietatis, & ususfructus administrationem.
- 68 Ludens cum eo, qui non habet liberam administrationem, tenetur ad restitutionem.
- 70 Ad hoc, ut quis non teneatur ad restitutionem non sufficit, quod precefferit naturalis obligatio, sed requiritur iustus titulus.
- 71 Lex impediens administrationem minoribus, & filijs familias, impedit effectum obligationis naturalis.
- 72 An ex contractu nullo transferatur dominium.
- 73 Contrahens cum persona inhabili, etiam non requisitus, tenetur ad restitutionem.
- 74 Obligatio simplex obligat in conscientia.
- 75 Obligatio naturalis, licet non pareat actionem, impedit tamen soluti repetitionem.
- 76 Filius familias effectus sui iuris, vel minor effectus maior, an teneatur solvere, quod amisit in ludo.
- 77 Minor, & filius familias an teneantur restituere, quod acquisierunt in ludo.
- 78 Ludo licito quanam quantitas ludi possit: & quid de consuetudine, nu. 79. quid in clerico, nu. 80.
- 81 Ludere an liceat diebus festiuis.
- 82 Pro acquisitis in ludo prohibito alio non datur.
- 83 Promissio facta occasione ludi an firmetur iuramento.

## De peculio aduentitio.

### CAP. III.

- 1 **T**ertium peculij genus aduentitium appellatur, & dicitur omne id, quod filius non consequitur ex bonis paternis, nec patris occasione, sed aliunde acquirit, ut ex propriis laboribus, à matre, vel à genere materno, l. cum oportet, C. de bon. g. lib. Et iura antiqua, de hoc peculio loquentia hodie sunt correcta: † proprietates enim, quæ olim patri acquirebatur, hodie remanent filiorum, & pater solummodo consequitur ususfructum d. l. cum oportet, vbi scribentes §. primo

*Inst. per quas person. nob. acquir. de quo Paris. cons. 129. num. 4. par. 1. Corn. cons. 27. num. 9. cons. 130. num. 2. & cons. 179. nu. 1. vol. 1. Rol. cons. 95. nu. 55. lib. 1. Boer. quest. 61. num. 1. Viu. lib. 1. commun. opin. opin. 138. Pintel. in prin. par. 1. 1. C. de bon. mat. num. 9. Ac † propterea filius familias in bonis aduentitiis dicitur habere heredem §. 1. in Auth. de hered. ab intestato venient. Auth. in successione, C. de suis, & legit. Guid. Pap. quest. 145. num. 2. & rursus quest. 146. Vnde si filius familias decederet relicto ex se filio, & patre superstitite, filius præferri deberet, ut dixit Guid. Pap. quest. 147. per tex. in §. primo, colum. 9. Auth. de hered. ab intest. venient. & d. Auth. ex successione, C. de suis, & legit. prima enim successione causa est descendentium, secunda ascendentium, tertia collateralium.*

4 Et eadem causa respectu huius peculij potest oriri civilis obligatio inter patrem, & filium, prout de peculio castrensi, & quasi, diximus supra Rip. in l. si constante, ff. solut. matrim. scribentes in prin. Inst. de obligat. vbi Nicaus. plures considerat casus; & hanc esse communem opinionem dixit Pintel. loc. cit. n. 17. licet ipse contradicat. † Ususfructus vero ita patri acquiritur, ut per Suarez in suo Thesaur. recept. sent. in verbo pater sub nu. 31. † ut etiam ipso inuito ei acquiratur Aret. in §. item nobis, Inst. per quas person. nob. acq. Dec. in l. 1. in tertio notabili, C. qui admis. † ipso inuito, hoc est, ipso iure, licet non consentiat, non autem ipso inuito, ita ut non possit prædicto usufructui renunciare, cum † pater absque dubio usufructui, quem habet in bonis aduentitiis filiorum, renunciare possit, ut scribentes declarant in d. l. prima, & docet Cagnol. in l. inuiso nu. 13. ff. de regul. iur. Imo, & hoc tacite facere posset, ut videbimus infra de donat. inter patr. & filium, & docet Gratian. discept. Forens. lib. 3. c. 519. nu. 1. & seq.

9 Secundo ampliatur etiã si filius, vel filia conjugata sit, cū adhuc daret patria potestas, & effectus acquirendi patri, lib. 1. & 2. C. de bon. g. lib. 1. si vxor C. de condit. inseri. Boer. decis. 195. quantum tamen ab ea, quæ patriam potestatem respiciunt, ut per Bald. in d. l. 1. nu. 1. secus autem quo ad obsequia, quæ vxor marito præstare debet: hacque distinctione concordari diuersas opiniones dixit Ascan. Clem. de patr. potest. ca. 5. sub nu. 76. Testatur tamen Boer. loc. cit. in Gallia † consuetudinem adesse, ut per matrimonium tollatur patria potestas, quam etiam per statutum, & consuetudinem posse tolli dixit Barr. in leg. si maritus, §. legis Julia. ff. de adult. & sequuntur alij, quos loco citato citat Boer. Quo statuto, vel consuetudine stante, quæritur potest cum Boer. an mortuo marito, filia in patriam reuertatur potestatem: sed cum semel fuerit extincta, dicendum est amplius non reuiuiscere, ut per ipsum, ac Doctores, quos allegat. Secundo magis ad propositum quærit Boer. † an pater stante dicta consuetudine, vel statuto, amittat usufructum bonorum aduentitiorum, & ipsum amittere tenet, si filia nupserit cum consensu patris, secus si ipso inscio, vel inuito: quam tamen distinctionem veram non puto; si enim acquisitio, quam pater facit de usufructu bonorum aduentitiorum, prouenit ab ipsa patria potestate, & ipsius dicitur effectus, tam vno, quam altero casu erit dicto usufructu priuatus: Verum ego potius cum illis essem, qui generaliter volunt, patrem, licet amittat patriam potestatem; usufructum tamen non amittere, quæ opinio probatur per textum in Auth. sed Episcopalis, C. de Episcop. & cler. vbi habetur, quod licet filius per Episcopalem dignitatem exeat de patria potestate, usufructum tamē bonorum aduentitiorum pater non amittit: Nec dicatur, † cessante causa

- cessat effectus, regula enim nõ procedit, quotiescun- que effectus nondum est in esse productus, §. *qui au- tem*, ibi ne quidam si manumissus, *Inst. de cap. diminit.* Bart. in l. 2. §. *si ff. de donat.* & hanc partem tenuit Bald. in *leg. quicquid C. de bon. mat.* Paris. *conf.* 175. n. 10. part. 4. & de communi testatur Eman. Suar. in *suo thesau. re- cept. sentent. vers. pater*, sub. nu. 31. & hæc erit tertia ampliatio, duobus tamen declaranda modis. Et primo
- 13 vt procedat in bonis acquisitis durante patria pote- state, secus in acquisitis ipsa soluta, vt in *d. auct. sed E- piscopalis*; cum enim non adsit amplius patria pote- stas, nec respectu bonorum post ipsam acquisitionem, possit considerari aliquis effectus iam in esse dedu- ctus, sequitur illa bona libera acipientis esse debe- re. ¶ Et si secus sit in filiis emancipatis, qui licet ac- quirant bona post emancipationem, ipsorum tamen vsusfructus pro medietate spectat ad patrem, sic Im- peratore disponente in l. *si viuo patre*, C. de bon. mat. quem text. singularem, & perpetuo notandum dicit Roman. *sing.* 545. de quo etiam Corn. *conf.* 42. nu. 7. lib. 3. *Oldr. conf.* 14.
- 15 Quarto ampliatur, vt pater habeat vsusfructum bonorum aduentitiorum eius vita durate: licet mor- tuus sit filius per text. in lib. 1. C. de bon. mat. vbi Pinel. de *communi*, nu. 39. idem probat text. in l. *fin. ff. ad Senat. Conf. Tert.* vbi scribentes notant, quod intelligi debet non solum de morte naturali, sed etiam ciuili, vt si filius Religionem ingrediatur. Boer. *decis.* 172. nu. 33. cum *segg.* nisi tamen bona restitutioni subiacerent. Molin. de *just. & iur. disput.* 231. part. 1.
- 16 Quinto ampliatur, etiam si filius delictum commi- serit: ob quod eius bona venient confiscanda; aduen- titia enim ob vsusfructum patris confiscati non pos- sent, l. *si filius C. de bon. dam. facit text. in l. filius autem*, C. de bon. q. lib. & docet optimè Bart. in *leg. si finita. §. si de velligalib. ff. de damn. infect. in 6. quest.* cum quo Do- ctiores communiter concordare dixit Peregr. de *iur. fisc.* lib. 5. num. 128. Ruin. *conf.* 117. nu. 7. & 8. lib. 1. Gab. *conf.* 123. num. 9. Cach. *decis.* 94. Capel. Tholos. *decis.* 120. Clar. in §. *si in q. 78. vers. sed quid in aduentitiis*. Me- noch. de *recup. possess. remed.* 9. nu. 65. Honded. *conf.* 95. nu. 35. vbi de communi alios citat Farinac. q. 24. nu. 5. vbi dicit nõ esse ab hac opinione recedendum, quam probauit Gom. var. *resolut. tom. 2. de consuet. in tit. de seruis. nu. 31.* quæ tamen procedere videntur respectu vsusfructus: sed quid de proprietate? Paris. *conf.* 157. num. 32. part. 4. distinguit, aut pater habet vsusfru- ctum tantum, & non administrationem, & poterit proprietatem confiscari, secus si vltra vsusfructum etiã administrationem habeat. Et in istis terminis dicit procedere dicta Doctorum allegatorum à nu. 1. vsque ad 10. quando autem pater dicatur habere admini- strationem, & quando non, declarat nu. 15. & fuit opi- nio Bart. in *dist. §. si de velligalibus*, in quam etiam in- clinare videtur Peregr. *loc. supra citato.* Alij tamen ab- solutè volunt, vtroque casu prohibitam esse confisca- tionem, vt per Ruin. *conf.* 24. lib. 5. Abb. *conf.* 66. part. 2. Clar. in *sua praxi. §. fin. q. 78. vers. sed quid in aduentitiis.* Quæ opinio verior perfectò ceteri debet, nam ratio, ob quam peculia filiorum confiscati non possunt, nulla alia est, quam quædam prærogatiua concessa patrie potestati, vt videmus in bonis castrensibus, & quasi castrensibus, quæ non confiscantur, licet ipso- rum pater, nec vsusfructum, nec administrationem habeat, vt supra dictum fuit: vnde merito Farinac. in *d. q. 24. sub num. 6. vers. quibus non obstantibus*, dicit ab hac opinione in iudicando non esse recedendum, & sic aduentitia bona non posse confiscari, etiam si ip- sorum, nec vsusfructum, nec administrationem pater habeat, contra supradictam Parisij distinctionem. Pre- terquam tamen in crimine læsæ Maiestatis, quo casu proprietatem confiscatur, reseruato patri vsusfructu, vt per Olasc. *decis.* 94. Farin. in *d. quest.* 24. num. 9.
- 17 Sexto ampliatur, vt ob vsusfructum patris filius non possit bona aduentitia nec alienare, nec hypo- thecare, nec aliter obligare, l. 3. vbi glo. C. de patr. potest. Afflict. *decis.* 241. nu. 30. & probat text. in l. *finali. §. filius*, C. de bon. q. lib. & si alienentur, nulla est alienatio, tam respectu fructuum, quam proprietatis. Roc. *decis.* 596. *select.* per Farin. part. 2. per totam, & docet Gratian. *dis- cept. Forens. cap.* 781. num. 1. & 2. Nec volunt aliquid hoc casu operari iuramentum, cum filiis familias ob interesse patris sit interdicta administratio. Rol. *conf.* 89. num. 4. & *segg. lib. 4.* Crau. *conf.* 39. nu. 3. & *conf.* 84. num. 2. Curt. *lun. conf.* 352. nu. 6. & 7. Bol. cæteri q. scri- bentes in l. *ult. §. filius*, C. de bon. q. lib. Gratian. *loc. cit. n.* 3. & de ampliationibus, & limitationibus ad hanc conclusionem dicam infra in *cap. 10. num. 3. & segg.*
- 18 Septimo ampliatur, vt pater habeat vsusfructum etiam immobilium, per ea quæ habentur in *tit. de vsu- fruct. ear. rer. qua vsu consum. in ff. & in §. constituitur cum seq. Inst. de vsufr. in l. prima. C. de vsufr. & habitas. in l. 2. & 3. in l. generalis, §. uxori, ff. de vsufr. cum similibus, & tradit Paris. *conf.* 129. num. 6. in 1. parte.*
- 19 Octauo ampliatur, vt pater non amittat vsusfru- ctum, etiam si transeat ad secunda vota, l. *fin. C. de bon. mat.* vbi Salyc. notat: sed de hoc latius in tertia parte *cap. 13.* vbi videri poterit.
- 20 Nono ampliatur, vt non solum in bonis aduen- titiis filius pater habeat vsusfructum, sed etiam in bonis relictis filio nascituro, de quo videri poterit Boer. *decis.* 172. num. 3. & *segg.*
- 21 Decimo ampliatur, quod licet regulariter vsufructuarius teneatur præstare cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, necnon de restituendo rem, finito vsusfructu, l. *vsufructu constituto. ff. vsufr. quemadm. caue.* & id mediante fideiussione Guid. Pap. *quest.* 248. necnon inuentarium conficere, Bert. *conf.* 16. lib. 1. pater tamen hæc obseruare non tenetur, l. *si §. hæc proculdubio*, C. de bon. q. lib. Macant. *sing.* 349. alios citat Alcan. Clement. de *patr. potest. effect. 2. in fi. de quo etiam per Molin. in disputat. 232. in fine part. 1.* Nonnullas alias illationes ponit Pinel. in *prima parte, lib. 1. C. de bon. matern. num. 34. & segg.*
- 22 Modo sic ampliata conclusio venit etiam nonnul- lis modis limitanda, & primo in dote filiorum, in qua pater nõ acquirit vsusfructum, l. 2. §. *quid si in patrie, ff. solut. matrim. l. Pomponius Philadelphus, ff. fam. ercisc. & ideo in ff. inscribitur titulus, de collat. dot. & rationem omnes considerant, quia dos datur ad sustinenda onera matrimonij, l. 1. vbi scribentes omnes, ff. *solut. matr.* Paris. *conf.* 130. part. prima, varias allegat Alcan. Cle- ment. de *patr. potest. effect. 2. nu. 41.* & tradit Boer. *decis.* 195. num. 3. Ac propterea si pater percipiat fructus bonorum dotalium, ad onera matrimonij tenetur, & sic alere filios, ac familiam. Boer. in *dist. decis.* 195. num. 10. ¶ Casum tamen à prædicta limitatione exci- pere debemus: si nempe filiz fuerit factum legatum pro dote, non ea intentione, vt legatum filij acquiratur, sed vt illo legato mediante, pater non sit grauatus, tot bona ipsi in dotem dare, & sic vt illo legato etiam patri consulatur, ita in terminis Corn. *conf.* 39. num. 6. lib. 4. Secundo, hanc primam limitationem de- clarat Bart. in *l. contra. §. quoties, num. 2. ff. rev. amos. lo- cum sibi non vindicare lucro dotis, cum illud censetur aduentitium, & cesset ratio in dote considerata, nempe**

- nempè cenferi datam ad sustinendum onera matrimonij; sed de hoc latius in cap. 8.
- 24 Secundo limitatur conclusio supra ampliata, si pater filio denegaret alimenta; tunc enim pater amittit omnes effectus patris potestatis, l. pen. C. de patr. potest. l. prima, § sed scimus, C. de lat. lib. col. l. necare, ff. de lib. agnosc. Abb. in cap. fin. nu. 5. de conuers. infidel.
- 25 Tertio limitatur, si alio aliquid fuerit relictum, cum hoc quod pater de illo relicto usufructum habere non debeat. Auth. excipitur, C. de bon. q. lib. Testatores enim credentes quandoque erga filios se malè gerere parentes, & præcipuè eos, qui ad secunda tranfierant vota; nouerantur maximè instigationibus, ac falsis earum relationibus moti, bona, cum expressa prohibitione, ne usufructus, ac administratio parentibus acquiratur; relinquere solent. † Quæ limitatio sublimitatur secundum Bart. in d. opusculo de duob. fratr. in relictis à persona, quæ legitimam relinquere esset obligata; tunc enim saltem legitima non posset grauari hoc onere: licet gloss. in Auth. ut liceat matri, & auia, vers. participium, cõrarium sentiat: dicens, quod hinc non grauatur legitima, imò filij conditio redditur melior, cum ipius eadæ legitimæ administratio: in proposito tamen sic distinguit Bart. quod aut filius institutus est cum hac conditione, ut pater renunciet usufructui, & si renunciet valet institutio, & patri non acquiritur usufructus; si verò renunciare recuset, filius non est hæres. Si verò filius sit simpliciter institutus; sola apposita prohibitione, ne patri quæratur usufructus, & adhuc pater habebit usufructum legitimæ, cum nemo facere possit, quin leges in eius dispositionis locum habeant. Quæ tamen Bart. distinguo, tam in primo, quam in secundo capite damnatur à Bald. de duob. fratr. num. 8. nam quo ad primum, si testator non potuit simpliciter disponere cum illa declaratione, ne patri quæratur usufructus, ergo nec id facere poterit per modum conditionis, l. Seim, & Augerius, ff. ad L. Falcid. l. 2. verò casu, vel testamentum esset nullum ob illam protestationem, vel protestatio de medio esset tollenda; & sic purum remaneret testamentum: Vnde generaliter concludit ipse, illam declarationem etiam hoc casu valere: non obstat namque ratio à Bart. adducta, cum procedat in grauamine filio oneroso, secus si eius fauorem respiciat, ut in hoc casu; præterea non grauatur legitima, sed pater priuatur usufructu, cui nulla debetur legitima, quã priuari posse diximus, licet in dubio non præsumatur: priuationem tamen ex plurius argui posse, docet Surd. conf. 116. per totum, qui probat hanc prohibitionem non solum expressè, sed etiam tacitè fieri posse, ut per ipsum n. 22.
- 27 Quarto limitatur in his bonis, in quibus pater succedit vna cum filio: ut si decedat filius habens bona aduentitia, & ei pater, & frater succedant, quo casu volunt patrem nõ acquirere usufructum portionis, in qua alter filius succedit. Auth. item hereditas, C. de bon. q. li. Gloss. in §. igitur, Inst. per quas pers. nob. acq. in verbo usufructum, & Angel. ibi sub num. 5. dicit ita Bononiæ fuisse iudicatum, & sequitur Surd. in d. conf. 116. num. 40. quod tamen reprobare videtur Paris. in consil. 119. n. 7. & 8. par. 1. licet verè Paris. loquatur in casu in quo ab extraneo pater, & filius fuerint in simul instituti, tunc enim tenet ipse, patrem acquirere usufructum etiam portionis, in qua institutus fuit filius: At ego crederem, id eo magis dicendum esse in casu proposito: nam antequam decederet filius, iam pater habebat usufructum omnium bonorum aduentitiorum filij, & ipso decedente, pro medietate acquisiuit etiam proprietatem: sed nullibi reperitur cautum, patrem
- acquirendo proprietatem medietatis bonorum aduentitiorum filij amittere usufructum alterius medietatis, in qua alter filius successit; nec dicatur amittere usufructum, quia in illa medietate succedit alter filius; nam si succedit, succedit in proprietate tantum quam filius mortuus habebat, non autem in usufructu à lege reseruato patri in bonis aduentitiis filiorum, ut supra dictum fuit.
- 28 Quinto limitatur in repudiante sine causa, tunc enim duæ tertie partes reseruantur filiis in bonis maternis, ut in l. consensu, §. pen. C. de repud. in quibus pater amittit usufructum, auth. idem, ex C. de bon. q. lib.
- 29 Sexto limitatur, in donatis filio à Principe, l. cum multa, C. de bon. qua lib. Idque declarant procedere in omnibus Ducibus, Baronibus, Comitibus, ac aliis Principibus perpetuò inuestitis, qui dicuntur habere iura Imperij, & in eorum Dominis Imperatores dicuntur. Bell. conf. 59. nu. 8. Molin. de iust. tract. 2. disput. 8. vers. quintus.
- 30 Septimo limitatur apud Gallos; qui bonorum aduentitiorum ipsorum filiorum usufructum non habent.
- 31 Octauo limitatur; si pater efficiatur Monachus, amittit enim tunc usufructum. Salic. in Auth. ingressi, nu. 7. & 9. C. de Sacros. Ecles. Boer. decis. 197. nu. 10. Iacob. Nou. lib. 2. Suar. de regul. reg. 135.
- 32 Nono limitatur in bonis feudalibus, in quibus pater nullum habet usufructum Boer. decis. 199. nu. 2. & 3. Petrus Daen. in suis regalis, regul. 362. licet ipse in contrarium regulam constituat cum tribus tamen declarationibus: Quod extendi posset ad omnia alia bona, quæ filius ad hæredes transmittere non potest, ut per Surd. in d. conf. 116. num. 31. & seq.
- 33 Decimo limitatur, si pater uolit adire hæreditatem filio delatam, & filius eam adeat abique patre, Boer. decis. 196. num. 5. Molin. de iust. tract. 2. disput. 8. vers. 3. & approbat tex. in l. fin. §. 1. C. de bon. q. lib. Surd. consil. 116. num. 27.
- 34 Undecimo limitatur in acquisitis à filio per usuram, vel alium illicitum modum, ut docent Doctores in l. quod seruus, ff. de acq. poss. quod tamen declarat Bart. de duob. fratrib. n. 3. si filius ex se usuram exerceat, secus si de mandato patris, quia tunc pater tenetur ad restitutionem; vnde conueniens est, ut ad eius manus perueniant ea, ad quorum restitutionem tenetur. Non essent tamen post mortem patris cum aliis fratribus communicanda, vel conferenda, sed tanquam æs alienum deducenda. Vital. Nemauf. de coll. q. 9.
- 35 Duodecimo limitatur, si à patre fuerit filio remissus usufructus, d. l. cum oportet, §. fin. autem res, C. de bon. q. lib. Quando autem dicatur remissus usufructus, dicitur infra in c. 5. de quo etiam videri potest Molin. de iust. tract. 2. disput. 8. vers. secundus est.
- 36 Decimotertio limitatur in seruo filio hoc pacto donato, ut statim ipsum manumittat, l. vltima, C. de bon. q. lib.
- 37 Decimoquarto limitatur in patre contrahente incestuosas nuptias, §. 1. col. 2. Auth. de incert. nupt.
- 38 Decimoquinto limitatur si filius familias egrediatur patriam potestatem, tunc enim pater amittit usufructum bonorum aduentitiorum, loquor de bonis à filio acquisitis potest solutam patriam potestatem, respectu enim bonorum, quæ antea habebat, pater retinet usufructum, filio etiam mortuo, ut supra in quarta ampliatione, & quid de emancipato dixi supra num. 24.
- 39 Decimosexto limitatur, si filio familias relictus solummodo fuerit usufructus, cum enim usufructus

fit seruicis, seruitutis non datur seruitus, l. i. de usufruct. leg. Molin. de iust. tract. 2. disp. p. vers. 4.

40 Decimo septimo limitatur in bonis à filio acquisitis ob culpam patris, l. Imperator cum ibi notatis, ff. ad Trebell. vt si pater dissiparet bona subiecta fideicommissio, de quo Lup. in cap. per vestras, §. 17. nu. 17. de donat. inter virum, & uxorem: vel si pater ob aliquod delictum amitteret bona, quorum filio compereret recuperatio, seu retentio alicuius portionis, vel ratione legitimæ, vel alterius iuris, tunc enim pater non potest prætere vsumfructum ex illa portione per ipsum amissa, & recuperata à filio, vel à iure filio reueruata. Socin. conf. 124. num. 4. lib. 3. Surd. in d. conf. 116. n. 24. vna cum alijs per ipsum citatis.

41 Decimo octauo, & vltimo limitatur, vt licet pater habeat vsumfructum bonorum aduentitiorum, non possit tamen illa bona alienare, vt post alios docet Pinel. de bonis maternis in 3. part. num. 18. & 21.

42 Et facta alienatione, potest filius ea recuperare à tertio possessore: vt per Pinel. loc. cit. nu. 23. Rip. in l. generaliter, nu. 54. C. de secund. nupt. Io. Baptista Villab. in suis com. opin. in verb. filium suum. n. 98. Menoch. conf. 279. n. 33. & segg. lib. 3. prout nec etiam transigere potest in eius præiudicium, n. 35. Titacq. in l. si vngquam in prefat.

43 nu. 31. C. de reuoc. donat. † Et difficultas solum in hoc consistit, an alienata per patrem, filius, viuente patre recuperare possit. Bald. in l. fin. §. in computatione, n. 7. C. de iur. delib. vbi etiam Corn. n. 61. Iaf. conf. 8. n. 8. lib. 3. Paris. in c. 1. n. 24. de presumpt. Fab. in Auth. nouissima, num. 239. C. de inoff. testam. quos refert, & sequi vellet Pinel. in l. 1. in 3. part. nu. 74. C. de bonis mat. & in Auth. nisi triennale, num. 44. & 45. C. eod. tenent filium habere ius vendicandi, sed ipsum experiri non posse absque consensu patris, de necessitate tamen, patrem consentire debere, vt per Iaf. & Pinel. locis citatis. In contrarium tamen communis, & verior est sententia: filium non posse recuperare bona aduentitia, per patrem alienata, eo viuente, quam tenuit Bart. in l. cum non solum, §. necessitate, C. de bon. q. lib. vbi alij scribentes, & sequitur Bellon. consil. 4. n. 4. & segg. Cast. in l. si longius, §. si filius, ff. de iud. idque probant Doctores in d. Auth. nisi triennale, vt ipsemet Pinel. ibi fateatur nu. 44. Bartol. in l. si constante, nu. 63. ff. sol. matrim. vbi Croc. in 2. lectura, num. 18. Aret. consil. 72. in quarto quaesito. Socin. conf. 34. in 4. quaest. lib. 1. Verum non est, quod auctoritates queramus, cum de hoc iura ad sint expressa, & præcipue per text. in dict. Auth. nisi triennale; ita vt mirandum potius sit, de hoc dubitasse Doctores, vt dixit Pinel. in Auth. præd. Et sub d. n. 44. Verum de alijs ipse miratur; non de se ipso, qui idem asserit in d. l. 1. in 3. part. nu. 74. & in d. Auth. nisi triennale, n. 45. & plures dict. Auth. ac alijs iuribus infra allegandis nititur accommodare responsiones, omnes tamen contra communem aliorum intelligentiam, & receptas interpretum declarationes: de quo certe ego non miror, cum Pinel. nil magis præ oculis habuerit in dict. tractatu, quam alios notare, dicta aliorum reprobare, communes sententias damnare, & nouas inducere opiniones. Probat igitur hæc communis sententia, † filium non posse recuperare bona aduentitia viuente patre, in d. Auth. nisi triennale, vbi habetur, quod filio familias non potest obijci præscriptio ab emptore bonorum aduentitiorum, nisi à tempore, quo sui iuris esse cepit, vt enim dicitur in corpore vnde sumitur non valenti agere non curit præscriptio, ergo filius non potest agere ad recuperationem, nisi postquam sui iuris fuerit effectus, & sic mortuo patre; vt Bart. alique scribentes dict. text. declarant.

Clarius est text. in l. 1. §. fin. ff. de ann. except. cuius hæc sunt verba, Sancimus filijs familias in omnibus his casibus, in quibus habent res, minime patribus suis acquisitas, nullam temporalem exceptionem opponi, nisi ex quo mouere potuerint, id est, postquam manu paterna, vel eius, in cuius potestate erant constituti, fuerint liberati, quis enim incusare eos poterit, si hoc non fecerint, quod, & si maluerint, minime adimplere, lege obuiante, volebant. Ex quo text. clarè colligitur, filiis familias non currere præscriptionem, quia agere non possunt. Nec dicatur cum Pinel. hæc iura non loqui in bonis aduentitijs; generalissima enim sunt eorum verba, imo talia, vt non commodè alio casu adaptari valeant, quam in patre alienante bona aduentitia filiorum: præterquã quod d. Auth. nisi triennale loquitur de bonis maternis; de ipsiisque debet intelligi, cum situata sit sub hac rubrica.

45 Tertio confirmatur, quia pater est legitimus administrator non solum bonorum aduentitiorum, sed etiam actionum, vt per Bellon. in d. conf. 24. ergo filius non poterit actionem hanc experiri contra emptorem, cum ipsius exercitium sit apud patrem.

46 Quarto, & vltimo confirmatur hæc sententia ex his, quæ mox subiungam, patrem posse alienare vsumfructum, ergo filius nõ poterit, durante vsumfructu patris, alienationem impugnare: nec dicatur, imo communem opinionem esse, hanc patris alienationem non valere: nam si est communis, est etiam falsa, vt infra demonstrabo. Secundo respondetur, communem opinionem intelligi in ipso iure vsumfructus, secus in ipsa commoditate percipiendi fructus, quæ vendi, & alienari potest, vt infra dicitur: vnde filius non poterit illa bona recuperare, ob commoditatem percipiendi fructus, quam emptor habere debet.

Nec remedium concessum vxori, vt possit recuperare dotem; matito ad inopiam vergente competit filijs soluto matrimonio. Bart. in l. si constante, ff. sol. matrim. n. 62. sed ipsis alijs succurritur modis: Vt si pater sit debitor bonorum aduentitiorum in quantitate, & bona stabilia dissipet, filij possunt implorare officium iudicis, vt illa bona in tuto ponantur. Bart. in d. l. si constante, nu. 63. Bald. in l. 2. nu. 2. C. si quis in fraud. patr. de quo Cast. decis. 36. num. 4. qui plures ponit cautelas, quibus filiis succurritur, quando pater sua substantia malè vtitur; de quo etiam latè Merdin. de legitima, lib. 5. tit. 3. q. 4. qui loquitur etiam respectu aliorum bonorum.

47 Hæc tamen decima octaua limitatio plures recipit declarationes: Et primo si pater alienauerit bona aduentitia pro soluendo ære alieno illius, qui bona aduentitia filio reliquit, l. fin. §. fin. autem as alienum, C. de bon. q. lib. Afflict. decis. 393. num. 2. quod tamen esset probandum, nec assertio patris sufficeret, vt Pinel. dixit loc. cit. num. 23.

48 Secundo declaratur, vt pater possit distrahere ea, quæ perirent, & seruando seruari non possent, vel inutiliter seruarentur, leg. Aristo. ff. de iur. delib. de quo latè per Pinel. loc. cit. n. 26. vbi iustè etiam ad immobilia subiecta inundationi: vel alio euidenti periculo, vt per ipsum numeris sequentibus.

49 Tertio declaratur, vt non procedat, si alienatio filio sit vtilior, de quo tamen videndus esset Pinel. qui declarat, an hoc casu aliquæ requirantur solemnitates, vel iudicis decretum.

50 Quarto; vera non est limitatio respectu vsumfructus: regularè enim est in omni vsumfructuario, posse eius vsumfructum alienare, vt probat text. in l. arboribus, §. vsumfructus, ff. de usufruct. & in l. non vtitur, cum l. seg. ff. eod. Et licet multi contrarium sentiant, asserentes

rentes vsumfructum non posse alienari, sed solum commoditatem percipiendi fructus, vt per Paris. *conf. 71. part. 2.* & alios, quos Pinel. citat loco citato, num. 37. & 38. Hæc tamen mihi semper visa fuit potius verbalis, quam realis distinctio, nam alienari posse vsumfructum, vltra iura supra allegata, probat id, quod asserunt scribentes, ¶ vsumfructum posse confiscari, vt per Butt. in l. 3. §. sed vtrum, ff. de minor. in l. si postula-  
 51 uerit, §. iubet, vbi notatur, ff. de adult. & in l. si quis in fin. C. vnde vi. Angel. in l. eorum, ff. de dam. in fact., nec dicitur Bald. & Salyc. contrarium asserere in leg. 1. C. de bon. q. lib. nam id procedit, quando pater amittit patriam potestatem, tunc enim vsumfructus ad proprietarium rediit, secus si ipsam retineat, vt distinguit Bald. in l. corruptionem, num. 7. C. de vsumfruct. quam distinctionem probat Borgn. de vsumfruct. num. 235. & num. 238. & sequitur Peregr. de iur. fisc. part. 5. sub num. 129. qui damnat Nell. & Gig. qui tenuerunt partem vsumfructus confiscari; etiam si in totum solvatur patria potestas, exemplo emancipationis ad tex. in leg. cum oportet, C. de bon. q. lib. emancipatione enim non dicitur in totum soluta, & sublata patria potestas, vt per Peregr. quod nouissime relatis hinc inde argumentis, secutus fuit Farinac. *quæst. 24. num. 33.*

Cum igitur pater regulariter non possit alienare bona aduentitia, filius post eius mortem potest alienationem reuocare: an verò id procedat etiam si eius hæres possit impugnare factum defuncti; quod hic disputare esset extra nostram materiam.

Ex prædictis igitur apparet, multos esse casus, in quibus pater non habet vsumfructum bonorum aduentitiorum; vt per supracitatos Doctores, & tradunt scribentes in §. igitur, *Instit. per quas pers. nobis acquir.* vnde videndum restat, ¶ an saltem illis casibus habeat commoditatem quandam. Aret. in d. §. igitur tenet patrem habere semper commoditatem in bonis aduentitiis filiorum per tex. in l. plenam, §. quamquam, & in l. filio, ff. de vsumfruct. dicens, hanc singularem esse declarationem ad limitationes supra positas, quod sequitur Paris. *conf. 157. num. 5. & num. 42. part. 4.* ¶ qui tamen num. 17. existimat, hanc patris commoditatem non esse in causa, vt filio impediatur liberam de ipsis disponendi potestatem per tex. in §. 1. in Auth. vt liceat matrim. & in l. fin. §. filiis autem, C. de bon. q. lib. vbi dicitur, ¶ filiis prohibitam esse alienationem in illis duntaxat casibus, in quibus patri queritur vsumfructus arguendo ab illa dictione taxatiua, ¶ quæ includit omnes alios casus, præter exclusos, l. 3. §. cum Titia, ff. de adim. leg. & idem sequitur Roman. *conf. 112.* qui id ampliat etiam, si vsumfructus solum per aliquod momentum patri acquiratur, vt in d. l. fin. Eandem sententiam firmarum latè Alexand. & Zal. in l. pen. C. qui testamenta facere poss. commoditas enim consideratur solum dum filius peculium retinet, non autem vt sit tantæ efficaciz, vt impedire possit, quominus filij alienent, vt per Paris. in eit. *conf. 157. num. 42.*

56 Diximus supra, patrem in bonis aduentitiis habere solum vsumfructum, filium verò proprietatem ad tex. in l. cum oportet, C. de bon. q. lib. & in §. igitur, *Instit. per quas pers. nobis acquir.* poluimusq; casus, in quibus pater prædicto vsumfructu privatur. Videmus modo, an quandoque euenire possit; vt etiam proprietates sit penes patrem: ¶ idque succedere dicunt scribentes in l. quæcumque, ff. de verb. oblig. vbi Alex. de communi, si filius acquirendo stipuletur pro patre: & esse communem opinionem pariter testatur Viu. lib. 1. com. opin. opin. 130. & eam probat Alcan. *Clement. de patria potest. effect. 2. n. 42.* sed hac non præcedente stipu-

latione, semper proprietates dicitur esse filiorum; ac 58 ideo ¶ si pater eam dissiparet, ipso mortuo, filij possent agere contra eorum fratres pro quantitate consumpta. Bald. in l. filius unius sub num. 19. vers. quid dicemus, C. sum. ercise. Cum de proprietate bonorum aduentitiorum pater rationem reddere debeat, l. ius, §. pater. ff. de neg. gest. vbi scribentes Menoch. lib. 2. de arbit. casu 209. num. 3. & seqq. Cephal. *conf. 363. numer. 9. lib. 3.* Decian. *conf. 85. num. 23. lib. 2.* Pinel. in l. 1. part. 2. num. 27. & seqq. C. de bon. mat. & post alios docet Mangil. de impu. *quæst. 44. num. 13. & seqq.*

Et hæc summam dicta sint de hoc peculio aduentitio; nõnulla alia ponam in cap. 5. multis prætermissis, quæ ad materiam fratrum parum conuenire videntur.

Vnum tamen satis curiosum hic prætere mittere nolui: ¶ An nempe filius familias bona aduentitia, vel ipsorum partem ludere possit: dubium intelligo in casibus, in quibus pater habeat vsumfructum; si enim filius liberam ipsorum administrationem haberet; non esset dubium, ea ludendo, & quocumque alio modo distrahendo, posse obligare: secundo intelligo hanc questionem respectu præcipue restitutionis, ad quam teneri volunt eos, qui iudant cum his, qui non habent liberam bonorum administrationem. Moli. de iust. & iur. disputat. .... Tom. 2. tenet filium familias non posse aliquid ludere de bonis aduentitiis, cum propter vsumfructum patris ipsa alienare non valeat: ludentem tamen cum ipso non teneri ad restitutionem, nisi pater repetat: ¶ filium tamen familias in casu repetitionis teneri de euictione, cum naturaliter obligetur ludendo: quæ sententia est omnino conformis cum his, quæ ipse tradit *disputat. 224. vers. quamuis, Tom. 1.* vbi querens an pupillus ludere possit, dicit, pupillum doli incapax ludendo sine auctoritate tutoris obligari naturaliter, ac ideo ¶ cum, qui cum ipso lucratus fuit non teneri ad restitutionem: posse tamen pupillum, mediante restitutione in integrum, solutum repetere, idque & curatorem facere posse; Si verò pecunia amissa non fuerit soluta, hæc exceptione se tueri posse: Et hanc doctrinam liberare confessarios à maxima molestia iniungendi onus restitutionis illis, qui cum pupillis absque auctoritate curatorum ludendo lucrantur.

62 Hanc tamen opinionem esse vndeque tutam non existimo, præcipue cum repugnet traditionibus tantorum virorum, de quibus infra: ac ideo potius dicendum esse, ludentes cum pupillis, ac filiis familias ad restitutionem teneri; licet ludus fuerit licitus, de illicito enim nulla est dubitatio: & quinam ludi sint liciti, non est meum hic demonstrare, dicam solum in hoc consuetudini plurimum esse tribuendum.

63 Et primo videamus de filio familias, qui, etsi bona aduentitia habeat, non magis tamen de ipsis disporre potest, quam si nihil proprium haberet, ob patris vsumfructum, & administrationem, vt probat tex. in *Auglos. in l. 3. C. de pat. potest.* vbi dicitur, si filius tuus in potestate tua est, res acquisitas tibi alienare non potuit, subiungit *glos. idem de aduentitiis.* Nec dicatur, cur saltem non potest obligare proprietatem? Respondetur enim, patrem non solum habere vsumfructum, sed etiam administrationem. ¶ Vnde cum filius familias administratione careat, licet proprietatem habeat, non potest de bonis aduentitiis villo modo disponere, nec respectu vsumfructus, nec proprietatis;

64 administratio enim in alienationibus est necessaria, vt videmus in pupillo, ¶ qui licet proprietatem, & vsumfructum bonorum habeat, cum tamen careat administratione, de ipsis disporre non potest; & idem est

- in furiosis, ac mentecapris:stante igitur, quod habere bona aduercitia absque usufructu, & administratione non possit esse caula; vt filiusfamilias de ipsis disponere valeat, generaliter videamus, quid asserant Doctores de filiofamilias ludente. Bald. *in l. aduocationis* 66 num. 3. *C. de cond. ob caus. quærens*, ¶ an, & quando lusor teneatur ad restitutionem, inter alios casus ponit, si lusorit cum filiofamilias, & Bald. refert, & sequitur Abb. *in cap. quia de immun. eccles. nu. 35. vbi*, & ipse asserit, lusorem teneri ad restitutionem, si fuerit lucratus cum eo, qui non habet plenam administrationem pecunie, vt in filiofamilias, seruo, & Monacho. Imo, Bald. *loco citato* voluit, lusorem cum filiofamilias non solum nihil lucrari posse; ¶ sed etiam teneri actione furti; idem tenet Zaf. *in l. seruus in fin. ff. de cond. indeb.* quos sequitur Alciat. *de presumpt. reg. 3. presumpt. 29. num. 6.* si tamen lusor sciuerit esse filiumfamilias, vt in dubio præsumitur, & tradit Angel. Arim. *in add. ad Angel. de malefic. in glosa mentiore diuina dadi, vers. quæro qua sit pena ludentium sub nu. 22.* Si igitur ludens cum filiofamilias teneatur in actione furti, ad restitutionem tenebitur absque alia requisitione, vt fures tenentur. Alcan. *Clement. de patr. potest. effect. 20. num. 19.* qui subiungit, peccare eum, qui lucratur in ludo etiam licito cum eo, qui non potest donare. Tab. *restitutione sub nu. 18.* qui expressè dicit, ¶ eum teneri ad restitutionem, qui lucratur cum eo, qui non habet libertatē pecunie administrationem, & dat exemplum in seruo, filiofamilias, & Monacho. Et est ratio in promptu, cum enim tales personæ non possint alienare ea, quæ in ludo amittunt, lucrantis ipsorum dominium non acquirunt; & absque dominio, & iusto titulo non datur iusta retentio. Et idem dicendum est de pupillo, qui licet si doli capax, & dominus bonorum, cum tamen absque curatore ea alienare, & obligate non possit, dominium in alium transferre non valet.
- 69 Sed remanet difficultas circa obligationem naturalem consideratam à Molin. pupillum enim naturaliter obligari probat rex. *in l. cum illud. §. bares ff. quād. dies leg. cedat. l. si eius pupilli in prins. ff. ad Trebel. l. 1. §. ultimo. ff. de nouat.* Et idem est in filiofamilias doli capace *l. filium familias l. 2. ff. de action. & oblig. leg. fin. §. 1. ff. de verb. oblig.* Alcan. *Clement. de patr. potest. effect. 5.* præterquam tamen in mutuo *tot. tit. ff. ad Macedon. & in voto, de quo latè Alcan. Clement. loc. cit.*
- 70 Sed respondetur, ad hoc vt quis ad restitutionem non teneatur, non sufficere contrahentem posse obligari naturaliter, sed requiritur iustus titulus, vt dixit Innoc. *in d. cap. quia plerique, vers. ad hoc enim*: at quādo minores ludunt propria bona ad defectum auctoritatis curatorum, iniustus est titulus, ac ideo pro non titulo habetur, prout in filiofamilias ludente bona aduentitia, qui pariter iustum titulum dare non potest, ob usufructum, & administrationem, quam in ipsis habet pater. Vnde Innocen. *loco citato, vers. cul. sed quid dices*, quærens, an ille teneatur restituere etiam non requisitus, qui petita restitutione, restituere deberet, dicit, non teneri regulariter: sed si ex donatione, vel alienatione minoris sine auctoritate tutoris acquisierit, restituere obligatum esse. Et sic in terminis habemus doctrinam Innoc. acquirentem à minore, teneri ad restitutionem, etiam si non fuerit requisitus. Nec dicatur, si minores, & filijfamilias obligantur naturaliter; cur non dant iustum titulum, ac dominium transferunt? Respondetur enim, ¶ legem impediendo administrationem minoribus, ac filijsfamilias impedire etiam effectum obligationis naturalis, vt docet Abb. *in d. cap. quia plerique sub nu. 26. Vn-*

- de si quæretur an ex contractu nullo transferatur dominium, ¶ est distinctio, quod aut est nullus ex aliquo vitio, vel defectu extrinseco, & trāsferitur dominium, licet ob illum defectum rescindi possit contractus, & in his terminis loquitur Innoc. *in primo capite.* Aut contractus est nullus ex defectu personarum, vt si personæ sint inhabiles ad contrahendum, vt minores, & filijfamilias, & tunc nullum potest dici transferri dominium, ex communi canonistarum, & theologorum doctrina, de quo inter ipsos nunquam fuisse dubitatum, dixit Petr. de Arag. *de iustitia, & iur. in tit. de dominio, vers. hoc supposito*; ac propterea etiam ¶ non requisitus quis restituere tenetur: nam cum ex defectu personarum non fuerit translatum dominium, non obstante obligatione naturali considerata à Molina, nulla potest dari iusta retentio, licet aliqua non præcedat repetitio, vt per Petrum de Arag. *loc. cit.* idque comprobatur ex eo, quod ipsemet Molin. fateretur, minorem nempe posse repetere admissa in ludo, nec posse cogi ad soluendum non soluta; nam si oriretur obligatio naturalis cum effectu, hoc est, si iusta obligatio naturalis haberet effectum suum transferendi dominium, & iustum titulum tribuendi, sequeretur, ¶ quod pupillus in conscientia esset obligatus soluere amissum in ludo: nam simplex obligatio naturalis obligat in conscientia: vt per Abb. & scribentes omnes *in d. l. cap. quia plerique.* Secundo sequeretur, ¶ quod nec minus posset repetere, nam licet obligatio naturalis non pareat actionem, impedit tamen soluti repetitionem. Nec valet responsio Molin. id euenire, quia lex ob bonum publicum induxit restitutionem in integrum; nam id procederet solum in foro exteriori, non autem in conscientia; si obligatio naturalis suam haberet effectum.
- 76 Existimo tamen filiumfamilias effectum sui iuris teneri ad solutionem eius, quod in ludo licito amisit; nam certum est, filiumfamilias posse se obligare, quæ obligatio durat, quamdiu fuerit, vel per solutionem, vel aliter extincta. Nec dicatur, cur non tenetur igitur statim soluere; & cur cum ipso ludens tenetur statim restituere? Respondetur enim, filiumfamilias non teneri statim soluere, quia nihil proprii habet, de quo possit dominium transferre; ac ideo si haberet bona castrensia, vel quasi, vel bona aduentitia, quorum pater nec usufructum, nec administrationem haberent, teneretur statim soluere. Ludens verò cum ipso tenetur statim restituere, quia nullum acquisiuit dominium, nec iustum titulum, per ea, quæ supradicta fuere; & idem dicendum esset de minore ob eadem rationes.
- 77 Sed quid dicemus è contra, vtrum minor, vel filiusfamilias, qui propria bona non habet, vel solum aduentitia, teneatur restituere, quod in ludo à maiore acquisiuit? Multi dicunt teneri ad restitutionem, cum contractus non debeat claudicare: sed contrarium est asserendum, ex vtraque parte enim oritur obligatio naturalis; & in maiore etiam civilis, quæ duæ obligationes simul iunctæ obligant ad soluendum, & impediunt soluti repetitionem: quod non est in minore, vel filiofamilias ob defectum potestatis transferendi dominium, vt supra dictum fuit: nec hinc dici potest, contractum claudicare cum maiori sit imputandum, qui ludere voluit cum personis non habentibus potestatem transferendi dominium.
- 78 Sed hic curiosè quæri potest, quæ nam quantitas in ludis licitis ludere liceat; & nõ esse licitum ludere vltra vnum aureum text. est ad litteram *in l. aliorum, §. sed nemini, ff. de relig. & sumpt. fun.* Angel. *de Malef. in verbo,*

verbo, mentitore di mali dadi, sub num. 2. vers. sed etiam bene nota. ubi ampliat etiam in personis diuitibus Paris. de Put. de ludo, sub nu. 3. & seqq. necnon nu. 14 & 10. & maximum scribentium numerum citat Farin. in tit. de variis, & aduersis criminibus, quest. 109. nu. 130. quorum plures de veriori, & magis communi opinione testantur: quod intelligunt pro tota illa die, qua dno adiuicem ludunt, nullo interposito intervallo, quoniam pro toto illo tempore dicitur vnus ludus, & non plures, vt per Angel. loc. cit.

79 De consuetudine tamen dicunt licitum esse ludere etiam in maiori quantitate: vt per Doctores, quos citat Farinac. in d. quest. 109. nu. 134. dummodo quantitas non sit admodum magna, & excessiua. Paris. de Puteo in dist. tract. de ludo, nu. 4. & seqq. Troil. Malua. de sortibus, part. 2. num. 22. vers. per prædicta, Capra conf. 86. num. 12.

80 Quæ consuetudo in clericis vti corruptela non valet, Capra in d. conf. 86. num. 11. & seqq. ubi dicit, non valere consuetudinem ludendi, etiam in ludo permisso in magna quantitate respectu clericorum: & tradunt plures, quos citat Farinac. in d. quest. 109. nu. 47. ubi omnes id admittere asserit.

81 Prout non valet consuetudo prædicta ludendi diebus festiuis, vt post Paris. Caccialup. Troil. Malua. Capram, & alios dixit Farinac. in d. quest. 109. nu. 135.

82 At propterea pro pecunia in ludo prohibito acquisita non datur actio. Auth. alearum vsus, C. de relig. & sumpt. fin. Fachin. controu. iuris, lib. 11. nu. 52. Theaur. quest. Forens. 99. num. 1. lib. 5. Farin. d. quest. 109. nu. 175. cum etiam soluta repeti valeat, vt per suprascriptos

83 Doct. & Farinac. præcipuè d. num. 175. & seqq. † Nec promissione factæ occasione ludi valent, vt docent Doctores, quos pariter citat Farinac. loc. cit. num. 201. & seqq. imo nec minus firmatur iuramento, Paris. de Put. de Ludo, sub num. 16. Farinac. ibidem: quod tamen ex multis improbat Iulius Chrispoltus in suis consiliis militaribus, casu 50. vers. prædictæ tamen minime refragantibus; volens imò promissionem factam occasione ludi firmari iuramento, cum prohibitio ludi sit facta primo, & principaliter fauore privato, non publico, licet secundario resultat fauor publicus; quo casu iuramentum firmat actum nullum, vt per ipsum.

## S V M M A R I V M.

- 1 Peculium profectitium quid sit.
- 2 Acquisitum ex pecunia paterna, an sit profectitium, vel aduentitium.
- 3 Arbitrio iudicis relinquatur, quid tribuendum sit industria, & quid pecunia.
- 4 Profectitia bona an publicentur publicatis bonis filij, & quid si publicata fuerint bona patris, num. 5.
- 6 Pecunia an publicentur publicatis bonis paternis, vel filiorum.

## De peculio profectitio.

## CAP. IV.

1 **A**Lid est peculium, quod profectitium vocatur, & dicitur omne id quod filius acquirit, vel ex bonis paternis, vel patris contemplatione: & hodie, sicut etiam olim eam respectu vsufructus, quam proprietatis patri acquiritur, cum in ipso nihil sit inuouatum: l. cum oportet, C. de bon. q. lib. ubi scribentes de quo etiam in §. igitur. Inst. per quas pers. nobis acquir. Corn. conf. 130. lib. 2. conf. 152. num. 1. lib. 3. & consil. 54. num. 9. lib. 4. Quod autem dicunt de acquisitis ex bo-

2 nis paternis, † cum hac distinctione intelligunt, vt si simpliciter fuerit facta acquisitio absque filij ministerio, sit peculium profectitium; si verò mediante opera filij, aut acquisitio fuit facta nomine patris, & profectitium pariter dicitur, Roman. consil. 469. Dec. in l. illud, C. de callat. Crauer. consil. 165. num. 4. part. 1. aut filius proprio nomine fuit negotiatus, tunc medietas dicitur peculium profectitium, alia verò medietas aduentitium; cum medietas lucti prædicti tribuatur pecunie, alia verò medietas personæ, vnde medietas esset libera patris, alia verò medietas, quantum ad proprietatem, filij, quantum verò ad vsufructum, patris, vt supra diximus de bonis aduentitiis. Bart. in l. 1. §. nec castrense, ff. de collat. bon. & in leg. illud, C. de collat. ubi etiam Paul. de Castr. & ita consuetudinem obseruare dixit Rom. in d. consil. 469. Crau. in d. consil. 155. n. 4. Corn. in d. consil. 130. n. 3. vel. 2. qui asserit communem esse opinionem, prout de communi testatur Viu. in suis com. opin. opin. 136. in verbo, filios familiaris, lib. 1. & varios Doctores hanc distinctionem ponentes refert Alcan. Clement. de patr. potest. effect. 2. num. 9. & seqq. Nec obstat acquisitionem fuisse factam ex paterna pecunia, nam cum inter locios, quorum vnus ponit pecuniam, alter operas, lucra debeant diuidi æqualiter, vt in l. cum duobus, §. damna, & §. quidam sagariam, ff. pro soc. sequitur, vt pars lucti sit ipsius filij: ita respondet Rom. in d. consil. 469. Imò si in casu proposito industria filij esset pretiosior pecunia patris, ita vt dici posset maiorem partem lucti provenisse ex industria filij, plus de illo lucto filius participare deberet, quam pater, & sic maior pars esset aduentitia, quam profectitia. Dec. in d. illud, C. de Coll. Alex. in l. si vnus, §. si pater, in si ff. de pact. † vnde id arbitrio iudicis esset relinquendum, vt per Crau. loc. cit. hanc opinionem seruari in præxi dixit Viu. in dist. opin. 136. lib. 1. quem refert Alcan. Clem. loc. cit. num. 14.

4 Et adeo pater dicitur dominus peculij profectitij, vt si publicentur bona filij, hoc peculium non sit publicandum. Bart. in leg. si finita, §. si de velligalibus, ff. de damn. infel. & probat tex. in l. certum, C. fam. crese. & in leg. cum oportet, C. de bon. q. lib. Clar. q. 78. vers. prætere. Vulp. conf. 1. lib. 1. alios citat Farin. q. 24. num. 3. quod ampliant etiam si pater hoc peculium filio concessisset cum potestate donandi, adhuc enim non est existimandum de confiscatione cogitasse. Alex. in d. §. si de velligalibus, n. 50. nec excipitur crimen læsæ Majestatis, Gig. de crim. læsæ Majestatis in tit. de penis com. q. 10. Peregr. de iur. Fisci. l. 5. nu. 125. Hond. conf. 95. nu. 6. lib. 1. & tradit Farin. loc. cit. num. 4.

5 Sed quid è contra, an publicatis bonis patris, peculium profectitium veniat publicandum? & negatiuè respondent Bart. & alij scribentes in d. §. si de velligalibus. Soc. Iun. conf. 121. nu. 20. lib. 4. Boet. decis. 7. nu. 9. Menoch. de recup. poss. rem. 9. num. 72. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 8. nu. 7. vers. hinc apparet. Nell. de Barr. 1. part. 2. temp. quest. 26. & plures alios citat Farin. quest. 24. n. 27. Quod tamen multi intelligunt, nisi pater ex delicto commissio etiam patriam potestatem amittat, tunc enim nullam potest considerari peculium, vt per Clar. in fin. q. 78. vers. quæro nunc. Boss. de public. bon. n. 71. in fin. Farin. loc. cit. n. 28. & tradunt alij, quos Peregr. citat loc. cit. sub nu. 126. ipse tamen inclinat in generalem sententiam, nullo casu confiscari debere, quam opinionem appellat humaniorem.

6 Ex quibus pulcherrimè notandum venit: regulariter peculia cuiuscumque generis non confiscari, tant ob delictum patris, quam filij. Nam ob delictum patris non confiscantur nec bona castrensis, nec quasi

fratre, ff. de leg. 2. Surd. conf. 115. nu. 48 & 49. Nat. conf. 675. num. 8.

Neque obstat, quod testator in casu alienationis, vel delicti priuauerit alienantem, vel delinquentem mandando bona deferri liberè substitutis ordine primogenituræ, quam dictionem (*liberè*) scribentes pro Thoma intelligebant irrevocabiliter.

Placuit enim responso data per D. Beriolium scribentem pro Ioanne Francisco, nimitum dictionem  
25 (*liberè*) † posse commodè referri ad facultatem capiendi possessionem bonorum propria auctoritate absque contradictione, iuxta Tex. in cap. 1. de locat. & cap. statum: nu. de reg. cap. cum plures, ubi glof. in verbo, *liberè*, de offic. deleg. in 6. neque propterea intelligendam esse, ut stet irrevocabiliter, hoc enim esset destruere mentem ipsius Testatoris, qui ex prædictis voluit in omnem casum præferri primogenitum ex primogenito Nicolai in concursu cum secundogenito, qualis est Thomas.

Minus obstat, quod Testator in casu contrauentio-  
26 nis substituerit proximiores tunc extantes, licet enim dictiones † (*tunc, & eo casu*) stent inclusivè ad substitutos, qui tunc temporis extabant, non tamen semper stant exclusivè ad alios, qui postea supernascuntur. Magon. decis. Florent. 38. num. 39. Nat. d. conf. 675. num. 12. & 13. prout in his terminis tradit Petr. de fidei-  
27 com. quest. 11. num. 390. & non est † nouum dictiones (*tunc, & eo casu*) alioquin taxatiuas, & limitatiuas stare quandoque declaratiuè, si id suadeat voluntas testatoris. Menoch. conf. 117. num. 29. Soc. Iun. conf. 145. num. 29. lib. 3. Surd. conf. 344. num. 13.

Et ita fuit resolutum pro Ioanne Francisco vtraque parte informante.

### R. P. D. VEROSPIO.

Afflicen. Dotis.

Luna 29. Aprilis 1630.

### ARGUMENTVM.

Legatum relictum à Patre pro dote Filiabus, quæ primò nupserint, debetur tertiæ filiæ, mortuis duabus natu maioribus; Et dos relictæ ab Auo imputatur in legitimam, si contemplatione patris relictæ fuerit.

### SVMMARIVM.

- 1 Legatum relictum à Patre pro dote filiabus, quæ primò nubent, an debeatur tertiæ filia, mortuis alij natu maioribus.
- 2 Dos relictæ ab Auo censetur contemplatione patris relictæ, & tenetur filia agnoscere illum in legitimam sibi de iure debitam in bonis patris; secus si esset relictæ contemplatione nepotum, num. 3. & quibus coniecturis probetur, numeris seqq.
- 3 Dos nullam habet prærogatiuam, ubi solum legati nomine debetur.
- 4 Titulo deficiente solutionis dotis, deficit etiam causa actionis subsidiaria.
- 5 Insinuatio requiritur, vigore Aegidiana Constitutionis, in quolibet actu, in quo potest esse læso minoris.

### DECISIO IX.

**I**n obligatione Bernardini Lucatelli, qua Palmينيا Mater, & Tutrix eum teneri voluit pro integra do-

te Clara Germanæ sororis geminum defectum notantur Domini in Decisione, quæ coram me facta fuit 21. Iunii præteriti. Alterum solemnitatis, cum non constaret seruatam fuisse insinuationem, quæ in obligatione Minoris requirebatur ex constitutione Cardinalis Aegidij. Alterum causæ, cum eam dotem sibi, à Bernardino fratre promissam habuisset. Clara iam diù ex dispositione, & legato Aui sibi relictam vtraque defectum obesse, etiam hodie dixerunt Domini proposito iterum per me dubio ad instantiam Francisci Mitæ, cum verissimum putauerint, tam primum, ac præcipuum Decisionis fundamentum, ut cogi potuerit Bernardinus ad eam dotem Sorori præstandam, quam ea, quæ fuit eiusdem fundamenti ratio, ut ex dispositione, & testamento Bernardini senioris pro dote eidem Clara legata æqualiter obligati essent Papyrius, & Seryatus, quos sibi idem Bernardinus æqualiter hæredes instituerat.

Quod enim Clara ex dispositione Aui habuerit eandem dotem scutorum 3000. pro quo Tutrix Bernardinum Minorem obligauerat, verè negari non poterat, cum ex eiusdem Aui Testamento præcisè hæc dos fuerit relictæ duabus Papyrij filiabus, quæ primò nubent, & eadem conditio verificata fuerit in Clara; Et licet † de simili legato dubitauerit Romanus, qui confil. 408. illud debitum esse negauit tertiæ filie post obitum priorum duarum, ut in hoc casu contigerat, & tandem Romani opinionem videantur tenuisse Menoch. confil. 97. num. 87. Tiraq. de iura primogeniti. in præfat. num. 140. Tamen, præterquam hæc opinio suos habet contradictores, & contra Romanum consuluit Imol. confil. 113. num. 5. cuius opinionem veteriore testatur Simon. de Præf. de interpret. ult. volunt. lib. 4. dub. 9. num. 14. cum in priorum locum successisset Clara defunctis fororibus superstes; & satis etiam fuerit, ut prima potuerit dici tempore, quo debebat nubere. Honded. confil. 70. num. 6. lib. 2. Tiraq. de iur. primog. quest. 3. num. 6. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 91. num. 3. lib. 4. Rot. decis. 128. nu. 1. par. 2. diuers.

Præterea neque visa fuit Dominis applicari Romani opinio, qui præter coniecturas, quibus motus fuit in casu, super quo consuluit, id solum firmavit, ut legatum relictum primæ filie, quæ nupserit non deberetur secundogenitæ, si primo nata decesserit, quod est diuersum ab hoc legato, in quo non primo natis, sed quæ primo nupserint filiabus Papyrij consulere voluit Testator, ut admittit idem Menoch. d. confil. 97. num. 13. Mant. de coniect. lib. 8. tit. 7. num. 10.

Sic etiam pro eadem dote solus obligati non potuit Bernardinus tanquam Papyrij Patris hæres, dum illa debebatur etiam à Syriato, qui æqualiter cum Papyrio Bernardino seniori communi parenti successerat, licet enim † dotem ab Auo relictam communis sit conclusio, ut Patris contemplatione censetur Auis reliquisse, ex quo inferebant informantes, ut eandem dotem tanquam à Patre profectitiam, & tenerentur filia agnoscere in legitimam sibi de iure debitam in bonis Patris, Alex. l. in quartam, ff. ad l. Falcid. num. 26. Alciat. reg. 1. præsumptionum, præsumpt. 17. num. 2. Dec. conf. 51. num. 5. Card. Seraph. decis. 440. num. 2. & dum solius patris onus erat detrandi propriam filiam, non nisi ex eius portione dos detrahi debuisset, ut dicebatur fuisse decisum in Romana dotis 12. Nouembrii  
3 1599. coram Mellino. † Eidem tamen conclusioni alioqui verissimæ plures viæ fuerunt resistere coniecturæ, ex quibus neptum commodum potius spectasse idem Auis videbatur, nam illæ iam erant nate, & cognitæ Testatori; Dec. conf. 81. num. 5. lib. 1. Menoch. præ-



*presumpt. 17. nu. 5. lib. 3. Simon de Pratt. de interpret. ult. volunt. dub. 12. nu. 7. Surd. decis. 322. nu. 49. & decis. 346. nu. 16. † Non erant cum dotem eisdem constituit, adhuc nobiles, indeque nulla considerari poterat causa, & obligatio, que Patrem, vel Avum vigeret ad dotandum, Menoch. consil. 181. num. 13. & presump. 17. num. 10. lib. 3. Ruin. consil. 72. num. 7. lib. 2. Malcard. de probat. conclus. 572. num. 8. eandem dotem idem dixerat expressè se reliqui sse, ex quacumque causa, quam habere possent super propria sui ipsius hæreditate, Aym. consil. 4. nu. 4. & consil. 543. num. 1. Laderch. consil. 25. num. 4. vers. Quinta est. Alciat. reg. 1. presump. 17. nu. 2. Et de eadem, præter dotem neptibus relictam, Papyrium filium, etiam hæredem instituerat, quo casu, † sicut ex titulo hæreditario filio censebatur, voluisse consulece, ita ex legato prospexisse neptis commoditari, Socin. lun. consil. 33. num. 3. lib. 2. Menoch. d. consil. 181. num. 11. & presump. 17. num. 18. lib. 3. Quod vero non etiam ex alterius cohæredis portione Dos nepti deberetur, non dixit Decisio coram Merlino. Ideo enim dos, quam in casu huius Decisionis petebat Mulier, detrahenda erat de portione Patris, quod cum eam consequi vellet, ex remedio *Authentica res, que, C. commun. de leg.* antequam grauantur reliqua bona fideicommissio subiecta excusien. primum erat portio legitimæ Patri debitæ; at si bona, que ad Patrem ratione suæ legitimæ, & Trebellianicæ pervenerunt factis esse non possint, sine onere aliquo fideicommissi eadem bona gravata non fuerint, † semper legatum inter cohæredes dividetur, Ceph. consil. 105. num. 18. Sim. de Pratt. de interp. ult. volunt. lib. 4. dub. 12. num. 17. & 19. Card. Seraph. decis. 440. num. 4. † Neque sola Patris portio erit pro eo obligata, qui in eo, quod aliorum cohæredum portionem tangit reputatur extraneus Dec. in l. pacto successorum, num. 1. C. de pactis. Bart. post glof. in l. 2. §. sed, & si unus, num. 3. ff. de Prator. stipulat. Gomez. var. resolutam. 2. cap. 10. num. 3. † Et hoc cum sit de iure præter ius communis dispositionem dividendis actionibus hæreditariis inter cohæredes, de qua in l. legatorum 34. ff. de leg. 2. l. pro hæreditariis, C. de heredit. action. Hoc idem vitus etiam fuerat voluisse Testator, dum relicta dote duabus Papyrij filiabus, que primo nubere, solum mandavit, ut alteri, & tertie, quotenus se ipsa nubere vellet, de proprio dotem Pater augetet, ex quo rectè argui poterat, ut aliam dotium onus, in quibus id non expressis, voluerit esse utrique hæredi commune, *l. in agris, ff. de acquir. rer. dom. l. age cum Gemin. & ibi las. C. de transact. Rom. in l. filiusfam §. quis ex certa, num. 1. ff. de liber. & posthum. & in l. cancellauerat, num. 2. ff. de heredit. instit.**

Ex his itaque videri poterat vindicatum ab impugnationibus primum decisionis fundamentum, ex defectu causæ, que penitus, & omnino cessabat, dum ex propria persona ad aliquam dotem minor non tenebatur, ex persona verò Patris, dum tanquam illius hæres, non nisi pro dimidia consisteret eisdem Minoris obligatio: Neque contrarium licuisse, dixerunt Domini siue peculiari favore, & privilegio ipsius dotis, sine quod ad eandem dotem teneretur saltem in subsidium, sicut Patris eum obligavit, & sicut eadem dos petebatur, postquam hæredibus Syriati reliquam dotem Franciscus Claræ vit consequi non potuit. Quia † nulla est in hoc eisdem dotis prærogativa, ubi illa solum legati nomine debeatur, quidquid dici possit si eadem sibi à viro legatam repetat mulier ab ipsius visi hæredibus, eamque quod iam fuerit à se tradita vindicare velit, non solum tanquam legatum, sed tanquam res alienam, Bart. in leg. cum ab

*vno. ff. de leg. 2. num. 1. vers. hanc tenet, Bald. in l. probare dicitur, C. de hered. action. Surd. decis. 90. nu. 6. Afflict. decis. 332. numero 2. Bald. Nouell. de dote, part. 3. privileg. 33. in fin. Simon de Pratt. de interpret. ult. volunt. dub. 12. num. 58.*

Quantum verò ad actionem subsidiariam, que solum contra fratrem competebar, neque ei locus esse poterat, cum probatum non fuerat, ut hæreditas Syriati præstare hanc dotem non possent. Quas verò diligentiis dicebat, se adhibuisse Franciscus, ut eandem dotem consequeretur, vel tales non apparebant, vel certe prodesse non poterant, dum omnis, ac potissima hæredum defensio in hoc erat, ut pro dote Claræ nunquam fuerit Syriatus obligatus: ut propterea cum hæc defensio hodie eisdem hæredibus erepta sit, sublatum quoque dici possit impedimentum, ex quo solutionem causabantur, † & deficiat titulus, & causa huius actionis subsidiariæ, glof. in l. & idem, §. fin. ff. de cor. dis. furtis. Bald. in l. fin. §. sed cum in secundum, num. 1. C. de furt. l. quintus, & ibi Bart. num. 1. ff. de ann. legat. Surd. consil. 528. num. 2. Olasc. decis. pedem. 40. nu. 7. Rotam coram Ludouif. decis. 505. num. 4.

Super altero decisionis fundamento, & omissa solemnitate insinuationis Domini non immutati fuerunt, cum exclusa dotis necessitate, ex dictis ad obligationis validitatem, fuisset hæc solemnitas omnino necessaria, imò neque in dote, ad quam uti Patris hæres tenebatur eadem solemnitas negligi potuit. Quia, & si bona Patris essent pro dote sororis obligata, in obligatione tamen, qua proprium fecit deb. cum hæreditarium, etiam considerari poterat læsio, ex qua in quocumque actu insinuationem requirit Constitutio Agidiana. Surd. consil. 191. num. 22. & decis. 77. num. 2. Hippol. Riminal. consil. 189. num. 10. Rotam Perusina fideiussionis 26. Nouembrii 1611. coram Card. Pamphil. coram Ludouif. decis. 260. num. 3.

Et ita fuit decisum utraque parte informante, & c.

## R. P. D. GHISILERIO.

Lucana Successionis.

Luna 21. Iunij 1630.

### ARGUMENTVM.

Fratri primogenito bannito cum confiscatione bonorum succedit in primogenitura secundogenitus, qui eam tenetur restituere filio primogenito nato ex primogenito post bannum.

#### SVMMARIVM.

- 1 Administratio bonorum filij à Patre per bannum amissa, venit Curatori assignanda, donec vel pater restituitur, vel filius deveniat ad aetatem legitimam.
- 2 Patriam potestatem non amittit pater bannitus.
- 3 Tutor datur ei, qui non est in potestate alterius.
- 4 Deportati quomodo differunt à bannitis, & num. 8. limita in bannitis propter heresim, & delictum laesæ maiestatis, num. 9.
- 5 Pater bannitus potest contrahere, & alia facere, quæ ceteris hominibus competunt de iure communi.
- 6 Sententia in favorem Minoris, & Pupilli sustinetur, quamvis lata cum procuratore missis legitimo.
- 7 Filius bannitus in pœna capitalis censetur filius novi hominis, nec ad fideicommissum aspirare potest.
- 10 Contumacia non probat delictum.

An bona à filiis familias eorum industria  
acquisita sint aduentitia, vel  
profectitia.

CAP. VI.

**I**N superiori capite circa bonorum collationem distinctionem fecimus, de bonis Castrensis, quasi Castrensis, aduentitiis, & profectitiis, verum quia quandoque dubitari contingit, cuiusnam generis sint bona per filios acquisita, hoc capitulum subnectere necessarium visum fuit.

- 1 Sed primo animaduertendum est, nostrum non esse disputationem de bonis acquisitis occasione Militiæ, vel quasi militiæ, hæc enim connumeranda esse inter bona Castrensis, vel quasi, dictum fuit in *capit. 1. & 2.* Nec minus de relictis filiis ex testamento, vel ipsis peruentis ab intestato, vel donatis inter vivos: Nam si per lineam maternam aliqua bona ipsis obueniant, vel ex testamento, vel ab intestato, vel per donationem, aduentitia censentur, *leg. cum portat, C. de bon. q. lib.* & dictum fuit superius in *tertio capite.* In relictis vero, vel donatis filiis extra lineam maternam, communis est distinctio; quod si fuerint data, vel relictæ contemplatione patris, dicuntur profectitia; si vero contemplatione filij, aduentitia: in dubio autem quid censendum sit, dicam in *capit. sequenti.* Aduentitia pariter ceteri debent omnia ea, quæ filiis perueniunt ab intestato, ut si frater moriatur habens bona aduentitia, in quibus frater vna cum patre succedit. *Ausent. item hereditas, Cod. de bon. qua. lib.* & dubium solum est isto casu, an quæritur usufructus patri, de portione spectante ad filium, de quo supra in *d. capit. 3. in quarta limitat.*
- 2 Vnde solum nunc quæritur oportet, an acquisita per filium, eius opera mediante, sint aduentitia, vel profectitia. Circa quod sic distinguere debemus, aut constat, fuisse solum ex opera, & industria filij acquisita, aut constat fuisse acquisita ex bonis paternis; aut ex bonis paternis, & industria simul, aut demum sumus in dubio.
- 3 In primo distinctionis capite, regula est clarissima, omnia acquisita per filios eorum industria, labore, & opera, esse aduentitia. *Becc. conf. 113. num. 20. Grass. de succes. in §. legitima, quest. 31. num. 2. Surd. de aliment. tit. 9. quest. 20. num. 6. Peregrin. confil. 97. num. 53. lib. 4.*
- 4 ac propterea non esse cum aliis fratribus post mortem patris communicanda *d. l. cum oportet, C. de bon. q. lib. §. quod autem, Inst. per quas person. nob. acq.* & docent utrobique scribentes, *Corn. conf. 130. sub num. 2. lib. 11. Paris. conf. 130. num. 1. & 2. lib. 2.* & diximus supra in *tertio capite in prin.* Nec obstat, si dicatur patrem non teneri alimenta filio præstare, si ex eius operibus se alere possit. *Barr. & Ang. in l. 1. C. de mend. valid. lib. 11. Crau. conf. 199. Cod. in repet. l. si quis à liberis, §. sed si filius, num. 125. & seqq. ff. de lib. agnos. ex quo arguit Alciat conf. 243. num. 6.* acquisita à filiis eorum operibus esse profectitia, non aduentitia, ductus exemplo vxoris, quæ viro operas præstare tenetur. Respondetur enim non valere argumentum ab vxore ad filios, si cum vxor omnes operas, etiam industriales teneatur viro præstare, ut docet *Pin. in l. 1. num. 55. C. de bon. mat. Caccial. in l. frater à fratre, §. questum, num. 60. ff. de cond. ind. si filij vero solum obsequiales Bal. in Auth. ex testam. C. de coll. & probat. rex. in d. l. cum oportet,*

*101. C. de bon. q. lib. & in §. 1. Inst. per quas person. nob. acq.* vnde etiam Alciat. dixit *Cod. loc. cit. de quo etiam aliquam in 2. part. cap. 35. num. 47.* Et licet pater possit denegare alimenta filio, qui ex se ali possit, hinc tamen non sequitur, ut, si ipsom aliat debeat habere ea, quæ filius eius operibus acquirit.

9 Et regula in hoc primo distinctionis capite proposita locum sibi vendicat, etiam si filius pecunias acquirat, & illis pecuniis emat stabilia: licet enim pater bonorum aduentitiorum habeat vsumfructum, ut dictum fuit supra in *e. 3. & usufructus in pecuniis non sit separatus à proprietate, l. si vini, ff. de usufr. ear. rer. qua. usu consum. l. hoc senatus, l. tribus, l. sed de pecunia, C. eod. ita ut quodammodo dici possit, empta à filio ex illis pecuniis empta esse ex bonis paternis: tamen responderetur, quod licet usufructus in pecuniis non sit separatus à proprietate, tamen illi, cui usufructus debetur, non quæritur immediatè proprietatis, prout illi, cui directo defertur ipsa proprietatis, ut probatur in *d. l. si vini, & in l. si tibi decem millia, ff. de usufruct. ear. rer. qua. usu consum.* Sed requiritur traditio, ut in dictis legibus probatur, & declarat *Corn. in conf. 130. num. 4. lib. 2. nec non in confil. 285. nu. 3. lib. 1.* vnde cum filius pecunias patri non tradiderit, sed ipsis bona stabilia emerit; illa bona uti aduentitia, non erunt post mortem patris cum aliis fratribus communicanda, ut in dictis iuribus, & per consequens nec imputanda.*

12 Secundum distinctionis caput nullam continet difficultatem, omne enim à filio acquisitum, pecunia paterna, ac eius occasione dicitur profectitium, ac idè, & quantum ad vsumfructum, & quantum ad proprietatem patri quæritur *d. l. cum oportet, Corn. confil. 152. in princip. lib. 3. & confil. 54. numer. 8. lib. 4.* & dictum fuit superius *cap. 4.* vnde cum aliis fratribus erit post mortem patris communicandum. *Mangil. de Imput. quest. 34. numer. 1.* & etiam in legitimam imputandum.

In tertio distinctionis capite dicendum est, prout nos docet *Bastol. de duobus fratr. numer. 2.* dicens si quod quemadmodum inter socios, quorum vnus ponit operas, alter capitale, lucrum debet esse commune, cum medietas lucri tribuatur pecuniæ; alia medietas operibus, ut dicam infra in *2. parte, cap. 35. numer. 69. & seq. & in tertio parte, cap. ultimo, num. 23.* ita etiam hoc casu lucrum debet esse commune, si cum medietas censetur provenisse ex pecuniis paternis, alia vero medietas ex operibus filij, & sic illud lucrum pro parte erit aduentitium, pro parte profectitium; & aduentitium communicari debet, secus autem profectitium, ut docent alij, quos citat *Carp. super Statut. Mediol. part. 2. cap. 183. num. 140.* & post ipsum *Mangil. loc. supra citato, Catoc. casu 30. numer. 2.* vbi plures citat, id tamen in dubio est intelligendum, ut dixit *Corn. d. confil. 152. numer. 6.* tunc enim medietas solet tribui pecuniis, alia medietas operibus. *Paul. de Castr. in d. leg. illud Cod. de collat. ibidem Iaf. numer. 7. Dec. numer. 12. Menoch. confil. 419. lib. 4. Surd. de aliment. tit. 9. quest. 20. numer. 16. Mang. loc. cit. numer. 3.* & dixi locis supra citatis: Sed si verè appateret, magis lucrum provenisse ex operibus, quam ex pecunia, volè contra, secundum id quod appateret, iudex dividere deberet lucrum. *Bald. in authent. ex testamento, in 50. cap. Cod. de Collat. Corn. in dict. confil. 152. in confil. 285. lib. 1. & in confil. 130. numer. 3. lib. 2.* de quo etiam late *Petr. de Vbal. de duobus fratribus, part. 5. numer. 16.* alios citat *Ascan. Clement. de patria potestate, effect. 2. numer. 10. Curt. de legi-*

- legitima* §. *ruvius*, num. 48. *Grat. in tit. de legitima, quest. 31. Surt. loc. cit. Mangil. loco pariter citato, n. 4.* Ac propterea volunt, id iudicis arbitrio esse remittendum, quos sequitur post alios Merlin. *de legitima, lib. 2. tit. 2. quest. 16. num. 10.*
- 16 In quarto, & ultimo distinctionis capite, habemus regulam, omne acquisitum per filium, proprio nomine negotiando, præsumi aduentitium, ac idè ad ipsum, ac eius hæredes spectare, nec esse cum aliis fratribus post mortem patris communicandum. *Iaf. & Dec. in leg. illud, Cod. de Collat. Menoch. de arbitrar. casu 116. num. 3.* qui asserit, acquisitionem fuisse factam ex bonis paternis, id probare debet, primo quia regulariter onus probandi incumbit actori, ut per *Salic. & Bald. in dist. Authent. ex testamento.* Secundo, quia in dubio pecunia præsumitur solacientis. *Alexand. consil. 132. num. 13. lib. 5. Bartol. in leg. si patruus, num. 4. versic. aut dubitatur, C. comm. ver. iudic. & qui contrarium affirmat debet illud probare Dec. consil. 628. num. 2. de quo aliqua infra in secunda parte capit. 9.* Tertio in pecunia ex possessione arguitur dominium, *leg. sicuti, §. si quærat. ff. si seru. veniat. leg. prima, cum glos. ff. fam. er. isc. Bartol. in leg. quidem in suo, ff. de cond. instert.* Ac propterea dicunt omnes hoc casu † meliorem esse conditionem possidentis. *Crauet. consil. 61. num. 8. Roland. consil. 90. num. 9. lib. 2. & consil. 54. num. 1. lib. 3. Bertrand. consil. 284. num. 2. & sequentib. lib. 5. Rimin. consil. 127. num. 11. Becc. d. consil. 113. num. 14. Bald. in Auth. ex testamento, num. 7. C. de coll. Ceph. consil. 397. num. 73. lib. 3. Mascard. concl. 1144. num. 13. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 50. in fin. Bertaz. consil. 119. nu. 10. Surt. de aliment. tit. 9. §. 12. n. 10. Molin. de iust. & iur. disput. 233. Tom. 1. Pereg. consil. 97. n. 90. lib. 4.* Nec filius tenetur ostendere titulum suæ possessionis; sed sufficit allegare, se possidere, ut per suprascriptos Doctores, & sequitur *Pereg. in d. consil. 97. n. 92.* unde non bene *Grat. discept. Forens. lib. 3. c. 401. nu. 19.* videtur ponere regulam in contrarium.
- 18 Quæ eo magis procederent, si filius seorsum à patre habitaret, *Bart. in d. trall. n. 5. Bald. in l. cum oportet, n. 11. C. de bon. g. lib. Corn. consil. 247. li. 2. 3. Alex. consil. 133. sub n. 7. lib. 7. Crauet. dist. consil. 61. sub n. 9. Ceph. dist. consil. 397. nu. 78. Menoch. dist. præsumpt. 50. n. 3. Bertaz. consil. 119. num. 12. Pereg. d. consil. 97. num. 52. lib. 4.*
- 19 Præcipuè cum filius seorsum à patre habitando decennium præsumatur emancipatus. *Pereg. consil. 101. num. 13. lib. 1. & d. consil. 97. nu. 79. lib. 4.* Et in emancipato nulla est difficultas, omnia per ipsum acquisita esse aduentitia, *Mangil. de impu. quest. 37. num. 7. Merlin. de legitima loc. cit. num. 18.*
- 20 Receditur tamen ab hac regula, de qua supra num. 16. per præsumptiones, & coniecturas necessario arguentes impossibile esse, filium propria industria acquisivisse, de quibus per *Crauet. consil. 131. nu. 12. part. 1. & Becc. in d. consil. 113. nu. 10.* ut si pater sit dives, filius vero non industrius. *Corn. in d. consil. 32. nu. 12. lib. 1.* Et habitando cum patre bona paterna administrauerit, tunc enim ex bonis paternis acquisivisse præsumitur, si non constet aliunde acquisitionem peruenire potuisse. *Mascard. concl. 221. Menoch. alios citans in d. præsumpt. 50. nu. 1.* Si verò apparere posset aliunde filium acquirere potuisse, non esset recedendum à Regula, ut per *Menoch. in d. præsumpt. 50. num. 2.*
- 21 Cessat pariter regula, de qua supra num. 16. si filius nomine patris negotiatus fuerit. *Angel. consil. 85. Rip. in l. in quartam, n. 157. & seqq. ff. ad l. Falcid. alios citat*

*Mandof. ad Rom. in consil. 469. in lit. A.* quos sequitur *Mang. loc. supra citato, num. 6.* plures ad propositum *Merlin. de legitima, in citata quest. 16. num. 13.* qui subiungit n. 19. in dubio præsumi, negotium fuisse factum nomine proprio *Menoch. de arbitrar. casu 126. num. 7. 8. & 9.*

- 22 Et huic capitulo finem imponens dicam, quod licet acquisita per filium, non veniant cum aliis fratribus communicanda, tamen id non procedit, si per ipsum filium vivente patre fuerint communicata, & in usum familiæ paternæ erogata, ex hoc enim, ut dicit *Bald. de duob. frat. in fin. dignoscitur sibi acquirere noluisse, quod firmat Molin. de iust. & iur. tract. 2. disputat. 274. versic. illud admonuerim.*

## SVM MARIVM.

- 1 Donatum, vel relictum filio, an intelligatur donatum contemplatione patris, vel filij, & per totum.
- 2 Relictum filio contemplatione patris dicitur profectitium.
- 3 Relictum filio contemplatione ipsius filij dicitur aduentitium.
- 4 Donatio facta filio in dubio intelligitur facta ipsius contemplatione, non autem patris, quod ampliatur, nu. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. limitatur n. 11. 12. 13. & 14.
- 5 Donatio facta filio à persona sibi nota ob exercitium, quod paterna pecunia exercebat, an sit aduentitia, vel profectitia, & num. 17.
- 6 Illud, quod occasione meorum rerum acquiritur, meum dici debet, declaratur num. 19.
- 7 Causa remota non habetur in consideratione in damnum acquirentis, secus quantum ad eius commodum, & num. 20.
- 8 Vsufructus filio relictus, an patri, vel filio acquiratur.

An relicta, vel donata filiis familias intelligantur donata contemplatione patris vel filiorum.

## CAP. VII.

- D**iximus in superioribus capitulis donata, vel relicta filiis contemplatione patris esse profectitia, donata verò, vel relicta contemplatione ipsorummet filiorum esse aduentitia: modo videndum est, † an, & quando donatio intelligatur facta contemplatione vnius, vel alterius. *Dyn. in l. filius familias, ff. de donat. causa mortis, ut refert Bart. de duob. frat. num. 8.* distinguit, quod aut sit mentio in ipso legato, vel donatione de patre, & patris contemplatione præsumitur facta, *arg. l. cum quis, C. de iur. delib. aut de ipso aliqua mentio non sit; & tunc secus dicendum.* Aliter tamen ipse *Bart.* distinguit, quand distinctionem refert, & sequitur *Franc. Portel. de duob. frat. part. 1. n. 91.* ex quorum, ac aliorum dictis primo colligere licet; † omne relictum, datum, vel donatum filio contemplatione parentum, esse profectitium; † si verò constet datum, vel relictum fuisse contemplatione ipsorummet filiorum esse aduentitium, *l. sed si plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pup. & notatur in l. cum oportet, C. de bon. g. lib.* An verò donatio, vel relictum in dubio debeat intelligi factum contemplatione vnius, vel alterius, † communis est conclusio, contemplatione filij factam præsumi, *l. fin. Cod. de usufr. facit rex. in l. magis, ff. de solut. & in l. si ita stipulatus, §. Chryfogorus, ff. de verbor. obligat. & docent plures, quos citat, & sequitur Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 28. num. 17.*

- 5 Quæ conclusio primo ampliatur, etiam si in ipso legato, seu donatione fiat mentio de patre per *dict. l. fin.* cum illa mentio potius præsumatur facta causa demonstrationis.
- 6 Secundo ampliatur etiam si fiat mentio patris, & patris potestatis; dummodo tamen legatum, vel donatio transferatur in tempus, quo filius fuerit sui iuris, per *l. 3. C. de Inst. & demonstr. l. ubi purè, & l. mulier, ff. ad Treb.* & sequitur Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 28. num. 4.*
- 7 Tercio ampliatur, ut mentio patris, & patris potestatis nihil operetur in his, quæ patri acquiri non possunt, ac ideo *relictum*, seu donatio intelligitur facta filij contemplatione, ita post alios docet Menoch. *loco cit. n. 6. & seq.* idque optimè desumi potest à contrario sensu eorum, quæ tradit Bart. licet Menoch. hanc casum ipsum omisisse asserat.
- 8 Quarto ampliatur, hanc conclusionem eo magis procedere, si filius sit magis coniunctus donatori, quam pater; tunc enim indubitanter, quodammodo donatio ipsiusmet filij contemplatione facta præsumitur. Menoch. *loc. cit. n. 13.* & idem dixit in *consil. 161. n. 2. & n. 16. lib. 2.*
- 9 Quinto ampliatur, ut, si donatio fuerit facta patri, & filio, nec possint considerari magis merita vnus, quam alterius, amborum contemplatione facta præsumatur, ita ut vnus alteri præiudicare non possit. Menoch. *d. conf. 161. nu. 11. & 12.* & sequitur in *d. præsumpt. 28. lib. 3. num. 15.*
- 10 Sexto ampliatur idem dicendum esse, si nec vnus, nec alterius merita considerari possint, & donatio fuerit facta patri, & filio, tunc enim pariter tam vnus, quam alterius contemplatione facta præsumitur, nec vnus alteri præiudicare potest. Menoch. *d. conf. 161. num. 35. & 36.* & sequitur in *d. præsumpt. 28. num. 16.*
- 11 Quæ conclusio, ut supra ampliata nonnullis etiam limitatur modis, & primo, si non solum patris, & patris potestatis fuerit facta mentio, sed insuper donatio fuerit collata in tempus patris potestatis, ita post Bart. & alios, voluit Menoch. *d. præsumpt. 28. num. 3.*
- 12 Secundo limitatur si res relicta, vel donata non possit filio acquiri; tunc enim præsumendum est, patris contemplatione factam fuisse donationem. *Ruin. conf. 194. sub n. 3. lib. 2.* Menoch. *loco cit. n. 5.* nec debet hoc casu considerari futurus euentus. Bald. in *l. ultima, C. de usufr.* quem sequitur Menoch. *d. præsumpt. 28. sub n. 8. de quo infra n. 19.*
- 13 Tercio limitatur si merita patris præcedant, non autem filij; tunc enim præsumitur potius, donationem fuisse factam patris contemplatione. Bald. in *l. cum oportet, nu. 4. C. de bon. 9. lib.* & sequitur Menoch. *loc. cit. num. 4.*
- 14 Quarto limitatur si pater erat amicus donatoris, & filium vix donator cognoscebat; quæ tamen limitatio etiam pro ampliatione deseruire posset, si donator solum filij esset amicus, non autem patris, ut per Menoch. in *d. præsumpt. 28. n. 11.*
- Sed ut clarius tota hæc materia declarata remaneat, querendum est cum Bart. in *d. tract. de duob. fratrib. num. 10.* † quid si filius erat notus donatori, ita ut ex hoc esset præsumendum donationem factam fuisse contemplatione filij, sed ipsi erat notus ob exercitium, quod pecunia paterna exercebat, vtrum hoc casu donatio debeat dici aduentitia, vel profectitia. Et primo refert Bart. opinionem Specul. in *tit. de iud. §. sequitur, ver. sic. quid si isti filio,* tenentis donationem
- 16 esse profectitiam, nam illud, † quod rerum mearum occasione acquiritur, meum dici debet, *l. hinc quaritur, §. 1. ff. de pecul. l. qui mihi, ff. de donat. cum similib.* Contrarium tamen, & merito voluit ipse Bart. nam licet filius sit notus donatori ob exercitium, & mercatura paternam; attamen respectu donationis mercatura est causa remota; vnde in consideratione haberi non debet, ut probat text. in *l. socium qui in*
- 17 *eodem, ff. pro soc.* vbi habetur † quod lucra obuentionia ratione societatis communia sunt societati, secus autem, si societas præbuerit solum occasionem illius lucri; & ponitur exemplum, si quis propter societatem hæres fuerit institutus; vel aliquid ipsi fuerit donatum; † occasio enim, seu causa remota non habetur in consideratione in damnum acquirentis, *l. 1. §. nunc videamus, de coniung. cum eor. lib.* licet quantum ad eius commodum soleat etiam causa remota in consideratione haberi, *l. 1. & l. si forte, de Castr. pecul.*
- 19 † ex qua distinctione tollitur argumentum Specul. procedit enim in causis proximis, non autem remotis; & soluitur etiam aliud argumentum Bart. † dum considerat donationem factam filiofamilias noto ob militiam, connumerari inter bona castrensia, licet illa militia sit causa remota donationis, ut supra in cap. primo; tunc enim agitur de commodo acquirentis, non autem de damno.
- 21 Diximus huc vsque de proprietate donata, vel relicta, quid modo si fuerit filiofamilias vsusfructus solum legatus? Bart. in *d. tract. de duobus fratribus, num. 9.* dicit de hoc adesse casum in *l. fin. C. de usufr.* vbi habetur, quod si filiofamilias legetur vsusfructus, & filius decedat viuo patre, vsusfructus est patris, si verò pater prius decedat, vsusfructus remanet apud filium; vnde relictum dicitur profectitium, & aduentitium ex futuro quodammodo euentu, & Bart. refert, & sequitur Porcell. *loco supra citato,* & sequuntur alij, quos Menoch. citat *d. præsumpt. 28. n. 8.* & licet ab hac opinione ipse dissentire videatur; attamen ab ea in iudicando, & consulendo non esset recedendum, futurus enim euentus non declarat mentem testatoris; sed in vtroque casu sic ipsum sensisse præsumitur; nempe ut viuento patre vsusfructus patri acquiratur; cum etiam bonorum aduentitiorum pater vsusfructum habere debeat, & post patris mortem remaneat apud filium, cum non sit credendum, testatorem voluisse priuate filium legato sibi facto ob mortem patris.

## S V M M A R I V M.

- 1 Lucrum dotis acquisitum à filiofamilias, an sit de aduentitiis, vel de profectitiis, & plures in hac questione referuntur opiniones, num. 2. 3. 5. 6. & 7.
- 4 Pater sustinendo ouera matrimonij lucratur fructus dotis filij.
- 8 Lucrum factum à filio viuento patre regulariter dicitur aduentitium.
- 9 Causa finalis proxima, & immediata attenditur in acquisitionibus.
- 10 Lucrum dotis non datur propter onera, sed propter matrimonium, & num. 11. & seqq.
- 12 Maritus lucratur partem dotis, etiam non secuta copula, & solum facta dispensatione per verba de presentibus, etiamsi postea monasterium ingrediatur, n. 13.
- 14 Pater recipiens dotem filij, eius nomine intelligitur eam recepisse.
- 15 Socij omnium bonorū de lucro dotis alterius participant.
- 16 De fratribus ad lucrum dotis non valet argumentum.
- 17 Lucrum dotis secundum iura antiqua erat patris.

Vtrum illud quod lucratur filiusfamilias de dote vxoris ex statuti dispositione sit profectitium, vel aduentitium.

## CAP. VIII.

- 1 **D**ebitant Doctores, an lucrum dotis acquisitum à filiofamilias per mortem vxoris debeat connumerari inter bona profectitia, vel aduentitia, ita vt post mortem patris veniat, vel non veniat cum aliis fratribus communicandum. † Dyn. in l. si cum dotem, §. transgrediamur, ff. sol. matrim. relatus à Bart. de duob. fratr. n. 6. tenet, esse profectitium, & per consequens cum aliis fratribus communicandum per text. in l. 2. in 2. resp. C. fam. ercisc. ad idem videtur facere text. cum gl. in l. dotem, ff. de Castr. pecul. dummodo tamen acquisitio facta fuerit viuente patre, l. fin. C. de coll. quam sententiam sequutus patet fuit Cyn. in d. l. 2.
- 2 Bart. loco citato existimat, considerandum esse, lucra prædicta concedi ob onera matrimonij, vnde aut pater sustinet ipse onera matrimonij, & vera est opinio Dyn. & Cyn. aut filius est, qui onera sustinet, & lucrum aduentitium dici debet; aut ambo sustinent, & partim aduentitium, & partim profectitium erit censendum, quam distinctionem refert, probat, & sequitur Rom. consil. 406. & Dec. consil. 67. & aliis, quos citat Rol. de luc. dot. quæst. pen. n. 2. Pro qua Bart. opinione Rom. textum adducit; Decius verò rationem addit: text. est in l. quod si eo tempore, iuncta glos. ff. pro soc. vbi probatur, lucrum dotis communicati debere cum sociis omnium bonorum, si in communi onera matrimonij sustinerint, illi igitur, qui sustinent onera matrimonij, lucrum dotis habere debent.
- 3 Ratio verò Dec. est huiusmodi, † pater, qui sustinet onera matrimonij, lucratur fructus dotis, l. dotis fructus in princ. l. si pater in si. ff. de iur. dos. ergo à pari ratione debet etiam lucrari lucrum dotale, & hanc consequentiam ex nonnullis probat.
- 4 Aliter distinguere videtur ipsemet Bart. in leg. dotem, ff. de Castr. pecul. aut statutum dicit, quod vir lucratur dotis partem, & erit præcipua filij, aut dicit, quod eam recipiens lucratur, & erit patris recipientis, quam distinctionem communem, & sequendam dixit Rol. d. q. pen. in fin. vers. vltimus casus.
- 5 Bald. verò in Auth. ex testamento, num. 33. C. de Coll. quem refert Procel. de duob. fratr. part. prima, sic distinguit, aut dos est data socero, aut viro, aut vtrique: si est dota socero, cum ipse remaneat obligatus, ipse acquirit: si est data marito, maritus lucratur: si vtrique, pro virili lucratur vterque.
- 6 Vltima fuit opinio glosæ in l. quod scitis in verbo dotem C. de bon. q. lib. Bart. in d. l. si cum dotem, §. transgrediamur, ff. sol. matrim. Alex. in addit. ad Bart. in d. l. dotem. Angel. in l. prima, C. de bon. q. lib. Sily. in l. 2. C. fam. ercisc. Raph. & Paul. de Castr. in dist. §. transgrediamur, quam pariter ibi probat Alex. n. 12. Bald. de duob. fratr. n. 26. Flor. in l. si filius, ff. fam. ercisc. Angel. in §. fuerat, insti. de allion. Paris. consil. 130. nu. 23. part. prima. Corn. consil. 149. lib. 1. Crot. in l. frater à fratre, ff. de cond. ind. & alij ibi moderniores, scribentes in cap. in presentia de probat. Dec. & Cagn. in l. in eo, ff. de reg. iur. Bald. Nou. de dote parte 7. prin. l. 17. Campeged. de dote p. 5. qu. 7. Vital. Nemauf. de collat. qu. 12. Dec. iterum sibi contrarius consil. 260. Laur. Birch. lib. 2. recap. sentent. cent. 3. conclus. 33. Viu. lib. 2. comm. opin. in verbo,

statutum, alios citat Rol. d. qu. pen. sub n. 4. vers. secundus casus, plures Phan. de lucro dotis glos. 8. num. 25. vt nempe lucrum dotis sit præcipuum filij, nec in ipso alij fratres post mortem patris, aliquem possunt prætereundere partem.

8 Rationes huius verissimæ conclusionis plures esse possunt: ego breuiter nonnullas adducam, quæ magis vigeant mihi videntur. † Et primo regulariter omne lucrum, quod filius consequitur vno patre, dicitur aduentitium, l. prima C. de bon. mat. l. fin. C. de collat. modo nec à patre, nec eius intuitu proueniat leg. sed si plures, §. in arrogato, ff. de vult. & pup. tale est lucrum dotis, ergo non erit cum aliis fratribus communicandum, dist. l. fin. C. de collat.

9 Secundo in acquisitionibus attenditur causa finalis, proxima, & immediata d. §. in arrogato l. fin. in fin. ff. de usufr. at in casu proposito matrimonium est causa finalis istius lucri, ergo in eius acquisitione solum in consideratione haberi debet ille, qui matrimonium contraxit, non autem qui onera sustinuit, quod latius infra probatur.

10 Tertio non probatur in iure, lucrum dotis illius esse debere, qui sustinet onera matrimonij: vnde cum non concurrant requisita peculij profectitij, de quibus per Bart. in d. l. cum oportet C. de bon. q. lib. & in d. §. in arrogato, tale reputari non debet.

Quarto Paul. de Castr. in d. §. transgrediamur considerat, fieri posse, vt vna die contrahatur matrimonium, altera verò decedat vxor, & inconueniens esset, vt pater propter onera vnus diei, dotis partem lucraretur. Quæ tamen ratio non placet Alex. ibi nu. 12. primo quia maiores expensæ fiunt in primis diebus; secundo quia lex potuit habere in consideratione quod communiter euenire solet, non autem quod raro accidit. Sed replicatur, vt in solutionibus argumentorum aliarum opinionum.

Non obstant igitur considerata in aliis relatis opinionibus. Non prima ratio. Dyn. nec secunda Bart. 11 præsupponunt enim † lucrum dari propter onera matrimonij, cum tamen verè detur contemplatione ipsiusmet matrimonij, ob quod vir lucratur partem dotis, prout mulier donationes propter nuptias pariter lucratur. Quod probatur ex his, quæ Bart.

11 docet in l. nihil, ff. ver. annot. † nempe vitum lucrari partem dotis, etiam si solum mulier fuerit desponsata per verba de presenti, nec adhuc Domum viri ducta fuerit, ergo matrimonium est causa lucri, non autem onera, cum hoc casu considerari non possint, idem voluit Bald. per illum text. in l. Duo nobis, C. de epis. & cler. in l. non sine C. de bon. q. lib. in l. sancimus, C. de nupt. & in l. non tantum C. de leg. & docet Viu. lib. 2. comm. opin. in verbo statutum simpliciter, num. 12.

13 & 14. qui id ampliat, † etiam si mulier post verba de presenti ingressa fuerit monasterium, nulla secuta copula, de quo Boer. decis. 22. n. 7. & seqq. ex quibus fateti oportet, lucrum dari propter matrimonium non propter onera, & sic cessant dæ primæ altæque opinionum.

Tertia, & quarta opinio continent scrupulosam verborum, ac iudicium quandam interpretationem, 14 vt animaduertit Phanut. loc. cit. n. 31. licet enim † pater recipiat dotem, nomine tamen sibij eam recipere intelligitur, ac propterea lucrum debet esse proprium illius, pro quo fuit recepta dos: & eodem modo deberent intelligi similia statuta, quotum potius mens, quam verba sunt attendenda, vt per Phan. loc. cit.

15 Nec obstat text. à Rom. allegatus, ibi enim socij

non participant de lucro dotis ob onera matrimonij, sed quia inter omnium bonorum socios omnia sunt communia, de quo infra in secundaparte cap. 23.

16 Ratio Decij nec ipsa concludit, nam fructus dotis debent deferri pro oneribus matrimonij; unde non est mirum, si ille, qui sustinet onera matrimonij, fructus lucratur: quæ ratio cessat in ipso lucro dotis, quod propter matrimonium: non propter onera datur, ut supra dictum fuit, & eo maxime, quia pater intuitu filij debet sustinere onera matrimonij, d. S. transgrediamur. & d. l. si filia, §. 1. ff. fam. ercisc. etiam si filius nullam habuisset dotem, arg. l. quod si nulla, ff. de relig. domib.

17 Hæc tamen omnia debent intelligi secundum iura hodierna, non autem secundum antiqua, dum filius, quicquid acquirebat, patri acquirebat etiam quantum ad proprietatem, ut multi dixerunt, de quibus per Rol. loc. cit. sub num. 4. versic. ego quidem.

### SVMMARIUM.

- 1 Filiusfamilias non potest testari regulariter, etiam patris accedente consensu, nu. 2. & an iste sit effectus patriæ potestatis, n. 3.
- 4 Testamentum ab alieno arbitrio pendere non debet.
- 5 Frater non potest testari de bonis Emph. etiam consentiente fratre, ad quem illa bona redire debent.
- 6 Filiusfamilias non potest legare.
- 7 An legatum factum à filiofamilias cum consensu patris sustineatur in vim donationis causa mortis ex clausulis generalibus.
- 8 Filiusfamilias non potest testari, etiam si pater fuerit captus ab hostibus.
- 9 Filiusfamilias neque testari potest in bonis aduentitiis.
- 10 Filia, licet sit nupta, non potest tamen testari de bonis aduentitiis.
- 11 Filiusfamilias, si pater ingrediatur monasterium, efficitur sui iuris, & testari potest.
- 12 Filiusfamilias de bonis aduentitiis potest testari ad pias causas, cum consensu patris.
- 13 Filiusfamilias de peculio Castrensi, & quasi Castrensi testari potest, diuersimodè tamen, ut num. 14.
- 15 Filiusfamilias de donatis à Principe testari potest.
- 16 Filiusfamilias de lucro detali testari potest.
- 17 Gallorum filij de eorum bonis testari possunt, cum non sint in patria potestate.
- 18 Presbyterium de suis bonis testari possunt.
- 19 Filiusfamilias liberatus à patria potestate potest de suis bonis testari.
- 20 Filiusfamilias potest testari de bonis sibi donatis causa studij.
- 21 Filiusfamilias testamentum factum cum consensu patris sustinetur ex clausula donationis causa mortis.

## An filiusfamilias possit de suis bonis testari.

### CAP. IX.

Non incongruè hic videndum est, de quibus peculii filiusfamilias testari, ac disponere possit, quod duas habet inspectiones; prima est circa testamenta, ac alias ultimas voluntates, secunda circa dispositiones inter vivos: de prima, de qua in præsentis capitulo, † generalis prius constituenda est regula; filiumfamilias testari non posse, l. qui in potestate, ff. de test. in suis, quib. est permis. fac. testamentum, in princ.

2 Quod adedò verum est, ut accedente etiam patris consensu filius testari non possit, l. testamenti, ff. de testam. c. licet, de sepul. in 6. hæcque communis est opinio, ut per Clar. lib. 4. recept. sent. §. testamentum, qu. 28. Viu. in suis comm. opin. lib. 1. opin. 121. quod tamen declarata. ut n. 21. Grat. d. sept. Forens. cap. 820. n. 9.

3 Est tamen dubitatio apud Doctores, an id † effectus sit patriæ potestatis; & à patria potestate non provenire, videntur tenere Ald. & alij in §. ius autem, Inst. de patr. potest. & mouentur, quia si istud non posse testari, esset effectus patriæ potestatis, accedente patris consensu posset filiusfamilias testari, sed consequens est falsum, ut supra dictum fuit, ergo, & antecedens; unde volunt potius id provenire ex legis dispositione, quæ habet filiumfamilias pro persona inhabili ad condendum testamentum. Alcan. tamen Clem. de patr. potest. effect. 9. tenet imò hunc esse effectum patriæ potestatis, cum nulla alia ratione filiusfamilias testari non possit, nisi ob interesse patris, quicquid enim acquirit, patri acquirit, ac propterea de his testari potest, de quibus pater nec proprietatem, nec usumfructum habet, ut infra dicitur. Nec obstat, si dicatur; cur igitur non potest testari saltem patris accedente consensu? nam respondetur, id provenire ex alia iuris conclusione, ex eo

4 nempe, quod † testamentum ab alieno arbitrio pendere non debet: ut enim dicit Clem. loc. cit. satis irrationabile visum fuit legislatoribus, in alienum arbitrium conferre, quæ vix permittebantur in suo ad gl. in lilla constitutio, ff. de hered. inst. Mant. sing. 68. quæ opinio communiter approbatur à Doctoribus, ut per Angel. in d. l. qui in potestate post. num. 2. Ias. in l. seruum, n. 9. C. qui test. fac. poss. Clar. loc. cit. & simile adducitur de fratre, † qui non potest testari de bonis Emph. etiam consentiente patre in illis bonis interesse habente. Bald. conf. 120. lib. 5.

6 Secundo ampliatur, ut filiusfamilias non solum non possit testari, verum nec etiam legare, secundum communem, de qua testatur Eman. Suar. in suo Thesaur. recept. sent. in verbo, filiusfamilias, sub nu. 201.

7 Dubitatur tamen, † utrum legatum sustineatur saltem in vim donationis causa mortis ex clausulis generalibus, si non valet iure testamenti, valeat iure legati, vel donationis causa mortis. Clar. lib. 4. recept. sent. in §. donatio, vers. sed quare. distinguit, quod si donatarius fuit præsens, vel adfuit nuntius, vel epistola, vel alter pro ipso stipulans, valet saltem in vim donationis causa mortis, quod ampliatur, etiam si donatarius præsens expressè non consentiat; præsentia enim vna cum taciturnitate in favorabilibus inducit consensum; secus autem si non fuerit præsens, nec aliquis pro ipso acceptaverit.

8 Tertio ampliatur etiam si pater ab hostibus fuerit captus secundum glo. in l. fin. & in l. pater, ff. de iniust. capt. & irrit. fact. testam. Com. conf. 104 sub n. 10. lib. 3. quia licet capti ab hostibus amittant patriam potestatem, l. pater, l. quod si filius, ff. de capt. tamen eorum status remanet in suspenso, l. pater, ff. de suis, ac propterea filius dicitur dubius, unde locum habet dispositio text. in l. de statu, ff. de testam. vbi habetur, quod dubius de statu suo testari non potest: etsi aliquando rediret pater, semper in eius potestate filius stetit diceretur secundum glo. in l. fin. §. ita tamen de sen. pas. Clar. in d. quest. 18. vers. sed pone.

9 Quarto ampliatur, ut non possit nec etiam testari de bonis aduentitiis, in quibus ipse filius proprietatem habet, glo. in d. l. qui in potestate, in verb. nihil magis, Socin. conf. 112. post num. 2. vers. confirmatur lib. 1. & conf.

conf. 172. lib. 2. & de communi testatur Alex. in l. *fernum*, nu. 6. C. qui test. fac. poss. ubi asserit hanc esse communem Doctorum sententiam, & docet Roin. conf. 24. n. 11. lib. 5. Clar. in d. *quæst.* 18. *vers. vera igitur*, ubi plures alios allegat. Idque ampliat etiam in casu, in quo pater non habeat usufructum illorum bonorum adventitiorum. Cuius rei rationem esse dicit Alcan. *Clem. de patr. potest. effect.* 9. quia licet in multis casibus pater non habeat usufructum bonorum adventitiorum, semper tamen habet commoditatem, ob quam filius de illis testari prohibetur. Verum hanc rationem ex mente Parisij iam reprobavimus supra in c. 4. de quo etiam in *cap. seq.* unde sequitur, & hanc subampliationem esse fallam, & potius erit limitatio ad regulam, filium nempe familias posse testari de bonis adventitiis, de quibus pater non habeat usufructum, juxta ea, quæ dicemus in *cap. sequenti*, in *secunda limitatione*. Quod indubitabile quodammodo esset, si pater de ipsis, nec usufructum, nec administrationem, nec etiam commoditatem aliquam haberet; cessaret enim tunc etiam ratio considerata per Alcan. *Clem. loco citato*.

70 Quinto ampliatur, ut procedat etiam in filia nupta, quæ adhuc remanet sub patris potestate, l. *si exor*, C. de cond. infers. ac idem nec de dote, nec de bonis maternis testamentum facere potest, ut per glos. in l. *si filia*, ff. *solut. matrim.* Alex. conf. 17. lib. 2. Viu. in l. *cum opin. divers.* in verbo, *filios familias*, nu. 4. quod tamen declaratur ut infra in 2. *limitatione*.

11 Modo sic ampliata supra posita conclusio, venit etiam nonnullis modis limitanda, & primo si pater ingressus fuerit Monasterium; tunc enim filius efficitur sui iuris: ita hanc conclusionem limitat Bart. in l. *patre furioso*, ff. *de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* & ex pluribus probat, & licet glos. Intrig. & Bal. in *Auth. excipitur*, C. de bon. q. lib. contradicant, tamen Bart. opinionem esse communem dicit Ias. in d. l. *patre furioso*, nu. 45. Modern. in *cap. presentia, de probat.* Alb. in *Auth. ingressi*, C. de sacros. Eccles. nu. 13. Boet. *decis.* 121. nu. 2. Viu. in *lib. recept. sentent. in verbo, filios familias*, nu. 2.

12 Secundo limitatur, si filius familias de patris consensu velit de bonis adventitiis testari ad pias causas, vel pro ipsius anima, c. *licet*, §. *fin. de sepul.* in 6. Abb. in c. *in presentia*, nu. 55. de *probat.* Ang. Bald. Sal. in d. l. *senium*. Fed. de Sen. conf. 198. quam opinionem appellat communem Crot. in l. *frater à fratre*, ff. *de cond. indeb.* qui respondet contrariis per Fulg. & nonnullos alios addo & in d. l. *senium*. Viu. *loc. proxime citato* nu. 5. Alcan. *Clem. loco supra citato*, nu. 5. Eman. Suar. in suo *Thesaur. recept. sentent. in verbo, filios familias*, nu. 100. Clar. *lib. 4. recept. sentent. quæst. 3. versic. sed nunquid filios familias*, Valquez *de succes. lib. 1. tit. qui testari possint*, §. *primo*, nu. 50. Bart. *Soc. reg. 200. in prima*, & 6. fall.

13 Tertio limitatur in peculio Castrensi, vel quasi, de quibus filius familias potest ad libitum testari, l. *fin. C. de inoffic. testamento*. Cotu. *consil.* 87. lib. 3. Alex. *consil.* 2. nu. 6. lib. 5. Viu. *loco supra citato*, nu. 9. Alcan. *Clem. ubi supra* nu. 5. De ↑ Castrensi tamen iure militari testari potest, de quasi vero Castrensi secundum constitutum à iure communi modum. Inter autem bona quasi castrensia computantur debent salaria, quæ à Clientibus Advocatis dantur, ut dictum fuit supra in *cap. 2.* & docet Alcan. *Clem. loc. cit. num. 7. & seqq.* sunt enim subrogata in locum publicorum salariorum; prout in clericis, qui dicuntur habere bona quasi castrensia ex redditibus beneficiorum, licet ex publico

non veniant. Clar. *lib. 4. recept. sentent. quæst. 18. versic. scias tamen*, & *versic. seq.*

15 Quarto limitatur in donatis à Principe, de quibus filius familias testari potest, ut per Doctores communiter in *Louis multa*, C. de bon. q. lib. quam opinionem communem appellat Crot. in d. l. *frater à fratre*, nu. 112. Viu. *loc. cit. num. 8. Clem. ubi supra*, nu. 5.

16 Quinto limitatur in lucro dotali obueno marito, qui si transeat ad secunda vota, illud lucrum in filios transfertur, qui filij postea de eo testari possunt. Angel. in §. *quoniam autem*, *Auth. de nupt. Clem. loc. cit. nu. 5. Bart. Soc. reg. 200. in 4. fall.*

17 Sexto limitatur in filiis Gallorum, qui cum non sint in potestate patris, Glos. in *Instit. de patr. potest. in verbo, civium Romanorum*, Bart. *Soc. loc. cit. in 3. fall.* de suis bonis ad libitum testari possunt.

18 Septimo limitatur in filiis Presbyterorum, *Authen. Præbyteros*, C. de Episc. & Cler. leg. sacrosanctis, C. eod. Glos. in *cap. quia ingredienti*, §. *q. 1.* quod Soc. *loc. cit.* ampliat procedere etiam in clericis habentibus tantum primam tonsuram, & generale esse in omnibus bonis vnde cumque quæsitis asserit, ut per ipsum.

19 Octavo generaliter limitatur in omni casu, in quo filius liberatus sit à patria potestate, ex his, quæ tradit Bart. in l. *patre furioso*, ff. *de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* & esse communem opinionem dicit Ias. ubi n. 45. scribentes in *cap. in presentia, de probat.* Alb. in *Auth. ingressi*, nu. 13. C. de sacros. Eccles. Boet. *decis.* 121.

20 Nono limitatur in donatis filio causa studij, ut infra in *cap. 11. in 8. limitat.*

21 Decimo limitatur, ut licet testamentum filii familias non valeat, etiam si sit factum cum licentia patris, ut in prima ampliatione; tamen si in tali testamento cum licentia patris condito, fuerit apposta clausula, ut valeat saltem in vim donationis causa mortis; sustinetur in vim donationis causa mortis, ut per Fach. *controu. illustr. lib. 5. c. 64.* & rationem affert, quia filius familias cum licentia patris potest donare causa mortis, ut dicam infra in *cap. seq. num. 6.* distinguendo tamen secundum Doctores, quos citat Gratian. *loco supra citato*, nu. 10.

## S V M M A R I V M.

- 1 Filius familias de bonis Castrensibus, & quasi castrensibus, potest inter vivos ad libitum disponere.
- 2 Filius familias de bonis profectitiis inter vivos nullo modo disponere potest.
- 3 Filius familias de bonis adventitiis ob interesse patris non potest inter vivos disponere, secus tamen patris accedente consensu, nu. 4. ubi declaratur qualis debeat esse iste consensus, & nu. 25.
- 5 Filius familias potest ad libitum disponere de bonis adventitiis, in quibus pater non habet usufructum.
- 6 Filius familias de patris consensu potest donare causa mortis, & de ratione, nu. 8. & quid si solum pater commoditatem habeat, & nu. 10. & an tacitus consensus sufficiat, nu. 20.
- 7 Consensus patris tollit defellum patrie potestatis.
- 9 Donatio causa mortis licet sit ultima voluntas, tamen magis accedit ad naturam contractus, quam ultima voluntatis.
- 11 Commoditas patris in bonis adventitiis, in quibus non habet usufructum, quomodo in consideratione haberi debeat.
- 12 Consensus patrie in alienationibus bonorum adventitiorum quare requiratur, ponitur distinctio, nu. 13. datur in secundo capite, nu. 14. de quo & nu. 16.

- 15 *Consensus patris in ultimis voluntatibus nihil operatur.*  
 17 *Filiusfamilias an possit patri donare bona aduentitia causa mortis, & quid accedente iuramento, num. 18. ac iudicis auctoritate, num. 19.*  
 21 *Consensus semel filio praestitus, ut possit donare causa mortis, an possit reuocari, & quid in consensu dato, ut possit testari ad pias causas, num. 22.*  
 23 *Donatio ususfructus bonorum aduentitiorum, an patientia patris inducatur.*  
 24 *Donatio facta à filio de bonis aduentitiis absque consensu paterno, an morte ipsius patris confirmetur.*  
 25 *Patris consensus supplere solet defectus solemnitatum necessarium in contractibus minorum, limita n. 26. & declara num. 27.*  
 28 *Filiusfamilias an valide obligentur ad fauorem parentum, & num. 30. ponitur distinctio.*  
 29 *Filiusfamilias potest quolibet contractu obligari.*

## Filiusfamilias an possit de suis peculiis inter viuos disponere.

### C A P. X.

**I**n capitulo praecedenti vidimus breuiter an, & in quibus casibus filiusfamilias possint testari de suis peculiis, nunc eodem ordine videndum est, quomodo de ipsis inter viuos disponere valeant.

- 1 Sed animaduertendum est, hanc rem nullam habere difficultatem in bonis Castrensibus, vel quasi, nec non in bonis profectitiis, de Castrensibus enim, & quasi castrensibus possunt filiusfamilias ad libitum disponere, † de profectitiis verò nullo modo, in primis enim plenum ius habent, in aliis verò nullum prorsus, vt supra suis locis fuit dictum.
- 3 Vnde solum restat videre de bonis aduentitiis, in quibus constituenda est regula negativa, filium nempe familias ob interesse patris de bonis aduentitiis inter viuos disponere non posse, vt supra fuit dictum in *tertio capite, num. 17.* quae hic non repetam.
- 4 Quae conclusio primo limitatur, accedente patris consensu, in dispositionibus enim inter viuos cessat ratio, quae in capitulo praecedenti fuit considerata circa vltimas voluntates, & cum prohibitio sit respectu interesse patris, ipso consentiente cessat ratio prohibitionis, & per consequens ipsa prohibitio, vt asserunt Doctores omnes supra citati in *d. cap. 3. n. 17.* Qui tamen consensus debet esse certus, & expressus, aliter nunquam intelligeretur remissus ususfructus, licet quandoque posset dici permissa alienatio respectu proprietatis. *Grat. discept. Forens. lib. 4. c. 781. n. 15.* nisi tamen verba essent ita generalia, vt etiam ususfructus remissionem importare dicerentur, prout si dictum fuisset, vt filius posset bona aduentitia pleno iure, integrè, sine diminutione, vel ad libitum in alios transferre, vt optimè docet *Surd. in conf. 259. num. 17. lib. 2.* Caccialup. in *l. frater à fratre, nu. 5. in fin. ff. de cond. indeb. quae vellet impugnare Grat. in d. cap. 781. nu. 16.* asserens propterea necessariam esse renunciationem in specie ipsius ususfructus, quod certè nimis scrupulosum existit, si enim pater consentiret, vt filius ad libitum possit de bonis aduentitiis disponere, quomodo libera erit eius voluntas, si respectu ususfructus nullam habeat potestatem disponendi? & quomodo integrè, & pleno iure poterit bona aduentitia in alios transferre, si solum respectu proprietatis id facere poterit? vnde à traditis à *Surdo loc. cit.* non esset vilo modo recedendum.

Dixi necessariam esse consensum in ipsa alienatione, nam si pater simpliciter permisisset, vt filius videretur etiam ususfructu bonorum aduentitiorum, hinc tamen non diceretur remissus ususfructus, ita vt etiam respectu ipsius in posterum filius liberam haberet potestatem disponendi, illa enim permissio dicitur facta de die in diem, vnde est solum donatio permissiua, quae durat ad libitum patris, nec extenditur in posterum. *Castren. in l. cum oportet, §. sin autem, nu. 4. C. de bon. 9. lib. vbi etiam Bart. Corn. & alij. Crau. conf. 39. n. 9. vers. aliter. Boer. decis. 196. nu. 3. in fin. Menoch. conf. 282. nu. 34. lib. 3. Gratian. in d. cap. 781. n. 4. & seqq. de quo etiam infra num. 22.*

- 5 Secundo limitatur respectu illorum bonorum aduentitiorum, in quibus pater non habet ususfructum. *Paul. de Castri. conf. 28. lib. 1. Rom. conf. 412. vers. fallit secundo. Crauet. conf. 29. nu. 2. conf. 84. n. 9.* vbi de communi, & *conf. 92. in princ.* vbi pariter de communi. *Eman. Suar. in suo Thesaur. recept. sentent. in verbo, filiosfamilias, sub nu. 202.* idque intelligunt absque vilo patris consensu, vt refert *Alcan. Clem. de patr. potest. effect. 10. sub nu. 11. Clar. lib. 4. recept. sentent. in §. donatio, vers. aut quaris, & probat tex. in Auth. liceat matri, & auiæ, in princ.* vbi expressè habetur, quod de rebus donatis, vel relictis filiisfamilias sub ea conditione, vt patri ususfructus non quzeratur, possint ipsi filij ad libitum disponere, latè *Surd. in conf. 115. num. 21. lib. 1.* quem in istis terminis intelligit *Gratian. in d. cap. 781. num. 8.* Et generaliter quod de illis bonis, in quibus pater non habet ususfructum possint filiusfamilias ad libitum disponere, tenet *Rot. in decis. 165. nu. 2. select. per Farin. part. 1.* In quibus autem casibus patri ususfructus bonorum aduentitiorum non quzeratur, dixi supra in *cap. 3.*

- 6 Tertio limitatur in donationibus factis causa mortis, consentiente patre, licet enim filiusfamilias non possit donare causa mortis absque patris consensu, *l. in huius, §. 1. vbi glof. & Bart. ff. de don. caus. mort. patris* tamen accedente consensu donare posse non est dubium, *Inf. in l. senium, C. qui testam. fac. poss. Clar. lib. 4. recept. sententiar. in d. §. donatio quest. 6. Roman. conf. 512. 10. Bap. Vill. in suis communibus opinionibus in verbo, filiosfamilias num. 134. Eman. Suar. in suo Thesaur. recept. sent. in verbo filiosfamilias num. 193. † consensus enim paternus tollit defectum patriæ potestatis. *Corn. conf. 129. num. 14. lib. 2. idemque operatur consensu aui. Rom. loc. cit. num. 5. & 6. Alcan. Clem. de patr. potest. effect. 10. num. 2.* Et ita valet donatio facta enim consensu patris, vt si fiat alteri filio, patri non quzeratur ususfructus. *Rot. coram Lud. decis. 473. nu. 6.* aliter enim diceretur quodammodo frustratorius ille consensus.*

- 8 Cur autem filiusfamilias possit donare causa mortis cum consensu patris, non autem testari, ea est ratio, quia vltima voluntas ab alieno arbitrio pendere non potest *l. illa institutio, & l. captatorias, ff. de hered. inst. Bart. in l. tam is, §. filiosfamilias, ff. de donat. caus. mort. †* Nec obstat donationem esse speciem vltimæ voluntatis *l. fin. C. de cond. insert.* nam magis accedit ad naturam contractus, *gloss. in §. 1. instit. quib. non est permiss. fac. test. & docet Clement. loc. cit. num. 5.*

- 10 Quod autem dictum fuit supra in donationibus causa mortis factis, de bonis aduentitiis necessariam esse consensum paternum, aliqui ampliant, etiam si in illis bonis pater ususfructum non habeat. *Clar. in d. §. donatio, quest. 6. vers. aut verò quaris, sed contrarium voluerunt Bart. in d. Auth. ut liceat matri, & auiam princ. Rom. in d. conf. 512. vers. fallit secundo, vbi allegat tex.*



tex. in l. fin. §. filius autem Cod. de bon. g. lib. Cum. in l. tam is §. primo. ff. de donat. caus. mort. Paul. de Castr. in l. senium C. qui test. suc. poss. vbi etiam Ias. qui idem tenet in l. nemo. vers. retent. a communi sententia. C. eod. Et mouentur omnes per tex. expressum in d. Authen. vt liceat matri, & auia: licet Clar. asserat primam opinionem esse magis communem; & Alex. in dist. l. nemo dicat. d. Authen. loqui de dispositionibus inter viuos: hæc enim est expressa diuinitio, vt dixit Alcan. Clem. d. effect. 10. sub nu. 9. vnde ab opinione Barr. non est vilo modo recedendum, præcipue cum contrarium sentientes moueantur solum ob illam commoditatem, quam dicunt patrem habere in bonis aduentitiis, etiam si vsufructum non habeat, cui rationi iam fuit responsum supra in cap. 3. ex mente Paris. in

ceptat. sentent. in verbo filiusfamilias. nu. 193. hæc enim opinio, hoc solum nititur fundamento, consensum patris requirit ad integrandam personam filij, & sic esse auctoritatis præstationem, quam in facto proprio nemo impartiri potest, sed cum requiratur solum ratione interesse, consentire poterit, vt donet & sibi, &

18 aliis. † Quam magis communem opinionem limitat Dec. cons. 430. num. 4. si donatio fuerit in tamento valata, ad quod conferunt tradita per ipsum cons. 216. 19 num. 2. & cons. 239. num. 1. † Secundo limitatur, si iudicis auctoritas, & decretum interueniat, vt per Clar. loc. cit.

20 Est etiam differentia an iste consensus requiratur pro interesse patris, vel ad integrandam personam filij in hoc: quod si requiratur ad integrandam personam filij, necessarium erit, vt expressè interponatur, vt per Clar. loc. cit. secus si solum pro eius interesse, nam vbi agitur tantummodo de præiudicio, præsentia, scientia, & taciturnitas inducit consensum sufficientem ad validandum actum, vt per ipsum Clar. & nonnulla alia ad propositum infra num. 27.

21 Si tamen pater semel donationi causa mortis factæ per filium consenserit, non potest amplius illum consensum reuocare, Barr. in l. 2. §. 1. in 4. quasi. ff. de donat. scribentes in l. senium. C. qui testament. facer. poss. prout

22 etiam † si consensum præstiterit filio, vt possit ad pias causas testari, non potest enim pænitere, nec quantum ad legata, nec quantum ad hæredis institutionem. Bal. in l. prima, vers. sed iuxta hoc queritur incidens, C. de sacros. Eccles. Tiraq. de iug. connub. glos. 5. num. 9. Clar. loca proxime citato, num. 8. & 9.

23 Quarto limitatur à multis principalis conclusio in casu, in quo filius ex patientia patris bonorum aduentitiorum vsufructum percipiat, ex illa enim patientia videtur pater remisisse, & donasse vsufructum. Crauec. cons. 39. num. 2. quam remissionem facere potest l. eum oportet, §. primo, C. de bon. g. lib. & licet multi sentiant, illam patientiam operari solum quantum ad ipsam administrationem. Dec. in Authen. ex testamento, & in l. si donatione, C. de donat. Bald. consil. 134. lib. 3. & consil. 484. lib. 1. primam tamen opinionem esse veritatem probat Alcan. Clem. loco supra citato, num. 13. Verum vt dixi supra sub num. 4. vers. sic. Dixi necessarium, dato, quod illa patientia inducat donationem, at tamen id locum habebit respectu fructuum, qui dictum percipiuntur; ita vt fructus per filium percepti de bonis aduentitiis præsumantur donati: sed hinc non potest trahi præsumptio, vt etiam in posterum pater de necessitate dicatur remisisse, & donasse fructus decurrendos; vnde quicquid factum fuerit in præteritum, in posterum obstabit interesse patris, ne alienatio bonorum aduentitiorum valeat absque consensu patris; vt supra dictum fuit sub dist. num. 4.

24 Quinto, & ultimo limitatur conclusio, si donatio facta per filium patre inconsulto morte ipsius patris fuerit consummata, ita in terminis tenet Crot. in l. frater à fraire, quasi. 30. ff. de condit. indeb. contradicunt tamen, & merito Bald. & alij in l. fin. §. filius autem, C. de bon. lib. Curt. lun. consil. 112. de quo per Crau. consil. 39. num. 3. & 10. nullitas enim obligationis ipsius filij prouenit ob carentiam administrationis ob interesse patris, vnde eius mors non tollit interesse, quod durante eius vita habebat; nec minus concedere potest administrationem pro tempore præterito, per ea, quæ superius dicta fuerunt circa consensum patrum.

25 Pro intelligentia autem supra dictorum circa con-

11 cons. 157. nu. 42. part. 4. † patrem nempe bonorum aduentitiorum commoditatem habere, licet vsufructu careat, donec tamen, & quousque filius illa bona aduentitia apud se retineat, non autem quod illa commoditas sit tantæ efficacis, vt possit impedire filium, quin bona aduentitia alienet. Præterea dato quod d. Auth. loqueretur solum de dispositionibus inter viuos, tamen iam diximus, donationem causa mortis, quantum ad hoc magis assimilari contractui, quam vltimis voluntatibus. Imò dato quod esset vltima voluntas, tamen dicendum esset, filiumfamilias posse etiam testari de illis bonis, in quibus pater non habet vsufructum, cum commoditas non impediatur alienationem, vt per Paris. in dist. cons. 157. nec possit considerari aliqua ratio differentis, cur de ipsis disponere possit inter viuos, non autem in vltimis voluntatibus, vt supra in cap. preced.

12 Est tamen dubitatio apud Doctores, quare requiratur consensus paternus in illis casibus, in quibus diximus esse necessarium; an nempe ob interesse paternum, vel potius ad integrandam personam filij. Clar. loc. supra citato vers. pater ergo, concludit, communem opinionem esse, requiri ad integrandam personam filij, licet alij contra: nec desunt, qui sic distinguunt,

13 † aut loquimur de consensu, qui requiritur in donationibus inter viuos, & ratione interesse patris requiritur, ac ideo filius liberè inter viuos disponere potest de illis bonis, in quibus pater non habet vsufructum, aut de consensu loquimur, qui requiritur in donationibus causa mortis, & dicunt requiri ad integrandam personam filij, cum hæc sit species vltimæ voluntatis, ac propterea necessarium esse consensum,

14 etiam si pater non habeat vsufructum: † quæ tamen distinctio in hoc secundo capite vana prorsus est, nam aut volunt, donationem causa mortis esse dispositionem inter viuos, & consensus paternus erit necessarius pro eius interesse, vt in primo cap. distinctionis: aut volunt esse vltimam voluntatem, & consensus patris nihil operari poterit, vt dictum fuit supra in cap. preced. † cum vltimæ voluntates ab alieno arbitrio pendere non debeant. Vnde absolute dicendum est, † in dispositionibus inter viuos circa bona aduentitia consensum patris esse necessarium pro omni eius iure, & interesse: non autem vilo casu ad integrandam personam filij, nam aliter sequeretur, vt nunquam filius posset disponere de bonis aduentitiis, etiam si pater ipsorum non haberet vsufructum, contra ea, quæ dicta fuerunt in secunda limitatione; semper enim dici posset, personam filij non esse integram.

17 Et hinc etiam existimo falsam esse illam magis communem opinionem, quod filius non possit patri donare causa mortis, vt per Suarez in suo Theosan. re-

- consensum, quem præstare debet pater in obligationibus filiorum, animaduertendum est, quod licet adsit Statutum, vi minor non possit contrahere sine certis solemnitatibus, quod Statutum sibi locum vendicaret, etiam in minore filiofamilias. Rot. decis. 385. n. 2. select. per Farin. par. 2. attamen legitime contraheret, si loco illatum solemnitatum adesset solum patris consensus. Gab. de statutis, conclus. 2. n. 1. & 5. Rot. d. decis. 385. sub nu. 3. de quo multa infra in tertia parte, c. 12. nu. 26.
- 26 ubi vide. † Quod notabiliter limita, si filiusfamilias contraheret ad utilitatem ipsius patris, tunc enim essent necessariae statutariae solemnitates, cum pater ad proprium commodum non possit autorizare filij personam. l. 1. conf. 69. in 2. dub. lib. 1. Paris. conf. 97. nu. 21. & seqq. lib. 3. Alcan. Clem. de patr. potest. cap. 6. eff. 10. num. 6. Triaq. de leg. connub. glof. 8. num. 115. Rot. decis. 153. num. 7. select. per Farinac. part. 1. Id † tamen intelligendum est, iuxta supradictam distinctionem, si nempe consensus patris requiratur ad integrandam personam filij, ut in minore, qui non potest contrahere absque certis solemnitatibus; secus si consensus patris requiratur solum ratione præiudicij ipsius patris, tunc enim, filius potest contrahere cum consensu patris absque alia solemnitate, Lamber. de contrah. mul. glof. 10. nu. 30. Rot. decis. 580. num. 3. select. per Farinac. part. 1. nonnulla alia ad propositum videri poterunt infra part. 3. in cap. 12. num. 26.
- 28 Vnum tamen hic notare non piget circa obligationes filiorum ad fauorem parentum. An nempe filiifamilias obligati absolute remaneant ex obligationibus factis ad fauorem parentum: † licet enim filiifamilias possit ex quolibet contractu obligari, l. filiusfamilias, la 2. ff. de act. & obligat. l. tam ex contractibus, ff. de iud. Cephal. conf. 323. num. 8. & conf. 487. num. 41. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 14. num. 2. pro quibus obligationibus conueniri possunt postquam sunt effecti sui iuris, in quantum tamen facere possunt, & deducto ne egeant, iuxta beneficium legis secundæ, ff. & l. quod cum eo. Attamen in proposito communis est distinctio, † quod aut loquimur de bonis, quæ filiusfamilias habebat tempore obligationis, & illa obligata remaneant pro obligationibus factis ad fauorem patris. Paul. de Cast. in d. l. 1. in fin. Franc. decis. 70. num. 2. & 3. Grat. discept. Forans. c. 576. num. 1. & seqq. Aut respectu personæ, seu bonorum acquiritorum postquam effectus est sui iuris, & nullo modo grauari potest, ut per Cast. & alios supra citatos, & sic Rota distinguit in vna Anconitana Pecuniarum coram Remboldo die Veneris prima Iulij 1622. Vbi dicit, quod generalis renunciatio non sufficit, nisi expressè filiusfamilias huic beneficio renunciauerit, prout alias fuit decisam in alia Romana obligationis 24. Nouembris, 1617. coram Baratto; & in alia Romana dotis 12. Nouembris, 1621. coram Cavalerio, de quo beneficio loquitur Giurb. decis. 42. 43. 44. & 45. Cost. de remed. subsid. remed. 28. num. 2. & 3. Franch. decis. 181. num. 1. Rot. decis. 580. recent. part. 1. & decis. 485. recent. part. 2. non obstante quacunque obligatione Camerali, cuius forma non comprehendit in specie renunciationem istius beneficij, ut in dictis decisionibus: de quo etiam Rota nouissimè in vna Neapolitana pecuniaria, Lunæ 5. Iulij 1632. coram Verospio, vers. altero modo, quæ ponitur in fine huius tractatus, cum alijs Decisionibus nuper additis.
- 29 Filiusfamilias potest testamentum facere de bonis sibi donatis causa studij.
- 41 Donatio facta filio naturali valet, non potest tamen fieri in premium emancipationis, num. 43.
- 44 Donatio facta filio cum conditione, ut statim res donata ad alium transeat, valet.
- 45 Donatio facta filio causa mortis valet.
- 45 Donatio facta filio à Principe valet, etiam si de plenitudine potestatis non fiat mentio, num. 47.
- 48 Mater filio donare potest.
- 49 Donatio facta filio pro legitima, an valeat.
- 50 Donatio facta filio ob militiam valet, & idem est si fiat pro peculio quasi castrensi, num. 51.
- 52 Donatio facta filio non existenti in potestate paterna valet.
- 53 Donatio facta filio ab altero filio de consensu patris an valeat, & num. 54.
- 55 Pater si patiatur filium aliquam rem possidere, an presumatur donare.
- 56 Donatio facta filio clerico valet, etiam si habeat solum primam tonsuram, num. 57.
- 58 Clerici prima tonsura possunt facere testamentum.
- 59 Pater an presumatur voluisse donare filio, vel ipsi in peculium conducere remissive.

## SVM MARIVM.

- 1 Donatio inter patrem, & filium non valet.

De donationibus factis à patre filiis,  
& an, & quando valeant.

## CAP. XI.

**I**N superioribus vidimus de bonis à filiis acquisitis viuente patre, & an, & quando veniant post mortem patris cum aliis fratribus communicanda; nostra tamen fuit disputatio de acquisitis ab extraneis; nunc videndum restat de acquisitis ab ipsismet parentibus, quod maximè ex hac inspectione pender, vt videamus, an, & quando donatio valeat inter patrem, & filium. Circa quod primo constituo regulam generalem: † Donationes inter patrem & filium regulatitè non valere: tex. est expressus in *l. donationes quas parentes, C. de don. inter virum, & vxor.* ad idem est tex. in *l. donationes, §. pater, ff. de donat. & in l. 2. C. de inoff. donat.* vbi scribentes, & communem hanc esse opinionem dicit Paris. *conf. 16. nu. 19. lib. 2.* scribentes omnes in *l. frater à fratre, ff. de cond. indeb.* vt Batt. *nu. 57. Io. Bapt. à S. Souerino nu. 64. Ial. nu. 44. Croc. n. 68. Cagnol. nu. 308. Coral. num. 43. Clar. lib. 4. recept. sentent. §. donatio, quasi. 8. Suar. in suo Thesaur. recept. sentent. in verbo, donatio, num. 194. Viu. in libro com. opinionum, in verbo, donatio facta à patre in princip. Gutier. de contr. iur. c. 4. in princip. & receptissimam esse sententiam ait Menoch. *de presumpt. lib. 3. presumpt. 29. nu. 1.* Ratio ab omnibus considerata ea est, quia quicquid filius acquirat à patre, vel eius occasione, dicitur profectiuum, & ipsimet patri acquiritur, vt dictum fuit supra *ca. 4.* vnde inutilis dicitur donatio, nam sibimet ipsi quodammodo donaret, quod fieri non posse probat tex. in *l. si quis pro eo, §. 1. ff. de fideicom. de qua ratione Menoch. *de arbit. iud. casu 32. num. 1. & in dict. presumpt. 29. num. 2.* Licet ipse magis probeat aliam Vaccinij declarationem, de qua *lib. 4. c. 57. nu. 11.* nempe id factum fuisse ob eam vnitatem, quæ intercedit inter patrem, & filium, cum vna eademque persona censentur.**

**3** Quæ regula varias; ac diuersas recipit declarationes, & limitationes, quas hic subnectam. Primo igitur limitatur in donatione iuramento confirmata. Abb. cæterique scribente in *c. cum consingat, de iure iur. scribentes in d. l. frater à fratre, & in l. pilla, qua contra, C. de pact. Ial. Dec. Rim. in l. si donatione, C. de coll. vbi testantur hanc esse communem opinionem: varios consulentes allegat Viu. *loc. cit. nu. 2.* Gabr. *in rit. de donationib. conclus. 4.* Seraph. *de priuileg. iur. priuileg. 71.* plures citat Clar. *in d. §. 8. qui subdit, omnes fere Doctores cum hac opinione transire, & subdit fatuum esse Aduocatum, qui contrarium defendere conaretur. Et sic iudicasse Parlam. Delph. dixit Guid. Pap. *decis. 146.* Seraph. *decis. 1184.* alios citat Suar. *loco cit. nu. 197.* Gutier. pariter *loc. cit.* idem affirmat, respondetque contrariis consideratis per Paul. de Castre. *in cons. 345. lib. 1. de quo Soc. *conf. 91. nu. 8. lib. 1. Rub. cons. 120. num. 5.* Crauet. *cons. 119. nu. 1. lib. 1. Dec. cons. 74. nu. 3. lib. 2. Caroc. *casu 62. nu. 10.* Viu. *decis. 514. num. 1.* Menoch. *in d. presumpt. 29. nu. 114.* Fach. *controu. iur. lib. 3. c. 77.* Rota *decis. 377. nu. 3. select. per Farinac. par. 2. Meelin. de legissima, lib. 2. tit. 2. quasi. 29. n. 7.* Fontan. *de pact. nuptialib. claus. 4. gl. 7. par. 2. qui num. 59. reprobabat contrarium sentientes.*****

**4** Et rationem esse volunt, quia hæc prohibitio inducitur solum est à iure civili, vnde non impedit quominus naturalis oriatur obligatio. Batt. *in d. l. frater à fra-*

*tre, nu. 56. ff. de condit. indeb. quæ obligatio naturalis, si fuerit iuramento vallata, actionem producit: alias rationes affect. Ial. in ead. lege, nu. 44. circa finem.* Ex quo inferunt, † donationem firmatam iuramento valere, non obstante Statuto, vel Decreto donationes prohibente, vt docent multi, quos citat Gabr. *in tit. de iure iur. conclus. 5. num. 14. vers. quarto inferiur.* Simonet. *de Decret. lib. 3. tit. 8. nu. 157.* Valq. *de success. lib. 3. §. 26. limit. 31. num. 43.* vbi respondet contrarius: nisi tamen Decretum, seu Statutum inducat præsumptionem, iuramentum fuisse dolo extortum: de quo nunc nostra non est disputatio.

Merenda tamen *lib. 1. controu. iur. c. 21.* existimat falsam esse hanc limitationem, & sic donationem filio factam iuramento non confirmari. Eius præcipuum fundamentum est, inter patrem, & filium non oriri nec etiam obligationem naturalem: nam dicit ipse, licet nulla lex reperiatur, quæ prohibeat patrem donare filio; atta non habemus leges disponentes, acquisita per filios statim pleno iure redire ad patrem, *l. cum oportet, C. de bon. g. lib. §. 1. Instit. per quas personas nobis acquir.* vnde cum filius non possit remanere dominus rei donatæ, dicitur prohibitus effectus donationis, si igitur prohibitus est effectus, nulla sequi poterit obligatio, cum non entis nullæ sint qualitates, vt per ipsum *loc. cit. nu. 3. & 4.* & per consequens obligatio non orta non poterit confirmari iuramento, vt per ipsum. Verum responderi potest, prohiberi effectum donationis solummodo à iure civili, in quâ tum nempe acquisita per filios pater prætendere potest: sed non prohibetur obligatio naturalis, qua astringitur pater, vt permittat, rem donatam permanere apud filium, cum nihil sit tam naturale, quam vt pacta seruentur: vnde ista obligatio naturalis euadit efficax mediante iuramento: & sic pater non potest amplius petere, vt acquisita per filium mediante donatione paterna ad ipsum patrem redeant: & hoc modo donatio inter patrem, & filium dicitur firmata iuramento secundum communem sententiam; prout petere non potest donata pro dote, causa studij, & in multis aliis casibus, de quibus infra.

**6** Ac propterea volunt hanc donationem iuramento confirmatam non imputari filio in legitimam, *leg. si quando, §. generaliter, C. de inoff. testam.* & notat Crauet. *conf. 136. num. 2.* de quo latius infra *in c. 37. num. 3.*

**7** Et non solum iuramentum validat donationem factam à patre filio, sed etiam factam à filio patri, vt per Gabr. & alios, quos allegat *in tit. de donat. conclus. 4.* cum validet omnes contractus inter patrem, & filium. Guid. Pap. *conf. 81.*

**8** Hanc tamen limitationem declarant, & sublimitant. Declaratio est, vt procedat in filiis legitimis, & naturalibus, non autem in spuris, quibus facta donatio iuramento non confirmatur. Ruin. *conf. 179. num. 6. lib. 1. & cons. 69. num. 10. & seq. lib. 3.* & rationem adducit Ruin. quia sunt incapaces huiusmodi donationum, vnde iuramentum non potest eos capaces reddere, vt per ipsum *in d. cons. 69. num. 10.* aliam rationem considerat *in d. cons. 179. num. 6.* quia nempe prohibitus est donare spuris ad refrenandam concupiscentiam, *l. §. C. de natur. lib.* verum si ipsi donari possent cum iuramento, daretur materia peccandi; & sic iuramentum esset nutritiuum peccati, quo nihil absurdius.

**9** Limitatio verò est, si ex ipsa donatione maxima oriretur inæqualitas inter ipsos filios, cum iuramentum non debeat esse vinculum iniquitatis.

**10** Et tamen dubitatio, an ista donatio iuramento vallata intelligatur reuocata, si prius decedat filius & re-

- uocatum intelligi ex pluribus defendere conatur Menoch. *conf. 84. per totum*, & tenent alij, quos Thesaur. citat *in decis. 32. num. 13.* contrarium tamen volunt communicer alij, quos citat, & sequitur Thesaur. *loc. cit. vers. contrarium*, quibus nouissimè se subscribit Fontanella *de pactis nuptialibus, claus. 4. glos. 7. part. 2. num. 61.* Si enim ad validitatem istius donationis necessarium esset, ut pater prius decederet, iuramentum nihil operaretur, nam absque iuramento per mortem patris dicitur confirmata donatio, ut infra dicitur, quo argumento post Thesaur. utitur etiam Fontanell. *loc. cit.*
- 11 Secundo principalis conclusio limitatur in usufructu bonorum aduentitiorum, quem pater expressè, & tacitè filio remittere, & donare potest. Bart. *in dist. 1. frater à fratre, n. 57.* & *in l. 2. C. de inoffic. testamento. l. 1. in eadem l. frater à fratre, num. 44.* Viu. *loco supra citato, num. 10.* Petr. Ducn. *regul. 223. in 3. full.* de quo dictum fuit etiam superius *in cap. 3. & in cap. precedentis*, & varios casus distinguit Menoch. *in d. presump. 29. nu. 87. & segg.* & docet Gratian. *discept. Forans. lib. 3. cap. 519. num. 1.* quod tamen intelligi debet donec patri placuerit. Gratian. *loc. cit. num. 2.*
- 12 Tertio limitatur, si donatio fuerit facta ob merita præcedentia. *Glos. in Auth. ut si parens, C. de inoffic. testamento*, scribentes omnes *in d. 1. frater à fratre*, ut Bart. *num. 57.* Io. Bapt. à S. Senetino, *nu. 64.* l. *nu. 44.* Crot. *nu. 76.* Caguol. *nu. 319.* Coraf. *nu. 49.* Rol. à Val. *conf. 98. nu. 44. lib. 1.* Clar. *in §. donatio, quest. 8.* Decian. *conf. 27. num. 3. lib. 3.* Fontan. post alios *de pact. nuptialibus claus. 4. glos. 7. part. 2. nu. 1.* Et rationem esse dicunt, quia id, quod donatur videtur debitum, unde non dicitur, propriè donatio. Clar. *in d. §. donatio, q. 3.* & tanquam proveniens ex eius operibus dicitur, quodammodo peculium aduentitium, & sic in quartam non imputandum, *l. scimus, §. repletionem, C. de inoffic. testam. Viu. loco supra citato, nu. 4.* Suar. *loc. pariter cit. nu. 198.* Clar. *in d. q. 8. vers. hac tamen conclusio.* Gayl. *lib. 2. pract. obseru. c. 38.* Merlin. *de legitima, lib. 2. tit. 2. quest. 29. num. 16.*
- Tantummodo Menoch. *in d. presump. 29. n. 4.* contrarium tentare voluit, existimans, non posse dari casum, ut in filio erga patrem possint considerari merita aliqua remuneratione digna, cum filius omnia patri præstare debeat: Verum licet filius, qui à patre, & esse, & bene esse recepit, ut naturalibus, ac diuinis legibus obtemperet, omnia ipsi præstare debeat, non tamen ad omnia de necessitate adstringitur; multa enim à Menoch. considerata sunt de consilio, & perfectione, unde car volumus, quod pater hanc filij perfectionem non possit in aliquo remunerare: unde reprobatis Menoch. rationibus, à communi opinione non esse recedendum, dixit Fachin. *controuers. iur. lib. 3. cap. 74.* & Menochium pariter nouissimè reprobatur Fontanell. *loc. supra citato, num. 8.* licet Merend. ut forsan Fachineo contradicat, ut plurimum solet, *lib. 1. controuers. iur. cap. 22.* opinionem Menoch. defendere contendat.
- 14 Quæ limitatio ampliatur, ut sufficiat merita præcedere, licet de ipsis non fiat expressa mentio. Crot. *in d. 1. frater à fratre, num. 79.* *Glos. Salic. & alij scribentes in d. 1. si donatio, C. de collat.* Suarez. *loc. cit. num. 199.* Viu. *loc. pariter citato, num. 6.* & docent alij multi, quos Menoch. citat *in d. presump. 29. num. 41.* quos sequitur Fontan. *loc. cit. num. 21.*
- 15 Secundo ampliatur, etiam si cum ipsis meritis fuisset facta mentio de affectione, an sanguinis conjunctione; adhuc enim solam ob merita factam fuisse donationem, esse præsumendum. Dec. *in d. 1. si donatio, num. 12. C. de coll.* quod latè probat Menoch. *in d. presump. 29. num. 55. & segg.* cui opinioni esse fauendum, dixit Fachin. *controuers. iur. lib. 3. c. 75.*
- 16 Duo tamen ad validitatem istius donationis sunt necessaria. Primo quod merita probentur, non statim enim patris assertioni. *l. 1. in d. 1. frater à fratre, nu. 44. vers. secundo limita.* Corn. *conf. 289. li. 4.* Ruin. *conf. 44. circa finem, lib. 5.* Clar. *in d. quest. 8. vers. hoc tamen conclusio.* Crot. *memor. iur. in verb. donatio inter patrem, & filium.* Afflic. *decis. 360. nu. 15.* Viu. *loc. cit. nu. 9.* Suarez. *loco pariter citato, nu. 300.* Mascard. *conclus. 184. num. 5.* Tiraq. *in l. si unquam, in verbo, donatio, n. 88. C. de reuoc. donat.* Menoch. *in d. presump. 29. n. 24.* aliter, enim semper possit fieri fraus legi, ut per Menoch. *loc. cit. n. 25.* Et est regulare, quod quando fit donatio inter personas prohibitas, semper sit necessaria meritorum probatio, licet secus sit, si donare non sit prohibitum. Clar. *in d. quest. 3. vers. sed hic occurrit.* Bart. Socin. *reg. 143. in 4. fallens.* Suarez. *in suo Thesaur. recepti sentent. in lit. F. num. 259.* Tiraq. *in d. 1. si unquam, num. 87.* Fachin. *controuers. iur. lib. 3. cap. 76.*
- 18 Quod tamen patri non credatur limitant aliqui, si appositam fuerit iuramentum: id tamen non placet Alex. *in d. 1. si donatio, & damnat Seraph. de priuileg. iur. priuileg. 40.* & nouissimè Fontanell. *loc. cit. nu. 20.* Secundo alij limitant, si ultra generalem meritorum assertionem fuerint ipsa merita specificata, quod pariter Alexand. damnat *loco citato*; proit damnatur ab ipso tertia limitatio, ut valeat saltem in præiudicium patris; de quibus limitationibus per Tiraq. *loc. cit. nu. 97. & segg.* Gutierrez tamen *de contract. iur. cap. 5. nu. 22. & 23.* tenet, iuramentum, & meritorum assertionem simul sufficere, dummodo tamen non fiat præiudicium aliis filiis circa legitimam.
- 19 Sed meritorum probatio fieri etià potest per coniecturas, ut post alios latè docet Menoch. *d. presump. 29. num. 31. & segg.* quem sequitur Fontanell. *ubi supra num. 16.*
- 20 Secundo requiritur, ut merita æquiualeant donationi. Bart. *in l. si quis pro eo, §. 1. in fin. ff. de fideicommiss. Dec. in l. pete, §. 1. num. 17. C. de pact.* Bertrand. *consil. 164. nu. 2. lib. 2.* Clar. *in d. §. donatio, quest. 3. vers. sed non quid.* Tiraq. *in d. 1. si unquam, in verbo, donatio, nu. 80. C. de reuoc. donat.* Mascard. *concl. 186.* Menoch. *d. presump. 29. num. 21.* qui id ex pluribus probat. Unde si donatio excederet merita, respectu excessus non valeret, ut per Soc. *conf. 91. num. 9. lib. 1.* reiecta opinione, Bald. *in Auth. ex testamento. C. de coll.* tenentis sufficere merita esse intra dimidiam iustæ mensuræ. Clar. *in d. quest. 8. vers. sed pone, quod merita.* Viu. *loc. cit. num. 8.* Suarez. *loco cit. num. 201.* Tiraq. *loco pariter citato, sub num. 93.* Decian. *conf. 22. num. 11. lib. 2.*
- 21 An autem donatio excedat merita, relinquitur arbitrio iudicis, ut per Clar. Viu. & Suarez. *locus citatis*, & post alios Menoch. *de arbitr. iud. casu 137. num. 7.*
- 23 Quarto principalis conclusio limitatur, si donatio fuerit per mortem patris confirmata, tunc enim valere, communis est opinio, ut dixit Alber. *in l. pater, circa principium, ff. de inoff. testam.* Clar. *in d. qu. 8. vers. scias, scribentes in d. 1. frater à fratre, ff. de condit. in deb.* ut Bart. *n. 57.* Crot. *n. 123.* quod sequitur Menoch. *in d. presump. 29. n. 66.* Decian. *conf. 27. nu. 31. lib. 3. & conf. 74. n. 2. lib. 2.* de qua limitatione Merend. *lib. 1. controu. iur. c. 24.* & post ipsum Fontanell. *ubi supra n. 29.* tunc enim dicitur habere vim relictæ. Tiraq. *in l. si unquam, in verbo, liberis, n. 119. C. de reuoc. donat.* Molin. *de priuileg. Hispan. lib. 1. c. 12. n. 9. & 10.*

24. Etsi pater decesserit vna cum filio in naufragio, bello, ruina, vel incendio, in dubio patrem prius decessisse præsumitur. Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 50. n. 2.* Fontanella vbi supra n. 38.
25. Tria tamen ad validitatem huius quartæ limitationis requiri, est animaduertendum. Primo, vt sit infinuata, si sit de summa infinuatione requirente. Paris. *conf. 16. n. 21. lib. 2.* per text. in *l. donationes, quas parentes, in princip.* Decian. *conf. 32. n. 51. lib. 3.* vnde in quantum excedit summam infinuationem requirentem, absque infinuatione non valet, vt per suprascriptos Doctores, & sequitur Decian. *conf. 3. nu. 12. lib. 1.* Imò ipse Decian. in *d. conf. 32. sub num. 51.* existimauit non valere, nec etiam respectu quantitatis non excedentis summam requirentem infinuationem. Benè tamen valet, si fuerit iuramento confirmata, vt per Decian. *conf. 31. n. 79. lib. 1.*
26. Secundo vltra donationem requiritur traditio Gl. in *l. Papinianus, ff. de don. inter virum, & vxor.* Io. Baptista à Vill. in *lib. comm. opin. in lit. D. n. 132.* Ias. in *d. l. frater à fratre, in secunda lectura, sub nu. 44.* vbi etiam Crot. n. 89. Alex. in *d. l. si donatione, n. 12.* A quibus tamen dissentit Coraf. *lib. 5. miscellan. iur. cap. l. num. 4.* quem rectius sensisse dixit Menoch. in *d. præsumpt. 29. n. 68.* Sed contra Coraf. secundum communem opinionem volunt alij, verè necessariam esse traditionem, vt Molin. *de primog. Hispan. lib. 1. cap. 12. n. 9.* Seraph. *de priuil. iur. priuil. 72. nu. 2.* Franch. Marc. *decis. 126.* Sanchez *de matrimonio, disp. 14. num. 6. lib. 6.* quos nouissimè sequitur Fontanella vbi supra n. 32. & seqq. sufficit tamen traditionem quandocumque præcessisse viuente patre, vt per Fontanel. *loc. cit. n. 36.* & fidam sufficere volunt, vt per ipsum Fontanel. *nu. 37.* qui allegat Clar. in *§. donatio, q. 9. nu. 9.* & Sanchez *de Matrimonio d. disput. 14. n. 12.*
27. Tertio requiritur, vt pater in eadem voluntate perseverauerit vsque ad finem, si enim vel testamento, vel aliquo contractu ipsam reuocasset, non posset dici morte confirmata, *l. cum hic status, in princ. ff. de donat. inter virum, & vxorem, l. donationes, quas parentes, C. cod.* † Perseuerasse autem dicitur, si non appareat de aliqua expressa, vel tacita reuocatione: tacitè enim reuocari posse non est dubium, vt si donator rem donatam pignori dederit, *d. l. cum hic status, §. si maritus, ff. de donat. inter virum, & vxorem,* vel eandem rem alteri donauerit, *§. qui quasdam eiusdem legis, l. rem legatam, ff. de adim. leg. vel maximum supervenerit odium inter patrem & filium, §. quod si diuortium, d. l. cum hic status, lib. 3. §. vlt. & l. si inimicitia, ff. de adim. leg.* Menoch. *d. præsumpt. 29. n. 71. & seqq.*
29. Quinto limitatur conclusio in donationibus factis à patre pro dote, per text. in *l. Pomponius Philadelphus, ff. famul. cretise, scribentes in d. l. frater à fratre, vt Bar. in fin. Crot. n. 86. Coraf. n. 6. Ias. in prima lectura, circa finem, vers. quarta fallentia.* Bald. Nouel. *de dote, par. 7. priuil. 80.* Menoch. *de præsumpt. 29. nu. 74.* quam conclusionem † ampliat, etiam si non sequatur matrimonium, per text. in *l. si extraneus, §. fin. ff. de condit. ob caus. vbi Rom. Alex. in l. si cum dotem, in princ. in §. not. ff. solut. matrim.* Ias. in *d. l. frater à fratre, sub n. 44. vers. sumpta illam fallentiam.* Dec. *conf. 51. n. 161. lib. 1. & conf. 35. n. 2. lib. 2.* Menoch. post plures, quos allegat in *d. præsumpt. 29. n. 79.* Et quomodo id intelligendum sit declarat numerus seqq. Secundo † ampliant etiam si donatio pro dote fuerit facta filie iam nupte, facta enim præsumitur in augmentum dotis, *l. quoties, ff. de reb. dub. Menoch. d. præsumpt. 29. n. 77. & seqq.* Et quod dicitur de dote habet locum in eius augmento, vt

infra in *cap. 29. nu. 13.* & de dote est receptissima omnium sententia, licet in re tam manifesta contradicere Merenda *controuers. iur. lib. 1. c. 23. n. 8.*

32. Sexto limitatur conclusio in donatione propter nuptias, *l. fin. C. de dot. promiss. glos. in l. 2. C. de inoff. don. & probat text. in Auth. ex testam. C. de collat. ad idem allegari solet l. vt liberis, & l. pen. C. cod. Paris. *conf. 16. n. 24. lib. 2.* Menoch. *d. præsumpt. 29. n. 76.* Sed in hoc maxima est dubitatio, † an similis donatio infinuationem requirat, si sit quantitatis infinuationem requirentis: Prima enim fronte negativè videtur respondendum, nam donatio propter nuptias dicitur donatio ob causam, vt dixit Bar. in *l. fin. in princ. C. de donat. ante nupt.* & donatio ob causam non debet infinuari, *l. Aquilius, vbi glos. Bart. & alij, ff. de donat. caus. mort. & dicitur infra in c. 20.* Attamen contrarium de iure est asserendum per text. in *l. fin. §. simili- que modo, C. de iur. dot.* vbi Bart. id expresse tenet, & optime Paris. in *consil. 16. n. 26. & seqq. part. 2.* qui dicit donationem hanc propter nuptias factam à patre filio matrimonium contrahenti necessario infinuandam esse à principio, vel saltem constante matrimonio, vt per ipsum: Nec obstat post Suid. in *decis. 214. num. 14. & seqq.* & Caput. in *decis. 3. & 199. part. 3.* Rotam Rom. in *decis. 377. nu. 5. select. per Farin. par. 2.* tenuisse donationes propter nuptias, vel contemplatione matrimonij infinuatione non indigere. Nam est distinctio, quod, aut donatio propter nuptias fit à patre filio, & est necessaria infinuatio, ita loquitur text. in *d. l. si §. simili, modo, C. de iur. dot.* aut fit donatio à marito vxoti, vel ab alio ex parte ipsius mariti, & tunc vti donatio facta contemplatione matrimonij infinuatione non indiget, per text. in *Auth. eo de- cursum, C. de donat. ante nupt.* & in his terminis loquitur Rot. in *d. decis. 377. n. 5.* sic distinguendo docet optime Paris. in *d. conf. 16. nu. 26. & seqq.* multa alia scitè digna circa donationes factas intuitu matrimonij videri possunt infra in *c. 20. n. 21. & seqq.**
34. Septimo limitatur, si pater aliquid donet filio in præmium emancipationis, tunc enim donatio valet, vt habetur in *l. vt liberis, C. de coll.* & est communis opinio, vt per Socin. *conf. 127. nu. 13. lib. 3.* & licet ista videatur simplex donatio, non autem in præmium emancipationis, † cum ipsa emancipatione filius nihil amittat, sed potius acquirat, vt voluit Alex. *consil. 21. post n. 9. lib. 3.* & Rimin. *Sen. conf. 409. n. 8.* vnde hac ratione motus Decian. *conf. 41. n. 16. lib. 1.* voluit, hanc donationem infinuationem requirere: attamen quoniam filius inuitus emancipari non potest, §. generaliter, in *Auth. quibus mod. natur. eff. sui, dicitur facta præ- existente causa, vt nempe filius emancipationis consentiat, vt concludit Clar. in d. q. 8. vers. secundo infer- tur, & docet Corn. *conf. 235. lib. 4.* Socin. *conf. 189. lib. 2.* de quo latè videri potest Tiraq. in *d. l. si unquam, nu. 146. & seqq.* Alex. *consil. 112. n. 21. lib. 2.**
36. Et non solum non indiget infinuatione, sed etiam tanquam donatio ob causam non intelligitur prohibita ex decreto prohibente fieri donationes absque licentia, cum similia decreta intelligi debeant de merita, & simpliciter donatione. Ias. in *l. si pecuniam, vers. nota secundo, ff. si cert. pet. Alex. consil. 167. num. 10. ad finem, lib. 7.*
37. Octavo limitatur in donationibus factis filio causa studij, similes enim donationes, tanquam facte præ- existente causa studij sustententur, nec possunt à patre reuocari, ita tenet Angel. in *l. prima, in ultimis verbis, ff. solut. matrim., & est communis opin. vt per Ias. in d. l. prima, n. 321.* subjungens ab ea non esse recedendum;

- & Clar. in d. qu. 8. dicit, quod si casus eueniret, & ipse ab ea non recederet fauore studiorum, quam sententiam amplexus etiam fuit Eman. Suar. loc. cit. nu. 104. subdens perperam Ripam contrariam opinionem appellasse magis communem: idem voluerunt Petr. Duen. reg. 223. in fin. vers. & circa tertiam limitationem. Rebuff. de priuil. scol. priuil. 60. Menoch. in d. presump. 29. n. 85. in quam etiam inclinatur Fachin. controuers. iur. lib. 3. c. 79. vnde non est mirum contradicere Merend. controuers. iur. lib. 1. c. 23. Ad quod conferunt ea, quæ dicunt Doctores, causam studij eisdem priuilegijs gaudere, quibus ipsa dos, vt docet Horat. Lut. de priuileg. scol. priuileg. 3. & priuileg. 22. qui relatis varijs opinionibus, dicit hanc sententiam esse veriore, & magis communem, ac propterea priuileg. 23. subjun-
- 38 git, hanc donationem causa studij insinuatione non indigere, vt sentit etiam Rebuff. priuileg. 64. relatus à Pet. Duen. reg. 224. in 6. full. in fi. qui Rebuff. priuileg. 61.
- 39 dicit, nec minus propterea posse reuocari, nisi id pater donando reseruauerit, vel ingratitudinis causa subsecuta fuerit.
- 40 Ex qua limitatione duo inferri possunt: primo, patrem in bonis donatis causa studij vsum fructuum non habere, arguendo de milite ad studentem, ad tex. in l. 3. C. de Castrens. pecul. lib. 12. & docet Rebuff. priuileg. 62.
- 41 Secundo, filium familias de bonis donatis causa studij posse testamentum condere, vt per ipsum Rebuff. de priuilegijs scoliarum, priuileg. 128.
- 42 Nono limitatur conclusio, si pater donet filio naturali, l. omnes, §. Lucius, ff. de his, que in fraud. cred. Rom. conf. 44. Socin. reg. 240. in 2. full. Ias. in d. l. frater à fratre, in prima lectura, in fin. Petr. Duen. reg. 223. in 4.
- 43 fall. † secus tamen si donaret in præmium emancipationis, cum enim emancipatio filij naturalis, vt non existentis in potestate patris, non valeat, nec etiam ipsa donatio valeret, vt latè probat Guid. Pap. in vltima quasi.
- 44 Decimo limitatur, si filio fiat donatio cum conditione, vt res donata statim ad alium transferatur Bart. in l. si cum filius, §. primo, ff. de donat. & est text. quem ipse allegat in l. profectus, §. si quis, ff. de iur. dot. Socin. vbi supra in 7. fullentia.
- 45 Vndecimo limitatur, si pater donet causa mortis, l. si donatione, C. de coll. l. penult. C. eod. quæ donatio confirmatur morte, etiam si non præcedat traditio. Bald. in l. si mortis causa, C. ad leg. Falcid. Socin. loco citato, in 11. fullent. similes enim donatio habet vim, & effectum vltimæ voluntatis, vt notatur in l. 2. ff. de leg. primo, & in l. fin. ff. de donat. caus. mort. nec traditionem requirit.
- 46 Duodecimo limitatur in donatione facta à Rege, vel Principe superiore non recognoscere, vt per Duen. & Doctores, quos allegat reg. 223. in 1. fullentia. Menoch. post alios d. presump. 29. n. 97. & seqq. & rationem esse dicunt, quia Princeps non ligatur lege positua, l. Princeps, ff. de leg. de quo per Menoch. con-
- 47 sil. 250. n. 21. Et † licet aliqui id solum intelligant, si Princeps expresserit, se donationem facere ex suprema potestate, vt per Bald. in cap. 1. §. item sacramenta, n. 19. de poll. text. & alios, quos Menoch. citat d. conf. 250. n. 11. alij tamen id necessarium non esse docent, vt post Alex. & Alciat. refert Menoch. loco proxime citato, num. 66. & id, mea vt refert sententia, apertissima ratione, nam cum Princeps donationem fecerit, præsumendum est eam valere voluisse, vnde cum ad eius validitatem necessaria sit suprema potestas; ipsa etiam vt voluisse, censeri debet, nec actum inualidum facere intellexisse dicamus.
- 48 Decimotertio limitatur in matre, quæ potest donare filio existenti in patria potestate, text. est cum glol. in l. si constante, vbi etiam Bald. C. de donat. inter virum, & vxor. Bald. in l. filium, quem habentem, C. fam. creise. Ias. in d. l. frater à fratre, in prima lectura, in fin.
- 49 Decimoquarto limitatur in donatione facta filio pro legitima, de quo est text. in l. si non mortui, ff. de donat. inter vir & vxor. In hoc tamen contrarij sunt scribentes, vt refert Duen. d. regul. 223. in 5. fullent. & affirmatiuum, ac communem probat ex pluribus Menoch. d. presump. 29. nu. 102. & seqq. licet contradicatur Fachin. controuers. iur. lib. 3. c. 79. cum quo concordat Merend. controuers. iur. lib. 1. c. 23. num. 33. & seqq.
- 50 Decimoquinto limitatur, si pater donet filio ob militiam, ita vt illud donatum ipse habeat pro peculio castrensi, iuxta ea, quæ dicta fuerunt superius in c. 1.
- 51 Decimosexto limitatur in donationis factis pro peculio quasi castrensi, secundum ea, quæ dicta sunt superius in cap. 2.
- 52 Decimoseptimo generaliter limitatur in omni casu, in quo filius non sit in potestate patris, vt si donet emancipato, l. vt liberis, C. de collat. tunc enim cessat ratio supra considerata: & hæc limitatio tot casus continet, quot casus dantur, in quibus filij non sint in potestate paterna.
- 53 Decimooctauo limitatur, si vnus ex filiis donet alteri filio bona perfectoria de consensu patris: & rationem esse dicunt, quia tunc censetur, patrem emancipare filium ad illum actum donandi: † quæ tamen limitatio à multis damnatur, de quibus per Duen. in d. reg. 223. vers. secundo fallit; & esse falsam probat ex pluribus Menoch. d. l. presump. 29. nu. 113. & nouissimè Fachin. controuers. iur. lib. 3. c. 78.
- 54 Decimonono limitatur, si filius patre sciente, & patiente possideat aliquam rem ipsius patris, ex illa enim paruitia res illa debet censeri donata, arg. l. si filius, C. de pet. hered. & l. cum de in rem verso, ff. de usufruct. quam tamen limitationem esse falsam dixit Alexand. in d. l. si donatione, num. 18. patientia enim non operatur, quando agitur de acquirendo dominio in præiudicium tertij Bartol. in d. l. cum de in rem verso, scribentes in l. si certis annis, C. de pact. Præterea non potest præsumi, tacite illam factam fuisse donationem, quæ nec etiam expressè fieri potuisset.
- 55 Vigesimo limitatur, si pater donet filio clerico. Albert. in l. si donationes, in vlt. col. C. de collat. & rationem afferunt, quia acquisitum per clericos, vel à patre, vel aliunde, dicitur peculium quasi castrense, l. cum lege, Auth. presbyteros, & l. sacrosancta, C. de Episc. & cleric. Quod † ampliatur Ias. in l. filia licet, C. de collat. etiam in clericis habentibus solum primam tonsuram, nam licet tales remaneant in potestate paterna, tamen secundam glol. in cap. cum voluntate, de senten. excomm. in hoc nulla debet esse differentia, cum videamus, † clericos primæ solum tonsuræ posse facere testamentum, cum omnia per ipsos possessa præsumantur quasi castrensia, cap. quia nos, de testam. & hanc dicit Ias. esse cautelam; ad hoc vt donatio valeat, & donata non veniant in collatione tanquam quasi castrensia. Horat. Lut. de priuileg. scol. priuileg. 27. n. 10. Rebuff. de priuileg. scol. priuileg. 55. n. 8. Intelligerem tamen si vteretur habitu, & tonsura, sine quibus amittit etiam priuilegium fori.
- 56 An autem, & quando præsumatur patrem voluisse donare, vel potius in peculium concedere, pendet vt plurimum ex his, quæ supra dicta fuerunt, de quo etiam aliqua inferius: & de quo per Menoch. de presump. lib. 3. presump. 30. per totum.

## SYMMARIUM.

- 1 Collationis nomen varias significaciones habere.
- 2 Collatio in proposito quomodo accipitur.
- 3 Collationis definitiones.
- 4 Collatio cur indulta fuerit.
- 5 Collatio fit hodie etiam ex testamento, de quo, & in cap. seq. num. 8. & seq.
- 6 Cessante ratione legis, cessat lex, & cessante causa, cessat effectus.

## De collatione.

## CAP. XII

**V**idimus in superioribus capitulis de variis acquisitionibus factis à filiis familias; & hoc nulla alia ratione, nisi ut hinc decidere valeamus, quarum ex illis acquisitionibus veniant, vel non veniant cum aliis fratribus post mortem parentum communicanda, quod nil aliud est, quam querere; quoniam in collationem veniant, id tamen non facile est definire, nisi prius aliqua de collatione videamus; unde in hoc capite de collationis significacione, ac natura videbimus, in sequentibus vero, de nonnullis aliis, quæ mihi visa sunt necessaria ad cognitionem istius materiæ.

- 1 Nomen igitur collationis varias habet significaciones secundum id, quod ipsi adjicitur: ac idè collatio æris publici dicitur pecuniarum contributio, quæ in ætarium publicum ponitur, *l. prima, C. de Episc. & Cler. l. competis, C. de præscript. 30. ann. tot. tit. de coll. in Auth. & in Codice de collat. donat. & de collat. æris, lib. 17.* Ponitur etiam nonnunquam pro temporis dilatione, ut in *l. si res assignata, ff. de iur. dot. & in l. quæsitum, ff. de sponsal.* Significat insuper beneficiorum Ecclesiasticorum assignationem, *Abb. in cap. ex frequentibus, & in cap. auctoritate, de instit.* Interdum idem importat, quod collecta, ut *lib. 2. Machab. c. 12.* Et facta collatione duodecim millia drachmas argenti misit Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium. *Budeus in annot. ad Pandect. in tit. de off. quæst. lib. 1.* asserit, collationem antiquos vocasse, quæ latinè est indictio, & nos taleam vocamus, Cicero nem verò appellare collectam: unde inquit *Liuius lib. 4. ab Urb. cond.* Patres conferte ipsi primi; & quia nondum argentum signatum erat, æs graue plaustris quidam ad ætarium conuehentes, speciosam etiam collationem faciebant. Significat etiam comparationem vnius rei cum alia; unde *Plaut. in milit. Vbi facta erit collatio nostrarum militiarum.* Et sæpè *Cæsar* in suis *Commentariis* dicit, *collatione facta, collationem fecit*, pro duorum exercituum, *signis latis, signa tulit*, hinc vsurpatur pro illa comparatione, quæ sit de vnius scripturæ originalis cum copia, ac propterea *Notarij*, qui hanc faciunt comparationem, in fine copiarum dicunt, *collationata cum originali.* *Cic. Reib. ad Heren. lib. 2.* loquens de statu causæ coniecturalis, ponit, collationem esse vnam partem status coniecturalis, cum accusator id, quod aduersarium fecisse criminatur, alij nemini, nisi reo bono fuisse demonstrat, aut alium neminem potuisse perficere, nisi aduersarium vna cum aliis, quæ non sunt hoc loco referenda. Et *lib. 2. de inuent.* dicit, collatio est oratio rem cum re conferens. Unde merito *Iaf. in rub. C. de collat.* ostendit, hanc vocem variè in iure vsurpati.

- 2 In nostro verò proposito accipitur pro eo, quod succedere volentes communicare debent tum aliis

hæredibus, ac succedere volentibus, & hoc modo intelligitur totum tit. in ff. & in C. de collatione.

- 3 Et hæc collatio à Doctoribus variis modis definitur. *Azo* enim in *sum. de coll.* dicit esse ius, quo res non hæreditaria efficitur hæreditaria, hoc est redigitur in commune, quam tamen ipse non probat, nam cum collatio nil aliud sit, quam quædam communicatio, videtur potius facti, quam iuris. *Cyn. Bart. & Bal. in l. si emancipati, C. de coll.* dicunt, quod collatio est rei propriæ in cõmune latio, id est communicatio, *l. 3. in prin. ff. de coll. bon. l. illa, C. de coll.* quæ pariter & multis damnatur. *Vital. Neamus. de collat. in princip.* Azonis definitionem posse defendi asserit; nam collatio, si consideretur prout est in fieri, cum ad ipsam quis officio iudicis cogi possit, ut dicunt scribentes in *l. si soror, C. de coll.* & est tex. in *l. prima, in principio, in in verbo, compelli, ff. de coll. dot.* potest dici, quod sit iuris: licet quatenus consideretur in actu collationis, dicatur facti, fateatur tamen, aliam definitionem esse communiorum, quam ipse hoc modo ampliat; *Collatio est ius quo res non hæreditaria, sed propria vnius, in commune redigitur, vel aliam, prout expedit, confertur*, cui definitioni alij addunt, *pro hæreditariis portionibus dividenda*; quam latè examinat *Vital. Neamus. loc. cit. lo. verò Saport. de collation. cap. 1.* eam sic definiuit: *Collatio est rei propriæ in commune latio, vel communicatio facta in hæreditate*: alio modo eam describit *Cognol. in l. si emancipati, C. de coll.* & alij aliter; in quo latius non insulam, sed solum queram, qua ratione indulta fuerit collatio, ex hoc enim apparebit, quam necessarium fuerit ad materiam fratrum de collatione peragere.

- 4 Causa igitur, & ratio, ob quam collationem indictam fuisse, dicunt, fuit beneficium emancipationis: olim enim, quicquid filij acquirerebant, patri acquirerebant, *l. quicquid filius, ff. de acq. poss. l. placet, ff. de acq. hæred. §. 1. Inst. per quas person. nob. acq. emancipati tamen tanquam exempti à patria potestate, omnia sibi acquirerebant, & secundum ius civile loco extraneorum habebantur, unde nec parentibus ab intestato succedebant. Sed Prætor naturali ratione motus rigorem hunc non succedendi correxit, deditque ipsis bonorum possessionem, vel unde liberi, vel contra tabulas, §. emancipati, Inst. de hæred. qua ab intest. diff. §. emancipati, Inst. de exhered. lib. & hoc modo bonorum paternorum participes reddidit. Verum, quia conueniens Prætori vitium fuit, ut si partem bonorum paternorum consequi vellent, ponerent etiam in commune per ipsos acquiritæ, ne locupletarentur cum iactura hæredum, quibus per hanc bonorum possessionem iniuria fiebat, *l. prima, l. si filius in potestate, ff. de coll. bon.* contra tex. in *leg. nam hoc natura, ff. de cond. indeb. cap. locupletari, de regul. iur. in 6.* collationem induxit.*

- 5 Hæc tamen verè dicitur causa impulsiva, finalis enim fuit æqualitas, quæ inter filios hæredes seruari debet, *l. ut liberis, C. de coll.* ac propterea & hodie non solum ab intestato, sed etiam ex testamento collationes fiunt, §. illud, in *Auth. de orient. & sem. lo. Saport. de col. e. 2.* Solum tamen collationi locus est, quando ille, qui est in potestate, aliquo incommodo afficitur propter emancipationem, *l. prima, §. pater filium, & §. tatis, ff. de coll.* Cessante enim ratione legis, cessat & ipsa lex. *Bart. in l. 1. ff. de leg. iur.* quemadmodum cessante causa, cessat effectus, *leg. generaliter, C. de Episc. & Cler. l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patron. cap. cum cessante, de appell. cum vulgar.*

## SYMMARIVM.

- 1 Collatio prius inducitur ab Edicto Prætoris, de quo in l. ff. de coll. bon. Deinde per Scævola inter succedentes diverso iure, l. si filius, ff. de Coll. n. 2. & postmodum ampliata fuit ab Edicto Diui Pij, de quo in l. prima, ff. de Coll. dot. nu. 3. De ea etiam Imperator Leo disposuit in l. vt liberis, C. de Coll. nu. 4. & eam auspicant Iustinianus etiam ad Nepotes succedentes vna cum patris, num. 5.
- 6 Aduentitia non debent conferri, vt dispositum fuit in l. cum oportet, C. de bon. q. lib.
- 7 Collatio non solum locum habet ab intestato, sed etiam ex testamento, ex nouissima dispositione Iustiniani, vt in Auth. ex testamento, C. de coll. & de rationibus, num. 8.
- 9 Collatio fuit inducitur ex testamento, ob æqualitatem.
- 19 Collationis nonnulla alia iura considerat Castrensis.

## De variis legibus editis super collatione.

## CAP. XIII.

**B**Actum l. si emancipari, C. de collat. docens, varia, & diuersa iura, ac responsa edita fuisse super hac collationum materia, dicit, primum fuisse edictum Prætoris, quo emancipati admittebantur ad bonorum possessionem, vnde liberi, vel contra tabulas; & ne id omnino suis hæredibus damnosum esset, in ipso de collatione cauebatur, vt nempe bona propria cum suis hæredibus, cum quibus, mediante bonorum possessione, succedere volebant, communicarent; de quo edicto fit mentio in leg. 1. ff. de collat. bon. idque locum habebat tam in bonorum possessione contra tabulas, l. filium, §. viderimus, ff. de bon. possess. contra tab. l. posthumus, C. de collat. quam in bonorum possessione, vnde liberi, d. l. si emancipati, & l. vt liberis, C. de collat.

Secundo Scævola disposuit, vt, licet prius locum non haberet collatio inter diuerso iure succedentes, tamen cum æquitas hoc postularer, inter ipsos etiam fieri deberet, vt habetur in l. si filius, ff. de collat. Verum quia id valde controuersum est inter Doctores, de eo dicam in sequenti.

Tertio loco successit edictum Diui Pij, quo dispositum fuit, vt filia, in potestate existens, dotem conferre deberet, ad quod antea non tenebatur, secundum Bart. in d. l. si emancipari. Inhumanum enim visum fuit, vt filia, recepta date competentem, æqualiter cum fratribus succederet, leg. 1. ff. de coll. dot. Cagnol. tamen in d. l. si emancipati, num. 14. ex mente Corn. & Fulgol. existimat falsum esse, ante constitutionem Diui Pij non fuisse cautum de collatione dotis: nam imo in dict. leg. 1. Prætor induxit collationem dotis, in caso, in quo de iure Prætorio per bonorum possessionem mulier dotata succedebat, & Diuus Pius id solum postea ampliavit, etiam si filia succederet de iure civili, immiscendo se hæreditati paternæ.

Quarto de collatione extat constitutio Leonis Imperatoris, quia disponitur, vt filij tam in potestate constituti, quam emancipati conferant donationes propter nuptias, & dotes, & quod emancipati conferant simplicem donationem à patre ipsis tempore emancipationis factam: quod declarauit procedere tam in descendens per lineam paternam, quam maternam, si dos, vel donatio propter nuptias esset

profecta ex substantia eius, de cuius hereditate age-  
retur, vt habetur in l. vt liberis, C. de collat.

Quinto de collatione Iustinianus disposuit, vt non solum nepotes tenerentur conferre ad inuicem inter se, sed etiam quando succederent vna cum patris, prout etiam patris conferre debent. Idemque disposuit in auunculis, materis, & amitis; quod locum habere ordinauit non solum in dotibus, & donationibus propter nuptias factis ipsimet nepotibus, sed etiam eorum parentibus, vt habetur in l. illam, C. de collat.

Sexto disposuit Iustinianus, vt aduentitia conferri non deberent, leg. cum oportet, C. de bon. q. lib. leg. ultima, C. de collat.

Septimo nouissime ab eodem Imperatore statutum fuit, vt collatio non solum locum haberet ab intestato, sed etiam ex testamento, §. illud, Auth. de trient. & sem. Auth. ex testamento, C. de coll. de cuius dispositionis ratione quærent Doctores: Bart. Bald. ceterique scribentes in d. l. si emancipati communiter rationem assignant, quia si testator, vel sui oblitus, vel mortis cogitatione perterritus ad tex. in l. hæc consulti-  
tissima, §. at cum humana, C. qui testam. fac. poss. de collatione facienda immemor esse potuit. Probabilis tamen, & non necessaria hæc ratio dici debet, cum dari possit casus, vt etiam in articulo mortis quis perfectæ sit mentis. Præterea testamenta non semper fiunt in articulo mortis, sed etiam dum quis sanus existit, vnde tunc collatio locum habere non deberet, vt considerat Cagnol. in d. l. si emancipati, nu. 155. † Vnde dicendum est, solam æqualitatem fuisse causam huius constitutionis, in qua æquitate etiam aliæ collationis leges sunt fundatæ: antiquitus tamen ex testamento collatio locum non habebat ob præsumptam testatoris voluntatem, vt dicit Bald. in leg. ultima, C. ut iud. num. 5.

Quibus iuribus super collatione editis duo alia addit Castre. qui existimat Diuum Pium generaliter constituisse, vt dos tam aduentitia, quam profectitia deberet conferri tam cum fratribus, qui essent in potestate patris, quam cum aliis; Gordianumque Imperatorem disposuisse, vt cum his, qui in familia non sunt, profectitia tantum dos debeat conferri, per tex. in l. filia dotem, C. de coll. Verum vt animaduertit Io. Sapport. de coll. c. 3. nu. 44. idem fuerat ab ipso Diuo Pio constitutum, vt probatur in leg. 1. §. si sub conditione, ff. de coll. dot. Aliam etiam constitutionem Iustiniani considerat Paul. de Castre. de qua in d. l. si emancipati, nempe simplicem donationem non esse conferendam, nisi eam petens habeat dotem, vel donationem propter nuptias, quam nouam esse existimauit etiam Sapport. loc. cit. in fin. Cagnol. pariter in d. l. si emancipati hoc facit distinctiōnem inter ius Digestorum, & Auth. in quibus non puto latius insistendum, & videri potest Grass. de success. part. 2. §. collatio bonorum, quest. 2.

Quibus iuribus super collatione editis duo alia addit Castre. qui existimat Diuum Pium generaliter constituisse, vt dos tam aduentitia, quam profectitia deberet conferri tam cum fratribus, qui essent in potestate patris, quam cum aliis; Gordianumque Imperatorem disposuisse, vt cum his, qui in familia non sunt, profectitia tantum dos debeat conferri, per tex. in l. filia dotem, C. de coll. Verum vt animaduertit Io. Sapport. de coll. c. 3. nu. 44. idem fuerat ab ipso Diuo Pio constitutum, vt probatur in leg. 1. §. si sub conditione, ff. de coll. dot. Aliam etiam constitutionem Iustiniani considerat Paul. de Castre. de qua in d. l. si emancipati, nempe simplicem donationem non esse conferendam, nisi eam petens habeat dotem, vel donationem propter nuptias, quam nouam esse existimauit etiam Sapport. loc. cit. in fin. Cagnol. pariter in d. l. si emancipati hoc facit distinctiōnem inter ius Digestorum, & Auth. in quibus non puto latius insistendum, & videri potest Grass. de success. part. 2. §. collatio bonorum, quest. 2.

Quibus iuribus super collatione editis duo alia addit Castre. qui existimat Diuum Pium generaliter constituisse, vt dos tam aduentitia, quam profectitia deberet conferri tam cum fratribus, qui essent in potestate patris, quam cum aliis; Gordianumque Imperatorem disposuisse, vt cum his, qui in familia non sunt, profectitia tantum dos debeat conferri, per tex. in l. filia dotem, C. de coll. Verum vt animaduertit Io. Sapport. de coll. c. 3. nu. 44. idem fuerat ab ipso Diuo Pio constitutum, vt probatur in leg. 1. §. si sub conditione, ff. de coll. dot. Aliam etiam constitutionem Iustiniani considerat Paul. de Castre. de qua in d. l. si emancipati, nempe simplicem donationem non esse conferendam, nisi eam petens habeat dotem, vel donationem propter nuptias, quam nouam esse existimauit etiam Sapport. loc. cit. in fin. Cagnol. pariter in d. l. si emancipati hoc facit distinctiōnem inter ius Digestorum, & Auth. in quibus non puto latius insistendum, & videri potest Grass. de success. part. 2. §. collatio bonorum, quest. 2.

Quibus iuribus super collatione editis duo alia addit Castre. qui existimat Diuum Pium generaliter constituisse, vt dos tam aduentitia, quam profectitia deberet conferri tam cum fratribus, qui essent in potestate patris, quam cum aliis; Gordianumque Imperatorem disposuisse, vt cum his, qui in familia non sunt, profectitia tantum dos debeat conferri, per tex. in l. filia dotem, C. de coll. Verum vt animaduertit Io. Sapport. de coll. c. 3. nu. 44. idem fuerat ab ipso Diuo Pio constitutum, vt probatur in leg. 1. §. si sub conditione, ff. de coll. dot. Aliam etiam constitutionem Iustiniani considerat Paul. de Castre. de qua in d. l. si emancipati, nempe simplicem donationem non esse conferendam, nisi eam petens habeat dotem, vel donationem propter nuptias, quam nouam esse existimauit etiam Sapport. loc. cit. in fin. Cagnol. pariter in d. l. si emancipati hoc facit distinctiōnem inter ius Digestorum, & Auth. in quibus non puto latius insistendum, & videri potest Grass. de success. part. 2. §. collatio bonorum, quest. 2.

Quibus iuribus super collatione editis duo alia addit Castre. qui existimat Diuum Pium generaliter constituisse, vt dos tam aduentitia, quam profectitia deberet conferri tam cum fratribus, qui essent in potestate patris, quam cum aliis; Gordianumque Imperatorem disposuisse, vt cum his, qui in familia non sunt, profectitia tantum dos debeat conferri, per tex. in l. filia dotem, C. de coll. Verum vt animaduertit Io. Sapport. de coll. c. 3. nu. 44. idem fuerat ab ipso Diuo Pio constitutum, vt probatur in leg. 1. §. si sub conditione, ff. de coll. dot. Aliam etiam constitutionem Iustiniani considerat Paul. de Castre. de qua in d. l. si emancipati, nempe simplicem donationem non esse conferendam, nisi eam petens habeat dotem, vel donationem propter nuptias, quam nouam esse existimauit etiam Sapport. loc. cit. in fin. Cagnol. pariter in d. l. si emancipati hoc facit distinctiōnem inter ius Digestorum, & Auth. in quibus non puto latius insistendum, & videri potest Grass. de success. part. 2. §. collatio bonorum, quest. 2.

## SYMMARIVM.

- 1 Collatio locum non habebat inter succedentes diuerso iure, & num. 6. & 9.
- 2 Lex, si filius ff. de coll. quomodo intelligatur, & num. 5.
- 3 Eadem res non debet diuerso iure conferri, & num. 7.
- 4 Collatio inducitur, ne alteri fiat iniuria.
- 8 Collatio vti odiosa non habet locum, nisi in casibus à iure expressis.
- 10 Lex, Patris filium, ff. de coll. an per iura nouissima hodie sit correctæ.



- 11 *Dispositio odiosa facta in casu simplici, mixtum non comprehendit.*  
 12 *Testator dicitur decessisse testatus, licet pro parte corrumpat eum testamentum.*

An inter succedentes diuerso iure locum habeat collatio.

## CAP. XIV.

- 1 **B** Art. vt dictum fuit in cap. precedenti, tenet, ex edicto Prætoris collationem non fieri, nisi inter succedentes eodem iure; & Scævola æquitate motum, de qua in *l. si filius, ff. de collat.* disposuisse, vt etiam fieri deberet inter diuerso iure succedentes: idem asserit in *leg. pater filium, ff. eod.* de quo latè per Doctores in *d. l. si emancipati, C. de collat.* Bald. in rubr. *C. de collat.* existimat ¶ olim inter succedentes diuerso iure, collationem locum non habuisse, & in hoc concordat cum Bart. sed contrarium non disposuisse Scævola in *d. leg. si filius*: sed solum ipsum fuisse interpretatum, illud succedere eodem iure verificari etiam in eo, qui licet de facto eodem iure non succedat, eodem tamen iure succedere possit: sed an id pro noua dispositionem, vel interpretationem factum fuerit, parum refert: sat est in hoc concordare, olim inter succedentes diuerso iure locum non habuisse collationem, cum qua opinione transeunt Corn. & Rimin. in *d. l. si emancipati*, & Ias. in *l. vbi liberi, C. de collat.* Alij existimant, tam olim, quam hodie etiam inter succedentes diuerso iure collationem locum habuisse.
- Pro opinione Bart. due adducuntur rationes, & textus: prima ratio est ipsiusmet Bart. dicentis, quod cum mediante collatione omnia reduci debeant ad vnum cumulum, non possumus dicere, quod inter succedentes diuerso iure locum habeat collatio, ¶ cum eadem res non debeat diuerso iure censi, *l. eum, qui aedes, ff. de v. fr.* ¶ Secunda ratio est, quia collatio inducta hinc, ne alteri fieret iniuria, vt supra dictum fuit, sed inter succedentes diuerso iure nulla potest considerari iniuria, cum vnusquisque ex suo iure in solidum vocetur, ergo per consequens nulla potest considerari collatio. Tertio adducitur text. in *dict. leg. si filius, C. de collat.* in quo Scævola disponit, ¶ collationem fieri debere etiam inter succedentes diuerso iure, & licet Dec. & sequaces conentur varias huic textui accommodare responsiones; cauillari tamen nulla ratione potest: ibi namque dicitur, inter filium hæredem institutum, & emancipatum petentem bonorum possessionem contra tabulas, collationem locum non habere; subjungit Scævola, & ita edictum habet: ergo ex edicto inter succedentes diuerso iure non habet locum collatio.
- 6 Pro qua opinione clarior mihi videtur text. in *l. pater filium, cum l. seq. ff. de collat. dot.* vbi in verbis dicitur, quod dos non censetur cum fratribus, quando fratres diuerso iure sunt hæredes, ergo propter diuersum, & dissimile ius succedendi cessat collatio: vnde cum habeamus iura expressa, parum de aliis rationibus est cutandum: & maxime, quia parum etiam concludere videntur, non prima Bart. ¶ responderet enim fieri communionem, postquam iam successerunt, vnde res communicatz non intelliguntur amplius provenire ex illo iure succedendi, sed ex ipsamet collatione; prout etiam illa iniuriam quodammodo compensatio parum concludit, vt per Dec. in *d. l. si emancipati, sub num. 16.* Sed in hac

- 8 collationis materia ¶ iura potius spectare debemus, cum tamquam odiosa locum non habeat, nisi in casibus à iure expressis, nec attendatur maioritas, vel minoritas rationis, sed solum an in iure id fuerit dispositum, vt per Cognol. in *d. l. si emancipati, numer. 120.* & probat text. in *l. illam, C. de collat.* vnde cum circa quæstionem propostam iura habeamus expressa, non est à communi opinione recedendum, ¶ olim nempe inter succedentes diuerso iure collationem locum non habere; secus tamen hodie; præcipue, cum etiam inter succedentes ex testamento locum habeat: vt dixit Io. Saport. de *collat. c. 3. num. 32.* Vital. Nemaus. de *collat. quæst. 32.* quos sequitur Fachin. *controuer. iur. lib. 5. cap. 77. conclus. 2.*
- 10 Verum quia in *d. l. pater filium* probatur, quod si testamentum mediante querela rumpatur pro parte, pro parte verò sustineatur, cesset collatio, dubitati potest, an id per iura nouissima, quibus disponitur, & ab intestato, & ex testamento fieri collationem, sit correctum: affirmatiua communis est opinio, vt dixit Cognol. in *d. l. si emancipati, nu. 143.* & licet Fulg. ibi, & Rimin. in *d. l. vbi liberi* oppositum teneant; qui mouentur ex eo, ¶ quia dispositio odiosa facta in casu simplici, mixtum casum non comprehendit; attamen pro communi est text. in *§. illud, in Auth. de Trient. & sem.* vbi habetur, quod hodie siue quis intestatus, siue testatus decessat, omnino fiat collatio: ¶ sed quando testamentum querelatur pro parte, testator dicitur decessisse in totum testatus, licet ex post facto pro parte corrumpat testamentum, vt tradit Bart. & ceteri scribentes in *l. circa, ff. de inoff. testamento.* & declarat Dec. in *l. ius nostrum, ff. de reg. iur.* ergo ex testamento debet fieri collatio, licet pro parte querelatur testamentum.

## SVMMARIVM.

- 1 Collatio solum locum habet inter descendentes ascendentes succedentes.
- 2 Collatio locum non habet inter collaterales succedentes collateralibus.
- 3 Collatio non habet locum inter ascendentes succedentes descendentes.
- 4 Pater non debet conferre matri, qua à filio accepit.
- 5 Collatio inter eos fieri debet, quibus legitima, vel bonorum possessio debetur.
- 6 Æquitas in materia collationis maxime attenditur.
- 7 Collationem fieri debere inter ascendentes aliqua lege non reperitur sancitum.
- 8 Pater olim succedebat filio decedenti absque filiis exclusamatre, secus tamen est de iure nouissimo.
- 9 Disposita in descendentes, in ascendentes non procedunt.
- 10 Hereditas magis est debita liberis, quam parentibus.
- 11 Collationis materia à lege dependet, non à ratione; ac ideo non fit extensio, num. 12.
- 13 Collatio inducitur communicatio rerum propriarum.
- 14 Successio non debetur parentibus, nisi turbato ordine natura.
- 15 Leges non accommodantur ad ea, quæ raro eueniunt.
- 16 Collatio inter extraneos locum non habet.
- 17 Collatio fieri debet inter descendentes ascendentes succedentes, nisi cum ipsis succedat extraneus.
- 18 Emancipati conferunt suis hæredibus, & qua bona, num. 19 & quare, num. 31. & 37.
- 20 Emancipati non conferunt aduentitia, & est communis opinio; qua ab impugnatione defenditur, & declaratur, num. 21.
- 21 Sui conferunt emancipatio.

- 23 *Emancipati an conferant inter se, & numer. 27. & seqq. necnon num. 29.*  
 24 *Lex prima, in §. pen. ff. de coniung. cum emancip. lib. declaratur, & num. 26.*  
 25 *In emancipati cessat ratio collationis.*  
 28 *Lex, ut liberis, C. de collat. declaratur.*  
 30 *Sui suis conferunt.*  
 31 *Legitimatis an conferre debeant, & num. 32.*  
 34 *Emancipati habentur pro extraneis.*  
 35 *Extranei sunt in duplici differentia.*  
 36 *Iura sanguinis tolli nulla ratione possunt.*  
 38 *Emancipati hodie non differunt ab extraneis, quantum ad successionem, secus quo ad alia.*

Inter quas personas locum habeat  
collatio.

C A P. XV.

Quid sit collatio, & quo iure introducta, vidimus in proximis superioribus capitulis, nunc inter quas personas locum habeat, videndum restat: quod variis conclusionibus explicare possem, si nostra principalis disputatio de collatione esset, verum quia de ea tractare necessarium visum fuit, solum pro ea parte, quæ spectat ad materiam fratrum; regulam in questione proposita generalem ponam, ex cuius declarationibus inter quas personas locum habeat collatio, satis clarè apparebit.

- 1 Regula igitur sit, collationem locum tantummodo habere inter descendentes succedentes ascendentes, & in istis terminis procedere omnes leges, C. & ff. de coll. & præcipuè tex. in l. illud, & in l. ut liberis, C. cod. & tradit Ias. in l. si emancipati, num. 26. C. de coll. & alij passim.
- 2 Ex qua regula ad tria præcipuè infertur, ut inter collaterales succedentes collateralibus non habeat locum collatio, ut si plures fratres fratri mortuo succedant; tunc enim collationem fieri non debere, non est dubium, glof. in l. 1. in fr. glof. C. de leg. hered. quam ibi sequitur Paul. de Castr. Bald. in rubr. Cod. de coll. scribes in d. l. si emancipati, & maximè Ias. nu. 27. & de fratribus in specie Corn. conf. 272. lib. 1. imo de hoc neminem dubitasse dixit Io. Saport. de collat. c. 4. num. 66.
- 3 Secundo infertur inter ascendentes succedentes descendentes, collationem pariter locum non habere, ut si decedat filius, nullis ex eo superstitionibus liberis patre, & matre viva, qui æqualiter ad successionem filij admittantur, Auth. de functo, C. ad S. Conf. Tert. & pater non debet conferre matri, quæ à filio accepit. Bal. in rubr. C. de collat. num. 1. & in l. quoniam novella, C. de inoffic. testamento, & docent scribentes in d. l. si emancipati, ut Alex. Corn. Rim. & alij, quam opinionem communem appellat ibi Cagnol. num. 119.
- 4 Ias. tamen in dict. leg. si emancipati pro contraria sententia, imò & dicto casu collatione fieri debere multa adducit, & maximè vult inter eos collationem locum habere, quibus legitima, vel bonorum possessio debetur, leg. inter eos ff. de collat. sed parentibus legitima debetur uti filiis, §. si igitur, Auth. de hered. ab intest. ven. ergo inter ipsos collatio fieri debet, Secundo movetur ex regula correlativorum, l. fin. C. de ind. ind. tol. Tertio & ex æquitate, quæ in hac materia collationis attrèdi præcipuè debet, l. ut liberis, C. de colla. Quarto ex generalitate tex. in l. 1. §. inter eos, ff. de coll. Quinto ex tex. in l. illud, C. de coll. in prima regula generaliter intellecta. Sexto & considerat ipse, quod in Dige-

- stis, & in Codicè aliqua lex non repetitur, quæ mentionem faciat de collatione inter ascendentes quia olim de iure Digestorum, & Codicis non poterat dari iste casus, cum siolus pater succederet filio, matre exclusa, & idem erat in avo, exclusa avia, l. 2. §. obicitur, ff. ad Tert. §. præferantur, Inst. eod. & l. 2. C. eod. sed quoniam iure nouissimo constitutum est, ut pater, & mater, avus, & avia æqualiter succedant, Auth. ex defuncto, & in corpore vnde sumitur, C. ad Tert. ad hoc, ut æqualiter succedere possint, debet inter eos fieri collatio. Verum, ut ipsemet fatetur, non est à cõmuni opinione recedendum, nam in hac collationum materia attenditur solum, quid in iure sit statutum, & vnde cum disposita in descendentes, non habeant locum in ascendentes, ut per ipsum Ias. in l. qui se patri, Cod. vnde lib. non debeamus leges loquentes de descendentes ad ascendentes extendere: alias etiam particulares responsiones ponit Dec. in d. l. si emancipati, sub n. 3. qui & ipse aliud excogitavit argumentum contra communem, dicens, & magis debitam esse hæreditatem liberis, quam parentibus. l. scripto, ff. de d. l. l. nam est, ff. de inoff. si igitur filij, quibus magis debetur hæreditas, sunt grauari ad conferendum, eo magis grauari esse debent parentes: sed vna cum Cagnol. ibidem n. 124. responderi posset, quod si filiis magis debetur hæreditas, eo magis debent conferre, ad hoc ut vnusquisque æqualiter de hæreditate participare possit. Sed non puto ab alia responsione recedendum, quæ omnia tolluntur argumenta, & in hac nempe materia non attendi maioritatem, vel minoritatem rationis, sed an lege fuerit cautum, l. illam, C. de coll. & docent scribentes omnes in d. l. si emancipati. ad propterea Cagnol. ibi nu. 123. dicit & extensionem non fieri, nec etiam ex ratione æqualitatis in lege scripta, per text. in d. l. ut liberis, vbi ratione æqualitatis inductum fuit, ut dos, ac donatio propter nuptias debet conferri; quæ ratio etsi militaret in simplici donatione, & tam ex testamento, quam ab intestato, tamen casum expressum nunquam excessisset, nisi Imperator id expressè disposuisset in l. illud §. fin. C. de coll. & in §. illud quoque, in Auth. de trient. & sim.
- Secundo ad confirmationem communis opinionis in proposita questione, plurimum confert, quod rem propriam regulariter communicare nemo tenetur, vnde, & cum collatione inducatur communio propriarum rerum, non debet extendi ad casus non expressos, l. si vero, §. de viro, ff. sol. matri. cum vulg.
- Præterea etiam diuersitatis ratio considerari potest; Pater namque nulla alia ratione collatione induxit, nisi propter singulare suorum hæredum commodum, ac utilitatem maximam, quæ in ascendentes cessat, ut enim dixit Io. Saport. de coll. c. 4. num. 65. & successio parentibus non debetur, nisi ordine nature turbato, l. nam et si parentibus, ff. de inoff. testam. & si disposita in descendentes regulariter locum non habent in ascendentes, & è contra, ut per Ias. loco supra citato, signum, non eadem militare rationem, vnde diuersum etiam ius est statuendum, l. illud, ff. ad leg. Aguil. & Addit Saport. loc. cit. raro casum euenire, ut parentes liberis succedant, ac ideò leges ad hoc non accommodari, l. nam ad ea, ff. de leg. l. si maior, C. de leg. hered. quod pariter sequitur Vit. Neamus. de collat. q. 21.
- Tertio, & vltimo ex regula supra posita infertur, inter extraneos collationem locum non habere, ac ideò nec ipsi conferunt, nec ipsis esse conferendum, l. vlt. C. com. vir. ind. glo. & scribentes in d. l. si emancipati. Bal. in d. l. pater filium, nu. 6. ff. de coll. dot. Saport. loc. cit. nu. 68. etsi hoc locum habet inter collaterales, quibus ab inte-

intestato, descendentes, & ascendentes deficientibus hereditas deferitur, § *si igitur*, *Auth. de hered. ab intest. ven.* quibus etiam quandoque datur querela inofficiosi testamenti, ut dicam infra *in tertia parte, c. 2.* quanto magis id locum habebit in extraneis, qui nullo sanguinis, vel affinitatis vinculo coniuncti sunt; & qui nisi instituantur, nullum ius habent in bonis, *l. extraneorum, ff. de hered. instit.*

Ex quibus illationibus remanet firmata conclusio, collationem solum locum habere inter descendentes ascendentes; quod ampliat procedere, & etiam si cum ipsis succedat extraneus; licet enim extraneus conferre non deberet, nec ipsi esset conferendum, tamen bene descendentes inter ipsos teneantur conferre, ut per Dec. *in d. l. si emancipatis, sub nu. 8.*

17 Ex qua regula prima asserere debemus, descendentes emancipatos conferre suis heredibus, qui edicto causam dederunt, unde ea, quæ emancipati vivente patre habuerunt, si succedere volunt, tenentur conferre, *d. l. si emancipatis, & l. ea de iure, C. de coll. vna cum his, quæ post emancipationem acquisiverunt, l. ut liberti, C. de collat.* Quod tamen intelligendum est de his, quæ si non fuissent emancipati, in communi ponere debuissent, ut sunt profectitia, ut probat *tex. in l. si. C. de coll. & tradit Bart. in d. l. si emancipatis, in 6. quest. & communis est declaratio, ut per Ias. Dec. & alios scribentes in d. l. si emancipatis.* ad quod plurimum confert *tex. in l. cum duobus, §. idem Papinianus, ff. pro soc. vbi dicitur illa conferti debere, quæ fuissent patri acquisita, si filius in potestate mansisset: unde, cum hodie solum profectitia patri acquirantur, & emancipati non tenentur conferre, nisi profectitia. In aliis enim, puta adventitiis, nulla potest considerari inæqualitas inter suum, & emancipatum, cum etiam suus hæres sibi met acquirit adventitia, *leg. cum oportet, C. de bon. q. lib.* unde non est, quod ipsi ab emancipato fiat collatio de bonis adventitiis, quæ & suus hæres, si ipsa habeat, in communi ponere non tenetur. olim tamen fiebat bonorum adventitiorum ab emancipato collatio, quia & suus hæres adventitia patri acquirerebat.*

18 Contra tamen hanc communem declarationem multa adducit argum. *Ias. in l. fin. C. de collat. in d. l. si emancipatis, nu. 162.* dicit opinionem contrariam esse in puncto iuris veriore, sed à communi in consulendo, & iudicando non esse recedendum; & tota vis communis opinionis fundata est in ipsa æqualitate, nempe emancipatum non teneri conferre adventitia, quia suus pariter adventitia, uti propria retinet; & quemadmodum iniquum esset, ut emancipatus pro se retineret profectitia, & ea in communi poneret suus, ita etiam iniquum dici deberet, ut emancipatus adventitia conferret, suus vero ea uti propria retineret: & Et qua ratione ego colligo notabilem declarationem ad hanc communem opinionem, si inter suos, & emancipatos debet fieri collatio, ad hoc, ut æqualitas locum habeat; & hinc solum profectitia, non autem adventitia esse communicanda, ut supra dictum fuit, saltem fieri debere collationem respectu fructuum bonorum adventitiorum; in quibus emancipatus non solum habet proprietatem, sed etiam fructus; in potestate vero existens tantummodo proprietatem consequitur, fructus vero sunt partis, inæqualitas enim maxima esset, ut emancipatus vivente patre pro se fructus cumulet; & suus eos patri concederet, iterum cum emancipato post mortem patris dividendos: ex quo videtur emancipatum, si non proprietatem bonorum adventitiorum, saltem fructus perceptos vivente patre conferre debere.

19

21 Et quemadmodum emancipati conferunt suis, sic etiam sui emancipatis conferre debent, nempe profectitia, quæ proprie non est collatio, cum illa uti bona hereditaria vna cum aliis dividantur, ut dixit Bart. *in d. l. si emancipatis, in 4. qu.* sed sat est ad propositum in communi poni debere.

Conferri pariter debent dotes, & donationes propter nuptias, ut per Bart. *loc. cit.* cum quo omnes alij communiter transeunt; & solum aliqua est dubitatio in aliis donationibus simplicibus: de quo dicam infra in particulari capitulo.

22 Emancipati igitur conferunt suis, & sui emancipatis, sed, an emancipati conferant inter se, maior est dubitatio. Pro affirmativa opinione *gl. & Bart. in d. l. si emancipatis*, legem, & rationem adducunt: ratio est, si suus confert emancipato, ut supra dictum fuit, *l. filia dote, ff. de coll. dor.* ergo tanto magis emancipatus emancipato conferre debet: *tex. vero est leg. 1. §. pen. ff. de coniung. c. emanc. lib. vbi habetur, & quod si vnus ex filiis sit in potestate, alter emancipatus, & concurrant vna cum duobus nepotibus, quorum vnus sit in potestate, alter emancipatus, patri tenentur conferre nepotibus, & nepotes patris, patris igitur emancipatus nepoti emancipato, & nepos emancipatus patru emancipato conferre debet, ergo etiam inter emancipatos locum habet collatio.*

23 In contrarium tamen est communis opinio, cuius præcipuum fundamentum est, inter ipsos non posse considerari aliquam inæqualitatem, ob quam inducta fuit collatio, cum enim vnusquisque quod acquirit, sibi acquirit, nemo alteri facit iniuriam, ita ut ipsam emendare sit opus mediante collatione.

24 Nec obstant ex aduerso proposita, non ratio, quia suus tenetur conferre emancipato, ex eo: quia etiam emancipatus confert suo, & sic ut setuetur æqualitas, quæ non est necessaria inter ipsos emancipatos, ut supra dictum fuit. Non *tex. fit enim ibi collatio, quia ex nepotibus vnus erat in potestate, alter emancipatus, unde confertur emancipato propter fratrem, qui erat in potestate, cum ambo representent vnum corpus, l. si nepotes, ff. de coll. & succedant in stirpes, & non in capita, quæ communis solutio defenditur ab impugnatione Decij à Sapor. de collat. c. 4. nu. 53.*

25 Quam communem sententiam limitant multi in bonis profectitiis, quæ hodie inter emancipatos conferti debere asserunt *gl. in d. l. si emancipatis, in verbo, cessat*, Bart. *in 1. quest. Bald. nu. 1. & seqq. Alex. nu. 11.* & alij multi, qui omnes mouentur per *d. l. ut liberti, §. si tres, ff. de coll. bo. & l. si emancipatis, C. de coll. bon.* Præterea, ut dixit Sapor. *loc. cit.* hæc distinctio bonorum verè non cadit in ipsis emancipatis, sed solum in his, qui sunt in potestate: Et in ipsis cessat ratio, quocumque genere bonorum attento, ob quam diximus, inductam fuisse collocationem, nempe inæqualitas: et si in hac materia non sit extensio, nec etiam ex identitate rationis fieri debet, & eo minus, si diuersa possit considerari ratio, ut in casu nostro.

26 Quam communem sententiam limitant multi in bonis profectitiis, quæ hodie inter emancipatos conferti debere asserunt *gl. in d. l. si emancipatis, in verbo, cessat*, Bart. *in 1. quest. Bald. nu. 1. & seqq. Alex. nu. 11.* & alij multi, qui omnes mouentur per *d. l. ut liberti, §. si tres, ff. de coll. bo. & l. si emancipatis, C. de coll. bon.* Præterea, ut dixit Sapor. *loc. cit.* hæc distinctio bonorum verè non cadit in ipsis emancipatis, sed solum in his, qui sunt in potestate: Et in ipsis cessat ratio, quocumque genere bonorum attento, ob quam diximus, inductam fuisse collocationem, nempe inæqualitas: et si in hac materia non sit extensio, nec etiam ex identitate rationis fieri debet, & eo minus, si diuersa possit considerari ratio, ut in casu nostro.

30 Suos etiam suis conferre, probat *tex. in l. filia. C. de coll. id tamen intelligendam est respectu solum bonorum profectitorum, l. fin. C. eod.* prout etiam conferunt patris, & nepotes auunculis, amitis, & matertis, vt per *Bart. in d. l. si emancipati, num. 6. & Dec. n. 17. & docet Io. Saport. in d. cap. 4. num. 58.*

Vidimus hucusque de filio legitimis, & naturalibus; & sic, an emancipati conferant suis, an sui emancipatis; & an emancipati. & sui inter se; dubitatur modo, † quid de filiis legitimis tantum: & olim absque dubio conferbant, cum enim adoptiui suorum iura consequantur, *l. cum in adoptiuis; §. sed ne, C. de adopt. æquum visum fuit, eos conferre debere quartam ipsis debitam ex constitutione Diui Pij ex bonis paternis, nisi tamen essent emancipati, leg. 1. si impuberum, ff. de coll. bon.* † Hodie tamen hæc quarta amplius conferri non debet; primo, quia non obstante adoptione, patria potestas immobilis remanet, *d. l. cum in adoptiuis, & §. sed hodie, Inst. de adopt.* secundo, quia illa quarta connumeratur inter aduentitia, & aduentitia hodie non conferuntur, *l. fin. C. de coll. & docet Saport. loc. cit. nu. 6.*

Positis personis inter quas collatio locum habet, duæ sunt soluendæ difficultates, quæ circa præmissa considerari solent. Prima est, † quare emancipati teneantur suis conferre, † cum pro extraneis à iure civili omnino reputentur, *l. unica, §. extraneorum, C. de re, vtr. act.* & extranei conferre non teneantur, vt supra dictum fuit. Sed ex communi sententia respondetur, † extraneos esse in duplici differentia, vel ratione cognationis, vel ratione patriæ potestatis: ratione cognationis, emancipati non dicuntur extranei, † cum iura sanguinis nullo modo tolli possint, *l. iura sanguinis, ff. de re iud. l. ius agnationis, ff. de pact. l. abdicatio, ff. de patr. potest. l. eas obligationes, ff. de cap. dimin. §. sed naturalia, Inst. de cur. nat. gent. & civil. sed solum extranei reputantur ratione patriæ potestatis, §. 1. Inst. de patr. potest. l. item in potestate, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. sur. cum per emancipationem ipsa patria potestas tollatur, *d. §. sed naturalia, & §. ultimo, Inst. de leg. agnat. iur.* Addi posset, † esse differentiam inter extraneos, & emancipatos quantum ad collationem: emancipati enim conferre teneantur, quia quicquid habuerunt à parentibus, iure filiationis habuerunt, & licet conferre debeant etiam ea, quæ post emancipationem acquisierunt, id tamen procedit, quia, si non fuissent emancipati, ea parentibus acquisiuisent: quæ ratio cessat in extraneis.*

38 Secunda est dubitatio, quomodo hodie possit esse differentia inter suos, & emancipatos, cum inter ipsos omnis proflus sublata sit differentia, §. nullam, *Auth. de her. qua ab intest. diff. Gl. in d. l. si emancipati* respondet, sublata esse differentiam quantum ad successionem, secus quantum ad collationem, quam *Glof. refert, & sequitur ibi Bart. & ceteri scribentes communiter.*

#### SVMMARIVM.

- 1 Collatio ad hoc, vt locum habeat inter descendentes ascendentes succedentes, an sit necessarium, vt veniant ex primo capite, vnde liberi.
- 2 Collatio an locum habeat inter filios matri succedentes.
- 3 Lex, vt liberis C. de coll. declaratur.
- 4 Bonorum possessio vnde liberi non habet locum in successione matris.
- 5 Filij, & alij descendentes ex quo capite veniant ad successionem matris.
- 6 Differentia inter ius civile, & prætorium quantum ad successionem hodie est sublata.

7 Filij, qui veniunt ad successionem ex capite vnde agnati, vel vnde cognati, proprie non veniunt vt extranei.

8 Collatio ad hoc, vt locum habeat inter descendentes ascendentes succedentes, requiritur, vt sint in primo gradu, vel vt succedant loco primi.

9 Fœmina exclusa à statuto, an, si instituatür una cum masculo, teneatur ad collationem.

10 Fœmina exclusa à statuto, an sit sua, & quid si in totum non excludatur, num. 11.

12 Statutum excludens fœminam ab intestato, evanescit, si instituatür.

23 Collatio ad hoc, vt locum habeat inter descendentes ascendentes succedentes, necessarium est, vt succedant titulo vniuersali.

### Quæ requirantur ad hoc, vt collatio locum habeat.

#### CAP. XVI.

Licet veta sit supra firmata conclusio, collationem locum habere inter descendentes ascendentes succedentes, nonnulla tamen necessaria sunt, ad hoc vt competat ius petendi collationem. Et primo *Bal. in l. si emancipati, C. de coll.* tenet, necessarium esse, † vt filij veniant ex primo capite, vnde liberi: si enim veniant ex secundo, vnde agnati, vel ex tertio, vnde cognati, iuxta *tex. in l. §. nunc videndum, ff. de succ. edict.* collatio locum non haberet; & rationem assignat, quia inter agnatos, & cognatos collatio locum non habet, vt dictum fuit supra in cap. præced. quam sententiã approbat ibi *Alex. Franc. de Alex. & alij multi.*

Ex quo requisito collationem facit *Alex. idem* esse dicendum de filiis succedentibus matri, qui possunt venire ex publico capite, vnde nempe legitimi & vnde cognati, vnde si exclusi à primo, veniant ex secundo, non esset locus collationi.

Contrarium tamen, & merito voluerunt *Fulgos. & Iaf. in d. l. si emancipati*, imò communiter alij, passim enim hoc *Baldi* requisitum damnari ab interpretibus dixi *Io. Saport. de collat. c. 4. num. 72.* mouentur omnes per *tex. in l. vt liberi, C. de collat.* † in illis verbis, *quocunque iure*: ex quo *tex.* clarè probatur, nõ attendi inter descendentes, quo iure succedant. Et licet *Alex. & Franc. de Alex.* dicant illa verba declarari per subsequentia, aut nempe non condito testamento, aut testis: at tamen, si rectè perpendantur, apparebit illa verba declarare aliud indefinitum dictum, intestatæ nempe successionis, & generalem remanere dispositionem, quocunque iure succedant. Secundo ad idem facit, † quod quando tractatur de successione matris, nõ habet locum bonorum possessio, vnde liberi, *l. fin. C. de succ. & leg. sed* arum bonorum possessio, vnde legitimi, *l. 2. §. fin. & l. seq. ff. vnde lib.* & tamen est locus collationi, vt *in d. l. vt liberi.* † Tertio licet filij veniant ad successionem matris ex capite, vnde legitimi; tamen, alij liberi, & descendentes admittuntur ex capite, vnde cognati, *l. nepotibus, cum glof. C. vnd. leg. Inst. de l. Conf. Orfic. in princ.* & tamè inter ipsos locum habet collatio; quibus duabus rationibus licet respondeat *Dec. studio contra dicendi Iasoni*, attamen eius responsiones non tollunt, quominus non sit verum, vt etiam detur collatio inter non succedentes ex primo capite, ergo vt succedatur ex primo capite, nõ est necessarium ad hoc, vt collatio locum habeat. Quarto, æqualitas, & iniuria, quæ in materia collationis consideratur, procedit tam si ex primo, quam si ex aliis capitibus bonorum possessio peratur. Quinto dici etiam

posset

6 potest tunc iure Authentico, si sublatam esse omnem differentiam inter ius prætorium, & civile, unde, quemadmodum habet locum collatio inter descendentes ascendentes succedentes de iure civili, sic etiam locum habere debet, si ex iure prætorio succedant, & tam si ex uno, quam ex altero capite.

7 Respondetur etiam ad rationem Bald. quod licet filij veniant ex capite, unde agnati, vel unde cognati, non tamen veniunt proprie ut agnati, vel ut cognati, quod patet ex eo, quod habent animum ex quocumque capite veniant. *Leg. 1. §. fin. ff. de success. ed. d. & facit textus in leg. de bonis, §. 1. in fin. ff. de Carb. ed. d. ubi probatur, quod filij semper sunt sui, ex quocumque capite veniant.*

8 Secundum requisitum ponit Bald. in d. l. si emancipati, sub num. 10. ut omnes descendentes sint in primo gradu, vel ut succedant loco primis, ita ut si pater habeat filium, & ex eo nepotem, & instituat filium, & nepotem, inter ipsos non habebit locum collatio, & ratio assignatur, quia cum filius præcedat nepotem in gradu, avus poterat nepotem præterire, unde nepos venit tanquam extraneus, sed inter extraneos non habet locum collatio, ergo, & c. quod requisitum ab omnibus communiter approbat in d. l. leg. si emancipati.

6 Ex quo requisito inferit Alexand. in d. l. si emancipati, quod stante statuto, quod stantibus masculis feminæ non succedant, si filia femina instituat una cum masculo, inter eos non habeat locum collatio: & rationem esse dicit, quia stante prædicto statuto, pater non tenetur filiam relinquere legitimam, ut asserit Bald. in leg. maximum vitium, C. de lib. præter. & probatur ex eo, quod legitima est tertia pars eius, quod ab intestato debetur, l. cum quaritur, ff. de inoffic. testam. sed feminis, dicto statuto existente, ab intestato nihil debetur, ut dicam infra in tertia parte, cap. 3. ergo & c.

Hanc tamen illationem esse falsam, negari nulla ratione potest: primo, quia, ut docet Alexand. consil. 171. lib. 1. dato, quod filia exclusa à simili statuto, non esset sua, ut voluit Bart. in leg. 1. §. sciendum, ff. de suis, & leg. & Bald. in d. l. leg. maximum vitium, circa finem, tamen id procedit ab intestato, secus si instituat, vel vocetur ex testamento, quo casu non desinit esse sua, ergo non est verum ipsam succedere, ut extraneam.

11 Præterea filia exclusa à statuto desinit esse sua, si in totum excludatur, secus autem si solum in casu dotis datæ, constitutæ, vel constituendæ, ut similia statuta communiter disponere solent, ut per Alexand. in d. l. consil. 131. tunc enim dos succedit loco legitimæ Bartol. in leg. Titio centum, §. Titio genero, ff. de condit. & demonstrat. de quo infra cap. 33. num. 8. & latius in cap. 4. tertia parte, cum igitur non possit dici extranea, cessare non debet collatio. Et licet Dec. in d. l. leg. si emancipati, dicat, istas rationes non obstat, ex eo, quia licet femina sit sua, quantum ad effectum transmissionis, non est tamen sua, quantum ad effectum collationis, cum collatio solum locum habeat inter eos, qui ab intestato succedunt, & qui præteriti possunt impugnare testamentum. Respondetur tamen,

12 quod verè filia exclusa à simili statuto non succedit ab intestato, nec præterita potest impugnare testamentum; id tamen procedit ab intestato, secus autem si fiat testamentum, quo casu evanescit statutum, unde debet fieri collatio, prout si statutum non adesset.

13 Tertium, & ultimum est requisitum, ut descendentes succedant titulo universalis, secus si particulari, prout ex legato, vel ex aliquo alio particulari titulo,

quod in controversiam à Doctoribus non ponitur, ut per Cagnol. in d. l. leg. si emancipati, numer. 129. & notatur in leg. patre, C. de collat.

## S. M. M. A. R. I. V. M.

- 1 Simplex donatio an debeat conferri, varia opiniones: & quod conferri non debeat, num. 2. & de ratione, num. 3. & 4.
- 5 Lex, illud, in §. fin. C. de collat. inducitur, & declaratur alia inducitur, num. 15.
- 6 Dicitur, aliorum, est repetitiva similium.
- 7 Lex nova generaliter colligens antiquam, non intelligit corrigere legem aliquid specialiter disponentem.
- 8 Donatio simplex non imputatur in legitimam.
- 9 Conferri debere ea, qua imputantur in legitimam, quomodo sit intelligendum.
- 10 Lex, si donatione, in fin. C. de coll. inducitur, & declaratur.
- 11 Donatio habens vim relicti non conferitur.
- 12 Donatio fructuum bonorum adventitiorum non conferitur.
- 13 Donatio simplex conferitur habenti donationem ob causam.
- 14 Donatio simplex conferitur à suo, si concurrat cum emancipato.
- 16 Donatio simplex conferitur, si ita disposuerit testator.
- 17 Donatio facta à patre pro peculio profecticio conferitur.
- 18 Donatio simplex facta filio conferitur, si post donationem filius fuerit emancipatus.
- 19 Cautela Bart. circa donationem librorum factam filio à patre damnatur.
- 20 Donatio facta suo, & emancipato conferitur.
- 21 Fructus percepti ex bonis filio à patre simpliciter donatis conferuntur.

An simplex donatio facta filio  
veniat conferenda.

## CAP. XVII.

IN quinque proximis capitulis posuimus regulas generales collationis; nunc latius hæc materia, quatenus tamen ad fratres spectat, per nonnullas quaestiones est declaranda. Et quoniam supra in cap. undecimo posuimus varios casus, in quibus potest esse donatio inter patrem, & filium, nunc videndum est, an illæ donationes post mortem patris veniant cum aliis fratribus conferendæ, & communicandæ. Et primo de simplici donatione, quam valere diximus, si fuerit morte confirmata, ut supra in cap. undecimo, in quarta limitatione. Et duellum fuisse inter Azon. & Ioan. dixit Vital. Nemus. de collat. quasi. prima, sub

1 num. 3. Azon. enim existimavit, quod simplicem donationem non conferri, cum habeat vim relicti, leg. illud, §. final. iuncta lege à patre, C. de collat. oppositum voluit Io. per text. in leg. si donatione, Cod. eod. Dyn. relatus à Cyn. in Authenti. ex testamento, C. de collat. distinguit de filio existente in potestate, & emancipato, quam distinctionem communiter sequi Doctores, testatur Vital. Nemus. loc. cit. sub num. 4.

2 Ex quorum dictis primo colligitur conclusio, donationem simplicem factam filio in potestate existenti non conferri, si fuerit per mortem patris confirmata, leg. filia, C. sum. ex c. se. leg. illud, C. de collat. & ratio ab omnibus consideratur; hoc casu donationem factam filio in potestate existenti habere vim relicti, unde tanquam relictum non conferitur, leg. ead. num. C. de collat. quam rationem ex pluribus probat

1 *Ias. in dicit. Authent. ex testamento, num. 6. & seq. & licet Dec. in dicit. l. si emancipatis, num. 5. varias consideret differentias inter hanc simplicem donationem, & relictum; attamen ad propositum, sat est in hoc convenire, quod quemadmodum relictum acquiritur post mortem, ita etiam simplex donatio morte confirmata, ¶ unde quemadmodum ea, quæ post mortem acquiruntur, non debent conferri, l. nec emancipatis, C. de collat. ita etiam non debet conferri simplex donatio, quæ morte confirmata habet vim relictæ.*

2 *Ad idem dicunt esse rex. clarissimum in l. illud, §. fin. C. de collat. solum est aliqua dubitatio ¶ an citatus rex. sit correctus per d. Auth. ex testamento; verum communis est intelligentia, d. Auth. non loqui de donatione simplici, sed de donatione facta ob causam, dum mentionem facit de donatione causa mortis, & licet subiungat, & aliorum datorum, tamen ¶ illa dicitio, aliorum, est repetitiva similium, glos. in leg. si fugitivus, C. de serv. fug. Ias. in leg. penult. C. qui admi. & licet dicit. Authent. generaliter disponat, donata filiis debere conferri, declarari tamen debet per leges antiquas, in individuo disponentes, donationem simplicem, vti morte confirmatam non conferri: cum secundum*

3 *Ias. ¶ lex nova generaliter corrigens, nunquam intelligatur corrigere leges aliquid specialiter disponentes, glos. in l. sciendum, in princ. ff. qui satisd. cog.*

4 *Cui conclusioni non obstant duo in contrarium à Doctoribus considerata: primo ¶ simplicem donationem, secundum magis communem opinionem, de qua Bart. & alij scribentes in l. in quartum, ff. ad leg. Falc. imputari filiis in legitimam per tex. in leg. filium quem, C. sum. ercisc. de quo dicam infra in cap. 37. num. 8. ¶ at ea, quæ computantur in legitimam, veniunt etiam conferenda per regulam legu. illud, C. de collat. nam regula illius tex. procedit in his, quæ acquiruntur post mortem per vim relictæ, nam relictæ computantur in legitimam, leg. etiam, §. si debita, ff. de bon. lib. & l. scire, §. excluditur, ff. de iur. patr. & tamen non conferuntur, ut supra dictum fuit. Secundo*

5 *text. in leg. si donatione, in fin. C. de collat. vbi ¶ filius familias, cui pater fundum donauerat, illum conferre tenetur: primum enim multi respondent dict. tex. esse correctum per dicit. leg. illud, verum quia correctio legum non est de facili admittenda, alij respondent, quod licet lex prædicta loquatur de donatione, intelligendam tamen esse de concessione in peculium, quam intelligentiam probat Ias. in dicit. Authent. ex testamento, num. 9. & Dec. num. 60. licet ipse, addat, intelligi etiam posse de donatione ob causam, ad hoc ut differentia sit inter primum, & secundum casum ibi propositum, alium intel-*

6 *lectum, quem peregrinum appellat, in medium affert Cagnol. in l. si emancipatis, nu. 185. C. de collat. sed quicquid sit de his variis intellectibus, sat est ad propositum, non intelligi de simplici donatione morte confirmata, ¶ quæ vti vim relictæ habens non conferitur glos. in l. qua pater filio, in glos. magn. in fi. ff. sum. ercisc. Bart. in l. 1. §. nec castronsa, ff. de coll. bon. Bald. in l. quoniam novella, in prin. & in l. omnimodo, §. imputari, C. de inoffic. test. in l. filia cuius, C. sum. ercisc. in l. si donatione, C. de collat. & in l. cum virum, C. de fideicom. Ias. in auth. ex testam. C. de collat. vbi etiam omnes alij scribentes tam antiqui, quam moderniores, Cagn. in d. l. si emancipatis, n. 190. Oldr. conf. 151. qui hanc opinionem commu-*

7 *nem, & vetiorem appellat. ¶ Quam conclusionem extendunt etiam ad donationem fructuum bonorum adventitiorum, præcipue stante illa opinione, de qua supra in c. 3. & 11. hanc donationem morte confirmari.*

8 *Quæ communis conclusio nonnullas recipit limitaciones, seu declarationes; Prima est, ¶ si vnus ex filiis habeat simplicem donationem, alter verò donationem ob causam, tunc enim, quia habens donationem ob causam tenetur eam conferre, ut infra suo loco dicitur, etiam habens simplicem donationem morte confirmatam, eam conferre debet, glos. in dicit. Authent. ex testamento, quæ allegat text. in leg. penult. C. de collat. & ab omnibus communiter approbatur, imò hunc est casum clarum dixit Ias. in dicit. Authent. ex testamento, nu. 3. Sic exemplum in habente dotem, vel donationem propter nuptias; quæ cum debeant conferri dicit. leg. illud in fin. C. de collat. si cum eo concurrat habens simplicem donationem, eam patiter conferre debebit.*

9 *Sed hinc dubitatur: filius in potestate constitutus non tenetur regulariter conferre simplicem donationem morte confirmatam; emancipatus verò eam conferre debet, ut dicam in cap. seq. quid modo ¶ si filius in potestate constitutus concurrat vna cum emancipato, au emancipato conferre teneatur, Corn. in dicit. leg. illud existimat, non teneri, cum id nulla lege caueatur, & in hac materia collationis non debet fieri extensio dicit. leg. illud, C. de collat. & præcipue quia, ut considerat Vit. Nemaus de collat. quest. 30. suus habet regulam pro se, quæ in dicit. leg. illud solum limitatur in dote, vel donatione propter nuptias, & in casibus à iure expressis, vnde aliam limitationem addere non debemus, si concurrat cum emancipato: contraria tamen sententia, & verior, & communis est, quam tenuerunt Fulgent. Paul. de Castrenf. Alexand. & alij in d. l. leg. illud, & probatur per tacitum tex. vbi ¶ disponitur, ne iniusti aliquid oriatur, ut habens simplicem donationem, eam teneatur conferre, si alter conferat dotem, vel donationem propter nuptias, qui tex. in hoc se fundat, ne iniusti aliquid oriatur, quod procedit, non solum si habens donationem simplicem concurrat cum habente dotem, vel donationem propter nuptias, sed etiam si concurrat cum quolibet alio, qui sibi donata conferre teneatur, ut emancipatus. Et illud quod ibi dicitur de dote, vel donatione propter nuptias, est per modum exempli, & exempla regulam non restringunt; ex quo respondetur ad argumentum in contrarium adductum, hæc enim non est extensio, cum casus iste sit comprehensus sub regula, & dispositione dicit. leg. illud. Et hoc pro secunda limitatione deseruire poterit.*

10 *Tertio limitatur principalis conclusio, si testator expressè disposuerit, collationem fieri debere leg. si quando, §. fin. ff. de inoff. testamento, qui tex. sic induci solet: Donatio simplex computatur in legitimam, si pater id expresserit, ut in dicit. §. fin. ergo conferitur: probatur autem consequentia ex regul. legu. illud, §. 2. Cod. de collat. quæ habet, quod ea, quæ in legitimam computantur, conferuntur, & ad idem est tex. in d. l. illud, in fin. ut per Ias. in d. authent. ex testamento, sub num. 5. C. de coll.*

11 *Quarto, ex glosa in dicit. Authent. ex testamento; limitatur conclusio, si pater donet filio ad hoc, ut donatum habeat in peculium profecturium, per tex. in leg. si donatione, Cod. de collat. Verum, ut dicit Alexand. in dicit. Authent. ex testamento, num. 7. hæc non est propriè collatio, & sic nec in commune latio ad tex. in leg. prima, ff. de coll. bon. cum peculium profecturium non sit proprium filij, sed remaneat in patrimonio patris, vnde non conferitur; sed diuiditur leg. filij licet, C. de collat. l. certum C. sum. ercisc. ut docet Io. Saport. de coll. cap. 5. in princ.*

18 Quinto, conclusionem limitat *Ias. in dist. Authent. ex testamento*, si pater donasset filio in potestate existente, deinde cum emancipasset, nam, cum emancipatione confirmetur donatio *leg. siue emancipati, C. de donat. l. donationes, la 2. §. pater, ff. de donat.* non dicitur amplius morte confirmata, ita ut habeat vim relicti. *¶ Unde dubia redditur cautela Bart. in leg. donationes, §. pater, ff. de donat.* licet à scribentibus sit ibi communiter recepta: ut, si filius velit habere præcipuos libros à patre sibi donatos, faciat se in vita ipsius emancipare, confirmabitur enim hoc modo donatio: nam, ut dicit *Ias.* hoc potius filio esset damnosum, si enim non fuisset emancipatus, illa donatio morte patris confirmaretur, & ita vim relicti haberet, nec esset conferenda; secus autem, si esset confirmata per emancipationem, ut supra dictum fuit. Nec obstat responsio *Dec. in dist. Authent. ex testamento*: imò hanc librorum donationem non esse conferendam, cum filius acquiratur, uti bona quasi castrensia, nam quicquid sit de hoc, de quo suo loco: id tamen non proveniret à cautela *Bart.* sed à natura rei donatæ, unde non tollitur, vanam, & inutilem prorsus esse *Bart. cautelam.*

19 Sexto limitatur, si pater donet filio emancipato, & in potestate constituto, nam tunc, cum filius emancipatus teneatur conferre, etiam in potestate constitutus conferre debet, ut æqualitas servetur per text. *in dist. leg. illud, §. fin. C. de coll. qui text. licet loquatur solum in casu, in quo vnus habeat donationem ob causam; tamen ex generali ratione ad hunc etiam casum extenditur, ut per *Ias. in dist. Auth. ex testamento, sub num. 13.* & sequuntur *Fulg. Paul. de Castr. Alexand. & alij in dist. l. illud, licet contrarium ibi voluerit Corn. & dicat Cagn. in d. l. si emancipati, C. de coll. num. 198.* in puncto iuris *Corn.* opinionem esse vetiorem.*

20 Septimo limitatur in fructibus perceptis ex bonis à patre simpliciter donatis, ut multi tenent *in dist. Authent. ex testamento*: & mouentur, quia illi fructus finguntur quæsi filio in vita patris, quam opinionem confirmat *Vital. Nemaus. de collat. quest. 17.* ex eo, quod profectitia conferuntur *leg. fin. C. de collat.* sed tales sunt isti fructus, uti percepti ex bonis paternis, ergo debent conferri, quod ex alijs ipse *Nemaus* confirmat.

Alia limitatio, quam ponit *Ias. in dist. Auth. ex testamento, in quinta limitatione*, est potius limitatio ad regulam, quam ipse firmat *in 6. limitatione*, de qua infra suo loco dicentur.

## S V M M A R I V M.

- Donatio facta filio emancipato debet conferri: & de ratione differentia inter donationem factam filio emancipato, & suo, num. 2.
- Emancipatus non dicitur habere peculia.
- Lex ut liberis C. de collatione declaratur, & num. 6.
- Donatio facta emancipato post emancipationem, an debeat conferri.
- Lex prima C. de coll. inducitur.
- Donatio facta in emancipatione, an sit ob causam, vel simplex.
- Collatio locum habet solum in casu successoria.
- Emancipatus an debeat conferre donationem emancipato.
- Donatio facta ante emancipationem an debeat conferri, & num. 13.
- Emancipatione conuolidantur donationes antea factæ.
- Testator potest inducere, & prohibere collationem.

15 Dos data filia, quando ex tacita voluntate patris non debeat conferri.

16 Patrem tacite prohibuisse collationem, quando presumatur, & num. 6.

## An donatio facta filio emancipato veniat conferenda.

## CAP. XVIII.

1 Alium casum posuimus supra *in cap. undecimo in septima, & decimasexta limitatione*, in quo diximus, valere donationem inter patrem, & filium, si nempe fiat filio emancipato, nunc an sit conferenda, videndum est, in qua questione *† communiter tenent scribentes in Authent. ex testamento, C. de coll. conferri debere, ut *Ias. num. 14. Dec. nu. 8. Bart. in l. prima, §. x. de cast. & se. ff. de coll. bonor. Alex. in l. ut liberis in fi. C. eod. qui hanc opinionem dicit communem, de communi pariter asserit *Dec. conf. 59. num. 1. & Cagnol. in l. si emancipati, C. de coll. nu. 197.* quam nouissimè sequitur *Fachin. controuers. iur. lib. 5. capit. 77. conclus. prima; & post ipsum Mangil. de imputat. quest. 45. in princip. & latius in quest. 39. & sequitur Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 2. quest. 29. num. 31.* quæ communis sententia ex duobus præcipue probatur: *† primo, quia in ipsi cessat ratio, ob quam diximus donationem simplicem factam filio in potestate existenti non conferri, quia nempe vim relicti habet; cum enim confirmetur morte, post mortem acquiri dicitur, sed in emancipato, cum valeat à principio, dicitur provenire ex contractu, non autem ex relicto, ut per *Ias. loc. citat. num. 17. nec potest dici facta in peculium, † cum in emancipatis essent peculia, l. fin. C. de inoffic. testamento, *Ias. loc. cit. nu. 14. & Bald. loc. pariter citato. † Secundo hæc opinio ex clarissimo tex. probatur in l. ut liberis, §. fin. C. de coll. vbi expressè dicitur, donationem factam in emancipatione, vel ante, vel post conferri debere: unde omnis multis alijs, quæ hinc inde adduci solent, ad limitationes deuenio.*****

2 Et primo hæc communis opinio declaratur ex sententia *Nicol. de Mar. & Old. in dist. leg. ut liberis*, ut procedat solum in donatione facta filio emancipato, tempore ipsius emancipationis: dicunt enim, hanc verè non esse simplicem donationem, sed donationem ob causam; quia filius patitur se emancipari; cum inuitus emancipati non possit; ac ideo esse conferendam, uti donationem ob causam; unde secus est; dicunt ipsi, si donatio fuerit facta post emancipationem, & non ipsius contemplatione. *Cyn. tamen Bart. Bald. & ceteri scribentes, in dist. Authent. ex testamento, existimant hoc esse omnino falsum; iam enim si fiat in præmium emancipationis, quam non, semper cessat illa ratio ob quam dicunt, donationem simplicem factam filio in potestate existenti conferri debere. † Secundo obstat text. in dist. leg. ut liberis, qui loquitur etiam in donatione facta post emancipationem: & est expressa dignatio *Old.* ut licet loquatur de donatione facta post emancipationem, tamen debeat intelligi de donatione facta ob ipsam emancipationem, ut dixit *Bald. in dist. Auth. ex testamento, sub n. 57. † Tertio plurimum confert text. in leg. 1. C. de collat. à contrario sensu, vbi dicitur, quod emancipatus non confert donata à patre, quia testamentum erat conditum, ergo, si non fuisset conditum, conferri debuisset; sed hodie sit collatio etiam ex testamento, dist. Authent. ex testamento, ergo verum erit, absolute asserere ab emancipato fieri debere collationem;**

- 8 Nec obstat responsio; † illam esse donationem ob causam; nam imò dicitur donatio simplex. Alexand. *conf. 21. post n. 9. lib. 3.* Rim. *Sen. conf. 409. num. 8.* qui de communi attestantur, ac idèd, & ipsa insinuari debet *leg. data, C. de donat. l. fin. C. de em. lib. nec etiam aliqua potest considerari ratio differentie, quare magis vna, quam alia veniat conferenda.*
- 9 Secundo limitatur supra firmata conclusio, si emancipatus nolit succedere, collatio enim solum in casu successionis locum habet, *L. pen. ff. de coll. dot. iun. Etia lege prima, in §. secundo, C. de inoff. testamento.*
- 10 Tertio à nonnullis limitatur in emancipato succedente cum alio emancipato, mouentur, quia emancipatus suo non emancipato conferre tenetur, ad text. *in leg. vt liberis, C. de coll.* Verum suo loco dictum fuit superius, imò emancipatum non solum suo, sed etiam emancipato conferre debere, & hanc esse communem opinionem, de qua etiam testatur *l. in d. Auth. ex testamento, sub num. 14. vers. licet disputando, ex quo sequitur limitationem hanc esse falsam.*
- 11 Quarto limitat conclusionem Alexand. *in d. leg. si emancipati, in donationibus factis ante emancipationem, cum text. in dist. leg. vt liberis loquatur solum in donationibus factis in ipsa emancipatione, & post emancipationem, vnde † licet per emancipationem conualidentur etiam donationes antea facte, leg. si emancipatus, C. de coll. l. donationes, la 2. §. pater, ff. de donation. & docet Peregrin. de fideicom. artic. 36. nu. 125. Merlin. de legisima lib. 2. tit. 2. quest. 29. num. 25.* tamen conferri non debent, cum nulla lege id reperiatur cautum: Loquitur tamen Alexand. respectu alterius filij emancipati, cum quo succedat, non autem respectu sui, cui conferre debet etiam donationes sibi factas ante emancipationem, vt declarat *l. in dist. Authen. ex testamento, circa finem, dicens, quod aliter sibi contrarius esset Alexand. cum in dist. Authen. ipse teneat emancipatum suo conferre debere etiam donationes factas ante emancipationem. Verum, vt l. animaduertit, † periculosa est hæc Alex. limitatio, imò non vera, primo, quia nulla potest considerari ratio differentie, cur debeant conferri donationes in ipsa emancipatione, & post emancipationem facte, non autem antea. Præterea nulla etiam potest assignari differentie ratio, cur debeant conferri suo, non autem emancipato. Accedat, donationes conferri, quia valent, quæ ratio militat etiam in donationibus factis ante emancipationem, cum, vt dixi, per emancipationem validentur.*
- 12 Quinto limitatur, sicut ex mente testatoris apparet; certum est enim, patrem & imponere, & remittere posse onus collationis, quod ad tacitam remissionem extendit Decius *conf. 59. sive per totum: qui pro conjectura adducit, si pater minus reliquerit illi, cui donauit, censetur enim minus reliquisse ob donationem iam factam, vnde ad aliam collationem cogi non debet, nisi, & ille, cui magis fuit relictum, illud plus conferat; pro quo facit text. in l. ex patre §. in testamento, ff. fam. erisc. vbi probatur, quod licet filia dotem fratri suo conferre debeat l. filie dotem, C. de coll. tamen si pater diuidendo bona inter liberos, maiorem partem assignauerit fratribus, censetur filiam ab onere collationis liberare voluisse, quem rex. vt Dec. dicit, communiter intelligunt Doctores in hac tacita patris voluntate, ex hoc resultante, quod minus filie reliquerit: quod si procedit in femina, tanto magis in masculo locum habere debet; cum censendum sit, patres voluisse in successione filios esse pares.*
- 13 Quod ampliat Dec. in donationibus factis post te-

stamentum illi, cui in testamento minus reliquerat; censetur enim patrem cognouisse partes esse inæquales, ac ideo pro ipsarum adæquatione illam donationem facere voluisse: Et hæc omnia magis procederent, si ex aliquibus verbis apparet, illam donationem filij præcipuam esse debere.

Ponit *l. in d. Auth. ex testamento, in fin. aliam limitationem de donatione causa mortis. Verum limitatio non est de regula, cum nos de simplici donatione facta inter viuos loquamur.*

Alia ad propositum donationum factarum emancipatis videnda erunt infra *in cap. 37. num. 5. & seqq.*

### SVMMARIVM.

- 1 Donatio simplex facta filio à matre non confertur, & num. 9. opponitur num. 3. & 4. & de variis rationibus num. 5. 6. 7. & 8.
- 2 Æqualitas tantum non sufficit ad inducendam collationem.
- 3 Filij respectu matris videndum magis participare de natura extraneorum, quam emancipati respectu patris.
- 10 Donatio simplex facta à matre confertur ratione æqualitatis secunda.
- 11 Donatio simplex facta à matre confertur; si ipsa sic disposuerit.
- 12 Donationes ob causam facta à matre conferuntur.

An donationes factæ filiis à matre conferantur.

### CAP. XIX.

Donationes inter matrem, & filium subsistere, diximus supra *in cap. vndecimo, in limitatione 13.*

- 1 nunc an veniant conferendæ videndum est. † Negatiuam partem tenent communiter scribentes *in Auth. ex testamento, C. de coll.* à qua communi sententia non esse recedendum dixit *Cagn. in l. si emancipati, sub nu. 199. C. de collat. & probat text. in l. illud, §. fin. C. eod.* † Nec obstat, eandem posse considerari æqualitatem, quæ consideratur in donationibus factis à patre, sola namque æqualitas non sufficit ad inducendam collationem, nisi insuper hoc lege fuerit cautum.
- 2 Quærit tamen Doctores de ratione: diximus enim, simplicem donationem factam à patre non conferri, si fuerit morte confirmata, quia habet vim relictæ, & sic tanquam relictum non confertur: quæ ratio profus cessat in donationibus maternis, quæ, vt validæ à principio, non indigent mortis confirmatione, vnde potius videbatur dicendum, esse conferendas, prout conferuntur donationes paternæ, quæ à principio valent, de quibus infra dicitur: augetur dubium; quia videmus, † quod emancipati conferunt donationes sibi factas à patre, in quo consideratur amplius patria potestas, ergo idem dicendum videbatur in filiis, respectu matris, quæ pariter filios in in potestate non habet.

- 3 Variæ à Doctores adduci solent rationes differentie inter emancipatos, respectu patris, & alios filios, respectu matris, *Bald. in d. Auth. ex testamento, nu. 19.* dicit, adesse rationem differentie, † quia filij respectu matris quantum ad collationem magis participant de natura extraneorum, quam emancipati respectu patris, cum in ipsis emancipatis adhuc remaneant aliquæ reliquæ præcedentis patriæ potestatis, *arg. l. filio, quem pater, ff. de lib. & posth.* quam tamen rationem non esse veram, dixit *Vital. Nemaus. de collat. quest. 2.* nam quo ad collationem simplicis donatio-



nis, illi, qui nunquam fuerunt in potestate ascendenti, participant magis de natura suorum, quam extraneorum, cum conferant simplicem donationem in illis casibus, in quibus sui. Secundo, quia si emancipati conferrent ob reliquias patrie potestatis, conferrent uti sui, non autem uti emancipati. *Inf. in Aub. ex testamento, sub n. 14. vers. ego existimo, dicit, f. se scholarem adhuc existentem, considerasse, Praetorem in emancipato collationem statuisse, propter iniuriam, quae fit suis, dum emancipati admittuntur ad successionem, l. 1. in princ. ff. de coll. ac idem in recompensationem praedictae iniuriae collationem ordinasse: quae iniuria cessat prorsus in filiis, dum agitur de successione matris, cum filiis de iure civili matri succedant, ac idem sicut filij existentes in potestate, succedendo patri, non conferunt simplicem donationem, nisi inaequalitas emerget, ita filij succedendo matri non debent conferre, nisi ad evitandam inaequalitatem.*

7 Verum, ut ipsemet responderet, hac ratione stante, sequeretur, ut nec etiam donatio ob causam deberet conferri, cum tunc pariter cesset ratio iniuriae, & tamen contrarium disponitur in §. illud, *Authent. de Trient. & sem.* ubi habetur in successione matris donationes ob causas conferri; unde adhuc incerta est ratio, quare simplices donationes filij succedendo matri non conferant; quam pariter *Inf.* rationem impugnat *Cogn. in d. l. si emancipati, nu. 199.* cum hodie in collationibus consideretur solum ratio aequalitatis, non iniuriae praeterea, ut dicunt *add. ad Inf. emancipati in simplicibus donationibus non faciunt iniuriam suis, nam, si non fuissent emancipati, adhuc illas donationes praecipuas habuissent, uti morte confirmatas, & sic in vim relictæ.*

8 *Barr. in l. prima, §. nec castrense, sub num. 11. ff. de coll. dicit rationem esse, quia de iure antiquo dispositum non reperiebatur, quod filij conferre deberent donata à matre; unde lex nova eos tantum gravare voluit, ut conferrent data ob causam, non autem simplices donationes, nisi tamen ex simplicibus donationibus inaequalitas emergeret, l. ultima, §. pen. C. de coll. In emancipatis vero erat generaliter dispositum, ut omnia conferre deberent, quod lex nova non immutavit, sed voluit ad hanc generalem collationem pariter teneri, unde nec simplex donatio est exclusæ, ut in *l. ut liberis, C. de coll.* quam *Barr.* considerationem communiter sequuntur scribentes in *d. Aub. ex testamento, ut Fulg. Rom. Alex. & alij, & esse communem sententiam tateret ibi Dec. num. 6. & Inf. uti minus periculosam sequendam esse dicit, & eam probat Vital. Nemaus. de coll. q. 2. Bartholi tamen mentione non facta.**

9 Omittis igitur aliis rationibus dicamus, regulam esse, simplicem donationem filiis à matre factam non conferri per *l. illud, §. fin. C. de coll.*

10 Quae conclusio primo limitatur ratione aequalitatis servandae, ut habetur in *d. l. illud, §. penult.* conferunt tradita superius in *cap. 17. num. 13. & 14.*

11 Secundo limitatur si onus collationis expressè à matre impositum fuerit, *d. l. illud, §. fin.*

12 Tertio limitatur in donationibus ob causam, quas conferri debere, probat *tex. in §. illud, Authent. de trient. & sem. & dictum fuit supra num. 7.*

#### SUMMARIUM.

- 1 Donata filiis ob causam an debeant conferri, & ponitur regula affirmativa num. 4.
- 2 In donationibus ob causam non differunt sui ab emancipatis, quantum ad collationem.

3 In donationibus ob causam nulla est differentia an sint facta à patre, vel matre, quantum ad collationem.

5 Donatio ad hoc, ut sit ob causam, an sit necesse, causam esse necessariam.

6 Donatio ob causam impulsivam secundum aliquos dicitur donatio simplex, & quid in patre, num. 7.

8 Patrimonium, quod pater constituit filio ad hoc, ut sacros ordines suscipiat, an veniat conferendum, & an imputandum, num. 10.

9 Matrimonij causa data conferuntur, & an imputentur num. 11.

12 Donatio facta filio, ut honorificè nubar, dicitur donatio ob causam.

13 Donationes occasione matrimonij dicuntur donationes ob causam.

14 Donatio facta intuitu matrimonij an sit simplex, vel ob causam, & num. 16. ponitur distinctio.

15 Donatio facta à patre ad hoc, ut dicatur ob causam, non est necesse, ut sit ob causam necessariam.

17 Donatio, qua respicit solum utilitatem donatarii dicitur simplex.

18 Donatio facta favore certi matrimonij etiam utilitatem mulieris respicit.

19 Donatio facta favore certi matrimonij non potest retro donari.

20 Vendere, & venditioni consentire idem est.

21 Donatio facta favore matrimonij incerti requiritur insinuationem.

22 Donatio facta favore certi matrimonij debet conferri, limitatur num. 23.

24 Donatio facta favore matrimonij an debeat imputari.

25 Donatio facta favore certi matrimonij non valet, non secuto matrimonio.

26 Donatio simplex iuramento vallata conferri debet.

27 Donatio favorabilior est quandoque quod fuerit facta filio absque iuramento.

Donationes à parentibus factae filiis ob causam an veniant conferendae. Vbi de patrimonio, quod pater constituit filio sacros ordines suscipienti: Et de donationibus factis intuitu matrimonij. CAP. XX.

1 Vidimus de donationibus simplicibus, nunc de factis ob causam videndum est, de illis nempe, quae à principio validae fuerint inter patrem, & filium, de quibus supra in cap. undecimo in limitationibus, an nempe, & quando veniant conferendae.

2 Sed primo praesciendum est, in donationibus ob causam nullam adesse differentiam inter suos, & emancipatos, nam sui donata ob causam conferre tenentur, ut emancipati, qui non solum donata ob causam, sed etiam simplices donationes tenentur conferre, cum in emancipatis ob solutam patriam potestatem valeat donatio à principio.

3 Secundo sciendum est, nullam adesse differentiam, an donationes ex causa fuerint factae à patre, vel à matre quantum ad collationem, cum tam patris, quam matris conferri debeant.

4 In ipsis igitur generalis constituenda est regula, omnes donationes factas à parentibus filiis, quae ob aliquam causam validae fuerint à principio, inter fratres esse conferendas; in ipsis enim cessat illa ratio ab omnibus Doctoribus considerata, ob quam diximus, simplicem donationem non esse conferendam, quia

nempè vti morte confirmata habet vim relicti, quod non est in donationibus ob causam, quæ vti validæ à principio non indigent mortis confirmatione: quæ conclusio ab omnibus Doctoribus recipitur, tam in *dist. Ansh. ex testamento*, quam in *d. l. si emancipati*, & in *l. si donatione, C. de coll. vi. Caga. dicit in d. l. si emancipati, nu. 190.* de quo etiam per *Barr. in l. prima, §. nec castrense ff. de coll. hon. & docet Socin. conf. 91. sub nu. 8. vers. quo verò ad secundum, lib. 1.* in quo non est, quod latius insistam.

5 Sed solum pulchrè dubitare cõringit, an ad hoc, vt donatio dicatur ob causam, necesse sit, causã esse necessariam, vel sufficiat esse impulsuam: multi enim volunt, donationem non dici ob causam, nisi causa sit necessaria; ac idè volût aliqui ¶ donationem, ob causam solummodo impulsuam, esse simplicem donationem *Becc. conf. 20. n. 9. lib. 1. Monter. decis. 10. sub n. 14. Fontanel. de pactis nuptialibus, claus. 4. glos. 1. nu. 14.*

7 Verum in parte communis est sententia, sat esse, causam esse impulsuam, nam aliter donatio facta à matre pro dote filiz non esset ob causam, cum mater de necessitate non teneatur dotare filiam: imò idem esset in patre donante aliquid pro dote filiz diuiti, cum pater non teneatur dotare filiam diuitem. Ad hoc igitur, vt donatio in patre dicatur ob causam sufficit, quod fiat ex quadam ratione naturali, vel sic impellente instinctu naturæ, vel naturali affectione ita suadente, & hanc impulsuam causam, & non absolute necessariam sufficere dixit in proposito *Mangil. de Imput. quasi. 33. num. 1. 8. & seqq.* & sequitur nouissimè *Fontan. de pactis nuptialibus, claus. 4. glos. 1. n. 33.* contrarium sententiam opinione reprobata.

8 Ex quo ad multa inferri potest, & primo Patrimonium quod pater constituit filio, ad hoc vt sacros ordines suscipere valeat, esse conferendum, vltra quod enim valet donatio à principio tanquam facta filio clerico, vt supra in *cap. undecimo, num. 56. & 57.* dicitur facta ob causam, si non necessariam necessitate absoluta, saltem necessitate conuenientie, affectione etiã naturali impellente; quid enim, magis impium considerari posset, quam quod pater esset causa, non constituendo patrimonium filio, vt ipse non posset ad sacros ordines promoveri? vnde dicitur quodammodo ex necessitate constituisse patrimonium, & in necessitatibus nemo liberalis existit. Et quemadmodum dotes datæ filiabus, ad hoc vt matrimonium contrahant, conferri debent, vt suis locis fuit dictum, pati etiam ratione conferri debent dotes, quæ dantur filiis, ad hoc vt spirituales nuptias cum Deo mediante sacerdotio contrahere valeant, quam sententiam post varios, quos allegat, sequitur *Mangil. de g. 33. num. 18. & seqq.* alios citat *Merlin. de legitimis, lib. 2. tit. 2. g. 13. n. 1.*

Non obstat contrarium alios sensisse, quos sequitur *Merlin. in d. quasi. 23. num. 4.* Primo quia longè plures affirmatiuam opinionem sequuntur. Secundo, quia eorum rationes parum, aut nihil concludunt: non prima, de qua *Merlin. loc. cit. nu. 5.* nam imò ¶ data causa matrimonij contrahendi, vt sunt dotes, donationes propter nuptias, iocalia, & alia similia conferuntur, vt in *cap. sequenti, & cap. 28.* & alibi sæpè fuit dictum.

10 Et non solum tale patrimonium debet conferri, sed etiam in legitimam imputari, quicquid *Merlin. teneat loc. cit. nec obstat ratio, de qua per ipsum num. 6.* hanc nempè esse donationem validam à principio, ac idè non esse imputandam, ex regula quæ habet, quod validè data à parentibus filiis non imputantur, vti acquisita inter viuos, de qua regula infra in *cap. 37.* nam

11 respondetur ¶ hanc regulam limitari in donationibus

ob causam naturali ratione munitam, vt in dotibus, & donationibus propter nuptias, vt dicam infra in *d. c. 37. num. 17. & seqq.* & talis est dos, seu patrimonium, quod constituitur filiis suscipientibus sacros ordines, vt supra dictum fuit, vnde imputari dicendum est. Et si omnia data occasione matrimonij carnalis imputantur, vt in *dist. cap. 37. num. 21.* idem asserendum erit de datis occasione matrimonij spiritualis. Imò in terminis, quod data occasione matrimonij spiritualis impudentur, apparet in dote data filiz monasterium ingrediendi, ac in Eleemosina posita tunc temporis super altari, vt dicam in *dist. cap. 37. num. 22. & seqq.* & semet *Merlin. docet, lib. 2. tit. 2. cap. 20. num. 11.* idem igitur dicendum erit in donatis filio, ad hoc vt sacros ordines suscipere valeat, vti donata causa matrimonij spiritualis. Stante maximè, si aliter inæqualitas sequeretur inter fratres, quod admittit *Merlin. loc. cit. num. 9.*

12 Secundo inferitur, vt donatio facta filio, vt honorificè nubat, dicatur donatio ob causam, licet hæc causa non sit absolute necessaria. *Peregr. de fideicom. art. 36. nu. 134.* sequitur à *Mangilio in d. quasi. 33. nu. 18. & seqq.*

Tertio inferitur, vt non solum donatio pro dote, vel eius augmento dicatur donatio ob causam, quod nullam habet dubitationem, cum ista causa sit necessaria, stante quod pater teneatur dotare filiam, sed etiam ¶ omnes aliæ donationes factæ occasione matrimonij dicantur donationes ob causam, si non absolute necessariam, saltem ob quandam conuenientiam naturali ratione munitam, quæ causa sufficiens est, ad hoc vt debeat fieri collatio, imò imputatio, vt supra dictum fuit, quod variis exemplis demonstrabitur infra in *cap. 37. num. 17. & seqq.*

14 Sed hinc dubitatur, an donatio facta intuitu matrimonij sit verè donatio ob causam, vel potius simplex, & sic an matrimonium debeat dici causa finalis, vel imbutus: si enim dicimus esse causam finalem, erit donatio ob causam, si verò impulsua erit donatio simplex. *Becc. conf. 20. nu. 9. lib. 1. Monter. decis. 10. sub nu. 14. Fontan. de pactis nuptialibus, claus. 4. glos. 1. nu. 14.* Multi tenent esse causam impulsuam, *Bostrand. conf. 1. nu. 3. lib. 1. Oldr. consilij. Nat. conf. 609. num. 9. Dec. consil. 7. num. 12. lib. 1. Surd. decis. 122. nu. 84.* Alij dicunt esse causam finalem, *Cyn. & Salyc. in l. generaliter, C. de Episc. & Cler. Bald. Nouel. de dote, part. 7. præs. 76. Neuil. conf. 25. num. 2.*

15 Verum animaduertendum est primo, in patre non esse necessariam causam finalem, & omnino necessariam necessitate absoluta, ad hoc vt donatio dicatur ob causam, sed sat esse, ad esse causam aliquam conuenientie naturali ratione munitam, vt in exemplis supra positis, ac in aliis, de quibus infra in *ca. 37. n. 17. & seqq.* vnde solum dubitatio potest esse in patre donante intuitu matrimonij nulla nec etiam naturali ratione impellente, ac etiam in extraneo puta in fratre donante fratri rem aliquam intuitu matrimonij, an illa

16 donatio debeat dici ob causam, vel simplex. ¶ In quo placet mihi distinctio *Monter. de dicta decis. 10. nu. 11. & seqq.* quem nouissimè sequitur *Fontan. loc. cit. n. 16.* Aut donatio sit fauore, & intuitu matrimonij incerti, & in genere, & simplex debet reputari: aut sit fauore alicujus matrimonij certi de proximo contrahendi cum certa persona, & dicitur donatio cum causa; illud enim matrimonium tanquam certum, & contrahendum cum certa persona, potest dici causa illius donationis; existimandum enim est, donatorem fuisse motum ad donandum, ad hoc, vt illud particulare sequeretur matrimonium, ob affectionem erga illam

personam, vel ob aliquod aliud interesse ex illo matrimonio resultans: quod dici non potest, quando matrimonium est incertum, unde censendum est, donatorem motum fuisse solum ob affectionem erga donatarium, & sic simplex reputatur donatio: nonnulla alia ad propositum videri possunt supra in cap. 11. n. 32. & seqq. Et apud Grat. *discipl. Forens. c. 924. n. 26. & seqq. & in c. 984. n. 22. & seqq.*

- 17 Nec dicatur donationem illam, quæ respicit solum utilitatem donatarij, dici simplicem: *Crau. conf. 85. n. 2. & conf. 136. nu. 1. Casac. casu 86. nu. 21. Tiraq. in tract. cessante causa, lib. 1. nu. 52. Fontan. loc. cit. nu. 26. & 28.*
- 18 Nam respondetur ꝑ donationem factam favore certi matrimonij, & certæ personæ non respicere solummodo utilitatem donatarij, sed etiam mulieris, cum qua debet contrahi matrimonium; quæ forsitan, nisi illa fuisset facta donatio, matrimonium illud non contraxisset, vt per Fontan. *loc. cit. n. 30.* unde cum donatio respiciat etiam utilitatem tertie personæ, dicitur verè donatio ob causam, non simplex. *Tiraq. loco proxime citato, num. 52.* plures alios citat Font. vbi supra, n. 31. alios Grat. *loc. cit. supra citatis.*
- 19 Et in casu proposito ob interesse illius tertie personæ, filius, frater, vel alius, cui illa facta fuisset donatio ratione certi matrimonij, non posset retrodonare donatori illam rem donatam, & si fieret, nulla prorsus reputari deberet: *Franc. decis. 205. Fontan. loc. cit. nu. 71.* nec consentire, vt illa res in alium transiret,
- 20 ꝑ vendere enim, & venditioni consentire paria sunt: *Surd. decis. 264. n. 13. Butz. decis. 94. n. 14.* vel alio modo directè, vel indirectè illam infringere donationem, quæ latè profequitur Fontan. vbi supra, n. 73. & seqq. Et ratio rationis esse potest, quia illa donatio favore certi matrimonij dicitur pars contractus ipsius matrimonij, cum concernat non solum utilitatem ipsius donatarij, sed etiam mulieris, quæ alias matrimonium non contraxisset, vt post alios, quos allegat, ex pluribus docet Fontan. *loc. cit. n. 19. & seqq.*

Ex ex supradictis pendet decisio trium difficultatum occurrentium in hac materia. Primo, an donatio facta intuitu matrimonij debeat insinuari, an debeat conferri, an imputari.

- 21 Si enim est facta intuitu matrimonij incerti, vti simplex donatio insinuationem requirit, vna cum aliis solemnitatibus in donationibus necessariis; vt est in hoc statu licentia Principis; si verò fiat donatio favore certi matrimonij contrahendi cum persona certa, vti donatio ob causam, nec insinuatione, nec aliis solemnitatibus indigeret. *Moreur. in d. decis. 10. in princ. Font. vbi supra, n. 21.* Et in istis terminis loquitur *Rot. decis. 577. n. 5. recen. part. 2.* de quo nonnulla superius in cap. 11. nu. 32. idem asserere videtur Grat. *discipl. Forens. cap. 924. n. 10. & cap. 984. n. 22. & seqq.*

Sed circa hanc secundam distinctionis partem non desunt etiam, qui contrarium senserunt, existimantes donationem contemplatione matrimonij dici debere simplicem ad *conf. Oldr. 3. n. 1.* plures citat *Surd. conf. 143. n. 17. lib. 1. & conf. 361. n. 17. lib. 3. idem in decis. 322. n. 84. Caval. decis. 144.* vbi dicit, donationem favore matrimonij non esse donationem ob causam, ita vt insinuatione, & aliis requisitis indigeat; idem sequi videtur Gratian. *in c. 159. num. 34.* vbi plures citat, & testatur hanc esse opinionem veriorum melioribus rationibus, & grauioribus auctoritatibus fundatam; idem repetit *in c. 197. in princ.* Et n. 1. dicit contrariam opinionem procedere, quando apparet, verè matrimonium fuisse causam finalem ipsius donationis, ita vt aliter matrimonium non fuisset

secutum; non autem quando matrimonium fuit solum causa impulsiva, vt per Doctores, quos ipse citat; & hæc videtur communis intelligentia, & mens omnium scribentium in hac materia: & nouissime *Cutellus de donat. inter patrem, & filium contempl. matr. tract. 1. discurs. 3. part. 6. n. 7.* vbi reprobatur contrarium tenentes, & in specie Font. & Grat. locis supra ex aduerso citatis, & ex pluribus probatur, donationem factam à patre, ad hoc vt filius matrimonium contrahere possit etiam cum certa persona, insinuatione, & aliis solemnitatibus indigere ex his, quæ ipse tradit *in d. parte 6. 3. discursu, num. 30. pag. 531.*

Quæ sententia eo magis procederet, si statutum requirens solemnitates in donationibus esset admodum vniuersale, vt per *Alex. in conf. 155. n. 3. lib. 2. Grat. in c. 474. num. 14.* & de statuto generaliter loquente *Rot. apud Caval. decis. 354. n. 7.* statutum enim vniuersale dicitur comprehendere omnes casus, etiam specialiter priuilegiatos. *Surd. conf. 453. n. 8. Gab. conf. 202. n. 18. lib. 2.* & hanc distinctionem ponit *Horat. Giouagn. olim præceptor meus in Bononiensi Gymnasio conf. 87. nu. 40.* vbi dicit, quod statutum generale comprehendit casum dotis, etiam in casibus, in quibus dos reperitur specialiter priuilegiata, & plures citat, inter alios *Butz. in conf. 180. nu. 26.* qui dicit huic declarationi non inuenisse contradicteorem: & dicit *Giouagn. consilium approbatur à Surd. in d. conf. 361. n. 8.* & rationem assignat n. 22. quia licet generalis statutis dispositio non trahatur ad causam dotis in casibus, in quibus est specialiter priuilegiata: tamen secus est, si vniuersaliter admodum loqueretur statutum, secundum *Giouagnonij* distinctionem.

Quæ solemnitates eo magis essent necessariæ, si statutum eas requireret ad obviandas fraudes, præsumendo propterea iuramentum dolo extortum: dispositiones enim factæ ad tollendas fraudes habent locum etiam in donationibus impropijs, & factis ob causam, *Tiraq. de legib. connub. in l. 15. glof. 5. num. 81.* & ex pluribus probat *Grat. in d. cap. 474. n. 25. & seqq.*

Considerant etiam in hac materia Doctores, an donatio sit facta à persona habente necessitatem donandi, ita vt liberalitas omninò excludatur, quo casu procedere potest conclusio supra firmata nu. 11. in 2. capite distinctionis, & declarat *Rot. apud Caval. decis. 393. n. 5. Grat. in d. c. 474. n. 29.* vbi alias allegat *Rotæ Rom. Decisiones, & idem repetit in c. 498. n. 16.* secus verò si donatio fiat à persona, quæ donare non teneatur, vt per ipsum *Grat. in d. c. 498. n. 15. & 16. Butz. decis. 9.* ad hoc enim vt donatio possit dici ob causam, necesse est, vt illa causa sit necessario, ita vt ad illam donatarius cogi potuerit, alias dicitur voluntaria, *Merlin. de legib. lib. 2. tit. 2. qu. 29. sub nu. 39. & 40.* quando namque nulla præcedit necessitas in donante dicitur donatio proueniens à mera liberalitate, vt per supradictos Doctores.

Et ex his alijs consilijs, differentiam esse inter donationem factam à patre erga filium favore certi matrimonij, & donationem factam à matre. In patre enim consideratur necessitas alendi filium, & commodum, quod habere potest respectu fructuum dotis, quos pater sustinendo onera matrimonij consequitur; considerabam etiam, patrem liberari ab onere alendi, filij uero, si ipse amplam habeat dotem, quod non est in matre, in qua propterea donatio facta filio, dicitur facta nulla præcedente obligatione, & absque quod proprium respiciat commodum, *Crau. conf. 85.* & probat *Margil. de impur. 9. 14. nu. 36. vers. contra vtrius in matre;* ac ided fuisse necessarias solemnitates à

statuto, & decreto requisitas. Plura alia reddere possem circa validitatem similibus donationum factarum absque statutatis solemnitatibus; velum quia sunt extra nostram materiam; & omnia videri possunt penes dictum Cutellum in supracitato tractatu consulto omitto.

22. Quantum verò ad collationem, si donatio sit facta fauore certi matrimonij, vti donatio ob causam erit conferenda, *Auth. ex testamento, C. de collat. l. illud, C. ead. l. cum multa, vers. fin. C. de donat. ante nups. Fontan. loc. cit. num. 40.* nisi tamen res donata sine dolo, & culpa fuerit consumpta, vel deteriorata. *Afflic. decis. 247. per totam. Fontan. vbi supra, n. 45.* Si vero fuerit facta fauore matrimonij in genere, vti donatio simplex non erit conferenda, de quo supra in cap. 17.
24. Circa autem imputationem *Fontan. loc. cit. nu. 48.* eandem facit distinctionem: sed maxima solet esse differentia inter collationem, & imputationem, nam simplex donatio non confertur, vt dictum fuit supra in 17. cap. sed bene imputatur: & est ratio, quia cum simplex donatio morte confirmetur, dicitur habere vim relicti, & tanquam relictum imputatur in legitimam, vt infra in cap. 37. num. 8. Donatio verò ob causam non imputatur, nisi sit facta, vel ex causa necessaria, vel ex causa saltem naturali ratione munita, vt in d. cap. 37. nu. 17. & seqq. & de imputatione ad collationem valet argumentum affirmatiuè, non autem negatiuè, vt suis locis fuit dictum, & fatetur *Font. loc. cit. num. 49.*
25. Et circa hanc donationem factam fauore certi matrimonij, certum est, non valere, non secuto matrimonio, non obstante iuramento, quod sequitur naturam actus, super quo interponitur *leg. fin. C. de non num. pecun. Font. loc. cit. n. 55. & seqq.* nisi alia donationis causæ adhuc subsistat, quamuis secutum non fuerit matrimonium.
26. Et ex generali regula, de qua supra, n. 4. inferitur, quod licet donatio simplex non veniat conferenda, vt dictum fuit supra in e. 17. tamen si fuerit iuramento vallata confertur debet, nam valet donatio à principio inter patrem, & filium, si iuramento apponatur, vt dictum fuit in d. cap. 11. in prima limitatione, vnde cum non indigeat mortis confirmatione, non potest dici, quod habeat vim relicti, & quod vti relictum non veniat conferenda, vt in alijs similibus donationibus inualidis à principio, vt per *Soc. in d. conf. 91. qui de communi testatur, sub num. 8. lib. 1.*
27. Ex quo notari potest casus, in quo vtilius est filio, si pater ipsi donando non iurauerit, quam si iurauerit, nam si donatio fuerit iuramento confirmata, eam conferre debet post mortem patris cum alijs fratribus, secus si non fuerit iurata, nam tunc tanquam simplex donatio morte confirmata, habebit vim relicti, & vti relictum confertur non debet, nonnulla alia ad propositum videri possunt infra in cap. 19.

#### SUMMARIUM.

1. Dos data filia venit ab ipsa conferenda, si de hereditate patris agatur.
2. Collatio fit hodie, etiam si succedatur ex testamento.
3. Collatio dotis quomodo fieri debeat, vbi ponitur distinctio.
4. In collatione faciendâ quodnam tempus attendatur.
5. Dos esse innoxigibilibus, quomodo conferri debeat.
6. Emanaspatis olim conferebatur solum dos profectitia, sua verò etiam aduentitia, & de ratione differentia, num. 7.
8. Dos aduentitia olim sive debebat conferri, etiam si non

esset profectitia ab eo, de cuius hereditate agebatur, quod mirandum videtur, num. 10. & quomodo id fuerit correctum, num. 11.

9. Dos aduentitia de iure Digestorum, filia solum acquiratur.
12. Nepotes tenentur conferre dotes, quas eorum parentes habuerunt si succedant cum patris, & etiam dotes, quas ipsi: ei habuere ab auo, vel auia, n. 13. quod non habet dubium, si vnus tantum adsit nepos, num. 14. & quid, si sint plures, num. 15.
16. Nepotes succedentes auo, vel auia cum patris non tenentur conferre dotes, quas ipsi habuerunt ab eorum parentibus, vel eorum contemplatione, n. 17.
18. Frater tenetur conferre fratri dotem datam à patre propria filia, si illa dos fuerit ad patrem reuersa.
19. Dos, & donatio propter nuptias, quantum ad collationem equiparantur.
20. Collatio locum habet in omni re data filiæ contemplatione matrimonij.
21. Filia, vniuersalis iure non succedens, non tenetur dotem conferre.
22. Filia vniuersaliter instituta, an debeat conferre dotem fratri in re certa instituto.
23. Institutus in re certa, quantum ad collationem, non habetur loco heredis.
24. Filia instituta in parua quantitate ex eo, quia dotem habuit, dotem conferre non tenetur.
25. Filius institutus in minori summa, si aliquid precipuum habeat, ob id in minori summa institutus presumitur.
26. Filia an possit cogere fratrem ad collationem donationis, si ipsa ad conferendam dotem non cogatur.
27. Fructus dotis, an debeant conferri.

An dos veniat conferenda, & quomodo.

#### CAP. XXI.

1. Secundo ex regula firmata in cap. precedenti, inferitur, quod donatio facta filiæ pro dote veniat cum fratribus conferenda, inter patrem enim, & filium pro dote valet donatio, vt in cap. 11. in quinta limitatione, nec aliqua mortis confirmatione indiget, *leg. Pomponius ff. sum. ereise, ac ided confertur debet l. si pater, l. pactum, §. filia dotem, l. dotis, & l. filia licet, C. de coll. & est totus tit. in Digestis, & C. de coll. dotis, & hoc nullam habere difficultatem post Bologn. dixit Grass. de succ. lib. 2. in tit. de coll. qu. 12. num. 1. ¶ Que collatio debet fieri, etiam si succedatur ex testamento, *Auth. ex testamento, C. de coll. licet olim solum ab intestato locum haberet collatio, l. si filia, C. de coll. dot. & l. filiam testamento, ff. de coll.**
3. De modo autem, quo debeat fieri collatio solet esse dubitatio inter scribentes, sed vera est distinctio, quod aut dos fiat simpliciter promissa, & non soluta, & tunc fit collatio liberando à promissione, aut est soluta, & adhuc durat matrimonium, & fit collatio tanto minus accipiendo, & in his terminis loquitur *d. l. dotis, C. de collat. cum enim doret matrimonium, mulier non potest repetere dotem à viro, & sic re ipsa dotem conferre, ac propterea fit collatio tanto minus accipiendo, vt Bart. ibi declarat, & docent Bald. Fulg. Cont. lat. Sallie. & alij, quos sequitur *Surd. conf. 119. n. 19. lib. 2. & sic intellecta vera est opinio, Grass. de success. l. 2. in tit. de collat. bonor. qu. 2. sub n. 2. vers. contrarium.* Si verò matrimonium fuerit solutum, ita vt tempore collationis eam facere debens, habeat in sua potestate eam conferendam, re ipsa debet fieri collatio,*

# De Fratribus. Pars Prima. Cap. XXI.

collatio, vt distinguunt Doctores in *d.l. qua dotis*; & sequitur Cagnol. in *l. si emancipati, num. 35. & 36. C. de coll.* & ita procedunt dicta per Doctores, quos Grass. citat in *d. qu. 21. num. 2.*

- 4 Nec obstat, si dicatur imo circa collationem inspicere tempus mortis illius, de cuius bonis agitur *l. ea demum*, ubi Bal. & Sal. *C. de coll.* inspicitur enim tempus mortis, quo ad substantiam, & valorem bonorum conferendorum, prout etiam in imputationibus tempus mortis attendi solet Pereg. *de fideic. art. 36. sub. n. 18. Mang. de imput. qu. 9. n. 77.* Sed circa modum conferendi attenditur tempus, quo debet fieri collatio, an nempè eam facere debens, tunc temporis rem conferendam habeat in sua potestate, vt per scribentes in *d.l. dotis*.
- 5 Ac propterea ¶ si tempore, quo deberet fieri collatio, dos esset inexigibilis, vt si maritus præmortuus dotem dilapidasset, sufficeret conferre illam actionem, licet inanem, nisi tamen effecta fuisset inexigibilis culpa mulieris, vt habetur in *Auth. quod locum, C. de coll.* ubi tex. & scribentes declarant, an, & quando culpa mulieris possit considerari, de quo etiam per Grass. in *d. tit. de coll. qu. 13. & seqq.* signum aperitissimum circa modum conferendi, tempus collationis attendi.
- 6 Si modo queratur, quænam dotis species veniat conferenda, reperiemus differentiam inter ius antiquum, & nouum: de iure enim antiquo emancipatis conferri debebat tantummodo dos profectitia: suis verò, & profectitia, & aduentitia, vt probat tex. in *l. filia dotem, C. de coll.* ¶ rationem differentie dicunt esse Old. & Alber. quia sui succedendo cum sorore, nullam ipsi faciunt iniuriam, secus tamen est in ipsis emancipatis, cum sint tanquam incogniti à iure civili, vnde in hoc reſeuantur postea sorores, vt solum profectitia conferre debeant, quæ ratio ab omnibus communiter approbatur.
- 8 Et quod diximus suis, olim conferendam esse dotem profectitiam, & aduentitiam simul, procedebat etiam, si solum de hæreditate patris ageretur; adhuc enim dos ab alio recepta conferri debebat, vt declarat Angel. in *Auth. quod locum, C. de coll.* Paul. de Castr. Alex. & alij multi in *d.l. filia dotis*: quod mirabile dixit Paul. de Castr. vt nempè debeat conferri dos habita ab alia persona, quæ ab eo, de cuius hæreditate agitur, idque existimat de nouo fuisse statutum in *di. l. filia dotem*.
- 9 ¶ nam licet etiam de iure Digestorum dos aduentitia filie acquireretur, ita vt actio ad hanc dotem nõ esset cõmunis patri, & filie, *l. Causa. ff. sol. matr.* prout communis erat actio ad dotem profectitiam, *l. 2. §. quid. si in patris. ff. sol. matr.* & si dos profectitia proprium filie matrimonium esset, *d.l. Pomponius.* ¶ Mirabilitas autem, vt dicit Ia. in *d.l. filia dotem*, in hoc consistit, vt dos debeat conferri, quando agitur de hæreditate personæ, à qua dos non prouenit. ¶ Bald. existimat *d.l. filia dotem* esse correctam per *l. fin. C. de coll.* ubi habetur, profectitiam tantum, non aduentitiam dotem esse conferendam, quod pariter probat tex. in *l. ut liberis, C. eod.* intelligit tamen Ia. id fuisse dispositum in casu, quo tam profectitia, quam aduentitia dos proueniret à patre; dari namque potest casus, vt etiam dos à patre proueniens sit aduentitia, vt per ipsum: & generaliter postea dispositum fuisse in *l. fin. C. de collat.* omni casu profectitiam tantum dotem, non aduentitiam, esse conferendam, in quo nulla est discrepantia: & hinc sublata remanet differentia, quæ olim erat inter suos, & emancipatos, circa dotes ipsis conferendas.
- 11 Quæ conclusio, vt supra declarata, ampliatur primo, vt procedat etiam in nepotibus succedentibus

vna cum patris, qui tenentur conferre dotes, ac donationes propter nuptias, quas eorum parentes habuere, vt est text. in *l. illam, C. de collat.*

- 13 Secundo ampliatur, vt nepotes, & neptes non solum teneantur conferre dotes, & donationes propter nuptias, quas parentes habuerunt ab auo, sed etiam donationes, vel dotes, quas ipsimet nepotes, & neptes ab auo, vel auia habuerunt; cum & ipsi pariter conferre teneantur, *l. nepotes. ff. de collat.*
- 14 Quod nullum habet dubium, si vnus tantum adfuerit nepos, vel neptis, qui succedant vna cum patruo, cum & ipse patruus nepoti conferre debeat *d.l. illam*, vt per Bart. in *d.l. si emancipati, C. de coll.* quem ita declarat ibi Dec. *sub nu. 17.* ¶ Si vero plures fuerint nepotes, vel neptes, aut sint eiusdem conditionis, ita vt omnes ad collationem possint cogi, & pariter patruis conferre tenentur, per *di. l. nepotes*: si verò vnus possit cogi, alter non, ille, qui cogi potest, teneat solum conferre fratribus, non autem patris, *l. prima, §. si sit nepos, ff. de collat.* Et est ratio, quia ille, qui potest cogi ad collationem, succedendo, non facit iniuriam patruis, quia, etiam si non succederet, eandem portionem haberent alij nepotes, eius enim portio fratribus, non patruis accresceret: quæ omnia sequuntur scribentes, tam in *di. l. leg. illam*, quam in *di. l. leg. si emancipati*, & de communi testatur Vital. Nemaus. *de collat. quest. 25.*
- 16 Quæ tamen secunda ampliatio declaratur, vt procedat in dote, ac donationibus propter nuptias factis neptibus, vel nepotibus ab auo, vel ab auia, secus si factæ fuerint à parentibus: nam cum agatur de hereditate ani, vel auie, dos illi data à patribus non dicitur profectitia, vnde conferri non debet, *d.l. ut liberis, C. de coll.* ita docent scribentes in *d.l. illam*, Bart. in *d. §. si sit nepos*, & de communi Vital. Nemaus. *de coll. quest. 24.*
- 17 Secundo, eadem ratione declaratur, vt nepotes non teneantur conferre dotem habitam ab auo, vel auia contemplatione parentum, intelligitur enim data potius filiis, ab ipsis profecta ad nepotes, vnde profectitia ceteri debet, vt per Vital. Nemaus. *de collat. quest. 26.*
- 18 Tertio ampliatur conclusio, vt filius teneatur fratri conferre dotem, quam pater dedit propriæ filie, si illa filia mortua sit, & dos ad patrem reuerterit, *l. dedit dotens. ff. de coll. bon.* Secus si dos adhuc penes maritum, ac filiam repetiatur, tunc enim non esset agendum de collatione, vt per Vital. Nemaus. in *d. quest. 26.* de quo ad propositum imputationis nonnulla alia dicam infra in *cap. 19. num. 39.*
- 19 Quarto ampliatur, vt conclusio non solum procedat in dote, sed etiam in donationibus propter nuptias; æquiparant enim Doctores istos duos casus, cum quemadmodum donatio pro dote valet à principio, sic etiam valeat donatio propter nuptias, nec aliqua mortis confirmatione indigeat, dummodo tamen, si excedat 500. aureos, fuerit insinuata, vt in *6. limitatione, cap. undecimo.*
- 20 Quinto ampliatur in omni alia re data filio contemplatione matrimonij, vt per Guid. Pap. *quest. 145.* quem refert, & sequitur Sapor. *de coll. cap. 5. n. 105.* & dixi supra in *di. l. limitatione 6.* ex mente Deciani, & aliorum: vt sunt vestes pretioſæ, seu festiæ, localia, & similia. Guil. *lib. 2. obseruat. obseruat. 91. nu. 9.* Grass. in *tit. de collat. quest. 12. num. 6.* quod procedit etiam in datis occasione matrimonij spiritualis, si filia monasterium fuerit ingressa, Grass. *loc. cit. num. 5.*
- 21 Conclusio modo, supra declarata, & ampliata limitatur primo, si filia vniuersali tate nõ succedat, sed

solum consequatur legata sibi in testamento facta, per text. in *l. a patre, C. de collat.* vbi scribentes.

22 Secundo limitatur, si femina fuerit vniuersaliter instituta, masculus vero in re certa, tunc enim filia fratri conferre non debet, vt docet Bald. in *Auth. ex testam. sub n. 38. C. de coll.* si tamen illa res certa, in qua institutus fuerit masculus, sufficiens ipsi sit pro legitima: si enim non esset sufficiens, integra legitima esset detrahenda, habita etiam consideratione ad dotem, & hoc modo etiam dos veniret in collatione, vt ibidem per Bald. qui ad hoc allegat tex. in *l. si libertas sub condit. §. 1. de bon. lib.* Et hinc notare possumus, † quod licet institutus in re certa, loco hæredis habeatur, *l. quoties, C. de her. instir. l. ex fuclo, ff. eod.* tamen quantum ad collationem habetur loco legatarij. Et hanc Bald. doctrinam notabilem appellat Vital. Nemaus. *de coll. qu. 13.* & eam refert, & sequitur Franc. Porcel. *de duob. fratr. qu. 2. sub n. 43.*

23 Tertio limitatur, si filia ex eo, quod dotem habuit, instituta solum fuerit ex g. in vna vncia, tunc enim nõ tenetur conferre fratri in aliis vnde cum vncis instituto. Et licet Fulg. in *d. l. si emancipati* id restringat ad casum, in quo testator expressè declarauerit, se instituisse filiam solum in vna vncia, ex eo, quia dotem habuit, aliter enim, dicit ipse, imputandum esset mulieri, cur hæreditatem non repudiauerit, & dotem solummodo retinuerit: attamen Franc. de Aten. tenet ibi, quod, † quando vnus ex filiis est institutus in longè minori summa, quã alter, ille, qui est institutus in illa summa minori, non debeat conferre: quia, licet testator id non dixerit, est tamen præsumendum, patrem, motum fuisse ad minus relinquendum, ob illam rem, quam habebat præcipuam. Et hanc opinionem esse admodum æquam, dixit Vital. Nemaus. *de coll. qu. 33.* quam communem appellat Dec. *consil. 59.* de quo aliqua dixi supra in *cap. 18. in quinta limitatione.*

26 Quarto limitatur, vt licet filia possit cogi ad collationem dotis, non possit tamen, spontè dotem in collatione ponendo, cogere fratrem ad conferendum simplicem donationem. Nam diximus supra, simplicem donationem non esse conferendam, nisi æquitas aliter suadeat; prout si filius habeat simplicem donationem, & filia dotè, tunc enim ex eo, quia filia tenetur cõferre dotem, etiam filius habens simplicem donationem ad collationem tenetur. Modo ponamus, quod filia habeat exiguam dotem, filius vero amplam donationem, filius non requirit sororem, vt dotem ponat in communi, ita vt replicare nõ possit soror, & tu pone in collatione donationem. Queritur an filia possit sponte ponere in collatione dotem, & postea cogere fratrem, vt & ipse amplam donationem conferat. Ang. in *l. illud, C. de coll.* tenet, filiam posse cogere fratrem, ad hoc vt seruetur æqualitas in modo cogendi, sicut in modo conferendi. Oppositum tamen voluit Paul. de Castr. per tex. in *l. si. ff. de coll. dos.* vbi filia, quæ se abstinit ab hæreditate patris, non potest cogi ad conferendam dotem, ergo à simili, qui se abstinit à cogendo, non debet posse cogi, cum illud posse cogi proueniat à prima coactione. Respondet tamen Alexand. ibi *sub n. 9.* certum esse, eum, qui se abstinit ab hæreditate, non posse cogi ad collationem, *l. a patre, C. de coll.* Sed in questione proposita filius volebat succedere vna cum sorore, ipsam tamen ad collationem cogere volebat, ne & ipse ad conferendum esset coactus. Vera tamen videtur opinio Paul. de Castr. per tex. in *l. illud, C. de coll.* vbi dicitur, quod habens donationem simplicem tenetur eam conferre ad similitudinem illius, qui cogitur conferre dotem, vel

donationem propter nuptias: ergo si habens dotem, vel donationem propter nuptias non cogatur, nec habens simplicem donationem, ab ipso cogi poterit: id namque fuit inductum in *d. l. illud* in fauorem habentis dotem, vel donationem propter nuptias; vt si nempe cogatur ad collationem, possit etiam cogere; & si illud posse cogere prouenit à coactione præcedenti, qua ipse cogitur: ergo si nõ cogatur, nec etiam poterit cogere: & hanc opinionem vetiorem appellat Vital. Nemaus. *de coll. qu. 19.*

27 An autem in casibus, in quibus dos conferri debet, etiam fructus sint conferendi, dabitari potest. Sed fructus perceptos durante matrimonio, & ante delatam hæreditatem, non esse conferendos, in dubium renouari non potest; cum debeant deservire pro oneribus matrimonij, Grass. *de coll. dot. g. 1. n. 8.* At secus est in fructibus perceptis, postquam debuit fieri collatio, quia cum tunc collationem faceere debens, collatio debet fructus suę portionis hæreditatis; conueniens etiam est, vt fructus dotis conferat, ad hoc vt seruetur æqualitas. Si tamen dos consistat in pecunia, non debentur vsuræ, nisi post mortem, *l. filius, §. filia, ff. de coll. dos.* in mora autem quis non diceretur absque interpellatione, Cagn. in *l. si emancipati, nu. 4. C. de coll.*

### SVM MARIVM.

- 1 Bona Castrensia, an veniant in collatione. Et que iura contrarium probare videantur, num. 5.
- 2 Militia fauore multa conceduntur contra iuris regulas.
- 3 Militum labores, & laudes, n. 4.
- 6 Militia quadrupliciter considerari potest, & de exemplis, n. 7. 8. 10. & 16.
- 9 Militia, si veniat in collationem, habetur ratio ad id, quod ex ipsa redigi potest tempore mortis patris.
- 11 Fundum acquisitum pro se, & filiis ordinem successiuo, non venit in collationem, sed bene imputatur, nu. 12. Et quid si fuerit acquisitum pro filio viuento patre, num. 13.
- 14 Emphyteusis acquisita pro filio, non conferitur.
- 15 Silentianus eius militiam à patre sibi acquisitam, non confert.
- 17 Fructus interim percepti à filiis de militiis à parentibus pro ipsis emptis, an veniant in collatione.
- 18 Officia vitalitia (vicia Romana, an veniant in collatione, & quid dicendum sit de imputatione, n. 21. & quid respectu fructuum, num. 20. & in casibus, in quibus debet fieri collatio, vel imputatio, valor cuius temporis attendatur, num. 19.

An donata filiis ob militiam veniant conferenda, vbi militiæ, & militum laudes.

### CAP. XXII.

Regula supra posita in *cap. 20.* quæ habet, donationem ob causam, & validam à principio esse conferendam, plures recipit declarationes, ac limitationes.

- 1 Et primo limitatur circa bona castrensia, quæ in collationem non venire, certum semper fuit, tam in emancipatis, quam in suis, *l. 1. §. nec Castrense. ff. de coll. l. si fratres, §. idem Pompon. ff. pro soc. l. filia licet, §. cum autem, C. de coll. l. vlt. C. eod.* † multa enim fauore militiæ conceduntur contra iuris regulas, cum admodum consentaneum visum fuerit Imperatoribus, ac legislatoribus; milites pluribus decorare priuilegiis, ac honoribus. Qui propterea Duces appellantur, cum

3 cum Principibus videantur esse similes, quibus armorum exercitium magis conuenire, denotat Imperator, dum dicit, † Imperatoriam Maieſtatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam: ipsi enim sunt, quia ad bellicos sudores pro totius reipublice salute se exponunt, ac proprio sanguine patriam defendere, ac ueri contendunt, qui relicta patria, relicta parentibus, propriisque, ac domesticis commoditatibus postpositis, dieque, nocteque inter angustias deprehensi, maximo uitae periculo, non sine etiam maxima sanguinis effusione, pro aris, & focis dimicantes, non solum patriam, sed etiam religionem ipsam tuentur: nullos labores fugiunt, nullum periculum, ac discrimen detrectant: & non otiose inter domesticos maximis cum commoditatibus vitam degunt, sed assiduis laboribus, & calamitatibus, sub aperto caelo inter hostes premuntur. Vnde Poeta ille, non sine duritia bellica palma datur. Voluntque propterea, milites dici à duritia, vel à malo, quod sustinere, vel auertere debent. Illi sunt, qui per alios disposita exequantur: † quid enim prodesse leges, si arma eas executioni non demandarent? Et ad hæc peragenda solum, vel dulcis amor patrie, vel ipsa religio eos induxit. Vnde Scipio ille Africanus ex subiectione totius Africae nil aliud, quam cognomen sibi sumpsisse dicebat. Et Atilius ab aratro ad Imperium vocatus, hostium uiribus contractis, Imperio deposito, ad aratrum redire non erubuit. Per miliciam Reipublice quies, & salus quaeritur, conseruatur, & ab omni hostili uastitate liberatur: milites enim in republica sunt tanquam manus in corpore, quae constitutae sunt ad repellenda noxia, ad percussa infectantia, ad attrahenda necessaria, & ad alia corporis nostri membra conseruanda, ac tuenda. Quare, si milites in Republica deessent, uirgines passim raperentur, matres familias ad libidinem traherentur, sacra simul, & profana commiscerentur, tandemque cuncta cedibus, & incendiis misera quadam conditione deuastarentur. Hinc magnam admirationem patit summisque laudibus extollitur factum illud egregium Africanum, cum oblatam sibi ex hostibus uirginem eximie formae non solum intactam, sed etiam dotatam dimisit. Commendantur etiam Milites ex cingulo, in signum enim dignitatis à Principe cingi solebant. Ex corporis duritia, & audacia, tenere enim non debent hostes, licet superbos, nam audaces fortuna iuuat, timidosque repellit: ex paupertate, ex castitate, cum casti debeant esse milites: vnde castra à castrando, quasi castrata, vel casta, secundum aliquos, dicuntur; ex obedientia, quae summa militum laus est. Quare Manlius Torquatus proprium filium ob uiolatam disciplinam militarem morte puniri uoluit, ex scientia militari, cognitio enim rebellicae dimicandi nutrit audaciam, ex uigilantia, ex patientia in aduersitatibus, ac bellicis sudoribus, ex fortitudine, quae propria militum dicitur, ex deuotione, fidelitate, charitate, & tandem ex perseverantia; hæc enim est uirga uirtus, quae milites coronare solet. Vnde Aeneas apud Virgilium. *Durate, & uisunt rebus seruate secundis.* Quapropter merito Polydorus ille Virgilius concius meus praecellissimus de inuentoribus rerum, lib. 2. cap. 10. dicebat, militiam tanto litteris praeferebam uideri, quanto facta diis praestant. Ac propterea non est mirum, milites tot decorari privilegiis, de quibus Iurisconsulti, & Imperatores in titulis de re militari, de militari testamento, de castrensi peculio, de armis, de captiuis, de redemptis ab hostibus, de Tironibus, de Veteranis, & alibi, & de quibus Vege-

rius in libro de re militari, & Claudius Cotetæus de iure & privilegio militum; & inter alia hoc unum est, ut bona castrensis confecti non debeant cum aliis fratribus, ut dictum fuit supra in cap. 5. num. 1. ubi plures allegantur Doctores.

5 Contra tamen hanc conclusionem maxime urgete uidetur text. in leg. illud, C. de coll. ubi expressè habetur, quod data occasione militum ueniunt conferenda. Secundo adduci solet text. in l. omni modo, §. imputari, C. de inoffic. testamento, ubi patet dicitur, quod expensae factae pro filio occasione militum imputantur in legitimam. Tertio ad idem allegari solet text. in l. 1. §. sed an id, ff. de collat. bon. ubi probatur, data filii occasione dignitatis esse conferenda.

6 Verum cum subtilissimo Baldo in d. §. imputari, dicendum est, militiam quadrupliciter considerari posse. Alia enim est, quae non potest uendi, nec ad hæredes transmitti. Alia, quae licet possit uendi, ad hæredes tamen transmitti non potest. Alia, quae non potest uendi, sed bene ad hæredes transmitti. Alia demum, quae & uendi, & ad hæredes transmitti potest.

Militia primi generis est, & ipsa in duplici differentia. Alia enim ita personae cohaeret, ut non possit ab ea separari, ita ut mortua persona, & ipsa pereat. Alia uero non ita personae cohaeret, ac ideo ab ea separari potest.

7 De primo capite dari potest exemplum in expensis factis pro filio, ad hoc ut dux militum euaderet, quae dignitas perit una cum ipsa persona, de quibus militum in Digestis, in tit. de re milit. de castrensi pecul. & de bon. poss. ex testamento milit. in Cod. uero ad eum tit. de testam. milit. & in Inst. de milit. testamento. Et in istis militum procedit conclusio, qua diximus, castrensis in collationem non uenit, de quibus supra in cap. 1. & in cap. 5. nonnulla alia exempla ponam in cap. sequenti, & non solum non confecti, sed nec etiam imputari dicunt Rip. in leg. in quartam, n. 166. Torniel. ibid. num. 101. ff. ad leg. Falcid. Rol. cons. 11. nu. 6. lib. 2. Valsq. de success. creatur. §. 10. num. 214. Grass. in §. legitima, quest. 26. num. 4. Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 2. quest. 21. num. 1. & 2. & de rationibus, num. 3. & segg.

8 Alterius militum, quae uendi potest, sed non transmitti ad hæredes, plura dari possunt exempla. Bart. in leg. prima, §. si ex castrensi, ff. de collat. exemplificat in eunte custodia carcerum, quam in Ciuitate Perusinae olim uendi consueuisse asserit, & quae alteri uendi poterat, sed non ad hæredes transmitti. Baratariam etiam uendi fuisse solitum testatur. Aliud ponit exemplum in emente pondus, vel stateram. Et Bald. in d. §. Imputari, sub num. 3. generaliter dicit, sub hac militia comprehendit omnes illos redditus, qui à Principe impetrantur ad uitam, de quibus secundum varias locorum consuetudines plura dari possunt exempla, ut in officio solis, & custodia portarum, Ial. in d. leg. illud, sub n. 5. C. de collat. Et omnia, quae sub istis militum continentur in quartam imputari, & in collationem uenire dicendum est, ut per Bald. in d. §. Imputari, nu. 3. ubi etiam Cast. num. 5. Ial. num. 2. Rip. in d. leg. in quartam, num. 165. Peregrin. de fideicommiss. art. 36. nu. 3. Seraph. decis. 100. num. 1. decis. 386. num. 6. & 7. decis. 541. num. 30. & decis. 1360. num. 16. Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 2. quest. 21. num. 12.

9 Quod tamen intelligi debet respectu illius quantitatis, quae extrahi potest ex illa militia, deducto omni onere, ac expensis, ut declarat Bartol. in d. §. nec castrense, sub num. 4. & probat text. in leg. omni modo, §. imputari, C. de inoffic. testamento, & in leg. illud, C. de collat. de quo etiam Imperator in leg. ultima, C.

de pignor. & docet glos. in d. leg. prima, §. sed an id. ff. de collat. bon. & sequitur Bald. in d. §. imputari, sub num. 3. Merlin. loc. cit. num. 15.

10 Exemplum tertie militie, quæ non potest vendi licet ad hæredes transeat, ponit Bart. in diel. §. nec castrense, nu. 6. in Feudo, quod transmittitur ad hæredes, vendi tamen nõ potest, cap. Imperialem, de prob. Feud. alien. in vsib. Feud. Et talis militia, quemadmodum imputatur in quartam, sic etiam confertur debet, vt in diel. §. imputari; pro ea tamen quantitate, quæ valet tempore mortis patris, deducto onere militie, vt per Vital. Nemaus de collat. quæst. 28. num. 37. qui de communitestatur: Non communicatur autem Feudum, quia sine consensu domini directi id fieri non potest, leg. communi diuidendi, ff. commun. diuid. ¶ Id tamen intelligendum est, si pater acquirat Feudum pro filio, ita vt filio acquiratur in vita patris; secus autem si Feudum, vel etiam Emphyteusis fuerit à patre acquisita, ita vt solum post mortem patris ad filios transeat, tunc enim de collatione agi non potest, cum in his, quæ post mortem patris acquiruntur, non possit locum habere collatio, vt supra dictum fuit: ¶ licet imputari debeat, vt per Bald. in d. §. imputari, sub num. 3. de quo infra in c. 38. vbi multa ad propositum, de quo etiam videri potest Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 2. quæst. 19.

11 Secundo limitatur in Feudo non requirente aliquod exercitium personale, tunc enim diceretur potius donatio simplex, quæ propterea mortis confirmatione indigeret, & per consequens non esset conferenda, vt supra de simplici donatione, & fuit dictum Vital. Nemaus de coll. quæst. 28. nu. 33. Ex quo potest inferri, ¶ Emphyteusim nunquam esse conferendam, nam aut acquiritur à patre pro se, & filiis, & sumus in prima limitatione Bartol. aut acquiritur pro filiis in vita patris, & erit simplex donatio, quæ vti morte confirmata non erit conferenda.

12 Tertio limitatur in filio silentiario, cui pater militiam emerit, illius enim æstimationem conferre non tenetur, l. fin. C. de Silent. lib. 12. & habetur in d. §. imputari: quod notandum est pro his, qui sunt à secretis, loco enim Silentiariorum habentur, Vital. Nemaus. loc. cit. sed de Secretariis illius Regni particulari loquitur ipse, non autem de aliis aliarum regionum.

13 Quartæ, & vltimæ militie exemplum dari potest, si princeps alicui dederit officium pro se, & hæredibus, quod de sui natura vendi possit, vt in exemplis secundæ militie, quam militiam pariter & confertur, & in quartam imputari certissimum est, & probat text. in diel. §. imputari, vbi scribentes: si enim illa militia confertur, quæ solum potest vendi, vel solum apta est transire ad hæredes, tanto magis illa confertur debet, quæ & vendi potest, & ad hæredes transit: id tamen omnes intelligunt respectu illius quantitatis, quæ ex illa militia extrahi possit tempore mortis patris, vt supra dictum fuit num. 9.

14 Sed quid dicendum sit in fructibus interim à filiis perceptis, viuente patre, dubitant Doctores. Bartol. in diel. §. nec castrense, num. 7. tenet illos fructus esse conferendos, vti profectitios, proueniunt enim ex re patris, cum quo alij videntur communiter transire, vt las. in diel. leg. illud, sub num. 5. Vital. tamen Nemaus. de collat. quæst. 35. dicit, id forsitan non esse verum, cum text. in diel. leg. illud, & in diel. leg. vltimi modo, §. imputari, non loquantur de fructibus militie, sed solum de pecunia, quæ redigi posset ex venditione militie tempore mortis patris, ac ideo, cum de fructibus particularem legem non habeamus, nec nos id asserere debemus. Verum responderi posset,

id satis in iure esse dispositum, ex regula, quæ habet, profectitia esse conferenda: attamen ex alio opinione Bartol. probare non possum; nam patet tacens, & sufferens, filium percipere fructus ad se spectantes, censetur eos tacite donare, vt dictum fuit supra in capit. undecimo, in secunda limitatione; quæ donatio, secundum magis communem opinionem non valet à principio, sed morte confirmatur, vt supra dictum fuit in capit. quinto, sed donatio morte confirmata, tanquam habens vim relicti, non confertur, vt in cap. 17. ergo confertur non debebant fructus predicti interim percepti: nec obstat ratio Bart. verum enim est, profectitij confertur debere; sed si fuerint donata, & donatio fuerit morte confirmata, tunc tanquam habentia vim relicti, in collatione non veniunt, vt in d. c. 17. & de similibus militiis late loquitur Mangil. de Imputat. quæst. 35.

15 Ex his, quæ diximus supra, circa quatuor ista militiarum genera, dubitari potest, quid dicendum sit de Officiis Vitaliciis Curie Romanæ à patre pro filiis emptis; licet enim ad hæredes non transeant; attamen cum vendi possint, & in alios transferantur, dicuntur esse in commercio hominum, vt diximus supra de aliis militiis, de quibus num. 8. ac propterea, & ipsa confertur debent, ex regula supra tradita d. num. 8. & per Doctores ibi allegatos; & pariter imputari, vt post alios dixit Mangil. de Imputat. quæst. 34. num. 12. & post ipsum, ac plures alios, quos allegat Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 2. quæst. 24. num. 1. Nec obstat, hæc officia non transmitti ad hæredes, nam vt supra dictum fuit, ad hoc vt collatio, & imputatio locum habeat, sufficit esse alienabilis; Nec minus obstat, non posse alienari absque licentia Summi Pontificis, in cuius manibus resignantur; nam cum id absque difficultate obtineri soleat; & passim concedatur omnibus, non potest dici esse inalienabilis. Rip. in diel. leg. in quartam, num. 164. Merlin. in d. quæst. 24. num. 3.

16 Fit tamen collatio, & imputatio habito respectu non ad summam, quæ empti fuerunt Officia, sed ad id, quod tunc temporis posset vendi. Peregrin. de fideicommiss. articulo. 6. num. 130. Rot. coram Seraph. decis. 1570. Mangil. diel. quæst. 35. num. 17. Merlin. loco citato, num. 12.

17 Et superius tradita procedunt quantum ad pretium ipsius officij, respectu vero fructum. Merlin. in diel. quæst. 24. num. 4. & 5. distinguit inter fructus, qui percipiuntur ex dictis officiis, industria ipsius filij, & alios, qui ex ipso officio proueniunt; de primis nec imputari, nec confertur, certum est, tanquam aduentitia: secundos esse conferendos, & imputandos, vti profectitia: Verum animaduertendum est, in secundo caso, respectu collationis aliter esse dicendum, licet namque profectitia veniant in collatione: attamen pater, permittendo filium fructus percipere, præsumitur eos donare, vt dixi supra in diel. cap. undecimo, num. 10. & docent Doctores ibidem allegati, quæ donatio, vti morte confirmata, habet vim relicti, & vti relictum non venit in collatione, vt dixi supra num. 17. & in cap. 17. licet sit imputandum.

18 Respectu etiam pretij ipsius officij, conclusio supra firmata num. 18. pariter declaratione indiget, procedit namque, quando pater officij empti sibi absolutè reseruat dominium; secus si dominium sibi non reseruat, vel reseruat fuit facta in vita eius tantum; seu cum auctoritate disponendi, non disposuerit; acquirens enim nomine filij, & sibi dominium non reseruans, censetur donare, Bartol. in leg. prima, §. nec Castrense, num. 5. ff. de collat. bonorum. Dec. in leg. si do-



si donatio, sub num. 37. C. de collat. & sequitur Menoch. de presump. lib. 3. presump. 30. num. 8. & 10. pro ut donare censetur, quando referuauit sibi potestatem de ipsis disponendi, & non disposuit, vt pluries iudicasse Rotam Romanam refert Mangil. de Imputat. quasi. 33. sub num. 15. & post Surd. Thesaur. & alios, quos loco citato refert Mangil. sequitur Merlin. in dict. quasi. 24. num. 9. stante igitur, quod istis casibus presumatur donatio, quæ morte patris confirmatur, cessat prorsus collatio, vt supra in dict. cap. 17. licet locum habeat, imputatio, cum habentia vim relictæ in legitimam imputentur, vt suis locis fuit dictum.

## SYMMARIUM.

- 1 Quasi castrensis in collatione non veniunt, licet à patre prouenerint.
- 2 Dolores etiam militare dicuntur.
- 3 Dolores nobiles dicuntur.
- 4 Litterarum, & scientiarum laudes.
- 5 Litteris edocemur.
- 6 Litteratos militibus preferendos.
- 7 Militibus privilegia, vt plurimum ob eorum ignorantiam conceduntur.
- 8 Donationum in peculium quasi castrense distinctio; & ponuntur exempla d. num. 8. & 9.
- 10 Scriptoria Apostolica emptæ à patre, an veniant in collatione.

An quasi castrensis veniant conferenda: vbi litteræ, & earum professores commendantur.

## CAP. XXIII.

**R**egula supra posita in cap. 20. limitatur in donationibus factis pro peculio quasi castrensi, quæ post mortem patris nequaquam confetti debent, ad instar bonorum castrensiū, quibus quantum ad privilegia plurimum assimilantur, vt supra in cap. secundo. Domestica enim fortitudines eorum, qui bona quasi castrensis habere dicuntur, non sunt inferiores militum fortitudini, imò in ipsis plus operæ, ac studij ponendum est, vt dicit Cic. libi. Offic. ¶ Et non solum militare dicuntur illi, qui gladiis, galeis, ac thoracibus nituntur, sed & Aduocati, qui, gloriose vocis consiliū munimine, laborantium spem, ac vitam defendunt, viduus, pupillos, aliasque miserabiles personas tuentur ambigua facta causarum dirimunt, tam in publicis, quam in priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant, pacem, ac tranquillitatem inducunt, & non minus humano generi prouident, quam si proprio sanguine patriam, ac parentes defenderent.

**N**obiles propterea appellantur Doctores, & Patres, & Sacerdotes, alique præclarissimis nominibus vocari solent, quæ dignitatem denotant: vnde excommunicari, mulieres, Iudæi, ac aliqua infamie nota notati, tanquam dignitatum incapaces, ad summum Doctoratus fastigium peruenire non valent. Imò Doctores nec Tabellionatus, nec Procuratoris officium, nec exercitia vilia in vilipendium gradus, & dignitatis possunt exercere: quod certe non est in militia, quæ neque dignitas est, neque nobilitatem confert, ac propterea libertini, plebei, viles personæ possunt ad militiam adscribi: imò nec etiam infames ab ipsa rejiciuntur, quod ex eo maximè colligitur, quod damnatus de crimine publico sit infamis, & tamen non desinit esse miles.

**E**t illa sola vera est laus, & gloria, quæ ex litteris ip-

sis proficiscitur, & illi propriè laudabilem hominem reddit: vnde Apuleius dicebat: si laudas virum, quia diuus, hoc fortunæ debetur, si quia fortis, ægritudine debilitatur, si quia nobilis, non ipsum, sed parentes eius laudas, & si quia pulcher, pulchritudo in senectute abibit. Sed si laudas virum, quia sapiens, ac bonis moribus ornatus, tunc ipsum virum laudas. Quod Diogenis sententiâ confirmatur, qui cum in eminentem locum ascendisset, & clamasset: venite homines, venite homines, multis de turba irruentibus, dixit, non estis homines, quia non datis operam litteris: Et Aristippus, cum quæsiisset quidam ab eo, quid boni filio suo allatura eruditio esset, si nihil aliud, hoc certè, inquit, quod in theatro lapis in lapide non sedebit. Quibus etiam non solum à cæteris animantibus discernimur, sed ab aliis hominibus separamur. Hæc enim sunt, quæ maiores in dies comparant, ac concidunt dignitates, ita vt obscurissimo etiam genere ortos, super omnes omnium præclaras imagines litteræ collocarint: & si aliquid scimus, si aliquid operantur, litteris tribuendum est. Hæc enim sunt, quæ honestatis igniculos incitant, immoderatas cupiditates coercent, abducunt à vitiis, ducunt ad virtutes. Hæc docent, quemadmodum iniuria accipiatur æquo animo. Hæc indicant, quæ omnes actiones, omnes cogitationes, omnia consilia referre oporteat. Et licet in initio hominis, ingenium sit tanquam tabula rasa, in qua nihil pictum, nihil exculptum appareat, vt Aristot. dicebat, tamen bicui annorum spatio, ita varia, ita multiplex, ita etiam singularis scientiarum, atque artium omnium cognitio acquiritur, vt nihil illo diuinius, nihil perfectius videatur posse excogitari. Litteris enim, præter infinitis hominum artes, caelorum motus homines intelligunt, causas tantarum mutationum perquirunt, errores Lunæ, Solisque labores dignoscunt; & vnde imber, & ignes, & vt ait Poeta, quid tantum oceano properent se tingere soles Hybemi, vel quæ tardis mora noctibus obstet: eclipsum causas cognoscunt, Syderum cursus non ignorant, numerum, figuram, intervalla, progressionem, atque insurrectionem: terram, caelosque ipsos ætiantur: imò super ardua caeli elati, Deum ipsum, ipsiusque arcana, quantum tamen humana patitur imbecillitas, intelligunt, ac contemplantur. Occultas herbarum virtutes perquirunt; quibus tot languentium corpora à morte quodammodo reducuntur, tot morborum genera, ipsorumque causas, & remedia tenent, & tandem, ne singula percurrant, modum inueniunt respublicas ipsas gubernandi, societatem humanam conseruandi, quod suum est, unicuique tribuendi, atque homines ad bene, beatæque viuendum, præmiis inducendi, & à facinoribus perpetrandis, ad quod natura hominum magis procliuus esse solet, poenis temo-

**E**t milites litteris, & scientiis indigere certissimum est: nam non corporis tantum, sed animi viribus bella gerantur: & maximus est in bellis consilij, & prudentiæ locus quæ solum litterarum studio comparantur: præcipuè cum breue vitæ nostræ tempus, & humanarum rerum conditio non sufferat, vt pluribus bellis interesse vnus, idemque possit: ac ideo militaris prudentia, non nisi diuturna librorum reuolutione acquiritur, ac comparari potest: imò in bellis plus consilium, quam vires quandoque adiuuasse scimus. Non ne legitimus, habentes, ac deficientes exercitus eloquentium hominum videri fuisse reuocatos? Lacedæmoniorum, ciuitas? Tistei poetæ vespibus in flammis

**E**t milites litteris, & scientiis indigere certissimum est: nam non corporis tantum, sed animi viribus bella gerantur: & maximus est in bellis consilij, & prudentiæ locus quæ solum litterarum studio comparantur: præcipuè cum breue vitæ nostræ tempus, & humanarum rerum conditio non sufferat, vt pluribus bellis interesse vnus, idemque possit: ac ideo militaris prudentia, non nisi diuturna librorum reuolutione acquiritur, ac comparari potest: imò in bellis plus consilium, quam vires quandoque adiuuasse scimus. Non ne legitimus, habentes, ac deficientes exercitus eloquentium hominum videri fuisse reuocatos? Lacedæmoniorum, ciuitas? Tistei poetæ vespibus in flammis

mata, nonne pulcherrimam illam de Messeniis victoriam reportavit? Socrates, & Plato non ne egregiam in bello civibus suis operam præstiterunt? Et historiarum testantur, Scipiones, Lucullos, Fabios, Marcellos, aliosque innumerabiles Romanos bellicis laudibus fuisse claros, quia doctrinæ studiis fuerunt præstantes. Nec fortius litterarum propugnaculum reperiri posse in republica testantur Micylenæ, qui nullam aliam penam populi, quos bello devicerant, interrogabant, nisi ne liberos suos litteras edocerent. Timebant enim litteras, non fortitudinem, quia eam inanem esse absque litteris pro certo habebant. Imò quid est, quod milites ad militiam incitet, & quodammodo compellat, nisi eruditissimorum scripta de virtute, de gloria, & charitate erga patriam, de fortitudine, de præmiis, ac de rebus aliis similibus, quæ omnia ad nominis immortalitatem comparandam milite, cogunt, atque compellunt. Et si bellorum finem pacem esse dicimus, ut enim testatur Cic. lib. 1. offic. suscipienda quidem bella sunt ob eam causam, ut sublata iniuria, in pace vivatur; quomodo bellum suum posset sortiri effectum, nisi essent, qui in pace civibus iura describerent, dissidia componerent, præmia æqua lance distribuerent, & denique ius suum unicuique redderent? Litteræ enim sunt, quæ docent, quibus moribus, institutis, ac legibus temperandæ sint Civitates, quibus modis, fundari, augeri, amplificari, atque defendi possint, & quibus denique felicissimæ, ac beatissimæ civici valeant.

Sed, ut vnde mea digressa fuit, reuertatur oratio, quæ nec militibus molesta esse debet, cum in superiori capite ex ipsorum etiam innumeris laudibus aliquas tetigerim, dico, † Doctores eodem beneficio gaudere circa collationem bonorum quasi castrensi-um, quo gaudent milites in castrensibus bonis, & docent Doctores, quos in proposito citavi superius in cap. 5.

8 Supradiæ autem donationes aliæ coherent personæ, aliæ non: de his, quæ personæ coherent dat exemplum Bart. in leg. prima, §. nec Castrense, ff. de collat. bon. de impensa facta à patre, tempore, quo filius gradum Doctoratus suscepit, quam in collationem non venire, non est dubium, & rationem esse dicit Bart. quia ea, quæ personæ coherent, in alium transferri non possunt: non consideratur enim amplius illa impensa iam facta, sed id, quod ipsa fuit acquisitum. Præterea ista dignitates non videntur principaliter respicere commodum pecuniarum; vnde in ipsis cessat collatio, argumento leg. planè, la 2. §. fin. ff. de leg. primo, idem tenet Bald. in leg. omni modo, §. imputari, sub num. 4. C. de inoffic. testamento, per tex. in l. qui pater, ff. famil. ercise. & in Authent. ex testamento, C. de collat. in fin. Et probat text. in leg. prima, §. nec castrense, versic. sed an id, ff. de collat. bonor. de quo Vital. Nemaus de collat. quæst. 28.

9 De his verò donationibus, quæ non ita personæ coherent, ponit Bartol. exemplum in dict. §. nec castrense, in expensis factis ad hoc, ut filius præbendam ecclesiasticam consequatur, quam in collationem non venire, nec imputari, probat text. in dict. leg. omnimodo, §. imputari, primo, quia hæc non dicuntur esse in nostro commercio, cum non possint nec alienari, nec ad hæredes transmitti. Secundo id bene probat text. in leg. si filia, §. Neratius, & §. idem scribit, ff. sup. ercise. in d. l. prima, §. nec castrense, ff. de coll. bon. & in l. qui originem, §. fin. ff. de mun. & bon. cum fin. tertio beneficium Ecclesiasticum concernit personam, non

autem patrimonium, ergo non potest in legitimam imputari, cum legitima patrimonium respiciat, l. 3. §. si quis, ff. de min. quarto beneficium est quid inæstimabile, ergo non recipit onus collationis, vel imputationis, leg. planè la 2. §. fin. ff. de leg. 1. quinto imputatio est species permutationis; illud enim, quod quis in aliis bonis recipere debet, in eo recipitur, quod imputatur, leg. filium quem habentem, C. fam. ercise. sed talis permutatio non cadit in rebus Ecclesiasticis, ergo nec etiam imputatio. Nec dicatur, saltem posse considerari impensam, nam id, quod acquisitum fuit in consideratione haberi debet, non impensa: præterea impensa etiam uti facta pro consequendo beneficio, Ecclesiastico, dicitur peculium quasi castrense, ad tex. in leg. sacrosancte, ac idè nec imputari, nec conferri debet, ut dixit Bart. in d. §. nec castrense, & Bald. in dict. §. imputari, sub num. 4.

10 Sed quid dicendum sit de filio, cui pater emerit scriptoriam Apostolicam, dubitat Ias. in leg. illud, num. 6. C. de coll. & in specie quæstionem proponit Nicol. de Vbal. de success. ab intest. qui in negativam opinionem inclinare videtur; motus ex prima regula Bartol. ea in collationem non venire, quæ non possunt nec vendi, nec ad hæredes transmitti: sed Ias. secutus opinionem Paul. de Castrensi, in dict. §. imputari, tenet tale officium & imputandum, & conferendum esse, licet enim non transeat ad hæredes, potest tamen vendi, & in alios transferri, vnde in ipso collatio locum habebit, per ea, quæ dicta fuerunt superius in exemplis secundæ militiæ: nec obstant, non posse vendi absque licentia Summi Pontificis, nam cum consueverit consentire, non debet dici officium inalienabile, ad tex. in leg. apud Iulianum, alias incipit, idem Iulianus, §. constat, ff. de leg. primo, & docent alij, quos Ias. citat, & sequitur Io. Saport. de coll. cap. 5. nu. 87. & dixi superius in cap. præcedenti, n. 18. quæ hic non repetam.

Ex quibus posset etiam inferri ad alia officia similia Curie Romanæ, quæ licet ad hæredes non transeat, bene tamen vendi, ac in alios transferri possunt, de quibus supra in dict. cap. præcedenti, num. 18. & seqq. ubi quæstionem declaratam reperies.

#### SVMMARIUM.

- 1 Donatio obmerita facta filio inter adventitia connumeratur, ac idè non confertur.
- 2 Donatio facta à patre ob merita, & ob sanguinis affectionem, ex qua nam causa magis facta præsumatur.
- 3 Donationes factæ à parentibus causa mortis non conferuntur.
- 4 Donationes factæ filiis à Parentibus superiorem non recognoscentibus, non veniunt in collatione.
- 5 Mulier etiam potest habere bona castrensia, licet non militet.
- 6 Lex, cum multa, C. de bon. q. lib. declaratur.

De nonnullis aliis casibus, in quibus limitatur regula, donationem validam à principio conferri debere.

#### CAP. XXIV.

IN duobus superioribus capitalis duas posuimus limitationes ad regulam, donationem validam à principio confertur debere, quibus nonnullæ aliæ sunt addendæ, & sit tertia, † in donationibus factis filiis ob eorum merita, quæ inter adventitia connumerantur, ut dictum fuit superius in cap. 11. in tertia limitatione, & col.

collationi non subjacent, l. fin. C. de collat. & tradunt scribentes in Auth. ex testamento, C. de collat. meritamen præcedere debent; & quomodo ipsorum necessitas sit probatio, dictum fuit latè superius in d. tertia limitatione, quæ hic non reperam.

Et quibus solam addam, quod si pater dicat in donatione, se, & ob merita, & ob sanguinis affectionem donare, sanguinis affectio, & sic naturalis causa prævaleret, l. qui habet, ff. de tut. & docet Paul. de Castr. cons. 103. lib. 1. Et licet Vital. Nemauf. de coll. q. 1. dicat, id nõ procedere in donatione facta à iustisperito, qui, cum sciat, hanc donationem non valere, nisi ob merita, ad ea potius se retulisse censendum est: attamen contrarium est asserendum: primo, quia licet iurisperitus scire potuerit, donationem non valere, nisi ratione meritatorum; attamen scite etiam potuit, donationem inualidam morte confirmari: & postea quis est, qui non sciat, inter patrem, & filium regulariter donationem non valere: præterquam quod merita sunt, quæ validant hanc donationem, non intentio; ut latè superius in d. tert. serva limitatione.

Quarto limitatur in donationibus causa mortis, quas certum est non conferri, l. pen. cum glos. ff. de coll. bon. quæritur enim post mortem illius, de cuius hereditate agitur, non conferantur, l. ea demum, & l. donatione, C. de coll. l. prima, §. si ab ipso, ff. de coll. bon. licet igitur donationes causa mortis valeant à principio, tamen, quia solum post mortem patris acquirantur, conferri non debent, cum acquisita post mortem non conferantur, ut supra suo loco fuit dictum.

Quinto limitatur in donationibus factis filiis à Rege, vel Principe superiori non recognoscente, quæ licet valeant à principio, ut dictum fuit in cap. 11. in 12. limitatione, attamen non conferuntur Rom. in Auth. ex testamento, C. de collat. quem ibi sequitur Alexand. & licet id mirandum, & contra iura expressa dicat esse ibi Ias. cum similes donationes valeant, & donationes validas à principio conferri debere, iura disponent: attamen animadvertendum est, valere, sed tanquam à Principe factas habere vim castrensis peculij, ut probat tex. in l. cum multa, C. de bon. q. lib. vbi habetur, quod in posterum donatio facta per Imperatorem non solum filio, sed etiam extraneo, & non solum masculo, † sed etiam femine habeat omnem facultatem ad similitudinè peculij Castrensis: ex quo Bald. ibi notat casum singularem, in quo mulier non militans possit habere peculium castrense, vel quasi. † Et licet ille text. loquatur in Imperatore donante, tamen ad Reges id extendit Ias. in cap. ex rescript. de iur. iur. Bal. in leg. pen. C. de donat. inter vir. & vxor. Old. consil. 255. imò ad omnem alium Principem, superiorem non recognoscentem, cum in eorum territorijs, ac ditionibus dicantur habere iura imperialia, Barr. in l. hostes, ff. de cap. Ias. in d. Auth. ex testamento, n. 13. Duen. reg. 223. in prima fall.

## S V M M A R I V M.

- 1 Frater an teneatur mittere filium ad studium, & per totum.
- 2 Patrem teneri mittere filium ad studium in iure non reperitur cautum. Et qui contrarium senserint, nu. 3.
- 3 Patrem non teneri mittere filium ad studium communis sententia.
- 4 Legatis alimentis non veniunt expensæ studij.
- 5 Data filiis euntibus ad studium, an impotentur in eius portionem.
- 6 Lex, de bonis, §. non solum, ff. de Card. edic. & declaratur, & num. 9.

- 8 Lex, qui filium, ff. vbi pup. educ. deb. vna cum similibus declaratur, & num. 10. 14. & 12.
- 13 Pater teneri filium instruere in his studiis, quæ absque veracundia ignorare non potest.
- 14 Pater mittens filium ad studium, tenetur ei necessaria subministrare.
- 15 Filius, si de voluntate patris cepit stare in studio, an studium proficere possit patre invito.
- 16 Patrem teneri mittere filium ad studium, in multis casibus videtur satis æquum.
- 17 Franciscus Michalorij patris auctoris sit mentio.
- 18 Curtij, & Iacobi Michalorij fratrum auctoris mentio.
- 19 Filius, secundum Solonis legem, non debebat patri alimenta, à quo aliquam artem non accepisset.
- 20 Hely Sacerdos, quia filios non eruditus, supinus cecidit.
- 21 Filij sunt erudiendi.
- 22 Pater laetatur in filio glorioso.
- 23 Filios non erudiens, Anathema est.
- 24 Pater non tenetur subministrare expensas studij filio non studenti.
- 25 Pater non tenetur mittere filios ad studium, si ad scientiam perdiscendas parum sint apti.
- 26 Patrem pauperem, certum est, non teneri mittere filium ad studium.
- 27 Pater non tenetur mittere filium ad studium, si ex se habeat, unde sibi expensas subministrare possit.
- 28 Pater solum mediante officio iudicis posset in aliquibus casibus cogi mittere filium ad studium.
- 29 Expensæ studij à patre præstandæ filio, arbitrio boni viri essent taxandæ.
- 30 Sumptus scolarium debent esse mediocres.
- 31 Alimentare qui tenentur, expensas studij dare non sunt obligati.
- 32 Qui promissit aliquem tractare uti filium, non tenetur ipsum ad studium mittere.

## An pater teneatur mittere filium ad studium.

## CAP. XXV.

DE donationibus, vidimus, factis filiis à parentibus, an nempè, & quando veniant conferendæ, nunc videndum est de variis expensis, quas pro filiis facere solent parentes, inter quas præcipua esse solet expensæ studij; de quibus cum sit videndum; prius quaerere necessarium visum fuit, † an pater teneatur mittere filium ad studium. In qua quaestione variæ fuerunt Doctorum opiniones; Barr. enim in l. 1. §. nec Castrense, ff. de collat. bon. existimat patrem non teneri imò pro certo id præsupponit: idem docet in tract. de duob. fratr. num. 16. & in l. de bonis, §. non solum, ff. de Carb. edic. Angeban Aut. resqua. C. com. de leg. Angel. & Rom. in l. prima, C. de Carb. edic. Ias. in d. Auth. resqua. sub num. 33. vers. decimo limita. Et moventur omnes, † quia hoc in iure non reperitur cautum, solum enim disponunt leges, parentes obligatos esse filio alimentare, quod autem insuper eos ad studium mittere teneantur, nullibi reperitur sancitum hoc idem voluit Bald. in l. omni modo, §. impuati, num. 7. C. de inoff. testamento, Ias. in l. quidam cum filium, nu. 33. ff. de verb. obligat. Auron. Gomez. in l. 29. Taur. nu. 18. Rom. in l. si donatione, C. de coll. Cum in d. l. quidam cum filium, Rom. consil. 145. num. 2. Alex. in d. l. si donatione, sub nu. 21. vbi hanc opinionem appellat magis communem, Barr. in l. sed, §. qui dicitur, in verbo, solebat, vbi etiam Gul. de Cun. ff. ad Maced. Angel. in leg. 1. C. de Carb. edic. Saly. in l. filia, C. fam. ericisc. Alex. in l. prima, num.

- 51 ff solut. matr. Batt. in l. legatis. ff. de alim. & cib. leg. Rip. in dicit. l. prima ff. solut. matr. num. 140. & in l. in quartam. n. 174 ff. ad leg. Falc. Curt. lun. in Auth. quod locum. num. 15. C. de coll. Batt. in l. Lucius. §. primo. ff. ad Maced. Ant. de Butt. conf. 38. in princ. Alexand. conf. 182. lib. 2. & conf. 50. in fin. lib. 6. Crau. conf. 125. num. 8. & conf. 199. lib. 1. Sum. Angel. in verbo. peculium. n. 20. Alciat. in l. cetera. quibus. ff. de verbor. significat. Rol. conf. 12. num. 8. lib. 1. Ater. de test. glos. 45. num. 6. idque presupponit Dec. in d. l. si donatione. sub nu. 4. Bald. in Auth. ex testamento. num. 35. & in d. l. si donatione. num. 11. scribentes communiter in d. l. filia lucet. C. de coll. & prodeciso id habet Alexand. conf. 77. lib. 4. lo. Dilect. de ar. testand. in tit. de leg. 2. m. 52. Bened. Cap. conf. 10. num. 32. lat. in Auth. quod locum. nu. 5. C. de collat. idem voluit Franc. Potcel. de duob. fratr. part. 2. sub num. 9.
- 3 Contrarium tamen tenuerunt alij multi, ut Vital. Nemas de coll. quest. 5. in fin. plures citat Horat. Luc. de priuil. Scholar. priuil. 16. licet verè multi per ipsum allegati hoc non asserant. Rebuff. de priuil. schol. priuileg. 53. Pet. Duen. reg. 372. Cord. in l. si quis à liberis. §. non tantum. num. 35. quam opinionem ex pluribus defendere conatur Horat. Luc. dicit. priuil. 16. & sequitur Io. Garz. de expensis. cap. 3. nu. 48. nec dissentire videtur Mangil. de Imputat. quest. 31. num. 13.
- 4 Verum primam opinionem non solum esse communem, sed etiam veriore, crederem non esse ambigendum, cum nullibi in iure reperitur cautum, patrem teneri mittere filium ad studium, sed solum ipsum alere, & in casu tantum, in quo filius ex se alij non possit.
- 5 Secundo pro eadem opinione plurimum confert tex. in l. legatus. ff. de alim. & cib. leg. vbi habetur, quod legatis alimentis, non veniunt expensæ studij, sed pater tenetur solum præstare alimenta, ergo non tenetur ad expensas studij. Nec valet distinctio aliquorū, aliud esse in alimentis legatis, aliud in alimentis debitis ex caritate, cum hæc sit solum differentia verbalis; quod enim quis, vel ex testamento, vel ex caritate, vel ex contractu, vel alio modo teneatur ad præstandum alimenta, respicit solum ipsam obligationem, non autem qualitatem, seu quantitatem ipsorum alimentorum.
- 6 Tertio id probat tex. in l. qua pater. ff. fam. ercise. vbi habetur, quod ea, quæ pater filio eunti ad studium dedit, non imputantur in eius portionem, nisi animo credendi data fuerint, ergo si animo credendi fuerint data, in eius imputari debent portionem: ergo pater non tenetur mittere filium ad studium: probatur autem consequentia; nam si teneretur mittere filium ad studium, & ipsi per consequens omnia necessaria gratis subministrare tenetur, sed consequens est falsum, cum, si data fuerint animo credendi, in eius portionem imputentur, ut in d. l. qua pater, ergo & antecedens: nec obstat, citatum tex. loqui in emancipato, nam etiam emancipatus, uti suus, à patre alij debet, d. l. si quis à liberis. ff. de lib. agnosce.
- 7 Quibus non obstant varia iura, quæ in contrarium allegati solent, & primo tex. in l. de bonis, §. non solum, ff. de Carb. edict. cuius hæc sunt verba. Non solum alimentum præstari debent pupillo, sed etiam in studia, & in cetera necessaria impensas debet impendi pro modo facultatum. Batt. enim dicit, illum tex. loqui solum de studiis necessariis, sine quibus homo, attenda sua conditione, vivere non potest; non autem de scientiis, quæ in publicis Gymnasiis didiscuntur, quæ declaratio videtur à Doctoribus communiter recepta: & sic non obstat, secundum argumentum Horatij

- Lucij loco citato, & primum Rebuff.
- 8 Et eodem modo responderetur ad tex. in l. qui filium, ff. vbi pup. educ. deb. de quo tex. mentionem facit Horat. Luc. loc. cit. in quinto argumento, ita patet declaratum tex. in l. fin. C. de alim. pup. præstand. de quo Horat. Luc. in tertio argumento, & sic patet soluitur inductio tex. in l. cum plures, la. 2. §. cū tutor ff. de administr. tut. de qua inductione Hor. Luc. in quarto argumento, & ut summatim dicam, omnes volunt, hæc, & similia iura loqui solum de studiis necessariis, nempe, ut quis dicat legere, & scribere, & ad summum grammaticam.
- 9 Aliter etiam responderi posset, & primo ad tex. in d. l. de bonis, in §. non solum, ff. de Carb. edict. nō loqui in patre, sed in tutore, & administratore, unde non potest ad patrem extendi ob rationis diversitatem: tutor enim, & curator omnia vtilia peragere tenetur, & sic mittere etiam filium ad studium, cum id ipsi admodum vtile esse possit; sed pater, uti dominus, potest de rebus suis ad libitum disponere, nec pro filio vtilia peragere aliqua lege adstringitur.
- 10 Ad tex. verò in d. l. qui filium, ff. vbi pup. educ. deb. responderetur primo non loqui de expensis factis in studio, cum loquatur in mulieribus, quæ ad publica gymnasia mitti non solent; secundo responderetur, citatum tex. loqui in expensis iam factis, in quibus non dari repetitionem, etiam in patre, conceditur.
- 11 Ad tex. in l. fin. C. vbi pup. educ. deb. responderetur, primo loqui tempore, prout loquitur tex. in d. l. de bonis, §. non solum: secundo responderetur loqui de expensis iam factis, quas pupillus à tutore repetere non potest.
- 12 Ad tex. dñm in l. cum plures, §. cum tutor, ff. de administr. tut. responderetur pariter loqui in tutore, non solum bonis, sed etiam moribus, & personæ pupilli dato, qui debet ipsum pro modo facultatum instruere, & de tutore ad patrem, non valere argumentum, iam fuit dictum.
- 13 Quæ conclusio, ut supra firmata, limitatur primo, ut non procedat, quantum ad studia, quibus absque dedecore carere non potest filius, ut sunt studia grammaticæ; Bat. in d. l. de bonis, §. non solum, ff. de Carb. edict. Alexand. in l. prima, num. 55 ff. sol. matr. lat. in l. qui cum filium, num. 33 ff. de verbor. obligat. per tex. in d. l. qui filium, ff. vbi pup. educ. deb. Rebuff. in d. priuil. 53. numer. 3. Horat. Luc. in d. priuil. 16. vers. claris autem, & in hoc omnes concordant.
- 14 Secundo limitatur, si pater mittat filium ad studium, tunc enim ei omnia necessaria subministrare tenetur, l. Macedoniani, ff. ad Maced. glos. in l. sed & Iulianus, §. quod dicitur, in verbo. solebat, ff. ad Maced. & utrobique notat Batt. docent Doctores, quos allegat Horat. Luc. in d. priuil. 16. vers. ego subjungam, & tradit Franc. Potcel. de duob. fratr. quasi. 2. sub num. 99.
- 15 Tertio limitatur secundum aliquos, si filius cœperit studere de voluntate patris, tunc enim existimant aliqui, ut eo invito possit studium prosequi, Bald. post glos. in d. l. Macedoniani, ff. ad Maced. Batt. in tract. de Præst. Card. in prima parte, quest. 10. Fely. in rub. & in cap. primo. de magistr. quod comprobare nititur Hora. Luc. in dicit. priuil. 16. vers. clarum quoque mihi videtur, Menoch. conf. 685. nu. 10. lib. 7. Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 2. quest. 22. num. 10.
- Verum contrarium tenuerunt quamplurimi, quos ipse Hora. Luc. citat vers. contrarium, ut Bat. in d. l. prima, §. nec Castrense, prope finem, ff. de collat. bon. in d. leg. Macedoniani, in l. Lucius, §. pro, ff. ad Maced. & in tract. de duob. fratr. n. 17. Bald. in d. l. omni modo, §. computari, sub nu. 7. C. de noff. testamento, Butt. conf. 18. Alexand. conf. 142. lib. 2. & conf. 50. in fin. lib. 3. Crau. conf. 125. Sum.

Sum. Angel. in verbo, *pesulium*, nu. 20. Rom. conf. 145. Castrenl. conf. 242. in fin. lib. 2. Alex. conf. 77. lib. 4. Inf. in Auth. quod locum, n. 5. C. de coll. Cap. conf. 10. in 3. dub. nu. 32. & est ratio, quia nec tempus studij, nec expensæ habent limitationem necessariam, & certam à jure, ita vt pater cogi possit ad eas profsequendas, vt dicam infra in *secunda parte*, cap. 12.

16 Negari tamen non potest, quin opinio contraria supradictæ conclusioni in aliquibus casibus sit aliquando satis æqua, durum enim videtur, vt si pater sit diues, filius verò aptus ad studia, non possit ab ipso, auaritiæ fortassis omninò dedito, studij expensas consequi. De quo ego Deo Opt. Max. immortales gratias agere debeo; cum inter cætera beneficia habuerim patrem † Franciscum Michalorium, qui, omnibus alijs curis postpositis, nihil magis præ oculis habuit, quam quod tribus suis filiis commoditas discendi daretur, maximo etiam suo, ac totius familiæ dispendio. Nec ipsum deterruit mors admodum intempestiua

18 † Curtij Michalorij fratris mei maioris natu, qui, cum Perusiæ nonnullorum annorum spatium in iure, tum Pontificio, tum Cæsareo perdiscendo consumpserit, & quamplurimas, easque difficillimas vtriusque juris quæstiones publicè tribus diebus continuis disputando examinasset, non sine maxima totius illius Ciuitatis admiratione; tandem Urbini, in amplissimo hoc nostro Iurisconsultorum collegio suscepta suorum laborum laurea, Prætorisque officio à Serenissimo Duce nostro ipsi commissio per plures menses perfunctus, non sine nostræ familiæ dolore ingentissimo, vigesimo quinto suæ ætatis anno nondum peractæ, ex hac vita migravit; cui si Deus Opt. Max. longævitam dedisset, non solum æquasset nostros Curtios, sed etiam eos longe superasset, prout plurima ipsius de iure responsa statim suscepta laurea ab ipso reddita, clarè demonstrant, quæ forsitan in lucem prodire sinam: ipsum inquam non deterruit maioris filij mors repentina, quin pari cura semper anxius fuerit, vt Iacobus alter frater scientiis, & ipse operam nauaret, qui primum Bononiæ, deinde Romæ multis annis in philosophiæ, ac Sacræ Theologiæ studiis consumptis, eadem die mecum Urbini Doctoratus Lauream fuit consecutus, ipse in philosophia, ac Sacra Theologia, in quibus scientiis quantum profecerit, eius cultissima scripta demonstrant. Et nisi oculorum imbecillitas à studiis ipsum inuitum remouerent, clarius demonstrarent, ego verò in iure Pontificio, & Cæsareo, inhumanum inquam videretur, vt filius non posset cogere patrem, vt sibi pro modo facultatum in studiis necessaria subministraret: ac pro-

19 pterea † Solon, vt refert Plut. in eius vita, lege sanciuerat, filium non debere patri necessaria vitæ subsidia, à quo nullam artem accedisset. Et Diuus Hieronymus, cuius verba registrata sunt in cap. *legat. Episcopi* 37. dist. dicit, quod † Hely Sacerdos, licet sanctus fuisset, tamen, quia filios suos non etudiuit in omni disciplina, & correctione, lupinus cecidit, & mortuus.

21 Et *Eccles. 7.* habetur: † *Filij tui sunt, erudi illos, & Prou. 23.* † *Noli subtrahere à puero disciplinam, nam, & post mortem letatur pater in filio glorioso.* Et timenda admodum sunt verba tex. in cap. *si reliqueris*, 30. *distinct.*

23 † *Si quis reliquerit proprios filios, & non eos auerit, etiam & quod pietatis est, necessaria non probauerit, sed sub occasione incontinentiæ negligendos putauerit, Anathema sit.* Ex quibus moti voluerunt multi, patrem teneri mittere filium ad studium, quod etiam varijs modis ampliant, vt per Horat. Luc. *dist. priuil. 16.* & hanc partem esse sequendam dixit Rot. coram Man-

tic *decis. 335. per totam*, & nouissimè sequitur Merlin. *de legitima, lib. 2. tit. 2. quæst. 22. num. 8.*

Quæ tamen opinio, etiam secundum eius fautores, pluribus limitatur modis, & primo, vt non procedat, 24 † quando filius in studio vagatur, nec scientiis operam nauat; tunc enim ipsi expensæ non sub ministrandæ, *l. sed Iulianus, §. proinde, ff. ad Maced.* non potest enim dici, quod vtiliter gerat negotium patris, ac idè non tenetur dare perdituro, *l. si quæ, cum seruierit, ff. pro empt.* Rebuff. *dist. priuil. 53. nu. 10.* caueant igitur scholares, ne, nõ studendo, hoc amittant priuilegium.

25 Secundo limitatur in filiis ad studia parum aptis, Bart. in *leg. quidam, cum filium, num. 11.* & ibi Inf. *num. 33. ff. de verbor. obligat.* Bald. in *d. l. Macedoniani, nu. 2. ff. ad Maced.* & hoc, ne oleum, & operam perdant. Abb. in *cap. fin. per illum text. de mag.* Horat. Luc. *loc. cit. vers. septimo limita*, qui tamen dicit, hinc non esse rejiciendos eos, qui tardè discunt, vel eos, qui ad discendum ita apti non sunt.

26 Tertio limitatur, si pater non esset diues, ac potens ad illas expensas subeundas, Rebuff. *loc. cit. num. 12.* Horat. Luc. *loc. pariter citato, vers. quarto accedit*: prima enim caritas à se ipso incipit, & parum admodum videtur, vt alijs illud subministrare debeam, quod mihi vix sufficit *l. præs. C. de seru. & ag.*

27 Quatto limitatur, si filius ex se habeat bona Castrensiâ, vel quasi, vel bona aduentitia, Bart. in *l. prima, §. nec castrense, sub n. 8. ff. de coll. bon. in l. Nefennius, num. 5. ff. de neg. gest. in l. fin. in princ. ff. de pes. hered. & in tract. de duob. fratr. n. 17.* Bald. in *Auth. ex testamento, n. 21. C. de coll.* Cast. in *l. qua pater, ff. sum. arcesc.* Anton. de Butt. *conf. 38. n. 2. Cum. conf. 87. vers. item si pater, Ripi in l. prima, nu. 141. ff. solut. matrim.* Sed quod dicunt de bonis aduentitijs, non est generaliter intelligendum, cum de ipsi filij familias disponere non valeant ob vsum fructum patris, vt suis locis supra dictum fuit, sed solum de illis bonis, in quibus filij administrationem habent, de quibus patiter supra suis locis.

28 Et si diceremus in aliquibus casibus teneri mittere filium ad studium, ad id mediante officio iudicis esset cogendus, Bald. in *d. l. filia cuius, sub nu. 12.* Cast. *conf. 241. vers. sed hic, lib. 2. Pract. Pap. in forma libelli protelato rei particularis, n. 95.* † Et expensæ in omnem casum arbitrio boni viri essent taxandæ, *l. fin. vbi Bald. in fin. notat. C. de alim. pat. præst. in quatuor taxatione* deberet considerari, primo qualitas, & conditio studentis, ad tradita per Bart. in *l. si longius, ff. de iud.* secundo facultates paternæ; tertio dignitas natalium, arg. *tex. in l. sed Iulianus, §. quod dicitur, ff. ad Macedon. & in l. si quis à liberis, §. cum tutor, & §. non solum, ff. de lib. agnosc.* quarto consuetudo aliorum studentium, Barb. *conf. 57. num. 14. lib. 2.*

29 Ultimo omittendum non est, sumptus scholarium mediocres, ne dicam exiguos esse debere, *d. l. si longius*, vbi notat Bart. ac idè Rip. in *c. 1. n. 94. in fin. de iud.* monet parentes, vt filijs studentibus mittant modicam pecuniarum quantitatem, ne lasciuji efficiantur, & minus studeant.

30 Et licet hæc opinio parentes teneri mittere filios ad studium, in patre diuite videatur satis æqua, iniqua tamè omninò esset, si eam extendere velimus ad alias personas, quæ solum obligatæ sunt ad præstandum alimentum, etiam ratione sanguinis: & de eo, qui tenetur alimentare ex testamento est *tex. in l. legatis, ff. de alim. & cib. leg.* quicquid dicat Horat. Luc. *loc. cit.* qui hanc suam opinionem ad omnes alios intrudere veller; Doctores enim per ipsum allegati de studij expensis minimè loquuntur: vnde licet fratres fratrem quando-

que alimentate teneantur, de quo infra in tertia parte, cap. 5. tamen ad expensas studij nequaquam essent obligati, etiam si tempore patris in studio stare cepisset, ut dicam infra in secunda parte, cap. 12.

- 32 Nec minus ista opinio posset locum habere in eo, qui promississet aliquem tractare uti filium, non est enim presumendum, ipsum voluisse, se ad ea obligare, ad quæ verè nec pater obligatus erat, saltem de rigore: secus tamen esset respectu aliarum expensarum, quæ fieri deberent, ut quia ea addideret, quæ sine verè recundia omitti non possunt, & in istis terminis loquantur Doctores per Horat. Luc. allegati in d. priu. uil. 16. versic. quarto amplia.

## S V M M A R I V M.

- 1 Expensa studij non sunt conferenda, & de rationibus, nu. 2. 3. 4. & 5.
- 6 Pater mittendo filium ad studium, tenetur ipsi necessaria subministrare.
- 7 Expensa facta pro filio in studio retento, dicuntur facta à patre, non à filio.
- 8 Mutuum acceptum à filio in studio retento à patre, ad hoc ut se in studio alat, à patre restitui debet, quod declaratur, nu. 9. & quid si filius non studeat, nu. 10.
- 11 Debitum contractum à filio causa studij, debet solui de communi, tanquam ex alienum.
- 12 Filius potest implorare officium Iudicis, ad hoc ut pater sibi expensas studij necessarias subministrat.
- 13 Filius, quod superlucrat in studio eius parsimonia, an debeat conferre.
- 14 Pecunia data filio ad effectum, ut studeat, si eam conuertat in malos usus, debet conferri, in dubio tamen presumitur versa in causas scholasticas, num. 15.
- 16 Expensa studij debent conferri, si filius, ad hoc ut eas conseruetur, renunciauerit hereditati paterna, & de ratione, num. 18.
- 17 Pactum ut filius debeat esse contentus sumptibus studij, non valet.
- 19 Expensa, quas pater filio eoactè subministravit, debent conferri.
- 20 Expensa studij, si filij indoctus remanserit, an debeant conferri.
- 21 Expensa studij, qua conditione intelligantur data filio à patre.
- 22 Expensa data filio habenti bona castrensia, vel quasi, an debeant conferri, & quid si habeat bona aduentitia, num. 27.
- 23 Pater dando dotem, vel donationem propter nuptias, donare presumitur.
- 24 Pater tenetur filiam in matrimonium collocare, & ad hunc effectum eam dotare, facere autem donationem propter nuptias precisè non tenetur, num. 25.
- 26 Argumentum de dote ad causam studij, non valet.
- 28 Expensa facta pro filio egrotanti, qui habeat bona aduentitia, an à patre repeti possunt, & num. 30.
- 29 Expensa etiam magna debent fieri pro filiis egrotantibus, licet secus sit in aliis, qui ali debent solum, quia operantur.
- 31 Expensa studij, debent conferri, si appareat, hanc fuisse patris mentem; de qua mente potest etiam tacitè apparere, num. 32.
- 33 Expensa studij, quando veniunt rescindenda, non habetur ratio ad id, quod domi expensum fuisset.

## Expensæ factæ pro filio in studio an veniant conferendæ.

## CAP. XXVI.

IN superiori capitulo vidimus, an pater teneatur mittere filium ad studium, nunc videndum est de expensis, quas fecerit, si cum effectu filium ad studium miserit; & an veniant ab ipso filio conferendæ, non loquor tamen de expensis factis in emptione librorum, de ipsis enim maior videtur dubitatio, de qua videbimus in sequenti.

- 1 Et tales expensas non esse conferendas, nemini videtur dubium, ut docet Bald. in l. omni modo, §. imputari, num. 7. C. de inoff. testamento, in consil. 21. & consil. 347. lib. 1. necnon in consil. 363. lib. 2. Paul. de Cast. consil. 242. lib. 2. Jac. in l. pactum, sub num. 1. C. de collat. vbi scribentes, Cuman. consil. 28. Vital. Nemaus. de coll. quest. 18. sub num. 22. Horat. Luc. de privileg. scholar. priu. 27. in secunda ampliatione, nec imputandas, docet nouissime Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 2. quest. 22. nu. 1. & ante ipsum Mangil. de Imput. quest. 32. num. 12. & 13.
- 2 Cuius rei variz adducuntur rationes, quarum est prima, quia illæ expensæ sunt consumptæ absque dolo, & culpa filij, vnde uti consumptæ non debent conferri. Bald. in dist. consil. 21. nec tantundem præstari debent, ut respondet Vital. Nemaus. de collat. dist. cap. 18. sub num. 22. cum, ut dixi, sine culpa socij fuerint consumptæ.
- 3 Secundo Horat. Luc. loc. cit. dicit, quod Prætor iubet conferri bona arbitrio boni viri; at nemo arbitretur, filium id conferre debere, quod non habet, nec dolo definit habere, ad text. in l. 2. §. de illis, ff. de coll. bon. & in l. ea demum, C. eod.
- 4 Tertio ex eodem Horatio Lucio dicimus, quod si expensæ consumptæ deberent conferri, non seruetur in diuisione æqualitas, contra text. in l. ut liberis, C. de coll.
- 5 Quartam rationem ponit Vital. Nemaus. loc. cit. nempè, quia non videtur, quod pater fecerit has expensas animo repetendi, sed pietate ductus, ad text. in l. qua pater, ff. famul. ereisc. quæ ratio ab omnibus aliis pariter considerantur.
- 6 Quintam addo ego rationem, quia pater misit filium ad studium: licet enim sit dubitatio inter Doctores an pater teneatur mittere filium ad studium, ut in cap. superiori; si tamen ipsum ad studium cum effectu miserit, certum est, ei expensas necessarias subministrare debere, l. Macedoniani, C. ad Maced. & dictum fuit supra in cap. precedenti, & dicam etiam infra in cap. 12. in 2. parte; & tradit Franc. Porcell. de duob. fratr. quest. 2. num. 9. † vnde illæ expensæ non dicuntur factæ à filio, sed à patre, qui filium ad studium mittere voluit, mittendo enim filium ad studium, facit actum, sub quo comprehensæ sunt illæ expensæ: ac ideo tanquam expensæ factæ à patre non debent à filio conferri.
- 8 Et hinc infertur, quod si scholaris accipiat pecuniâ mutuo patre, ut se in studio alat, cesset Senat. Cof. Maced. l. sed Iulianus, §. proinde, ff. ad Maced. l. Macedoniani, C. eod. † id tamen declaratur procedere, vsq; ad illam quantitatem, quam pater ipsi filio in studio existenti subministrare solebat, ut dicit rex. in d. §. proinde, quantum enim ad excessum locum haberet Senat. Conf. Rebuff. de privileg. schol. priu. 58. Dubitat tamen ibi Rebuff. † an id procedat, si filius non studeat; & distinguit, si filius sit in studio contra volun-

tatem patris, vel de eius voluntate, & si nec de eius voluntate, nec minus ipso expressè contradicente, vt per ipsum. Animaduertendum tamen puto circa secundum calum, dum tenet mutuanti non studenti non competere repetitionem, ac idèd cauere debere mercatores discipulis discipulis mutuantes: id namque falsum esse existimo, licet enim filius non studeat, donec tamen à patre in studio retinetur, ei alimenta subministrati debent, cum etiam non studentes alimentis indigeant; vnde tutus erit mutuans, donec filius de voluntate patris in studio permanferit, si enim non studet, remoueat ipsum à studio pater.

11 Secundo inferitur, quod si scholasticus viuo patre aliquod contraxerit debitum necessarium causa studij; mortuo patre de communi solui debeat, tanquam res alienum, cum enim ad illud teneretur pater, eius hæredes sunt obligati, *l. prima, C. si cer. pet. leg. 2. de hered. act. probat text. in leg. si vni, §. idem scribit, & §. Neratius, ff. fam. ercis. Bart. in l. prima, §. nec castrense, ff. de collat. bon. Rebuff. de priuil. 59. schol. priuil. 59. dummodo tamen debitum fuerit verè contractum propter studium, & ex honesta causa, vt per Rebuff. loc. cit. ex mente omnium alicuius Doctorum.*

12 Tertio inferitur, quod licet non possit esse lis inter patrem, & filium; tamen filius potest implorare officium iudicis, vt pater cogatur sibi expensas necessarias studij subministrare, Horat. Luc. de priuil. schol. priuil. 71.

Conclusio tamen supra firmata, expensas studij non esse conferendas, limitatur à Doctoribus pluribus modis, & primo à Vital. Nemaus de coll. quest. 18. 13 † respectu illius quantitatis, quam filius parce viuendo superlucratu fuisse, illa enim, dicit ipse, vt profectitia esset conferenda. Cui tamen opinioni non assentio; nam si pecunia data à patre debitam, ac ordinariam quantitatem non excederet, quod sibi reseruasset filius, non profectitium, sed aduentitium, tanquam ex sua industria proueniens, dici deberet, vt dictum fuit supra in cap. 3. & idèd tanquam aduentitium conferri non deberet.

14 Secundo limitatur, si filius pecuniam à patre sibi traditam in malos conuertat vsus, glof. & Bart. in Auth. quod locum, C. de collat. vbi etiam Bald. & Alex. Bald. in Auth. contra rogatos, C. ad Treb. Vital. Nemaus de coll. quest. 18. num. 23. videtur enim data pecunia à patre sub conditione, si nempe filius ipsam expendat pro necessitatibus studij, vnde cessante conditione, pecunia remanet in bonis patris, & censetur profectitia, filiusque de culpa tenetur, *l. prima, §. conferunt, l. 2. §. de illis, ff. de coll. bon.* & pluribus similibus probat Nemaus. loc. cit. necnon Iaf. in dist. Auth. quod locum, sub nu. 13. & docet Horat. Luc. de priuil. schol. priuil. 27. in nota limitatione: licet contrarium tenerint Cyn. in leg. p. allum, C. de coll. Fulg. & Castr. 15 in dist. Auth. quod locum. In † dubio tamen præsumitur, pecuniam fuisse expensam à scholari in causas scholasticas, vt dixit Horat. Luc. de priuil. 18. vnde asserenti contrarium incumberet onus probandi.

16 Tertio limitatur, si filius renunciauerit hæreditati paternæ, ad hoc vt expensas studij consequatur; licet enim † pactum, vt filius sit contentus sumptibus studij, non valeat, ita vt, eo non obstante, ad bona paternæ regressum habere possit, scribentes in *l. p. allum, per illum tex. C. de coll.* vbi Iaf. refert Odofr. recentem, quendam scholarem Cremonensem decepsisse patrem, renunciauit enim successioni paternæ, cum hoc vt ipsi daret tantam pecuniarum quantitatem, quantum sufficeret ad perficiendum studium, quod, sic

hortante Nouerca, quæ omnia ad proprios filios, vt mortis est, peruenire cupiebat, libentissimè fecit: & patre mortuo, hoc pacto non obstante, ad portionem hæreditatis paternæ fuit admissus, imputari tamen debent hoc casu in eius portionem omnes expensæ in studio factæ ob illam renunciationem, qua 18 stante, † non præsumitur amplius ipsas subministratas fuisse animo donandi, cum de alia causa expressè appareat, Alex. in d. Auth. quod locum, num. 10. Rip. in *l. in quartam, numer. 173. ff. ad l. Falc.* & esse communem opinionem dicit Horat. Luc. de priuil. schol. priuil. 27. vers. quinto limita, etiam contrarium aliqui tenuerint.

19 Quarto limitatur, si pater à Iudice coactus expensas filio subministraverit, Bald. in Auth. ex testamento, num. 21. C. de coll. in l. Macedoniani, nu. 3. C. ad Maced. & in d. l. prima, circa finem, ff. sol. marr. & tradunt plures, quos citat Horat. Luc. de priuil. schol. priuil. 16. in fin. Ratioque assignatur à Bald. locis citatis, quia, cum ipse tradat ex necessitate, non potest considerari liberalitas, in necessitatibus enim nemo liberalis existit; vnde cum non præsumantur datæ animo donandi, conferri debeat.

20 Quinto limitatur, si filius indoctus remanserit, vt Iaf. dicit in d. l. filia licet, sub nu. 3. C. de collat. hanc enim patris donationem existimat esse donationem ob causam, vt nempe filius efficiatur doctus, qua cessante nõ habebit locum donatio, Cum conf. 40. & docent multi, quos allegat Horat. Luc. de priuil. schol. priuil. 27. vers. decimo limita: vbi declarat, id non procedere, si pater cognoscens, filium esse parum aptum ad studium, adhuc eum ad studium miserit; de quo etiam Bald. consil. 363. lib. 5. Verum hanc limitationem non esse veram, crederem, proculdubio esse asserendum, licet enim filius doctus non euaserit; tamen sat est in studio de consensu patris steterit, ad hoc vt doctus 21 euadere procuraret: nec debet dici, † pecuniam fuisse datam à patre sub conditione, vt doctus euaderet, sed solum, vt studendo doctrinam acquireret, quantum in se esset; totis viribus curaret: quod adimpleuisse dicitur, licet fortassis ob ingenij imbecillitatem parum in litteris profecerit: nec fieri potest, quin saltem aliqua didicerit: prout voluit Menoch. de arb. casu 237. num. 32. & seqq. vbi dicit contrariam opinionem procedere posse, si expressa conditione fuerint præstita, vt filius bene studium perficeret, nec aliter, nec alio modo, & in his terminis loqui Bald. cons. 284. lib. 2. Iaf. cons. 149. lib. 4. & alios auctoritate Baldi nitentes.

22 Sexto limitatur, si filius habeat bona castrensia, vel quasi, vel bona aduentitia, Bartol. in l. prima, §. nec castrense, sub nu. 8. ff. de coll. bon. tunc enim, dicit Bartol. præsumitur, patrem dare voluisse de pecunia ipsius filij, argumento tex. in l. Nafennius, ff. de negot. gest. & cum pater sit legitimus administrator honorum filij, administratorio nomine pecuniam dedisse præsumitur, *l. cum post, §. primo, ff. de administr. tut. l. post mortem, §. tutor, ff. quand. ex fili. tut.* & tradunt alij, de quibus in cap. preced. in §. limitat. quos sequitur Mang. de Impur. quest. 32. num. 6.

Contrarium voluit Franc. Porcell. de duob. fratr. qu. 2. sub nu. 2. per tex. in l. qua pater, ff. fam. ercis. vbi probatur, expensas factas in studio pro filio emancipato intelligi donatas, & tamen fieri potest, filium emancipatum de primo habere.

23 Et certè dubia videtur hæc opinio: primo quatum ad bona castrensia, vel quasi, per tex. in l. fin. C. de dot. pyam. vbi habetur, patrem dando dotem, vel donatorem.

nem propter nuptias, donare præsumendum esset, licet possideat bona illius, cui sit donatio; unde à pari ratione idem dicendum esse videtur in expensis studij. Responder tamen Bart. in *diel. l. prima, §. nec castrense*, esse rationem differentiarum, quia ad dotem, & donationes propter nuptias pater tenetur; secus tamen est in expensis studij, ut distum fuit superius in *cap. præced.*

Sed responderi posset primo, patrem teneri ad expensas studij, saltem iudicis officio, ut in *d. c. præcedenti.*

24 Secundo responderetur, patrem teneri filiam in matrimonium collocare, & ad hoc ut id exequi valeat, obligatum esse constituere ipsi dotem. Et in istis terminis intelligendum esse *tex. in l. qui liberos, ff. de rit. nupt.* dicebat olim excellent. D. Angelus Spannochius præceptor meus in Bononiensi Gymnasio: & licet ibi dicatur, patrem teneri filias in matrimonium collocare, & dotare; attamen non sunt duæ obligationes, sed una est in gratiam alterius, tenetur enim pater dotare, quia regulariter non possunt filiae collocari in matrimonium absque dote: sed, si id facere posset pater, vel propter eius nobilitatem, vel ob mulieris pulchritudinem, vel ob aliquam aliam causam, non esse obligatum ad constituendam aliam dotem, secundum Bart. in *l. obligatum, & in Authent. res que, num. 6. C. com. de leg. S. ult. in d. l. qui liberos, num. 2.* & hanc opinionem nouissimè ex pluribus defendit Merenda *consrou. in l. lib. 3. cap. 11. contra Alex. in cons. 169. nu. 2. lib. 7. & in lib. primo, n. 31. ff. solut. matrim.* ubi etiam late Barbol. *part. 4. n. 27. de quo etiam infra part. 3. cap. 3. num. 8.* unde in filia habente bona propria, secundum hanc interpretationem, cessaret ratio differentiarum per Bart. considerata.

25 Tertio responderetur, quod licet pater ad dotandum esset obligatus præcisè, non teneretur tamen facere donationes propter nuptias, & tamen in donationibus propter nuptias eadem currit præsumptio donationis, ut in *diel. leg. fin. C. de dot. prom.* ergo idem dicendum est in expensis studij, licet ad eas præcisè pater non teneatur.

26 Sed vno verbo his omnibus replicari potest, non valere argumentum de dote ad causam studij, cum dos magis priuilegiata repetatur, scribentes in *d. l. prima, ff. solut. matrim.* stante præcipuè communi opinione, patrem teneri præcisè ad dotandum, non autem ad mittendam filium ad studium.

27 Et magis dubia hæc sexta limitatio videtur, quantum ad bona aduenticia, ut post Surd. Castr. & alios tenet Mangil. *de Imputat. quest. 32. num. 6. 7. & 11.* quam sequitur Merlinus *de legitima, lib. 2. tit. 2. quest. 22. n. 14.* nam primo filius non potest ali ex fructibus bonorum aduentitiorum, cum spectent ad patrem, *l. cum oportet, C. de bon. q. lib.* nec minus ex proprietate, cum proprietas ob usum fructum patris non possit alienari, ut dictum fuit superius in *ca. 3.* Quare viuente patre idem est, ac si nil prorsus haberet, ac propterea non videtur recedendum à regula, expensas studij donatas præsumi. Nisi tamen diceretur, limitationem procedere, si apparet aliunde, patrem noluisse donare, quo casu tempore, quo aduentitia per mortem patris venient restituenda, ex ipsis expensæ studij detrahi deberent.

28 Nec verum esse existimo, quod in argumentum adducunt multi ex mente Dec. in *consil. 616. nu. 4.* existimantis, patrem posse repetere expensas factas in curandis filiis habentibus bona materna; si eas fecisse animo compenlandi apparet: cum enim pater teneatur filio alimenta subministrare, tenetur etiam ad medicamenta, cum appellatione alimentorum Medici,

& Medicinæ contineantur, Bart. in *l. legatus, ff. de alim. & cib. leg. l. si cum dotem, §. fin. autem*, ubi alij scribentes, *ff. solut. matrim.* & communis est opinio, ut dixit Dec. in *l. de alimentis, nu. 3. C. de transact.* siue alimenta debeantur iure sanguinis, siue alio iure, Cord. in *l. si quis à liberis, §. non tantum, nu. 28. ff. de lib. agnosce.* † nec debet fieri differentia, an expensa modica sit, vel maxima, filiis enim debentur medicinæ etiam maximi valoris, licet his, qui alimentari debent, quia operantur, paruz solum præstari debeant, ut declarat Bart. in *d. l. legatus*, cuius distinctionem approbat Cord. *loc. cit. num. 29.*

30 Nisi tamen diceremus, opinionem Dec. procedere, si filius eius culpa in aliquam incideret infirmitatem, iuxta ea, de quibus infra in *secunda parte, cap. 30. num. 22.*

31 Septimo, & vltimo limitatur, si appareat de voluntate patris volentis expensas studij esse conferendas, de qua voluntate, & expressè, & tacitè apparere potest. Expressè, si id pater in testamento, vel in aliqua alia scriptura declarauerit, *l. si quando, §. fin. C. de inoff. testamento, l. pen. in fin. C. de collat.* Nec dicatur, declarationem esse post ius quæsitum, nam filio non potest firmiter dici ius quæsitum, donec de voluntate patris non appareat, Buttr. *conf. 38. sub num. 5.* Tacitè autem,

32 † si pater in libro rationum illas expensas scripserit, Buttr. *diel. conf. 38. sub num. 5.* & allegat *tex. in l. Nescimus, ff. de negot. gest. Paul. de Castr. consil. 242. circa medium, lib. 2. Crau. conf. 125. Port. in §. primo, sub num. 11. Inst. per quas pers. nobis acq.* requiritur tamen, descriptionem ita factam, ut ex ipsa argui possit, patrem noluisse donare; fieri namque posset alius uisus descriptas, solum ad hoc ut pater scire posset, quam

33 nam quantitatem pro filio expenderet. † Addit etiam notabiliter Port. quod quotiescumque filius tenetur restituere impensas studij, id intelligi debet solum respectu illius quantitatis, quam domi manendo, non expendisset.

#### SVMARIVM.

- 1 Libri pro filio à patre empti, an debeant conferri, & per totum.
- 2 Bart. distinctio in hac questione, num. 2.
- 3 Librorum præsumpta donatio facta filio à patre, an sit donatio simplex, vel ob causam, & an hac causa duret etiam post mortem patris, num. 5.
- 4 Donationem ob causam conferri, quando sit verum.
- 6 Pater licet teneatur emere libros pro filio in studio retento, eos tamen donare non tenetur, de quo, & nu. 14.
- 7 Libri in dubio fauore studij intelliguntur donati.
- 8 Libros datos filio à patre non esse conferendos, communis est sententia, & num. 17. duo tamen sunt necessaria, ut num. 18. & 20. limitatur nonnullis modis remissimè, num. 25.
- 9 L. que pater, la 2. ff. fam. et al. inducitur.
- 10 Scholares etiam dicuntur habere peculium quasi castrense.
- 11 Qui vult antecedens, vult etiam necessarium consequens.
- 12 Libri equiparantur armis militum.
- 13 Data filio à patre occasione dignitatis acquirenda non conferuntur.
- 15 Donationes simplices morte confirmata, non conferuntur.
- 16 Libri intelliguntur filiis donati, alia verò res in peculium concessa.
- 19 Pecunia data filio causa emendi libros non conferitur; nisi tamen in malos vsus fueris conuersa, num. 21.
- 20 Pecunia destinata in emptionem rei, vi res illa iudicatur.



- 21 Libri empti à matre, non conferuntur.
- 22 Emancipatus libros non confert.
- 24 Libri non conferuntur, etiam stante statuto, equalitatem seruandam esse inter filios.
- 27 Libri non intelliguntur à patre filiis donati, si vsus fuerit verbo, concedo.
- 28 Libri conferuntur, si cum hac conditione fuerint prius alii filiis dati.
- 29 Libri conferuntur, si de ipsis filiorum rationem reddere promiserit.
- 30 Libri ultra numerum conueniente conferuntur.
- 31 Libri conferuntur, si hanc esse patris mentem appareat: & tacite de voluntate paterna quo modo apparere possit, nu. 42.
- 33 Libri conferuntur, si aliter maxima sequeretur inaequalitas inter fratres.
- 34 Inaequalitatem inter fratres non admittere maximè expedit.
- 35 Inaequalitatem inter fratres resultare, vel non, iudicis arbitrio relinquitur.
- 36 Frater, qui tenetur libros conferre, pretium tradendo liberatur.
- 37 Arma militibus, Doctores libris, Clerico Breuiarium non est auferendum.
- 38 Libri debent assignari secundum valorem, tempore mortis patris.

## De libris à patre pro filiis emptis.

## CAP. XXVII.

IN superiori capitulo vidimus in genere de expensis studij, nunc magis in specie videndum est de libris, in quibus maior est dubitatio, an veniant conferendi: cessat enim in ipsis illa ratio superius considerata, expensis non esse conferendas, vt consumptas absque villo dolo, seu culpa filij, Bar. in leg. prima, §. nec castrense, nu. 2. ff. de collat. bon. distinguit, aut pater emit libros nomine filij, sed non tradidit, aut emit, & insuper tradidit. Primo casu sunt conferendi, seu dicamus inter fratres post mortem patris diuidendi, cum ante traditionem proprii ipsius patris remanserint, l. prima, C. de Castrense pecul. li. 12. ad hoc enim, vt donatio in patre praesumi possit, necessaria est traditio, l. 2. si quis, & leg. si filius, C. de donat. inter virum, & vxor. ¶ Secundo vero casu subdistinguit Bar. aut filius tempore traditionis est Doctor, & conferri non debet, cum peculium quasi castrense censentur, l. prima, C. de Castrense pecul. Si vero non est Doctor, iterum subdistinguit, aut esset in vita patris, & idem est, ac si fuisset Doctor à principio; aut Doctor non euadit in vita ipsius patris, & tunc existimatur, hanc librorum donationem connumerandam esse inter simplices donationes, quae morte confirmantur.

3 Dissentit tamen in hoc ultimo capite Alex. in l. si donatione, sub num. 21. C. de coll. existimans imò, hanc esse donationem ob causam, factam nempe ob causam studij, ac propterea videri secundum alios conferendam, vt aliae donationes factae ob causam. Illationi tamen respondet primo, huic donationi magis ius fauore, quam aliis donationibus ob causam factis, l. qua pater, ff. famil. ereise. l. ut liberis, C. de coll. ¶ Secundo respondet Alex. illam donationem ob causam conferri, quae acquiritur filio in vita patris, l. Porcipens, ff. famil. ereise. Auth. sed quamuis, C. de rei vxor. act. & notatur in l. 2. C. de inoff. testamento: sed hae donatio filio non acquiritur in vita patris, cum sit incapax peculij quasi castrensis; unde cum acquiritur solum post mortem, non est

mirum non conferri, l. ea demum, C. de coll. idem sequitur Dec. ibid. sub nu. 4. & Is. in l. filia licet, sub n. 7. C. de coll. quam sententiam appellat communem Cuman. conf. 40. dicens propterea ab ea non esse recedendum. ¶ Alij sunt, qui dicunt esse donationem ob causam, sed ob causam studij, quae causa durat etiam post mortem patris, ac propterea à filio non possunt libri auocari, leg. si filia, §. Neratius, ff. de collat. bonor.

6 Secunda in propozita quaestione fuit Bald. opinio in l. Macedonians, nu. 3. C. ad. Maced. imò libros omni casu esse conferendos, nam licet pater teneatur emere libros pro filio, quem ad studium misit, Rebuff. de priuileg. schol. priuileg. 60. num. 12. Duen. reg. 8. num. 1. & reg. 213. in fine, plures citat Mangil. de Imput. quast. 31. nu. 2. eos tamen donare non tenetur, vt dixit Castren. conf. 242. circa mediū, lib. 2. & tradit Menoch. de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 30. num. 23. & seqq.

7 Tertia principalis fuit opinio, quod imò libri intelligantur donati à principio fauore studij, & quod talis donatio eadem ratione reuocari non possit, nisi tamen in contrarium adesset coniectura, ex quibus argui posset, patrem tantummodo commodare, non autem donare voluisse, ac propterea in dubio ad coniecturas esse recurrendum. Bald. in dist. filia, C. famul. ereise. Paul. de Castr. in dist. consil. 242. Bald. consil. 363. lib. 3. in quam sententiam illis inclinare videntur, quos allegat Rebuff. de priuileg. schol. priuileg. 55. Horat. Luc. de priuileg. schol. priuileg. 27. & Menoch. in d. praesumpt. 30. num. 16.

8 Ex quibus satis aperte apparet in hoc omnes concurrere, libros non esse regulariter conferendos, & solum est aliqua differentia, an non conferantur, tanquam simpliciter donati, ita vt haec donatio tanquam morte confirmata non veniat in collatione, vel potius non conferantur tanquam donati causa studij, quae causa sit sufficiens ad excludendam collationem.

Horat. Luc. loc. cit. existimat, secundam opinionem esse veritatem, licet prima videatur communior. Quae secunda opinio probatur primo per text. in l. qua pater, l. 2. ff. famil. ereise. vbi habetur, quod si ea, quae pater dedit filio eunti ad studium non veniant in diuisionem, nisi animo credendi ea dederit, & text. fundat. de collationem in causa studij, non autem in eo, quod traditio dicatur donatio simplex, quae vti morte confirmata, non debeat conferri. Et licet Bald. ex mente Gal. in d. l. filia, C. famil. ereise. dicat illum text. loqui de expensis consumptis, non autem de libris, qui existunt: tamen haec videtur expressa diuinatione.

10 Secundo pro eadem opinione facit, quod et à scholares dicuntur habere peculium quasi castrense, vt docet Hora. Luc. de priuileg. schol. priuileg. 6. & peculium quasi castrense non conferitur, leg. prima, §. nec castrense, ff. de collat. bonor. ex quo collitur ratio Bar. asserentis, scholares non esse capaces peculij quasi castrensis.

11 Tertio ex Hora. Luc. dist. priuileg. 27. sic argumentari potest, qui vult antecedens, vult etiam necessariū consequens, l. ad legatum, ff. de procur. vnde cum velit pater filium literis incumbere, dicendum est, velle etiam, vt libros habeat. Verum huius argumenti responderi potest; imò non sequi, vt libri principaliter esse debeant ipsius filij, fieri namque potest, vt eos pater ad vsum solum dare voluerit, vt per Menoch. in dist. praesumpt. 30. num. 23.

12 Quarto, libri equiparati solent armis militum, glo. in l. nepot. Proculo, ff. de verb. signific. sed arma non conferuntur tanquam peculium castrense, l. filia licet, C. de collat. ergo nec libri conferri debent.

13 Quinto data filio à patre occasione dignitatis ac-

- quitendæ non veniunt in collatione, *l. prima, §. sed an id, ff. de collat. bonor.* sed libri dantur filiis occasione dignitatis acquirendæ, ergo, &c.
- 14 Sexto facit, quod pater tenetur emere libros filio cuncti ad studium, vt per scribentes, *in d. leg. Macedoniani*, ergo videntur ipsius esse præcipui, cum pro ipso fuerint non solum empti, sed etiam traditi.
- 15 Septimo si aliter diceremus, in hoc nulla esset specialitas fauore studij, cum etiam in alijs casibus donationes simplices, tanquam morte confirmatæ, conferendæ non veniant: nisi tamen diceremus, specialitatem in hoc consistere, ¶ vt traditio librorum præsumatur simplex donatio, quæ postea morte confirmatur, non alix res potius in peculium datæ censeantur, vt per scribentes *in leg. si donatione, C. de collat. Vital. Neamus de collat. quest. 3. Menoch. de arbitr. casu 88. n. 5. & latius in d. præsumpt. 30. lib. 3.*
- 17 Sed, vel sic donatio simplex, ita vt non veniat conferenda tanquam morte confirmata, vel donatio ob causam studij, quæ causa id operetur ob eius fauorem, vel quia causa per mortem patris non finitur, sat est, libros non esse conferendos, tam si fuerint dati Doctoribus, quam scholasticis, vel licentiatis, Horat. Luc. *in d. l. privileg. 27. in 8. & 9. limitatione, Rebuff. in d. l. privileg. 55. Iacob. Ben. de privileg. Doctor. privileg. 88. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 30. Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 14. nu. 8. tom. 2. Gratian. discipul. Forens. cap. 50. lib. 1. Merlin. de legitima, li. 2. tit. 2. quest. 22. num. 15. & 21.*
- 18 Duo tamen concurrere debent, primo, quod fuerint empti pro filio: secundo, vt fuerint traditi; nec vnum sine altero sufficit, vt omnes supracitati Doctores admittunt, vt per Menoch. *in d. l. præsumpt. 30. num. 21. 22. & seqq. & sic distinguere videtur Mangil. de Imputat. quest. 30. num. 9. & 15.* licet secus asserat, si filius nondum effectus fuerit Doctor, vt num. 18. existimans scholarem non posse habere peculium castrense, quod tamen Horatius Lucius, & alij improbant vt supra num. 10.
- 19 Quæ conclusio ampliatur, vt non solum procedat in libris, sed etiam in pecunia data causa emendi libros, quæ pariter donata præsumitur. Cum. *consil. 40. Dec. in leg. si donatione, circa finem, C. de coll. Menoch. in d. l. præsumpt. 30. num. 17. Rebuff. d. l. privileg. 55. nu. 5. Horat. Luc. loco citato, vers. quarto amplia.* Et regulare est, ¶ pecuniam destinatam in emptionem rei iudicari, prout est res illa, quæ emi debebat, *leg. quid ergo, §. versus, ff. de contra. & util. action. tutel. Roman. sing. 104. incip. Tu habes. C. rem. sing. 60. incipit pecunia. Alex. & Iac. in l. prima, §. si sit quæsitum, ff. ad Trab. Horat. Luc. & Rebuff. locis citatis, Mantica loco pariter citato, Menoch. de arbitr. casu 131. n. 1. & in d. præsumpt. 30. num. 17. lib. 3. alios citat Merlin. loc. cit. num. 20.*
- 21 Quod tamen declaratur, vt non procedat, si filius in malos vsus illam pecuniam conuertat, iuxta ea, quæ dicta fuerunt superius *in cap. præced. in 2. limit.*
- 22 Secundo ampliatur in libris emptis à matre, Cum. *in d. l. conf. 40. Horat. Luc. loco citato, Iacob. Ben. loco pariter superius citato, num. 4.*
- 23 Tertio ampliatur, tam in filio in potestate existenti, quam in emancipato, per tex. *in l. qua pater, la. 2. ff. fam. ereise.* Horat. Luc. *in sepè citato tracl. privileg. 29.* imò etiam in extraneo eandem præsumptionem procedere, dixit *in privileg. 18. Mich. de Grass. in §. legitima, quest. 28. Merlin. in d. quest. 22. num. 32.*
- 24 Quarto ampliatur, etiam si statutum adsit, vt pater inter filios æqualitatem seruare debeat. Menoch. post Alciat. & alios *in d. l. præsumpt. 30. sub numer. 17.*
- vers. extenditur. Mangil. de Imputat. quest. 30. num. 46. Merlin. loc. cit. num. 19.*
- Nonnullæ aliæ ampliaciones, de quibus per Horat. Luc. Rebuff. & Ben. locis citatis, nõ sunt ampliaciones ad regulam, quas propterea consulto omitto, præcipuè cum de ipsis suis locis agatur: Et si quis cuperet nonnullas alias videre declarationes, legat Merlin. *in d. quest. 22. à num. 18. vsque ad num. 32.*
- 25 Modo sic posita, declarata, ac ampliata supradicta conclusio, venit etiam nonnullis modis limitanda. Et primo, vt *in cap. præcedenti, in tertia limitatione. Secundo, vt in eodem cap. in quarta limitatione. Tertio, vt in quinta limitatione eiusdem capituli. Quarto, vt in sexta limitatione capituli prædicti, de qua quarta limitatione aliqua per Menoch. in d. l. præsumpt. 30. num. 18. & 19.*
- 26 Quinto limitatur, si libri fuerint, empti sed non traditi, ad præsumendam enim donationem requiritur traditio: Glof. Bart. Bald. Castr. & alij *in d. l. filia, cuius, C. sum. ereise.* idem voluit Bart. *in d. l. 1. §. nec castrense, ff. de castrenf. pecul. Horat. Luc. d. privileg. 55. vers. primo limita. Menoch. in d. præsumpt. 30. nu. 22. & dictum fuit supra num. 18.*
- 27 Sexto limitatur, si pater dixisset filio, libros tibi cõcedo, hinc enim non diceretur donasse, vt voluit Saly. *in d. leg. filia, cuius, num. 26.* vbi plura ponit exempla de similibus verbis, ex quibus non arguitur donatio, de quibus etiam per Florian. *in d. l. qua pater, nu. 8. & Horat. Luc. loc. cit. vers. tertio limita.*
- 28 Septimo limitatur, si antea libri fuissent alio filio traditi cum conditione, vt conferrì deberent; cum eadem enim conditione censeari deberent, dati etiam secundo filio. Bart. *in leg. Cato, in princip. ff. de aliment. & cibari. leg. Iac. in d. l. filia, licet, sub num. 3. de collat. Horat. Luc. loco citato, vers. quarto limita.*
- 29 Octauo limitatur, si de ipsis rationem reddere promississet filius, vt consuluit Saly. *conf. 125. quem sequitur Horat. Luc. loc. cit. vers. decimo tertio limita.*
- 30 Nono limitatur, si librorum numerus excederet numerum Doctori conuenientem, secundum Ruin. *conf. 101. sub num. 12. lib. 1. per notata per Ang. in d. l. filia, licet;* Verum difficulter dici posset, libros conuenientem numerum excedere, dummodo non essent diuersæ professionis.
- 31 Decimo, & vltimo limitatur, si de contraria voluntate patris apparet, de qua voluntate & expressè, & tacitè constare posset. Expressè, si vel in testamento, vel in aliqua alia scriptura id declarasset pater, *l. pen. in fi. C. de collat. & dictum fuit superius in cap. præced. in 32. septima limitatione. ¶ Tacitè, si librorum impensam adnocauerit, de quo pariter supra in cap. præced. in d. septima limitatione: si eos nomine filij, & pro filio nõ emerit, vt supra nu. 18. & si coactè eos emerit, de quo in cap. præced. in quarta limitatione: ¶ vel si ex hoc maxima sequeretur inæqualitas inter fratres, ad tex. in leg. vt literis, & in leg. pen. C. de collat. Et in istis terminis loquitur Paul. de Castr. in d. l. si donatione, C. de collat. Bald. in leg. prima, ff. solut. matrimon. & in conf. 364. lib. 3. an igitur pater esset diues, an libri magni valoris præcipuè esset attendendum: Port. in §. primo, nu. 10. Instit. per quas per f. nobis acq. & in dubio recurrendum esse ad coniecturas, dixit Bald. in d. l. conf. 364. easque eliciendas esse ex facultatibus patris, ex pretio, & valore librorum, & ex numero filiorum; non esset enim præsumenda donatio, si filij multi essent, libri maximi valoris, & facultates paræ. Iacob. de Alex. Old. Bald. Paul. de Castr. & alij scribentes in d. l. leg. filia, cuius; facit tex. in leg. quæsitum, §. sed & ipsa, ff. de fund. instrum.*

instruēt. in leg. filia pater, ff. de leg. 3. & in l. virum, ff. de do-  
nat. inter virum, & uxorem, C. lxx. in dicit. consil. 242. lib.  
2. Butt. in dicit. consil. 38. Rip. in leg. in quartam, num.  
34 175. ff. ad leg. Falcid. † Expedi enim magnam inæ-  
qualitatem non admittit, ne detur causa altercationum  
inter fratres, leg. cum oportet, §. cum autem, C. de  
bon. 9. lib. inter quos pax, & concordia esse debet, leg.  
fratres, & leg. de fideicommissis, C. de transact. can. sus-  
sum est, 23. quest. 3. de quo multa videri possunt in  
tertia parte, capit. primo; si enim hæreditas esset par-  
ua, ita vt libri eius partem absorberent, vehemens  
ocietur suspicio, patrem noluisse donare, vt per  
Rebuff. de priuileg. Scholarium, dicto priuileg. 55. Me-  
noch. dicta præsumpt. 30. sub num. 20.

35 Et an, & quando dicatur maximam inæqualitatem  
resultare, relinquitur arbitrio Iudicis. Dec. in dicit. leg.  
si donatione, num. 41. & seqq. Horat. Luc. dicit. priuileg.  
27. versicul. decimo declara: & quænam inæqualitas  
requiratur ad præsumendam donationem, post alios  
declarat Menoch. de arbitr. casu 131. & plures citat,  
inter quos Tiraquel. de iur. primog. quest. 4. num. 3. vbi  
multa de æqualitate inter fratres seruanda cumulat.  
Alias limitationes ponit Merlin. de legitima, dicit.  
quest. 22. num. 33. & seqq.

36 Vnum pro complemento istius capit. non omit-  
tam, quod in omnibus illis casibus, in quibus filius  
teneretur liberos cum fratribus communicare, esset li-  
beratus tradendo eorum æstimationem. Vital. Nema-  
us. de collat. quest. 18. in fin. Bald. in leg. Macedo-  
niani, C. ad Macedon. Rip. in leg. in quartam, num.  
176. ff. ad leg. Falcid. Cagnol. in dicit. leg. si emancipati,  
num. 37. C. de collat. † quemadmodum enim arma  
militibus aufertur non debent, sic etiam libri à Docto-  
ribus, & scholaribus non sunt auferendi, glos. fin. in  
leg. nepos Proculo, ff. de verborum significat. prout nec  
Breviarium clerico. Bald. in rubric. C. qui bon. ced.  
pen. Et tradit Horat. Luc. de priuileg. scholar. priuileg.  
30. Gratian. discept. Forens. cap. 254. num. 51. Caroc. de  
oblat. part. 2. quest. 41. Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 2.

38 quest. 22. num. 53. † Ipsorum autem librorum æstima-  
tio non debet fieri secundum id, quo empti fuerit, sed  
secundum eorum valorem tempore mortis patris, li-  
cet enim donati non intelligantur, ipsorum tamen  
vltus dicitur omni casu concessus, vt scribentes in  
leg. omni modo, §. imputari, C. de inoffic. testamento:  
de quo Horat. Luc. loco proxime citato, & Rebuff. tra-  
dit. in dicit. priuileg. 57.

## SVM MARIVM.

- 1 Expensa facta in nuptiis an veniant in collatione.
- 2 Frater non potest petere, vt post mortem patris fiant de  
communi expensa nuptiarum, prout pro alio fratre, vi-  
uente patre facta fuerit.
- 3 Vestes, & iocalia an veniant in collatione, ponitur distin-  
ctio.
- 4 Vestes, & iocalia veniunt in collatione talia, qualia  
sunt.
- 5 Donatio facta sponse à sponso quomodo facta intelliga-  
tur: Et quid in marito donante uxori, num. 6.
- 7 Sponsus, qua mittit sponse non intelligitur, donare; etiam  
si nuntius vsus fuerit verbis donationem importanti-  
bus.
- 8 Vestimenta mulierum, que modernis abusibus introduxit,  
non intelliguntur uxori donata, prout nec margarite,  
nec lapides pretiosi, num. 9. Et quid in nobilibus,  
ac diuitibus, nu. 10. & quid stante consuetudine, n. 15.
- 11 Vestimenta mulierum, que dicantur, festiua, & que quo-  
tidiana Iudicis arbitrio relinquitur.

12 Sponsus potest sponsa donare, & secuta traditione dona-  
tio mortis confirmatur, num. 13.

14 L. adipiscendæ, ff. de donat. inter vir. & uxorem, quo-  
modo intelligatur.

16 Donatio reciproca inter sponsum, & sponfam valet.

17 Donatio facta à viro ignobili uxori nobili, vel à sene v-  
xori iuueni valet.

18 Vestes quotidiana intelliguntur donata tam à sponso,  
quam marito.

19 Annuli dati sponse an intelligantur donati.

20 Falcidia non detrahatur ex vestibus, & iocalibus festiuis  
uxori legatis, vbi de rationibus.

21 Sponsus an possit repetere data uxori ad vsum duranti  
matrimonio, & quid in socero, num. 23.

22 Creditor mariti an possit executionem facere super  
iocalibus uxoris.

De expensis factis in nuptiis, &  
earum occasione.

## CAP. XXVIII.

1 **E**Xpensas factas in nuptiis filiorum, vel filiarum in  
collationem non venire, dixit Bald. in Authent. ex  
testamento, num. 25. C. de collat. cum eas facere ad pa-  
trem pertineat, leg. & qui originem, ff. de mun. & honor.  
quod patiter probat Batt. in l. prima, §. nec castrense,  
2 sub n. 9. C. de coll. † ac idèd si alter frater post mortem  
patris easdem expensas pro se fieri de communi præ-  
tenderet, non esset audiendus, vt docet Vital. Nema-  
us. de coll. quest. 12. Paul. de Castr. conf. 242. lib. 2. ni-  
si ramen aliter per patrem fuisset dispositum.

Quod tamen fac intelligas in expensis, que tempo-  
re nuptiarum consumuntur, in conuiujs, ac alijs re-  
bus similibus: non autem in expensis factis in emèdis  
vestibus, iocalibus, ac alijs rebus permanètib; circa  
quas, prius videndum est, an intelligantur dona-  
tæ, & donatæ namque non veniunt in collatione; secus autè,  
si solum ad vsum fuerint traditæ. † In quo est distin-  
ctio Bartol. in dicit. §. nec castrense. Quod, aut loquimur  
de vestibus vilibus, & ad vsum quotidianum accom-  
modatis, & donatæ præsumuntur, & ideo non ve-  
niunt in collatione, valet enim à principio donatio  
inter sponsum, & sponfam, vel socerum, & sponfam,  
leg. ex annuo in princip. ff. de donat. inter virum, & uxor.  
leg. si usufructus, §. fin. ad leg. Falcid. l. peculium ff. de pec-  
cul. Rom. conf. 146. num. 1. de quo infra ad propositum  
nonnulla alia dicentur.

4 Aut verò loquimur de alijs vestibus, & ornamentis  
pretiosis, & festiuis, & talia, qualia sunt, veniunt in  
collatione, ratio ab omnibus adducitur, quia hæc in  
dubio non præsumuntur donata, sed ad vsum tantum  
concessa, & ad hoc, vt sponfa magis ornata ad spon-  
sum accedat, vt per Surd. in decis. 166. nu. 4. vbi plures  
allegat attestantes, hanc esse communem opinionem;  
& receptam Doctorum distinctionem, & sequitur  
Rot. in decis. 113. num. 5. recent. part. prima, vbi num. 6. id  
rationibus probat, & plures adducit, qui pariter de  
communi testantur, & late probat Honded. conf. 30.  
ferè per totum lib. 2. Cytac. controuerf. Forens. lib. 1. con-  
trouerf. 110. vbi plures alios allegat.

6 Quam conclusionem procedere dicunt tam in da-  
tis à sponso sponse, quam à marito uxori, vt per Rot.  
in decis. 474. num. 2. apud Ludou. & in dicit. decis. 113.  
vbi reprobat nonnullorum sententia, distinguere  
volentium inter res, quas sponso mittit sponse, &  
cas, quas maritus dat uxori: & allegat tex. in leg. bon  
legatum, in fin. de leg. 3. vbi dicitur, quod paria sunt,

quod talia tradantur sponsæ ante matrimonium, vel uxori contracto iam matrimonio, cum utroque casu censentur solum ad usum data: idem sequitur Hodierna in *addit. ad d. decis. 166. Surd. num. 2.* & probat Gratian. *discept. Forens. cap. 189. num. 14.*

Et hæc conclusio communiter recepta, & à Doctõribus intellecta, tam in donatis à sponso de bonis propriis, quam de bonis patris cum eius consensu, vel ab ipso met loco, nonnullis modis ampliatur, & limitatur. † Ampliatur, primo, etiam si nuntius missus à sponso dicat sponsus vestes hæc vobis donat: vt docet Honded. in *consil. 30. num. 28. & seqq. lib. 2.* vel aliis utatur verbis, quæ de per se donationem importare videantur, vt dixit Rot. in *diel. decisione 113. num. 10.* verba enim impropriantur secundum subjectum materiam; & sic dicitur facta donatio, sed ad usum tantum, vt per Rot. *loco citato, num. 11. Surd. in diel. decis. 166. num. 26.* & sequitur Hodierna in *diel. additione, num. tertio*, quod procedere dicit Sanchez de *matrimon. lib. 6. disputat. 23. num. 9. & 19.* etiam in donatis in faciem Ecclesiæ: & tradunt plures alij, quos citat Cysiac. *controuers. Forens. lib. 1. controuers. 120. num. 36. & seqq.* licet ipse in casu suo existimet, non esse recedendum à proprietate verborum: Verum in proposito, verba, quibus utuntur sponsi, sunt potius officiosa, quam obligatoria, & vt dici solet, de complemento: ac idè secundum communem opinionem non crederent in ipsis aliquam posse fieri vim, nisi ulterius de mente sponsi, donare volentis appareret.

8 At propterea absolute Bald. in *capit. surauit, da probat.* dixit vestimenta, quæ modernus abusus induxit, non censi donata, prout nec Margaritæ, nec alij lapides pretiosi, non est enim præsumendum, sponsam, ac locerum malè sua substantia vti velle, vt per Felyn. in *diel. capit. surauit:* eandem sententiam secutus fuit Bartol. in *leg. si mulier, §. cui, ff. solut. matrim. & in leg. si vt certo, §. interdum, ff. commod.* vbi dicit,

9 notandum esse, † coronas, burfas, & res similes, quas sponsus mittere solet sponsæ, non intelligi donatas, sed solum ad usum præstitas: ac idè post mortem viri non remanere apud uxorem, sed hæredibus viri esse restituendas, & de vestibus pretiosis consuluit Laf. in *consil. 65. num. 3. lib. 1.* & de annulis, torquibus, moniliis, & aliis similibus ornamentis, Ciof. *consil. 11. num. 29.* prout pariter si decederet vxor, marito essent restituendæ. Rebuff. in *leg. vestes, ff. de verborum significat.* & post August. Castr. Alexand. Fulgol. Butr. Roman. Corn. Authent. & alios de communi testatur Rol. *consil. 10. num. 12. lib. 1.* quibus alios addit Menoch. *de arbit. casu 218. num. 3.* & de communi pariter Non. *consil. 91. num. 2.* plenè per Virill. ad Afflict. *decis. 315. num. 1.* & docent Ioan. de Amicis *consil. 58. num. 9.* Porcellin. *de duobus fratribus, parte 2. num. 58.* Nemaus *de collat. quest. 11.* Ioan. Lup. in *rubric. de donat. inter virum, & uxorem, §. 6. num. 5. & 9.* Campeg. *de dote, quest. 55.* nonnulla Mascard. *de probat. conclus. 564. num. 1.*

10 Secundo ampliatur, etiam si finis in personis nobilibus: licet enim in ipsis dicat Surd. in *diel. decis. 166. num. 31.* non distingui, an res sint pretiosæ, vel viles, attamen sola nobilitas in hoc non operatur, vt dicit Rot. in *diel. decis. 113.* & alij ibi allegati, nisi ulterius concutiant maximæ diuitiæ, & sequitur Hodierna in *diel. additione, sub num. 2.* & magnæ sint dotes, ita vt amplitudo fructuum ipsarum dotium id patiatur, vt per Gratian. in *diel. cap. 189. num. 15.* Et in his pariter terminis loquitur ipsemet Surd. qui loquitur de magna nobilitate, vt si sponsus sit de sedili Capua-

no; & quod etiam dos sit magna: ita vt de facili argui possit donatio, in quo, vt dixit Rot. in *diel. decis. 113.* maximè versatur Iudicis arbitrium: Nobilitas enim, & diuitiæ possunt benè inducere differentiam inter iocalia, & vestes pretiosas, hoc est, vt nobilium, & diuitum vestes, ac iocalia reputentur quotidiana, quæ in aliis essent festiua, non autem quod apud ipsos verè festiua intelligantur donata.

11 † Et an vestes, & alia ornamenta dicantur festiua, vel quotidiana, vt dixi, Iudicis arbitrio remittitur, vt post alios dixit Menoch. *de arbitra. casu 218. num. 5.* qui prudens Iudex loci consuetudinem, mores Ciuitatis, dotis quantitatem, sponsi diuitias, personarum nobilitatem, & conditionem considerare debet, vt per Bald. in *diel. capit. surauit*, Menoch. *loco citato, & alios supra citatos.* Aliquæ enim mulieres inter vestes pretiosas, & iocalia festiua non habebant vestes sericas, annulos aureos, paruos torques, & similia, quibus quotidie vtuntur, vt vxores Principum, & aliorum opulentissimorum virosum: Aliæ verò his raro, & festiuis tantum diebus vtuntur: unde Iudex his omnibus pensatis, iudicabit, quæ ornamenta debeat dici pretiosa, ac festiua, quæ quotidiana, de quo etiam Mascard. *conclus. 564. num. 4.* & latè profequitur Cysiac. *controuers. Forens. lib. primo, controuers. 120. numero 54. & sequentibus,* vbi facit differentiam in hoc inter vxores nobilissimorum, & titulorum, ac aliarum personarum priuatarum, vt per ipsum *loco citato, nonon num. 69.*

12 Limitatur modò conclusio supra firmata *nu. 4. & seqq.* Si verè constet, sponsum voluisse donare: Gratian. *disceptation. Forens. cap. 189. num. 10.* vbi dicit, quod, quando apparet de animo donanti, non fit distinctio, an donata sint pretiosa, vel non, cum utroque casu valet donatio: Surd. in *diel. decis. 166. num. 24.* Rot. in *diel. decis. 113. num. 1.* Cysiac. in *diel. controuers. 120. num. 34.* vbi plures allegat. † Licet enim regulariter non valeat donatio inter virum, & uxorem; secuta tamen traditio, donatio morte confirmatur, *leg. donationes, quas parentes, ff. de donat. inter virum, & uxorem,* nisi tamen durante matrimonio illa donatio expressè, vel tacitè fuerit reuocata, *leg. cum hic status, & leg. si donori, ff. solut. matrim.*

13 Roman. *diel. consil. 146.* Cui tamen non assentio, dum subiungit, hanc donationem, valere à principio, nec indigere mortis confirmatione ad text. in *leg. nuper, & in leg. quod adipiscende, ff. de donat. inter virum, & uxorem.* Quibus in iuribus probatur, † donationem inter virum, & uxorem honoris causa valere: nam id sibi locum vendicat, si donatio fuerit facta pro adipiscendo aliquo honore, dignitate, vel gradu, vt in *diel. leg. quod adipiscende:* quæ cessant in vestimentis pretiosis mulierum; quæ ipsis aliquam dignitatem non tribuunt, sed potius deseruire possunt ad ostendendam earum vanitatem.

15 Secundo limitatur, si consuetudo adsit, vt res data à sponso intelligantur sponsæ donatæ: licet enim Afflict. in *diel. decis. 315. num. 11.* asserat non valere hanc consuetudinem, attamen communis opinio est in contrarium, vt post Doctores, quos allegat testatur Gratian. *disceptat. Forens. cap. 189. num. 10. & 21.* non sufficeret tamen probare consuetudinem dandi, & mittendi iocalia sponsæ, id namque intelligeretur ad terminos iuris; & sic data fuisse ad usum: sed insuper probare esset opus, consuetudinem esse, vt illa iocalia intelligantur donata, vt per Gratian. in *diel. cap. 189. num. 23. & seqq.* & docet Surd. in *diel. decis. 166. num. 31. & seqq.* Menoch. *de presumptionib. lib. 5.*

lib. 5. *presumpt.* 26. num. 12. Hodierna *ad dict. Surd. de-  
cis.* num. 5. quæ consuetudo, cum sit contra ius, debe-  
ret probari cum suis requisitis, de quibus modo no-  
stra non est disputatio.

16 Tertio limitatur, si donatio fuerit reciproca, ut si  
alter alteri aliquid donet, *leg. quod autem, §. vir, &  
uxor. ff. de donat. inter virum, & uxorem. Roman. in d.  
consil.* 146. num. 3. dicerentur enim tunc donationes  
remuneratoriae. Quod crederem remittendum esse  
iudicis arbitrio, qui ex qualitate rerum hinc inde da-  
taram posset arbitrari, an intelligantur donatae, datae  
ad usum, vel in recompensationem.

17 Quarto limitantur aliqui, si ignobilis duxisset in v-  
xorem personam nobilem, vel senex iuvenem, tunc  
enim posset praesumi donatio in recompensationem  
nobilitatis, & iuuentutis, *Surd. in dicta decis.* 166. nu.  
22. *Gratian. in disto capitul.* 189. num. 20. *Rot. Roman.  
in dicta decis.* 113. numero 14. Hodierna *in dicta addi-  
tionem,* num. 6. nonnulla ad propositum dicam infra hoc  
eodem cap.

18 Quinto limitatur in vestibus quotidianis, & non fe-  
stiviis, quæ donatae censentur, nec repeti valent, ut est  
omnium distinctio, dum dicta superius num. 4. limi-  
tant in vestibus quotidianis, ut per *Rot. in d. decis.* 113.  
num. 5. & *Surd. in d. decis.* 166. num. 4.

19 Sexto limitatur secundum eundem *Roman. in dict.  
consil.* 146. *versicul. nunc verò,* in annulis; & mouetur,  
quia donatio facta sponsæ earum rerum, quæ neces-  
sariæ sunt ad contrahendum matrimonium, dicitur  
valida, *leg. si quis pro uxore, ff. de donation. inter vi-  
rum, & uxorem.* Sed annuli sunt necessarij ad contra-  
hendum matrimonium, *capit. illud, de presumpt. can.  
fœmina* 20. *quest.* 5. *Gratian. in dict. decis.* 118. *versicul.  
adde,* *Cyriac. in dict. controuers.* 120. num. 59. ubi plu-  
res allegat, ergo annulorum valida est donatio. Quod  
tamen verum esse poterit respectu illius annuli, qui  
benedicitur, & datur loco fidei, secus autem quan-  
tum ad alios, *Honded. dict. consil.* 30. num. 42. & de an-  
nulo, quo mulier desponsatur, *Surd. in d. decis.* 166. nu.  
1. & *seqq.* licet in hoc etiam contradicat *Clof. in dict.  
conf.* 11. num. 28. & 29.

20 Vestes autem, & ornamenta similia hoc habent  
privilegium, ut si fuerint uxori à marito legata ex ip-  
sis non detrahatur Falcidia, *leg. & si ususfructus, §. dot,  
& §. non est alibi. ff. ad leg. Falcid.* *Bald. in dict. cap. su-  
rauit, sub num.* 12. ubi querens de ratione dixit, eam  
posse assignari, quia mulier in ipsis habet duas cau-  
sas, mediante enim traditione habet usum, quæ tra-  
ditio licet non sufficiat ad inducendam donationem,  
illud tamen, quod deest, suppletur legato, & sic effi-  
citur perfecta donatio: quam tamen rationem non  
esse sufficientem, ipsemet *Bald. fatetur:* unde addit,  
hoc esse speciale ob honorem bene transacti matri-  
monij, & ob merita vxoris, argumento *tex. in leg.  
vnum ex familia, §. fin ff. de leg.* 2. *Glosa verò* rationem  
esse dicit, quia donatio quoad retentionem valet à  
principio, quæ retentio postea confirmatur per le-  
gatum, & sic potius confirmate, quam legate vide-  
tur maritus.

21 Vnum pro complemento istius materiae non omit-  
tam, de quo *Alciat. in conf.* 34. *tom.* 1. secutus à *Rota  
Macerat. apud Gratian. decis.* 118. num. 4. & ab eodem  
*Gratian. in cap.* 189. num. 33. An maritus possit ab vxore  
repetere vestes preciosas, monilia, & alia iocalia, du-  
rante matrimonio, & *Alciat. loco citato* dicit, quod  
non, nam licet hæc non dicuntur donata, sed solù da-  
ta ad usum, ut supra dictum fuit; attamen, quia mari-  
tus tenetur alimentare vxorem, si in eius obsequiis sit,

*l. quod in vxorem, C. de negot. gest. l. sciam dotem, §. tuon  
autem, ff. sol. matrim. & appellatione alimentorum veni-  
unt etiam vestes, & monilia, ac alia secundum perso-  
næ qualitatem, & mores Ciuitatis, l. verbo vultu, ff. de  
verb. signifi. quemadmodum maritus tenetur alere vxor-  
em, sic etiam dicitur obligatus prestare usum vestitiu,  
ac iocalium: & sic ea repetere non poterit, ut per  
*Alciat. loc. cit.* ex quo tenet *Rot. Macerat. in d. decis.* 118.*

22 num. 4. ↑ executionem factam super similibus iocali-  
bus esse nullam: & si ab vxore fuerint data executori-  
bus posse iuari Velleiano: nam licet non intelligantur  
donata, cum tamen fuerint data ad usum, potest  
ea vxori retinere pro ornatu suo; idem tenet *Gratian.  
in d. cap.* 189. num. 34. qui tamen id limitat, si aliter de  
consuetudine seruetur.

Verum de illatione *Rot. Macerat. in d. decis.* 118. n.  
4. respectu creditorum mariti, admodum dubitatem:  
quid enim si ante emptionem dictorū iocalium, quis  
haberet hypothecam in bonis mariti, quæ compre-  
hendit etiam bona futura, quodnam præiudicium tra-  
ditio mariti facta vxori ad usum posuisset ipsi inferre  
habenti hypothecam? imò etiam si fuisset posteriori,  
attamen tanquam habens hypothecam esset præfe-  
rendus. Nisi tamen diceremus vxorem respectu illo-  
rum iocalium esse tertiam; & contra tertium non  
posse agi via executua.

23 Ex eodem *Alciati consilio* habui in factis quæstio-  
nem: Pater dederat plura, ac diuersa iocalia, & vestes  
maximi valoris sponsæ eius filij, & cum filius post ali-  
quod tempus seorsum à patre habitare decreuisset,  
pater concorditer restituit filio dotes, quas habuerat,  
& pro alimentis, tam filij, quam vxoris certam consti-  
tuit responsonem antuam: & cum postea pater vellet  
sibi restitui vestes, & iocalia: natus se opposuit, dicen-  
do, quod licet à socero sibi donata non fuerint, atta-  
men cum fuerint data ad usum, ea retinere velle pro  
suo ornatu, secundum dictum *Alciati consilium:* con-  
trarium tamen consului; nam ratio, qua mouetur *Al-  
ciat. est,* quia maritus tenetur alimentare vxorem, &  
appellatione alimentorum veniunt etiam vestes, &  
iocalia: & licet idem sit in socero recipiente dotē, *l.  
2. in princip. ff. sol. matrim.* qui propterea tenetur etiam  
ad competenter vestiendam vxorem filij: attamen so-  
cer hoc onere liberatur, si de consensu filij dotem re-  
stituatur, & legitimam, vel eius partem restituatur, ut per  
scribentes *in l. ut liberu, C. de coll.* cum igitur in supra-  
dicto casu pater dotes restituisset, & pro alimentis, quæ  
filius pro se, ac eius vxore prætere possit certa fuisse  
assignata responso, non erat amplius obligatus ad  
alimenta, ergo nec minus erat obligatus ad præstan-  
dum usum iocalium, quem usum appellatione alimen-  
torū venire, dicit *Alciat. in d. conf.* 34. & hoc docet ex-  
presse *Alciat. in conf.* 317. *lib.* 5. *cap.* 2. ubi num. 1. dicit,  
quod socer, qui dotem recepit tenetur alimentare fi-  
lium, & vxorem, & consequenter ad eam vestiendam  
competenter; sed si dotem restituatur, posse repetere  
vestes à nuru, & rationem assignat num. 6. quæ sicut  
post restitutionem dotis non tenetur amplius ad ali-  
menta, ita nec tenetur amplius ad tenendam eam in-  
ductam vestibus festiuis, ac aliis rebus ad usum tantū  
datis, cum solum usus vestium debeat ratione ali-  
mentorum, ut optimè docet *Alciat. in d. consil.* 317.

## SVM MARIVM.

- 1 Donata sponsa à consanguineis viri, viro non sponsa ac-  
quiruntur, etiam si sint res solùm conuenientes sponsæ,  
num. 9.
- 2 Donatio facta à socero sponsa acquiruntur sponso.

- 3 *Consanguineus viri donando sponsa, eo magis acquiritur sponso, si ipsius non erit a precedentibus, & sub eorum commemoratione fuerit facta donatio, nu. 4. vel res donata sit potius conueniens sponso, quato sponsa, num. 5.*
- 7 *Sponsa principis donata, à subditis Principi acquiruntur.*
- 8 *Donata sponsa à consanguineis viri, sponsa acquiruntur, si eius merita praecedunt.*
- 9 *Sponsa acquiruntur donata à Principe consanguineo viri.*
- 10 *Princeps donando filiofamilias, ipsi non patri acquirit.*
- 11 *Consanguineus viri donando sponsa, ipsi acquirit, si talis sit eius intentio.*
- 12 *Donata sponsa à consanguineis viri, sponsa acquiruntur, si talis adsit consuetudo.*
- 13 *Donata sponsa ab eius consanguineis, sponsa acquiruntur: & quid si donator sit aequè consanguineus sponsae, & sponsa, num. 14.*
- 15 *Dotis augmentum factum à tertio, retinet naturam dotis, secus si fiat ex parte viri, num. 16. tunc enim dicitur donatio propter nuptias, num. 17. & decedente viro absque filio transit ad eius heredes, num. 18. quod ampliatum num. 19.*

De his, quæ donata sunt sponsæ à consanguineis viri, & de datis in augmentum dotis.

### CAP. XXIX.

**V**idimus in superiori capitulo de rebus, quas donare solet sponsus sponsæ, nunc aliqua subnectenda veniunt de rebus, quas consanguinei viri solent sponsæ donare, de quo habemus doctrinam Bart. in l. *sed si plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pup.* quod marito acquiratur, cum eius contemplatione data presumuntur, quod alij scribentes ibidem sequuntur, Dec. in l. *ut liberis, C. de coll. Cotn. conf. 81. n. 1. Laur. Rhic. in suis conuentionibus, conclus. 91. cent. 2. & Isf. in dist. 1. ut liberis appellat hanc opinionem magis communem; & eam latè defendit Rol à Val. consil. 10. nu. 10. lib. 1. Non alios citans conf. 91. n. 6. qui pariter de communi testatur Ber. conf. 61. nu. 22. lib. 1. & volunt alij, quos citat Menoch. de *presumpt. lib. 3. pres. 26. nu. 13. Gratian. discept. Forens. c. 189. num. 3. contemplatione namque viri donata dicantur, ut supra dictum fuit, & docet Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 21. num. 25. Mant. ad Rom. in consil. 172. in lit. B. vbi dicit, opinionem Bart. esse communiorum, & vti talem esse sequendam; Fontan. de *pract. nupt. claus. 7. glos. 3. par. 6. nu. 89. Peregrin. decis. 83. nu. 13. & decis. 140. nu. 3. alios citat Hodierna in add. ad decis. 118. Surd. nu. 3. & probat Thelaur. lib. 3. *quasi. Forens. quasi. 15. n. 65. licet contrarium teneant alij, vt Menoch. in d. *presumpt. 26. n. 17. & segg. Rot. in vit. resol. per Farin. decis. 548. vbi dicit, hanc esse probabiliorum opinionem, & à Rota secutam, & volunt alij, quos citat Hodierna in d. *addit. sub nu. 8. Borell. in sum. decis. lib. 3. tit. de donat. inter vir. & vxor. n. 110. & rationem esse dixit, quia etiam sponsæ ipsis consanguineis redonare solent; ut subuculæ, sudatiola, & alia similia; concludit tamè, alteram opinionem sustineri posse, de quo latè per Hodier. loc. cit. nu. 8. qui concludit in hoc esse attendendam consuetudinem: Bartol. tamen opinionem esse magis communem negari non potest, & magis rationabilem; non potest enim negari, consanguineos viri eius contemplatione donare; & licet sponsæ etiam redonare soleant, dona earum tamen subuculas, ac res similes******

non excedunt, vnde compensari non valent cum vestibus, iocalibus, & aliis rebus non parui valoris, quas consanguinei viri donare solent: in rusticis verò secunda opinio magis esset rationabilis; qui annulum exempli gratia, donant paulorum duodecim circiter; & sponsæ ipsis redonant subuculam, & sudatis, si non maiorem, saltem æqualis valoris.

- 2 *Quæ Bart. opinio ampliatur procedere, etiam in donationibus factis à locero, ut post alios dixit Isf. in consil. 63. nu. 3. lib. 1. Romin. Sen. conf. 364. nu. 1. & segg. lib. 3. Non latè in d. conf. 91. Mascac. de *probat. concl. 564. nu. 5.**
- 3 *Et eo magis procederet, si mariti extarent merita erga donantem vxori, ad quod conferunt tradita per Lupum in rub. de donat. inter virum, & vxorem. §. 45. in fin. & sequitur Menoch. in d. *presumpt. 26. num. 3.**
- 4 *Nec haberet dubium, si donatio fuisset facta sub commemoratione ipsius mariti, Lup. loc. cit. num. 6. & probat Menoch. in d. *presumpt. 26. num. 4. & segg.**
- 5 *Vel donatæ essent res non vxori, sed marito conuenientes, vt equi, arma, & res similes, Lup. loc. cit. Rot. Rom. in antiquis *decis. 1. nu. 8. in tit. de donat. inter virum & vxorem, Menoch. loc. cit. num. 6.**
- 6 *Vltimo Bart. opinio procedit, etiam si res donatæ sint vxori omnino conuenientes, vt vestes muliebres, annuli, armillæ, margaritæ, & similia, Lup. loc. cit. nu. 6. licet enim donantis intentio sit, ut ipsis utatur sponsa, tamen id viri contemplatione factum fuisse dicitur; & ut ipsum releuet ab onere ea emendi, vt per Doctores omnes supra num. 1. citatos.*
- 7 *Et per eandem rationem credetum, donata à populis sponsæ eorum Principis, Principi non sponsæ acquiri; dubitari enim non potest, Populos id fecisse contemplatione eorum Principis, quæ contemplatio est in causa, vt ei acquiratur, cuius contemplatione fuit facta donatio, ut supra fuit dictum.*
- 8 *Recipit tamen conclusio supra fixata nonnullas limitationes. Et primo, si sponsæ extant merita erga consanguineos viri, Lup. loc. cit. nu. 13. Menoch. consil. 41. nu. 25. & conf. 81. num. 50. vt si ipsi in aliqua infirmitate inferuierit, vel aliquid aliud erga ipsos peregerit, vt probat Menoch. in d. *presumpt. 26. num. 1.**
- 9 *Secundo limitatur, si consanguineus donans esset Princeps, tunc enim sponsa, non maritus acquireret: prout in filiofamilias, qui quicquid acquirat, acquirit patri; † & tamen donata à Principe sibi acquirat, leg. cum multa, C. de hon. q. lib. positina enim lege Princeps non ligatur, ut per Menoch. in d. *cas. 41. in fin. & in d. *presumpt. 26. num. 11.***
- 11 *Tertio limitatur, si appareat, donantem voluisse sponsæ acquiri quando enim constat de mente donantis, non est quod quaeramus, cuius contemplatione fuerit facta donatio, Mascac. *conclus. 564. num. 6. & segg. Gutier. lib. 2. *pract. quasi. quasi. 120. in prima limitatione, Hodierna in d. *additione ad decis. 166. Surd. di. num. 4.****
- 12 *Quarto limitatur, si in contrarium adesset consuetudo, Bal. in l. cum te, C. de donat. inter vir. & vxor. Menoch. in d. *presumpt. 20. n. 10. & attendendam esse consuetudinem, post alios dixit Hodierna loc. cit. num. 9.**
- 13 *Vltimo indubitanter limitatur in donatis sponsæ à propriis consanguineis, tunc enim cessat contemplatio viri ab omnibus considerata, vt per Doctores, quos citat Gratia. in d. c. 189. n. 4. & idem esset dicendum, † si donator esset aequè consanguineus vxori, & marito, Gutier. loc. cit. nu. 4. & res donatæ essent mulieri conuenientes, Hodierna in d. *additione, num. 5.**
- 14 *Quibus connectenda sunt aliqua circa data, & donata*

15 nata in augmentum dotis, in quo maxima solet esse differentia, an illud augmentum fiat à tertio, vel à viro, † si fiat namque à tertio, idem iuris esse solet in augmento, quod in dote, *leg. etiam*, ubi Bart. & alij notant, *C. de iur. dot. l. inter socerum, §. cum inter, ff. de pact. distal. l. si conueneris, la 2. §. si nuda, ff. de pign. act. vt enim notat Ang. in §. 1. in Auth. de aqua dot. omne priuilegium datum principali porrigitur ad eius augmentum, & citatus text. in d. §. primo probat, priuilegium praelationis, quod datur in dote, illud idem concedi in eius augmento: & docet optimè Ial. in *conf. 133. n. 27. lib. 4. qui in l. Titia, §. idem respondit, n. 5. & 8. ff. de verb. oblig.* probat, idem dicendum esse in augmento, quod in dote, Rip. in *lib. 1. nu. 28. ff. sol. matr.* ac ideo omnia dotis priuilegia extenduntur ad eius incrementum, *d. l. etiam, & d. l. inter socerum, §. cum inter*; de quo Ceph. in *conf. 177. nu. 25. & seqq.* & rationem addit, quia augmentum dotis censetur eadem dotis proprietatis, *ff. de iur. dot.* Tiraq. *de retr. lign. §. 1. glof. 18. n. 51.* ac propterea in illis casibus, in quibus valet donatio pro dote, valet etiam donatio pro augmento dotis, vnde quemadmodum pater potest filio donare pro dote, *l. Pomponius, ff. fam. ercise.* ita etiam donare potest pro dotis augmento, *l. placet, ff. de acq. hered.* Tiraq. *Joc. cit.* quem refert, & sequitur Ceph. *d. conf. 177. nu. 28.* Burl. *conf. 32. nu. 10. lib. 1.* & augmentum dotis, dotem censeri indubitanter procedit, si fiat in ipso contractu matrimonij, Rim. *lun. conf. 369. nu. 22. Dec. conf. 41. nu. 22. lib. 1.* licet idem sit, si post contractum matrimonium fiat. Gratian. *discrpt. Forens. lib. 3. cap. 498. num. 13. & 17.**

16 Si verò augmentum dotis fiat ab ipso viro, vel ab alio ex parte ipsius, tunc mutat naturam dotis, nec amplius eius retinet priuilegia, vt distinguendo dixit Ruin. *conf. 199. nu. 5. lib. 2.* & sequitur Ceph. in *d. conf. 177. nu. 29.* Et est ratio per se satis manifesta, quia inconueniens videtur, vt maritus, seu alij ex eius parte mulierem dorent, ac idè † quicquid tradunt in augmentum dotis cadit sub nomine donationis propter nuptias, ita in puncto docuit Natt. *conf. 253. num. 7.* quæ donationes propter nuptias non veniunt appellatione dotis, Rota *decis. 246. n. 2. selet. per Farin. part. 2.* Et licet verba sonent in dotem, vel eius augmentum, propriè tamen donatio propter nuptias censeri debet, vt post Alb. & Crau. sequitur Ceph. in *d. conf. 598. n. 8.* eandem distinctionem secutus fuit Campegd. *do dot. part. 1. quæst. 61.* Surd. *conf. 196. num. 20. & seq. & optimè ex pluribus probat Rim. lun. in d. conf. 253. n. 3.* de quo habemus intra expressa in *l. cum multa, in princ. in §. sancimus, & in §. si igitur dote, C. de donat. ante nupt.* In *d. enim §. sancimus* habetur, quod dotis donatio facta à marito in posterum debet censeri donatio propter nuptias, quod tamen intelligitur, si augmentum dotis fiat ante matrimonium, factum enim ipso iam contracto diceretur mera donatio, inter virum, & uxorem prohibita, vt per Gratian. in *d. c. 498. num. 14.* Et quantum ad maritum confunduntur isti duo termini; augmenti dotis, & donationis propter nuptias, cum donatio mariti dicatur donatio propter nuptias, Crau. *conf. 185.* Natt. *d. l. conf. 147. n. 4. conf. 391. in princ. nec non conf. 466. num. 4.* Roland. *conf. 2. nu. 2. lib. 1.* Surd. *conf. 246. num. 17.* ac idè quibuscunque verbis utatur maritus, semper debet censeri donatio propter nuptias, vt per septuaginta Doctores, & idem est, si fiat ab alio ex parte viri, vt per Thef. *decis. 45. in princ.*

18 Et tamquam donatio propter nuptias, mortuo viro cum filiis ad eos transit, si verò decedat absque fi-

liis, eius hæredes eam consequuntur, *Rol. conf. 62. nu. 1. lib. 1. Gab. conf. 119. num. 41. lib. 2.* hæc est enim natura donationis propter nuptias, *glos. in Aubert. de dat. C. de donat. ante nupt. cap. fin. de donat. inter vir. & vxor, §. fin. Inst. de donat. Neutz. in Syl. lib. 2. num. 74.* Natt. *conf. 391. nu. 3.* Alb. *conf. 68. num. 2.* *Rol. conf. 62. in princ. lib. 1. Surd. in d. conf. 164. num. 18.*

Hond. tamen in *conf. 48.* existimauit, augmentum dotis factum ex parte viri, ipso decedente absque filiis, ad uxorem vna cum dote redire: mouetur præcipue, si augmentum differat in quantitate ab ipsa dote, cum donatio propter nuptias debeat esse æqualis dote, vt per ipsum, *num. 2.* Secundo quia hæc donatio recessit ab aula, vt *num. 10.* tertio quia donatio propter nuptias solet constitui pro securitate dotis, & Hond. sequi videtur Grat. in *d. l. cap. 498.* eisdem rationibus motus, & ante ipsum Mant. *de incit. & ambig. conuent. cap. 20. tit. 1. num. 3.* Verum primum argumentum subuertitur, quia illa donatio, quæ olim fiebat pro securitate dotum debebat esse æqualis dote; ad hoc vt tota dotis quantitas poneretur in tuto: sed donationes, quæ sunt in augmento dotis, quæ tamquam factæ in instrumento dotali, & intuitu matrimonij cadunt sub nomine donationis propter nuptias, vt nos docet Imperator in *d. l. cum multa, §. sancimus, C. de donat. ante nupt.* non est necesse, quod sint æquales dote, de quibus loquuntur Alb. Natt. Crau. Ceph. Rim. Lun. Surd. & alij supra citati. Nec istæ recesserant ab aula, prout illæ, quæ olim fiebant pro securitate dotum: vnde fat est ad propositum, hodie hæc dotium augmenta appellari debere donationes propter nuptias, eorumque regulis moderari; vnde cum donationes propter nuptias factæ ex parte viri, ipso decedente sine filiis transeant ad eius hæredes, idem dicendum est de his augmentis dotalibus, vt per supracitatos Doctores, & doctrinās. Nec ab hac opinione me remouet, quod asserit Gratian. hæc dici debere sponsalitiā largitatem, vt *num. 44.* cum enim clara sint verba esse donationem in augmentum dotis, & cum donationes factæ à viro in augmentum dotis cadant sub nomine donationis propter nuptias, vt supra fuit demonstratum; non video cur potius debeant appellari sponsalitiæ largitates: non alia certa ratione, nisi vt hac verbali differentia euitetur nimis clara iuris conclusio, ad hæredes mariti redire debere.

19 Nec minus ab ista conclusione recederem, etiam si donatio in augmentum dotis fieret à viro sene erga mulierem formosam, vel à viro infimæ conditionis erga mulierem nobilem: nam adhuc istud augmentum dotis non posset dici factum, nisi ad hoc vt facilius sequeretur matrimonium, ac propterea matrimonium deberet dici primum in intentione, & tamquam finis intentionis in consideratione præcipue haberi deberet, *l. & si non fini, §. peruenimus, ff. de aur. & arg. leg. finis* namque dispositionem regulare solet, *l. eam quam, C. de fid. & præcipue cum regulariter causa finalis earum rerum, quæ dantur in nuptiis, soleat esse matrimonium, Dec. conf. 20. nu. 18.* Neutz. *conf. 45. num. 27.* Surd. *d. l. conf. 164. nu. 30. & d. l. conf. 196. nu. 15.* Quod eo magis esset dicendum, si istud augmentum fieret in ipso iust. dotali, *l. cum multa, §. fin. autem, C. de don. ante nupt.* Alb. *d. l. conf. 27. n. 7.* Surd. *d. l. conf. 196. nu. 16.* vltra quod, si istud augmentum debet dici donatio propter nuptias, vt supra fuit dictum; necessario dicendum sit, eius principalem causam fuisse matrimonium, Dec. in *Aubert. si qua mulier, nu. 17: C. de secund. nupt. Rip. in l. si unquam, nu. 48. C. de 28*

uoc. donat. Surd. d. l. conf. 164. num. 37. nonnulla alia ad propositum videri possunt supra in cap. 20.

SVMARIVM.

- 1 Pater non potest repetere, quod soluit redimento filio ab hostibus.
- 2 Filius redire negligens patrem ab hostibus exheredari potest.
- 3 Pater negligens redimere filium ab hostibus à filio exheredari potest.
- 4 Pater redimens fratrem ab hostibus, presumitur fecisse intuitu pietatis, non autem animo repetendi, nisi aliter fuerit protestatus, & num. 5.
- 6 Frater redimens fratrem à carceribus, an possit impensam repetere: & quid si frater carceratus id expressè prohibuerit, num. 7. & quid in extraneo, num. 8.
- 9 Conferenda non veniunt soluta à patre pro condemnatione filij: & quid si filius habeat peculium, num. 11. & 14.
- 10 Pœna soluta per filium post mortem patris pro delicto commissio ipso vivente conferri debet.
- 12 Soluta pro filio per patrem ex necessitate statuti sunt conferenda.
- 13 Pœna soluta per patrem debet conferri, si pater fuerit protestatus, se solvere animo repetendi.
- 15 Soluta per patrem ex eo, quia pro filio fideiussit, an veniant in collatione.

De eo, quod pater soluit pro redemptione, vel condemnatione filij.

CAP. XXX.

- N**on levis interdum solet esse contentio inter fratres, de pœnis solutis à patre pro vno ex filiis.
- 1 Sed quantum attinet ad id, quod pro filio solueret pater, ut cum ab hostibus liberaret, nulla potest esse dubitatio, cum de hoc habeamus text. expressum in l. liber captus, C. de post. reuers. vbi habetur, quod redemptus à captiuitate debet restituere redemptori pretium in redimendo solutum, nisi mater filium redemerit, quia tunc intuitu pietatis fecisse presumitur, & non animo repetendi, vbi notat Bald. ad quod confert, quod habetur in Auth. captiui, C. de Epise. & cleric. quod negligentem redimere à carcere patrem, vel testatorem non solum exheredari posse, sed etiam iam institutum successionem privari: Et quod hæc sit iusta causa exheredandi probat text. in §. causa, versic. si vnum, Auth. vt cum, de app. cognosc. de quo Rot. Rom. decis. 63. per tot. part. 2. qui text. licet loquatur de existente apud hostes, extenditur tamen etiam si apud latrunculos reperitur, vel in carceribus pro causa civili, vel criminali detentus existat, vt in d. decis. 63. & declarat Merlin. de legitima, lib. 4. tit. 1. quæst. 15. vbi docet, an mora, vel negligentia sufficiat. † Et idem dicunt esse in parentibus filios redimere negligentibus, vt per Bald. in d. l. Auth. captiui, n. 8. Peregr. de iur. fisc. lib. 2. tit. 10. nu. 16. Merlin. de legitima, lib. 4. tit. 2. quæst. 14. etiam si sint capti à latronibus, vel in carceribus detenti, vt per Merlin. loco proxime citato.
  - 2 In istis igitur casibus nulla competit repetitio, Grass. in §. legitima, quæst. 30. n. 1. Peregr. de fideicom. artic. 36. nu. 28. Mangil. de Imput. quæst. 40. nu. 29. Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 2. quæst. 25. nu. 17. vbi numerus sequitur.
  - 3 dicit non esse ab hac opinione recedendum. † Imò non desunt, qui volunt, id pariter sibi locum vindicare in fratribus, ita vt presumatur, & ipsos id fecisse ob caritatem, & non animo repetendi, si aliquid pro re-

- 5 demptione fratrum impenderint. Contrarium tamen in fratribus esse verum, dicit ibi Bald. nisi tamen frater redemptus sit pauper, quo casu præsumptio pietatis sibi locum vindicat, arg. tex. in l. Nefennius, ff. de neg. gest. † vnde ad tollendam omnem dubitationem dicit Franc. Porcel. de duob. fratr. part. 2. n. 41. cautelam esse, vt frater protestetur, se animo repetendi solvere, & ad propositum subiungit Porcel. † quod frater redimens pecunia fratrem à carceribus, à quibus, si non fuisset redemptus, vitam, vel membrum aliquod amisisset, potest impensam repetere, etiam si carceratus liberati noluisse, l. si quis, ff. de neg. gest. † Et licet ille text. loquatur in ignorante, ita vt contrarium videatur dicendum in expressè prohibente; attamen cum in carceribus detentus non possit suam liberationem prohibere, cum suorum membrorum nemo sit dominus; idem dicendum est etiam in expressè prohibente. † Imò idem esset in quolibet alio extraneo, per d. l. si quis, vbi Bart. in princ. Soluta enim in his, quæ tangunt personam, libertatem, vel Ciuitatem, semper utiliter soluta dicuntur, vt ibi per Bart.
- 6
- 7
- 8

Sed maior est difficultas circa ea, quæ pater solueret pro aliqua filij condemnatione, Bart. in l. Si quis, C. de post. reuers. amplam ponit distinctionem, quam communiter recipi, dixit Cagn. in l. frater à fratre, nu. 34. ff. de cond. indeb. & eam probat Bald. in l. omni modo, §. imputari, C. de inoff. testamento. Vt tamen istius rei clara habeatur resolutio, ponam regulam cum nonnullis declarationibus.

- 9 Regula sit negatiua, vt ea, quæ pater soluit pro condemnatione filij non sint conferenda, nec imputanda, cum solutio intelligatur facta à patre causa pietatis, & ea, quæ causa pietatis soluuntur non sint conferenda, nec imputanda, d. l. liber captus, C. de post. reuers. & docet Ruin. conf. 149. sub n. 13. lib. 3. Surd. decis. 167. nu. 11. Peregr. de fideicom. artic. 36. num. 138. & duæ allegantur decisiones Rotæ Romanæ coram Illustrissimis Cardin. Verospio, & Sacrato à Merlino, de legitima, lib. 2. tit. 2. §. 25. nu. 1. Huic tamen conclusioni contradicit Ripa in l. in quartam, num. 185. ff. ad leg. Falc. vbi dicit veriore videri regulam in contrarium: imò soluta à patre pro condemnatione filij esse imputanda, & conferenda ad text. in l. illud, C. de collat. alios eiusdem sententiæ citat Grass. in §. legitima, quæst. 30. nu. 1. vers. contrarium, & sic sæpè Rotam iudicasse, testatur Gratian. discept. Forens. lib. 1. cap. 50. num. 5. quos sequitur nouissime Merlin. in d. §. 25. nu. 2. Et mouentur, quia talis solutio censetur facta à patre causa pietatis, ne filius à fisco vexetur, & sic quodammodo in causam necessariam, cum filius sit pars patris, sed data filiis ob causam sunt conferenda, vt suis locis superius fuit dictum, ergo confertur debet hæc solutio ob causam facta. Sed, mea sententia, facilis est responsio, licet enim hæc solutio censetur facta à patre, ne filius vexetur à fisco, ad ipsam tamen faciendam censetur motus ob pietatem paternam, ob quam suffere non potuit, filium à fisco vexari, quæ pietas, vt motiua habetur præcipue in consideratione, vt considerant Doctores in patre redimente filios ab hostibus; qui licet censetur id facere, ne filius ab hostibus vexetur, pietas tamen solum in consideratione habetur, vt per Doctores supra citatos, quos sequitur Mangil. de Imput. quæst. 40. num. 28.
- 10 Quæ regula limitatur primo, si filius commiserit maleficio viuo patre, sed pro ipso, vel non fuit condemnatus, vel nondum pœnam soluit, vt per Bald. in d. l. Si quis, sub nu. 2. non potuit enim filius ex proprio maleficio patrem obligare, prout nec etiam condemnatio



natio ipsum obligat, & sequitur post alios Mangil. *de Imput. d. quest. 40. n. 19. 20. & 21.* Merlin. *in d. quest. 25. num. 11.* Si tamen pater solueret ante condemnationem in casu, quo filius veniret condemnandus, non dubitarem, collationem, & imputationem fieri non debere, adhuc enim militaret eadem ratio caritatis paternæ, ob quam diceretur facta solutio, ne filius a fisco vexaretur, licet Merlin. *in d. quest. 25. num. 9. & 10.* contrariam asserere videatur.

11 Secundo limitatur à Bald. si filius habeat peculium adventitium, ut dicunt probati *in d. l. Stichus*, cum enim in adventitiis pater sit legitimus administrator, *l. prima, C. de bon. mat. l. prima, C. de bon. g. lib.* præsumitur id fecisse administratorio nomine, argum. *l. Ne cennis, ff. de neg. gest. & probat text. in leg. post mortem, ff. quand. ex fact. tut. & in l. cum post, §. primo, ff. de adm. nistr. tut.* Bart. *in d. l. Stichus, nu. 2.* Mang. *loc. cit. nu. 22. & seqq.* & post Duen. Castr. & Peregr. sequitur Merlin. *in d. quest. 25. nu. 7. & 8.* Parum tamen ad propositum subjungunt supracitati Doctores, idem dicendum esse, si filius habeat peculium profectitium; nam cum peculium profectitium sit patris, si solutio, præsumitur facta de peculio profectitio, de proprio facta præsumetur, contra limitationem.

12 Tertio limitatur, si pater soluat ex necessitate, prout si statutum adsit, ut pater pro filio condemnationem soluat, arg. *l. heredes, §. si filius, ff. fam. ercise.* & rationem esse dicit Bar. *loc. cit.* quia in necessitatibus nemo liberalis existit, *l. rem legatam, ff. de alim. leg. l. cum qua, §. fin. ff. ad leg. Falc. Suid. decis. 167. n. 11.* Peregr. *de fideicommiss. sub num. 138.* Gabr. *conf. 109. num. 10. lib. 1.* alios nouissimè citat Mangil. *loc. cit. num. 2.* plures Merlin. loco pariter citato, *nu. 14.* & docet Gratian. *disceptat. Forens. lib. 1. c. 30. nu. 1. & seqq.* qui dicit, fratrem, qui delictum commisit, non libere esse melioris conditionis, quam alter, qui pacificè vixit: licet esset secus in pœna non coactè, sed spontè soluta, ut per eundem Gratian. *loc. cit. n. 1.* qui id ampliat, tam si pœna sit magnæ quantitatis, quam parvæ, ut per ipsum *num. 3.* nisi tamen etiam pater delicto consentisset, Vafq. *lib. 3. de success. creat. §. 30. limit. 34. num. 223.* Gratian. *loc. cit. nu. 4.* & Merlin. loco pariter citato, *num. 16.*

13 Quarto limitatur, si pater fuerit protestatus, se hoc facere animo repetendi, *d. l. cum quo, §. fin. ff. ad l. Falcid.* Franc. Porcel. *de duob. fratr. quest. 2. sub n. 41.* & est ratio, quia tunc cessat præsumpta caritas supra considerata, cum appareat de contraria mente patris, Bald. *in Auth. ex testamento, num. 36. C. de Coll. Peregr. loc. cit. num. 138.* Merlin. *in d. quest. 25. num. 4.* qui ex mente Bartol. & Ruin. id extendit etiam ad protestationem factam ex intervallo, ut per ipsum, *num. 6.*

14 Quinto limitatur, si filius sit soluendo, quia tunc naturaliter obligatur patri, & sibi imputatur; *l. fin. ff. de petit. hered. Franc. Porcel. loc. cit.*

Et hæc sunt, quæ in hac materia ex variis Doctorum traditionibus optimè colligere licuit, & præcipue ex Bart. *in d. l. Stichus*, quem sequitur Bald. *in l. certam, sub num. 7. ff. fam. ercise. in d. §. Imputari, num. 5. in Auth. si captus, num. 10. C. de Episc. & cleric. in dist. l. liber captus, num. 6. C. de post. reuers. & in Auth. ex testamento, num. 36. C. de collat.* & Bart. opinionem esse magis communem, dixit Alex. *in l. in quartam, num. 33. ff. ad l. Falcid.* & alij scribentes ibi communiter sequuntur. Et quod dicunt de collatione, & imputatione respectu filij, idem asserunt respectu patris, Graf. *in §. legitima, quest. 30. in fin.* & etiam respectu fratris, ac patris, ut per Merlin. *loc. cit. num. 12. & 13.*

15 Verum quia diximus, quod respectu solutorum ex

necessitate non habet locum collatio, dubitatur, quid in solutis à parte ex eo, quod pro filio fideiussit; Bart. *in d. l. Stichus*, tenet collationem fieri debere, sed Bald. *in l. filius, num. 19. C. fam. ercise.* contrariè sententia, nam licet, facta fideiussione, pater ex necessitate soluat, ex paternam tamen caritate dicitur fecisse obligationem; quæ præsumptio postea cessat, statuto sic disponente; ut declarat Franc. Porcel. *de duob. fratr. quest. 2. sub n. 4. in fin.* Verum opinionem Bart. generaliter intellectam verissimam esse existimo; nam aut se obligavit pater, statuto sic disponente, & omnes conveniunt fieri debere collationem, & imputationem; aut se spontè obligavit; & idem est asserendum; quia filius uti principalis, est obligatus releuare indemnem ipsum patrem, qui pro ipso fideiussit: unde eius hæc des idem prætere potest, & sic ad hoc ut conferantur indemnes, petere collationem, vel imputationem: nisi tamen negotium, super quo pater fideiussit ad ipsum spectaret, ut nouissimè dixit Merlin. *de legitima, lib. 2. tit. 2. quest. 25. n. 19. & 20.*

## S V M M A R I V M.

- 1 *Expensarum duo genera in materia collationum, & imputationum, & num. 2.*
- 3 *Expensa vilium, & alimentorum non conferuntur, nec imputantur.*
- 4 *Expensa studij non conferuntur, nec imputantur remissiuè, idem in expensis Doctoratus, num. 5. & quid in expensis librorum, num. 6. remissiuè.*
- 7 *Expensa in suscipienda aliqua equestri dignitate non conferuntur, nec imputantur.*
- 8 *Expensa equorum, & armorum non debent nec imputari, nec conferri.*
- 9 *Expensa in ducenda uxore an debeant conferri, vel imputari remissiuè.*
- 10 *Expensa facta in monacandis filiabus, an debeant conferri, vel imputari remissiuè.*
- 11 *Expensa facta in redimendo filium ab hostibus, an debeant conferri, vel imputari remissiuè; & quid in expensis factis pro aliqua filij condemnatione, nu. 12. & quid si pater pro filio fideiussit, num. 13.*
- 14 *Expensa facta in alenda nuru, & nepotibus, & aliis de familia, an debeant imputari, ac conferri.*
- 15 *Expensa facta in bonis adventitiis an debeant conferri, vel imputari, remissiuè ubi de expensis litium, nu. 16. & seqq.*
- 17 *Expensas litium potest repetere hæres fideicommissarius, ac usufructuarius.*
- 18 *Expensa facta in litibus rei communis, quomodo sint reficienda, remissiuè.*
- 19 *Expensa facta à filio ludendo, & meretricando an debeant conferri, vel imputari, remissiuè.*
- 20 *Expensa facta ab uno ex fratribus, an propria, vel communes esse debeant, remissiuè.*

Expensæ an sint conferendæ,  
vel imputandæ.

## CAP. XXXI.

Licet ut plurimum expensarum materia, quantum spectat ad fratres ratione collationis, vel imputationis, fuerit superius declarata; & de quibus etiam aliqua in secunda parte; attamen generaliter questionem proponere decreui, ut quæ partim habentur, hic saltem relatiuè inueniri possint.

- 1 Ad propositum autem duo genera expensarum veniunt consideranda, aliæ, quæ fiunt à parentibus pro

- filiis, alix verò, quæ ab ipſiſmet filiis factæ reperiuntur.
- 2 Primæ ſunt in triplici differentia, alix enim reſpiciunt perſona ipſorum filiorum, alix ipſorum filiorum familiam, alia verò eorum bona.
- 5 De primis dari poteſt exemplum in expenſis victus, & alimentorum, quas non conferri, nec imputari, certum eſt, cum alere filios onus ſit paternum, & licet in aliquibus caſibus pater non ſit obligatus alere filios, tamen ſi alar, nulla competit repetitio, & per conſequens poſt mortem patris nec collatio, nec imputatio locum habebit. Imò ceſſare repetitionem in alimentis præſtitis à fratribus, volunt communiter ſcribentes, cum intuitu pietatis præſtita cenſentur, vt dicam infra in tertia parte, cap. 32. num. 1. & ſeqq. Et hæc prima conſuſio amplianda eſt, etiam ſi filius bona habeat materna, vt dixi ſupra in cap. 26. nu. 28.
- 4 Datur etiam exemplum in expenſis ſtudij, quas non eſſe conferendas, nec imputandas, diximus ſupra in cap. 26. num. 1. & ſeqq.
- 5 Prout ſunt expenſe Doctoratus, Tuſc. in ſuis commun. opin. in lit. E, conſ. 639. per totum, vbi extendit ad alias expenſas, quæ occasione Doctoratus fieri ſolent, & docet Merlin. de leg. lib. 2. tit. 2. g. 22. nu. 1.
- 6 Eiuſdem naturæ ſunt expenſe factæ in emendis libris, de quo tamen latè videri poteſt ſupra in cap. 27.
- 7 Expenſe factæ, vt filius conſequatur aliquam equeſtrem dignitatem ſunt eiuſdem generis. Rip. in d. l. in quartam, num. 166. verſ. ex his, ff. ad leg. Falcid. Merlin. in d. quaſt. 22. num. 2.
- 8 Prout eſſent etiam expenſe equorum, ac armorum, ſi filius euaderet Dux militum, Rip. loc. cit. num. 167. & 168. Merlinus ibidem num. 18. & dictum fuit ſupra in cap. 22. num. 7.
- 9 Expenſe factæ pro filio in ducenda vxore, quas non conferri, nec imputari, diximus ſupra in cap. 28. vbi amplè materiam declaratam ingenies.
- 10 Expenſe factæ in monacandis filiabus pariter libertæ etunt à quacunque imputatione, & collatione, loquor tamen de expenſis cibariorum, Miſſatum ſolemanium, ac rerum ſimilium: Mangil. plures citans de Imputat. quaſt. 28. nu. 14. Merlin. de legitima. lib. 2. tit. 2. quaſt. 11. nu. 3. cætera verò, vt dotes, ſeu Eleemoſinæ, veſtes, & alia mobilia, quæ dantur pro ingreſſu, & conferri, & imputari debent, de quibus infra in cap. 37. n. 22. & 23. A quibus debent eximi veſtes, quæ fuiſſent neceſſariæ, etiam ſi Monasterium non fuiſſet ingreſſa, Mangil. in dict. quaſt. 28. nu. 17. & 18. Merlin. in dict. quaſt. 11. num. 5.
- 11 Habes in hoc numero expenſas factas in redimendo filium ab hoſtibus, de quibus in cap. 30. num. 1. & ſeqq. vbi an idem ſit in fratre, num. 4.
- 12 Expenſe factæ pro aliqua filij condemnatione aueniant conferendæ, vel imputandæ habes in dict. cap. 30. num. 9. vbi plures ad regulam afferuntur declarationes
- 13 Expenſe factæ occasione fideiuſſionum à patre pro filio factarum, in quo numero ſunt, videri poteſt in cod. cap. 30. num. 15.
- 14 De expenſis verò, quæ reſpiciunt familiam ipſorum filiorum, dubitant Doctores de expenſis factis in alendis, nura, nepotibus, ac aliis de familias, quas non conferri, nec imputari volunt communiter omnes, vt optimè docet Surd. de alim. tit. 8. prinil. 57. per totum; & probat text. in l. qua pater, ff. ſum. creſc. & tradunt plures, quos citat Merlin. de legitima. lib. 2. tit. 2. quaſt. 17. num. 11. quod procedit etiam, ſi filius vxorem duxerit ſine dote, Surd. de alim. tit. 1. quaſt. 38. nu. 1. Mangil
- de imputat. quaſt. 27. num. 10. Merlin. vbi ſupra, num. 12. Idque locum habere dicunt, etiam ſi abſque conſenſu patris filius vxorem duxerit, adhuc enim non eſſet liberatus pater à præſtatione alimentorum, Surd. in d. quaſt. 38. num. 15. & poſt alios docet Merlin. in d. quaſt. 27. num. 13.
- 15 Circa verò bona filiorum dubitant Doctores de expenſis factis in bonis aduentitiis, quorum pater habet adminiſtrationem: ſed quantum ad expenſas factas ratione melioramentorum, diximus ſupra in cap. 5. num. 12. & ſeqq.
- Expenſas verò factas cauſa fructuum quærendorum, vel colligendorum ad eum, qui fructus percipit, pertinere, non eſt dubium, Peregr. de fideicom. art. 50. num. 22.
- Prout etiam ſunt expenſe neceſſariæ pro defenſione bonorum, ac eorum ſolita, & ordinaria reparacione, & quæ quotidie fieri ſolent à Dominis bonorum ſtabilium; quæ ex fructus fieri debent, tex. eſt ad literam in l. prima, C. de bon. vult. ibi, & ſumptus ex fructibus facere; ac idem in collationem non venire, nec imputandas, certiffimi iuris eſt.
- 16 Sed quid dicendum ſit de expenſis litium, dubitant Doctores, & pariter ex fructibus fieri debere, diſpoſuit Imperator in d. l. 1. ibi, & litem inferentibus reſiſtere: vnde eſt differentia inter alios vſufructuarios, & patrem, cum alij non teneantur ad expenſas litium ſuper proprietate, vt per Pinel. in d. l. 1. in 2. part. n. 68. Ecceſt ratio differentiæ, quia pater non ſolum eſt vſufructuarius, ſed etiam legitimus adminiſtrator bonorum filij, vnde eorum bona defendere tenetur, vt per Pinel. loc. cit. verſ. ego autem. Præterea, pater habet in genere vſumfructum bonorum filij, vnde non habet vſumfructum, niſi illorum bonorum, quæ filius liberè poſſidet, ac idem antequam fructus ſuos faciat, neceſſe eſt, vt ipſius bona à litibus defendat: ſi verò fructus non fuiſſent, tunc poſſet etiam proprietatem pro neceſſariis expenſis alienare, vt per Pinel. loc. cit. ſub d. num. 68. licet enim pater ſit adminiſtrator, non tenetur tamen proprio illa bona defendere.
- 17 Nec prædictis obſtat, hæredem vſumfructuarium, vel fideicommiſſarium repetere poſſe expenſas factas pro defenſione, ac tuitione bonorum hæreditariorum, l. vbi purè, §. qui in diſtribendis, ff. qui pot. in pign. hab. & poſt plures alios docet Peregr. de fideicom. art. 50. nu. 11. & ſeqq. Mareſc. var. reſolut. lib. 2. cap. 109. nu. 5. & 6. Rot. coram Ludouico decif. 197. Quod procedit etiam ſi in lite non obtinuerit, Seraph. decif. 925. n. 3. & docet Peregr. ſub d. nu. 11. nam inter patrem, & alios vſufructuarios maxima eſt differentia, vt ſupra ex Pinel. diximus: Vnde non crederem aſſentiendum eſſe Merlino de legitima. lib. 2. tit. 2. quaſt. 28. num. 8. qui ea, quæ in fideicommiſſariis dicuntur de expenſis litium, aſſerit in parentibus reſpectu bonorum aduentitiorum, contra expreſſam diſpoſitionem dict. leg. prima.
- 18 Expenſe verò factæ pro defenſione rei communis, quomodo ſint reſciendæ, dicam infra in 3. part. cap. 35. num. 7. 8. 9. & 10.
- Secundum expenſarum caput, de expenſis factis à filio, in duo alia capita ſubdiuiditur, aut enim expenſe ſunt à filiis viuente patre, aut poſt eius mortem.
- 19 De primis poteſt dari exemplum de profuſis ludendo, vel meretricando, de quibus in cap. ſequentis, n. 6. 7. 8. & 9. quæ hic non repetam.
- 20 De expenſis verò factis poſt mortem patris, an propriæ, vel communes eſſe debeant inter alios fratres, cum quibus viuunt, pendet ex his, quæ diximus in 2. part.

parte & præcipuè in cap. 5. 9. 12. 21. 28. 29. 30. 31. & 33. & quid dicendum sit de expensis, quæ non fiunt pro ipsis fratribus, qui tacitam contraxerunt societatem, sed pro eorum filiis, ponam in 1. part. cap. 35.

## SYMMARIUM.

- 1 Primogenitura iure, qua filiis proueniunt, an sint conferre da.
- 2 Mutuata, seu deposita tertio à patre nomine filij, an ab ipso filio veniant conferenda, & num. 4.
- 3 Mater aliquid filiis tradendo præsumitur donare.
- 5 Donatio in patre præsumitur tam erga suos, quam emancipatos.
- 6 Profusa à filio an veniant in collatione.
- 7 Dilapidata à filio viuente patre, an veniant in collatione.
- 8 Actio civilis non oritur inter patrem, & filium.
- 9 Frater non tenetur conferre consumpta bona fide, plura tamen concurrere debent, vt num. 10.
- 11 Actio popularis an per filium post mortem patris debeat conferri.
- 12 Actio vt sit conferenda, qua concurrere debeant.
- 13 Liberati à patria potestate per dignitatem, an debeant conferre
- 14 Ius petendi collationem, an transeat ad hæredes.
- 15 Transmissibilia sunt etiam cessibilia.

De nonnullis aliis quæstionibus circa collationem, & imputationem.

## CAP. XXXII.

VLtra ea, quæ diximus superius de collatione, nonnulla alia remanent tangenda: quæ ad fratrum materiam spectant; & de his, & quæ filiis proueniunt ex iure primogenituræ, quærit Bald. in Auth. ex testamento, nu. 19. C. de collat. & non esse conferenda, docet, cum ea forma differantur, vt diuidi non debeant, unde cum non recipiant nec diuisionem, nec separationem, non debent nec etiam conferri, argum. tex. in l. quadam mulier ff. sam. excise. l. Cornelia Pia, de iur. patr. cap. licet de vot. can. quam periculosum, §. 9. 1.

- 2 Quid autem si pater mutuatur, vel apud tertiam pecuniam deponat nomine filij, an filius pecuniam mutuaturam, vel depositatam eius nomine, teneatur cum aliis fratribus post mortem fratris communicare; Bald. loc. cit. num. 23. dicit primo, filio esse acquisitam obligationem contra debitorem, quæ acquisitio loco traditionis habetur l. 2. C. de dot. cant. unde si illa traditio censeretur donatio, morte confirmabitur, & quæ admodum aliarum donationum morte confirmatur non conferuntur, sic ista conferri non debent, ex qua ratione dicendum est bene imputari, cum enim hæc donatio habeat vim relicti, imputari debebit, vt alia relicta imputantur, de quibus suis locis in dubio tamen potius concessionem in peculium, quàm donationem esse censendam, l. 3. C. ne vx. pro maris. l. si. ff. de pecul. etiã si pater dixerit dono in peculium, l. si donatione, C. de coll. Licet in matre aliquid simpliciter filiis tradente, præsumatur donatio, de quo adesse textum singulariter dixit Ant. Rub. in add. ad Bald. loc. cit. in lit. C. nempe in l. donationes, §. species, ff. de donat. Vital. tamè Nemaus: existimat, imò hoc casu absolutè afferendum esse, collationem fieri non debere; quia hæc actio oriens ex deposito, vel mutuo facto nomine filij, ipsi non acquiritur, nisi post mortem patris, cum sit ex causa profectitia, nude nõ potest dici peculium, cum per mortem patria potestas soluat, l. fin. C. de inoff.

testa. Et esse rationem differentie inter similes actiones, & res cum effectu traditas, in quibus potest considerari concessio facta in peculium; ut per ipsum.

- 5 Et quantum ad præsumendam donationem, eadem præsumptio currit in suis, quæ in emancipatis, l. ad eum, §. ausa, ff. de donat. Et solum est differentia in hoc, quod in suis simplices donationes indigent mortis confirmatione, secus tamen in emancipatis, vt suo loco factum dictum: secundo in suis potest ceteri concessio facta in peculium, secus in emancipatis, qui, cum sint exempti à patria potestate, non dicuntur habere peculium, vt per Vital. Nemaus. in d. quæst. 7.
- 6 Dubitari etiam solet de profusis, ludendo, meretricando, vel aliquo alio modo illicito: & cum in istis omnibus casibus considerari possit dolus, vel saltem lata culpa, omnia profusa debent conferri. Auth. quod locum, & leg. pactum, C. de collat. Bald. in dist. Auth. ex testamento, nu. 37. quem refert, & sequitur Franc. Porcell. de duob. fratr. quæst. 2. sub num. 41.
- 7 Qui mouet pariter quæstionem, si filius bona patris ipso viuente dilapidauerit, an id debeas in eius partem imputari: & facit differentiam, an sit emancipatus, vel laicus: & in emancipato dicit, statim acquisitam esse actionem pro illa quantitate dilapidata, l. 1. l. vxorem, §. primo, ff. de leg. 1. ac idem patrem transmittere illam actionem ad hæredes, leg. prima, ff. de prouil. delict. & vnicuique pro hæreditaria portione acquirit, l. adulta, ff. de hæred. action. secus verò in suo, & cù quo non oritur actio civilis, sed solum naturalis, vnde ab aliis fratribus collatio peti non poterit, sed solum habebit locum compensationis, l. & quod, ff. de compens. l. 3. §. pupillus, ff. de neg. gest. facit tex. in l. frater à fratre, ff. de cond. indeb. in qua compensatione considerari deberet solum damnum, non autem quadruplum, leg. ad quod, §. quid si filius, ff. pro soc. l. si aduersus, ff. in excise.
- 9 Vnum etiam hic non omitam notatum dignum, fratrem non teneri nec conferre, nec compensare ea, quæ consumpsit bona fide, nec in ipsis factus fuit locupletior, l. 2. §. illis, ff. de coll. bon. leg. & de num. C. de coll. quod tali ratione probat Cornel. Beninc. in 4. special. in vlt. vol. 9. q. num. 27. collatio inducta est ad hoc, vt inter fratres seruetur æqualitas, l. illud, & l. vt liberi, C. de coll. sed si frater, qui bona fide aliquid consumpsit, id conferre teneretur, minus de hæreditate acciperet, & sic maxima inter ipsos induceretur inæqualitas; ne igitur hoc sequatur, dicendum est, hoc casu collationem locum non habere. Quatuor tamen concurrere debent; primo, vt consumptio facta fuerit bona fide. Secundo, vt id pro suis necessitatibus, & indigentius fecerit. Tertio, vt in hoc factus non fuerit locupletior. Quarto, vt sit inops, nec alia bona habeat, quam paterna, vt colligitur ex traditis per ipsum à num. 24. vsque ad 31.
- 11 Dabitur etiam, vt iam filius post mortem patris debeat conferre actionem popularem, quam in vita patris potest exercere, leg. in factum, ff. de act. & oblig. glos. in l. 2. §. emancipatus, ff. de coll. bon. non dari, tenet exemplo actionis iniuriarum, cum tam vna, quam altera, detur ad vindictam, licet una ad vindictam priuatam, alia ad publicam: Bart. verò existimat, imò actionem iniuriarum post litem contestatam ad hæredes transire, l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis cant. & idem esse in actione populari, l. si cui, ff. de verb. sign. ac idem tam vnã, quam alterã, si lis fuerit contestata, esse conferendam, argumento regulæ, de qua in leg. prima, §. imputari, ff. de collat. bonor. Vciorum tamen esse opinionem gloriæ docet Vital. Nemaus. de coll. quæst. 38. per tex. in l. 2. §. emancipatus, cuius hæc sunt

- verba, *Emancipatus filius, si iniuriarum habeat actionem, nihil conferre debet, magis enim vindicta, quam pecunia habet persecutionem*, ex quo textu colligitur, rationem, ob quam similes actiones confecti non debent, esse, quia sunt potius ad vindictam, quæ ratio militat, tam si lis fuerit contestata, quam non. Non obstat ratio Bart. in contrarium considerata, quia
- 12 † ad hoc, ut actio debeat confecti, non sufficit, quod sit transmissibilis ad hæredes, ut in *d. §. imputari*; sed insuper debet esse persecutoria rei familiaris, & pecuniæ, non autem vindictæ, ut in *d. §. emancipatus*, ut per Nemaus loc. cit.
- 13 Liberati à patria potestate ob aliquam dignitatem, ad tex. in *l. fin. C. de decur. lib. 10.* an debeant conferre, est dubitatio apud Doctores Bart. Bald. Alex. & alij in *l. liberos, C. de coll.* tenent, liberatos à patria potestate ex quacumque causa conferre debere, per citatum tex. Verum, ut docet Vital. Nemaus *de coll. g. 21.* tex. ille loquitur solum de emancipatis per rescriptum, & dicit eos conferre debere vti alij emancipati: Sed hinc non sequitur, liberatos à patria potestate præterquam per emancipationem, sed aliquo alio modo, conferre debere: & cum id iure non sit statutum, nec nos asserere debemus: & præcipuè cum sit diversa ratio, emancipati enim, succedendo, faciebant iniuriam suis cum attento iure civili succedere non deberent: liberati verò à patria potestate successione non priuantur, unde, succedendo, nullam faciunt iniuriam his, qui sunt in potestate, ac propterea cessat ratio collationis: Verum negari non potest contrariam opinionem esse communem, & ad æqualitatem seruandam maximè æquam, à qua propterea in consulendo, & iudicando, nullo modo esset recedendum.
- 14 Ultimo, non est omitendum, an ius petendi collationem fieri transeat ad hæredes? in quo breuiter dicendum est, tale ius ad hæredes transmitti, si tamen hæreditas fuerit adita, *l. prima, §. ibidem, ff. de coll. bon. leg. si maritus, C. eod.* vel saltem si fuerit transmissa ex capite iustitias ad tradita in *leg. si fratris, C. de iur. delib. & in leg. prima, C. de his, qui aut. apert. tab. locus tamen si non fuisset nec adita, nec transmissa secundum Doct. in *d. l. si maritus*, quod procedit in transmissione collationis tam actiuè, quam passiuè, *l. cum emancipatus, in princ. ff. de coll. bon.**
- 15 Et hinc inferat Nemaus *de collat. quest. 19.* quod cum istud ius sit transmissibile, sit etiam cessibile, † cum transmissibilia sint etiam cessibilia, *l. ex pluribus, ff. de aduin. iur.*

## S Y M M A R I V M.

- 1 Legitima definitiones.
- 2 Legitima, olim quanta esset.
- 3 Legitima, hodie quanta sit.
- 4 Famina exclusæ, licet non possint petere legitimam de bonis Feudalibus, & Emphyteoticis, eorum tamen habetur ratio in calculanda legitima.
- 5 Bona patris, si veniant confiscanda, qua portio reseruetur filijs.
- 6 Nepotes, quomodo considerentur in calculanda legitima.
- 7 Filia femina exclusæ à statuto, an habeantur in consideratione in calculanda legitima, & num. 10.
- 8 Dos, an succedat loco legitime.
- 9 Dos faminarum, deducitur vti ad alienum.
- 11 Masculi, qui nullo modo succedant, an habeantur in consideratione in calculanda legitima.
- 12 Legitima debetur filijs legitimis, & naturalibus.
- 13 Legitima debetur etiam filijs emancipatis.
- 14 Legitima debetur nepotibus, parentibus de medio sublatiis, & num. 15.
- 16 Naturalibus tantum, an debeatur legitima, & quid respellu matris, num. 17.
- 18 Legitimatis per rescriptum, legitima debetur.
- 19 Arrogatis debetur quarta.
- 20 Adoptiuis non debetur legitima.
- 21 Ascendentibus debetur legitima.
- 22 Legitima parentum, dicitur aucla vti legitima filiorum.
- 23 Transuersalibus legitima non debetur, vno tantum casu excepto.
- 24 Legitima, titulo institutionis relinqui debet, etiam de iure canonico, num. 27.
- 25 Supplementum legitime semper peti potest, pacto in contrarium non obstante.
- 26 Legitima, vel scilicet in testamento minus solemni, an debeat contineri titulum institutionis.
- 28 Legitima debet relinqui titulo institutionis, etiam in testamento inter liberos.
- 29 Augmentum legitime factum à statuto, debet relinqui titulo institutionis; etiam si late statutum dicatur esse correctorium iuris communis, num. 30.
- 31 Mater debet relinquere legitimam titulo institutionis, etiam naturalibus tantum.
- 32 Pater clericus debet relinquere legitimam titulo institutionis filijs susceptis ante clericatum.
- 33 Nepotibus debet relinqui legitima titulo institutionis.
- 34 Filijs hæntis debet relinqui legitima titulo institutionis.
- 35 Legitima in testamento continente clausulam codicillarem, potest relinqui absque titulo institutionis, & valet testamentum, etiam si alia titulum fuerit expressum, num. 36.
- 37 Institutio sufficit, quod fiat in quinque solidis, etiam filiorum expressa mentione non facta, num. 38.
- 39 Institutionis titulus non est necessarius, quando filijs assignantur portiones.
- 40 Forma non seruata, vitatur actus.
- 41 Institutionis titulus non est necessarius, si dictum fuerit, ut filius nihil aliud petere possit.
- 42 Relinquere aliquid filijs pro legitima, sat est, absque alia institutione.
- 43 Relinquere aliquid filijs pro dote, sat est absque alio titulo institutionis.
- 44 Relinquere aliquid filijs pro eorum parte, sat est, absque alio titulo institutionis.
- 45 Hæreditatem relinquere pupillo per substitutionem, sat est.
- 46 Legitima relinqui potest titulo substitutionis.
- 47 Legitimam, an sufficiat relinquere iura benedictionis; & quid, si notarius dixerit, iure restitutionis, n. 48.
- 49 Titulus institutionis non est necessarius, si testator mandauerit, testamentum extendi ad consilium sapientis.
- 50 Legitima, an debeat relinqui parentibus titulo institutionis.
- 51 Miles, testando iure militari, non tenetur relinquere filio legitimam iure institutionis.
- 52 Princeps non tenetur relinquere legitimam titulo institutionis.
- 53 In testamento ad pias causas, non est necesse ut relinquatur legitima titulo institutionis.
- 54 Institutionis titulus non est necessarius, si relictum sit utile filio.
- 55 Relictum filio pro legitima, si fuerit ab ipso agnitum, non est necessarius titulus institutionis.
- 56 Fratibus non debet relinqui legitima titulo institutionis.
- 57 Legitima non debetur, nisi post mortem.
- 58 Pater non potest fraudare filios in officiosis donationibus.

- 59 Statutum mandans solui legitimam pro delicto filij, valet.
- 60 Pater non tenetur regulariter soluere legitimam pro delicto filiorum.
- 61 Pater, si monasterium ingradatur, tenetur dare legitimam filio.
- 62 Patria bona, si veniant confiscanda, filiis reservatur legitima.
- 63 Pater tenetur dare legitimam dare filio, loco dotis.
- 64 Pater tenetur dare filiis legitimum pro alimentis.
- 65 Pater cogi potest ad soluendum legitimam filio, ut ipsum liberet à carceribus.
- 66 Iudex effectus Christianus, statim legitimam petere potest.
- 67 Pater, qui dissipet bona, an possit cogi ad praestandam legitimam filio.
- 68 Pater, si vult, potest legitimam dare filio, ipso invito.
- 69 Aucto patrimonio, an possit peti supplementum legitima recepta in vita patris.
- 70 Legitima debet assignari in bonis propriis, & si in alienis fueris assignata, eam recipere non tenetur filius, n. 71.
- 71 Filius non potest eligere rem pro legitima, sed arbitrio iudicis est danda, num. 75.
- 72 De bonis Feudalibus non debetur legitima.
- 73 Actio hypothecaria pro legitima non competit, declaratur, num. 78.
- 74 Legitima, quibus actionibus peti possit.
- 75 Legitima supplementum, qua actione petatur: & quid si fuerit legatum, num. 79.
- 80 Pro legitima supplemento, non datur retentio.

De legitima summaria traditio.

CAP. XXXIII.

Vidimus in superioribus capitulis de collatione, quae locum habet inter fratres tit. vniuersali parentibus succedentes: Verum, quia filij quandoque ab hereditate patris abstinere, vel ob onera hereditaria, vel quia sic pater disposuerit, & solam eorum petunt legitimam, plures possunt oriri controversiae inter fratres, circa ea, quae in legitimam veniant imputanda, de quibus in sequentibus capitulis; sed prius pro eorum intelligenda, necessarium visum fuit, aliqua de legitima attingere. De qua breuiter videbimus, quid sit, quanta sit, quibus debeatur, quo tunc debeat relinqui, & quo tempore sit praestanda. Omissis multis aliis, quae ad nostrum propositum parum conueniente videbuntur, & de quibus videri poterit apud ex professo de hac materia tractantes, & praecipue apud Merlinum in suo copiosissimo tractatu de legitima longè post hæc scripta impresso.

- 1 Circa primum, aliis omnibus definitionibus praetermissis, de quibus per Merlin. in d. l. trall. lib. 1. tit. 1. quest. 1. num. 2. & seqq. Si in genere, hoc est, habito respectu, tam ad legitimam filiorum, quam aliorum, definitur, re & dicitur potest, quod *Legitima definitur à lege bonorum defuncti, portio debita personis, à lege definita*, vt per scribentes in *Auth. nouissima, C. de inoff. testam. Ruin. conf. 56. num. 12. lib. 3. Camp. in tract. quod stant. Masc. quest. 6. num. 45. Nat. in simili tract. quest. 1. princip. num. 3.* qui licet eisdem non vtatur verbis, in idem tamen incidunt. Si verò definite velimus legitimam à parentibus filiis debitam, dicere possumus, *Quod sit portio legitima eius, quo filius ab intestato ex successione parentum habiturus fuisset, vt dixit Cucch. de legitima, in princ.*
- 2 Quanta verò sit legitima, si quaeramus; dicendum est, olim fuisse quartam partem portionis debitæ ab

intestato, vt probat *tex. in l. Papinianus, §. quarta, & §. quoniam, ff. de inoff. testamento parentibus, & leg. quæ nuper, C. eod. l. illud, C. de collat.* Hodie verò est aucta, ita vt si filij non excedant numerum quatuor filiorum sit triens, & sic tertia pars totius assis. Si verò excedant hunc numerum, sit semis, quæ tertia, vel dimidia diuidi debet inter ipsos filios. *Auth. nouissima, C. de inoff. testamento, vbi scribentes, & docet Mich. de Graff. §. legitimam, quest. 7.* Est autem tertia, vel dimidia illius portionis, quam quis ab intestato fuisset habiturus; deducto ære alieno, & funeris impensis, d. l. l. Papinianus, §. quarta, ff. de inoff. testam. cum sit quarta bonorum, non autem hereditatis, d. quoties, ubi Bald. C. de hered. instit. & cura sit pars portionis debitæ ab intestato, in ipsa commensuranda habetur ratio ad illam portionem, in quam ab intestato, quis fuisset successurus, vt post alios docet Peregr. de fideicom. art. 36. num. 2. & seqq.

- 4 Ad unum tamen est animaduertendum, quod licet feminae non succedant in bonis Feudalibus, nec minus Emphyt. de quibus propterea non possent legitimam petere, vt dixit Peregr. loc. cit. num. 7. attamen si agatur de danda legitima, ipsis feminis exclusis propter masculos ab illis bonis, illa etiam bonorum seu illorum bonorum valor habetur in consideratione in commensuranda legitima, vt bene docet Marz. confil. 22. in tertio dub. & post ipsum Fabius de Ann. conf. 48. num. 27. lib. 1. Saltem habito respectu ad fructuum perceptionem, Menoch. conf. 247. Peregr. de fideicom. art. 36. nu. 3. circa quod varios casus considerat Mangil. de Impnt. quest. 38. Et in quaestione precedenti generaliter quaerit, an valor Feudi debeat haberi in considerationem ad augendam legitimam, & videri potest Bell. conf. 48. Curt. lun. conf. 41. nu. 11. Cagnol. in l. hoc valore, §. quarta, nu. 11 ff. de inoff. testam. Guid Pap. decis. 476. & decis. 488. Lup. de donat. inter vir. & vxor. §. 97. n. 17. Burf. conf. 132. nu. 29. & lib. 2. alios plures citat Rot. acis. 701. secl. per Farin. part. 1. quæ tenet Feudum emptum praecipue pecuniis patris habendum esse in consideratione in calculanda legitima, quæ magistralis est decisio, & ad ipsam in occurrenti casu esset recurrendum: Et de hac materia latissime post alios scripsit Merlin. de legitima, lib. 2. tit. prime; qua. 2. 4. 5. 6. 7. & 8.

- 5 Vnum tamen casum considerat Doctores, in quo legitima est semis, licet filij non excedant numerum duorum, & si duorum numerum excedant, est totus assis; si nempe bona patris veniant confiscanda, tunc enim duobus filiis reservatur semis, & si sint plures filij, totus assis, l. si plures, ff. de bon. damnat. Et licet aliqui testentur de consuetudine contraria, vt per Clar. in §. fin. q. 78. vers. videndum etiam est. Attamen, si praedicta consuetudine non constaret, à communi traditione non esset recedendum, Hond. conf. 100. per totum, par. 1. & docet Fatimac. q. 24. nu. 37. & seqq. vbi probat, & ampliat Fachin. controvers. iur. lib. 5. quest. 95. de quo latius infra part. 3. cap. 17. num. 4. & seqq.

- 6 Circa autem numerum filiorum, de duobus est quaerendum, primo, de nepotibus; secundo, de his, qui succedere non possunt. Circa primum distinguendum est cum Salic. in d. Auth. nouissima, in 6. quest. quod aut sunt plures nepotes ex vno tantum filio, aut sunt plures nepotes ex pluribus filiis, aut demò filij, & nepotes. Primo casu, si isti nepotes excedat numerum quatuor, ipsorum legitima est semis. Et est ratio, quia omnes pro virili in capita succedunt. Si verò sint plures nepotes ex pluribus filiis, cum in stirpes, & non in capita omnes succedant, legitima erit triens, nisi tamen adessent nepotes ex quinque, vel pluribus filiis. Et

idem dicendum est in tertio casu, cum tunc pariter nepotes succedant in stirpes, ut dicam infra in *tertia parte, cap. 15.* nisi tamen stirpes nepotum vna cum patris quatuor numerum excederent.

7 Respectu secundæ dubitationis proponunt Doctores quæstionem in filiabus, quæ in forma statutorum totius Italix, stantibus masculis, non succedunt, utrum debeant computari ad augendam legitimam fratrum; ita ut si sint quatuor fratres, & vna femina, an legitima fratrum sit triens, vel semis. Hanc quæstionem plures sunt, qui late disputant, in qua etiam variæ fuerunt opiniones, ut latissimè refert Thefaur. *decis. 159. per totam;* & post ipsum Fachin. *controuers. iur. lib. 4. cap. 31. de quo pariter Surd. de alim. tit. 3. quæst. 1. num. 29. & seqq. Peteg. de fideicommiss. ars. 38. & post omnes alios, latissimè de hac materia tractat Merlin. de legitima, lib. 1. tit. 4. quæst. 3. nu. 10. & seqq. vbi infinitos ferè pro vtraque parte allegatos inuenies.*

Sed ommissa disputatione in hac summaria traditione, communis videtur distinctio, quod aut dos subrogatur, & succedit loco legitimæ, & tunc feminae faciunt partem ad augendam legitimam fratrum: aut dos non succedit loco legitimæ; & tunc feminae habentur pro extraneis, nec partem faciunt ad augendam legitimam, ut optimè docet Gabr. *conf. 15. nu. 20. & 21. lib. 1.* quam opinionem magis communem appellat Paris. *conf. 36. num. 28. & 29. lib. 2. Roin. conf. 24. lib. 1. conf. 52. lib. 2. conf. 118. num. 23. & conf. 152. lib. 3.* & hanc distinctionem approbat Mich. de Grass. pluribus relatis opinionibus in *5. legitima, qu. 7. nu. 4. & seqq.* & sequitur Rota in *una Romana, seu Vrbeuetana legitima Luna 7 Junij 1632.*

8 Secundum quam distinctionem solum videndum esset, an stantibus statutis feminas dotatas, seu dotandas excludentibus, dos dicatur succedere loco legitimæ. Gabr. *in d. conf. 15. nu. 22.* tenet, quod si statutum excludat non solum dotatas, sed etiam non dotatas, mandando dotari, non possit dici, quod dos succedat loco legitimæ, cum appareat, feminas non excludi, quia sint dotatæ, sed quia sunt feminae, vnde pro extraneis habentur, nec in partem venire debent, nec minus facere partem ad augendam legitimam fratrum: idem sequitur in *conf. 11. nu. 4.* de quo latius dicam in *3. par. c. 4. n. 12. & seqq.* vbi ponam, an & quando dos succedat loco legitimæ. † Dos igitur, si non succedat loco legitimæ, deducenda erit, uti res alienum, & de residuo danda erit legitima fratribus, si de legitima agatur, nulla habita ratione feminarum, ita post alios late consuluit Decian. *conf. 46. n. 37. l. 3.* vbi dicit, hanc opinionem esse veriorem, & magis communiter receptam, & plures allegat, quibus alios addit Thefaur. *in d. decis. 159. n. 9.* qui videntur asserere, idem esse, si dicamus, dotem succedere loco legitimæ.

9 † Verum cum in facti contingentiâ casus mihi pluries occurrisset, animaduertebam, similia statuta inducta fuisse in fauorem masculorum, & hoc modo in eorum damnum resultare posse. Ponamus, quod pater habens in bonis ex.g. decem millia, duos habeat filios, & tres feminas, quibus feminis pro earum dotibus reliquerit scutos bis mille, pro qualibet, & vnus ex masculis legitimam tantum consequi debeat, vel sic patre disponente; vel aliqua alia de causa: si feminae facerent partem, legitima esset semis, vnde masculus exclusus pro sua legitima mille consequi deberet. Si vero dotes in primis, & ante omnia, uti res alienum detrahi deberent, legitima esset triens residui detrahitis dotibus; & sic solum pro sua legitima portione consequi posset scutos 650. circiter. Et ita statutum

exclusionum feminarum masculo damnosum esset, quod absurdum admodum videtur. Ac propterea crederem ego, feminas dotatas, vel dotandas facere, vel non facere partem, & dotes prius uti res alienum detrahendas, vel non detrahendas esse prout vtilius ipsis esset masculis, habita ratione ad numerum filiorum, ac dotis quantitatem, ommissa disputatione, an dos succedat, vel non succedat loco legitimæ, de quo Honded. *consil. 69. nu. 125. & post Decian. & Thefaur. Rot. coram Ludouiso decis. 565. num. 2. & in dict. Romana, seu Vrbeuetana legitima, versic. quarta.* Omni enim casu verum est dicere, dotem feminis pro legitima, & pro omni eo, quod prætere de se seruire debere; prout etiam rationi consentaneum est, masculos ex prædictis statutis, ad eorum fauorem inductis, non debere damnificari in legitima, quam consecuti fuissent, si talia non adfuissent statuta. Sed bene esse attendenda in his, quæ eorum recipiunt fauorem; Prout si feminis relicta sit dos in longè minori quantitate, quam esset legitima, ita ut, si prius detraheretur, uti res alienum, legitima masculorum augetur, vel si legitima masculorum sit semis, absque quod feminae computentur. Et secundum hanc distinctionem diuersimodè iudicatum vidi; & iudicarem ego, si iudex essem, prætermittis aliis opinionibus, de quibus, per Thefaur & Merlin. *locis citatis.*

In casibus tamen, in quibus diximus feminas facere partem ad augendam legitimam masculorum, præcedit ad fauorem fratrum consanguineorum, non autem vterinorum tantum, ut habetur in *dicta Romana legitima, vers. superest.*

11 Masculi verò, qui non succedant, an faciant partem, est distinctio: quod aut non succedunt, quia in vita patris habuerunt legitimam, & faciunt partem, licet ad partem non veniant, exclusi enim non dicuntur, cum legitimam consequuti fuerint, aut, uti legitime exheredati, vel aliqua alia ratione nullo modo succedant, & tunc habentur uti extranei, *l. 1. §. si emancipatus, ff. de coniung. cum emancip. lib. & notat Bar. in l. 1. §. pen. ff. de bon. poss. contr. tab. unde non computantur in numero filiorum ad augendam legitimam, Bal. in Auth. nouissima, in 4. §. C. de inoff. testam. Decian. *dict. conf. 46. nu. 3.* qui dicit, rationem esse differentie inter feminas exclusas à statuto, & exheredatos, ut per ipsum nu. 38. & docet Peteg. *de fideicom. ars. 38. nu. 4.**

12 Vidimus quid sit legitima, & quanta sit nunc tertio loco videndum est, quibus debeat. Et primo filiis legitimis, & naturalibus deberi, nõ est dubium, *l. Gallus, §. & quid si tantum, vbi scribentes ff. de lib. & post. l. planè & in suis ff. eod. nulla sextus attenda differentia, l. maximum vitium, C. de lib. prater. l. meminimus, ff. de leg. haered. Peregr. *de fideicom. art. 36. n. 38.* & plures in proposito citat Merlin. *de legit. lib. 1. tit. 2. q. 1. n. 3.* In quo, tanquam in re nimis manifesta, non insisto.*

13 Et non solù filiis in potestate existentibus, sed etiã emancipatis debetur legitima, Alcan. *Clem. de patr. potest. effect. ult. n. 89.* cum enim filiis iure naturali debeat legitima, *l. cum ratio, C. de bon. damnat.* istud ius per emancipationem non dicitur sublatum, *l. ius agnationis, ff. de pact. l. ius sanguinis, ff. de orig. iur. §. naturalia, Instit. de iur. nat. gent. & civil.* quicquid annuere videantur aliqui relati per Surd. *conf. 341. nu. 11. lib. 3.* Petr. à Petr. *de fideicom. quæst. 15. nu. 96.* & hanc opinionem esse magis communem, & probabiliorẽ, Merlin. *de legitima, lib. 1. tit. 2. quæst. 3. num. 4. & seqq.*

14 Debetur pariter nepotibus, parentibus de medio sublatis, qui tamen in stirpes succedant, Salic. *in Auth. nouissima, in 6. quæst. C. de inoffic. testamento,* vbi lat. sub

- num. 65. Al. x. conf. 63. lib. 2. & conf. 101. lib. 6. Cran. conf. 964. num. 33. Rimin. lun. conf. 85. num. 43. Non. conf. 95. num. 2. Sord. conf. 332. num. 1. lib. 3. Com. conf. 48. col. fin. lib. 2. Socin. lun. conf. 88. nu. 8. lib. 4. Peregr. dist. art. 36. num. 39. qui dicit, ¶ id non solum procedere in nepotibus ex filio, sed etiam ex feminis, Alex. an. conf. 27. in 3. dub. lib. 1. Ruin. conf. 186. nu. 1. lib. 2. Socin. conf. 184. in princip. lib. 2. de quol. et Merlin. de legitimis. tit. 2. quest. 8. num. 2.
- 15 Naturalibus tantum non debetur, cum præteriti, & exheredari possint, glos. & Bar. in l. 1. ff. de bon. poss. con. tr. sub. scribentes in l. 1. ff. sol. matr. vt Rom. Alex. Arc. Rip. & alij, quos sequitur Peregr. loc. cit. n. 4. & tradunt Valq. de success. creat. §. 4. n. 55. & §. 17. n. 12. Graf. in §. legitima, q. 5. n. 2. Thefaur. q. Forens. lib. 2. quest. 26. num. 10. Merlin. de legitima, lib. 1. tit. 2. quest. 4. num. 2.
- 16 Licet secus sit respectu matris, glos. & scribentes in leg. si suspensa, §. primo, ff. de inoff. testamento, Cagnol. in leg. si qua illustris, C. ad Officiari. Peregr. de iur. fisci, in nu. de naturalibus, nu. 24. & in d. art. 36. sub nu. 4. Graf. loco cit. Merlin. loco pariter citato, nu. 10. & seq. Nisi tamen fuerit Illustris, & legitimos habeat, Peregr. de iur. Fisc. lib. 3. tit. 18. n. 21. & 23. Valq. in d. §. 17. num. 10. Thefaur. in d. quest. 26. num. 8. Merlin. vbi supra, nu. 12. Quid vero dicendum sit de spuris, habet latissimè per Merlin. d. tit. 1. lib. 1. quest. 5.
- 18 Legitimatis pariter per scriptum, legitima debetur, Menoch. conf. 164. nu. 35. Honded. conf. 88. num. 7. lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 23. nu. 27. vbi ex pluribus probat, & ampliat Rot. decis. 653. num. 3. parte prima, select. per Farinac. & habetur in alia decisione coram Sacrat. Romana legitima 16. Decembris, 1616. Merlin. dist. tit. 2. qu. 8. & an in ipsius legitima intelligatur aucta, Merlin. in dist. tra. de legitima, lib. 1. tit. 3. quest. 2. num. 5. Quod tamen limita, si legitimatio fuerit facta cum clausula, sine præiudicio venientium ab intestato, vt in dictis decisionibus; & dicam infra part. 3. cap. 26. num. 21. Et quid operetur ista clausula Merlin. dist. tit. 3. quest. 9.
- De legitimatis autem per subsequens matrimonium nulla est dubitatio, per ea, quæ dicam infra part. 3. cap. 23. & 24. & tradit Merlin. de legitima, lib. 1. tit. 2. quest. 7.
- 19 Atrogatis, etiam in bonis atrogantis quarta debetur, leg. si atrogator, ff. de adopt. leg. fin. ff. si quid in fraud. patron. §. cum autem, Instit. quibus mod. ius patr. potest. soluit. l. Papinianus, §. pen. ff. de inoffic. testamento, leg. prima, §. impubers, ff. de collat. bonor. licet præteriti non possint dicere testamentum nullum, cum habeant remedium ordinarium petendi quartam, d. Papinianus, §. pen. nec minus agere pro inofficiosa dote, Peregr. dist. art. 36. n. 41. & ipsius legitimam deberi, post Graf. in §. successio, quest. 31. n. 1. Sord. de alimentis, tit. 1. quest. 2. num. 6. & tradit latè Merlin. de legitima, lib. 1. tit. 2. quest. 2. nu. 2. & seq. Et de pubere atrogato, & an eorum legitima sit hodie aucta, Peregr. loc. cit. num. 42. Merlin. in supra citato tit. 3. quest. 3. Et de successione atrogatorum dicam infra in 3. part. cap. 20.
- 20 Adoptiuis tamen legitima non debetur, cum possint præteriti, & exheredari, de quo pariter Peregrin. loc. cit. num. 43.
- Quod declaratur primo, vt non procedat in adoptatis ab auo, cum ipse legitimam præstare debeat, vt per Peregr. sub d. nu. 43. vers. ampliat. Merlin. de legitima, lib. 1. tit. 2. quest. 2. num. 14. & dicam infra in ter. t. parte, cap. 20. num. 25.
- Secundo declaratur in filiis impuberibus adoptatis, quartam consequi debent, l. 2. C. de adopt. Peregr.
- in d. art. 36. num. 41. Merlin. vbi supra, num. 18.
- Tertio declaratur in adoptato, qui fuerit à patre naturali emancipatus, Ber. conf. 159. nu. 10. lib. 2. quem refert, & sequitur Merlin. loc. cit. num. 19. de quo etiam in dicta tertia parte, cap. 20. num. 50.
- 21 Ascendentibus etiam legitimam deberi, nõ est dubium, leg. nam & si à parentibus, ff. de inoffic. testam. Alcau. Clem. de patr. potest. cap. 4. nu. 21. Peregrin. dist. art. 36. nu. 44. vnde ipsis competit ius petendi supplementum, glos. in l. omnimodo, C. de inoffic. testam. Graf. in §. legitima, quest. 34. & præteriti, vel inuittè exheredati redarguunt testamenta descendendum, leg. nam & si à parentibus, ff. de inoff. testamento, Peregr. loco citato, plures ad propositum citat Merlin. in d. tit. 2. lib. 1. quest. 12. num. 3. & seq.
- 22 Et eorum legitima dicitur aucta, quemadmodum legitima filiorum, Mich. de Graf. in §. legitima, q. 9. eisdem enim gubernatur regulis, Pet. à Petr. de fideicom. quest. 15. nu. 74. & latè Peregr. de fideicom. art. 49. n. 44. & hanc opinionem esse communem, & veram, dixit post alios Merlin. de legitima, lib. 1. tit. 3. quest. 4. sub num. 9. vers. contra iuram.
- 23 Transuersalibus autem legitima non debetur, exceptis tamen fratribus, quibus competit ius petendi legitimam in bonis fratris, qui turpem instituit personam, l. fratres, C. de inoff. testamento, vbi latissimè Ias. de quo pariter Peregr. in d. art. 36. n. 45. & seq. & dicam latius in tertia parte, cap. 2. vbi videri poterit, de quo etiam Merlin. in dist. tit. 2. lib. 1. quest. 13.
- 24 Quod titulo modo relinquenda sit legitima, congruo ordine videndum est: & eam titulo institutionis esse relinquendam, dicit text. in §. aliud quoque capitulum, in Auth. vt cum, de appell. cognosc. aliter testamentum dicitur nullum, Graf. in §. legitima, q. 31. in princip. Menoch. conf. 81. nu. 26. Decian. conf. 129. num. 19. lib. 1. Peregr. d. art. 36. nu. 55. latissimè Merlin. de legitima, lib. 1. tit. 1. q. 1. nu. 6. Maresc. variar. resol. lib. 2. c. 105. nu. 47. Quod etiam sibi locum vendicat, aucto iure canonico, vt de veriori opinione testatur Merlin. loco cit. q. 2. nu. 4. Suius tamen, vt aliquid filiis titulo institutionis fuerit relicta, ad excludendam quærelam, & hac autem, Auth. vt cum, de appell. cognosc. Et solum hoc casu competit actio ad petendum supplementum, l. omni modo, & l. scimus, C. de inoffic. testam. & notatur in d. §. aliud quoque capitulum, & in d. §. hac autem, glos. in d. Auth. nouissima, vbi scribentes Peregr. dist. art. 36. sub num. 55. Mich. de Graf. in §. legitima, quest. 32.
- 25 Quod supplementum filius semper petere potest, etiam si contrarium cum patre esset pactus, vel securitatem de hoc hæredibus fecisset, l. si quando, §. aliud, C. de inoff. testamento, nisi tamen in specie dixisset, se contentum esse defuncti iudicio, & ita, & taliter renunciasset, vt nil aliud petere posset, vt ibi per scribentes, & non solum supplementum ab hæredibus peti potest, sed etiam à legatariis: si hæredes non adessent, vt declarat Mant. in d. Auth. nouissima, in ultima quest. & quando legitimæ intelligatur renunciatum, Merlin. de legitima, lib. 1. tit. 2. quest. 26. & seq.
- 26 Quæ conclusio, vt legitima relinqui debeat titulo institutionis, habet etiam locum in testamento minus solemnibus, & licet pro contraria parte plura adducat Mant. in d. Auth. nouissima, in tertia glos. vers. tertio, tamen hæc est communis opinio, vt ipsemet Mant. fatetur, qui propter dicit, non esse adhuc opinionem recedendum: cum ¶ hæc solemnitas dicatur requisita non solum à iure civili, sed etiam gentium, & canonico, Mant. in d. Auth. nouissima, sub vers. pro rei veritate, vbi etiam Ias. num. 31.

- 28 Ad idem volunt, & erit secunda ampliatio ad regulam, etiam in testamento condito inter liberos necessarium esse, relinquere filijs legitimam titulo institutionis; & licet aliqui contradicant, hinc tamen esse veriore opinionem, testatur nouissimè Merlin. *de legitima, lib. 5. tit. 2. quæst. 3. nu. 7. & seqq.* vbi id ex pluribus comprobatur iuuenes.
- 29 Tertio ampliatur, quod, si statutum auget legitimum, adhuc illud argumentum deberet relinquere titulo institutionis, passiuam enim acciperet interpretationem à iure communi. *l. prima, §. lex Falcidia, vbi notatur, ff. ad l. Falcid. l. 2. C. de noxal. cap. cum dilectus, de consuetud.* Nec dicatur, hoc statutum esse correctiuum iuris communis, ac idem ab ipso interpretationem non accipere, *Bart. in leg. maximum viuum, C. de lib. prae. er. Bald. in l. fin. §. imputari, C. de iur. delib. & probatur, in leg. 1. §. hunc igitur, C. de iud. nam pluribus modis soluit argumentum Mant. in d. Auth. nouissima, vers. pro rei veritate, quod probat nouissimè Merlinus de legitima, lib. 5. tit. 2. quæst. 3. num. 35.*
- 30 Quarto ampliatur in matre relinquente legitimam filiantum naturalibus, quam titulo institutionis relinquere debet, *Franc. decif. 47. in fin. & decif. 64. lib. 4. Cassad. decif. 1. num. 2. & seqq. in tit. de success. ab intest. Theaur. quæst. Forens. lib. 2. quæst. 26. num. 1. & 6. Merlin. in d. tit. 2. quæst. 13.*
- 31 Quinto ampliatur in patre clerico qui pariter debet relinquere legitimam filijs susceptis ante clericatum titulo institutionis, secundum Salic. in *Auth. presbyteras, C. de Episc. & Cler.* & veriore esse sententiam dicit Merlin. *de legitima lib. 5. tit. 2. quæst. 14. nu. 4.*
- 32 Sexto ampliatur in nepotibus, quibus debet relinquere legitimam titulo institutionis, §. aliud quoque capitulum in *Auth. ut cum, de appell. cognosc.* de quo videtur potest Merlin. *loco proxime citato, quæst. 13.*
- 33 Septimo ampliatur in filiis bannitis, quibus debet relinquere legitimam titulo institutionis, cum banniti non amittant privilegia iuris communis, *Peregr. de iur. fife. lib. 3. tit. 7. nu. 6. & seqq. Menoch. conf. 101. n. 9. & conf. 271. nu. 1. Surd. conf. 319. n. 2. Sim. de Præc. de interpret. ult. volunt. lib. 2. interpret. 2. dub. 1. solut. 1. n. 12. fol. 124. latè Merlin. post alios de legitima, lib. 5. tit. 2. q. 19.*
- 34 Limitatur verò conclusio supradicta, de qua supra num. 24. vt non procedat, si in testamento apposita fuerit clausula codicillaris, vel vt valere debeat omni modo meliori. *Bald. in l. quoties, nu. 3. C. de hered. instit. lal. in d. Auth. nouissima, num. 29. Dec. conf. 14. nu. 4. & sic obtinuisse, dicit Peregr. de fideicommiss. art. 36. nu. 56. Merlin. vbi supra, quæst. 14.*
- 35 Quod ampliatur, etiam si particularis fuerit expressus titulus, vt si fuerit dictum iure legati, & deinde adjecta fuerit clausula, omni meliori modo, adhuc enim iustinetur testamentum, vt per *Bald. loc. cit. Felyn. in cap. cum super, de off. deleg. quam opinionem veriore, dixit Peregr. in d. art. 36. num. 57. cum istius clausulae sit virtus, vt si actus non valeat modo, quo fit, valeat saltem eo modo, quo valere potest, quod ex pluribus probat Peregr. loc. cit.*
- 36 Secundo limitatur, si institutio fuerit facta solum in quinque solidis, tunc enim sustinetur testamentum, & solum supplementum agi potest, *gl. & Bart. in l. 3. §. sed verum, ff. de minor. lal. in d. Auth. nouissima, nu. 15. Clar. in §. testamentum, q. 44. Peregr. d. art. 36. nu. 44. & post alios latè Merlin. de legitima, lib. 5. tit. 2. quæst. 21.*
- 37 Sed dubitatio est, quid si in quinque solidis fuerit facta institutio, nulla filiorum mentione expressa: Et adhuc testamentum sustineri, consuluit *Crau. consil. 162. quod tamen verum esse, dixit Peregr. loco citato.*
- 38 *vers. difficultat, si insuper addit supradicta clausula, omni meliori modo: vel dictum fuerit, institutio descendentes, qui ad hereditatem venire possent, & in his terminis obtentum fuisse in facti contingentia, testatur Peregr. loc. cit.*
- 39 Tertio limitatur, si pater vnicuique ex filiis portionem suam assignauerit, quod facere posse, probat *tex. in l. parentibus, C. de inof. testamento; tunc enim perinde est, ac si ipsos in illis portionibus instituisset, Bald. in l. si constante, C. de donat. ante nupt. quam opinionem ex pluribus probat Mant. in d. Auth. nouissima, vers. tertio quaritur, Graff. in §. testamentum, quæst. 33. nu. 9. Nec dicitur, hanc institutionem formaliter requiri, ac si deo forma non seruata vitari actum, *l. qui Roma, §. Flauius, ff. de verb. obligat. l. Iulianus, §. sed etiam ff. de exhib. cap. quia propter, de elect. Hæc enim non est forma, quæ non possit per æquipollens adimpleri, leg. si mater, C. de instit. & docet Mant. loco citato, de quo etiam Merlin. de legitima, lib. 5. tit. 2. quæst. 11. num. 4.**
- 40 Quarto limitatur, si filia fuerit aliquid relictum cum hoc, vt nil aliud petere non possit; *Bald. in l. si adulta, C. de hered. act. & mouetur, quia hoc casu filia non dicitur præterita, & existimandum est, patrem voluisse illud relictum compensari cum legitima, l. si cum dotem, §. si pater, ff. sol. matrim. l. rem legatam, ff. de ademp. leg. ac propterea licet expressè non fuerit instituta in legitima, in ipsa tamen instituta dicitur ex vi resolutæ intentionis, quod pariter placuit Mant. in d. Auth. nouissima, in tertia glos. in verbo, sufficit, vers. quarto quaritur, licet multi alij ibidem contradicant.*
- 41 Quinto limitatur, si fuerit aliquid relictum filiis pro eorum legitima, tunc enim satis dicitur relictam fuisse titulo institutionis, *Bart. consil. 151. Clar. in §. testamentum, sub num. 38. vers. sed quid si dicat. Peregr. de fideicommiss. art. 36. nu. 59. Et probat ex pluribus Merlin. de legitima, lib. 5. tit. 1. quæst. 10. num. 5. vbi quamplures allegatos inuenies.*
- 42 Sexto limitatur, si pro dote filia fuerit factum legatum, volunt enim hoc casu dotis nomen, prout ipsa legitima, habere vim institutionis, vt per *Clar. loco citato, Rain. consil. 14. lib. 2. Rimin. Sen. conf. 1. per totum, Cagnol. in Auth. ex causa, nu. 64. C. de lib. prae. er. quod loco citato sequitur Peregr.*
- 43 Septimo, ex eisdem Doctoribus habemus idem esse, si dictum fuerit pro parte sua, per *tex. in l. scimus, in princip. C. de hered. instituend. vbi Bald. Salic. & alij notant, & docent Doctores, de quibus in duabus superioribus limitationibus.*
- 44 Octauo limitatur, si pater instituerit extraneum, cuique grauauerit, vt hereditatem restitueret pupillo maiori ætate, *Bart. in l. iudex filio, in prin. ff. de vulg. & pup. & docent scribentes in d. Auth. nouissima, quod modum rationi consentaneum esse, ex multis ostendit Mautic. loc. cit. vers. quinto, & ultimo quaritur.*
- 45 Nono limitatur, si filio fuerit relicta legitima titulo substitutionis, per *tex. in l. si filius substituitur, vbi Bald. ff. de hered. instit. & probat tex. in l. ex filio, §. Lucius ff. de vulg. & pup. lal. in d. Auth. nouissima, n. 26. contra ea, quæ scripsit Alex. in l. si pater impubes, ff. de vulg. & pu. Et commune opinionem dicit *Graff. in §. testamentum, q. 35. nu. 10. Valsq. de success. creat. §. 20. num. 252. de quo latè Merlin. de legitima, lib. 5. tit. 2. quæst. 16.**
- 46 Decimo limitatur à nonnullis, si relictum fuerit factum iure benedictionis; Cõtrarium tamen voluerunt *Bal. Alex. & alij magis communiter in d. Auth. nouissima, quod à lal. num. 29. confirmatum inuenies.*
- 47 Undecimo limitatur, si notarius imperitus, volens dicere iure institutionis, dixerit iure restitutionis, *lal. vbi*



vbi supra num. 3. alios ad propositum citat Merlin. de legitima, lib. 5. tit. 2. quæst. 17.

- 49 Duodecimo limitatur, secundum Bald. in l. illa constitutio, ff. de hered. instit. & in l. captatoria, ff. de testam. si post relictam filio factum, mandauit testator, testamentum extendi ad consilium sapientis, quo casu sapiens addere poterit clausulam institutionis, licet alij contradicant; & post alios latè hanc questionem ad partes disputat Merlin. de legitima, lib. 5. tit. 2. quæst. 12.
- 50 Decimo tertio limitatur in parentibus, quibus dicunt, non esse necessarium relinquere legitimam titulo institutionis, vt per Bar. in d. Auth. nouissima; cum & hoc non sepiatur correctum ius antiquum: & communis videtur opinio, præcipuè cum parentibus non iure naturæ debeantur legitima. Mich. de Grass. in §. legitima, quæst. 2. Contrarium tamen sentit Fach. controuers. iur. li. 4. cap. 50. & hanc esse opinionem veteriorem, & magis communem ex auctoritatibus, & rationibus probat nouissimè Merlin. de legitima, lib. 5. tit. 2. quæst. 8. num. 12. & seq.
- 51 Decimo quarto limitatur in testamento militis, l. 3. §. si duobus, ff. de milit. testam. Clar. in §. testamentum, q. 16. cum in testamentis militum cessent omnes solemnitates iuris communis, leg. 1. & 2. C. de milit. testam. quod procedere dicit Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 1. sub num. 25. etiam si non appareat expresse iure militari testari voluisse. An autem prædicto procedat in militibus nostris temporis, docet Merlin. de legitima, lib. 5. tit. 2. quæst. 5. num. 4. & seq.
- 52 Decimo quinto limitatur in Principe, qui potest relinquere legitimam quocumque titulo, cum legibus sit solutus, l. Princeps, ff. de legibus, l. pen. C. de donat. inter vir. & vxor. Castrenl. in l. si quis Imperatore, C. qui testamenta fac. poss. Mant. de coniect. lib. 6. tit. 1. sub num. 39. Merlin. loc. cit. quæst. 7.
- 53 Decimo sexto limitatur in testamentis ad pias causas, cum in ipsis sufficiat apparet de voluntate testatoris, aliis solemnitatibus sublati, Bart. in Auth. nouissima, vbi etiam l. 1. §. 2. C. de inoff. testamento, & hanc esse communem, & sequendam opinionem Merlinus vbi supra sub num. 4. vers. & hac opinio.
- 54 Decimo septimo limitatur, si relicta sit filio vtile, tunc enim absque titulo institutionis sustinetur, scribentes in l. cum filio, ff. de vulg. & pupill. Merlin. de legitima, lib. 5. tit. 2. quæst. 11.
- 55 Decimo octauo limitatur, si legatum fuerit agnitum à filio, Bal. in leg. scimus, C. de inoff. testamento, Cagnol. in Auth. ex causa, num. 67. limitat. 5. C. de lib. præs. Merlin. vbi supra quæst. 15.
- 56 Decimo nono limitatur in fratribus, quibus non debet relinqui legitima, titulo institutionis, etiam in illi casibus, in quibus ipsis legitima venit relinquenda, Nat. conf. 478. num. 13. vers. nam filio. lib. 3. & sequitur post alios Merlin. d. legitima, vbi supra, quæst. 20.
- 57 Quo tempore modo sit præstanda legitima sequitur videndum: in quo absolute respondendum venit, dandam non esse, nisi post mortem, l. quamiam in prioribus, C. de inoff. testamento, l. primus, §. imputari, ff. de collat. bon. Cordub. in l. si quis à liberis, §. item rescriptum, nu. 16. ff. de lib. agnosc. cum in vita parentum filius non debeat legitima, Duen. reg. 356. in princip. ac idè in ipsa calculanda habetur solum ratio ad facultates, quæ remanserunt tempore mortis, Auth. nouissima, C. de inoff. testamento, Petr. à Petr. de fideicommiss. quæst. 15. Cabal. conf. 137. nu. 11. Vnde regulariter non attenditur augmentum, quod contingeret post mortem patris, de quo tamen Surd. conf. 128. prout nec diminu-

tio: latè Peregr. de fideicommiss. art. 36. nu. 19. & seqq. & post alios de hoc latissime disputat Merlin. de legitima, lib. 5. tit. 3. quæst. 1. & seqq.

- 58 Non potest tamen pater in officiosis donationibus, vel fraudulentis alienationibus filium legitimam priuare, l. prima, §. si quis in fraudem, l. non vsque ff. si à parent. fuerit manum. vbi Bar. & si ille, in quem facta alienatio, fuerit particeps fraudis, poterit ab eo res alienata reuocari vsque ad quantitatem legitimæ: vt per la. in d. Auth. nouissima, nu. 40. Quod intelligendum est de alienationibus voluntariis, quibus pater nõ potest præiudicare filiis respectu legitimæ. Paul. de Cast. conf. 334. lib. 2. Crau. conf. 141. nu. 5. Borgn. decis. 7. n. 24. in fin. part. 3. Rol. conf. 65. num. 25. lib. 1. Decian. conf. 1. nu. 47. & seqq. lib. 4. idque ampliant, etiam si donatio nõ fuerit inofficiosa, sed solum voluntaria, adhuc enim debet detrahi legitima, habito respectu etiam ad bona donata, Cucch. de legitima, §. legitima est quota, num. 31. cum seqq. secus si necessaria, & non fraudulenta fuerint, vt per citatos Doctores.
- 59 Quæ conclusio, vt non sit præstanda legitima in vita patris, nõnullas recipit limitationes, quarum principales hic annuam, & sit prima, si statutum, vel decretum adsit, vt pater teneatur soluere legitimam fisco pro delicto filij: licet namque multi teneant, tale statutum non valere; communis tamen est opinio in contrarium, quæ in praxi obseruatur, & eam ex pluribus defendit Mant. in d. Auth. nouissima, vers. tertio dubitare contingit, Socin. in l. filiusfamilias, §. 8. de verb. obligat. Hond. consil. 95. num. 40. & n. 104. lib. 1. Clar. in prax. §. fin. q. 86. vers. valebit igitur, & alij multi, quos citat Farinac. in tit. de delictis, & penis, quæst. 24. n. 160.
- 60 licet simili statuto non existente, regulariter tamen pater pro delictis filiorum non teneatur soluere legitimam, Clar. loc. cit. vers. secundo, Duen. reg. 356. vers. vltima secundo, Becc. conf. 34. num. 21. Hond. d. conf. 95. nu. 34. Eug. conf. 69. num. 8. & seqq. Rimin. lun. conf. 30. nu. 75. & 93. lib. 1. plures alios inuenies citatos à Farinac. in d. quæst. 24. nu. 15. & seq. Negari tamen non potest similia statuta esse rigorosa, & odiosa, ac idè strictè intelligenda, vt bene post alios habetur apud Surd. in decis. 167. nu. 14. necnon in decis. 314. n. 7. propterea sic interpretanda, vt ledant ius commune, quanto minus fieri possint; vt post alios dixit Farinac. d. q. 24. nu. 195. & de eorum interpretatione videri potest Hond. d. in d. conf. 95. per totum, Barard. & Clar. in d. quæst. & latius apud Farinac. in dist. quæst. 24. nu. 161. & pluribus seqq. qui plures ad regulam cumulat limitationes, inter alias num. 170. locum sibi non vendicare, si pater plures habeat filios, quæ omnia, vti extra nostram materiam, prætermitto.
- 61 Secundo limitatur, si pater monasterium ingredia-  
tur, quo casu filiis in vita patris legitima, saltem inspe-  
cto iure canonico, debetur, per text. in c. cum simo, de  
reg. iur. quem singularem appellat Bart. in Auth. si qua  
mulier, C. de sacros. Eccles. communique solet dici opi-  
nio, vt per scribentes in d. l. Aut nouissima, & docent  
plures, quos citat Grass. de legitima, quæst. 12. sub nu. 6.  
vers. contrarium, Duen. plures citans reg. 356. in 6. li-  
mit. Hond. conf. 6. per totum, li. 2. hancque questionem  
ad partes latè examinat Merlin. de leg. 1. lib. 5. tit. 3. q. 13.  
vbi Doctores, & rationes hinc inde videri poterunt;  
qui tandem sub nu. 11. concludit, hanc esse commu-  
nem opinionem, & ampliat etiam in descendentiis,  
qui si monasterium ingrediantur, tenentur ascenden-  
tibus legitimam præstare, vt per ipsum num. 11.
- 62 Tertio limitatur, si patris bona veniant confiscan-  
da, quo casu filiis reseruetur legitima, ad latè tradita

- per Farinac. *quæst.* 24. *nu.* 34. quæ non confiscatur Menoch. *consil.* 77. *num.* 25. H. *undec.* *consil.* 110. *num.* 13. & *seqq.* Peregr. *de iur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *post num.* 34. Quanta autem sit hoc casu de iure communi legitima filiorum, dixi *num.* 5. & latius dicam infra *part.* 3. *cap.* 17. *num.* 4. & *seqq.*
- 63 Quarto limitatur ut pater viuens cogi possit ad præstandam legitimam filii loco dotis, ad hoc, ut nubere possit, l. *Pomponius. ff. fam. ercise. l. qui liberat. ff. de ritu nupt. l. fin. C. de dot. promiss.* Farinac. *d. quæst.* 24. *nu.* 21. Duen. *reg.* 356. *in tertia limitatione.*
- 64 Quinto limitatur, ut pater pro alimentis cogi possit ad præstandam legitimam filio, *leg. cum oportet. §. cum autem. C. de bon. g. lib.* Farinac. *loc. cit.* *nu.* 23. Duen. *reg.* 356. *in 4. limitatione.*
- 65 Sexto limitatur, ut filius cogere possit patrem, ut soluat ei legitimam pro redemptione à carceribus, & pro seruanda vita, ac libertate, Duen. *reg.* 356. *in quinta fallentia.* Farinac. *d. quæst.* 24. *num.* 21. & *seqq.*
- 66 Septimo limitatur in Iudæo effecto Christiano, cui pater statim legitimam præstare tenetur, ut post plures, quos allegat, docet Duen. *d. reg.* 356. *in prima limitatione.* prout filii dotem præstare est obligatus, ac ipsos alimentare, ut per Muscard. *de Iudæis, cap.* 4.
- 67 Octauo limitatur, si pater dissipet bona, tunc enim filius cogere potest patrem, ut ipsi legitimam assignet. Bald. *in leg. de iuncto. n. 3. ff. si quid in fraud. patron. vbi etiam Paul. de Caltr. qui idem sequitur in Auth. si quamulier. n. 8. C. de sacros. Eccles. Alex. l. in Imperator. in 5. col. ff. ad T. reb. Cagno. in repetitione l. fin. *num.* 232. *C. de p. a. l. Fab. de Monte in repet. Auth. nouissima. n. 83. C. de inoff. testam. l. in l. si constante. n. 399. ff. solut. matrim.* hanc opinionem sequitur Duen. *reg.* 356. *vers. contrariam tamen opinionem.* licet alij, quos ipse citat in *vers. amplius primo.* contrarium sentiant. Id tamen difficillimum esset in praxi obtinere, ut dicit Pincl. *in l. 1. par. 3. n. 73. C. de bon. mat.* nam patri dilapidanti ordinarium est remedium, ut interdicitur bonorum administratio, eique detur curator, vnde non est, quod ad aliud extraordinarium remedium recurratur, ut dixit Grass. *in §. legitima, quæst.* 12. *n. 5.* Et in hac quæstione diuersas opiniones refert Merlin. *de legitima, lib. 5. tit. 3. quæst.* 6. apud quem vide.*
- 68 Nono limitatur, ut licet non possit cogi pater ad præstandam legitimam filiis eo viuente, si tamen velit, eam dare potest, & ipsam filij acceptare eoguntur, secundum scribentes in *leg. cum quo. §. fin. ff. ad leg. Falcid.* vbi præcipue Paul. de Caltr. Bald. *in l. in successione. n. 2. vers. quarto quarto, de reuoc. hui. qua in fraud. credit.* Cucch. *de legitima in tit. legitima an augeatur aucto patrimonio, nu.* 15. Duen. *reg.* 356. *vers. limita secundo.* Grass. *in d. §. legitima, quæst.* 12. *nu.* 8. Quod non possit cogi pater ad præstandam legitimam filiis, eius respicit fauorem, cui renunciare, potest, Bering. *in d. l. in quartam, n. 132. ff. ad leg. Falcid.* Vnde si filius petat à patre alimenta, ipsi potest pater legitimam offerre, varios ad propositum citat Vincent. Franch. *decis.* 137. qui tamen aliis contradicit, & testatur, causa in Senatu proposita, nihil fuisse decisum.
- 69 Dubitatio tamen est, an si in vita patris tradita fuerit legitima, & postea patrimonium paternum fuerit auctum, de augmento post mortem patris debeatur legitima: & deberi volunt, Bald. *in l. pactum, in 6. opposit. C. de collat. Alex. & Castrenf. in l. ratione, la 2. ff. ad l. Falcid.* Menoch. *de arbit. casu* 149. *n. 18.* facit tex. *in l. si quando, §. 1. C. de inoffic. testam.* quam opinionem veriorem, & æquiores appellat Mant. *in d. Auth. nouissima, Peregr. d. art.* 36. *nu.* 17. de quo etiam Grass. *in d.*
- §. *legitima, q. 13.* Nec minus officeret, si facta fuisset renuntiatio: deberet enim intelligi secundum præsentem statum, secundum primam opinionem, de qua per Grass. *loc. cit.* *sub vers. contrarium, æquiores, receptiorem, veriorem, & tenendam appellat, & præcipue si renuntiatio generalis facta non fuisset.*
- 70 Legitima autem debet dari in bonis propriis illius, qui legitimam præstare tenetur, ac idem in re aliena relinqui non potest, licet in corpore consistat, l. *si verè, §. primo. ff. de bon. li.* Bald. *in l. cum rem alienam, vers. extra queritur, C. de leg. Graf. in §. legitima, q. 15. num. 5. Cucch. de legitima, in rubr. quibus in rebus constitutus possit, num. 17.* cum legitima sit portio bonorum patris, l. *Papinianus, §. quantiam, & §. seq. ff. de inoffic. testamento, leg. parentibus, C. eod.* † Et si fuerit relicta, eam filius acceptare non tenetur, Barr. *in leg. suus, ff. de hered. instit. Petr. à Petr. de fideicommiss. quæst.* 13. *num.* 60. Paris. *consil.* 16. *num.* 70. & *consil.* 45. *num.* 6. *lib.* 2. Ruin. *conf.* 55. *num.* 3. *lib.* 2. Valq. *de success. creat. §. 10. nu.* 250. & §. 20. *num.* 525. de quo latè videri potest Merlin. *de legitima, lib. 5. tit. 3. quæst.* 11.
- 71 Non potest tamen filius eligere rem particularem pro sua legitima, Gab. *in tit. de legitima. concl.* 4. Grass. *in §. legitima, quæst.* 16. *nu.* 4. Greg. Tholof. *in synt. iuris lib.* 44. *c. 5. nu.* 26. prout † nec minus hæredes possunt legitimam offerre in re, quam magis velint, sed arbitrio iudicis est constituenda, ut per Menoc. *de arbit. casu* 165. qui id per plures conclusiones declarat, & docet Mich. de Grass. *in §. legitima, quæst.* 15. 16. 17. & 18. & latè disputat Merlinus *in d. quæst.* 11.
- 72 De bonis autem feudalibus, & emphyteoticis non detrahatur legitima, ut per Mant. *in d. Auth. nouissima in quæstionibus, vers. septimo, & vers. octauo,* plures citat Peregr. *d. l. art.* 36. *num.* 7. sed an id semper verum sit, & an saltem respectu fructuum, & valoris aliqua debeat haberi consideratio, dictum fuit supra *sub nu.* 4. quæ hic non repetam.
- 73 Vltimo respectu actionum animaduertendum est, hypothecariam non competere pro legitima, Petr. à Petr. *de fideicommiss. quæst.* 15. *num.* 36. Ceph. *consil.* 42. *in princip. Crau. consil.* 109. *num.* 3. plures citat Pacif. *de Saluan. interd. in spec. 2. capit. 2. num.* 234. Rot. *decisio.* 48. *numer.* 4. *inter impressas post dictum tracl. secundum primam impressionem,* quam sententiam latè defendit Peregr. *de fideicommiss. art.* 36. *num.* 149. & *seqq.* plures alios citat Gratian. *discept. Forens. lib.* 3. *cap.* 366. *num.* 3. latè Mant. *de iacit. & ambig. conuent. lib.* 11. *tit.* 13. *n. nu.*
- 74 *primo, vsque ad num.* 80. Vnde volunt, quod † si fuerit relicta integra legitima, peti possit actione ex testamento, Bald. *in leg. si quis, vers. quarto, C. de inoffic. testamento, Crau. consil.* 312. quæ actio tanquam personalis, Affl. & *decis.* 162. *num.* 4. erit dirigenda contra hæredes, non legatarios, ut per Peregr. *in d. l. art.* 36. *num.* 152. seu petitione hæreditatis, l. *prima, ff. de rei vendic. l. regulariter, l. licet, & l. sed si lege, §. petitio, ff. de peti. hered. vel iudicio diuisorio, leg. prima, & 2. §. quarta, ff. famil. ercise. Peregr. loco citato.*
- 75 Legitimæ verò supplementum peti debet conditione ex lege, Rimin. *lun. consil.* 359. *num.* 35. Rot. *loc. cit. nu.* 6. & docet Peregr. *d. l. art.* 36. *sub num.* 153. qui subdit, quod licet hæc actio sit personalis, tamen est in rem scripta, ac propterea potest exerceri contra quemcumque, ut per ipsum, de quo etiam infra *in tertia parte, cap.* 13. *num.* 131. & 132. & docet Merlinus *de legitima, lib. 5. tit. 4. quæst.* 2.
- 76 Conclusio modo, de qua supra *num.* 75. limitatur, si legitima fuerit legata, tunc enim quemadmodum pro legato competit hypotheca, sic etiam pro legitima legata

gata competere debet, Dec. conf. 235. sub n. 6. vers. non obstat. Negul. de pignor. in 4. membra secundæ partis, sub num. 164. Gab. de legitima, coneluf. 1. num. 2. Petr. à Petr. de fideicommissi, quæst. 15. sub num. 41. vers. hypothecata: tamen: prout est in alimentis, pro quibus licet non detur hypotheca, Mant. de tact. & ambig. conuent. lib. 15. tit. 3. num. 77. tamen si fuerint legata, etiam actione hypothecaria peti possunt, Gratian. loco citato.

79 Et idem est, si fuisset legatum supplementum ex eadem ratione, Pacif. de Saluan. inter d. inspect. 3. capit. 4. num. 94. secus si non fuisset legatum, unde si legata esset legitima, non supplementum pro legitima legata competeret hypothecaria, & non pro supplemento, ut bene declarat Rota in dist. decis. 8. num. 5. & seqq. licet contrarium asserat Negul. loco citato, vers. quam tamen.

80 Et aliam etiam differentiam notare non piget, inter legitimam, & supplementum, ut pro legitima detur retentio, non autem pro supplemento, quod à manu hæredis capi debet, ut concludit Rot. in decis. 11. impressa post tractatum Merlini de legitima. Et quando est relictum aliquid pro legitima, solum supplementum peti potest, Merlin. de legitima, lib. 3. tit. 3. quæst. 2. pro quo, ut dixi, non datur retentio.

Demum circa legitimam, de imputationibus remaneret videndum, de quibus, ultra ea, quæ de collatione superius dicta fuere, in sequentibus capitulis videbimus, respectu tamen eorum rerum, quæ ad fratres spectare videbantur, multis prætermisissis, quæ ad hanc materiam parum pertinent; de quibus videri potest Mangil. de Imput. & post ipsum Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 2. quos cum longè post hæc scripta videtis, multis in locis eorum allegationes decernunt.

## S V M M A R I V M.

- 1 Imputationum materia respectu legitima filiorum, ad quatuor reducitur capita.
- 2 Imputari non debent in legitimam, quæ capiuntur extra patrimonium patris.
- 3 Imputanda non sunt in legitimam, quæ proueniunt ex substantia pupilli, etiam si id fiat ob paternam pupillarem substitutionem, ut nu. 4. & quomodo id sit intelligendum, num. 10.
- 5 Imputari non debent in legitimam, quæ filio obveniunt ex substitutione facta legatario, & quomodo intelligatur, num. 10.
- 6 Imputari an debeant in legitimam, quæ proueniunt ex substitutione directa, vel fideicommissaria, & quomodo id veniat intelligendum, n. 9. & 11. & de ratione differentia inter substitutiones pupillares, factas legatario, directas, & fideicommissarias, nu. 7. & seqq.
- 8 Legitima debetur statim post mortem patris absque ulla dilatione, vel onere.
- 12 Imputari non debent in legitimam ea, quæ filius acquirit per mortem patris ex aliquo fideicommissio antiquo.
- 13 Imputari non debent in legitimam acquisita ex iure accrescendi, quæ tamen declaratur, num. 14.
- 15 Imputari non debent in legitimam ea, quæ filius auocat à vitrico beneficio, l. hac edictali, C. de secund. nupt.
- 16 Imputari non debent in legitimam, quæ pater restituit filio, ob tale sibi impositum.
- 17 Imputari non debent in legitimam, quod datur filio vitæ alienum.

An ea, quæ capiuntur à filio extra patrimonium patris, veniant in eius legitimam imputanda, ubi de acquisi-

tis ex substitutionibus, & iure accrescendi: & ex his ad nonnulla alia inferitur.

## C A P. XXXIV.

**D**E legitima vidimus, in superiori capitulo, nunc videndum est, quid in ipsa sit imperandum, respectu tamen eorum rerum, de quibus potest esse controuersia inter fratres, in qua materia, satis perplexa, breuiter me expediam, tum quia plurima ad hanc rem pertinentia, declarata fuerunt superius, dum de collatione vidimus, tum etiam quia, totam hanc materiam, pro faciliiori ipsius intelligentia, ad quatuor reducam capita; Et in quolibet ipsorum regulam, & conclusiones constituam, quas variis limitationibus, illationibus, & declarationibus ommissa disputatione certas reddere curabo.

1 Materia igitur imputationum respectu legitime, quam proponit Bart. in l. in quartam, num. 18. ff. ad leg. Falcid. & de qua ibi latè scribentes quatuor principaliora continet capita: Primum, respicit ea, quæ capiuntur à filio extra patrimonium patris secundum, ea, quæ filius percipit de patrimonio patris post eius mortem: tertium, ea, quæ filius habuit parte viuentei quartum, & vltimum ea complectitur, quæ filius habet extra patris patrimonium, sed eius contemplatione.

2 Et circa primum caput, de quo in presenti capitulo, sit regula, quod ea, quæ capiuntur à filio extra patris patrimonium, non veniant in legitimam imputanda, leg. sciens, §. repletionem, C. de inoffic. testamento, quæ regula, quemadmodum est vetustissima, ita etiam communiter approbatur, ut dixit Soc. Inn. in dist. leg. in quartam, num. 111. & vltia repetentes eam probant Mich. de Grass. de success. ab intest. §. legitima, quæst. 192 num. 2. Peregr. de fideicom. art. 36. num. 104. Cucch. de legitima, vers. ex substantia, num. 2. & 3. Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 2. quæst. 18. ubi numeris sequentibus de variationibus.

3 Et hinc inferitur, quod ea, quæ percipiuntur ex substantia pupilli, non imputantur in legitimam, quia ex patrimonio pupilli, non patris proueniunt, quod ampliant procedere, etiam si ex fratre obveniunt mediante substitutione pupillari à patre facta, licet etiam pupillaris substitutio dicatur dispositio patris; tamen illud, quod ex illa substitutione percipitur, ex patrimonio filij dicitur prouenire, non autem ex bonis paternis, ac idem in legitimam imputari non debet, dist. §. repletionem, & docet Rip. in d. leg. in quartam, n. 115. Cucch. de legitima, vers. quæ sint imputanda, n. 3. Mich. de Grass. loco supra citato, num. 3. Peregr. dist. art. 36. sub n. 104. & num. 115. qui alios citat, & sequitur Metlin. loc. cit. num. 10.

5 Inferitur secundo, ut ea, quæ filius acquirit ex substitutione facta legatario, pariter in legitimam non imputetur per dist. §. repletionem, & docet Bart. in dist. leg. in quartam, num. 14.

6 Inferitur tertio, quod ea, quæ filius capit ex substitutione fideicommissaria, vel directa facta hæredi non imputentur in legitimam, quia legitima nullam admittit dilationem, ut per Bald. in dist. leg. sciens, nu. 6. Peregr. loc. cit. num. 116. Contrarium tamen, ex eadem ratione, docet Bart. in dist. leg. in quartam, sub num. 14: nam cum legitima aliquam dilationem, seu onus non recipiat, ab initio rejicitur omne onus, omnisque dilatio, respectu ipsius legitime, quod approbat falsif

- d. l. scimus, n. 10.* cum quo omnes transire De doctores, & repetentes, dixit Socin. *lun. in d. l. in quartam, nu. 148.*
- 7 Ex quo colligitur ratio differentiarum, quare ea, quae capiuntur ex substitutione pupillari, & ex substitutione facta legatario, non imputentur in legitimam, ut supra *num. 3.* & 5. secus autem provenientia ex substitutione directa, vel fideicommissaria; quia nempe ex vulgari, & fideicommissaria substitutione à principio rejicitur onus, & conditio favore legitimae, *l. quoniam in prioribus, C. de inoff. testam. & sic, ut res libera, in legitimam imputatur: quod fieri non potest in substitutione pupillari, cum enim agatur de substantia pupilli, & ipse pupillus non teneatur legitimam praestare, non potest praetendi, ut ex illa substitutione rejiciatur onus; unde, tamquam res non pure relicta, non potest imputari in legitimam, & quae statim absque ullo onere debetur post mortem patris, *leg. cum queritur, C. de inoff. testamento, & docet Rip. in d. l. leg. in quartam, num. 218.* Et est receptissima sententia, à qua non esse recedendum, dixit Alex. *conf. 179. lib. 5.* quicquid in contrarium senserit Bald. *loc. cit. & eadem ratio militat in substitutione facta legatario.**
- 8 Socin. tamen *lun. in d. l. leg. in quartam, n. 148.* non approbat id, quod communiter asserunt alij de rejectione oneris; si enim fuerit institutus in aliqua re minus legitima, habet filius remedium ordinarium, petendi supplementum; unde non est, quod de aliqua agat oneris rejectione: fatetur tamen, quod si antequam haberet supplementum, impleteretur conditio substitutionis, illud, quod sibi obveniret ex illa substitutione, debet in legitimam imputari; tamquam obventum ex substantia, & dispositione paterna: Unde Socin. opinio videtur differre à communi, solum quantum admodum, non autem quantum ad effectum; quod nempe debeat peti supplementum legitimae, & non quod ex illa substitutione rejiciatur onus temporis, & conditionis usque ad quantitatem legitimae: Imò, si rectè animadvertatur inter ea, quae dicit Soc. & communem opinionem, nulla est differentia, nisi verbalis: communem enim opinionem ego intelligo, si in omnibus bonis praeterquam in relicta filio, fuerit facta substitutio: si enim solum facta fuisset in aliqua parte, filius, petendo legitimam, non posset petere onus rejici ex illa substitutione, cum alia adsint bona, in quibus possit legitimam consequi, nec esset in eius arbitrio eligere illam rem pro legitima, in qua adest substitutio; cum id relinquatur arbitrio iudicis, ut in cap. praecedenti fuit dictum. Et in istis terminis loquitur Socin. nec communem opinionem dissentire existimo. Si verò generalis fuisset substitutio, nec minus modus traditus à Socin. differt à Communi; nam filius petendo supplementum legitimae, utique petit onus rejici ex illa substitutione usque ad quantitatem legitimae, nisi enim rejiceretur onus, non posset sibi illa res assignari pro legitima.
- 10 Ex quibus omnibus notare oportet, quomodo sint intelligendae tres supradictae illationes; prima nempe, & secunda, ut provenientia ex substitutione pupillari, & ex substitutione facta in legato, non imputentur in legitimam; & tertia, ut provenientia ex substitutione vulgari, vel fideicommissaria in legitimam imputentur. Duae enim primae illationes intelliguntur, ut à principio, antequam purificetur conditio, non possint in legitimam imputari, quia imputatio praesupponit acquisitionem, unde cum filius illa non acquisiverit, imputatio aliqua praetendi non potest: nec filius potest instare, ut ex dictis substitutionibus onus rejiciatur, ut supra dictum fuit. Sed hinc non se-

quitur, quod si filius iam aliquid habuerit, vel ex substitutione pupillari, seu facta in legato ante consecutionem supplementi legitimae, non debeat id in legitimam imputari: nam imò proveniens ex substitutione facta in legato, tanquam proveniens ex bonis paternis, esset imputandum; prout etiam ea, quae ipsi obvenirent ex substitutione pupillari: licet enim non posset dici provenire ex bonis paternis, proveniret tamen ex eius dispositione, quod sufficere dicitur: nam si data à tertio, contemplatione ipsius patris, in legitimam imputantur, ut infra suo loco dicitur, tanto magis imputari debebunt ea, quae filius obveniant ex paterna dispositione.

- 11 Tertia pariter conclusio supra firmata, provenientia ex substitutione vulgari, vel fideicommissaria imputari in legitimam, debet intelligi, ut à principio, quando filius petit legitimam, si nil aliud reperiatur, in quo eam consequi valeat, possit eam habere in bonis fideicommissis subjectis, relicto illo substitutionis onere usque ad quantitatem legitimae; & hoc modo substitutio imputatur in legitimam, nec amplius aliquid aliud ex ipsa substitutione praetendere potest filius. Imò hoc casu secundum Socin. dare deberet fideiussionem, de restituendo omne id, quod ipsi obvenire posset ex illa substitutione. Et ex his habes, an, & quando provenientia ex substitutionibus paternis imputari debeant in legitimam filiorum, quae in re Doctores obscure admodum, & confuse loquuntur, ut per Peregr. *de fideicommiss. art. 36. nu. 107. & seqq. Mang. de Imputat. qu. 12. & Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 2. qu. 1. n. 17. & qu. 18. n. 12.*

Dixi, ex substitutionibus paternis, nam si per mortem patris filius aliquid consequeretur vigore alicuius fideicommissi antiqui, vel sui, vel alterius, id profectò non esset in legitimam imputandum; non proveniret enim, nec ex substantia paterna, nec ex patris dispositione, Dec. *conf. 79. & conf. 217. Ruin. conf. 127. n. 6. lib. 5. Rip. in d. l. in quartam, n. 135. Cucch. de legitima, sub rub. qua sint imputanda in legitimam, nu. 4. Peregr. d. art. 36. n. 107.*

- 13 Quatio infertur, ut ea, quae filius acquisivit ex iure accrescendi, non imputentur in legitimam, ut habetur expressè *in d. §. repletionem, & ibi scribentes, ut l. f. n. 10.* de quo etiam Peregr. *in d. art. 36. n. 112.* & voluit Merlin. *de legitima, in d. qu. 18. n. 11.* Alex. tamen *in d. l. in quartam, n. 19.* facit differentiam, si ususfructus accrescat proprietati, vel proprietati ususfructui. Exempli gratia, filius est institutus in proprietate, alius in ususfructu, si decedat ususfructuarius, ususfructus accrescit filio proprietario, qui ususfructus non imputatur in legitimam, secundum supradictam illationem, si verò filius institutus fuerit in ususfructu, & tertius in proprietate, si decedat proprietor, & proprietate accrescat filio ususfructuario, ipsi in legitimam imputari debebit, secundum Alex. & rationem differentiae adducit, quia ususfructus non potest dici in bonis patris, unde inconueniens esset, ut in legitimam filij deberet imputari: secus tamen est in proprietate, quae dicitur de bonis paternis; de quo tamen, & ipsemet Alex. dubitat. Verum regule est generaliter intelligenda, prout eam generaliter intelligunt scribentes omnes, nam postquam pater decessit, & eius bona ad alios pervenerunt, illa bona non considerantur amplius uti bona paterna, sed uti bona illius, qui ea acquisivit, ac propterea, quando accrescit filio, non possunt dici amplius provenire filio ex bonis paternis, sed ex bonis illius, qui ea acquisivit, & sic in legitimam ipsi imputari non debent, nec minus sunt imputanda

tanda tamquam ipsi prouenientia ex paterna dispositione, nam jus accrescendi non prouenit ex immediata dispositione paterna, sed ex lege sic disponente; ob quam rationem mouentur Doctores ad dicendum, ut ea, quæ ex iure accrescendi filius acquirat, non debeant in legitimam imputari.

14 Verum tamen existimo, quod dixit Peregr. sub dist. num. 11. id non procedere, si portio, quæ accrescit filio, fuerit educata in vita patris, ut si exempli gratia, decedat proprietarius extraneus uiuente adhuc patre, & post ipsius mortem filius institutus in usufructu habeat non solum usufructum, sed etiam proprietatem, tunc enim illa proprietatis imputari deberet in legitimam filij, & est ratio, quia illa proprietatis consideratur uti substantia paterna, non autem uti res aliena, prout quando institutus in proprietate decedit post mortem testatoris, ut supra dictum fuit.

15 Quinto inferitur, ut illud, quod filius auocat à vitrico beneficio, legis hac editi, C. de secund. nupt. non veniat in legitimam imputandum: filius enim illud consequitur aduentitio quodam iure, beneficio legis, non iudicio matris, ut communis est opinio, ut per Rip. & Doctores, quos allegat in d. l. in quartam, nu. 119. plures ad propositum citat Mich. de Grass. in dist. §. legitima, quasi. 19. num. 5.

16 Sexto inferitur, ut si pater fuerit grauatus restituere aliquid filio, illud non imputetur in legitimam filiorum, secundum Sal. in d. §. replecionem, non acquirunt enim illud, nec ex patrimonio patris, nec ex ipsius libera dispositione, Leonardi, §. cum filia, ff. de vulg. & pup. conferunt dicta superius, num. 11.

17 Septimo inferitur, ut illud, quod datur filiis, uti res alienum, non imputetur ipsis in legitimam, ut si pater leget filio, quod matri prædefunctæ debebat, Bald. cons. 57. lib. 1. & dicam infra in institut. cap. 36. n. 15.

De alia illatione videbimus in capitulo sequenti.

### SUMMARIUM.

1 Data, causa conditionis implenda, esse in legitimam imputanda, multi tenent, alij distinguunt, ut num. 4. alij oppositum volunt, num. 5.

2 Lex, etiam, §. patrimonio, ff. de bon. libertorum, declaratur, & num. 10.

3 Data in vim modi, imputantur in legitimam.

6 Datum causa conditionis adimplenda, accipitur à filio quodam aduentitio casu.

7 Legitima debetur statim post mortem patris absque ullo onere.

8 Legitima patroni suppletur ex his, quæ dilationem, vel conditionem non habent.

9 Argumentum, de Trebellianica ad legitimam, non valet.

10 Argumentum, de legitimam patroni ad legitimam filij, non valet.

11 Argumentum, de datis causa conditionis implenda, ad data in vim modi, non valet.

12 Distinctio Doctorum, an datum causa conditionis implenda sit hereditarium, vel non hereditarium, impugnatur.

13 Aulicis opinio, an data causa conditionis imputari debeant in legitimam.

14 Data causa conditionis implenda ab ipsomet filio, an sint in legitimam imputanda.

EX his, quæ diximus in cap. præcedenti, dubitant Doctores in leg. in quartam, ff. ad leg. Falcid. an data causa conditionis implenda, debeant in legitimam imputari, de quo in præfati capitulo, particulatim tractare decet, cum in hoc Doctores admodum inter se discrepent: Multi enim ex verbis generalibus Bart. existimant, data causa conditionis implende vique esse imputanda, quod pariter secutus fuit Fulg. in leg. filium, quem habentem, C. sum. arce. & deducunt argumentum ex Trebellianica; si enim in ipsam imputantur data causa conditionis implenda, multo magis id asserere debemus in legitima, quæ quantum ad imputationem videtur magis favorabilis, cum in Trebellianicam imputentur solum prouenientia ex testamento, in legitimam verò multa alia, de quibus infra suis locis.

2 Secundo, adducitur tex. in l. etiam, §. si patrono, ff. de bon. q. lib. arguendo de legitima patroni ad legitimam filij; in legitimam namque patroni imputantur data causa conditionis implenda, ergo idem dicendum est de legitima filij.

3 Tertio, data in vim modi imputantur in legitimam, ut per Bart. in d. leg. in quartam, ergo idem videtur dicendum in datis causa conditionis implenda.

4 Alij distinguunt, aut id, quod datur causa conditionis implenda est hereditarium, & in legitimam imputari debet, aut non est hereditarium, & non imputatur, ut per Mich. de Grass. de success. ab intestato, §. legitima, quasi. 10. n. 2. Peregr. de fideicom. art. 36. n. 105.

5 Alij denique generaliter volunt, quod omne id, quod datur causa conditionis implenda, siue sit hereditarium, siue non, non debeat in legitimam imputari, quam opinionem gl. & Bald. tenuere in d. l. filium, quem habentem, latè Cucch. de legitima, vers. quæ sint imputanda in legitimam, num. 8. plures citat Mich. de Grass. loc. cit. sub num. 1. vers. sic contrariam verò, qui de communi, & recepta opinione testantur.

6 Mouentur Inol. & Alex. quia licet detur quid hereditarium, tamen per filium sumitur quodam aduentitio casu, pender enim solutio à voluntate illius, qui conditionem implere debet, nec conuenit legitimam stare sub hac incertitudine.

7 Secundo, legitima debetur statim post mortem patris absque ullo onere, & dilatione, leg. quoniam in prioribus, C. de inoff. testamento, ergo data causa conditionis implenda, uti conditionalia, non debent in legitimam imputari.

8 Tertio, Bart. in d. leg. in quartam, adducit tex. in leg. si libertus, §. excludatur, ff. de iur. patr. ubi dicitur suppleri legitimam patroni ex his, quæ dilationem, vel conditionem non habent; ergo à simili legitima pariter filiorum debet suppleri ex his, quæ non habent conditionem, & sic in ipsam non erunt imputanda, data causa conditionis implenda.

9 Ad contrariam respondent omnes, non valere argumentum, de Trebellianica ad legitimam, quia inuicem se habent, uti excedentia, & excessa; Et in specie in Trebellianica imputantur solum ea, quæ ex testamento proueniunt, quia Trebellianica debetur solum ex causa testamenti; sed cum legitima naturali iure debeat, in ipsam imputantur etiam aliunde acquisita, vel ex bonis paternis, vel ipsius causa, & occasione, ut infra suis locis diceretur, sic respondet Socin. lun. in dist. leg. in quartam, num. 115.

10 Ad secundum respondet Alex. non valere argumentum, de legitimam patroni ad legitimam filij, cum

An data causa conditionis implenda debeant in legitimam imputari.

legitima magis sit debita filio, quam patrono: sed hinc non soluitur argumentum, nam fat est adesse paritatem in casu, de quo agitur: nempe legitima patroni debetur absque onere, & dilatione, sicut legitima filij, ergo, quemadmodum in legitimam filij non imputantur data causa conditionis implendæ, ita etiam non deberent imputari in legitimam patroni, sed consequens est falsum, ergo etiam antecedens.

11 Ad tertium respondent, præcipuè non valere argumentum de vno casu ad alium, non data in vim modi imputantur etiam in Falcidiam, secundum communem sententiam, & tamen data causa conditionis implendæ in Trebellianicam non imputantur, vt per scribentes in *dict. leg. in quartam.*

12 Ad distinctionem verò, de qua in secunda opinione, responderetur, esse prorsus vanam: nam certum est, profectitia in legitimam imputari, sed ad hoc, vt aliquid dicatur profectitium, non requiritur, vt sit de bonis patris, sed sufficit, vt filio proueniat contemplatione, vel occasione patris: nam, attenda patris contemplatione, perinde est, ac si filius accepisset de substantia patris, vt probat text. in *leg. sed si plures, §. in arrogato ff. de vulg. & pup.* & docet Paul. de Mant. Pic. in *d. leg. in quartam, num. 174.* & infra dicitur.

13 Ergo in hac difficultate, omiſſa longiori disputatione, existimo, non bene à Doctoribus declarari, & à multis non satis intelligi: primo namque animaduertendum est, communem opin. in eo fundari, quod legitima debeatur statim post mortem patris absque vllò onere, & dilatione: quo stante, considerandum est, aliud esse, quod filius teneatur imputare in legitimam illud, quod habere poterit ex illo futuro euentu conditionis implendæ, aliud esse, vt teneatur imputare in legitimam illud, quod iam habuit ob conditionem ab hærede impletam. Primo enim casu, verū est dicere, illud relictum causa conditionis implendæ in legitimam non esse imputandum, quia legitima debetur statim post mortem patris, vnde filius non debet expectare donec hæres conditionem adimpleat: nec minus potest petere, vt ab eo relicto onus rejiciatur, nam relictum fuit factum cum hac conditione, quam adimplere pendet à voluntate hæredis. Secus tamen est in secundo casu, cum enim iam fuerit adimpleta conditio, & filius iam relictum consecutus fuerit, cessat ratio oneris, & conditionis adimplendæ in contrarium considerata, & vti relictum carens onere, & proueniens à paterna dispositione, profectitium censeri deberet, & per consequens in legitimam imputandam: vnde, si filius peteret supplementum legitimæ ante adimplementum conditionis, absque dubio non deberet in legitimam imputare illud, quod sibi deberetur in euentum conditionis adimpletæ, sed alia bona libera ipsi essent assignanda: & in his terminis communis procedit opinio; quo casu si postmodum conditio adimpleretur, nil aliud filius prætere posse, cum paterna dispositione contentus esse noluerit, ad quod conferunt tradita per Soc. Jun. in *d. l. in quartam, n. 148.* Si verò filius ante peritum legitimæ supplementum, iam habuisset relictum causa conditionis implendæ sibi factum, utique ipsi in legitimam esset imputandum, tanquam proueniens ex dispositione patris: non posset enim amplius considerare illud onus, vel illa dilatio, ob quam dicunt Doctores, datum causa conditionis implendæ, non esse imputandum, & in his terminis procedit text. in *dict. §. si patrono,* & voluit Socin. in *d. l. in quartam, nu. 119.* & in hanc sententiam, tendere videntur ea, quæ docet Peregr. de *fideicom. art. 36. n. 119.*

14 Adde tamen alium casum non tactum, quod videtur, à Doctoribus: an illud, quod filius acquireret ex testamento patris, ob conditionem non ab alio, sed ab ipsomet filio adimplendam, esset ipsi in legitimam imputandum: prout si pater relinqueret filio centum, sub hac conditione, vt Romam proficisceretur, vel aliquid aliud perageret: & crederem nullam posse prætendi imputationem, licet enim illud haberet ex dispositione patris, id tamen esset ex quodam aduentitio iure, ex eo nempe, quia illud peregit, & sic tamquam proueniens ex opera filij esset aduentitium, & tamquam aduentitium non imputandum: legitima enim debet esse sine onere, vnde ipsam acquirere non debet filius eius operibus: Quod tamen intelligere oporteret, quatenus operæ corresponderent relicto; hoc casu enim relictum esset aduentitium: Sed si operæ adimplendæ parui essent momenti, relictum verò maximum, illud quod operatum merita excederet, esset profectitium, & tamquam profectitium in legitimam imputandam. Bene verum est, quod si filius nollet conditionem adimplere, sed solum legitimam petere, id facere posset, cum, vt supra dictum fuit, legitima non possit aliquò onere grauari.

#### SVM MARIVM.

- 1 Quæ capiuntur ex testamento patris in legitimam imputantur: tam si titulo vniuersali, quam particulari capiuntur, num. 1.
- 2 Pecunia filio relicta, quæ prius ipse consumpserat, in legitimam imputantur.
- 3 Legatum alimentorum in legitimam imputatur.
- 4 Prælegatum imputatur in legitimam.
- 5 Relictum cum onere, ne filius illud alienare possit, nisi in certis personis, an imputetur in legitimam.
- 6 Mobilia relicta filio in legitimam imputantur, quod declaratur, num. 8.
- 7 Gemma filio relicta, in legitimam imputantur.
- 8 Pecunias filio relictae imputari in legitimam, non est dubium.
- 9 Animalia filio relicta imputantur in legitimam.
- 10 Legatum factum filiabus pro dote, imputatur in legitimam.
- 11 Liberatio à testatore relicta, & pretio æstimabilis, imputatur in legitimam.
- 12 Res aliena à patre relicta, an imputetur in legitimam.
- 13 Relicta à patre tanquam æ alienum, non imputantur in legitimam.
- 14 Relicta in testamento nullo, non imputantur in legitimam.
- 15 Relictum causa equalitatis seruandæ, non imputatur in legitimam.
- 16 Relictum cum conditione, ne debeat imputari, non est imputandum.
- 17 Fructus an imputentur in legitimam, & numeris seqq.

An quæ veniunt ex testamento, & substantia patris, veniant in legitimam imputanda.

#### CAP. XXXVI.

1 Diximus supra de primo capite distinctionis à nobis factæ in *cap. 34.* circa materiam imputationum, nunc de secundo videamus, in quo nulla ferè est difficultas, omnes enim vno ore asserunt, quæ ex testamento patris capiuntur, siue iure institutionis, siue iure legati, siue in vim modi, vel alia ratio-  
ne in

ne in legitimam imputari, *leg. etiam, §. pen. ff. de bon. lib. leg. quoniam nouella, vers. ex substantia eius. l. omni modo, & leg. scimus, C. de inoff. testamento, Bart. in leg. in quartam, nu. 10. ff. ad leg. Falcid. vbi Rip. nu. 140. Alex. num. 17. Paul. de Monte Pic. num. 179. Ruin. conf. 28. Socin. lun. nu. 115. Curt. Iun. conf. 180. nu. 5. lib. 2. plures citat Peregr. de fideicom. art. 36. num. 121. Menoch. conf. 526. num. 9. Surd. conf. 388. num. 18. & segg. Gratian. dis. 27. Forens. e. 448. num. 12. Rot. coram Ludouil. decif. 568. num. 6. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quest. 1. num. 5.*

2 Et parum refert, an id capiatur vniuersali, vt titulo hereditario, vel iure particulari, vt titulo legati, dummodo id ex voluntate, & dispositione paterna capiat, Bart. loc. cit. vers. venio ad quartam, Rip. loco pariter citato, Gab. conf. 108. nu. 7. lib. 2. Grass. in §. legitimam, quest. 20. nu. 1. Menoch. conf. 1005. num. 35. lib. 11. Corn. conf. 270. num. 4. lib. 4. Ber. conf. 51. nu. 24. lib. 2. Eugen. conf. 64. num. 24. & 25. lib. 1. Rimin. Iun. conf. 23. num. 334. Pat. decif. 211. num. 12. lib. 3. Merlin. loc. cit. num. 6.

3 Nec refert, an relictum sit in re immobili, seu mobili, imò imputatur etiam relictum pecuniarum habitatum à filio, licet eas consumplerit, Paris. conf. 93. num. pen. lib. 2. conf. 1. num. 89. & 90. & conf. 27. lib. 3. Capr. conf. 31. num. 8. & 9. Peregr. de fideicom. art. 36. num. 124. Rot. coram Seraph. decif. 1365. num. 1. & iterum probat Rot. coram Ludouil. decif. 568. num. 7. quæ etiam loquitur in nominibus debitorum, & esse veniorem opinionem, Merlin. loc. cit. num. 8.

4 Imò volunt etiam legatum alimentorum imputari in legitimam, licet enim filius non possit cogi accipere legitimam in fructibus, attamen si tale legatum fuerit acceptatum, imputatur in legitimam, Rol. conf. 98. num. 9. vers. vterius, lib. 2. Thob. Non. consil. 107. nu. 4. Cephal. consil. 191. num. 18. & segg. Gabr. consil. 109. num. 11. lib. 1. Surd. de alim. tit. 9. quest. 34. Rot. coram Ludouil. decif. 186. & sequitur Merlin. loc. cit. nu. 9.

5 Ac propterea non est dubium, prælegatum factum filio pluribus etiam hæredibus institutis in legitimam imputari, non attenditur enim quo iure filius capiat ex testamento paterno, sed sufficit capi iudicio testatoris, d. l. quoniam nouella, & d. l. scimus, C. de inoff. testamento, vt per omnes supracitatos Doctores, Merlin. de legitimam, lib. 2. tit. 2. quest. 2. num. 2.

6 Et si testator aliquid filio reliquisset cum onere, vt illud non posset alienare, nisi in certas personas; si illud in illas personas alienaret, adhuc in legitimam esset imputandum, quicquid dicat Socin. Sen. in consil. 114. lib. tertio, motus ea præcipuè ratione, quia legitima non potest grauari aliquo onere, vnde cum testator, relictum grauauerit, ne possit alienari, nisi in certas personas, censendum est, noluisse illud relictum imputari in legitimam; cauilliosa enim est protus ratio, vt per Ripam in dict. leg. in quartam, num. 108. & per Crot. in leg. filium familias, §. Diu. num. 7. ff. de leg. primo, nam hoc stante sequeretur, vt facta generali prohibitione per testatorem, si filius aliquid alienaret, illud in legitimam imputari non deberet; non esset enim censendum, testatorem voluisse, id deseruare debere pro legitima, quod illo onere grauauit; secundum hanc rationem, quod est de directo contra id, quod omnes asserunt. Propterea, diximus supra, omne id imputandum esse in legitimam, quod filius capit iudicio testatoris, at tale est id, quod consequitur filius mediante alienatione facta in personas permittas, etgo in legitimam debet imputari, vt tenentur Casteus. in leg. filius, §. Diu. nu. 18. ff. de leg. primo, Guid. Pap. conf. 122. in fin. Peregr. de fideicom. art. 39. num. 10. Ladech. conf. 120. num. 3. Gab. in tit. de Trebellianica,

conclus. 13. num. 6. & 7. Mangil. de imputat. q. 136. nu. 58. Et post ipsum latè contra Socin. questionem examinat Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 2. quest. 4. per totum.

7 Diximus supra, mobilia filii relicta pariter esse imputanda, quod nullam habet dubitationem, si à filio fuerint alienata, tunc enim ipsorum pretium esset in legitimam imputandum, vt docet Peregr. de fideicom. artic. 10. num. 40. Mantie. de conuict. ultim. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 22. Sim. de Præter. de interpretat. ultim. volunt. fol. mibi 351. sub numer. 12. Honded. conf. 59. numer. 15. & segg. lib. 1. Mangil. de Imputat. q. 136. Fusar. de fideicom. quest. 624. nu. 2. Merlin. de legitimam, lib. 2. tit. 2. quest. 6. num. 9.

8 Secus verò si tempore detractionis, vel cursu temporis; vel ex natura rei, vel casu fuisset consumpta, Peregr. in dict. artic. 10. num. 39. Boignin. de usufruct. num. 111. Mangil. in dict. quest. 136. numer. 74. Decian. consil. 49. num. 14. lib. 2. & consil. 44. num. 83. lib. 3. Gabr. consil. 138. num. 39. lib. 1. Rimin. Iun. consil. 459. num. 18. & segg. optimè Dardel. consil. 6. num. 6. & segg. Sim. de Præter. loco supra citato. Gall. de except. success. 11. 4. except. 23. nu. 115. 122. & segg. Menoch. de arbit. casu 49. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 197. num. 3. Fusar. in dict. quest. 624. num. 6. Merlin. in dict. quest. 6. num. 14. qui omnes declarant, quando tempore debeat præsumi, mobilia fuisse consumpta, de quo etiam Gall. præf. obseruat. lib. 2. obseruat. 70. num. 6. Menoch. in conf. 111. num. 58. lib. 11. Rot. coram Iud. decif. 285. vbi Apostol.

9 De Gemmis verò, & aliis rebus, quæ vsu non consumuntur, nulla est dubitatio, Peregr. de fideicom. art. 10. num. 4. Merlin. vbi supra, num. 18.

10 Prout de pecuniis relictis, vel repertis in hereditate, Marzar. in Epith. de fideicom. quest. 5. Mantie. de conuict. ultim. volunt. lib. 7. tit. 6. num. 2. Menoch. de Præsumpt. lib. 4. præsumpt. 197. num. 4. plures alios citat Fusar. in dict. quest. 624. num. 11.

11 Idem est dicendum de Animalibus, Peregr. de fideicom. artic. 4. num. 54. & artic. 10. num. 35. & segg. Menoch. loco cit. num. 2. Fusar. loco pariter citato, num. 12. quæ si fuerint vendita, eorum pretium imputatur; aliter eorum attenditur qualitas, tempore quo deberet fieri imputatio; ac idem, si sine culpa grauati essent mortui, nulla deberet fieri imputatio, nec restitutio, Decian. conf. 49. in secundo dubio, lib. 2. Simon. de Præter. de interpretat. ultim. volunt. fol. 351. numer. 12. Peregr. in d. art. 10. num. 35. & segg. & in decif. 64. num. 1. de quibus omnibus latè Fusar. in dict. quest. 624.

12 Et minor est difficultas, si legatum esset factum filiabus pro dote; vltra enim ea, quæ diximus supra, omnia, quæ capiuntur iudicio testatoris, imputari in legitimam, cum patet loco legitime tenentur dotate, leg. si quis liberos, ff. de rit. nup. leg. vltima, C. de dot. promiss. relinquendo dotem, non est existimandum, voluisse donare, sed suæ obligationi satisfacere, cum nemo in necessitatibus liberalis existat, leg. rem legatam, ff. de adim. leg. l. fideicommissa, §. si rem suam, ff. de leg. secundo, præcipuè cum legatum factum creditori à debitorum, præsumatur factum animo dissoluedæ obligationis, Afflict. decif. 40. nu. 9. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 109. nu. 1. cum sequent. Mantie. de conuict. ultim. volunt. lib. 7. tit. 2. num. 1. & 2. citæ quod plura animaduertunt, Mangil. de Imputat. quest. 14. & Merlin. de legitimam, lib. 2. tit. 2. à nu. 1. vsque ad nu. 17. cætera verò, quæ Merlin. tradit numeris sequentibus de dote relicta ab auctore, à consanguineo, ab extraneo, non faciunt ad propositum præsentis capituli nostræ distinctionis: cum illa capiuntur extra patrimonium

- patris, de quo nonnulla in superioribus capitulis, & alia in sequentibus.
- 13 Et ita est vera supraposita conclusio, ut ea, quæ capiuntur iudicio testatoris, debeant in legitimam imputari; ut si testator leget liberationem alicuius rei, quæ bona filiorum oneraret, ut est seruitus, prohibitio alienationis, onus Emphyteoticum; & similia, ob quæ onera res minus valet, ut dixi infra in cap. 38. num. 44. nam illa liberatio est pretio estimabilis; unde illud pretium, illa utilitas imputatur in legitimam, Rota coram Ludouiso decif. 568. num. 7. 8. & 9. & sequitur Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 2. quest. 1. num. 27.
- 14 Quæ conclusio supra firmata, ac exemplis declarata, nonnullis limitatur modis; & primo, si relinquatur res aliena, quam in legitimam non esse imputandam, asserunt multi, & allegant Bald. in leg. cum alienam, C. de leg. & Angelum in leg. non amplius, §. fin. ff. de leg. primo, & docet Paul. de Monte Pico in dist. leg. in quartam, num. 177. nec dissentire videtur Peregr. dist. artic. 36. nu. 122. Quod tamen esse omnino falsum, merito dixit Socin. Jun. in dist. leg. in quartam, num. 112. Cum enim hæres teneatur redimere, vel pretium præstare, virtualiter relictum potest dici de substantia patris; Nec Bald. & Angel. contrarium asserunt, dicunt enim solum, filium non posse cogi acceptare pro legitima legatum rei alienæ, sed si eum acceptet, quod non debeat illud in legitimam imputare, non dicunt. Præterea dato, quod non esset de substantia patris, esset tamen ex eius ordinatione, quod sufficit ad imputationem, ut de datis contemplatione patris infra videbimus.
- 15 Secundo limitatur in his, quæ capiuntur ex testamento patris, tanquam res alienum, ut si sint bona debita matri, Bald. conf. 57. lib. 1. Rip. in dist. leg. in quartam, num. 141. quod certè nullam videtur habere dubitationem, quia re vera hæc non capiuntur, nec ex substantia patris, nec iudicio testatoris; non ex substantia patris, quia illud erat res alienum; & filio debitum, non iudicio testatoris, quia etiam si testator id non disposuisset, adhuc illud sibi debitum consequi potuisset.
- 16 Tertio limitant aliqui in his, quæ capiuntur ex testamento nullo, ut si nihil fuerit relictum filio honorabili titulo institutionis, ad tex. in §. aliud quoque capitulum, Authent. ut cum, de appellat. cognosc. nisi tamen vigore clausulæ codicillaris, aliquo modo sustineri possent testamentum, ad ea, quæ fuerunt dicta superius in cap. 33. & docet Rip. in dist. leg. in quartam, num. 14. Et hanc limitationem sequitur Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 2. quest. 1. num. 14. Verum hæc limitatio non est de regula, si enim nullum est testamentum, non potest dici, quod filius ex testamento aliquid capiat.
- 17 Quarto limitatur, si relictum filio fuerit factum causa æqualitatis seruantis cum alio filio, Rota. conf. 133. col. pen. lib. 2. Eug. conf. 54. per totum, conferunt tradita per Rip. in dist. leg. in quartam, num. 150. Peregr. dist. art. 36. num. 113. Merlin. in dist. quest. 1. num. 26.
- 18 Quinto limitatur, si mandasset testator, legatum non imputari, ut docet Surd. in conf. 192. num. 2. quod nullam videtur habere difficultatem, si de voluntate patris appareat, de qua etiam ex conjecturis apparere possit, ut tradit Mangil. de imput. quest. 48. num. 27. post Mant. Peregr. & alios, quos allegat, & sequitur Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 2. quest. 1. nu. 24. ut si post legatum certum, etiam legitimam legasset; Mangil. loc. cit. num. 30. & 31. Surd. de alio. tit. ultimo, quest. 34. Gab. conf. 109. num. 11. lib. 1.
- 19 Sexto limitatur in relictum fructuum: quos non imputari in legitimam, probat text. in l. scimus, §. repletionem, C. de inoff. testamento, quod respectu fructuum portionis ascendens ad legitimam, nulla potest esse dubitatio, nam cum legitima debeatur absque vilo onere, mortuo patre, illa portio incipit spectare ad filium pleno iure, ac propterea fructus postmodum percepti sunt proprii ipsius filij, & per consequens non imputandi, ut per Bald. in dist. leg. scimus, num. 5. Peregr. de fideicom. artic. 36. num. 120. & art. 49. nu. 41. Seraph. decif. 1365. num. 3. quod certum esse, dixit Fusar. de fideicom. quest. 660. num. 16. Respectu vero fructuum perceptorum ex residuo hereditatis, quos pariter non imputari, dicunt Magon. decif. Lucens. 85. n. 19. Gail. lib. 2. observationum, obseruat. 133. num. 5. Petr. de fideicom. quest. 15. num. 109. Menoch. conf. 88. nu. 18. Mangil. de Imputat. quest. 125. infinitos ferè cumulare iuravit Fusar. de fideicom. dist. quest. 660. num. 10. quam receptissimam appellat sententiam Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 2. quest. 32. altera potest considerari ratio, quia nempe legitima statim debetur, secuta morte patris absque vilo onere, & temporis dilatione, unde ipse non potest contra dispositionem legis statuere, ut filius sibi satisfiat de legitima, ex fructibus ex hereditate percipiendis post mortem patris.
- 20 Dixi, ex fructibus percipiendis; quia, si pater relinqueret fructus existentes tempore eius mortis; non est dubium, imputandos esse in legitimam, Peregr. in dist. artic. 36. num. 121. Gsyl. in dist. obseruat. 133. num. 8. Merlin. loco proxime citato, num. 20.
- 21 Idem dicunt esse dicendum in ascendens, ut probat Mang. de Imputat. dist. quest. 125. nu. 37. & alij, quos citat Merlin. in dist. quest. 32. num. 15. quam sequitur Rot. coram Seraph. decif. 1365. num. 4. & 5. & ab hac opinione non esse recedendum, cum militet eadem ratio, dixit Merlin. ubi supra, sub num. 16. versicul. ideo, licet alij contrarium sentierint; vt Cephal. consil. 398. num. 5. Borgn. de usufruct. num. 18. & 52. Surd. consil. 341. sub num. 33. qui dicit, communem esse opinionem, Scacc. de Iud. lib. 2. cap. 9. nu. 1189. alios citat Fusar. in dist. quest. 660. num. 1. sed ipse stat pro affirmatiua, cuius rationes, & fundamenta adducit, n. 5. & seqq.
- 22 Quod tamen limitare oportet, si fructus aliorum bonorum fuerint legati, cum hac conditione, & filius legatum acceptauerit; tunc enim diceretur acceptasse cum illo onere, Manric. de consuet. ult. volunt. lib. 10. tit. 2. n. 17. Menoch. de presumpt. lib. 4. presumpt. 110. num. 30. & seqq. Gratian. discept. Forens. capit. 816. num. 9. Marelc. variar. resolut. capit. 86. nu. 19. & seqq. lib. 1. Merlin. de legitima, lib. 5. tit. 3. quest. 8. num. 6. & prius lib. 3. tit. 2. quest. 7. sub num. 21. & num. 36. Surd. consil. 388. Rot. coram Ludouic. decif. 186. num. 4. & 5.
- Deferuntur pro limitationibus plura proposita superius in duobus capitulis præcedentibus, quæ hic non repetam.

## SVMMARIVM.

- 1 Data à patre filijs, eo vivente, conveniunt in legitimam imputanda, si tamen valide data fuerint, nu. 2.
- 3 Donatio iuramento vallata, non imputatur in legitimam.
- 4 Donationes valida à principio, non imputantur in legitimam, quod multo exemplis declaratur.
- 5 Donatio facta filio emancipato, non imputatur in legitimam, nisi donans dixerit pater pro sua portione, vel legitima, num. 6.
- 7 Donatio facta filio emancipato cum onere imputationis, an imputetur in legitima nepotum.
- 8 Donatio simplex, quæ indiget mortis confirmatione, in legitimam imputatur.



- 9 Lex, si quando, §. & generaliter, C. de inoff. testamen-  
to, declaratur.
- 10 Donatio facta cum onore imputationis, imputatur.
- 11 Concessa in peculium imputantur, etiam nulla peculij fa-  
cta mentione, nu. 12. declaratur secundum aliquos, &  
reprobatur, num. 13.
- 12 Peculium retinens pro legitima, ipsum imputat.
- 13 Donatio ascendens usque ad quantitatem legitimam, an,  
& quando imputetur in legitimam.
- 14 Donatum filio pro parte sua, imputatur in legitimam.
- 15 Dos, & donatio propter nuptias, imputantur in legitimam  
etiam si pater usus fuerit verbo donationis, num. 18.
- 16 Dotes, quare imputentur in legitimam.
- 17 Dos, etiam data in pecunia, imputatur in legitimam.
- 18 Vestes, & localia imputantur in legitimam.
- 19 Dos data filie monasterium ingredienti, imputatur in le-  
gitimam.
- 20 Posita à patre super altare tempore, quo filia ingreditur  
monasterium, imputatur in legitimam.
- 21 Dos data nepti, imputatur in eius legitimam.
- 22 Dos, an imputetur in legitimam, si pater postea relique-  
rit filie legitimam, & quid, si ipsam reliquerit cum  
onere imputationis, num. 26.
- 23 Dos non imputatur in legitimam, stante statuto, ut stan-  
tibus masculis, femina non succedant.
- 24 Donatio imputatur, si aliter sequeretur inaequalitas, sed  
contra.
- 25 Proficitia imputantur, secus aduentitia.
- 26 Soluta pro filiis, an imputentur in legitimam, remissive.

An, quæ capiuntur à filiis inter viuos, ve-  
niant in legitimam imputanda.

### CAP. XXXVII.

- SEQUITUR tertium caput circa materiam imputa-  
tionum, de his, quæ capiuntur à filiis inter viuos,  
an, & quando sit in legitimam imputanda. Et ut de  
hoc clara habeatur resolutio, generalem prius consti-  
tuam regulam, † quod data filiis à patre, ipso vivente,  
non veniant post eius mortem in legitimam imputan-  
da, leg. si quando, §. & generaliter, C. de inoff. testamento,  
leg. illud, C. de collat. quam regulam ponit Rip. in l. in  
quartam, num. 143. ff. ad l. Falc. & id regulare esse, dixit  
Mich. de Grass. de success. ab intest. in §. legitima, quest.  
22. in princip. Sord. conf. 75. à num. 5. usque ad 11. Peregr.  
de fideicom. art. 26. num. 25. Seraph. decis. 568. num. 1. &  
habetur in alia decisione Rotæ coram Ludouiso, de-  
cis. 568. num. 1. Mangil. de Impur. quest. 14. nu. 6. Merlin.  
de legitima, lib. 2. tit. 2. quest. 20. nu. 1. apud quos plures  
alios allegatos inuenies.
- 1 Quam regulam omnes intelligunt in donationibus  
validè factis filiis inter viuos; quod autem valida sit  
donatio inter patrem, & filium diximus supra in cap.  
vndecimo.
  - 2 Ex quo inferitur, quod donatio iuramento vallata,  
cum valeat à principio, ut in dicto capitul. vndecimo, in  
prima limitatione, non debeat in legitimam imputari,  
scribentes in dict. leg. in quartam, ff. ad Leg. Falcid. ut  
Rip. num. 151. & Soc. Iun. num. 128. Mich. de Grass. in  
dict. §. legitima, quest. 22. nu. 11. Peregr. de fideicom. art.  
36. num. 127. Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 2. quest. 19. nu.  
7. Nisi tamen donatio esset inofficiosa, Mang. de Imp.  
quest. 30. num. 1. Merlin. loc. cit. num. 9. vel iuramentum  
à statuto præsumeretur dolo extortum, Maresc. var.  
resolut. lib. 2. cap. 67. Merlin. in dict. quest. 19. num. 10.
  - 3 Donatio pariter expressa, vel tacita fructuum bo-

notum aduentitiorum, cum valeat à principio, ut in  
d. l. cap. vndecimo, in secunda limitatione, non imputa-  
tur; Idem dicendum est ex eadem ratione, in dona-  
tionibus ob merita, de quibus in tertia limitatione dict.  
capituli, & docet Mich. de Grass. loc. cit. num. 8. & seqq.  
Peregr. in dict. artic. 36. num. 126. & post alios latè Mer-  
lin. de legitima, lib. 2. tit. 2. qu. 29. num. 16. quod tamen  
intelligendum est secundum declarationes, de quibus  
in dict. cap. 11. n. 11. & sequentibus, in donatione fa-  
cta filio ob studium, de qua in dict. cap. 11. in octava  
limitatione, necnon in capit. 16. quod extendunt ad  
expensas Doctoratus, & ad libros pro filiis emptos,  
& traditos, de quibus omnibus videtur potest supra in  
cap. 22. & in cap. 27. ea enim, quæ ibi dixi circa col-  
lationem, hic repetenda veniunt de imputatione,  
de quo Michael de Grass. in dict. §. legitima, qu. 26. num.  
4. & quest. 27. & 28. In eodem numero etiam dona-  
tio facta filio naturali, de qua pariter in dict. capitulo  
11. in nona limitatione, donatio cum hac conditione  
facta, ut statim res donata in alium transferatur,  
de qua in decima limitatione; donatio superiorem  
non recognoscentes; de qua in vndecima limitatione  
donatio facta fratri ab alteri fratre de consensu pa-  
tris, ut in limitatione decimaseptima; donatio filio  
Clerico facta, de qua in limitatione decimanona e-  
iusdem capituli vndecimi, prout omnes alie donatio-  
nes factæ filiis in potestate non existentibus, non erunt  
in legitimam imputandæ; & quod in istis omnibus  
casibus, in quibus diximus valere donationes à princi-  
pio, imputationem cessare, dixit Merlin. de legitima,  
lib. 2. tit. 2. quest. 29. num. 7. & seqq.

- 4 Inter quas donationes non est dubium connume-  
rari etiam donationem filio emancipato factam, quæ  
ut valida à principio, ut in dict. cap. vndecimo, in vnde-  
cima limitatione, non debet imputari, quod communi-  
ter sequi Doctores, dixit Rip. in dict. leg. in quartam,  
num. 183. Peregr. dict. artic. 36. num. 125. Grass. in §. legi-  
tima, quest. 27. num. 7. Magon. decis. Lucen. 84. num. 27.  
Menoch. consil. 153. num. 15. lib. 2. Mangil. de Imputat.  
quest. 29. num. 1. Merlin. de legitima, in dict. quest. 29. nu.  
24. Quod extendunt omnes ad id, quod tempore e-  
manipationis præstat, cum enim id validè fiat, ces-  
sat imputatio, ut dixit Rip. in dict. leg. in quartam, num.  
184. Alex. in leg. illud, C. de coll. scribentes in l. sciimus, §.  
replationem, C. de inoff. testamento, Mich. de Grass. in  
dict. §. legitima, qu. 22. n. 7. idem volunt esse dicendum  
in donationibus factis ante emancipationem, & est  
ratio, quia per emancipationem validantur, ut dixi  
supra in cap. 18. nu. 18. & docet Peregr. de fideicom. art.  
36. num. 125. quem sequitur Merlin. de legitima, lib. 2.  
tit. 2. quest. 29. nu. 25.

Hæc tamen omnia procedunt absque difficultate  
in donationibus factis emancipatis, vel ante emanci-  
pationem, vel in actu emancipationis, vel postea, per  
rationem validitatis ipsius donationis à Doctoribus  
consideratam; † Secus tamen si ex verbis ipsorum  
parentum appateret, verè noluisse donare, sed solum  
pro eorum portione, & parte dare, vel ad vltim  
solummodo concedere: ita in puncto declarat post alios  
Peregr. in dict. art. 36. sub num. 125. vers. intellige, Paul.  
de Monte Pic. in dict. leg. in quartam, num. 210. Socin.  
Iun. num. 137. Mich. de Grass. loco supra citato, Merlin.  
in dict. quest. 29. num. 29. tunc enim deberet fieri impu-  
tatio; quia non posset dici fuisse factam simplicem  
donationem, vigore emancipationis à principio vali-  
dam, quam non imputari diximus, ut post alios docet  
Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 1. quest. 19. num. 39. Secus  
verò si verba potius domini translationem ostende-

- rent, quo casu nulla deberet fieri imputatio, vt per Mangil. *de Imputat. quasi.* 47. num. 17. Et in istis terminis loquuntur Doctores supra citati num. 5. Et de pluribus coniecturis hinc inde, ac verborum formulis, ex quibus possit, vel non possit in proposito argui animus donandi, latè Menoch. *de præsumps. lib. 3. præsumps. 30. nu. 36. & pluribus sequentibus*, quem sequitur Merlin. *in diel. quasi.* 29. num. 29.
- 7 Ad propositum dubitant scribentes, an si pater donet filio emancipato, cum hoc, vt debeat fieri imputatio, & filius viuo patre decedat, nepos debeat illam donationem in legitimam imputare. Et communis est sententia, imputationem fieri debere, ad quod conferunt, quæ infra dicam *in cap. 19.*
- 8 Modo supra posita conclusio, vt donatio inter viuos non debeat imputari, limitatur primo, vt non procedat in simplici donatione non valida à principio, quæ cum indigeat mortis confirmatione, dicitur habere vim relicti, vt dictum fuit superius *in cap. 17. & tanquam relictum ad instar legati in legitimam imputatur*, seu ad instar donationis causa mortis, §. *final. Inst. de inoff. testamento.* Coro. *consil. 62. in fin. & consil. 64. num. 6. lib. 2.* Cagnol. *in leg. si emancipati, nu. 101. C. de collat. Roland. consil. 11. num. 31. lib. 2. Surd. consil. 206. num. 10.* Peregr. *de fideicom. artic. 36. num. 114.* & post alios latè tradit Mangil. *de Imputat. quasi.* 29. qui num. 50. dicit, hanc opinionem esse tenendam, & prius qu. 14. n. 34. dixerat, verus, & receptus esse, data inter viuos, valitura tamen post mortem in legitimam imputari, Cucch. *de legitima. §. rursus, n. 3.* Crass. *de legitima. qu. 21. nu. 6.* Beltraminus *in addition. ad decis. 568. Ludouis.* Alios citat, & sequitur Merlin. *de legitima, lib. 2. tit. 2. qu. 29. nu. 1.* à qua conclusione non esse recedendum, dixit n. 2. Nec refert similes donationes non conferri; nam id prouenit, quia cum indigeant mortis confirmatione, habent vim relicti, & relicta non conferuntur, vt sunt legata, donationes causa mortis, & similia, sed bene imputantur, ut supra *in cap. 36. Roland. diel. consil. 11. n. 34.* Merlin. *de legitima, diel. qu. 29. n. 2. 3. & 4.*
- 9 Nec obstat text. *in leg. si quando, §. & generaliter, C. de inoff. testam.* vbi habetur, quod donatio inter viuos tunc demum imputatur, si sic actum fuerit à principio: loquitur enim in donatione valida à principio, quæ nulla mortis confirmatione indigeat, vt per Alex. *in d. l. in quartam*, nec ista potest dici restrictio, sed rationabilis declaratio, ut dixit Soc. *lun. in d. leg. in quartam, n. 130.* cum enim text. loquatur in donatione, conuenit, vt de valida, & efficaci intelligatur: & esse communem opinionem, Rip. *ibid. n. 144.* scribentes *in leg. illud, C. de collat. Alex. consil. 8. in princ. li. 2.* Cagnol. *rol. & Peregr. locis citatis; & omnes passim.*
- 10 Secundo limitatio, si donatio ea conditione fuerit facta, in legitimam imputari debeat, Mich. de Graf. *in diel. quasi.* 22. n. 4. & habetur in verbis *in leg. si quando, §. generaliter, ff. de inoff. testamento*, Rota Romana coram Ludouiso, nunc Sanctissimo, *decis. 568. num. 3.* vbi Beltraminus *in additionibus, in prima limitatione*, Merlin. *in diel. quasi.* 29. num. 46. Quæ tamen declaratio debet fieri in limine contractus, non autem postea, Ludouisus *in diel. decis. 568. num. 3.* Surd. *consil. 75. num. 11.* Additionator *ad dielam decis. num. 3.* Merlinus vbi supra num. 47.
- 11 Tertio limitatur in concessis in peculium, tunc enim cum appareat de mente concedentis, cessat proventus donationis præsumptio, de quo Doctores non dubitant, vt per Peregr. *in diel. art. 36. num. 129.* Imò amplians, etiam si nulla peculij fuerit facta mentio, simplex enim traditio pro peculij concessione accipitur, *leg. cum quo, §. ff. ad Leg. Falcid. Socin. Aun. in diel. leg. in quartam, num. 134.* Alex. *consil. 42. num. 22. lib. 2.* nam quando alia potest capi præsumptio semper donatio excluditur *leg. cum de indebito, ff. de probat. & docent Crauet. consil. 136. num. 3.* Cephal. *consil. 183. num. 42.* Peregr. *diel. art. 36. sub num. 125. vers. intellige*, plura ad propositum Menoch. *de præsumps. lib. 3. præsumps. 30. num. 26. & pluribus seqq. nonnulla* Merlin. *de legitima, lib. 2. tit. 2. quasi. 29. num. 26. & seqq.*
- 12 Quæ ampliatio limitatur ab Imol. *in diel. leg. cum quo, §. fin.* quem sequitur Alexand. *in diel. leg. illud, C. de Collat.* si quod simpliciter datur si minus legitima, vel legitimam excedat, volentes ampliacionem locum habere solum, si id, quod simpliciter datur, sit pro integra quantitate legitimæ. Sed hanc declarationem non seruati in praxi, dixit Paul. de Monte Pic. *in diel. leg. in quartam, num. 202.* cui alij consentiunt. Imò Socin. *lun. num. 135.* dicit, frustra querere Doctores, an concessa in peculium, vel simpliciter tradita veniant in legitimam imputanda, cum solum intelligatur data administratio, non autem ius in ipsa re; quæ administratio, vt temporalis, potest etiam adimi quandoconque, *leg. peculium nascitur, in fin. ff. de pecul.* & post mortem patris illa res ad hæredes reuertitur, *leg. certum, C. fam. et scilicet.* Vnde tanquam res communis non imputatur, sed diuiditur. † Si tamen filius habens peculium, vellet ipsum pro sua legitima retinere, vtique esset imputandum, licet in eius arbitrio non esset, magis vnam rem, quam aliam pro sua legitima eligere, vt supra *in cap. 33.* cessante enim administratione filij per mortem patris, nulla est differentia inter hæc peculia, & alia bona hæreditaria.
- 13 Quarto limitatur supra firmata conclusio, vt non procedat, si quantitas donata ascendat ad quantitatem legitimæ, Imol. *in d. l. cum quo, §. fin. ff. ad l. Falc. per d. §. fin.* quem tamen nihil probare, dixit Rip. *in d. l. in quartam, num. 146.* cum loquatur solum in simplici datis, nulla expressa causa limitatio verò est de datis titulo donationis: unde Socin. *Sen. consil. 18. nu. 11. lib. 4.* ex mente Bart. *in l. prima, §. si parens, ff. si quis à parent. fuer. man. distinguit;* quod, aut datur simpliciter usque ad legitimam, & imputatur, aut donatur, & tunc, licet quantitas donata sit conformis quantitati debitæ pro legitima, non imputatur: & ratio est differentie, quia quando simplex sit traditio, existimandum est, patrem voluisse dare illam quantitatem, quam dare tenebatur; sed quando videtur verbo donationis, constat noluisse soluere debitum, sed uti liberalitate: Peregr. tamen *d. art. 3. n. 128. in fin.* dicit, liberalitatem posse considerari in eo, quod pater soluit ante tempus: Verum quod soluere ante tempus sit donare, nimis improprium videtur, licet id sequi videatur Merlin. *in d. quasi. 29. nu. 49.*
- 14 Quinto limitatur, si pater filio aliquid donasset pro parte sua, Bald. *in l. scimus, C. de inoff. test.* & late consuluit Corn. *consil. 64. nu. 6. lib. 2.* legitima enim dicitur pars filij; unde donatio facta pro sua parte, intelligitur facta pro sua legitima. Et idem esset, si ex alijs verbis similibus id colligi posset, ut per Corn. *loc. cit.* & sequitur Peregr. *d. art. 36. sub n. 134. vers. ampliatur etiam.*
- 15 Sexto limitatur in donationibus ob causam naturalem ratione munitam, vt in dote, & donationibus propter nuptias, quas in legitimam imputari non est dubium, *leg. quoniam nouella, C. de inoff. testam.* Rip. *in d. l. in quartam, nu. 148.* ubi latius Paul. de Monte Pic. *nu. 170.* Peregr. *d. art. 36. num. 131.* & latè post alios docet Mangil. *de Impnt. quasi. 14. per totum, & post eum Merlin.*

- lip. de legitima, lib. 2. tit. 2. quest. 20. nu. 3. & seqq. tam si data sit cum affectu, quam posita super aliquo monte ad effectum dotandi filiam; & tam ratione sortis, quam fructuum interum de curia forum, ut post Rip. dixit Merlin. loc. cit. num. 12. & 13.
- 18 Quod ampliatur primo, etiam si pater dotando vltus fuerit verbo donationis, dicitur enim donatio in causam dotis, ad tex. in leg. Pomponius, ff. fin. ar. c. 1. & in leg. si cum dotem, in prin. ff. solut. matrim. † Nec potest dici proprie liberalitas, cum donet liberando se ab onere dotandi, quicquid dicat Peregr. d. art. 36. n. 136. Et hæc est ratio, ob quam dicunt, dores imputandas esse, quia nempe pater tenetur filias dotare, unde dotando non censetur proprie donare, & liberalitate uti, cum nemo in necessitatibus liberalis dici possit: & licet verbo donationis fuerit vltus, existimandum tamen est, solum ea mente donasse, ut filiam in matrimonium collocaret, non autem, ut in ceteris ius suorum bonorum minneret, Soc. Iun. in d. l. in quartam, n. 128. Merlin. loco supra citato, num. 14.
- 20 Secundo ampliatur limitatio, ut procedat non solum si res immobilis, & paterna data fuerit, sed etiam si pecunia, Paul. de Monte Pico in d. l. in quartam, num. 183. Socin. Iun. num. 123.
- 21 Tertio ampliatur, & extenditur ad vestes, iocalia, & omnia alia data occasione matrimonij, Paul. de Castr. conf. 96. lib. 2. Paul. de Monte Pico loco cit. nu. 182. vbi etiam Rip. num. 152. Alex. conf. 27. num. 10. lib. 5. Peregr. d. art. 36. num. 132. Honded. conf. 63. num. 121. lib. 1. qui declarat, id procedere secundum valorem presentis temporis, & sequitur post multos, quos allegat Mangil. de Imputat. quest. 28. num. 23. & seqq. & post ipsum Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 2. quest. 20. num. 2.
- 22 Quarto ampliatur in dote data filie Monasterium ingredienti, Rip. in d. l. in quartam, n. 155. & esse veram & receptam opinionem, dixit Peregr. d. art. 36. nu. 132.
- 23 Quinto ampliatur in eo, quod pater posuisset super altare, tempore, quo filia ingressa fuerit Monasterium: talia namque dantur ad similitudinem dotis, & donationum propter nuptias, Bart. in leg. 1. §. si parens, ff. si quis a parent. fuerit man. & ut ipse dicit in l. Titio Generat. Titio centum, ff. de contr. & demonstr. & omnia, quæ dantur tempore ingressus loco dotis habentur; licet contrarium tenuerit Felyn. in c. Ecclesia S. Maria de const. cui respondet Rip. loco cit. nu. 155. de quibus omnibus Mich. de Grass. in d. qu. 13. vsque ad n. 5. & latius post alios Mangil. de Imputat. qu. 28. n. 1. & seqq. & post ipsum Merlin. in d. qu. 20. n. 11.
- 24 Et quæ diximus de dote data filie, ut in eius legitima veniat imputanda, procedit etiam in dote data nepti ab auo, filio, vel filia in medio non existente, neptis enim non habet in hæreditate aui maius ius, quam filia in hæreditate patris, l. vna matre, C. de bon. mat. & probat text. in l. quoniam nonella, C. de inoff. test. & docet post alios Mangil. de Imputat. qu. 19. n. 3.
- 25 Quæ sexta limitatio, ut supra ampliata, & declarata, sublimitatur primo, si pater post dotis constitutionem adhuc filie legitimam reliquisset, Paul. de Castr. in leg. 1. si cum dotem, §. si pater, ff. solut. matrim. Rip. in d. l. in quartam, n. 156.
- Contrarium tamen tenet Bal. in l. quoniam in prioribus, C. de inoff. testam. Iacob. de Atet. in d. §. si pater, Paul. de Monte Pico in d. l. in quartam, num. 185. & sequitur Peregr. d. art. 36. n. 135.
- Distinguit Socin. Iun. in d. l. in quartam, n. 125. quod, aut relinquatur simpliciter legitima, & vera est opinio Baldi, si verò relinquatur integra legitima sequenda est opinio Castrensis; non sine enim ratione intelli-

- gitur apponit illud verbū, integra. Sed similibus verbis, non obstantibus contra Castrensem videtur communis opinio, ut nempe fieri debeat imputatio, ut post alios dixit Mangil. de Imputat. quest. 14. n. 47. vers. tamen, & de communi testatur Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 1. quest. 20. nu. 18. & 24. qui nonnullos alios in proposito distinguit casus Berengar. verò in dict. leg. in quartam facit differentiam, an hæres sit vnus ex liberis, vel extraneus, quam distinctionem sapere equitatem, dixit Mich. de Grass. in d. quest. 23. sub nu. 5. Verum in iudicando, & consulendo non esset à communi opinione regulariter recedendum.
- 26 Secundo, hanc sextam limitationem sublimitat Paul. de Castr. in d. §. si pater, si in testamento pater reliquerit legitimam, cum hoc, quod in ipsa debeat dos data imputari; cum enim legitima debeat relinqui sine onere, ab ea rejicitur onus imputationis adjunctum à patre: verum Alexan. in d. §. si pater, & Salic. in d. l. quoniam nonella, in vltima quest. quos refert, & sequitur Rip. in d. l. in quartam, num. 155. id prolixius reprobat; non potest enim dici, patrem onus legitime appouisse, cum alias de iure, hæc fieri deberet imputatio.
- 27 Tertio, sublimitant aliqui stante statuto, ut stantibus masculis feminæ non succedant, tunc enim, cum feminæ dote contentæ esse debeant, frustra agitur de imputatione, verum, ut dixit Paul. de Monte Pico in dict. leg. in quartam, sub num. 185. hæc limitatio non est de regula.
- 28 Septimo limitatur supra posita conclusio, si ob non imputationem emergeret inæqualitas inter fratres, Bald. in leg. illud, C. de collat. & in d. §. imputari, leg. omni modo, C. de inoff. testamento, per tex. in leg. ut liberis, in fin. C. de collat. Contrarium tamen tenet ibi glof. quam alij communiter sequuntur, ut Ias. & Corn. testantur, quos refert Rip. in d. leg. in quartam, nu. 150. qui dicit, tex. prædictum in collatione loqui, non autem in imputatione, quod pariter sequitur Mich. de Grass. in d. §. legitima, quest. 12. num. 5. nisi tamen donatio remaneret inofficiosa, Authent. unde & si parens, C. de inoff. testamento, Rip. loc. cit.
- 29 Octavo limitatur in profectitiis, quæ imputari debent, non est dubium, licet secus in aduentitiis, Rip. in d. l. in quartam, num. 157. vbi etiam Socin. Iun. num. 129. Mich. de Grass. in §. legitima, quest. 39. An autem acquisita per filios sint profectitia, vel aduentitia, de l. etiam fuit supra in cap. 6.
- 30 Nono limitant aliqui in solutis, à patre pro filio; sed de hoc latè dictum fuit in cap. 30. & quæ ibi tradita sunt de collatione, hic repetenda veniunt in imputatione, de quo etiam Mich. de Grass. in dict. §. legitima, quest. 30. & Peregr. dict. art. 36. num. 137. & seqq. & alij, de quibus in d. cap. 30.
- Alias possem cumulare limitationes circa expensas factas à parentibus pro filiis, sed de his omnibus dictū fuit superius circa collationem, quæ hic non repetam.

## SVM MARIVM.

- 1 Feudalia bona, & Emphyteutica, sunt in triplici differentia.
- 2 Hereditaria simpliciter, que sint.
- 3 Feudorum hereditariorum secundum quid exempla, & quare sic appellantur, num. 12.
- 4 Concessio pro se, & suis, intelligitur facta per se, & suis heredibus, & dictio, suis, quomodo hoc casus intelligatur, nu. 5. & de quibus heredibus intelligenda, nu. 8.
- 6 Heredem habere nostra interest.
- 7 Concedens pro illis intelligitur concedere, pro quibus recipiens recipere.

- 9 Concessio Feudi, & Emphyteusis, eisdem verbis facta differt.
- 10 Feudi acquisitio pro se, & filiis, intelligitur pro masculis.
- 11 Concessio feudi pro se, & filiis intelligitur facta pro se, & filiis, uti hereditibus, & de masculis in dubio intelligitur, num. 14. & quid in Emphyteusi, num. 15.
- 13 Feuda non hereditaria qua sint, & num. 16.
- 17 Concessio facta pro masculis, & feminis, intelligitur, facta prius pro masculis, & in defectum pro feminis.
- 18 Feuda, an in dubio dicantur hereditaria, vel non hereditaria, & an hereditaria simpliciter, vel secundum quid, num. 19.
- 40 Feuda, & Emphyteusis debent in legitimam imputari.
- 21 Praelegari possunt acquisita a patre pro se, & filiis.
- 22 Primus acquirens potest alienare in prauidicium comprehensivum; quod tamen nonnullis declaratur modis, & numeris sequentibus.
- 25 Primus acquirens non potest alienare, si concessio fuerit facta contemplatione filij.
- 26 Primus acquirens non potest alienare, si dominus non consentiat.
- 27 Feuda antiqua, & paterna non imputantur in legitimam, & quare nu. 38. nisi tamen fuerint hereditaria, num. 30. non obstante quod filius sit haeres cum beneficio legis, & inventarij, num. 31.
- 28 Inuestitura noua, qua dicatur.
- 29 Forma prima inuestitura mutari non potest.
- 32 Feudum, & Emphyteusis quando possit alienari in prauidicium comprehensivum, & an sit necessaria licentia superioris, num. 33.
- 34 Feudum concessum pro masculis, potest etiam feminis conferri de consensu superioris.
- 35 Feuda, & Emphyteusis, qua possunt alienari in prauidicium comprehensivum, imputantur in legitimam.
- 36 Inuestitura accepta a patre pro se, & filiis, dicitur quadam mortis causa donatio.
- 37 Imputantur in legitimam ea, qua transeunt ad haereses, uti haereses.
- 39 Emphyteusis, an habeat in legitimam imputari.
- 40 Feudum, vel Emphyteusis acquisita ab ipso filio, quandoque ei in legitimam imputatur.
- 41 Emphyteusis recepta pro se, & filiis, quare imputetur in legitimam.
- 42 Concessa contemplatione patris, imputantur in legitimam filij.
- 43 Imputatio fieri debet pro illa quantitate, qua redigi possit ex re imputanda.
- 44 Res minus valet aliquo onere gravata.
- 45 Res Emphyteotica minus aestimari debet, quam libera, & in qua quantitate, nu. 46. habetur tamen ratio oneris, num. 47.
- 48 Scienti rem esse aliquo onere gravatam, non datur alio quanti minoris. Et quid in emente pro aestimatione, n. 49. & 52.
- 50 Aestimatio debet fieri, consideratiu qualitatibus rei aestimanda.
- 51 Diminutio pretij spectat ad Iudicem.

Vtrum bona Feudalia, & Emphyteotica sint in legitimam imputanda.

### CAP. XXXVIII.

Propositur circa materiam imputationum à Doctoribus quaestio, in qua diuersimodè Doctores responderunt, an bona Feudalia, & Emphyteotica in legitimam imputentur, sed, vt rem tam perplexam

1 aliqua saltem ex parte patefaciam, prius dico, & bona Emphyteotica, & Feudalia esse in triplici differentia, alia enim sunt hereditaria simpliciter, alia hereditaria secundum quid, alia verò non hereditaria. & Hereditaria simpliciter sunt, quae conceduntur pro se, & hereditibus, ac successoribus quibuscumque, quae senta transmittuntur etiam ad haereses extraneos, cap. 1. de Feud. non hab. propr. nat. feud.

3 De feudis hereditariis secundum quid, plures possunt considerari casus: primus, si feudum concedatur simpliciter, nulla facta mentione haereditum, adhuc enim videtur concessum pro descendentes masculis, dummodo tamen illi descendentes sint haereses, cap. 1. ubi scribentes, An agnat. vel fil. Ruin. consil. 10. num. 3. lib. 1.

4 Secundus est casus, si concessio fuerit facta pro se, & suis, quo casu intelligitur facta pro se, & suis hereditibus; & licet aliqui id intelligant, si concessio facta fuerit simpliciter pro se, non autem, si pro se, & suis, tamen Alex. in cons. 16. nu. 5. lib. 5. tenet, & quod isto casu illa dictio, suis, non accipiatur eo modo, quo per glof. & Doctores in leg. femina, C. ad Turp. & in l. 1. §. fin. ff. de posth. nam hoc modo feudum transiret ad personas, ad quas de iure non transit, vt sunt parentes, patrones, & similes, de quibus per Doctores locis citatis, ad quos feuda non transire, certissimum est cap. primo, de success. Feud. cap. primo de grad. success. & c. 1. de natur. success. Feud. Subjecta igitur materia suadet, vt aliter illa dictio, suis, interpretatur, & sic vel quod de liberis, vel quod de hereditibus: sed cum liberis non fuerit facta mentio, potius in dubio existimandum est, de hereditibus intelligere voluisse, & hanc interpretatione menti recipientis consonare, dixit Alex. loc. cit. facilius enim habebit haereses, nam si descendentes Feudum volunt, hereditatem adire erunt coacti, & haereditatem habere nostra interesse dicitur, leg. & quia defunctorum, ff. de pign. act. & haec ratio desumitur ex leg. si pactum, ff. de prob. de qua Surd. decis. 321. n. 34. Secundo consonat menti concedentis, hoc enim modo facilius Feudum ad Dominum reuertitur, si filij hereditatem

5 illa dictio, suis, non accipiatur eo modo, quo per glof. & Doctores in leg. femina, C. ad Turp. & in l. 1. §. fin. ff. de posth. nam hoc modo feudum transiret ad personas, ad quas de iure non transit, vt sunt parentes, patrones, & similes, de quibus per Doctores locis citatis, ad quos feuda non transire, certissimum est cap. primo, de success. Feud. cap. primo de grad. success. & c. 1. de natur. success. Feud. Subjecta igitur materia suadet, vt aliter illa dictio, suis, interpretatur, & sic vel quod de liberis, vel quod de hereditibus: sed cum liberis non fuerit facta mentio, potius in dubio existimandum est, de hereditibus intelligere voluisse, & hanc interpretatione menti recipientis consonare, dixit Alex. loc. cit. facilius enim habebit haereses, nam si descendentes Feudum volunt, hereditatem adire erunt coacti, & haereditatem habere nostra interesse dicitur, leg. & quia defunctorum, ff. de pign. act. & haec ratio desumitur ex leg. si pactum, ff. de prob. de qua Surd. decis. 321. n. 34. Secundo consonat menti concedentis, hoc enim modo facilius Feudum ad Dominum reuertitur, si filij hereditatem

6 paternam spernerent; praeterea & concedens illis solum concedere videtur, pro quibus recipiens recipere intendit; sed hoc casu metem recipientis, diximus, esse recipere pro hereditibus suis, ergo censendum, est, eandem fuisse mentem concedentis, de quibus, & aliis similibus rationibus Surd. loco citato nu. 34. & seq.

7 & Non intelligitur tamen facta concessio pro se, & hereditibus quibuscumque; sed solum pro illis hereditibus descendentes, ad quos de sui natura Feudum transit, cap. primo, §. si clientulus, de alienat. Feud. capit. fin. si de feud. fuer. contr. inter dom. & agnat. iuxta legem stipulatus, in princip. ff. de usufruct. & l. damni infici. ff. de damn. infell.

8 Et haec est notabilis differentia inter concessionem Feudi, & Emphyteusis eisdem verbis factam, Emphyteusis enim, cum transeat ad extraneos, dummodo non sit Emphyteusis Ecclesiastica, scribentes in l. quod dicitur, ff. de verb. oblig. & tradit Patil. cons. 98. n. 2. lib. 2. si fuerit facta modis supradictis, ad quoscumque haereses transiret, licet non essent descendentes. Vtilis in addit. ad Afflic. decis. 100.

9 Hinc etiam notant Doctores, nullam esse differentiam, an patet acquisuerit inuestitutam Feudi pro se, & filiis, vel pro se, & filiis masculis; cum utroque casu & masculis intelligendum sit iuxta naturam Feudi.

10 Tertius est casus, si fuerit facta concessio, seu stipulatio pro se, & filiis; intelligi enim debet pro se, & filiis uti hereditibus, glof. in leg. si tibi, §. si pactum, ff. de pact. Bar.

11

- Bar. in leg. Gallus. §. quid si restit. n. 9. ff. de lib. & posth. & tenent Bart. Bald. Ang. Fulg. Paul. de Caltr. in d. §. si p. filius, Alciat. de presumpt. regul. prima, presumpt. 31. Ceph. consil. 305. nu. 76. & 84. Mascard. de probat. concluf. 1152. nu. 1. Menoch. de presumpt. lib. 3. presumpt. 38. in fin. & presumpt. 48. in princ. alios plures citat Sord. decis. 322. nu. 32. vbi sub n. 63. dicit rationes, quæ in contrarium considerari solent, non subsistere: intelligitur tamen de illis filiis, & hæredibus, ad quos de iure Feuda, & Emphyteusis transire possunt. † Et dicuntur feuda hæreditaria secundum quid, quia licet transcant ad hæredes, ad omnes tamen non transcant, sed ad eos solum, qui sunt hæredes, & decedentes. Bald. in leg. cum virum, C. de fideicom. & docet Rip. in leg. in quartam, num. 181. ff. ad leg. Falcid.
- 13 Feuda verò non hæreditaria sunt, quæ conceduntur pro se, & filiis, vel pro se, & liberis, nulla hæredum facta mentione: Dicuntur autem Feuda non hæreditaria, quia transcant ad filios, non uti hæredes, sed uti filios; ac propterea filius potest retinere Feudum, & repudiare hæreditatem, ut per Alex. in dist. 14. conf. 26. Et † in dubio de filiis masculis est intelligenda concessio, Ruin. consil. 16. num. 1. lib. 1. † an idem verò sit in Emphyt. docet latè Aurel. Corbulus olim concivis meus præclarissimus in suo tract. de cons. ex quibus Emphyt. iure suo privatur, in titul. de causa ob lineam finitam, vbi in declarationibus ad regulam hanc rem latissimè examinat.
- 16 Secundo, Feuda non hæreditaria dicuntur, si concessio fuerit facta pro filiis masculis, & feminis, quo casu † prius masculi admittantur, & in defectum masculorum feminæ. cap. 1. §. primo, in tit. Episc. vel Abb. cap. 1. §. primo, de success. Feud. & cap. 1. de eo, qui sibi, vel hæred. Ruin. loco citato num. 4. latè Alex. consil. 9. nu. 1. & segg. lib. 1.
- 18 An autem in dubio Feuda dicantur hæreditaria, vel non hæreditaria solet dubitari, & dicendum est, hæreditaria præsumi, ut latè ex aliorum mente tradit Ruin. qui hoc rationibus probat cons. 17. lib. 1. † Quod tamen intelligendum est, ut feudum in dubio intelligatur hæreditarium non simpliciter, sed secundum quid, hoc est acquisitum pro filiis, uti hæredibus, in quibus terminis loquitur Ruin. loco cit. num. 3. & latè Alex. in d. cons. 26. lib. 5. per totum: vnde Feudum non debet in dubio transire ad quoscunque hæredes, sed solum ad descendentes, qui fuerint hæredes.
- Modo his breviter declaratis, videndum est, an feuda, vel Emphyteusis imputetur filiis in legitimam. Pro cuius rei declaratione constituenda est regula affirmativa, ut † tam bona Feudalia, quam Emphyteutica debeant in legitimam imputari: quæ regula probatur ex his, quæ habentur in leg. omni modo, §. imputari, C. de inoff. testam. vbi dicitur, acquisitum à defuncto, si ad filium perveniat, ei in legitimam imputari, si tale acquisitum possit, vel † edi p. de factum, vel saltem transmitti ad eius hæredes, & hæc firmat regulam Alex. cons. 27. n. 2. lib. 5. idem tenet Bald. & Gal. de Cui. in d. §. imputari, & Salyc. ponderat tex. in illis verbis, occasione, &c. ex quo colligit, quod omnia acquisita occasione, vel contemplatione patris, imputantur filiis in legitimam. Idem voluit Imol. in cons. incipiente: In casu præmissis plura sunt videnda: & movetur præcipue, quia † pater, qui acquisivit Emphyteusim pro se, & filiis, potuisset illam rem in præiudicium aliorum prælegare, Bald. in Auth. si quis ruinas, C. de Sacros. Eccl. & in l. liberti libertaque, C. de oper. lib. sicut enim pater potest filio præiudicare rem Emphyteuticam alienando, sic etiã potest ipsi præiudicium inferre alte-

ri solum tam prælegando, Ias. in l. 2. C. de iur. Emphyt.

21 Et quod in præiudicium comprehensorum primus acquirens possit alienare, Socin. cons. 25. nu. 21. & segg. lib. 1. vbi id latissimè probat Sord. decis. 209. n. 16. & latius in cons. 351. nu. 34. & segg. Hond. cons. 14. nu. 32. lib. 2. Rot. decis. 703. recent. part. 1. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 5. n. 2. ubi plures allegat, Gratian. discept. Forens. c. 405. num. 1. vbi plures alias Rotæ decisiones allegat, Gratian. decis. Mareb. 65. num. 8. Rot. decis. 126. nu. 16. post Merlin. Maresc. variar. resol. lib. 1. c. 74. n. 2. vbi testatur de communi. Othavianus Tucherus decis. Luconsi 66. nu. 16. Quod tamen duobus declarat modis: primo, si acquisitio fuerit facta titulo oneroso, secus si de suo nihil erogaverit, ut per Maresc. loco supra citato; quod tamen non est tutum asserere; si appareat, concessionem contemplatione acquirentis fuisse factã, ut dicam infra n. 24. Secundo procedit conclusio, si primus acquirens acquirat pro filiis, & nepotibus, quos habet in potestate; secus si pro aliis, quos in potestate nõ habeat, ut per Grat. in d. c. 405. n. 2. & segg. ac idem mater acquirens pro se filiis, & nepotibus, nõ potest comprehensivè præiudicare, cum filios in potestate non habeat, ut per Grat. loc. cit. n. 3. & segg. quam distinctionem probat etiam Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 5. nu. 18. Et quod dicitur de Emphyteusi, procedit etiam in feudo ob identitatem rationis, ut per Socin. loco supra citato: vnde promiscuè Doctores de Feudo, & Emphyteusi in hac materia allegari solent. Et de Feudo in specie consuluit Alex. cons. 28. nu. 1. lib. 5. Curt. Sen. cons. 83. Dec. cons. 390. & cons. 445. num. 7. Et tam de Emphyteusi, quam Feudo loquitur Barb. cons. 55. num. 17. & 18. inter cons. Alex. lib. 4. Alex. consil. 106. sub n. 8. eod. lib. 4. cons. 12. lib. 5. & cons. 124. n. 5. lib. 5. qui de communi opinione testatur, Gozad. qui & ipse est testis magis communis opinionis, cons. 25. n. 18. & cons. 47. n. 17. Corn. cons. 91. l. 3. Clar. latè in §. Emphyteusis, q. 16. vers. sic præmissis, & in §. Feudum, qu. 41. vers. & hæc quidem, Ruin. cons. 9. in fin. lib. 1. & cons. 42. eod. lib. Auth. cons. 145. Sigisim. consil. Feud. 12. n. 1. Rip. in l. in quartum, n. 176. ad leg. Falcid. Afflic. decis. 25. n. 8. lib. 1. vbi Vrsil. in addit. Paris. cons. 2. num. 9. & cons. 3. nu. 16. lib. 1. Crau. cons. 135. num. 8. lib. 1. plures alios allegat Tiraq. in primo retract. §. 31. glos. vnica, n. 2. Alios Gab. in tit. de Emphyt. concl. 2. n. 9. plures Pinel. in leg. prima, C. de bon. mat. in tertia parte, varios citat Fab. Iurett. cons. 61. nu. 31. & segg. vbi n. 44. testatur de magis communi, & ab ea non esse recedendum in iudicando, & consulendo, Port. lib. 4. commun. opin. concl. 22. vers. contrarium, Nutt. qui pariter testatur de magis communi cons. 305. n. 14. Et dicit alias in facto habuisse, & obtinuisse, Becc. cons. 36. nu. 2. qui & ipse dicit, communem esse opinionem, Ceph. cons. 152. n. 50. & segg. qui n. 21. hæc opinionem omnes admittere dixit, & esse æquissimam, & ab ea non recedendum, Mich. de Grass. in §. legatum, quæst. 14. num. 20. in fin. Hier. Ceual. in suo lib. Corn. controu. com. quæst. 32. Alij videri possunt apud moderniores supra allegatos.

Et licet multi contrarium teneant, cum in hoc, ut dixit Mich. de Grass. loc. cit. iustificè variaverint Doctores, quot citat Gabr. loc. cit. nu. 4. & Valasc. de iure Emphyt. quæst. 49. sub num. 6. vers. sed quantum ego: quibus & ipse assentit; tamen negari non potest, hæc opinionem esse magis communem secundum Doctores supra allegatos; Et aliorum sententia procedere posset, † si pater habuisset gratiam ex mero beneficio concedentis, nil de suo arrogando; diceretur enim tunc feudum, vel Emphyteusis provenire ab ipso omnino immediatè; vnde pater filiis præiudicare non

- posset, Socin. *lun. conf. 103. num. 30. lib. 1.* Et in his terminis procedere possunt tradita per Didac. *lib. 2. resolut. cap. 18. num. 1.* quod Emphyteusis comperat filiis non à patre, sed ratione concessionis factæ à Domino: secus tamen quando pater ipse est, qui acquirit, de suo erogando; tunc enim acquisitio tribuitur patri, licet dominus concedat, *Cap. inter conf. Corn. conf. 51. lib. 1. G. 2 ad. conf. 75. num. 14. Ruin. conf. 42. num. 11. lib. 1. & alij plures supra citati, idem Valasc. loc. cit. nu. 7.* qui potest dici sibi contrarius, cum supra num. 6. dixerit, cauendum esse ab eis, qui tenent regulariter, patrem posse præiudicare filiis in Emphyteusi, vel feudo nouo: unde certè ab ipso potius cauendum est. †
- 24 Imò nec etiam id locum sibi vendicaret, et si pater de suo nihil erogasset, dummodo apparet, dominum verè contemplatione patris concessisse, per tex. *in leg. sed si plures, §. in arrogato. ff. de vulg. & dicit Aret. in d. l. apud Iulianum, §. si quis alius, ff. de leg. 1. Ruin. conf. 42. nu. 11. lib. 1. & sequitur Valasc. d. quest. 49. nu. 8.*
- 25 Secundo contraria opinio posset procedere, si concessio apparet facta contemplatione filij, & in his terminis loquitur Alexand. *conf. 52. inter conf. Lodotr. tradit Clar. in §. feudum, quest. 41. vers. & hac quidem, in fin. & in §. Emphyteusi, quest. 18. vers. his præmissis, in fin. de quo etiam per Valasc. loc. cit. num. 10. & 11. ut si dominus ad concedendum motus fuisset ob merita filij, Afflic. *in cap. 1. nu. 20. de alienat. Feud. vel si de persona filij expressè fuisset facta mentio, ita ut apparet, verè dominum, in concessione filium pro oculis habuisse, ut per Clar. & Valasc. locis citatis.**
- 26 Tertio contraria opinio procederet, si dominus non consentiret: sic concordando opiniones dixit Ceph. *d. l. conf. 152. num. 50.*
- 27 Conclusio autem supra firmata intelligitur in Feudo, seu Emphyteusi noua, non autem antiqua, seu paterna, *Dec. in d. conf. 445. ex mte Alex. & Curt. loc. citat. quam distinctionem Doctores faciunt, quos refert Tiraq. loc. cit. imò omnes supra adducti circa regulam, quam pro affirmatiua opinione posuimus, num. 20. & fuit distinctio Bartol. in cap. 1. §. hac quoque, de success. Feud. ut declarat Alexand. in d. l. conf. 28. nu. 17. lib. 5. Barb. in d. conf. 55. num. 17. & 18. inter conf. Alex. lib. 4. Ruin. conf. 9. in fin. lib. 1. & conf. 45. num. 17. & seq. lib. 5. Grat. conf. 20. num. 9. Curt. *lun. de Feud. 4. part. vltima patris, regula prima, vers. stat. ergo in prædictis:* quibus addendi sunt omnes supra citati, qui dicunt, patrem posse præiudicare filiis in inuestitura noua, contrarium namque asserunt in antiqua, & paterna, & hoc indubitatum esse, dixit Valasc. *loc. cit. num. 9.* Et secundum hanc distinctionem loquitur Peregr. *de fideicom. art. 36. num. 8.* qui dum ponit regulam, Feuda non imputari in legitimam, loquitur in antiquis, & eam limitat in nouis, ut *in vers. item si Feudum esset nouum.**
- 28 Inuestitura autem noua dicitur, quæ de nouo acquiritur, & antea non erat, ita ut si fuisset antea, & postea esset renouata, diceretur inuestitura antiqua, nõ autem noua, nisi tamè prima esset omnino finita: nouum enim dicitur, quod non prouenit à successione, ut per Dec. *in d. l. conf. 390. num. 4. & conf. 445. num. 8.*
- 29 Ac ideo dici solet, † Dominum non posse mutare formam prioris inuestituræ in præiudicium tertij, ut notat Bald. *in leg. 1. C. quando non pati part. inspiciendum est enim principium, & radix inuestituræ, Bald. in cap. 1. de eo, qui lib. & hered. suis, & in c. 1. §. si verò, in tit. de success. vel grad. success. in Feud. tradit Dec. in d. l. conf. 390. num. 2.* quod tamen declarandum est, non procedere, si aliter disponatur de communi consensu, quod esset in secunda inuestitura declarandum, ut per Dec.
- loc. cit. num. 3.* aliter non esset præsumendum, à prima inuestitura recedere voluisse: cum Princeps in dubio numquam videatur iuri alterius velle præiudicare, *l. 2. §. merito, & §. si quis à Principe, ff. ne quid in loc. pub. cap. super eodem, de offic. delegat.*
- 30 Secundo declaratur conclusio, & regula supra firmata, si inuestitura antiqua fuerit hæreditaria, hoc est concessa pro se, & hæredibus, tunc enim locum haberet imputatio, quia etiam filius primi inuestiti posset alienare in præiudicium aliorum, ita in terminis Alexand. *d. conf. 28. n. 18. lib. 5. Afflic. d. decis. 112. Cap. decis. 64. nu. 2. Ruin. conf. 1. num. 15. lib. 1. Couar. lib. 2. resolut. cap. 18. num. 2. Ia. in l. 2. num. 192. & nu. 212. C. de iur. Emphyt. alios citat Valasc. loc. cit. vers. mouentur, & in his terminis loquitur Peregr. in d. l. art. 36. sub num. 108. vers. si autem Feuda.*
- 31 Id ampliat Alexand. *d. conf. 28. num. 18. lib. 1.* etiam si ille filius esset hæres cum beneficio legis, & inueterarij, *Ruin. conf. 38. n. 15. lib. 1. Afflic. d. decis. 112. nu. 3. Crau. conf. 256. n. 3. Curt. lun. conf. 1. n. 12. Couar. loc. cit. n. 4.* Et est communis, ac recepta opinio, ut per Valasc. *d. 9. 49. sub nu. 4.* unde parum curandum est de alijs, qui contrarium sentere, ut Socin. *lun. conf. 112. num. 23. lib. 2. Clar. Paris. Dec. & nonnulli alij, quos citat loc. cit. Valasc. qui & ipse hanc probat ampliationem.*
- 32 Ex iam dictis igitur optimè colligi potest, uno tantum casu Feudum, vel Emphyteusim non posse alienari in præiudicium filiorum, & comprehensorum, nempe si feudum, vel Emphyteusis sit antiqua, & non hæreditaria; feuda enim & Emphyteusis noua possunt alienari in præiudicium comprehensorum, tam si sint hæreditaria, quam non: antiqua verò pariter alienari possunt, si sint hæreditaria; & in istis casibus alienationes esse plasmam validas, dixit Paris. *conf. 2. nu. 32. lib. 1.* imò Dec. à Parisio relatus *in conf. 194. num. 4.* tenet,
- 33 † quod id permissum sit de iure communi absque consensu superioris: Et Principem hoc facere posse non citatis agnatis, dixit Soc. *conf. 87. num. 12. lib. 3.* & post alios Curt. *lun. conf. 1.* tenet, quod de Feudo hæreditario, & paterno, vel antiquo, possit disponi sine consensu superioris: dummodo ille, ad cuius utilitatem disponitur, sit vnus de illis, ad quos Feudum poterat transire: interueniente verò Consensu superioris, rem esse sine dubio, quem consensum potest Princeps præstare, etiam parte non citata, *Bran. conf. 1. & Campagn. inter conf. Brun. conf. 10. in quarto dub. qui*
- 34 *in super addit. † Feudum pro masculis receptum, accedente consensu superioris, posse conferri feminis: de quo etiam Paris. d. conf. 1. n. 31. vsque ad fin. & alij, de quibus per Afflic. d. decis. 112. num. 6.*
- 35 In his igitur supradictis casibus, in quibus diximus, patrem posse alienare Feudum, & Emphyteusim in præiudicium filiorum, vera est regula supraposita, in legitimam imputari: cum enim à patre non fuerint alienata, ea dicuntur habere filij ex dispositione patris, *l. si fundum per fideicom. §. fin. cum leg. seq. ff. de leg. 1. Alex. conf. 27. num. 5. lib. 5.* Addunt etiam, quod † inuestitura accepta à patre pro se, & filiis, nil aliud est, quàm mortis causa donatio, cum intelligatur ordine successiuo, per notata *in leg. Gallus, §. 1. ff. de lib. & post. & notat Bart. in leg. quod dicitur, & in l. si mihi, & Titio, ff. de verb. oblig. Surd. decis. 322. n. 44. & voluit Saly in l. 2. C. de iur. Emphyt. quest. 23. Bald. in Auth. quas vinas, C. de sacros. Eccles. l. mol. in cap. potuit, de loc. tradit Soc. conf. 25. sub n. 13. lib. 1. Alex. conf. 28. n. 5. lib. 5.* Sed donationes causa mortis imputantur, ergo imputari pariter debent similes inuestituræ, quæ tamè ratio procedit seculi in inuestituris nouis. In antiquis verò hæreditariis aliâ

- 37 addunt, † quia nempe transeunt ad filios, uti heredes, ergo in legitimam imputari debent; nam ea, quæ ad hæredes transeunt, in legitimam imputantur, Bart. in l. 2. §. nec cassense, ff. de collat. bon. nec distinctio per ipsam considerata procedit in imputatione, sed solum in collatione, ut declarat Alex. in d. conf. 27. n. 7.
- 38 Non imputantur autem feuda antiqua non hereditaria, quia, cum de ipsis pater disponere non possit, dicuntur transire ad filios, uti filios, & ex providentia concedentis, & receptoris, non autem ex persona patris, nec eius contemplatione, Bald. conf. 110. num. 2. lib. 5. ubi loquens † de Emphyteusi, & an debeant in legitimam imputari, dicit, quod aut transit ad filium, uti hæredem, & imputatur, iuxta ea, quæ diximus supra num. 30. aut transit ad filium, uti filium, & distinguit, quod aut pater acquisiuit, debet imputari, aut ipse non acquisiuit, & imputari non debet, & hoc est, quod diximus supra de Feudo, & Emphyteusi antiqua, & non hereditaria. Quare, cum in Gallia omnia Feuda sint hereditaria, & redacta ad instar bonorum allodialium, debent in legitimam indistinctè imputari.
- 40 Non omitto tamen casum, in quo ipse filius Feudum recipit, nec ipsam consequitur, uti hæres patris, & tamen in legitimam imputatur; si nempe pater Domino Feudi pecunia tradat adhuc, uti filio Feudum, vel Emphyteusim concedat, sit enim tunc imputatio, quia recipit Feudum, seu Emphyteusim patris occasione, Grass. in §. legitima, quest. 21. numero 1.
- 41 † Ex quo etiam aliam rationem desumere possumus, qua re Emphyteusis recepta pro se, filiis imputetur in legitimam, quia nimirum concessio intelligitur facta contemplatione patris, ut per Surd. decis. 324. num. 6. & seqq. at, quæ conceduntur contemplatione patris, dicuntur profectitia, ut supra suo loco fuit dictum, ergo imputari debet: quod procederet, † etiam si pater nihil de suo erogaret, ut per Surd. loc. cit. sub nu. 8. vers. tertio responderetur.
- 43 Animadvertendum tamen est, in illis omnibus casibus, in quibus diximus, imputationem fieri debere, intelligendum esse pro illa quantitate, quæ redigi posset ex ipsa re Emphyteotica, vel Feudali, deducto illo onere Emphyteotico, vel Feudali, † res enim minus valet ob onus adjunctum, leg. prima, §. hæres, ff. ad Trebell. ubi Bartol. Alexand. & cæteri notant, Abb. in cap. in aliquibus, in 2. notabilis de decim. Dec. confil. 167. num. 4. Crauet. conf. 145. num. 9. Ludouil. decis. Perus. 79. nu. 4. part. 2. latè Tiraq. de retract. conuent. in prafat. nu. 20. Socin. confil. 15. num. 57. lib. 1. Mascard. conclus. 447. nu. 11. Et † ob dictum onus minus debet æstimari res Emphyteotica, quam libera, Cagnol. in leg. 2. num. 243. C. de rescind. vendit. Olasc. decis. 24. num. 5. Bald. in Authent. qui rem, C. de sacros. Eccles. Petr. Ducn. de consuetudine. scilicet. 5. nu. 4. Rol. conf. 59. nu. 16. lib. 4. Bertraz. conf. crimin. 2. num. 33. lib. 1. Hend. conf. 33. num. 12. lib. 2. Decian. conf. 2. nu. 170. lib. 1. Ludouil. conclus. 31. vers. sed dubium. Bart. qui alios allegat decis. 123. nu. 6. qui loquitur in rebus emptis cum pacto redimendi.
- 46 Et quod † ob onus Emphyteoticum tertia pars pretij detrahi debeat, sentit Alph. in suis report. report. 640. & 891. qui testatur de consuetudine Petrusina, Motion. de sid. irreg. & pas. cap. 73. faciunt cumulata per Tiraq. loco citato nu. 20. & po alios docuit Borguin. decis. 36. in secunda parte. Alij volunt fieri debere diminutionem in sexta parte, Surd. conf. 452. nu. 77. lib. 4. Ad dentes ad decis. Ludouil. 573. in lit. B.
- 47 Verum id non est generaliter intelligendum, sed detraçtio ab onere regulari debet, cum enim onera

- non sint paria, nec par debet esse detraçtio: Unde in hisce partibus, cum bona Emphyteotica sint ferè ad instar allodialium, ut dixit Odd. confil. 4. lib. 1. non tanta deberet esse pretij defalcatio: ac idèd quartam solum partem detrahendam esse, iudicatum quandoque vidi per Celeberrimum Vrbini Collegium: Unde merito dicunt alij, id iudicis arbitrio esse relinquendum: ut post alios in terminis imputationis, dixit Merlin. de legitima, quest. 19. num. 20.
- 48 Quæ tamen actio non datur scienti, rem esse grauam hoc onere, volenti enim non fit iniuria, & quando venditor certificat emptorem de vitio, non tenetur, nec actione redibitoria, nec quanti minoris, ut docet Cepol. de seruit. rustic. prad. cap. 1. num. 17. Odd. dist. confil. 4. num. 1. Et idem esset si emptor ex se sciret onus, licet à venditore non fuisset certificatus, l. prima in fin. ff. de act. empt.
- 49 Sed quid, si sciens rem esse grauam onere aliquo, ipsam emit pro æstimatione; & æstimatio fuerit facta tanquam de re libera; poteritne aliqua præterendi defalcatio? Id ab aliquo tactum non inueni; & cum in facto habuerim, pro parte affirmatiua consului: nam licet ex aduerso diceretur, ementem scilicet rem aliquo onere grauam, non posse præteredere defalcationem: respondebam tamen, casus esse omninò diuersos, nam quotiescumque sciens, rem esse onere grauam, emit pro certo pretio, præsumitur, ipsam iudicasse illam rem tanti valere, non obstante illo onere, vnde nullam potest præteredere defalcationem.
- 50 Sed ille, qui emit pro æstimatione, † cum æstimatio debeatur fieri consideratis qualitatibus rei æstimandæ, ut dicunt Bart. & alij in leg. 1. §. hæres, ff. ad Treb. præsumitur emisse rem æstimandam cum qualitatibus suis; vnde non repugnat suæ promissioni, ut illa qualitas oneris habeatur in consideratione: quæ consideratio, si non fuerit habita ab æstimatoribus, debet à iudice haberi ad doctrinam, Bart. in leg. si quis arbitratus, num. 4. ff. de verbor. oblig. ubi alij scribentes, ut Angel. num. 2. Caltr. num. 6. Socin. Sen. nu. 4. Is. num. 19. Socin. Jun. num. 46. † Diminutio enim pretij spectat ad iudicem, leg. demum, & leg. rei sua, ff. de contrab. empt. dicit enim Bart. quod si Titius, vel quia non potuerit, vel quia noluerit, omiserit in æstimando detraçtionem, quæ fieri debuisset ob onus impositum rei æstimatæ, recurrendum esse ad iudicem, qui omne id, quod ommissum fuit, supplere debet. Nec dicator Bart. non loqui in simplici æstimatore; sed in electo ad faciendam etiam defalcationem ob onus rei impositum: responderetur enim, idem dicendum esse in æstimatoribus simpliciter electis; nam, cum de jure communi res debeat æstimari cum qualitatibus suis, jus est, quod mandat æstimatoribus, ut habeant in consideratione omnes qualitates, alterantes, vel minuètes pretium; quare si istud onus in consideratione non habeant, licet non faciant contra rem expressè à partibus ipsis demandatam, faciunt tamen contra id, quod tacitè ex dispositione juris communis ipsis intelligitur commissum. Præterquam quod, cum omittant qualitatem, quæ ex dispositione juris omitti non debet, cum, ut dixi, res debeat æstimari cum qualitatibus suis, injustè agunt: ac idèd eorum iniustitia debet à iudice corrigi, ad tradita per Doctores in l. 2. C. de rescind. vend. Nec scientia oneris hoc casu emptori nocere potest, cum enim solum promiserit accipere rem pro æstimatione, æstimatio non repugnat, quo minus onus in consideratione habeatur; æstimatio namque debet fieri consideratis omnibus qualitatibus rei æstimandæ. Ad quod † confert tex. in l. uertis causa capi-

*mus, §. fin. ff. de don. auct. mors. vbi habetur, quod si quis accipiat hominem noxx nomine, vel alias obligatum, præsumendum est, ipsum accipere pro quanto vendi posset sic obligatus: & idem dicit, obseruandum esse in fundo alteri obnoxio, vt nempè debeat haberi in consideratione, quantum ille fundus, ita obligatus, vendi posset, vt ibi glos. declarat. Sic igitur videtur dicendum in casu proposito, quod licet emptor promiserit accipere rem pro æstimatione, tamen illa æstimatio debeat fieri, considerato onere Emphyteotico; quæ consideratio, si non fuerit ab æstimatoribus habita, non repugnat, quin à Iudice haberi debeat: secus tamen si æstimatores iam illud onus considerassent, in quibus terminis loquitur Odd. in d. conf. 4. lib. 1.*

## SVM MARIVM.

- 1 *Quæ filij acquirunt patri contemplatione, in legitimam imputantur.*
- 2 *Argumentum, de collatione ad imputationem, valet affirmatiuè.*
- 3 *Dos data ab auo nepti, an debeat imputari legitimam sibi debitam, ex bonis patris: & quid in data à patruo, num. 4. & num. 8. & seqq.*
- 5 *Res aliena legata filio, an debeat ei in legitimam imputari, & num. 7.*
- 6 *Legatum factum filio de re aliena, dicitur profectitium.*
- 9 *Relictum factum à patruo filio fratris, intelligitur factum contemplatione fratris, est tamen ratio differentie in auo, num. 10.*
- 11 *Relicta nepotibus, tam ab auo, quam à patruo, intelliguntur relictæ contemplatione ipsorummet nepotum, secundum plures, quos sequitur auctor: conclusura tamen maxime sint attendenda, num. 14.*
- 11 *Lex, sed si plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pupill. declaratur.*
- 13 *Legatum in dubio intelligitur factum contemplatione persona.*
- 15 *Relictum nepotibus sub nomine collectiuo, intelligitur relictum contemplatione patris.*
- 16 *Relictum factum nondum natis, intelligitur factum contemplatione parentum, etiam si simpliciter dictum fuerit filio, nu. 17. & etiam si aliqui ipsorum iam fuerint nati, num. 19. & alij non nascantur, num. 20.*
- 18 *Relictum factum filio, comprehendit nascituros.*
- 21 *Relictum factum nepotibus in stirpes, intelligitur factum contemplatione parentum.*
- 21 *Auus, si in dotanda nepte, iusserit ipsam debere stare tunc, & contentam, intelligitur dotata contemplatione patris, & num. 30.*
- 23 *Stante statuto, vt stantibus masculis scemina non succedant, dos data ab auo, intelligitur data contemplatione patris neptis.*
- 24 *Amicitia, affinitas, & merita arguunt, an relictum sit factum contemplatione vnus, vel alterius.*
- 25 *Auus dando aliquid nepotibus, ad quod pater erat obligatus, intelligitur dare contemplatione patris.*
- 26 *Pater præsumitur magis cogitare de filio, quam de nepotibus.*
- 27 *Diuitia filij an arguant, relictum factum nepti ab auo fuisse factum contemplatione filij, vel neptis, & n. 28.*
- 29 *Auus dotando neptem, ex quibus verbis dicatur declarasse se dotare contemplatione neptis.*
- 31 *Dos, data ab auo loco bonor. maternor. dicitur aduentitia.*
- 32 *Dos relictæ ab auo nepti, à filio tamen præstanda, dicitur aduentitia.*
- 33 *Legatum factum nepti, intelligitur factum eius contemplatione, si aliter legatum esset nullum.*

- 34 *Dos relictæ nepti ab auo post institutionem filij, dicitur aduentitia.*
- 35 *Dos relictæ nepti ex filio exheredato, intelligitur relictæ contemplatione neptis.*
- 36 *Dos relictæ nepti, intelligitur relictæ ipsius nepti contemplatione, si aliter filius damnificaretur in legitima.*
- 37 *Dos data ab auo nepti, quam dotare tenebatur, cuius contemplatione intelligatur data.*
- 38 *Dos data ab auo nepti, an veniat imputanda in legitimam filij, quam ex bonis consequi debet, & num. 39. & ponitur distinctio, num. 40.*

Dos data nepti ab auo, an debeat imputari in legitimam nepti debitam ex bonis patris. Et qui in dote data à patruo. Et an veniat imputanda in legitimam filio debitam in bonis dotantis.

## CAP. XXXIX.

- 1 **Q**uæritur, & vltimum nostræ distinctionis caput circa imputationem respicit ea, quæ filij acquirunt patri contemplatione, quæ cum dicantur profectitia, vt supra suo loco fuit dictum; & profectitia conferantur, etiam imputari debent: volunt enim
- 2 omnes, † valere argumentum, de collatione ad imputationem affirmatiuè, licet secus sit negativè: multa enim imputantur, quæ non conferuntur, vt acquisita post mortem patris, donationes simplices morte confirmatæ, & similia, de quibus superioribus suis locis fuit dictum.
- 3 **Q**uam regulam, quod nempè acquisita patris contemplatione in legitimam imputentur, probat post alios Peregr. de fideicom. art. 36. num. 109. Ex qua regula dubitant Doctores, † an dos data ab Auo nepti debeat imputari in legitimam sibi debitam ex bonis patris: & affirmatiuè communiter respondent; cum præsumatur, Auum contemplatione filij dotasse neptem, l. dotem, quam dedit, ff. de coll. ac ideo habetur, ac si ex substantia patris progenisset, l. sed si plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pup. censetur enim quodammodo breui manu prius data patri, & ab eo postea ad filium profecta, ad tradita in l. singularia, ff. si cert. petat. Et hanc valde vtilem, & pulchram illationem appellat Soc. Iun. in l. in quartam, n. 112. ff. ad l. Falc. Cuius opinionis fautores referant inter alios Alciat. de præsumpt. in prima regula, præsumpt. 17. nu. 1. Mascard. conclus. 574. nu. 1. latè Menoch. conf. 183. nu. 10. & alios citat, de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 17. sub num. 18.
- 4 **E**t idem volunt esse dicendum in dote data nepti à patruo, quæ & ipsa debet imputari in legitimam debitam nepti ex bonis paternis, cum sit præsumendum, fratrem dotasse filiam fratris, ipsius fratris contemplatione, Alex. conf. 179. n. 3. lib. 5. & docent plures, quos citat Mascard. loc. cit. num. 5. Gab. de iur. dot. conclus. 5. sub num. 13. Peregr. de fideicom. art. 36. num. 110. & art. 37. num. 11. Moluat. conf. 126. nu. 84. lib. 1. Cucch. de legitima, §. ex substantia, num. 20. Menoch. conf. 153. num. 10. lib. 2. Grass. in §. legitimam, quæst. 20. nu. 6. plures allegatos inuenies apud Mangil. de imputat. quæst. 24. num. 3. & 4. & quæst. 25. num. 1. & seqq.
- 5 **C**ontrarium tamen tenent multi in d. l. in quartam sic argumentantes. Si pater leget filio rem alienam, filius illam rem in legitimam non imputabit, & allegant Bart. in leg. cum alienato, C. de leg. & Aret. in l. non amplius, §. fin. ff. de leg. primo, & tradit Mich. de Grass. d. quæst.



quæst. 19. num. 4. & eam esse communem opinionem dixit Valq. *de success. creat.* §. 30. num. 242. Si igitur secundum communem opinionem res aliena à patre relicta imputari non debet in legitimam, tanto magis non erit imputanda res aliena, habita solum contemplatione patris. Respondent tamen, casus esse omnino diuersos; nam in quæstione proposita res data dicitur quandoque fuisse in bonis dantis ob supradictam fictionem: unde profectitia quodammodo dici potest: & tanquam profectitia debet imputari: secus tamen est in casu argumenti, in quo res legata nunquam fuit in bonis dantis. Verum meritiò Socin. *lun. loc. cit.* dicit, argumentum esse falsum, ipsiusque solutionem esse ridiculam. Nam si legatum factum à patre de re aliena profectitium dici debet, cum virtualiter ex substantia patris proficiscatur; hæres enim tenetur redimere rem alienam à testatore relictam, *leg. non dubium, §. fin. de leg. 3.* Et multo verius, quam dos à patruo, vel ab auo data, in qua solum patris contemplatio consideratur, & fictè dicitur provenire ex substantia patris. † Præterea falsum etiam est argumentum, cum imò legatum de re aliena in legitimam filiorum imputetur; nec oppositum dicunt Bald. & Angel. in contrarium citati, cum asserant solum, filium non posse cogi acceptare pro legitima legatum rei alienæ; sed, si ipsum legatum consequi velit, quod ipsum in legitimam imputare non debeat, nec prædicti dicunt, nec est vlllo modo verum; & contrarium docent Mich. de Grass. & Valq. *locis citatis.*

Quæ tamen communis conclusio, si generaliter intelligatur, tam in datis ab auo, quam à patruis, & tam inter viuos, quam in vltimis voluntatibus, plures recipit difficultates: † nam si loquamur in patruo, relinquente aliquid filio fratris in vltima voluntate, censetur sanè relinquere contemplatione fratris, vt Doctores communiter docent per text. *in leg. sed si plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pup.* & tradit Socin. *lun. conf. 77. lib. 2.* Ruin. qui in eodem casu consuluit *conf. 14. lib. 5.* de quo infra *in tertia parte, cap. 7.* Sed in relictis factis nepotibus ab auo est ratio differentie, † nam præsupponendum est, auum filios instituisse adhuc, vt testamentum valeat; unde relinquendo postea aliquid separatim nepotibus, censetur potius ipsorum personas considerasse, quæ ratio cessat in relictis à patruo, ac in datis inter viuos; & tamen communiter volunt, omni casu datum, & relictum censi profectitium, *Bart. in l. dedit dotem, ff. de coll. bon. And. de Ifet. in cap. 1. §. & si clientulus, de alien. feud. pat. Imol. in l. qui alieno, §. interdum, ff. de acq. hered. Io. de Rim. inter conf. Ang. conf. 78. & Ang. conf. seqq. Alex. conf. 175. n. 7. lib. 6.* & eam sequi videtur Soc. *lun. d. conf. 77. n. 3.*

Sed non desunt, qui indistinctè tenuerunt, omne datum, seu relictum, tam ab Auo, quam à patruo, intelligi datum, ac relictum contemplatione illius, cui datur, vel relinquitur, ita vt debeat dici aduentitium, nec vlllo modo computari, *glor. & scribentes in d. §. interdum, Alex. conf. 138. n. 1. & 2. lib. 5.* & notant Angel. Imol. & Cum. *in l. quæsitum, ff. de leg. primo,* idem prius dixerat *Alex. conf. 89. n. 6. lib. 4.* & tradunt plures, quos refert, & sequitur Menoch. *confil. 183. num. 32.* apud quem videri possunt: quæ opinio in dubio semper mihi magis placuit, quicquid dixerit Menoch. *in d. præsumpt. 17. sub num. 18. vers. tertius casus,* & Mascard. *in d. conclus. 574.* & alij supra citati. Et ad id dicendum moueor eodem argumento, quo in contrarium Doctores vtuntur: nempe per text. *in d. l. sed si plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pup.* qui tamen text. nil proflus meo iudicio probat; quod, vt magis appareat, ponam

verba text. Ego etiam amplius puto, vt si quid beneficio arrogatoris acquisiuit, & hoc substitutum posse habere, vt puta, si arrogatoris amicus, vel cognatus ei aliquid reliquerit. † Notanda sunt illa verba, *si quid beneficio arrogatoris:* substitutus igitur debet habere, si beneficio arrogatoris aliquid ipsi relictum fuerit: ac certum est, quod quando relinquitur aliquid filio ob beneficium patris, & illud dicitur profectitium, tanquam relictum contemplatione patris: text. igitur ille loquitur in profectitiis: sed hinc non sequitur, vt semper sit sumenda interpretatio, vt datum, vel relictum intelligatur factum contemplatione patris. Insuper notanda sunt illa verba: *si arrogatoris amicum:* Cui dubium, quod, si amicus, vel consanguineus arrogatoris relinquit aliquid filio arrogato, censendum erit potius reliquisse contemplatione patris, qui eius est amicus, & consanguineus, quam filij arrogati, qui ad eum nihil attinet: quod non est in filio legitimo, naturali: ac propterea negari non potest, text. prædictum loqui in casu, in quo clarè appareat, cuius contemplatione facta sit donatio, vt dixit *Alex. in d. conf. 179. nu. 1. lib. 5.* unde † secus dicendum erit in dubio, ad quod confert quod tradit *Bart. in leg. pater filius, Tusculanus, in fin. C. de leg. vt sit causa in legato non fuerit expressa,* magis sit præsumendum legatum, fuisse factum contemplatione personæ. Accedat, quod legata, vt plurimum, relinquuntur propter merita illorum, quibus fiunt legata.

Fateor tamen, quod cum hoc pendeat à voluntate donantis, ac relinquents, plurimum attendendas esse coniecturas, vt dixit *Grass. in dist. quæst. 19. num. 8.* quarum nonnullas hic recensero, quæ relicta, & donationes auorum maximè respiciunt, de patruis enim nonnulla alia ponam *in tertia parte, cap. 7.*

Et primo videamus de coniecturis indicantibus; relictum fuisse factum contemplatione patris, quarum prima est, si aliquid relinquatur sub nomine collectiuo, puta nepotibus ad text. *in leg. cum aliquis, vbi scribentes, C. de iur. delib. Soc. lun. d. conf. 77. n. 5. lib. 2.*

Secundo pro eadem parte est coniectura, si relictum fuerit factum nepotibus nondum natis, tunc enim, cum non possit aliqua considerari affectio erga personas, quæ non sunt in rerum natura, potius relictum censetur factum contemplatione filij. *Menoch. dista præsumpt. 17. n. quinto.* † Quæ coniectura ampliatur, etiam si simpliciter factum fuerit relictum filijs, non solum per ea, quæ dicta sunt in prima coniectura, sed quia tale relictum nasciturus comprehendet, erga quos nulla potest considerari affectio. † Secundo ampliatur, etiam si aliqui ipsorum iam essent nati, cum enim sint in eadem oratione comprehensi, idem de vno, quod de altero asserendum est. † Tertio ampliatur procedere, etiam si alij ultra natos non nascantur, satis enim est nasci potuisse, vt dixit *Soc. loco citato.*

Tertia est coniectura, si testator vocauerit nepotes in stirpes, tunc enim consideratur affectio patris, nam si nepotum personæ testatorem ad relinquendum induxissent, potius in capita, quam in stirpes eos vocasset; *Socin. loc. cit.*

Quarta sit coniectura, si auus constituendo dotem, iusserit neptem esse debere tacitam, & contentam, & nil aliud petere posse, tunc enim censendum est, voluisse illam dotem cum sua legitima compensare, & sic dotem dedisse contemplatione patris, vt nempe ipsum liberaret ab onere dandi filiz dotem; & legitimam, *l. si adulta,* & ibi *Bald. & Saly. C. de her. red. dist. Rip. loco cit. n. 5.*

- 23 Quinta ex supradicta ego desumo conjecturam, si ad sit statutum, vel decretum, ut mulier dotata ab auo non possit petere nec etiam bona, seu legitimam in bonis paternis, tunc enim præsumeretur dos constituta contemplatione patris, qui ex illa dotatione remanet liberatus ab onere aliquid filiae relinquendi.
- 24 Sexto loco deberet considerari amicitia, affinitas, merita, amor præcedens, & similia, ex quibus in cognitionem deveniri posset, an relictum esset potius factum contemplatione vnus, quam alterius, ad text. in *diel. §. arrogato.*
- 25 Septima sit conjectura, si auus, vel patruus daret aliquid nepotibus, ad quod pater erat obligatus, tunc enim diceretur datum patris contemplatione, hoc est, ut patrem ab illo onere liberaret; † in coniunctis enim ratione ordinatæ affectionis præsumeretur magis aliquem cogitare de filio, & fratre, quam de nepotibus, arg. *tex. in l. fin. C. de verb. signif. & in l. cum ita, §. in fideicommissis, ff. de leg. 2. faciunt notata in l. Gallus, §. 1. ff. de lib. & posth. vnde secus esset in extraneis, ut docet Paul. de Mont. Pic. in d. l. in quartam, n. 175.*
- Octava erit conjectura, de qua mox in prima conjectura pro contraria parte.
- Pro contraria igitur parte, quod relictum præsumat factum contemplatione illius, cui sit; ita ut sit aduentitium, non profectitium, Rip. in *diel. l. in quartam, nu. 204.* considerat † diuitias filij, ut si filius tempore datæ dotis fuerit diues, censetur dos data contemplatione neptis, non filij, rationem esse dicit, quia auus non tenetur dotare neptem, quando pater est diues, secundum Bald. in *Authent. res qua, C. com. de leg. vnde aduentitium, non profectitium dici deberet datum ex sua liberalitate pro dote: Secus verò si filius esset pauper, nam tunc, cum auus sit obligatus dotare neptem, præsumentum esset, ipsam dotasse filij contemplatione, quam sententiam tenuerunt plures, quos citat Menoch. *diel. præsumpt. 17. num. 3. & seqq.* ubi dicit malè consuluisse Natt. & Cephal. contrarium de directo sentientes. † Verum ego oppositum semper tenendum esse censui; & potius pro contraria parte hanc considerari debere conjecturam: ut nempe quando filius est diues tempore datæ dotis, præsumentum sit, auum dotasse neptem contemplatione ipsius filij; nam, cum liberet filium ab onere dotandi propriam filiam, præsumentum est, contemplatione ipsius filij, qui liberatur, id fecisse. Nec dicatur, quod illud, quod auus dat nepotibus, ad quod non est obligatus, dicatur aduentitium, id namque non procedit, in datis contemplatione filij, ut supra suis locis fuit dictum, quam contemplationem necessarium est in casu nostro considerare, cum liberet filium diuitem ab illo onere dotandi filiam, ut supra in septima conjectura. Quando verò filius est pauper, tunc auus ipse tenetur dotare neptem, vnde eam dotando facit id, ad quod obligatus existit; ac idè non potest dici, quod id faciat contemplatione filij, cum imò ex propria obligatione id faciat; & hoc est, quod docet Alex. in *diel. leg. in quartam, sub num. 27.* Sicque distinguit Decian. in *consil. 81. in sexto dub.* Natt. *consil. 364. in fin.* Cephal. *consil. 105. num. 29. & 30.* licet Menoch. malè sensisse asserat. Et contra Rip. & alios constituit regulam Mascard. *diel. conclus. 374. num. 6.* quam distinctionem sequi videtur Peregr. *de fideicom. art. 37. num. 8.**
- 29 Secunda est conjectura, si in dotando auus aliqua protulisset verba, ex quibus dignosci posset, ipsum verè neptis contemplatione dotem constituisse, ut si dixisset, neptem ipsum dotare voluisse, ut per Menoch. *d. diel. consil. 183. num. 16.* aliqua præcipue verba profectendo, quæ amorem aui erga neptem ostenderent: vel si conditionem apposuerit, ut nil aliud de bonis aui prætereptere posset, Menoch. *diel. consil. 183. num. 16.* & sequitur in *diel. præsumpt. 17. sub num. 13.* † Aliam verò conditionem, quam considerat Menoch. *ibi;* & in *diel. consil. 183. num. 18.* ut si dixerit, quod nil aliud posset petere de bonis filij, pro contraria parte adduxi ego superius in quarta, & septima conjectura, si enim dotando voluit filium liberare, constat, id ipsius filij contemplatione fecisse, ad quod conferunt dicta superius in *diel. septima conjectura.*
- 31 Tertia est conjectura, si dotis constitutio fuerit facta loco bonorum maternorum, tunc enim, quemadmodum bona materna erant aduentitia, sic etiam aduentitia deberet dici ipsa dos loco ipsorum subrogata, ut post Crau. tradit Menoch. *diel. consil. 183. num. 18.* & sequitur in *diel. præsumpt. 17. num. 14.*
- 32 Quarta sit conjectura, si auus legauerit dotem nepti ab ipso filio præstandam, ut consuluit Menoch. in *diel. consil. 183. num. 12.* & sequitur in *diel. præsumpt. 17. num. 8.*
- 33 Quinta clarissima est conjectura, si aliter legatum, vel relictum esset nullum, tunc enim ad validandum actum, præsumeretur relictum fuisse factum contemplatione neptis: & dant exemplum in nepte spuria ex filio tamen legitimo, Gabr. in *titul. de iur. dot. conclus. 5. num. 18.* quam post alios sequitur Menoch. *diel. præsumpt. 17. num. 9. & seqq.*
- 34 Sexta est conjectura, si filius fuerit institutus, & postea nepti dos relictæ, cum enim jam filius fuerit titulo institutionis honoratus, dos nepti relictæ, ipsius neptis contemplatione relictæ præsumeretur, Socin. Iun. *conf. 33. num. 5. lib. 1.* Menoch. *d. præsumpt. 17. num. 18.*
- 35 Septima satis clara potest esse conjectura, si filius jam fuerit exheredatus, contemplatione enim filij sibi odiosi non est præsumentum, dotem nepti reliquisse, ut per Gabr. in *fine diel. quarta conclusionis,* Menoch. *diel. præsumpt. 17. num. 17.* Et idem esset dicendum, si aliunde appareret, filium esse odiosum patri, per eandem rationem.
- 36 Octava erit conjectura, si alter filius aliquo modo esset damnificatus in legitima, ut declarat Menoch. in *diel. consil. 183. nu. 20.* & in *diel. præsumpt. 17. num. 15.*
- 37 Aliam ponit conjecturam Menoch. in *d. consil. 183. num. 24.* & in *diel. præsumpt. 17. num. 16.* si ob numerum filiorum neptis ab auo esset dotanda. Verum iam diximus supra circa primam conjecturam pro hac parte, & in quarta, & septima alterius patris, quod quando auus dotat, quæ tenetur, non potest præsumi donare contemplatione alterius, sed solum ad hoc, ut suo debito satisfaciatur: sed quando illa dotatione liberat filium ab onere dotandi, tunc benè potest considerari contemplatio filij: vnde potius hæc conjectura pro contraria parte adduci posset.
- Dux aliæ conjecturæ desumi possent à Menoch. in *diel. consil. 183. num. 12. & 13.* & in *diel. præsumpt. 17. num. 11. & 12.* quas vti leuissimas prætermitto.
- 38 Vidimus hinc vsque, an dos data nepti veniat ipsi in legitimam, ex bonis patris sibi debitam, imputanda: nunc videndum esset, an veniret imputanda in legitimam patri debitam ex bonis aui dotantis; Verum huius questionis decisio à superiori pendet: an nempe dos intelligatur data filij, vel neptis contemplatione: si enim data fuit contemplatione filij, in eius legitimam erit imputanda, censetur namque breui manu eam filium à patre habuisse, & propriæ filiae tradidisse, argumento *leg. singularia, ff. si cert. ferat.* & tradit Cyn.

Cyn. in *dist. leg. sciunt*, in quinta questione, Alexand. in *concl. 179. lib. 5.* Decian. *consil. 81. num. 5.* Menoch. *dist. presumpt. 17. nu. 20.* Cucch. *de legitima, §. sed postquam, num. 35.* Simon de *Piet. consil. 65. lib. 1.* Gabr. *de iur. dot. conclus. 5. num. 4.* Honded. *consil. 90. num. 2. lib. 1.* Matz. *consil. 1. num. 45.* Cephal. *consil. 485. num. 32. lib. 4.* Rot. Roman. *decis. 706. num. 1. parte 1. nonissim.* alios plures citat Mangil. *de Imputat. quest. 20. num. 5.* qui testatur, hanc opinionem esse vetiorem, & magis communem.

Secus verò, si solum neptis contemplatio possit considerari, ut per supradictos Doctores, & docet Gab. *de iur. dot. conclus. 5.* & alij, quos Petegr. citat *de fideicom. artic. 37. num. 1.*

39 Primam tamen distinctionis caput Aretin. in *consil. 17. column. fin.* intelligit, si iam dos ad filium fuerit reuerfa tempore mortis patris; & sequi videntur communiter scribentes in *dist. leg. in quartam.*

40 Vetum animaduertendum puto, in dote contemplatione filij data constituendos esse duos casus; aut illa donatione filius fuit liberatus ab onere dotandi, & tunc illa dos, pro quantitate, pro qua filius fuit liberatus, in legitimam ipsi est imputanda; fingitur enim breui manu dotem illam à patre habuisse, & filie propriè tradidisse, ut per omnes supracitatos Doctores: Nec obstat hoc casu, ad patrem non fuisse reuersam, nam satis ad ipsum dicitur reuerfa, cum ea mediante fuerit liberatus ad soluendum tantumdem; quod intelligendum est respectu illius quantitatis, quam pater tradere fuisset coactus; nam si amplam dotem auus dare voluisset, non esset conueniens, ut tota illa quantitas in legitimam filij veniret imputanda. Si verò filius illa donatione facta ab auo non esset liberatus ab onere dotandi filium, vel ipsi legitimam relinquendi, & tunc non esset ipsi in legitimam imputanda, nisi ad ipsum fuerit reuerfa: de qua questione latè scripsit Peregr. *de fideicom. art. 37.* Et si quis plura alia ad hanc materiam spectantia videre cupit, legat Merlinum *de legitima, lib. 2. tit. 2. quest. 8. & seqq.* cum enim ipsum longè post hæc scripta viderim, in discursu ipsum allegare non potui.

## SUMMARIUM.

- 1 Dos data filia an veniat imputanda in legitimam nepotum, in qua questione tres referuntur opiniones, nu. 2. & reprobatur distinctio Baldi, num. 21.
- 3 Representans non debet esse melioris conditionis, quam persona representata.
- 4 Dos data matri à filiis confertur.
- 5 Contemplatione patris habita in legitimam imputantur.
- 6 Confertur ea, qua debent, profectitia dicuntur.
- 7 Profectitia imputantur.
- 8 Dos data filia, ipsa decedente, ad patrem reuertitur, & num. 16. quod non est inutile scire, num. 17. licet ex consuetudine remaneat apud filios, num. 9. ubi declaratur in quibus terminis intelligant Doctores hac consuetudinem, quod tamen improbatur.
- 10 In Imputatione attenditur origo.
- 11 Filij non debent esse melioris conditionis in dote paterna, quam ipsamet mater.
- 12 Dotem matris esse imputandam in legitimam debitam nepotibus in bonis aui, non reperitur in iure cautum.
- 13 Confertur, ergo imputatur, an valeat consequentia.
- 14 Legitima debet deduci de substantia illius, qui legitimam dare debet, declaratur, num. 19.
- 15 Nepotes an dicantur habere dotem maternam ex bonis aui, vel matris; & uti hæredes matris, num. 18.
- 20 Nepotes non habent matris ius in hereditate aui, quam filius.

22 Dos data filie imputatur in legitimam nepotum, etiam si per statutum dos data filia transferat ad nepotes.

23 Dos data filia imputatur in legitimam nepotum, etiam si pater stipulatus fuerit, dotem reddi filia: & etiam si filia renunciationem fecerit ad favorem patris, vel suorum hæredum, num. 24.

25 Donationes propter nuptias filiis factæ, imputantur in legitimam nepotum.

26 Dotem datam filie imputandam esse in legitimam nepotum in tribus casibus, est indubitabile, de quibus, & n. 27. 28. & 29.

30 Dos data filia emancipata non imputatur in legitimam nepotum: ampliatur etiam si emancipatio sequatur post dotis traditionem, num. 32.

31 Dos data filia à matre non imputatur in legitimam nepotum.

33 Dos data filia cum hoc, ut in omnem casum reuertatur ad filiam, non imputatur in legitimam nepotem, quod ampliatur etiam non appareat, filiam accepisse hanc donationem, num. 34. nisi tamen contrarium fuerit dictum in stipulatione, num. 35. declaratur, num. 37.

36 Dos data filia cum pacto, quod ipsa decedente sine filiis reuertatur ad patrem, non imputatur in legitimam nepotum, ubi de ratione.

38 Nepotes in dote matris sunt quandoque melioris conditionis, quam ipsamet mater.

39 Imputatio ad hoc, ut fieri debeat, sufficit, ut aliquid acquiratur occasione illius, qui legitimam dare debet, declaratur, num. 40.

41 Dos data filia non imputatur in legitimam nepotum, si maritus fateatur se recepisse dotem à patre, & filiam.

42 Dos donata filia non imputatur in legitimam nepotum.

43 Dos data filia non imputatur in legitimam nepotum, si nepotes eam à matre habere dicantur.

44 Dos data filia in casibus in quibus imputatur in legitimam nepotum, intelligitur, si illa dos ad nepotes perueniat.

45 Data parentibus an imputentur in legitimam nepotum, est distinctio.

46 Inuentarium operatur, ne confundentur actiones.

Dos data filie, an veniat imputanda in legitimam nepotum.

## CAP. XL.

REmanet pro complemento distinctionis supra factæ circa materiam imputationum, ut dubitemus, † an dos data filie veniat imputanda in legitimam nepotum: in qua questione variz fuerunt opiniones, quam latè disputant Doctores in *leg. in quartam*, ad *leg. Falcid.* ut Paul. de Monte Pico *num. 211.* Rip. *num. 189.* Socin. *lib. num. 138.* & de qua amplè Mich. de Grass. in *§. legitima, qu. 24.* & Thesaur. latissimè, *decis. 237.* ab omnibusque reputatur difficilis, ita ut alij difficilem, alij dubiam, alij subtilem, alij subtilissimam, alij arduam ipsam appellauerint, ut dixit Thesaur. in *dist. decis. 237. n. 2.* sed magis admitandum est, subtilissimum illud, & propè diuinum Bartholi ingenium ita fatigasse, ut in *dist. leg. in quartam*, asserat, pro ipsa intelligèda, noctes intomnes dixisse: unde non est mirum, si moderniores in ipsa vix audent pedem figere, ut dixit Mich. de Grass. *loc. cit. num. 6.*

Tres igitur fuerunt principales opiniones, prima Bartol. in *dist. leg. in quartam*, sub *nu. 12.* & in *consil. 100.* quam ante ipsum tenuerunt Iacob. Butt. hanc nempe dotem datam filie in legitimam nepotum ef-

tionis erga ipsam, expresserit, ut requiri tradit, Alex. in l. filiusfam. §. Diui, num. 1. in l. 26. in fine vers. sed hac limitatio, Crot. ibidem num. 7. ff. de legat. 1. Berou. consil. 84. num. 11. lib. 2. Soccin. lun. consil. 13. num. 14. lib. 4. Marcab. consil. 85. num. 115. Riminald. lun. consil. 632. n. 113. Grat. discept. forens. 280. nu. 22. & seq. Surd. dec. 225. nu. 8. ubi dicit communem esse opinionem, quod excepto exemplo de Turri requiritur causa expressio, alias sufficeret semper, quod res esset Maiorum, & est tex. in l. Pater filium 36. §. Iulius Agrippa, & in l. Lucius 91. ff. de leg. 3. quidquid dicendum, quando ex alijs verbis, vel demonstrationibus appateret maxima affectio Testatoris, & voluntas conseruandi Domum in familia, & in quibus terminis loquitur Eugen. consil. 81. li. 1. Fulac. de substit. quaest. 688. nu. 75. & seq. Put. dec. 438. lib. 2. in correll. Rot. in Maceraten. fideicommissi 26. Ian. 1634. coram Eminentiss. Card. Panzereolo.

Alijs coniecturis in contrarium adductis satisfacit prima decisio, & lignanter negat, ex sola vocacione masculorum in vno gradu substitutionis argui posse, & voluntate conseruari dicta bona in agnatione, nisi illa ex alijs colligatur; aut Testator digressus fuerit ad plures gradus substitutionem semper vocando masculos, ut praeter ibi allegatos, tradit Decian. consil. 1. n. 183. vers. 8. etiam lib. 2. Giouagn. consil. 11. num. 33. li. 2. Rota coram Greg. dec. 464. num. 17. & in rec. 316. num. 5. part. 1. & in Rom. fideicom. de Colenis 10. Decemb. 1635. coram D. Card. Macchianello. Vtque ponderat eadem prima decisio in §. final. Coniectura exaduerso deducitur, vel conquisantur ex t alijs pro exclusione Nepotum, vel saltem redduntur turbidae, & in dubio inherendum est illis, quibus fauet regula contra Nepotes, ut notat, Bar. in l. cum Aues in fin. ff. de condit. & demonstrat. Port. Imol. consil. 43. num. 13. & seq. Bartat. consil. 1. num. 11. & 12. Peregr. consil. 138. num. 8. & consil. 149. nu. 11. lib. 5.

Non obstat, quod nepotes saltem succedant per viam transmissionis, nam vocatio t superuiuentium repugnat transmissioni fideicommissi conditionalis, ut saltem efficit, ut vigentiores coniecturae requirantur. Bald. in l. quidem elogio, num. 23. C. de iur. deliberan. Alex. consil. 252. num. 1. lib. 6. Nat. consil. 551. num. 15. & seq. Soccin. lun. consil. 300. num. 7. lib. 4. Menoch. consil. 200. n. 102. & seqq. Mantio. de coniect. lib. 11. tit. 20. nu. 28. Rota dec. 502. in si. principij par. 4. diuers. quales visae non fuerunt adductae pro masculis, praesertim cum non agatur de excludendo extraneo, t in quibus terminis loquitur Baratt. dec. 568. num. 6. & per eum allegati, sed descendentes ab eodem Testatore, contra quos praerogative coniecturae non admittuntur, Gabr. consil. 91. nu. 14. & seqq. lib. 2. Menoch. consil. 200. nu. 111. Fulac. quaest. 490. n. 49. vers. intellige 30. Addent. ad Greg. dec. 551. nu. 26. in fin. Rot. dec. 100. sub num. 6. par. 1. recent. Et ita decilum vtraque parte in formante, &c.

R. P. D. ARGVELLES.

Romana Hereditatis.

Veneris 14. Decembris 1646.

ARGUMENTVM.

Celebris, & famigerata dispositio de qua in Auth. res, quae, C. commun. de legat cum loquatur de Fideicommissio ascendentium, an extendatur ad Fideicommissa transfuersalia, Ratio d. Auth. res, quae si esset fundata in publica vtilitate, id sufficeret, quod quae-

libet mulier de mundo possit. praetendere Dotem in quocumque fideicommissio, Dos quando extrahitur ex fideicommissio, quare in fructibus non extrahitur. Et aliqua circa materiam melieramentorum.

SVMMARIVM.

- 1 Sententia iniusta non transit in rem iudicam.
- 2 In Fideicommissio transfuersali non intrat Auth. res, quae, C. commun. de legat.
- 3 Rota, in causa Romana Dotis 23. Iunii 1645. & 4. Iulij 1646. coram Card. Ottobon. quo casu loquatur.
- 4 Auth. de restit. dot. collat. 4. nouell. 39. de quod loquatur.
- 5 Auth. res quae, C. commun. de legat. licet non loquatur in fideicommissio transfuersali, tamen quando in eo casu, etiam intrat.
- 9 In dispositionibus elarissimis, non est dubitandum.
- 7 Bona in dotem data, non videntur omni respectu alienata, cum ratione promiscuus vsus dicitur natur aliter permanere in diuisione mulieris, & num. 14.
- 8 Bona fideicommissaria, si sint extrahenda pro dote, aliud est, si de consuetudine dotis, & aliud si de eiusdem restitutione, & num. 9.
- 10 Doctores loquentes de suo capite, & sine auctoritate Doctorum, & plenissima argumenta, non sunt attendendi.
- 11 Dos ex bonis fideicommissi si ex causa publice vtilitatis esset extrahenda, quale absurdum sequeretur.
- 12 Doctores consulentes solent ad gratificationem respondere.
- 13 Doctores, sine fundamento loquendi non est credendum.
- 15 Inter transfuersales, & descendentes est differentia, ad effectum, ut ex eorum fideicommissio extrahatur dos.
- 16 Extraneos, quando quis instituit, & substituit sub conditione, si sine liberis, videatur voluisse pro eorum dotibus quod alienetur fideicommissum.
- 17 Vocatio tacita multum differt ab expressa.
- 18 Filia nomine filiorum continentur.
- 19 Id tamen non procedit ex propria verbi natura, sed ex interpretatione, & coniectura.
- 20 Verbum, videtur, denotat improprietaem.
- 21 Testatores non solent multum curare de faminarum successione.  
Femina sunt finis familia, num. 21.
- 22 Interpretatio non est admittenda maxime lata, in prauidicium cause pie.
- 23 Fideicommissariis descendentibus, non sunt ita relaxanda habena, ut valeant, aliquo colore subuertere fideicommissa
- 24 Sed ad Iudicem est recurrendum.
- 25 Ex bonis fideicommissariis, quando est extrahenda dos, prudens, & oculatus Iudex ad quid animaduertere debeat, & num. 26.
- 27 Dos scutorum quinque mill. non tamen pro Ciuibus, sed etiam pro Nobilibus excessiua est.
- 28 Dos scutorum 1000. aureorum est congrua magno Comiti, & an hoc sit verum de antiqua tempora, num. 29.
- 30 Dos scutorum 3700. non est excessiua inter Nobiles Ciuitatis Pataviae.
- 31 Sixtus V. prohibuit sub grauibus poenis, ne dotes in Vrbe excederent scum 55000.
- 32 Dotis causa, sine legis facultate non possunt alienari fideicommissaria.
- 33 Alienatio, quae fit ex causa Dotis, de bonis fideicommissariis, est iusta.
- 34 Tutor, vel curator non valet extrahere ex bonis fideicommissariis dotis.
- 35 Dos quando extrahitur ex bonis fideicommissariis Iudex

- animadvertere debet, ne fiat aliqua fraus.*
- 6 Bona libera, quod non adsint ad effectum, ut dos sit extrahenda ex fideicommissis, quis debeat probare.
- 7 Dos, quod non sit excessiva, quamvis totum fideicommissum fuerit eversum, quis teneatur id probare.
- 8 Bona subiecta fideicommissis in dubio presumuntur alienata ad evertendum fideicommissum.
- 9 Presumptio transfert onus probandi in adversarium.
- 10 Bona fideicommissaria data in dotem, censentur assignata cum suo onere.
- 11 Fideicommissi onus ari alieno comparatur.
- 12 Fructus fideicommissi sufficientes videntur ad hoc, ut obest solum sine fideicommissi alienatione mulier possit honestum virum allicere.
- 13 Auth. res. qua, C. commun. de legat. & l. 22. §. cum proponeretur, C. de administr. tut. loquuntur de illa muliere, cuius liberi, non erant dispositivi vocati.
- 14 Dotes in usufructu constitui, vulgatissimum nunc est, & antea fuit dictum.
- 15 Dos, etiam in fructibus potest constitui, sed de fructibus existentibus, sed non futuris, & quando id sit verum, & quando non, num. 46.
- 17 Bona omnia fideicommissi quando non sunt necessaria ad congruam dotem, fructus illorum bonorum, que super sunt quid faciendum sit.
- 18 Trebellianica si pertinebat ad uxorem, ea mortua, nullo iure cauetur, quod pertineat ad Maritum.
- 19 Quarta ex bonis mariti debetur uxori inopi, quando ipsa est vidua.
- 20 Mulier habens pro dote summam 1250. negari non potest, quod non habeat congruam dotem.
- 21 In Trebellianicam sunt imputandi fructus, & quando sit verum.
- 22 Dies incertus, quando habeatur pro conditione, & num. 53 & 54.
- 23 Melioramenta, quando sunt estimanda, quid sit supponendum.
- 26 Domus, quando estimanda venit, quanti valeat, quid veniat considerandum, & num. 56 & 57.
- 28 Periti non concludunt estimationem melioramentorum, nisi probent statum, & conditionem rei meliorata.
- 29 Melioramentorum estimatio debet fieri, secundum tempus, quo ea fuerit facta.
- 30 Estimatio valoris resultantis in re meliorata, de quo tempore si faciendum.
- 31 In melioramentis dicitur super fine impensum, si quis ad ea faciendum non tenebatur.
- 32 Quod procedit non solum in bona fidei possessoribus, sed etiam in omnibus, quamvis iure dominij possideantur.
- 33 Melioramentorum rescripto ut fiat, probandum venit, quod erat necessarium.
- 34 Expensa illa dicuntur necessariae, qua si non fuissent facta, aut res perisset, aut deterior facta fuisset.
- 35 Expensa quando dicuntur vitales.
- 36 Melioramenta sufficit, quod sint turbida, ut non retar de tur immissio fideicommissario.
- 37 Melioramenta, quod fuerint facta in aliqua re, quis teneatur probare, & num. 68.
- 39 Melioramenta quando sunt turbida, tunc conceditur immissio fideicommissario data cautione de illis rescindendis quando erunt liquida.
- 40 Fideicommissum, quando semel est existitum propter constitutionem dotis amplius non renouatur.
- 41 Maritus teneatur ad expensas infirmitatis sua uxoris.
- 42 Maritus, quando habuit pinguem dotem, teneatur ad expensas infirmitatis uxoris etiam si infirmitas longa, grauis, & incurabilis fuerit.
- 43 Funeris impensa est ad alienum dotis, & est anterior, n. 74. Decis. Sac. R. R. De Fratibus.

- 75 Funeris impensa uxoris, à quo veniant persolunda, & num. 75.
- 76 Infirmitatis impensa habent idem privilegium, quod habent impensa funeris.
- 77 Dos extenuatur ex debitis.
- 78 Melioramenta necessaria ipso iure dotem minuunt.
- 79 Dos quantis est minor, per consequens minor quoque est quartum dotale.
- 80 Statutum Urbis de quarto dotalis non concedit aliquod privilegium circa pralationem quarti dotalis.

## DECISIO XLV.

**I**oannes Baptista Pontinus Carlottæ uxori legata suppellectili, & omnium bonorum usufructu (eo tamen adjecto tenore, ut Petro Paulo teneretur victum, vestitum, & communem secum habitationem exhibere.) Ipsum Petrum Paulum suum nepotem, & suos filios nascituros hæredes instituit vniuersales, cum onere retinendi cognomen, & arma Testatoris, quibus sine filiis decedentibus substituit Ven. Societatem S. Angeli in Borgo summ. num. 1.

Mortuo Ioanne Baptista, & post 15. menses, & dies 21. Carlotta exhibitis (ut supponitur) id temporis alimentis summ. num. 2. & 3. Ingressus P. Paulus hereditatem, quam possedit per quatuor annos, & menses 11. obiit suppellectili uxori legata relicta Iulia, & Victoria filiabus, inter quas pro æquali hereditate diuisa ascendente ad summam scut. 10. mill. Octavius de Astecatum Viëtricus, Tutor, & Curator Victoræ patrem assignauit in dotem Ioanni Baptistæ Ciampino, cui nupit. Qua vita functa Iulia foror ræquam facto loco fideicommissis petiit immissionem coram A. C. qui eam concessit, solutis tamen prius Ciampino scut. 1250. pro quarto dotali scut. 370. pro melioramentis factis in vna ex domibus in fideicommissis contentis, scut. 115 pro expensis funeris, & vltimæ infirmitatis, & scut. 52. bon. 55. pro quodam legato à fideicommittente relicto Bernardinæ Gallæ, & per Ciampinum soluto, & pro istis summis idem A. C. declarauit ei retentionem competere super domibus fideicommissis suppositis, qui pretendit non esse locum appellationi extra tempus factæ. Vnde dubitatum fuit, An constet de re iudicata. Et negatiue Domini responderunt. Nam stante iniustitia res iudicata non habet locum

1. ¶ secundum receptam Rotæ sententiam penes san. mem. Greg. XV. decis. 317. vbi multa citantur. Præsertim quando est notoria.

Iniustitia vero deducebatur, ex eo, quod concedit retentionem pro quarto dotali, quæ minimè competit dum ¶ versamus in transversali fideicommissario, in quo non intrat auth. res. que, C. commun. de leg. vbi Bart. num. 4. & in l. filiusfamilias 118. §. Dni si 2. in ord. 14. num. 4. ff. de leg. 1. & in l. anulus 22. §. cum proponeretur, post princ. ff. ad Treb. Casir. in d. auth. num. 4. Inf. num. 33. Beluif. d. auth. de rest. & ea, que patit in 11. mense col. penult. Padil. d. auth. res. que. num. 61. & 114. Molin. lib. 4. de primog. cap. 6. num. 3. & ibi Addent Donell. d. auth. num. unico, Ciuiac. nouell. 39. column. mibi 171. Font. nell. de part. nupt. claus. 5. gloss. 1. par. 2. num. 3. 5. & 6. & 62. Fufar. de subst. §. 531. num. 95. & conf. 156. num. 1. & 2. & in fortioribus Castil. lib. 5. contr. par. 2. cap. 161. nu. 39. Cultell. de donat. & re. trall. 1. discurs. 3. par. 1. 6. num. 66. quod bene probatur ex d. l. mulier, §. cum proponeretur, vbi de dotæ filie idem in l. a filia, 62. ff. ad Treb. & d. auth. res. que. vbi aperte loquitur de libertis, & ibi Goitoff. verbo, sed liberis litera G. cum aliis, & in d. auth. de rest. & c. col. 6. nouell. 39. in princip. iuncto §. quam ob rem vnde subiicitur auth. res. que. Aut. Faber. in C. li. 6. tit. 26. de fin. 10. Pereg.

- Etiam Declarationem. Præterquam quod, etiam si nepotes succederent inter se, adhuc dicerentur venire representatione, per text. in §. cum filius, institut. de hered. qua ab intest. diff. Mich. de Grass. in §. successio, quest. 2. num. 14. quod tamen non est tutum asserere, vt infra suo loco dicitur.
- 22 Quæ Bartol. & communis conclusio ampliatur, etiam si consuetudo prædicta, vt dos ad filios reuertatur, per statutum esset confirmata, Anchar. conf. 50. & conf. 310. Curt. Iun. conf. 180. Rip. in dist. l. in quartam, num. 189. Thesaur. dist. decis. 237. num. 8.
- 23 Secundo ampliatur, procedere etiam in casu, in quo auus stipulatus sit, dotem reddi filiz, vel illis, quibus de iure, quia, cum filia sit præmorta, non dicitur euenisse casum restitutionis, & filia de ipsa disponere non potuit; unde nepotes non dicuntur eam habere vti hæredes matris: Bald. in leg. constitutione, C. de bon. q. lib. Alexand. in dist. leg. post dotem, Rip. in dist. leg. in quartam, num. 191.
- 24 Tertio ampliatur secundum Curtium Iun. in conf. 180. versic. accedit ad confirmationem, relatum à Thesaur. in dist. decis. 237. sub num. 11. si filia renunciaisset in fauorem patris, & suorum hæredum per rationes de quibus per ipsum.
- 25 Quarto ampliatur, Bart. opinionem procedere in donationibus propter nuptias filii factis, Bertrand. conf. 103. lib. 2. Rip. in dist. leg. in quartam, nu. 181. Thesaur. loc. cit. sub num. 303. in fin.
- 26 Quibus ampliationibus addo tres casus, qui minorem videntur habere difficultatem. Primus est, si auus in danda dote stipuletur, in omnem casum soluti matrimonij etiam cum filius sibi dotem restitui, tunc enim absque dubio nepotes dicere utur habere illam dotem de substantia aui, ac propterea deberent eam in legitimam imputare, vt tradit Socin. Iun. in d. leg. in quartam, num. 141. Rip. ibidem, nu. 189. Mich. de Grass. dist. quest. 24. num. 12. Thesaur. dist. decis. 237. num. 5. & num. 9. versic. amplia hanc conclusionem. Et idem multi esse dicunt, si stipulatus fuisset, dotem reddi cui de iure, Decian. conf. 181. Curt. Iun. conf. 180. Thesaur. loc. cit. verum illa verba, cui de iure, hoc casu nihil operarentur: licet enim inspecta legum dispositione dos ad patrem reuertatur, consuetudine tamen attenda, dici potest, dotem de iure ad filios spectare; ad quod ius consuetudinarium potius deberent referri illa verba, quam ad leges vsu non receptas, vt voluit Alexand. in dist. leg. post dotem, num. 26. de quo etiam Rip. in dist. leg. in quartam, num. 189.
- 27 Secundus casus est, si stipuletur auus, vt decedente filia cum liberis dos debeat ipsis restitui; tunc enim dicerentur habere dotem ab auo, & non à matre, Decian. in dist. leg. illam, circa finem, Corn. conf. 190. lib. 2. Socin. loc. cit. versic. quintus est casus, Michael. de Grass. dist. quest. 24. num. 13. Thesaur. dist. decis. 237. sub num. 9.
- 28 Tertius indubitabilis est casus, si ius commune attendatur, quo attendo dos reuertitur ad patrem, liberis etiam existentibus, vt supra dictum fuit.
- Sed, vt nihil intactum relinquatur, nonnullæ subnecendæ sunt limitationes ad communem Bartol. conclusionem. Quarum prima est, si dos fuerit data ab auo filiz emancipatæ, tunc enim nepotes non tenentur eam in legitimam imputare, cum à matre, cui dos fuit acquisita, ipsam, vt hæredes habere dicantur, non autem ab auo; ac propterea non debet in legitimam ipsis debitam ex bonis aui computari, leg. scimus, §. repletionem, C. de inoff. testamento, Paul. de Monte Pic. in leg. in quartam, nu. 234. Mich. de Grass. dist. quest. 24. versic. primus casus, & Socin. Iun. in dist. leg. in quartam, num. 138. dixit, in praxi ab ea non esse recedendum: Et idem esset, si aliquo alio modo filia effecta fuisset sui iuris, vt per Thesaur. dist. decis. 237. num. 14.
- 31 Secundo limitatur, si dos fuerit data à matre, vel ab alio ascendente ex linea materna, nam tunc, cum dos filiz acquiratur, ad hæredes transire dicitur, tamquam ipsius patrimonium, vt per Socin. Iun. in dist. leg. in quartam, sub num. 138. in fin. non facta tamen aliqua reseruatione per matrem, vt per ipsum.
- 32 Tertio limitatur, si data dote filia emancipetur, nulla facta dotis reseruatione, & est ratio, quia mediante emancipatione tota dos, ac ipsius dotis ius dicitur consolidatum in personam filiz, l. 2. §. quid si in patri, vbi scribentes, ff. solut. matrim. Socin. Iun. in dist. leg. in quartam, num. 239. Paul. de Monte Pic. ibid. num. 235. Thesaur. loco citato, num. 13.
- 33 Quarto limitatur, si pater dando dotem stipuletur, in omnem casum dotem restituendam esse filiz, per illam enim stipulationem diceretur dos filiz donata, ac propterea totum ius ipsi esset quesitum, vt per Bartol. in dist. leg. post dotem, in quartam qu. ff. solut. matrim. ac ideo nepotes dicerentur illam habere, vti hæredes matris, non autem ab auo, Socin. Iun. loc. cit. nu. 140. Mich. de Grass. dist. quest. 24. num. 8. Non. conf. 49. n. 4. plures alios allegat Thesaur. in dist. decis. 217. vbi testatur, sic iudicasse Senatam. † Quod ampliatur, etiam si non appareret, filiam hanc donationem accepisse, cum fauore dotis non sit necessaria acceptatio, vt per Decian. in dist. leg. illam, in fin. versic. ampliat. † Nisi tamen imputandam esse dictum fuisset in stipulatione; diceretur enim tunc donatio conditionalis, vt optime considerat Thesaur. loc. cit. vers. hanc limitationem, quicquid dicat Castren. consil. 145. lib. 1. Prout etiam contrarium asserendum esset, si ex forma stipulationis appareret, patrem verè filiz stipulari noluisse, sed nepotibus; esset enim tunc imputanda, quia eam habere dicerentur ex providentia patris, & in his terminis intelligendus est Thesaur. in dist. decis. 237. num. 11.
- 36 Quinto limitatur, si pater stipulatus fuerit, dotem sibi reddi, casu tamen, quo filia sine liberis decederet, nam tunc existentibus liberis censeretur filiz donasse, §. cum inter, ff. de pact. dotal. † tradita enim in præcedenti limitatione procedunt, tam si tacite, quam si expresse pater stipulatus fuerit, dotem filiz reddi, vt per Socin. Iun. in dist. leg. in quartam, numer. 140. vbi etiam Paul. de Monte Pic. nu. 234. & consuluit Alex. conf. 24. lib. 1. communisque appellatur opinio, vt per Zanch. ibi in addit. licet ipse contrarium sentiat, & tenendam esse in praxi, dixit Socin. Iun. loc. cit. † Ex quo Paul. de Monte Pic. in dist. leg. in quartam, num. 222. notat casum mirandum, in quo nepotes in dote matris sunt melioris conditionis, quam ipsamet mater, & quod interdum conceditur aliquid hæredi, quod denegatur defuncto. Et in proposito potest esse ratio, quia in materia imputationis attenditur, an aliquid proueniat ex substantia illius, de cuius bonis debetur legitima, quod in casibus dictarum limitationum est in matre, non autem in nepotibus.
- 39 † Nec obstat, si diceretur ad hoc, vt imputatio fieri debeat sufficere, vt aliquid acquiratur occasione illius, qui legitimam dare debet, leg. scimus, §. repletionem, C. de inoff. testamento, leg. omni modo, §. imputari, eodem tit. nam, vt declarat Paul. de Monte Pic. in dist. leg. in quartam, sub nu. 226. versic. non obstat. † Regula prædicta procedit, quæcumque illa occasione illi acquiratur, cui legitima debetur, non autem aliæ personæ

personæ: aliter enim etiam dos data filię emancipatæ esset à nepotibus in legitimam imputanda, contra id, quod superius fuit dictum: sed in casu nostro, licet nepotes acquirant dotem occasione aui, eam tamen ab auo non acquirunt, sed à matre, cuius persona, uti causa proxima acquisitionis, attenditur ad text. in leg. sed & si plures, §. filio, ff. de vulgar. & pupil.

41 Sexto limitatur, si in inst. dotis matris fateatur, se recepisse dotem à patre, & à filia, ut per Alexand. in di. consil. 24. per text. in leg. reos, §. cum in tabulis, ff. de duobus res, quæ refert, & sequitur Paul. de Monte Pic. loc. cit. num. 238. Thefaur. di. decis. 237. sub num. 10.

42 Septimo limitatur, quando pater donasset dotem filię, quia tunc tanquam propria ipsius filię non esset in legitimam ab auo debitam imputanda, leg. Pomponius P'risadelphus, ff. famul. erose. Paul. de Monte Pic. loc. cit. vers. quinto limita.

43 Octavo, & ultimo generaliter limitatur in omni casu, in quo nepotes haberent dotem à matre, ex eo, quia ipsi prius fuisset acquisita, ita ut ipso iure ad eius hæredes transiret, ut per Decian. in di. leg. allam, C. de collat. Rip. in di. leg. in quartum, num. 193. & 198. Et in his terminis procedunt tradita per Thefaur. di. decis. 237. sub num. 5. versicul. quinquimo.

44 Omnia tamen superius tradita de imputatione intelligenda sunt, si dos data filię pertinet ad manus nepotum, aliter enim non posset aliquis prætendi imputatio. Cap. consil. 53. num. 5. Bertrand. conf. 152. num. 35. consil. 154. num. 5. & conf. 255. num. 4. lib. 3. Paris. consil. 60. num. 43. lib. 2. Fumag. in leg. in quartum, num. 418. nepotibus enim, mortuis parentibus, iure proprio legitima debetur, Mich. de Grassan §. legitima, quest. 4.

Longe post hæc scripta, vidi Mangil. loco supra citato, ac Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 2. quest. 13. qui hanc eandem questionem latè disputant: attamen superioris proposita mutare, necessariam mihi visum non fuit.

45 Si verò generaliter quærat, an data parentibus veniant imputanda in legitimam nepotum, dato quod ea nepotes non fuerint consecuti, clara est distinctio: aut sunt hæredes simpliciter, tunc iure imputare, aut sunt hæredes beneficiati, & non tenentur.

46 ¶ cum inuentarium operetur, ne confundentur actiones, leg. fin. §. si verò, C. de iur. delib. Rol. de inuent. part. 3. versic. decima est utilitas. Suid. conf. 332. nu. 13. de quo nonnulla ad propositum in parte 3. c. 4. sub nu. 10.

Et hæc dicta sunt pro prima parte huius tractatus de fratribus.

### Prima Partis Tractatus de Fratribus Finis.





# TRACTATUS DE FRATRIBVS.

AVTHORE

BLASIO MICHALORIO

I. C. VRBINATE.

PARS SECVNDA.

In qua agitur de Fratribus post mortem patris simul habitantibus.

SVMMARIVM.

- 1 Societatis significationes plures, & numerus seqq.
- 5 Societas proprie quid sit.
- 6 Societas apud Iuriconsultos, qua sit.
- 7 Societatis definitio.
- 8 Societates tacite, & expresse contrahuntur.
- 9 Societatum varia species.
- 10 Societas vitius, seu mensa.
- 11 Societas honorum simplex.
- 12 Societas omnium bonorum.
- 13 Societas negotiationis.
- 14 Societas res particularis.
- 15 Societas veltigalis.
- 16 Societas officiorum.
- 17 Pacta in societatis obseruari debent.

De societatis in genere, & quibus  
modis contrahantur.

CAP. I.



**I**N hac secunda parte huius tractatus de Fratribus videndum erit, præcipuè de Fratribus post mortem patris simul habitantibus; & quoniam inter ipsos ex illa cohabitatione, & communione aliqua societatis species, secundum varios actus, intelligitur quandoque contracta; de societatis in genere aliqua præmittenda esse duxi. Et primo nomen hoc societatis varias habere significationes. † Interdum enim idem significat, quod congregatio, seu unio plurium,

1 *l. prima, in princ. ff. quod cuiusque vniversi.* Et hinc con-  
fraternitates societates appellamus. † Significat  
quandoque coniunctionem, & familiaritatem illam,  
quæ inter amicos esse solet; vnde Cicero *de clar. Orat.*  
*Vir egregius coniunctissimus mecum consiliorum omni-*  
*um societate: quæ, & si mala sit, hoc nomen habere so-*  
*let.* Cicero *de Arusp. respons. Clodius nefarius cum mul-*  
*ti scelerum passiones, societatesque confluxit.* Et in *Catil.*  
*Latrones scelerum sordere inter se, ac nefaria societate*  
3 *coniuncti.* † Amorem, & reciprocam coniunctionem,  
quæ inter omnes homines esse deberet sæpè denotat.  
Cicero *de finibus: Nati sumus ad societatem, communi-*  
4 *tatemque generis humani.* † Ponitur etiam pro quadam  
similitudine, quam scientiæ, & artes inter se habere  
solent. Cicero *de Orat. Missos facio Mathematicos,*  
*Musicos, &c. quorum artibus ista dicendi vis, ne minima*  
*quidem societate coniungitur.* Et *de Fat. Cum hoc genere*  
*philosophiæ, quæ nos sequimur, magnam habet Orator*  
*societatem.* Verum hæc, & similes significationes abu-  
5 *sive dici possunt; cum proprie † societas coniunctio-*  
nem quandam significare soleat, vnde *sociare*, nil aliud  
est, quam coniungere, vt *sociare homines, scientiam,*  
& diligentiam *sociare*; ex qua significatione ad præ-  
cedentia, & ad multa alia similia hoc nomen socie-  
tatis adaptatur, de quibus per Illustriss. Mantiam  
*de sac. & ambig. canuent. lib. 6. tit. 1. num. 2. & seqq.* &  
per Heft. Felic. *de societate, in præfat. nu. 10.* Vnde vir,  
& vxor socij dicuntur, qui sunt simul ad aliquid per-  
agendum, socij appellantur; Committentem deli-  
ctum in simul, socij criminis à nostris vocantur; &  
qui litem communem habent, socij litis, seu confortes  
quandoque dici solent. Hinc etiam factum est, †  
6 vt Iuriconsulti illam communionem, seu participa-  
tionem plurium in aliqua re gerenda societatem ap-  
pellauerint; & in hac significatione se habet totus tit.  
in ff.



in ff. & in C. pro socio, necnon in Instit. de societate.

- 7 Quæ societas variis modis à Doctõribus definiti solet, Azor. in sum. de societ. dicit, quod societas est duram, pluriumque conventio contra & ob commodiorem usum, & vberiore quæstum, quam definitionem posuit gløf. in rubr. Instit. de societ. & sequitur Petr. de Vbald. de duobus fratr. par. 6. q. 23. nu. 24. eandem sequitur Capic. decis. 174. nu. 2. Mantie. loco cit. nu. 18. Aliter tamen eam definiuit Corn. in consil. 134. num. 6. lib. 1. aliter Bald. & alij aliter, vt per Mant. loc. cit. num. 15. & seqq. & per Hector. Felic. de societ. cap. 1. Et breuius forsan dici posset, quod si communio plurium cum participatione lucris, & damni in aliqua re gerenda; dixi, plurium, cum vnus tantum societas esse non possit, cum participatione lucris, & damni, nam ista est natura societatis, leg. si non fuerint, §. Aristo, ff. pro soc. l. cum duobus, §. quidam sagariam, ff. eod. §. & quid si nihil, Instit. de societ. dixi deum, in aliqua re gerenda, vt comprehenderem omnes societatum species.
- 8 Societates autem tacite & expresse contrahuntur: expresse, si plures consulto de communione victus, seu vitæ, & fructuum bonorum simpliciter, vel de communione omnium bonorum, vel vnus negotiationis, vel rei particularis mediante stipulatione, vel pacto conueniant, vt probat tex. in leg. societas contrahitur, & in leg. societatem coire, vbi gløf. in leg. vt sic, & in leg. duo societatem, ff. pro soc. Tacite verò per actus sociales, & præcipue inter fratres simul habitantes, de quibus infra suis locis.
- 9 Societatum autem à Doctõribus plures considerantur species, verum ad quatuor tantum eas reduci debere, non est ambigendum.
- 10 Prima dicitur societas victus, seu mensæ; & illa dicitur, quando plures conueniunt de communione rerum, ac expensarum circa victum, de qua societate Bald. in leg. fin. C. de collat. & in cap. primo, §. si duo fratres, de fratr. de non inuestit. in vrb. Feud. Mantie. loco supra citato, num. 5.
- 11 Secunda appellatur simplex bonorum societas, ex qua fructus tantum veniunt communicandi & omnia ex quæstu prouenientia, in leg. coire, ff. pro societ. & quæ ex quæstu prouenire dicantur, declarat ibi Iuriconsultus, vna cum lege sequenti, de qua societate Mantie. loc. cit. num. 6.
- 12 Tertia societatem species est illa, quæ omnium bonorum appellatur, de qua in leg. prima, ff. pro soc. in leg. 3. §. cum simpliciter, & in leg. si societatem uniuersarum fortunarum, ff. eod. Et tunc omnia vndecumque prouenientia dicuntur communicata, vt in dist. leg. 1. & in dist. §. cum specialiter, necnon in d. l. si societatem uniuersarum fortunarum.
- 13 Quarta, & vltima sit species, quam alicuius negotiationis vocant, vt si plures in aliqua negotiatione, seu in aliqua re particulari communionem faciant, de qua in §. 1. Instit. de societ. Et ex ipsa omnia illius negotiationis, tam quantum ad quæstum, quam quantum ad expensas dicuntur communia, & de ista societate pariter Mantie. loco cit. nu. 9.
- 14 His tamen quatuor societatum speciebus tres aliæ addere solent nonnulli, & primo dicunt, aliam, & diuersam esse speciem, quam rei particularis appellant, vt emendo communibus pecuniis equum, vel aliquid aliud, ad tex. in l. societas, ff. pro societ. leg. cum proponat, C. eod. de eadem mentionem facit Mantie. loc. cit. nu. 7. Verum hanc comprehendi sub altera alicuius negotiationis, non est ambigendum, licet enim sit negotiatio vnus tantummodo rei; attamen negati non

potest, esse societatem certæ negotiationis, quamvis negotiatio ad vnica tantum rem sit rescripta.

- 15 Et eadem ratione non crederem, diuersam esse speciem illam, quam vctigalis appellant, vt Petrus de Vbaldis de duobus fratrib. in princ. de qua loquitur tex. in leg. societates contrahuntur, siue societas contrahitur, vt in multis Codicibus habetur ff. pro societ. Et est quando à pleribus animo societatis contrahendæ, à Republica vctigale mititur, l. adeo, ff. pro societ. quam etiam vt diuersam ponit Mantie. loco cit. num. 16. licet enim societas vctigalis aliqua particularia habeat priuilegia, hinc tamen non sequitur, esse speciem distinctam, aliter quot essent societates super variis rebus, tot essent eorum species.
- 16 Ac ideo nec illam crederem diuersam posse dici speciem, quæ fieri solet super officiis vitalitius curiæ Romanæ, quicquid in contrarium sentire videatur Lud. conclus. 53. in princ. cui assentit Mantie. loco cit. num. 17.
- 17 Et in omnibus istis societatibus expresse contractis conditiones appositæ, & pacta cõuenta obseruari debent §. 1. Instit. de societ. l. prima, ff. pro soc. si tamen iusta fuerint, Doctores in l. si pascenda, C. de pacti. Corn. consil. 112. & cons. 410. lib. 4. Couar. lib. 3. var. resol. c. 2. vers. huic conclusioni, in fin. Ludou. in dist. conclus. 53. Si autem circa pacta nihil fuerit dictum, æqualitas geometrica obseruari debet, tam respectu lucris, quam damni; sed de istis societatibus expresse contractis nostra non est dubitatio: & quibus conditionibus contrahi possunt, Mantie. nouissime docet loc. cit. tit. 4. per totum, & tit. seqq. vnde ad tacitas deueniamus, quæ quandoque inter fratres simul habitantes post mortem patris contractæ intelliguntur.

## SVMMARIVM.

- 1 Societates an tacite contrahi possint.
- 2 Societas solo consensu perficitur.
- 3 Consensus non solum verbis, sed etiam factis demonstrari potest, imò melius factis, quam verbis, & n. 4. 6. & 8.
- 5 Factum si contradicat scripturæ, præualere debet.
- 7 Factorum qualitas est optimus nostra mentis testimonium.
- 9 Contractus, qui ex solo consensu perficiuntur, resultant tacite ex patientia partium.
- 10 Voluntas talis præsumitur, qualis ex actibus declaratur.
- 11 Societas omnium bonorum, an possit tacite contrahi, & num. 15.
- 12 L. ex parte, §. filius, ff. famil. ercisc. declaratur.
- 13 L. tertia, §. cum specialiter, ff. pro soc. declaratur.
- 14 L. coire societatem, ff. pro soc. declaratur.
- 16 L. societatem coire, ff. pro soc. declaratur.
- 17 Vbi eadem viget ratio, idem ius est statuendum.
- 18 Qui potest adire, & fieri alium, qui non potest fieri circa aditionem, admissæ præsumitur.
- 19 Societas præsumitur soluta ex actibus contrariis societati.
- 20 Regule in dubio standum est.
- 21 Societas omnium bonorum tacite intelligitur contracta, etiam inter fratres non negociantes.
- 22 Societas omnium bonorum tacite intelligitur contracta, etiam inter fratres, quorum vnus solum negotietur.
- 23 Societas omnium bonorum intelligitur tacite contracta, etiam inter fratres, quorum vnus negotietur in vnare, aliter in alia.
- 24 Societas omnium bonorum tacite inter fratres dicitur contracta, etiam si vnus magis lucretur, quam aliter.
- 25 Societas, qualis inter fratres fuerit contracta, desinitur ex qualitate factorum, & num. 18.

26 *Actus humani ultra contrahentium intentionem euari, ac interpretari non debent.*

27 *Limitata causa limitatum solet producere effectum.*

## AN Societates tacite contrahi possit.

### CAP. II.

**D**iximus in cap. superiori, societates etiam tacite contrahi posse, de quibus cum in hac secunda parte differendum sit, quantum spectat ad materiam fratrum, prius in dubio reuocare volui; an verum sit, societates contrahi tacite posse; & affirmatiuam sententiam probat expressè tex. in leg. societatem coire, ff. pro soc. vbi habetur, † societatem posse contrahi non solum verbis, sed etiam re, & sic tacite; quod & ratione probatur; † societas namque solo consensu perficitur, leg. consensu, de act. & oblig. † sed consensus non solum verbis, sed & factis declaratur l. repudianda, C. de insti. & subst. leg. duo fratres, ff. de acq. hered. leg. 1. §. Dinus, ff. ad leg. Cornel. de Sicar. ergo & factis, & ita tacite contrahi poterit; † imò melius factis, quam verbis consensus, & animus declaratur, leg. si tex. §. eique, ff. de edil. edict. c. dilecti, de appell. ac idem, † si factum contradicit scripturæ, vel verbis, factum præualerit, l. 1. & per totum, C. plus val. Et omnes Doctores id fatenti, dixit Socin. in conf. 160. vol. 2. † facta enim fortiora sunt ad declarandum voluntatem, quam verba, quæ sæpè proferuntur contra intentionem proferentis, vt in d. e. 1. & in d. cap. dilecti, de appell. Abb. in conf. 116. part. 2. Iaf. in conf. 3. nu. 18. vol. 3. Neuz. in sua silu. l. 6. sub n. 16 Mechoch. de recuper. possess. remed. 15. n. 124. ac idem Bald. in cap. super litteris, de rescript. dixit, † nulum esse manus nostræ mentis testimonium, quam qualitas factorum, quæ sine alia loquela intelliguntur; la. in leg. neque possessio, n. 6. C. de testam. Soc. Iun. in c. 1. n. 22. l. 4. Crauet. conf. 24. n. 12. quod pariter voluit Anch. in conf. 302. vbi asserit in hanc sententiam omnes conuenire, † cum consensus non solum verbis, sed etiam factis declaratur; imò verius factis, quam verbis, dicit. cap. dilecti: idem sequitur in conf. 149. vbi asserit, † quod contractus, qui solo consensu contrahuntur, qualis est societas, resultant tacite ex usu, & patientia partium, quem refert, & sequitur Mascard. de probat. conclus. 1309. Decian. respons. 84. vol. 2. Rol. conf. 91. n. 25. l. 1. Menoch. conf. 12. l. 1. † Et certè cum ex actis, eorumque qualitatibus hominum intentio colligatur; & talis præsumatur, qualis ex actibus remanet declarata, l. duo fratres, ff. de acq. hered. l. reprehendenda, C. de insti. & substi. vbi gl. dicit, quod factis etiam brutis ratione carentibus nostra demonstratur voluntas, ex quo infert ad multa, quæ apud ipsum videri possunt, quod ex his, quæ naturales scribunt, præcipue de Elephante, confirmari posset, & late probat Port. Imol. in confil. 68. nu. 7. & segg. Et sequuntur alij, quos Pedroc. citat in conf. 27. num. 1.

11 Ab hac tamen regula multi excipere volunt societatem omnium bonorum, quam tacite contrahi non posse, asserunt, Bart. enim in leg. Titium, & Menium, §. altero, ff. de administ. tut. quæritur, an, & quando inter fratres simul habitantes post mortem patris, dicatur tacite contracta societas, distinguit, quod aut nemo, aut vnus tantum, aut omnes negotiantur, primo, & secundo casu nulla intelligitur, secundum ipsum contracta societas: in tertio verò casu subdistinguit, aut lucra vnus tantum negotiationis sunt comunicata, & particularis societas solum respectu illius negotiationis dicitur contracta; Et in hoc omnes cõcordant, aut

communio facta est pluriũ negotiationum, & dicitur contracta societas respectu illarum omnium negotiationum, ex quo ad multa infert, vt per ipsum Bald. tamen tam in tract. de duobus fratr. quam in l. si parum, C. com. vtr. iud. declarat, hoc vltimũ dictum Bart. procedere, quando illa communio restringitur ad actus illius, vel illarum negotiationum; secus, dicit ipse, si actus fuerint difformes: quæ declaratio certè videtur superflua, nã cum loquatur Bartol. in casu vnus, vel pluriũ negotiationum, necesse est, vt actus semper sint vniformes, hoc est, vt semper se referant ad vnã, vel plures illas negotiationes; aliter essent extra casum à Bartol. propositum. Ex qua distinctione sequitur, quod inter fratres simul habitantes vnica tantum societas tacite contrahi possit, nempe particularis respectu vnus, vel pluriũ negotiationum, cum secundum Bart. quando fratres non negotiantur, vel vnus tantum negotiatur, nulla inter ipsos dicatur contracta societas ex illa bonorum communione; † ad idem videtur tex. in l. ex parte §. filius, ff. famil. ereisc. dum disponit, quod debita contracta ab vno ex fratribus post mortem patris, non debent imputari in partem alterius fratris, nisi fuerint socij omnium bonorum, licet hæreditate paternam communem habeant; ex communione ergo hæreditatis paternæ tacite nõ resultat societas omnium bonorum: Verum respondetur huc tex. probare solum communione hæreditatis paternæ non sufficere ad inducendam omnium bonorum societatem: sed hinc non sequitur, vt alijs concurrentibus, de quibus suis locis, non intelligatur contracta omnium bonorum societas.

13 Secundo adducitur tex. in l. 3. §. cum specialiter, ff. pro soc. in illis verbis: cum specialiter omnium bonorum societas coita est; ergo omnium bonorum societas debet contrahi specialiter, & sic expressè, vt per Alex. in confil. 79. num. 18. vol. 3. Paul. de Cast. conf. 349. lib. 1. Sed responderi posset, illum tex. cum concordantibus ibi à gl. allegatis, prout est tex. in l. si fratres, §. item Papius, & in l. si societatem vniuersarum, ff. pro soc. loqui de societatibus omnium bonorum expressè contractis, hinc tamen nõ sequitur, tacite contrahi non posse, vt per Barb. confil. 21. vol. 2. & confil. 37. eod. vol. Iaf. confil. 2. num. 38. lib. 3. & confil. 3. num. 16. eod. lib. & fuit responsio Petr. de Vbald. de duobus fratrib. part. 2. num. 32. quam nouissimè sequitur Mantica. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 9. num. 8.

14 Tertio solet allegari à nonnullis text. in l. coiri societatem cum duobus ll. segg. ff. pro soc. quibus in locis habetur, quod si societas simpliciter contracta fuerit veniunt tantum quæstualia; ergo simpliciter, & sic tacite, secundum ipsos, non potest contrahi societas omnium bonorum, quo casu etiam non quæstualia venient comunicanda: Huic tamen textui respondet Dec. in conf. 303. sub num. 7. ipsum loqui de societate expressè contracta, & facere differentiam, an sit expressè contracta simpliciter, vel sit expressè contracta omnium bonorum, vt optime colligitur ex illis verbis, & si nõ fuerit distinctum; in societate enim tacite contracta non potest considerari aliqua distinctio expressa; necessarium est igitur dicendum, iura prædicta loqui de societatibus expressis, quod prius dixerat Petr. de Vbald. de duob. fratr. in 3. par. sub n. 32. vers. ex his maxime videtur dubitandum. Et hanc Alex. & Cast. sententiã tenuerunt etiã Crau. in conf. 129. Ruin. in conf. 102. vol. 1. Cephal. in conf. 42. n. 6. Menoch. in conf. 12. n. 10. lib. 1. nonnullos alios citat Ioseph Lud. conclus. 53. vers. constitutum voluerunt, & Hect. Felic. de societ. cap. 10. n. 15.

15 Verum quemadmodum eorum argumenta non probant,

probant, sic etiam ipsorum auctoritas non est attendenda; præcipuè cum consensum communiter alij fenserint, vt Bald. in *leg. si patruus, C. commun. vtr. iud. & in suo tract. de duobus fratrib.* plures antiquiores citat Ias. in *conf. 2. nu. 17. vol. 3.* Petrus de Vbald. *loco citato, vers. 1. per text. vbi refert consilium Roman. & est conf. 291.* Et in hanc sententiam concurrere omnes, dixit Socin. Sen. *conf. 160. & conf. 191. vol. 2.* Anch. *conf. 149. & conf. 302.* B. r. qui de communi testatur *confil. 190. Ias. in d. confil. 2. & 3.* hanc sententiam pluribus argumentis defendit Dec. *conf. 11. conf. 66. conf. 68. confil. 303. & conf. 148.* Corn. *conf. 38. vol. 4.* Et prius dixerat in *confil. 1. vol. 1.* Decian. *confil. 36. num. 4. vol. 5.* Rim. Iun. *confil. 466. in fin. lib. 4.* Rub. *confil. 32. Rol. conf. 91. num. 28. & seqq. lib. 1.* Roman. *confil. 291. sub num. 4.* Cephal. *conf. 247. nu. 7. lib. 2.* Non. *conf. 6. 4. nu. 9.* plures alios citat Ludou. *dist. conclus. 53. & Mascard. in dist. conclus. 1309. num. 2. & num. 21.* varios allegat de communi attestantes Sicul. in *conf. 24. secunde partis dicit,* ita vidisse consultum per celebres in vtraque censura Iurisconsultos; & Ias. in *dist. conf. 3. num. 15.* appellat hanc opinionem veram, & communem, & in *conf. 2.* citat Bald. in *d. l. 1. C. qui testam. fac. poss.* qui testatur, sic consuetudinem obseruare; & eam variis legibus argumentis, ac auctoritatibus probat, alios numerat He&. Fel. *de societ. c. 10. nu. 16.* Gratian. *discept. Forens. lib. 4. c. 64. nu. 10. & seqq.* Vnde dicendum est, Menoch. in *d. conf. 12. n. 10.* falso niti fundamentum, vt ipsemet fateatur de *presumptionib. lib. 3. pr. assumpt. 56. n. 37.* & merito Pedro. in *conf. 27. n. 2. & 3.* dixit, Iacobum Emilianum perperam sensisse, dum asseruit societatem omnium bonorum tacite contrahi non posse; & nouissimè hanc receptissimam sententiam defendit Mant. *loco supra citato.* Quæ rationi admodum est consentanea; nam si expressè potest contrahi, dicendum est etiam, tacite contractam intelligi posse per ea, quæ superius dicta fuere; † Secundo, id probat rex. in *l. societatem coiri, ff. pro soc. vbi expressè habetur, societatem non solum verbis, sed etiam re contrahi posse, & non excipit societatem omnium bonorum, imò ipsam comprehendere, demonstrat Petrus de Vbald.*

17 *loc. cit.* Tertio, communis est regula, † idem ius esse statuendum, vbi eadem viget ratio; sed certè, cum societates consensu contrahantur, non potest assignari diuersa ratio, quin magis aliæ societates, quam illa omnium bonorum contrahi possit; ergo, &c. Quarto, concurrentibus his, de quibus suis locis non potest dici facta communitio inter fratres circa ius, & nomen societatis, ergo ipsa contracta dici debet, vt in simili, qui potest adire, & facit actum, qui non potest fieri citra nomen aditionis, adiuuillè præsumitur, *l. pro herede, §. Papinianus, ff. de acq. hered. l. gerit, C. de iur. de-*

18 *lib.* † actus enim subsequentes manifestant præcedentem intentionem, *l. Iulianus, proinde, ff. ad Ma-*

18 *ced. l. quædam, ff. de rebus dub.* † Quinto, quemadmodum ex actibus contractis societati arguitur, societatem fuisse solutam, *l. itaque, ff. pro soc. l. si maior, C. commun. diuid.* ita etiam ex actibus denotantibus fuisse contractam, præsumendum erit verè fuisse contractam; † Sexto, Petrus de Vbald. *loc. cit.* dicit, regulam esse, societates posse tacite contrahi, vnde regulæ standum esse, nisi contrariam demonstretur.

Sit igitur indubitata conclusio, inter fratres post mortem patris simul habitantes posse tacite contrahi societates, & etiam illam, quæ omnium bonorum appellatur, concurrentibus tamen his, de quibus suis locis.

21 Quæ conclusio secundum supradictos Doctores

ampliatur, vt procedat, etiam si inter ipsos non adit aliquod negotij genus; Bald. in *l. si patruus, C. commun. vtr. iud.* vt inter nobiles, qui, licet non negotientur, tamen, si omnia vndecumque prouentia communent, vt donationes, stipendia, dotes, & similia, inter ipsos dicitur tacite contracta societas omnium bonorum, Port. *Imol. conf. 68. num. 18.* Anch. *conf. 302. num. 17.* Ias. alios citans in *conf. 2. num. 19. lib. 3.* & dicam latius suo loco.

22 Secundo ampliatur, vt procedat, etiam si vnus tantum negotietur, alij non, Bald. in *dist. leg. si patruus,* si tamen ille, qui non negotiatur, omnia, quæ habet, ponat in communi, Alexand. *confil. 49. vol. primo, & confil. 57. vol. 4.* Anchar. in *d. confil. 302. sub num. 7.* Ias. in *dist. confil. 2. num. 20.* Crauet. *confil. 159. num. 3.* Soc. *confil. 160. & conf. 162. vol. 1.* & passim alij supra citatis; nam illa generalis communicatio societatem arguit, non particularis negotiatio.

23 Tertio ampliatur, etiam si vnus in vna re, alter in alia se exerceat, dummodo lucra ad inuicem communentur, vt dixit Bald. in *d. leg. si patruus,* quemadmodum si vnus nauiget, alter negotiis domesticis incumba; Port. in *d. conf. 68. num. 19.* vel vnus sit Aduocatus, vnus Notarius, alter artifex; Anchar. in *d. conf. 302. sub nu. 7.* Crauet. in *d. conf. 159. nu. 3.* & aliis exemplis demonstrat Ias. *loc. cit.*

24 Quarto ampliatur, si omnes negotientur, sed vnus magis operetur, quam alter, vel propter ætatem, vel propter naturam rei, in qua se exerceat, Bald. in *d. l. si patruus, Crau. loc. cit.* & latius dicam infra suis locis.

25 Verum, quoniam inter fratres illæ omnes tacite societates contrahi possunt, de quibus supra, vna, vel altera erit contracta, prout natura rerum communicatarum suadebit; ac propterea coniecturæ acti iudicio perpendi debent, ne vltra consensus metam contractus huiusmodi iniri iudicentur, *l. non omnis, ff. si cert. pet. & l. si. C. ne vn. pro mar.* vt dixit Port. in *d. conf.*

26 *68. nu. 12.* † actus enim humani vltra contrahentium intentionem euagari non debent, *l. tutores, ff. de administrat. tut. & l. tutor, ff. de negot. gest.* Et ipse effectus causæ limites non debet egredi, *leg. cancellauerat, ff. de his, quæ in test. del. l. in agris, ff. de acq. ver. dom.* Vnde

27 dici solet à nostris, † limitam causam limitatum producere effectum; ex quibus secundum Port. *loc. cit.* indubitata colligitur conclusio, eatenus ceteri inductam societatem, quatenus factorum diuersitas,

28 atque natura suadet. † Ac idè, si inter fratres fiat tantum communitio respectu coniectus, & mensæ, victus, & mensæ tantum dicitur inter ipsos contracta societas; si fiat communitio fructuum, & quæstualium, erit contracta simplex bonorum societas; port. *loco citato, num. 14. & 15.* & dicam infra suis locis; si communitio respiciat vnam, vel plures negotiationes tantum, erit societas particularis; Port. in *dist. confil. 68. num. 16. & 17.* Si verò omnium vndecumque prouentium communitio facta fuerit, debet dici contracta societas omnium bonorum; Port. *loc. cit. num. 18.* de quibus societatibus in sequentibus capitulis latius pertractabo.

#### SVMMARIVM.

- 1 Societates expressæ, & tacite, an differant, & num. 3. 4. 8.
- 2 Lex, coiri societatem, ff. pro soc. declaratur.
- 3 Socius omnium bonorum habet excusationem à muneribus ob personam socii.
- 4 Fratres socii omnium bonorum, an habeant excusationem ob personam fratris.
- 5 Lex finalis, C. de mun. & hon. lib. 10. declaratur.

An sit aliqua differentia inter expressas,  
& tacitas societates.

## CAP. III.

**E**xpressè, & tacitè possunt contrahi societates, ut demonstratum fuit supra in *precedenti capit.* nunc dubitari potest, † an inter expressas, & tacitas sit aliqua differentia: nonnulli enim differentiã constituunt inter expressam societatem omnium bonorum, & tacitam, † per *tex. in l. coiri societatem, ff. pro soc. cum duobus l. segg.* ubi habetur, quod in societate omnium bonorum simpliciter contracta, communicari debent tantum quæstualia, in societate verò omnium bonorum expressè contracta vndecumque provenientia, ut in *l. 3. §. cum simpliciter, ff. pro soc.* quam opinionem tenuit Alex. in *conf. 49. n. 2. lib. 1. & in conf. 48. n. 4. lib. 2. Port. Imol. conf. 68. circa fin. Bet. conf. 190. nu. 13. Carp. sup. stat. Mediol. par. 2. c. 483. num. 158.* existimant enim prædicti Doctores in societate simpliciter contracta, hoc est tacitè contracta; ut dicunt ipsi, venire tantum quæstualia per *d. l. coiri societatem*: Verum huic legi jam fuit responsum in *c. precedenti*, ipsum nempe non loqui in societate omnium bonorum tacitè contracta, sed in expressa simpliciter contracta, ut per Dec. in *conf. 303. num. 7.* ut latius dixi in *d. cap. precedenti*, ac idèd concludendum est cum ipso Decio, inter expressas, & tacitas societates nullam adesse differentiam, † nisi in expressis aliquæ differentia fuerint appositæ; cum enim eodem modo & tacitè, & expressè consensus demonstratur; quo solum contrahuntur societates; eodem etiam modo & tacitè, & expressè contrahi posse, erit affirmandum; ut tenuit Rol. in *conf. 91. n. 51. lib. 1.* qui reprehendit Alex. contrarium tenentem, & sequuntur omnes citati in *precedenti capitulo*; qui generaliter volunt, omnia vndecumque provenientia intelligi communicari inter omnium bonorum socios; & dicitur etiam infra suis locis.

Vnam tamen ego repetio differentiam inter socios omnium bonorum, qui expressè societatem contraxerint, & fratres, qui tacitè sint socij omnium bonorum, quam ponit *glos. in l. fin. C. de mun. & hon. lib. 10.* & eam singularem reputat *Ias. in l. si emancipati, C. de coll.* Et est illa, quod † socij omnium bonorum habent excusationem à muneribus publicis propter personam socij, quia onus inter ipsos dicitur commune, & onus vnus alteri dicitur annexum, & sic non potest vnus onerari, quo minus etiam alter oneretur; vnde vnus propter alium excusatur, & semel tantum gravari debent: † Secus tamen est in duobus fratribus, quorum onera non dicuntur communia, ut per *glos. loc. cit.* & quod *ext. in d. l. fin.* † loquatur in fratribus omnium bonorum sociis, desumunt ex illis verbis, *licet communia possideant bona*: Verum responderi potest, citatum *tex.* non loqui in sociis omnium bonorum, sed solum in fratribus simul habitantibus, nec *glosa* facit comparationem inter socios omnium bonorum, & fratres, qui sint pariter socij omnium bonorum, sed solum inter socios omnium bonorum, & fratres, & dicit, quod licet socij omnium bonorum dicantur fratres, & tamen fratres non gaudent privilegiis sociorum omnium bonorum, & sic non habent excusationem à muneribus publicis propter personam fratris, quemadmodum habent socij propter personam alterius socij; vnde secus esset, si isti fratres essent etiam socij omnium bonorum, nam tunc non deberent amplius considerari uti fratres, sed uti om-

nium bonorum socij, & sic sociorum privilegia gauderent, de quo infra in *c. 30.* Nec obstant illa verba, *licet communia possideant bona*, nam sola bonorum communio non inducit omnium bonorum societatem, ut infra suo loco dicitur; ac idèd nulla ratione asserere possumus, illum *tex.* loqui de sociis omnium bonorum.

8 Firma igitur remanet supra firmata conclusio, nullam repetiti differentiam inter expressam, & tacitam omnium bonorum societatem, si in expressis particulares aliquæ conditiones non fuerint appositæ: & eadem privilegia habet tacita, quæ expressa, Dec. in *rubric. C. qui testam. sic. poss. n. 18. & segg. & in conf. 34. & in conf. 68. & in conf. 548.* dicit, hanc esse communem opinionem, prout etiam eam communem appellat *Crauct. in conf. 26. Ruin. in conf. 104. lib. 1. & in conf. 121. lib. 5.* qui dicit, contrariam opinionem esse erroneam, hoc idem tenuit *Rub. Alexand. in conf. 87. & Rol. in conf. in dist. conf. 91. lib. 1.* & alij supra citati in *cap. precedenti*, alios citat *Ludouil. conclus. 55. versicul. quodque in omnibus, & Mascard. conclus. 1309. sub. n. 2.*

## SVM MARIVM.

- 1 De quibus Societatibus sit tractandum in hac secunda parte.
- 2 Vt illius appellatione quid veniat.
- 3 De Societatibus mensa in legibus non reperitur facta mentio, & num. 5.
- 4 Cap. si duo fratres, de nou. benef. inuest. declaratur.
- 6 Auctor quid tractare intendant in hac secunda parte.
- 7 Societas mensa, quando dicatur contracta inter fratres.
- 8 Societas mensa, qua communia efficiat, ubi ad nonnulla infertur.

De societate conuictus, seu mensæ,  
& quænam ex ipsa veniant.  
communicanda.

## CAP. IV.

**D**iximus supra in primo capite, quatuor expressarum societatum species repetiri, easque etiam tacitè contrahi posse, ut in *cap. secundo*, ac inter ipsas nullam adesse differentiam, ut in *superiori capite*. † Verum, cum nostra non sit intentio de societatibus tractatum componere, sed solum de ipsis agere, quatenus ad materiam fratrum pertinent; & quatenus inter ipsos tacitè ex cohabitatione, ac retentione hereditatis paternæ in communi contractæ quandoque censentur: vnde licet fratres omnes particulares societates contrahere possint & tacitè, & expressè; attamen solum nostra erit disputatio de tribus societatum speciebus, quæ ex fraternitate, & bonorum communione tacitè oriuntur: nempe de societate mensæ, societate bonorum simpliciter; ac societate omnium bonorum: & primo de societate mensæ, seu victus. Et † licet victus variis modis in iure accipiat, *leg. properandum, §. si autem alterutrum, C. de iud. leg. si qua pena, ff. eod.* in proposito tamen nostro pro omnibus rebus etui accommodatis accipitur, *leg. verbo vilis, & leg. quos nos, §. final. ff. de verborum significat.* non autem alia necessaria ad cultum corporis, licet & ipsa victus appellatione continentur, *dist. leg. verbo vilis*: ac propterea potius mensæ, quam victus appellari deberet.

- 3 De qua societate, priusquam aliqua proponam, mon-

monebo lectorem, de ipsa in iure expressam aliquam non fieri mentionem: & licet Bald. in cap. primo, §. si duo fratres, de nou. benef. inuest. & in leg. C. de poss. dicat, de hac societate mentionem fieri, in dist. §. si duo fratres; attamen, omissa disputatione, an secundum, de quo ibi, esset emptum communi pecunia, vel propria, certum est, & non loqui de societate mensæ, sed bonorum simpliciter, vt clarè colligitur ex illis verbis: *fructus tamen essent communes, donec simul habitauerint*; societas enim mensæ non facit communes fructus; nisi quatenus sint consumpti in ipsa mensæ societate, vt infra dicitur: ergo & necessario dicendum erit, de alia societatis specie loqui, quæ fructus faciat communes, vt est societas bonorum: remanet igitur absolutè dicendum, in iure de hac societate aliquam expressam non fieri mentionem. De qua etiam non pauci loquuntur, licet ad saturitatem de societatibus inter fratres loquantur, non distinguentes sæpissimè vnā ab altera; ex quo forsā factum fuit, vt in hac re tot cōsilia ad inuicem contrario reperiantur, & Ego autem, vt aliquo ordine in hac perplexa materia procedam; omittem vt plurimum casus particulares, de quibus sparsim per Doctores; & solum agam de natura harum trium societatum, & de vnaquaque duo queram. Primo quando, & quibus concurrentibus intelligantur contractæ. Secūdo quænam ex ipsis debeant dici communia, inferendo ad plura; ex quibus postea forsā omnes particulares casus definiti poterunt. Et primo in hoc capite de societate mensæ. & Quæ inter fratres tunc contracta dicitur, quando post mortem patris viuunt in communi, ad vnum panem, & vinum, vt vulgo dicitur, & ad eandem mensam, omniaque necessaria ad quotidianum victum ita communicant; vt nullā habeatur ratio inter ipsos expensarum ipsius mensæ: sic post alios expressè docet Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 2. num. 2. tit. 2. num. 17. necnon tit. vndecimo, nu. 14. ex quibus affirmare licet, solum cohabitationem, & communionem expensarum mensæ hanc inducere societatem. Nec requiritur, vt omnes alij fructus bonorum paternorum fuerint communicati, intelligitur ex his, quæ tradit Bald. in d. l. si. C. de collat. vbi loquens de hac mensæ societate, dicit, quod fructus consumpti dicuntur communicati, alij verò sunt domini, ergo in hac societate non est necessaria omnium fructuum communitatio: & in d. §. si duo fratres subiungit communicari debere fructus vsque ad concurrentem necessitatem victus, & alios minorum esse: ad hoc igitur, vt societas mensæ, seu victus contracta dicatur, sufficit, vt à fratribus simul habitantibus expensæ victus in communi factæ fuerint.

8 Et ex his clarum remanet, quænam hæc mensæ societas reddat communis; hoc est omnia ea, quæ victū, & mensam respiciunt; & omnes expensas factas occasione ipsius mensæ; nulla huius rei habita ratione; ac propterea, si vnus interdum ad cœnā amicū, vel asinem iuuetur, si secum per aliquot dies ipsum retineret; expensæ de communi fieri deberent, humana enim societas expostulat, vt hæc quandoque fiant, ac propterea diceretur onus ipsius mensæ. Idem si vnus vxorem duceret; ipsamque saltem pro prima iure splendidiore cœna reciperet, sic enim fieri consuevit. Idem si cōditio vnus expostulat, vt famulum retineret, deberet enim ali de communi, licet de proprio salariandus: à mensa tamen excludo canes, equos, & similia, quæ mensam habent separatam; & omnes alias expensas, quæ victum non respiciunt, vt factæ in nutricibus, vestimentis, ac alijs ad vitam necessarijs.

Et ex generali regula supra posita, expensas omnes victum, & mensam respiciente communes esse debere, inferunt Doctores, nullam fratri competere repetitionem, ex eo, quia alter frater maiorem habuerit familiam, vt vxorem ancillas, filios; vt per Bald. in leg. fin. C. de collat. qui asserit, in hac societate mensæ omnes fructus consumptos dici comunicatos, nec aliquam competere repetitionem; non consumptos verò dominorum esse, quod occasionem dedit multis contradicendis; ac contrarium sentiendi, existimantibus imò, fratrem posse reperere à fratre id, quod impensum est ratione maioris familiæ, inter quos fuit Petrus de Vbald. de duobus fratr. in 6. part. quæst. 23. de quo particulariter videbimus in cap. seq.

## SVMMARIVM.

- 1 Fratres socij mensæ an possint repetere à fratribus illud plus; quod impensum est ratione maioris familiæ. Et per totum; & affirmatiua opinio quibus maximè nitatur num. 2. quibus respondetur num. 7.
- 3 Distinctio Sardi in proposita questione adducitur, & reprobat. Et ipsum de socij mensæ non fuisse locutum, num. 4.
- 5 Inter socij mensæ non potest repetere à fratre, quod plus impensum est ratione maioris familiæ, non quia presumatur donatio, sed quia omnia societatis iudicio dicuntur comunicata.
- 6 Repetitionem non dari in socij mensæ; necessario est asserendum; aliter nunquam mensæ societ. locum sibi vendicaret.
- 8 Reprobantur concordantia Hecl. Fel. in supra posita questione.

An fratres socij mensæ possint repetere, quod plus impensum est ratione maioris familiæ alterius fratris.

## CAP. V.

EX traditis superius in cap. preced. dubitat Petrus de Vbald. de duobus fratribus, in 6. part. quæst. 23.

- 1 An & fratres socij mensæ possint repetere à fratre, quod ratione maioris familiæ in mensa fuerit impensum: vt si vnus vxorem, filios, ancillas habuerit; alter verò minori fuerit grauatus familia, & tenet contra Bald. in cap. primo, §. si duo fratres, de nou. benef. inuen. repetitionem competere, quod insuper 13. conatur probare argumentis; contrarijsque respondet. & Verum omnia per ipsum adducta hac tendunt, vt non sit præsumenda donatio, expensam non dici factam pro communi vtilitate, & aliter in equalitatem resultare maximam; & ad hæc tria restringit argumenta huius patris Menoch. de arbitrar. cas. 127. num. 4. qui & ipse post Paul. de Castr. Corn. Barb. Ruin. & nonnullos alios, Petri de Vbald. opinionem sequitur: alios huius opinionis fautores refert. Hecl. Fel. de societ. cap. 27. num. 64. inter quos numerat Sord. de alimentis, quæst. 83. per totam. Sord. enim loc. cit. quæst. 83. & si fratres sint socij, & vnus maiorem habeat familiam, an omnes de communi sint alendi; & facit distinctionem, de societate vniuersali, & particulari; & dicit, quod, si sint socij vniuersales omnium bonorum, debeant omnes de communi alij; secus si solū particularis societas adsit inter ipsos. Quam tamen distinctionem omnino esse mancā, non est dubium. Primum enim caput caret difficultate; cum inter socios omnium bonorum om-

nia sint communia, ut suo loco dicitur, Secundum vero distinctionis caput, de societate particulari non evadat questionem; nam societas particularis, vel erit alicuius negociationis; vel mensæ tantum, vel bonorum simpliciter: si alicuius negociationis, absque difficultate expensæ ipsius mensæ non erunt communes, tanquam si &c. extra societatem illius negociationis: Sed quid in simplici societate bonorum? quid in societate solummodo mensæ, ut in questione proposita? † Nec minus *Surd. de alim. tit. 6. quest. 12.* hanc difficultatem in puncto examinat: licet enim questionem proponat, an, si frater alimenta præstiterit pro fratre, eiusque familia, competat repetitio: tamen ipse non loquitur in fratribus sociis; sed dubitat solum, an propter sanguinis coniunctionem intelligantur præstita alimenta porrimo donandi, quam repetendi; & donationem præsumi asserit, ac idè non dari repetitionem, & tenent plures, quos ipse citat *nu. 12.* & 3. quamvis alij contrarium sentiant, de quibus *nu. 4.* quod tamen varias recipit declarationes, de quibus per ipsum; & dicant aliqua *in 3. part. cap. 5. num. 17. Et qu. sequenti,* licet loquatur de fratribus, qui sint insuper socij, quibus eo magis non dari repetitionem dicit, cum concurret cum ipsa sanguinis coniunctione etiam societas: tamen inter societates non distinguit; nec in ipsis se fundat; sed solum in præsumptione donationis, ob sanguinis coniunctionem, de qua præsumptione, quæ plures habet limitationes, nunc non disputamus, sed solum de natura, & ut ipsius societatis mensæ; cui postea non repugnant illæ coniecturæ non præsumptæ donationis. *Bald. verò in l. fin. C. de coll. in e. 1. §. si duo fratres, de nou. benef. in e. 1. †* loquens de hac societate mensæ, existimat nullam competere repetitionem, non ob præsumptam donationem, sed ob præcedentem societatem mensæ, quæ omnes fructus consumptos in ipsa mensa communes reddit; & cum iure societatis mensæ intelligatur communicati, nulla debet dari repetitio, quicquid sit de præsumptione donationis, vel non donationis: idem sequitur *Alex. & Dec. in diel. leg. fin. C. de collat. Rom. in conf. 172. in fin. C. tract. conf. 139. num. 10. Paris. conf. 85. num. 16. lib. 1. lal. in leg. ut verum, nu. 5. C. de coll. qui refert Paul. de Cest. dicentem, in Civitate Paduæ sic de facto conclusum fuisse per bonos, & probatos viros, idque ipsum pluries in facti contingenti obtinuisse, & in puncto melius, quam alij *Manc. de tacit. & ambig. convent. lib. 6. tit. 2. n. 5. & tit. 3. n. 11. & tit. 9. n. 14. †* Quam sententiam verissimam esse fateri oportet, si hanc mensæ societatem repetiri negare non velimus; quam post *Bald. ipsemet Petrus de Vbold. ponit locis citatis,* & inter modernos *Mantic. in locis mox adductis* de ea expressè mentionem facit: quæ, ut in *cap. superiori* fuit dictum, tunc contracta censetur, quando fratres simul commorantes, ad vnumque panem, ac vinum viuunt; quo casu omnia consumpta in mensa intelligantur communicata societatis iudicio; quæ evanesceret prorsus, si repetitionem dari diceremus: nam certum est, proprietatem ex ipsa non intelligi communicatam, nec minus fructus non consumptos, qui, ut *Bald. dicit,* ceterique sequuntur, proprijs vnusculisque remanet; vade, si insuper de consumptis deberet haberi ratio, aliquaque competeret repetitio; nulla esset hæc mensæ societas. Dicamus igitur cum communi, & hanc societatem repetiri, eiusque naturam esse, ut reddat communia omnia ad mensam pertinentia, ac propterea nullam rationem maioris familiaritatis competere repetitionem. † Nec obstant in contrarium considerata, non quærimus enim, an*

præsumatur donatio. Nec dicimus, non competere repetitionem, cum præstita alimenta intelligantur donata: sed solum non posse repeti, quia omnia iudicio societatis conueniendi intelligantur communicata: & sufficere expensas factas fuisse in ipsa societate, hoc est in mensa, in qua contracta est societas. Nec inæqualitatem aliquam posse considerari, cum fratri sit imputandum, qui contraxit societatem mensæ cum fratre habenti hoc onus retinendi filios, & familiam ad propriam mensam.

8 Nec, ut *Hector. Fel. in d. e. 27. nu. 66.* hæc contrariæ opiniones concordari possunt, ut opinio *Bald.* procedat in societatem omnium bonorum, *Petri* verò de *Vboldis* in particulari: præterquam quod enim hæc distinctio manca reputari debet, ut supra dictum fuit; non est dubium, socios omnium bonorum à consociis aliquid repetere non posse; cum inter ipsos non solum fructus consumpti, sed etiam non consumpti, imò ipsamet proprietates communicata dicatur. Nec de hac societate loquitur *Bald. in locis citatis;* de qua si loqueretur, non diceret profectò fructus non consumptos proprijs remanere. Nec etiam debet attendi altera eius concordatio, ut *Baldi* opinio sibi locum vendicat in impensa modica, altera verò in magna: nam ea, quæ considerant *Doctores* de parua, & magna impensa, procedunt, si agatur de coniecturanda mente illius, qui præstitit alimenta; an nempe censendum sit, id fecisse animo donandi, vel repetendi. Sed nos non dicimus, præsumi donata, ac idè repeti non posse; sed denegandam esse repetitionem, quia iure societatis omnia dicuntur communicata; unde parum refert, an impensa fuerit magna, vel parua, Alia pariter, de quibus *Hector. Fel. loc. cit.* respiciunt præsumptionem donationis, de qua nostra non est disputatio, & de ea loquitur latè *Surd. in diel. qu. 85.* & nos aliqua alibi dicemus.

#### SUMMARIUM.

- 1 Societas simplex bonorum differt à societate mensa.
- 2 Societas bonorum reddit communes, non solum fructus, sed etiam questualia.
- 3 Societas bonorum, ad hoc ut contractu dicatur, requirit inter alia, ut bona fuerint in communi possessa: quod tamen non sufficit, ut *num. 5. ubi de rationibus.*
- 4 Societas intelligitur soluta ex alibus societatis contrariis.
- 6 Non probat hoc esse, quod contingit abesse.
- 7 Cohabitatio ad eandem mensam pariter requiritur, ad hoc ut bonorum societas intelligatur contracta: licet nec ipsa sufficiat, ut *num. 8.*
- 9 Societas bonorum ad hoc, ut censeatur contracta, requiritur insuper, ut fructus, & questualia omnia vndeunque provenientia fuerint communicata.

De simplici bonorum Societate, & quæ requirantur ad hoc, ut contracta censi debeat.

#### CAP. VI.

Aliam societatis speciem, quæ inter fratres tacite quandoque contrahi solet, diximus esse simplicem bonorum societatem, de qua iura habemus expressa, ut est *text. in leg. coiri societatem, & in leg. si fratres, ff. pro soc. †* quæ admodum differt ab alia, quam mensæ appellauimus, cum illa communia reddat solum ad mensam ipsam necessaria, † hæc verò omnes fructus

fructus etiam non consumptos, & omnia quæstualia vnde cumque prouenientia d. leg. coirs societatem, cum duabus ll. segg. vt ex infra dicendis apparebit. Sed primo videamus, quænam sint necessaria ad hoc, vt contracta censetur.

3 Et primum certum est, requiri omnia bona paterna in communi possideri, vt dicitur in d. l. leg. si fratres: quod requisitum ab omnibus considerari solet, cum enim diuisio sit actus societati contrarius. † Et ex actibus contrariis societati præsumatur, societatem iam contractam fuisse diuisam, leg. itaque. ff. pro societ. eo magis censendum est, non fuisse à principio contractam. † Verum hanc possessionem bonorum in communi non sufficere ad inducendam hanc societatem, certissimi iuris est: & probat tex. in dict. leg. si fratres, in illis verbis, & euolumentum, & damnum in his commune sentiant: idem probat tex. in l. ex parte, §. si filius, ff. fam. ercisc. & in leg. licet, de Decur. lib. 10. & tradit lal. in consil. 1. num. 1. lib. 3. Et est ratio, † quia non probat hoc esse, quod contingit abesse, l. non hoc, C. vnd. leg. cap. recipit, de priuile. vnde cum hæc communio extra hanc societatem possit esse inter fratres, arg. l. pro hærede §. idem Papinianus, ff. de acq. hæred. ex ipsa de necessitate argui non potest.

7 Proinde secundo requiritur cohabitatio ad eandem mensam; vt nempe communibus expensis viuunt. Viuere tamen dicerentur ad eandem mensam, etiam si vnus, nulla facta diuisione, maneret in longinquis partibus, vel propter aliquod commune negotium, vel ad aliquid aliud petendum, vt dixit Dec. in respon. 85. sub num. 6. vol. 2. & latius Socin. Sen. conf. 192. num. 2. vol. 2. & eo maxime, si communibus expensis ibi commoraretur; & præcipue stante animo redeundi ad patrios lares, vt per Soc. loc. cit. argumento tex. l. ex fæcto, la grande, de hæred. insti.

8 Sed nec etiam hoc secundum requisitum sufficere ad inducendam hanc societatem, omnes admittunt: viuere enim communibus expensis non efficit, vt hinc dicantur communicari fructus non consumpti, vt dixit Bald. in c. 1. §. si duo fratres, de nou. ben. in iust. & multo minus, vt communia sint quæstualia; prout in hac specie societatis requiritur dict. leg. coirs societatem, cum duabus ll. segg. ad quod conferunt, ea, quæ Doctores asserunt, cohabitationem inter fratres non inducere societatem, Barb. conf. 37. num. 16. lib. 2. Menoch. conf. 121. num. 103. lib. 2. Carp. sup. stat. Mediol. part. 2. cap. 483. n. 136. licet expensas victus faciat communes Carp. loc. cit. num. 137. & segg. & dictum fuit superius de societate mensæ.

9 Ac propterea tertio, & vltimo requiritur, vt omnes fructus, & omnia quæstualia, vnde cumque prouenientia, fuerint communicata d. l. coirs societatem, & dict. l. si fratres, ff. pro soc. Quibus omnibus simul concurrentibus fatentur omnes, hanc bonorum societatem intelligi contractam tacite inter fratres simul habitantes post mortem patris.

## SUMMARIVM.

- 1 Societas simplex bonorum facit communes omnes fructus bonorum in communi retentorum, etiam si proueniant ex rebus propriis, num. 2. & etiam si non fuerint consumpti, num. 3.
- 4 Frater socius bonorum non potest aliquid à fratre repetere, ex eo, quia plura bona in communi retinuerit.
- 5 Quæstualia omnia inter simplices bonorum socios debent esse communia.
- 6 Quæstualia in proposito qua sint, & num. 11.

7 Frater socius bonorum non potest à fratre vti industrius aliquid repetere.

8 Quis plus in societate ponit, plus de ea particulari debet quod declaratur num. 9.

10 Lucrum proueniens ex quacumque negotiatione dicitur commune inter fratres, secus tamen si vnus illi negotiationi contraxerit, num. 12.

Quænam inter Fratres ex simplici bonorum societate debeant esse communia.

## CAP. VII.

**B**Reuiter vidimus in superiori capite requisita necessaria ad inducendam bonorum societatem: quænam modo ex ipsa debeant esse communia, restat videre: circa quod tres erunt constituendæ regulæ, duæ affirmatiuæ, tertia verò negatiua: de duabus affirmatiuis videbimus in præsentis capitulo; de negatiua in cap. 11. Prima igitur regula affirmatiua hæc est, † vt omnes fructus percepti ex bonis in communi retentis, debeant esse communes, l. coirs societatem, & l. si fratres, ff. pro societ. in quibus propterea nulla competit repetitio, cum societatis iudicio omnes intelligantur communicati, † tam si proueniant ex bonis paternis, & hereditariis, quam si ex aliquibus bonis propriis ab altero ipsorum acquisitis: vt si vnus, vel hæreditate, vel legato, vel donatione; vel aliquo quouis modo bona acquireret, illaque in communi retineret, fructus omnes percepti durante societate ita communicati dicerentur, vt nulla competeret repetitio: non censerentur enim amplius prouenire ab ipsa hæreditate, legato, vel donatione, sed ex bonis fratrum in communi retentis, in quibus dicitur contracta societas, gl. in l. prima, §. veteres, ff. de acq. ver. dom. Et si proprietas propria remaneat illius, qui bona illa acquisiuit, nec adiecti ff. pro societ. ca. 1. §. si duo fratres, de frat. de nou. benef. in iust. ubi Bald. ac Angel. idem docet Bald. ac alij scribentes in l. fin. C. de coll. Alex. conf. 24. vol. 1. & conf. 25. vol. 4. Rom. conf. 313. Carp. sup. stat. Mediol. part. 2. cap. 483. n. 121. & segg. Et quod diximus de acquisitionibus factis ex hæreditate, legato, vel donatione; pariter procederet in emptionibus: verum, quia circa emptiones nonnullæ considerantur difficultates, de ipsis latè videbimus in duobus capitulis sequentibus.

Et non solum fructus consumpti dicuntur communicati, ita vt circa ipsos nulla competat repetitio, † sed etiam non consumpti dicto iuri subjacent; iura enim, quæ disponunt, fructus inter bonorum socios communes esse debere; ad consumptos nullo modo se restringunt, imò generaliter de omnibus fructibus vnde cumque prouenientibus loquuntur, vt est tex. in l. coirs societatem, & in l. si fratres, ff. pro soc. & licet Bald. in l. fin. C. de coll. & in dict. cap. 1. §. si duo fratres, ad fructus consumptos se restringat: loquitur tamen de lociis mensæ, vt supra suo loco fuit dictum, non autem de sociis bonorum, inter quos fructus omnes sunt communes, vt in dictis iuribus: ac propterea † tempore diuisionis nulla deberet haberi ratio, quod vnus plura bona in societate retinuerit, & quod maior fructuum quantitas ex eius bonis fuerit recollecta.

Secunda nunc subsequitur regula, vt omnia quæstualia vnde cumque prouenientia pariter sint communia inter simplices bonorum socios, d. l. coirs societatem, cum duabus ll. segg. † quæ nam autem dicantur

- provenire ex quæstu, declarat tex. in l. quæstus, ff. pro soc. in illis verbis: *quæstus enim intelligitur, qui ex opera cuiusque descendit: ex quo colligere licet, ut omnia ex labore, & industria alicuius provenientia inter bonorum socios sint communia, uti quæstualia. Ex quo infertur, ut si licet vnus ex fratribus esset industriosior altero, non posset tamen à fratre ratione maioris industriæ aliquid repetere, cui tamen verissimè conclusioni aduersatur Corn. in cons. 122. lib. 2. dicens, si naturam societatis esse, ut qui plus in societate ponit, plus etiam de lucro participare debeat. Verum respondetur, regulam procedere in societate particulari respectu quantitatis, ut si vnus in societate ponat mille, alter vero quingentas; ille, qui plus posuit, debet certè plus de lucro participare: Secus autem ratione industriæ; si enim nihil fuit dictum, æqualis debet esse participatio lucri, l. si non fuerint, §. Aristo, ff. pro soc. Præterea si magis industriosus plus de lucro participare deberet, non posset dici, quæstualia esse communia; & tamen communia esse debere, dicit tex. in di. l. cori societatem cum duabus legibus se 39.*
- 10 Dicamus igitur cum communi opinione, quod omne lucrum vndecumque proveniens, & tam si ab industria vnus, quam alterius descendat, & tam si operam manualet, quam si aliquam negotiationem respiciat, debeat esse commune inter bonorum socios: ut lucrum factum in emptione, venditione, locatione, conductione, rebusque similibus: dummodo tamen, emptio fiat animo reuendendi, & sic quæstum faciendi, emendo, & vendendo, non autem animo retinendi. Quæstus namque intelligitur quicquid ex cuiusque opera proficitur Petr. de Vbald. de duob. frat. par. 1. n. 5. & par. 5. nu. 1. Mantie. de tacit. & amb. conuent. lib. 6. tit. 16. num. 1. & 2.
- 12 Quod tamen dicunt de lucro negotiationum, limitant, si vnus ex fratribus contradiceret, & adhuc alter vellet illam negotiationem exercere, tunc enim & lucrum, & damnum esset illius proprium, Bar. in l. quia poterat, in fin. ff. ad Treb. Tul. in add. ad Port. in §. primo, num. 1. in fin. vers. an si duo sint socij. Inst. de societ. Secus si negotiatio fieret de communi consensu, Decian. cons. 39. nu. 36. vol. primo. Lud. conclus. 53. vers. si vnus ex socijs, Carp. sup. stat. Mediol. pars. 2. cap. 483. nu. 205.

## S V M M A R I V M.

- 1 Differentia inter socios omnium bonorum, & alios socios in acquirendo.
- 2 Socius omnium bonorum acquirendo communi nomine, statim pro communi acquirit.
- 3 Socius omnium bonorum emens proprio nomine rem emptam societatis iudicio communicare tenetur.
- 4 Alio datur socio omnium bonorum contra socium, ut communicet rem proprio nomine emptam.
- 5 Socius acquirens an possit de rebus, acquisitis ante communionem disponere, est distinctio.
- 6 Inter socios omnium bonorum ipso iure transferri dominium, quomodo sit intelligendum.
- 7 Socius bonorum simpliciter si nomine communi emat rem ad societatem pertinentem, res emptæ efficitur communis.
- 8 Socius circa pertinentiam ad societatem, dicitur habere tacitum mandatum, seu auctoritatem.
- 9 Socius bonorum simpliciter si emat communi nomine rem ad societatem non pertinentem, ut res emptæ socio acquiratur, necessaria est ratificatio, quæ ex pluribus argui solet, num. 10.
- 11 Emens communi nomine ante ratificationem aliorum de re emptæ disponere potest. Et quid si concurrat iura-

- mentum, & stipulatio pro absente, num. 12. & seqq.
- 13 Iuramentum reuocabile irrevocabile facit.
  - 14 Absens virtute iuramenti pro presente habetur.
  - 15 Alio ex contractu socij socio absenti non acquiritur absque cessione. Et quid si adsit iuramentum, num. 16. & seqq. Et quid accedente Notarij stipulatione pro absente, num. 18. Et reprobatnr concordantia Thesaur. num. 19.
  - 17 Iuramentum supplet presentiam patriæ.
  - 20 Socius bonorum simpliciter emens nomine proprio rem ad societatem pertinentem, ipsam societatis iudicio communicare tenetur.
  - 21 Socius bonorum simpliciter emens de proprijs pecunijs rem ad societatem non pertinentem, ipsam communicare non tenetur.
  - 22 Emptio quomodo connumeretur inter quæstualia.
  - 23 Socius bonorum simpliciter emens de pecunijs communibus rem proprio nomine, ipsam communicare non tenetur: quod intelligunt, etiam si emptio fieret de pecunijs alterius socij, num. 24. Et solum tenetur ad pretij restitutionem, num. 25. nec non ad interesse, num. 26.
  - 27 Emptio, si non constet, an proprio, vel communi nomine fuerint facta, quid in dubio censendum, & num. seqq.
  - 28 Socius omnium bonorum, omnia communi nomine acquisisse presumitur.
  - 29 Socius acquirens rem ad societatem pertinentem, presumitur acquisisse proprio nomine, secus si ad societatem non pertineat, num. 30.
  - 31 Acquirens, quando est obligatus acquirere aliquo nomine, eo acquisisse presumitur.
  - 32 Contrahens nomine officij, non presumitur acquisisse proprio nomine.
  - 33 Acquisitio, an fuerit facta nomine proprio, vel communi, conclusura demonstrant.

## De emptionibus factis à fratribus socijs, &amp; an sint communes, vel iudicio Societatis communicandæ.

## CAP. VIII.

- C**irca emptiones factas, à fratribus socijs animadvertendum est primo, si maximam esse differentiam inter socios omnium bonorum, & simplices bonorum socios: socij enim omnium bonorum, si communi nomine emant, res emptæ statim efficitur communis, tam quantum ad possessionem, tam quantum ad dominium, Tiraq. de iur. const. part. 2. ampl. 32. Coart. lib. 3. variarum resolut. cap. 19. sub num. 1. Si verbè emant proprio nomine, res emptæ non efficitur statim communis, sed societatis iudicio venit communicanda, leg. si quis societatem contraxerit, ff. pro soc. leg. si patrum: C. com. vir. iud. ac idem si datur actio contra locium, ut communicet rem proprio nomine emptam, ut in di. leg. si quis societatem. Coust. variar. resolut. cap. 10. num. 1. & 2. Roman. cons. 291. num. 10. Crauet. cons. 159. num. 2. Corn. cons. 61. num. 1. vol. primo, Alex. cons. 49. num. 11. lib. 1. & cons. 152. num. 6. lib. 2. Iaf. cons. 2. nu. 27. vol. 3. pui de communi testatur, alios allegat Menoch. in cons. 121. num. 19. vol. 2. Mantie. de tacit. & amb. conuent. lib. 6. tit. 16. num. 21. Et est communis Doctorum sententia; ut ipsemet Heft. Felic. de soc. cap. 14. sub nu. 6. fatetur, qui contrarium tamen defendere fuit conatus. Quod maximè est attendendum, si enim res emptæ statim communis, & ipso iure efficeretur, ipse acquirens non posset amplius rem emptam distrahe-



re, vt He& Felic. dixit *loc. cit.* Secus si solum iudicio societatis veniret communicanda, vnde si ipse, qui emit ante communionem ipsam rem emptam alienaret, emptor molestari non posset, vt tenent Bart. Inf. Dec. & alij scribentes in *l. si socius, ff. si cer. petatur.* † Nec obstat, inter socios omnium bonorum ipso iure transferti dominium absque villa traditione propter titulum vniuersalem, *leg. si adopt. uero, ff. de precar. Auth. ingressi, C. de sacros. Eccles.* vt ibi declarat Bart. in 3. *oppositio, & Satyo. in 4. id enim procedit in bonis existentibus tempore contracte societatis, secus in bonis acquisitis ipsa iam contra, & in quibus socius aliis non acquirit dominium, sed remanet apud ipsum, licet ipsum postea actione pro socio communicare teneatur, l. si quis societatem, ff. pro soc. vnde non est mirum, si potest illud dominium, quod apud se habet, in alium transferre, antequam res illa comunicetur, quæ ipso iure communicata non censetur, vt optimè declarat Inf. in di& *leg. si socius, Tiraq. in leg. si vniuersam, in verbo, reuertatur, num. 442. C. de reuoc. donat. Carp. super stat. Mediol. quest. 2. cap. 48, num. 19.**

Socij verò simpliciter bonorum, de quibus nunc nostra est disputatio, si emant nomine communi, aliter profectò erit dicendum, † nam aut emunt rem ad societatem pertinentem, & proculdubio erit absque alia ratificatione res emptæ communis; quia societas non requirit ratificationem, *l. si fratres, §. si quis societatem, ff. pro soc.* ac idè si plures negotientur in longinquis partibus per vnum alteri acquiritur absque alia ratificatione, *l. cum duobus, §. quidam sagarian, ff. pro soc.* Menoc. *conf. 656. lib. 7.* contracta enim societate super aliqua re, si ab vno res pertinentes ad illam societatem emantur, statim illæ res emptæ fiunt communes; aliter contractus claudicaret: & semper esset in potestate socij non ratificate illam emptionem, & sic à societate recedere. † Præterea non est opus aliqua ratificatione, quia socius in rebus ad societatem pertinentibus dicitur habere mandatum, *gl. in leg. nemo, ff. pro soc. & in leg. de pupillo, §. si plurimum, de nou. op. nunc. Ceph. in conf. 768. nu. 25. lib. 5. Lud. conclus. 53. vers. socij, num. 47.* quo mandato præcedente ratificatione non est opus, *leg. si ego, ff. de neg. gest. l. si fundus, ff. de contrab. empt. l. fin. C. ad Maced.* Vel saltem dicitur, habere auctoritatem emendi pertinentia ad societatem in itam, *leg. cum duobus, in princip. & l. si vnus, §. si vnus, ff. pro soc.* Crau. *conf. 129. lib. 1. Suxd. decis. 213. num. 1.* quæ omnia latè probat He& Felic. *de societate, cap. 14, num. 41. & seqq.*

Si verò frater socius bonorum simpliciter emat rem aliquam ad ipsam societatem non pertinentem, vt Prædium, idque faciat communi nomine, certum est, ratificationem esse necessariam, aut equam res emptæ dicatur effecta communis: cum enim emens & fratre non habeat, nec tacitum, nec expressum mandatum circa ea, in quibus inter eos nulla est contracta societas, non potest ipsum inuito obligare, vt emat. † Quæ tamen ratificatio non solum expressè, sed etiam tacitè fieri potest; & plura recensere solent Doctores, ex quibus præsumitur, vt per Mascard. *conclus. 1255.* Menoch. *de recup. poss. rem. 15. num. 120.* aliqua etiam de præsumpt. *lib. 2. præsumpt. 39. num. 1.* Tiraq. *de iur. cons. part. 5. lemit. 30. num. 11. & seqq. nec non num. 21.* He& Felic. *de Soc. cap. 14. num. 52. & seqq.* Ac idè, † antequam emptio fieri ratificata, emens potest illam rem communi nomine emptam distrahere: non obstante clausula constituti appositæ à Notario ad fauorem absentis: adhuc enim possessio, & dominium in absentem non dicitur translatum, non secuta ratifica-

tionem, vt pluribus relatis, docet Thesaur. *decis. 70. num. 8. † Verum, si cum clausula constituti, & stipulatione Notarij concurrat emens iuramentum, eiusque stipulatio pro absente, alij volût, & possessionem, & dominium absenti acquiri; ita vt emens inuito socio non possit amplius rem emptam distrahere; † iuramentum enim irrevocabilia efficit reuocabilia, Borgn. *decis. 42. num. 6. † & virtute iuramenti absens pro præsentem habetur, Rol. conf. 19. num. 8.* Et quando ultra Notarium alia persona pro absente stipulatur; vt emptor in casu nostro, statim ius dicitur acquisitum absenti, vt etiam ante ratificationem ab eo auferri non possit, Thesaur. *A. decis. 70. nu. 13. & seqq. & latè probat He& Felic. d. cap. 14. nu. 49. & seqq.**

Imò ante ratificationem absenti, non solum non acquiritur regulariter possessio, & dominium ex emptione communi nomine facta, sed nec etiam actio absque cessione, *l. 3. & l. si quis societatem, ff. pro soc.* illa enim regula, quod vnus alteri stipulari non possit, procedit etiam in socijs, *leg. præcipuum, ff. com. prædiorum, Alex. in l. 2. §. ex his, nu. 16. ff. de verbor. oblig.* Et etiam iure canonico inspecto, *Rim. lun. conf. 521. num. 34. lib. 5.* Gabr. post alios *de verbor. oblig. conclus. prima, sub num. 67.* quod ex alijs probat He& Felic. *de societate, cap. 14. num. 50. & seqq.* Qui id declarat non procedere stante iuramento, † cuius vigore actio acquiritur socio absque cessione, cum iuramentum Deo præstitum censetur, *cap. debitor et, de iur. iur. & † soleat præsentiam patris supplere, l. properandum, fin. autem rem, C. de iud. Gabr. in di& conclus. prima, nu. 69.* quam sententiam communem appellat Seraph. *de prin. iur. prin. 25. num. 3.* plures ad propositum citat Thesaur. *decis. 70. sub num. 8. vers. sed contrarium.* † Secundo declaratur supra posita conclusio, vt absque cessione actio acquiratur socio, vt non procedat accedente Notarij stipulatione pro absente, tunc enim volunt, actionem acquiri absque cessione, Gabr. qui plures citat in di& *conclus. prima, sub num. 98. vers. contrarium, Clar. in §. donatio, quest. 13. Rol. conf. 19. num. 17. lib. 1. Olac. decis. 53. Non. consil. 36. nu. 16. Borgn. decis. 42. num. 16. part. prima, Thesaur. tamen in d. decis. 70. n. 4. vers. Hi sunt, dicit, contrariam opinionem veriorem sibi videri, & communiorum. Hector verò Fel. *loc. cit.* asserit imò, quod acquiratur actio mediante Notarij stipulatione, magis commune esse, in praxique magis receptum: † Et noua est opinio non concordantia, illa, quam Thesaur. ponit *loc. cit. nu. 5.* post Seraph. dicens his casibus acquiri actionem socio, sed reuocabiliter, hoc est, vt ante ratificationem socij emens possit illam emptionem factam ad fauorem socij reuocare, secus post ratificationem. Nam primo natura iuramenti ex facere actum reuocabilem irrevocabilem, vt ipsemet Thesaur. faceret, & tenet Bart. in puncto *conf. 118. num. 6. lib. 1.* qui testatur de magis communi opinione. Præterea illi, qui dicunt stante iuramento, & Notarij stipulatione acquiri socio actionem asserunt pariter, id fieri irrevocabiliter; nec aliam esse necessariam ratificationem, vt emens emptionem factam reuocare non possit; vnde distinctio hanc opinionem cum alia contraria non concordat, sed ipsam destruit: ac propterea ipsam esse absolutè tenendam, dixit Hector. Fel. *loc. cit. num. 35. & seqq.**

Vidimus hucusque de emptione facta à simplici bonorum socio communi nomine, nunc videamus de emptione facta proprio nomine: & est distinctio, aut res emptæ pertinet ad societatem, aut non, primo casu, licet acquisitio fiat solummodo ementi proprio nomine, tamen illam rem emptam iudicio societatis

communicare tenetur, ut dixit Pet. de Vbald. *de duobus fratribus part. 5. nu. 3.* cum in eius potestate non sit societatem dividere, & in his terminis intelligendi sunt Doctores asserentes, eminentem proprio nomine rem emptam communicare debere: quod intelligentem ego procedere, etiam si emptio proprio nomine facta de propriis esset facta pecuniis: dummodo suam ratam socius restituerit, cum enim in illa re fuerit contracta societas, non est in potestate unius societatem dividere, & proprio nomine, propriisque pecuniis in eadem re se exercere: an vero res empti pertineat ad societatem, vel non, secundum varios casus diiudicari debet, & nonnulla ad propositum Heët. Fel. in *dici. cap. 14. num. 82.*

Si vero res empti ad societatem non pertineat, alia subsequitur distinctio, aut emptio fuit facta de propriis pecuniis, aut de communibus; aut demum de hoc dubitatur.

21. Primo casu certum est, illud emptum nullo modo communicari debere, ut in *cap. primo, §. duo fratres, de fratr. de nou. ben. inuest.* Nec dicatur dum emit, questum facit, & in questualibus sunt socij; nam emptio non connumeratur inter questualia; si enim rem emptam acquirit, soluit etiam pretium: unde emptio solum inter questualia connumeratur, quando emitur non animo retinendi, sed vendendi, & in ipsa emptio, & venditione questum faciendi, & in his terminis intelligi debet *tex. in l. coiri, ff. pro soc.* Petrus de Vbald. *de duobus fratribus part. 5. nu. 3.* Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 6. num. 14.*

22. Quando vero emptio est communi pecunia facta patet dicendum est, propriam esse acquisitionem, nec eminentem posse vli modo cogi ad communicandum scribentes in *leg. si patruus, C. com. vtr. iud.* Bart. in *leg. Titium, & Meuium, §. altero, ff. de ad. tut. & in leg. si frater, vtr. sic. §. quid si in. du. ff. pro soc.* Petrus de Vbald. *de duobus fratribus part. 5. nu. 3.* Menoch. de communi attestans in *cons. 121. num. 32. & num. 78. necnon in cons. seqq. num. 120. §. 1. & sub num. 20. lib. 1. Lud. con. dicit. 33. vers. in societate, num. 60.* Quod verum esse dicunt, & etiam si emptio fuerit facta de propriis pecuniis alterius fratris, Rom. *cons. 291. sub nu. 6.* Menoch. *dici. consil. 122. num. 40. & consil. 49. num. 5. lib. 5.* Heët. Fel. in *dici. cap. 14. num. 75.* Et solum emens de pecuniis communibus, vel propriis alterius fratris pretium restituere tenetur, *dici. leg. si patruus, Alex. in cons. 24. sub num. 5. lib. 1. Paul. de Calce. cons. 349. sub num. 2. vol. primo, Corn. cons. 122. num. 6. vol. 2. Menoch. dici. cons. 121. num. 2. Rimin. Sen. cons. 300. n. 92. lib. 2. Ruin. cons. 216. lib. 1. Dec. cons. 236. cons. 430. & cons. 651. Crau. cons. 33. num. 12. Alex. cons. 37. lib. 4. Lud. con. dicit. 33. vers. secundo differentia, Mant. de tac. & ambig. conuent. lib. 6.*

23. Et solum emens de pecuniis communibus, vel propriis alterius fratris pretium restituere tenetur, *dici. leg. si patruus, Alex. in cons. 24. sub num. 5. lib. 1. Paul. de Calce. cons. 349. sub num. 2. vol. primo, Corn. cons. 122. num. 6. vol. 2. Menoch. dici. cons. 121. num. 2. Rimin. Sen. cons. 300. n. 92. lib. 2. Ruin. cons. 216. lib. 1. Dec. cons. 236. cons. 430. & cons. 651. Crau. cons. 33. num. 12. Alex. cons. 37. lib. 4. Lud. con. dicit. 33. vers. secundo differentia, Mant. de tac. & ambig. conuent. lib. 6.*

24. Et solum emens de pecuniis communibus, vel propriis alterius fratris pretium restituere tenetur, *dici. leg. si patruus, Alex. in cons. 24. sub num. 5. lib. 1. Paul. de Calce. cons. 349. sub num. 2. vol. primo, Corn. cons. 122. num. 6. vol. 2. Menoch. dici. cons. 121. num. 2. Rimin. Sen. cons. 300. n. 92. lib. 2. Ruin. cons. 216. lib. 1. Dec. cons. 236. cons. 430. & cons. 651. Crau. cons. 33. num. 12. Alex. cons. 37. lib. 4. Lud. con. dicit. 33. vers. secundo differentia, Mant. de tac. & ambig. conuent. lib. 6.*

25. Et solum emens de pecuniis communibus, vel propriis alterius fratris pretium restituere tenetur, *dici. leg. si patruus, Alex. in cons. 24. sub num. 5. lib. 1. Paul. de Calce. cons. 349. sub num. 2. vol. primo, Corn. cons. 122. num. 6. vol. 2. Menoch. dici. cons. 121. num. 2. Rimin. Sen. cons. 300. n. 92. lib. 2. Ruin. cons. 216. lib. 1. Dec. cons. 236. cons. 430. & cons. 651. Crau. cons. 33. num. 12. Alex. cons. 37. lib. 4. Lud. con. dicit. 33. vers. secundo differentia, Mant. de tac. & ambig. conuent. lib. 6.*

26. Et solum emens de pecuniis communibus, vel propriis alterius fratris pretium restituere tenetur, *dici. leg. si patruus, Alex. in cons. 24. sub num. 5. lib. 1. Paul. de Calce. cons. 349. sub num. 2. vol. primo, Corn. cons. 122. num. 6. vol. 2. Menoch. dici. cons. 121. num. 2. Rimin. Sen. cons. 300. n. 92. lib. 2. Ruin. cons. 216. lib. 1. Dec. cons. 236. cons. 430. & cons. 651. Crau. cons. 33. num. 12. Alex. cons. 37. lib. 4. Lud. con. dicit. 33. vers. secundo differentia, Mant. de tac. & ambig. conuent. lib. 6.*

27. Vidimus de emptionibus factis nomine proprio, & de factis communi nomine, & quid si factae sint de propriis pecuniis, quid vero de communibus, & quid

in dubio censendum sit, videbimus in sequenti. Verum, ne aliquid intactum relinquatur pro complemento istius capituli; videndum restat, quid si non appareat, an proprio, vel communi nomine sit facta acquisitio. Et maxima est differentia inter omnium bonorum socios, ac alios, socij enim omnium bonorum, cum omnia in communi acquirere teneantur, pro communi acquisiuisse censendum est, aliter male, & dolose egisse, veniret dicendum; Roland. *conf. 61. num. 3. lib. 2. Crau. conf. 139. sub num. 2. lib. 2. Heët. Fel. de societ. cap. 14. num. 27. & seqq.*

29. Alij vero socij, aut acquirunt rem ad societatem, in qua sunt socij, pertinentem, & ex eadem ratione censendum est, communi nomine acquisiuisse; cum in eorum non sit potestate ad libitum societatem dividere: si vero res empti ad societatem de necessitate non pertineat, potius proprio nomine acquirere voluisse, censeri, debet, *l. Titium, & Meuium, §. perfectus, ff. de admin. tut. vbi Bart. qui idem repetit in l. patruus, C. com. vtr. iud. Alc. de presumpt. reg. 1. presumpt. 52. Menoch. de presumpt. lib. 3. presumpt. 46. nu. v. & seqq. necnon in dici. cons. 127. num. 74. lib. 2. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 17. nu. 1. Heët. Felic. de soc. cap. 14. num. 87.*

31. Quod primo declaratur, locum non habere, quando acquirens erat obligatus acquirere nomine alterius, Bald. in *dici. leg. si patruus, num. 5. C. com. vtr. iud. Alc. de presumpt. reg. 2. presumpt. 24. nu. 2. ut si ego iussi meo debitori, ut soluat tercio; si reperitur fuisse factam solutionem, presumendum est, factam fuisse in executionem, mandati, Dec. in leg. singularia, in 2. no. 20. ff. si cert. pet. Menoch. de presumpt. lib. 3. presumpt. 46. nu. 8. aliud exemplum ponit Mant. loc. cit. nu. 12. ut si pater mandauerit, negotiationem etiam nomine pupilli exerceri: tunc enim presumendum est, etiam pupillum in acquisitione fuisse comprehensum, vigore precedentis mandati.*

32. Secundo declaratur, ut non procedat in contractante nomine officij, Alc. *dici. presumpt. 24. n. 4. Menoch. in dici. presumpt. 46. num. 9.*

33. Tertio declaratur, ut supradicta presumptio non procedat, in contrarium existentibus coniecturis, Menoch. *loc. prox. cit. n. 10. & Mant. loc. cit. n. 13. exemplificat in curatore continuante societatem eisdem modis, & formis, quibus antea: alias coniecturas, aliaque exempla ponit Heët. Fel. de soc. cap. 3. nu. 48. & seqq. in cap. 11. num. 14. necnon in cap. 14. nu. 89. & seqq.* Quae omnia fac, amice lector, ut in facti contingentia non spernas; videbis enim omnes casus ita distincte fuisse comprehensos, ut dubitandi locus non remanserit.

### SVM MARIVM.

1. *Lucrum an de proprio, vel de communi factum esse censetur.*
2. *Acquisito proprio nomine facta ex propriis pecuniis facta censetur. Et num. 6. & declaratur, nu. 22. & seqq.*
3. *In pecunia ex possessione arguitur dominium, & num. 17.*
4. *Pecuniam possidens, utulum ostendere non tenetur.*
5. *Pecunia presumitur solventis, quod declaratur, num. 8. & seqq. necnon, num. 18.*
7. *Acquisita a socijs omnium bonorum, de communi dicuntur acquisita.*
10. *Tutor emens simpliciter nomine pupilli, de pecunijs pupilli emisse presumitur.*
11. *Emens nomine extranei, de quibus pecunijs emisse presumatur.*
12. *Administrator ex quibus pecunijs emisse presumatur.*

- 13 Acquisitio communi nomine facta à fratre adhuc de propriis pecuniis facta censetur, & num. 20. & declaratur num. 22. & seqq.
- 14 Acquisita à tutore, tutela durante, non presumuntur acquisita de bonis pupilli.
- 15 Legis secundæ C. pro socio, verba declaratio contra Nat.
- 16 Legis si defunctus, C. arbitr. tut. intelligentia.
- 17 N. fca. d. reprobatur circa acquisitiones factas a fratribus communi nomine.
- 21 Res communi nomine emptæ non efficitur communi, nisi secuta ratificatio, & restituta pretij parte.
- 22 Emptio non presumitur facta de proprio, existentibus in contrarium consuetudinibus.
- 23 Coniecturæ arguentes, acquisitionem non fuisse factam de proprio, quales esse debeant.
- 24 Inter Longobardos acquisitio facta ab uno ex fratribus, semper de communi facta censetur, & quare.
- 25 Acquirens habet pro se iuris presumptionem, quod de proprio acquisierit, ac ideo transferri onus probandi contrarium in adversarium.

An emptio proprio nomine facta à fratribus sociis, de propriis pecuniis, vel communibus facta præsumatur.

## CAP. IX.

**I**n capit. superiori vidimus de emptionibus factis à fratribus sociis de propriis pecuniis; necnō de emptionibus factis cum communi pecunia. Verum quia quandoque dubitatio esse potest, an acquisitio fuerit facta de proprio, vel de communi; in hoc particulari capitulo querere volui, quid in dubio sit censetur: & quoniam multi ex nostris maximam faciunt differentiam, an acquisitio fuerit facta proprio nomine, vel communi, primo videbimus de emente proprio nomine. De quo primo adest theoria, Bart. Bald. Ang. Saly Paul. de Castr. & aliorum in l. cum oportet, C. de bon. 9. lib. 8. & Angel. in l. facultas, C. de iur. delib. lib. 10. qui declarandū, si unde lucra obvenisse præsumatur, sic distinguunt: aut scimus in casu, in quo si præsumatur, lucrum factum fuisse de proprio, resultat delictum, & de alieno ad excludendum delictum factum fuisse præsumitur, leg. quintus, ff. de donat. inter vir. & uxor. aut est delictum, acquisitionem fuisse factam de alieno; & de proprio factam fuisse censetur, l. si defunctus, C. arb. tut. modo ad propositum, si dicamus, pecuniam fuisse communem, non est dubium resultat delictum, cum alienam pecuniam sibi appropriare sapiat naturam furti, nec absque dolo fieri possit: ac idē dicendum est, si acquisitionem proprio nomine factam de propriis pecuniis factam censerit; ad quod confert, quod dicit Bald. in leg. in restituenda C. de pet. hered. ubi asserit, quod probata expensa, de propria pecunia facta præsumitur, leg. si uenera §. fin. ff. de privi. leg. cred.

Præterea, cum pecunia sit penes acquirentem, ipse debet præsumi dominus; si in pecunia enim ex possessione arguitur dominium, leg. prima, cum gloss. ff. si quis ereisc. l. si quis, §. si queratur, ff. si serui vend. Bart. in l. quidam in suo, ff. de cond. inst. si nec titulum ostendere tenetur Bald. in leg. cum oportet, nu. 12. C. de bon. 9. lib. 8. in leg. ultra, ff. de don. inter vir. & uxor.

Accedat, in dubio pecuniam præsumi soluentis. Alex. conf. 132. nu. 13. lib. 5. post Bart. in leg. si patrum, n.

4. vers. aut dubitatur, C. com. ver. ind. in l. 2. C. pro soc. nu. 628. nu. 2. Crau. conf. 131. nu. 12. Menoch. conf. 11. nu. 20. lib. 1. Decian. conf. 36. nu. 19. lib. 1. Rom. sing. 440. Corn. conf. 182. sub nu. 12. vol. 1. Mascard. de prob. conclus. 159. in priac. ¶ unde, cum emens nomine proprio soluerit etiam pecuniam, de proprio ipsam soluisse præsumitur, Lud. de magis communi opinione attestans conclus. 53. vers. sed quando: Becc. qui pariter hanc communem opinionem appellat conf. 113. sub nu. 24. Heët. Fel. de societate, cap. 11. nu. 79. & cap. 14. nu. 93. & seqq. Rom. conf. 3. conf. 191. sub nu. 6. vers. sic in dubio autem, & conf. 346. nu. 16. Alex. conf. 78. lib. 2. & conf. 152. lib. 7. Corn. conf. 98. vol. 4. Barb. conf. 12. Dec. conf. 21. & conf. 348. Bald. in leg. pen. C. si quis alt. vel sibi, Bart. in l. si patrum, C. com. ver. ind. Abb. conf. 46. lib. 1. Curt. in l. 1. C. de furt. & alij passim.

Quibus obstat, quod asserit Mascard. de prob. conclus. 31. acquisita ab uno ex fratribus, de communi acquisita præsumi, si post mortem patris vixerint in comunione; id namque locum habet, si inter ipsos omnium bonorum societas fuerit contracta; & hoc est, quod asserit Mantua. in citato conf. 303. nu. 1. lib. 1. ratione nempe societatis, omnia inter ipsos dici communia; concurrentibus scilicet illis tribus, de quibus per Dec. in conf. 21. nēpē, ut vixerint in communi, secundo, ut omnia lucra adiuicem communicauerint, tertio, ut de superlucratis nō fuerit reddita ratio; sola cuius communitio hereditatis paternæ non sufficit ad inducendum omnium bonorum societatem, ut per Neuz. conf. 76. & dicitur suo loco. Nec est mirum, quia probata omnium bonorum societate, intelligitur etiam probatum, acquisitionem factam fuisse de communi; cum inter omnium bonorum socios omnia communia sint: ac propterea si Mascard. intelligit, acquisitionem præsumi factam de communi ex simplici comunione bonorum falsa est eius sententia, cum in d. de proprio acquisitionem fuisse factam, sit præsumenda, ut supra fuit dictum: Si verò id solum intelligit in sociis omnium bonorum, prout loquuntur Doctores per ipsam allegari, & eius rationes demonstrant; vana prorsus est eius limitatio, de qua lex tō loco: ut nempe non procedat conclusio, si acquirens alia bona particularia habuerit ultra hereditatem paternam: nam inter socios omnium bonorum non potest dari casus, ut vnus particularia, & propria possideat bona; cum omnia, & vnde cumque pronentia sint inter eos communia, ut suis locis infra dicitur: & Doctores per ipsam allegari in dist. 6. limitatione, loquuntur de fratribus solum in diuisam hereditatem paternam possidentibus: inter quæ regula est contra Mascardum, ut acquisitio præsumatur facta de propriis pecuniis ex rationibus supra allatis: & præcipue, quia in dubio pecunia præsumatur soluentis; si nisi tamen in contrarium tales adessent coniecturæ, ex quibus argui posset, impossibile quoddam modo esse, soluentem illas de proprio habuisse pecunias, ut per Crau. in dist. conf. 131. nu. 12. & Mascard. in dist. conclus. 159. nu. 7. ¶ Secundo fallit ista præsumptio in casu, legu. si ut proponit, C. de rei vend. leg. 2. C. quando ex fultu int. & leg. si curator, C. arb. tut. Fab. de Monte de empt. & vend. quasi. vltima, lib. 1. Socin. reg. 34. fall. 2. Menoch. conf. 8. nu. 1. lib. 1. de quo per Mascard. loco proxime citato, nu. 9. & seqq. ¶ Tertio fallit in tutore emente simpliciter nomine pupilli, qui de pecuniis pupillis emisse præsumitur: Alex. conf. 308. nu. 10. lib. 1. Borign. de tut. & cur. nu. 241. Mascard. loc. cit. nu. 8. iecus si tutor declarasset, pecu-

niam eſſe propriam. Quarto fallit, ſecundum Rom. in  
 11 *conf. 3.* † ſi quis emat aliquid nomine extranei, tunc  
 enim; dicit ipſe, pecunia præſumitur illius, cui acqui-  
 ritur non autem ſoluentis. per tex. in *leg. ſuper hypothe-  
 cis. C. de pign.* & iſtam fallentiam pro notabili refert  
 Curt. Iuu. in *leg. 1. num. 11. C. de ſurt.* quæ tamen dam-  
 nator à Cräu. in *conf. 129. num. 4.* dicente *leg. 2. C. pro  
 ſoc.* de qua infra, procedere etiam in acquirente, &  
 ſolvente pro extraneo, reſponderque textui à Rom.  
 allegato, & pari ratione ſi quis ſoluat nomine debitoris,  
 pecunia non præſumitur ſoluentis, ſed debitoris,  
 Seraph. *decif. 1378. nu. 1.* Magon. *decif. flor. 43. num. 14.*  
 12 Quinto fallit † in adminiſtratore, qui ex bonis illius  
 acquiſiſſe præſumitur, cuius bona adminiſtrat,  
 Rom. *conf. 426.* per tex. in *l. neſennius.* ubi Bart. ff. *de neg.  
 geſt. & per l. ſin. ubi gloſ. in verbo. officio. C. de doi. promiſ.  
 quam ſententiam ſecutus fuit Dec. in *conf. 66.* In con-  
 trarium tamen conſuluit Anch. *conf. 31. num. 1. per leg.  
 ſi deſunctus. C. arb. tut. & leg. ſi nener in fin. ff. de priuile.  
 cred.* ad quod pariter conſeſſe, dicit tex. in *leg. non vn-  
 de originem. C. de cert. par.* quam ſententiam contra  
 Roman. pariter probauit Corn. *conf. 129. lib. 1.* Sed  
 Cräu. *conf. 129. ſub num. 3.* iſtas opiniones diuerſas con-  
 cordat, dicendo, quod ſi adminiſtrator acquirendo  
 acquirit nomine illius, cuius bona adminiſtrat, & ve-  
 ra eſt præſumptio Romani, cum de proprio pro alio  
 impendere voluiſſe, non ſit præſumendum: ſi vero  
 actum faciat nomine proprio, propria etiam præſu-  
 metur pecunia, ad excludendum delictum.  
 Modo ſupra firmata conſuſio, ut in dubio emptio  
 facta à fratribus ſociis bonorum ſimpliciter præſu-  
 matur facta de propriis pecuniis, ampliatur, ut procedat  
 13 † etiam ſi acquirentis, & emptio fuerit facta com-  
 muni nomine, adhuc enim de proprio facta præſumi-  
 tur, Bart. in *l. 2. per illum text. l. pro ſoc.* ac idèd ſi alter  
 frater, cuius nomine etiam fuit facta emptio, vellet  
 partem rei emptæ, partem pretij reſtituere deberet,  
 quod Bart. menti tenendum eſſe aſſerit, cum valere  
 poſſit ad mille aureos. Secundo pro eadem optiuaone  
 14 adducitur † tex. in *leg. ſi deſunctus. C. arb. tut.* ubi acqui-  
 ſita à tutore, tutela durante, non præſumuntur acqui-  
 ſita de bonis pupilli. Tertio hanc ampliacionem pro-  
 bant rationes ſupra allatæ, & illæ dux præcipuè, quod  
 in pecunia ex poſſeſſione arguitur dominium, &  
 in dubio pecunie præſumitur ſoluentis.  
 Supradictæ tamen ampliacioni Natt. contradicere  
 fuit auſus in *conf. 358.* † Et d. l. ſecundæ reſponder, illa  
 15 verba: *Pretium à te ſolo numeratum eſſe dicis,* eſſe intel-  
 ligenda, dicis, & probas, & allegat gloſ. quæ ſimilem  
 interpretationem facit in *leg. ſi cuius in verbo dicere. ff.  
 de app. rei. & in l. 2. in verbo dicat. C. quod metus cauſ. &  
 in c. non eſt. in verbo, quam allegat. de *conf. in 6.* & Bart.  
 in *extrau. ad reprimendum, in verbo aſſerat.* Verum præ-  
 terquam quod dici poſſit, in *diſt. leg. 2. C. pro ſoc.* non  
 eſſe neceſſariam hanc interpretationem, prout ne-  
 ceſſaria videbatur in locis per Natt. allegatis; reſpon-  
 detur, quod licet ſocius in illo caſu probaſſet, ipſum  
 ſolum ſoluſſe pretium, hinc tamen non diceretur  
 probaſſe, de propriis pecuniis ſoluſſe; & tamen tex.  
 prædictus præſumit de propriis pecuniis factam fuiſ-  
 ſe ſolutionem; ac idèd vult, partem pretij repeti poſ-  
 ſe; vnde reſponſio Natt. non conſert ad propoſitum;  
 non deciditur enim ibi, an probandum ſit ſolutionem  
 fuiſſe factam à ſocio; ſed an, ſi facta fuerit, de proprio  
 factam fuiſſe præſumat. Ad tex. verò in *diſt. leg. ſi  
 deſunctus* reſponder Natt. procedere ad euitandam  
 delicti præſumptionem: quæ reſponſio potius hanc  
 confirmat ſententiam, cum etiam bona communia**

ſibi appropriare ſapiat naturam ſurti. Nec obſtat,  
 16 quod dicit Rom. in *conf. 274.* à Natt. allegatis, *diſt. leg.  
 ſi deſunctus* † locum ſibi non vindicare, niſi appareat  
 tutorem aliquid de ſuo habere, vel indolitoſum ad-  
 modum eſſe: Nam præterquam quod repugnant ver-  
 ba illa tex. quod laboribus, & multis calibus quaeri-  
 tur: reſponderetur in caſu etiam noſtro, ſtante omni-  
 moda inuerſiſſimilitudine, quod pecunia ſit propria,  
 contrarium eſſe aſſerendum, ut infra dicam in limita-  
 tionibus.

Et Natt. ſecutus fuit Maſcard. *id. diſt. conſuſ. 31.  
 nu. 43. & ſeqq.* qui duabus aliis rationibus reſponder:  
 17 † primæ, quod ex poſſeſſione pecunie arguitur domi-  
 nium, procedere, quando non apparet, vnde pecu-  
 nia originem habuerit; & in caſu propoſito habuiſſe  
 originem à bonis communibus. Verum hoc eſt, de  
 quo quaerimus, vnde nempe pecunia originem ha-  
 buerit, ſi enim apparet habuiſſe originem à com-  
 munitis bonis, eſſemus in clariſ; & ſic extra noſtram  
 quaeritionem, in qua diximus, in dubio cenſendum  
 eſſe, acquisitionem fuiſſe factam de propriis pecu-  
 18 niis. † Secundæ verò rationi, quod pecunia præſu-  
 matur ſoluentis, dicit procedere in eo, qui habet bona  
 propria, ex quibus illam pecuniam ſibi parare po-  
 tuerit: Quæ reſponſio certè nihil valet quot enim ſunt,  
 qui bona non poſſident; pecunias tamen habent, præ-  
 terea multis aliis modis acquiri poſſunt: quam ex  
 fratribus bonorū; ut labore, industria, virtute, & aliis  
 mille modis, & hoc eſt, quod dicit tex. in *d. l. ſi deſun-  
 ctus. C. de arb. tut.* in illis verbis: *quod laboribus, & mul-  
 tis caſibus quaeritur* † Et licet dicat, hanc ſuam opinio-  
 nem tenuiſſe Salic. Bald. in *Specul. & Petr. de Anchar.*  
 tamen Bald. contrarium docuit pluribus in locis, in *d.  
 l. 2. C. pro ſoc. in l. pen. C. l. ſi quis ali. vel ſib. nec.* ut exiſti-  
 mat Maſcard. in *d. l. cum oportet, leg. de ban. 9. lib.* hanc  
 ſuam præbauit ſententiam, cum loquatur ſolum de  
 Longobardis; inter quos ſpeciali cōſtitutione dicitur  
 temper contracta ſocietas omnium bonorum: vnde  
 non eſt mirum, ſolutionem de communi factam præ-  
 ſumi: ut dicam in limitationibus; Et hanc eandem ſo-  
 cietaſtem omnium bonorum præſupponit Cin. in *l. cum  
 duobus, §. ſi fratres. ff. pro ſoc.* Nec. *Specul. in tit. de iur. §.  
 ſequitur, ſub num. 13.* vult, acquisitionem præſumi fa-  
 ctam de communi, niſi in homine malæ conuerſatio-  
 nis, & nullius artificij, ſed in homine probatæ viræ te-  
 net, non eſſe præſumendum, habuiſſe pecuniam de  
 communi, niſi expreſſè probetur: Et omnes alij Do-  
 ctiores per ipſum allegati, vel præſupponūt ſocietate  
 omnium bonorū, vel inuerſiſſimile eſſe, quod illa bo-  
 na aliunde prouenire potuerint, quam ex bonis com-  
 19 munitis: † Vnde ab opinione Bart. nullo modo re-  
 cedendum videtur, quam ſecuti ſunt Bald. Ang. Fulg.  
 Paul. de Caſtr. & Salyc. iterum Bart. in *leg. ſi patruus,  
 C. com. ut. in d. Rom. conf. 30. verſ. ſiem hoc dicendum;  
 Corn. conf. 79. lib. 1. Rim. Sen. conf. 150. num. 2. Alexan.  
 conf. 134. n. 3. lib. 5. & conf. 77. lib. 6. Boer. *decif. 214.* Rol.  
 à Val. *conf. 4. nu. 1. & 6. lib. 2.* Menoch poſt alios, quos  
 allegat *conf. 12. num. 10. lib. 1.* nonnullos citat Ludov.  
*conſuſ. 53. verſ. ſed quando non eſſemus.* Mantie *de tac. &  
 & amb. conuent. lib. 6. tit. 15. num. 18.* Et pro eadem opi-  
 nione plures alios citat Maſcard. ipſe *conſuſ. 159. nu. 2.*  
 20 Imò ipſemet Natt. idem ſecutus fuit in *conf. 91. nu.  
 10.* pro quo dicit, ad eſſe rotundam decisionem, Bart.  
 21 in *d. l. 2. C. pro ſoc.* Ac idèd † res communi nomine em-  
 pra, nunquam communicata intelligeretur, niſi ſecu-  
 ta ratificatione, & ſolutione partis pretij, Alex. in *d. l.  
 conf. 174.* Et docent multi, quos citat Bald. in *diſt. conſuſ.  
 4. num. 6.* qui numeris ſequentibus probat, clariſſimè conſi-*

constituti hoc casu nihil operari, ratificationem tamen ex sola scientia præsumi, ac ideo fratrem agere posse communi diuidendo, alium vero, qui acquisiuit, pretij partem repetere posse, cum solutio præsumatur facta de propriis pecuniis.

- 22 Quæ conclusio, vt supra ampliata, limitatur à Bald. in d. l. pen. & à Bar. in d. l. si patruus, C. com. vtr. iud. vt nõ procedat stantibus in contrarium coniecturis, idque communiter sequuntur Doctores, cum omnes asserant, ad coniecturas esse recurrendum, vt per Mant. de tacit. & ambig. conuēt. lib. 6. tit. 16. sub n. 9. vers. proinde.
- 23 Quæ coniecturæ huc tendere debent, vt arguant, impossibile esse, vt emens aliunde illas pecunias habere potuerit, quam ex bonis communibus: ac ideo Rom. in d. conf. 346. sub num. 6. dicit, quod si frater non haberet, nisi bona communia, nec solitus esset in aliquo se exercere, præsumendum esset, ex bonis communibus acquisiuisse, vt per Mant. loc. cit. num. 19. & seqq. ac propterea primum fratris persona esset consideranda, an esset Doctor, miles, vel artifex, an aliqua particularia bona haberet, an aliunde pecuniam acquirere potuerit, vt probat tex. in d. leg. cum oportet, & tradit Craet. in d. conf. 129. nu. 3. & seq. necnon in conf. 191. nu. 8. & in conf. 161. nu. 12. Alex. in conf. 78. in fin. lib. 2. Anchar. in conf. 149. in fin. Similesque coniecturas esse attendendas, dixit Nat. conf. 100. Anch. conf. 362. n. 9. quibus vrgentibus, non esset attendendum, quod aliter resultaret delictum: Crau. in d. conf. 191. n. 9. Anch. in conf. 16. circa fin. licet Batt. in l. cum oportet, C. de bon. q. lib. existimet, solum recurrendum esse ad coniecturas in casibus, in quibus nullum delictum resultaret.

- 24 Secundo limitatur inter Longobardos, cum enim inter ipsos speciali lege semper præsumatur contracta societas omnium bonorum, vt per Anch. conf. 301. necessario dicendum est, acquisitionem præsumi factam de communibus pecuniis, stante quod inter tales socios omnia sint communia.

Tertio generaliter limitari deberet conclusio: probata omnium bonorum societate, per eandem rationem, vt dictum fuit supra.

Cum igitur ex supradictis appareat, regulam esse, inter fratres socios bonorum simpliciter acquisitiones præsumi factas de propriis pecuniis, non obstante quod communi nomine factæ fuerint, sequitur, ¶ ipsum acquirentem habere pro se iuris præsumptionem, quæ transfert onus probandi contrarium in aduersarium; quod probare posset per coniecturas necessarid inferentes, impossibile esse fratre ex proprio habuisse pecunias, quibus illam acquisitionem facere potuisset. Nec obstat Mascard. in d. conclus. 31. num. 42. sentire, onus acquirentis esse, probare acquisitionem factam fuisse de proprio, si communi nomine facta appareat: nam in hoc ipse sequitur singulari Natæ opinionem, qui existimauit, in dubio acquisitionem de communi esse factam, præsumendum esse, quod latè supra reprobauius, &c. & ex his habes, amice lector, an, & quando emptio de proprio facta præsumatur; quæ si perpendes, non vulgaria esse cognosces: omissis multorum allegationibus, quæ potius mentem confundunt, quam quod rem appetant reddam.

#### SVMMARIVM.

- 1 Clerici habent bona diuersi generis.
- 2 Clericorum bona quasi patrimonialia qua sint; qua patrimonialibus equiparantur, num. 1.
- 4 Bona hospitalium in cuius dominio esse dicantur.
- 5 Bona Ecclesiastica olim erant in communi, & quomodo.
- 6 Clerici habentes bona propria olim non participabant de

communibus, præterquam si propria non fuissent sufficientia ad sustentationem.

- 7 Bona ecclesiastica quo tempore, & quomodo diuidi conperint.
- 8 Clerici an hodie habeant dominium reddituum Beneficiorum Ecclesiasticorum, & nu. 10. & de rationibus pro affirmativa, num. 11. Et de limitatione, num. 14.
- 9 Clerici conuertentes redditus bonorum Ecclesiasticorum in vsus non pios, an teneantur ad restitutionem, & numero seqq.
- 11 Distributio bonorum Ecclesiasticorum inter Beneficiarios fuit quadam deputatio stipendij, & præmij pro sustentatione eorum, qui Ecclesiis præerant.
- 12 Clerici de redditibus Beneficiorum Ecclesiasticorum Ecclesias reparare tenentur, de omnibusque aliis ad cultum diuinum necessariis prouidere.
- 13 Beneficiarij in aliqua Ecclesia tenentur ad ipsius Ecclesie reparationem.
- 15 Clerici vtentes redditibus Beneficiorum in vsus prophanos, lethali ter peccant.
- 16 Prophanum quid significet, eiusque triplex appellatio.
- 17 Pauperum appellatione in materia Clericorum debent bona Ecclesiastica pauperibus distribuere, omnia loca pia continentur.
- 18 Clericus potest detrachere alimenta ex redditibus bonorum Ecclesiasticorum, & proprios reseruare.
- 19 Clericus potest ex fructibus Beneficiorum soluere propria debita, etiam inuisse contracta.
- 20 Empta ex fructibus Beneficiorum nomine proprio non sunt Ecclesie.
- 21 Clericus de redditibus Ecclesiasticis potest & hospites recipere, & alia facere obsequia.
- 22 Clericus distribuendo redditus Ecclesiasticos, potest con sanguineos pauperes eligere.
- 23 Clericus etiam agrotans: & in periculo mortis existens, potest redditus Beneficiorum dare pauperibus.
- 24 Clericus socius bonorum tenetur communicare sociis fructus illos, de quibus disponere potest.

An Clerici, qui cum fratribus bonorum societatem contraxere, teneantur communicare redditus Beneficiorum Ecclesiasticorum.

#### CAP. X.

INter socios simpliciter bonorum fructus omnes communes esse debere, diximus superius: sed hinc dubitatur, an Clerici, qui cum fratribus hanc contraxerunt societatem, teneantur communicare redditus Beneficiorum Ecclesiasticorum. Verum, cum nemo communicare possit, quod suum non est, necessario, & obiter videndum erit, de quibusnam fructibus sint Clerici domini, & de quibus ad libitum disponere valeant. Circa quod primo animaduertendum est,

- 1 ¶ Clericos diuersorum generum bona habere posse, vt sunt bona patrimonialia, de quibus ad libitum disponere posse, non est ambigendum: ¶ Secundo, bona quasi patrimonialia, de quibus Nauar. in sua Apolog. de redd. Eccl. mon. 11. & illa sunt, quæ Clerici acquirunt nõ ex redditibus bonorum Ecclesiasticorum, sed ratione clericalis ordinis, vt ex missis, ac aliis sacrificiis; prout etiam inter hæc connumeranda essent stipendia, ac luca Vicariorum temporalium, Concionatorum, & aliorum spiritualis actus exercentium;
- 3 ¶ quæ omnia bonis patrimonialibus equiparantur, Nau. loc. cit. mon. 22. sub num. 3. cum eorum dominium

- acquirant Clerici, Molin. *de iust. & iur. tom. 1. disp. 142. vers. alia sunt.* † Tertio quedam sunt bona propria alicuius Ecclesie, vel hospitalis, vel aliorum locorum priorum destinata ad aliquod pium opus exercendum, quorum bonorum dominium, asserunt Doctores, esse apud illa loca particularia, quæ loca cum recognoscant vniuersalem Ecclesiam, potest etiam dici, dominium esse apud ipsam, cuius caput est S. Pontifex, vt voluit Molin. *de iust. & iur. tom. 1. disp. 29. in 2. concl. & in dict. disput. 142. contra Nauar. qui in dict. Apol. mon. 24 & seq. existimauit, ipsorum dominium esse apud Christum: de quibus nostra non potest esse disputatio. Alia denique sunt bona, quæ percipiuntur ex redditibus Beneficiorum Ecclesiasticorum, de quibus controuersia est apud Doctores, an Clerici de ipsis ad libitum disponere possint. Sed antequam ad propolitam difficultatis solutionem deueniam: † Secundo loco præsciendum est, olim bona Ecclesiarum inter Clericos communia fuisse: Vnde Episcopi cum conclusio aliorum deputatorum redditus ipsos distribuabant; partemque fabricis assignabant; partem dabant ipsismet Clericis pro eorum sustentatione, & reliquum, vel pauperibus in Eleemosinam concedebant, vel in alios pios vsus conuertebant: vt hæc omnia probat text. *in can. 2. & seq. 12. quæst. 1.* Et insuper quandoque clericis permittebant, vt aliqua bona particularia possiderent pro eorum alimentis; qui propterea de communibus non participabant, nisi quatenus illa non sufficerent ad sustentationem: de quibus tamen nullo modo testari poterant, vt videre est *in can. sint manifesta, in can. ex his, in can. Episcopi, in can. Episcopi, in can. illi, & in can. si priuatum, 12. quæst. 1.* vt optimè declarat Molin. *de iust. & iur. in dict. disput. 142. vers. dixi hodie, cum vers. seq.* vnde certum est, quod illis temporibus clerici de fructibus bonorum Ecclesiasticorum disponere non poterant.*
- 7 Tertio præsciendum est, tempore Simplicij, qui præfuit Ecclesie anno 471. de redditibus Ecclesiasticis quatuor factas fuisse partes; quarum prima erat Summotum Põrificum, altera inter Clericos distribuabatur, tertia inter pauperes, vltima dabatur Ecclesiarum Fabricis, *can. de redditibus, 12. quæst. 2.* Deinde vti paulatim per totam Ecclesiam facta fuit Beneficiorum distributio; quæ Clericis, vt hodie, assignabantur.
- 8 † Qua facta distributione, quærent Doctores, vtrum clerici Beneficij acquirant dominium ipsorum reddituum, ita vt de ipsis ad libitum disponere valeant: quod non facile est definire, ob varias Doctorem traditiones, Maio enim *in 4. dist. 24. qu. 16. & 17. Nau. in can. vlt. 16. quæst. 1. & in vno libello de redd. Ecclesiast. & in Apol. vt in mon. 24. & 27.* tenent, clericos non acquirere dominium, ac idè redditus Beneficiorum non posse conuertere in vsus non pios, quacumque consuetudine in contrarium non obstante, vt per Nauar. *mon. 50. 51. & 53. Sylu. in verbo, clericus, 4. sub. nu. 14.* & contrauenientem peccare mortaliter, † ad restitutionemque teneri; Aleas. *3. part. quæst. 36. incip. 5. artic. 2. Ricc. in quarta, dist. 45. artic. 3. quæst. 1.* Alb. *in c. cum secundum, de prabend. Anch. & Rom. in c. statutum, 5. assessorum, de rescript. l. 6. Felin. in c. postulasti, de rescript. & in ea. de quarta, de prescript. & alij, quos refert Molin. *de iust. & iur. disput. 144. in princip.* Horum autem omnium præcipuum fundamentum in capitulis supra citatis consistit, & ad corroborationem multa alia refert Molin. *in d. disput. 144. in princip.**
- 10 Alij verò, imò clericos reddituum Beneficiorum Ecclesiasticorum habere dominium sceleret, Sor. *de iust. & iur. l. 10. g. 4. art. 3. D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 7. vbi con-*

tiam Caiet. necnon *in quol. 6. art. 12. alij, quos citat, & sequitur Molin. in disput. 143. ac in disput. 144. vers. eandem sententiam.* † Pro qua opinione confert, quod diximus supra, olim bonorum Ecclesiasticorum facta fuisse distributionem; quod nihil aliud fuit, quam communes illos redditus proprios efficere eorum, qui Ecclesiis præerant; & illa portio, qua creata fuerunt Beneficia, nil aliud fuit, quam deputatio præmij, & stipendij pro sustentatione eorum, qui illas regerant, ac gubernabant Ecclesias, in illisque diuina celebrabant officia. Ad idem Molin. *in dict. disput. 143. vers. secundo probatur, allegat text. in cap. unico, de cleric. non resid. lib. 6. vbi habetur: non interessentes diuinis officiis absque legitima causa, distributionum dominium non acquirere, quæ distributiones sunt Beneficiorum redditus, vt per ipsum: ergo à contrario sensu interessentes dominium acquirunt.* Tertio, ad idem Molin. Sacrum Concilium Tridentinum perpendit *in session. 24. capit. 12. vbi dicitur, quod illi, qui professionem fidei non emittunt, nec resident, non faciunt fructus suos: ergo suos ipsos faciunt, si hæc obseruant. Et contraria procedunt secundum illa tempora, in quibus clerici in communi vivebant, nec Beneficiorum erat facta distributio.*

12 Quæ conclusio communiter recepta, & optimis fultura rationibus declaratur primo, vt clerici de ipsis Beneficiorum redditibus Ecclesias ipsas reparare teneantur, de rebusque omnibus ad cultum diuinum necessariis providere, *cap. de his, de Eccles. edif. vel rep. cap. si monachus, 16. quæst. 1.* ad idque ab Episcopo compelli possunt, vt *in dict. cap. de his.* Quod tamen intelligendum est de redditibus, qui supersunt, detractis necessariis pro ipso Rectore, vt notat Alb. *in d. ca. de his,*

13 *num. 2. necnon in cap. 1. eod. tit. & non solum † Rectores Parochialium ad Ecclesiarum reparationem teneri volunt, sed etiam alios in aliqua Ecclesia beneficiatos, Abb. in dict. cap. 1. ad quod allegat text. in cap. fin. de his, qua sunt à maior. part. capit. vbi habetur, quod Canonici, vltra Episcopum, ad Ecclesie restorationem tenentur. Id tamen intelligendum venit pro rata Beneficij, argum. eorum, quæ notat Bart. *in l. 4. ff. de re iud. & detractis pijs necessariis pro ipsis Beneficiatis. Ex quo inferri potest, quod habens capellam in Ecclesia aliqua, & ipse pro rata onus restorationis ipsius Ecclesie subire deberet; prout altare de necessariis ad missarum celebrationem providere tenetur: ad quod confert text. in can. nemo, de consecrat. dist. 1. vbi habetur, neminem posse Ecclesiam ædificare, nisi prius eidem provideat de luminibus, ac rebus alijs necessarijs, & non constituta congrua dote: & docet Roch. de Curt. *de iur. patron. in verbo, dotauerit, quæst. 7.* non est tamen necessaria actualis traditio, sed sufficit promissio, & obligatio ad tradendum Anch. *in d. c. nemo, relatus à Roch. de Curte loco citato.***

14 Secundo supra firmata conclusio, Clericos esse dominos reddituum Beneficiorum Ecclesiasticorum, declaratur, vt non procedat, si constaret Ecclesie, puta Episcopatus, non solum fuisse assignatam portionem pro ministris, ac ministerio, sed etiam pro alendis pauperibus, ac pro fabrica; tunc enim Rectores respectu illarum portionum essent solummodo administratores, vt optimè declarat Molin. *in dict. disput. 142. vers. vi de hac re: dixi, si constaret, nam regulariter præsumendum est, Ecclesiis solum illam fuisse assignatam portionem, ministerium ipsum respicientem; præcipue si fabrica aliquid aliud particulare haberet: & hospitalia, aliaque loca pia adessent pro alendis ipsis pauperibus; tunc enim censendum esset, Ecclesiarum*

Rektoribus solum illam remansisse partem, quæ clericis dari solet ratione ministerij.

15 Tertio declaratur, quod licet clerici conuertentes redditus beneficiorum in vsus prophanos, ad aliquam non teneantur restitutionem, tamen ipsis malè vtendo, & abutendo læthaliter peccant, vt per D. Thom. *loc. cit.* & multi tradunt, quos citat Molin. *in dict. disp. 144. vers. eandem sententiam*: idem secutus fuit Petr. de Arag. *in 2. 2. D. Thom. q. 86. artic. 1.* & eam probat Molin. *loc. cit. vers. prior verò*, vbi respondet contrariis.

16 Prophanum autem hoc loco intelligo, quo ad homines, quo ad actiones, & quo ad res. Quo ad homines intelligo eos, qui sacris initiati non sunt, qui à phano, hoc est à templo, & à Ecclesia, ac à sacris arcibus: vnde inquit Vergilius Poetarum maximus *Æneidos libr. 6. Procul, ò procul esto prophani*: Attingit hoc etiam Bud. *in l. 1. §. exempli, ff. de edil. edict.* Quo ad actiones intelligo vsus duplices, nefarios scilicet, & populares, primi vsus sunt impiorum, secundi vulgarij. Quo ad res vero, intelligo loca irreligiota, & à religione prorsus remota, quibus antitheta sunt sacrum, & religiosum.

Verum si quis opinionem Nauar. sequi veller; clericos nempe dominium non habere reddituum bonorum Ecclesiasticorum, scire deberet, & ipsam varias recipere declarationes: quarum prima hæc est; ¶

17 quod licet secundum hanc sententiam Beneficiarij superflua pauperibus dare teneantur; tamen, quia pauperum appellatione veniunt omnia loca pia. Nau. *in d. Apol. nu. 28.* ipsos redditus conuertere possent in omnem aliam rem in Diuino cultui congruentem. Et qui nam in hac materia dicantur pauperes, declarat Nau. *loco citato, mon. 77. n. 4.* & quæ sint loca pia *mon. 29.* nec in proposito attendenda esse illa distincta Doctorum interpretatio, ex qua multi dicunt, contrafortitates non esse pia loca, de quo per Tiraq. *in praesent. Tract. de Pia causa, in princip. Paris. consil. 34. nu. 15. & seqq. lib. 4.* Corn. *consil. 106. vol. 1.* Gabr. *in tit. de Pia causa conclus. 1.* Menoch. optimè distinguens *in tract. de recuper. possess. remed. 15. quest. 3. nu. 24. & seqq.* Carp. *super stat. Mediol. cap. 47. n. 92. cap. 87. nu. 17. cap. 322. nu. 30. & cap. 324. nu. 229. parte prima*: cum in proposito lata sit facienda interpretatio.

18 Secundo declaratur, vt Beneficiarius possit de ipsis redditibus Ecclesiasticis detrahere honesta alimenta, licet amplum habeat patrimonium, cum ipsum possit hæredibus reseruare, & de redditibus Ecclesiasticis se alere, vt per Nau. *loco cit. mon. 30. & mon. 77.* Diu. Tho. *2. 2. q. 185. artic. 7. ad quantum*, vbi Caiet. Silu. *in verbo clericus, 4. nu. 12.* Sot. *de iust. & iure, lib. 10. quest. 4. artic. quinto ad secundum*, scribentes *in cap. Episcopus, de preb. & post alios Petr. de Arag. in 2. 2. Diu. Thom. quest. 86. artic. 1.* qui respondet text. *in can. clericos, 1. quest. 2.* & latè declarat Molin. *disput. 143.* quod adeo verum est, vt si Beneficiarius eius patrimonium aliquid sibi seruaret de eo, quod ipsius conditione attendita, impendere posset; illud in quoscumque vsus conuertere posset, vt per Nau. *in dict. mon. 28. & seqq.*

19 Tertio declaratur, vt de redditibus Ecclesiasticis Sacerdos possit soluere debita propria, etiam iniuste contracta: Nau. *loc. cit. mon. 46. num. 4.* si tamen patrimonialia non habeat; tunc enim dicitur pauper, vnde distribuendo bona Ecclesiastica, se ipsum eligere potest.

20 Quarto declaratur, quod licet Beneficiarius superflua pauperibus dare teneatur, tamen emptæ proprio nomine Ecclesie non acquiruntur; nam licet non possit de redditibus Ecclesiasticis ad libitum disponere,

secundum hanc opinionem; tamen ipsorum dicitur administrator, vnde, facta emptione, potest, vel ex illa re emptæ se alere, vel rem emptam in aliquem pium vsum conuertere, vt per Nau. *loco citato, mon. 37. & mon. 66.*

21 Quinto declaratur, vt de redditibus Ecclesiasticis possit clericus, & hospites recipere, ob aliqua obsequia sibi præstita, aliquas facere donationes; similiaque peragere, quæ, attendita hominum societate, saltem secundum quid, necessaria videntur. Nau. *loco citato, mon. 78. num. 2. & 3.*

22 Sexto declaratur, vt Beneficiarij possint ipsi eligere pauperes, & sic consanguineos: Silu. *in verbo clericus, quarto, num. 11.* si tamen pauperes sint, & indigeant: quinam autem in hac materia dicantur pauperes Nauar. declarat *loco citato, mon. 77. num. 4.* & de hac consanguineorum electione latè Molin. *de iustitia, & iure, tom. 1. disput. 146.*

23 Septimo declaratur, vt in illis casibus, in quibus Beneficiarij possunt de redditibus Ecclesiasticis disponere, id facere valeant, tam si sint bene valentes, quam ægroti: & quare clerici ægrotantes possint de redditibus inter viuos disponere, non autem testamentis legare, declarat Nauar. *loco citato, mon. 81. in princip. tertia quæstionis.*

His omnibus sic declaratis, remanet decisa quæstio proposita, vt clerici, nempe durante societate bonorum, debeant illas fructus communicare, quorum liberum habent dominium; secus autem alios, de quibus disponere non possunt: & quæ nam hæc sint secundum varias Doctorum opiniones supra declarauimus.

## SUMMARIUM.

- 1 Quæ nec fructus, nec quasiualia respiciunt inter bonorum socios non debent esse communia.
- 2 Societas est alius voluntarius, qui se non extendit ad vno casu ad alium.
- 3 Iurisdictio illa intelligitur acquisita, in qua quis habuit exercitium.
- 4 Alius limitati limitatam inducunt societatem.
- 5 Hæreditates, legata, donationes communicari non debent inter bonorum socios, & quare, num. 6. idque limitatur, num. 7.
- 6 Castrensia, & quasi castrensia non communicantur inter bonorum socios, contra num. 10.
- 7 Quæ Doctoribus dantur, ratione operarum data non censentur.
- 8 Peculium clericale an veniat communicandum inter simplices bonorum socios.
- 9 Dos, quam vnus ex fratribus consequitur, non communicatur inter bonorum socios: & quid in fructibus, num. 13.
- 10 Lucrum dotis, an veniat communicandum inter bonorum socios.
- 11 Expensa facta à socijs bonorum extra societatem, propria, non communes esse debet: vt expensa studij Doctoratus, ac facta in aliquo alio honore consequendo, num. 16. etiam si alter frater viuo patre easdem fecerit impensas, num. 17.
- 12 Expensa facta in ducenda vxore propria, non communes esse debent inter simplices bonorum socios: & idem dicendum est de expensis factis in alendis filiis, num. 19. in infirmitate, num. 20. in armis, equis, vestimentis, ac rebus similibus, num. 22. quod declaratur, num. 23. & limitatur, num. 25.
- 13 Res alienam extra societatem contractam, de proprio solui debet.

- 24 *Fructus & quaestualia inter bonorum socios esse communia, quando intelligendum.*  
 26 *Damna societatem ipsam non respiciunt; propria, non communia esse debent; secus si societatem ipsam respiciant; & ipsa societas fuerit damnorum causa proxima, non remota, num. 27.*

Quæ inter simplices bonorum socios non debeant esse communia, nonnullis exemplis declaratur.

## CAP. XI.

- D**iximus, & tribus regulis declarauimus, quænam inter simplices bonorum socios debeant esse communia; de duabus primis affirmatiuis vidimus in superioribus, nunc ponamus tertiam negatiuam: quod nempe ꝑ ea omnia, quæ nec fructus bonorum in communi retentorum, nec quaestualia respiciunt, sed aliam causam habent, nec respectu lucri, nec damni sunt communia: quæ regula probatur primo ex duabus aliis regulis affirmatiuis supra positis, nempe solum fructus, & quaestualia inter bonorum socios intelligi communicata. Secundo probatur ex *leg. si fratres, ff. pro soc. cuius hæc sunt verba: Si fratres parentum indiuisiua hereditates ideò retinuerint, ut emolumentum, & damnnum in his commune sentirent, quod aliunde quaesierint, in commune non redigetur*: ea igitur, quæ ex ipsa bonorum communione non proueniunt, non sunt inter bonorum socios communia, ut tradit Rom. in *conf. 315.*
- 2 Tertio, certum est, societatem esse actum voluntarium; ac propterea non se extendit de vno casu ad alium, arg. *l. cum duobus, §. cum duo erant argentarij, ff. pro soc.* sed restringitur intra limites expressæ, vel presumptæ voluntatis: sed in proposito voluntas non fuit declarata, nisi respectu bonorum in communi retentorum, ergo ad alia se extendi non debet.
- 3 Quarto, à simili dicimus, quod illa iurisdictio tantum, & quasi possessio intelligitur acquisita, in qua quis habuit exercitium, *cap. dilectus, de decim. leg. prima, §. Iulianus, ff. de prescript. & sic illa solum societas intelligitur contracta, quæ de necessitate ex actibus communibus resultat.*
- 4 Quinto, actus limitati limitatam inducunt societatem, ut notat Bart. in *leg. prima, §. si quis hoc interdico, ff. de itin. & all. priu.* sed actus fratrum simul solummodo bona possidentium sunt ad illa bona limitati, ego limitatam ad ea inducunt societatem.
- 5 Ex qua regula ad plura infertur, & primo, quod acquisita ex hæreditate, legato, vel donatione, non veniant inter bonorum socios communicanda, *leg. nec adiecit, ff. pro soc.* ꝑ quæ licet ex titulo lucratiuo prouenire dicantur, *l. inser stipulantem serum, ff. de verb. oblig. l. si seruus legatus, §. Sticum, vers. item si dominus, ff. de leg. 1.* aliam tamen causam habere dicuntur, cum proueniunt, vel uti debita jure nature à consanguineis, vel à meritis præcedentibus, vel à liberalitate ipsius donantis, vel ab aliqua alia causa longe diuersa ab ipsa societate, ut post alios dixit Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 16. num. 3. & seqq.*
- 7 Quod limitati, si hæreditas, vel legatum fuerit relictum, & donatio fuerit facta contemplatione societatis, *gl. in leg. additio, §. primo, ff. de acquir. hered.* id tamen intelligitur, si societas fuerit causa proxima, non autem remota, & si solum occasionem præbuerit, secundum distinctionem Petrus de Vbald. de

*duobus fratribus, part. 3. num. 1. vers. idem in lucro. Mant. loco cit. num. 7.*

- 8 Bona pariter castrensia non esse communicanda, certo certius esse, dixit Bald. in *conf. 239. vol. 4. & idem asserendum est in quasi castrensibus, cum eisdem gaudeant privilegiis, l. cum oportet, C. de bon. q. lib. ad quod conferunt tradita per Doctores in *leg. diem furem, ff. de off. assess. & rationem esse dicunt, ꝑ quia ea, quæ Doctoribus dantur, vel ratione stipendij, ut in ludicibus, vel salarij, & honorarij, ut in Aduocatis, operas non respiciunt, quæ nulla mercede æstimari possunt, ut per Doctores, quos Carp. citat super *stat. Mediol. par. 2. cap. 483. num. 257.* Carroc. tamen *loc. & cond. part. 2. in tit. de Medico, quest. 10. num. 3. & 4.* admodum iniquum sibi videri asserit: ꝑ ut, si vnus ex fratribus curis, & domesticis incumbat negotiis, pro communi utilitate, & alter militiæ, vel litteris operam nauet; miles, vel Doctor proprios faciat suos quaestus; alter verò suos labores in communi ponere debeat: Et certè, si ex hoc maxima inæqualitas resultaret, sequenda esse opinio Carroc. & eo maximè, quia, dum vnus domesticorum negotiorum onus suscepit, alter maiorem habuit commoditatem litteris incumbendi; vnde de bonis castrensibus, vel quasi, saltem pro rata laboris participare deberet: dixit pro rata, quia inconueniens admodum esset, ut, si Doctor, vel miles ingentes facultates sibi comparassent, eas communicare deberent cum fratribus, qui solum curam habuerunt bonorum communium: & sic temperari forsitan possent opiniones Bald. & Carroc.**
- 11 Et ex dicta illatione inferri etiam posset ad peculium clericale, licet enim supra dixerim, clericos socios bonorum illos debere communicare fructus, quorum dominium habent; tamen peculium clericale, nec ex fructibus prouenit, nec minus ex operibus, cum oblationes, quæ fiunt sacerdotibus sacramenta administrantibus, sint Eleemosinæ, non autem operarij pretia, aliter diceretur Simonia, *capit. non factis, de Simon.*
- Omnia tamen superius tradita circa hanc illationem, procedunt respectu sortis, non autem fructuum, in quibus contracta censetur societas, vnde respectu ipsorum nulla competeret repetitio.
- 12 Dos pariter vnus ex fratribus vxorem ducentis propria remaneret, cum viro acquiratur, *l. dotem ancillam, C. de rei vend.* imò dicitur naturaliter permanere in dominio vxoris, *leg. in rabui, C. de iur. dot. ciul. que proprium appellatur matrimonium, lib. 3. §. s. d. virum, in fin. de min.* ꝑ licet quantum ad fructus, si in communi onera matrimonij sustineantur, communis dici debeat, æquitas enim suggerit, dotis fructus ad eos pertinere, qui onera sustinent, Bald. in *conf. 444. num. 3. & seq. & in conf. seq. in prin. lib. 3. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. art. 16. num. 12.*
- 14 Et idem dicendum esset de lucro dotis, cum non detur pro oneribus matrimonij, Roland. *de lucro dot. quest. 110. num. 4. vers. sic. secundus casus.* Mant. loco citato, num. 13. nec possit conuenerari inter quaestualia, cum viro titulo oneroso acquiratur, *leg. pro oneribus, C. de iur. dot. cap. salubriter, de vsur.* Mant. loco citato, num. 14. ad quod conferunt tradita superius in prima parte, *capit. 8. licet secus dicendum sit, si omnium bonorum sint socij, de quo infra in hac eadem parte, c. 23.*
- 15 Secundo, ex eadem regula infertur, ut omnes expensæ factæ ab vno ipsorum fructuum, quæ societatem ipsam non respiciant, propriæ esse debeant illius, qui eas facit, non communes, *l. in conf. 5. volum. 1. Corn. conf. 12. vol. 2. Ruin. conf. 29. lib. 5. l. in l. neuu-*



16 ni, num. 5. de coll. † sic exemplum de expensis factis in studio Barr. ac Bald. in suo Tract. de duob. fratr. & probat tex. in l. qui originem, §. fin. ff. de mun. & hon. cuius hæc sunt verba: *Is, qui duos filios relinquebat, nihil de expensis unueribus alterius filij ex communis patrimonio superuenis suis cauit, propriis sumptibus, & muneribus, & honoribus, qui ei iniunguntur, suscipere debet: quamuis pro altero unius pater eiusmodi onera expedierit.* Idem probat tex. in l. ex parte, §. filius, ff. fam. er. sc. in illis verbis: *filius reipublica debita, quæ post mortem patris contraxit, fratri suo pro parte hereditaria reputare non potest, si non in omnibus socij sint, licet hæreditatem paternam communem habeant, & pater pro altero filio in patria magistratu fructus decessit: ad idem allegari possunt l. si filium, ff. de mun. & hon. l. si uni, §. idem scribit, ff. fam. er. sc. & l. Lucius, §. idem respondit, ff. ad Munic. quibus in locis clarè probatur, expensas omnes factas ab vno ex fratribus post mortem patris, proprias esse debere.*

Et non solum expensæ factæ in studio propriæ esse debent, sed etiam illæ, quæ fiunt in suscipiendo Doctoratus gradu, vel in aliquo officio consequendo, vel alio honore, ac dignitate acquirenda; ut miles exempli gratia dux militum euaderec. † Quod ampliatum procedere, etiam si alter frater, eundem gradum viuentre patre communibus expensis acquisiuerit, ut probat, expressè tex. in dict. leg. & qui originem, §. fin. ff. de mun. & hon. ni illis verbis: *Quamuis pro altero unius pater eiusmodi onera expedierit, & tex. in d. l. ex parte, §. filius, ibi: & pater pro altero filio in patria magistratu functus decessit: licet secus sit in totis omnium bonorum, ut in d. §. filius in illis verbis: Si non in omnibus socij sint, de quo infra cap. 29. & 30.*

17 Idem dicendum esset, si vnus ex dictis fratribus uxorem duceret, de proprio enim deberent fieri expensæ: Bald. in suo tract. de duobus fratrib. in fin. lal. in cons. 5. num. 6. volum. 1. Aret. in §. ultimo. Instit. de societ. & tradit Petr. de Vbald. de duobus fratrib. par. 6. nu. 13. per iura superius allata. Non loquitur tamen de expensis mensæ, quas communes redderet mensæ societas, ut supra suis locis fuit dictum.

18 Idem asserere deberemus de expensis factis pro filiis, ac nutricibus. Bald. in leg. si paterno, C. de neg. gest. lal. in l. ut nemini, num. 5. C. de collat. latè lal. in d. cons. 5. vol. 1. nisi tamen mentiam ipsam respicerent, ut supra dictum fuit.

19 De expensis factis in infirmitate, idem est respondendum, nisi tamen infirmitas obuenerit occasione societatis, Petrus de Vbald. de duobus fratrib. par. 6. quest. 11. quem refert, & sequitur Rimin. l. un. cons. 366. num. 7. qui latè probat, similis expensas proprias non communes esse debere.

20 Idem de æte alieno ab vno ex fratribus extra societatem contracto, Specul. in tit. de ind. §. sequitur, ver. sic.

21 quid si duo fratres. † Idem in impensis factis in vestimentis, armis, equis, torneamentis, ac rebus similibus, de quibus per Rimin. l. un. loc. cit. quantum propterea expensarum tempore diuisionis ratio haberi debet, ut per ipsum; & generaliter in omnibus aliis expensis societatem ipsam non respicientibus, idem asserendum, lal. in d. cons. 5. Cotn. in d. conf. 122. vol. 1. Ruin. in cons. 29. vol. 5. lal. in leg. ut nemini, C. de collat. & allegant tex. in leg. socium, §. fin. & tex. in l. si vnus, §. si quid ff. pro soc. Verum leges prædictæ loquuntur de societate expressè contracta super aliqua negotiatione, quo casu non est mirum, si expensæ factæ extra illam negotiationem non debent esse communes: sed † cum in socijs bonorum fructus omnes communes dicantur; de

qua nam re fuerint illæ expensæ factæ, videtur maximè attendendum: nam triplici modo euenire potest, ut vnus ex fratribus illas fecerit expensas, vel contrahendo æs alienum, vel distrahendo proprietatem, vel fructus, seu quæstualia accipiendo: de primo nulla est difficultas, æs scilicet alienum de proprio illius, qui illud contraxit, esse soluendum: circa secundum, cum proprietates sit communis, partem solum fratrem tangentem restituere debet vnâ cum fructibus, damnis, & interesse; si id inuito, & inscio fratre fecisset. Et idem dicendum est de tertio modo, cum enim fructus, & quæstualia sint communia; solum partem alterum fratrem tangentem, restituere esset obligatus: Nec dicatur, † fructus, & quæstualia sunt communia, ergo nulla competit repetitio, nam sunt communia, quia æqualiter diuidi debent, nullo habito respectu, an magis ex portione, seu industria vnus, quam alterius proueniant; non autem, quod de ipsis, quilibet in præiudicium alterius disponere valeat. Et hoc est, quod dixit Ludouic. conclus. 33. vers. scilicet. *Declaratur etiam, sibi. 128. Quod licet fructus, & quæstualia non possint repeti, hoc tamen esse intelligendum, si ratione victus, seu in alijs casibus permissis ex natura societatis fuerint consumpti, secus si in alijs casibus extra societatem.*

22 Quæ secunda illatio possit variis modis limitari, sed, comprehendendo omnes casus, dicat, non competere aliquam expensarum repetitionem, si factæ fuerint in ipsa societate, vel causa, & occasione ipsius.

23 Tertio, & ultimo ex eadem regula inferitur, omnia damna, quæ nec fructus, nec quæstualia respiciunt, propria, non communia esse debere, cum sint extra societatem: illa verò, quæ emergunt ratione societatis, communia censeri, leg. si id, quod, §. item Celsus, ff. pro socijs. dummodo eueniat damnum absque dolo, & culpa alicuius; stante enim dolo, vel culpa proprium esse deberet, cum dolus nemini patrocinari debeat: & dummodo † ipsa societas fuerit causa immediata, & proxima damni, non autem remota; quod in damnis maximè esse attendendum, dixit Petr. de Vbald. de duobus fratribus par. 8. in princip. qui plura refert exempla causæ remotæ, & proximæ: & apud ipsum videri possunt.

## S V M M A R I V M.

- 1 Frater, si capit stam in studio viuente patre, an possit illud complere expensis communibus.
- 2 Munera capta debent perfici de communi, licet de communi inchoari non possent, & nu. 7.
- 3 Hæres mandatarij, tutoris, vel socij tenetur expedire negotia ab ipsis capta.
- 4 Institutum à patre testans obligat hæredes, quatenus pater erat obligatus.
- 5 Cohæredes tenentur, quatenus pater, seu testator erat obligatus.
- 6 Donatio morte non confirmatur, vbi non est facta traditio.
- 7 Lex, si filia in §. idem scribit, ff. famil. eccles. declaratur.
- 8 Pater consentiendo obligationi filij, intelligitur accedere tanquam fideiussor.
- 9 Pater non tenetur subministrare filio expensas studij, vsque ad finem, & num. 12. & 15.
- 10 Obligatio patris pro filio an transeat ad hæredes.
- 11 Lex, Macedoniani, C. ad Maced. declaratur.
- 12 Flio pro alimentis nulla competit actio, ut contra pa-

trem, nec Hypotheca in eius bonis.

- 16 Pater retinenda filium in studio, tenetur ei necessaria ministrare.
- 17 Frater licet in aliquibus casibus fratrem alimentare teneatur, ipsam tamen ad studium mittere non est obligatus.
- 18 Frater non debet participare de expensis factis à fratre in studio post mortem patris, nisi omnium bonorum sint socij, num. 19.

Si frater viuente patre in studio stare cæperit, an post mortem patris possit prosequi studium expensis communibus.

### CAP. XII.

**D**iximus in cap. superiori in secunda illatione, expensas societatem ipsam non respicientes proprias, non communes esse debere inter simplices bonorum socios; idque exemplificauimus in expensis studij; circa quas pulcherrima oritur dubitatio: † An si vnus ex fratribus viuente patre in studio stare cæperit, possit post mortem patris prosequi studium expensis communibus: quam questionem proponit, sed non resoluit Vital. Nemaus. de coll. q. 37. Et latè eam disputat Franc. Potcell. de duob. fratr. in 2. quæst. princ. n. 10. In qua Dyn. & Bart. contrarij sacre; vnde quid Dynus, quidue Bart. asserat primo videbimus, deinde quid dicendum sit cum vera, & communi opinione. Dyn. igitur in l. Lucius, §. idem respondit, ff. ad Mac. d. videtur tenere, fratrem studium prosequi posse communibus impensis, etiam aliis fratribus inuitis, & mouetur, † quia munera cæpta debent perfici de communi, licet noua inchoari non possint, leg. si filia, alias incipit si vni, §. idem scribit, ff. fam. ercisc. & nota glos. in l. & qui originem, §. fin. ff. de mun. & hon. ergo istud munus cæptum de communi, de communi pariter perfici debet.

3 Secundo, pro eadem opinione sic argumentatur Bart. in l. prima, §. nec Castransis, num. 12. ff. de collat. bon. Hæres mandatae tutoris, vel socij tenetur expedire negotia ab ipsis cæpta, l. hæres socij, ff. pro soc. l. 1. ff. de hered. tut. & l. furti, §. fin. ff. de his, qui not. infam. sic etiam videtur dicendum, fratres hæredes patris debere expedire munus cæptum à patre, & sic retinere fratrem in studio expensis communibus, Bart. tamen loc. cit. tenet oppositum, & mouetur primo, † quia factum patris inchoatum erga filium eatenus obligat hæredes, quatenus pater erat obligatus de necessitate, l. & si filium, in l. al. honores, §. is, qui, ff. de decur. quæ iura sic inducit. Dignitas Decurionatus est initium ad alias dignitates, vt in d. §. is, qui. Et tamen, si pater consenserit Decurionatus, successores non tenentur post mortem patris, respectu aliarum dignitatum, d. l. & si filium, & l. Lucius, §. idem respondit, ad Alunic. Sic igitur dicendum est, non teneri fratres post mortem patris, licet studium non sit quoddam necessarium initium ad Doctoratum. Secundo, ad idem Bart. allegat tex. in l. si filia, §. idem scribit, ff. fam. ercisc. vbi probatur, quod † eatenus cohæredes tenentur, quatenus pater erat obligatus; sed in questione proposita pater non poterat cogi ad retinendum filium in studio vsque ad finem, ergo nec etiam eius hæredes, cum eiusdem sint conditionis, l. hæredem, ff. de re iud.

6 Vltimo pro opinione negatiua sic argumentatur Bartol. aut volumus, fratres teneri ratione obligationis in eos transfusæ, & hoc est falsum, cum nulla reperitur obligatio apud patrem, Aut vigore donationis morte confirmatæ, quæ vim relicti habere solet: nec etiam id asserere possumus, cum pro futuro tempore non possit dici facta traditio necessaria, vt donatio morte confirmetur, leg. Pompanius, ff. de donat. inter vir. & vxor. quam sententiam approbauit pater in d. l. si filia; §. idem scribit, & in d. l. Lucius, §. idem respondit, ff. ad Mac. & eam sequitur Bald. in l. omni modo, §. imputari, num. 7. de inoff. testam. & in l. filia, C. fam. ercisc. Et est communis, ac recepta sententia; cuius præcipuum est fundamentum, patrem non esse obligatum retinere filium in studio vsque ad finem studij, ac idè nec etiam ad id eius hæredes cogi posse, ne peioris sint conditionis: Patrem autem non teneri mittere filium ad studium, dictum fuit supra in prima parte, c. 25. Ad argumentum autem Dyn. respondetur, quod † munera cæpta debent de communi perfici, quando pater ex incæpto munere obligatur ad confirmationem totius actus. † Et in his terminis loquitur d. l. si filia, in §. idem scribit: vbi habetur, quod si filius in obtinendis muneribus publicis ex voluntate patris ad aliquid se obligauit, illud debet deducere de communi tanquam res alienum. † cum enim pater consenserit, pro fideiussore habetur, vt per glos. ibi: ex quo apparet, rex. loqui in obligatione perfecta, ita vt obliget patrem ad totum id, ad quod se obligauit filius. † At nos sumus in casu, in quo non est obligatus pater ad complendum studium filio, vnde, eo mortuo, non remanet aliqua obligatio, quæ transire possit ad hæredes, vt per Bart. in d. §. idem respondit.

Ex qua responsione colligitur conclusio, quod, si queramus, an obligatio patris pro filio transeat ad hæredes, sic distingui debeat. † Aut pater aliquid incæpit pro filio, seu filio incipienti consensit, propter quod obligetur ad consumationem totius actus, & tale onus ad hæredes transit, d. §. idem scribit. Aut ex eo, quod incæpit, seu filio incipienti consensit, non obligatur ad consumationem totius actus, & tunc eatenus transit obligatio ad hæredes, quatenus ipse defunctus tenebatur, leg. si filium, ff. de mun. & bon.

11 Replicat tamen Bald. ad propositum in d. l. filia, sub numer. 12. C. fam. ercisc. licet non sit contracta à patre aliqua obligatio pro toto tempore studij, tamen hoc officio iudicis contineri, cum medium, & finis habeant quodammodo necessariam consequentiam à principio: vnde cum pater cogatur officio iudicis alimentare filium in studio terento, eique libros emere, l. Macedoniani, C. ad Mac. ista necessitas per mortem patris videtur transmissa ad hæredes, & sic vt cogi possint ad fratrem in studio retinendum, donec ipsum compleuerit. Solut tamen ipsemet Bald. argumentum dicendo, tempus, & expensas studij non esse ita vnitas, restrictas, & limitatas; vt, si pater eas ministrare incæperit, ad eas prosequendas cogatur.

13 Lex verò Macedoniani, C. ad Mac. probat, solum obligatum esse patrem, si filium in studio retinet ipsi debita alimenta, & expensas ministrare; non autem, quod ipsum in studio retinere cogatur; cum ipsum tantummodo alimentare debere iure probetur,

14 † pro quibus alimentis nec actio competit, leg. prima in fin. de iust. & iur. sed solum officium iudicis, Bart. in l. si quis à liberis, ff. de lib. agnos. Ac propterea filius pro consequendis alimentis non habet hypothecam,

Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 15. tit. 13. num. 77. Gratian. discept. Forens. tom. 2. discept. 366. Si tamen ipsum de facto retineat in studio, utique necessaria subministrare tenetur, ut in d. l. Macedoniani. † Sed hinc non sequitur, ut teneatur usque ad complementum studij, cum mittere filium ad studium non possit reputari pro unico actu usque ad finem, ut per Bart. & Bal. locis citatis: ac propterea eatenus durat obligatio, quatenus durat retentio, per d. l. Macedoniani, † cui concordat text. in l. Iulianus, §. quod dicitur, ff. eod. Et tunc omnes expensæ dicentur versæ in rem patris, l. 3. §. proinde, ff. de in rem vers. ac idem si filius pro suis necessariis indigentibus in studio aliquid mutuo acciperet, ad ipsum restituendum cogere tur pater, ut habetur in d. l. Macedoniani, & in d. 8. quod dicitur; si tamen mutuum non excederet necessaria, excessum enim non diceretur versum in rem patris.

17 Quod ampliandum esse procedere, etiam si frater pauper esset, quicquid in contrarium asserere videatur Bal. nam licet quandoque frater propter paupertatem teneatur fratrem alere, de quo in tertia parte c. 31. tamen, quod ipsum in studio retinere sit obligatus, nullibi in iure reperitur cautum.

18 Sit igitur firma conclusio, fratrem de expensis studij alterius fratris post mortem patris participare non debere; licet tempore patris studium incepserit; quam opinionem reuocant Bart. & Bald. locis citatis, Flor. conf. 2. in 3. dub. lib. 1. Salyc. in d. l. filia, C. sum. et. iso. nu. 18. Rom. conf. 145. sub nu. 1. Caltr. conf. 242. in fin. vol. 2. Alex. conf. 77. lib. 4. Io. Dilcct. de art. test. tit. de legitima, can. 51. Cap. conf. 10. in 3. dub. num. 31. Ial. in Auth. quod locum, nu. 3. C. de coll. & hanc opinionem esse communem, dixit Rebuff. de priuil. schol. priuil. 59. Mangil. de imputat. quast. 21. num. 1. † Quod tamen esset limitandum, si inter fratres societas omnium bonorum contracta repetiretur, quæ omnia fuerit communia; ut suis locis infra dicam; & in hanc sententiam inclinat etiam Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 2. quast. 21. num. 48.

## S V M M A R I V M.

## De requisitis necessariis ad inducendam omnium bonorum societatem.

## CAP. XIII.

Nunc ad aliam societatis speciem deueniendum est, quæ dicitur omnium bonorum; & quæ tacite quandoque inter fratres contracta censetur, ut probauimus supra in cap. 1. nu. 11. & seqq. Et quoniam de ipsa diuersimodè loquuntur Doctores, † ego, ut aliquo ordine procedam in hac perplexa materia, primum agam de requisitis necessariis ad ipsam inducendam, secundo de coniecturis indicantibus fuisse inductam, tertio de coniecturis contrariis, quarto de effectu dictæ societatis, quinto de solutione, sexto de renouatione quæ omnia pluribus, ac distinctis capitulis examinabo; & primo videamus requisita necessaria. Et licet † multi asserant, tria solummodo requiri, ut per Mascard. de probat. conclus. 1309. num. 23. vol. 3. Mantic. de tacitis, & ambig. conuent. lib. 6. tit. 10. nu. 1. Heët. Felic. de societate, cap. 10. num. 17. Menoch. de presumpt. lib. 3. presumpt. 16. num. 37. Rota coram Seraph. decif. 1305. num. 1. ubi in addit. plures aliz allegantur auctoritates, & decisiones: tamen ad maiorem declarationem dicam ego, quinque requisita esse omnino necessaria, ut omnium bonorum societas inducenda censetur. Primo, ut bona fuerint in communi possessa, secundo, cohabitatio ad eandem mensam, tertio, communio fructuum bonorum in communi retentorum, quarto, ut omnia vndecumque prouentia fuerint communicata; quinto, & ultimo, ut inter ipsos fratres numquam fuerit reddita ratio. De primo requisito dubitari non potest, † si enim unusquisque pro diuiso suam retineret partem, numquam posset dici contracta societas omnium bonorum; etiam si fructus adinuicem fuissent communicati; cum talis societas communes non solum reddat fructus, sed etiã proprietatem ipsam, unde contrarius prorsus huic societati esset actus iste diuisionis, ac propterea communem bonorum possessionem esse necessariam, non est ambigendum. † Cohabitatio pariter ab omnibus consideratur Doctoribus: si enim separatim viuerent, necessarium etiam esset, ut separatas facerent expensas, ac propterea saltem respectu expensarum victus, non posset considerari communio: & sic cessaret societas omnium bonorum; quæ omnia reddit communia, nec vno excepto. Animaduertendum tamen est in proposito, † cohabitationem eandem domum non inducere, fieri namque posset, ut unusquisque in separato appartamento maneret, proptis viuendo sumptibus; sed potius cohabitationem considerari respectu expensarum victus: ac propterea, etiam si in diuersis domibus manerent, vel ratione maioris commoditatis, vel ex aliqua legitima causa, communibus tamen expensis viuendo, adhuc cohabitare dicerentur: imò etiam si in diuersis ciuitatibus, dummodo pariter expensa esset communis: cum per se non consideretur cohabitatio, nec materialis domus, sed solum quatenus simul habitando, simul de communi viuunt, Dec. conf. 628. Decian. conf. 36. num. 2. lib. 1. Menoch. conf. 656. nu. 10. lib. 7. Mantic. de tac. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 10. num. 7. Heët. Fel. de sociat. cap. 10. nu. 12. Et quotidie videmus, mercatores præcipuè non solum in diuersis Ciuitatibus, sed etiam in diuersis regionibus permanere negotiorum causa; prout ipsis,

- 1 De societate omnium bonorum, quo ordine tractet Auctor.
- 2 Requisite necessaria ad inducendam omnium bonorum societatem.
- 3 Possessio bonorum pro diuiso necessaria est in societate omnium bonorum.
- 4 Cohabitatio necessaria reputatur ad inducendam omnium bonorum societatem, & quomodo id intelligi debeat, num. 5.
- 6 Cohabitatio non requirit aliquod certum tempus.
- 7 Communio fructuum bonorum in communi retentorum necessaria est in societate omnium bonorum, quæ tamen per se non sufficit, ut num. 8.
- 9 Communio fructuum non arguit communionem proprietatis.
- 10 Societas omnium bonorum, ut dicatur contracta, necessaria est communio omnium vndecumque prouentium.
- 11 Actus uniformes pro unico reputantur.
- 12 Actus ad inducendam omnium bonorum societatem debent esse difformes.
- 13 Societas omnium bonorum non admittit rationis redditionem, quod tamen declaratur num. 14.
- 15 Societas omnium bonorum concurrentibus requisitis enumeratis, tacite inter fratres intelligitur contracta, & de ratione, num. 16.

& peregrinari, & nauigare quandoque necessarium existit: & quot sunt, qui vel causa studij, vel litium, vel alterius rei patriam per aliquod temporis spatium relinquere coguntur? nec hinc dici potest societatem omnium bonorum non contraxisse, vel contractum dissoluisse. Non omittam pariter, † cohabitationem hanc non requirere aliquod certum tempus 30. annorum secundum aliquos, vel decem secundum alios, nam licet ex longqua cohabitatione eo magis præsumatur, adfuisse hanc omnium bonorum societatem; hinc tamen dici non potest, quod non præsumatur contracta inter fratres, si alia omnia concurrant requisita, de quibus infra, vt per Heët. Fel. in d. cap. 10. n. 24. † Tertium requisitum pariter est necessarium, nempe communio fructuum bonorum in communi retentorum; quod si necessarium est in simplici bonorum societate, vt supra loco fuit dictum; eo magis necessarium erit in societate omnium bonorum, quæ meum, & tuum omnino excludit: & hæc sunt illa tria requisita, quæ diximus esse probanda, ad inducendam simplicem bonorum societatem, vt in cap. 6.

† non sufficientiam tamen, vt omnium bonorum societatis possit dici contracta, vt probat tex. in l. ex parte, §. filium, ff. fam. ereise. in illis verbis, licet hereditatem paternam communem habeant: Alex. conf. 160. num. 9. lib. 6. Rom. conf. 313. Dec. conf. 21. & conf. 451. Anch. consil. 31. Menoch. conf. 12. num. 19. vol. 1. Mascard. conclus. 23. num. 24. plures alios ad propositum citat Mant. de tac. & amb. conuent. lib. 6. tit. 10. nu. 2. † & quod alia requisita, & coniecturæ non sufficiunt ad inducendam omnium bonorum societatem, nisi adsit communio omnium vndecumque acquiritorum, nouissimè post alios docet Grat. decept. Forens. cap. 993. num. 1. & seqq. & est ratio in promptu, quia communio fructuum, non arguit communionem proprietatis, Rom. conf. 141. num. 23. lib. 5. ac idèd † quartum dicunt omnes esse necessarium requisitum; nempe, vt omnia vndecumque prouenientia fuerint communicata: dixi, omnia, & sic tam damna, quam lucra, & tam ex labore, & industria prouenientia, quam ex aliis rebus aliam causam habentibus; & tam respectu fructuum, quam proprietatis, Carp. sup. stat. Med. part. 2. cap. 483. nu. 29. & seqq. natura enim istius societatis ea est, vt omnia bona, nullis diminutis communicentur. Et quicquid queritur per socios, vel amittitur, commune sit, vt per Mascard. loc. cit. num. 21. Cror. conf. 40. num. 6. Rol. à Val. conf. 91. vol. 1. pluries citat Lud. conclus. 53. vers. sic natura societatis, dixi, vndecumque, quia licet omnia lucra, respectu vnus negotiationis fuissent communicata, hinc tamen non esset præsumendum, omnium bonorum societatem fuisse inductam, Menoch. dist. conf. 12. num. 19. Rot. Rom. in nouiss. decis. 169. numer. 8. part. 2. & ratio adducitur, quia † licet illi actus essent pluries, dicerentur tamen vniformes, vti respicientes vnã tantum negotiationem, ac propterea omnes pro vnico reputari deberent; & hinc Bal. in leg. si patrum, C. com. vtr. iud. dixit ad inducendam omnium bonorum societatem, † actus debere esse difformes, & alij scribentes docent in l. Titium, & Menium, §. altero, ff. de admin. tut. Butt. conf. 77. Rom. conf. 291. Soc. conf. 192. vol. 2. Alex. consil. 49. vol. 1. Dec. consil. 56. vol. 1. & conf. 628. vol. 2. las. latè conf. 2. numer. 21. vol. 3. Decian. conf. 85. in 3. dub. vol. 2. Paris. conf. 84. vol. 1. Nat. conf. 91. lib. 1. Ceph. plures cumulatim conf. 483. num. 2. de qua actuum difformitate infra dicetur in cap. 16. Et sub hoc requisito continetur, vt fratres omnia eorum bona tam mobilia, quam stabilia agendo, & negociando, promiscuè communicauerint; & non solum fru-

ctus prædiorum paternorum, verum etiam aliunde acquiritorum, ita expensas, tam publicas, quam priuatas, necnon lucra vndecumque prouenientia, mercedes, salaria, debita, credita, tam propria, quam paterna, hæreditates, legata, donationes, dotes, & similia, & non solum quantum ad fructus, sed etiam quantum ad proprietatem. Quintum, & vltimum est requisitum, † vt inter ipsos fratres nulla vnquam fuerit reddita ratio, parum enim esset omnia retinere in communi, si postea de fructibus, lucris, damnis, & expensis vnusquisque rationem reddere deberet; ac propterea si vnus fratrum conscriberet librum rationum, ex quo appareret, vnum alteri debitorem esse, cessaret prorsus præsumptio societatis omnium bonorum, Dec. conf. 21. num. 6. lib. 1. Nat. consil. 100. num. 3. lib. 1. Ceph. conf. 340. num. 11. lib. 3. Lud. conclus. 53. vers. deoimquinta coniectura, Mascard. conclus. 1309. numer. 33. Menoch. conf. 12. num. 27. lib. 1. & conf. 121. numer. 9. lib. 1.

† Quod tamen declarat Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 36. num. 44. procedere in libris rationum ad hunc effectum retentis, vt inspici debeat, quis eorum alteri fuerit debitor; secus si libri fuerint retenti, ad hoc, vt tamquam diligentes paterfamilias videre possint lucra negotiationum, redditus, impensasque domus, & in his terminis dicit procedere tradita per Alc. de præsumpt. reg. prima, præsumpt. 25. nu. 2.

Et concurrentibus omnibus istis requisitis communis est omnium sententia, societatem omnium bonorum intelligi contractam, vt per Mascard. de prob. conclus. 1309. num. 23. dicentem, communionem omnium bonorum, & eorum promiscuam possessionem, lictorum vniuersorum, ex quacumque causa, ac damnorum, & bonorum, ac onerum communicationem, postremo de superluctatis rationem inter eos reddi, solitum non fuisse hæc societatem omnium bonorum inducere, Borgo. decis. 10. num. 3. part. 2. & decis. seq. nu. 1. Carp. sup. stat. Mediol. part. 2. cap. 483. num. 29. Rot. Rom. in nouiss. decis. 169. num. 8. part. 2. l. conf. 2. & 3. lib. 3. Ceph. conf. 483. Crau. conf. 159. Port. Imol. conf. 68. numer. 18. & seqq. Lud. conclus. 53. vers. natura societatis, plures alios citat Menoch. in d. præsumpt. 36. numer. 37. Alc. de præsumpt. reg. prima, præsumpt. 25. Dec. in dist. conf. 21. nu. 2. necnon in conf. 68. nu. 1. lib. 1. & in conf. 347. sub num. 3. Sim. de Præc. conf. 24. num. 10. Rim. Iun. conf. 280. lib. 3. alios citat Heët. Fel. de societate, cap. 10. num. 17. & alij videri possunt apud Mant. de tac. & amb. conuent. lib. 6. tit. 10. num. 2. quibus addi potest Gratian. discept. Forens. lib. 3. cap. 547. n. 1. Et rationem esse, † quia hæc omnium vndecumque prouenientium communio non potest intelligi facta citra nomen societatis omnium bonorum, cum habet actus difformes, qui ad vniformem societatem reduci non possunt Soc. conf. 160. vol. 2. Paul. de Cast. conf. 349. vol. 1. Cep. conf. 483. de actibus enim difformibus, & necessariò hanc societatem inferentibus intelligi debent Doctores allegati, vt declarat Corn. in conf. 251. post nu. 1. vol. 4. Ceph. consil. 247. num. 20. Decian. respons. 67. n. 1. 34. vol. 2. Mascard. in dist. conclus. 1309. numer. 48. Rot. Rom. loco supra citato nu. 6. Ac idèd vnum requisitum sine altero probare non sufficeret, Anch. consil. 301. Rom. in d. conf. 291. Dec. in dist. conf. 291. Drø. in dist. conf. 21. num. 2. Crau. conf. 186. Ceph. conf. 340. num. 12. Decian. respons. 81. num. 5. vol. 3. Menoch. dist. consil. 12. num. 1. & 19. lib. 1.

## S V M M A R I V M.

1. Ex communiõne longi temporis præsumitur societas omnium bonorum: si tamen fuerit facta vis de re communi num.

- num. 3. & fuerit oniuersalis num. 4.
- 2 Longum tempus in prasumenda omnium bonorum societate quale dicatur.
- 3 Societas omnium bonorum non prasumitur ex actibus, qui fieri possunt extra nomen societatis.
- 6 Emptio communi nomine facta arguit societatem: non sufficit tamen, nisi re empti in communi usi fuerint, num. 7.
- 8 Emptio communi nomine facta non operatur, si de voluntate non contrahenda societatis appareat.
- 9 Ex subsequentiibus declaratur animus in prasudentibus.
- 10 Ex publica voce, & fama probatur societas.
- 11 Testes deponentes de societate contracta debent dictionem reddere, & quomodo.
- 12 Societas probatur per testes singulares.
- 13 Iuramentum socij probat societatem.
- 14 Expensa sine aliquo computo facta arguunt societatem, socius tamen si modica fuerint, num. 15.
- 16 Sanguinis coniunctio, & charitas fraterna arguit societatem.
- 17 Confessione extraiudiciali probatur societas, & maxime si fuerit geminata, num. 18.
- 19 Confessio iudicialis facta respondendo positionibus probat societatem.
- 20 Confessio facta in inst. diuisionis probat societatem, & quare.
- 21 Littera sociorum probans societatem.
- 22 Priuata scriptura probat societatem.
- 23 Patientia, & tollerantia omnia in communi possideri arguit societatem.
- 24 Catastrum commune arguit societatem. Sed non sufficit, nisi etiam de communi fuerit collectarum facta fructus, num. 25.
- 26 Per communem descriptionem in catastro, & communem onerum solutionem acquiratur ius etiam alijs fratribus, quod tamen declaratur, num. 27.
- 28 Societas prasumitur, si aliter resuleret delictum.
- 29 Patruus negociando cum pecunijs pupillorum, prasumitur contraxisse societatem ad excludendum delictum, & de rationibus, num. 30.
- 31 Socius negociando cum pecunijs communibus finita societate, non dicitur delinquere, declaratur num. 34.
- 32 Minera ubi non est, ibi neque culpa.
- 33 Mora non est, ubi non procedit petitio.
- 35 Patruus negociando cum pecunijs pupillorum tenetur communicare lucra ex illis negotiationibus obuenta.
- 36 Librariationum, & societatem, & eius naturam demonstrant.

De coniecturis iudicantibus, omnium bonorum societatem fuisse contractam.

CAP. XIV.

**L**icet requisita supra in capit. precedenti considerata sufficere soleant ad inducendam omnium bonorum societatem; hinc tamen non est, pluribus alijs coniecturis, & argumentis non posse hanc prasumptionem adiuuari; de quibus in prasentis capitulo videbimus.

Quarum illa sit prima, quae à cursu longi temporis delimitur; cum enim fratres per longum tempus steterint in comunione, societatem omnium bonorum inter ipsos fuisse contractam, de facili prasumitur, sed rex in leg. procula, ff. de probat. Soc. conf. 160. sub nu. 6. & conf. 191. vol. 2. Dec. conf. 66. conf. 68. & con-

fil. 303. Ias. conf. 2. num. 10. & 18. vol. 3. Barb. conf. 34. vers. ite in casu nostro, lib. 2. Menoch. de prasumpt. lib. 3. prasumpt. 56. nu. 34. Mant. de tac. & amb. conuen. lib. 6. tit. 10. num. 21. † & quale sit in proposito longum tempus, declarat Salin. l. si patruus, C. com. vir. ind. Alex. in conf. 15. in fin. lib. 1. Bald. in conf. 481. vol. 5. & post alios Cephal. conf. 483. nu. 3. qui dicunt esse decennium.

3 Haec tamen coniectura primo declaratur, procedere, si per istud longum tempus comunio facta fuerit utri de rebus communibus, ita Ruin. conf. 141. num. 23. lib. 5. non sufficit enim probare comunionem fructuum, nisi insuper probetur, fuisse factam tanquam de bonis communibus.

4 Secundo declaratur, hanc coniecturam nil operari, nisi insuper probetur, omnia alia vndecumque prouenientia fuisse communicata, Crau. conf. 150. nu. 1. & conf. 131. num. 12. cum ad inducendam omnium bonorum societatem longa fructuum comunio non sufficiat; & ex actibus, qui possunt fieri citra ius, & nomen societatis vniuersalis omnium bonorum, societas non prasumitur, Dec. conf. 150. num. 1. Soc. conf. 87. num. 8. lib. 1. Mant. de tac. & amb. conuen. lib. 6. tit. 10. num. 21.

6 Secundo, emptio communi nomine facta arguit societatem, ut voluit Ant. de Butt. conf. 71. sub num. 2. Soc. in dicit. conf. 160. sub num. 6. & post Batt. in l. si patruus, C. com. vir. ind. responderi Crau. conf. 286. Menoch. de prasumpt. prasumpt. 56. nu. 35. lib. 3. nec non conf. 12. num. 15. Quae tamen coniectura procedit primo, si emptio fuerit facta communi nomine alijs scientibus, & patientia, ex scientia enim, & patientia societas argui solet. Secundo locum habet, si vltra emptionem communi nomine factam, & instrumenta pro communi celebrata omnes postea † re empti uti communi usi fuerint, Bald. in l. cum duobus, §. si fratres, vers. aduertit, ff. pro soc. Mant. de tac. & amb. conuen. lib. 6. tit. 10. num. 18. † Non sufficit enim emptio communi nomine facta, nisi insuper appareat, euentem voluisse contrahere societatem; ac propterea, si facta emptione, emens rem emptam distraheret, vel cum fratribus diuideret, hinc non posset argui aliqua societas, Alex. conf. 38. nu. 1. lib. 5. Menoch. conf. 46. nu. 5. lib. 1. † ex subsequentibus enim, qualis fuerit animus in prascedentibus declaratur l. sed & Iulianus, §. perinde, ff. de Maced. Alex. conf. 131. nu. 4. lib. 5. Menoch. conf. 121. nu. 29. lib. 2. Et sic post alios distinguendo voluit Heet. Fel. de soc. cap. 11. num. 18.

7 pro communi celebrata omnes postea † re empti uti communi usi fuerint, Bald. in l. cum duobus, §. si fratres, vers. aduertit, ff. pro soc. Mant. de tac. & amb. conuen. lib. 6. tit. 10. num. 18. † Non sufficit enim emptio communi nomine facta, nisi insuper appareat, euentem voluisse contrahere societatem; ac propterea, si facta emptione, emens rem emptam distraheret, vel cum fratribus diuideret, hinc non posset argui aliqua societas, Alex. conf. 38. nu. 1. lib. 5. Menoch. conf. 46. nu. 5. lib. 1. † ex subsequentibus enim, qualis fuerit animus in prascedentibus declaratur l. sed & Iulianus, §. perinde, ff. de Maced. Alex. conf. 131. nu. 4. lib. 5. Menoch. conf. 121. nu. 29. lib. 2. Et sic post alios distinguendo voluit Heet. Fel. de soc. cap. 11. num. 18.

8 Tertio, fuisse contractam hanc, vel illam societatem, ex publica voce, & fama diiudicatur, ex qua se-implena probatio insurgere solet, leg. in bona fidei, ff. de iur. iur. Bald. conf. 481. sub num. 1. vol. 5. debent tamen concurrere omnia necessaria ad probandam publicam vocem, & famam, Ias. conf. 2. num. 34. & conf. 3. num. 17. lib. 3. ac propterea † testes de societate contracta deponentes concludentem debent reddere rationem, Bald. in dicit. conf. 481. nu. 3. & 4. Ruin. conf. 101. nu. 10. & seqq. lib. 1. ac asserere, quod pro socijs ab omnibus comuniter habiti fuerint, Mant. loc. cit. dicit. tit. 10. num. 23. Et cum haec res non sit, quae cadat sub aliquo sensu corporeo, non debent testes de societate simpliciter deponere, sed de actibus socialibus, Crau. conf. 73. nu. 4. lib. 2. Corn. conf. 120. num. 2. lib. 1. Mascard. coneluf. 1309. in fin. sufficerent † tamen testes singulares deponentes de pluribus, & diuersis actibus, ad eundem finem tendentibus, Ruin. conf. 92. lib. 1. Bald. conf. 125. lib. 3. Corn. conf. 134. lib. 1. Alex. conf. 134. lib. 5.

10 Quarto, iuramentum socij plurimum facit, si maxi-

11

12

13

- mè iam semiplena fuerit probata societas; itaut iuramento in supplementum locus esse posset, *dell. leg. in bona fidei. ff. de iur. iur. Bald. in dell. conf. 482. vol. 5. cum enim societatis contractus in solo animo, & consensu consistat, poterit etiam iuramento probari, glos. in §. alia. Inst. de all. Bart. in l. gerit. ff. de acq. hered. Doctores in leg. sine possidatis, C. de prob. & tale iuramentum plurimum operari, dixit Corn. consil. 1. vol. 1. quem reciet Decian. consil. 36. num. 40. lib. 1. de quo etiam las. consil. 3. vol. 3.*
- 14 Quinto, expensæ sine aliquo compenso factæ arguunt societatem omnium bonorum, argumento legis prima, in fin. cum l. seg. de his, qui de vel aff. Bald. in leg. 1. C. qui test. sue. poss. qui subdit ita de consuetudine observari, las. consil. 2. num. 17. & 3. vol. 3. quod tamen declarant in expensis alicuius momenti, ¶ in modicis enim sumptibus, ac modicis lucris in commune collatis non potest dici contracta societas, cum in his etiam donatio præsumi possit, Ruin. consil. 92. num. 10. lib. 1. post Bart. in l. Titium, & Mevium, §. altero, num. 6. ff. de adm. tut. Mantie. de tac. & amb. conuent. lib. 6. tit. 10. num. 17.
- 15 Sexto, ex amore, & maxima inter fratres charitate præsumitur omnium bonorum societas, Bald. in l. prima, C. de bon. q. lib. Anch. consil. 149. sub num. 3. & propterea Alc. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 25. vers. sed tamen considera, dixit, facilius hanc societatem præsumi inter fratres, quam inter alios, conferunt relata per Mascard. de probat. conclus. 1709. num. 4. de qua etiam sanguinis coniunctione, Ber. conf. 190. lib. 1. He& Fel. de societate, cap. 11. num. 43.
- 17 Septimo, confessio extraiudicialis vnius ex sociis probat hæc omnium bonorum societatem; indignum enim est proprio testimonio resistere, l. generaliter, in fin. C. de non num. pecun. Anch. consil. 149. num. 3. Ber. conf. 190. Alciat. dell. præsumpt. 25. Mascard. in dell. conclus. 1309. ¶ & maximè si fuerit geminata, quæ præiudicare solet, ut si facta esset in iudicio, Bart. in leg. cum finium, in fin. C. de agri. & consil. lib. 11. Abb. in caput. cautio, de fid. instrum. ob geminationem enim etiam verba enunciatiua probare solent Bart. loc. cit. & in terminis sociorum consuluit las. in consil. 2. nu. 25. lib. 3. vnde si probetur, fratres dixisse, se omnium bonorum esse socios, vel eorum parentes, & maiores asseruisse, eos socios omnium bonorum esse debere, tales deberent præsumi; Rom. consil. 291. sub nu. 7. Soc. consil. 160. lib. 2. Menoch. lib. 3. præsumpt. præsumpt. 56. num. 33.
- 19 Octavo, eo magis præiudicaret confessio iudicialis, ut si quis respondendo positionibus dixerit, se esse socium omnium bonorum, Decian. conf. 160. vol. 2. cum hæc confessio post acceptationem partis non possit reuocari, las. in dell. consil. 2. num. 13. vt dixi in meo libello de positionibus cap. 56. & cap. 63. de qua confessione He& Felic. in dell. cap. 11. num. 41.
- 20 Nono, confessio facta in publico diuisionis instrumento societatem probat Mercatorum consil. 5. num. 46. & seqq. licet enim confessio incidenter facta propter aliud non probat, si de ea principaliter dubitare contingat, Alex. conf. 132. num. 22. & 23. lib. 5. tamen, quia diuisio præsupponit communionem, confessio dicitur facta principaliter, si fiat in ipso diuisionis instrumento: prout ille, qui dicit, se nolle amplius societatem continuare, intelligitur societatem ipsam fateri, quia priuatio præsupponit habitum. Dec. consil. 60. Paris. consil. 82. num. 75. & seq. necnon consil. 87. num. 2. lib. 1. He& Fel. de societate, cap. 11. num. 42.
- 21 Decimo, diceretur probata societas omnium bonorum, si litteræ adessent manu alterius scriptæ, de societate omnium bonorum attestantes, Decian. consil. 97. num. 28. vol. 2. cum contra scribentem fidem faciant, leg. publica, in fin. ff. de pos. l. cū de indebito, de prob. Bart. in leg. nuda ratio, de donat. Bald. in l. vltima, C. si cert. petatur, & in l. admonendi, ff. de iur. iur. Abb. in cap. 2. de fid. Instrum. las. consil. 91. num. 16. lib. 2. Doctores in l. scripturæ, C. qui pot. in pign. hab. Mascard. de probat. conclus. 1309. & quod ¶ priuata scriptura probet societatem, tradit Paris. consil. 83. lib. 1. Dec. d. consil. 97. num. 30. He& Felic. in d. c. 11. num. 11.
- 23 Vndecimo, patientia, & tolerantia fratrum, qui passi fuerint, omnia in communi possideri, rebusque communibus promiscue vti, societatem omnium bonorum arguit; natura enim actuum subsequentiū declarat qualitates præcedentiū, l. si hi, qui, C. de adult. Bart. in leg. cetera, §. sed si paraueris, ff. de leg. primo. Paris. consil. 92. num. 3. vol. 1.
- 24 Vndecima consideratur coniectura, si omnia in communi catastro fuerint descripta, Roman. consil. 291. num. 7. Menoch. consil. 122. num. 19. lib. 2. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 56. num. 32. He& Fel. de societ. cap. 11. num. 15. quod tamen per se non sufficeret, ¶ nisi insuper onerum communis fuerit facta solutio, ad tex. in l. iura, C. de om. ag. des. lib. 10. vbi Bart. illum tex. notat contra fratres, qui emunt nomine proprio, & postea sufferunt, quod empta in communi catastro describantur, & quod onera, & collectæ de communi soluantur, per ¶ hanc enim communem descriptionem, ac communem onerum solutionem, dicitur acquisitum ius, & dominium etiam aliis fratribus: vnde tanto magis, si emptio insuper fuerit facta communi nomine, ad idem allegari solet leg. censualis, C. de donat. vbi probatur, quod censualis professio præiudicat domino, quando dominus consentit, vt alius tanquam rem propriam in censum defferat, Rom. consil. 191. num. 7. quod secutus etiam fuit las. in leg. decem, nu. 37. ff. de verbor. obligat. Dec. consil. 21. num. 10. & consil. 146. Menoch. consil. 80. nu. 4. lib. 1. qui allegat Soc. Sen. variis in locis id tenentem, & tradit Port. consil. 68. num. 25. & 26. qui asserit propterea, descriptionem, cecinitia, & diuina patientia, secuta comunum tributorum solutione, transferre dominium in eos, cum quibus fuit facta communis descriptio, Bart. consil. 22. lib. 2. Soc. Sen. consil. 18. lib. 1. consil. 46. in fin. lib. 3. & consil. 126. n. 14. lib. 4. Mantie. de tac. & amb. conuent. lib. 6. tit. 10. num. 19.
- 27 Quod tamen declarare oportet, si ille, qui emit, præsens fuit descriptioni, vel illam ratificauit, Reuil. consil. 67. nu. 10. ex quo colligere licet, doctrinam Bart. locum sibi vindicare duobus concurrentibus, primo, vt consensus saltem tacitus adfuerit in ipsa descriptione, secundo, vt de communi, & commune nomine fuerint soluta tributa, vt declarat Bertrand. consil. 62. num. 9. lib. 1.
- 28 Duodecima est coniectura, si aliter resularet delictum, & quod quis in proprios vsus erogasset communes pecunias, conscientia non tuta. He& Felic. de soc. cap. 11. sub num. 43. ac propterea, si constaret, ¶ partium negotiasse pecuniis pupillorum, seu minorum, societas deberet præsumi, ne alias furtum commississe diceretur, Alex. consil. 23. num. 4. lib. 5. ita respondet Crau. consil. 186. & Soc. consil. 87. lib. 1. nec non consil. 160. lib. 2. Menoch. tamen consil. 12. sub nu. 20. vers. non obstat, vol. 1. dicit forsan Crau. & Socin. opinionem non esse veram, cum repugnet lex Titium, & Mevium, §. altero, ff. de adm. tut. Sed Crau. id non perfunctoriè asserit, cum eius sententiam validissimis probet rationibus, & primo, quia ¶ pecunias pupillares in proprios vsus conuertens dicitur prædo, Angel. Imol. ceterique

terique Doctores in leg. Pomponius, §. ex facto, per illum  
 12 ff. de acq. poss. Secundo, quia administratores con-  
 uententes in proprios usus dominorum pecunias di-  
 cuntur de necessitate in dolo, & culpa, ac ideo puniri  
 possunt Ang. conf. 90. vers. secundo prout, Soc. consil.  
 159. & consil. 190. lib. 2. Dec. consil. 192. in fin. Imo &  
 tertio, quia similes administratores tenentur in du-  
 plum actione de rationibus distrahendis, leg. actione,  
 §. fin. ff. de tut. & ratio dicitur. Corn. consil. 1. lib. 1. Ne igitur  
 dicatur, patrum in hæc, & similia incidisse deli-  
 ctum, omnium bonorum societatem potius contractam  
 fuisse, erit præsumendum: de quo etiam aliqua in  
 cap. seqq.

- 31 Nec dicatur, imò socium soluta societate pecuniis  
 communibus negotiando, non delinquere, nisi ad eas  
 restituendas fuerit requisitus, cum, ¶ ubi nulla est mo-  
 ra, nulla sit culpa, leg. lilla, vers. dicebam, ff. si cert. petat.  
 32 & ¶ nulla est mora, ubi nulla repetitur petitio; l. nul-  
 la intelligitur, ff. de reg. iur. & tradit Menoch. consil. 121.  
 33 nu. 77. & seqq. lib. 2. ¶ Id namque procedit in his, qui  
 maiores sunt, qui, cum possint repetere pecunias, si  
 sinant ipsis socios vii, ipsis est imputandum, ut per  
 Menoc. loc. cit. & dicam infra de renouatione societatis.  
 Secus tamen est in minoribus, quorum bonis si vtan-  
 tur patrum, non possunt asserere, non fuisse contra-  
 ctam omnium bonorum societatem, propriam enim  
 allegarent turpitudinem; ut Crau. asserit, ac ideo, ne  
 præsumatur delictum, potius præsumitur societas: ac  
 propterea, quod patrum, ¶ qui fuit negotiatus cum  
 34 pecuniis communibus tenentur ad communicanda  
 lucra ex illis negotiationibus obuenta, dicit, non ha-  
 bere dubium, per tex. in l. 2. quando ex fact. tutoris, &  
 tradunt Bart. & Bald. in d. l. si patrum, C. deo, vir. iud.  
 Dec. in l. si pecuniam, in 2. notabili, ff. si cert. pet. & in con-  
 sil. 11. ante finem.  
 35 Decimotertio, libri rationum possunt de facili de-  
 monstrare, an sit contracta societas omnium bono-  
 rum, vel lucri, & questus; vel alia particularis, Bart. in  
 leg. Titium, & Menium, §. altero, nu. 6. ff. de admin. tut.  
 Mant. de tac. & amb. conuent. lib. 6. tit. 10. num. 12. & ex  
 inscriptione librorum, societatem, eiusque speciem  
 probari, Soc. conf. 83. col. fin. lib. 1. & consil. 164. sub nu.  
 4. lib. 2. Strac. de Mercas. part. 2. nu. 51. & seqq. Mascard.  
 conclus. 1309. num. 16. Menoch. consil. 12. num. 16. lib. 1.  
 & non solum ex inscriptione id dignosci potest; sed  
 etiam ex aliqua libri parcella, Rimini. Sen. consil. 349.  
 lib. 2. Bertaz. consil. ciuil. 19. numer. 30. lib. 1. Mascard. in  
 dict. conclus. 1309. num. 17. dummodo tamen liber de  
 consensu fratrum fuerit scriptus, Alex. conf. 186. nu.  
 1. & 2. lib. 2. He&. Felic. dicto cap. 11. num. 44.

## S V M M A R I V M.

- 1 Societas tacita cum infanti, non potest intelligi contracta.
- 2 Infantes non possunt se obligare.
- 3 Infans non possunt donare.
- 4 In infante non adest consensus.
- 5 Contractus cum infante est nullus, etiam an fauorem in-  
 fantis.
- 6 Qui non potest explicitè contrahere, nec tacitè contraxit  
 se præsumitur.
- 7 Inhabiles ad contrahendum tacitè contraxisse, non est  
 præsumendum.
- 8 Pupillus infantia proximus non præsumitur tacitè con-  
 traxisse societatem.
- 9 Contrahentes cum pupillo obligati remanent.
- 10 Contractus cum pupillo, & minore potest claudicare, &

quid in contractu societatis, num. 11. & seqq.

- 12 Ex contractu societatis unica aritur actio, nempe directa.
- 13 Pupillus proximus pubertati non potest contrahere socie-  
 tatem.
- 14 Pupillus proximus infantia non obligatur, nec ciuilitè,  
 nec naturalitè; proximus, verò pubertati obligatur  
 naturalitè, & num. 15.
- 16 Pupillus proximus infantia non obligatur iuramento, se-  
 cus tamen in proximo pubertati, num. 17.
- 18 Minores 25. annorum tacitè non præsumuntur contra-  
 xisse societatem omnium bonorum: maxime stans sta-  
 tutio, ut maiores non possint se obligare, nisi certis ser-  
 uatis solemnitatibus.
- 19 Diminsum rerum immobilium minorum non transferuntur,  
 nisi accedente Iudicis decreto, & curatoris consensu.
- 21 Minores regularitè societatem contrahere possunt super  
 rebus, in quarum alienatione non est necessarium Iu-  
 dicis Decretum, & num. 22. & 24.
- 23 Minor descriptus in numero mercatorum, an possit ne-  
 gotiando ea distrahere, in quarum alienatione esset ne-  
 cessarium iudicis decretum.
- 25 Societas omnium bonorum cum minore non potest, nec  
 etiam tacitè continuari.
- 29 Minores non dicuntur tacitè contrahere societatem,  
 etiam si eorum respiceret consensus.
- 27 Cum postumo non potest intelligi contracta societas.
- 28 Minor cum consensu tutoris, vel curatoris potest socie-  
 tatem contrahere: qui consensus potest etiam tacitè præ-  
 stari, num. 29.
- 30 Tutores in præstanda auctoritati loqui debent: quod de-  
 claratur num. 31.
- 32 Tutoris tacitus consensus sufficit in contrahenda socie-  
 tate, etiam super rebus, in quarum alienatione esset ne-  
 cessarium iudicis Decretum: ubi de rationibus.
- 33 Tacita alienatio rerum minorum à legi dispositione  
 proueniens, potest fieri absque solemnitatibus requisit-  
 is in contractibus minorum.
- 34 Alienatio, qua intelligitur facta inter socios omnium bo-  
 norum, proueniens ex legi dispositione.
- 35 Minor non potest contrahere societatem cum fratre, vel  
 patre, si ipse frater, vel pater sit tutor, vel curator:  
 sed si cum ipsis adesset alius curator, qui etiam solus  
 posset administrare, num. 37. & 38.
- 36 In fultio proprio nemo auctoritatem præstare potest.
- 39 Societas cum minore contrahi potest, si sic mandauerit  
 testator, & num. 46. & 47. declaratur num. 49.
- 40 Quo nomine iussit testator, ita factum esse censetur.
- 41 Hæres simpliciter aduendo remanet obligatus ad omnia  
 ordinata per testatorem.
- 42 Omnis obligatio pro contractu accipitur.
- 43 Hæres aduendo obligatur.
- 44 Hæres præsumuntur scire contenta in testamento.
- 45 Venditio de bonis minorum, qua fieri deberet ex iussu te-  
 statorum, non requirit iudicis Decretum.
- 48 Testator potest disponere, ut bona minorum sine sollem-  
 nitatibus alienentur.
- 50 Iussus patris circa communionem, quomodo sit intelli-  
 gendus.
- 51 Minor maior factus potest, si vult, societatem ratificare,  
 alij contra, num. 52. panitur distinctio, num. 54.
- 52 Pupillus potest acquirere, licet non possit se obligare.
- 53 Mores an habuerint animum contrahenda societatem  
 cum minore ex coniectura pendat, quarum nulla  
 recensentur, num. 56. 57. 58. 59. 60. & 61.
- 62 Mores voluisse continuare societatem cum minore, fa-  
 cilis præsumitur, quam quod nouam incipere volue-  
 rint.

Societas omnium bonorum an possit  
intelligi contracta cum minore.

CAP. XV.

**V**idimus superius requisita necessaria ad inducendam omnium bonorum societatem; idque posse variis argumentis, & coniecturis adiuuari, verum quoniam licet etiam aliqui casus, in quibus non potest intelligi contracta hæc societas; & multæ etiam considerantur à Doctores coniecturæ, quæ huius societatis dicuntur exclusivæ, de his omnibus distinctè erit agendum, & primo in hoc capite, an cum minore possit hæc societas intelligi contracta; & cum in hac re Doctores admodum se involvant; & casus sit frequens; posita regula, ampliationibus, ac limitationibus rem apertam reddere curabo, ita ut nihil intactum in hac materia remaneat, non sine maximo, saltem iuicili labore.

**1** Regula igitur sit primo loco, societatem hanc cum infanti non posse intelligi contractam, cuius dicti hæc validiores adducuntur rationes. Infantes non possunt expressè societatem contrahere, nam societas est contractus ultro utroque obligatorius, sed infantes non possunt se obligari, *l. obligari. ff. de auctoritate tutorum, l. 3. C. de auct. præs. l. ut in conditionibus. ff. pro soc. ergo societatem contrahere non poterunt. Secundo, inter socios omnium bonorum omnia hinc inde dicuntur communicata, ex quo fit, ut inter ipsos ad invicem præsumatur donatio, sed infantes non possunt donare, *l. in causa, §. ita relatum. ff. de min. ergo nec minus hanc societatem contrahere. Tertio, in societate consideratur consensus, qui in quolibet contractu requiritur, at infante non adest consensus, cum ignorantia eum excludat, *l. sui fratres. ff. de pact. ergo contrahere non poterit, ac propterea cum infante non sustinetur contractus, nec etiam ad sui favorem, §. pupillus, Inst. de inus. stipul. quod latè defendit Surd. consil. 9. num. 45. & seqq. Si igitur expressè contrahere non possunt, tacite contraxisse, non erit dicendum, Bart. in *l. Titium, & Manium, §. altero. ff. de adm. tut. & in leg. si pariter, ubi etiam Bald. C. com. ver. iud. Alexand. consil. 49. sub num. 1. vol. 1. Soc. Iun. consil. 24. nu. 5. lib. 2. Paris. consil. 86. num. 2. lib. 1. Ceph. consil. 146. num. 31. & seq. lib. 1. Alc. de præsumpt. reg. prima. præsumpt. 25. vers. falsus, Menoch. consil. 12. num. 11. lib. 1. de arbit. cas. 127. lib. 2. Petr. de Vbald. de duob. frat. part. 3. num. 12. Corn. consil. 1. num. 7. lib. 1. & consil. 213. lib. 3. Ceph. consil. 40. num. 1. in eius. Dec. consil. 21. vers. secundo in casu, & consil. 213. Patil. consil. 84. num. 8. & num. 53. lib. 1. Crævet. consil. 186. vers. secundo licet Ferrerius consil. 166. nu. 5. Moscard. conclus. 51. num. 12. & conclus. 1309. num. 40. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 56. nu. 6. Surd. consil. 138. num. 21. & 37. Mant. de tacit. & amb. convent. lib. 6. tit. 13. num. 1. & seqq. He& Fel. de societate, cap. 3. num. 12. & seqq. Ioseph. Ludou. conclus. 53. vers. prima consiliaria. fil. mibi 128. Gratian. discept. Forans. lib. 2. cap. 360. num. 1.****

**7** Quod primo ampliatur in omnibus aliis personis inhabilibus ad contrahendum, Bart. & Bald. in *l. ut in conditionibus. ff. pro soc. Rom. consil. 18. Ial. consil. 4. lib. 1. Ceph. consil. 146. nu. 31. & 32. ut in furiosis, & mentecapris per easdem rationes supra consideratas.*

**8** Secundo ampliatur in pupillo infantie proximo, per easdem rationes supra adductas, cum & ipse non possit se obligare expressè, ergo nec etiam tacite, *l. qui ad certum. ff. loc. Bart. in d. l. Titium, & Manium, §. altero, num. 5. vers. ex prædictis, Mant. post alios loc. cit. num.*

**4.** He& Fel. loco pariter citato, num. 14. Solum considerant differentiam inter infantem, & pupillum, ut infantis obligatis sit nulla, etiam ad sui favorem; contractus verò celebratus cum pupillo subsistat pro parte illius, qui cum pupillo contrahit, ita ut contrahens cum ipso obligatus remaneat; & hic est casus, in quo dicunt, contractum claudicare posse, Ang. in *diel. §. pupillus, sub num. 1. & in terminis de societate Rom. consil. 453. Soc. consil. 160. sub num. 12. lib. 2. Corn. consil. 187. num. 5. lib. 1. Rip. respons. 1. sub num. 6. in tit. de confessis, Lamb. de contract. unil. glos. 1. in verbo obligatio, sub num. 24. idque probari dicunt in *§. pupillus, Inst. de inus. stipul. in §. pro Inst. de auct. tut. in l. Iulianus. §. si quis à pupillo. ff. de act. empt. in l. non eo n. in iur. C. de proc. & in l. 1. ff. de notat. quibus in locis probatur, contractus favore minorum claudicare posse, & in *§. 1. Inst. de auct. tut. nonnulli recessentur. Contrarium tamen alij plures tenent, ut Bald. in *l. cum oportet in princ. sub n. 9. C. de bon. q. lib. Ial. in l. 1. sub n. 6. vers. ampliat. C. qui testam. fac. poss. Alex. consil. 49. sub n. 1. lib. 1. Patil. consil. 86. sub n. 2. lib. 1. Ceph. consil. 148. num. 14. lib. 2. & consil. 483. num. 20. lib. 4. Rim. Iun. consil. 180. num. 11. lib. 3. Soc. consil. 160. sub num. 12. lib. 2. Menoch. consil. 121. num. 35. lib. 2. nec non de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 56. nu. 11. He& Fel. plures cumulans de *soc. cap. 3. num. 16. & num. 29. qui asserit, quod licet infantes in aliis contractibus admitti possint claudicare, secus tamen in ipsa societate; & rationem differentie adducit, num. 19. quia alij contractus possunt claudicare, cum ex ipsis duplex oriatur actio, directa nempe, & contraria, unde non est mirum, unam subsistere posse, aliam non; inf. in contractu verò societatis unica, & eadem oritur actio, tam ex parte unius, quam alterius; nempe directa, §. quibusdam, Inst. de pen. rem. l. i. §. in §. 2. Elsonum, in verbo, pro socio, Inst. de action. Petr. de Vbald. de duob. frat. quest. 14. sub num. 1. ac ideo non est mirum, stante nullitate ex parte unius, in totum corruere contractum; quod non evenit in aliis casibus, in quibus diverse actiones, & obligationes oriuntur tendentes ad diversa, prout diverse sunt personæ contrahentium; sic exemplum in ipsa venditione, in qua unus est emptor, alter venditor; ad unum tenetur emptor, ad aliud venditor, quod non est in ipsa societate, in qua omnes sunt socij, & omnes eadem obligatione ligantur; quæ si in parte respectu unius tollatur, corruit in totum quoad omnes; unde merito dicunt, hunc contractum claudicare non posse: quod ex pluribus alijs probat He& Fel. in *diel. cap. 3. num. 17. & pluribus sequentibus, qui dicit evadendum esse à traditis per Corn. in d. consil. 187. sub num. 5. lib. 3. quibus respondet.******

**13** Tertio ampliatur in pupillo pubertati proximo, cui pariter prohibitum est contrahere societatem, *leg. ut in conditionibus. ff. pro soc. ac propterea militant illic omnes rationes, de quibus supra, sola est differentia inter pupillum proximum infantie, & proximum pubertati, in hoc, quod inf. proximus infantie non obligatur, neque civiliter, neque naturaliter; inf. pubertati vero proximus, si non civiliter, naturaliter tamen obligatur. Bart. in *l. prima, sub num. 7. ff. de novat. Ang. in diel. §. pupillus, sub num. 3. Inst. de inus. stipul. Secundo differunt, quia inf. proximus infantie non obligatur, etiam præstito iuramento; inf. proximus verò pubertati ad iuramenti obsecrationem tenetur, Corn. consil. 187. nu. 7. usque ad fin. lib. 3. Dec. & Cagn. in *leg. pupillus, ff. de reg. iur. Gab. in tit. de min. conclus. 1. num. 39. Seraph. de prius. iur. prius. 83. sub num. 24. Simoncel. de Deoret. lib. 3. tit. 8. in spec. l. 18.***

**18** Quarto ampliatur in minore 15. annis, licet pubertatem



tatem exceſſerit, in ipſis enim illæmet dux primæ rationes ſupra conſideratæ optimè militanc, nempe non poſſe ſe obligari, nec bona diſtrahere, & generaliter de minoribus 25. annis loquuntur Doctores ſupra citari, vt videre eſt per Menoch. in diſt. præſumpt. 36. num. 6. & num. 9. Mant. de tac. & amb. conuent. lib. 6. tit. 13. num. 1. qui dicit, hanc omnium bonorum ſocietatem non poſſe intelligi contractam cum minore, quia dominium etiam immobilium in aliam per ipſam transfertur, leg. prima in fin. ff. pro ſoc. ¶ quod ſine iudicis decreto, ac curatoris conſenſu facere non poſſe minor, leg. prima, & leg. magis puto, ff. de reb. eor. qui ſunt ſub tut. vel cur. l. lex, qua tutores, C. de adm. tut. Petr. de Vbald. de duob. frat. part. 3. num. 32. verſ. intellige, Mant. diſt. tit. 13. num. 1. & ſeqq. Surt. in diſt. conſ. 138. num. 21. & 37. ¶ quod eo magis procederet ſtante ſtatuto, vt minores contrahere non poſſent, niſi certis adhibitis ſolemnitatibus, Alex. conſ. 154. num. 7. lib. 2.

21 Licet regulariter ¶ alias ſocietates minores contrahere poſſint, Rom. conſ. 455. ante finem. Alex. conſ. 45. ſub num. 4. lib. 1. Menoch. conſ. 656. num. 8. lib. 7. niſi tamen minor contrahendo ſocietatem de aliqua re diſponeret, quæ decretum requireret, tunc enim illam ſocietatem abſque iudicis decreto contrahere non poſſet, vt poſt alios benè docet Simoncel. de Decret. lib. 3. tit. 8. inſpeſt. ſecunda, num. 26. cum pluribus ſeqq. & talis eſſet ſocietas omnium bonorum, cum in ipſa mobilia hinc inde dicantur communicata. Sed an ¶ decretum requiratur, quando minor in numero, ſeu albo mercatorum reperitur deſcriptus, eſt contentio inter Strac. de mercat. part. 3. num. 29. & num. 30. qui tenet, aliud non requiri Decretum, & Simon. de Decret. lib. 2. tit. 6. inſpeſt. 4. num. 46. qui defendit, Decretum eſſe neceſſarium; ſed Heſt. Fel. qui Simoncellum compatriotam ſuum potius ſequi, ac tueri debuiſſet; militem Strac. ſe conſtituit de ſociet. cap. 5. num. 7. & ſeqq. cum quodam tamen temperamento; quod apud ipſum videri poſſe; hæc enim omnia, vti extra noſtram materiam, prætermitto.

24 Quinto ampliatur in omnibus aliis ſocietatibus, requiruntur obligationem, cum minores, vt ſupra dictum fuit, non poſſint ſe obligare; cum declarationibus tamen, de quibus in præcedenti ampliacione.

25 Sexto ampliatur, etiam ſi ſocietas prius à patre fuiſſet contracta, Decian. conſ. 21. num. 1. cum enim morte finiatur ſocietas, vt dicemus infra cap. 40. continuare ſocietatem niſi aliud eſſet, quam nouam inchoate; de quo tamen infra: nec non in cap. 42. vbi de renouacione ſocietatis videbimus.

26 Septimo ampliatur, etiam ſi de commodo minorum ageretur, per diſt. leg. obligari, §. primo, Alexand. in diſt. conſ. 49. num. 1. licet enim pupillus in his, quæ ſimpliciter eius reſpiciant fauorem poſſit ſe obligare, id tamen non procedit in actibus indifferentibus, qui & damnum, & commodum continere poſſunt, vt eſt ſocietas, aditio hæreditatis, & ſimilia, Bald. in leg. cum oportet, C. de bon. 9. lib. 1. in l. prima, C. qui teſt. fac. poſſ. num. 6. Maſcard. de probat. conſ. 31. num. 15. nec contractus ſocietatis claudicare poſſe, vt ſupra dictum fuit.

27 Et quod dictum fuit de pupillo, ac minore, eo magis deberent intelligi in poſthumo, qui nullo modo conſenſum præſtare poſſe.

28 Modo ſic declarata, & ampliata conſuſio, variis modis eſt limitanda: Et primo, ſi minor habeat tutorem, vel curatorem, minorem enim cum auctoritate tutoris ſocietatem contrahere poſſe, omnes admittunt, Bald. in leg. ſi patrum, num. 15. verſ. ſic item dicto, C.

com. vtr. iud. & in leg. mandatum, in ſecunda oppoſitione, C. mand. Alexand. conſ. 49. num. 2. lib. 1. Corn. conſ. 1. num. 8. lib. 1. Alb. conſ. 87. lib. 2. Tiraq. de leg. con. gloſ. quinta, num. 20. Crau. conſ. 286. verſ. ſecundo dico, Decian. conſ. 36. num. 16. lib. 1. alios citat Maſcard. conſ. 31. num. 6. Petrus de Vbald. de duobus frat. part. 3. ſub nu. 5. Ceph. conſ. 147. nu. 1. lib. 2. Joſeph. Menoch. conſ. 51. verſ. prima coniectura, alios refert Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 56. num. 12. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 13. num. 6. Gratian. diſcept. For. verſ. lib. 2. cap. 360. num. 3.

29 Quæ limitatio non ſolum procedit in conſenſu à tutore, vel curatore expreſſe præſtito, vt in ſocietatibus expreſſe contractis, ſed etiam in tacito: licet enim regulariter ¶ tutores in præſtanda auctoritate loqui debeant, l. prima, in fin. ff. de auct. tut. tamen id ſibi locum vendicat in actibus, quæ verba requirunt, ſecus in his, ¶ quæ ſimpliciter conſenſu perficiuntur, ut dixit Bald. in diſt. leg. prima, num. 6. ac in tract. de duobus frat. num. 18. Alc. de præſumpt. reg. prima, præſumpt. 25. verſ. fallit. Ceph. conſ. 147. volum. 1. Bald. in leg. ſi patrum, circa finem, C. com. vtr. iud. in diſt. leg. prima, num. 6. Rom. conſ. 413. num. 14. Ludou. diſt. conſ. 53. verſ. prima coniectura, Maſcard. in diſt. conſ. 31. num. 16. & conſ. 1309. num. 41. Menoch. in diſt. præſumpt. 56. nu. 13. Lambert. in tract. de ſolem. requiſ. in contract. mul. in verbo, conſenſus, gloſ. tertia, num. 3. & 4. Mant. de tac. & amb. conuent. lib. 6. tit. 13. num. 6. & ſeqq. qui dicit, verba nõ eſſe neceſſaria, cum procedatur per actum facti, non verbi: unde exercendo ſociales actus cum conſenſu curatoris, ſeu tutoris, etiam minorem tacite ſocietatem contraxiſſe, dicendum erit, ut ſupradicti Doctores aperte docent, & ſequuntur alij, quos cumulare curauit, Gratian. in diſt. cap. 166. nu. 4. & ſeqq.

31 Et contra mentem ſcribentium omnium eſt illa diſtinctio, quam facit Heſt. Fel. de ſocietate, cap. 4. qui exiſtimat, id procedere ſolum, ſi agatur de tacita ſocietate ſuper rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vt ſi contrahatur ſuper fructibus, vel lucris alicuius negotiationis, vt per ipſum num. 19. ſecus ſi contrahatur ſuper rebus, pro quarum alienatione neceſſarium eſt iudicis decretum, ut nu. 27. & 28. & primo repugnant auctoritates omnes ſupra allatæ, quæ loquuntur in ſocietate tacita omnium bonorum, ex qua etiam mobilia dicantur communicata; ut infra dicetur; & in his terminis locutus fuit Maſcard. Menoc. Ludou. Mantica, & alij locis citatis. Secundo ſequeretur, quod cum minore numquam poſſet tacite dici contracta ſocietas omnium bonorum: & tamen omnes volunt, ex actibus ſocialibus hanc ſocietatem impoſſibilitatibus poſſe tacite contrahi ſocietatem omnium bonorum, etiam cum minore, ſi tacitus curatoris, ſeu tutoris accedat conſenſus, vt pariter ſupracitati Doctores volunt. Tertio, id non eſt abſque ratione: nam ¶ tacita alienatio rerum minoris poſſe fieri abſque ſolemnitatibus, ſi id non proueniat ab aliquo facto poſituo, ſed in conſequentiam per legis diſpoſitionem, vt Bald. dixit in leg. ſed & ſi pecunia, §. ſi in, ff. de reb. eor. idem tenet Rom. conſ. 159. num. 13. Fab. de Mont. de empt. & vendit. quaſt. 5. princip. tit. de ſolemnitatibus in alien. ver. min. requiſitæ, nu. 89. Alciar. de communi in leg. prima, num. 14. ff. de verbor. obligat. Cephal. conſ. 296. num. 35. lib. 2. Nec obſtat reſponſio Heſt. Fel. loco citato, num. 27. hanc alienationem non prouenire ex legis diſpoſitione; ſed ex communione ad iugum facta, & ſic ab actu poſituo: nam imo ¶ in ſocietate tacita nullus requiritur poſituius, & expreſſus actus communicationis, ſed illa communicatio reſultat ex

legis dispositione; quæ vult, inter fratres, qui communiter vivere, concurrentibus his, de quibus supra; omnia intelligi communicata: vnde alienatio minoris est effectus istius societatis, non autem quod minor actu aliquo alienauerit: Nec dicatur, fecit actus sociales, nam facere actus sociales non est alienare: cum nemo, qui societatem contrahit, propria alienare intendat; sed alienatio est legis tacitus effectus resultans ab ipsa societate, per illos actus sociales contracta.

Quod tamen dictum fuit, minorem cum consensu etiam tacito tutoris, vel curatoris posse societatem contrahere, limitatur, & declaratur, non procedere,

35 **¶** si frater ipse, vel patruus si tutor, cum quo debeat  
36 societas contrahi: **¶** esset enim in facto proprio auctoritatem præstare, contra *tex. in leg. prima, ff. de auctor. fil. in Decian. in d. cons. 21. sub num. 1. Rom. consil. 415. num. 15. Petrus de Vbald. de duobus fratr. par. 3. sub num. 5. qui alias huius dicti rationes adducit, idque verissimum esse, omnique difficultate carere, dixit Hect. Fel. in d. cap. 4. sub nu. 2. & sequitur Mantie. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 13. num. 11. alias etiam ad corroborationem rationes adducendo.*

37 Quæ declaratio, seu limitatio sublimitatur, si ultra fratrem, seu patruum adsit etiam alius curator, qui possit ad societatem saltem tacitum præstare consensum, Bald. in *leg. cum ipse, sub num. 2. C. de contrahend. empt. Socin. cons. 160. nu. 4. lib. 1. Cephal. cons. 248. nu.*

38 *32. lib. 1. quod tamen procedit, ¶ si ille curator possit sine alio administrare; secus si etiam alterius: cum quo contrahenda esset societas, necessarius esset consensus, tunc enim idem esset, prout si ipse solus curator existeret, Petrus de Vbald. de duobus fratr. part. 3. sub num. 3. Hec. Felic. loci citato, num. 14. Mantie. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 13. num. 16.*

39 Secundo, conclusio supra firmata, societatem non posse intelligi contractam cum minore: limitatur, si testator iusserit communionem, & societatem cum ipso esse continuandam, Bald. in *leg. cum oportet, sub n. 9. C. de bon. q. lib. Alex. cons. 49. nu. 1. lib. 1. Socin. cons. 4. num. 5. lib. 4. Dec. cons. 442. Mascard. conclus. 31. nu. 19. Menoch. diel. præsumpt. 56. nu. 15. cuius rei plures ad-*

40 *ducuntur rationes: primo, quia ¶ quo nomine iussit testator, eo factum esse censetur, l. qui negotiationem, ff.*

41 *de adm. tut. Bald. in d. l. cum oportet. Secundo, ¶ hæredes simplicitet adeundo, obligati remanent expressè ad omnia, quæ testator ordinauit, l. morem, ff. de usq. hæred. l. apud Iulianum, in si. ff. ex quib. caus. in poss. eat. l. ex maleficiis, §. hæres, ff. de abson. & oblig. quod etiam fatetur Sord. cons. 138. nu. 51. ac propterea pro ipsis disposita*

42 *obseruasse, censendum est. Tertio, ¶ omnis obligatio pro contractu accipitur, l. omnem obligationem, ff. de Iud.*

43 *Bart. in d. l. morem, sed ¶ hæredes adeundo obligantur, l. eum à matre, ff. de rei vend. Ergo sic cum testatore contractasse, erit asserendum. Ex quo infert Soc. consil. 40. lib. 4. hoc casu dicendum esse expressè, non tacitè so-*

44 *cietatem contraxisse, cum ¶ hæredes præsumantur scire contenta in testamento, l. cum hæres, ff. de lib. leg. l. si tutor, C. de perie. & eor. tut. præcipuè si aliquod legatum in testamento relictum soluisent, ex qua solutione etiam in hærede extraneo scientia præsumitur, Bar. in l. qui Roma, §. duo fratres, in 3. princip. quest. ff. de verb. oblig. Verum ego non video, quomodo ex hac scientia possit dici, expressè societatem fuisse contractam: nam etiam fratres, qui absque villo patris iussu societatem omnium bonorum tacitè contrahant, ipsam contrahere sciunt ex actibus illis socialibus; & tamen expressè contraxisse non dicuntur. ¶ Quarto, Menoch.*

*in diel. præsumpt. 56. nu. 15. adducit simile, quod si testator mandet vendi à pupillo, seu minore aliquod prædium, illud vendi potest absque villo iudicis decreto, leg. 1. in princip. l. magis puto, §. si fundus, & §. si pupillus, ff. de rebus eorum, Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 171. nu. 67. Hæctor tamen Fel. de soc. c. 3. n. 31. existimat, falsam esse hanc limitationem, cum cadat sub impossibili, & ei lex resistat: nam, dicit ipse, in societate necessarius est consensus; sed pupillus non potest consentire, cum careat consensu, ergo non poterit societatem contra-*

46 *here, quocumque testatoris iussu non obstante: ¶ sed facilis est responsio; nam testator non mandat, pupillum consentire; sed alios filios maiores societatem, contrahere debere, ac in communionem manere, etiam respectu interesse ipsius pupilli: & fat est, pupillum etiam maiorem factum non posse contradicere iussu patris, prout nec maiores potuerit, per rationes supra allatas, fatetur tamen Felic. de societ. cap. 4. nu. 6; & segg. ¶ quod si vnus ex fratribus sit relictus cura-*

47 *tor, possit iussu testatoris societatem contrahere cum pupillo, & minore: nam, dicit ipse, testator potest disponere, vt tutor in causa propria auctori-*

48 *tem interponat, prout ¶ disponere potest, vt bona minorum sine solemnitatibus alienentur, Simoncel. post alios de Decret. lib. 2. in spec. 7. num. 109. licet non possit disponere, vt pupillus carens consensu consentiat. Verum, vt dixi, præcedente testatoris iussu, generaliter est dicendum, societatem posse contrahi, & intelligi tacitè contractam, concurrentibus requisitis de quibus supra.*

49 Quæ tamen dicta fuerunt superius de iussu patris, num. 39. intelligenda sunt, prout verè Dec. & alij Doctores loquuntur, si nempe iussus patris sit, vt continuetur societas, vel alia de nouo contrahatur cum ipsis tutoribus, vel curatoribus, tunc enim in facto proprio auctoritatem præstare possunt ex iussu testatoris, & sequitur Fel. in d. c. 4. nu. 6. & segg. Secus si testator mandasset continuari societatem, in qua curatores non haberent interesse vel simpliciter disposuisset aliam de nouo contrahere posse: tunc enim ipsi curatores non possent cum ipsis minoribus societatem contrahere, sublato enim esset primum impedimentum, minores non posse contrahere societatem, sed non secundum neminem auctoritate posse factum proprium: vnde possent minores hoc casu solem contrahere societatem cum aliis; accedente ipsorum curatorum consensu, non autem cum ipsis curatoribus: Socinus tamen in consil. 160. numer. 15. lib. 1. existimat imò palam, & bona fide tutorem posse societatem contrahere cum pupillo, & sibi ipsi auctoritate, prout videretur de mente Decian. in consil. 44. numer. 6. & Corn. in consil. 1. num. 8. lib. 1. & sequitur Hector. Felic. in diel. capitulo quarto, numero tertio, & hoc absque alio patris iussu: Quæ tamen declaratio in totum regulam destruit; tutorem nempe non posse societatem contrahere cum pupillo, vt diximus supra, & probat Felic. in diel. cap. 4. num. 1. & sequentibus, & bonam fidem non supplere, Merend. controuer. iur. lib. 2. casu 35. num. 6.

50 Circa eundem patris iussu animaduertendum est, quam speciem societatis contrahi posse disposuerit, vt benè docet Bart. in consil. 160. incipit, quidam habens, dicens, quod aut iussus communionis refert se ad bona, & illa omnia bona, ad quæ se refert, debent esse communia, vt per Alexand. consil. 78. lib. quarto, nisi tamen alia adessent verba vniuersalia, quæ communionem etiam respectu aliarum rerum demonstrarent, Socinus in diel. consil. 4. lib. 4. Aut verò iussus

iusus respicit personas; & tunc, aut illarum personarum habent patrimonium diuisum, & censendum est, mandasse, solummodo societatem mensuram contrahi, aut habent patrimonium commune, & tunc simplicem bonorum societatem ordinare voluisse, presumitur, vt per ipsum.

51 Tertio limitatur, si minor maior factus societatem ratificauerit, Alex. *conf. 49. sub num. 12. lib. 1. Iust. in l. 1. sub nu. 6. ff. de aut. tut. Dec. in d. conf. 21. Bologn. conf. 7. lib. 2. Corn. confil. 184. lib. 3. & confil. 34. lib. 4. Socin. confil. 160. colum. quarta, versic. respondeo, lib. 1. Petr. de Vbald. de duobus fratribus, in 3. part. princip. colum. 2. Mascard. in dict. conclus. 31. num. 18. & in dict. conclus. 1309. num. 42. Menoch. in dict. presumps. 56. numer. 47. Surd. dict. confil. 138. num. 12. Mantica. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. titul. 13. nu. 5. dicens, quod licet pupillus non possit se obligare, potest tamen acquirere, leg. seruum, in fin. ff. rer. pupill. Sal. For. l. donaturum, ff. de acq. poss. §. pupillum, Instit. de inutil. stipul. & sequitur Gratian. discept. Forens. lib. 3. cap. 47. numer. 3. & seqq. qui ponit coniecturas, ex quibus presumitur ratificatio.*

52 Hanc tamen limitationem damnat Alciat. de presumps. reg. 1. presumps. 25. dicens, quod hoc modo Leonina esset hæc societas, possit enim pupillus societatem lucrosam ratificare, damnosam vero reprobari, & sic semper esset in tuto, contra naturam societatis, leg. si non fuerint, §. Aristo, ff. pro soc. Nec valet illa societas, in qua quis semper lucrari potest, numquam autem perdere, glou. in capit. plerisque, 14. question. 3. hanc eandem limitationem damnauit Cephal. confil. 483. numer. 20. quos secutus fuit Menoch. confil. 121. num. 35. lib. 2.

Quibus rationibus respondet Ludouic. dict. conclus. 53. pag. mihi 128. versic. prima coniectura, dicens, id constitutum esse fauore minorum, & imputandum esse contrahentibus, qui cum minoribus informiter, & minus legitime contraxerunt, ex regula, qui cum alio contrahit, ff. de reg. iur. quam rationem sequitur Gratian. loco supra citato numer. 7. Verum cum simus in presumenda tacita societate, non video quomodo imputandum sit maioribus; quod minus legitime contraxerunt: Vnde in hoc placet mihi admodum 54 distinctio Mascard. in dict. conclus. 1309. numer. 44. qui distinguit, quod si negotia fuerint administrata à maioribus nomine etiam pupilli, ita vt ex hoc appareat, voluisse contrahere societatem, locum habet prima opinio, & militat ratio Ludouici, quod cum personis inhabilibus societatem contrahere voluerint: si vero maiores, non nomine pupilli, sed proprio, negotia gesserunt, nec constat societatem cum pupillo contrahere voluisse, vera erit opinio Alciati, & allegat Socin. sic distinguentem in confil. 160. numer. 13. volum. 2. Cephal. confil. 248. numer. 35. & seq. volum. 2. vbi asserit, id esse de mente omnium scribentium, & Menoch. in confil. 12. numer. 22. volum. 1. dicit, à minoribus ratificari non posse, quod ipsorum nomine gestum non est, idem secutus fuit Surdus, in dict. confil. 138. numer. 52. qui alios allegat.

An autem maiores voluerint contrahere societatem cum minoribus, ita vt ipsam, si velint, possint postea maiores facti ratificare, à variis pendet coniecturis, illa librorum maxima esse solet; ac ideo Bartol. in dict. leg. si patruus dicit, in questione de facto sibi obuenta libros videre voluisse; & cum in ipsis fieret mentio etiam de fratre; & ipsum fratrem mino-

56 rem comprehensum esse iudicasse. † Secundo, procedente patris iussu, sic factum fuisse, presumitur. leg. qui negotiationem, in princip. ff. de administrat. iur. Menoch. de presumps. lib. 3. presumps. 46. numer. 8. & conferunt superius tradita, quæ hic non repetam.

57 Tertio pro communi acquirere fratres esse solitos, coniectura est, sic etiam acquirere voluisse pro communi; non obstantem, quod filij vnus minoris remanserint: Bald. in leg. si patruus, nu. 4. C. com. vir. ind. Menoch. in dict. presumps. 46. in fin.

58 Quarto, æstimum descriptum ad fauorem etiam minorum demonstraret, maiores voluisse comprehendere etiam minores in eorum acquisitionibus, Dec. in dict. confil. 21. sub nu. 10. Rol. conf. 4. lib. 2. Rim. Sen. confil. 130. num. 5. lib. 1. de qua coniectura pariter fuit dictum in cap. precedenti.

59 Quinto ad excludendum delictum, deberet presumi societas; si nempe aliter fateri oporteret, maiores vfos fuisse pecunia pupillorum, vt per Crauet. confil. 286. lib. 2. Borgn. de tut. & curat. sub num. 116. & de hac etiam coniectura supra visum fuit in d. cap. precedenti.

60 Sexto, si maiores bona, & negotia administrauerint, in quibus etiam minores partem habebant; necessarium fatendum erit, & ipsos minores esse comprehensos, stante quod ad maiores tantum pertinere non posset illud negotium, Rota Genuens. decis. 14. num. 96.

61 Vltimo, hæc omnia magis procederent, si ageretur non de contrahenda societate, sed de ipsa continuanda, prout si prius fuisset inter fratres, & ex uno decedente remansissent filij minores, cum quibus facilius posset intelligi continuata, seu renouata societas: concurrentibus maximè aliquibus ex supradictis coniecturis, & in istis terminis locutus fuit Menoch. in dict. presumps. 56. num. 19. sed quoniam de renouatione ageretur infra in capitulo particulari, in ea modo latius non insistam. Et ex his habes, amice lector, quæ forsitan dici possunt de tacita societate cum minore, in quo tam variè, & confusè locuti fuerunt scribentes.

## S V M M A R I V M.

- 1 Societas omnium bonorum non potest intelligi contracta inter fratres non negotiantes, contra nu. 5. & ponitur distinctio num. 16.
- 2 Nulla societas, vbi nullum commercium, declaratur num. 15.
- 3 Societas non intelligitur contracta, quando vnus nihil ponit in societate.
- 4 Incumbens pro se particularibus negotiis, non intelligitur contrahere societatem omnium bonorum, & nu. 15.
- 6 Inter nobiles etiam non negotiantes, potest intelligi contracta societas omnium bonorum, vbi de ratione.
- 7 Inter fratres negotiantes in aliqua negotiatione, quando intelligatur contracta societas omnium bonorum, & num. 11. & quid si vnus in vna, alter in alia re negotietur, num. 12.
- 8 Societas omnium bonorum, potest intelligi contracta, etiam inter fratres, quorum vnus sit clericus.
- 9 Inter fratres, quorum vnus negotietur, alter non, potest intelligi contracta societas omnium bonorum, & num. 14.
- 10 In sociis omnium bonorum non attenditur, quod vnus sit, magis industrius, quam alter.

Inter fratres non negotiantes, vel altero tantum negotiante, an possit intelligi tacite contracta societas omnium bonorum.

## CAP. XVI.

**A**lter est casus, in quo tenent aliqui non posse intelligi contractam fuisse omnium bonorum societatem, si nempe fratres non negotiantur, vel vnus tantum negotietur, vt, secundum communem intelligentiam, tenet Bart. in l. Titium, & Menium, §. altero, sub nu. 5. ff. de admin. tut. in l. si patrum, sub nu. 9. C. com. vtr. iud. necnon in suo tract. de duobus fratr. Et mouetur primo, quia si nulla societas, vbi nullum commercium, leg. c. i. ff. pro soc. sed inter non negotiantes nullum potest considerari commercium, ergo nulla societas, vt in dist. tract. num. 21. Secundo, si quando vnus ex sociis nihil ponit in societate, non potest cum ipso intelligi contracta societas lib. 5. in si. ff. pro soc. sed quando vnus negotiatur, alter non, ille, qui non negotiatur, nihil ponit in societate, ergo cum ipso non potest intelligi contracta societas. Tertio, ad idem conferant etiam per Io. de Amic. in consil. 16. nu. 11. ubi dicit, quod, si vnus ex fratribus habentibus bona in communi, incumbat particularibus negotiis, alij vero rebus domesticis, non potest inter ipsos intelligi contracta societas omnium bonorum, sed tempore diuisionis unusquisque habere debebit ex propriis laboribus acquisita per rationes, & auctoritates per ipsum allatas; hoc idem tenet Ias. consil. 5. lib. 1. Alciat. de presumptionibus regul. 1. presumpt. 25. num. 2. alios citat Menoch. de presumptionibus lib. 3. presumption. 56. num. 10. & 21.

Contraria tamen sententia contra Bart. (licet Heft. Fel. de societ. cap. 10. nu. 27. dicat non sic sensisse Bart.) est communiter recepta, nempe etiam inter non negotiantes, vel si vnus tantum negotietur, posse tacite contrahi societatem omnium bonorum, Bald. in dist. leg. si patrum, nu. 14. C. com. vtr. iud. Alexand. consil. 49. sub nu. 5. lib. 1. Soc. consil. 160. num. 6. lib. 2. Ias. consil. 2. num. 2. & 33. lib. 3. Mant. consil. 303. num. 4. volum. 1. Barb. consil. 37. nu. 5. vol. 1. Carp. super stat. Mediol. par. 2. cap. 483. num. 1. Corn. consil. 299. Crau. consil. 149. num. 3. Bald. consil. 178. lib. 4. Rom. consil. 91. Andr. Sic. consil. 22. Nat. consil. 91. n. 1. lib. 1. Soc. consil. 160. col. 2. lib. 2. Decian. consil. 85. num. 18. lib. 2. Ricin. lun. consil. 180. num. 6. lib. 3. Menoch. consil. 12. num. 7. lib. 1. & consil. 656. nu. 8. & 9. lib. 7. necnon in dist. presumpt. 56. nu. 21. 22. & 24. varios citat Heft. Fel. in dist. tract. de societate, cap. 10. nu. 29. & pluribus seqq. alij videri possunt apud Mant. de tac. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 10. nu. 5. & 6. Mouentur omnes, quia, licet non negotiantur, tamen ex alijs actibus difformibus potest apparere de sociali affectu, ac animo contrahendæ societatis, aliter sequeretur, ut si inter nobiles, qui negotiationem aliquam non exercent, non posset vnquam dici contracta societas omnium bonorum, & tamen certum est, ex difformi, & vniuersali bonorum collatione intelligi contractam societatem omnium bonorum, si nempe omnia vndecumque prouenientia fuerint ad inuicem communicata: ac propterea Ias. de dist. consil. 1. num. 2. & num. 33. lib. 3. declarat, dicta per Bart. in dist. §. altero, non procedere, si illi, qui non negotiantur, omnia, vndecumque prouenientia ad inuicem conferant, vt legata, donationes, hereditates, stipendia, salaria, & similia: quæ collatio,

uti generalis, ac vniuersalis, non potest intelligi facta citra nomen vniuersalis societatis; unde vbi refert, quod aliquod particulare exercitium non habuerint, cum hæc societas non proueniat, ex communi aliqua negotiatione, sed ex promiscua, & vniuersali omnium vndecumque prouenientium communione, sine vilo vnquam rationum calculo, ut superius suo loco fuit dictum, & tradit Mant. de tac. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 10. num. 5. Imò, si aliqua particularis inter fratres adisset negotiatio; difficilius esset probare societatem omnium bonorum: necessarium namque esset ultra actus sociales in illa negotiatione demonstrare, quod etiam alia extra illam negotiationem prouenientia fuissent ad inuicem communicata, alias intelligeretur solum contracta societas particularis illius negotiationis, Menoch. dist. presumpt. 56. num. 25. licet plures in illa negotiatione communionis possent demonstrari actus, omnes enim dicerentur vniiformes, hoc est restricti ad illam particularem negotiationem; & ex actibus vniiformis non probari societatem omnium bonorum, est omnium receptissima sententia; sed requiritur, vt sint difformes, hoc est, vt plura respiciant, & sic non solum communionem vnus negotiationis, sed omnium aliarum rerum vndecumque prouenientium, quæ communicatio vniuersalis, non existente etiam aliqua negotiatione, cum non possit intelligi facta citra nomen societatis omnium bonorum; merito contracta præsumitur, Bald. in d. leg. si patrum, num. 14. & tradunt Doctores supra citati.

Vnde fateri oportet, male sensisse Ioseph. Lud. consil. 53. vers. vndecima coniectura, fol. mibi 129. & Carp. super stat. Mediol. par. 2. c. 483. n. 13. qui existimant, quod, si vnus ex fratribus sit clericus, non possit intelligi inter ipsos contracta societas omnium bonorum, cum clericis negotiari sit prohibitum, cap. vlt. & pen. de vit. & honest. cler. In hac enim societate non est necessaria aliqua negotiatio, sed solum omnium ad inuicem communicatio: nec clericis est prohibitum ea communicare cum fratribus, de quibus dominium habent.

Et idem est, si vnus tantum ex fratribus negotietur, si enim & tota negotiationem, & omnia alia in commune redigat, & alter, qui non negotiatur, quicquid habet in commune ponat, societas pariter omnium bonorum contracta præsumitur per easdem rationes supra allatas. Non attenditur enim in hac societate, vt vnus sit magis industrius, quam alter Bald. consil. 120. num. 3. lib. 1. euenire enim potest, vt minus industrius donatione, legato, vel hereditate sibi relicta, plura acquirat, quam industrius eius industria, Cepol. consil. 40. nu. 4. Soc. consil. 160. nu. 17. lib. 2. Couat. var. resol. lib. 3. c. 2. num. 3. Mant. de tac. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 10. nu. 5. ac idem omnes admittunt, hoc etiam casu posse intelligi contractam omnium bonorum societatem, Decian. consil. 85. n. 2. lib. 2. Mant. loc. cit. num. 6. Menoch. in d. presumpt. 56. num. 24. Heft. Fel. de societate, cap. 10. num. 33. & seq.

Idem esset dicendum, si omnes incumbere aliqui negotiationi: nam licet inter negotiantes in vna negotiatione regulariter præsumatur solum contracta societas particularis illius negotiationis, vt post alios late docet Menoch. in d. presumpt. 56. num. 25. tamen si non solum pertinentia ad illam negotiationem, sed etiam omnia alia vndecumque prouenientia communicauerint, concurrentibus his, de quibus supra in cap. 13. etiam inter ipsos diceretur contracta societas omnium bonorum, ut ipsemet faceret in dist. presumpt. 56. nu. 51. & seqq. Heft. Fel. in d. cap. 10. num. 34. & seqq.

Idem

12 Idem pariter esset, si vnus in vna negotiatione se exerceret, alter vero in alia, nam licet ex communione lucrorum in illis negotiationibus dicerentur solum contractæ particulares societates in negotiationibus illis, vt per Menoch. in d. *presumpt.* 36. nu. 30. tamen, si etiam alia dictas negotiationes non respicientia ad inuicem communicarent, etiam inter ipsos posset intelligi contracta societas bonorum omnium, ob illam communicationis difformitatem; concurrentibus tamen alijs, de quibus superius suis locis fuit dictum; & consentit etiam Menoch. loco cit. num. 31. & seqq. Anchar. *conf.* 302. nu. 2. Crau. *conf.* 159. nu. 3.

13 Quibus non resistunt superius tradita: ad primam enim rationem responderetur, quod licet non adsit particulare commercium, tamen adest vniuersalis communicatio omnium vndecumque prouenientium, quod cum non possit intelligi factum citra nomen huius societatis, merito ex ipsa arguitur.

14 Ad secundam responderetur, quod, licet vnus solummodo negotietur, cum tamen alter omnia, quæ habet, in communione ponat, non potest dici, quod vnus solum conferat.

15 Io. vero de Amicis in *conf.* 16. nu. 11. loquitur quando incumbens negotiationi, omnia proprio nomine gerebat, & sibi non alijs acquirebat; quo casu certum est, non posse intelligi contractam societatem omnium bonorum, Rom. *conf.* 130. nu. 14. Mant. in *diel.* *conf.* 303. nu. 2. Nat. *conf.* 264. nu. 2. lib. 2. Bald. *conf.* 482. vol. 5. vbi consuluit; non intelligi contractam hanc societatem inter fratres, quorum vnus nonnulla proprio nomine acquisierat: sed nos loquimur stante vniuersali, & difformi collatione, quæ non potest intelligi facta citra nomen huius societatis.

16 Ex quibus colligitur distinctio, qua contractarum opinioniones, contractarumque in hac re responsa conciliari possunt, vt dixit Mascard. in *diel. conclus.* 31. nu. 33. vt opinio Bart. procedat, si non negotiantes non conferant ad inuicem omnia, quæ habent: vel si vnus negotietur nomine proprio, & pro se tantummodo acquirat; vel si omnes negotientur, communio tamen sit restricta ad illas negotiationes particulares. Baldi vero contractaria opinio, vt procedat, concurrente vniuersali, & vniuersali ad inuicem collatione.

## SVMARIUM.

- 1 Frater exercens mercaturam proprio nomine, non dicitur contraxisse quantum bonorum societatem, & n. 3.
- 2 Alius separatim, & proprio nomine facta arguunt, omnium bonorum societatem non fuisse contractam.
- 3 Si inter fratres constet de aliquo debito, & credito, inter ipsos non dicitur contracta societas omnium bonorum.
- 4 Emptio proprio nomine facta arguit, societatem omnium bonorum non fuisse contractam, & num. 9. ac 10.
- 5 Acquisitio in dubio intelligitur facta de proprio.
- 6 Frater in acquisitis proprio nomine, habet intentionem fundatam.
- 7 Emptio communis nomine facta arguere solet omnium bonorum societatem.
- 8 Descriptio ad catastrum proprio nomine facta, demonstrat non fuisse contractam omnium bonorum societatem.
- 9 Emptio proprio nomine facta non tollit societatem prius existentem, nisi tamen alij consensiant, & n. 13. & 16.
- 10 Frater non potest renuntiare societati absque debita intentione.
- 11 Acquisitio proprio nomine facta ab eo, qui communi nomine acquirere debebat, dicitur dolare facta.

17 Emptio proprio nomine facta de pecuniis communibus, non tollit omnium bonorum societatem.

18 Emptio clandestinè proprio nomine facta non tollit omnium bonorum societatem.

19 Descriptio ad commune catastrum reddere solet rem communem.

20 Societas omnium bonorum non intelligitur inter fratres contracta, si inter ipsos de aliqua reservatione appareat.

21 Frater non communicans donata, & sibi relicta, non dicitur socius omnium bonorum.

22 Socij omnium bonorum omnia communia habent, non solum quantum ad fructus, sed etiam quantum ad proprietatem.

23 Reservatio qualibet arguit, non fuisse contractam omnium bonorum societatem.

24 Ad destructionem totius sufficit vnum.

Nonnulli alij recensentur casus, in quibus non dicitur contracta societas omnium bonorum.

## Cap. XVII.

IN duobus præcedentibus capitulis duos vidimus casus; in quibus tenent multi, non intelligi contractam omnium bonorum societatem: nunc nonnullos alios casus tangere placet, in quibus scribentes pariter dicunt, hanc societatem contractam non præsumi: quorum primus est, si alter varias exercens mercaturas, eas proprio nomine exerceat: & hoc, quia cum tacita societas fundetur solum in præsumptione, ab ipsa recedere oportet, si actus, per quos animus noster declaratatur, contracti appareant, lun. in c. *super hoc, de renunc.* vnde dicit Bal. in leg. *si vnus ex socijs, s. si vnus, in l. antiqua, ff. pro soc. si fratres aliquos actus fecerint separatim, licet alij in communi facti fuerint; non teneri ad communicandum mercaturam; quam vnus eorum exerceat, cum illi actus separatim facti arguant, omnium bonorum societatem non fuisse contractam, ad idem confert quod tradit Decian. *consil.* 36. lib. 1. non intelligi contractam societatem omnium bonorum; licet constet de communione quo ad alia, si vnus separatim negotiando, lucra illius negotiationi in communi non posuerit, idem censuit Iosep. Lud. *concluf.* 53. pag. mibi 128. *vers. secunda conclusura*, qui allegat Nat. *consil.* 100. nu. 3. & Ceph. *conf.* 340. nu. 11. lib. 3. & sequitur Mascard. *concluf.* 1309. nu. 17. Menoch. *consil.* 12. sub num. 14. *vers. sexta, lib. 1. nouissimè**

4 tamen declaratatur non procedere, si proprio nomine exercens mercaturam, omnia ex illa prouenientia ponat in communi: nam, vt dictum fuit in *cap. præcedenti*, societas omnium bonorum potest etiam intelligi contracta inter fratres, quorum vnus tantum negotietur, si tamen non solum pertinentia ad negotiationem illam, sed omnia alia vndecumque prouenientia ad inuicem fuerint collata: vnde casus prædictus procedit solum, si negotiatio fuerit facta proprio nomine, & insuper acquisita ex illa negotiatione vti propria fuerint retenta.

- putantur, *lib. 4. §. si communem ff. fin. reg.*
- 5 Tertius casus est, si constat de aliqua emptione, vel aliqua alia acquisitione proprio nomine facta, & rationem esse dicant, quia iste est actus societati contrarius; ac idem eam presumere non possumus: imò si acquisitione in dubio presumitur facta de propria pecunia, *glos. in l. Quintus, ff. de donat. inter vir. & uxor. ac idem* si in rebus proprio nomine acquisitis habet acquirens intentionem fundatam, nec aliis non comprehensis eas communicare tenetur, *leg. cum duobus, §. si fratres, ff. pro soc. & asserenti contrarium incumbit onus probandi, Dec. conf. 628. num. 2. Joseph. Lud. d. conclus. 53. vers. quarta coniectura, ad quod conferunt tradita superius in cap. 8. Et quemadmodum si emptio communi nomine facta arguit societatem, ut tradit Beccaz. *consil. 19. num. 31. vol. 1. & dictum fuit supra in cap. 14. num. 6.* ita etiam acquisitio separatim, & proprio nomine facta, ostendit animum non contrahendæ societatis, *Ber. conf. 109. num. 25. lib. 1. Menoch. conf. 11. num. 15. lib. 1. Mascard. conclus. 31. num. 4. & conclus. 1309. num. 28. Mantica loco cit. num. 20.**
- 9 Quod ampliatu primo, etiam si acquisitiones fuerint factæ, modo nomine unius, modo alterius: *Menoch. conf. 41. num. 20. vers. non obstat quartum, quem refert Lud. loc. cit. vers. decima septima coniectura.*
- 10 Secundo declaratur, eo magis procedere, si acquirens nomine proprio, acquisita via propria semper retinetur, *arg. tex. in c. ex hu, de probat. leg. si debitor, ff. de pig. vbi Rip. Ceph. consil. 440. num. 3. & seqq. vol. 3. Soc. Iun. conf. 24. num. 7. vol. 2. quos refert, & sequitur Lud. d. conclus. 53. vers. quinta coniectura.*
- 11 Tertio declaratur, tanto magis id locum sibi vendicare, si emcas nomine proprio fecisset describere bona empta ad catastrum proprium, *Menoch. consil. 12. num. 25. lib. 1. Lud. loc. cit. vers. triadecima coniectura:* quemadmodum enim descriptio in communi catastro arguit societatem, & per ipsam descriptionem etiam aliis dominium acquiritur, ut supra in d. cap. 14. ita etiam ex particulari, & non communi catastro presumitur societatem non fuisse contractam.
- 12 Limitatur modo hic tertius casus, si ante emptio-nem proprio nomine factam de ipsa omnium bonorum societate constaret: tunc enim empta proprio nomine essent communicanda societatis iudicio, *Bal. conf. 452. lib. 3. Soc. Sen. conf. 160. nu. 6. & 19. lib. 2. Gab. consil. 51. num. 13. lib. 2. Mant. in d. tit. 10. num. 12. ad quam communionem agere possent alij fratres, ut in d. cap. 8. nu. 3. si quod si scientes facere negligenter, dicerentur societati renunciare, *l. in l. si socius, nu. 2. ff. si cert. pet. Crau. conf. 26. nu. 9. & conf. 123. nu. 7.* Quæ limitatio optima nititur ratione, nam aliter esset in potestate cuiuslibet, emendo proprio nomine, ad libitum societatem dirimere, & tamen certum est, si societati absque intimatione renunciari non posse, *l. consil. 1. vol. 3. Menoch. d. conf. 12. num. 21. lib. 1. & dicemus infra suo loco, imò si dolose videtur se gerere socius, si quod agere debet communi nomine, proprio agat, arg. l. que de tota, ff. de rei vend. Anch. conf. 301. nu. 8. qui**
- 16 nu. 7. variis rationibus defendit, si emptiones proprio nomine factas non tollere societatem omnium bonorum iam contractam, prout omnes alij actus proprio nomine facti post contractam societatem regulariter non præiudicant, *Petr. de Vbald. de duobus fratr. par. 3. nu. 35. Mant. in d. tit. 10. nu. 21. in fin. nisi tamen illa emptio fuerit facta scientibus, & patientibus aliis, qui insuper nunquam procutauerint, illam rem proprio nomine acquisitam communicari; sed ab emente proprio nomine semper possideri tulerint: tunc enim*

huic societati renunciasse, fateri oportet, ut de renunciatione infra dicam, & tradunt *l. de Crau. loci citatis, Alex. conf. 78. nu. 1. vol. 1. Nat. conf. 100. & comprobando plures allegat Surd. conf. 138. n. 15. & 16.*

- 17 Secundo limitatur hic tertius casus, si acquisitio proprio nomine facta, de communi pecunia facta fuerit, ut de fructibus bonorum in communi retentorum, *l. si unus, §. pro, ff. pro soc. vel si aliter ex coniecturis constaret, communem, non propriam fuisse pecuniam, de quibus coniecturis supra in cap. 9.*
- 18 Tertio limitatur casus iste, si clandestinè factæ fuerint acquisitiones, *Bald. in leg. si patrum, C. com. utr. iud. & docet Port. Imol. consil. 68. num. 24. quas acquisitiones communicare propterea debet socius, *l. conf. 2. num. 19. lib. 3. licet enim societati renunciari possit, id tamen aliis notificari debet, ut infra de renunciatione dicemus.**
- 19 Quarto limitatur, si acquisita proprio nomine fuerint ad catastrum commune descripta, de communique fuerint soluta tributa, tunc enim etiam aliis diceretur acquisitam dominium, *Barr. in leg. iura, C. de om. ag. des. lib. 11. Menoch. conf. 80. num. 4. lib. 1. si id factum fuerit omnibus scientibus, Beccaz. conf. 62. nu. 11. lib. 1. Joseph. Ludou. concl. 53. vers. si tamen emptio, Carp. super stat. Mediol. part. 2. cap. 483. n. 326.*
- 20 Quartus est casus, in quo non presumitur contracta societas omnium bonorum, si inter ipsos fratres de aliqua reservatione appareat, ad exclusionem enim totius sufficit unum, & qui totum dicit, nihil excludit, *l. l. ff. de leg. 3. l. à procuratore, ff. mand. ac idem repugnat, quod inter socios omnium bonorum aliquid proprium reperitur, Nat. conf. 100. nu. 1. & conf. 264. n. 2. Alex. conf. 154. lib. 2. Ant. de Botr. conf. 7. Bald. conf. 482. lib. 1. l. conf. 3. lib. 3. Ceph. conf. 340. n. 9. lib. 3. Ludou. d. conclus. 53. vers. octava coniectura, Mascard. de probat. d. conclus. 1309. num. 39. ac propterea, si unus ex fratribus legatum sibi relictum, donationem sibi factam, hæreditatem sibi delatam non communicaret cum aliis, omnium bonorum socius dici non potest; cum si tales nihil proprii habere debeant, sed omnia communicare teneantur, non solum quantum ad fructus, sed etiam quantum ad proprietatem, *l. 3. §. cum specialiter, l. cum duobus, §. socius uniuersarum, ff. pro soc. Ioseph. Lud. loc. cit. vers. sextadecima coniectura, Mascard. in d. conclus. 1309. nu. 4. Borgn. conclus. 10. nu. 4. par. 2.**
- 23 unde si quælibet reservatio arguit, omnium bonorum societatem non fuisse contractam, *Borgn. decis. 11. sub 24 num. 1. & 2. part. 2. cum, ut dixi, ad destructionem totius sufficiat unum, l. prima, §. in societate, l. si societatem uniuersarum, ff. pro soc. Menoch. consil. 12. nu. 28. lib. 1. Quod tamen intelligendum est in societate tacita, scilicet in expressa, fratres enim possent inter se pacisci, ut omnia vnde cumque prouenientia deberent esse communia, aliquæ solum de particulari exceptæ.*

#### SVM MARIVM.

- 1 Inscriptio librorum proprio nomine facta arguit, omnium bonorum societatem non fuisse contractam, nisi tamen, non obstante particulari inscriptione, unum fuerint communicati, & num. 1. & 3.
- 4 Aduocatio expensarum, litrorum, & damnarum, societatem non fuisse contractam, demonstrat, declaratur, num. 5.
- 6 Redditio rationis inter fratres indicat, non fuisse contractam societatem omnium bonorum, declaratur, num. 7.
- 8 Inaqualitas inter fratres facit, ut omnium bonorum societatem non presumatur contractam, declaratur, nu. 10.

- 9 *Diuisio ratione maxime inaequalitatis non praesumitur.*
- 11 *In sociis omnium bonorum non attenditur, quod unus magis lucretur, quam alter.*
- 12 *Inuicem assentis noluisse contrahere societatem omnium bonorum, aliquid operatur.*
- 13 *Catastris diuersitas arguit, non fuisse contractam omnium bonorum societatem.*
- 14 *Praesumptio fortior tollit minorem.*
- 15 *Verisimilitudo maior tollit minorem.*
- 16 *Coniectura efficaciores praeualere debent.*
- 17 *Coniecturarum maior numerus attenditur.*
- 18 *Vincula plura magis stringunt.*

De nonnullis coniecturis indicantibus, omnium bonorum societatem non fuisse contractam.

CAP. XVIII.

Quemadmodum Doctores varias considerare solent coniecturas, ex quibus, aliis requisitis necessaris concurrentibus, eo magis praesumunt, societatem omnium bonorum fuisse contractam; ita etiam ex aduerso animaduertunt, posse multa considerari, quae animum remouere possunt a dicendo, societatem omnium bonorum fuisse contractam, de quibus in praesenti capitulo.

Et primo, si libri alicuius negotiationis nomine vnus tantum, non communi inscripsi fuerint. Ex illa enim particulari inscriptione desumitur animus, ac intentio, noluisse in illa negotiatione omnium bonorum societatem contrahere, in qua nihil proprii esse potest: Batt. in l. si patrus, num. 6. C. com. vtr. iud. Dec. conf. 21. Crot. conf. 40. nu. 15. Strac. de Mercat. par. 1. num. 53. & 54. Menoch. conf. 12. num. 16. lib. 1. Lud. concl. 53. vers. quarta decima coniectura, quemadmodum enim intitulatio communi nomine facta arguit societatem, sic etiam, si fiat nomine vnus tantum, arguit, non fuisse contractam, Mascard. de probat. conclus. 1309. num. 55.

Quam tamen coniecturam limitat Socin. conf. 160. nu. 5. lib. 2. si lucra illius negotiationis fuerint in communi posita, non obstantem particulari inscriptione: nam illa inscriptio particularis solum inditium praebet, societatem omnium bonorum noluisse contrahere, a quo recedere oportet per contrariam coniecturam lege validiorem, nempe per communionem subsequendam; ita argumentatus fuit Lud. loco citato, vers. declaratur, qui allegat Bald. in leg. cum falsa, num. 8. C. de iur. & facti. ignor. C. rui. conf. 157. nu. 8. Dyn. conf. 10. nu. 16. lib. 3. & sequitur Mascard. in d. conclus. 1309. nu. 36. Gratian. discip. Forens. lib. 3. c. 47. num. 9. a qua declaratione numquam recederem, praecipue tamen cum etiam inter fratres, quorum vnus tantum negotietur, possit intelligi contracta societas omnium bonorum, si omnia postea fuerint communicata, vt dixi in cap. 16. & ille, qui solus negotiatur, proprio solum nomine libros inscribere solet; & tamen non repugnat, quod ex subsequens non possit intelligi contracta societas omnium bonorum; licet Menoch. in d. conf. 12. dicat, declarationem Socini esse contra communem; verum ipse fuit, qui in illo consilio vt plurimum contra recepras scribentium traditiones consuluit; qui propterea quandoque se retractauit, vt memini, me alias adnotasse.

Secunda satis clara est coniectura, si conficiantur

libri, seu Codices expensarum, in quibus expensae, data, & accepta diligenter conscribantur, Dec. conf. 11. numero 6. vers. vltra praedicta, Alc. de praesumpt. reg. 1. praesumpt. 25. numero 4. Menoch. in d. conf. 12. numero 17. Inf. conf. 2. vers. sic decimo, lib. 3. Mascard. in d. conclus. 1309. numero 33. tamen coniectura declaratur, vt non procedat, si liber fiat solum ad hoc, vt fratres redditus domus, & expensas familiae videre possint in communi, vt diligentes patres familiarum facere solent; vt declarat Menoch. de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 56. numero 44. & dixi supra in cap. 13. numero 14. vnde haec coniectura procederet solum, si ex illis libris apparere posset, vnum, mediante illa scriptura, constitui debitorem alterius. Secundo declaratur, vt calculum factum ab vno altero ignorante, nihil praediceret, Batt. conf. 71. num. 2. Dec. conf. 21. num. 1. vers. non obstat, Mant. de tac. & amb. conuen. lib. 6. tit. 10. sub num. 22.

Tertia satis nota est coniectura, si inter fratres fuerit reddita ratio luorum, damnorum, & expensarum, cum societas vniuersalis abhorreat rationis redditionem, Batt. in leg. Titium, & Menium, §. altero ff. de adm. tut. Bald. & Inf. in l. prima. C. qui test. fac. poss. Nat. conf. 100. num. 3. Lud. in d. conclus. 53. vers. nona coniectura, Mascard. in d. conclus. 1309. nu. 38. & dixi supra in cap. 13. omnia namque inter ipsos debent esse communia l. cum duobus, §. socium ff. pro soc. & dicam infra suo loco. Verum animaduertendum est, tamen hanc coniecturam procedere, si ita fuerit reddita ratio, vt ex ipsa rationis redditione vnusquisque de proprio soluere deberet expensas ad propriam vtilitatem factas; & subire damna particulares personas respicientia, ac consequi lucra particularia, id enim repugnat prolixi societati omnium bonorum. Secus, si exempli gratia vnus solum administraret, ipsaque solus redditus domus reciperet; illosque dispenseret; & postea de administratis aliquam rationem redderet; non ad hoc, vt propria vnus cuiusque deberent esse expensae, damna, & lucra; sed ad hoc, vt ostenderet, se bona communia non dilapidasse, licet enim inter omnium bonorum socios omnia debeant esse communia, hinc tamen non sequitur, quod de rebus communibus vnusquisque ad libitum disponere possit, donando, luendo, mercatando, in aliosque malos vsus conuertendo; ac propterea rationis redditi facta solummodo ad hunc effectum non potest aliquam praesumptionem inducere non contractae societatis, nec Doctores in contrarium citati de hac rationis redditione loquuntur, nec in his terminis procedunt superius tradita cap. 13. in quinto requisito. An autem, & quando fratres teneantur de administratis rationem reddere, dicam in tertia parte, in cap. 44.

Quarto, maxima inaequalitas inter fratres facit quandoque, vt societas omnium bonorum inter ipsos non praesumatur, vt si vnus negotiando plura acquireret, bona, alter vero nullum emolumentum societati afferret; non deberet enim praesumi societas omnium bonorum, nequis suis defraudetur laboribus, ad tex. in §. igitur, Inst. per quas pers. nob. acq. facit tex. in l. cum oportet, C. de bon. q. lib. tradit Bald. in l. pen. C. com. vtr. iud. vbi dicit, quod, si inter fratres simul habitante ex societate omnium bonorum maxima resultaret inaequalitas, non deberet intelligi contracta haec societas; nemo enim praesumitur suum iactare velle, l. cum de indebito, ff. de prob. ad quod confertur tradita per Menoch. in d. conf. 12. num. 13. & seq. de quo etiam Lud. loc. cit. vers. decima coniectura, & tradit Mascard. in d. conclus. 1309. num. 49. qui afferit, societatem

omnium bonorum non præsumi, si omnes non faciant actus sociales, & allegat Corn. in *consil.* 251. nu. 2. vol. 4. Sicne etiam videmus, quod † ratione magnæ inæqualitatis diuisio inter fratres, quæ alias præsumeretur, à iure non præsumitur, prout singulariter tenet Bald. in l. per C. com. diuid.

10 Veram, hanc Baldi declarationem non esse veram, & contrarium tenuisse Solic. dicit Ias. *conf.* 2. nu. 35. lib. 3. doctrina enim ipsius fundata est in d. l. cum de indebito, quæ locum habere posset in dubio, & si in contrarium non adessent coniecturæ: verum concurrentibus his, de quibus in *cap.* 13. non esset hæc coniectura tantæ efficaciz, vt posset dici, hanc societatem non fuisse contractam, nam † in sociis omnium bonorum non attenditur, quod vnus magis lucratur, quam alter, vt per Ias. *loc. cit.* numer. 26. Bald. in l. si patrum, C. com. vir. ind. Alex. *conf.* 70. vol. 5. Rom. *conf.* 172. in ultimo dubio, Crau. *consil.* 159. numer. 3. & dixi supra in *cap.* 16. vnde Bald. declaratio solum habet locum, non existentibus aliis coniecturis in contrarium.

11 Quinto, iuramentum vnus asserentes, mentem suam nunquam fuisse, contrahere societatem omnium bonorum; aliquid operari posset, Ceph. *consil.* 639. num. 10. de quo supra in *cap.* 14.

12 Sexto, diuersitas caractri arguit societatem omnium bonorum non fuisse contractam; quemadmodum diximus, communem descriptionem societatem hanc arguere, Bald. *in l. di. consil.* 11. num. 15. lib. 1.

Sed quid si hinc inde adessent coniecturæ: tunc maiores, & vigentiores essent attendendæ, cum † fortior præsumptio tollat minorem, l. Diuus. ff. de in integ. rest. l. mater. ff. de calum. prout etiam † maior verisimilitudo minorem tollit, Bal. in *leg. scire. C. de prob. lal. di. consil.* 2. num. 22. lib. 3. & semper † efficaciores coniecturæ prævalere debent, *cap. litteras, de præsumpt. l. licet Imperator, ff. de leg. 1.* Ceph. quia varios allegat *conf.* 1765. num. 7. lib. 5. † numerus etiam illarum debet attendi, cum in casibus, in quibus per coniecturas proceditur, maximè numerus attendatur, Bart. in l. spadones, §. atas, ff. de excus. tut. & in l. de questione, §. tormentis, ff. de qu. Bald. in l. filium desinimus, ff. de hie, qui sunt sui, vel alien. iuris Post. Imol. *consil.* 68. num. 10. † plura enim vincula magis stringere solent, Ias. in *di. consil.* 1. num. 22. & seqq. lib. 2.

Sed inter alia maximè esset attendendum, an requisita, quæ diximus, esse necessaria, concurrerent, de quibus supra in *cap.* 13.

## SVM MARIVM.

- 1 Facila non præsumuntur.
- 2 Societas debet probari ab eo, qui asserit, fuisse contractam.
- 3 Societas probatur, probato consensu contrahenda societatis.
- 4 Ex tacito consensu probatur tacita societas.
- 5 Tacitus consensus contrahenda societatis, ex quibus probatur.
- 6 Testes deponentes societatem fuisse contractam, debent etiam non interrogati rationem reddere: secus si deponat super aliis societatem inferentibus.
- 7 Testis non interrogatus regulariter non tenetur reddere scientia rationem, fallit, si deponat de his, quæ non cadunt sub aliquo sensu corporeo, num. 8. & 9.
- 8 Testis deponens super dominio, debet non interrogatus rationem reddere: secus si deponat de aliis dominium inferentibus, num. 11.
- 9 Renouatum fuisse societatem debet probari ab allegante.

## A quibus, &amp; quomodo probandæ sint tacitæ societates.

## Cap. XIX.

Vidimus requisita societatem, quæ inter fratres tacite quandoque contractæ consentur, necnon coniecturas indicantes contractas, vel non contractas fuisse: modo, antequam ulterius progrediar, querendum esse duxi à quibus, & quomodo probandæ sint hæc tacitæ societates. Sed, cum societas sit quid facti, & † facta non præsumantur, vulgata, l. 7. bello, §. facta, ff. de capt. & post. reuerf. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 14. num. 1. & seqq. certum est, † ab eo probari debere, qui asserit fuisse contractam, vt post alios dixit Mascard. de probat. conclus. 1309. in princ. qui allegat Gratian. in *conf.* 128. num. 2. lib. 1. Decian. *conf.* 97. num. 2. vol. 2. & *conf.* 36. num. 3. vol. primo, Nat. *conf.* 358. lib. 2. & tradit Ludow. *conclus.* 57. vers. & cum iste societates, pag. mibi 116. necnon Borg. *decis.* 10. nu. 1. part. 2.

3 Probatum autem societas, probato consensu contrahendæ societatis; cum enim societates à solo consensu dependant, §. 1. Inst. de societate, Rim. Sen. *conf.* 79. nu. 59. *conf.* 100. num. 14. *conf.* 144. nu. 12. & *conf.* 175. num. 19. lib. 1. Ceph. *conf.* 146. num. 3. Rol. à Valle *consil.* 91. num. 26. lib. 1. Mascard. *loc. cit.* numer. 3. probato tali consensu, dicitur probata societas; nec obstat, consensum esse tacitum, nam † ex tacito consensu tacitam probari societatem, probat rex. in *leg. societatem coire, ff. pro soc. latè Mascard. post alios in di. conclus.* 1309. num. 8. qui † tacitus consensus probatur, probatis requisitis necessariis ad ipsam inducendam, ac probatis coniecturis, quæ societatem aliquam fuisse contractam indicare solent: de quibus, omnibus superius suis locis.

6 Vnum tamen non est omittendum, quod testes deponentes inter aliquos, hanc, vel illam contractam fuisse tacitam societatem, debent etiam non interrogati, rationem scientiæ reddere, vt tradit Castr. *consil.* 93. num. 2. lib. 2. Corn. *conf.* 220. num. 2. lib. 3. Mascard. in *di. conclus.* 1309. in fin. Licet enim regulariter † testis non interrogatus de causa scientiæ, non teneatur reddere rationem sui dicti, vt per Barr. Bald. Saly. Paul. de Castr. & alios scribentes in l. solum, C. de tex. & docent plures, quos cumulauit Farin. de *tex. quest.* 70. num. 93. tamen hoc fallit, † quando testis deponit de his, quæ non aliquo sensu corporeo, sed iudicio intellectus præcipiuntur, vt sunt inuisibiles animi qualitates, quæ certi, ac cognosci non possunt per sensum, nisi mediantibus actibus extrinsecis, ex quibus postea deuenitur in cognitionem intrinsecarum qualitatum, vt dixit Mascard. in *di. conclus.* 1309. in prima limitatione; tunc etiam nea interrogatus sui dicti rationem reddere debet testis; vt distinguendo docent omnes in d. *leg. solum;* & est communis omnium doctrina, vt videtur potest per Farin. in *di. quest.* 70. num. 6.

9 Quod tamen intelligendum est, si testes simpliciter deponant, inter fratres societatem fuisse contractam, tunc enim dicerentur deponere super re, quæ sub aliquo corporeo sensu non cadit; † tunc si deponerent de aliquo requisito necessario ad inducendam societatem, vel de aliqua coniectura, vel actu, ex quo societas argui possit: nam tunc ille actus, illud requisitum, illa coniectura; sub sensu corporeo caderet, vt si deponerent, fratres simul habitasse, communiter vixisse, fructus communicasse, hanc, vel illam expensam de com-



communi fuisse, & similia, ex quibus diximus, societates præsumi; nam tunc, licet ex illis actibus argueretur societas; tamen non dicentur deponere super societate; sed super actibus societatem indicantibus, qui actus, cum cadant sub sensu corporeo, non requirunt aliam expressionem rationis, nisi tamen testis fuerit de causa scientiæ interrogatus, ut per Farin. loc. cit. nu. 93. prout et deponens, aliquem esse dominum, tenetur reddere rationem sui dicti, quia dominium non cadit sub aliquo sensu corporeo, Innoc. in e. cum causam, de test. et secus si deponat de aliquo actu dominium inferente, ut si dicat vidisse possidere, tenere, fructus percipere, l. Titia. ff. de sol. ut dixit Paul. de Castr. in d. conf. 73.

12 Et quod dictum fuit de probanda societate, prodit etiam in eo, qui offereret, societatem fuisse renovatam, Castr. in dist. conf. 75. Coru. conf. 54. nu. 2. vol. 1. Menoch. conf. 121. num. 7. lib. 2. Renovatio autem probanda esset ex his, quæ de renovatione infra dicemus.

## SUMMARIUM.

- 1 Societas bonorum simpliciter in quibus differat à societate omnium bonorum.
- 2 Socij omnium bonorum omnia dicuntur habere communia absque traditione.
- 3 Dominium sine possessione non transit, ex titulo singulari.

De differentiis inter simplicem, & omnium bonorum societatem.

## CAP. XX.

**D**eclarauimus in præcedentibus, an & quando intelligatur contracta tacite societas omnium bonorum, vnde modo videndum restat de effectu dictæ societatis, & quamquam ex ipsa intelligantur communicata: quod ut magis appareat, placeat in hac capitulo tangere differentias inter simplicem bonorum societatem, de qua superius suo loco; & hanc, quæ dicitur omnium bonorum.

1 Prima differentia est respectu rerum communicandarum, inter simplices enim bonorum socios communes sunt fructus tantum, & quæstualia, ut in cap. 7. socij verò omnium bonorum omnia habent communia, ut in sequentibus dicetur.

Secunda differentia est respectu proprietatis, quæ in socijs bonorum simpliciter propria remanet vniuersi cuiusque, ut in d. cap. 7. in socijs verò omnium bonorum vna cum fratribus intelligitur communicata etiam proprietates, de quo pariter in sequentibus.

Tertio differunt, quia expensæ fiæ ab vno ex socijs simpliciter sunt propriæ illius, ut in cap. undecimo; expensæ vero sociorum omnium bonorum sunt communes, ut in cap. 30.

Quarto differunt quantum ad damna, nam damna obueniens vni ex socijs bonorum simpliciter; propria, non communia esse debent, ut supra in d. cap. 19. inter socios verò omnium bonorum damna omnia sunt communia, ut in cap. 31.

Quinta differentia est circa emptiones proprio nomine factas, nam, si socius omnium bonorum emat nomine proprio, illud communicare tenetur societatis iudicio; socius verò bonorum simpliciter si emat, nomine proprio sibi acquirit, nec tenetur illud communicare, etiam si acquisitio fuerit facta de pecunijs communibus, sed solum illo casu societati pretium refundere tenetur, ut dictum fuit superius in cap. 8.

Sexto differunt pariter in emptionibus factis communi nomine, cum si socij omnium bonorum emat communi nomine, omnia erant sunt communia, socij verò bonorum simpliciter, licet communi nomine emant, si emptio tamen facta sit de proprio proprio s alij socij eorum partem pretij restituere debent, ut supra dictum fuit in d. cap. 8. & in dubio de proprio preluimitur facta solutio, ut in cap. 9.

2 Septimo differunt, quia socij omnium bonorum omnia, quæ possident, intelliguntur adiuuicem communicasse absque vlla traditione, Dec. in leg. traditionibus, num. 3. C. de pall. Alex. in §. primo. Inst. de societ. propter enim titulum vniuersalem dicitur translatum dominium, per text. in l. si adopratio, ff. de prerar. et in Auth. ingressi, C. de sacros. Eccl. & ibi Bart. in 3. oppositiore, & Salic. in quarta, & quilibet fingitur, se constituisse nomine alterius, Bart. in l. 1. ff. pro soc. & probat text. in leg. prima, §. in societate, cum l. seq. ff. pro soc. Mant. de tac. et amb. conuent. lib. 6. tit. 15. num. 1. et seqq. Secus tamen est in simplici bonorum societate, dicitur enim titulus vniuersalis, & ex titulo singulari non transit dominium sine possessione, lex. si eger, ubi Bart. ff. de rei vend. et in d. leg. traditionibus, C. de pall. Menoch. conf. 121. num. 7. lib. 2.

## SUMMARIUM.

- 1 Societas omnium bonorum ad suam equalitatem non requirit, ut tam vnus, quam aliter in societate ponat, ubi de ratione.
- 2 Hereditates, donationes, & legata sunt communia inter omnium bonorum socios: et tempore diuisionis omnia debent communiter diuidi, num. 3.
- 4 Lucra omnia vnde cumque proueniens sunt communia inter omnium bonorum socios, et num. 7. et tam presentia, quam futura, num. 8. et tam acquisita proprio nomine, quam communi, num. 9. et tam si societas sit contracta expresse, quam tacite, num. 11.
- 5 Lucra non est generale, et comprehendit omnia, quocumque titulo acquisita.
- 6 Questus appellatiore, qua veniant.
- 7 Lucrorum communio conuenit solum socijs omnium bonorum.
- 10 Lex, coiti. ff. pro socio, declaratur.
- 12 Damna vnde cumque proueniens sunt communia inter omnium bonorum socios, etiam si seorsum habitent, num. 13. dummodo non proueniant ex culpa vnus tantum, num. 14.

Quanam debeant esse communia inter omnium bonorum socios.

## CAP. XXI.

**D**e rebus communibus inter omnium bonorum socios in sequentibus erit agendum, verum antequam ad plura deueniamus indiuidia, de quibus spatim per Doctores, prius duæ generales constitutiæ sunt regulæ, ex quibus ad multa in sequentibus capitulis inferam. Sed prius non est omittendum, et in hac societate omnium bonorum, ad ipsius equalitatem nihil refert, si vnus plusquam alter in societate habeat, si vnus sit industriosior altero, si vnus magis grauatus sit familia, quam alter: equalitas enim huius societatis fundata est in spe, & dicitur iusta ratione futuri euentus: fieri namque posset, ut minus industrioso, pauperiori, & familia grauato ingens aliquod obueneret patrimonium, vel quod ipsis ali-

- 2 qua fieret donatio, vel legatum, † quæ omnia dicerentur, communia, lib. 1. §. cum specialiter, ff. pro soc. Cepol. consil. 40. num. 4. Corn. consil. 107. num. 6. lib. 3. & consil. 310. lib. 4. D. c. conf. 66. & consil. 68. Soc. Sen. consil. 160. num. 17. lib. 1. Pup. in leg. si pascenda, C. de pactis, Couar. variar. resolut. lib. 3. cap. 2. nu. 3. vers. quinto, Carp. super stat. Mediol. part. 2. cap. 483. num. 32. Mant. de tacit. & amb. conuent. lib. 6. tit. 10. num. 4. & tit. 15. nu. 20. † Et licet Crau. in consil. 199. num. 11. videatur tenere, id solum procedere durante societate, sed ipsa finita, plus lucri participare debere eum, qui tam ratione industriae, quam alterius rei, plus in societate possit, ut refert Ludou. conclus. 31. vers. Crauetta tamen pag. mibi 113. qui ad idem allegat Corn. in consil. 124. lib. 1. & in consil. 58. vers. ex his, lib. 4. Dec. in lillud, C. de coll. in fin. tamen, ut Lud. dicit Crauetta opinio in sociis omnium bonorum, est omnino falsa, in quibus similes oblationes haberi non possunt, cum non solum fructus, sed etiam proprietate intelligatur communicata, ut clarè ex dicendis in sequentibus apparebit.
- Hoc igitur posito pro constanti, si queratur quæ nam communia esse debeant inter omnium bonorum socios, duæ generales, & affirmatiuæ constitucendæ sunt regulæ. Prima, † quod inter omnium bonorum socios omnia lucra vnde cumque prouenientia debeant esse communia, ut probat tex. in leg. 3. §. cum specialiter, ff. pro soc. l. si fratres, §. ad eum Papinianus, & §. socium, & l. si societas vniuersarum, ff. eod. hoc autem † lucri nomen est ita generale, ut aptum sit comprehendere omnia vnde cumque quæ sita, siue titulo lucratiuo, siue oneroso, & omnia quæ excogitari possunt, ut dicit Crau. consil. 294. sub num. 1. & † distict à quæ sita, cuius appellatione veniunt solummodo acquirita ex opera alienius in aliqua negotiatione, artificio, vel mercatura, leg. qualiter, ff. pro soc. vbi gloss. in verbo, opera, & probat tex. in l. coire, ff. eod. docetque Ruin. consil. 101. sub num. 10. vers. sed præmissis, lib. 1. Hecht. Fel. de societ. cap. 13. nu. 5. vnde † communio lucrorum conuenit solummodo sociis omnium bonorum; cum solum inter ipsos omnia vnde cumque prouenientia, tam ratione fructuum, quam proprietatis debeant esse communia, scribentes in d. leg. si societatem vniuersarum, Rol. consil. 91. num. 13. lib. 1. Nat. consil. 100. Crauet. consil. 26. num. 6. & consil. 145. num. 5. Dec. consil. 85. nu. 5. Gomel. lib. 1. variar. resolut. cap. 5. nu. 4. Petr. de Vbald. de duobus frat. part. 5. sub nu. 2. Non. consil. 19. num. 26. & consil. 64. num. 8. Decian. consil. 86. num. 7. lib. 2.
- 8 & † tam præsentia, quam futura, ut in d. leg. si societatem vniuersarum, Mant. de tac. & amb. conuent. lib. 6. tit. 15. num. 1. & † tam acquisita proprio nomine, quam communi; & tam ex pecunia vnius, quam alterius; nam cum inter fratres socios omnium bonorum nihil proprii esse possit, semper acquisitio dicitur facta de communi, & docet Bald. in leg. si patrum sub num. 1. C. com. vtr. iud. & in consil. 265. lib. 4. Alex. consil. 78. lib. 2. Rom. consil. 191. Petr. de Vbald. de duobus frat. part. 5. sub num. 3. Hecht. Fel. in d. l. cap. 12. num. 21. vnde cum etiam acquisita nomine proprio sint communia, frustra ageretur ad communionem societatis iudicio, Mant. et d. tit. 15. num. 5.
- 10 Nec obstat tex. in l. coire, cum, l. seq. ff. pro soc. cum loquatur non de societate omnium bonorum, sed de societate simpliciter contracta, quæ solum fructus, & quæ actualia communia reddat, Mant. loc. cit. num. 6. & larius fuit dictum suis locis.
- 11 Quæ regula procedit, etiam in societate tacite contracta, quicquid in contrarium asserat Dec. in consil. 21. num. 9. ubi contractus in consil. 68. num. 1. Mant. loc.

cit. nu. 9. & seqq. & dictum fuit supra in cap. 2. & 3. vbi de monstrauimus, inter expressas, & tacitas societates nullam adesse differentiam.

- Secunda, & generalis patiter est regula, quod quemadmodum lucra omnia inter omnium bonorum socios debent communicari, sic etiam † damna vnde cumque prouenientia debeant esse communia, leg. cum duobus, §. per contrarium, ff. pro soc. Rol. consil. 91. nu. 37. lib. 1. Non. consil. 64. nu. 8. cum communis sit inter eos prospera, & aduersa fortuna, ut dixit Bald. in d. leg. si patrum, C. com. vtr. iud. Socin. consil. 4. num. 41. vers. nisi, lib. 4. Lud. 104. conclus. 53. vers. Propterea, Fulg. consil. 128. nu. 2. Corn. consil. 157. lib. 2. Mant. de tacit. & amb. conuent. lib. 6. tit. 21. num. 1. & seqq.
- 13 Quod procedit, etiam si seorsum habitent, & in linguis partibus, dammodo inter ipsos hæc sit contracta societas, quod fieri posse, diximus, in cap. 13. Decian. consil. 85. nu. 6. lib. 2. censentur enim sibi adiuticem, & reciprocè dedisse mandatum, vnde vnusquisque facto alterius obligatur, scribentes in leg. eius, ff. si cert. petat. docetque post alios Decian. loc. cit. † Dammodo tamen damnum culpa vnius non eueniat, ut probat tex. in l. cum duobus, alias si fratres, §. socium, ff. pro soc. & declarat Mant. loc. proxime citato, num. 1. & seqq. & ex infra dicendis suis locis apparebit.
- Sed ad hæc supra dictæ regulæ procedant, etiam respectu expensarum factarum pro filiis sociorum, & respectu acquisitionum per ipsos filios factarum, declaratur præcipuè in cap. 35.

## S V M M A R I V M.

- 1 Hæreditates, donationes, & legata sunt communia inter omnium bonorum socios: etiam si societas sit tacite contracta, num. 1. & etiam si relicta sit vniuersarum tantum contemplatione, num. 7.
- 2 Spurius habebit partem hæreditatis paternæ, si à patre instituta fuerit persona, cum qua spurius societatem omnium bonorum contraxerit, nisi tamen de fraude appareat, num. 4.
- 3 Iuxta hæreditatem dicitur solum proueniens ab intestato.
- 4 Hæreditas delata vni, qui alius ab intestato erat successurus, an debeat esse communis, si ille cum alio societatem contraxerit, subsistit verbi: si aliqua iuxta hæreditatem obueniat.

## De Hæreditatibus, legatis, &amp; donationibus factis vni ex sociis omnium bonorum.

## CAP. XXII.

- EX duabus regulis supra positis ad plura inferunt Doctores, de quibus in sequentibus videbimus, & primo in hoc capite de hæreditatibus, legatis, ac donationibus videamus, † quæ, si aliqui obuenerint, communes sunt inter omnes, ut probat tex. in l. 3. §. cum specialiter, ff. pro soc. l. ita, & l. societatem, ff. eod. Rol. consil. 91. num. 37. lib. 1. Crau. consil. 26. num. 3. Ial. consil. 3. num. 3. & num. 19. lib. 3. Menoch. consil. 12. num. 18.
- 2 Et licet Carp. super stat. Mediol. part. 2. cap. 483. num. 138. existimet, id procedere solum in societate expresse contracta; tamen ipse secutus fuit opinionem Alex. in consil. 49. num. 7. lib. 1. quam communiter reprobari, diximus supra in cap. 3. vnde generaliter dicendum est, id etiam in tacitis societatibus locum habere; secundum communem aliorum sententiam,

3 Ex quo dicitur multi, quod, si quis habeat filium spurium, cui propterea nihil relinqui possit, *Auth. ex co. plexu, de incest. nupt. Bart. in leg. vltima, num. 3. de his quibus, vt indig. Dec. conf. 288. num. 3. cautelam esse, vt ipse spurius contrahat societatem omnium bonorum cum aliquo; & quod postea pater spurij eius socio relictum faciat, cuius relicto partem habebit spurius ratione societatis, Bart. in l. si is, ff. de lib. leg. Bald. in leg. prima, num. 38. ff. pro soc. Felin. in cap. primo, sub num. 3. de presump. Cepol. cant. 38. vers. septima cautela, He. Et. Fel. de societ. c. 12. nu. 3. Bart. tamen loc. cit. nu. 6. dicit, id verum esse, nisi tamen de fraude appareat, † de qua per coniecturas apparere possit; vnde Mant. de tac. & amb. conuent. lib. 6. tit. 13. sub num. 12. dicit, cautius esse vt patet legitimationem procuret cum clausulis necessariis.*

Hanc conclusionem, quod hereditates sint communes, ampliat Ioseph Lud. conclus. 53. vers. hinc etiam quinto inferitur, vt procedat, etiam si hereditas deficiatur ex testamento ei, qui alias ab intestato erat successurus; & allegat l. in hac verba, nu. 52. & seqq. de leg. primo, qui post Bart. Petrus Cyn. Alb. & Alex. testatur de comuni. Verum animaduertendum est, hanc ampliationem nihil commune habere cum casu nostro: certum enim est, quod inter socios omnium bonorum omnes hereditates, siue ex testamento, siue ab intestato, sunt communes, d. leg. 3. cum specialiter ff. pro soc. Dubium vero, de quo per Doctores in d. l. hac verba erat de sociis, qui expressè contraxerant societatem, si aliqua iusta hereditas ipsis obueniret: † in qua societate dicebatur propterea solum comprehensa hereditates legitimè prouenientes ab intestato, non autem illæ, quæ ex testamento prouenirent, vt per Alex. consil. 56. num. 4. lib. 2. Gomez. lib. 2. resolut. cap. 5. sub num. 4. in fin. vnde dubitabatur, tan si ille, qui alias ab intestato erat successurus, fuisset in super institutus hæres, debere illam hereditatem communicare: & dicunt communem esse sententiam, communicari debere, vt per Rip. in d. l. hac verba. sub num. 45. de quo etiam He. Et. Fel. de soc. cap. 12. num. 47. Sed nos loquimur in sociis omnium bonorum, quorum societas non est vilo modo restricta, ac propterea † omnes hereditates comprehenduntur, tam si contemplatione vnus, quam si alterius fuerint relicte, leg. socium, qui in eadem, §. fin. ff. pro soc. Alexand. consil. 137. lib. 5.

S V M M A R I V M.

- 1 *Lucrum dotis an debeas inter omnium bonorum socios communicari, & per totum, & ponitur conclusio questionis num. 18.*
- 2 *Verba geminata multum operari solent.*
- 3 *Qui totum dicit, nihil excludit.*
- 4 *Iniuria, si fiat vni ex sociis omnium bonorum, eius estimatio societati acquiritur.*
- 5 *Lex, quod si eo tempore, ff. pro socio, inducitur, & declaratur, num. 15.*
- 6 *Lucrum dotis dicitur præcipuum mariti; sed debet communicari societati iudicio, num. 7. si tamen omnes susceperint onera matrimonij, num. 10.*
- 8 *Lucrum dotis inter socios bonorum simpliciter non est commune, quantum ad proprietatem.*
- 9 *Lucrum dotis acquisitum viuente patre, non debet cum aliis fratribus communicari, vt in fine.*
- 11 *Lucrum dotis recepta durante societate, acquisitum tamen ipsa finita, an debeat cum aliis fratribus communicari, & numerus seqq.*
- 12 *Et alienum contr. alium, durante societate omnium bonorum de communi, solus debet, & ita in contrario ac-*

quisita debent esse communia, num. 13. & quando sit intelligendum, num. 14.

19 *Lucrum dotis debetur etiam de dote prouisa, etiam data dilacione ad soluendum, num. 17.*

Dotes, quas ex pacto, Vel ex forma statuti lucratur sociis omnium bonorum, an debeant communicari.

CAP. XXIII.

1 Ex generalitate primæ regulæ, de qua in cap. 21. Edubitant Doctores, † quod si vnus ex sociis omnium bonorum lucratur aliquam dotis partem, ob mortem vxoris præmorientis absque filiis, an illa portio debeat cum aliis fratribus communicari: & affirmatiuam partem tenent Alex. in leg. si cum dote, §. transgrediamur, ff. sol. matr. Roman. consil. 406. & consil. 471. lal. consil. 3. lib. 3. Dec. consil. 66. & consil. 68. Rol. consil. 91. num. 41. lib. 1. Bart. consil. 190. nu. 8. lib. 1. Bald. in leg. in actione, §. fin. ff. pro soc. & in consil. 284. lib. 5. Angel. consil. 60. Petr. de Vbald. de duobus fratr. part. 5. num. 19. Soc. consil. 40. num. 7. lib. 4. Campeg. de dot. part. 1. quest. 7. in fin. Ruin. consil. 101. num. 16. lib. 1. Phan. de lucro dote gios. 18. num. 33. Roland. de lucro dote, quest. vltima, Carp. sup. stat. Mediol. part. 2. cap. 483. num. 145. He. Et. Fel. de societ. cap. 11. num. 29. Mant. de tac. & amb. conuent. lib. 6. tit. 15. num. 17. & alij passim. Mouentur omnes per tex. in l. 3. specialiter, ff. pro soc. vbi Iuriscultus dicit, non solum deberi communicari hereditates, legata, & quod donatum est, sed quacumque occasione acquisitum, cuius tex. † verba geminata multum operantur, maximumque producant effectum, l. Ballista, ff. ad Treb. Dec. in d. consil. 66. num. 3.

Secundo, inducunt tex. in leg. cum duobus, §. socium, ff. pro soc. ibi, socium vniuersa societati conferre debere.

3 *Neratus ait, si onus bonorum sociis sit. † At qui totum dicit, nihil excludit, l. Iulianus, ff. de leg. 3. l. a procuratore C. mand. cap. solue de maior. & obed. can. si Romanorum, 19. distict. ad quod conferunt multa superioris tradita in dict. cap. 21. in prima regula, quæ hic non repetam.*

4 Tertio, eandem inducunt legem, dum ibi disponitur, quod si vni fiat iniuria, eius estimatio societati acquiritur; & tamen certum est, iniuriam vni solum fuisse factam ergo in sociis omnium bonorum, quod lucrum proueniat, magis ratione vnius quam alterius, non attenditur.

5 Quarto, de hoc tex. adest expressus in leg. quod si eo tempore, ff. pro soc. cuius hæc cum verbis, Quod si eo tempore, quo dissoluitur societas, in ea causa dos sit, vt certum sit, eius vel partem eius reddi non oportere, diuidere cum inter socios index debet: at certum est lucrum dotis acquisitum per mortem vxoris præmorientis absque filiis non esse restituendum, ergo inter ipso fratres omnium bonorum socios diuidi debet.

6 Nec obstat, si dicatur lucrum dotis esse præcipuum mariti, cum ipse sit causa finalis, & immediata huius lucri, nam licet verè istud lucrum societati non acquiritur, sed socio marito, tamen cum socij omnium bonorum debeant omnia vndecumque prouenientia communicare, † debet istud lucrum societatis iudicio conferre, leg. si quis societatem, ff. pro soc. Decian. in dict. consil. 66. sub num. 3. & conferunt multa dicta superioris de emptionibus proprio nomine factis.

8 Id tamen declaratur solummodo procedere in so-

ciis omnium bonorum; secus si socij bonorum simpliciter essent; in quibus licet variae sint scribentium opinionones, vt per Rom. in dicto consil. 406. per totum; tamē verissima illa est, vt quantum ad fructus debeat tale lucrum communicari, sicut tamen quantum ad proprietatem; quod probant tradita superius in c. 7. §. 11.

9 Secundo declaratur, superius dicta procedere, si lucrum fiat post mortem patris, secus si eo adhuc viuente, tunc enim quid dicendum sit, docuimus supra in prima parte, cap. 8.

10 Tertio id declarat Mant. loc. cit. num. 18. si etiam alij socij substituerint onera matrimonij; verum cum questio sit de sociis omnium bonorum; non potest dari casus, vt vnus de proprio onera substituerit matrimonij; cum expensae omnes de communi fieri debeant, vt dictum fuit superius in cap. 21. & infra suis locis declarabuntur.

11 Sed etiam dictis pulchra oritur dubitatio, quid si durante adhuc matrimonio finiat hęc societas omnium bonorum, & vnus postea lucretur per mortem vxoris aliquam dotis partem, an illam communicare debeat cum alijs fratribus. Glosa in d. l. quod si eo tempore, tenet communicari debere, imò dicit, quod tempore dissolutionis debet maritus dare fideiussorem fratribus, de danda parte futuri lucri, per tex. in leg. vnae

12 et ff. pro soc. cuius tex. hęc sunt verba. † Omne as alienum, quod manente societate contractum est, de communi soluendum est. Igitur, etsi sub conditione promiserat, & distracta societate conditio exierit, ex communi soluendum est, ideoque si interim societas dirimatur,

13 cautionis interponendae sunt. † Qui tex. probat à contrariis, hoc est, quemadmodum debita contracta durante societate, debent solui de communi, licet finita iam societate veniant soluenda, vt in dict. l. vnae as; etiam si per vnum tantum ex sociis fuerint facta, vt per glosam ibi; ita etiam credita acquisita durante societate debent esse communia, licet finita iam societate debeant exigi, & licet etiam ab vno tantum fuerint acquisita.

14 Verum dict. leg. vnae as; loquitur quando debitum fuit contractum, ortaque fuit obligatio durante societate, quo casu debet solui de communi, etiam si ipsa finita adueniat tempus soluendi; vnde argumentum à contrario, procedere poterit in credito verè acquisito durante societate, licet ipsa finita, veniat exigendum. Sed in questione proposita non erat, durante societate, acquisita aliqua actio ad illud lucrum, sed actio fuit acquisita per mortem vxoris decedentis sine filiis, & sic finita iam societate; vnde tex. iste nihil probat.

15 Posset tamen opinio glosae procedere, si durante societate, fuisset appositum pactum de lucranda aliqua portione dotis, finito matrimonio tam per mortem vnus, quam alterius, & tam si remanserint filij, quam si non remanserint; tunc enim diceretur acquisitum ius, & nata obligatio, ortaque actio societate ipsa durante; & locum haberet dispositio tex. in dict. l. quod si eo tempore, in illis verbis: Quod si eo tempore, quo dissoluitur societas, in ea causa dos sit, vt certum sit, eam, vel patrem eius reddi non oportere: praesupponit namque, certum esse lucrum, quod dici non potest, quando id pendet à futuro euentu, vt in questione proposita, posset enim maritus prius decedere, quam vxor, vel vxor cum filiis.

16 Aliud posset dari exemplum in dote promissa, & non exacta, à qua pariter lucrum dotale detrahitur, Roland. post antiq. de lucro dotis, quast. 9. Gab. conf. 12. num. 3. lib. 1. Menoch. de praesumpt. lib. 6. praesumpt. 1. nu.

21 Ludou. de. s. 3. num. 1. & seqq. quod ex pluribus firmat Gasp. Anton. Thesaur. quasi. for. lib. 2. quast. 75. de Rotam Romanam id sepe fecit: cutam fuisse, testatur Beltram. in add. ad dict. decis. 5. Ludou. & si debitor fuerit morosus in soluendo, nulla est controuersia, vt per Rotam in d. decis. 3. † procedit tamen etiam data dilatione ad soluendum, nisi contrarium disponat statutum, vt per Ludouit. decis. 21. per totum; quod procedit etiam si per breue tempus durauerit matrimonium, Ludou. in d. decis. 5. num. 10. Vnde si decesserit vxor socij absque filiis, dote nondum exacta ob dilationem datam ad soluendum, esset obligatus iste socius tempore diuisionis dare fideiussorem fratribus de communicando lucrum exigendum ex illa dote promissa, & nondum exacta; & est ratio, quia durante societate nata est obligatio, & orta actio, ad tex. in dict. leg. quod si eo tempore.

18 Concludamus igitur primo, lucra dor's communicari debere inter omnium bonorum socios, si tamen durante societate matrimonium fuerit solutum; si vero prius finiat societas, maritus suam debet recuperare dotem, cum debeat apud stare, qui onera substituit matrimonij, l. alio. §. si ff. pro soc. Rol. conf. 171. vers. de fructibus dotum, lib. 2. ac ideo tempore diuisionis extrahitur tamquam res alienum. Dec. consil. 39. num. 16. lib. 1. & consil. 85. nu. 8. lib. 2. Ceph. conf. 40. in fin. & consil. 481. num. 24. & seqq. Menoch. consil. 12. num. 15. & consil. 122. num. 34. & seqq. Mant. de me. & au. b. conuent. lib. 6. tit. 15. nu. 23. nec si postea aliquid lucretur, cū alijs fratribus communicare est obligatus; secus tamen si certum sit, aliquid maritum lucraturum fore ex obligatione orta, & acquisita durante societate, vt in exemplis supra positis, quo casu debet dare fideiussorem de restituenda portione lucri alijs fratribus, adueniente casu exactionis, vt glos. dicit in d. leg. quod si eo tempore, & hanc, crederem, esse germanam istatum legum intelligentiam, sicque glosam praedictam sensisse.

#### SVM MARIVM.

- 1 Fructus bonorum Feudalium sunt communes inter omnium bonorum socios.
- 2 Feudum vnus non dicitur commune inter omnium bonorum socios, vbi de ratione; & quid si feudum sit antiquum, & hereditarium, num. 5.
- 3 Feudum acquirens debet alijs socijs partem pretij restituere; etiam si sint omnium bonorum socij, vt num. 4.
- 6 Das ad pristinum statum de facili reuertitur.
- 7 Emphyteusis non debet communicari cum alijs socijs omnium bonorum, contra num. 8.

Feudum, ac Emphyteusis an efficiantur communia inter omnium bonorum socios.

#### CAP. XXIV.

SI queratur, an feudum debeat esse commune inter omnium bonorum socios, facilis, & clara est resolutio; † nam si loquimur de fructibus, & prouentibus, qui ex ipso Feudo percipiuntur; & communes absque dubio esse debent, cum inter omnium bonorum socios omnia sint communia, vt supra dictum fuit, & etiam in sequentibus dicetur, & fatentur Doctores infra citandi.

- 2 Si vero loquamur de ipsa iurisdictione, nulla potest considerari communia, non ratione societatis, quae vellet

vellet omnia reddere communia, sed ratione rei, cuius est natura, ut non possit de una persona in aliam transire, ut expresse probat text. in cap. primo, §. si duo fratres de frat. de nou. benefic. inuest. ubi Bald. num. 4. & 5. & ratio in ipso tex. adducitur, ne Dominus directus Feudi alium inuitus acquirat vassallum, & tradit Alexand. consil. 48. nu. 3. & segg. lib. 2. Rosellus inter consil. diuersi. consil. 18. part. secunda, He& Fel. de societ. cap. 12. num. 35. Mant. de sacis. & ambig. comment. lib. 6. tit. 15. nu. 16. ac ideo solum inuestitus ipsam iurisdictionem exercere possit, precipue cum industria personæ videatur electa.

Si tamen Feudum fuisset acquisitum durante societate, acquirens deberet reficere aliis fratribus partem pretij, ut in citato tex. habetur, & dixit Bero. consil. 190. num. 42. lib. 1. Et licet He& Fel. loc. cit. num. 38. dicat, id solum intelligendum esse in sociis particularibus, non autem in sociis omnium bonorum, inter quos omnes expensæ debent esse communes, tamen ego id generaliter intelligerem in omnibus sociis; verum namque profectus est, omnes expensas inter omnium bonorum socios debere esse communes; sed certum etiam est, omnia illis expensis acquisita communicari debere: unde, si detur casus, ut ratione rei illud acquisitum non possit communicari, sed proprium unius remanere debeat, inconueniens videtur, ut impensa facta in acquirendo remaneat communis: quod maximam inter fratres posset inducere inæqualitatem: fateor tamen durante societate, non posse fieri hanc repetitionem, cum socij omnium bonorum nihil proprij retinere possint; sed tempore diuisionis pars pretij solui aliis esset reficienda.

Conclusionem modo supra positam, Feuda non esse communicanda, limitat Mant. loc. cit. si Feudum sit antiquum, paternum, & hæreditarium, ita ut ad omnes filios transire, inter ipsosque diuidi possit, nam tunc, si cum effectu inter eos fuerit facta diuisio, & uni solum Feudum in diuisione obuenerit, si postea iterum fratres in simul stare ceperint, omniaque in communi redirent, ita ut dicatur inter eos contracta societas omnium bonorum; etiam Feudum deberet intelligi communicatum, cessat enim tunc ratio supra considerata, Dominum directum non debere inuitum nouum recipere vassallum, cum omnes sint in inuestitura comprehensi, & tres ad pristinum statum de facili reuertitur, leg. si vnus, §. pactus ne peteret, in fin. ff. de pact. can. ab exordio, 35. distinct.

Et quod dictum est de Feudo, dicent procedere, etiam in Emphyteusi, quæ ad vno acquisita cum aliis communicari non debet, ut docet Bero. in consil. 190. num. 42. lib. 1. qui asserit, sic communiter tenere Doctores, ut Prepos. in cap. 1. §. primo de frat. de nou. benefic. inuest. Decian. consil. 435. num. 6. licet enim citatus text. loquatur in Feudo, militat tamen eadem ratio, ne Dominus directus cogatur inuitus, si non alium habere vassallum, saltem alium habere conductorem, ut per Decian. in dist. consil. 435. qui insuper addit num. 8. valere argumentum de Feudo ad Emphyteusim; prout in proposito dixerunt Batt. & Alex. in l. si patenti, ff. ad S. C. Treb. in l. etiam, ff. sol. matr. & in l. vi. in surandi, §. liberis, ff. de oper. lib. scribentes, post Batt. & Alex. in l. si mihi, & Titio, ff. de verbor. obligat. Imol. in e. potuit de loc. He& Fel. de societ. cap. 12. num. 36.

Hanc tamen illationem esse omnino falsam, semper existimaui ego; & ita fratres socios omnium bonorum, etiam bona Emphyteut. communicare debere, cum in hoc diuersa sit ratio inter Feudum, & Emphyteusim, Feudum enim non potest nec vendi, nec alie-

nari, nec in alium transferri; sed illorum remanere debet, quibus fuit concessum, unde non dicitur communicatum, ne Dominus directus inuitus alium cogatur habere vassallum, ut habetur in d. §. si duo fratres: sed bona Emphyteut. possunt vendi, alienari, permutari, & in alium transferri; & licet id fieri non possit absque licentia Domini directi; & noua necessaria sit inuestitura; nil tamen repugnat, ut tempore diuisionis ille, qui in prima non est comprehensus renouatione, non possit nouam petere inuestituram, si res Emphyteutica ipsi in partem obuenerit; nec video quomodo id possit esse causa, ut non intelligatur facta communio; si enim acquirens Emphyteutum, possit eam expresse in alium transferre; id etiam tacite facere poterit, per ea, quæ dicta fuerunt superius in cap. 2. licet, ut dixi, tempore diuisionis noua sit petenda renouatio: quod eo magis dicendum esset, si Emphyteusis acquisita fuisset iam contracta societate, acquirens enim eam nomine communi debuisset acquirere, ut suis locis superius fuit dictum, ac propterea eius ipsi patrocinari non deberet, sed ad omnia communicandum societatis iudicio posset compelli, iuxta ea, quæ ducta fuerunt superius in cap. 8. num. 3. & segg.

## S V M M A R I V M.

- 1 Privilegia. & immunitates fratri concessa, ac competant aliis omnium bonorum sociis, per totum.
- 2 Seruus communis cum pupillo non amittitur per non usum.
- 3 Offa ex communicatorum admixta cum aliis ossibus gaudent beneficio exheredationis.
- 4 Prescriptio decennalis non currit contra laicum habentem fundum communem cum Ecclesia.
- 5 Habens bona communia cum clericis gaudet immunitate clericorum, & num. 27.
- 6 Feloniam committens non amittit feudum communem cum alio, qui fidem seruauerit.
- 7 Ciuitas non amittit feudum, si pars solum fuerit rebellis.
- 8 Spurius participat de hereditate patris, si institutus fuerit capax, cum quo ipse spurius societatem omnium bonorum contraxerit.
- 9 Maior ratio communio cum minore restituitur in integrum, & num. 15.
- 10 Ius congrui vni competens, etiam sociis prodest.
- 11 Immunitas concessa fratri ob numerum filiorum, competit etiam aliis fratribus sociis omnium bonorum.
- 12 Communio ratione plura competere, remissive.
- 13 Socius in diuiduis non prodest socio.
- 14 Colonos partiaris Ecclesie, de sua portione decimas, & alias impositiones soluit.
- 15 Privilegia alia personalia, alia mixta, alia realia.
- 16 Privilegia merè personalia vni concessa, aliis non profunt.
- 17 Privilegia mixta que.
- 18 Collecta sunt in triplici differentia, & qua proprie dicantur collecta, num. 22.
- 19 Capitatio quid.
- 20 Tributum quid.
- 21 Immunitates mixta, & reales vni concessa, aliis sociis profunt, ubi de rationibus.
- 22 Privilegia vni concessa in connexis, aliis competunt; durante tamen societate, nu. 29. secus in diuiduis, nu. 28.
- 23 Privilegium l. Vindex, C. quand Imper. competens fratri, prodest etiam altero possidenti bona in communi.
- 24 Immunitas hospitandi competens clerico, prodest etiam fratri.
- 25 Nobilitas vnius fratris, an & quando probet nobilitatem alterius.

An immunitates, & priuilegia fratri socio omnium bonorum concessa, competant etiam aliis fratribus.

CAP. XXV.

**O**mnium bonorum socios debeant esse communia, pulchra oritur dubitatio, ¶ an immunitates, & priuilegia fratri omnium bonorum socio concessa, competant etiam aliis fratribus. Hæc est questio satis difficilis, variis in locis à Doctoribus tacta, in qua contrariæ etiam sunt opiniones, & hinc inde varia adducuntur argumenta: ego, omissis multis, nonnullas principaliores rationes adducam, deinde, quid cum communi sententia dicendum, sit in medium afferam.

Pro opinione igitur affirmatiua, quam tenuit glos. in l. fin. C. de mun. & hoier. lib. 10. Ias. in l. si emancipati, num. 5. cum seq. C. de coll. And. Sicul. consil. 1. lib. 2. Felyn. in cap. primo de prescrip. Tiraq. de vir. retract. §. 26. glos. secunda, num. 31. Marf. sing. 180. numer. 3. Alexand. consil. 122. num. 13. lib. 4. Auth. Regien. quasi. 43. num. 23. lib. 3. Nat. consil. 1. lib. 1. Ater. consil. 15. vers. circa secundum, Menoch. consil. 136. lib. 2. Lambert. de salem. reg. in contractibus mul. in fin. num. 239. Heët. Fel. de societate cap. 12. nu. 4. & pluribus seqq. & alij, de quibus infra. Adducitur primò tex. in l. si comunem fundum, ff. quemad. seruit. amit. vbi habetur, ¶ quod per non vium non amittitur seruitus communis cum pupillo, quia pars pupilli propter ætatem est inuolucapibilis, licet aliàs non utendo potuisset seruitus amitti, & sic probatur, quod propter communionem non priuilegiatus utitur priuilegio priuilegiati, Couar. pract. quest. cap. 34. sub num. 1. & 2.

Ad idem adduci solet tex. in cap. sacris, de sepult. vbi si ossa excommunicatorum sint admixta cum ossibus illorum, qui non sint excommunicati, si ab ipsi discerni non valeant, gaudent eodem priuilegio permanendi in ea meteterio; & sic propter communionem.

Tertio facit, quod notat Abb. in cap. ad audientiam de presump. vbi dicit, quod ¶ si laicus habeat fundum communem cum Ecclesia, contra laicum non currit præscriptio decennialis, & ita propter communionem vnus gaudet priuilegio alterius, idem docet Abb. in cap. de quarta, eod. tit. Io. Andr. in cap. vnice. de prescrip. in 6. Nat. in dict. consil. 1. num. 11. qui insuper addit, quod ¶ habens bona communia cum clericis, gaudet immunitate clericorum circa collectas, & sequitur Heët. Fel. in dict. cap. 12. num. 14. 15. & 16.

Quarto, adduci posset, quod voluit singulariter Bal. in c. primo, quibus mod. Feud. amit. quod, ¶ si vnus ex fratribus habentibus Feudum ab aliquo Principe committat Feloniam, alter ipsum sua probitate defendit, & ambo retinent Feudum; prout etiam ¶ si inuitas Feudum habeat, & populares sint rebelles, nobiles verò non propter illam mixturam rebellium, & non rebellium ciuitas priuatur Feudo.

Quinto facit, quod dicit Dyn. in l. qui duo, ff. de lib. l. quod, licet superius non possit institui à patre, si tamen spurius contrahat societatem omnium bonorum cum capace, & capax instituat à patre, spurius participat pro rata de illa hæreditate iure societatis, ex quo apparet, socium alterius priuilegio gaudere posse, nisi tamen in fraudem legis id factum fuisse ap-

pareat, de quo sup. in cap. 21. num. 7.

9 Sexto, ratione communionis socius maior gaudere debet restitutione in integrum concessa minori, Menoch. consil. 136. sub num. 23. lib. 2. & magis communem esse opinionem, dixit post alios Odd. de rest. in integ. part. 1. quasi. 49. ar. 1. sub nu. 10. vers. in contrarium, & artic. 5. num. 19.

10 Septimo hanc partem probat, quod post alios docet Tiraq. de retract. lignag. §. 26. glos. 1. n. 33. ius congrui vni competens, etiam aliis sociis competere.

11 Octauo, ad propositum confert illa sententia, vt immunitas concessa vni ex fratribus ob numerum filiorum, competat etiam aliis fratribus, vt consuluit Lud. de Ludouicis, quod consilium refert, & probat Marf. in suis consil. crimin. consil. 84. num. 33. & 34. idem voluit Marf. sing. 180. Nat. in d. consil. 1. num. 10. & consil. 65. in fin. & tradit Menoch. de arbitr. casu 179. num. 8. & seq. quam opinionem esse verissimam, dixit Heët. Fel. de soc. cap. 12. num. 12. licet contradicat Couar. pract. quest. cap. 34. num. 1. de quo tamen dubitat Gasp. Theaur. in addit. ad Decis. Anton. Thesaur. in decision. 267. sub num. 11. vers. an autem.

12 Plura alia exempla, de his, quæ competant ratione adiuncti, vel ratione communionis, ponit Felyn. in c. primo, nu. 6. de priuileg. & Ias. in d. leg. si emancipati decem, & septem adducit similia, & multa ad propositum infra in tertia parte, cap. 49.

13 Pro contraria parte deducta huc tendunt, quod quotiescumque non sumus Individuis, socius non prodest socio, Angel. in leg. communem fundum, ff. quemad. seruit. amit. Rom. consil. 195. num. 4. Felyn. in d. cap. 1. nu. 6. vers. sunt autem pradicto, qui allegat Speculatorem de cleric. consug. vers. quid si clericus: vnde

14 voluit, ¶ quod colonus partium Ecclesie de sua parte decimas soluere debeat, licet Ecclesia non soluat. Burl. consil. 25. num. 3. & consil. 47. nu. 14. lib. 1. ac omnes alias gabellas soluere Burl. loc. cit. Rol. consil. 61. n. 15. lib. 4. ad quod conferunt tradita per Odd. de restit. in integ. parte prima, quasi. 46. ar. 4. num. 12. vbi in questione proposita, ¶ an restitutio in integrum concessa minori, proficit etiam maioribus, qui alias restitui non debuissent, distinguit, quod in connexis, & indiuisibilibus proficit, secus in diuiduis, & separabilibus.

16 Sed veritati potius, quam disputationi inherendo animaduertendum est, priuilegia, & immunitates esse in triplici differentia, alia sunt merè personalia, alia mixta, alia verò realia, Merè personalia ea appello, quæ & personis, & circa personas conceduntur, prout varia sunt priuilegia, de quibus in leg. Medicos, C. de prof. & Med. sit exemplum, vt Doctor nõ possit torqueri, non possit vocari in ius sine venia, non possit ad pœnam mortis, vel membri mutilationem condemnari, & similia; de quibus per Petrum Lensterium, & Iacobum Benium, qui de priuilegiis Doctorum scripsere, ¶ quæ vni concessa aliis non profunt, ex regula, quæ habet priuilegia, personam priuilegiatam egredi non debere, cap. prestis, 7. 9. 1. can. sanè, de priuileg. cap. postulasi de consil. præbend. regula priuilegium de reg. sur. in 6. de quo certè nulla potest esse rationalis dubitatio.

18 Mixta verò priuilegia ea sunt, quæ licet personis, & ratione personarum concedantur, conceduntur tamen circa res, prout est illud priuilegium, de quo in dict. leg. Medicos, vt nempe Doctores sint exempti à collectis: ¶ quæ collectis, secundum Ias. in l. placet, C. de Socros. Eccles. & Nat. in consil. 1. nu. 11. sunt in triplici differentia, aut enim imponuntur persone, nulla habita ratione ad patrimonium, & dicitur ¶ capitatio,

leg.

*leg. etiam ff. de censibus, quod minus, secundum Ias. in dicit. leg. plures, num. 30. inuentum fuit pro soluendo salario officialibus publicis, ad quod solum rustici tenebantur, L. vnica, C. de cap. art. conf. ex lib. 12. † Aut imponuntur rebus propter res ipsas, & appellatur hæc impositio tributū, & proprie illud dicitur, quod Principi præstari solet, vt per Ias. & Natr. locis citatis: Aut demum † imponitur personæ, sed pro rebus, & sic per 25, & libram, secundum quod vnusquisque reperitur in libris catastris æstimator, & hæc verè, & proprie collatæ dicuntur, cum non habeant certam, & limitatam formam, sed cuilibet imponantur secundum æstimationem, & secundum occurrentes necessitates.*

23 Et priuilegia, ac immunitates circa similia, prout etiam merè realia, vni concessa, profunt etiam aliis bonorum sociis. Et ratio est, quia priuilegia, & immunitates eiusmodi circa res dicuntur indiuisibiles, cum vnusquisque in qualibet parte gleba suam habeat partem, *leg. Menia, §. duorum ff. de leg. 2. nec nummus quidem solui potest, quin dicatur communis, ac ideo, ne priuilegiatus suam amittat priuilegium, necesse est, vt etiam socios eodem priuilegio fruatur, & hoc est, quod docent Doctores in connexis, & indiuiduis † priuilegium vni concessum, etiam alteri competere, Natr. d. consil. 1. sub nu. 11. Rol. consil. 61. n. 19. lib. 4. Menoch. consil. 136. num. 19. & 14. lib. 1. Ater. consil. 25. vers. circa secundum, Lambert. de contrah. nul. in fin. n. 939. Ludou. conclus. 53. vers. prater ea, Heët. Fel. de societate, cap. 12. num. 5. & seq. Gratian. discept. Forens. cap. 2. §. num. 46. & probant argumenta superius pro parte affirmatiua adducta.*

25 Ex quo in specie inferunt, quod si frater habeat priuilegium electionis fori vigore *leg. Vnica, C. quando Imperat. eodem priuilegio poterit uti alter frater possidens cum eo bona in communi, Pheb. decisio. Rot. Lucens. 55. nu. 7. lib. 1. & probat Nauar. de election. fori parte prima, sectione tertia, quæst. 11. nu. 1. ubi ad nonnulla alia infert.*

26 Prout etiam si clericus habeat immunitatem hospitandi, eadem immunitate gaudebit frater habitans secum in communionem, Ricc. decis. 229. num. 11. part. 3. Nauar. loc. cit. nu. 2. & idem dicunt in milite, qui si immunis sit ab hospicio, etiam eius fratres immunes erunt; Menoch. in arbitr. casu 379. Surd. decis. 301.

27 Quibus non contradicit Specul. de clerico. coning. vers. sic. quid si clericum, vbi querens, an habens bona communia cum clericis possit omnia bona priuilegio clericali à collectis, & aliis impositionibus liberare, respondet, ne publica vacillet utilitas, iudicem posse bona diuidere, vel mandare, vt diuidantur; Nam primo ipse non loquitur de sociis omnium bonorum, sed solum de habentibus patrimonium commune, quod omnium bonorum societatem non arguere, supra suis locis fuit dictum. Secundo, si vult necessariam esse diuisionem, ergo ante diuisionem nemo cogi poterat ad solutionem collectarum; at conclusio supra firmata procedit ante diuisionem; & sic Specul. potius pro hac parte allegari posset.

28 Quæ conclusio, vt supra firmata declaratur, vt procedat in indiuiduis, & connexis, in quibus militant supra allatæ rationes; secus tamen in diuiduis, & separatis, in quibus priuilegiatus suo possit perfecte uti priuilegio, absque quod socij eodem priuilegio fruantur, sic distinguendo, tenuerunt Fel. in d. cap. 1. Dec. in dicit. l. si emanepati, sub nu. 5. C. de collat. ubi etiam Cagnol. num. 103. qui allegat Rim. in leg. Imperium, col. 3. ff. de iuris. om. Iud. & in praxi sic obseruari vidisse, testatur

Ang. in d. leg. si communem fundum, Rom. consil. 195. n. 4. Dec. in Auth. cassia, in 2. notab. C. de Sacrosanct. Eccles. Lamb. de iur. patr. lib. 1. quæst. 1. artic. 6. n. 25. & art. seq. col. 7. in fin. Neutz. in sua Sylu. nupt. lib. 6. n. 43. Natr. in dicit. consil. 1. nu. 10. vsque ad fin. & omnes alij, de quibus in argumentis pro affirmatiua, & negatiua opinione: omnes enim in hanc distinctionem de connexis, & separatis incidunt.

29 Secundo declaratur, id procedere durante communionem, seu societate omnium bonorum: secus autem si Princeps vel Respublica coegeret fratres, vt ad diuisionem deuenirent, vel vt æltimum diuiderent; vel quod separatim collectas soluerent; quod fieri posse, dixit Specul. loc. cit. ne publica vacillet utilitas, & ne Principes, ac Ciuitates priuentur debitis tributis.

30 Vltimo pro complemento istius capituli; cum superius fuerit dictum, in priuilegiis merè personalibus, concessionem factam uni, aliis non competere, dicendum erit, quod probata nobilitate vnus fratris, hinc non poterit dici probata nobilitas alterius, Afflic. super Const. Regn. lib. 1. rub. 9. nu. 48. Tiraq. de nobil. cap. 13. num. 23. & mouentur, nobilitas tamquam priuilegium personale ad transfuersales non transfertur: prout sententia super nobilitate, vel ignobilitate contra unum fratrem non præiudicat alteri, Franc. decis. 525. nu. 19. Hæc tamen, vt supracitati Doctores declarant: non procedunt in nobilitate proueniente ab ascendentibus, quæ si fuisset probata respectu ascendentium vnus fratris, diceretur etiam probata respectu alterius, qui ab eisdem parentibus ortum habuisset, vt declarat etiam Rot. in decis. 543. nu. 5. & 6. recent. part. 2. idemque habetur in decis. 204. num. 4. recent. part. 1.

## S V M M A R I V M.

- 1 Pœna, quam consequitur socius ob iniuriam ipsi illatam, communis est inter omnium bonorum socios.
- 2 Quasi castrensia, an veniant communicanda inter omnium bonorum socios.
- 3 Castrensia communicantur inter omnium bonorum socios.
- 4 Peculium clericale communicari debet cum sociis omnium bonorum.
- 5 Salaria, & stipendia omnia communicantur inter omnium bonorum socios.
- 6 Inuenta debent communicari inter omnium bonorum socios.
- 7 Thesauri hodie pertinent ad Principes, & Fiscum.
- 8 Societas omnium bonorum comprehendit non solum presentia, sed etiam futura, diuersimode tamen, numer. 9.
- 10 Actiones non dicuntur ipso iure communicata inter omnium bonorum socios, & quare.
- 11 Socius non potest agere ex actionibus socij, absque cessione.

Nonnulla alia recensentur exempla, ex quibus apparet inter omnium bonorum socios, omnia communia esse debere

## C A P. XXVI.

Nonnulla alia exempla in hoc capite annexæ volunt, ex quibus patet conitari, inter omnium bonorum socios omnia communia esse debere, prout † si vnus consequatur pœnam ob iniuriam sibi illatam, *leg. cum duobus, alia incipit, si frater §. socius ff. pro soc. cuius tex, hæc sūt verba: Socium vnuerfa in societate con-*

ferre debere Naratius ait, si omnium bonorum socius sit; & ideo sine ob iniuriam sibi factam, vel ex leg. Acquila, sine ipsius, sine filij corpori nocitum sit, conferre debere respondit, & tenet Pap. in firma libelli, in causa societatis, §. societatem, sub nu. 4. vers. si tamen socius, Plot. de in litem iur. §. 4. num. 8. vers. item. Ludou. conclus. 53. vers. hic est ius inferitur, fol. mibi 125. D. c. conf. 66. nu. 3. Corn. conf. 58. nu. 9. lib. 4. Mant. de tacit. & amb. conuent. lib. 6. tit. 15. num. 15. He & Fel. de societate, cap. 12. num. 30.

Obuenta pariter ex propriis laboribus communicare debet socius omnium bonorum: ut Doctor, qui omnia supralucrata eius exercitio cum aliis fratribus conferte tenetur, d. l. cum duobus, §. item Papinianus, ff. pro soc. Atet. in §. manet, Inst. de societate, Alciat. de presump. reg. 1. presump. 25. vers. sed quid dicemus. Lud. d. conclus. 53. vers. hinc decimo inferitur, Carp. super stat. Mediol. part. 2. cap. 48. num. 258. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 16. num. 13.

Idem dicendum est de militibus, qui bona castrensia communicare debent; cum bona castrensia, & quasi castrensia pari passu procedant, Decian. conf. 85. sub num. 7. vol. 1. per tex. in d. §. item Papinianus, in d. l. glosa in verbo, stipendia, & docent Old. Bald. & Falgos. qui dicit, hoc aduenisse in persona sua, licetque consultuisse: Socius pariter idem affirmat consil. 192. vol. 2. & Pott. consil. 68. num. 19.

Idem allendum de clericis, qui communicare debent fructus beneficiorum, & præbendarum. Bald. in leg. si parricid. C. com. var. iud. Petr. de Vbald. de duobus fratribus part. 3. num. 52. quod tamen intelligendum est de illa rata, & portione, de qua clerici ad libitum disponere possunt, de quo latè dictum fuit in hac eadem parte, cap. 10.

Idem generaliter de omnibus aliis stipendiis, & salariis, que dantur, puta Notariis, Procuratoribus, auctoribus, Medicis, Ambasciatoribus, Decurionibus, Aduocatis, Iudicibus, Capotalibus Militum, Ducibus, Principum Domesticis, ut per add. ad Bald. in d. §. item Papinianus, He & Fel. de societate, cap. 12. num. 26.

Capta, & inuenta, si talia sint, ut fiant capientis, & occupantis, pariter communicari debent, ut sunt animalia feræ naturæ, gemmæ, Lapilli, thesauri, §. fera igitur bestia, & §. thesauros, Inst. de rer. diuis. cap. sicut inuenisti, §. 4. quest. 5. Bald. in l. nec adiacet in lectura antiqua, ff. pro soc. Petr. de Vbald. de duobus fratribus part. 5. nu. 9. Sed hodie Thefauri ex generali consuetudine ad Principes, & Fiscum pertinent, Couar. in regula peccatorum, part. 1. §. 2. n. 4. de reg. iur. in 6. Farin. quest. 104. n. 11. unde cessant, quæ secundum ius commune docet Menoch. de presump. lib. 5. presump. 30. num. 4. & seqq.

Quæ omnium bonorum societas non solum præsentia, sed etiam futura comprehendit, l. si societatem vniuersarum, & l. si quis societatem, ff. pro soc. Roman. consil. 100. num. 1. diuersimodè tamen, si nam præsentia ipso iure comprehendit, cum omnia statim contracta societate, dicantur ipso iure communicata, fingitur enim ad inuicem corporalis traditio, ut in leg. 2. ff. pro soc. Futura verò non dicuntur ipso iure communicata, sed societatis iudicio veniunt communicanda, d. l. si quis societatem, & dictum fuit superius de emptionibus proprio nomine factis.

Est tamen differentia inter res corporales, & actiones; actiones namque semper veniunt communicanda, etiam si à principio vigeant, nec ipso iure intelligi possunt communicata, leg. 1. ff. pro soc. & rationem ibi adducit glosa, quia in actionibus, uti rebus incorporalibus, non potest fingi realis traditio, cum si ratio locum non habeat, ubi veritas locum habere non potest, ut

per Bald. in d. l. 3. Rom. in d. conf. 106. unde si socius non posset ex actionibus socij agere contra tertium, nisi facta cessione; qua facta vtilis actiones intèraret nomine proprio, directas verò nomine cedentis: præterquam tamen in duobus casibus, de quibus per glos. in d. l. 3.

### SVMMARIUM.

- 1 Malè acquisita non veniunt communicanda inter omnium bonorum socios.
- 2 Societas non est super rebus illicitis, & num. 6.
- 3 Malè acquisita in quacumque generali dispositione non comprehenduntur.
- 4 Seruus domino non acquirit malè acquisita.
- 5 Filius patri, & Monachus Monasterio non acquirit malè acquisita, & num. 6.
- 7 Socius non tenetur communicare acquisita ex illicito ludo.
- 8 Malè acquisita non veniunt allione mandari, communi diuidendo, & ex stipulatu.
- 9 Malè acquisita, si fuerint communicata, efficiuntur communia.
- 10 Malè acquisita, sed licitè retenta, si fuerint communicata inter omnium bonorum socios, non datur repetitio.
- 11 Malè acquisita, & malè retenta, an possint repeti, si fuerint communicata.
- 12 Participans de lucro proueniente ex maleficio, an possit puniri.

Malè acquisita, an veniant communicanda inter omnium bonorum socios

### CAP. XXVII.

LIcet regula sit generalis, inter omnium bonorum socios omnia communia esse debere, attamen

- 1 Malè acquisita non comprehendit, certissimi iuris est; & probat tex. in l. si fratres, §. vlt. cum duabus legib. seqq. ff. pro soc. Rom. conf. 106. & conf. 168. sub nu. 3. Alex. conf. 77. nu. 3. lib. 5. Petr. de Vbald. de duobus fratribus part. 5. nu. 4. Carp. super stat. Mediol. part. 2. c. 48. nu. 168. Mant. de tacit. & amb. conuent. lib. 6. tit. 15. nu. 12. He & Fel. de societate, c. 12. n. 40. & est ratio, quia si super rebus illicitis nulla potest esse societas, nisi turpis, ut in dictis legibus habetur: ac propterea mirum non est, malè acquisita in hac societate non comprehendit, prout si non comprehenduntur in quacumque generali dispositione, Cogn. in l. alterius iura, c. 1. ff. de reg. iur. similes habemus in l. quod seruus, in fin. ff. de acq. poss. vbi, si licet quicquid acquirat seruus, domino acquirat, attamen acquisita ex maleficio domino non acquiruntur; non intelligitur enim in hoc consentire, argumèto l. si pater ff. de his, que in fraud. cred. & l. procurator, vers. quod si in debitum, ff. de condit. in deb. Aliud est simile in filio exercente viuras, si qui patri non acquirit, prout etiam
- 2 Monachus malè acquisita non acquirit Monasterio, Atet. in d. l. quod seruus: Nec dicatur, etiam super rebus illicitis, aliquà esse posse communionem: respondetur namque cum Iuriconsulto in l. si Aristo, §. fin. ff. famul. ercisc. delictorum turpem, & scdam communionem esse: ut pariter habetur in l. cetera, §. 1. & in l. quod, cum l. sequenti, ff. pro soc. Unde si vnus ex fratribus aliquid ex illicito ludo acquireret, illud communicare non teneretur, ut per Alex. in d. conf. 77. in fin. ut in ludo à Zardi, ac aleatù, qui dicitur prohibitus, l. 2. ff. de aleat. leg. fin. C. eod. Auth. alearum vsus, C. de relig. & sumpt. fun. Auth. inter dicimus, C. de Epif. & cler. plures post Alex. in d.



*in d. conf. 77. citat Arct. in praxi malef. in glos. mensitori di mali dadi, Port. Imol. conf. 68. num. 33. Carp. sup. stat. Mediol. par. 2. c. 483. num. 169. Prout nec t male acquisita venient actione mandati, l. si remunerandi, §. turpis, ff. mand. nec actione communi diuidendo, l. cotinui diuidendo, §. inter pradonem, ff. com. diuid. nec actione ex stipulatu, l. generaliter, §. si plagy, ff. de verb. oblig.*

Sed quid, si de facto male acquisita fuerint communio, competat ne repetitio? circa hoc primo sciendum est, quod t licet male acquisita communicari non debeant, attamen, si fuerint communicata, communia efficiuntur, leg. quod autem ex facto, ff. pro soc. An vero competat repetitio, & distinctio, quod t alia illicitè acquiruntur, & illicitè retinentur; alia verò, & si illicitè acquiruntur, licitè tamen retinentur, vt lucra, que fiunt à meretricibus, quæ, cum non subiacent restitutioni, l. 4. §. sed & quod meretrix, ff. de cond. ob. turp. caus. repeti nulla ratione poterunt. Circa autem ea, quæ illicitè retinentur, distinguit tex. in l. ex maleficio, ff. pro soc. quod t aut ille, qui communicauit male acquisita, sicut de illo maleficio condemnauit, & poterit repetere, secus si condemnatus non fuerit; cuius reus sensus est, vt, si fuerit condemnatus ad restitutionem illius rei, quam communicauit, possit eam repetere; secus si ad aliquam restitutionem non fuerit condemnatus. Verum rarè est, à confessorio inunctum fuisse onus restitutionis, vt dicit Petr. de Vbal. de duobus fratrib. par. 5. sub n. 4. in hoc enim Sacerdotis præceptum dicitur sententia, secundum Host. in c. si de sepult. Imò absque alia Sacerdotis monitione certum est, illicitè acquisita non posse retineri, Sor. de iustitia, & iur. lib. 4. quest. 7. art. 3. vnde repeti poterunt, vt his, quibus debentur, restitui valeant.

Sed, an recipiens partem lucri ex maleficio prouenientis possit puniri, est alia Iurisconsulti distinctio in leg. si igitur, ff. pro soc. quod si socius sciebat, illud esse lucrum acquisitum ex maleficio, debeat puniri, æquum enim est, vt qui participauit de lucro, etiam de damno participet, secus si ignoranter id factum fuerit, similis est tex. in l. duo ungue, C. de seru. fug. vbi suspiciens seruum alienum scienter punitor, secus si ignoranter: illi enim scientia, & participatio arguit consentum; vnde dicitur particeps delicti, & vt particeps puniri debet: conserunt tradita per Fatin. de consulti. quest. 129. num. 35. quæ vti extra nostram materiam præcetermitto.

## SVM MARIVM.

- 1 Dotari an debeat de communi filia vnus ex sociis omnium bonorum, & per totum. Pro negativa qui scripserint, nu. 1. & qui pro affirmatiua, n. 3. quomodo à nonnullis contrariæ opinioes concordantur, num. 4. affirmatiua ampliat, etiam si dos veniat soluenda iam finita societate, dummodo ea durante fuerit promissa, num. 29. non sufficit tamen filiam esse nubilis ætatis, nu. 30. limitatur, si dos fuerit excessiua, nu. 24. negativa verò opinio limitatur, si solutio sit scientibus aliis, nu. 25.
- 2 Nam ex sociis potest pars sua alienare, declaratur num. 16.
- 3 Dotare filias est onus personale, declaratur num. 17. & dicitur onus necessarium, num. 21.
- 4 Coherensia persona ad alios transire non solens.
- 5 Expensa non respiciens societatem, societati non imputantur, declaratur n. 18.
- 6 Societates tacite secundum aliquos comprehendunt solum quæstualia, contra num. 15. & 19.
- 7 Expensa voluntaria vnus societati non imputantur, declaratur num. 20.

- 11 Filia vnus ex sociis si deberet dotari de communi, esse presumere donationem, contra num. 21.
- 12 Donatio in dubio non presumitur.
- 13 Omnia damna, & omnes expense debent esse communes inter omnium bonorum socios, etiam si personam vnus tantum respiciant.
- 14 Omnia lucra, & omni: vnde cumque acquisita debent esse communia inter omnium bonorum socios, licet ab vno tantum proueniant.
- 15 Societas omnium bonorum iustificatur ratione duby euentu.
- 16 Sciens, & tacens in eius praiudicium non dicitur consentire, limitatur fauore dotis, num. 27. & ratione coniunctionis, num. 28.
- 17 Dos data de communi, si veniant restituenda finita societate, cui restitui debeat, & quid si restituatur ea durante.

Filia vnus ex sociis omnium bonorum an debeat ad communi dotari.

## CAP. XXVIII.

IN superioribus capitulis plura fuerunt proposita exempla, ex quibus apparet, veram esse primam regulam, de qua in cap. 21. omnia lucra inter omnium bonorum socios communia esse debere; modo de secunda regula, erit videndū, & sic de damnis, ac expensis; sed inter alias expensas maxima ex dubitatione, t an filia vnus ex sociis omnium bonorum debeat de communi dotari; quam quæstionem alij difficilem, alij dubitabilem, alij inextricabilem appellarunt: alij dixerunt, vtramque partem posse teneri; multi sunt, qui dicunt, affirmatiuam opinionem esse magis communem; alij id negant; & negatiuam volunt esse veriorè, & communiorè; alij numerant Doctores, & vauisque pro sua parte maiorem scribentium cateruam cumulare procurat, & insigniores esse asserit: multi sunt, qui volunt in hoc potius deferendum esse antiquioribus, alij dicunt moderniores in hoc fuisse perspicaciores: Nec desunt, qui contrarias opinionès terdere distinctiois conciliare procurant.

Pro negatiua opinione inter alios allegari solet glossa in l. si socius, ff. pro soc. Spec. in tit. de iud. §. restat videtur, Butrigar. in l. 1. C. qui pro sua iur. Bald. in Auth. ex testamento, nu. 15. C. de coll. & in l. vlt. n. 15. de dot. promiss. Petr. de Vbal. de duob. fratr. par. 6. n. 10. Anchar. conf. 147. & conf. 304. Falg. in l. si socius, n. 3. ff. pro soc. Castrel. conf. 366. l. 2. Rom. conf. 145. Alex. conf. 154. l. 2. & conf. 87. nu. 6. lib. 4. Con. conf. 185. lib. 1. Soc. Sen. conf. 213. nu. 14. lib. 2. Ber. conf. 190. n. 29. & 41. lib. 1. Cepol. conf. 40. nu. 3. inter conf. civil. taf. in Auth. quod loco, n. 6. C. de coll. Rim. lun. conf. 365. n. 11. & 13. Et si quis alios huius opinionis fautores videre vellet, legat Gabr. in tit. de iur. dotium, n. 1. quam opinionem esse magis communem, ipse asserit sub nu. 4. & Gran. in sua Theor. Theor. 1. vers. aggredior; qui pariter tenet, hanc opinionem esse magis communem, & varios ad propositum referunt Lud. coneluf. 33. vers. inferitur 14. in verbo in contrarium, Mant. de tacit. & de big. conuent. lib. 6. tit. 20. nu. 20. & Heft. Fel. de societate, cap. 26. nu. 21. & 41. à quibus tamen ipsi dissentiant, alios citat Mangil. de imputat. quest. 16. num. 1. quibus pariter ipse contradicit, multos citat Caroc. casu 101. num. 1.

Affirmatiuam verò sententiam tenuerunt profecto longè plures, præcipuè ex modernioribus Bald. in l. si patruus, nu. 11. C. som. vir. iud. Ang. in l. ex duobus, nu. 3.

*ff. de neg. gest. Socin. Sen. conf. 291. nu. 6. lib. 2. & consil. 4. lib. 4. C. de test. conf. 358. nu. 1. lib. 2. Ruin. conf. 104. nu. 2. & 6. lib. 1. Rimin. Sen. conf. 44. nu. 16. & seqq. Dec. conf. 66. & 68. Bertrand. conf. 39. lib. 2. Nat. conf. 64. num. 3. & conf. 91. num. 1. & seqq. nec non conf. 100. num. 5. Rol. conf. 91. lib. 1. Cagnol. in l. si emancipati, nu. 202. C. de coll. qui de vetiori, & communiori opinione testatur. Burr. conf. 7. Ruin. conf. 101. nu. 16. & conf. 104. nu. 2. lib. 1. nec non conf. 121. lib. 5. Paris. conf. vii. n. 21. & 22. lib. 2. Corn. conf. 185. nu. 24. lib. 3. Coust. lib. 3. variat. resol. 2. vers. quinto inferiur. Simon. de Peet. conf. 167. nu. 51. & consil. 179. num. 11. Imol. consil. 30. Alex. conf. 154. num. 5. lib. 2. conf. 77. lib. 4. & conf. 79. lib. 5. plures citat Gabr. d. consil. 2. de iur. dotium, nu. 2. Menoch. de arbitr. casu 127. num. 3. & conf. 375. num. 11. lib. 4. Non. conf. 64. Ludou. d. consil. 53. vers. inferiur 14. Viu. decis. 431. num. 7. lib. 3. Surd. de alim. tit. 1. quest. 85. num. 7. eamque probat Fachin. controu. iur. lib. 8. cap. 4. Caroc. d. casu 102. C. de full. & sciens. & ignor. cent. 2. distract. 9. nu. 1. luet. conf. 7. lib. 2. alios citat Gratian. discip. Forins. lib. 4. c. 643. n. 14. hancque partem latissimè defendit Mant. de sac. & amb. conuen. lib. 6. tit. 20. qui argumeta, hinc inde adducit, responderetque contrariis, & post ipsum He&tor. Fel. de societate, c. 26. n. 21. vsque ad finem, qui dicit, sic iudicasse Rotam Florentinam, & si quis alios videre vellet ultra allegatos à Gabr. & Rol. locis citatis, longè plures inuenire poterit apud Nonium, Ludouicum, Menoch. Caroc. Mant. & He&tor. Felic. in locis supra annotatis, & post prædictos alios refert Mangil. de Impu. nat. quest. 26. n. 1. qui dicit, hanc opinionem esse vetiorem, & ab ea in iudicando non esse recedendum.*

4 Quæ diuersæ opiniones secundum Corn. in consil. 185. nu. 4. & seq. lib. 1. in consil. 52. col. pen. lib. 3. nec non in consil. 58. num. 10. lib. 4. relatus à Gabr. in d. consil. 2. nu. 3. possunt concordari, vt dos à principio debeat extrahi de communi patrimonio; & sic procedat secunda opinio; sed soluta societate illam dotem imputandam esse in portionem patris, & ita procedere primam opinionem, quod certè nil aliud est, quam absolute affirmare, filiam non esse de communi dotandam; nam cui dubium, à principio, & durante societate necessarium esse, vt de communi dos extrahatur, cum enim simus in sociis omnium bonorum, qui nihil proprii habere possunt, non potest solui dos, nisi de communi; sed difficultas est, an finita societate illa portio sit imputanda in partem patris.

Mantica in d. tit. 20. duodecim argumenta adducit pro negatiua, quibus omnibus satisfacit, & affirmatiuam decem probat argumentis: pro eadem parte quatuor fundamenta in medium affert He&tor. Fel. in d. cap. 26. num. 26. & seq. decemque rationibus contrariæ partis respondet nu. 31. & seqq. de quibus spatium per alios Doctores in locis supra citatis.

Ego omissis multis, quæ parum concludere videntur, ea solummodo tangam, ex quibus vera resolutio istius difficultatis pendet.

Primo igitur pro parte negatiua tantorum vitiorum auctoritas adducitur, quorum plures de vetiori, ac communiori opinione testantur.

5 Secundo, allegari solet tex. in leg. nam ex socijs, ff. pro socio, vbi habetur, neminem ex socijs posse plus parte sua alienare, sed iste socius, de communi extrahendo dotem pro filia, alienaret plus parte sua, ergo non est concedendum.

6 Tertio dicunt, onus dotandi filias esse onus personale, & proprium ipsius patris, ergo ad societatem ipsam non spectat, præcipue cum ea, quæ coherent personæ ad alios transire non soleant, l. fin. C. de des.

7

prom. l. obligamur, §. lege. ff. de act. & oblig. e. fin. de off. ord.

8 Quatto, similis impensa non respicit societatem, ergo societati non est imputanda, leg. cum duobus, §. si quis ex socijs, ff. pro soc.

9 Quinto, dicunt multi, tacitas societates ea solummodo comprehendere, quæ respiciant quæstum, & lucrum, licet expressæ societates etiam alia contineant, d. l. si socius pro filia, ff. pro soc. & leg. qui societatem vniuersarum, ff. eod. Bero. d. conclus. 190. num. 13.

10 Sexto, expensæ voluntariæ non imputantur societati, leg. cum duobus, §. per contrarium, ff. pro soc. ac talis est expensa dotis, ergo.

11 Septimo, si de communi deberet fieri dotatio, sequeretur, quod donatio esset præsumenda, quæ in dubio non præsumitur, l. campanus, ff. de oper. lib. l. si cum aurum, ff. de solut. l. cum de indebito, ff. de prob. cum vulg.

Octauo, omnes considerant inæqualitatem, quæ hinc oriri posset.

Quibus tamen non obstantibus negari non potest contrariam opinionem, non solum communioram, sed etiam vetiorem esse.

13 Primo, per varia iura expressè disponentia, inter omnium bonorū socios omnia damna, omnesque expensas communes esse debere, l. cum duobus, §. per contrarium, ff. pro soc. idem habetur in l. societatem vniuersarum, §. idem inaximè, ff. pro soc. vbi dicitur, quod quicquid socius impendit in bonorum liberorum societati imputatur; & sic non attenditur, an impensa respiciat personas ipsorum sociorum, vel eorum familiæ, & hic repetenda essent ea, quæ circa hanc regulam dixi in r. 21. sed dos est expensa necessaria his, qui filias habent; ergo ista expensa debet fieri de communi, licet tendat ad utilitatem familiæ vnus tantum socij.

14 Secundo, idem necessario probant illa iura disponentia omnia lucra, & omnia vndecumque quæ sita communia esse debere inter omnium bonorū socios, leg. l. 1. §. & l. qui societatem vniuersarum, ff. pro soc. licet illud lucrum ab vno tantummodo proueniat, leg. cum duobus, §. socium, ff. eod. de qua regula latè superius in dist. cap. 21. quæ hic non repetam: si igitur omnia lucra vndecumque prouenientia, licet personam vnus tantum respiciant, & licet nullam aliam causam habeant; quam merita vnus tantum, debent esse communia, sic etiam à contratio, omnes expensæ communes esse debent, licet tendant ad commodum vnus tantum, vt est proprias dotare filias, & circa hæc duo fundamenta versantur omnes alie rationes à Doctoribus variis in locis consideratæ: quæ ex solutione contrariorum optimè confirmatæ remaneant.

Non obstat igitur, quod primo loco de auctoritatibus fuit dictum; nam in contrarium hodie sunt longè plures, vt videri potest apud moderniores supra allegatos. Præterea maior pars ipsorum iurè ferè omnes secuti fuere opinionem Alex. in consil. 154. num. 5. lib. 2.

15 ¶ esse nempe differentiam inter expressam, & tacitam societatem omnium bonorum, & expressam comprehendere omnia vndecumque quæ sita; omnesque expensas, sed tacitam solummodo quæ sita, & expensas societatem ipsam respicientes; ac propterea merito dixerunt, in tacitis socijs omnium bonorum filiam esse dotandam de proprio: sed ista opinio est omnino reprobata, vt diximus supra in cap. 2. cum nulla sit differentia inter expressam, & tacitam societatem; vnde cum ipsimet fateantur postea, veram esse opinionem affirmatiuam in societate omnium bonorum expressè contracta; potius nostram confirmant sententiam, cum, vt dixi, inter expressam, & tacitam societatem omnium bonorum nulla sit differentia.

16 Ad secundum responderetur, id procedere, quādo socius alienando est in dolo, vel culpa, vt habetur in d. l. nemo, & in l. viri, ff. pro soc. socius enim socio de dolo, & culpa tenetur, l. cum duobus, §. euenit, ff. pro soc. quod non est in casu nostro, cum pater ad dotandam filiam ex legis dispositione adstringatur, Soc. in d. conf. 4. nu. 41. lib. 4. Rol. in d. conf. 91. nu. 52. lib. 1.

17 Ad tertium responderetur, onus dotandi filias esse personale, ipsius patris debere, tamen solui de communi, non quia istud onus de una persona transeat in aliam, sed quia cum luctorum, & damnorum, ac expensarum cōtra eam fuerit societas, vt est natura societatis omnium bonorum, vigore dictę societatis expensę etiam particulatę vniuersalique de communi solui debent. Ruin. d. conf. 104. vers. non obstat, lib. 1. Dec. d. conf. 68. necnon Rol. d. conf. 91. & passim omnes huius sententię fautores, ne iterum eos transcribam.

18 Ad quartum responderetur, nihil referre, an ista expensę respiciat, vel nō respiciat societatem; hoc enim solum attenditur in societatibus particulatibus, vt citatus textus loquitur, in societate verō omnium bonorum vnde cumque provenientia, tam ratione damni, quam lucri sunt communia, ut supra dictum fuit, & ita respondet Dec. in d. conf. 66. vers. non obstat, & Rol. in d. conf. 91. nu. 49.

19 Ad quintum iam fuit responsum, opinionem Alex. quam loc. cit. sequitur Ber. & alij plures pro contraria sententia allegati, esse omnino falsam, cum inter expressas, & tacitas societates omnium bonorum nulla sit differentia, vt dictum fuit superius in d. cap. 1.

20 Ad sextum responderetur, inter omnium bonorum socios non fieri distinctionem de expensis voluntariis, & necessariis, cum omnia debeant esse communia, dolo tamē cessante, & culpa, vt supra dictum fuit; præterea † onus dotandi filia dicitur onus necessarium, non voluntarium, leg. si cum dotem. §. si pater, ff. sol. matrim. l. huiusmodi, §. cura patris, ff. de leg. 1.

21 Ad septimum responderetur, dotacionem fieri debere de communi, non quia præsumatur donatio, sed quia istud dicitur onus societatis, cum natura societatis omnium bonorum sit, communes reddere omnes expensas, etiam si personam, & commodum vnius solum respiciant, vt supra dictum fuit.

22 Ad octauum responderetur, quod societas omnium bonorum non iustificatur ex eo, quod est, sed ex eo, quod euenire potest; & sic dicitur iusta ratione dubij euentus, licet cum effectu non eueniret, vt supra suis locis fuit dictum.

Concludamus igitur, filiam vnius ex sociis omnium bonorum dotandam esse de communi, nec tempore diuisionis, dotem datam imputandam esse in portionem patris; † nisi tamen dos excederet solitum domus, Bogn. decis. 11. part. 2. nu. 18. qui allegat Rimin. Sen. conf. 144. nu. 14. lib. 1. & Crot. conf. 222. nu. 18. lib. 1. de quo Caroc. d. l. decis. 102. nu. 3. si enim excederet, in excessu posset considerari culpa patris dotantis. Verum existimarem ego, non solum domus consuetudinem, sed etiam facultatum quantitatem, ac temporum qualitatem esse spectandam, quotidie enim videmus, dotes augeri, vnde potius id iudicis arbitrio esset relinquendum, qui consideratis domus consuetudine, facultatibus in communi possessis, filiorum numero, conditione dotantium, persona dotata, viri qualitate, temporum cursu, ac aliis similibus perpensis, diiudicare posset, an dos congrua, vel excelsiua esset, & sic an possit considerari aliqua culpa patris dotantis.

Quę opinio adeo vera est, vt dici possit, omnes in

hoc concordare; nam licet aliqui contradicant, moventur tamen ex differentia, quam dicunt adesse inter expressam, ac tacitam societatem, quę differentia cum vera non sit, errantes, non contradicentes dici possunt: alij verō † eorum sententiam declarant, ac limitant, vt per Ber. in d. conf. 190. nu. 32. & seq. si solutio dotis fuerit facta scientibus, & consentientibus aliis, quod asserit fuisse de mente, Bald. in Auth. ex testamento. C. de collat. & Alex. in conf. 154. vol. 2. necnon in conf. 104. vol. 3. Socin. conf. 291. nu. 7. lib. 2. & conf. 5. nu. 11. lib. 4. Decian. conf. 66. in 2. dub. lib. 1. Gabr. in d. conclus. 2. de iur. dot. nu. 5. Granut. d. l. Theor. 1. nu. 13. quod intelligunt, etiam in tacito consensu, & in simpliciter sciente, & non contradicente, vt per Ber. loco cit. nu. 33. & 34. & licet regula sit, † scientem, & non contradicentem in sui præiudicium non consentire, hæc tamē regula † limitatur primo, fauore dotis, Bart. in l. qua dotu. ff. sol. matr. confertur tradita per Caroc. in d. decis. 102. in fin. Ber. in terminis in d. conf. 190. nu. 33. † Secundo limitatur ratione coniunctionis, leg. si seruus communis, ff. de donat. inter virum, & vxor. quem tex. pro notabili adducit Abb. in e. nonne, de præsumpt. & sequitur Bald. in d. l. qua dotu. At cui dubium dotare, & nuptui tradere filias, esse rem manifestam, quę nec sititate omnibus de familia innotescere debet, ac propterea, secundum etiam fautores contrarię patris, vera semper erit conclusio supra firmata, filiam vnius ex sociis dotandam esse de communi.

23 Quod ampliatur procedere, etiam si dos veniat soluenda finita iam societate, dummodo tamen ea durante fuerit promissa, per tex. in leg. omne as, ff. pro soc. Ruin. in d. conf. 108. col. 8. Hect. Fel. de soc. cap. 26. n. 41. omne enim est alienum contractum, durante societate, debet solui de communi, licet finita iam societate adueniat tempus solutionis, vt in d. l. omne as, & dictum

30 fuit supra in cap. 13. necessarium tamen esset, † dotem verē fuisse promissam, nec sufficeret, filiam fuisse tempore diuisionis nubilis ætatis, vt videretur annuere, Cast. in conf. 358. nu. 1. lib. 2. nam licet sit apta nuptiis, nulla tamen orta fuit civilis obligatio ad aliquam dotem præstandam; & si secus in casu Castrensis, cum obligatio dotandi inducta fuisset ex testamento parentum, vt per Hect. Felic. loco citato nu. 43.

31 Sed quid, si dos data de communi veniret restituenda, finita iam societate? vtrum omnibus, vel patri solum restitui deberet, Bogn. loco supra citato, tenet restituendam esse ad vtilitatem omnium: quod tamen ego falsum esse existimo, nam quādo actio quaeritur, finita iam societate, non omnibus quaeritur, ut à contrario probat tex. in d. leg. omne as, & dictum fuit superius in d. cap. 23. nu. 13. & seq. unde cum durante societate non fuerit aliqua acquisita actio; non potest dici, quod omnibus debeat restitui; unde secus, si in Instrumento dotis fuisset appositum pactum, ex quo orta fuisset aliqua actio, & obligatio, cuius obligationis vigore esset postea dos restituenda; tunc enim omnibus restitui deberet, vt supra de lucro dotis in d. cap. 23. fuit dictum.

32 Si verō veniret restituenda durante societate, non est dubium, omnibus restitui debere, & ita procedunt tradita per Caroc. in d. decis. 102. nu. 4.

#### SVMMARIUM.

- 1 Expensa facta retinendo filium in studio, an debeat esse communis inter omnium bonorum socios.
- 2 Filia de communi non potest dotari à sociis vnius bonorum secundum aliquos, contra remissiuę, nu. 10.
- 3 Solum ob maleficium voluntarię commissum, non fuit.

- communis inter omnium bonorum socios, & num. 11.
- 4 Socius socium, in quibus casibus possit obligare, & nu. 11.
  - 5 Expensa, qua nihil tribuit societati, an debeat esse communis inter omnium bonorum socios, & num. 15.
  - 6 Pater non tenetur mittere filium ad studium, declaratur num. 14.
  - 7 Expensa facta in ducenda uxore, an debeat esse propria, & num. 15.
  - 8 Expensa facta ab uno ex sociis omnium bonorum in honorem filij, debet esse communis.
  - 9 Expensa debent esse communes inter omnium bonorum socios, etiam si fient ab uno tantum.
  - 16 Libri dati filio vnius ex sociis omnium bonorum, remanent communes, contra secundum Ruin. & Mant. qui reprobantur, num. 17. & seqq.
  - 18 Causa dotis, & studij equiparantur.
  - 19 Dotis fauore presumitur donatio, an ita etiam fauore studij, & num. 27.
  - 20 Si frater donat rem communem uxori, & alij fratres sciunt, & taceant, dicuntur consentire, & num. 26.
  - 21 Pater tradens filio libros pro ipso emptos, dicitur donare.
  - 22 Donatio ex simplici traditione, regulariter non presumitur, nullis ut ibi.
  - 23 Exceptio inter omnium bonorum socios, semper presumitur facta de communi.
  - 24 Pater tenetur mittere libros filio, quem in studio retinet.
  - 25 Solutio in dubio eo modo facta presumitur, quo quis vni succere erat obligatus.
  - 28 Possidens sciente, & patiente eo, qui possessionem tradere debebat, presumitur possessionem ab eo habuisse.
  - 29 Scholares, & Doctores habent privilegium, ut possint tempore diuisionis retinere libros, & soluere pretium.

### De expensis factis ab vno ex sociis omnium bonorum in retinendo filium in studio, ac in emptione librorum.

#### CAP. XXIX.

- 1 Similis superiori est questio, an expensa facta ab vno ex sociis omnium bonorum in retinendo filium in studio debeat esse communis; Roman. enim in *conf. 145.* negatiuam secutus fuit opinionem, quam pariter probat *Potr. l. mol. conf. 68. num. 33. in fin.* mouetur Roman. primo, dicens, † quod quemadmodum socius omnium bonorum non potest de communi propriam filiam dotare, *glos. in l. socius pro filio, ff. pro soc. Specul. in tit. de iud. §. fin. vers. quid si vnus, cum sit onus proprium ipsius patris, l. qui liberat, ff. de ris. nupt. l. obligamur, §. t. ff. de act. & oblig. l. fin. C. de dot. prom.* ita etiam non poterit de communi facere expensam studij; imò multo minus, cum impensa studij sit voluntaria, dotis vero necessaria, *Bart. in leg. de bonis, §. non solum, ff. de carb. edict.*
- 3 Secundo allegat *tex. in leg. cum duobus, §. per contrarium, & in leg. adeo, §. quod, ff. pro soc.* quibus in locis habetur, quod si omnium bonorum socius aliquid soluat ob maleficium voluntarie commissum, illud sibi non societati imputatur, at impensa studij dicitur voluntario, ergo &c.
- 4 Tertio mouetur argumento ab enumeratis, dicens, quod socius socium obligare non potest, nisi in tribus casibus, nempe si pecunie vertice sint in communem vtilitatem, *leg. iure societatis, ff. pro soc.* vel nisi societas hoc pacto inita sit, ut quicquid erogetur, vel quaeratur communis lucri, vel impendij sit, *leg. si societatem vniuersarum, §. primo, ff. eod.* vel demum, nisi impensa

fit talis, vt socius absque sua culpa eam facere fieri coactus, *leg. cum duobus, §. per contrarium, & §. si socii bonorum, ff. pro soc.* sed nullum horum dici potest in questione proposita, ergo &c.

- 5 Quarto, *Pottius* mouetur loco citato, quia ex studio filij vnus, nulla societati fit accessio, ergo nec etiam impensa erit societati tribuenda.
- 6 Quinto pariter ex *Pottio* dicitur, partem non teneri mittere filium ad studium, sed solum ipsum erudire in grammatica, *Bald. in leg. de bonis, §. non solum, ff. de carb. edict.* si igitur voluntariam impensam pater facere intendit, de proprio eam faciat.
- 7 Sexto ex *Ruin. in conf. 101. lib. 1.* sic argumentari potest: expensa facta in ducenda uxore debet esse propria, non communis, *glos. iuncto tex. in l. 3. §. fin. ff. de mun. & honor.* ergo à pari ratione expensa facta in retinendo filium in studio propria esse debet.
- 8 Quibus tamen non obstantibus, contrarium absolute est asserendum, vt post antiquiores consuluit, *Ruin. in dict. conf. 101.* *Bald. in add. ad tract. Bart. de duob. frat. nu. 28.* *Petrus de Vbald. de duob. frat. part. 6. quest. 19.* *Socin. Sen. conf. 4. nu. 34. & 35. lib. 4.* *Ludou. in suis com. conclus. conclus. 53. vers. inferitur sexto, pag. mibi 125.* *Mantic. de tac. amb. conuent. lib. 6. tit. 19. num. 9.* *Sud. de alim. sit. primo, quest. 85. num. 1. & 2.* *Boign. decis. 11. num. 22.* & post alios, quos allegat tradit *Gratian. dist. 4. Forens. cap. 643. nu. 1. & seqq.* quam sententiam probat *tex. in leg. societatem vniuersarum, §. primo, ff. pro soc.* vbi habetur, quod impensa facta ab vno ex sociis omnium bonorum in honorem filij, de communi extrahi debet, sed talis est impensa, de qua agitur, ergo communis esse debet. Nec obstat responso nonnullorum, textum prædictum loqui in societatibus expressè contractis, nam sæpè superius fuit dictum, & præcipue in *cap. 1. huius secundæ partis* inter expressas, & tacitas societates omnium bonorum, nullam adesse differentiam; vnde si conclusio vera est in societatibus expressè contractis, † idem asserendum erit in tacitis. Et à generalitate regulæ, omnes expensas inter omnium bonorum socios communes esse debere, non erit vllò modo recedendum: de qua regula *Rol. conf. 91. num. 33. lib. 1.* *Non. conf. 64. num. 8.* *Menoch. conf. 860. lib. 9.* *Ludou. dict. conclus. 53. vers. è contra inferitur, Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 19. nu. 1. & seqq. de ipsaq. supra hac ead. parte, cap. 21.* nonnulla alia dicuntur in *cap. seq. id que difficultate carere, si iam fratres debitum agnouissent, Gratian. loc. cit. num. 18.*
- 10 Non obstant modo in contrarium proposita; ad primum enim respondetur, assumptum non esse verum, vt in superiori capitulo fuit dictum; ac propterea potius in contrarium potest retorqueri argumentum, secundum *Ruin. in dict. conf. 101. num. 10.*
- 11 Ad secundum respondetur, imò omnem expensam, siue necessariam, siue voluntariam, siue vnus, siue alterius vtilitatem respiciat, communem esse debere inter omnium bonorum socios, vt dicam infra in *cap. seq. & docet Mant. loc. cit. num. 17.* Nec obstant iura in contrarium citata, loquuntur enim, quando expensa ortum habuit à delicto, vt per *Mant. loc. cit. num. 18.*
- 12 Ad tertium respondetur ex *Ruin. in dict. conf. 101. num. 10.* in sociis omnium bonorum, etiam expensas voluntarias de communi extrahi debere, etsi non sint vertice in vtilitatem societatis, & sequitur *Mant. loc. cit. num. 20.* qui asserit, distinctionem Rom. procedere in sociis particularibus, secus in vniuersalibus.
- 13 Et eodem modo respondetur ad argumentum *Pott.*

Port. in locis enim omnium bonorum non requiritur, ut expensæ aliquam afferant utilitatem societari, sed sufficit, ut factæ fuerint ad utilitatem unius tantum, absque dolo, & culpa.

14 ad aliud Portij argumentum respondetur, quod licet pater non teneatur mittere filium ad studium, si tamen ipsum in studio retineat, teneri ad subministrandum debitas expensas. Secundo respondetur, si non de necessitate absoluta, saltem ex quadam convenientia teneri, ut dictum fuit superius in prima parte, cap. 25. Tertio respondetur, quod etiam expensæ voluntariæ, & factæ extra causam societatis sunt communes inter omnium bonorum socios, ut supra suis locis fuit dictum.

15 Ad sextum, & ultimum argumentum Ruini ipsemet respondet, imò expensas tactas in ducenda uxore, communes esse debere, ut dicitur in cap. seq.

16 Sed quid dicemus de libris datis filio unius ex sociis: Bald. in leg. si filia. ff. fam. ercisc. & in cons. 120. lib. 1. Petros de Vbald. de duob. fratr. part. 6. num. 20. dicunt, communes remanere, idem Socin. consil. 4. num. 34. & 35. lib. 4. Horat. Luc. de privileg. scholar. privileg. 27. Lud. dict. conclus. 53. vers. inferitur sexta; Hect. Fel. de sociis. cap. 26. num. 13. & alij passim: & hoc in locis omnium bonorum non habere dubium, dixit Mant. de tacit. & amb. convent. lib. 6. tit. 19. nu. 12. nam, etiam si dicerentur donati, essent communes, cum inter omnium bonorum socios etiam donationes debeant esse communes.

17 Sed in filiis unius ex sociis omnium bonorum, aliter dicendum esse, sentit Mant. loc. cit. num. 22. & seqq. & primo facit differentiam, an sint dati à patre, vel à sociis: si fuerint dati à patre, dicit ipse, num. 23. erunt communes, cum quicquid acquirit filius, patri acquirit, leg. cum oportet. ff. de bon. q. 15. §. iustur, l. iust. per quas person. nob. acq. sed primo hæc ratio nullo modo concludit, nam donatum causa studij dicitur quasi castrense, unde patri non acquiritur, ut dictum fuit in prima parte de peculio quasi castrensi: Secundo, stante quod pater cum fratribus contraxerit societatem omnium bonorum, nil dare potest, quin sit societatis; unde potius societatem dedisse, dicendum erit.

Si igitur secundo loco à societate libros receperit filius ubius ex sociis omnium bonorum, Mant. nu. 14. & seqq. tenet ipsius proprios effici; tamquam peculium adventitium, vel quasi castrense: & maxime quia

18 causa dotis, & studij æquiparantur, glos. in leg. prima, ubi Bart. in fin. & Bald. num. 14. ff. sol. matr. sicut igitur

19 favore dotis præsumitur donatio, ita etiam favore studij: & in hoc secutus fuit opinionem Ruin. in cons. 101. qui sic argumentatur, aut pater debet filio libros, aut societas tota; aut sumus in dubio primo casu, si traditio facta fuit scientibus, & tacentibus aliis, videntur omnes donare, prout ¶ quando unus ex fratribus donat uxorem communem, alij videntur consentire, si sciunt, & taceant: ex quo tacito consensu inducitur donatio, leg. si servus communis, ff. de donat. inter

20 virum, & uxorem: prout etiam ¶ pater tradens libros filio, quos eius nomine emittit, donare præsumitur, leg. filia cuius, ubi scribentes, ff. fam. ercisc. & alij fratres tacendo sibi præiudicant: quod extendit Ruin. ad simplicem traditionem, ¶ licet enim ex ipsa regulariter non præsumatur donatio, leg. cum pater, §. pater pluribus unel. glos. & ibi notat Bart. ff. de leg. 1. tamen id fallit in re parva, & parvi valoris, ex parvitate enim rei præsumitur donatio, & allegat Old. Bal. Sal. & alios in dict. leg. filia, Bald. in Auth. ex testamento, C. de coll. & in leg. prima, ff. sol. matrim. Roman. in leg. qua dotis,

21

22

ff. eod. & Alex. in leg. si donatio, C. de collat.

Si verò omnes libros tradiderint, omnes donasse præsumendum erit, licet libri pro ipso non essent empti: nam, ut Ruin. ait, illud requisitum, ut emptio fuerit facta pro studente, requiritur in patre, non autem in extraneo; quod probat ex eo, quod pater tradens libros filio emancipato, intelligitur donare; cum cesset hoc casu præsumptio, quod voluerit in peculium concedere, ut per ipsum. Secundo dicit, donationem præsumi ex genere, hoc est, ex genere rei, & causæ, ut si res sit parva, & causa pia; ac ideo tertio loco arguit à dote, ad causam studij.

Si verò non constet, quis nam libros tradiderit, omnes tradidisse, dicit Ruin. præsumendum erit.

Quibus tamen non obstantibus à communi sententia nullo modo recedendum puto: ¶ primo quia, cum sine socij omnium bonorum, necessarium est, libros fuisse emptos communi pecunia; unde vana est distinctio Ruini, si pater, vel alij libros dederint, semper enim verum erit dicere, omnes dedisse libros; cum empti ex communi pecunia communia dicantur, ut supra de emptionibus fuit dictum; & tamquam ex communi empti, communes remanere debent.

23 Secundo, socij, considerata eorum persona, non tenentur emere libros filijs aliorum sociorum, sed solum pater tenetur libros emere pro filio, si ipsum in studio retineat, leg. Macedoniani, ff. ad Maced. & ibi scribentes; unde socij tenentur solum uti socij, quatenus pater tenetur, cum unus debeat participare de expensis alterius; sed pater non tenetur donare libros filio, ergo nec etiam socij erunt obligati: quod tertio argumentum omnem tollit difficultatem.

24 Tertio facit, quod in dubio semper præsumendum est, eo modo fieri solutionem, seu traditionem, quod quis est obligatus facere, sed isti socij, ex obligatione paterna, tenentur solum procurare, ut ille qui commoratur in studio, libros ad studendum habeat, non autem eos donare, secundum glos. in dict. leg. Macedoniani, ubi Bal. Paul. de Castr. ceterique scribentes, Sall. in leg. filia cuius, C. eod. Rom. in l. si donatio, C. de coll. scribentes in Auth. ex testamento, C. eodem, ergo libros tradendo, eos ad usum tradidisse, non autem donasse censendum erit: in necessitatibus enim nemo liberalis existit, leg. ad rem legatam, ff. de adm. leg. unde credendum est, solum se obligare voluisse, prout tenebantur; non autem ad donandum, quod in dubio non præsumitur.

Ad tradita per Ruin. respondetur primo, eius argumenta non esse fundata in societate omnium bonorum, de qua nostra est disputatio, sed in præsumptione donationis, ex rationibus per ipsum allatis: quæ rationes nec etiam aliquid concludunt in casu ab

25 ipso proposito, ¶ nam in tex. leg. si servus communis, ff. de donat. inter vir. & ux. constabat de donatione, unde non est mirum, si alij tacendo, donationi consentire præsumebantur: sed in casu nostro non constat de donatione, sed de simplici traditione, quæ citra nomen donationis fieri potest. Nec minus obstant tradita per Doctores in dict. leg. filia cuius, ff. fam. ercisc. præterquam quod enim emptio sociis omnium bonorum non potest fieri aliquo particulari nomine, sed debet fieri nomine communi, ut suo loco supra dictum fuit, nõ potest præsumi donatio tacita, cum nec etiam expressa fieri potuerit, socij enim omnium bonorum donare non possunt, ut infra suo loco dicitur.

Ad illud verò, quod dicitur in secundo capite, donationem præsumi, si fiat extraneo, respondetur in id in coniuncto facilius præsumi, ad tradita per Docto-

- res in l. Nefennius, ff. de neg. gest. & exemplum de emancipato procedere, quia in ipso non potest considerari aliqua concessio facta in peculium; unde necessarium debet presumi donatio; que necessitas non est aliquo modo in casu nostro; cum possit intelligi facta librorum concessio ad simplicem usum; prout pater facere tenebatur, ut in tertio argumento. Nec libri sunt ita parvi valoris, ut ex genere rei possit presumi donatio, nec minus ex genere cause, licet enim causa studij dici possit pia causa nullam tamen continet pietatem, ut libri potius de pecuniis vnius, quam alterius debeant emi. Et, quicquid sit de argumento de dote ad causam studij, sat est, in casu nostro diversam esse rationem, et nam, quando dos datur ab extraneo, presumitur donatio, quia, cum dos semel data non possit amplius repeti, nulla alia desumi potest coniectura, quam donationis; sed in casu nostro potest intelligi facta concessio ad usum, ergo necessarium non est, ut donationem presumamus.
- 27 Dicitur vero in tertio capite distinctionis Ruin retorqueatur in contrarium, nam licet verum sit, quod, quando quis tenetur ex aliqua causa tradere, si ille, cui debet fieri traditio, possideat sciente, & consentiente eo, qui tradere tenebatur, presumatur possessionem sibi traditam iussisse, tamen presumitur tradita eo modo, quo tradere ille erat obligatus; at in casu proposito pater erat obligatus solum tradere usum, nec maiorem obligationem habebant socij; ergo usum solum tradere voluisse, erit presumendum.
- 29 Habent tamen scholares, & Doctores privilegium, ut, licet illi libri sint communes, possint nihilominus pretium solvere, & libros retinere, de quo supra parte prima, cap. 27.

## SVM MARIVM.

- 1 *Expensa omnes, etiam si ab uno tantum proveniant, debent esse communes inter omnium bonorum socios, & etiam si fuerint solum voluntaria; cessante tamen culpa num. 3. licet culpa leuissima non habeatur ratio, nu. 4.*
- 2 *In societate omnium bonorum non inspicitur quis plus lucratur, vel quis plus impendat.*
- 3 *Expensa, ut sint communes inter omnium bonorum socios, sufficit ut commodum vnius respiciant.*
- 4 *Pallum, ut inter omnium bonorum socios expensa non sint communes, non valet, & quare num. 7.*
- 5 *Impensa in alenda familia, est communis inter omnium bonorum socios.*
- 6 *Filij sociorum omnium bonorum debent ali de communi; prout etiam uxores, ancilla, nutrices, & alij de familia, & num. 11.*
- 7 *Filij nati ex illegitimo coitu, non debent ali de communi a sociis omnium bonorum.*
- 8 *Expensa facta in Doctoratu, vel in aliquo alio gradu, ac dignitate suscipienda, debent esse communes inter omnium bonorum socios.*
- 9 *Expensa facta tempore impiarum, debent esse communes inter omnium bonorum socios.*
- 10 *Localia debent esse de communi a sociis omnium bonorum.*
- 11 *Localia, vestes, & ornamenta sibiina, an debeant dividi inter socios omnium bonorum.*
- 12 *Vestes, & ornamenta facta a patre pro uxore filij, an debeant dividi inter alios fratres post mortem patris, & quomodo num. 17.*
- 13 *Expensa facta in acquirendo officio, vel magistratu, debent esse communes inter omnium bonorum socios.*
- 14 *Expensa facta ab uno ex sociis omnium bonorum qui euaserit Abbas, vel Monachus, an debeant esse communes, & quid, si facta fuerint a filio vnius ex sociis, n. 20,*

- 21 *Expensa facta in infirmitate, debent esse communes inter omnium bonorum socios, quod tamen declaratur num. 22. & 23.*
- 24 *Expensa funeris, an debeant esse communes inter omnium bonorum socios, & num. 25.*

Expensas inter omnium bonorum socios debere esse communes, aliis exemplis declaratur.

## CAP. XXX.

- 1 **E**X secunda regula, de qua in cap. 21. inferitur, omnes expensas inter omnium bonorum socios debere esse communes, nullo habito respectu, an magis ab vno, quam ab altero fiant, leg. cum duobus, §. per contrarium, ff. pro soc. Petrus de Vbald. de duob. fratr. part. 6. num. 1. & part. 8. sub nu. 1. vers. secundo casu, Soc. conf. 291. num. 1. lib. 2. Rol. consil. 91. num. 33. lib. 1. Non. consil. 64. num. 8. Menoch. consil. 860. lib. 9. Ludou. in suis conclus. conclus. 51. vers. scilicet. E contra inferitur, pag. ubi 125.
- 2 **T** cum in hac societate non inspicitur, quis plus lucratur, vel quis plus impendat, Bald. in leg. parvus, nu. 16. C. com. vtr. iud. Castren. consil. 304. num. 5. lib. 2. Cephal. consil. 40. num. 4. Ruin. consil. 104. nu. 2. lib. 1. Mantie. de tur. & arb. conuent. lib. 6. tit. 19. num. 1. Gratian. discept. Forens. lib. 4. cap. 643. num. 6.
- 3 **Q**uod procedi non solum in expensis necessariis, sed etiam voluntariis, dummodo tamen dolo, vel culpa socij non fiant, leg. si fratres, §. vltimo, ff. pro soc. Socin. Sen. conf. 191. nu. 2. lib. 1. Ruin. consil. 101. n. 1. **T** nulla tamen esset habenda ratio culpe leuissimae, Bald. in leg. qua fortuitis num. 12. C. de pign. act. Mant. loc. cit. nu. 2. & seq.
- 4 **N**ec minus requiritur, ut utilitatem societatis respiciant, sed sat est, ut vnus tantum commodum in ipsis considerari possit, Ruin. discept. consil. 101. nu. 10. & tradit post alios Mantie. loc. cit. nu. 10. Gratian. discept. Forens. lib. 4. cap. 643. num. 9.
- 5 **E**t hoc adeo verum est, ut pactum in contrarium appositum non valeat, ut dixit Crau. consil. 245. num. 5. Decian. consil. 31. nu. 44. lib. 3. quem refert Lud. loc. cit.
- 6 **T** non valet tamen, quia sit iniustum; posset enim fieri aliqua expensarum reservatio, que, attenda sociorum qualitate, nullam contineret iniustitiam; sed quia esset contra naturam societatis omnium bonorum; que omnia reddit communia; unde si appareret de aliqua reservatione, non posset dici contracta societas omnium bonorum; ut suo loco supra dictum fuit.
- 7 **O**mne igitur, quod socius omnium bonorum impendit in alenda familia, societati imputatur, Bald. in apost. ad leg. cum duobus, §. si fratres, ff. pro soc. Rol. discept. consil. 91. num. 43. Non. discept. consil. 64. num. 5. Lud. loc. cit. vers. inferitur quinto, **T** & non solum de communi debent ali socij, sed etiam ipsorum filij, & uxores, cum dotes in communi retineantur, l. actiones, §. fin. cum leg. seq. ff. pro soc. Petrus de Vbald. de duob. fratr. part. 6. nu. 19. Ruin. consil. 104. vers. quarto, lib. 1. Soc. conf. 4. lib. 4. & tradunt Rol. Non. Lud. & alij supra citati.
- 8 **Q**uod tamen dicitur de filiis, non est intelligendum de natis ex damnato coitu, nam licet pater eos alere teneatur; attamen expensa alimentorum dicitur provenire ab eius culpa, unde propria esse debet, ut habetur in leg. adeo, §. si in alea ff. pro societ. & dixit He & Fel. de societate, cap. 26. num. 9.
- 9 **E**t quod dictum fuit de expensis pro familia, comprehendit etiam expensas pro famulis, ancillis, nutribus,

cibus, pedagogis, ac carotis, si familiaris qualitas hæc expollet.

12 Expensæ pariter, quæ fierent in Doctoratu, vel in aliquo alio gradu suscipiendo, licet vnus tantum, vel solum filij honorem respicerent, communes esse debent: sicut Petrus de Vbald. *de duobus fratr. in 8. parte quest. 7. facit tex. in leg. si societatem vniuersarum, in leg. cum duobus, §. si inter fratres, ff. pro soc. & clarè habetur in leg. ex part. §. filius, ff. fam. ercise. vbi quicquid erogatur in honorem filij vnus ex sociis omnium bonorum, commune esse debet, tradit Ber. *consil. 190. num. 5. & 27. lib. 1. Ludou. conclus. 53. vers. insertur septimo, pag. mibi 123. Hect. Fel. de societate, cap. 26. num. 10. Mant. de tac. & amb. conuent. lib. 6. tit. 19. num. 5. Gratian. *discept. Forens. lib. 4. cap. 643. num. 6. & seq.***

13 Idem dicendum est de expensis, quæ fierent tempore nuptiarum, si vnus ex sociis, vel eorum filij vxorem ducerent, vel filia nuptiæ traditæ essent, Petrus de Vbald. *de duob. fratr. part. 6. num. 8. Corn. consil. 285. num. 4. lib. 1. Ber. consil. 190. num. 5. lib. 1. Ludou. conclus. 53. vers. insertur septimo, Rom. in Auchen. ex testament. num. 10. C. de coll. Gratian. loc. cit. num. 7. quod intelligi debet etiam respectu donationum, ac aliarum expensarum, quæ in similibus occasionibus fieri solent; nisi tamen fuerint excessiue, Rim. *lun. consil. 366. lib. 4.**

14 Idem in iocalibus, quæ pariter de communi fieri debent, vt docent Doctores supra citati, & post eos Mant. *dist. tit. 19. num. 5. Sed circa iocalia, & vestes, quæ fierent ab vno ex sociis pro vxore ipsius, vel eius filijs, est dubitatio apud Doctores, an tempore diuisionis possint alij eorum partem petere: verum non est recedendum à distinctione Paul. de Cast. *consil. 366.**

15 *vers. ad tertium, lib. 2. † quod vestes, iocalia, & ornamenta pretiosa, & festiua debeant tempore diuisionis poni in communi, ac diuidi, l. ad vestimentum, ff. de pecul. secus autem quantum ad vestes, & ornamenta quotidiana, l. filia cuius, vbi Bal. C. *sum. ercise.* illa enim præsumuntur donata, ac propterea propria ipsarum mulierum remanere debent, Borgn. *decis. 11. num. 7. part. 2. prout dicimus de vestibus, & ornamentis fa-**

16 *dis à patre pro vxore filij, † quæ, si fuerint festiua, debent post mortem patris inter omnes filios diuidi, Bald. in d. l. filia cuius, num. 4. Aret. in §. sic, num. 9. Inst. de societ. secus tamen si fuerint quotidianæ, & ad quotidianum vsu necessaria, illa enim propria mulierum remanent, valida intercedente donatione inter socerum, & nurum, leg. ex annuo, de donat. inter vir. & vxor. l. si usus fructus, §. dos, cum sua glos. ff. ad leg. Falc.*

17 Nō debet tamen in diuisione haberi ratio ad illam summam, & quantitatem, qua vestes emptæ fuissent, sed solum ad ipsatum valorem tempore diuisionis; nam licet non intelligatur data proprietates, ipsarum tamen vsus dicitur concessus.

18 Si vnus ex sociis, vel eorum filij, aliquod officium, vel magistratum acquirerent, de communi deberent fieri expensæ, per tex. in leg. ex parte, §. filius, ff. fam. ercise. Roland. *consil. 91. num. 3. lib. 1. Lud. dist. conclus. 53. vers. insertur secundo, Gratian. *discept. Forens. lib. 4. cap. 643. num. 6.**

19 Prout etiam si vnus ex filiis sociorum Abbas, vel Monachus euaderet, si enim expensæ debent esse communes, quando agitur de acquirenda aliqua temporalis, ac laicali dignitate, tanto magis communes esse debent, si de acquirenda dignitate Ecclesiastica agatur; † Id tamen limitat Petr. de Vbald. *de duobus fratr. part. 6. num. 6. & 7. si vnus ex sociis Monachus, vel Abbas euaderet, stante enim quod cum ipsis non possit esse societas, statim diceretur finita societas præce-*

dens, ac propterea expensæ de proprio fieri debere, quod sequitur Hect. Fel. *de soc. cap. 26. num. 4. quod non est, quando filius vnus ex sociis Monachus euadit, adhuc enim inter ipsos socios durat societas.*

21 Si vnus ex sociis, vel aliquis ex eorum filijs in aliquam incidere infirmitatem, expensæ pariter de communi fieri deberent. Petrus de Vbald. *de duobus fratr. part. 6. quest. 11. Rimin. *lun. consil. 365. nu. 7. lib. 4. Thom. Actius de infirm. part. secunda in verbo, socius. Ludou. conclus. 53. vers. insertur decimo, Mant. de tac. & amb. conuent. lib. 6. tit. 19. num. 27.**

22 Quod tamen limitatur, si socius culpa sua in illam incidere infirmitatem, prout si fuerit cæcus, vel vulneratus in aliquo maleficio deprehensus; vel volens alium offendere, fuerit ipse offensus: quod extendit Hect. Fel. *de societate, cap. 26. num. 6. si quis incidit in morbum Gallicum ex conuersatione habita cum meretricibus; diceretur enim prouenisse ex eius culpa, cum contra Dei præceptum sit ipsa fornicatio. Quod tamen ego intelligo † de infirmitate, in quam eorum culpa incidere socij omnium bonorum, secus respectu infirmitatum, in quas inciderent filij sociorum; nam licet filius eius culpa ægrotos euaserit, attamen certum est, partem teneri ipsam alimentare, ac curare; quæ paternæ obligatio extenditur postea ad socios, inter quos omnia debent esse communia.*

23 Et, quod dicunt de expensis infirmitatis, extendunt etiam ad expensas factas in morte; nempe in funerals, Lud. *dist. conclus. 53. vers. insertur dicto mortuo; quod tamen alij reproban; nam morte finitur societas; vnde propriæ debent esse expensæ funeris; vel dicamus melius hæredum, Ber. *consil. 190. num. 12. lib. 1. Hect. Fel. de soc. cap. 26. num. 10. † Quod tamen intelligendum est de morte vnus ex sociis, tunc enim finitur societas, secus si decederet filius, vel vxor vnus, vel alius de familia, hinc enim non diceretur finita societas; vnde communes debent esse expensæ: Sed cum sumus in finalibus expensis, finiamus etiam capitulum.**

#### SUMMARIUM.

- 1 Damna proueniencia fortuito casu vni ex sociis omnium bonorum sunt communia inter omnes: scilicet si eius culpa, num. 3.
- 2 Carcerationis expensæ debet esse communia inter omnium bonorum socios, si iniusta fuerit, num. 3.
- 4 Damnum culposum in sociis omnium bonorum, non compensatur cum lucro.
- 5 Pena iniuste soluta debet esse communia inter omnium bonorum socios, scilicet si iniusta fuerit condemnatio, vt num. 6.
- 7 Captus ab hostibus debet redimi de communi à sociis omnium bonorum, & num. 16. secus si eius culpa fuerit captus, num. 9.
- 9 Culpa non caret, qui ad loca non tuta se confert, & n. 12.
- 10 Socius tenetur socio etiam de leui culpa.
- 11 Captus in bello iniusto, non debet redimi de communi, etiam si fuerit omnium bonorum socius.
- 13 Damnum incursum ex eo, quod gabellam qui fraudem voluerit, an debeat esse commune inter omnium bonorum socios.
- 14 Fraus captus ab hostibus de proprio redimi debet.
- 15 Pater redimens filium ab hostibus præsumitur, id intuitu pietatis fecisse.
- 17 Casu fortuito debet probari ab eo, qui custodire tenebatur.
- 18 Damnum incursum à socio particulari, debet esse commune, quatenus euenerit causa occasione societatis, secus si extra causam societatis, num. 19.

Exemplis nonnullis demonstratur, damna prouenientia absque culpa socij communia esse debere inter omnium bonorum socios, secus si vnus tantum culpa præcedat.

## CAP. XXXI.

- 1 **V**ltra casus supra adnotatos generaliter dicendum est, omnia damna prouenientia vni ex sociis omnium bonorum communia inter ipsos esse debere, quod tamen intelligendum est in damnis prouenientibus fortuito casu *l. cum duobus, §. damna, ff. pro soc. Fulg. consil. 118. num. 2. Corn. consil. 137. lib. 2. & absque culpa socij, vt si quis ob calumniosam aliquam querelam, vel iniustam inquisitionem, vel falsam restitutionem depositionem fuerit indebitè & carceratus: & secus tamen si id factum fuisset iuste, & ob dolum, vel culpam ipsius socij, *l. cum duobus, §. damna, & §. quidam sagariam, ff. pro soc.* vnde amissum in ludo aleazum, proprium, non commune esse debet, *leg. adeo, §. quod in alea, ff. pro soc. Mant. de tassit. & amb. conuen. lib. 6. tit. 21. num. 2. & 3.**
- 2 Nec istud damnum compeniatum cum lucro acquisito societati, *leg. adeo, ff. pro societ. Roman. consil. 4. 4. num. 7. & seq. Nat. consil. 260. nu. 1. Mant. loc. cit. nu. 5.*
- 3 Et eadem solet adhiberi distinctio condemnationibus, ac penis, quæ, si solutz fuerint absque culpa socij, sed solam, vel iudicis iniuria, vel ex fallis testimoniis depositionibus, communes, non proprie esse debent, *Atet. in §. manet, Inst. de societ. & probat. ex. in leg. si fratres, in fin. ff. pro soc.* cadent enim sub generali regula, damna prouenientia absque culpa socij communia esse debere, *Corn. consil. 285. sub num. 4. h. v. 1. Alexand. consil. 154. nu. 3. lib. 2. & consil. 70. sub num. 2. lib. 5. Rol. consil. 91. num. 36. lib. 1. Ludou. dist. conclus. 53. versic. inferitur quarto, versic. inferitur duodecimo, & versic. inferitur decimo septimo cum vers. seq. Mant. de tass. & amb. g. conuen. lib. 6. tit. 19. num. 4. & tit. 21. num. 1. Carp. sup. stat.*
- 4 *Mediol. cap. 483. nu. 172.* & Secus tamen si fuerint penæ solutz, ob præcedens Maleficium, vel ob dolum, ac culpam aliquam præcedentem, vt omnes supra citati Doctores distinguunt in locis supra citatis.
- 5 Captus etiam ab hostibus debet redimi communibus expensis, *leg. cum duobus, §. quidam sagariam, ff. pro soc.* vbi dicitur, quod si vnus ex sociis incidat in latrones, à quibus se redimere coactus sit damnum debet esse commune, *Bald. consil. 172. lib. 5. Alex. consil. 99. in fin. & consil. 133. lib. 2. Menoch. consil. 860. num. 190. lib. 9. Ludou. conclus. 53. versic. & idem. He& Fel. de societ. cap. 26. num. 7.* & Id tamen omnes limitant, si quis eius culpa fuerit captus, prout de eo, qui ad loca periculosa se contulit, consuluit *Alex. in dist. consil. 99. qui allegat*
- 6 *tex. in leg. cum duobus, §. fin. ff. pro soc.* & non caret enim culpa, qui ad loca non tuta se confert, & & socius de leui etiam culpa socio tenetur, *leg. socius socio, ff. pro soc. §. fin. Inst. de soc. sic pariter argumentatur Alex. in dist. consil. 133. in fin. lib. 2.* Eandem distinctionem facit *Bal. in consil. 41. lib. 1.* vbi querens, an in bello captus ab hostibus debeat redimi de communibus pecuniis, dicit,
- 7 quod sic, si bellum fuerit iustum, secus si iniustum, & in bello enim iniusto posset considerari culpa socij, qui ad iniustum bellum se confert non debebat, eodem modo distinguit *Petrus de Vbald. de duob. fratr. in 8. part. quest. 5. vbi dicit, & quod si socius incurrit in latrones, transeundo per loca venisimiliter periculosa,*

omne damnum, quod sentit, proprium non committente esse debet culpa enim non caret, qui per suspecta loca transit; nisi tamen, vel propter impetum maris, vel ob aliquam necessitatem id faciat, vel communi aliorum errore ductus.

- 8 **Q**uerit etiam *Petrus de Vbald. loc. cit.* quid dicendum sit de damno, in quod socius incurreret, transeundo per locum insolitum animo fraudandi gabellam, & tener, proprium esse debere, si gabella fuerit iusta; dicitur enim in culpa, cum iustam gabellam fraudare voluerit: secus tamen si gabella iniusta fuerit, cum eam fraudare, sit licitum, dummodo tam periculosus non fuerit locus, per quem transiuit. Verum in hoc secundo capite numquam essem cum *Petro de Vbald.* nam, quicquid sit in conscientia, an iniustam gabellam fraudare sit licitum; sat est etiam iniustam gabellam fraudantem puniri, vnde cum se exposuerit periculo incurrendi in illud damnum, culpa non caret.

9 **D**istinctio tamen, de qua in supradictis casibus de carente, vel non carente culpa, locum sibi non vindicat in fratribus, qui omnium bonorum socij non essent: nam, si exempli gratia, & frater fuerit captus ab hostibus, de proprio redimi debet, vt post *Bal. & alios.*

10 dixit *Petrus de Vbald. de duob. fratr. part. 8. quest. 26.* & licet contrarium dicendum sit in parte redimente filium, qui intuitu pietatis id fecisse præsumitur, *l. liber. captus. C. de capti. si quis pro redemptione, C. de donat. l. si captiuum, C. de Episc. & Cler.*

- 11 **E**st etiam in hoc differentia inter omnium bonorum, ac alios particulares socios, & nam expensa facta à sociis omnium bonorum ob incursum latronum, vel hostium, est communis, si nulla possit considerari culpa, vt per *Alex. in dist. consil. 59. in fin. lib. 2. Nat. consil. 248. num. 1. & alios supra citatos;* & culpam tamen non præcessisse, & casum fuisse fortuitum, socio incumbere probare, qui ad custodiam tenebatur, *leg. cum duobus, §. damna fatalia, ff. pro soc. Nat. consil. 361. num. 4. & 5. Petrus de Vbald. de duob. fratr. part. 8. quest. 13.*
- 12 **I**n sociis verò particularibus est distinctio, quod aut damnum incurrit socius, dum pro communi negotio proficisciebatur, & certum est commune esse debere, *leg. socius qui, ff. pro soc. Anch. consil. 302. versic. præterea,* tamquam proueniens à communi causa, *Petrus de Vbald. in dist. part. 8. num. 8. Thom. Bossius consil. 19. sub nu. 13. Menoch. consil. 860. num. 19. lib. 9.* dummodo tamen ipsius culpa considerari non possit, vt per *Alex. consil. 133. lib. 2.* & Si verò damnum incurrerit socius extra negotium societatis, certum est, proprium, non commune esse debere, quod variis exemplis declarat *He& Fel. de societate, cap. 27. & Mant. de tass. & amb. conuen. lib. 6. tit. 21. num. 8. & seqq.* quæ vti extra nostram materiam prætermitto.

## SVM MARIVM.

- 1 *Votum an satisfieri debeat communibus expensis à sociis omnium bonorum, per totum, & num. 8. improbatum ratio Patri de Vbal. pro negativa adducta.*
- 2 *Vota adimplere est meritum apud Deum, respicitque salutem propria anima.*
- 3 *Votum pro recuperanda sanitate debet adimpleri communibus expensis à sociis omnium bonorum.*
- 4 *Infirmities à peccatis quandoque proueniunt.*
- 5 *Deus sape de medio malos tollit, ne eorum crescant peccata: & bonos, ne improborum nequitia eorum perueriat intellectum, num. 6.*
- 7 *Bonus in dubio quislibet præsumitur.*
- 6 *Votum quid.*



- 10 *Socius socium an obligare possit.*  
 11 *Quae opera debeant adimpleri communibus expensis; & quae propria, num. 14. & quid si alij socij consentiant, num. 15.*  
 12 *Filiusfamilias quomodo possit Eleemosinam facere.*  
 13 *Vxor quomodo possit Eleemosinam facere.*  
 16 *Votum, quod exequi debet communibus expensis; de communis esset exequendum, etiam si finita societate exequi deberet, ubi de ratione.*  
 17 *Vota filiorumfamilias expensam requirentia non obligant, si pater non consentiat.*  
 18 *Vota sociorum debent exequi, etiam si alter socius nolle expensam fieri de communi, quod ibi declaratur.*  
 19 *Ignorantia iuris in conscientia excusat.*  
 20 *Eleemosina, ac alia pia opera an fieri debeant de communi a sociis omnium bonorum, & reprobatum distinctio Petri de Vbaldie, num. 21.*

Vota facta ab vno ex sociis omnium bonorum, an debeant adimpleri de communi, & quid de Eleemosinis, & & aliis operibus piis.

## CAP. XXXII.

- 1 **P**etrus de Vbald. de duobus fratribus parti. 6. quaest. 5. quaerit, quid, si vnus ex sociis omnium bonorum vouerit ire ad Diuum Iacobum de Galitia, an id facere possit communibus expensis, & dicit aliquos consuluisse, quod sic; contrarium tamen esse verum, & quia votum adimplere est meritorium apud Deum, respicitque salutem propriae animae, vnde non est, quod de expensa alij participent; & sequuntur Decian. respons. 85. num. 13. lib. 2. Mant. de tacit. & arbit. conuent. lib. 6. tit. 19. num. 28.  
 2 Id tamen limitat, si votum fuerit factum pro recuperanda sanitate; tunc enim expensae deberent esse communes, prout expensae medicorum, & sequitur Mant. loc. cit. num. 29. & dicunt non obstante, infirmitates ob peccata quandoque prouenire, cap. cum infirmus, de pan. & rem. nam licet verum sit, & Deum saepe de medio malos tollere, ne eorum crescant peccata, cap. ea vendita, 23. quaest. 4. & tamen bonos etiam cito quandoque tollit, ne improborum nequitia eorum peruertat intellectum, cap. si ex bono, de panis. dist. 4. vnde nemo asserere potest, ob peccata infirmitatem obuennisse; & imò in dubio quilibet praesumitur bonus, cap. estote misericordes, de reg. iur. in 6. quae praesumptio, vti exclusiua delicti praualere debet, leg. merito, ff. pro ser. Mant. loc. cit. num. 30. & seqq.  
 3 Verum ratio Petri de Vbald. nullo modo concludit, nam in sociis omnium bonorum non attenditur, an impensa respiciat vtilitatem vnus, vel alterius; an sit facta ab vno, vel ab altero; an societati, vel sociis aliquod afferat commodum, vt dictum fuit in cap. 30. vnde, licet votum salutem vnus tantum respiciat, hinc tamen non sequitur, de proprio adimpleri debere, propria etiam remanet dos data filiae vnus ex sociis, propriam vtilitatem respiciunt expensae factae in studio, in Doctoratu, vel in aliqua alia dignitate acquirenda, proprium est onus alendi filios, & vxorem, & tamen expensae factae in his omnibus casibus sunt communes inter omnium bonorum socios, vt supra suis locis fuit demonstratum: ac propterea Heft. Fel. de sociat. cap. 26. num. 15. & 16. dixit, imò etiam vota adimpleri debere de communi.

- Verum, mea vt fert sententia, aliunde pendet decisio praesentis dubitationis, nam & votum, vt dicit Host. in sua summa de voto, est alicuius rei licitae faciendae, vel non faciendae, cum deliberatione animi, Deo facta pollicitatio, & licet multis aliis modis definitur à Theologis, & à Canonistis, vt videri potest apud Pisan. in sum. Pantheol. in verbo, votum, cap. 1. tamen in idem incidunt, & fat est ad propositum, vouentem Deo obligari, & promissa adimplere debere: vnde an debeat adimpleri de communi, ex hoc pendet, an socius mediante obligatione à se contracta, societatem obliget, de quo videbimus in cap. seq. & communis videtur distinctio, & quod in his, quae societatem respiciunt, & proprium etiam commodum continent, possit alios obligare, si cesserit prorsus dolus, & culpa; secus autem in his, in quibus possit considerari aliqua culpa; vt si expensa sit inconueniens, frustratoria, excessiua, insoluta, in his enim casibus socius culpa non careat; ac propterea propria, non communis deberet esse expensa. Quo stante crederem, esse distinguendum inter vota, & aut enim votum est de his, quae quotidie à Christi fidelibus fieri solent, vt celebrare faciendi aliquas missas, festiuitatem aliquam celebrandi, visitandi quandoque sanctam Lauritanam Damnum: tundi Romam anno Iubilaei: quis enim est, qui ad aliquam obtinendam gratiam, vel ad impetrandam suorum peccatorum ventam, aliquod aliquando non emittat votum? & haec propterea, ac similia de communi adimpleri deberent: ad quod conferunt tradita per Heft. loc. cit. n. 8. vbi dicit, quod licet filiusfamilias non possit vouere Eleemosinam facere, & tamen id quandoque fallit: attenda qualitate personae patris, ac Eleemosinae quantitate, & idem esse in vxore, ac mercenario porrigente modicam Eleemosinam indigenti, arg. tex. in leg. filius, §. i. ff. de donat. C. si filia, ff. de leg. 3. can. Pascha, 86. distinct. vt plenius dicit notalle de pan. & remis. §. quibus, & qualiter, vers. 13. quid de fructibus Eleemosinam: vbi asserit, quod & licet vxor non possit facere Eleemosinam de bonis mariti, de pane tamen, & vino, ac rebus similibus, quae ex approbato more, consueuerunt ad curam mulierem pertinere, potest aliquid pauperibus dare; informans sibi conscientiam, maritum hoc ratum habiturum fore, licet ore aliquando haec prohibuerit ad terrorem, vt vxores, si non in totum, tamen temperent se à tanto: & idem de filiisfamilias asserit. & Secus tamen esset dicendum, si votum esset rei insolitae, ac respicientis maximum expensam, vt est votum proficiscendi ad Diuum Iacobum de Galitia; velle enim expensam tam magnam fieri de communi; ac de tali impensa socios grauari, nimis graue videtur, vnde culpa carere non diceretur, ac propterea crederem, id remittendum esse arbitrio Iudicis, qui, & voti qualitate, personarum conditione, facultatem valore pensato, diiudicare deberet, an votum de communi, seu potius de proprio adimpleri deberet.  
 15 Quod tamen fac intelligas, si alij non consentiant: nam in casu consensus, non est dubium, quamcumque expensa & fieri debere de communi.  
 16 Et in omnibus illis casibus, in quibus socij de expensa participare deberent, id locum haberet, etiam si votum esset adimplendum finita iam societate, dummodo emissum fuisset ipsa durante, per tex. in leg. omne as iuncta, glof. ff. pro soc. vbi habetur, quod de bita contracta durante societate debent solui de communi, licet finita iam societate sint soluenda, quod ampliat glof. procedere, licet debitum ab vno tantum fuerit contractum: cum igitur votum sit debitum, &

contractum durante societate, licet ipsa finita sit adimplendum, communibus tamen expensis adimpleri deberet.

17 Est tamen differentia inter vota sociorum, & filiorum familias expensam requirunt; nam si pater non consentiat, vota filiorum non obligant; † vota verò sociorum, adhuc adimpleri debent, licet socij recusent, expensam fieri de communi: nisi tamen socij vouendo pro certo habuerit, expensam de communi fieri debere, & si aliter existimasset, non voluisset: Nec dicatur, hanc esse iuris ignorantiam; nam † in conscientia excusare solet, vt latè videri potest apud Theol. lib. 4. sentent. distinct. 18. vbi Dium Thom. Richard. & ceteri interpretes hæc latè examinant, & facit ad hoc, quod dicit Roq. Pisan. in Sum. Pantheol. in verbe, vltimo cap. 9.

Et eandem crederem esse adhibendam distinctionem circa Eleemosinas, ac alia pia opera; quod nempe in solita proprietate esse debeant, † sit exemplum de expensis pro alendis pauperibus, pro dotandis puellis, pro Ecclesijs ædificandis, hospitalibus construendis, vt per Mantica. de sacis. & amb. conuent. lib. 6. tit. 19. num. 33. non quia, vt ipse tenet, proprium commodum, & salutem respiciant, sed quia solitum, & consuetum domus excedunt; alia verò solita, & ordinata, attendita personarum qualitate, & bonorum facultate, de communi fieri debeant, vt per Mantica. loc. cit. num. 35. & 36.

Nec probatem vquam distinctionem Petr. de Vbald. de duob. frat. part. 6. num. 7. dicentis, quod aut Eleemosinæ fiunt pro proprio commodo, aut pro communi, si pro proprio, propria debet esse expensa, si pro communi, communis: nam in socijs omnium bonorum non attenditur, an expensa propria, vel communem respiciat vtilitatem, vt supra dictum fuit in cap. 31. nec etiam pro communi ad libitum facere potest expensas socijs, omnia ex suo arbitratu distrahendo; id enim culpa non caret, de quo socius socio tenetur, vt dictum fuit superius.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Debita ab vno tantum contracta de communi solui debent inter omnium bonorum socijs, & per totum; etiam si commodum vnus tantum respiciant, vt num. 1. & 5. dummodo tamen cesset culpa, vt num. 6. & declaratur num. 9.
- 3 Debita contracta durante societate de communi solui debent, etiam si ipsa finita veniant soluenda.
- 4 Socij particulares quando teneantur soluere debita ab vno tantum contracta.
- 7 Expensæ debere esse communes inter omnium bonorum socijs, quomodo sit intelligendum. †
- 8 Socijs omnium bonorum quando dicatur permissa distractio bonorum.

De ære alieno ab vno ex socijs omnium bonorum contracto.

#### CAP. XXXIII.

1 QVEMADMODUM DAMNA, & expensæ debent esse communes inter omnium bonorum socijs, † ita debita ab vno tantum contracta de communi satis fieri debent, leg. ex parte, §. filium, ff. sum. ercise. leg. cum duobus, §. quidam sagariam, ff. pro soc. leg. si fratres, §. vltimo, & Lomne as alienum, ff. eod. omne enim, quod nobis debetur, & quod nos alijs debemus commune esse debet inter omnium bonorum socijs, Ruin. conf. 104.

nu. 2. versic. 6. & vltimo. lib. 1. Alex. consil. 133. in fin. lib. 2. Rol. consil. 91. num. 31. lib. 1. Ludou. conelusi. 33. versic. infertur decimo sexto. Hæc & Fel. de facis. cap. 19. num. 18. Mant. de sacis. & amb. conuent. lib. 6. tit. 21. num. 1.

2 Quod ampliatur primo, etiam si debitum fuerit contractum ad vtilitatem, & commodum vnus tantum, nec pecuniæ veris fuerint in communem arcam, Dec. consil. 66. Rol. dict. consil. 91. nu. 49. Menoch. consil. 375. num. 4. cum seqq. & maximè num. 31. Mantica loc. cit. num. 3. quod tamen declaratur, vt infra.

3 Secundo ampliatur, vt de communi debeat solui æs alienum ab vno contractum, etiam si iam finita societate veniat soluendum, per tex. in Lomne as alienum, & in leg. socij, in princ. ff. pro soc. Petr. de Vbald. de duobus frat. part. 6. num. 10. Decian. consil. 84. num. 6. & 7. lib. 1. Mant. loc. cit. num. 2.

4 Est tamen differentia circa æs alienum ab vno tantum contractum, inter particulares, & omnium bonorum socijs, in socijs enim particularibus communia sunt tantum debita contracta propter societatem, & causa, & occasione ipsius societatis, contracta verò extra causam societatis propria remanent, Crau. consil. 159. num. 8. Carp. super stat. Mediol. part. 2. cap. 48. num. 179. latè Mant. de sacis. & amb. conuent. lib. 6. tit. 22. num. 4. & seqq.

5 In socijs verò omnium bonorum sunt communia, etiam si societatem ipsam non respiciant, sed solum commodum vnus ex socijs, vel eius familiæ, vt in prima ampliatione; vt si debitum esset contractum pro alendis filijs, pro retinendo filium in studio, pro aliquo gradu, vel dignitate acquitenda, ac rebus similibus, quæ communibus expensis inter omnium bonorum socijs fieri debent.

6 Id tamè ab omnibus supracitatis Doctoribus, limitatur, & declaratur, vt non procedat, si debitum fuerit contractum dolo, vel culpa socij, quam culpam cessare, dici non posset, si debitum fuisset contractum extra causam communem, si fuisset excessiuum, non necessarium, frustratorium. Nec dicatur † omnes expensæ debent esse communes inter omnium bonorum socijs; id enim semper intelligitur, dummodo culpa socij non fiant, non autem, vt de bonis communibus, qui potest capere, capiat: vt probat tex. in leg. nemo ex socijs, ff. pro soc. cuius hæc sunt verba. Nemo ex socijs plus parte sua potest alienare, etiam si totorum bonorum socijs sit. † alienatio igitur, & distractio permissa est socijs omnium bonorum, solum pro occurrentibus necessitatibus, & in casibus, in quibus expensæ debent esse communes inter ipsos; & in his terminis intelligi debet supradicta conclusio, † æs alienum ab vno contractum, de communi solui debere, vt per Crau. in dict. consil. 159. num. 8. in alijs enim casibus debitum diceretur contractum culpa socij, de qua socijs socio tenetur, leg. verum, & leg. cum duobus, §. euenit, ff. pro soc. excluditur tamen semper culpa leuissima, Barr. in leg. qua fortuitis, num. 22. C. de pign. act. Petrus de Vbald. de duob. frat. part. 8. num. 1. Mant. de sacis. & amb. conuent. lib. 6. tit. 21. num. 7.

7 Id tamè ab omnibus supracitatis Doctoribus, limitatur, & declaratur, vt non procedat, si debitum fuerit contractum dolo, vel culpa socij, quam culpam cessare, dici non posset, si debitum fuisset contractum extra causam communem, si fuisset excessiuum, non necessarium, frustratorium. Nec dicatur † omnes expensæ debent esse communes inter omnium bonorum socijs; id enim semper intelligitur, dummodo culpa socij non fiant, non autem, vt de bonis communibus, qui potest capere, capiat: vt probat tex. in leg. nemo ex socijs, ff. pro soc. cuius hæc sunt verba. Nemo ex socijs plus parte sua potest alienare, etiam si totorum bonorum socijs sit. † alienatio igitur, & distractio permissa est socijs omnium bonorum, solum pro occurrentibus necessitatibus, & in casibus, in quibus expensæ debent esse communes inter ipsos; & in his terminis intelligi debet supradicta conclusio, † æs alienum ab vno contractum, de communi solui debere, vt per Crau. in dict. consil. 159. num. 8. in alijs enim casibus debitum diceretur contractum culpa socij, de qua socijs socio tenetur, leg. verum, & leg. cum duobus, §. euenit, ff. pro soc. excluditur tamen semper culpa leuissima, Barr. in leg. qua fortuitis, num. 22. C. de pign. act. Petrus de Vbald. de duob. frat. part. 8. num. 1. Mant. de sacis. & amb. conuent. lib. 6. tit. 21. num. 7.

8 Socijs omnium bonorum quando dicatur permissa distractio bonorum.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Donare an possit socius omnium bonorum, & per totum.
- 2 Socius quod soluis ob maleficium, proprium esse debet.
- 3 Donatio societatis commodum non affert.
- 4 Donatio proueniens ex culpa socij, debet fieri de proprio.
- 5 Lucrum proueniens ex maleficio, non est commune inter omnium bonorum socijs, & sic etiam commune non debet esse damnnum.

- 6 In sociis omnium bonorum non attenditur, quod impensa proprium respiciat commodum.
- 7 Nemo ex sociis potest alienare plus parte sua, etiam si omnium bonorum socius sit.
- 8 Expensa, quod debeant esse communes inter omnium bonorum socios, quomodo debeat intelligi.
- 9 Donare in quibus casibus possit socius omnium bonorum.
- 10 Dilapidare sociis, etiam omnium bonorum est prohibendum.
- 11 Socius omnium bonorum non potest ad libitum, nec vendere, nec bona communia distrabere, & si factum fuerit, datur actio contra possidentem, num. 11.

De donationibus factis à sociis omnium bonorum  
CAP. XXXIV.

1 **C**irca sociorum expensas dubitatur à Doctoribus, an socius omnium bonorum possit aliquid donare absque consensu socij. Decian. *Respons. 85. nu. 12. lib. 1.* negativam partem amplectitur, & movetur primo per tex. *in leg. si fratres, ff. pro soc.* ubi si socius bonorum ob aliquod malefictum sit damnatus, damnum sibi, non societati venit imputandum.

2 Secundo, quia donatio respicit solum ad implementum propriæ voluntatis, nec ex ea aliquid commodum reportare potest societas; unde propria, non communis esse debet; prout in eo, qui vouerit ire ad Diuum Iacobum de Gallitiis, ex eo enim, quod id solum proprium commodum respicit, expensa debet fieri de proprio.

Tertio, donatio fit nomine proprio, ut captiuetur voluntas donatarij, ad fauorem donantis, ergo propria debet esse, non communis impensa.

Hæ rationes concludunt, ac verè sunt in casu à Deciano proposito, loquitur enim ipse de socio, qui notabilem pecuniæ quantitatem meretrici donauerat;

4 † quæ donatio de proprio fieri debebat, cum proueniat à culpa socij, stante quod meretricari sit contra

5 Diuinum præceptum, non mecaberit; & † quemadmodum lucrum proueniens ex maleficio non debet communicari inter omnium bonorum socios, *leg. quod autem ex fulto, ff. pro soc.* ita etiam damnum ex maleficio, & re illicita proueniens patiter commune esse non debet, quæ tamen ratio cessaret in aliis donationibus, aliquid illicitum non continentibus. Prout non

6 concluderent aliz due Decian. rationes; nam in sociis omnium bonorum non attenditur, quod impensa proprium solummodo commodum respiciat, nec etiam quod ab uno tantum facta fuerit, ut variis exemplis superius fuit demonstratum; sed sat est, fieri sine aliquo dolo, vel culpa; licet proprius vnus tantum commodum respiciat, ut diximus de dote data filiz, de impensa studij, Doctoratus, & de aliis similibus; & exemplum de voto eundi ad Diuum Iacobum de Galitiis, aliam habet rationem, ut supra patiter dictum fuit.

Verissima tamen est conclusio, socium ad libitum donare non posse, & probat tex. *in leg. nemo, ff. pro soc.* ubi dicitur, † quod nullus ex sociis potest plus parte

7 sua alienare; at ad libitum, & nulla virgite necessitate donando, absque dubio plus parte sua alienaret socius, ego non posse donare, necessario fatendum erit, ut dixit Surd. *de alim. tit. 1. quest. 85. num. 19.*

Et licet dictum fuerit superius, expensas communis esse debere inter omnium bonorum socios, † & si vnus tantum commodum, ac utilitatem concernant,

id tamen restringendum est, ad impensas necessarias, attento gradu, familia, ac qualitate sociorum, non autem, ut vnusquisque ex sociis possit ad libitum de rebus communibus disponere, hoc pacto enim cum bonis finiretur societas. † Non est tamen, quod de necessitate diximus ad absolutam necessitatem coarctandum, sufficeret enim illa necessitas, quæ congrua, & conueniens videretur, vel ex vsu, vel consuetudine, vel ex obligatione naturali, vel ex quadam conuenientia, ac familiaritate decore. Sit exemplum de donationibus, quæ fiunt his, qui aliquod bonum nontium afferunt, quæ fieri solent nutricibus, ancillis, famulis, ac alijs de familia, secundum varias occasiones, nec difficiles sunt donationes illæ, quæ sponte fiunt, ac eius consanguineis tempore nuptiarum; prout eiusdem generis sunt illæ, quæ fieri solent tempore partus, vel dum aliquis compater efficitur; cum enim consuetudo, & patrie mores sic exposculent, expensa dicitur quodammodo necessaria, seu facta absque vlla culpa, ac propterea communis esse debet: qua culpa non careret socius, si indebitas, & excessiuas faceret donationes, † hoc enim nil aliud esset, quam dilapidare; quod sociis dicitur prohibitum, argumento *leg. creditor, §. Lucius, ff. mand. leg. Ariste, ff. de donat. cap. 2. extr. eod.* & tamen certum est, socium culpa carere debere, *leg. cuius duobus, §. euanis, & l. socium, ff. pro soc.* Ac propterea dici solet, † socium non posse, nec etiam vendere, vel alio modo alienare bona communia; † & si secus factum fuerit, datur aliis actio contra possidentem, *leg. 1. & 2. C. comm. diuid. & l. 2. C. de com. rer. alien.* nisi tamen apparet ex aliquo actu expresso, vel tacito, eos consentisse, vel alienationem ratificasse, *Crau. consil. 159. num. 5. vers. dubitatur etiam.*

S Y M M A R I V M,

- 1 *Dimissio inter rusticos, qui simul vixerint, ac simul operati fuerint, quomodo fieri debeat secundum Borgn. quod improbat nu. 2. & seqq. & Doctores per ipsum citati, quomodo intelligi debeant, num. 50.*
- 3 *Expensarum non est habenda ratio inter socios omnium bonorum, etiam si vnus tantum commodum respiciant numer. 5. & 22. nec valet pactum in contractu, numer. 4.*
- 6 *Semen an sit pars, vel instrumentum fundi, declaratur.*
- 7 *Reclor noui Beneficij non tenetur restituere semina.*
- 8 *Semina an noui Reclori sint relinquenda.*
- 9 *Clerici in fructibus Beneficiorum equiparantur usufructuariis.*
- 10 *Usufructuarij tenentur relinquere semina.*
- 11 *Instrumentorum fundi appellatione veniunt semina.*
- 12 *Cap. fin. in §. pono, ff. de off. ord. in 6. inducitur ad demonstrandum, nane Reclori relinquenda esse semina.*
- 13 *Onera Beneficij usque ad totos redditus, deduci debent ex fructibus recollectis.*
- 14 *Filij sociorum omnium bonorum non debent participare de lucro, & de ratione, num. 15.*
- 16 *Filij sociorum non possunt dici socij, & probatur nu. 17.*
- 18 *Pater socius omnium bonorum non potest, ratione filij plus de societate participare, & de ratione, in seqq.*
- 19 *Opera est velamentum pecunie.*
- 20 *In societate omnium bonorum non attenditur, an vnus plus, quam alter lucratur, & demonstratur nu. 21. & 23.*
- 24 *Expensa facta à patre pro filio quare sint commune, inter omnium bonorum socios, & an eadem ratio mutetur in acquisitionibus, nota. 25.*

- 26 *Expensas factas pro filiis debere esse communes inter omnium bonorum socios, quomodo sit intelligendum, & num. 27.*
- 28 *Expensa facta à patre pro filio, qui opere rustico possit sibi alimenta querere, non sunt communes inter omnium bonorum socios: declaratur num. 38.*
- 29 *Pater non tenetur prestare alimenta filio, qui possit sibi ea operibus querere.*
- 30 *Expensa facta à patre pro filio, qui legitimam habuerit, non debent esse communes inter omnium bonorum socios.*
- 31 *Pater an teneatur alimentare filium, qui legitimam consumpserit, & ponuntur declarationes, & concordantia, num. 32, 33, & 34.*
- 35 *Expensa facta pro filio artificis an sint communes inter omnium bonorum socios, & declaratur num. 38.*
- 36 *Pater filium artificem alere non tenetur, quod ibi declaratur.*
- 37 *Expensa facta pro filio, qui habeat, unde se alatur, non sunt communes inter omnium bonorum socios.*
- 39 *Expensa facta pro filio ingrato, an sint communes inter omnium bonorum socios.*
- 40 *Pater filium ingratum alimentare non tenetur.*
- 41 *Filii possunt denegari alimenta ab casuum causis, ob quas potest exheredari.*
- 42 *Omnia undecumque prouenientia debere esse communes inter omnium bonorum socios, quomodo sit intelligendum.*
- 43 *Filius socij omnium bonorum debet in comuni ponere fructus bonorum castrensijs, & quasi, si de communi recipiat alimenta.*
- 44 *Pater an possit cogere filium, ut vendat ea, qua habet, ut ex pressio se alatur.*
- 45 *Filius socij omnium bonorum habens bona profecticia, vel aduentitia debet alijs de communi, & quare.*
- 46 *Acquisita à filio ex operibus an sint aduentitia, vel profecticia, & num. seq.*
- 47 *Vxor viro operas suas prestare tenetur; & declaratur num. 60.*
- 48 *Filius debet alijs ex suis operibus, & si alatur à patre, ex operibus acquisita sunt patria, num. 49.*
- 51 *Rusticos sive uiuentes, & operantes solum societatem operarum contrahere voluisse, videtur censendum, & num. 52.*
- 53 *Acquisita per rusticos operibus rusticis, quomodo debeant inter ipsos diuidi, & num. 55, & 56.*
- 54 *Societatis operarum natura est, ut in capita fiat diuisio.*
- 57 *Mulieres an participare debeant de societate operarum, & num. 61.*
- 58 *Mulierum opere compensantur cum alimentis.*
- 59 *Mulier debet operari in domo, ubi recipit alimenta.*
- 62 *Puerorum opera comprehensantur cum alimentis.*
- 63 *Pueri à quo tempore incipere debeant participare de luctu societatis operarum.*
- 64 *Expensa inter socios operarum sunt propria, non communes.*
- 65 *Industriosior an quis sit, attenditur in societate operarum, & quare num. 66, & declaratur num. 67.*
- 68 *Societas operarum contrahitur non solum inter rusticos, sed etiam inter operantes in aliquo alio exercitio.*
- 69 *Lucta acquisita ex pecunia, & operibus simul pro medietate tribuuntur pecunijs pro alia vero medietate operibus, alij dicuntur, & relinquendum esse arbitrio iudicis, ut nu. 70. non dissentimus tamen num. 71.*
- 72 *Si unus in aliqua societate ponat capitale, & alij operem, medietas lucri tribuitur capitali, & alia medietas operibus.*

De societate operarum, quæ inter rusticos simul commorantes esse solet; de expensis factis pro filiis vnus; & de acquisitis ab ipsis filiis

## CAP. XXXV.

- B**Orgn. decf. 11. part. 2. volens decidere quasdam differentias ortas inter plures fratres rusticos primum præsupponit, inter ipsos contractam fuisse omnium bonorum societatem; ponit enim requisita necessaria ad ipsum inducendam; & ea omnia concurrere demonstrat. Deinde nu. 8. querens ¶ quomodo inter ipsos debeant diuidi fructus recollecti ex proprijs bonis: dicit prius, detrahendas esse expensas factas in ipsis recolligendis, deinde semina, & postea partem fructuum dandam esse fratribus, qui omnium bonorum societatem contraxerunt, aliam vero partem, detractis collarijs bouum, diuidendam esse inter ipsos fratres, ac eorum filios laborantes in capita; recollectos vero in bonis retentis ad laborerium omnes in capita diuidi debere. detractis tamen collarijs, & expensis, ut supra. Mulieres ex consuetudine præter alimentata, nihil habere debere, prout etiam pueri vsque ad 12. annum; à duodecimo vero anno vsque ad 18. duas tertias partes: Et de superlucratjs magis participare debere fratrem, qui habuit plures filios operantes; hæc Borgn. in d. undecima decisione, vsque ad n. 14.
- 1 Verum, si hæc in socijs omnium bonorum intelligere velimus, in omnibus ferè capitibus falsa erit decisio Borgn. Et primo, dum dicit, detrahendas esse expensas, est contra regulam, de qua supra in cap. 21. nu. 12. & contra ea, quæ diximus in cap. 28. 9. 30. 31. 32. 33. & 34. quibus in locis demonstrauimus, ¶ inter socios omnium bonorum nullam expensarum esse habendam rationem per tex. in leg. cum duobus, §. per contrarium, ff. pro soc. & docet Rol. consil. 91. nu. 33. lib. 1. Non.
- 2 conf. 64. num. 8. quod adeo verum est, ut ¶ pactum in contrarium appositum non valeat, De cian. cons. 51. num. 44. lib. 1. quod procedere diximus, ¶ etiam si expensæ respiciant honorem, commodum, vel dignitatem vnus tantum, si societatem vnium sarum, §. idem maxime, ff. pro soc. quod varijs, ac diuersis exemplis supra demonstrauimus; quæ hic non repetam.
- 3 Et quantum ad id, quod asserit de seminibus, quod semen sit pars fundi, procedit, si semē iam in fundum fuerit deiectum; secus tamē, si nondum deiectum fuerit, tunc enim non dicitur pars, sed instrumentum fundi, leg. quæstum §. 1. ff. de fund. instrum. litem si fundi, §. seminarias, ff. de vsufr. & cum semen in fundum deiectum fundi sit pars, vera est illatio, ¶ nonum Reçtorum Beneficij non teneri ad restituendum semen, quod seuerit antecessor eius hæredibus Et ad propositum maior esset dubitatio, si Reçtor decederet fratribus iam recollectis; ¶ an Camera Apostolica, vel hæredes Reçtoris, si Camera ab aliquam compositionem non succederet, relinquere deberet semina pro nouo Reçtore. Quod cum in facti contingentia Urbini euenisset, pro negatijs adducebatur illatio Borg. loc. cit. arguendo à contrario sensu. Verum Borgn. oppositum potius probat, cum velit semina extrahi debere de fructibus iam recollectis.
- 4 Pro affirmatiua vero sententia, quam ego tuebar, adducebam primo, ¶ clericos ex fructibus Beneficiorum

10 rum æquiparari usufructuariis, at ¶ usufructuarij tenentur relinquere semina de fructibus recollectis, ergo &c. minorem probabam per *tex. in d. §. seminariorum*, ubi habetur, usufructuarium tenenti relinquere instrumenta fundi; sed appellatione instrumentorum fundi veniunt etiam semina, *d. §. seminariorum, & l. quasi sum §. v. ff. de fund. instrum. ergo &c.*

11 Secundo, pro eadem opinionem videtur *tex. expressus in cap. si §. porro, ff. de off. ordinar. in 6.* ubi primo diffinitur: Nec Episcopos, nec alios, ad quos Beneficiorum collatio, presentatio, vel custodia spectat, posse fructus in ipsis inuentos occupare, sed omnia futuris, successoribus referre debere. Hodie tamen ex reservatione summorum Pontificum, & præcipue ex Bulla Pij Quinti sanctissime memorie, loco novorum Rectorum succedit Camera Apostolica; & ubi adfuit compositiones cum Clero, hæredes de fundi, ut hic Vibini. Sequitur postea citatus *tex. in his verbis: Porro ubi ex privilegio, vel consuetudine, vel alia de causa rationabili sibi aliquis prædictorum afferit bona competere supra dicta, hoc de illis bonis solum debet intelligi, quæ solutus debetur, si quæ sint. Et hæc, quæ fuerant necessaria pro servientibus, & ministris, & incumbuntibus oneribus, quæ ad novos redditus supportandis, congruè reservatis, ex ipsis repetita fuerint superflua.* Ex quo *tex.* clara de sumitur conclusio; ¶ omnia onera Beneficij, & novi Rectoris usque ad novos redditos deducenda esse ex fructibus recollectis, & sic per consequens semina: prout Reverend. Archiepiscopi Vicarius sententiam tulit; & facta appellatione ad Celeber. Collegium Excell. Doctorum Vibini, productæ fuerunt varietates fides Commissariorum spoliatorum, qui attestantur, nunquam fuisse solitos semina reservare; Collegium per modum compositionis pro parte confirmavit, & pro parte revocavit sententiam prædictam.

14 Sed redeundo, unde digressi sumus, vera pariter nõ est altera Borguini conclusio, ¶ filios fratrum sociorum omnium bonorum a qua parte usufructuarij, & superfluatorum habere debent: nam fratres sunt, qui omnium bonorum societatem contraxere, non autem filij; unde divisio debet fieri inter fratres, non autem inter fratres, & fratrum filios, præcipue cum inter patrem, & filium, civilis obligatio oriri non possit; ¶ & pater in hoc casu vna, eademque persona cum filio, ac eius familia censetur, ut ex pluribus exemplis fuit supra demonstratum, dum diximus, expensas factas à patre pro filiis, communes esse debere, ut in dote filij data, in expensis studij, ac similibus. Nec obstat responsio Mant. *de tacit. & ambig. convenit. lib. 6. tit. 14.*

16 *num. 17.* ¶ Filium non esse socium patris, sed socium aliorum sociorum, nam cum alij socij sint patris socij; etiam filius esset socius patris: præterquam quod repugnant exempla supra posita, nam filia debet dotari de communi, & tamen non est socia, ergo filij considerantur uti filij, non uti socij. Ulterius diximus, sæpissime inter socios omnium bonorum omnia intelligi communicata, etiam quæ à non proprietate, quod in se nullam continet quibitationem: Modo ponamus,

17 ¶ quod duo fratres, quorum vnus filium habeat, contrahant societatem omnium bonorum: si filius deberet considerari uti socius, sequeretur, quod tempore divisionis de bonis communibus fieri deberent tres partes, quarum vnam haberet filius, & alias duas fratres; & si plures essent filij, plures partes fieri deberet, quo inepius nihil considerari potest. Nec etiam obstat altera responsio Mantice *loci cit. nu. 21. & nu. 9.* quod, licet ¶ pater vna, eademque persona cum filio censetur, non repugnat tamen, quin pater possit con-

sequi maiorem partem ratione operarum per filium præstitarum, licet ipse solus sit socius; qui propterea tenet, patrem, qui contulerit in societate non solum propriam, sed etiam filiorum operam, posse plus de lucro participare; nam, ut asserit, *num. 19.* ¶ opera est velamentum pecunie, *leg. cum duobus, §. in secunda, ff. pro soc. & vnusquisque plus de societate trahere debet, prout plus contulit, unde quatenus pater plus operæ, per filium contulit societati, eatenus participare debet de bonis ipsius societatis, & allegat Bartol. *in consil. 186. in fin. lib. 1.* vna cum alijs, de quibus per ipsum. Nam licet hæc vera sint in socijs operarum, ut infra dicitur, repugnat tamen natura ipsius societatis omnium bonorum, ¶ in qua non attenditur, quod vnus plus in societate ponat, quam alter, *l. 3. §. cum specialiter ff. pro soc. sed omnia vnde cumque provenientia debent esse communia, Dec. cons. 66. & cons. 68. Soc. Sen. cons. 160. num. 17. lib. 1. Couar. var. resol. lib. 3. vers. 5.* & ipse met Mant. docet *de tac. & amb. convenit. lib. 6. tit. 10. n. 4. & tit. 15. nu. 2.* & dixi supra in e. 11. quæ hic non repetam, ac propterea, licet ¶ hereditates vni tantum proveniant, nihilominus sunt communes, & communiter dividi debent, *leg. ita, & leg. societate: ff. pro soc. & dictum latè fuit in cap. 22.* & tamen negati non potest, eum, qui hereditatem habuit, plus in societate posuisse, & nihilominus non debet plus de societate participare, ad quod conferunt tradita in *cap. 16.* licet igitur vnus ex fratribus, mediante opera suorum filiorum, plus in societate posuerit, non debet tamen plus de societate participare, sed etiam illud plus intelligitur communicatum societatis iudicio.*

22 Præterea, si expensæ factæ ad commodum solummodo filiorum debent esse communes, ut diximus supra de dote, *cap. 28. de expensis studij cap. 19.* & plura alia tradita fuerunt exempla *cap. 30.* acquisita pariter per filios erunt communia, aliter Leonina esset societas, si diceremus acquisita per filios esse propria, im-

23 pensa verò communia: unde ¶ quemadmodum in divisione expensarum factarum pro filiis non habetur ratio; ita etiam haberi non debet superfluatorum eorum occasione, & operibus.

24 Nec subtiliter dicatur, expensas debere esse communes, uti factas à patre socio omnium bonorum, inter quos omnia debent esse communia, pater enim omnia necessaria filiis subministrare tenetur: quæ ratio cessat in acquisitionibus factis à filiis, cum quibus non intelligitur contracta societas, Petrus de Vbald. *de duobus fratribus, part. 6. sub num. 24. vers. tertio facit, nec societas trahitur de persona ad personam, leg. nemo, & leg. plane ff. pro soc.*

25 Respondetur enim, quod si pater tenetur alere filios, ipsique debita alimenta subministrare, etiam filij tenentur operari ad commodum, & utilitatem patris, ac propterea, quemadmodum expensæ, quas facit pater pro filiis, ratione societatis inter communes fratres, sunt communes, ita etiam debent esse communia acquisita per patrem mediante opera filiorum.

26 Quando enim diximus superius variis in locis, expensæ factas à parentibus socijs omnium bonorum pro filiis, debere esse communes, id intelligere debemus, si etiam filij, prout eorum expulsetur conditio, operentur ad favorem patris, & per consequens ad favorem societatis: non quia cum ipsis intelligatur contracta societas: sed quia expensæ sunt communes ratione oneris parentibus imponenti alendi filios; illud enim onus ratione societatis omnium bonorum

- cuadit commune cum aliis fratribus: unde cessante obligatione paterna, nec etiam socij teneantur partem de illis expensis: sed quando filij non operantur ad fauorem patris, pater non tenentur ipsis necessaria subministrare, ergo nec etiam socij de subministratis participare tenentur. Et dum dicunt Doctores, ¶ socios participare debere de expensis, quas facit vnus eorum pro filiis, loquuntur de expensis, ad quas pater ipse tenebatur, eius enim onus aliis sociis communicatur ratione societatis: Vnde si pater non esset obligatus facere illas expensas, & adhuc eas faceret, communes esse non deberent; diceretur enim esse in culpa, faciendo expensas in damnum societatis, quas facere non tenebatur, ex quo ad plura inferri potest.
- 17 Primo, quod alimenta præstita filio, qui labore, & opere rustico, attenta eius conditione, potest sibi victum quiete, non sint communia, quia tali filio paternalimenta subministrare non tenetur, Bart. & Angel. in leg. 1. de med. valid. lib. 11. qui asserunt, ¶ patrem posse filio alimenta denegare, si filius eius conditionis sit, vt honestè possit opus rusticum exercere, & id facere recuset, idem Bart. asserunt in tral. de alim. Emil. cons. 146. nu. 6. quam sententiam contra Crao. in cons. 199. defendit Anton. Cordub. in repet. l. si quis à liberis, §. sed si filius, num. 125. cum duobus seqq.
- 18 Secundo inferitur, expensas factas pro filio, qui legitimam habuerit, communes esse non debere, ex eadem ratione, quia pater talem filium alimentate amplius non tenetur. Est tamen dubitatio, si filius legitimam distraxerit, ¶ an pater ad ipsum alimentandum amplius teneatur, Bald. in Auth. contra, n. 8. C. ad Treb. quam vna cum aliis refert Cord. in d. l. si quis à liberis, §. idem index, num. 9. negatiuam tuetur partem. Cord. tamen nu. 10. dicit, auctores primi nominis tenuisse, imò patrem cogendum esse, filium alere, & plures refert, inter quos est ipsemet Bald. parum in hoc constans in l. prima, §. nu. naturale, num. 7. ff. de iust. & iur. & in l. 2. §. quod si, super prima glosa, ff. solut. matrim. & in Auth. captius, in fin. de Episc. & cler. sed primam opinionem validioribus argumentis posse defendi, vt per ipsum n. 19. ¶ Nec tamen negatiua opinio intelligitur, vt procedat, si filius dolo, & culpa legitimam consumpserit; secus si sine dolo, & culpa id factum fuerit; nulla etiam habita ratione culpæ leuis, ¶ cum in propriis rebus leuis culpa non ponatur, l. etiam, §. licet, ff. solut. matrim. & in istis terminis concludunt argumenta Cord. & hac tendunt latè tradita per Surd. de alim. tit. 7. Peregr. de fideicommiss. art. 36. num. 145. & seq. Carp. super stat. Mediol. cap. 483. numer. 67. quos sequitur Merlia. de legitima, lib. 2. tit. 2. quasi. 30. numer. 11.
- 19 Verum etiam in casu, in quo filius eius culpa legitimam consumpserit, aliqua deberent præstari alimenta, sed longè tenuiora. & solum per modum Eleemosinæ, ne filius inedia periret, vt per Cord. loco cit. nu. 13. & ita videntur concordari diuersæ opiniones, & nouissimè vidi Merlia. loco supra citato num. 11. & 12. sic distinguentem.
- 20 Tertio inferitur, quod expensæ factæ pro filio artificis, qui ex illa arte sibi necessaria subministrare possit, propriæ, non communes esse debeant, ¶ cum pater filium artificem alere non teneatur, d. l. si quis à liberis, §. sed si filius, ff. de lib. agnosce. Quod tamen intelligendum est primo, dummodo illam artem sine verecundia exercere possit, Cord. in d. §. sed si filius, nu. 131. Surd. de alim. tit. 6. quasi. 6. num. 12. Secundo, dummodo ob ægritudinem; vel ob aliquam aliam causam illam

artem exercere non possit, Cord. loco cit. nu. 131. Tertio, dummodo artis lucrum filio sufficiat ad necessaria, Surd. loco cit. num. 16. Ac ideo Rot. in decis. 224. nu. 5. & seqq. selectarum per Farinac. part. 2. dicit, allegantem industriam probare debere, ex illa viui posse: operæ enim quandoque propter fragilitatem humanæ potentiz non sufficiunt: præcipuè si sumus in operibus, quæ non possunt ex arbitratu proprio exerceri, vt per Rot. loco cit. nu. 6. quæ considerantur etiam in filio naturali, de quo loquitur Rot. loco cit. nonnulla aliud ad propositum infra in 3. part. cap. 39. num. 9.

21 Quarto, generaliter inferitur, vt quotiescumque filius ex se habeat, vnde se alar, expensæ pro ipso à patre factæ non sint communes inter omnium bonorum socios, cum tunc pater filium alere non teneatur, Surd. in diel. quasi. 6.

22 Quæ tamen omnes illationes declarari debent, vt non procedant, si filij eorum operas, & omnia, quæ habent conferant in communi, tunc enim etiam expensæ de communi fieri debent: non possent tamen filij, nec parentes ratione illatum operatum aliquid tempore diuisionis repetere, si societas omnium bonorum adesset, per rationes supra allatas contra Borgnini sententiam.

23 Sed ad propositum dubitari possit, quid dicendum esset de expensis factis pro filio ingrato, ¶ quem alimentare pater non tenetur, Bart. in d. leg. si quis à liberis, §. idem index; ob eandem enim causam, ob quas pater potest ¶ filium exheredare, etiam ipsi alimenta denegare potest, Cord. in d. §. idem Index, in princ. Surd. de alim. tit. 7. quasi. 1. nu. 1. & seqq. attamen communes esse debere, centerem ego; licet enim pater possit se liberare, hoc casu à præstatione alimentorum, tamen ea præstando, diceretur, illam iniuriam remissile, & differt hic casus à superioribus, in quibus fit fraus societati, si filius de communi alatur; & ipse proprios pro se retineat labores, sed filius ingratus nihil pro se retinet, sed solum alimenta recipit, quæ, iuris rigore inspecto, ipsi pater denegare possit.

Et ex supradictis alia notabilis colligitur declaratio ad ea, quæ superius sæpè diximus, & præcipuè in c. 11.

- 24 ¶ omnia vndecumque prouenientia communia esse debere inter omnium bonorum socios, etiam quantum ad proprietatem: hoc enim procedit quantum ad ea, quæ sociis ipsis obueniunt, secus tamen si filiis, vel aliis de familia obueniant, quæ non sunt communia, nisi quatenus patri acquirantur, vnde bona castrensia, vel quali, communia non erunt, nec quantum ad proprietatem, nec quantum ad vsumfructum; Et est ratio, quia nec proprietas, nec vsumfructus patri acquiruntur, vnde ipse cum sociis communicare non potest, quod non habet, & cum filiis, vt supra dictum fuit non intelligitur contracta societas: ¶ Si tamen filij de communi alimenta percepissent, deberent etiam dici communicari fructus bonorum castrensiu, vel quali, aliter non possent prætere de communi alimenta, cum se alere potuerint ex fructibus dictorum bonorum castrensiu, vel quali: Bene verum est, quod, si fructus pro alimentis non sufficerent, reliquum intel-
- 25 ligetur præstitu de communi, ¶ nam pater non potest cogere filium, vt bona, quæ habet, vendat, ad hoc, vt ex pretio se alar; alimenta enim præstari debent de redditibus, l. ius alimentorum, ff. ubi pup. educ. deb. l. Imperator, ff. ad Treb. l. qui bonis, ff. de test. bon. Atque in l. alimentis, nu. 3. C. de neg. gest. Menoc. de arb. casu 182. nu. 26. Surd. de alim. tit. 7. quasi. 6. n. 22. & an, & quando filius possit cogi ad vendendum proprietatem, bene docet Cord. in d. §. sed & si filius, num. 23. & pluribus seqq.

45 ¶ Bona verò profecticia erunt communia, tam respectu proprietatis, quam fructuum; Aduentitia autem solum quantum ad fructus, cum proprietas filiorum remaneat; unde filij habentes solum bona aduentitia, deberent ali de communi, cum de fructibus debeant detrahi alimenta, vt supra dictum fuit.

46 Sed hinc oritur dubitatio, cuius nam generis sint ea, quæ acquiruntur filij operibus, & labore, vt si quis esset artifex, vel opus rusticum exerceret. *Alid. conf. 143. nu. 6. falso existimauit esse profectitium, dicens exam-*

47 plo ¶ vxoris, quæ viro tenet operas prestare, *glor. in leg. sicut, ff. de op. lib.* sed quoniam non licet argumentari ab vxore ad filium, vt docet *Pinel. in leg. prima, nu. 55. C. de hon. mar. Caccia. in l. siater à fratre, §. questum, nu. 60. ff. de con. d. indub. dixit Cordub. in d. §. sed si filius, num. 117. etiam A. ciar. cum imò acquirita à filio eorum laboribus sine aduentitia, & spectent ad parentes, solum quantum ad vltim fructum, per *tex. in leg. cum oportet, C. de hon. q. lib. in illis verbis: vel laboribus suis ad eos perueniant, & tradit Bart. in leg. si tibi decem, §. palli, nu. 1. ff. de pethali, quos loco citato citat Cod. nu. 118. ac ideo etiam expensis factis pro filiis laborantibus debent esse communes, cum etiam fructus rerum ex laboribus acquiratarum sint patris, & per consequens communes inter omnium bonorum socios.**

Sed quia diximus: prouenientia ex labore esse propria filiorum, quantum ad proprietatem, communia vero, quantum ad vltim fructum, & quia diximus etiam supra, filios alij debere ex proprijs laboribus; dubitatur, ¶ an hoc intelligendum sit solum de fructibus prouenientibus ex rebus labore acquiritis, vel potius de rebus ipsis, & sic etiam de proprietate; sed quia verissima est conclusio supra posita; filios ex proprijs laboribus se alere debere, & ipsæ laboribus acquirite debent ipsis pro alimentis deservire: & si aliquid super sit, proprietatis est filiorum, fructus verò patris. ¶ Si tamen filius commoretur vna cum patre, & ab ipso debita recipiat alimenta, omnia ex laboribus acquirita erunt patris, & per consequens communia cum socijs omnium bonorum, ratione præstitorum, alimentorum vt per *Cordub. in d. §. sed si filius, sub num. 116.*

Ex quo etiam apparet, errasse Borgninum, qui voluit, filios operantes habere debere partem fructuum, licet ex communi receperint in alimenta.

Unde solum videndum restat, in quibus terminis procedant tradita per ipsum; ¶ & quomodo intelligendi sint Doctores per ipsam allegati: verum certum est non loqui, seu saltem eorum dicta non posse verificari in locis omnium bonorum, per ea, quæ superius dicta sunt, sed solum in locis operatum, in quibus fieri debere diuisionem eo modo, & forma, qua Borgn. tradit, fuit originalis opinio Bartol. in *conf. 186. part. 6. quem non loqui in locis omnium bonorum, certissimum est, sed solum in fratribus rusticis simul commorantibus, quod omnium bonorum societatem non inducere, supra suis locis fuit dictum: imò Natt. in addit. ad *conf. Alex. 99. lib. 2. à Borgn. allegatus, expressè dicit, dicta per Alex. locum non habere, si omnium bonorum sint socij; & Ias. in leg. vt pennis, sub num. 6. C. de collat. loquens de hac diuisione inter fratres rusticos simul habitantes, & operantes, dicit in locis omnium bonorum non procedere: & licet aliquante Borg. & Mant. locis citatis aliqua ponere videantur, ex quibus inferri possit, etiam de locis omnium bonorum facile locutos: attamen vel hac non fuit eorum intentio, vel male tulerunt.**

51 Fateor tamen, rusticorum simul viuendum, & operantium mentem, ac intentionem, vt plurimum esse; mensis solum, ac operatum societatem contrahere: & præcipuè in his partibus, in quibus necesse est ex rusticis, qui ignoret, de fructibus recollectis id prædijs, pro ea parte, quæ operibus tribus recollectis id prædijs, participare debere, & omnes qui ad viuendum bona inter rusticos vocari solent; modum, de quo per *Bart. in d. conf. 186. non ignorant, & ad vnguem obseruant; & certè, quod ¶ rustici, qui aliunde bona non quaerunt, quam ex proprijs laboribus; voluerint cum alijs proprijs communicare sudores, non est credendum, & iniquum quodammodo videtur, præcipuè cum omnes actus communicationis, qui considerari possunt inter similes personas, potius mensis, quam aliarum rerum comunione inducere soleant; ac ideo Ceph. in *conf. 775. tenet, inter rusticos, ac alios operantes in capita, & non in stirpes fieri debere diuisiones.**

52 Si igitur inter ipsos debet fieri diuisio fructuum opere rustico acquisitione si fuerint recollecti in bonis tenentis ad laborerium, primo debent detrahi expensæ factæ in ipsis recolligendis; secundo bonum collatum: reliquum verò diuidi debet in capita inter omnes operantes, ¶ natura enim societatis operatum est, vt lucra in capita, non in stirpes diuidantur, *Bald. in leg. 1. nu. 11. C. pro soc. Aug. in l. ex duobus, nu. 11. ff. de neg. gest. Petr. de Vbald. de duobus fratrib. part. 4. nu. 12.*

53 Verum, quia quandoque rustici proprijs bona colere solent, fructus in ipsis recollecti, detractis expensis, & collatis, vt supra, debent diuidi in duas partes, quarum vna tamquam pars dominicalis, tribus debet fratribus, qui illorum bonorum sunt domini, pro rata tamen domini, & alia pars debet diuidi inter omnes operantes in capita, sic *Bart. docuit in d. conf. 196. quod pluribus in locis secutus fuit Bald. in *trac. de duobus fratrib. nu. 19. vbi dicit diuisionem fructuum ex cultura prouenientium debere fieri in capita, non in stirpes, idem firmat nu. 35. & id dixisse asserit in l. si societatem, ff. pro soc. & tradit patet in l. si patrum, nu. 17. C. com. vir. aud. vbi ponit casum de duobus fratribus, qui tenebant terras ad laborerium, quorum vnus filios habebat, & asserit fructuum diuisionem in capita fieri debere, affirmat hoc idem in leg. 1. C. pro soc. latè Ias. in l. 1. nemini, nu. 6. C. de coll. Alex. in d. conf. 99. lib. 2. conf. 133. eod. lib. Ang. in §. fin. l. 1. ff. de societ. alios citat Borgn. in d. dec. 11. par. 2. plures Lud. consil. 33. vers. sic. & si vnus, pag. 127.**

54 Et eodem modo debent diuidi superlucrata, ita vt si lucrum prouenerit ex bonis tenentis ad laborerium, debent totum lucrum diuidi in capita inter operantes, si verò prouenerit ex bonis communibus pars assignatur dominis, alia verò pars diuidetur inter omnes operantes in capita, quicquid dicat *Borgn. loc. cit. nu. 13. vt bene docet Bald. in leg. 1. C. pro soc. cuius sententiam secutus fuit Alex. in d. conf. 133. Ater. in d. §. fin. l. 1. ff. de soc. in illis verbis: de fructibus, & de acquisitione occasione fructuum, Ceph. conf. 69. lib. 1. Decian. conf. 39. lib. 1.*

55 Est tamen dubitatio, an mulieres, & pueri debeant in aliquo participare de hac operatum societate, & quantum ad mulieres, licet & ipsæ ad operas viribus rusticorum concurrere soleant, attamen de huius nihil participare debere, consuetudo inuauit, vt dixit *Petr. de Vbald. de duobus fratrib. part. 4. nu. 17. ¶ eorum enim opera compensatur cum alimentis, glor. in leg. fami. ff. de oper. lib. & tradit Bart. in *Caso Seno. in fin. ff. de elem. & eod. leg. vbi dicit, ¶ mulierem operari debere**

56 in domo heredum, à quibus percipit alimenta, & *Aug.*

- 60 in leg. 1. C. de leg. & in l. assidue, C. qui pot. dixit, Tomnem operam mulierum cedere lucro, vitorum, à quibus percipiunt alimenta: quod tamen declarat in leg. si uxorem, C. de cond. insterz. procedere in obsequialibus, & operibus domesticis, quæ à mulieribus fieri solent: secus si esset Chirurgica, obstetrix, vel aliquam aliam artem exerceret, tunc enim ex ipsis superlucrata propria esse deberent, nisi tamen ars illa fuisset in causa, vt solitas, & debitas non potuisset præstare operas, tunc enim arbitrio boni viri lucrorum debet fieri communicatio, vt per ipsum: sed ex prædicta ratione, quod operæ intelligantur compensatæ cum alimentis, vt per Borgn. loc. cit. num. 11. sequitur,
- 61 ¶ quod si duo fratres ad laborerium tenerent prædium, & in communi non viuerent; & vnus eorum feminas haberet, operas rusticas exercentes, aliquid de lucro arbitrio boni viri ipsæ etiam participare deberent, tunc enim non posset dici facta compensatio cum alimentis: sed potius diceretur ad hanc societatem concurrisset, lal. in leg. prima, nu. 20. C. qui testam. fac. poss.
- 62 Quantum verò ad pueros eorum operas cum alimentis compensari, omnes affirmant, Petr. de Vbald. loc. cit. num. 14. Borgn. loco pariter citato, num. 11. aliquæ enim impuberum possunt esse operæ, leg. caterum, ff. de reg. vend. l. fin. ff. de lib. caus. Sed ¶ à quo tempore de fructibus incipere debeant participare, non est in iure definitum, Born. existimat, à duodecimo anno vsque ad 18. habere debere medietatem, vel duas tertias partes. In his tamen regionibus inualuit consuetudo, vt vsque ad 14. annum, non nisi alimenta prætere possit; post verò 14. annum partem lucrorum, vt maiores. Quod fac intelligas in societatibus operatum inter rusticos, in aliis enim secundum diuersas artes diuersimodè circa ætatem esset iudicandum.
- 64 Et cum hæc societas intelligatur restricta ad operas, sequitur expensas omnes proprias, non communes esse debere; cum enim hæc particularis dicatur societas, non potest communia reddere, nisi ea, quæ ipsam societatem respiciunt; Ludou. conclus. 53. versic. secus esset, & versicul. sed animaduertendum est, & quod dicitur de expensis, procedit etiam in damnis, quæ communia esse non debent, si ratione societatis non prouocant.
- 65 Non omitto etiam, Doctores annuere, in hac societate attendi debere, an vnus sit industriosior altero; & magis industriosum, plus de societate participare debere, arbitrio boni viri, cum magis ¶ industriosus dicatur plus in societate ponere, & communem esse opinionem, dixit Ceph. consil. 69. lib. 1. Decian. consil. 39. lib. 1. alios citat Lud. d. concl. 53. vers. nisi vnus ex sociis, pag. mihi 127. Quæ communis opinio, si vera est, quod affirmare non audeo, videtur enim potius imputandum socio, qui societatem contraxit cum persona parum ad operandum habili; esset declaranda, ¶ si aliqua notabilis adesset differentia, quod in rusticis non facile esset discernere; vnde potius intelligenda esset in aliis operatum sociis, in quibus magis excellentia considerari possit; ¶ quod enim dicitur de rusticis, procedit etiam in aliis sociis operarum, vt per Ceph. in d. consil. 69. lib. 1. qui ponit exemplum de Molendinariis, & generaliter loquitur Decian. in d. consil. 39. non considerant enim rusticos, vt rusticos, sed vt operantes, nec rusticitatem, vt ita loquat, sed operas in consideratione habeat, quæ vniuscuiusque propriæ esse debent, l. cum oportet, C. de bon. 9. lib. Alexand. consil. 77. lib. 5. Arct. in §. fin. Inst. de sociis. Aug. consil. 112. & consil. 113.

- Vltimo animaduertendum est, supradicta procedere in societatibus, in quibus operæ solummodo à sociis præstantur; sed si insuper vna cum operibus necessaria esset pecunia, ¶ medietas lucri deberet tribui pecuniis, alia verò medietas operibus, vt per Bart. in d. consil. 86. quod tamen damnat Bald. in Auth. ex testamento, nu. 7. in fin. C. de coll. & dicit Bart. ex suo capite hanc fecisse æquitatem, ¶ & potius id relinquendum esse arbitrio iudicis, idem asserit in l. cum oportet, n. 10. C. de bon. 9. lib. cum quo videtur sentire Petr. de Vbald. part. 5. nu. 16. Soc. lun. consil. 74. n. 9. & 11. lib. 2. Rip. confil. 14. num. 4. de oblig. lib. 2. ¶ verum, vt asserit Mant. de tac. & amb. conuent. lib. 6. sit. 14. num. 33. Bart. non dicit, sic semper esse iudicandum, sed solum in dubio, si in contrarium aliquid non fuerit demonstratum, quod sequitur Paul. de Cast. in l. illud, nu. 6. vers. communis autem, C. de coll. Angel. in d. consil. 112. & alij, quos 72 Mant. citat loco cit. versic. sed quid in dubio: prout ¶ quando vnus ponit capitale in aliqua societate, & alter operas; medietas lucri tribuitur capitali, & alia medietas operibus: Petr. de Vbald. de duobus fratribus part. 4. nu. 10. vers. primo casu, Mant. loco citato num. 35.

## S V M M A R I V M.

- 1 Societates quatuor modis finiri.
- 2 Renunciatio soluitur societas.
- 3 Nil est tam naturale, quam unumquodque eo genere dissolui, quo colligatum est.
- 4 Nemo in societate permanere cogitur.
- 5 Renunciatio potest fieri per procuratorem, limitatur tribus modis, num. 6. 7. & 8.
- 8 Procurator non potest societati renunciare absque causa.
- 9 Procurator non potest absque causa mutare ea, quæ à domino specialiter constituta sunt.
- 10 Procurator generalis potest cum causa tertium interpellare, ne faciat id, quod sibi à domino fuit mandatum.
- 11 Leges transgredi ex causa licet.
- 12 Renunciatio nulla facta à procuratore, potest à Domino ratificari.
- 13 Renunciatio debet fieri sociis presentibus, & intelligentibus aliter non valet, & quomodo id intelligi debeat.
- 14 Damnum socii, cui indebitè fuit facta renunciatio, probatur eius iuramento.
- 15 Procuratori an possit fieri renunciatio societatis.
- 16 Renunciatio dolo malo facta, non valet.
- 17 Societati contracta ad tempus, ante temporis lapsum non potest renunciari.
- 18 Renunciatio intempestiue facta societati, non valet.
- 19 Socius absens causa Reipublica, societati renunciare potest ante tempus.
- 20 Societati ex necessitate ante tempus renunciari.
- 21 Renunciari potest societati ante tempus, si ita conuentum sit inter partes.
- 22 Societati potest renunciari, si promissa non obseruentur.
- 23 Socio rixoso potest fieri renunciatio societatis ante tempus.
- 24 Societas soluitur etiam tacite.
- 25 Societas tacite soluitur per lapsum temporis societati præfixum.
- 26 Dies appositus pro fine societatis, interpellat pro socio.
- 27 Dispositio facta pro certo tempore, ultra illud non extenditur.
- 28 Dispositio ad certum tempus, finito illo tempore, cessat ex natura limitati temporis.
- 29 Tacite soluitur societas per actum societatis contrarios, declaratur num. 31.
- 30 Libri rationum ostendere possunt, finitam fuisse societatem.





Quomodo voluntate dissoluantur societates.

CAP. XXXVI.

**H**AECENUS diximus, quomodo societas tacite contrahantur inter fratres post mortem patris simul habitantes: nunc quemadmodum dissoluantur videndum est, & quatuor modis societates finiri dicitur tex. in l. verum, §. societas ff. pro soc. nempè ex personis, ex rebus, ex voluntate, & actione: unde de vnoquoque modo particulariter erit videndum; & primo in hoc capite, quomodo voluntate dissoluantur.

Voluntate igitur dissoluitur societas, mediante renuntiatione, ut dicitur tex. in d. §. societas, vers. voluntate, & in §. manet, Inst. de soc. cum enim societates consensu contrahantur, & dissensu solui, dicendum est, quod nil enim est, tam naturale, quam vnumquodque eo genere dissolui, quo colligatum est, l. nihil tam naturale, de reg. iur. leg. vii. Inst. quibus mod. sol. oblig. præcipiæ cum nemo in societate permanere cogatur, leg. vii. C. cum diuid. l. si non fortem, §. si certum ff. de cond. in c. l. in hoc, §. si conueniat. ff. com. diuid. Petrus de Vbald. de duobus fratribus. part. 11. sub num. 1. vers. quarto dissoluitur, Mant. de tac. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 23. nu. 6. He& Fel. de soc. c. 35. nu. 4. Carp. sup. stat. Mediol. part. 1. cap. 483. num. 77. Si tamen societas sit contracta inter plures, si vnus solum suam recognoscat portionem, hinc non dicitur dissoluta societas inter alios, ut bene dicitur Gratian. de scipi. Forens. lib. 4. cap. 694. num. 1.

Quæ renuntiatione potest etiam fieri per procuratorem, ut probat tex. in leg. actio, §. renuntiare, ff. pro soc. etiam si procurator solum habeat generale mandatum, ut in d. §. renuntiare.

Quod tamen res recipit declarationes; prima, ut conclusio non procedat, si specialiter procuratori fuerit prohibitum, ne possit societati renuntiare.

Secundo, si ex illa renuntiatione dominus incidet in aliquam pœnam, legalem, vel conditionalem, ut per Bald. in d. l. actio, §. diximus sub nu. 4. & allegat tex. in cap. non potest. de procur. ad idem est text. in leg. 1. §. 1. ff. de lib. agnosci.

Tertio declaratur, ut procurator non possit renuntiare societati absque vlla causa, Bald. in d. §. renuntiare, quod procurator non possit absque legitima causa mutare eas, quæ à dominio specialiter constituta sunt, ut etiam Bart. asserit in d. §. renuntiare. Hond. consil. 38. num. 15. lib. 1. sed cum hac causa bene id facere potest, ut per Bal. & Bart. loc. cit. prout etiam procurator generalis potest ex iusta causa tertium interpellare, ne seruum ad manumittendum sibi datum, manumittat, & ille tertius procuratori obedire tenetur, l. si hominem, ff. mand. prout quod ex iusta causa licitum etiam est, leges transgredi, ut per las. in l. licet, nu. 3. C. de prat. comp. off. cum declaratione tamen, de qua per ipsum num. 8.

Et licet renuntiatione etiam nulla possit à domino ratificari, tamen effectum suum habere incipit à die ratificationis, nec deberet trahi retro ad diem renuntiationis, Hond. d. consil. 38. num. 21. lib. 1. He& Fel. de societate, cap. 35. num. 7. in fin.

Quæ renuntiatione fieri debet sociis ipsis presentibus, & intelligentibus; Gratian. in d. cap. 694. num. 6. si enim fieret absenti, vel ignoranti, lucrum acquisitum à renuntiante post renuntiationem esset commune, damnum verò proprium ipsius renuntiantis: è contra verò lucrum acquisitum ab eo, cui facta fuit renun-

tatio, esset proprium, damnum verò commune, ut est tex. in v. bis in leg. sed & socius, §. absenti. ff. pro soc. Ang. notat in §. manet, Inst. de soc. Petr. de Vbald. de duobus fratribus. part. 11. nu. 12. & seqq. Mant. de tac. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 23. nu. 14. quod casu volunt scribitur, damnum probari iuramento socii, Plat. de in litem iur. §. 14. nu. 12. & sequitur Lud. conclus. 55. vers. Ang. Arat. pag. mibi 132.

Potest etiam in casibus à iure permissis fieri renuntiatione procuratori, ut est tex. in l. actione, §. item scriptur, ff. pro soc. si tamè fieret procuratori renuntiatione in casibus non permissis, esset in potestate alterius socii acceptare, vel non acceptare renuntiationem suo procuratori factam: & interim damnum passum per renuntiantem esset proprium, lucrum verò commune; & è contra lucrum factum ab eo, cuius procuratori indubite fuit facta renuntiatione, esset proprium, & damnum commune, ut in casu renuntiationis factæ absenti, ut habetur in d. l. §. item scripturam: Potest etiam fieri renuntiatione per curatorem, & curatori, leg. sane in ius. ff. pro soc.

Quod autem diximus, fieri posse renuntiationem, declaratur pluribus modis, & primo, ut non procedat, si quis dolo malo societati renuntiare veller, ut se ab instanti damno liberaret, vel ut socium aliquo lucro priuaret; sit exemplum, si socius omnium bonorum sociens sibi delatam fuisse hereditatem, veller societati renuntiare, tunc enim non solum valet renuntiatione, sed à in odium dolo renuntiantis est statutum, ut lucrum sit commune, damnum verò proprium renuntiantis, l. actio §. diximus ff. pro soc. §. sed plane, & §. si vero, Inst. de soc. Mant. de tac. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 23. n. 7. & seqq. qui ad propositam declarationem alia ponit exempla.

Secundo declaratur, ut societati contractæ ad certum tempus non possit renuntiare ante illud tempus, l. etiam, §. item, qui societatem, ff. pro soc. & si locus factum fuerit renuntians liberat socium à se, sed non se à socio, ac ideo damnum incursum post renuntiationem per eum, cui facta fuit renuntiatione, est commune, lucrum verò proprium illius, qui non renuntiauit, ut in d. §. item, qui societatem, & l. si conuenierit, §. quod tamen, ff. pro soc.

Tertio declaratur, ut non procedat regula supra posita, posse fieri renuntiationem, si renuntiatione fuerit intemptiua, & societati damnosa, l. sed & socius, §. in societate ff. pro soc. prout si fiat renuntiatione in tempore, quo non expediat vendere rem super qua contracta fuit societas, tunc enim renuntians tenetur ad interesse, ut est tex. in l. actio, §. Labeo ff. pro soc. & generaliter intemptiua dicitur renuntiatione, quando fit, antequam negotium, cuius gratia societas contracta fuit, perficiatur, Dec. consil. 97. nu. 40. in fin. cum seqq. lib. 2. Mant. de tac. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 23. nu. 17. & seqq.

Aliam declarationem ponam in cap. sequenti.

Quod tamen diximus, renuntiationem ante tempus, & intemptiuam fieri non posse, nonnullas recipit limitationes. Primo, quod si socius causa reipublicæ cogatur se absentare; tunc enim potest fieri renuntiatione etiam ante tempus, cum nemo cogi possit ad suscipiendum, societatem per alium administrari, ut docet Mant. loc. cit. n. 14. & post eum He& Fel. de soc. c. 35. n. 31.

Secundo limitatur, si ex necessitate id fiat, l. si conuenierit, §. vlt. cum duab. ff. seqq. ff. pro soc. ut si non expediat amplius in societate permanere, Petr. de Vbald. de duobus fratribus. part. 11. num. 6. Grat. consil. 15. num. 48. lib. 1. Mant. loc. cit. num. 13. He& Fel. de societ. d. c. 35. num. 51. quod procederet etiam in societate contracta ad certum

tum tempus cum iuramento, adhuc enim legitima existente causa posset ab ea recedi: cum iuramentum semper intelligatur praestitum rebus sic stantibus, etsi videatur contra iuramentum sentite Mant. in d. tit. 21. nu. 18.

21 Tertio limitatur, si socios posse recedere à societate, conuentum fuerit inter ipsos, ut est tex. expressus in l. actione, §. hoc ita, iuncta glos. ff. pro soc. quae dicit, quod licet pactum non possit à societate recedi, sit inualidum, valet tamen conuentio affirmatiua, ut ab ipsa societate quandoque recedi possit.

22 Quarto limitatur, si à socio promissa non obseruentur, tunc enim è societate recedere licet, l. si conuenierint, ubi glos. Barr. & Bald. ff. pro soc. Petrus de Vbald. de duob. fratr. part. 11. sub num. 1. versic. quarto infertur, Menoch. consil. 121. num. 99. lib. 2. Heët. Fel. de societ. cap. 35. num. 18. Mant. de tac. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 13. nu. 19. & seq. & hoc esse speciale in societate, ut, si promissa non obseruentur, possit ab ea recedi, Anch. quast. 54. lib. 1. quast. 68. lib. 1. Rim. iun. cons. 175. lib. 1. volunt tamen, necessariam esse absolutionem à iuramento, si societas cum iuramento fuerit contracta, Anch. in d. quast. 68. num. 8. Heët. Fel. loc. cit. num. 19.

23 Quinto limitatur, si socius sit rixosus d. l. si conuenierint, ubi Doctores, ff. pro soc. Barr. in l. cum satis, sub nu. 6. C. de agric. & cons. lib. 10. Petrus de Vbald. de duob. fratr. part. 11. sub num. 1. vers. vel quis vnus ex fratribus, nisi tamen à principio, talem esse socium, scripsisset ille, qui vult à societate recedere, de quo per Crauet. consil. 151. num. 16. lib. 1. Idem si vnus esset dilapidator; Gattit. de iur. confirm. cap. 58. nu. 7. part. 1. de quo Fontan. de pall. nups. claus. 4. glos. 9. part. 2. num. 101.

24 Non solum autem expresse, ut supra dictum fuit, voluntate soluitur societas, sed etià tacite: quod duobus modis cuenire potest, & primo per lapsum temporis, ut si societas contrahatur per annum, finito anno, tacite intelligitur soluta, l. actione, §. quod si tempus, ff. pro soc. quod verum esse dicunt, etiam si non fuerint completa negotia, hinc enim dici non potest, tempus fuisse prorogatum, Petrus de Vbald. de duob. fratr. part. 1. sub nu. 19. versic. sexto infertur, Rota Genuens. decis. 17. sub nu. 8. & seq. & licet Ceph. in cons. 475. nu. 20. post lal. in consil. 33. in fin. lib. 3. dicat, non obitante lapsum temporis, necessariam esse renunciationem; attamen in contrarium est communis sententia, Petrus de Vbald. de duob. fratr. part. 1. sub num. 39. versic. in contrarium. Castren. in l. prima, §. non autem, ff. de exercit. act. Decian. in l. si socius, nu. 4. ff. si cert. pet. & in l. qui cum alio, n. 1. ff. de reg. iur. Paril. consil. 88. nu. 10. lib. 1. Strac. de Mercat. tit. de contractibus, nu. 13. Martian. cons. 1. nu. 86. Menoch. cons. 121. num. 67. lib. 2. Decian. cons. 69. nu. 30. & seq. lib. 2. Burl. cons. 370. num. 7. lib. 4. Castracanus de societ. offic. 2. 50. Heët. Fel. de societ. c. 35. nu. 37. Mant.

25 de tac. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 25. n. 10. & seqq. & ratio est manifesta, quia nempè dies appositus pro fine societatis interpellat pro socio, l. magnam, C. de contr. & comiss. stipul. Menoch. d. cons. 121. n. 63. Mascard. consil. 1065. num. 10. & & dispositio facta pro certo tempore ultra illud non extenditur, Dec. cons. 61. nu. 4. lib. 1. Titaq. de retr. act. tit. 2. §. 1. glos. 1. num. 42. cum plurib. & seqq. Et hoc non argumento à contrario sensu, & sed ex natura iuratai temporis, Bald. in l. obseruare, §. proficisci, sub num. 5. vers. respondet ad contrarium, ff. de off. procons. Rot. Genuens. decis. 17. sub num. 8.

26 Secundo, tacite dissoluitur societas per actus societati contrarios, ut probat tex. in l. itaque, ff. pro soc. in illis verbis. Itaque cum separatim socii agere ceperint, & vnusquisque eorum sibi negotietur, sine dubio ius societatum dissoluitur. Petrus de Vbald. de duobus fratr. part. 11.

num. 9. Menoch. cons. 12. num. 27. & consil. 121. num. 96. Mascard. consil. 1310. Lud. consil. 33. pag. mibi 134. vers. secunda praesumpt. Menoch. de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 60. nu. 10. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 23. num. 30. quemadmodum enim ex actibus socialibus praesumitur contracta societas, ita etiam ex actibus societati contrariis debet praesumi dissoluta, ut per supra dictos Doctores, apud quos plura videri possunt dissolutae societatis exempla; & inter alia ea, quae ex libris apparet, maxima esset, Purpur. consil. 403. num. 19. Ludon. post alios loco citato versic. prima praesumpt. Menoch. d. cons. 121. num. 92.

31 Id tamen omnes intelligunt, si omnes propriis nominibus negotiari ceperint, ut loquitur citatus tex. in l. itaque, ff. pro soc. vel si vnus solum aliis scientibus, & tacentibus, secus si ignorantibus, tunc enim socium à se liberaret, non autem se à socio, leg. sed & faciu, §. si absenti, ff. pro soc. Nat. cons. 100. nu. 4. & 5. Mant. de tac. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 13. n. 33. Menoch. d. praesumpt. 60. sub nu. 10. Simon de Prax. cons. 14. nu. 14. & seqq.

SUMMARIVM.

- 1 Pactum perpetuae communionis non valet, secus si fiat ad tempus, & num. 2.
- 3 Laudum, ut aliqui perpetuo maneant in societate, non valet, ubi de rationibus.
- 4 Nullitatem de seculo compromissi, nunquam intelligitur remissa à statuto.
- 5 Pactum perpetuae communionis, non sustinetur per sententiam.
- 6 Praescriptio centenaria non impedit diuisionem.
- 7 Pactum, vi societas duret ad tempus, valet; etiam si expressam non habeat temporis praescriptionem.
- 8 Pactum de non diuidendo tribus modis fieri potest.
- 9 Pactum nunquam diuidendi non valet: & quid de pacto perpetuo non diuidendi, num. 10.
- 11 Pactum non diuidendi quo ad vicerint, contrahentes non valet.
- 12 Pactum simpliciter non diuidendi, non valet.
- 13 Damnatus ad metallum sine temporis praescriptione, intelligitur perpetuo damnatus.
- 14 Promissionum natura est, ut sint perpetuae.
- 15 Promittens aliquid non facere, perpetuo id non facere tenetur.
- 16 Pactum de non diuidendo, an iuramento confirmari possit; & tres referuntur opiniones, num. 17. & 18.

Pactum de non recedendo à societate an valeat, & quid si fuerit iuramento vallatum

CAP. XXXVII.

**D**iximus in superiori capite, renunciatione solui societatem; sed quid si fuerit appositum pactum de non recedendo ab ipsa societate. & Est distinctio tex. in l. hoc, §. si conuenias, ff. com. diuid. cuius tex. haec sunt verba: Si conuenias, ne omnino diuisio fiat, huiusmodi pactum nullas vires habere, manifestum est, sin autem, ne intra certum tempus, quod etià ipsius rei qualitati prodest, valet: ad idem est text. in l. cum duobus, §. idem respondit, & in l. adeo, ff. pro soc. quibus in locis probatur, pactum de non diuidendo per certum tempus valere; & secus si fiat pactum perpetuae communionis, Alex. cons. 18. lib. 1. Paul. de Cair. cons. 107. lib. 1. Dec. cons. 97. n. 9. lib. 2. Curt. Sen. cons. 52. & cons. 68. num. 15. Rub. cons. 39. Curt. cons. 48. lib. 3. Soc. cons. 278. lib. 2. Oldr. consil. 141. Rol.

Rol. conf. 84. nu. 1. lib. 1. Rom. conf. 12. circa finem, Gut. de contrah. iur. c. 38. nu. 2. & seqq. Ctan. conf. 80. n. 1. lib. 1. Ceph. conf. 508. n. 31. lib. 4. Thesaur. decis. 142. in prin. Seraph. de priuileg. iur. priuileg. 58. à nu. 1. vsq; ad 6. Morque de diuisione bonorum, lib. 1. c. 2. n. 9. & seqq. Fontan. de pact. nups. claus. 4. glof. 9. part. 2. num. 107. & seqq.

- 3 Ac ideo dicunt, nec etiam Laudum valere, in quo arbitri mandent, aliquos in perpetua communione manere; si enim de hoc non valet expressa conuentio, nec etiam implicita, & sic Laudum, quod est compromissi implementum, l. 2. ff. de arbitr. ita Paul. de Cast. d. conf. 107. qui propterea asserit partes non posse hanc potestatem arbitris dare, & ex quibuscumque generalibus verbis non intelligi dariam; quolibet enim generalis potestas restringitur ad id, quod de iure fieri potest, l. si procurator, ff. de cond. indeb. Et si aliter per Laudum fuisset ordinatum, contra ipsum posset opponi de nullitate; stante etiam statuto, ut ¶ contra Laudum de nullitate opponi non posset, cum simile statutum debeat intelligi, nisi nullitas procedat ex defectu compromissi, ut per Paul. de Cast. loco cit. qui allegat Gugl. de Cun. ita notantem in l. 3. § si filius, ff. de pecul. & Bald. in lib. 2. C. de execut. rei iud. & sequitur
- 5 Thesaur. in d. decis. 142. num. 2. & ¶ non posse per sententiam tale pactum sustineri, Angel. conf. 125. Rom. conf. 206. Curt. Sen. conf. 63. Gratian. conf. 66.
- 6 Imò nec etiam prescriptionem centenarium posse impedire diuisionem, communis est sententia, Balb. de prescript. quarta parte prin. quasi. 13. Brun. conf. 173. vers. sic, item non obstat, Bald. & alij in l. 1. C. de ann. prescript. Angel. conf. 55. in fin. Nat. conf. 630. nu. 5. Iaf. in l. si non sortem, § si centum, nu. 3. ff. de cond. indeb. scribentes in l. fin. C. com. diuid. Thesaur. in d. decis. 142. sub n. 2. ubi etiam filius in add. qui de commun. testatur.
- 7 Faciunt tamen multi differentiam, an tale pactum vno, vel altero modo fuerit appositum: Et si omnia disputatione de pacto ad tempus, quod valere, non est dubium, ut expressè habetur in d. § si conueniat; idque procedit, etiam si pactum non diuidendi ad tempus expressionem temporis nõ habeat, tunc enim intelligitur de decennio, ut per Flor. de S. Petro in d. § si conueniat, argumento l. sine praescriptione, ff. de par. vna cum glol. in l. credibile, C. eod. ¶ Dicunt tribus modis fieri posse pactum non diuidendi. Primo nullo vnquam tempore diuidendi, secundo perpetuò non diuidendi. Tertio simpliciter non diuidendi. Et ¶ in primo casu omnes conueniunt, pactum non valere, per d. § si conueniat, ubi dicitur pactum omninò non diuidendi, non valere, & intelligunt; omninò; hoc est, nullo vnquam tempore. ¶ In secundo verò casu tenet Flor. loco citato, pactum valere, quia licet verbum, perpetuum, multis modis sumatur, ut in l. 1. ff. pro soc. tamen appositum in contractu societatis, qui morte finitur, ut infra videbimus in cap. 40. videtur solum intelligendum ad vitam socij: quod tamen merito damnatur à Soc. in d. conf. 178. nu. 12. lib. 1. nam hoc stante sequeretur, quod etiam pactum numquam diuidendi valeret; nam cum natura societatis sit, ut morte finiatur, illud pactum numquam diuidendi, intelligitur totum eorum vita durante, & sic valeret secundum rationem Flor. contra text. expressum in d. § si conueniat: vade ut Soc. ibidem dicit, parum curandum est de hac opinione, cum sit contra communem, & falsa.
- 11 Ex quo etiam constat, falsam esse distinctionem Anton. Gom. variat. resolut. tom. 2. c. 5. nu. 2. qui dicit, societatem posse contrahi in perpetuum, hoc est, quod vixerint contrahentes, non autem in perpetuum sine vlla temporis praescriptione: nam etiam societas con-

tracta sine vlla temporis praescriptione morte finitur; & tamen non valere, dicit citatus text. in § si conueniat, & sequuntur omnes supra citati Doctores.

- 12 In tertio verò casu pariter communis est sententia, pactum non valere, quia licet simpliciter dictum fuerint, quod non debeat fieri diuisio, id tamen intelligitur, ut numquam eorum vita durante diuidatur; quod fieri non posse, dicit citatus textus in § conueniat: ad quod confert doctriua Bart. in l. sine praescriptione, ff. de penis, ubi dicit, ¶ quod si quis simpliciter sine vlla temporis praescriptione fuerit damnatus in metallum, intelligitur perpetuò; si igitur id verum est in pœnalis, tanto magis in pactis conuenientibus, & maxime ¶ cum natura promissionum sit, ut iudicentur
- 13 perpetuè, leg. eumque ita ff. de verb. oblig. & ¶ qui promittit aliquid non facere, perpetuò id non facere tenetur, l. ista stipulatio, la grande, vers. sed ita, ff. de verb. oblig. si igitur promissio de non diuidendo obligat perpetuò; ergo non valet, ut in d. § si conueniat, ut per Soc. in d. conf. 178. sub nu. 12. nec obstat, ibi appositum esse aduerbium, omninò, nam sensus est, ut non fiat pactum; ex quo sequatur, ut diuisio omninò non fiat, non autem quod illa dictio, omninò, sic apposita in pacto; ut ex pluribus probat Soc. loco cit.
- 14 Sit igitur firma conclusio, pactum non diuidendi, absque vlla temporis praescriptione, licet intelligitur solum durante vita contrahentium, non valere.
- 16 Sed dubitatio est, quid, si tale pactum fuerit iuramento vallitum? Hac in re tres reperio opiniones. Prima, valere pactum in vita paciscentium; secus tamen post eorum mortem, ut per Doctores, quos Thesaur. citat in d. decis. 142. num. 5. Verum horum opinio, ut Thesaur. dicit, fundata est in eo, quod Flor. dixit in d. § si conueniat, pactum de non diuidendo valere in vita paciscentium; quod falsum, & contra communem esse, dixit Soc. in d. conf. 178. num. 12. non autem in vi, ac virtute ipsius iuramenti, ac propterea, cum tale pactum post mortem non valere omnes assentiant, idem esse dicunt iuramento non obstante; ut per Doctores, quos Thesaur. citat, quibus addunt Decium in l. si quis in conscribendo, ff. de pactu, & Corn. consil. 13. in fin. lib. 4. Alex. consil. 59. lib. 5. Rom. Sen. conf. 192. num. 11. & 12. Croc. in l. nemo potest, num. 56. de leg. 1. & sic iudicasse Senat. Pod. communemque esse opinionem, dixit Anton. Thesaur. in add. ad d. l. cum decis. 142. ad num. 5.
- 17 Secunda fait opinio iuramentum reddere validum tale pactum, ita ut ab eo non possit recedi, stante quod iuramentum, quod sine interitu salutis æternæ seruari potest, semper sit seruandum, cap. quamuis de pactu, c. cum contingat. de iur. iur. quod multis similibus probat Gut. de contrah. iur. c. 38. n. 16. & 17. quam opinionem propterea appellat veriore, & eam ex pluribus defendit Seraph. de priuileg. iur. priuileg. 58. nu. 6. & seqq. & sequuntur alij, de quibus per Thesaur. in d. decis. 142. num. 2.
- 18 Tercia, & communis est opinio; tale pactum, quod cumque iuramento non obstante, non esse attendendum, ita Alex. in consil. 18. lib. 1. Rom. consil. 54. num. 8. lib. 1. Bertrand. consil. 136. lib. 2. Soc. ibi n. 12. Paris. conf. 27. num. 133. lib. 1. Gail. praël. obseruat. lib. 2. obseruat. 24. num. 7. & esse communem opinionem, à qua propterea difficile esset in praxi recedere, dixit Gut. loco cit. & sequitur nouissime post plures, quos allegat Fontanella loco supra citato, prout ille, qui constituit procuratorem, & iurat non reuocare, adhuc iuramento non obstante ipsum reuocare potest, glolan. cap. fin. in verb. reuocatur, de procur. in 6. & ille, qui reuocatur non mutat.

re testamentum, adhuc potest ipsum mutare, vt per A<sup>l</sup>ti in *diel. consil. 8. num. secutus à Ruin. in d. consil. 54. Conat. in rubr. de testam. part. 2. num. 13. Clar. in §. testamentum, qu. 94. Et rationem esse, dicunt, quia tale pactum videtur esse contra bonos mores; & per consequens inuolidum, *cap. non est obligatorium, de regul. iuris in 6. maxime quia ex longa communione sapientia, & discordia oriri solent; & si adhuc in ipsa perdocare cogentur, plurima scandala inde resultare possent, quorum iuramentum non debet esse nutritium: accedat, quid si inuiri in societate, & communione permanente essent coacti, non diceretur societas, sed retum communium abusus, non bonorum confirmatio, sed depopulatio; non augmentum, sed diminutio, non quæsum facere, sed proprietatem consumare, concordia enim parum res crescut, sed discordia maxime dilabuntur, vt dixit Salust. in *poem. bell. Cat.* & si à communione recedat licet, etiam si validè ad tempus sit contracta societas; rationabili tamen existente causa, vt in superiori capite fuit dictum; quanto magis id asserere debemus in calu proposito, cum leges pactum perpetuæ communions abhorreant: de quo latius dicam in *cap. 40.***

## SVM MARIVM.

- 1 Societas extinguatur peremptione rei; nec pactum in contrarium subsistit, vt num. 2.
- 3 Capitale si pereat, societas dicitur finita; sit amen in totum pereat, secus si pro parte, num. 4.
- 5 Societas dicitur finiri, si negotium, super quo contracta est societas, perficiatur.
- 6 Publicatione bonorum societas extinguatur: & quid in societate operatum, num. 7.
- 8 Societas, qua morte vnius extinguatur, non transit in filium.
- 9 Bannitione extinguatur societas.
- 10 Decoctione societas extinguatur: & an sufficiat sola decoctio, vel in super necessaria, etiam sit cessio, nu. 11. & esse necessariam cessationem, num. 12. ponitur tamen dissolutio, num. 14. & 15.
- 13 Lex, societatem, in §. dissociamur, ff. pro soc. quomodo declaratur.
- 16 Societas operatum non extinguatur amissione bonorum.

## Quomodo ex rebus censentur solutæ societates.

## CAP. XXXVIII.

EX rebus etiam diximus societates dissolui, nunc quomodo hoc intelligendum sit, videndum venit. Tex. in *l. verum, §. societas, ff. pro soc.* hoc his verbis declarat. *Res verò aut nulla relinquuntur, aut conditionem mutauerint, neque enim eius rei, qua iam nulla sit, quisquam socius est, neque eius, qua consecrata, publicataque sit.*

- 1 Ex quo tex. primo notatur, societatem extingui peremptione rei, idem habetur in *§. manet, vers. item si alienum, Inst. de soc. in illis verbis: si alienum rei contracta societas sit, & finis negotio impositus est, finitur societas* Et proverbio dici solet: *morta la vacca finita la socia,* & tradit Petrus de Vbald. *de duobus fratr. part. 11. nu. 3. Bald. in leg. prima, quæsi. 6. C. pro soc. Socin. lun. cons. 38. num. 9. lib. 4. Mant. de tac. & amb. conuent. lib. 6. tit. 25. n. 1. He & Felic. de sociat. cap. 34. nu. 1. & seqq.* & hoc adeo verum est, vt nec etiam fieri possit pactum, vt societas ducet re perempta; cum nemo socius esse possit

eius rei, quæ nulla est, vt habetur in *diel. leg. verum, §. societas, ff. pro soc.*

- 3 Ac ideo, licet ad longius tempus esset contracta societas, tamen si interim periret capitale, societas diceretur finita. *glos. in leg. 1. C. pro soc. Petrus de Vbald. de duobus fratr. part. 8. num. 12. Mant. de tac. & amb. conuent. lib. 6. tit. 25. num. 5. †* Quod tamen declaratur, si in totum res fuerit perempta, secus si pro parte tantum, vt probat tex. in *l. si id quod, ff. pro soc. vbi mortuo vno exquis, in aliis, qui remanserunt, societas permanfit; & si vacuam fuerit contracta societas, licet omnes perierint, si tamen vitali remanserint, in ipsis durat societas. glos. in *diel. leg. si id quod, Petrus de Vbald. de duobus fratr. part. 8. nu. 12. Mant. de tac. & amb. conuent. lib. 6. tit. 25. num. 6.* vnde non semper verum erit pro uerbium supra allatum.*

- 5 Prout etiam si negotium, super quo contracta fuit societas, sit finitum, tunc enim etiam societas per consequens dicitur finita, *§. item si alienum, Inst. de soc. Per. de Vbald. de duobus fratr. part. 11. sub num. 1. vers. secundo, Rot. Gen. decis. 17. sub nu. 6. & glos. in *diel. §. item si alienum,* dat exemplum de duobus tabernariis, qui ad vendendum vinum societatem contraxerint, quo vendita dicitur finita societas; quod tamen ibi Doctores declarant, si societas restricta sit ad aliquam certam vini quantitatem, secus si fuerit facta conuentio, exercendi tabernam aliquam per aliquod certum tempus, vt ibi per Io. Fab. & dixit Rot. Gen. *decis. d. decis. 17. num. 6.**

- 6 Terio excitatis iuribus notatur, publicatione bonorum societatem extingui, Lud. post alios *conclus. 53. vers. secundo modo, Carp. sup. stat. Mediol. part. 2. c. 483. nu. 80.* Et hoc duplici ratione, primo, quia bona, super quibus contracta est societas, amittuntur, secundo, quia cum in illis bonis alter succedat, socius pro mortuo habetur, vt dicit Imperator in *§. soluitur, in fin. Inst. de soc. vbi hæc ponuntur verba: Publicatione quoque distrahit societatem manifestum est, scilicet si vniuersa bona socij publicentur, nam cum in eius locum alter succedat, pro mortuo habetur; & eadem ferè verba reperiuntur in *leg. allione, §. publicatione, ff. pro soc.**

- 7 Ac ideo etiam si ille, cuius bona fuerunt publicata, operas tantum in societate poneret, societas diceretur finita, cum habeatur pro mortuo ob capitis diminutionem, vt in *diel. §. finitur* habetur.

- 8 Et ob eandem rationem non dicitur societas transire in filium, cum in filium non transeat contractus illi, qui morte vnius extinguuntur, Rim. Sen. *cons. 242. num. 42. lib. 2. Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. nu. 96.*

- 9 Quatto notatur, bannitione patiter societatem solui, licet enim Clar. in *sua prax. quæst. 71. dubiter, an Banniti æquiparantur relegatis, vel deportatis, seu potius tertiam speciem constituent: de quo larè Fatinac. quæst. 101. in spec. prima, tamen efficiuntur serui pænæ, vt dicit Carr. de exco. ser. cap. ban. 1. nu. 46. & num. 418. & amplius de hoc non esse disputandum, Menoch. *consil. 830. num. 41. lib. 9.* vnde societatem extingui, certi ius est, vt dixit He & Fel. *de sociat. cap. 34. num. 46.* rebus autem hoc casu dicitur solua societas, si bona banniti publicentur; aliter potius morte ciuili dicerentur finita, vt dicam infra *cap. 40. num. 54.**

- 10 Quinto notatur, decoctione patiter societatem solui, vt habetur in *d. l. o §. soluitur, vers. item si quis, cuius hæc sunt verba: item si quis ex sociis mole debiti pergrauatus bonis suis cesserit, ita vt propter publica, & primata debita substantia eius ueneat, soluitur societas, vbi Arce. num. 3. Carp. sup. stat. Mediol. soc. cit. num. 82. Ludou. d. conclus.*

conclus. 53. vers. quarto modo, pag. mibi 132. Mant. de tac. & amb. conuent. lib. 6. tit. 25. num. 2.

- 11 Est tamen differentia inter scribentes, an sufficiat decoctio, vel insuper necessaria sit cessio bonorum. Ruin. cons. 90. num. 12. lib. 3. tenet, solam decoctionem sufficere, per tex. in l. societatem, §. dissociamur, ff. pro soc.
- 12 Vbi simpliciter habetur, egestate solui societatem. † Coniunctum tamen innuit tex. in d. §. soluitur, vers. item si quis; Inst. de societ. vbi de cessione fit mentio, quam sententiam omnes Doctores ibi tenuisse, dicit Paris. consil. 82. num. 42. lib. 1. quod probat Strac. de decoct. §. circa tertiam speciem, num. 47. & 48. & sequitur Lud. d. concl. 53. vers. sic. quarto modo, Rot. Genuens. decis. 13. sub num. 20. † Nec obstat, dicit Paris. tex. in dicit. §. dissociamur, cum debeat intelligi altero ex tribus modis, egestate, hoc aut venditis omnibus bonis socij egestis, vt in leg. actione, in princ. vers. item bonis à creditoribus venditis: vel egestate, id est publicatione bonorum, vt in dicit. leg. actione, §. publicatione, & in §. soluitur, vers. publicatione, Inst. de societ. vel demum egestate, id est cessione bonorum, vt in dicit. §. soluitur, vers. item si quis ex sociis, quas interpretationes ponit glol. in dicit. §. dissociamur, in verbo, egestate, quatum vltimam sequitur ibi Bald.

- 14 Et tradita per Ruin. in dicit. consil. 90. quem nouissime sequitur Heët. Felic. de societ. cap. 34. num. 39. procedere possent, si omnia bona socij iam à creditoribus essent occupata, vt probat rex. in dicit. leg. actione, in illis verbis: Item bonis à creditoribus venditis; quo casu diceretur soluta societas absque alia cessione. † Si verò socius adhuc bona possideat, licet maximo iure alieno sit grauatus, non potest dici soluta societas, vt per Rot. Gen. Lud. Strac. & alios in locis supra citatis. Verum hodie simplici decoctione societatem solui, non est ambigendum: mercatores enim ad aliam non solent deuenire bonorum cessionem; sed dum creditoribus non amplius respondere posse cognoscant: se absentant, declarant se esse decoctos, eorum statum ostendunt: & cum ipsis creditoribus componunt. Verissimum tamen est, quod non facta hac declaratione, debitorum moles non declarat ipsos decoctos; & per consequens debita etiam ingentissima non solunt societatem: & in his terminis procedunt tradita per Strac. Rot. Gen. Lud. Heët. Felic. & alios.

- 16 Quod tamen diximus de bonorum amissione procedit, si societas contracta sit respectu bonorum, secus autem si ratione industria, vel operarum, illi enim etiam, qui bonis cesserunt, possunt suas operas præstare, licet de lucris satisfacere teneantur creditoribus, in quantum tamen facere possunt, leg. quarta, ff. de est. bon. nisi tamen fuerint vsurarij, qui hoc privilegio carent, vt per glol. in cap. cum tu, in verbo, facultatibus, de vsuris.

## SVMARIVM.

- 1 Actione quomodo soluantur societas, & num. 3.  
2 Societas quibus actionibus soluantur.

## Quomodo actione finiatur societas.

## CAP. XXXIX.

- 1 Tertium modum soluendi societatem, diximus, esse mediante actione, l. actione, in princ. ff. pro soc. cuius hæc sunt verba. Actione distribuitur, cum aut stipulatione, aut iudicio mutata sit causa societatis: Proculus enim ait, hoc ipso, quod iudicium ideo dilatatum est, vt societas distribuitur, renunciatum esse societatis, siue totorum bonorum, siue vnius rei societas coita sit. Ex quo tex. cla-

rissime apparet, hunc non esse modum diuersum à primo, vbi diximus, voluntate societatem dissolui: dissoluitur enim societas, non propter ipsam actionem, sed quia ob illam actionem propositam tacite societati dicitur renunciatum, vt Proculus ait: ac ideo potius appellari posset modus, quo tacite demonstratur, socium velle à societate discedere, quam quod verè actione dissoluatur societas.

- 2 Et hinc est, quod non omni actione soluitur societas, sed his solum, quæ societati sunt contrariæ: prout si contra socium omnium bonorum proponeretur actio, ad communicandum rem proprio nomine emptam, non diceretur soluta societas: prout soluta censeretur, si ad aliquid sibi dandum socium conueniret, cum hæc duo incompatibilia sint, vt aliquid proprij habeam, & omnium bonorum sim socius: ex quo constat, non actione, sed voluntate solui societatem; quæ voluntas actione societati contraria declaratur: Et ita intelligi debent tradita per Lud. conclus. 53. vers. sic. quinto modo, relatus à Casp. super stat. Mediol. part. 2. cap. 483. nu. 83.
- 3 Si igitur scire volumus, an actione dicatur soluta societas, naturam ipsius actionis considerare debemus, & an effectus ipsius actionis repugnet societati, si repugnet, dicitur soluta; secus si compatibilis sit cum ipsa societate, ita vt societas, & iudicium intentatum simul stare possint, vt declarat Mant. de tacit. & amb. conuent. lib. 6. tit. 25. sub num. 8.

## SVMARIVM.

- 1 Societas morte vnius finitur; quo ad omnes. Etiam si plures supersint, num. 2. & etiam si omnes in solidum fuerint obligati, nu. 3. & de rationibus, n. 9. 10. & seqq.
- 4 Societas contracta cum Titio, & heredibus, non soluitur per mortem vnius ex heredibus.
- 5 Nomen collectiuum heredum verificatur in vno superuivente.
- 6 Societas contracta inter plures, non soluitur per mortem vnius, si pactum fuerit, durare debere inter superuiventes.
- 7 Societas, qua morte fuit soluta, non transit ad heredes.
- 11 Societas contracta ad tempus soluitur ante tempus, si vnus interim decedat.
- 12 Societas, vt transeat ad heredes, pacto fieri non potest, & de ratione, nu. 13. & quid si certa persona in pacto fuerit nominata, num. 14.
- 14 Pactum, vt societas transeat ad heredes, impeditur libertate testandi facultatem, & num. 15.
- 16 Societas contracta super officis Romana curia, morte vnius ex contrahentibus extinguuntur, socii si solum decedant fideiussores, & num. 17.
- 18 Societas transit ad heredes per pactum iuramento vallatum, contra nu. 19. & de ratione, num. 20. quod procedit etiam in societatibus particularibus, num. 21. & etiam respectu fideiussorum, num. 22. & 23.
- 24 Pacto fieri non potest, vt societas transeat ad heredes, etiam si pactum, apponatur societate iam contracta.
- 25 Testator licet possit in multis casibus mandare, societatem continuari in heredem, tamen id pacto fieri non potest.
- 26 Societas Velligalium transit ad heredes; prout etiam alia societates super rebus publicis, & nu. 27. pluribus tamen concurrentibus, de quibus num. 28. vsque ad nu. 34. inclusiue.
- 29 Societas velligalium, & aliarum rerum publicarum, vt transeat ad heredes debet pacto declarari: persona debens esse habiles, num. 30. contrahentes debent esse plures, num. 31. & seqq. & in hoc debet concurrere consensus locatoris, num. 35.

- 36 Societas veligalium ex pacto transit ad heredes, non autem ad heredes heredum.
- 37 Societas transit ad heredes respectu lucrorum, & damnorum, quod de. latatur num. 41. & seqq. & ponitur distinctio, num. 44.
- 38 Omnis alius alius, & passivus ad heredem transit.
- 39 Hereditas est successio in universum ius defuncti.
- 40 Hæres censetur una, eademque persona cum defuncto.
- 41 Lucrum dotis an sit commune inter omnium bonorum socios.
- 42 Societas transit ad heredes ex mandato testatoris.
- 43 Societas respectu rerum communium dicitur transire ad heredes.
- 44 Negotium inceptum à defuncto debet ab herede perfici.
- 45 Morte civili extinguitur societas.
- 46 Maxima capitis diminutione qui plebentur.
- 47 Capitis diminutio media, quæ comprehendat, & n. seqq.
- 48 Excommunicatione soluitur societas.
- 49 Deportatione soluitur societas.
- 50 Depositione sibi acquiritur acquisita post deportationem.
- 51 Banitione soluitur societas.
- 52 Per ingressum religionis soluitur societas.
- 53 Minima capitis diminutione societas non soluitur.

## Quomodo morte finiatur societas.

### CAP. XXXX.

- 1 **D**enum morte, quæ omnia soluit, societatem finiti, non est dubium, de quo habemus textum expellum in leg. actione, §. morte ff. pro soc. & in §. soluitur, Inst. de societate & tradunt Bald. cōf. 448. lib. 4. Alb. cōf. 87. lib. 2. Dec. cōf. 213. num. 3. lib. 1. Ial. cōf. 345. lib. 7. Socin. cōf. 160. num. 7. & 8. & cōf. 192. lib. 2. Paris. cōf. 87. num. 3. lib. 1. Ceph. cōf. 483. num. 6. Corn. cōf. 1. in princ. lib. 1. Dec. cōf. 85. lib. 2. & prius cōf. 36. num. 3. lib. 1. Olaf. decisio. 76. num. 4. Petr. de Vbald. de duobus fratr. part. 11. sub num. 1. Gratian. cōf. 15. lib. 1. Bartol. cōf. 48. lib. 2. Hond. cōf. 85. num. 16. lib. 1. Mant. de tac. & amb. convent. lib. 6. tit. 24. num. 11. He. Fel. de soc. cap. 31. in princ. Gratian. discip. Forens. cap. 851. num. 1. & seqq. & alij, de quibus infra in discursu.
- 2 **Q**uod primo ampliatur, ut per mortem unius intelligatur finita societas, quo ad omnes, licet plures superint, ut habetur in d. l. actione, §. morte, & in d. §. soluitur, Bald. in d. cōf. 448. lib. 4. Alb. in d. cōf. 78. lib. 2. Dec. in d. cōf. 213. Gomel. variar. resol. part. 2. cap. 5. qui sub num. 6. plures citat, alios Surd. cōf. 20. num. 3. lib. 2. Mant. in d. tit. 24. num. 18. † Etiam si inter ipsos insolitum fuisset contracta societas, Alexand. cōf. 60. sub num. 1. lib. 7. He. Fel. de societ. cap. 32. num. 14. Gratian. loc. cit. num. 2.
- 3 **Q**uæ ampliatio duobus modis declaratur: primo, ut non procedat, si societas esset contracta cum Titio, & hæredibus Sempionij; tunc enim, licet decederet unus ex hæredibus Sempionij, adhuc duraret societas, quia † nomen collectivum heredum verificatur in superiuentibus, l. proponebatur, ff. de iud. l. sicut, ff. quos quis uniu. nom. cap. gratian. de post. pralat. cap. si gratiosus, de rescript. in 6. Paris. cōf. 82. num. 31. lib. 1. He. Fel. loc. cit. num. 15.
- 4 **S**ecundo declaratur, ut non procedat, si pactum fuerit appositum, ut uno moriente, ex sociis daret societas inter superiuentes, ut in d. §. morte, & in d. §. soluitur, Rom. cōf. 106. num. 5. Bald. d. cōf. 448. num. 1. lib. 2. Decian. cōf. 36. num. 12. lib. 1. Petr. de Vbald. de duobus fratr. part. 11. sub num. 33. Gratian. d. cōf. 15. lib. 1. Mant. in d. tit. 24. num. 18. Alex. cōf. 136. num. 1. in fin. & num. seq. qui etiam id extendere videtur
- ad tacitam conventionem, cuius tamen exemplum reprobat He. Fel. loc. cit. num. 17. & seq.
- 7 **S**ecundo ampliatur conclusio, ut morte ita solvatur societas, ut etiam si hæredes remanserint, ad eos non transeat, l. furti, §. illud, ff. de his, qui nos. infam. d. l. leg. actione, §. morte, ff. pro soc. leg. verum, §. an heredes, ff. pro soc. d. l. §. soluitur, Inst. de soc. & tradunt omnes supracitati Doctores.
- 8 **C**uius dicti plures adduci solent rationes: prima desumitur ex d. l. §. soluitur, & ex d. l. §. illud, quia nempe est electa industria personæ, unde non est mirum, si illa persona mortua dicitur finita societas, Crot. d. l. cōf. 15. num. 6. Ang. in d. l. §. soluitur, nu. 3. Ial. in add. ad Part. in §. manet, num. 5. Inst. de soc. Alex. cōf. 60. num. 4. lib. 7. Ruin. cōf. 90. nu. 1. lib. 1. Dec. cōf. 213. num. 2. Curt. Sen. cōf. 51. Paris. cōf. 48. num. 3. & cōf. 86. num. 18. lib. 1. Menoch. cōf. 12. num. 8. & seq. lib. 1.
- 9 **S**ecundo, Bald. in d. l. §. soluitur, Inst. de societ. dicit, rationem esse, quia evenire posset casus, ut hæres esset persona, quæ societati non esset expediens.
- 10 **T**ertio, dicunt alij, id evenire, ne quis inuitus socius efficiatur, cui non velit, ut per Mant. loc. cit. num. 4.
- 11 **T**ertio ampliatur, ut procedat etiam in societate contracta ad certum tempus, si enim unus interim decedat, solvitur societas ante tempus, Curt. cōf. 310. sub nu. 3. lib. 4. Alex. cōf. 34. num. 4. lib. 2. Ruin. cōf. 90. sub num. 11. lib. 1. He. Fel. in d. l. cap. 32. num. 10.
- 12 **Q**uarto ampliatur, ut nec etiam fieri possit pactum, ut societas transeat ad heredes, leg. adeo, ff. pro soc. l. nemo ff. eod. Gomel. loc. cit. Coptic. decisio. 174. nu. 5. Alex. cōf. 110. num. 5. lib. 3. Menoch. cōf. 12. num. 9. lib. 1. Surd. d. l. cōf. 20. num. 4. Mant. d. l. tit. 24. num. 14. He. Fel. d. l. cap. 32. num. 5. & tenent omnes, quos superius citavi.
- 13 **C**uius ampliationis rationem esse dicunt, quia societas debet contrahi cum persona certa, at hæres est incertus, ergo sec. ut per Olaf. decisio. 76. sub nu. 8. Decian. d. l. cōf. 213. lib. 1. Mant. loc. cit. num. 16.
- 14 **N**ec dicatur, valeret ergo, si persona hæredis esset nominata; nam tunc alia ratione invalidum esset pactum, quia nempe impediret liberam testandi facultatem, nam socius esset obligatus instituire hæredem cum, ad quem pactus fuisset, hæreditatem transire, ut optime probat text. in leg. cum duobus, §. item respondit, ff. pro soc. cuius hæc sunt verba: l. item respondit, societatem non posse ultra mortem porrigi, & ideo ne libertas de superioris iudicis constringere quis poterit, vel cognatum vicariorem proximioribus præferre: ut nempe si socius nolle proximiorum in faciem, sed vicariorem in gradu: ut docet optime Bart. in d. l. leg. adeo, Roman. cōf. 206. Curt. Sen. cōf. 53. Dec. cōf. 441. nu. 5. lib. 2. & hanc virorem esse rationem, post alios dixit Olaf. decisio. num. 8. Rub. in leg. non solum, §. morte, num. 51. de op. nou. nunc. † Imò etiam si nominata non esset persona in pacto, adhuc impediret liberam testandi facultatem, nec dicatur, posset instituire, quæ vellet; respondetur enim, quod imò non posset instituire personam inhabilem ad illam societatem; & sic ut plurimum minores, clericos, nunquam religiosos, mulieres, pia loca, Monasteria; & sic saltem aliqua ex parte diceretur impedita libera testandi facultas, ac propterea propter hanc rationem communiter volunt, pactum, ut societas transeat ad heredes, non valere, ut per supracitatos Doctores.
- 15 **Q**uinto ampliatur, in societatis contractis super officiis vitalitatis Romanæ Curie, etiam si fuerint contractæ ad commodum alterius, qui recognoscit bonam

nam fidem, quæ adhuc morte vnus extinguuntur, quod frequentissimum esse in curia Romana, dixit post alios Mant. *de tac. & arb. conuent. lib. 6. tit. 24. num. 35.* & docet Gab. *consil. 63. nu. 5. & 15. lib. 2.* ac ideo fructus percepti ab hæredibus debent compensari in sortem, vt per Gabr. *loc. cit.* † licet secus sit interueniente solum morte fideiussorum tunc enim non solui societatem in Rota Romana coram Blanchetto definitum fuisse, testatur Mant. *loc. cit. num. 37.*

17 Modo sic declarata, & ampliata conclusio supra posita, morte solui societatem, & ad hæredes non transire; plusibus etiam modis limitatur: & † primo, si pactum, vt societas transeat ad hæredes, fuerit iuramento confirmatum, vt per Fab. *in dist. 5. soluitur*, qui tamen dubitativè loquitur, Socin. *consil. 160. nu. 2. lib. 2.* Crau. *consil. 875. in fin. lib. 4.* Carp. *decis. 174.* latè Seraph. *de priuil. iur. priuil. 57.* Rix. *lun. consil. 711. num. 2.* eandem opinionem probat ex pluribus Gut. *de contract. iur. cap. 48. num. 13. & seqq.* Surd. *in dist. consil. 20. nu. 19.* Molin. *de iust. & iur. disput. 4. 4.* Moventur omnes, quia iuramentum semper debet seruari, si id fieri possit sine dispendio solutis æretæ: & Molin. *in dist. disput. 4. 4. nu. 11.* addit, iuramentum posse firmare tale pactum, cum non sit neque malum, neque nullum.

18 In contrarium tamen est communis opinio, Alex. ad Bart. *in d. leg. adeo, ff. pro soc.* Curt. *consil. 53.* Gratian. *consil. 15. num. 26. lib. 1.* Aluar. Val. *of. consil. 63. num. 5.* Carp. *sup. stat. Mediol. part. 2. cap. 485. nu. 89.* imò ipsemet Gut. qui contrarium defendere velle, fatetur loco *supra citato*, hanc esse communem sententiam, & quod contra ipsam difficile esset in praxi obtinere; & etiam Seraph. *in dist. priuil. 57. in fin.* dicit, quod durum esset, & difficillimum in iudiciis obtinere contra hanc opinionem, He&. Felic. *de societate, cap. 32. num. 42.* & sequuntur plures, quos citat, & sequitur Mant. *de tac. & arb. conuent. lib. 6. tit. 24. nu. 19.* & alios consuluisse contra communem, dixit Lud. *conclus. 53. versic. sed eius opinio, pag. rubi 132.*

19 Et stante supradicta ratione communissimè recepta hoc pacto impediri liberam testandi facultatem, iuramentum diceretur præstitum cõtra bonos mores, ac ideo non obligaret, *cap. non est obligatorium de reg. iur. in 6.* prout dicit Alex. *in add. ad Bart. in dist. leg. adeo, ff. pro soc.* & sequuntur omnes supra citati Doctores; & alij, de quibus *in cap. 37. num. 16. & 18.* quod eo magis asserendum est, quia alius locij cogerebatur quandoque in perpetua societate perdurare, vt per Cap. *in d. decis. 174. num. 6.*

20 Quod sibi locum vendicaret etiam in societate particulari, nam licet He&. Felic. *in dist. cap. 32. nu. 43.* dicat, hoc casu cessare rationem supra allatam, impediti liberam testandi facultatem, si certa persona non sit, erit nominata, tamen animaduertendum est, impediri, si non in totum, saltem pro parte: nam testator adhuc in hæredem nominare esset coactus personam habilem ad contrahendum illam societatem particularem: vnde non posset instituire monasterium, religionem, locum pium, vel aliam particularem personam inhabilem ad illam particularem societatem contrahendam: vnde quicquid teneat Surd. contra communem, & sequatur in hac parte He&. Felic. crederem, nullo modo recedendum esse à communi sententia, siue societas sit particularis, siue generalis, siue certa in pacto nominata sit persona, siue non, per eandem rationem ab omnibus consideratam.

21 Prout falsa etiam reputari debet alia Sardi opinio, hoc casu saltem sustineri pactum respectu fideiussorum: videns enim Surdus sed vt plurimum consulere

contra communem, & receptissimam aliorum sententiam, vt causam, quam soubat, iustiorè ostenderet, in quosdam angulos se recipere voluit; sed clara est responsio, quod, quando principalis obligatio non subsistit, fideiussores pariter, licet principaliter, & insolubum sine obligati, non tenentur, vt per Alexand. *consil. 66. lib. 4.* aliter semper posset fieri fraus legi, vt per Bart. *in leg. reos, in princ. ff. de duobus res.*

22 Nec dicatur fideiussorem teneri vti expromissor, qui se obligat pro non obligato, *leg. eleganter, §. secus passionis, ff. de dol.* nam si vera est ratio supra considerata, pactum esse contra bonos mores, continere votum captandæ mortis, & per consequens iniustum, & iniquum reputari, nec principalem, nec fideiussorem obligabit, cum iuramentum non debeat esse vinculum iniquitatis.

23 Secundo limitatur conclusio, vt procedat in pacto apposito tempore contractæ societatis, secus si vnus ex locis post contractam societatem obligaret suos hæredes, vt in societate continuare deberent, vt per Decian. *conf. 12. nu. 12. & 13. lib. 3.* hoc enim, dicit ipse, non reperitur in iure prohibitum, imò permissum, cum Bald. *in leg. 4. in princ. ff. de cond. inst. teneat*, patrem posse præcipere filiis, vt post eius mortem maneat in societate, vt consuluit Dec. *consil. 441.*

24 Est tamen animaduertendum, quod licet cautum sit, testatorem posse gravare hæredes, vt in communione, & societate aliqua permancant, vt infra suo loco diceretur; hinc tamen non sequitur, vt contracta societate fieri possit pactum inter socios, vt societas ipsa transeat ad hæredes, nam hæredes testatoris tenentur, vti hæredes, observare factum defuncti; quod nullum continet votum captandæ mortis, nec impedit liberam testandi facultatem; prout impediret pactum inter socios appositum, licet, contracta iam societate, apponeretur; & si vera esset sententia Dec. posset semper fieri fraus legi, apponendo pactum non ab initio, sed societate iam contracta, & sic societas ex pacto transeat ad hæredes, contra tex. *in dist. leg. adeo, ff. pro soc.*

25 Tertio limitatur in societate Vectigalium, ac aliarum rerum publicarum, quæ ad hæredes transit, *leg. adeo, ff. pro soc. leg. verum, §. in hæredem, ff. eod.* quod dicunt procedere favore filij, Port. *in §. manes, Inst. de societ.* Coto. *consil. 121. & 122. lib. 1.* Petrus de Vbald. *de duob. frat. part. 11. in princ.* & post alios Mant. *de tacit. & arb. conuent. lib. 6. tit. 24. num. 22.* He&. Felic. *de soc.*

26 Quod ampliam procedere in omnibus aliis societatibus, quæ fiunt super rebus publicis, Bal. *in dist. leg. adeo, ff. pro soc.* Coto. *in dist. consil. 121. in princ.* Mant. *loc. cit. num. 23.*

27 Id tamen procedit multis concurrentibus, de quibus per glosam, & alios scribentes *in dist. leg. adeo.* Et primo requiritur, vt societas sit vectigalium, vel pedagiorum, vel gabellarum, vel aliarum rerum publicarum.

28 Secundo requiritur, fuisse expressè conuentum, societatem debere continuare in hæredes, vt dicitur *in dist. 1. adeo*, & declarat ibi glos. ceterique scribentes, Coto. *consil. 121. sub num. 1.* qui dicit, in dubio non esse præsumendum, partes voluisse, vt societas transeat ad hæredes, quia in dubio standum est regulæ, pro qua præsumitur, Bart. *in l. quoties, ff. si quis cau. ac ideo* Mant. *de tac. & arb. conuent. lib. 6. tit. 24. n. 24.* dicit, hanc conventionem debere esse claram, & certam, nempe vt non finiatur per mortem vnus, sed vt transeat ad hæredes, nec sufficeret, quod dictum fuisset, pro se, & hæredibus, nam posset intelligi, vt hæredes esset obli-

- gati soluere quantitatem promissam, non autem, quod societas transiret ad hæredes, vt per Mantio. *loc. cit.* & hoc requisitum esse omnino necessarium, dixit etiam Ruin. *in consil. 90. sub num. 11. lib. 1.* nec in dubium reuocari potest, cum de ipso fiat mentio tam *in dist. leg. adeo*, quam *in dist. leg. verum*, §. *in hered. ff. pro soc.*
- 30 Tercio requiritur, vt persona sit habilis, vt per glos. & Bart. *in dist. leg. adeo*, Post. *in dist. §. manes*, *Inst. de soc.* Petrus de Vbald. *de duobus fratr. part. 11. num. 2. in fin. Rip. respons. 15. num. 8. de oblig. Mantio. dist. tit. 14. num. 22. & 15. ac Ideo*, si industria personæ esset necessaria, non continuaretur cum papillo, Mantio. *loc. cit. num. 26.* Ludou. *conclus. 53. versic. tertio*, quod persona sit habilis, pag. mibi 132. Surd. *in dist. consil. 20. num. 5.*
- 31 Quarto secundum Ruin. *in dist. consil. 90.* requiritur, vt plures sint, qui vt & g. alia conduxerint, cum glos. in numero plurali loquatur. Verum glos. loquitur in numero plurali, quia non potest dari casus, vt vnus solum contrahat societatem conducendo vt & g. alia, nam hæc esset mera conductio, non autem societas: possit bene conductor facere pactum, vt conductio transiret ad hæredes, quod non solum conductio non repugnat, sed eius est natura, *leg. vnam veritatis, C. loc. crederem tamen*, verum esse, quod Ruin. subiungit; † quod si vnus conduceret vt & g. alia, & postea alium in socium adscriberet, & cū eo faceret pactum, vt illa societas transiret ad hæredes, tale pactum non valeret, quia deficeret aliud requisitum, de quo mox dicam, nempe consensus locatoris. Vnde, † si ille, qui conduxit vt & g. alia in ascribendo sibi socios, faceret pactum cum consensu locatoris, vt illa societas transiret ad hæredes; absque dubio pactum valeret, & suum deberet habere effectum. † Et eadem ratione, si quis conduceret vt & g. alia hoc pacto, vt illa conductio ad hæredes transiret, & postea socios sibi adscriberet, illa societas non transiret ad hæredes adscripti, quorum respectu deficeret consensus locatoris.
- 32 Quinto igitur requiritur, vt pactum quod societas vt & g. alia transeat ad hæredes, sit à locatore confirmatum, & hoc est, quod dicit glos. *in dist. leg. adeo*, *in verbo, adscripta, in fin.* nec sufficit sociis inter se ita pacisci, nisi & locator consentiat, vt ex mente glosæ *in dist. leg. adeo*, tradit Ruin. *in dist. consil. 90. sub numer. 11. versic. & dato etiam.*
- 33 Quod autem dictum fuit in istis societatibus rerum publicatum fieri posse pactum, vt societas ad hæredes transeat, debet intelligi ad primum hæredem, non autem ad hæredis hæredem, glos. *in l. nulla, ff. pro soc.* cum qua glos. communiter transire Doctores, dixit Corn. *in dist. consil. 121. sub num. 1.* quam glosam refert, & sequitur Post. *in dist. §. manes*, *Inst. de societ.*
- 34 Quarto regula supra posita, societatem non transire ad hæredes, sed morte vnus extinguam limitatur respectu lictorum, & damnorum, quæ ad hæredes transire, non est dubium, Aret. *in dist. §. manes*, *Inst. de soc.* Bald. *consil. 77. num. 1. lib. 2.* Ruin. *consil. 90. nu. 11. consil. 91. & consil. 116. lib. 1.* Rip. *respons. 15. num. 5. & seqq. de verb. oblig.* Rim. Iun. *consil. 52. nu. 14.* Corn. *in dist. consil. 112. lib. 1. per totum*, Mantio. *de tacit. & amb. conuent. lib. 6. tit. 24. num. 33.* Petrus de Vbald. *de duobus fratrib. part. 1. sub num. 32.* Paris. *consil. 72. num. 39. lib. 1.* Anton. Cioll. *consil. 50. num. 1. lib. 2.* Surd. *in dist. consil. 20. nu. 16. & seqq.* Heft. Felice. *de societ. cap. 32. num. 52.* † Et est ratio, quia omnis actio actiue, & passiuè ad hæredem transit, *l. si passum, C. de probat. leg. 1. C. de hered. actio. & de actionibus societatis loquitur rex. in leg. 3.* vbi Bald. *l. pro soc. nec non leg. nemo, l. verum, §. in heredem,*
- 39 & *l. actione, §. in rem certam, & §. morte, ff. pro soc.* † Hæreditas enim est successio in vniuersum ius defuncti, *leg. hereditas, ff. de reg. iur. leg. nihil aliud, ff. de verborum*
- 40 *oblig.* vnde quantum ad hoc † hæres censetur vna, eademque persona cum defuncto, §. *pro. Auth. de iur. iur. à mot. prest.*
- 41 Quod tamen declarant, procedere in lucro, & damno proueniente ex re gesta, antequam finita sit societas, ita declarat Ruin. *in dist. consil. 90. num. 11. versic. non obstat, & in consil. seq. versic. itam non obstat.*
- 42 Et licet alij teneat, hoc procedere etiam in lucro, & damno oriente ex re communi post dissolutam societatem, per tex. *in leg. actione, §. in rem certam, & in §. morte, versic. sed quod ex re communi*, vbi Alber. *ff. pro soc.* quod ex pluribus probat Paris. *consil. 82. num. 38. lib. 1.* quem secutus fuit Surd. *in dist. consil. 20. num. 16.* & sequi videtur Mant. *loc. cit. num. 33. & 34.*
- Attamen, si rectè animaduertantur textus citati, ita clara est ipsorum intelligentia, vt de auctoritatibus
- 43 Doctorum parum sit curandum. Et † primum in memoriam reducere oportet, quæ diximus supra *in cap. 23.* circa dotium lucra, quod li certum est, locum aliquid lucraturum fore ex actione, iam durante societate acquisita; & tunc illud lucrum commune esse debet, licet finita iam societate cum effectu acquiratur, ac propterea hoc casu socius tempore diuisionis debet dare fideiussorem de restituenda sociis parte futuri lucri: secus autem, si non fuerit acquisita aliqua actio, ex qua certum sit, maritum aliquid lucraturum fore: quam distinctionem probat primo rex. *in leg. omne as, ff. pro soc.* vbi dicitur, quod omne æs, quod ab vno ex sociis, manente societate, contractum est, de communi solui debet, licet finita iam societate, veniat soluendum, & ita à contractio, omne lucrum acquisitum durante societate, debet esse commune, licet, finita iam societate, exigendum veniat. Idem probat rex. *in leg. quid si eo tempore, ff. pro soc.* vbi glos. dicitur enim ibi, quod lucrum dotis debet esse commune inter fratres, si actio ad illum lucrum factis acquisita durante societate, licet ipsa finita veniat exigendum. Ex quibus
- 44 colligere licet distinctionem in proposito; † Quod omne lucrum, ac omnis actio acquisita durante societate, ac omne damnum, ad quod societas erat obligata ante extinctionem transire ad hæredes: secus si actio ad lucrum, seu obligatio ad damnum non erat orta durante societate, & vltima iura superius allegata, probat rex. *in leg. nemo potest, cum l. seq. ff. pro soc.* quibus in locis habetur, actionem socio acquisitam durante societate transire ad hæredes, ad idem est tex. *in leg. verum, §. in heredem, ff. eod.* & clarius habetur *in leg. actione, §. si in rem certam, ff. eod.* cuius tex. hæc sunt verba: *Si in rem certam emendam, conducendamue cosa sit societas, tunc etiam post alicuius mortem, quequid lucri, detrimētūe factum sit, commune esse, Labeo ait.* Et est ratio, quia facta emptione, vel conductione, statim sociis acquiritur ius ad omne futurum lucrum: vnde licet antequam res emptæ vendantur, vnus ex sociis decedat, eius tamen hæredes partem futuri lucri habere debent, quia lucrum prouenit ex re perfe&ta durante societate. Et hanc existimo esse germanam intelligentiam istius tex. prout eodem modo declarati, ac interpretati debet *dist. lex actione, in §. morte, & lex cum in societate contractibus, C. pro soc.* Et ita concordari possunt diuersæ opiniones.
- 45 Quinto limitatur regula, vt societas non transeat ad hæredes, si aliter disposuerit testator, quod hæredes obseruare tenentur, Decian. *consil. 22. nu. 11. lib. 1.* Dec. *consil. 441. num. 2. eius seqq.* Ruin. *consil. 91. num. 7. lib. 1.*



Verum, ut dicit Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 24. nu. 29. hinc non potest dici, quod non solvatur societas, sed societas per mortem vnius ex sociis soluta renouatur per heredes de mandato testatoris: sed, an, & quando testator possit mandare, heredes in communione, & societate continuare debere videbimus in cap. 43.

46 Sexto limitatur conclusio respectu rerum communium, in quibus certum est, durare effectum societatis, l. actione, §. 1. & §. morte, ff. pro soc. l. verum, §. in heredes, ff. eodem, Corn. consil. 134. num. 11. lib. 1. Mant. loco proximo citato, num. 72.

47 Septimo limitatur, quantum ad hoc, vt negotium incæptum à defuncto debeat perfici ab herede, vt est tex. in l. heres socij, ff. pro soc. Rin. consil. 216. num. 1. lib. 1. Decian. consil. 15. numero 11. lib. 2. Mant. loco cit. numero 31.

Omnia superius tradita de morte naturali procedunt, modo aliqua dicenda remanent de morte ciui-

48 li, ¶ qua pariter societatem solui; & sic maxima, vel media capitis diminutione, dicit tex. in l. verum, §. societas, ff. pro soc. l. 4. §. dissociamur, & l. actione, §. morte, & §. publicatione, ff. eod. & de maxima capitis diminutione non est dubium: ¶ in quam incurrunt illi, qui ultimo

49 sunt damnati supplicio, l. qui ultimo, ff. de pen. ac damnati ad bestias, l. aut damnati, §. quicumque, ff. eod. Obiecti, & subiecti bestiis, l. pena, ff. ad l. Pöp. de parric. Qui ad pretium participandum venundari patiuntur, §. 1. Inst. de cap. dimin. capti ab hostibus, qui olim serui fiebant, §. serui, Inst. de iur. person. licet hodie secus sit inter Christi fideles, nisi quatenus hoc iure vtimur contra Turcas, & Saracenos, Atet. in §. item ea, Inst. de ver. dimis. & in §. eiusque, quibus non est permis. sine testamētum, Alciat. in l. hostes, ff. de verbo sign. Damnati ad metallū, ad triremes, vel ad aliud opus perpetuum, vt in d. §. 1. Inst. de cap. dimin. Qui tamen hodie, cum liberi remaneat, non possunt dici, quod incurrant in maximam capitis diminutionem, Auth. sed hodie, C. de donat. inter vir. & vxor. Batt. in l. qui, ff. de pen. maxima enim capitis diminutio ea est, ex qua simul, & libertas, & ciuitas amittitur, vt in d. §. 1. Inst. de cap. diminuit.

50 Et idem dicendum est de media capitis diminutione, l. verum, §. societas, ff. pro soc. de qua duo ponuntur exempla in §. 1. primum de interdicto aque, & ignis, quod hodie in excommunicatis verificatur, ac ideo dicendum est, ¶ excommunicationis finiti societatem, Mant. de tac. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 24. num. 6. & licet contrarium defendere conetur He& Fel. de societ. e. 33. nu. 7. cum ipsis contrahere non sit vetitum, e. felicit. §. verum, de pen. in 6. attamen, si non ipso iure, in consequentiam tamen diceret soluta societas, cum enim non possit cum excommunicatis maiori excommunicatione haberi commercium, si excommunicatus absolutionem non petat, non poterit amplius esse socius, cum socij necessitatem habeant in simul tractandi.

51 Aliud est exemplum de deportatis, vnde deportatione societatem finiri volunt, vt per glos. in §. soluitur Inst. de societ. & licet Fab. ibi dicat non solui, quia

52 ¶ deportatus post deportationem sibi acquirit, leg. si mandauero, leg. si cuius, ff. mand. leg. si deportati seruo, ff. de leg. 3. præcipue cum non amittat ea, quæ sunt iuris naturalis, & gentium, leg. quidam, ff. de pen. attamen respondet Angel. sat esse amittere ciuitatem, & bona, in quibus Fiscus succedit.

53 Ex qua ratione dicendum est etiam, bannitione societatem finiri; licet enim maxima sit controuersia inter scribentes, an banniti nostri temporis æquipa-

rentur damnatis in metallum, deportatis, vel relegatis, de quo latè per Peregrin. de iur. Fisc. lib. 3. tit. 7. & Farinac. quest. 102. & de ipsorum successione dicam infra in tertia parte, cap. 17. tamen sat est ad propositum, & ciuitatem, & bona amittere, ex quo sequitur in necessariam consequentiam, in societate amplius perducere non posse.

55 Quod extendendum est ad ingressum religionis, cum religione ingrediens pro mortuo habeatur, leg. Deo nobis, C. de Episc. & cler. & non amplius sit sui iuris, Bart. in l. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. He& Felic. de societate, cap. 33. nu. 9. & seqq. & latè Gratian. in d. cap. 852. num. 12.

56 Minima verò capitis diminutione societatem non extinguere, certissimi iuris est, cum per ipsam neque libertas, neque ciuitas amittatur, vt per Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 24. num. 8.

## SUMMARIUM.

- 1 Renouatio societatis non presumitur.
- 2 Facta non presumuntur.
- 3 Societates possunt renouari expresse, & tacite: requiritur tamen consensus utriusque partis, num. 4.
- 5 Pacta apposta in contractu renouationis societatis debent obseruari.
- 6 Societas tacite renouari potest, & num. 8. & de ratione, num. 7. requiruntur tamen alii sociale, num. 11.
- 9 Locatio presumitur renouata, si conductor finita locatione permoneat in re conducta.
- 10 Societas potest renouari tacite, etiam cum minore.
- 12 Alii sociale in presumenda renouatione quales esse debeant, & num. seq.
- 13 Renouatio societatis presumitur ex actibus, qui communiter fieri solent inter socios, licet à principio non essent sufficientes ad ipsam inducendam: quod tamen procedit, si tale solitum probetur, vt num. 15. & de disconsensu non appareat, vt num. 16.
- 14 Argumentum valet à communiter accidensibus.

## An societas possint renouari

## CAP. XLII.

Vldimus an, & quando societates inter fratres tacite intelligentur contractæ, & an, & quando debeant dici

- 1 renouatæ. Sed prius querendum est in hoc capitale, ¶ an verum sit, contrahari, & renouari posse societates. Et licet renouatio non presumatur, nisi probetur, Castren. cons. 7. lib. 1. Corn. cons. 54. nu. 2. lib. 1. Menoch. cons. 121. n. 70. in fin. lib. 2. nec non de presumpt. lib. 3. presumpt. 57. num. 1. Malcard. de probat. conclus. 151. num. 9. Mant. de tac. & amb. conuent. lib. 6. tit. 26. n. 7. vti enim
- 2 quid facti presumi non debet, ¶ cum facta non presumantur, leg. in bello, §. facta, ff. de capt. & post reuers. attamen certum est, posse renouari, expresse nempe, & tacite, l. plane, ff. pro soc. Alex. cons. 136. lib. 5. ¶ Expresse si manifestis verbis id fiat, l. 4. cum l. seq. ff. pro soc. Soc. cons. 87. n. 9. in fin. lib. 1. Menoch. d. cons. 121. n. 72. & in d. presumpt. 57. nu. 2. Mant. loc. cit. num. 1. & 2. He& Fel. de societ. e. 41. nu. 2. requiritur tamen consensus utriusque partis, vt per Soc. loc. cit. nu. 26. ¶ & omnes solemnitates interuenire debent, quæ essent necessariae in ipsa contrahenda, Paris. cons. 82. num. 68. lib. 1. De qua si expresse appareat, cessat omnis scrupulus, Alex. cons. 136. lib. 5. Decian. cons. 60. num. 35. lib. 2. & ¶ omnia pacta in ipsa renouatione apposta seruari debent, dummodo do iniustitiam non contineant, Paris. in d. cons. 82. nu. 70.

de qua renouatione nostra non est disputatio.

- 6 Secundo modo renouari potest societas tacite, prout etiam tacite contrahi potest, *Instit. de sociis in prin. cip. & in l. consensu, ff. de obligat. & dictum fuit supra in cap. 2. haredem parte, & docet Socin. d. consil. 87. num. 8. & num. 11. lib. 1. Carp. sup. stat. Mediol. cap. 483. nu. 66. Mant. & alij locis citatis. Et est ratio, ¶ quia societas consensu contrahitur, & renouatur, qui consensus non solum expresse, sed etiam tacite demonstrari potest, *l. pro hared. §. Papinianus, leg. si auia, C. de iur. delib.* & declarat Barr. in *l. Titium, §. Menium, §. altero, ff. de admin. tut. consentunt tradita superius in d. cap. 2. quæ hic non repetam.**
- 7 Et de renouatione adest tex. expressus in *l. plane, ff. pro soc. quem tex. loqui de tacita renouatione, dixit Abb. in consil. 87. num. 2. part. 2. ex illis verbis, animum inuenit societatis, frustra enim de animo fieret mentio, si de expressa renouatione apparet; sic etiam innuit tex. dum vult ex postea gestis animum præsumi, præterquam quod lex debet semper intelligi in casu dubio, verum nulla fuisset dubitatio, si expresse fuisset facta renouatio, ac ideo de tacita renouatione eam intelligi Abb. loc. cit.*
- 8 Et quemadmodum ille, qui finita locatione permanet in re conducta, reconducere videtur, *leg. item quaritur §. qui impleto, ff. loc. Mant. d. tit. 16. nu. 3. ita dicendum est de societate, cum in utroque casu sufficiat consensus absque alia solemnitate, vt farentur Rom. consil. 418. Corn. consil. 52. nu. 1. Castren. consil. 73. vers. habeat ergo, lib. 1. Dec. consil. 213. num. 10. Ial. consil. 33. in fin. lib. 3. Patil. consil. 82. num. 35. lib. 1. Menoch. d. d. consil. 111. num. 72. & d. præsumpt. 57. nu. 2. Mant. loc. cit. num. 4. Heck. Fel. in d. cap. 41. num. 3.*
- 9 Quod ampliant procedere, etiam si agatur de interese minorum, cum quibus etiam tacite potest renouari societas, *Bald. in l. mandatum, in 3. oppos. C. mand. Barbat. consil. 31. lib. 1. Soc. consil. 160. lib. 2. Abb. in d. d. consil. 87. in fin. Cora. consil. 61. lib. 1. Patil. d. d. consil. 82. nu. 35. lib. 1. accedente tamen tutorum, vel curatorum contentu, vt per suprascriptos Doctores, cum enim etiam cum ipsis quandoque tacite intelligatur contracta societas, vt supra dictum fuit in cap. 15. eadem ratione debet dici, posse intelligi renouatam.*
- 10 Non est tamen dubium, necessarios esse actum sociales ad hoc, vt renouata dici possit, licet enim Paris. in *d. d. consil. 81. num. 36. & 37. dicat, ex sola patientia intelligi renouatam societatem, ipse tamen loquitur in casu particulati, in quo conuentum erat, solam pecuniarum præstationem sufficere; sed regulariter, cum renouatio non præsumatur, vt supra dictum fuit, necessarii sunt actus, ex quibus præsumi possit.*
- 11 Sed dubitatio est, quales illi actus esse debeant; & licet multi dicant, eosmet esse de iure, qui requiruntur ad inducendas tacitas societates, de quibus superius suis locis; dum de variis generibus societatum, quæ tacite quandoque inter fratres contrahi solent, vidimus; ac earum requisita posuimus: attamen animaduertendum est; absque dubio per actus illos, quibus inducitur societas, etiam renouationem præsumi; sed leuioribus etiam probationibus esse sufficientes; ¶ nam, vt dicit Socin. in *consil. 87. nu. 12. lib. 1. ad hoc, vt societas contracta præsumatur, requiruntur actus, qui citra nomen, & ius societatis fieri non possunt, in præsumenda verò renouatione, sat est, vt interueniant actus, qui communiter fieri solent inter socios, licet à principio non essent sufficientes ad ipsam societatem inducendam: ¶ valet enim argumentum à communiter accidentibus, *leg. quod si nolis, §. quia assidua, ff. de**

*adil. ed. l. leg. vel vniversorum, ff. de pignor. act. leg. si fundus, ff. de leg. com. leg. semper in stipulationibus, ff. de reg. iur. cum sim. ¶ Id tamen intelligendum est, si probetur, solitum esse, & quodammodo consuetudinem extare, vt ex illis actibus intelligatur renouata societas, & hoc est, quod dixit Socin. *consil. 160. num. 8. & consil. 162. num. 10. lib. 2. & docet Menoch. consil. 121. num. 106. lib. 2. ¶ quæ præsumptio cessaret postea, si de consensu ex aliis apparet, vt per Castr. consil. 73. lib. 2. & Menoch. loco citato.**

### SVMMARIVM.

- 1 Renouata intelligitur societas, si capitale remansit in communi, & eodem modo, & forma socij negotiari continentur: etiam si adsint minores, num. 8. accedente tamen curatorum consensu, num. 9. declaratur num. 11.
- 2 Locater, qui permittit conductorem stare in re locata, relocasse præsumitur.
- 3 Aditio etiam ex non facta resultat.
- 4 Socij, si separatim negotiari incipiant, societas præsumitur soluta.
- 5 Societas præsumitur finita, quando socius agit pro recuperatione sua portionis.
- 6 Contrarium eadem est disciplina.
- 7 Voluntas contrahentium desumitur à priori, à posteriori, & ab utroque simul.
- 10 Patrius negotiando cum pecuniis minorum, præsumitur velle continuare societatem.
- 11 Lucrorum communicatio eo magis arguit societatis renouationem, & num. 36.
- 13 Socius negotiando cum capitali socij finita iam societate, an præsumatur societatem renouasse; & pro negatiua multi citantur, num. 19. & contrariis auctoritatibus respondetur, num. 31.
- 14 Rusticus retinendo bestias finita societate, eam continuare velle præsumitur, & de ratione, num. 24.
- 15 Patientia, vt socius negotietur cum capitali socij, an inducat societatis renouationem.
- 16 Nemo præsumitur suum iactare velle.
- 17 Nemo præsumitur velle delinquere.
- 18 Dimittens capitale apud socium facit actum posituum; contra num. 20. & 31.
- 21 Socius retinens pecunias socij, tenetur solui ad usuras, & num. 27. & 29. & declaratur num. 30.
- 22 Societas non re, sed consensu contrahitur.
- 23 Renouata ad hoc, vt dicatur societas, requiritur consensus omnium sociorum, & num. 26.
- 25 Lex, item quæritur, §. qui impleto, ff. loc. non extenditur ad contractus similes.
- 28 Vbi nulla est mora, ibi nulla culpa.
- 33 Renouata præsumitur societas ob pactum precedens, declaratur num. 34.
- 39 Renouata præsumitur societas, si ipsa finita, & factis computis, iterum capitale ponatur in communi, & eandem socij sequatur negotiandi formam.
- 37 Renouata præsumitur societas, si ita consuetudinem adesse probetur.
- 38 Renouata præsumitur societas, si non obstantia diuisione, omnia in communi possideantur.
- 39 Communie habitatio Apotheca solet arguere societatis renouationem.
- 40 Renouata præsumitur societas ex actibus, ex quibus dicitur contracta.
- 41 Renouata præsumitur societas ex actibus, qui fieri non possunt citra consensum renouationis.
- 42 Renouata præsumitur societas, si ita testator ordinauerit.
- 43 Eo nomine, quo iussit testator, factum esse præsumitur.

Ex qui-

Ex quibus societas intelligatur continuata, seu renouata

## CAP. XLII.

**D**iximus in capitulo superiori, societatem tacite posse renouari, nunc ex quibus tacite renouata intelligatur, breuiter videndum erit.

- 1 Et primo renouata præsumitur societas, si finita prima capitale remaneat in communi, & socij communi nomine negotiari continuat, eodem modo, & forma, quæ antea facta fuit, nihil de prioris forma immutandum; hæc fuit opinio Bald. in l. mandatum, in 1. oppos. C. mand. quam probat Socin. conf. 87. n. 13. lib. 1. † & simile desumuntur ex leg. item quaritur, §. qui impleto, ff. loc. & l. qui ad certum, ff. eod. quibus in locis probatur, locatorem, qui permittit, conductorem stare in re locata, relocalle præsumi, & ad societatem arguunt, ut per Abb. conf. 87. part. 1. qui dicit, non obstare patientiam non posse inducere societatem, tamquam non factam,
- 2 † nam etiam ex non factis resultat aditio, l. 1. C. de repud. hered. Bar. in l. gerit. ff. de acq. hered. scribentes in l. non hoc, C. und. cogn. Secundo, † si cum quâdo socij separatim negotiari incipiunt, soluta præsumitur societas, l. itaque ff. pro soc. ita à contrat. o. si communiter negotientur, debet præsumi renouata, † Tertio, quemadmodum finita præsumitur societas, quando socius agit pro recuperatione suæ portionis, l. allione, ff. pro soc. ita etiam debet præsumi renouata, si patiatur, suam portionem in communi manere, cum † contratorum eadem soleat esse disciplina, l. 1. ff. de bis, qui sunt sui, vel alior. iur. † Quarto, qualis sit voluntas contrahentium desumitur à priori, & à posteriori, & ab utroque simul, Bald. in l. multum inter est, C. si quis all. vel sib. ac in casu proposito præcedentia arguunt societatem, & actus subsequentes sunt conformes, ergo societas præsumitur; & hanc opinionem secuti fuerit Crauet. conf. 286. vers. sed præmissis, Alex. conf. 32. lib. 5. qui id ex pluribus probat, Bal. conf. 1. nu. 5. & 6. lib. 3. & consil. 1. nu. 3. eod. vol. Socin. consil. 160. num. 1. lib. 2. Ceph. consil. 483. n. 8. lib. 4. Et si non mutata fuerit forma prioris obligationis, Decian. conf. 60. n. 31. lib. 2. Menoch. plures cumulans consil. 121. n. 71. lib. 2. idemque reperit de præsump. lib. 3. præsumpt. 57. num. 4. idque patum difficultatis habere Ludou. conclus. 53. vers. tacite autem, pag. mibi 133. Mascard. conclus. 1310. num. 10 Hond. consil. 85. num. 26. lib. 1. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 26. nu. 8. Heñ. Felic. de societate, cap. 4. num. 5.
- 3 Quod ampliatur procedere, etiam si superstitēs sint minores, Bald. in d. l. mandatum, in 3. oppos. C. mand. & eodem modo negotientur, & eisdem ministris vtiuntur. Decian. consil. 85. nu. 16. lib. 2. si enim etiam cum minoribus tacito consensu contrahitur societas, ut supra suis locis fuit dictum, tacito etiam consensu poterit renouari, arg. l. nuptiæ, ff. de rit. nupt. l. si ut proponas, C. de nupt. & tradit Abb. d. conf. 87. in fin. Alex. d. conf. 132. nu. 2. lib. 5. Dec. conf. 441. num. 5. & 6. & conf. 548. per totum, Corn. conf. 1. lib. 1. Soc. d. conf. 160. num. 1. lib. 2. Ceph. d. conf. 483. num. 8. lib. 4. † id tamen omnes intelligunt, accedente curatorum consensu, saltem tacito, per ea, quæ dixi superius hac eadem parte, cap. 15.
- 4 Mant. de tac. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 26. nu. 15. † nisi tamen patruus negotiaretur cum pecuniis pupillorum, tunc enim absque alio consensu, ad euitandum delictum, præsumitur renouata societas, ut per Crau. d. conf. 296. de quo etiam supra in d. cap. 15.
- 5 Et omnia supraddicta eo magis procederent, si con-

- staret etiam, lucra omnia in communi fuisse possunt. Abb. in d. conf. 87. lib. 2. Menoch. d. conf. 121. sub num. 75. Lud. d. vers. tacite autem. Heñ. Fel. sub d. num. 5. in fin.
- 6 Ex quibus constat, hanc præsumptionem locum non habere, si mutata esset forma primæ negotiationis, si libri aliter inscribi cepissent, si vnus actus communicationis ignoraret; si lucra vti particularia, & propria non fuissent participata; si aliter declarasset, se in communionem, ac societate amplius permanere nolle; & si demum, existentibus minoribus, curatorum non accessisset consensus, ut ex supraddictis colligere licet, & innuit Mant. de tac. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 26. num. 8. & seqq. Menoch. d. præsumpt. 57. nu. 13.
  - 7 Secundo, renouata præsumitur societas, si facto computo primæ societatis, remaneat capitale peers socium, & socius ipso capitali proprio nomine, prout etiam antea facere erat solitus: negotiorum: ita ut non appareat, quantum ad hoc, mutatam fuisse formam primæ societatis. Verùm hoc casu diuersæ sunt opiniones, Petrus de Vbald. de duob. fratrib. par. 5. nu. 39. hanc sequitur sententiam, † ponit etiam quæstionem de societate contracta cum rustico, cui per quinquennium fuerint datae duæ Vaccæ ad pascendum, & dicit, quod, si elapso quinquennio rusticus eodem modo periret, tacite prima societas dicitur renouata, per text. in leg. item quaritur, §. qui impleto, & leg. qui ad certum, ff. loc. eandem opinionem amplecti videtur Paril. consil. 82. num. 36. lib. 1. ubi vult, † solam patientiam, socium negotiari cum capitali socij, arguere societatem: pro eadem opinione allegatur Socin. conf. 87. sub num. 12. & Alex. conf. 136. lib. 5. Ludou. conclus. 53. vers. vter tamen videtur pag. 133.
  - 8 Nec sine ratione loquuntur, primo, quia non est præsumendum, aliquem velle iactare suum, leg. cum de indebito, in princ. ff. probat. & omnis alia interpretatio potius sumenda est, Menoch. de arbit. iud. lib. 1. casu 88. nu. 1. at, si illa dimissio capitalis non intelligeretur facta animo contrahendæ societatis, dimittens iactaret suum, & fieret interpretatio donationis lucra ex illa societate prouenientis, ergo &c. Secunda ratio desumpta est ex regula, † quod nemo præsumatur velle delinquere, l. merito, ff. pro soc. at si in casu nostro diceremur, contractam non esse societatem, socius delinqueret negotiando cum aliena pecunia, l. & si socius, ff. de furi. Crau. conf. 286. vers. tertio nisi ergo &c. Tertia ratio, quæ vltus fuit Alex. in conf. 136. num. 4. est huiusmodi, † dimittens capitale apud socium facit actum positivum, videtur enim capitale apud se habere ob finitam societatem, & breui quadam manu ipsum socio tradere, ad text. in leg. singularia, ff. si veri. pems. at ex actu positivo inducitur societas, ergo &c.
  - 9 Alia fuit opinio, quod imo isto casu non intelligatur renouata, seu continuata societas, quam opinio nem tenuit Castren. conf. 435. nu. 1. lib. 1. quem secutus fuit Crot. conf. 15. n. 15. Decian. conf. 60. nu. 36. lib. 2. Menoch. d. conf. 111. num. 83. qui idem confirmat de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 57. nu. 7. quæ opinio placet etiam Heñ. Felic. de societate, cap. 4. sub num. 13. & eam verissimam existimo. Primo, quia, ut dicit Menoch. in citato conf. 111. num. 83. † dimissio illa capitalis est actus non facti, & solum quoddam silentium, ex quo non potest induci societas, cum tamquam inefficacis non possit interpretari certo modo; fieri enim potest, quod fuerit dimissum causa custodiæ, ut dixit Crot. in dict. consil. 15. num. 15. & sequuntur alij, de quibus per
  - 10 Menoch loco citato. † Secundo, ad idem plurimum confert text. in leg. factum qui in eodem, ff. pro soc. vbi dicitur, quod socius retinens pecuniam alterius socij, re-

cur solum ad vsuras, & ea, quæ illis pecuniis acquirit, sibi acquirit, retentio igitur capitalis socij non inducit societatem, & cõmunione; de quo pasiter  
 12 Menoch. in *dist. consil. 121. num. 87.* † Tertio, certum est, contractum societatis non re, sed consensu contrahi, *leg. ut si pro socio actio, ff. pro soc. gl. in leg. 4. in princ. & in leg. margaritam, ff. eod. nec sufficit consensus vnus, nisi omnium adfacit: ut illa dimissio capitalis non arguit consensum dimittentis, cum tamquam quoddam silentium possit diuersimodè interpretari, ergo & c. imò dato, quod ex dicto silentio possit aliquo modo dici, dimittentem consensisse; hinc tamen non sequitur, ad idem concurrisse consensum retinentis capitale, & tamen † vtriusque consensus dicitur necessarius, vt in renouatione probat *tex. in leg. planè, ff. pro soc. Decian. d. consil. 60. nu. 40.**

Non obstant modo argumenta in contrarium adducta: quantum enim ad id, quod tradit Petr. de Vbal.  
 24 † responderetur, ibi apparere de consensu locatoris, & conductoris: vnde non est mirum, locationem intelligi renouatam, ita responderet Decian. *d. consil. 60. sub nu. 35. vers. quarto pariter non obstat, dicitur autem apparere de consensu vtriusque, quia quantum ad conductorem, si aliter dicemus, fateri oporteret, ipsum deliquisse, colendo ex. gr. agrum alienum, quod præsumi non debet, l. merito, ff. pro soc. ita declarat Alexand. in d. consil. 132. nu. 10. quod non est in societate, vt in responsione ad secundum argumentum: quantum vero ad locatorem pariter consensus præsumitur; quia locator nil aliud facere debet, quam pati, conductorem frui re locata, *leg. ex conducto, in princ. ff. loc. quod cum faciat, dicitur consecrare; quam Alexand. responsionem sequitur Menoch. in d. consil. 121. nu. 80. & seq. ac propterea volunt, † disposita in d. l. §. qui impleto non extendi ad contractum similem, Alexand. consil. 76. nu. 5. lib. 5. Crauet. consil. 87. num. 3. aliz rationes pariter non obstant: † non prima, quia dato, quod dimittens capitale habuisset animum renouandi societatem, tamen non sufficit, cum etiam alterius necessarius sit consensus, vt supra in tertio argumento, Petrus de Vbald. *de duobus fratribus, part. 3. num. 16. Alexand. d. consil. 132. num. 10. lib. 5. Corn. consil. 54. num. 2. lib. 1. & fuit responsio Menoch. in d. consil. 121. num. 75. & 76. necnon Deciani, qui in eodem casu consuluit d. consil. 60. sub nu. 35. vers. quinto non obstat. † Ad secundum argumentum responderetur ex mente Castren. in d. consil. 415. lib. 1. & Alexandri in d. consil. 132. num. 10. lib. 5. Non esse verum, socium negotiando cum alterius pecunia esse in dolo, quia  
 28 † vbi nulla est mora, ibi nulla culpa, *leg. lecta, vers. sic dicebam, ff. si cert. petat. & nulla potest esse mora, vbi nulla est petitio, leg. nulla intelligitur, ff. de regul. iur. notant omnes in leg. quod te, ff. si cert. petat. & licet socius, qui socij pecuniam habet, teneatur actione pro socio ad eius restitutionem, non tenetur tamen, nisi petatur, imò imputandum est socio, qui finita societate potest repetere pecuniam, & non repetit, Paul. de Castri. in d. consil. 415. num. 2. lib. 1. & in terminis,  
 29 quod † socius finita societate tenendo pones se capitale socij, & cum ipso negotiando non dicatur delinquere, tenet Alexand. in d. consil. 132. num. 10. & secuti fuerunt Menoc. *d. consil. 121. num. 77. & Decian. d. consil. 60. num. 36. † Quod tamen limitatur, si agatur de interesse minorum, quorum bona ab aliis administrantur, vt curatoribus, & in istis terminis loquitur Crauet. in d. consil. 286. & probant argumenta  
 30 per ipsum allata, de quo supra suo loco † Ad tertium responderet Menoch. in d. consil. 121. num. 82, imò di-*****

missionem hanc capitalis non posse dici actum posituum, nec considerari posse illam traditionis fictionem, cum *lex singularia, ff. si cert. petatur.* in longè diuersis terminis loquatur, vt per ipsum: secunda est responsio, hanc fictionem in omnem casum posse considerari respectu dimittentis, non autem recipientis, quod non sufficit, vt supra dictum fuit ad secundum argumentum.

32 Ex quibus constat, ab hac opinione non esse iudicando, & consulendo recedendum, præcipuè cum auctoritates in contrarium allatæ facile tolli possint. Petrus enim de Vbaldis loquitur in casu, in quo de consensu vtriusque apparere poterat, vt supra dictum fuit. Paris tenet, dimissionem capitalis inducere societatem ob conuentionem præcedentem, de qua *num. 36. secundo responderet Decian. d. consil. 60. sub nu. 34. ipsum loqui in casu, in quo ille, qui retinebat capitale, communi nomine exercebat negociationem, alio sciente, & patiente, Socin. consuluit in casu, in quo vterque socius dimisit capitale in manus communis institutoris, qui communi etiam nomine societatem exercebat secundum antiquam negociandi formam, vt dixit Decian. *d. consil. 60. num. 33. Alexand. vero in d. consil. 136. lib. 5. loquitur in expressa negociatione facta mediante instrumento, vt pariter animaduertit Decian. loco citato, vers. sic opponitur: vnde d. cendum est, malè sensisse Ludou. in d. consil. 33. dum dicit, opinionem Petri de Vbald. Paris. Socin. & Alexand. *cotis litatis* esse veriorum, & communem; verior enim non est per rationes supra positas, nec communis dici potest, cum contrarium defendant omnes recentiores, & in contrarium allegati loquantur in diuersis terminis.**

33 Tertio, renouata præsumitur societas, si inter socios pactum adesset, vt illa societas transfret ad hæredes, tunc enim, si hæres socij mortui dimittat capitale apud alium socium, qui socius postea eandem sequatur negociandi formam, præsumitur renouata societas, vt per Paris. *consil. 82. numer. 36. & 57. lib. 1. quod sequitur Menoch. d. consil. 131. num. 88. & d. consil. 57. num. 8. † Quod tamen optimè procederet in societatibus vestigialium, ac aliarum rerum publicatarum, quarum natura est, vt ad hæredes ex pacto transeant; tunc enim eo modo negotiatum fuisse præsumendum esset, quo ex pacto fieri debebat: sed in aliis societatibus, que pacto quocumque non obstante, extinguuntur morte, potius attendendum esset, an mutata, vel non mutata esset forma primæ negotiationis, iuxta ea, quæ diximus supra in primo casu.*

35 Quarto, renouata debet dici societas, si finito tempore primæ societatis, redditisque hinc inde rationibus, vnusquisque suam accipit partem, tam capitalis, quam lucri, & postea iterum ponunt in communi capitale, & eandem sequuntur negociandi formam; tunc enim prima societas præsumitur renouata, cum illa nona dimissio capitalis sit factum, ex quo facto consensus arguitur *leg. Paulus, ff. rem rat. hab. ita Castren. consil. 73. lib. 1. Ceph. consil. 475. num. 30. lib. 4. Menoch. d. consil. 121. num. 9. & d. consil. præsumpt. 57. num. 10. He& Felic. de societate, cap. 41. num. 7. Carp. super status. Mediol. par. 1. cap. 483. num. 73. Mantice. de sacis. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 26. num. 15.*

36 Quinto, præsumitur renouata societas, si non obstante, quod societas fuerit soluta, vel facta diuisio, adhuc socij lucra omnia ad inuicem communicant; tunc enim ob illam luctorum, & damnorum communionem præsumitur, societatem renouate voluisse, Petrus de Vbald. *de duobus fratr. par. 3. quest. 1. num. 36. Socin.*

Sen. *consil.* 192. *versic. confirmatur, lib. 2.* Menoch. *diel. consil.* 121. *num.* 105. & *diel. presump.* 57. *num.* 14. He& Felic. *de societate, d. cap.* 41. *num.* 41.

37 Sexto, præsumitur renouata societas, si probetur, consuetudinem esse, vt illis concurrentibus dicatur renouata, Castrenf. *consil.* 73. *num.* 1. *lib.* 1. Socin. *Sen. consil.* 160. *num.* 8. *lib.* 2. Menoch. *diel. consil.* 121. *num.* 106. & *diel. presump.* 57. *num.* 15. He& Felic. *loco citato, num.* 10. quæ tamen consuetudo probari deberet in terminis, in quibus ageretur, vt per Mant. *diel. tit.* 29. *num.* 18. & insuper necessarium esset, vt de dissentio, & contracta voluntate nullo modo constaret; tunc enim consuetudo nihil operari posset, cum consensus sit de substantia reuocationis, vt per Mant. *loco citato, num.* 19.

38 Septimo, præsumitur renouata societas, si, non obstante diuisione facta, adhuc pro indiuiso, & in communi bona omnia possideantur, Rom. *consil.* 418. *lust. diel. cons.* 63. *num.* 13. Menoch. *cons.* 122. *num.* 5. & *diel. presump.* 57. *num.* 16. Mant. *d. tit.* 26. *num.* 14.

39 Octauo, pro coniectura renouationis adduci solet, communis habitatio Apothecæ, prout antea fieri solitum erat, Castrenf. *consil.* 350. *lib.* 1. Roman. *consil.* 168. Rimin. *consil.* 175. *num.* 2. *lib.* 1. Socin. *diel. consil.* 160. *num.* 3. quæ tamen sola coniectura non sufficit, vt per Menoch. *diel. consil.* 121. *num.* 103. sed solum alias coniecturas adiungere posset, Ludouic. *diel. conclus.* 53. *versicul. ista tamen coniectura, pag.* 134. He& Felic. *diel. cap.* 41. *num.* 6.

40 Nono, renouata præsumitur societas ex illis actibus; ex quibus dicitur contracta, Rimin. *Iun. consil.* 280. *num.* 17. *lib.* 3. Bursat. *consil.* 210. *num.* 2. *lib.* 1. quod in se nullam continet dubitationem, si enim illi actus sunt sufficientes ad ipsam inducendam, eo magis certum apti ad iam inductam renouandam.

41 Decimo generaliter dicendum est, intelligi renouatam societatem, ex illis actibus, qui fieri non possunt citra animum, & consensum renouandæ societatis, vt per Mant. *d. tit.* 26. *num.* 16.

42 Vndecimo, societas dicitur renouata, si renouari debere, testator suo testamento ordinauerit; & de aliqua diuisione non appareat, ¶ eo eam nomine, quo iussit testator, factum esse præsumitur. *l. qui negotiorum, ff. de admn. tut.* Bald. *in leg. cum oportet, C. de bon. g. lib. de quo dictum fuit etiam superioribus vnde solum restat videre, an, & quando testator possit grauare hæredes, vt in aliqua communione, vel societate perdurent, de quo in cap. sequenti.*

## SVM MARIVM.

- 1 Testator an possit prohibere diuisionem inter hæredes, & per totum.
- 2 Voluntas testatoris habeatur pro lege, declaratur numero 10.
- 3 Prohibitio diuisionis vsque ad certum tempus, à testatore fieri potest, & num. 26. etiam si fuerit facta per tempus incertum, num. 4. & num. 28. & etiam si aliqui fuerint minores, num. 27.
- 4 Prohiberi an possit diuisio durante vita sociorum, & num. 11.
- 6 Pactum, ut durante vita sociorum duret communio, an valeat, & num. 7.
- 8 Prohibitio testatoris, ut hæredes nunquam diuidere possint, non valet.
- 9 Lex, in hoc iudicium, si conueniat, quomodo intelligatur, & num. 11.
- 10 Locatio facta ultra tempus permissum non valet, nec etiam pro tempore permissa.

12 Testator potest cum causa prohibere diuisionem durante vita hæredum, contra num. 16.

13 Prohibitio diuisionis est prohibitio alienationis.

14 Alienatio in perpetuum à testatore prohiberi potest.

15 Prohibitio alienationis testatoris fortior est, quam prohibitio paciscentium, & num. 19.

17 Prohibitio diuisionis perpetua facta sub pœna priuationis hæreditatis valet, contra num. 18.

21 Prohibitio diuisionis in perpetuum valet, si fiat per viam conditionis, contra num. 22.

23 Testator, que facere non potest per viam dispositionis, nec etiam per viam conditionis facere potest.

24 Prohibitio diuisionis facta à testatore valet, si fuerit conformis prohibitioni legis.

25 Diuisi possunt bona aliqua superueniente causa, etiam si non posse diuidi præcedat testatoris dispositio.

29 Hæredes possunt diuidere, si ipsorum non inter sit in societate perdurare, non obstante testatoris prohibitione, ac etiam non obstante iuramento, num. 30. & possunt renuntiare prohibitioni paterna, num. 31. & sibi ad inuicem remittere iuramentum, num. 32.

An, & in quibus casibus possit testator prohibere diuisionem, & mandare, vt hæredes stent in aliqua societate, vel communione.

## CAP. XLIII.

**D**iximus in fine precedentis capituli, societatem intelligi renouatam inter hæredes testatoris, qui in suo ultimo testamento disposuerit, vt ipsius hæredes in aliqua societate, ac communione per manere debeant: eo enim nomine, quo iussit testator factum esse præsumitur. Nunc verò pro intelligentia istius conclusionis, videndum est, in quibus casibus testator possit prohibere diuisionem inter hæredes. Circa quod prima facie generaliter asserendum esse videbatur, ¶ testatorem hoc facere posse, & hæredes per ipsum disposita obseruare debere; ¶ cum voluntas testatoris pro lege habeatur, §. *disponas, Auth. de nup.* & in terminis de mandato testatoris, vt hæredes in societate permanant, Bald. *in l. 4 ff. de cond. inst.* quam opinionem probat Rol. *cons.* 84. *lib.* 1. qui primo dicit, certum esse, ¶ prohibitionem testatoris de non diuidendo vsque ad certum tempus valere, *l. 4 ff. de cond. inst.* Dec. *consil.* 264. & *consil.* 441. *nu.* 2. & 3. Ruin. *consil.* 34. *nu.* 10. *lib.* 1. *consil.* 121. *nu.* 3. & 5. *cod. lib.* & *consil.* 23. *lib.* 6. & de decenio loquitur Batt. *in l. quatuor ff. de ann. leg.* & sequuntur alij, quos Rol. citat *in d. consil.* 84. *nu.* 9. Secundo id ampliat Rol. ¶ etiam si propositio fuerit facta ad tempus incertum, hoc est, vt non possit fieri diuisio, donec viuant, vt per Flor. *in l. in hoc iudicium, §. si conueniat, ff. com. diuid.* qui existimant, ¶ dictum tex. dum prohibet, fieri pactum perpetue communionis, non procedere, quando communio non transit ad hæredes, sed durat solum durante vita sociorum, Alex. *cons.* 59. *lib.* 5. qui asserit, ¶ partes posse ad inuicem conuenire, vt societas, & communio duret, durante vita sociorum, & Dec. *consil.* 264. consuluit, valere conuentionem factam inter fratres, vt semper, perpetuo, & in perpetuum in communione permanant: hæc enim verba perpetuo, & in perpetuum, cum ad personas referantur, debent intelligi, durante vita ipsorum fratrum, quod fieri non prohibetur: & eadem ratione visus fuit Ruin. *cons.* 135. *lib.* 2.

7 Quibus tamen non obstantibus, dicendum est, quod

quemadmodum non valet pactum perpetuae commu-  
nionis, d. l. in hoc iudicium, §. si conueniat, ff. com. diuid. &  
8 dictum fuit supra in c. 37. num. 1. & seqq. ita etiam ¶ val-  
lidam non sit testatoris praeceptum, ut haeredes per-  
petuò in communione viuere debeant, arguendo de  
contractibus ad vltimas voluntates, leg. seruum filij, §.  
num. qui, ff. de leg. 1. Socin. conf. 278. num. 12. lib. 2. qui di-  
cit, falsam esse intelligentiam Florian. existimantis  
tex. in d. §. si conueniat, non prohibere pactum commu-  
nionis durante vita paciscentium: nam si hoc esset ve-  
rum, sequeretur, fieri posse pactum, ut in perpetuum  
non posset fieri diuisio, nam cum societas morte sol-  
uatur, l. verum, §. in heredes, ff. pro soc. semper tale pa-  
ctum in societate appositum, intelligeretur, durante  
vita sociorum: & tamen citatus tex. expressè disponit,  
non valere pactum, ut omnino diuisio non fiat.

9 Nec dicatur cum Rol. d. confil. 84. num. 12. illam di-  
uisione, omnino, habere naturam praecisam, & expo-  
ni totaliter, & indistinctè, ut per glo. & Bartol. in leg. si  
cum exiepi, §. quatenus, ff. quod ius, caus. & sic conuine-  
re prohibitionem diuisionis etiam post mortem; &  
tunc non valere, nec etiam durante vita paciscentium,  
ut facta vitra tempus permissum, prout quando lici-  
ta est locatio vsque ad centum tempus, si fieret pro  
maiore tempore, non valeret nec etiam pro tempore  
permissio, secundum Bart. in Authent. qui rem, C. de Sa-  
crof. Eccles. Angel. in §. Emphyteusis, Authent. de non  
alien. ant. permut. reb. Eccles. qua responsione vritur  
etiam Ruin. in d. confil. 13. num. 6. lib. 2.

11 Replicatur enim, istud pactum, vti appositum in  
contracta societatis, intelligi durante solum vita so-  
ciorum, cum natura societas sit, ut non transeat ad  
haeredes, & tamen dicit tex. in d. §. si conueniat, tale pa-  
ctum non valere: non valet igitur, quia excedat tem-  
pus vitae sociorum, sed non valet, quia non potest fieri  
pactum, ut societas duret, durante vita paciscentium,  
ut per Socin. in d. confil. 278 & dictum fuit supe-  
rius in d. cap. 37. & licet ibi Socin. loquatur de pro-  
hibitione respiciente res ipsas, quae secundum Ruin. in  
d. confil. 135. circa fin. & Roland. loco citato, non valet,  
quia vti prohibitio realis transierit ad haeredes: secus  
dicunt ipsi, si prohibitio sit personalis, quae si non  
comprehendat haeredes, valet: tamen Socin. non fun-  
dat in hoc suam opinionem, quod illa prohibitio tran-  
seat ad haeredes: sed solum dicit, non valere, quia pro-  
hibitio diuisionis durante vita sociorum non valet;  
imò etiam si prohibitio respiceret bona, adhuc non  
comprehenderet haeredes, vti facta in contractu socie-  
tatis, quae non transit ad haeredes; & tamen sic sit inde-  
finita non valet; quod secutus fuit ipsemet Ruin. sibi  
contrarius in confil. 15. num. 4. lib. 3.

Duis igitur hanc elicere debemus conclusiones.  
Prima, testatorem non posse prohibere diuisionem in-  
ter haeredes perpetuò, hoc est, tata eorum vita du-  
rante.

Secunda, testatorem ad tempus diuisionem prohi-  
bere posse.

12 Prima conclusio limitatur ab Alexand. in leg. si non  
sorem, §. si centum, ff. de condit. indeb. si testator hoc cum  
13 aliqua rationabili causa disponat, ¶ prohibitio enim  
diuisionis, est prohibitio alienationis, leg. si pupillorum,  
14 ff. de rebus eorum: sed ¶ prohibitio alienationis perpe-  
tua à testatore fieri potest cum causa, leg. filius fami-  
liar. §. Dius Senarius, et secundo, & ibi notant Doctores,  
ff. de leg. primo, ergo etiam cum causa fieri poterit per-  
petua prohibitio diuisionis, ut etiam voluit glo. in leg.  
fin. C. commun. diuid. Ruin. in d. confil. 135. num. 3.  
vbi dicit, id esse de mente Bartol. in leg. si conuenierit,

ff. pro soc. idem voluit in d. confil. 23. num. 12. lib. 5.  
Roland. in d. confil. 84. num. 17. lib. 1. Nec obstat, di-  
15 cit Alexand. tex. in d. §. si conueniat, quia ¶ fortior  
est prohibitio testatoris facta cum causa, quam dispo-  
sitio contrahentium: vnde, si fiat alienatio contra  
prohibitionem testatoris, impeditur dominij trans-  
latio, secus si fiat contra dispositionem contrahen-  
tium, glo. & Doctores in leg. ea legi, C. de condit. ob  
causam.

16 Verum quemadmodum ratio Alexand. non con-  
cludit, sic etiam existimo, falsam esse eius opinionem,  
nam prohibitio diuisionis, licet comprehendat prohi-  
bitionem alienationis, non est tamen simpliciter pro-  
hibitio alienationis, sed continet longè plura, ut nempe  
haeredes maneat simul, ut pro indiuiso possideant  
bona, ut lucra ad inuicem communicent: & similia,  
quae resultant ex ipsa communione, vnde diuersa est  
ratio inter simplicem prohibitionem alienationis;  
qua quis non grauatur aliquo alio onere, nisi ut rem  
sibi relictam alienare non possit; & prohibitionem  
diuisionis, qua quis inuitus cogitur habere in socium  
personam interdum eius naturae omnino repugnan-  
tem; & plura alia considerantur absurda, de quibus  
in d. cap. 37.

17 Secundo limitatur, si prohibitio testatoris fiat sub  
pena priuationis hereditatis ad commodum alio-  
rum haeredum; & mouetur eadem ratione, prohibi-  
tio diuisionis est prohibitio alienationis, sed prohibi-  
tio alienationis sub pena priuationis valet absque  
alia causa, leg. prima, C. de his, quae pen. non. Doct. in l. fi-  
lius familias, ff. de leg. primo, ergo etiam prohibitio di-  
uisionis valere debet, Ruin. confil. 128. nu. 11. lib. 1. &  
in aliis locis supra citatis Rol. d. confil. 84. nu. 14.

18 Contrarium tamen voluit Alex. confil. 110. lib. 3. &  
mouetur: quia haeredes non obligantur, nisi median-  
te aditione, & sic ex quasi contractu, l. ex maleficio, §.  
heres, ff. de ac. et oblig. l. apud Iulianum, §. fin. ff. ex quib.  
caus. in poss. eat. sed contractu obligari non possunt  
ad perpetuam communionem, ut in d. §. si conue-  
niat ergo nec etiam ex aditione hereditatis: addunt  
alij, communionem discordiam parere solitam esse, l.  
cum pater, §. dulcissimus, ff. de leg. 2. l. in re communi, ff. de  
seruit. Urban. praed. l. 2. C. quando, & quib. quarta pars  
debeat, l. 10.

19 Replicatur tamen Ruin. fortiolem esse prohibitio-  
nem testatoris, quae pro lege obseruari debet, §. dispo-  
nat, Authent. de nupt. vnde videmus, quod prohibitio  
testatoris impedit dominij translationem, & secus est  
in prohibitione contrahentium, ut supra dictum  
fuit. Et ostente discordia poterit fieri diuisio, quae  
cumque prohibitione non obstante, Bartol. in l. si con-  
uenerit, ff. pro soc. & notat in Linbeum, la secunda, C. de  
Sacrof. Eccles.

Verum iam diximus in superiori limitatione, ratio-  
nem Ruini non concludere, cum aliud sit prohibitio  
diuisionis, aliud prohibitio alienationis, licet prohi-  
bitio diuisionis etiam prohibitionem alienationis co-  
20 tineat: nec obstat ¶ testatoris voluntatem pro lege ef-  
se obseruandam, nam id intelligere oportet in his, quae  
fieri, & mandari possunt, secus si à testatore dispo-  
sita sint à lege prohibita; & quemadmodum si testa-  
tor mandaret, ut haeredes committerent vsuram, ut  
de aliqua persona vindictam sumerent, ut ad bellum  
illicitem proficiscerentur, vel ut aliquem contractum  
à iure reprobatum celebrarent, per ipsum disposita  
obseruari non deberent, quacumque pena priuatio-  
nis non obstante, sic etiam non erunt obligati obser-  
uare mandatum perpetuae communionis, quod est à  
iure

iure damnatum, & reprobatum, vt dictum fuit superius in d. cap. 37.

- 21 Tertio limitatur, si prohibitio diuisionis fuerit facta à testatore per viam conditionis, quod fieri posse, dixit Ruin. d. consil. 135. num. 5. per tex. in l. seruo alieno, §. fin. cum glos. ff. de leg. 1. vbi licet testator non possit per viam p̄cepti disponere, vt in funus impendantur vestes, & similes res ineptæ, poterit tamen id per viam conditionis ordinare: & hanc opinionem dicit p̄supponere Bart. in consil. 4. incipit, factum tale est, & sequitur Bald. d. consil. 84. num. 19.
- 22 A qua patiter limitatione crederem esse recedendum per tex. in leg. Scito, §. & Augerius, ff. ad leg. Falciid. vbi probatur, quod, si testator non possit minuire Falcidiam per viam dispositionis, non poterit etiam id facere per viam conditionis. Nec obstat responsio Ruin. id procedere; quando lex à principio resistit nam hoc casu dicendum est, legem resistere, cum disponit, pactum perpetuæ communionis non valere, vt in d. §. si conueniat: nec est vera eius interpretatio, dicit rex. loqui de pacto, vt hæreditas transeat ad hæredes: nam cum loquatur de pacto appposito in contractu societatis, quæ morte finitur, intelligendus est, vt prohibeat pactum communionis vsque ad mortem, vt dictum fuit, supra & latius in cap. 37.
- 24 Quarto, & vltimo limitatur, si prohibitio testatoris sit conformis prohibitioni legis: prout si dictum fuerit, durante minori ætate, minores enim non posse deuenire ad diuisionem, dixit Ruin. d. consil. 23. sub num. 22. in fin. & alios ad diuidendum procuratore non posse, probat tex. in l. pupillorum, ff. de rebus eorum: & notant Doctores in Liubemus, la secunda, C. de sacros. Eccles. de quo dicam infra in 3. parte, cap. 41.

- 25 Et si diceremus, supradictas limitationes subsistere, omnes declarari deberent, non procedere superueniente aliqua iusta causa, quæ discordiam, vel damnum patere posset, Bart. in d. l. si conuenieris, & notant scribentes in d. l. subernus; & dicam infra in limitationibus secundæ conclusionis.

- 26 Secunda igitur est conclusio, testatorem posse prohibere diuisionem ad tempus, mandando hæredes in aliqua societate, vel communiōne permanere debere, vt per Bal. in d. l. 4. Bart. in d. l. Quintus, & probatur in d. §. si conueniat, ad quod conferunt tradita superius in e. 37.

- 27 Quod procedit, etiam si aliqui ex hæredibus sint minores, vt per Dec. in d. consil. 441. de quo tamen fac videas tradita superius in cap. 15. num. 39. & seqq.

- 28 Secundo ampliatur, si prohibitio ad tempus sit facta sine certa temporis p̄xinitione, de decennio enim esset intelligenda, vt in d. cap. 37. num. 7.

- 29 Limitatur modo conclusio, vt non procedat, si hæredum non interfit, per illud tempus in societate permanere, Bart. in d. l. Quintus; & docet Oldr. consil. 241.

- 30 Quod adeo verum est, vt, si communiō omnibus damnosa sit, possint ab ipsa recedere, non obstante iuramento in contrarium p̄stito: diceretur enim appositum ex certa causa nempe vtilitatis gratia quæ cessante, iuramentum non obligaret, vt per Oldr. loc. cit. num. 2. versic. quia.

- 31 Possunt etiam hæredes renunciare prohibitioni paternæ, cum ad ipsorum fauorem intelligatur apposta.

- 32 Prout ad inuicem sibi iuramentum remittere possunt, vt per Oldr. loc. cit. num. 3.

### SUMMARIVM.

- 1 Renouata non p̄sumitur societas, si apparet, mutatum

fuisse antiquum negociandi modum: & etiam si id factum fuerit alio ignorante, num. 4. limitatur tamen num. 5.

- 2 Diffinitas circa modum negociandi inducit difformitatem consensus.
- 3 Inscriptio librorum declarare solet, quo nomine, & quo animo fuerit negociatum.
- 6 Renouata non p̄sumitur societas, si vnus in scriptoria fuerit nominatus uti debitor, vel creditor, non autem uti socius.
- 7 Renouata non p̄sumitur societas, si non fuerit petitum, rationes rauderi, ut antea fieri solitum erat.
- 8 Renouata non censetur societas, si adimplenda non fuerint adimplenda.
- 9 Qui non adimplet videtur à contractu recedere.
- 10 Adimpleuisse qui asserit debet id probare.
- 11 Locationem fuisse renouatum, qui asserit, debet probare omnia adimplenda pro eius parte fuisse adimplenda.
- 12 Renouata non p̄sumitur societas, si aliquid concurrere debebat, de quo non appareat.
- 13 Renouata non censetur societas eum personæ, cum quibus non potuisset contrahi.
- 14 Validiores p̄sumptiones circa societatis renouationem debent attendi.

De coniecturis iudicantibus, societatem non fuisse renouatam.

### CAP. XLIV.

- Quemadmodum in multis casibus p̄sumitur renouata societas; ita etiam ex multis apparere solet, verè non fuisse renouatam. Et primò si constet, antiquum negociandi modum, prioremque societatis formam fuisse mutatum, tunc enim renouata societas nullo modo p̄sumitur; dantque exemplum de inscriptione librorum, si nempe prius fieri erat solita nomine communi, deinde nomine proprio fieri inciperit, vt docet Alex. consil. 132. num. 9. lib. 5. Ruin. consil. 11. num. 6. lib. 2. Dec. consil. 21. sub num. 6. lib. 1. Menoch. consil. 121. num. 96. lib. 2. & de p̄sumpt. lib. 3. p̄sumpt. 57. num. 13. & rationem esse dicunt, quia difformitas circa modum gerendi, & se exercendi inducit difformitatem consensus; leg. Paulus respondit, ff. rem vatum hab. leg. aduersus, C. de usur. de quibus ff. de leg. & librorum inscriptio declarare solet, quo nomine, & quo animo ibi adnotata scripta fuerint, Rimini. Sen. consil. 201. num. 5. & 7. lib. 2. Menoch. dist. consil. 121. num. 92. & tradunt alij, quibus per ipsum consil. 12. num. 16. lib. 1. Et hanc coniecturam p̄ualere coniecturæ dimissionis capitalis, dixit Menoch. in dist. consil. 121. num. 91. & sequitur in dist. p̄sumpt. 57. num. 13. accedit enim magis ad certitudinem, est specialis, & negatiua, vnde p̄ualere debet generali, & affirmatiua: vt per Menoch. locis citatis. Et sufficit, quod variata fuerit inscriptio, & modus gerendi ab vno tantum, alio etiam ignorante: & est ratio, quia in renouatione requiritur consensus tam vnus, quam alterius, vnde sat est, quod vnus tantum dissentiat; licet secus sit in dissolutione societatis, quæ cum non possit solui, nisi omnibus scientibus non sufficit, quod vnus alio ignorante faciat actum societati contrarium, vt per Narr. consil. 100. num. 4. lib. 1. licet contrarium, & malè innuat Lud. conol. 55. versic. intellige hoc, vt animaduertit Heß. Fel. de societate, cap. 41. num. 9.

- 5 Limitatur tamen hæc coniectura, si non obstante propria librorum inscriptione, adhuc omnia fuerint

communicata, ita vt requisita omnia supra confiderata ad inducendas tacitas societates concurrant; & est ratio, quia etiam inter proprio nomine negotiantes potest intelligi contracta societas etiam omnium bonorum, vt per Soc. *consil.* 160. *nu.* 4. *lib.* 2. & dictum fuit superius suis locis.

6 Similis est coniectura non renouatae societatis; si vnus, finita prima societate, appellet socium in suis libris, ac scripturis creditorem, vel debitorem, non autem socium, vt per Alex. *in dict. consil.* 152. *num.* 10. Dec. *consil.* 21. *num.* 6. Menoch. *diff. consil.* 121. *num.* 96. Lud. *d. conclus.* 53. *versic. tertia praesumptio.* pag. 134.

7 Tertio, societas renouata non praesumitur, si finito tempore primae societatis, socius non petierit sibi rationem reddi, prout fieri solum erat, antequam noua societas inciperet, vt arguit Cistrens. *consil.* 73. *lib.* 2. Menoch. *diff. consil.* 121. *nu.* 97. Lud. *loc. cit. versic. quinta praesumptio.* Hecht. Felic. *de societate.* cap. 41. *num.* 20.

8 Quarto, non intelligitur renouata societas, si socius non adimpleuerit ea, quae ex conventionibus adimpleri debuisset; † qui enim non adimplet adimplenda, videtur a contractu recedere, *leg. Julianus, §. ufferri, ff. de act. empt. & in terminis de societate.* Alex. *consil.* 76. *num.* 7. *lib.* 5. Gozad. *consil.* 94. *num.* 5. Decian. *consil.* 60.

9 † qui asserit, adimpleuisse pro eius parte adimplenda, debet id probare, Alex. *consil.* 101. *in fin. lib.* 3. Corn. *consil.* 111. *lib.* 1. Crau. *consil.* 249. *vers. non abstat,* prout etiam,

10 † qui asserit, locationem fuisse renouatam, debet prius ostendere, omni pro eius parte adimplenda fuisse adimpleta, Crau. *consil.* 86. *nu.* 3. Ruin. *consil.* 78. *num.* 1. & *consil.* 167. *num.* 22. *versic. secundo non potest,* lib. 1. Menoch. *diff. consil.* 121. *num.* 99. & *seq.*

11 Quinto, societas non debet censeri renouata, si conuentum fuerit non intelligi renouatam, nisi aliquo requisito concurrente, puta scriptura, tunc enim, si non consistet de illo requisito, non potest intelligi renouata, Crat. *consil.* 15. *num.* 15. Ruin. *consil.* 91. *in fin. lib.* 1. Menoch. *diff. consil.* 121. *sub num.* 101. & *de praesumpt. lib.* 3. *praesumpt.* 85. *num.* 31. Lud. *loc. cit. vers. septima praesumpt.* Hecht. Felic. *de societate.* cap. 41. *num.* 23.

12 Sexto, non intelligitur renouata societas cum personis, cum quibus nec etiam contracta praesumi possent, ut cum infantibus, & minoribus: quomodo autem id intelligendum sit, dictum fuit superius suis locis, & idem dicendum esset de furiosis, ac aliis, qui contrahere prohibentur, Socin. *consil.* 87. *num.* 2. *in fin. lib.* 1. Patil. *consil.* 82. *sub num.* 35. *lib.* 1. Lud. *loc. cit. versic. & si ad sint minores.* Menoch. *diff. consil.* 121. *num.* 101. Hecht. Felic. *diff. cap.* 41. *num.* 24. & *seq.*

13 Et si hinc inde concurrerent praesumptiones, & coniecturae plures validiores essent attendendae, quae nam autem dicantur fortiores, iudicis arbitrio relinquatur, Menoch. *de arbit. casu* 472. & plura ad propositum de praesumpt. *lib.* 1. *quest.* 19. quae uti extra nostram materiam praetermitto.

### SVMMARIVM.

- 1 Renouata intelligitur societas modis, & formis solitis, & consuetis, & cum omnibus pactis, & conventionibus antiquis.
- 2 Locatio intelligitur continuata cum eisdem pactis.
- 3 Pignora an intelligantur renouata, renouata societate.
- 4 Fideiussores an intelligantur renouati, renouata societate.
- 5 Pana an intelligatur renouata, renouata societate, & num. seq.
- 7 Iuramentum an intelligatur renouatum, societate renouata.

8 Iuramentum, sicut: pro uocatione actus, intelligitur pro rogatum, declaratur *num.* 9.

10 Instrumentum an dicatur renouatum, renouata societate.

11 Societas contracta absque tempore, intelligitur pariter absque tempore renouata.

12 Societas contracta ad tempus, & ante tempus finita, pro quo tempore intelligatur renouata.

13 Societas contracta ad tempus, & per lapsum temporis finita, pro quoniam tempore intelligatur renouata, & num. seq.

14 Locatio ad tempus, pro quodam tempore intelligatur renouata.

## In quibus terminis intelligatur renouata societas.

### CAP. XLV.

IN multis casibus, diximus, renouatam praesumi societatem, nunc autem, in quibus terminis censetur renouata, videndum restat. Circa quod duo veniunt consideranda, primo modus, & forma ipsius societatis, secundo tempus.

Et quantum ad primum, sciendum est primo, intelligi renouatam modis, & formis solitis, & consuetis, & cum omnibus pactis, & conventionibus antiquis, vt dixit Petr. de Vbald. *de duob. fratr. par. 9. quest.* 32. Ceph. *consil.* 483. *num.* 8. *lib.* 4. Ial. *consil.* 242. *num.* 6. *lib.* 3. Crau. *consil.* 286. *sub num.* 1. Bald. *consil.* 114. *lib.* 2. & *consil.* 458. *lib.* 4. Rot. Genuenl. *decis.* 71. *nu.* 2. & tradunt plures quos citat Menoch. *consil.* 122. *sub num.* 5. *vers. decimo.* lib. 2. Ruin. *consil.* 91. *num.* 6. *lib.* 1. Soc. *consil.* 87. *lib.* 1. Dec. *consil.* 547. *num.* 4. *lib.* 2. Burl. *consil.* 210. *num.* 1. *lib.* 2. Titag. *de retr. act. lignag. glos.* 10. §. 1. *num.* 27. Hond. *consil.* 22. *num.* 19. *lib.* 3. Castrac. *de soc. off. cap.* 51. *num.* 13. Hecht. Felic. *de societate.* cap. 41. *num.* 28.

2 Prout etiam locatio intelligitur continuata cum eisdem pactis, & qualitatibus, Mascard. *conclus.* 990. *num.* 3. qui plures citat, & alios allegat Menoch. *de praesumpt. lib.* 3. *praesumpt.* 85. *num.* 19. de quo etiam per Caroc. *loc. & conducl. in tit. de renouat. societ. quest.* 30.

Sed circa accidentalia contractus, de quinque dubitare solent Doctores, nempe de pignoriibus, fideiussoribus pennis, iuramento, & instrumento; an nempe haec repetita, & renouata censentur.

Et quantum ad pignora est distinctio, quod si data sint ab ipsis contrahentibus, renouata absque dubio censentur, cum societas, vt dixi, intelligatur renouata cum eisdem pactis, Bart. & Castr. *in l. item queritur, §. qui impleto.* ff. *loc. Bald. in l. in legem, C. loc.* Menoch. *de praesumpt. lib.* 3. *praesumpt.* 65. *num.* 19. & tradunt fere omnes supra citati: si vero fuerint data a tertio, & tunc, si finita, & extincta sit societas, pro qua tertius pignora dedit, nec ipse renouationi consenserit, quo ad ipsum tertium non intelliguntur repetita, vt declarat Bart. *in l. item queritur, §. qui impleto, num.* 3. ff. *loc.* Menoch. *d. praesumpt.* 85. *num.* 50. & sequuntur omnes supra citati.

4 Et eadem adhiberi solet distinctio in fideiussoribus, quae si non consentiant renouationi, non dicuntur amplius obligari, si societas fuerit renouata, per tex. in *l. cum Hermes, C. loc.* & in *l. fin. ff. de pact.* & probat tex. in *l. creditor ff. de nouat.* Boer. *decis.* 284. *num.* 14. Simon de Priet. *consil.* 186. Hecht. Felic. *de societ. cap. fin. num.* 34. Quod tamen intelligendum est, non procedere, si renouatio societatis fiat vigore pacti expresse appositio primo instrumento, in quo dati fuerunt fideiussores; prout si contrahatur societas per aliquod tempus certum, & inde ad beneplacitum partium, tunc enim,



enim, si partes continent in societate, fideiussores etiam remanent obligati; dicuntur enim renouationi consentire, ut in contractibus societatem super officii vitalitatis Romanæ curiæ, ut per Hect. Felic. d. c. 41. sub num. 14. vers. credo ego.

De pœna maior est dubitatio, multi enim volunt: pœnam appositam in prima societate non intelligi renouatam, ut per Boer. decis. 284. sub num. 14. Afflic. decis. 365. nu. 14. Ias. latè conf. 49. Menoch. de presump. lib. 3. presump. 83. num. 21. Caroc. de loc. & cond. quest. 28. fol. mibi 158. apud quod plures alios allegatos inuenies.

Id tamen intelligit Ias. si pœna fuerit apposta vsque ad certum tempus, finito enim illo tempore, licet postmodum fiat renouatio locationis, (de locatione namque loquitur Ias.) non tamen intelligitur renouata pœna, cum limitata causa limitatum producat effectum; scilicet si pœna fuerit simpliciter apposta; tunc enim, & ipsa renouata intelligitur, & allegat Bald. in l. legem, C. loc. in l. acceptam, in 7. quest. C. de usur. in l. uniuersa, in 10. quest. C. de hu. qua pœn. nam. & in cap. venerabilium, de elec. Bart. & alij scribentes in leg. prima, §. & post operis, ff. de op. nou. nunc. Hect. tamen Felic. de societ. cap. 41. num. 37. existimat, omni casu pœnam intelligi renouatam, non repugnat enim, dicit ipse, tempus societati appositum, quin possit societas renouari cum eadem pœna. Verum sensus Iasonis non est, ut in societate contracta per certum tempus, pœna apposta non intelligatur renouata, si finito illo tempore renouetur societas; tunc enim, licet societas sit ad tempus, pœna tamen dicitur simpliciter apposta: unde renouata societate, & ipsa pœna erit renouata cum aliis pactis, & conventionibus; sed Ias. loquitur in pœna limitata, & restricta ad certum tempus, quo elapso, tamquam limitata euanescit: unde ipse non considerat tempus appositum societati, quod verè non impedit quem possit renouari societas cum eadem pœna, ut Hect. dicit, sed tempus appositum pœnæ, quo elapso pœna euanescit, ac ideo non renouatur cum ipsa societate, ut per ipsum dist. consil. 49. num. 9. & 10. quod procederet etiam in societate contracta absque temporis præfinitione; si tamen pœna ad certum tempus esset restricta, licet enim ultra illud tempus se extenderet societas, extincta tamen remaneret pœna, & in his terminis loquitur Ias. & pulcherrima est eius declaratio, ac distinctio in proposita dubitatione.

De iuramento dubitant pariter Doctores, & communiter asserere videntur, non intelligi prorogatum, Ber. quest. 100. num. 11. Bur. consil. 220. num. 11. lib. 10. Gratian. consil. 16. num. 19. lib. 1. Casoc. de loc. & cond. quest. 24. fol. 158. Seraph. de priuileg. priuileg. 22. num. 77. in fin. & licet dissentiat Hect. Felic. de soc. cap. 41. num.

35. & seqq. ex eo, quia facta prorogatione alicuius iuratus, censetur prorogatum etiam iuramentum, Parit. consil. 43. num. 2. lib. 1. Gab. in tit. de dilat. conclus. 2. num. 11. Seraph. in d. priuileg. 22. num. 83. at tamen animaduertendum est, non renouationem fieri posse, vel vigore primi pacti, vel ex noua tacita renouatione, vi-

gore primi pacti, si societas fuerit contracta per certo tempore, & inde ad beneplacitum, si enim finito tempore continuet eadem societas, dicitur continuare ex eodem instrumento, & pacto; & hoc casu, etiam iuramentum intelligitur repetitum, & in his terminis procedunt ea, quæ Doctores asserunt de prorogatione. Si verò societas fuerit in totum extincta, licet tacite renouetur, hinc tamen non potest intelligi renouatum iuramentum; cum sit noua tacita conuentio; ad cuius validitatem non reperitur præfixum iura-

mentum; nec minus potest intelligi renouatum tantquam pactum societatis; cum iuramentum non sit pactum, sed solum quoddam vinculum quo magis obligantur contraheutes; & ita procedit communis sententia in renouationis societatis iuramentum non intelligi repetitum.

Et eadem adhibenda est distinctio in instrumento, quod dubitant, an intelligatur renouatum; nam si renouatio fiat vigore pacti in instrumento apposti, ut in casu proposito de societate contracta ad tempus, & inde ad beneplacitum, certum est instrumentum intelligi repetitum, ita ut agi possit vigore eiusdem instrumenti, & ex stipulatione, ac obligatione, camerali in ipso apposta, cum durare adhuc dicatur. Si verò fuerit prima societas omnino extincta, licet tacite fuerit renouata; non intelligitur tamen renouatum instrumentum, ita ut possit peti executio vigore ipsius instrumenti, Alex. consil. 17. & consil. 28. num. 7. lib. 4. Afflic. decis. 365. num. 15. Menoch. de presump. lib. 3. presump. 83. num. 46. Cast. de execut. instrum. quest. 44. Boer. decis. 284. sub num. 14. Caroc. in tractat. de loc. & cond. quest. 27. Hect. Felic. de societate, cap. 41. num. 42.

Quantum modo ad tempus, si societas fuerit contracta absque vlla temporis præfinitione, renouatio pariter intelligitur facta absque vilo certo tempore, & sic donec sociis placuerit. Si verò societas sit contracta ad tempus, est pulcherrima distinctio Petri de Vbald. de dub. frat. pars. 9. quest. 35. qui dicit, quod aut societas fuit soluta per mortem vnius ante tempus completum, aut soluta fuit per lapsus temporis; in primo casu intelligitur renouata societas per illud tempus, quod remanet ad complendam ipsam societatem, nam ista renouatio hoc casu nihil aliud est, quam primam societatem præsequi, vnde à primordiali tunc posterior formatur euentus; præcipue cum tempus debet dici pars ipsius societatis; unde etiam tempus debet dici renouatum, illud nempe, quod erit in fluxu, & fieri: ac propterea non video, cur Hect. Felic. de soc. cap. 41. num. 31. potius teneat, hoc casu intelligi factam renouationem, pro alio quinquennio, hoc enim nil aliud esset, quam nouam inchoare societatem, non autem iam inceptam continuare; & verisimilius tamen videtur voluisse iam inceptam continuare, vsque ad tempus præfixum, quam nouam inchoare.

Secundo verò casu dicit Pet. de Vbald. intelligi factam renouationem ad illud tempus, quod societati expedit, iuxta text. in leg. si conuenerit, vers. nam etiam, si non conuenerit, ff. pro soc. & in l. sed & socius, §. in consistate autem, ff. eod. & sic ad libitum, dummodo tamen in tempore non fiat renouatio, ad ea, quæ superius dicta fuere in cap. 37. Nec obstat, in prima societate fuisse appositum certum tempus, nam hinc non sequitur, ut pro eodem tempore intelligatur facta renouatio, ut in simili probat text. in leg. item quaritur §. qui impleto, vers. quod autem diximus, ff. loc. cuius hæc sunt verba. Quod autem diximus tacite renouata veriusque partis colonum reconduxisse videtur, etiam accipiendum est, ut in ipso anno, quo tacuerit, videatur eandem locationem renouasse, non enim in sequentibus annis, nisi iustrum forte ab initio fuerat conductioni præfixum. Nec dicatur, renouatio igitur diceretur facta saltem per annum, & non ad libitum; nam de anno disponitur loco citato, quæ in prædiis rusticis semel tantum in anno fructus percipiuntur, unde necessarium est ad annum extendere reconductionem; ac propterea contrarium statutum est in prædiis Urbanis, ut in dist. §. qui impleto, vers. in Urbanis autem, ubi dicitur, quod reconductio

in prædiis rusticis semel tantum in anno fructus percipiuntur, unde necessarium est ad annum extendere reconductionem; ac propterea contrarium statutum est in prædiis Urbanis, ut in dist. §. qui impleto, vers. in Urbanis autem, ubi dicitur, quod reconductio

intelligitur facta solum pro tempore, pro quo domus fuerit habitata; & sic ad propositum etiam societas dicitur solum renouata pro eodem tempore, pro quo socius in societate perdurare placuerit; quicquid in contrarium etiam hoc casu iusserit He & Fel. *d. l. cap. 41. num. 22.*

Intelliguntur autem hęc omnia in tacitis renouationibus, in expressis enim pacta apposita obseruari debere, non est dubium.

### SVMMARIVM.

- 1 Socius tenetur solum eam diligentiam adhibere in rebus communibus quam in propriis adhibere solet.
- 2 Culparum distinctiones.
- 3 Fraus quid sit.
- 5 Dolus duplex est.
- 6 Culpa latissima quid sit.
- 7 Culpa latior quid sit.
- 8 Culpa latior secundum interpretationem, est dolus secundum vero veritatem, est medium inter dolum, & culpam.
- 9 Culpa lata quid sit, cuius varia ponuntur exempla num. 10.
- 11 Culpa leuis quid sit.
- 12 Culpa leuissima quid sit.
- 13 Casus fortuitus quid sit; & quomodo à philosopho definiatur, num. 14.
- 15 Casus fortuiti sunt in duplici differentia.
- 16 Socius tenetur de fraude, dolo, culpa latissima, latiori, lata, & leui, num. 17. & 18.
- 19 Socius non tenetur de lata, & leui culpa quandoque videtur dicitur, sed tamen reprobat.
- 20 Socius, qui eandem adhibet diligentiam in rebus communibus, quam in propriis, non dicitur neque in lata culpa, neque in leui, licet negligens admodum sit.
- 21 Culpa consideratur secundum qualitatem personarum.
- 22 Culpa cuius generis sint, relinquatur arbitrio iudicis.
- 23 Socius de leuissima culpa non tenetur, tam si fuerit in omittendo, quam in committendo, nu. 24. consideratur casu in contrarium, num. 25. reprobat tamen, nu. 26.
- 26 Socius, qui non est aequaliter diligens in rebus communibus, prout in propriis, dicitur in latiori culpa.
- 27 Socius de casu fortuito non tenetur, etiam si quis generaliter ad omnes casus se obligauerit, num. 28. fullis, ut num. 31.
- 29 Socius, qui se obligauit ad casus fortuitos, non tenetur de omnino extraneis.
- 30 Socius, qui se obligauit ad omnes casus fortuitos, aliquibus expressis, tenetur solum de similibus expressis.
- 31 Verba generalia ampliant dispositionem.
- 33 Casum fortuitum, qui probare debeat, & quod ipsum allegans debeat illum probare, num. 34.
- 35 Casus fortuiti quomodo probentur.
- 36 Casum fuisse fortuitum, qui probare debeat; & ponitur distinctio Bart. à qua & num. 37.

Quam diligentiam socius in re communi adhibere debeat, & de quam culpa socio tenetur

### CAP. XLVI.

Vidimus in hac secunda parte de variis societatum generibus, quę inter fratres quandoque tacite contractę censentur; & quę nam sint vniuersusque partes, nunc generaliter querendum est, quam diligentiam socius in re communi adhibere debeat,

& secundum Petrum de Vbald. *de dub. frat. part. 7.* dicendum est, socium teneri solum eandem diligentiam in re communi adhibere, quam in propriis adhiberet rebus, *l. cum duob. §. venit. ubi glo. ff. pro soc. l. socius socio, ff. eod. §. fin. Inst. de sociis. & ipsi socio esset impurandum, si cura persona minus industriosa societatem contraxisset, ut in *d. l. leg. socius socio.**

Verum, quoniam ex hac regula non facile omnes casus de finiri possent; ulterius querendum est, de quibus socius socio teneatur: circa quod prius est animaduertendum, differentiam esse inter fraudem, dolum, culpam, & casum fortuitum; & culpamque alios in latam, leuem, & leuissimam, ut *glos. in §. prater ea, in verbo, d. bet, Inst. quib. mod. re contr. oblig. in l. cario, §. nunc videndum, in verbo, culpa, ff. eod. & in leg. contrahit. ff. de reg. iur. alios in latiore, latam, leuem, & leuissimam, ut Bald. in *leg. qua fortuitis, num. 7. C. de pign. act.* alios demum in latissimam, latiore, latam, leuem, & leuissimam, ut Bart. in *leg. quod Nerua, nu. 8. ff. de posit. & licet post Bal. Alciat. Corn. Duar. & Cortaf. Decianus in *tr. all. crim. lib. 1. cap. 6. num. 7.* apertis tibiis hanc Bar. distinctionem reprobet: attamen à moderatioribus videtur communiter secuta; ut post alios à Farin. *de panis temperandis, quaest. 88. nu. 57. & seqq.***

3 Fraus dicitur proprie, quando simulatione fides fallitur, ut per Bald. in *d. l. leg. qua fortuitis, num. 8. C. de pign. act.* ac ideo Decian. in *suo tr. all. crim. lib. 1. cap. 5. in rub. de fraude, nu. 1.* fraudem appellat actum malitiosum tendentem de permissio ad prohibitum, & dicit nu. 4. nil aliud esse, quam deceptionem, qua aliquem circumuenimus, quę omnia sequitur Farin. *d. l. qu. 88. numer. 35.*

4 Dolus, secundum Seruim I. C. quam de definitionem probat Vlpian. in *l. 1. §. 1. ff. de dolo, est Machinatio quędam alterius decipiendi causa adhibita, cum aliud agitur, aliud simulatur, Bal. in *d. l. leg. qua fortuitis, nu. 10.* dixit, dolum esse malitiam, in alienum damnum prorumpentem, & num. 11. posse defini, quod sit ars nocendi contra naturam, hoc est contra artem naturalem; & ipsumque duplicem esse affirmat, apertum nempe, & velatum; apertum verum appellant, velatum autem presumptum, de quo videri potest Dec. in *suo tr. all. crim. part. prima, cap. 4. nu. 1. & seqq. & nouissime Farin. de panis temp. qu. 88. n. 1. & seqq.**

6 Culpam latissimam dicunt idem esse, quod vetus dolus, Bart. in *l. quod Nerua, n. 10. & 11. ff. de pos. Sal. in l. si nulla, n. 4. vers. latissimam, & nu. 7. C. de pign. act. & docent plures alij, quos citat Far. *d. g. 88. n. 57. & seqq.**

7 Culpa latior idem est, quod dolus presumptus, ac ideo Bart. in *d. l. leg. quod Nerua,* dicit esse machinationem ad decipiendum, fallendumque alterum adhibitam, presumptiuę tamen. Et de dolo presumpto intelligendum est *in d. l. leg. quod Nerua,* dum dicitur; latiore culpam dolum esse: licet enim verbum esse, veritatem denotare soleat, quandoque tamen, & similitudinem importat, ut per Bald. in *d. leg. qua fortuitis, num. 18.* cuius culpę exemplam tradit, si quis res proprias saluet, non autem alienas, ut in *d. leg. quod Nerua;* qui tandem concludit, & latiore culpam secundum interpretationem esse dolum; secundum vero veritatem esse medium inter dolum, & culpam latam, participat enim de dolo in exemplo proposito, quantum ad notitiam futuri periculi, id enim, quod cognouit in propriis, in alienis etiam cognoscere poterit; de culpa autem participat, quia non ex animo, & voluntate deliberata id factum fuit: de qua culpa plura Farin. *loc. cit. nu. 60. & seqq.*

8 Lata culpa definitur, quod sit deuatio indiscreta, sen

seu incircumspecta ab ea diligencia, quam communit-  
ter omnes habent, qui sunt eiusdem professionis, &  
conditionis, ut probat *tex. in leg. lata culpa, ff. de verb. oblig.* ubi habetur, quod late culpa siuis est, non intel-  
ligere, quod omnes intelligant, quam definitionem  
probat *Bart. in d.l. quod Nerua, num. 17.* Et huc etiam  
tendunt duæ alie definitiones, de quibus per *Bald. in*  
*dicit. leg. qua fortuitis*, ut lata culpa sit stultitia, & negli-  
gentia, in qua reperiuntur pauci, ita stulti, & ita negli-  
gentes, vel ut sit quædam demotio à prudentia natu-  
raliter infinita, ex. gr. non cogitare de casibus naturali-  
bus, *l. si quis domum, §. pen. ff. loc. t. Navigare sine magi-*  
*stro, vel tempore tempestatis mare ingredi, l. item que-*  
*ritur, §. si magister, ff. eod. enormiter errare in arte con-*  
*saera, vt in §. si gnamma eius de m. legis.* Non parit se à vul-  
nere curare, *leg. qui occidit, §. fin. ff. ad leg. Acq. onerare*  
*equum nimio itinere, leg. fin. ff. com. l. quis insulaci, §. qui*  
*multas, ff. loc. Alletere, quod ignoratur, l. luitanus, §. r.*  
*ff. de act. empt. Non arare, & scire temporibus de letis,*  
*leg. si merces, §. conductor, ff. loc. Rationes absque vlllo*  
*ordine scribere, leg. summa cum ratione, ff. de pecul. Re-*  
*cedere à custodia Captatum dimissarum in Silua, l. si*  
*quis fundum, ff. loc. de qua culpa Cagn. in l. contractus,*  
*num. 6. & 7. ff. de reg. iur. Decian. in suis tract. crim. part.*  
*1. lib. 1. cap. 6. num. 17. & seqq. & post alios Farin. d. quasi.*  
*88. num. 67. & seqq.*

11 Leu autem culpa est, non prouidere, quod à dili-  
genti prouideri potuisset, ut per *Bart. in d.l. qua fortui-*  
*ta, num. 57.* de qua late per *Bart. in d.l. Quod Nerua,*  
*num. 62. ff. de pos. vnde communiter dici solet. Quod le-*  
*uis culpa nil aliud est, quam facere, vel non facere id,*  
*quod diligens pater familias faceret, vel omitteret in*  
*rebus suis, ut probat *tex. in l. 1. §. in quoque, ff. de act. &**  
*e. lig. de quo late per Decian. loc. cit. nu. 10. & post ip-*  
*sum per Farin. d. quasi. 80. num. 77. & seqq.*

12 Leuissima verò culpa est, non facere, quod quilibet  
diligentissimus fecisset, & dicitur minima culparum,  
ut per *Bart. in d.l. quod Nerua, num. 17. ff. de pos. & pro-*  
*bat *tex. in l. 1. §. in quoque, ff. de act. & obi. g. l. heredes, §.**  
*non tamen, ff. de iur. iur. §. si in h. pro soc. cum similib. de*  
*quibus per Decian. loc. cit. num. 23. & Farin. loc. pariter*  
*cit. nu. 82. & seqq. Vnde veli constringendo dicamus,*  
*quod culpa lator sit, non adhibere eandem diligen-*  
*tiam in rebus alienis, quam in suis; lata, non adhibere*  
*eam diligentiam, quam omnes adhibere solent; leuis,*  
*non eam adhibere diligentiam, quam diligens adhi-*  
*buisse; leuissima, diligentiam illam non adhibere,*  
*quam diligentissimus adhibuisse.*

13 Casus verò fortuitus est, quem humana prouidentia  
prouidere non potuit, ut in *d.l. qua fortuitis, C. de pign.*  
*act. ubi scribentes, ad idem est *tex. in l. si ea res, ff. de act.**  
*empt. ac propterea à philosopho definitur, t quod sit*  
*inopinatus rei euentus; Vnde ille non dicitur casus for-*  
*tuitus, quem diligentissimus prouidisset, cap. cum Ioan-*  
*nes, de homie. Alex. in d.l. quod Nerua, in prin. ff. de pos. &*  
*qui sit casus fortuiti post Bart. ac alios scribentes in*  
*d.l. quod Nerua, & Bald. in l. pign. C. de pign. act. de iplis*  
*late scripsit Sebast. Medic. in suo tract. de casibus fortui-*  
*tis. Dicam solum secundum Salic. in d.l. qua fortuitis, t*  
*esse in duplici differentia; alij enim contingere solent*  
*facto nature, alij facto hominis: facto nature, vt tem-*  
*pestas Maris, gtrando, nix insolita, seruor solis non*  
*conclutus, terremotus, vis ventorum nauis, gium, im-*  
*petus fluminis, aeris corruptio, ex qua bruchi, & locu-*  
*stæ gnerantur, necnon mors ipsa, que omnia pro-*  
*bantur in leg. si quis, §. quod diximus, ff. si quis caus. in l. si*  
*fulas, §. frumenta, ff. de contr. empt. & in l. ex conducto, ff.*  
*loc. facto verò hominis, ut incursus hostium, pido-*

nam, ac latronum. Et differunt à casibus improptiis, ut  
per *glos. in d.l. qua fortuitis, Bald. in l. 1. ff. ad l. Cor. de Si-*  
*car. necnon à casibus clandestinis, Bald. in l. 1. C. de pos.*

Modo si queramus de quibus socius socio tenea-  
tur, t primo de fraude, & dolo teneri, non est dubium,  
17 prout etiam t de latissima, & latiori culpa, cum hæc  
pariter dolum arguant, ut supra dictum fuit: imo e-  
18 tiam t de lata, & leui culpa socius socio teneretur, ut  
probat *tex. in l. socius socio, ff. pro soc. cuius hæc sunt ver-*  
*ba. Socius socio etiam nomine culpa tenetur, idest de fiducia,*  
*atque negligentia; culpa autem non ad exactissimam dili-*  
*gentiam redigenda est: sufficit enim talium diligentiam*  
*communibus rebus adhibere, qualem sui rebus adhiberi*  
*solet, quia qui parum diligentem socium acquirat, de se*  
*quari debet; ex quo *tex. solum exacta dicitur culpa le-**  
*uissima: per illa verba; non ad exactissimam diligen-*  
19 *tiam. t Nec dicatur, imò ex hoc *tex. probari, quando-**  
*que locum, nec de leui, nec de lata culpa teneri; nam*  
*si sufficit eam diligentiam communibus rebus adhi-*  
*bere, quam quis in suis rebus adhibere solet, ponam;*  
*quod socius de sui natura sit ita negligens, ut e-*  
*tiam in propriis rebus illam non solet adhibere dili-*  
*gentiam, quam omnes adhiberent; vel diligens adhi-*  
*beret, si eodem modo negligens sit in rebus commu-*  
*nibus in aliquo non tenebitur, cum sufficiat in rebus*  
*communibus eam adhibere diligentiam, quam quis*  
*in propriis adhibere solet, ut in dicit. l. socius socio: Ec ta-*  
*men ille, qui non adhibet illam diligentiam, quam*  
*omnes adhiberent, dicitur in culpa lata, & qui non*  
*adhibet illam, quam diligens adhiberet; in leui, ut su-*  
*pra dictum fuit. Respondetur enim citatum *tex. lo-**  
*qui de personis ordinatis, in quibus procedunt om-*  
*nia superius tradita, leges enim ad ea, que ordinariè*  
*accidere solent, adaptantur, & ex casu supra confide-*  
*rato non sequi. socium de culpa lata, & leui non tene-*  
20 *ri, nam ille, qui t eandem adhibet diligentiam in re-*  
*bus communibus, quam in propriis, non dicitur ne-*  
*que in culpa lata, nec in leui, licet eam diligentiam*  
*non adhibeat, quam diligens, vel omnes adhiberent,*  
21 *t ad qualitatem enim personarum referuntur genera*  
*culparum, ut dicit *Bald. in d. leg. qua fortuitis, nu. 40. &**  
*probat *tex. in leg. cum arsis, ff. de oper. lib. in l. si non forte,**  
*l. libertus, ff. de cond. ind. in l. iur. artifices, ff. de sol. & in*  
*l. Sicut, ff. de leg. 1. ac ideo illa negligentia, que in per-*  
*sona ordinaria erit lata, vel leuis culpa, in isto dicitur*  
*leuissima, ob eius naturalem negligentiam etiam in*  
22 *rebus propriis; & hinc dici solet, quod t culpa an sit*  
*lata, leuis, vel leuissima, arbitrio iudicis relinquatur, l.*  
*in actionibus, C. de volent. iur. Dec. in suis tract. crim.*  
*part. 1. lib. 1. cap. 6. num. 25. Farin. d. quasi. 83. num. 86.*

23 De leuissima autem culpa socium non teneri, pro-  
24 bat citatus *tex. qui generaliter loquitur, t tam si culpa*  
*sit in committente, quam in omitendo, ad idem est*  
**tex. in §. fin. Inst. de societ. & docet *Bald. loc. cit. num. 41.***

25 t Nec dicatur, imò citata iura probare, quandoque  
socium teneri etiam de leuissima; prout si quis esset  
diligentissimus in rebus propriis, & eandem diligen-  
tiam non adhiberet in rebus communibus; tunc enim  
socio teneretur, ut in *d.l. socius socio, & tamen non di-*  
*ligentissimus dicitur solum in leuissima culpa; ergo*  
26 *socius quandoque de leuissima culpa teneatur. t Re-*  
*spondetur enim, quod ille, qui non est equaliter dili-*  
*gens in rebus communibus, prout in propriis, dicitur*  
*in latiori culpa, ut supra declaratum fuit, vnde cum in*  
*rebus propriis sit diligentissimus, talis debet esse in*  
*rebus communibus: nec obstant *tex. in d.l. socius socio,**  
*& in dicit. §. fin. non requirentes exactissimam diligen-*  
*tiam, loquuntur enim in persona ordinariè diligenti,*

non autem in diligentissima, & ad qualitatem personarum debent referri genera culparum, ut supra dictum fuit.

27 De casu autem fortuito regulariter nemo tenetur, & sic nec etiam socius socio, nisi tamen respectu suae portionis, quam in societate habet, *leg. cum duobus, §. damna, & §. quidam sociam, ff. pro soc.*

28 Quod ampliatur procedere, etiam si quis generaliter ad omnes casus se obligauerit, adhuc enim non teneretur de fortuitis, & in l. *instit. §. si frumentis, cum glos. in verbo, immoderate, ff. de contr. empt. Bart. in lege lego, §. Medico, ff. de an. leg. Ant. de Butt. in cap. primo, de con. & in l. sed et si quis, §. quæsitum, ff. si quis cauti. Alex. conf. 7. col. pen. lib. 3. Angel. in §. oportet, Anch. de Iud. idque pariter est de mente Bart. in *leg. eorum ferro, §. qui maximam, ff. de publ. Socin. consil. 123. Cora. conf.**

29 128. num. 12. lib. 2. † imò etiam si quis ad casus fortuitos se obligasset, eius obligatio non deberet extendi ad omnino extraordinarios, Bald. in l. *Falsus, C. de furt.*

30 Et, † si aliqui fortuiti casus essent expressi, generales, clausulæ subsequentes intelligi deberent de casibus, similibus, non autem maioribus expressis; scribentes in *§. cum autem emptio, Inst. de empt. & vend.*

31 Fallit tamen suprascripta ampliatio, si verba apponerentur magis prægnantia, & duplicata, ut si quis diceret, omnes, & quoscumque casus, vel quomodo-

32 cumque, & qualitercumque contingentes: † natura enim verborum geminatorum est augere vim, & potestatem dispositionis, *cap. ad nostram, de prob. & istis verbis geminatis loquuntur Alex. & las. in l. prima, C. de Sacros. Eccles. in l. si quis In conscribendo, C. de pact. & in leg. non dubium, C. de leg. & de verbo, quicumque las. in leg. prima, §. nunciatio, ff. de nou. op. nunc. Alex. in l. si quis, ff. ad Treb. Dec. in consil. 60. & 67.*

33 Sed habitatio est, quis nam debeat probare casum fortuitum; quæ inspectio duas continet difficultates, prima, quis casum fortuitum probare debeat, secunda, quis debeat docere casum fuisse fortuitum: & quantum ad primam communis est conclusio, † allegantem casum fortuitum ipsum probare debere, *leg. creditor, ubi scribentes, C. de pign. act. leg. tertium, in fin. C. de test. leg. si quis iniquum, C. de fid. instrum. l. 1. C. de Naufr. lib. 11. Mascard. de probat. conclus. 271. num. 1. & seq.*

34 † circa autem modum probandi Bart. in *leg. si quis ex argentariis, §. an verò, num. 9. ff. de edend. quem alij sequuntur, considerat, quod quidam sunt casus admodum manifesti, ut ruinae, incendia, vis hostium, & similia, & hæc manifestissimè probari debent; alij vero casus solent esse clandestini, & occulti, ut furti; & illos probare sufficit per coniecturas, ut ex fractione ostij, ad tex. in *leg. non omnes, §. à Barbaris, ff. de re mil. Paul. de Castr. & alij scribentes in leg. creditor, C. de pign. act. Caun. in cap. bona fidei, extr. de poss. Petrus de Vbald. de duobus fratrib. part. 8. num. 14. Circa secundum, aliam habemus distinctionem Bart. in *diel. §. an vero, num. 4.***

35 † quod alij sunt casus fortuiti, qui regulariter evenire non solent absque culpa, ut furtum, *leg. cum duobus, §. damna, ff. pro soc.* Incendium *leg. si vendita, ff. de peric. & com. rei vend. fuga seruorum, & aliorum, qui custodiri debent, & in istis casibus, cum regulariter præsumatur culpa, qui asserit, similia casu fortuito, debet probare casum fuisse fortuitum, *leg. pen. & l. fin. ff. de cust. reor. leg. si à bona fidei, §. fin. ff. de rei vend. leg. si quis fundum, §. Imperator, ff. loc. cum multis aliis similibus. † Alij verò sunt casus, qui ordinariè absque culpa solent accidere, ut vis hostium, impetus aquarum, & similia, & tunc, probato casu, diceretur etiam probatum illum casum, evenisse fortuito casu, vnde ille,**

36

37

38

39

40

qui assereret præcessisse culpam, deberet id probare; *leg. contractus, ff. de reg. iur. l. si moros, §. culpa, ff. loc. l. pen. ff. sil. matr. quam distinctionem probant alij, quos citat, & sequitur Mascard. d. conclus. 271. nu. 8. & seqq. & post ipsum docet Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 61. num. 30. & seqq. Nonnulla alia de probatione casus fortuiti, dicam in sequenti.*

### SUMMARIVM.

- 1 Animal fuisse mortuum culpa, vel non culpa custodis, quis probare debeat, num. 3.
- 2 Fundamentum suae intentionis à quolibet probari debet.
- 4 Casuum exempla nonnulla, qui contingere solent absque culpa.
- 5 Casum allegans, qui regulariter non solet contingere absque culpa, debet probare absque culpa contigisse.
- 6 Casum allegans, qui regulariter solet contingere absque culpa, sufficit, quod causam probet, licet non ostendat culpam non adfuisse.
- 7 Casum allegans, qui cum culpa, & absque culpa contingere solet, an debeat ostendere culpam non adfuisse.
- 8 Mortem animalis, & mortem carcerati non fuisse culpam, quis probare debeat.
- 9 Carceratus si repiriatur mortuus, debet adscribi culpa custodis.
- 10 Animal fuisse mortuum culpa custodis, an sit præsumendum.
- 11 Caprarium mortem animalis probare sufficit.
- 12 Differentia inter custodem carceris, & caprarium in præsumenda culpa.
- 13 Animal non principaliter datum ad custodiam, non præsumitur mortuum culpa custodis.
- 14 Amissionem animalis simpliciter allegans debet succumbere, nisi insuper ostendat modicum amissionis non culpam.
- 15 Mors animalis dicitur modus amissionis non culpam.

Socius, qui tenetur ad custodiam, an & quando de casu fortuito teneatur.

### CAP. XLVII.

**D**iximus in superiori capite, socium de casu fortuito non teneri, posuimusque nonnullas conclusiones, circa probationes casus fortuiti; verum, quia in his, qui tenentur ad custodiam, non sunt absolute veræ in hoc capite subnectere volui, quid dicendum sit, si socius rei deperditæ custodiam habeat. Sit exemplum: † moritur bos, vel aliud animal, quod ad sociam retinebat rusticus: Dominus non probat, animal fuisse mortuum dolo, vel culpa rustici; nec minus rusticus probat, casum fuisse merè fortuitum, & suam non adfuisse culpam, an rusticus teneatur domino resarcire damnum. Prima facie videtur concludendum contra rusticum, cum enim animal esset sub

1 sua custodia, & eius exceptio sit fundata in hoc, † quod animal mortuum fuerit absque eius culpa, si hanc exceptionem non probat, videtur condemnandus, ad tex. in *l. si quis ex argentariis, §. si, ff. de edend. iuncta glo. in l. si quis damnatum, §. Imperator, ff. loc. & in leg. fin. ff. de inst. reorum eum vulgar.*

2 In contrarium solet allegari tex. in *leg. quoties, §. qui dolo, ff. de probat. in leg. cum isa, §. statim, & §. species, ff. de leg. secundo, & in leg. si creditor, ff. de pign. act. facit tex. in §. fin. Inst. quibus mod. re contr. oblig. de quo Iacob. Butt. Guil. Bart. Bald. & alij in *d. leg. si creditor*; scribentes in *diel. leg. fin. ff. de cust. reor. Bald. & Imol. in diel. §. species.**

3

4

5

7 Verum omiſſa diſputatione, & omiſſis etiam mul-  
tis, quæ à recentioribus traduntur, ipſorumque præ-  
termiſſa allegatione, ego ex multis legibus, ac anti-  
quorum traditionibus plures caſus diſtinguo.

4 Interdum enim conuentus vult ſe excuſare propter  
caſum, qui regulariter non ſolet contingere abſque  
culpa, vt futurum leg. cum d'obus, §. damnus, ff. pro ſocio,  
Incendium leg. terna, ff. de off. præſ. vig. leg. ſi vendita,  
ff. de peric. & com. rei vend. fuga ſeruorum leg. ſin. ff. de  
cuſt. reor. fuga animalium datorum ad cuſtodiam, leg.  
bona fidei, ff. de rei vend. fuga carceratorum, & ſimilia,  
8 & in hoc omnes conueniunt, ¶ vt ille, qui allegat ca-  
ſum, non ſolum debeat illum probare, verum etiam  
oſtendere, illum eueniſſe abſque aliqua eius culpa,  
Franc. de Alberg. & Bald. in diſt. leg. ſi creditor, Angel.  
in diſt. leg. ſin. de cuſt. reor. Bald. & alij ſcribentes in diſt.  
§. ſpecies, & aſſignatur ratio, quia amiſſio cauſata à fur-  
to, incendio, vel fuga inferit culpam; vnde ſuccumbe-  
re debet ille, qui non probat, amiſſionem non fuiſſe  
culpoſam; vt poſt alios dixerunt Maſcard. conſ. 467.  
num. 5. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 3. num. 128.  
& ſeqq. & lib. 6. præſumpt. 61. num. 30. & ſeqq. Faſt. quaſt.  
89. num. 14. & de fuga carceratorum, quaſt. 31. num. 19.  
& ſeqq.

6 Secundus poteſt conſiderari caſus in eo, qui allegat  
amiſſionem ſecutam fuiſſe ob caſum, qui regulariter  
cōtingere ſolet abſque culpa, vt eſt incurſus hoſtium,  
& latronum, impetus aquarum, & ſimilia, & in his ſuf-  
ficit probare caſum; & qui dicit culpam præceſſiſſe,  
id oſtendere debet, & in his terminis loquitur tex. in  
diſt. leg. creditor, & in diſt. §. ſin. Inſt. quibus mod. re. cōtr.  
oblig. & in hoc pariter omnes conueniunt, vt per Ma-  
ſcard. & Menoc. locis proxime citatis.

7 Tertius magis dubitabilis eſt caſus, quando amiſſio  
euenit ob caſum, qui contingere ſolet cum culpa, &  
ſine culpa, & lex in hoc eſt indifferens, hoc eſt non  
magis præſumit ad fuiſſe culpam, quam non ad fuiſſe;  
8 de quo duo ſolent dari exempla, ¶ de morte nempe  
animalium datorum ad cuſtodiam, ac morte carce-  
ratorum. Angel. in diſt. leg. ſin. ff. de cuſt. reor. tenet onus  
probandi pertinere ad cuſtodem carceris, & ad cu-  
ſtodem animalium, nam eorum officia principaliter  
verſantur in cuſtodiendo. Bald. pariter in diſt. §. ſpecies,  
dicit, quod is, qui tenetur ad cuſtodiam ratione pu-  
blici officij, vt argentarius, vel privati officij, vt Ca-  
prarius, & cuſtos animalium non releuatur probando  
ſolum interitum, niſi inſuper doceat animalia mor-  
tua fuiſſe, vel peſte, vel naturali mortalitate, vel ali-  
quo alio modo non culpoſo; licet quantum à Capra-  
rii remittat ſe ad notata in diſt. §. Imperat. & in diſt.  
§. damnus; ad idem allegati ſolent duæ gloſæ in diſt. §.  
ſin. Inſt. quibus mod. re. cōtr. oblig. & in diſt. leg. ſi cre-  
ditor, ff. de pign. act. & de Capratio ſic docuit Maſcard.  
conſ. 264. & de cuſtode carceratorum Farinac. diſt.  
quaſt. 31. num. 44. Animaduertendum tamen eſt, ve-  
ram huius tertij caſus decilionem pendere ab intelli-  
gentia dictarum duarum gloſarum, ac iurium ab ipſis  
allegatorum: gloſæ igitur prædictæ primo loquuntur  
in argentario, qui ratione publici officij tenetur ad  
cuſtodiam, ex quo inferitur verum eſſe, quod commu-  
niter tenent Doctores per Farinac. allegati in d. quaſt.

9 31. num. 44. ¶ quod ſi carceratus repetitur mortuus,  
id debeat adſcribi culpa cuſtodis, niſi ipſe cuſtos pro-  
bauerit, id ſine ſua culpa eueniſſe, & eſt tex. clarus in  
diſt. leg. ſin. ff. de cuſt. reor. licet enim mors euenire poſ-  
ſit cum culpa, & ſine culpa cuſtodis, tamen cum eius  
publicum officium verſetur præcipue circa cuſto-  
diam, debet probare, mortem fuiſſe ſecutam abſque

eius culpa modis, & formis, de quibus per Farinac.  
poſt alios loc. cit.

10 Quantum verò ad animalia gloſæ prædictæ volunt,  
impetandum eſſe Capratio, per tex. in leg. ſi quis dam-  
num. §. Imperator, ff. loc. Verum animaduertendum eſt,  
citatum tex. loqui de beſtiis non mortuis, ſed ablatiſ,  
ab Abigeis; de quibus tenetur Caprarius, non ſolum  
ratione cuſtodie ſibi iniunctæ, ſed quia illud factum  
factum per Abigeos præſumitur eueniſſe culpa Ca-  
prarij, vt dictum fuit ſupra in primo caſu, ac ideo Ca-  
prarius non ſolum amiſſionem probare debet, ſed in-  
ſuper, id contigiſſe abſque ſua culpa, & hoc eſt, quod  
voluit Maſcard. in diſt. conſ. 264. num. 1. quæ ratio  
ceſſat protuſus in morte: vnde melius Petr. & Cyn. vt  
referunt prædictæ gloſæ, voluerunt, ¶ ſufficere Ca-  
prarium mortem probare, vt expreſſe dixit Franc. de  
Alber. in diſt. leg. ſi creditor, qui loquens de morte ani-  
malium dicit, ſufficere de interitu docere cum potius  
ſit præſumendum, ſine culpa interuiſſe, leg. quoties, §.  
qui dolo ff. de probat. & notatur in diſt. leg. ſi creditor, &  
in diſt. §. damnus: & æquiparat ipſe incurſum hoſtium,  
impetum aquarum, & mortem animalium, & hanc  
pato fuiſſe mentem Bartol. in diſt. §. ſin. licet hunc  
caſum explicite non ponat.

11 Et maxima eſt differentia inter cuſtodem carce-  
rum, & Caprarium, primo ratione officij, cum offi-  
cium cuſtodis ſit publicum, Caprarij verò priuatum:  
ſecundo ratione rei, in cuſtode enim agitur de vita  
hominis, qua nil pretioſius, imo de ipſius anima, cum  
paſſus fuerit, ſine Sacramentis decedere, tertio multo  
facilius euenire poteſt, vt carceratus decedat culpa  
cuſtodis, quam animal culpa Caprarij: cuſtos enim  
continud videre poteſt carceratus; ab ipſiſque intelli-  
gere, an ægrotent, an aliquo indigeant; & ipſis accla-  
mantibus ſubuenire poteſt; quod non euenit in ani-  
malibus; quæ tempore noctis non viſitantur; diurnis-  
que temporibus ad paſcua mittuntur; nec, an bene  
valeant, de facili cognofci poteſt.

12 Quod eo magis aſſerendum eſſet, ſi animal non  
fuſſet principaliter datum ad cuſtodiam, ſed ad vſum,  
ſeu ſocidam, vel, ut dicitur de bobus, ad collaticum,  
cum principaliter his caſibus commiſſa non ſit cuſto-  
dia, & de morte animalium in generali loquitur  
Franc. de Alberg. in diſt. leg. creditor & in indiuiduo de  
bone dato ad collaticum Ioan. & Imol. in diſt. §. ſpe-  
cies, qui dicit, ſufficere ruſtico probare, bonem fuiſſe  
mortuum, & ita in facti contingentia fuiſſe pronun-  
ciatum per d. l. ſi creditor. Ad quod facit doctrina Bart.  
in d. §. Imperator, quod quando ex qualitate facti cul-  
pa non apparet, vt in morte animalium, non debet quis  
probare, culpam abeſſe, ſed aduerſarius, qui dicit cul-  
pam ad fuiſſe, illam probare tenetur, leg. ſi quis fundum,  
§. Imperat. l. ſi res pupillaris, ff. de adminiſtr. tutor. quod  
ex pluribus probat Decian. reſponſ. 8. num. 14. lib. 1.

Nec obſtat, ſi dicatur, cum qui allegat mortem, fun-  
dare ſuam intentionem in caſu fortuito, ſed proban-  
do ſimpliciter mortem non probare caſum, & ſic  
ſuam intentionem; vnde ſuccumbere debere, gloſ. in  
d. l. ſi quis ex argentarij, §. ſin. ¶ Reſponderetur enim, id  
14 procedere in allegate ſimpliciter amiſſionem anima-  
lis, quod non ſufficere dicat, quia amiſſio potius cul-  
pam arguit; vt in primo caſu: vnde ruſticus debet in-  
ſuper probare mortem, & ſic modum amiſſionis, vt  
Petr. & Cyn. dicunt in diſt. l. ſi creditor: aliud enim eſt  
probare amiſſionem, aliud probare mortem, & amiſ-  
ſionem probare non ſufficit, quia id culpa ruſtici fa-  
ctum fuiſſe præſumitur, ſecus autem eſt in morte, quæ  
regulariter contingere ſolet abſque culpa, quam pro-

præta probare sat est, vt subtiliter declarat Iacobus Butt. in di. 5. Imperator, & in d. leg. si creditor, dicens, quod aut rusticus probat simpliciter amissionem, & debet succumbere, aut insuper probat amissionis modum, & tunc, si iste modus præsumptiue excludat culpam, vt est ipsa mors, debet obtinere: sufficit enim rusticus mortem probare, licet non satis sit allegare amissionem, vel simpliciter pellem ostendere, vt dixit post alios Mascard. in d. conclus. 264. nu. 7. posset enim hoc modo vendere boues, & alia animalia, pelle sibi reseruata, & illam ostendere. Mortem autem naturalem probabit, si testes habuerit, qui viderint animal mortuum absque vilo violentæ mortis signo. Et hanc crederem fuisse omnium ferè scribentium mentem, opinioneque illa, quæ videntur prima facie contrariæ, hoc modo optimè concordantur.

## SYMMARIUM.

- 1 Socius regulariter contrahendo alium non obligat, & num. 1. nisi tamen mandatum habeat, num. 3.
- 4 Socius contrahendo alium obligat, si pecunia versa sint in communem utilitatem.
- 5 Lex, iure societatis, ff. pro societ. quomodo intelligatur.
- 6 In remuersio equiparatur mandato.
- 7 Socius dicitur habere tacitum mandatum in rebus ad societatem pertinentibus.
- 8 Socius si contrahat super re spectante ad societatem nomine communi socium obligat.
- 9 Socius ad hoc, vt remaneat obligatus ex contractu socij de re spectante ad societatem, respectu tertij non est necesse probare, debitum fuisse versum in communem utilitatem, sed in respectu socij, qui contraxit, & n. 11.
- 10 Socius potius in dubio proprio nomine se obligasse præsumitur.
- 12 Insistor vnus negotiationis omnes obligat, & si plures sint insitores vnus alium obligat, num. 13.
- 13 Insistor & expresse, & tacite constitui potest, & quomodo.
- 14 Insistor vnus negotiationis non potest aliam exercere.
- 15 Insistor ad hoc, vt tacite dicitur constitutus, scientia debet esse certa, imò vltimo requiritur aliquis actus positivus, & num. seq.
- 16 Scientia, & patientia regulariter non sufficit, nisi interueniat aliquis actus positivus consensus demonstrans.
- 17 Insitores, & præpositi negotiationis non possunt accipere pecuniam mutuo, & ad cambium in præiudicium constituentis absque speciali mandato, nisi probent requisita, de quibus ibidem.
- 18 Socius omnium bonorum, ac contrahendo alium obligat.
- 19 Debitor solvens vni ex fratribus durante communionis, ab omnibus liberatur.
- 20 Debitor duorum vni soluendo liberatur.
- 21 Frater in re communi agere potest absque mandato.
- 22 Soluens pensionem domus vni ex fratribus, non potest ab aliis conueniri.
- 23 Socij an teneatur insolidum.
- 24 Frater regulariter fratrem obligare non potest, idem est in patre respectu filij, & in filio respectu patris, quod declaratur &c.

An vnus ex sociis contrahendo alium obliget.

## CAP. XLVIII.

PRO complemento huius secundæ partis breuiter querendum est, an frater socius contrahendo a-

lium obliget, circa quod primo respondendum est, quod socium contrahendo alium socium non obligat, leg. si socij firmo, & leg. iure societatis ff. pro societ. Petrus de Vbald. de duobus fratribus part. 9. nu. 1. Rota Genuens. decis. 7. nu. 3. Thelaur. decis. 136. Catoc. decis. 118. nu. 11. He& Felic. de societate, cap. 30. nu. 1. ac ideo pro debito socij non potest agi contra societatem, Rot. Genuens. decis. 14. num. 11. & decis. 26. nu. 2. Rot. Rom. decis. 105. num. 2. Recent. parte prima.

2 Quod ampliat, etiam si socius nomine communi contraxerit, dummodo obligatio non fuerit de re ad societatem ipsam spectante, vt post alios dixit He& Felic. de societ. cap. 30. sub num. 6. vers. secundo casu.

3 Quæ conclusio primo limitatur in habente generale mandatum ad obligandum consocium, quod dubitatione caret.

4 Secundo limitatur, si pecuniæ, vel res, ob quas contracta fuit obligatio, versæ fuerint in communem utilitatem, ita probat text. in di. leg. iure societatis, ff. pro societ. cuius hæc sunt verba. Iure societatis per socium ere alieno, socius non obligatur, nisi in communem arcam pecuniæ versa sint. Declarant tamen hunc textum Fulgen. & Alber. quos secutus fuit Palet. consil. 199. numero 13. & 14. & Cephal. consil. 635. num. 3. vt procedat, quod ad hoc, vt si socius accipiat pecuniam à tertio, & eam ponat in communem, possit ipse agere contra consocios ratione pecuniarum communicatarum, non autem quod tertius, qui pecuniam socio dedit, habeat actionem contra ipsos consocios.

5 Verum existimo ego, hanc non veram esse interpretationem. Primò, repugnant verba ipsius textus, proponitur namque ibi, an socius per socium obligetur, & deciditur non obligari, nisi pecuniæ in communem arcam versæ sint, ergo à contrario sensu, si pecuniæ in communem arcam versæ sint, socius per socium obligatus remanebit, & sic etiam tertio non est enim difficultas in illo textu, an socius obligetur socio, sed an socius per socium obligetur tertio. Secundo repugnat ratio, nam quod in remuersio equiparatur mandato, seu ratificationi, leg. et, qui, vbi Bartol. C. quædam eo, & docet Nat. in consil. 367. nu. 7. sed si socius mandati socij contraxisset, vel socius obligationem ratificasset, diceretur tertio per socium obligatus, ergo eodem modo ex in remuersio obligatus dici debet, quæ germana videtur illius text. intelligentia.

7 Tertio limitatur, si socius contraxerit debitum de re, seu super re spectante, & pertinente ad societatem, quam simul exerceret, respectu enim rerum pertinentium ad societatem socius à socio mandatum habere dicitur, glos. in l. nemo ff. pro societ. & in l. de pupillo, §. si plurimus, ff. de nou. oper. nunc. Cephal. consil. 768. nu. 25. lib. 5. Ludou. concl. 54. vers. socij, n. 47. He& Fel. de societ. cap. 14. n. 44. quod dicitur mandatum tacitum, seu tacita auctoritas resurgens hæc ipsa societate simul inita, Surd. decis. 213. n. 1. & sequuntur alij, quos citat He& Fel. loc. cit. nu. 45. Ex quo tacito mandato sequitur, vt vnus contrahendo alium obliget, Petrus de Vbald. de duobus fratribus par. 9. sub n. 5. Paris. consil. 94. n. 23. & seqq. lib. 1. Decian. consil. 60. nu. 4. lib. 2. He& Felic. de societ. cap. 30. num. 7.

9 Nec hoc casu necesse est probare, debitum fuisse versum in communem utilitatem, ad hoc vt socius, cuius etiam nomine fuit facta obligatio, remaneat tertio obligatus, sufficit enim, socium tacitam habuisse auctoritatem ipsum obligandi. Rota Genuens. decis. 14. num. 14. & 18. ne tertius, qui contraxit cum vno ex sociis deceptus remaneat, vt per He& Fel. loco cit. nu.

11. & 13. dummodo tamen communi nomine contracta facit obligatio, vt per omnes supra citatos Doctores, & cum in dubio potius nomine proprio presumatur contracta obligatio, ad tex. in *l. magis puto*, ff. de solut. & in *l. si in stipulatio*, §. Chrysogetus, ff. de verb. obligat. Menoch. conf. 122. num. 12. lib. 2. Nat. conf. 567. num. 6. lib. 3. Cephal. conf. 633. num. 5. lib. 5. Rota Genuens. d. decis. 14. num. 94. & Respectu verò ipsius socij, qui nomine etiam alterius obligationem facit, uecessaria est probatio, debitum fuisse verum in communem utilitatem, Petrus de Vbald. de duobus fratribus, par. 9. sub. num. 1. & 5. Paris. conf. 94. num. 27. lib. 1. Nat. d. d. consil. 167. num. 6. Riminalon. consil. 331. nu. 8. lib. 3. Menoch. conf. 575. nu. 4. lib. 4. Heët. Felic. de societate, cap. 30. num. 11.

12. Quinto limitatur in pluribus mercatoribus, qui institutorem constituant, vel vni tantum administrationem demandauerint, ex cuius facto omnes obligantur, si cum plures, vbi Bar. ff. de exercit. action. d. eiusque in prouincia, in fin. ff. si ser. vetat. Nat. ad propositum varias citans conf. 567. num. 1. ne in plures distinguatur leg. ne in plures, ff. de exercit. action. & quod duobus modis contingere potest: primo, si expressè aliquis sic præsuppositus negotiationi, dādo eidem expressam auctoritatem illam negotiationem exercendi nomine vnus vel plurium omniaque ad illam negotiationem necessaria faciendi, de quo apparere possit per verba expressa, vel per scripturam: ut optimè declarat Rota Genuens. in d. decis. 14. num. 39. tacite vero, si quis publicè pro institore alicuius negotiationis se gerat sciēte Domino, & patiente, & quod pro tali publicè fuerit habitus, & retentus: non est enim credendum, quod si Dominus nollet, ipsam posse obligare se eiusque bona sufferret, quod eius nomine vteretur, ac propterea quemadmodum institor expressè deputatus potest & personam, & bona eorum à quibus fuit præpositus negotiationi obligare: idem dicendum est in institore, seu complementario tacite deputato, Rota Genuens. loco citato, nu. 41. Heët. Felic. de societate, cap. 30. num. 15. qui plures alios citant.

14. Plura tamen circa similes institutores sunt animaduertenda: & primo præpositum negotiationi particulari non posse aliam exercere, leg. habebat, in princ. ff. de inst. ac propterea institor vnus negotij, si aliud longè diuersum exerceret, non obligaret constituentes: vt docet Rota Genuens. in d. decis. 14. num. 88. deputatus enim ad aliquos actus, obligat dominum solum quando illos actus expedit, Castrel. in leg. institutor, §. non tantum, de exercit. ac d. de Azor. in summa, c. de exercit. num. 14. dicit, quod datur actio contra proponentes, quando actus pertinent ad causam, cui fuit præpositus, secus respectu alterius causæ, glos. in leg. si institutor, §. ff. si cert. petat. & Bald. ibidem dicit, quod institor non obligat dominum extra id, ad quod fuit præpositus, Paris. conf. 93. num. 50. & seqq. part. prima, scientia enim operatur tantummodo respectu negotiationum ad scientiam, & patientem pertinentium, & non aliorum, vt per eandem Rotam loco citato, sub. nu. 81.

15. Secundo, circa tacitum complementarium, (vt hodie appellantur institutores) animaduertendū est, scientiam debere esse certam, specificā, & cum cognitione qualitarum, & circumstantiarum, aliter non sufficeret ad obligandum principalem, vt post alios ex pluribus probat Rot. Genuens. d. decis. 14. nu. 74. non certa enim, non specialis, sed informis scientia, & quodammodo in abstracto non est sufficiens ad obligandum, vt per eandem Rotam sub. nu. 54. Vnde qui vult probare scientiam, id formiter, & planè facere debet,

cum aliās probatio dubia non releuet, cap. in presentia, de probat. leg. nam hoc, C. vnd. leg. præcipue cum regulam habeamus, quod scientia non presumitur eorum, quæ ab aliis geruntur, sed potius ignorantia, l. verius, ff. de probat. Rot. loco citato, num. 75. & 76.

16. Tertio, nec scientia, nec patientia sufficit, nisi vterius interueniat aliquis actus positius consensus denotans, vt si dominus acciperet merces, quas emebat institor, Angel. Arce. in §. agitur, Institut. quod cum eo, nu. 4. & probat tex. in leg. prator, vii, §. sed si filius, versicul. scientie, ff. de edend. vb. requiritur, quod filius quantum referat patri, ad hoc, vt patrem obliget: ex sola enim scientia, & patientia non dicitur apparere de consensu, glos. in l. filius familias, §. annuus, ff. de procur. ad hoc igitur, vt quis obligetur ex scientia, & patientia, quod institor eius nomine negotium gerat, debet interuenire aliquis actus facti positius, ex quo necessariò arguatur consensus. Rot. loco citato, n. 75. & 76. qui actus debent insuper esse proximi, vt per eandem Rotam sub. d. d. n. 78. aliter enim scio, & patior, aliquem nomine meo agere, non propterea mihi præiudico, Castren. conf. 142. lib. 1. ad hoc enim, vt iudicium præiudicet, necessarium est, quod resultet ex actibus gestis, qui aliter se habere, ac intelligi non possunt, sed inducant de necessitate talem consensum, qui requiratur ad eum actum inducendum, de quo queritur, vt post Castren. Specul. & alios ex pluribus probat Rota Genuens. d. d. decis. 14. num. 80. & pluribus seqq.

17. Quarto animaduertendum est, similes institores, seu præpositos negotiationi, qui, vt dixi, complementarij inter mercatores appellari solent, non posse regulariter accipere pecunias mutuo, nisi expressè sit mandatum, leg. prima, C. de institor. prout nec etiam cambio, vt ex pluribus probat Rota Genuens. d. decis. 14. nu. 88. & seqq. qui n. 89. concludit, quod debent habere mandatum expressum, qui vult cambio accipere, & idem probat Heët. Felic. de societate in d. cap. 30. num. 20, aliter tertio non acquiritur actio institoria, nisi illa probentur requisita, de quibus per Alex. in conf. 44. nu. 6. lib. 2. nempe quod institor tempore mutui, vel cambij, dixerit accipere illas pecunias pro tali, & talis gentis: secundo quod esset necessarium illas pecunias accipere tertio, quod dans pecunias, sciret illam opportunitatem: quarto, quod non fuerit data maior quantitas pecuniarum, quam fuerit necessitate, quinto, quod pecunia fuerit accepta in loco indigentie, quæ requisita hæc profequitur Rota in d. decis. 14. num. 100. 101. 105. 108. & 109. In aliis verò negotijs ad ipsam societatem pertinentibus, quemadmodum respectu tertij socius obligat socium, sic etiam institor obligat suos principales, licet supra dicta requisita non probentur, vt per Heët. Felic. in d. cap. 30. num. 11. & seqq. nec non num. 15. & seqq. In materia enim mutui, & cambiorum tertio est imputandum, si cautus non agat, videndo auctoritatem institoris, vel certiorando principales, cum caute agendum sit ab his, qui alios, cum quibus non contrahunt, volunt habere obligatos, vt respondet Rot. loco cit. sub. nu. 87. nisi tamen institor esset deputatus in specie mentis campforiz, vt per eandem Rotam, quod dubitatio caret.

18. Quarto videtur limitanda conclusio in sociis omnium bonorum ex mente Cephal. in d. conf. 633. num. 6. versic. nec dicatur, verum idem esse in sociis omnium bonorum, non videtur dubitandum, per generalem dispositionem d. l. iure societatis, quam glosa ibi exemplificat in sociis omnium bonorum. Nec dicatur inter ipsos omnia esse communia, nam communia dicuntur quantum ad hoc, vt societatis iudicio veniant com-

municanda, non autem quod socius proprio nomine acquirens, aliis sociis acquirat, licet, vt dixi, societatis iudicio acquisita communicare teneatur. Sic igitur dicamus à contrario, quod debitum contractum ab vno ex sociis omnium bonorum debeat esse commune societatis iudicio, non autem quod à principio socius contrahendo socium obligauerit: Vnde si socius omnium bonorum acciperet pecuniam mutuo, & illam postea donaret, vel aliter distraheret, alij socij ex illo mutuo non remaneret obligati: locus tamen si illa pecunia versa esset in utilitatem societatis, vel etiam in propriam: in casibus tamen, in quibus expensæ propriæ de communi fieri deberent, iuxta ea, quæ superius suis locis dicta fuerit. Et in istis terminis potest verificari conclusio, quod socij omnium bonorum teneantur in solidum, vt per Mantica. *de tacit. & amb. conuent. lib. 6. tit. 22. n. 3.* He& Fel. *in d. cap. 30. n. 56.* aliter enim, vt dixi, socius socium non obligat, etiam si sint omnium bonorum socij.

- 19 Supradicta tamen intelliguntur de debito contracto, non autem de exactione crediti, debitor enim solucus vni ex fratribus durate communiione, dicitur ab omnibus liberatus, prout † debitor duorum vni soluendo liberatur, Bartol. *in leg. ex duobus, num. 1. ff. de duobus reis*, ac idem glof. *in leg. ea qua, in verbo, diuisa sint, C. famil. ar. is. dicit*, quod soluens vni ex sociis ad eum liberatur, vt id locum habeat, etiam si debitum in diuisione alteri solum fuerit assignatum. Imò Angel. *in leg. sed & si filio, §. idem est. ff. de consil. pecun. tenet*, quod debitor duorum possit vni se solutum promittere, & ei Apothecam facere, ad hoc, vt ab altero conueniri non possit: † potest enim frater in re communi agere absque mandato fratris, *leg. sed ha. de procur. scribentes in leg. prima, C. quibus res iud. non noc. Seraph. decis. 1433. num. 3.* Et ad hoc conferunt, quæ tradit Surd. *conf. 43. lib. 1.* † quod si vnus ex fratribus domum communem locauerit, & conductor ipsi locatori totam pensionem soluerit, alter frater non potest agere contra conductorem pro sua rata pensionis, quod tamen intelligit, si solutio facta fuerit illi, qui domum locauit.
- 23 Sec hic oritur dubitatio, multi sunt casus, in quibus socius contrahendo alium obligat; præcipue si nomine societatis de re pertinente ad societatem obligationem faciat, vt supra *num. 7. & seqq.* an in istis casibus teneantur in solidum: Circa quod communis est Doctorum distinctio; Aut sumus in societate contracta super aliqua negotiatione, quæ à publico decernatur, vt est conductio gabellarum, & similes, & omnes teneantur in solidum, Petrus de Vbald. *de duobus, fratrib. part. noua. sub num. 1.* He& Felic. post alios, quos allegat *de societate, cap. 30. num. 30.* Aut sumus in aliis societatibus ordinariis, & alia subsequitur distinctio, aut socij contrahunt insimul inter se, & non obligantur in solidum, sed quilibet obligatur pro ea parte, quæ habet in societate. Petrus de Vbald. *in d. tract. part. noua. sub num. 1.* Menoch. *conf. 410. num. 35. lib. 5.* Hector.

Fel. *in d. cap. 30. num. 34.* vbi ex mente aliorum id non nullis declarat modis. Aut obligantur ad fauorem tertij, & omnes in solidum teneantur, Menoch. *d. conf. 401. num. 37.* Surd. *decis. 113. num. 1.* Rota Genueus. *decis. 15. num. 12. decis. 97. num. 7. decis. 140. num. 3. & decis. 176. num. 8.* plures citat, & sequitur He&. Felic. *loco citato num. 31.* & multos alios cumulat Gratian. *disceptat. Forens. cap. 279. num. 8.* Sed hæc communis sententia locum habet, & sic intelligi debet, vt teneantur in solidum pro summa solummodo, quam quisque de capitali habet in societate, ultra enim corpus societatis in solidum non teneantur, ita declarat Olasc. *decis. 150. num. 8.* Strac. *de Mercat. in tit. de contract. Mercat. num. 15.* Rot. Genueus. *decis. 14. n. 111.* alios citat, & sequitur Felic. *in d. cap. 30. 32. & 33.* vbi post Olascam testatur de crebriori scribentium sententia, prout etiam non acquiritur actio sociis in solidum, sed proportionibus, quas habent in societate; de quo Felic. *loc. cit. nu. 44.*

- 24 Casus autem omnes prædicti, in quibus diximus, fratrem obligare posse fratrem, procedunt ratione societatis, quæ inter ipsos expressè, vel tacitè fuerit contracta: aliter enim certum est, fratrem absque mandato fratrem obligare non posse: ex regula, quod vnus ex factis alterius non obligatur, *l. si quis in suo, §. legie, C. de inoff. testamento.* Quod procedit etiam in patre, qui non obligatur per factum filij, nec filius per factum patris, *rubr. ne filius pro patre, in C. leg. post legatum, §. si filius, ff. de his, quibus vt iud. Afflic. decis. 308. num. 2.* Pauli. *conf. 93. num. 45. lib. 1.* Rot. coram Seraph. *decis. 1705. num. 1.* nisi tamen pater permittat filium nomine patris negotiari, id etiam actus positiuus approbando, vt per Afflic. *decis. 308. num. 3. & seqq.* Rot. Genueus. *d. decis. 14. num. 42.* He& Felic. *de societate, cap. 30. nu. 15.* concurrentibus tamen his, de quibus supra, nempe scientia certa, & indubitata, vt *num. 15.* actus positiuus patris consensum denotantes, vt *num. 16.* Et quod filius non contrahat extra negotium, in quo pater passus fuit eius nomine uti, vt *num. 14.* nec in casibus requirentibus speciale mandatum, vt *num. 17.*

Quibus præcipue rationibus Anconæ obrinui, Siluestrum Genetinum, Rauennæ nomine Francisci eius patris Apothecam chartæ, similitumque mercium exercentem, non potuisse patrem obligare pro pecuniis cambio acceptis sub nomine patris à Reppis, & Mora Mercatutam Venetiis exercentibus, præcipue cum dictus Siluester illis pecuniis vsus fuerit promendendis frumentis, in quibus nomine proprio negotiabatur, nec minus pro aliis debitis cum aliis contractis nomine patris extra negotium Apothecæ. Et licet primas Assessor, non sine proborum virosum admiratione contrarium iudicauerit: in oppositum tamen suum dedit votum nouas Assessor, his, ac aliis, rationibus motus, & nil aliud, quam iustitiam pro oculis habens.

Et ex his impositus sit finis huic secundæ parti nostri tractatus de Fratribus.

*Finis Secunda Partis Tractatus de Fratribus.*





# TRACTATUS DE FRATRIBVS.

AVTHORE

BLASIO MICHALORIO

I. C. VRBINATE.

PARS TERTIA.

In qua agitur varia de Fratribus Miscellanea.

*SUMMARIVM.*

- 1 Fraternali coniunctionem cateris aliis esse praestantior.
- 2 Frater dicitur frater alter.
- 3 Arabes, & Aethiopes in succedendo praeferebant fratres proprii filijs.
- 4 Fraternali coniunctio non solum est naturalis, sed etiam politica, & diuina.
- 5 Naturae fecerit plura membra duplicia.
- 6 Geryonem cur fabula finxerint esse triscorporem, & Briareum centimanum.
- 7 Fratribus cavere, calamitosum est.
- 8 Fratrum coniunctio, quare dicatur diuina.
- 9 Fratres appellamus, quos diligimus, & caros habemus.
- 10 Agamemnonis amor erga Menelaum fratrem.
- 11 Attali, & Eumenis fratrum amor.
- 12 Dytenti, & eius fratris factum egregium recensetur.
- 13 Laetia amor erga fratrem.
- 14 Mulieris factum recensetur ob amorem erga fratrem.
- 15 Fratrum antiquorum exempla nonnulla recensentur, qui mutuo amore se dilexerunt.
- 16 Pollucis, & Castoris amor, eorumque factum recensentur, num. 13.
- 17 Domestico dissidio nullum tetrum.
- 18 Ethoocles, & Polyneicos Oedipi Thebanorum Regis filij, quanto odio inter se certauerint.
- 19 Atrai, & Thiestis odium, & facinora: ubi etiam de Romulo, & Remo.
- 20 Fratrum contentiones acerbissima sunt, & quare.
- 21 Amor inter fratres, quomodo conservari possit, & n. 14.
- 22 Fratrem fratri adiutorem natura procreavit.
- 23 Primogeniti meliores.
- 24 Foetus nouissimi deteriores.
- 25 Frater senior iuniorum castigare potest.
- 26 Communis rerum humanarum difficultas.

- 29 Divisio inter fratres quomodo fieri debeat.
- 30 Charicles, & Antisichus fratres argentum poculum miserunt in duas partes.
- 31 Athenodori factum recensetur.
- 32 Pythagorei mores circa amicis am reintegranda.
- 33 Ariamenes, & Xerxes Regnum, ad invicem sibi concesserunt.
- 34 Erga proprios fratres prudentia maxime, & sapientia uti debemus.

De fratrum concordia, amore, & odio.

CAP. I.



**T**ERTIAM hanc partem tractatus de fratribus, in Miscellanea quamplurima de hac materia cumulantur, de fratrum concordia, amore, & odio inchoanda esse censui. Verum cum de his in foro dubitari non contingat, nec de rebus similibus controversa

fit apud Doctores, alia methodo huc referenda esse statui. Vnde, omissis, ut plurimum nostrorum allegationibus, dicam quicquid in hac materia mihi occurret.

- 1 Constat igitur, fratrum coniunctionem, & necessitudinem ita arctam esse, atque implicitam, ut nulla maior, nulla copulatio inueniri, aut excogitari possit: ita ut merito parentum, ac filiorum coniunctionem antecellere videatur: parentes namque, si amittantur, multis modis possunt recuperari, ut cura, aetate, honore, vel etiam sine in adoptionem, seu arrogationem alteri tradas, iuxta constitutum à Iurisperitis, ac

Imperatoribus modum. Et si filium amiseris, aliquo adoptionis genere consolari poteris dolorem tuum. Quo circa non immerito voluit Nigidius apud Gellium *noct. attic. lib. 13. cap. 10.* fratrem esse dictum, quod esset ferè alter, ita ut sit quodammodo vna anima in duobus corporibus. Et hac consideratione docti Arabes lege cauerunt, ut fratres gentilium hereditatem successores antecederent filios, ut refert Alex. ab Alexand. *Gen. diernum lib. 6. cap. 10.* vbi etiam recenset, apud Æthiopes ad regni successione non Regis, sed fratrum filios vocati fuisse solitos.

Est autem hæc fratrum coniunctio non solum naturalis, sed etiam politica, & diuina: naturalis, cum vinculum naturale fratres inter se ita connectat, ut, etiam si fiat repentina vis, etiam si temerarius accidat impetus, nunquam tamè valeat dissolui: iura enim naturalia sunt æterna, perpetua, & immutabilia. Exempla autem vsus fraterni, ut dicit Plutarcus in libello de amore fraterno, natura non longè à conspectu remouit, sed in ipso corpore pleraque necessaria fecit duplicia, germana, & gemella, manus, pedes, oculos, aures, nates: significat enim, omnia hæc salutis, & mutui auxilij, non dissidij, & pugne causa, sic esse digita: & ita natura ex vno semine, ac principio, duos, tres, aut plures fratres gignit, non discordiæ, aut repugnantie causa, sed ut separati facilius se se mutuo adiuuent. Proinde prodiderunt antiquiores, Geryonem fuisse tri-corporum, Briareum centimanum, ac alios aliis modis: sanè fabulosum est, hoc asserere: sed illi hoc finxerunt, quia tanta inter se concordia erant eiusmodi fratres coniuncti, ut non plures, sed vnus illi esse viderentur. Propterea Heitales nunquam Geryonem superare potuit, nisi cum discordia eos dissociasset; nec Briareus fulmine ictus est, nisi vbi discordia membra ita disiuncta sunt, ut ausu temerario aduersus naturam ipsam fuerit concitatur. Vnde non immerito infelicissima res esse videtur carere fratribus. Ac propterea Telemachus apud Homerum calamitatis loco ducit, quod fratrem nullum habeat. Hesiiodus vero, vbi vnicum dixit habendum esse filium, paternorum bonorum heredem, complexus quidem est minus bonum, maius verò neglexit; habuit enim rationem conseruationis bonorum in vna, eademque familia; sed neglexit fraternam coniunctionem. Imò nec etiam bonis consulere visus est, fratres enim, si fraternè viuere volunt, & in ea manere coniunctione, in qua procreati, productique sunt, profectò bona non solum non diuident, sed in vna semper viuunt familia, ac sub eodem tecto regent.

Si autem maximè fieri debet fratrum coniunctio, quia naturalis, & politica est profectò pluri fieri debet, quia diuina etiam est, ab ipso Deo instituta, ac præcepta; inquit namque Ecclesiasticus *cap. 25. In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus, concordia fratrum, & amor proximum, & vir, & mulier bene sibi consentientes.* Et Salomon *Prover. c. 6.* scribit: *Sex esse, quæ Deus odit, sapientiam autem, hoc est, amorem, qui discordias seminat inter fratres, detestari animam vitiosam.* Et Moyses *Gen. c. 17.* discordiam fratrum crimè pessimum appellat. Idcirco apud D. Matthæum Christus humani generis redemptor præcipit, ut fratri peccanti remittatur; Et Diuus Io. *Epist. 1. ad. dicit: Quis dicit fratrem suum in tenebris esse, & in tenebris ambulare, & nescire, quo eat, quia tenebra obcecauerunt oculos eius, qui vero diligit, esse in lumine, propterea a animam pro fratribus esse ponendam.* Eiusmodi coniunctionem etiam commendauit D. Petrus *Epist. 1. c. 1.* & D. Paulus *ad Rom. c. 12.* Vnde non mirum est, si

*Genesi cap. 38. & Deuter. cap. 23.* præcipit Deus, ut fratris mortui sine liberis vxorem accipiat alter frater ad suscitandum semen, & memoriam eius.

9 Et ex hac vna excellentis, præstantisque nominis consuetudine inualuit, ut nostro etiam tempore, quos diligimus, ac caros habemus, fratres dicamus, fraternoque amore eos nobis coniunctos esse attestemus. Et qui religione coniuncti sunt, dicuntur fratres, & eorum conuentus, & societates fraternitates nuncupantur. Quo etiam nomine ij omnes appellantur, qui nonnullis suis legibus, probatis tamen, & honestissimis conueniunt, ut aliqua pietatis, & religionis opera exercentur, & eorum conuentus sodalitates, confratritæ, seu confraternitates vocantur.

Amoris autem fraterni exempla, quam plurima adduci possunt, & Agamemnon Menelaum fratrem ita dilexit, ut pro eius iniuria vendicanda bellum aduersus Troianos susceperit. & Eumenes, atque Attalus Asia Reges ita vixerunt concordēs, ut alter alteri Regnum concesserit. Barbari quoque hoc sanctissimum fratris nomen venerati sunt: propterea & Dyentus, & alter frater Capadoces capti ab Augusto, & iustus maior nauu morij ita inter se contendebant, ut uterque eorum vellet esse maior, ut pro altero moreretur. Et & Iazetes Adiabenorū Rex, quamuis viginti filios haberet. Monabozo tamen fratri Regnum maluit relinquere. Et & quædam mulier, cuius nomen ignoratur, sed celebratur factum, non Intaphernis viri sui, neque filiorum incolumitatem, sed fratrem proprium petiit à Dario Rege Persarū: petiuit enim fratrem viro, & filijs: quia virum alterum poterat ducere, & filios alios procreare, sed nullos alios fratres sibi poterat comparare. Omitto & Maioris Africani, & Lucij, Tiberij, & Drusi, Publij, & Rutilij, aliorumque fratrum incorruptum amorem, atque concordiam.

16 & His addam solum, quod fabulantur Poetæ de Polluce, qui cum esset immortalis, Castorem fratrem mortalem alterna morte redemit. Vnde Virgil. *Æneid. 6.*

*Si fratrem Pollux alterna morte redemit.*

*Iteque, reditque viam toties.*

Sunt innumerabilia alia charitatis, & pietatis fraternæ exempla, ex quibus si vita hominis institueretur, profectò non tot fierent bonorum diciones, familiarum dissipationes, animorum etiam ipsorum creberrimæ similitates, & odia: & Quo enim maior est coniunctio, & beneuolentia inter fratres, eo etiam pessilentior est rabies, & odium atrocius si discordia separantur. Extat illud vulgarissimum adagium, *Damnifico dissideo nullum retrius.* Nec desunt huius odij exempla quamplurima, & Ætheocles, & Polynices Oedipi Thebanorum Regis filij tanto inter se odio concertarunt, ut non solum Cives, sed totum Thebanorum Regnum traxerint in discrimen, seque postremò mutuis vulneribus occiderunt: Dum verò comburerentur simul compositi, fumus, ad ostendam odij atrocitatem, in diuersas partes ferebatur. Vnde Quidius argumentans ab eo, quod fieri non possit, in Ibin sic cecinit.

*Et non a fraterno venient concordia fumo,*

*Quam vetus accersa separat ira pyra.*

19 Ita etiam Atræus, Thiestes fratres tanto odio flagrarunt, ut hic fratris vxori stuprum intulerit, ille verò fratri filium epulandum apposuerit: obque facinora Sol ne pollueretur, cursum retrorsum dicitur conuertisse. Licet Martinus inter Epithalamia in quodam sonet: dicat.

*Vide Thibe duo soli allensande*

*Opre crudelis, all' she il fier Thieste,*

*Le uenſe formidabili, è funeſte.  
Colo.ò di ſozze, & tragiche viuande*

Si enim Solem curiam retroſum conuertitſſe aſſe-  
runt, ne illa facinora videret, quomodo dicit ipſe, ge-  
minos ſoles apparuiſſe? Errat etiam, dum id Thie. ai-  
tribuit, non enim Thieſtes, ſed Atreus eius frater fuit,  
qui nefandas, & tragicas menſas parauit Thieſti, dum  
ei proprium filium epulandum appoſuit, vt habetur  
ex Senec. in argum. Thieſtis.

Romulus quoque, & Remus apud Romanos tanto  
ſe odio perſecuti ſunt, vt nunquam conqueuerint, an-  
tequam alter alteram obruncauerit, quemadmo-  
dum enim maximus eſt fratrum amor, ita etiam ꝑ co-  
rum contentiones acerbitate ſunt, vt enim in ada-  
gio, *qui ſe nimium amant, hi quoque nimium oderunt*: id-  
que, vt inquit Ariſt. *Pol. 7. c. 7.* nõ ſine ratione cõtingit:  
à quibus enim debet beneficium expectant, ab iſ-  
dem, non ſolum priuari beneficio, ſed in ſuper lædiſſe  
putant. Extranei verò exiſtimant, ex tanta neceſſi-  
tate, conuictu, ac familiaritate fratres ad inimicitias  
dilabi nunquam potuiſſe, niſi multorum, & atrocium  
ſibi inuicem eſſent flagitiorum conſcij: quippe ma-  
gnas oportet eſſe cauſas, quæ magnam beneuolen-  
tiam, ac amicitiam præcidant: vnde ſir, vt non facile ſit  
locus reconciliatiõni. Si quæ verò reconciliatiõ acci-  
dat, ſemper cicatricem ſordidam, & latente malo in-  
fectam retinet. Et enim omnis hominis aduerſus ho-  
minem inimicitia cum ſoleat ſtudio contendendi, ita,  
inuidia, memoria iniuriarum dolorem animo aſſerre,  
id multo magis efficit aduerſus fratrem ſuſcepta ob-  
communes lares, communesque manes, qui quo-  
tidie in memoriã redigunt inimicitia cauſas, quo-  
ſic, vt iucundiſſimus vultus aſpectu iam ſic odioſiſ-  
ſimus, & terrori ſummo vox à puero grata, ac fami-  
liaris. Proinde ſummopere cauendum eſt, vt ille  
amor, & coniunctiõnis iucunditas, illud vinculum  
arctiſſimum fraternitatis beneuolentia ſemper conſeruetur  
illibatum.

Modus autem, quo id effici falicè queat, vt ab eo-  
dem Plutarcho doceatur, hic eſſe poteſt, vt conſideremus  
omni amicitia generi ſe inſinuare poſſe vitia  
quamplurima. Idcirco Sophocles in plerisque rebus  
mortalium inueniri dicebat turpitudinem. Si verò ex-  
traneorum, quos ſponte in amicitiam aſciſcimus vitia  
patienter, & æquo animo toleramus, fratrum, quos  
nobis natura dedit, vitia non ſuſteremus? præſertim  
cum dum fratrem pati, ac diligere iubemur, ꝑ præci-  
pua noſtri partem iubeamur complecti. Natura enim  
te fratris tui non cenſorem, ſed dimidium, ac ſe-  
iunctum membrum procreauit, vt illi ſubuenias, præ-  
ſtoque ſis in omnibus, & animi, & corporis infirmita-  
tibus, ſubleues iacõtem, adiues calamitoſum, & cun-  
ctis ex eo accipias, tanquam ſi ex te ipſo prouenient.  
Homines canes iracundos, equos indomitos, lynces,  
ſimias, Leones, aliaque peſtilentiſſima animalia a-  
liunt, atque amant, fratrum verò iras, aut inſcitias, aut  
ambitiones non ſuſtineant? Alij cum impudicis femi-  
nis, ac ſcottis domus, agrosque proſcripſerunt, eor-  
umque ferunt immunitatem, ac prauiſſimos mores:  
tu de angulo domus cum fratre armis decertabis? nec  
eius aliquod loue vitium poteris tolerare?

Sint nobis exemplo, quæ antiquitus prodita ſunt  
claris litterarum monumentis de Caſtore, & Polluce.  
Ferunt Pollucem, cum quendam ſibi neſcio quid ru-  
muſculi inſuſurrantem de fratre audiuiſſet, pugno im-  
pacto eum trucidaiſſe. Quæ nos erudiunt, ac inſtruunt,  
ne vnquam vera eſſe credamus, quæ delatores, ſpecu-  
latoriſque homines nobis referunt de noſtris fratri-

bus, eſſeque à nobis cuiſmodi maledicos homines  
proculdubio reſticiendos.

Et præter hæc, quæ diximus, facillimum etiam eſ-  
ſet concordiam inter fratres conſeruare, ſi vnusquis-  
que eorum ſuum proprium, & peculiare munus ob-  
ſeruet, nec vellet ſe in alterius fratris munus intromitte-  
re: hæc namque ratione, non ſolum factum concor-  
dia, ſed etiam Ciuitatum, & Regnorum ſalus, & vira  
continetur. Maioris autem natu, munus eſt, præſſe  
cæteris, minoris verò ſubelle maioris imperio. Et o-  
miſſa illa conſideratione, ꝑ primogenitos eſſe paren-  
tibus quodammodo coniunctiores, & meliores, quam  
ſint cæteri; vt enim Almatior in libro Aphoriſmorum  
ad Saracenorum Regem *cap. 95.* aſſertit, parentum fa-  
cta, & euentus ex filiorum natiuitate dignoſci, huic-  
que reliquantam in cæleſtis domum aſſignari, habe-  
reque in eam rem primogenitorum natiuitatem plus  
vinum, quam cæterorum. Et primogenitos eſſe me-  
liores, ac præſtantioreſ cæteris, cum ſcriptorum om-  
nium teſtimonio noquiſſimi factus ſemper deteriores  
exiſtant, ac inutiliores; & medicorum ſirma eſt ſen-  
tentia, ꝑ inutiliores eſſe, qui poſtremi naſcantur, pro-  
pter debilitatos ſpiritus, & virtutem proſus extenua-  
tam: ac propterea viliora, & humiliora officia in fa-  
milia ſolent demandari filiabus vltimo loco genitis,  
vt latè colligit Tiraq. *de iur. primog. in præfat. num. 51.*  
omiffis inquam ſimilibus conſiderationibus, dico mi-  
norem ætatem maiori ſemper debere reuerentiam  
exhibere: ac ideo videmus, ꝑ fratrem ſeniores, iunio-  
rem caſtigare poſſe, vt per Tiraq. *loc. cit. nu. 141.* dum-  
modo modum non excedat, quod iudicis arbitrio re-  
linquitur, vt per Menoch. *de arbit. cauſa 394.*

Vetum enim uero, vbi nec patientia, & prudentia  
eorum, nec ſeparata inter eos officia, nec natura, æta-  
tisque debiſſimum munus poſſunt fratres ſimul in gratia,  
& ſocietate continere, proſe& ad familiæ, bonorumque  
diſtributionem deueniendum eſt: dicit namque  
Ariſt. *Pol. lib. 2. cap. 3.* ꝑ omnino conuictum, & communi-  
tatem rerum humanarum omnium eſſe diſſicilem, atque  
hoc probant eorum, qui vna peregrinantur, ſocieta-  
tes, quorum plerique diſſident inter ſe paruis, vilibus-  
que rebus offeſi. Nos quoque miniſtris illis pluri-  
mum iraciſcunt, quibus maximè vtimur ad quotidia-  
nam famulatum.

Eſt tamen animaduertendum, vt diuidantur bona,  
non animi, res, non fides, hæreditas, non amor. Vnde,  
vt inquit Plutarchus in eodem libro de amore fraterno,  
potius cura, & diſpenſatio inter eos debet diuidi,  
quam vſus, & poſſeſſio in medio poſita. Nec ita ſtri-  
ctè cuiſmodi diuiſio fieri debet, vt nec etiam ficos in-  
diuiſos relinquunt, vt proverbio ferunt. ꝑ Dicant et-  
iam Clariclem, & Antiochum fratres, argenteum po-  
culum, in diuidendo, in duas diſciditſſe partes, veſtem-  
que mediam diſſecuiſſe, tamquam ſi tragica iſtopreca-  
tione id facere fuiſſent coacti; vnde Plur. in Pytho ex  
Euripide in Phaniffis retulit, loquens de ſcheocle, &  
Polynice, acuto ferro fratres diuidere domum. Reſe-  
runtur autem hæc ſceleratorum exempla, vt propoſi-  
to illorum ſine, nos probare vitæ conſuetudinem in-  
eamus. Qui vero maiori præditus eſt iudicio, alterius  
iniurias, & contumelioſa verba prudentes ferat, ac ei  
ita pareat, vt nollet de minima quaque re cum eo de-  
certare, ſed tantum illi concedere, quantum alterius  
temeritas expoſtulat, & eius ipſius prudentia requirit.  
Dignus fuit laude ꝑ Athenodorus, & adhuc memo-  
ria hominum maximè celebratur; qui fratrem Xenonem  
contumelioſiſſimum, ac temerarium hominem,  
iterum, atque iterum in hæreditariis, bonorumque pa-

- remotum, ac propriorum partem vocavit.
- 32 Iurandi sunt hoc loco Pythagorei, qui non generis, sed doctrinae dumtaxat societate iuncti, si quando per iram ad maledicta prorupissent, ante solis occubitum, de arboribus mutuo datis, & lalutatione facta gratiam redintegrare solebant.
- 33 Ex Datio Rege Persarum duo remanserunt filij, Artamenes maior natus, & Xerxes minor ex Atossa Cyri filia progeniti, cum verò de Regno disceptaretur, ipsi mutuo inter se beneficiis ita se persecuti sunt, ut alter alteri Regnum libentissimis animis concesserit. Si Barbari hoc faciunt non quidem in agello, vel in mancipiis, vel in pecore dividendo, sed in Regno, ac gratissimis quibusque aliis rebus, quid Christiani, quorum religio charitate maximè nititur, facere debent?
- 34 Sed, ut finem iam attingam, dicam solum, quod nec prudentia, nec temperantia, nec iustitia, nec fortitudo, nec qualibet alia virtute, quam vel natura nobis tribuerit, vel usus comparauerit, vel Deus gloriosissimus nobis infuderit, ita vehementer in quemquam vri debemus, ut in fratres nostros, eorumque filios, ut naturæ munera feliciter obeamus, Dei præceptis pareamus, & nobis ipsis, rebusque nostris prospere consuluisse videamur.

## SYMMARIVM.

- 1 Frater an fratrem institueret teneatur, & regalia est negatus, num. 1.
- 2 Fratri competit quærela inoffic. testamenti, si turpis persona à fratre fuerit instituta, & tam si frater fuerit præteritus, quasi exheredatus, nu. 4. & etiam si ipsi fuerit relicta integre legitima, num. 11.
- 3 Legitimus competit contra fratrem quærela inoffic. testamenti.
- 4 Clausula codicillaris in testamento fratris instituentis turpem personam, an aliquid operetur; Et quid si turpi persona fuisset tertium substitutus, num. 7. & de prædicta clausula, num. 11.
- 5 Quærela inoffic. testamenti contra fratrem instituentem turpem personam, an rumpat testamentum in totum; & multi citantur pro affirmatiua opinione; etiam si fratribus aliquid fuerit relictum, ut nu. 9. sed quod solum competit quærela, vsque ad quantitatem legitimæ, num. 10. vbi rationes, & auctoritates adducuntur.
- 6 Legitima, qua competit fratri, est eadem in quantitate cum ea, qua competit filio.
- 7 Fideicommissum vniuersale in testamento fratris instituentis turpem personam, an conseruetur per Aulic. ex causa, C. de lib. præ. & nu. 16. & quid in legatis, & fideicommissis particularibus, num. 15.
- 8 Quærela, qua competit fratri contra testamentum fratris instituentis turpem personam, locum etiam sibi vendicat, si pro parte instituta fuerit persona turpis, & pro parte non turpis: dummodo tamen persona turpis hereditatem aduerit, nu. 18. & res fuerit diuisibilis, n. 19.
- 9 Quærela, qua competit fratri, etiam sorori competere dicitur.
- 10 Monasterium potest intentare quærelam contra fratrem instituentem turpem personam ex persona Monachi fratris testatoris.
- 11 Quærela contra testamentum fratris debet inueniri intra quinquennium; & tempus incipit currere à die scientiæ, num. 23.
- 12 Ius quærelandi testamentum fratris non transit ad heredem: nisi testamentum frater quærelam præparasset, vel per citationem, vel libelli oblationem, num. 25.
- 13 Fratribus vterinæ consuetudine non competit quærela inoffic. si testamenti.
- 14 Quærela inoffic. testamenti contra testamentum fratris non datur, si persona turpis instituta in vita testamenti redacta sit frugem melioris vite. /
- 15 Fratri turpi quærela inoffic. si testamenti contra fratris dispositionem non datur.
- 16 Quærela inoffic. si testamenti ob institutionem turpis persona non datur, si illa turpis persona alius ab instituto fuisset successura, quod declaratur num. 30.
- 17 Testamentum clerici testantis de suo peculio quærelari non potest.
- 18 Frater ingratus non potest quærelare testamentum fratris.
- 19 Frater agnoscens relictum sibi factum in testamento fratris, non potest eius testamentum impugnare.
- 20 Fratri an competit quærela inoffic. si testamenti, facta vulgari substitutione.
- 21 Fratri non vendicanti necem fratris, non competit quærela inoffic. si testamenti.
- 22 Sorori exclusæ per statutum, non competit quærela contra testamentum fratris.
- 23 Quærela inoffic. si testamenti, ob quarum institutionem competit fratri quærela inoffic. si testamenti.
- 24 Meretrice à fratre instituta competit quærela inoffic. si testamenti.
- 25 Mulier, qua quandoque sui copiam amansi feceris, an sit infamis, vel saltem turpis, num. 40.
- 26 Mulieres, qua quandoque se immiscuerint cum amatoribus suis non à testamento.
- 27 Mulieres coniugata semel tantum deprehensa in adulterio sunt infamæ, secus tamen si non fuerint deprehensa, nec de adulterio damnata, & an sint saltem turpes, num. 41. & 42.
- 28 Mulieres, qua solum ardore libidinis homines admittunt, an sint infamæ.
- 29 Meretrice, qua meretriciam artem diuisit, an remaneat infamis.
- 30 Infamia per cessationem à crimine, an, & quando aboleatur, & num. 48.
- 31 Infamia tollitur per ingressum religionis.
- 32 Meretrix, qua religione fuerit ingressa, potest institui, absque periculo quærela inoffic. si testamenti.
- 33 Quærela competit fratri ob institutionem persona infamæ infamia tantum facti.
- 34 Spuria si fuerit institutus, fratri instituentis competit quærela inoffic. si testamenti, secus si fuerit legitimatus num. 53. vel ex propriis virtutibus illustratus, num. 54. vel spuria fuerit nobilis nupta, num. 55.
- 35 Naturales institui possunt absque periculo quærela; ubi declaratur in quibus naturalibus hæc verificetur conclusio.
- 36 Quærela inoffic. si testamenti datur fratribus, etiam solum turpibus personis institutis.
- 37 Turpis persona qua sit, relinquatur arbitrio iudicis.
- 38 Diffamationem sufficit probare ad hoc, ut quis dicatur turpis: secus tamen est respectu exheredationis paterna, num. 60.
- 39 Frater, & soror furiosi de necessitate exemplariter substitui debent.
- 40 Frater si fratres instituit, an ipsis de tutore, & curatore prouideri possit, & num. 65.
- 41 Mater an possit filio tutorem, vel curatorem dare. Et quid si viuus sit pater, num. 64.

An frater fratrem institueret teneatur; & quid si instituta fuerit infamis, vel turpis persona; & quæ in proposito dicatur

dicatur persona infamis, vel turpis: & casu quo fratres instituantur, an ipsis à fratre possint dari tutores, vel curatores.

## CAP. II.

- 1 Inter varias controuersias, quæ in materia fratrum considerari possunt illa prima, & pulcherrima se se nobis offert quæstio, si an frater fratrem instituere teneatur. Et pro affirmatiua opinione videtur tex. in l. fratris, & sororis, C. de inoff. testamento; ubi habetur, neminem eorum, qui ex transversa linea veniunt, ad inofficiosi quærelam admitti, exceptis fratre, & sorore, ergo fratres, & sorores institui debent, aliter ipsis hoc non competere remedium. Verum citatus tex. ut declarati glōf. in verbo, sorore, procedit in casu legis fratres, eod. tit. si nempe à fratre, vel sorore instituta fuerit turpis persona. Vnde, ut res magis elucescat, ponam cōclusionem cum suis declarationibus. Sit igitur conclusio si fratrem non teneri nec sororem, nec fratrem instituere, per tex. expresse in dict. l. fratres; ac ideo fratres præteriti, vel exheredati non possunt intentare quærelam inofficiosi testamenti, ut in dict. l. fratres.
- 2 Quæ conclusio primo declaratur, ut non procedat, si frater, vel soror turpem instituerit personam, quo casu fratribus quærela conceditur inofficiosi testamenti contra fratris dispositionem, ut habetur in d. l. fratres, ubi latè scribentes Dec. consil. 330. vers. quinto queritur, Ruin. consil. 5. lib. 3. Peregr. de fideicom. art. 36. num. 45 Hond. conf. 47. lib. 2. Malual. consil. 24. Thefaut. decis. 126. Mastril. decis. 152. num. 1. lib. 2. & tradunt passim alij, de quibus infra dicatur; & longè post hæc scripta vidi Octavianum Zucch. in decis. Lucens. 26. de hac materia loquentem.
- 3 Quæ declaratio sibi locum vendicat tam in exheredato, quam in præterito, Bald. in dict. l. fratres, num. 6. Hond. in dict. conf. 47. num. 11. talis enim præteritio habetur pro exheredatione Iaf. in dict. l. fratres, num. 1. vers. extendere, & docent scribentes in dict. leg. fratris, & sororis.
- 4 Secundo ampliatur hæc declaratio, ut procedat etiam in fratribus legitimatis, Curt. lun. consil. 37. Crau. consil. 138. col. 2. Cagn. in l. 1. in quinta quæst. de inoff. testamento, & sequitur Peregr. de fideicom. art. 36. num. 50. & prius dixerat art. 23. sub n. 27. vers. & si frater, cum attentio iure Communi legitimati omnia iura legitimorum consequantur, ut per Peregr. dict. artic. 23. num. 26.
- 5 Tertio ampliatur, ut in proposito nihil operetur clausula codicillaris, quæ licet regulariter importet fideicommissum; scribentes in Auth. ex causa, C. de lib. p. iter. tamen hoc casu, expugnato testamento per quærelam, turpis persona non veniret per fideicommissum & rationem esse dicit Paul. de Castr. in l. si parvoni, in fin. ff. ad Trebel. quia aliter quærela nihil operaretur, & sequitur Iaf. in dict. leg. fratres, num. 5. & hoc pro singulari tradit Crem. sing. 91. & consuluit Paul. de Castr. consil. 268. lib. 1. Fulg. consil. 71. Dec. consil. 561. Ruin. consil. 5. lib. 1. circa finem, Rol. consil. 87. num. 12. lib. 3. Peregr. de fideicom. art. 36. num. 48. latè Hond. dict. consil. 47. num. 35. & esse communem opinionem, dicit Thefaut. decis. 128. num. 1. & optime ex pluribus probat Gasp. eius filius ibi in add. & sequitur Fachin. controuers. iur. lib. 4. c. 91. Mangil. de Imputat. qu. 2. n. 4.
- 6 Quæ tamen ampliatio non procedit, si turpi personæ fuisset tertius non turpis substitutus, tunc enim vigore clausulæ codicillaris deberet fieri restitutio illi

tertio, cessaret enim tunc odium personæ, Peregr. loc. cit. vers. hæc tamen secunda, & sequitur Thefaut. in dict. decis. 128. n. 4. nec dissentit Gasp. in add. & sic veniente ab intestato intelligerentur grauati per fideicommissum restituere hereditatem illi tertio, ut docet Paul. de Castr. in d. l. si parvoni, & esse pulcræ declarationem dixit Iaf. in d. leg. fratres num. 5.

- 7 Quarto ampliatur, ut per hanc quærelam testamentum rumpatur non solum vsque ad quantitatem legitimæ, sed in totum, Bartol. in dict. leg. fratres, num. 3. hæc enim quærela inducitur in odium instituti, vnde testamentum in totum rescindi debet, leg. parvoni, ff. si quis à parent. fuer. mans. quod etiam secutus fuit Bald. & Iaf. num. 8. communem opinionem esse asserit, cum ratio odij personæ institutæ militet non solum vsque ad quantitatem legitimæ, sed in totum, quam sententiam amplexus pariter fuit Clar. in testamentum, quæst. 50. vers. pone ergo, Bologn. consil. 15. num. 15. Malual. qui hanc opinionem ex pluribus probat consil. 24. num. 31. 63. & 69. idem secutus fuit Hond. conf. 47. num. 32. lib. 2.
- 8 Quinto ampliant multi etiam si aliquid fratribus fuerit relictum, volunt enim posse agi non solum ad supplementum legitimæ, sed ad impugnationem etiam totius testamenti, ut tenuerunt Cuman. Saly. in dict. leg. fratres, quos refert Iaf. in tertia ampliatio, Fulg. consil. 71. col. vlt. alios citat Peregr. de fideicom. art. 36. num. 46. & voluit Clar. & Hond. loc. citatis, qui dicunt, hoc casu nihil operari clausulam, codicillarem, alios citat Rot. coram Ludou. decis. 271. num. 19. & seq.
- 9 Verum quod fratribus non competat quærela, nisi vsque ad quantitatem legitimæ, sentit Ang. in Auth. resque, C. com. de leg. Cor. consil. 176. in primo dub. lib. 4; Paris. consil. 64. num. 26. lib. 3. Curt. lun. & Cagn. in l. 1. ff. de inoff. testamento, qui de communi testator, latè Socin. lun. consil. 87. in 2. dub. lib. 4. Gabr. optime in consil. 126. num. 1. & seq. & hanc vetiorem videri opinionem Peregr. dixit de fideicom. art. 36. sub num. 48. Valq. de success. creat. lib. 2. §. 20. part. 4. n. 215. & sic per Consil. Neapolit. fuisse decisum, Afflic. decis. 125. & decis. 204. & esse magis comunem opinionem Ang. quæst. famil. lib. 1. quæst. 11. per totam, & ex pluribus probat, & sequitur Thefaut. in dict. decis. 128. num. 11. Cucch. de legitimis, in sine operis, sub num. 8. Mangil. de Imputat. qu. 2. num. 9. Gratian. disceptat. Forens. lib. 1. cap. 135. numer. 22. & seqq. Quæ opinio probatur per tex. in leg. omni modo, C. de inoff. testamento: ubi habetur, filiis institutis in minori quantitate, quam sit legitima, competere solum actionem ad supplementum. Nec obstat citatum tex. loqui de filiis, in quibus est diuersa ratio, cum quærela filiis competat in odium exheredantis, fratribus verò in odium personæ institutæ, ut considerant omnes in contrarium citati. Respondetur namque primò, imò textum loqui indefinitè in omnibus casibus in quibus quærela dabatur, ut animaduertit Gab. in dict. consil. 126. num. 2. Præterea fratres non debent esse melioris conditionis, quam ipsimet descendentes, quibus competit quærela solum vsque ad quantitatem legitimæ, ut argumentatus fuit Gab. loc. citato, Nec obstat ratio differentie, nam si pater, & ipse instituisset turpem personam, & filio integram non reliquisset legitimam, certum est, filio non competere quærelam, nisi vsque ad legitimam, cur igitur volumus competere fratribus, quibus, clarum est, non tam stricto iuris vinculo legitimam debent? præterea non potest nec etiam absolute dici in testamento fratrum considerari tantummodo odium personæ institutæ; nam si hoc esset, daretur etiam fratribus vterinis, & filiis

lis fratum utriusque coniunctorum, quibus non concedi, certum est, *leg. prima, de inoffic. testamento*, unde consideratur etiam favor ipsorum fratrum, concurrente odio personæ institutæ, ut dixit Gabr. in *d. consil. 116. n. 10.* & prius Soc. in *consil. 87. nu. 8. & 1. lib. 4.*

- 11 Ex quibus dubiam prorsus cederem esse opinionem illam, tale testamentum non sustineri per clausulam codicillarem, nec etiam ultra quantitatem legitimæ, nam si in filiis sustineri volunt, qui tanquam venientes ab intestato intelliguntur grauati restituere institutis, ita etiam sustineri deberet testamentum fratris, persona turpi instituta, odium namque personæ contrarium operari non potest, nam etiam si pater turpem instituisse personam, stante clausula codicillari, filius non posset impugnare testamentum patris, nisi usque ad quantitatem legitimæ, in quam sententiam ultra supracitatos inclinatur etiam Thefaur. in *d. l. decis. 128.*
- 12 Sexto ampliatur, ut procedat supradicta declaratio, de qua *num. 3.* etiam si fratribus factis relicta integra legitima, ut per Guliel. & Paul. de Castr. quos refert Ias. in *d. l. leg. fratres, sub num. 11.* Sed si verum est, quod dictum fuit superius *num. 10.* prout verissimum esse existimo, falsa erit hæc ampliatio, si enim querela non competit, nisi usque ad quantitatem legitimæ, & integra legitima fuit relicta; nulla erit querela, de quo Mag. *loc. supra citato num. 7.*
- 13 Legitima autem hoc casu erit eadem in quantitate, cum legitima filiorum, cum & hæc aucta censetur, ut optimè docet Gabr. in *d. l. consil. 126. num. 3. & seqq. Fach. controu. iur. lib. 4. cap. 28.* Non est tamen necesse, ut relinquatur titulo institutionis, ut dixi supra in *prima parte, cap. 13. num. 56.*
- 14 Septimo ampliatur, ut rupto testamento per hanc querelam non conseruetur fideicommissum vniuersale, per *Auth. ex causa, C. d. lib. prat. Ang. in §. fin. in Auth. ut cum de appell. cognosc. Ias. in d. l. leg. fratres,* qui licet dicat, hanc dubitationem indigere Imperatoris decisione, factur tamen, hanc esse communem opinionem; & sequendam: idem secuti fuere Franc. de Rampog. & Io. de Imol. in *d. l. leg. filio praterito, ff. de iniust. rupt. & ini. fall. testamento, Bartol. in d. l. Auth. ex causa,* vbi etiam Alex. *num. 19.* Paul. de Castr. in *leg. patroni, §. fin. ff. ad Trebel. & alij,* quos citat Cagnol. in *d. l. Auth. ex causa, sub num. 87.* vbi dicit, esse communem opinionem, & in puncto iuris veriorum, & præcipua est ratio, quia dicta *Auth. in corpore,* unde sumitur, loquitur solum de præteritione, & exheredatione ascendentium, & descendentium, non autem transuersalium, in quibus propterea debent seruari iura antiqua, præcipuè cum sumus in correctoriis, in quibus nec etiam ex identitate rationis fit extensio, ut per Fulg. *consil. 71. sub num. 4.* Mantio. *consil. 139. lib. 1. Rol. consil. 87. num. 11. lib. 3.* Alios citat Thefaur. in *d. l. decis. 128. num. 6.* plures Peteg. *de fideicom. art. 36. num. 49.* † qui idem tenent esse dicendum in legatis, & fideicommissis particularibus, non sustineri nempe per *d. l. Auth. & sequi videtur Rot. coram Ludouic. decis. 171. num. 7.*
- 16 Verum negari non potest, ut dicit Cagn. in *d. Auth. ex causa, vers. postrema,* hanc opinionem esse rigorosam, & realitati parum consonam, cum non possit assignari diuersa ratio, cur magis in vno casu, quam in alio deberi sustineri legata, & fideicommissa; unde verissimiliter, si de hoc Imperator fuisset interrogatus, idem statuisset; quam sententiã propterea tenuerunt Iacob. de Aren. Petr. Cyn. Bald. & Salic. in *d. l. leg. fratres,* & eam probat Clar. in *§. testamentum, qu. 52. & sic*

fuisse iudicatum in consilio Neap. testatur Affli. *de- ciso. 125.* quam opinionem æquiorum appellat Peteg. *sub d. l. nu. 49.* plures alios citat, & sequitur Thefaur. in *d. l. decis. 128. num. 7.* qui dicit, hanc sententiam in iudicando, uti æquiorum & humaniorem, esse sequendam; dicta enim *Auth. promulgata* fuit ad sustinendas testatorum voluntates, quæ ratio etiam in proposito militat casu, quod ex pluribus Thefaur. probat; Et verè nec ego ab hac sententia recedere audeam, licet namque odium personæ institutæ videatur aliquam constituisse differentiam inter vnum casum, & alium, attamen principalis ratio dictæ Authenticæ fauor testatorum fuit, quam etiam in testamentis fratrum militare, non est dubium: præterea dicta *Auth. loquitur* indefinitè de testamentis ruptis per querelam; & licet de ascendentibus, & descendentibus fiat mentio, id tamen pronenit, quia ascendentes, & descendentes regulariter sunt, qui per querelam impugnare possunt testamento: sed hinc non sequitur, ut casus noster sit exclusus, in quo pariter per querelam rumpitur testamentum fratris, qui turpem instituit personam.

- 17 Octauo ampliatur, ut querela sibi locum vendicat, etiam si pro parte instituta fuerit persona turpis, & pro alia parte non turpis, adhuc enim pro illa parte, pro qua turpis instituta fuit persona, querela intentari potest, ut glos. dixit in *d. l. leg. fratres,* vbi etiam Bart. *num. 4.* Bald. *num. 7.* Ias. *nu. 2.* & alij scribentes passim, quod tamen Bald. *loc. cit. declarat,* † ut non procedat, si turpis persona hæreditatem non adierit, cum additio requiratur, ad hoc ut querela intentari possit, *leg. penult. c. de inoffic. testamento.* Secundo declaratur, † in res omninò indiuisibilis turpi, & non turpi personæ fuerit relicta, argumento *tex. in leg. si is, qui duos, ff. de lib. leg.*
- 20 Nouo ampliatur in fororibus, quæ in proposito fratrum appellatione continentur, *leg. tres fratres, ff. d. part. l. Lucius, ff. fam. cretise.* & forores de inofficioso testamento agere posse, probat. in *§. 1. Inst. d. inoff. testamento,* & in *leg. fratres, C. eod.* Fulgof. *d. l. consil. 71. num. 1.* Mastril. *decis. 252. part. 2. in princ.*
- 21 Decimo ampliatur in Monasterio, qui ex persona Monachi potest hanc querelam intentare, Bal. in *leg. si quis filium num. 6. C. de inoff. testamento,* Thefaur. *de- ciso. 129. num. 1.* licet ipse Monachus non possit per se hanc intentare querelam, nec etiam vti cessionarius Monasterij, ut in *d. l. decis. 129. per totam.*
- 22 Sic ampliata supradicta declaratio venit etiam multis modis limitanda: & primo, si querela non fuerit intentata intra quinquennium, ultra enim istud tempus non datur, *leg. finis §. fin. C. de inoff. testamento, l. contra minores, C. eod.* Clar. in *d. l. §. testam. etiam, quasi.*
- 23 40. † Tempus autem incipit currere à die scientiæ, cum ignorant non currat, Dec. *consil. 530. num. 8. & 9.*
- 24 Secundo limitatur; si frater decesserit antequam querelam intentauerit, cum istud ius ad hæredes non transeat, etiam si frater decedat intra quinquennium, Petr. & Cyn. in *d. l. leg. finis, §. fin.* Paul. de Castr. in *l. si quis filium, C. de inoff. testamento,* vbi Ias. *num. 3.* Sim. de Præz. *de interpret. vltimar. vol. lib. 3. dub. 5. fol. 4. num. 60.* qui docet, secus esse in querela competentis descendentibus, per *tex. in d. l. leg. si quis filium, C. de inoff. §. testamento.* Sublimitatur tamen hæc limitatio, † si iam frater præparasset querelam, vel per citationem, vel libelli oblationem, vel comminationem, tunc enim illud ius ad hæredes transeat, *leg. posthumus, §. fin. iuncta leg. seq. vbi Bart. & Bald. ff. de inoffic. testamento,* & docet Hond. in *d. l. consil. 47. num. 36. & seqq.*

- 26 Tertio limitatur in fratribus veterinis tantum, per  
tex. in *dist. leg. fratres*, & in *dist. leg. fratris*, ubi glol. cum  
iura consanguinitatis non habeant, §. *nonissimè*, *Inst.*  
*ad Sen. Conf. Q. 5. 1.*
- 27 Quarto limitatur, quando persona turpis vinente  
testatore redunda esset ad frugem melioris vite, ut di-  
xit Bald. in *dist. leg. fratres*, num. 5. Fab. in §. *foror*, *Inst. de*  
*inoffic. testamento*, lal. in *dist. leg. fratres* sub num. 6. *vers.*  
*quinto limita*. Olasc. *decis. Pedem.* 124. quicquid contra  
leulerit Ruin. *consil.* 138. nu. 8. lib. 4. Peregr. *de fideicom.*  
*art.* 6. num. 51. Melin. *de leg. lib.* 1. tit. 2. *quasi.* 12. num.  
21. unde requiritur, ut persona sit turpis tempore con-  
diti testamenti, Tull. *Christopol. in suis casib. mlit. casu*  
44. *in fine*, de quo infra num. 46. & *segg.*
- 28 Quinto limitatur, si & ipse frater turpis sit persona,  
*leg. in arenam*, §. *fin. C. de inoff. testamento*, ubi scriben-  
tes, lal. in *dist. leg. fratres*, sub num. 6. *vers. septimo limita*,  
Angel. in *leg. prima*, ff. *de inoff. testamento*, Bald. in *l. im-*  
*probium*, C. *ex quibus caus. infam. irrog.* ubi tenet, fenera-  
torem non habere querelam contra testamentum  
fratris turpem personam instituentis, Gratian. *consil.*  
6. num. 30. lib. 3. Peregr. *dist. art.* 36. *numer.* 51. Hond. *dist.*  
*consil.* 47. num. 12. Thesaur. *decis.* 126. num. 5.
- 29 Sexto limitatur, si illa turpis persona etiam ab intestato  
successura fuisset, ut si esset filius fratris testatoris,  
tunc enim aliter frater querelam hanc intentate  
non posset, Paul. de Castro in *dist. leg. fratris* ff. *de inoff.*  
*testamento*; quod lal. in *dist. leg. fratres* sub num. 6. hac  
ratione confirmat; illi non datur remedium aliquod  
ad impugnandum testamentum, cui non differret  
successio ab intestato, *leg. illud*, §. 1. ff. *de bon. poss. contra*  
*tab. leg. posthum.* §. *si quis ex his*, ff. *ead. §. item adoptivas*,  
*Insti. de hered. qua. ab intest. de ser.* Sed in casu predicto  
institutus succederet ab intestato, ergo frustra aliis  
daretur remedium inofficiosi testamenti. † Veram  
ratio predicta nullo modo concludit: nam licet insti-  
tutus succedat pro eius parte ab intestato, non succe-  
dit tamen in totum, unde pro parte, in qua frater te-  
statoris succederet, ipsi hoc remedium denegari nul-  
la ratione deberet: Et doctrina in contrarium consi-  
derata procedit solum pro ea parte, in qua turpis per-  
sona ab intestato fuisset successura; & in istis terminis  
loquitur Peregr. *de fideicommiss. artic.* 36. num. 54.
- 31 Septimo limitatur in clerico testante de suo pecu-  
lio quali castrensi, cum eius testamentum non possit  
vilo modo impugnari, iuxta ea, quæ tradit lal. in *dist.*  
*leg. fratres*, num. 7.
- 32 Octavo limitatur in fratre, qui commiserit vnam  
ex causis ingratitudinis, de quibus in §. *ingratitude*,  
in *Auth. de nupt. glol. in dist. leg. fratres*, & in *Auth. non*  
*licet*, C. *de lib. præt.* quod ampliatu procedere, etiam si  
causa ingratitudinis non fuerit apposta in testamen-  
to nam scriptus hæres, cui opponitur de turpi perso-  
na, de ingratitudine opponentis excipere potest, ar-  
gumento *leg. libertus*, l. 2. ff. *de in ius voc.* Salic. in *d. l.*  
*fratres* in 1. & 3. *qu. lal. ibidem*, sub nu. 7. *versic. addo.*
- 33 Nono limitatur, si frater agnouisset sibi relictum  
in testamento, tunc enim sibi præiudicasset, Cor. *con-*  
*sil.* 76. in 2. *dub. lib.* 4. Peregr. *dist. artic.* 36. sub num. 52.  
*versic. limita*, ubi frater.
- 34 Decimo limitatur, si datus fuerit substitutus vulga-  
ris, cum enim tunc institutus non possit esse hæres, suc-  
cedit substitutus, & sic secundo loco institutus, uti nõ  
turpis, ita post plures, quos allegat, dixit Thesaur. *de-*  
*cis.* 127. num. 11. & *segg.* qui hanc opinionem latissime  
ad partes disputat. Quam tamen sententiam sequen-  
dam nullo modo puto, substitutio namque vulgaris  
locum habet, quando institutus non potest, vel non

- vult succedere, sed persona turpis non dicitur omni-  
no incapax successionis, imò si frater testatoris taceat,  
benè succedit, unde solum potest frater a persona tur-  
pi institui, mediante querela, auferte commodum,  
& beneficium successionis, Dec. *consil.* 530. *col. vlt. Ruin.*  
*consil.* 5. lib. 3. Peregr. *loc. cit.* num. 57. cum igitur turpis  
persona succedat in hereditate, licet hereditas ab ip-  
so possit auferi, cessat tamen substitutio vulgaris, &  
præcipue adita hereditate per institutum, cum per  
aditionem dicatur sublata vulgaris, *leg. post aditam*, C.  
*de Imp. & aliis substis.* ad quod conferunt plura tradi-  
ta per Thesaur. in *dist. decis.* 127. num. 5. & *segg.* qui et-  
iam respondet contrariis, licet in sine impugnatum  
opinionem potius approbate videatur.
- 35 Decimo generaliter limitatur in fratribus non ven-  
dicantibus necem fratris, illius enim successione pri-  
uantur, *l. cum frater*, C. *de his à quib. intelligitur tamen*  
vendicasse, si homicidam accusauerint in quo etiam  
solet adhiberi distinctio, aut frater fuit occisus à fami-  
lia, & antequam adeatur hereditas, de hoc queritio  
haberi debet, aut ab alio extraneo, & si id factum fuit  
palam, debet prius vendicari, si verò occulti adiri po-  
terit hereditas, & postea vendicari, glol. Barr. Alex. &  
alij in *d. l. cum fratrem*, Albert. *de status. part.* 2. *quest.* 82.  
num. 2. & idem erat in filio respectu patris, *l. hereditem*,  
ff. *de his, quib. ut indig. l. minoribus*, l. *si ea*, & *l. seq. C. cod.*  
Sed similes pænas hodiè recessisse ab aula, dixit Clar.  
in §. *fin. quest.* 76. Peregr. *de iur. Fisci. lib.* 2. tit. 5. num. 22.  
Melin. *de legitim. lib.* 4. tit. 2. *quest.* 18. num. 4.
- 36 Duodecimo limitatur in sorore exclusa per statu-  
tum, cui non competit querela, cum ab intestato ad  
successionem nõ admittatur, ut pulchrè consuluit So-  
cip. Lun. *consil.* 87. num. 1. & *segg. lib.* 4. ius enim quære-  
landi testamentum datur solum his, qui ab intestato  
possunt succedere, *l. posthumus*, §. *si quis ex his*, ff. *de*  
*inoffic. testamento*, ubi scribentes.
- Hic sic breuiter declaratis, Videndum testat, quæ  
nam sint istæ turpes personæ institutæ, ob quarum  
turpitudinem fratribus testatoris datur remedium di-  
cendi testamentum nullum, de quo latè Fab. in §. *foror*,  
*Inst. de inoff. testamento*, qui dicit, tria esse genera per-  
sonarum, quæ si fuerint institutæ, frater instituentis  
potest querelam intentare, ut infames iuris, vel per  
sententiam, infames facti, & turpes personæ. Quæ di-  
stinctio colligitur ex tex. in *leg. 1. C. de dignit. l. 12.* Vn-  
de primo, † si instituta fuerit meretrix, querela inten-  
tari poterit, ut dixit Ang. in *d. l. fratres*, C. *de inoff. testa-*  
*mento*, & in *leg. 1. ff. ead.* cum infames dicantur meretri-  
ces, quæ propterea à testimonio repelluntur, l. 3. §. *lege*  
*Julia*, ff. *de testam.* De his tamen meretricibus intelli-  
gunt omnes, quæ publicè quæstui se exponunt. Unde  
† de soluta, quæ solum interdum lapsa sit in peccat-  
um carnis, & solum amanti quandoque sui copiam  
fecerit, solet esse dubitatio. Et non esse infamem pro-  
bat Fab. *loc. cit.* per tex. in *l. palam*, ff. *de rit. nup.* præterea  
infames repelluntur à testimonio, l. 3. in *prin. ff. de test.*  
40 sed † tales mulieres, quæ quandoque se immiscuerint  
cum amatoribus suis à testimonio non repellentur,  
ergo non sunt infames, Menoch. *conf.* 18. nu. 18. Franc.  
*decis.* 68. Ricc. in *collecl. decis. collecl.* 159.
- 41 Sed an sint saltem turpes est maior dubitatio, per  
tex. in *l. suprum*, ff. *de rit. nup.* & in *l. si filiam*, cum *Auth.*  
*ibi posita*, C. *de inoff. testamento*, quibus in locis proba-  
tur, filiam posse exheredari, quæ in corpore solum pec-  
cat, quasi inhonesta sit, & turpis. Verum responderi  
potest tex. in *dist. suprum* in primo casu loqui de mu-  
lieribus, quæ corpore quæstum faciunt, licet non ita  
palam: in secundo verò casu de cõcubinis, tex. verò in

*dist. l. si filiam* loqui de muliere in illo errore continuo permanente, ut ex illis colligitur verbis, *si filiam tuam, eo quod turpiter, & cum flagitiosa feditate vivit, & late ex pluribus probat Gratian. discept. Forens. lib. 2. cap. 21. num. 31.* Unde cum Fabio, & lactus cum Menoch. *de arb. casu 318. numer. 1. & seq.* concludere possumus, mulierem, quæ libidine incensa, vel amore capta, amanti sui copiam quandoque fecerit, non esse nec infamem; nec turpem, ac ideo institui posse, nec inde competere fratri instituentis quærelam inofficiosi testamenti, quod pluribus argumentis probat Menoch. *loc. cit.* quem sequitur Caro. *casu 124.* licet relatis Menoch. rationibus dicat, id iudicis arbitrio esse relinquendum, Farinac. *quest. 98. nu. 96.* alios citat Navar. *de elect. fori part. 1. sect. 2. quest. 11. num. 8.* Quam sententiam sequi necessarium existit, nisi velimus eas æquipare inhonestissimis illis mulieribus, quæ in prostibulis publicè quæstum faciunt; quod absurdum admodum reputari deberet, ut latissimè ex pluribus probat Gratian. *discept. Forens. lib. 1. cap. 135. num. 5.* qui de communis opinione testatur: Et hinc voluit etiam in *dist. cap. 213. nu. 31. & seqq.* partem exheredare non posse filiam ob unicum concubitum, nisi vitam luxuriosam elegerit, meretrixque effecta fuerit.

41 Quod tamen de solutis intelligendum est, non autem de conjugatis, quæ si semel tantum faciunt deprehensæ in adulterio, vel de adulterio fuerint damnatæ, sunt infames, *l. palam, §. in adulterio ff. de vit. nupt.* secus tamen si nec damnatæ, nec deprehensæ fuerint.

43 Sed dubitatur, an si conjugata sui copiam amanti quandoque fecerit, absque quod fuerit deprehensa, vel de adulterio damnata, possit saltem dici turpis, & Fab. *loc. cit.* affirmatiuam sequitur opinionem per tex. in *d. l. si filiam*, quem tamen nihil probare certum est, cum loquatur de his, quæ viuunt in illa flagitiosa feditate, ut supra dictum fuit: unde magis concludit secunda eius ratio, turpem dici debere ob violationem matrimonij; licet nec deprehensio, nec condemnatio secuta fuerit.

44 Quod forsitan declarari posset, non procedere in inuenibus, quæ collatæ essent in matrimonium cum aliquo sene: Senectus enim est tam apta nuptiis quantum Bruma, mellibus. *Milstat in teneris annis amor hospes amens, est in canicie ridiculosa Venus.* Vel in his, quæ per longam tempus viros absentes habuissent: non potest enim vir se absentate absque consensu vxoris, nisi pro voto in subsidium terræ Sanæ, Socin. in *cap. quoniam frequenter, ut lit. non contest.* Et multo magis in his, quatum viri alienos perquirerent nidos, proptioresque vacuos reliquerent, credentes forsitan, fertiliores segetes in alieno reperiri agto; vel existimantes, aquas furtiuas dulciores esse: Si enim hoc casu vxores pares studerent reddere vices, iuxta illud Catonis, *Tu quoque fac simile;* dicere utur habere aliquam causam, quæ ipsas excusare posset; non loquor à peccato, quod absit, sed ab illa turpitudine, ob quam institui non possent in præiudicium fratrum instituentis, id enim videretur quodammodo viro imputandum; ut enim inquit Ouid. *lib. 2. de arte amandi, Dum fuit Atreides vna contentus, & illa Casta fuit. Visio est improba facta viri.* Nam non bene cum sociis Regna Venusq; manens. Et ad propositum Ouid. *Metam. 14. Lasa quid facies, quid amens, quid famina disces.* Et pro ipsius stat sententia Ouid. *lib. 2. de arte amandi, Iudico me, frassu est concessa repellere si audem.* Et nos in iure habemus, paria delicta mutua compensatione tolli; unde adulter, quod fecit, semper expectet, ut eadem mensura, qua mensus fuit, eadem remerietur, Et hæc est pœna, de

qua 2. Reg. *Et quod despereris me, & tuleris vxorem Vriæ, ecce tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormient cum vxoribus tuis in oculis solis.*

45 Dubitatur etiam de mulieribus, quæ cum hominibus passim se immiscerent solum ardore libidinis, & absque vilo quæstu, & viles dici debere, tenet Faber *loco supra citato ad tex. in l. aslethæ, §. ait Prator ff. de his, qui not. infam. sed imò esse infames probat expresse tex. in l. palam, §. itemq; vers. v. et. lib. 1. ff. de vit. nupt. cuius hæc sunt verba, *Recl.issime tamen Orlaenus ait, etiam eam, quæ sine quæstu palam se prostituerit, debuisse his connumerari.**

46 Sed & eam, quæ inhonestam reliquerit vitam infamem dici debere, probat tex. in *d. l. palam, §. non solum,* in illis verbis, *non solum autem eam, quæ facit, verum etiam quæ fecit, & facere desistit lege notatur, neque ei aboletur turpitud, quæ postea intermissa est.* Quod de directo videtur contra id, quod ex mente Bald. diximus supra num. 27. quod, quando persona turpis, viuent et testatore redacta est ad frogem melioris vitæ, non potest contra ipsam intentari quærela inofficiosi testa-

47 menti: † Unde distinguendum est cum Fabio *loc. cit.* quod si quis ex aliqua actione statim ex lege efficitur infamis, tunc infamia semel incurta non amplius abo-

48 letur, per tex. in *d. l. palam, §. non solum, ff. de vit. nupt.* † Si verò actio non sit talis, ut ipsum infamem statim reddat, sed solum turpem, cum turpem vitam ducat, tunc pœnitentia illa turpitud aboletur, & in his terminis libi locum vindicant ea, quæ docet Bald. in *d. l. fratres:* Exemplum ponit Fab. de muliere, quæ sine vlla quæ-

stus intentione sui copiam amanti fecerit; quæ licet turpè egerit, tamen si postmodum ab hoc se abstinerit, per pœnitentiam illa aboletur turpitud: † secus tamen est in meretricibus publicis, quæ etiam post pœnitentiam infames remanent. Quod tamen limitandum est, si religionem fuerint ingressæ, per ingres-

49 sum enim religionis tollitur omne vitium: † unde meretrix post Monasterij ingressum absque periculo inofficiosi testamenti institui potest: ad quod cõferunt tradita inferius in *hoc ead. 3. parte, c. 21. nu. 31. & seqq.*

51 Quærela autem prædicta non solum potest intentari contra infames ipso iure, vel per sententiam, ut sunt condemnati de aliquo iudicio publico, de quibus loquitur Fulg. in *conf. 71.* sed etiam contra omnes, qui de aliquibus criminibus fuerint diffamati, ut de homicidio, rapina, furto, falsitate, & generaliter de omni alio crimine infamiam irroganti, ut tradit Fab. *loc. cit. num. 9.* per tex. in *l. 1. C. de dignit. l. 12.* & sic non solum contra infames iuris, sed etiam contra infames, facti ut sunt illi, quorum opinio grauatæ est apud probos viros, de quo late videri potest Fulg. *di. l. confil. 71.*

52 Et hinc inferitur, quod si institutus fuerit spurius, fratri instituentis competit quærela inofficiosi testamenti, cum tales infamia notentur, *can. signis distinct. 36. can. coniu. 35. quest. 2.* Bal. in *l. 1. num. 2. in fin. C. de iur. aur. ann. Azo. in suum. C. ex quib. caus. se. sum. 1709. num. 4.* Bart. Bal. Alex. & alij in *l. 1. & si pepercit ff. de lit. & posth. & in l. turpia ff. de leg. 1. Afflic. dec. 125. & 204. laf. confil. 154. num. 5. lib. 1. Anch. 9. fam. lib. 3. q. 36. num. 9.* late defendit Thesaur. *decif. 126. num. 3. & seqq.* qui testatur, sic iudicasse Senatam, & responder contra-riis; & id passim secutos fuisse Doctores, dixit Gabr. *conf. 23. lib. 2.* & post alios latissimè hanc defendit opinionem Hond. *confil. 47. num. 21. & seqq.* qui num. 31. dicit, falsam esse contrariam sententiam Paleotti, Cagnol. & Rol. Et certè non videtur ab ea recedendum, licet spurjis fauore videatur, Fachin. *contronar. iur. lib. 4. cap.*



4. cap. 93. & sequitur Gratian. *discept. Forens. lib. 1. cap. 135. num. 35. & seqq.*
- 53 Quod tamen omnes limitant, si spurius institutus fuerit legitimatus, Bald. *conf. 146. vers. & 1. qualis. l. 1. Paleot. de Noth. r. 55. num. 6. & 7. Gabr. d. conf. 36. nu. 10. Thesaur. in d. decis. 126. num. 7. ad quod conferunt eo, quæ dicam infra in cap. 26. num. 2. & seqq.*
- 54 Secundo limitatur, si spurius ex propriis virtutibus esset illustratus, ac decoratus, per ea, quæ habentur in *can. numquam, distict. 56. & in can. Apostolica, de can. sequenti, eadem distict. Thesaur. loco citato, num. 6. Et in istis terminis possunt procedere tradita per Valsc. *consulti. 17. num. 2. & seqq.**
- 55 Tertio limitatur in spuria nupta viro nobili, quæ dicitur radiis viri decorata; quod menti tenendum esse, dixit Thesaur. *loco cit. num. 7. Imò sufficit, quod sit nupta viro legitimo, & naturalis, ratione enim viri, & ipsa efficitur legitima, & naturalis, Angel. in §. quia verò, Auth. quibus mod. natur. eff. filii. Decian. in l. femina, num. 7. ff. de reg. iur. Marf. *sing. 501. alios citat Caroc. casu 124. num. 9. licet id ipsi datum videatur.**
- 56 Quarto limitatur in filiis naturalibus tantum, & sic non natis ex coitu damnato, ut ex pluribus defendit Gasp. Thesaur. in *add. ad d. decis. 126. sub patria. Nec obstat, etiam naturales turpes dici personas, Hond. d. consil. 47. nu. 24. Gabr. conf. 30. n. 2. lib. 2. alios citat Mestril. decis. 152. num. 4. qui id ampliatur in quolibet alio illegitimè nato; nam responderetur, quod cum naturales possint institui, *leg. matr. c. de natur. lib. Valq. controuers. illustr. lib. 3. cap. 101. num. 28. nulla debet competere quærela, si à fratre fuerint instituti. Nec dicatur, plura concurrere debere, adhuc vt naturalis quis dici possit, nempe quod sit natus ex concubina domi recentis maritali affectu, ex libera, ex soluta, & quod cum ea potuerit contrahi matrimonium, vt dixit Bart. in *leg. fin. ff. de his, quibus vt ind. Mascard. de probat. consil. 341. Surd. de alim. tit. 1. quest. 9. num. 10. & in consil. 301. num. 28. & seqq. lib. 3. Menoch. consil. 60. num. 3. & præsumpt. 54. lib. 6. Hond. conf. 68. lib. 1. & dicam infra in cap. 19. nu. 5. Replacatur enim, hæc requisita esse necessaria ad hoc, vt quis propriè, & strictè loquendo, naturalis dici possit: Sed cum hodie concubinatus sit prohibitus, largo modo omnes nati ex soluta, & soluto dicuntur naturales, vt in d. cap. 19. num. 5. & successiue possunt institui, & ad successionem admitti debent, Gabr. conf. 29. lib. 1. & conf. 140. num. 27. eod. lib. Boet. decis. 165. lib. 2. Beret. conf. 60. & conf. 117. Rimin. Iun. conf. 215. nu. 76. & seqq. lib. 2. Surd. consil. 355. n. 55. lib. 3. Peregr. de fideicommiss. art. 12. sub num. 86. Iacob. Emil. consil. 31. per totum, plures alios citat, & sequitur Mestril. in d. decis. 151. num. 18. qui in puncto dicit, non competere hanc quærelam, si frater filios naturalis largo modo sumptos instituerit.***
- 57 Tertio, hæc quærela datur non solum contra infames iuris, & infames facti, sed etiam contra turpes personas, vt habetur in d. l. fratres, & in d. l. seror, & docet Fab. *loco cit. nu. 9. turpes autem personæ sunt, quæ etiam viles vocantur, vt excoiatores equorum, lufiores, ebrij, rixosi, dissoluti, & alij homines malæ conditionis, & famæ, ac inhonestæ vitæ, ad tex. in l. tertium, ff. de testib. Fab. loco cit. num. 3. & dant etiam exemplum de clerico in continuo adulterio permanente, cap. testimonium, de testib. cap. vt clericum, de vit. & honest. clerice. Et de his, qui ob mercedem publica spectacula faciunt, de quibus Fab. loco citato, num. 11.*
- 58 Verum, quia multa turpem reddere solent personam, eius conditione attendita, quæ alias turpem non redderent, id iudicis arbitrio relinquatur, vt per Fa-

brum *loc. citat. qui Iudex personæ qualitatem, hominum opinionem, Regionis consuetudinem, multa que alia perscendere posset, ad tex. in leg. 3. §. in magna, ff. de testib. multa enim priuatis hominibus conceduntur; quæ in persona religiosa, seu in dignitate constituta, turpia dici deberent; & multa adique dedecore à plebeis exerceri possent; quæ in nobilibus ignominiosius essent.*

- 59 Sufficeret tamen probare secundum Fabrum, aliquem esse diffamatum apud bonos, & probos viros; licet crimen non esset probatum; ex hoc enim solum grauatur opinio, vnde facti infamia resultat *leg. ei, qui, c. ex quibus caus. infam. irrog. & contra infames facti hanc dari quærelam, diximus supra, & tradit Fulg. in d. conf. 71. §. licet secus sit respectu exheredationis patris, si enim ex gr. filia exheredetur vt inhonesta, oportet probare flagitium, *leg. si filiam, c. de inoffic. testamento: & rationem esse dicunt, quia proprix filie exheredatio odiosa prorsus reputatur, quæ ratio cessat, dum agitur de extraneo instituto repellendo, & legitimo hærede admittendo.**

Conclusionem supra positam num. 2. fratrem non esse de necessitate instituendum, quam declarauimus *numeri sequentibus: aliam recipit limitationem; considerando casum, in quo fratres, & sorores sunt de necessitate substituendi, si nempe pater, vel mater forioso, vel mentecapto exemplariter substituatur, tunc enim si foriosus, vel mentecapus habeat fratres, vel sorores, ipsi de necessitate sunt substituendi, vt expresse habetur in *leg. humanitatis, in fin. c. de impub. & aliis substit. sufficit tamen vnum eorum substituere, secundum communem opinionem, de qua per Odd. de compendios. substit. Præiud. part. 4. q. 8. vers. vidimus; de quo videri potest Valq. de success. l. 1. §. 17. nu. 37. Trentac. de substit. part. 3. cap. 5. nu. 5. Intrig. de substit. quest. 35. Gall. de except. 10. num. 70. & seqq.**

- 60 Diximus regulariter fratrem non cogi ad instituendum fratres; sed quid, si ipsos instituat, ac possit etiam de tutore, & curatore ipsis providere. Sed omissis nostrorum allegationibus, cum de hoc iura habeamus expressa, animaduertendum est primo, dispositum esse in l. 1. ff. de testam. tutel. parentes filijs, quos habent in potestate, posse tutores dare; vnde cum in fratribus nulla possit considerari patria potestas, in hoc extraneorum loco haberi, dicendum est, & per consequens, non posse fratribus tutores, vel curatores dare; nisi eo modo, & forma, prout possunt extranei; vt dicam infra num. 65.

- 61 Quæ patris potestas in hoc ita est necessaria, vt nec etiam mater possit propriis filiis tutorem, seu curatorem dare, l. 2. ff. de confirm. tut. vb. hæc habentur verba, *Si curator à matre testamento datus sit filijs, confirmabitur ex inquisitione. Et in l. peto, §. mater, de l. 2. cuius hæc sunt verba, Qui tutorem mater dare non potuit. Quod tamen limitant, si mater filios instituerit, tunc enim, licet mater non habeat auctoritatem constituendi filijs tutorem, vel curatorem, atamen constituti ex inquisitione confirmantur, & ita dicitur procedere d. l. 2. Aliqui tamen vltius existimant, etiam non præcedente institutione, si mater tutores dederit, posse maxima tamen cum inquisitione confirmari: Verum hoc casu patum curandus videtur de nominatione matris, quomodo enim existimare possumus de bono tutore cogitasse matrem pro filiis, si eas tam malè non instituendo, trahit? Prout etiam quando mater volens transire ad secunda vota nominat aliquem in tutorem, non est ille de necessitate eligendus, ne forsan mater, quæ filios relinquere intendit, vel irritatio-*

pupillorum defraudare, & ad eorum bona dilapidanda tertium sibi confidentem eligere; vt optimè considerant Doctores, quos citat, & sequitur Menoch. *de arbitrat. casu 151.*

Circa matrem sit igitur prima indubitabilis conclusio, quod si mater filios non instituat, non possit ipsis de tutore, vel curatore prouidere, *leg. mater, C. de testam. tut.*

Secunda conclusio, quod si filios instituat, possit ipsis tutorem, vel curatorem dare, sed necessariam esse iudicis confirmationem ex inquisitione, vt *in d. leg. 2. ff. de confirm. tut.*

Prima conclusio, vt dixi, nullam habet dubitationem, sed secunda videtur falsa in vtroque capite. In primo, quia quod mater possit dare tutorem filiis institutis, est de directo contra *tex. in d. leg. peto, §. mater, ff. de leg. 2.* qui loquitur in casu, in qua mater filium instituerat, & subiungit, *quia tutorem mater dare non potuit*: ergo mater non potest dare tutorem filiis, licet eos instituat, cui textui de diametro repugnat aliter *tex. in leg. mater, C. de testam. tut.* vbi habentur hæc precipua verba: *Mater testamento filiis tutores dare non potest, nisi eos heredes instituerit.* Ergo si eos instituerit, poterit ipsis tutores dare, quod, vt dixi, est contra *d. leg. peto, in §. mater*: Et erit etiam falsa conclusio in secundo capite, dum diximus, necessariam esse iudicis confirmationem ex inquisitione, si enim potest mater filiis institutis dare tutorem, nulla alia erit necessaria inquisitio; & tamen id contradicit expressè citato textui *in l. 2. ff. de confirm. tut.* glosa *in d. l. mater* has contrarietates variis modis soluit: primo, quod *tex. in d. §. mater, leg. peto, ff. de leg. 2.* intelligatur, vt mater non possit dare tutorem, si filios non instituat. Verum hæc solutio est de directo contra litteram *tex. qui loquitur in casu, in quo mater filium instituerat, vt in illis verbis, filio impubere heredem instituto tutorem ei scripsit.* Secundo soluit glosa, vt mater non possit in quantum eius deputatio indiget iudicis confirmatione ex inquisitione: sed id est contra *dict. leg. mater*, vbi habetur, matrem posse dare tutorem filiis institutis; n igitur potest, alia non est necessaria iudicis inquisitio; & tamen hæc illatio est contra *dict. leg. 2. ff. de confirm. tut.* ibi, *confirmabitur ex inquisitione.* Vnde, stantibus supradictis contrarietatibus ego aliam amplectori glosæ solutionem; vt æmpe de iure Digestorum mater non posset dare tutores filiis, nec etiam institutis, *leg. peto, §. mater, ff. de legat. secundo.* Sed stante institutione fuisse à iudice confirmandos ex inquisitione *dict. leg. 2. ff. de confirm. tut.* de iure verò Codicis, si filios non instituat, non posse matrem, vt olim etiam erat constitutum, filiis tutores dare; secus si eos instituat, vt *in dict. leg. mater, C. de testam. tut.* Et licet non sit de facili admittenda legitima correctio, atamen supradictæ contrarietates de necessitate eam exposculant.

64 Et *dict. lex mater, Cod. de testam. tut.* disponens, vt mater possit dare tutores filiis institutis, procedit, etiam si pater sit viuus: licet enim pater sit legitimus administrator bonorum filij, ipsorumque habet vsumfructum, *Franch. decis. 10. num. 8.* atamen id non procedit, quando mater respectu eius bonorum filiis relictorum alium creauit tutorem, & administratorem, *Bero. consil. 159. sub num. 2. lib. 2.* quo casu pater remanet priuatus non solum administratione, sed etiam vsumfructu, & commoditate, *Gabriel. consil. 118. numero 13. lib. 1.* *Surd. consil. 116. numero 73.* vt enim *Surd.* dicit, si ipsi deberetur vsumfructus, multo magis administratio; vnde cum prohibuerit administrationem, intelligitur saltem tacitè prohibuisse e-

tiam vsumfructum, quod facere potest, *Authent. exipitur, Cod. de bon. q. lib. & etiam tacitè Boer. decisio. 193. Surd. in dict. consil. 116. num. 54.* & latè sequitur *Mastril. decis. 59. numero 3. & seqq. lib. 1. qui num. 8. respondet contrariis, & reprobatur Franch. in dict. decisio. 10. num. 8. & nonnullos alios.*

65 In aliis verò extraneis, & sic etiam in fratribus, aliam habemus distinctionem *in leg. patronus, ff. de confirm. tut.* quod adultis non possint curatores dare, impuberibus verò, si fuerint instituti, & nihil aliud habeant in bonis, tutores constituere posse, cum quilibet possit dare tutorem impuberi, quem instituit *dict. leg. Patronus.* Quæ lex duo copulatiuè requirit: primo, quod institutos fuerit impubes: secundo, quod nihil aliud habeat in bonis, ibi, & *extra ea nihil in bonis pupillus habeat*: si enim alia haberet bona, respectu bonorum, in quibus fuit pupillus institutus, deberet confirmari tutor absque alia inquisitione; respectu verò bonorum ipsius pupilli, non esset concedenda administratio, nisi cū inquisitione, vt per *Bart. in d. l. Patronus.*

Et ex his habes, amice lector, materiam hanc institutionum fratrum non minus forsitan subtiliter, quam incunde tractatam.

### SUMMARIUM.

- 1 Sorores de iure communi vna cum fratribus succedant.
- 2 Diuitiæ familia facilius conseruantur.
- 3 Fœmina exclusæ per statutum debent dotari.
- 4 Filia debent esse contenta dote à parentibus constituta, & num. 8. idem si fuerint dotata ab alio parente representante, num. 10. præcipuè sic disponente statuto, num. 5.
- 6 Legitima debetur iure natura.
- 7 Legitima an per statutum tolli possit.
- 9 Pater potest constituere filiabus dotem legitima minorum.
- 11 Fœmina debent esse contenta dote etiam ab extraneo constituta, si ob illam dotem excludantur à Statuto.
- 12 Filia enormissimè laesa in dote à patre sibi constituta, potest petere supplementum legitima, non obstante renunciatione, & iuramento, num. 13. & 14.
- 15 Lesio enormissima in dote, qua sit, & quodnum tempus attendatur in iudicanda lesione, num. 16.
- 17 Dos an possit arbitrari minor legitima.
- 18 Dos congrua an possit esse minor legitima.
- 19 Dotes cur quotidie augeantur.
- 20 Pragmatica in Statu Serenissimi Ducis Urbini circa vestimenta.
- 21 Mulierum cur maior sit numerus, & numerus seqq.
- 22 Parentes in Statu Serenissimi Ducis Urbini non possunt dare dotes maiores legitima absque licentia.
- 23 Dos non debet esse minor legitima, quando instituti sunt extranei.
- 24 Dos, qua debet dari in subsidium, non est rigorosè taxanda.

Fœminæ exclusæ per statutum stantibus masculis, quam dotem pretendere possant.

### CAP. III.

1 Licet de iure communi sorores vna cum fratribus ab intestato succedant, *l. maximum vitium, ff. de lib. præi.* adfunt tamen per totam Italiam statuta disponentia, ut stantibus masculis fœminæ non succedant, quod

quod ratione conseruationis familiarum fuit constitutum, quæ per masculos, & diuitiis facilius conseruantur, cum sine ipsis homines contemptibiles & quodammodo ridiculi euadant, vnde Fiorat. *Epist.* 16. ad Vall.

*Ves sapere, & solos animo bene viuere, quorum Conspiciunt nixidi fundata pecunia villis.*

2 Et Salom. *Eccles.* cap. 9. *Sapientia a pauperio contempta est, quia verba eius non sunt audita.* Et *Eccles.* cap. 13. *Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius ad nubes perducent: Pauper locutus est, & dicit, quis est hic?* Ac ideo in iure constitutum est, ad honores, & magistratus diuites pauperibus præferri debere, *leg. rescripto, in princ. de mun. & honor. & leg. ad sufferenda*, vbi Lucas de Pen. *C. de decur. lib. 10.* vt igitur familiarum gradum sustinere valeant, masculos feminas excludere summa ratione disponunt statuta locorum, vt dicam infra in *cap. 11. nu. 154. & seqq.*

3 Exclusæ tamen debent dotari secundum personarum conditionem, bonorum valorem domus consuetudinem, ac temporum qualitatem; & si de quantitate dotis præstandæ agatur, duæ sunt inspectiones. Prima, si iam à parentibus dos fuerit data, vel constituta: altera, si per fratres excludere volentes veniat constituenda.

4 Circa primam, licet aliqui variauerint, communis tamen est scribentium sententia, scilicet contentam esse debere dote data, vel constituta, seu relicta, nec aliquod supplementum congruæ dotis, vel legitimæ petere posse, *Dec. cons. 26 nu. 2. cons. 89. nu. 4. & cons. 505. nu. 4. Ruin. cons. 51. lib. 2. cons. 7. nu. 13. & cons. 56. nu. 13. & 14. lib. 3. Paris. cons. 9. nu. 88. lib. 4. Boer. quest. 62. nu. 14. plures cumulat Menoch. de arbit. casu 149. nu. 5. Brun. de stat. quod stat. mascul. art. 9. nu. 35. cum seq. Alciat. de presumpt. reg. 1. presumpt. 2. nu. 8. Laderch. latissimè *cons. 126. n. 1. & seqq. & cons. 127.* Hond. optimè in *cons. 10. nu. 21. & seqq. lib. 1. Stam. de of. 101. nu. 67. 68. & 69. Menoch. cons. 168. nu. 11. 12. & 17. Gasp. Thefaur. lib. 4. quest. 4. nu. 11. & 12. Merlin plures citans de legitim. lib. 3. tit. 1. q. 12. nu. 3. Rot. Rom. *decis. 202. nu. 2. part. 2. diuers.* & habetur in alia *decis. 195. nu. 3. select. per Farin. part. 2.* Et rationem esse dicunt, quia non est presumendum, patrem propriam filiam fraudate voluisse, & ad relinquendum dotem legitimam minorem rationabili aliqua causa fuisse motum, ad tex. in *leg. n. c. in off. de adult. & in leg. patre furioso, ff. qui sunt sui, vel alien. iur.* cum amicus melior patre non reperiatur, *leg. quod cum filium*, vbi Angel. *ff. de hered. instit.* Ac ideo non inspicitur hoc casu, an dos fiat minor legitima; adhuc enim congrua reputatur, vnde, vt dicit Laderch. in *consil. 35. nu. 3.* difficillimum est; dotationem à patre factam rescindere, Menoch. in *d. casu 149. nu. 5.* Thefaur. in *d. quest. 4.* cum non attendatur hoc casu quantitas legitimæ, vt per suprascriptos Doctores, & docent alij, quos citat, & sequitur Merlin. in *diel. quest. 12. nu. 6.***

5 Quæ conclusio eo magis procederet, si statutum disponeret ulterius, filiam contentam esse debere dote data, vel constituta, *Corn. consil. 77. lib. 1. Dec. consil. 277. versicul. & ista conclusio, & diel. consil. 505. nu. 4. Crauet. consil. 11. nu. 15. Paris. consil. 26. nu. 88. lib. 2. Anchar. quest. 51. nu. 2. & 4.* vel quod nihil aliud petere posset, *Rot. in diel. decis. 195. nu. 3.* vbi plures alij allegantur, Thefaur. *decis. 192. sub nu. 2. versic. 2. a. in hoc limitatur*

6 Nec dicatur, legitimam deberi iure naturæ, ac ideo per statutum tolli non posse: plures enim sunt responsiones. Primo, legitimam non deberi iure naturæ,

sed solum ex quadam ratione naturali, quæ ratio cessat ob agnationis conseruationem, sic respondet Socin. *lun. consil. 62. nu. 10. lib. 3.* Altera, pluribus omissis, est magis recepta responsio, quod statutum in totum legitimam tollere non posse, sed bene ipsam in aliqua parte minuere, vt in casu proposito, ita post antiquiores respondet Hond. in *diel. consil. 10. nu. 14.* & docet nouissimè Merlin. *de legitima, lib. 3. titul. 1. quest. 1. nu. 15. & 16.* & per totam illam questionem ad partes disputat, an, & quando statutum legitimam tollere possit.

8 Verum etiam si statutum hanc non haberet restrictionem, adhuc terminæ debent esse contentæ dote à patre data, relicta, vel constituta, nec conseruari possent, quod esset minor legitima, *Castren. consil. 175. in 7. dub.* & idem repetit in *cons. 400. & 401. lib. 2.* Socin. *Sen. consil. 288. versicul. ultimo loco, lib. 2.* Crauet. *consil. 11. nu. 15.* Alciat. *de presumptionibus, regul. 1. presumpt. 2. nu. 2.* Titag. in *leg. si vniquam in presat. nu. 36. C. de reuoc. donat. & de iure primogen. quest. 55. nu. 5.* & in his terminis loquuntur, vt plurimum Doctores supra citati, *nu. 4.* qui eorum sententiam fundant in presumptione, quod pater malum consilium profilia capere voluisse non presumatur; & docet ex pluribus Hond. in *d. consil. 10. nu. 11. & seqq.* & in his pariter terminis hanc sententiam defendit Merlin. in *d. q. 12. nu. 3. & seqq.* qui *nu. 8.* dicit, quod rationes contrarium sententium, nempe patrem non posse constituere dotem minorem legitima conseruari, per Menoch. in *d. casu 149. nu. 8.* & per Hond. in *d. cons. 10. nu. 11. & seqq.* Et dicit, hanc opinionem procedere tam in vita ipsius patris, quam post eius mortem. Laderch. *consil. 126. sub nu. 1.* Menoch. *consil. 81. nu. 3.* & sic necessarium est intelligere Doctores supra citatos, cum loquuntur de legitima, quæ conseruantur solum post patris mortem: Et in vita patris esset certe minor dubitatio, vt per Rot. in *diel. decis. 195. nu. 3. in fin.* & dixit Merlin. *loco citato, nu. 10.*

10 Quæ conclusio, quod terminæ debeant esse contentæ dote constituta, procedit in omni alio, qui loco patris dotem constituere debet, vt auius paternis, *Curr. Sen. consil. 61. in fin.* quem roiet, & sequitur Menoch. in *d. casu 149. nu. 14.*

11 Secundo ubi locum vindicaret conclusio, etiam si ab extraneo dos esset constituta, dummodo statutum dotatas etiam ab extraneo excluderet, & rationem esse volum, quia statutum potest feminas dotatas etiam parentum legitima priuare, ratione conseruandæ agnationis, & de dotata ab extraneo loqui multos Doctores per ipsum citatos. dixit Menoch. in *d. casu 149. nu. 4.* Sed an, & quando possit statutum legitimam debitam filiis in bonis parentum tollere, docet Merlin. *de legitima, lib. 3. tit. 1. quest. 1. & 2.*

12 Limitatur modo conclusio supra posita, filiam contentam esse debere dote à patre relicta, vel constituta, vt non procedat, si pater tenuissimam dotem constituisset, ita vt appateret, filiam enormissimè fuisse lesam: conclusio namque supra firmata in illa presumptione maximè fundatur, non esse presumendum, patrem fraudate voluisse filiam; ita ut si contrarium ex tenuissima dote appateret, ex qua resularet enormissima lesio; quæ absque fraude, & dolo transire non potest, cessaret procius hæc presumptio: vnde audienda esset filia, se de tenuissima dote conseruante, vt per *Castren. consil. 275. lib. 1. Curr. Sen. in d. cons. 27. Dec. consil. 180. & cons. seq. Socin. Sen. cons. 76. lib. 3. Boer. decis. 62. nu. 15. Stam. decis. 101. nu. 51. & 71. Menoch. plures cumulat in d. casu 149. nu. 15.* & hanc esse

communem distinctionem, in questione, an filia dotata à patre possit petere supplementum legitimæ, vel congruæ dotis, dixit Hond. *in dict. conf. 10. num. 33. Mand. conf. 79. Laderch. in d. d. 126. & seqq. & in vtroque nu. 1. Ceph. consil. 142. num. 27. Mascard. de probat. conclus. 1076. num. 7. Afflic. decis. 322. num. 7. Olasc. decis. 41. Et esse communem opinionem, Thesaur. *in dict. quest. 4. nu. 15. licet ipse num. 16. eam sequi non videatur: & stante magno excessu competere actionem ad supplementum, voluit Thesaur. *in decis. 192. & pluribus aliis relatis, docet Menoch. *in conf. 151. nu. 2. lib. 3. & voluit Merlin. *in d. quest. 12. n. 11. Stante enim enormissima læsione, diceretur dotans fuisse quodammodo in dolo; & in istis terminis loquuntur Corn. consil. 77. lib. 2. Castren. *in d. conf. 275. lib. 1. Ceph. consil. 208. nu. 7. lib. 1. Hond. *in d. conf. 10. Thesaur. *in dict. decis. 192. & alij supra citati.********

13 Quam limitationem procedere dicunt, etiam si filia renunciasset congruæ doti, & supplemento legitimæ etiam cum iuramento. Afflic. *decis. 322. nu. 15. Decian. conf. 56. num. 20. lib. 4. Mascard. conclus. 1076. nu. 7. Menoch. consil. 601. nu. 198. lib. 7. Merlin. *in d. quest. 12. num. 12. nam enormissima læsio quamcumque renunciationem rescindit Couar, *variæ. resol. lib. 2. cap. 4. sub nu. 5. Gail. præf. observat. lib. 2. observat. 147. Mynt. observat. 59. cont. 1. Guid. Pap. decis. 519. Thesaur. decis. 165. num. 6. & in terminis, de quibus agimus decis. 192. nu. 5. Ludou. decis. Parus. 18. nu. 6. Rot. Rom. decis. 624. nu. 3. part. 1. & decis. 102. part. 2. divers. alios citat, & legitur Merlin. *loc. cit. nu. 11. † Et ob presumptionem fraudis iuramentum non obstat, dicunt Corn. consil. 166. num. 11. lib. 1. Nat. conf. 548. num. 12. Gab. conf. 154. nu. 48. lib. 1. Decian. conf. 56. nu. 18. lib. 4. Menoch. consil. 601. nu. 159. cum seqq. lib. 7. & docent alij, quos sequitur Merlin. *loc. cit. num. 14. nonnulla alia ad propositum videri possunt infra in cap. 1. nu. 93. 94. & 95.*****

15 Vnde solum videndum est, qualis debeat esse ista læsio; & debere esse enormissimam omnes affirmant, quæ est, quando excedit dimidiam rei debitæ in notabili quantitate, Laderch. post alios *in citato conf. 126. nu. 4. Capic. decis. 159. num. 2. Cagnol. *in l. 2. num. 101. C. de rescind. vendit. Merlin. *in d. quest. 12. sub num. 16. vers. enormissima, nonnulla ad propositum Thesaur. *in dict. decis. 192. nu. 5. & 6. Et quæ in puncto possit dici tenuissima dos, ad hoc, ut de enormissima læsione apparere possit docet Menoch. *in citato conf. 251. nu. 4. lib. 3. ultra ea, quæ prius dixerat *in d. casu 149. nu. 14. & omnes animadvertunt, considerandas esse patrum facultates, filiorum numerum, consuetudinem Domus in constituendis mulieribus dotibus, temporum mutationes, communem usum, & alia multa, de quibus per supradictos Doctores, de quo etiam latè Mangil. *de Imputat. quest. 54. num. 27. & Merlin. *in dict. quest. 12. num. 20. & seqq. asserens num. 15. non esse consentiendum Mant. *in tract. de tacit. & ambig. conuent. existimantis, ob solam enormem læsionem, filiam esse audiendam; ut si dos constituta non ascendat ad quantitatem legitimæ: Et plura exempla, ex quibus Doctores scripsere, de enormissima apparere læsione, recensere curavit Merlin. *loc. cit. n. 20. & seqq. apud quem videri possunt.**********

16 Vnum non omisso, in consideranda dotis læsione, nullam habendam esse rationem bonorum postmodum per patrem acquiritorum, cum solù tempus constitutæ dotis attendatur, vnde si facultates augerentur, hinc non posset prætereire filia aliquam læsionem, ut docet Bald. *in Auth. vsque, C. com. de leg. Ruin. conf. 56. num. 14. lib. 3. Crau. conf. 11. num. 14. Boer. *in**

*d. g. 62. nu. 13. Dec. conf. 177. Et ex pluribus probat Menoch. *in d. casu 149. num. 17. & seqq. contra Socin. Sen. *in conf. 100. lib. 3. qui fuit sibi contrarium *in conf. 30. nu. 10. lib. 4. & post antiquiores latè docuerunt Mant. *de tac. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 11. Menoch. *conf. 171. n. 28. Cucch. *de legis. in verbo, nec vsu fructus, nu. 45. vers. constituendus est igitur, Anch. *g. sim. 51. nu. 5. lib. 1. Pec. à Petr. *de fideicom. g. 15. nu. 119. Hond. *d. conf. 10. n. 35. & seq. lib. 1. Laderch. *conf. 35. nu. 9. Mangil. *de Imputat. g. 9. num. 74. & seq. & quest. 54. num. 43. Rot. *decis. 202. nu. 20. part. 2. divers. & decis. 195. nu. 4. select. per Farinac. part. 2. Merlin. post alios, qui infinitum serè Doctorenum numerum recensere curavit *de legitima, tit. 1. qu. 12. n. 26. & seqq. ad quem sat est remittere lectorem, si ad saturitatem videre cupit, an, & in quibus casibus dos possit dici enormissima, ad hoc, ut filia aliquod ius petendi supplementum competere possit.**************

Secundam inspectionem esse diximus, si soror non fuerit dotata à parentibus, sed à fratribus, uti exclusa veniat dotanda, qua in re plures sunt opiniones, quas cum eorum fautoribus recenset, Menoch. *in dict. casu 149. à nu. 22. vsque ad finem: † Multi enim tenuerunt, non posse arbitrari dotem minorem legitima, per tex. *in Auth. vsque C. com. de leg. vbi Salyc. *in 2. notab. & las. n. 28. qui dicit, dotè dandam femine exclusæ posse esse maiorem legitimæ, attento statu, & qualitate personæ, sed non minorem, idem affirmat *in Authent. nouissima sub nu. 59. C. de inoffic. testamento: & rationem esse dicunt, quia cum dos debeat assignari arbitrio boni viri, nunquam bonus vir iudicaret, dotem minorem legitimæ esse debere. Corn. consil. 100. vers. hinc non obstantibus, lib. 3. Dec. conf. 180. sub n. 5. vers. primum est. Tit. q. in l. si unquam in verbo, suscepit liberos, n. 100. C. de reuoc. donat. Afflic. *sup. conf. Neap. lib. 3. rub. 23. n. 53. Suarez *in suo Thesaur. receptat. sentent. in verbo, dos num. 318. Thesaur. *quest. For. lib. 4. quest. 4. num. 17. alios citat Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1. quest. 13. num. 1. & 2. vbi num. seqq. refert rationes eorum, qui hanc sequuntur opinionem: Alij dicunt imò, & minorem legitimæ esse posse; † & in ipsa taxanda legitimæ quantitate non esse attendendam, sed eius congruitatem aliunde pendere, nempe à motibus regionis, à personarum qualitatibus, à patrimonij valore; & sic minorem, vel maiorem legitimæ esse posse, Socin. Sen. *conf. 288. num. 18. lib. 2. Crau. *conf. 116. per totum, lib. 2. Gram. *decis. 101. num. 67. latè Hond. *in d. conf. 10. nu. 22. nu. 34. & seq. lib. 1. Menoch. *in d. casu 149. nu. 34. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 11. n. 40. Tiraq. *de iur. primog. quest. 53. num. 12. & 21. Marelc. *variæ. resol. lib. 2. c. 8. nu. 3. & sequitur nouissime Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1. quest. 13. num. 9. qui numeris seqq. huius sententiæ rationes adducit: respondet que contrariis: Et in constituenda dote, attendendas esse patrum facultates, mulieris qualitatem, mariti conditionem, probat tex. *in l. quæro, ff. de iur. dot. & in l. cum potest, §. gener. il primo, ff. eod. & si vera est illa opinio, ut mulier exclusæ à statuto propter masculos, intelligatur etiam exclusæ à legitimæ, ut voluit post alios Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1. quest. 1. licet dotari debeat, non erit tam attendenda quantitas legitimæ; & verè parum ad propositum in dignoscenda congruitate dotis, est ipsa legitimæ quantitas, cum dos congrua quandoque ad legitimæ ascendere non debeat; quandoque verò ipsam excedere necessarium existat: Ponamus, patrimonium esse amplissimum, quis diceret, dotem ad legitimam ascendere debere; ac propterea Socin. *in d. conf. 288. ante num. 18. dicit, esse somniam illorum, qui dicunt, dotem arbitrandam esse vique ad quantitatem legitimæ, cum********************

tum enim mulier debet solum competenter dotari, dos poterit esse competens, licet ad legitimam quantitatem non ascendat; unde in ipsa constituenda non quantitas legitimæ, sed facultates, & mulieris conditio est attendenda, Afflict. decis. 337. num. 9. loci qualitas, Regionis consuetudo, Dec. consil. 26. num. 4. temporum varietas, Socii. Sen. consil. 57. nu. 31. lib. 4. quotidie enim videmus dotes augeritæ ut nec dote legitimæ ad congruitatem dotes sufficiant: † Quod à variis impensis, quæ in nuptiis fieri solent, & præcipue in mulierum ornamentis multi prouenire dicunt: Ac propterea solent Principes in eorum Dictionibus statuere, † ac Pragmaticas condere circa vestimenta maximè muliebria, ac alias superfluas impensas, ut annis elapsis Serenissimus Vrbinus Dux, & fieri, & seruari iussit: licet ego pro certo habeam; magnas hodie dari dotes, aliunde prouenire, nempe ex mulierum multitudine numerum hominum longè excedente: Cuius ratio, si rationes quæramus, plures adduci possunt: primo, quia secundum naturales aliquos plures femine, quam masculi gignantur: secundo, quia in omnibus rebus naturalibus id euenire solet, ut rerum deteriorum maior sit copia: tertio, & forsitan melius, quia ex masculis alij ad Bellum proficiscuntur, alij in variis mundi partes se se recipiunt, multi peregrinantur, nonnulli absq; vxore vivere delectantur, clericorum maxima est copia, & infinitus ferè illorum numerus, qui ad varias, ac diuersas religiones se conferunt. Sed mulieres in domus angulis semper manent, & si Monasteria non ingrediantur, absque viris eas retinere, non tuta res est. Ac idè parentes, & fratres quicquid habent ipsis dare coguntur, adhuc ut viros inueniant. Unde ob familiarum conseruationem alia lege mandauerat Serenissimus, † ne parentes possent constituere filiabus dotem maiorem legitima absque Serenissimi licentia. Concludamus igitur congruitatem dotis non esse necessario somendam à legitima, sed maiorem, & minorem esse debere, prout quantitas patrimonij, qualitas mulieris, conditio viri, consuetudo domus, Regionis mores, temporum varietas expostulat, ut per supra citatos Doctores, & tradit Brun. de status. quod stant. mase. art. 9. num. 35. & sequi cui conclusioni varias ampliationes, & limitationes accommodat procurauit Merlin. in d. quæst. 13. num. 15. & seqq. inter quas quinta limitatio mihi non displicet, licet non sit de regula, † ut nempe de necessitate dos debeat ascendere ad quantitatem legitimæ, quando testator instituit hæredes extraneos, exclusis masculis, secundum Marefcot. variar. resolut. lib. 2. cap. 8. num. 1. Merlin. loco citato, num. 23.

24. Quæ autem dicta sunt de dote congrua, procedunt in his, qui regulariter dotare tenentur, ut sunt parentes, ac fratres, qui feminas excludere volunt, non autem in dote subsidia, quæ ab aliquo dari deberet in subsidium, tunc enim non esset rigorosè taxanda, sed solum iuxta meram necessitatem constituenda, Cord. in leg. si quis à liberis, §. sed si filius, num. 69. ff. de liber. agnos. Barz. decisio. 129. nu. 19. Rota decis. 361. num. 2. secular. per Farinac. part. prima, ut in fratre diuite, qui sororem inopem dotare tenetur, de quo infra in cap. 33. num. 2.

## SUMMARIUM.

1. Legatum conditionale pro dote præstandum, cum nupsērit, non potest peti, nisi adueniente conditione, secus si sit modale, vel purum, num. 1. & 3.
4. Legatum pro dote an sit conditionale.
3. Legatum conditionale pro dote factum ab eo, qui dotare

- tenetur, an statim peti possit, & quid si excedat legitimam, num. 6.
7. Legatum pro dote factum ab eo, qui dotare tenetur, statim peti potest, inspecta iura communis & dispositione.
8. Femina exclusa per statutum, decernitur etiam primatū legitima.
9. Legitima quomodo debeat iure natura.
10. Statutum potest minuire legitimam in quantitate, & in tempore.
11. Dos feminis exclusis, an debeat ante tempus nuptiarum, est distictio.
12. Femina exclusa simpliciter, intelligitur etiam exclusa à legitima.
13. Statutum excludens etiam non dotatæ, dicitur excludere etiam à legitima, ac idè dos non succedit loco legitimæ.
14. Dos an succedit loco legitimæ, est distictio, & num. 15.
16. Dos non succedit loco legitimæ, si statutum generaliter excludat feminas à successione, vel si eas excludat etiam ab hereditate non dotatæ, num. 17.
18. Legatum pro dote habet tacitam conditionem, si matris momentum sequatur.
19. Legatum pro filia cum uenatū habitur, non debetur, nisi post ingressum religionis.
20. Dos danda à fratribus feminis exclusis non debetur, nisi adueniente tempore nuptiarum, nec hinc dici potest, statim arctare ad nubendum, nu. 21. nec potest considerari diuersa ratio inter dorem legatam, vel à fratribus præstandam, num. 22.
23. Dos relicta, vel à fratribus præstanda, ante nuptias non transmittitur ad hæredes, declaratur num. 24.
25. Legatum pro dote quantum ad alimenta resoluitur in purum.
26. Frater tenetur alere sororem exclusam, & alimenta interim præstata non compensantur in dotem, nu. 27. quod locum habet etiam in hærede extraneo, num. 28. & fructus, qui interim percipiuntur sunt illius, qui præstat alimenta, num. 29.
30. Dos succedit loco legitimæ, non obstante statuto exclusiue feminarum, si fuerit iure institutionis à patre relicta, quod tamen improbat, de quo & num. 41.
31. Dos succedit loco legitimæ, si statutum mandet, feminas congruè dotari usque ad legitimam, vel dicat, nil aliud peti posse occasione legitimæ, num. 32. quod tamen improbat, num. 33.
34. Dos succedit loco legitimæ, si statutum mandet, feminas congruè dotari, id tamen improbat, num. 35.
36. Dos succedit loco legitimæ, si appareat, hanc esse mentem statutum.
37. Dos succedit loco legitimæ, si statutum mandet, exclusas nil aliud petere posse, quo casu volumus, dotem peti posse ante nuptias, num. 38. & idem esse docent, si dicatur in statuto, quod nil aliud peti possit ratione legitimæ, num. 39. quod reprobatur, num. 40.
42. Filia enormiter laesa in dote, potest petere supplementum.
43. Dos succedit loco legitimæ, si appareat hanc fuisse testatoris mentem.
44. Frater, qui tenetur dotare sororem tempore nuptiarum, interim potest cogi, ut satietis.

Dos à parentibus filiabus relicta, vel à fratribus præstanda, an statim peti possit.

## CAP. IV.

Diximus in capitulo superiori, statibus statutis exclusiuis feminatum, filias debere esse contentas

tas dote à parentibus constituta : sed an eam statim secuta morte parentum petere possint, vel potius expectandum sit tempus nuptiarum, est altercatio inter Doctores : & constituunt aliqui differentiam, an dos relicta sit ab extraneo, vel à parentibus, qui dote teneantur, ut considerat Castr. in l. Titio contum. §. Titio Genero, nu. 6. ff. de cond. & demonstr. & in utroque capite plures casus considerat Menoch. de presump. lib. 4. presump. 146. nu. 2. & seqq. Verum animadvertendum est primo, difficultatem solum esse in dignoscendo, an legatum sit conditionale, vel modale, vel purum: omnes enim conveniunt, quod si sit conditionale, nempe si dictum fuerit, cum nupserit, vel si nupserit, non debeatur, nisi adveniente conditione nuptiarum: de primo exemplo Alex. in consil. 53. lib. 2. Paris. in consil. 36. nu. 5. lib. 3. & in consil. 110. nu. 3. lib. 4. de secundo est tex. in §. sed hoc presens, in Auth. de fidei. & Episc. Angel. in consil. 392. nu. 1. Bald. Nouel. de dote, part. 6. prin. 76. vers. secundum usum, & de utroque Menoch. in d. presump. 146. nu. 3. Si verò sit modale, nempe si dictum fuerit, ad hoc, ut nubere possit, vel ad hoc, ut nubat, de primo Bald. in consil. 249. lib. 4. de secundo Couar. ex cap. nos quidem, nu. 11. vers. & prioris statim debetur, ut per Menoch. loco citato, nu. 4. & 5. Si prout pariter statim deberetur, si esset putum, quod nullam contineret difficultatem.

4 Unde solum est dubitatio, quid si simpliciter dictum fuerit pro dote, vel pro ipsa maritanda, vel causa contrahendi matrimonium, vel quid simile. Et omnia distinctione aliorum, qui constituunt differentiam, si dictum fuerit, pro ipsa maritanda cum persona certa, & nominata, vel generaliter pro ipsa maritanda: Aliqui tenent, legatum non esse conditionale, cum in iure non probetur, dictionem, pro, impotare conditionem: verum Bart. respondit in d. §. Titio Genero, ubi etiam Castr. nu. 7. quod conditio non resultat ex illa dictione, pro, sed ex natura ipsius legati, quod cum dictum sit pro dote, & dos non dicatur, nisi secuto matrimonio, legatum dicitur conditionale, nempe si sequatur matrimonium, & hæc est communis scribentium sententia, cuius fautores, vna cum eorum rationibus refert Menoch. in d. presump. 146. à n. 6. usque ad n. 20. & sequitur Rot. decis. 430. nu. 2. recent. par. 1. quod tamen limitandum esset, si aliter de mente testatoris appareret secundum varios casus, quos considerat Menoch. loco citato, à nu. 20. usque ad 29.

Maior videtur difficultas, si legatum fuerit factum ab eo, qui dote teneatur, & sub conditione nuptiarum, ut si dictum fuerit cum nupserit, vel pro dote, vel pro ipsa maritanda, si enim esset purum, vel modale, nulla esset difficultas, statim deberi; sed quia videtur conditionale, est in hoc altercatio inter Doctores: & multitenent, quod statim legatum peti posse, saltem usque ad quantitatem legitimæ, ita dixit Porcell. de dubio fratrib. quest. 4. prin. nu. 6. Et rationem assignat, quia legitima nullo onere gravari potest, leg. quousiam novella, C. de iust. testam. & ab ea omne rejicitur onus, unde idem videtur dicendum in dote subrogata, loco legitimæ, Gab. in tit. de legitima, conclus. 1. nu. 26. Mich. de Grass. in §. legitima, q. 4. nec expectandam esse nuptiarum constitutionem, dicunt Grass. loco cit. n. 2. Gab. loco pariter citato, nu. 26. Socin. Sen. consil. 92. vers. ex quibus sequitur, lib. 1. Socin. Jun. consil. 134. nu. 14. lib. 3. Franc. Mach. decis. Delp. 333. nu. 3. & 4. Quod tamen intelligendum esse dicunt, si legatum non excedat legitimam, secus si excederet, nam tunc si filia acceptaret legatum cum illo onere, & legitimam cum eodem onere acceptare esset coacta: licet à principi-

pio potuisset repudiare legatum, & solum petere legitimam, Magon. decis. Lucens. 28. nu. 42. & seqq.

7 Verum animadvertendum est, hæc omnia procedere posse, iure communi inspecto, cum enim filie debetur legitima, licet loco legitimæ ipsi relinquatur dos, attamen legitimæ naturam retinet: ita ut, quemadmodum legitima non potest gravari aliquo onere, sic etiam dos eius loco subrogata; ac ideo statim peti potest, non expectata conditione nuptiarum, & interim ad hæc des transmittitur, ut per suprascriptos Doctores, & in his terminis optime procedere possunt traditu per Bald. in consil. 186. nu. 4. lib. 3. & Grass. in §. legitima, quest. 41. nu. 1. & 2. & alios supra citatos.

8 Sed est dubitatio, statibus statutis exclusivis feminatum, quibus solummodo dos reservatur, quod propter quam dotem filie feminæ dicuntur etiam legitima privari, ut per Doctores, quos allegat Socin. Sen. consil. 288. vers. ultimo loco, lib. 2. Crau. consil. 11. nu. 13. & consil. 236. nu. 2. Doct. quest. 18. nu. 3. Tiraq. de iur. prin. quest. 55. nu. 5. & tunc dictum Bart. in d. §. Titio genero, nu. 6. & Paul. de Castr. nu. 8. Curt. Sen. consil. 33. nu. 13. Socin. Jun. consil. 62. nu. 9. lib. 3. Ruin. consil. 12. nu. 34. consil. 27. nu. 17. & 18. consil. 4. in fin. lib. 3. alios citat, & sequitur Menoch. consil. 81. nu. 4. lib. 3. licet contrarium teneant alij, quos Tiraq. citat. in leg. si unquam, nu. 100. C. de venoc. donat. quos Menoch. improbat de arbitr. casu 149. nu. 13. & docet novissime Merlin. de legitima, lib. 3. tit. 1. quest. 1. nu. 42. ubi infinitum fere numerum aliorum Doctorum citat.

9 Nec obstat, legitimam deberi iure naturæ: Respondetur enim primo, quod non iure naturæ, sed solum ex quidam ratione naturali legitimam filie deberi, ut respondet Socin. Jun. consil. 62. nu. 10. lib. 3. quem refert, & sequitur Menoch. de casu 149. nu. 22. Magon. d. decis. 28. nu. 9. Secundo responderetur, quod statim posse minuire legitimam non solum in quantitate, sed etiam in tempore, & sic disponere, ut filia dotē non habeat, nisi adveniente nuptiarum tempore, Battol. Castr. & alij in d. §. Titio genero, cum aliis adducti per Capicof. 71. nu. 6. Menoch. d. consil. 81. nu. 4. & consil. 251. nu. 24. & 43. de quo latè Merlin. de legitima, lib. 3. tit. 1. q. 1.

10 In hac dubitatione communis est omnium scribentium distinctio, aut statutum excludit feminas etiam à legitima, & tunc non debetur dos, nisi adveniente conditione nuptiarum, aut loco legitimæ à statuto subrogatur dos, & tunc quemadmodum legitima statim peti potest, ita etiam dotem petere, licitum erit: Vnde solum est difficultas in dignoscendo, an, & quando statuta dicantur privare filias à legitima, vel loco legitimæ subrogare dotem.

11 Quia in re si statutum excludat simpliciter feminas non facta mentione, ut sint dotatas, dicuntur exclusio etiam à legitima, quod statutum facere potest, Dec. consil. 505. nu. 6. Rol. consil. 62. nu. 50. lib. 3. Ceph. consil. 404. nu. 1. Surd. consil. 31. nu. 23. & de alim. tit. 3. quest. 1. nu. 42. Vnde dos, que à parentibus, vel à fratribus hoc casu datur, non succedit loco legitimæ, Rol. consil. 21. nu. 7. lib. 1. Paris. consil. 36. nu. 78. lib. 2. & post alios probat Surd. de alimentis, tit. 3. quest. 1. nu. 43. & seqq.

12 Idem esset, si statutum excludat non solum dotatas, sed etiam non dotatas, mandando dotari, tunc enim dicuntur exclusæ non propter dotum, sed propter masculos, vnde dos succedit loco legitimæ, Castr. in d. §. Titio Genero, sub tit. 8. Alex. consil. 179. nu. 5. lib. 5. Surd. loc. cit. nu. 43. & 75. Ruin. consil. 152. nu. 7. lib. 5. Menoch. consil. 81. nu. 3. lib. 1. & optime docet Gab. consil. 11. nu. 4. & consil. 15. nu. 22. lib. 1. Menoch. in d. presump. 146. nu. 40. Quæ communis solet esse distinctio ad cognosc-

cognoscendum, an dos succedat loco legitimæ: & esse  
magistrale distinctionem, dixit Rot. in *Perusina si-  
deicommis. coram Sacella die 18. Junij 1630. versic. est  
etiam de trahenda dos. Quando enim statutum excludit  
dotatas, fundatur exclusio in ipsa dote; unde dos suc-  
cedit loco legitimæ, Cast. ind. §. Tizio Genero, nu. 6. ff.  
de cond. & demonst. Butt. conf. 39. per totum, Socin. conf.  
75. num. 11. lib. 3. & conf. 228. num. 27. lib. 2. Alex. d. conf.  
179. num. 5. Patil. conf. 53. num. 76. lib. 3. Gab. loc. cit. An-  
ch. quest. fam. lib. 2. q. 51. nu. 3. Sim. de Piet. de interpret.  
ult. vol. lib. 3. interpret. 1. dub. 5. solut. 4. num. 13. Sord. de  
aliment. d. tit. 3. q. 1. nu. 39. & seqq. Rot. coram Ludov. de-  
cis. 565. num. 4. vbi Beltram. in add. in l. a. num. 11. plures  
alios citat: Et regulariter, quod stante simili statuto,  
dos succedat loco legitimæ, dixit Rot. in decis. 408. re-  
cent. part. 2. ac ideo statim peti potest, non expectata  
conditio nuptiarum, cum à legitima, & sic etiam à  
dote eius loco subrogata rejiciatur omne onus Curt.  
de legis. h. nec usufructu, num. 5. Ceph. conf. 145. num. 31.  
Menoch. in d. presump. 146. nu. 43. & seqq. Sord. loc. cit.  
nu. 40. Et interim ad hæredes transmittitur, vt per om-  
nes supra citatos Doctores. Exclusio enim hoc casu  
causatur ab ipsa dote, ac propterea loco legitimæ suc-  
cedere dicitur, vt per Sord. ibidem num. 41.*

15 Si verò statutum excludit non solum dotatas, sed  
etiam non dotatas, mandando dotari, exclusio non  
dicitur fundata in ipsa dote, unde dos non succedit  
loco legitimæ, vt suprascripti Doctores sequendo di-  
stinctionem Castrensis communiter dicunt.

16 Et idem esset, si statutum generaliter feminas ex-  
cluderet à successione, Gabr. consil. 11. num. 14. & con-  
sil. 116. num. 17. lib. 1. necnon consil. 145. num. 13. lib. 2.  
Alex. consil. 3. num. 10. lib. 7. Crau. conf. 11. num. 13. Sord.  
conf. 401. num. 14. lib. 3. non diceretur eam hoc casu  
excludi feminæ propter dotem, sed propter femi-  
neum sexum; † prout etiam si eas excluderet non so-  
lum ab hæreditate dotantis, sed etiam non dotantis,  
Gabr. d. conf. 16. num. 39. lib. 1.

In illis igitur casibus in quibus ex forma statuti femi-  
næ intelliguntur exclusæ etiam à legitima, ita vt  
dos loco ipsius non dicatur succedere, legatum condi-  
tionale pro dote peti non potest, nisi adueniente condi-  
tione nuptiarum; quod intelligunt non solum si sit  
expressè conditionale, vt si dictum fuerit, esse præ-  
standum cum nupserit, vel tempore nuptiarum. † Sed  
etiam si hanc conditionem in se tacite habere dica-  
tur; prout si simpliciter legatum fuerit factum pro do-  
te, Rot. decis. 450. nu. 1. recent. part. 1. dicitur enim ha-  
bere tacitam conditionem matrimonij, cum dos abs-  
que matrimonio esse non soleat; vt per Batt. in d. §. Tizio  
Genero, Socin. conf. 288. nu. 27. lib. 2. & conf. 75. nu. 11.  
lib. 3. Gab. d. conf. 11. nu. 4. lib. 1. Gal. de legis. quest. 7. nu.  
4. vers. quid dicendum, Anch. simil. quest. lib. 2. quest. 51,  
n. 9. & 10. Sim. de Piet. de interpret. ult. volum. lib. 3. in-  
terpret. 1. dub. 5. solut. 4. num. 14. vers. quando statutum, &  
probat ex pluribus Sord. de aliment. tit. 1. quest. 1. num.  
46. & seqq. unde licet in statuto non dicatur, dotem  
dandam esse cum nupserit, attamen id tacite subintel-  
ligitur, Sord. loco cit. num. 53. & seqq.

19 Secundo ampliatur, idem dicendum esse in lega-  
to factò à patre cum filia monachabitur, quod non  
deberi, dicendum est, nisi post ingressum religionis,  
ac ideo ante ingressum non transmittitur ad hæredes,  
Ber. consil. 18. num. 5. lib. 1. Menoch. in diss. presump.  
146. sub num. 47. vers. aut. & procedit.

20 Tertio ampliatur non solum in dote à parentibus  
relictà, sed etiam in dote à masculis præstata, quo-  
rum contemplatione feminæ sunt à statuto exclusæ:

& mouentur omnes ex eadem ratione, quia neque  
dos non est absque matrimonio, & fin. C. de donat. ante  
nupt. Et etiam, quia videtur stare per feminas, quo mi-  
nus dorentur, ac propterea pro dotatis haberi de-  
bent, leg. iure ciuili. ff. de cond. & demonst. Nec obstat,  
quod Porcel. in contrarium dicit loco supra citato sub  
num. 13. Primo, statutum non excludere sorores sim-  
pliciter, sed solum si habeant dotem; secundo, non es-  
se presumendum statutum voluisse eas ad nup-  
tendum, ad primum enim rationem responderet,  
conclusionem supra firmatam procedere in casibus, in  
quibus statutum generaliter excludit feminas etiam  
non dotatas, mandando dotari; tunc enim non potest  
dici, esse exclusas propter dotem, sed propter malcu-  
los, secundum distinctionem supra positam; ad secun-  
dum verò Potcellini argumentum respondetur, † sta-  
tutum non ardeat ad nubendum, sed casu, quo nu-  
bant, vult dotem habere posse, secus si non nubant,  
cum tunc dote non indigeant, & interim solum ali-  
21 menta præcedere possunt; † Et certè non potest as-  
signari maior ratio, cur mulieres non nubendo possint  
petere, à fratribus dotari, non autem dotem à paten-  
tibus ipsis relictam, si non nubant, quam petere non  
posse diximus supra; quod ex pluribus probat Natt.  
de statut. quod stant. mascul. quest. 2. num. 13. & seqq. &  
Bian. pariter de stat. art. 11. in 2. quest.

23 Ac ideo tam dos relictà à parentibus, quam à ma-  
sculis præstata ad hæredes non transmittitur, nisi se-  
cutæ fuerint nuptiæ, vt per Menoch. d. d. conf. 81. num.  
4. cum enim vigore statuti pater non teneatur patre, &  
simpliciter dare dotem, sed solum si nubat, tanquam  
credutum conditionale, non adueniente conditione  
ad hæredes non transmittitur, Cast. in d. §. Tizio Gene-  
ro, num. 8. & in conf. 327. in fin. lib. 1. Patil. conf. 25. num.  
59. lib. 2. & conf. 110. nu. 2. & seqq. lib. 4. Bian. loco proxi-  
mie citato, num. 13. Gal. in d. §. legatum, quest. 48. sub nu.  
10. Menoch. d. conf. 81. num. 4. Gabr. d. conf. 11. nu. 4. lib.  
1. & conf. 116. num. 4. eod. lib. 1. Ramin. lun. consil. 31. nu.  
24. lib. 1. Ceph. conf. 145. num. 20. & seqq. Rot. in diss. de-  
24 cis. 450. per totum. † Quod tamen dicunt de transmis-  
sione, intelligit, & declarat Decian. in consil. 5. num. 4.  
lib. 3. si conditio fuerit apposita legato, vt si dictum  
fuerit, si maritabitur; vel lego cum conditione, cum  
pactò; secus si legatum fuerit purum, conditio vero  
apposita solum solutioni; puta, lego centum, dandos  
cum nupserit, quod tamen expressè repugnat his, quæ  
superius dicta fuerunt num. 4. licet enim ex verbis legati  
non videatur apparere de aliqua conditione, ex eius  
tamen natura dicitur conditionale, tanquam factum  
pro dote, quæ non debetur, nisi sequatur matrimo-  
nium, vt supra dictum fuit.

Conclusio modo supra firmata, dotem non succe-  
dere loco legitimæ, quando etiam non dotatæ exclu-  
duntur è statuto, & per consequens non posse peti,  
nisi adueniente conditione nuptiarum, & interim ad  
hæredes non transmitti, plures recipi declarationes,  
seu limitationes.

25 Sic illa prima respectu alimentorum, legatum enim  
pro dote resoluitur in purum, quantum ad alimenta;  
quo interim sororibus exclusis debent præstare fra-  
tres, Magon decis. Lucens. 18. num. 8. & probat tex. in l.  
qui filium. ff. vbi pupil. educ. debeat, cum enim apud fra-  
tres remaneat commodum hæreditatis, debet etiam  
apud ipsos remanere incommodum alendi exclusas.  
Natt. conf. 149. nu. 3. Cast. in l. alimenta, in fin. C. de neg.  
gest. & in conf. 16. n. 2. in fin. lib. 2. Curt. Sen. conf. 27. in ult.  
dubio, loquens de statuto excludente dotatas, & man-  
dando dotari, & tunc alimenta debentur tanquæ fru-  
Q 4

- Quis legitimæ, *Corn. conf. 85. vers. ideo conclusio*, lib. 3. plures ad propositum citat, & sequitur *Surd. de alim.*
- 26 *tit. 1. quest. 26. per totam* unde licet alias frater non teneatur alere fororem, bene tamen non eam alere teneatur, si eam excludat, *Corduba in d. l. si quis à liberis*, §. *idem rescriptis*, nu. 109. ff. de lib. agnosc. & alij passim,
- 27 ac propterea alimenta interim præstata non imputantur in dotem relictam, scribentes in *pd. leg. alimentaria*, C. de neg. gest. *Cord. in d. l. si quis à liberis*, §. *item rescriptum*, nu. 5. *Alex. consil. 48. lib. 3. Paris. consil. 108. num. 47. lib. 3.* quod ampliam etiam in hærede extraneo instituto, *Arctin. de testam. glos. 61. nu. 5. Euer. ab alimentis ad dotem*, nu. 7. † Tractus tamen dotis relicte ille sibi acquirit, qui alimenta præstat, *Thom. Gram. conf. 146. Cord. in d. l. si quis à liberis*, §. *si mater*, nu. 35. *Surd. latè de alim. tit. 1. quest. 26*
- 30 Secundo limitatur secundum *Socin. luv. in consil. 134. num. 22. lib. 1.* si pater filie reliquerit dotem iure institutionis; tunc enim censetur, patrem voluisse illam dotem filiam habere posse statim, licet ex forma statuti sic eam relinquere non esset obligatus, *Menoch. in d. præsumpt. 146.* qui dicit, sic egregie consultasse, *Alex. in consil. 131. lib. 1.* idem *Menoch.* sequitur in *consil. 251. num. 4. lib. 3. Rot. decis. 408. num. 3. & 4. retons part. 2.* Verum contrarium prorsus est asserendum, in casibus, in quibus femina vigore statuti est à successione exclusa, ut docet *Ceph. in consil. 145. num. 23.* vbi dicit, quod quemadmodum legatarum pro dote est condicionalis, ita etiam conditionalis debet dici institutio dotis, quæ præsumitur facta à parentibus, ut magis honorent filias, non autem, ut naturam ipsius dotis alterare voluerint: & maxime, quia quando dos non subrogatur loco legitimæ, censetur relicta à patre, ut ab extraneo, *Grat. in d. quest. 48. sub num. 10.* femina enim exclusa iura testatis non retinet, *Brun. de stat. art. 10. quest. 1. num. 12.* Et licet vsus fuerit verbo institutionis, hinc tamen non est censendum, recedere voluisse à beneficio statuti, & à proprietate ipsius dotis, cuius natura est, ut non debeat, nisi adueniente tempore nuptiarum. Nec obstat *consil. Alexand. loquitur ipse in casu*, in quo dos succedat loco legitimæ: ex hoc tamen solum, quod pater relinquat dotem iure institutionis, non potest dici, dotem succedere loco legitimæ, cum censendum sit, eam reliquisse tamquam debitam à statuto, non autem quod à statuto recedere voluerit, & rem reducere ad terminos iuris communis, ut per *Ceph. loc. cit. Quæ optimè procedunt*, si intentio fuerit facta in re certa; non autem in quota, *Rim. luv. consil. 71. num. 74. Paris. consil. 54. num. 18. & segg. lib. 2. Gab. consil. 140. num. 9. lib. 2. Theaur. decis. 159. num. 17. Hond. consil. 53. num. 25. lib. 2.* Si enim legitima, vel quota hæreditatis iure institutionis relicta fuisset, tunc femina diceretur verè agnita: & in istis terminis procedere potest conclusio supra firmata, & hanc distinctionem, an institutio pro dote fuerit facta in quota, vel in re certa, probat, & sequitur *Rot. in d. decis. 408. num. 4. & segg.*
- 31 Tertio limitatur, si statutum mandet, exclusas competentur dotari vsque ad legitimam, vel aliter de legitima mentionem faciat statutum; tunc enim dicunt, dotem succedere loco legitimæ, *Cast. consil. 222. in tertio dubio*, num. 5. lib. 2. & rationem esse dicit, quia tunc filia censetur exclusa ob legitimam, ob nempe dotem ad legitimæ quantitatem, ascendente, *Socin. consil. 31. in 3. quest. num. 4. lib. 1. Brun. de Statut. art. 10. quest. 2. num. 14. Anch. in d. quest. 51. num. 3. & 7. Surd. d. tit. 3. quest. 1. num. 52.*
- 32 Quarto ex eadem limitatione ad aliam inserunt, si

statutum mandet nil aliud petere posse occasione legitimæ; mentio enim legitimæ facit, ut dos loco legitimæ intelligatur subrogata, ut per *Anch. loc. cit.* *Sim. de Præct. dicit. anterp. 2. dub. 5. fol. 4. num. 13.* & de statuto *Mantuano mandante*, filiam dotari debere, & dotem non posse esse minorem legitimæ, *Surd. loc. cit.*

- 33 Hinc tamen duabus proximis limitationibus contradicit *Ruin. consil. 152. n. 5. & segg. lib. 5.* dicens, quod licet statutum mandet, dotem regulari secundum legitimam respectu quantitatis, non hinc tamen dici potest, quod dos sit subrogata loco legitimæ, aliud enim est, quod filia debeat habere legitimam, aliud quod dos non sit minor legitimæ, & sequitur *Surd. loco citato, sub num. 58.* hæc enim verba, quod dos non sit minor legitima, vel quod exclusa non possit aliquid petere ratione legitimæ tendunt ad exclusionem feminatum, vnde non debent operari admissionem, ne inducta in diminutionem operentur augmentum, ut per ipsam *num. 59.* & improbando hæc, & similes limitationes sequitur *latè Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quest. 8. num. 18. & segg.*

- 34 Quinto limitant multi, si statutum mandet, exclusam congruè, vel competenter dotari, tunc enim dos, dicunt isti, succedit loco legitimæ, quia dos congrua illa est, quæ ascendit ad quantitatem legitimæ, scribentes in *Anch. nouissima, C. de inoff. testamento*, *Simon. de Præct. d. solut. 4. num. 17. in fin.* qui propterea asserit, ius petendi congruam dotem ad hæredes transmitti, *Crau. consil. 236. Anch. in dicit. quest. 51. num. 3.* Et sequuntur alij, quos citat, & sequitur *Surd. loc. cit. num. 60. & segg.*

- 35 De quo tamen non possum non mirari, si enim in casu, in quo statutum mandet exclusam esse dotandam vsque ad quantitatem legitimæ, adhuc dos non succedit loco legitimæ, ut *Surd. docet loc. cit. num. 59.* & dicitur fuit superius quomodo asserere possunt, si statutum dicat, exclusam esse congruè dotandam, quod nil aliud esse volunt, quam quod debeat dotari vsque ad quantitatem legitimæ, quod dos succedat loco legitimæ? plus enim operaretur tacitum, quam expressum: vnde potius dicerem ego, quod quemadmodum statutum mandans, exclusam dotari vsque ad quantitatem legitimæ, non operatur, ut dos succedat loco legitimæ, ita etiam statutum mandans congruè, vel competenter dotari, non operatur, ut hinc dici possit, dotem loco legitimæ succedere, licet dos congrua dici deberet vsque ad quantitatem legitimæ, & in hac sententiam inueni *Merlin. in dicit. quest. 8. n. 21. in fin.*

- 36 Sexto limitatur, si ex verbis statuti apparet, statuentes voluisse dotem subrogare loco legitimæ, ut per *Anch. dicit. quest. 51. num. 7. Surd. loc. cit. num. 57.*

- 37 Septimo limitatur, si statutum mandet, filiam debere esse tacitam, & contentam dote sibi dota, vel danda, & quod nil aliud petere possit, tunc enim volunt multi, dotem intelligi subrogatam loco legitimæ, *Cast. consil. 222. nu. 5. lib. 2. & consil. 372. in fin. lib. 1. Crau. consil. 34. num. 5. Anch. dicit. quest. 51. num. 3. Sim. de Præct. dicit. solut. 4. num. 18.* vbi plures citat, & sequitur *Surd. loc. cit. num. 64.* & quod quando statutum mandat, ut nihil aliud petere possint; sed quod debeant stare tacite, & contentæ, dos succedat loco legitimæ, *Abb. in consil. 92. sub num. 3. vers. præterea statutum*, *Socin. Sen. consil. 9. sub num. 21. vers. sic item firmiter*, qui pariter probat, quod stante statuto, ut filia debeat esse contenta dote sua, dos succedat loco legitimæ: idem tradit in *consil. 92. sub num. 8. vers. sic tertio*, idem voluit *Socin. luv. in consil. 134. num. 26. lib. 1.* vbi dicit, quod quando datur dos pro omni eo, & toto, &c. idem est, ac si legi-



legitima fuisset expressè relicta; eandem limitationem ex pluribus probat *Morat. consil. 19. num. 13.* Ex quo inferunt, ¶ & ante tempus nuptiarum peti posse, & ad hæredes transmitti, dum enim statutum disponit, ut nil aliud petere possint, videtur habere respectum ad legitimam, *Abb. consil. 81. sub num. 1. lib. 1.* & perinde esse, ac si statutum diceret, volo quod doctes compensentur cum eo, quod pretendere possent *Corn. cons. 344. in fin. lib. 1.* plures citat *Surd. consil. 112. num. 21.* quos pariter sequitur *de alimentis, tit. 3. quest. 1. num. 66.*

39 Octava similis est limitatio, si statutum dicat, nil aliud petere posse ratione legitimæ; cum enim hoc casu debitum legitimæ extinguatur per dotem, sic ipso iure vnus subrogatio in locum alterius, *Surd. in diel. quest. 1. num. 69.* & est verum dicere, quod filia habeat dotem loco legitimæ, quia dos relinquitur in compensationem legitimæ, ut probat *Surd. loc. cit. num. 70. & seqq.*

40 Quibus pariter duabus limitationibus non possum assentire, illa enim verba, quod debeat filia esse contenta dote data, vel danda, & quod nihil aliud petere possit nec ratione legitimæ, nec alterius cuiusque causæ, tendunt ad magis magisque excludendum, & reddendam incapacem mulierem; unde non debent operatori augmentum, ut ex illis verbis dicatur habere dotem loco legitimæ, & quod propterea eam statim petere possit, & interim ad hæredes transmittere; unde merito *Gab. in consil. 116. num. 13. lib. 1.* dicit, si similia verba potius contrarium demonstrare, cum diminuât legitimam in quantitate, & in tempore, & derogent leg. quoniam in prioribus, C. de inoff. testamento, & totalem inducant exclusionem etiam à legitima, & sic exclusas non posse villo modo testamentum impugnare per querelam, ut per ipsum *num. 37.* & merito in contrarium verba similia perpendit *Hond. consil. 10. num. 22. lib. 1.* vna cum aliis per ipsum citatis, & sequitur *Merlin. in d. quest. num. 19. & seqq.*

41 Nono limitatur, si filia exclusæ à statuto aliquid relinquat pater, tunc enim censetur remouisse statuti exclusionem, *Sal. in Aut. nouissima, colum. si. vbi etiam Ial. num. 38.* alios citat *Surd. loc. citato, num. 73.* quod tamen merito ipse impugnat: filia enim exclusæ non potest petere supplementum legitimæ, si aliquid ipsi fuerit relictum, *Angel. consil. 105.* ergo non est verum, illud relictum succedere loco legitimæ, nam aliter posset petere supplementum, quod negant Doctores, quos *Surd.* citat; ad quod conferunt dicta superius *num. 10.*

42 Decimo limitatur, ut filia enotissimè lesa in dote sibi constituta possit petere supplementum, *Socin. consil. 100. num. 9. lib. 3.* *Novel. de dot. part. 6. princ. 17. versic. ex pradiis,* alios citat *Surd. loc. cit. num. 72.* ad quod conferunt tradita superius in cap. præced. nu. 12. & seqq. vbi vide.

43 Ultimo generaliter limitatur, si aliter de mente testatoris dotem constituentis appareat, & in istis terminis loquitur *Corn. consil. 40. num. 15. lib. 3.* *Menoch. diel. præsumpt. 146. num. 46.*

44 Vnum tamen pro complemento istius capituli adnotare non pigeat: ut licet frater, qui vel ex forma statuti, vel ex dispositione paterna debet dotare foretem adueniente tempore nuptiarum, non possit prius cogi dotem solacere, ut supra *num. 18. & seqq.* attamen tenetur sustinere de soluendo adueniente tempore: licet namque *Bart. in leg. fin. C. ad Tertul. in hoc sit anceps,* nihilominus *Bal. in leg. si quis filium, in 3. quest. C. de inoff. testamento,* tenet cogi vtrique posse, quem se-

quitur *Ias. per illum tex. in leg. inter omnes, nu. 8. C. qui satisf. cog. & voluit Vrsil. in add. ad decis. 108. Afflic. nu. 2.* necnon *Ludou. conclus. 8. vers. 6. limita. & conferunt tradita per Ceph. cons. 381. num. 29. & seqq. lib. 3.* Quod tamen intelligi debet, si frater incipiat malè vii sua substantia, ita ut reddatur suspectus, & addit timor dilapidationis, ita declarat *Bald. in d. leg. si quis filium,* & *Ias. in diel. leg. inter omnes,* & in istis pariter terminis loquitur *Vrsil. in add. ad diel. decis. 108.* quod iudicis arbitrio dicit esse relinquendum.

## SVM MARIVM.

- 1 Legatum factum ob certam causam cessat cessante causa.
- 2 Causa finalis solet regulare dispositionem.
- 3 Legatum pro aliqua maritanda, quomodo dicatur factum in causa matrimonij.
- 4 Legatum factum pro aliqua maritanda dicitur potius factum in causam dotis, quam matrimonij.
- 5 Filia an possit petere integrum legatum dotis sibi à patre factum, si ab eodem fuerit cum minori dote nuptus tradita, & num. 7. & seq.
- 6 Impletionem causa legati non facit cessare legatum.
- 8 Pater an teneatur dotare filiam, si ipsam collocare possit in matrimonium absque dote.
- 9 Pater an teneatur dotare filiam diuitem.
- 10 Pater an teneatur dotare filiam emancipatam, & num. sequentibus.
- 11 Onus dotandi filias an sit de iure natura, vel de iure positivo.
- 12 Mater an teneatur dotare filias.
- 13 Lex finalis, C. de dot. promiss. declaratur.
- 14 Pater an teneatur dotare filiam, qua nupsit, absque dote, & num. seq.
- 16 Pater an teneatur dotare filiam, qua ipso incito virum duxit; ubi affirmatiua probatur opinio, in quo omnes convenire videntur, si excedat vigesimum quintum annum, num. 17. & quid si indignè nubat, num. 19. & seq.
- 18 Pater an possit exheredare, vel alimentis filios privare, qui absque eius consensu matrimonium contraxerit, & quid si indignè, num. 19. declaratur, ut num. 20.
- 21 Filius nubendo absque consensu patris an peccet.

Legatum mulieri relictum pro ipsa maritanda an peti possit, si nupsit absque dote. An filia, cui pater legavit mille, & postea ab eo dum nuptui tradita fuit pro quingentis, possit petere supplementum. Et an pater teneatur præcisè ad dotandum filias, & quid si sint diuites, emancipatæ, vel ipso incito nubant.

## CAP. V.

Dubitant Doctores, an legatum mulieri relictum pro ipsa maritanda possit peti, si iam nupsit absque illo legato, & multi negativè respondendum esse existimant, ¶ cum non videatur legatum simplex, sed factum ob certam causam, qua cessante, debet etiam cessare legatum. *Lucius, 5. princ. ff. de leg. 2. nec sicut, 5. si in habitatione, ff. quan. dies. leg. c. d. ¶ Et à causa finali solet regulari dispositio, De c. cons. 46, prout at-*

- gumentatur Petr. Benin. in decis. Bonon. 22. num. 14. de quo Magon. decis. Lucens. 28. num. 8. Nec obstat dicunt simile legatum conditionale resolui in putum respectu alimentorum, nam id procedit, si mulier indigeat, secus si aliunde alii possit. Prout nec minus obstat, si diceretur hoc modo dari posse casum, ut filia sit priuata etiam legitima, nam iam superius in cap. praecedenti diximus, statutum posse feminas etiam legitime priuate. Verum hęc opinio rigorosa nimis, ne dicam inhumana, semper mihi visa fuit; vnde placet responsio Rotz. Lucensis in decis. 28. sub num. 23. quod licet ¶ simile legatum videatur factum in causam matrimonij futuri, nõ dicitur tamen factum per modum modi, vel causę finalis, qua cessante debeat cessare dispositio, sed per modum simplicis conditionis, quę euentum solum, & purificationem conditionis requirit. Optima est etiam altera responsio, ut ¶ simile legatum potius dicatur factum in causam dotis, quam matrimonij, ita ut licet secuto matrimonio cesset causa matrimonij, non tamen cessat causa dotis, quę potest semper, & quodcumque augeri, ut per Doctores, quos Rota citat loco citato. Quod in legato factõ à patre minorem haberet difficultatem, secundum illam communem opinionem Doctorum, patrem teneri ad dotandum etiam filiam, quę absque dote nupserit, de quo infra dicitur.
- 5 Similis est altera quęstio, an filia, cui à patre in testamento relicta fuit dos scutorum ex. gr. mille, & postea ab eodem nupti tradita fuit pro quingentis, possit petere alia quingenta, quam quęstionem latissimè disputat Porcell. de duob. frat. part. 4. sub num. 23. vers. quid autem dicemus, & de qua Vasq. de success. lib. 3. cap. 27. num. 8. Oldr. in l. Lucius, ff. de leg. 2. quem ibidem Barr. sequitur citat Tiraq. in tract. cessante causa limitat. 18. num. 1. qui omnestentent, peti posse supplementum, & mouetur, quia ¶ implementum causę legati non resoluit, nec facit cessare legatum. ¶ Oppositum tamen voluit Dyn. in decis. leg. Lucius, quem ibidem sequitur Paul. de Cast. Cuman. & Imol. & hanc esse receptam sententiam dixit Campeg. de dote, part. 1. qu. 36. & esse magis consonam menti testatoris, non est dubium; præsumitur namque, eius intentionem fuisse, ut filia mediante illa dote nubere posset, vnde cum nupti tradita fuerit cum minori quantitate, non est, quod supplementum petat. Nec obstat, maiorem dotem fuisse relictam, nam censendum est, id fecisse testatorem, quia putarat cum minori dote congruè nubere non potuisse, ad quod conferunt plura, de quibus per Porcell. loc. cit.
- 8 Coadiuuatur hęc sententia ex his, quę diximus supra in prima parte, cap. 26. num. 24. patrem nempe non teneri ad dotandam filiam, si ipsam in matrimonium collocare possit absque dote: licet enim tex. in l. qui liberos, ff. de rit. nupt. duo continere videatur, nempe, patrem teneri ad collocandam filiam in matrimonium, & ad ipsam dotandam, ut post alios argumentatur Menoch. de presumpt. lib. 4. presumpt. 189. num. 73. at tamen secunda obligatio est in gratiam alterius, hoc est teneri pater dotare filiam, quia dos regulariter est necessaria, ad hoc, ut filię in matrimonium collocari possint, sed hinc non sequitur, quod si absque dote ipsam honestè in matrimonium collocare possit, teneatur vterius ad ipsam dotandam, ita Barr. in leg. obligamur, & in Auth. resque, num. 6. C. som. de leg. & Salicetus in d. l. qui liberos, num. 6. Et hanc interpretationem contra alios nouissimè defendit Merenda controuerf. iur. lib. 3. cap. 11. & fuit opinio Excellentissimi Angeli Spanochij olim in Bononiensiu Gymnasio præ-

ceptoris mei; cum igitur pater iam filiam in matrimonium collocauerit minori dote, quam fuerit relicta, existimandam est, illud plus amplius relinquere noluisse, cessante ratione, ob quam fuit relictum.

- 9 Et ex hac opinione, patrem non teneri ad dotandum filias, nisi ad hoc ut nubere possint, sequitur decisio alterius quęstionis, an pater teneatur dotare filiam diuitem, cum enim ex propriis diuitiis nubere possit absque alia dote paterna, non videtur, quod pater possit cogi ad constitutendum aliquam dotem, cuius opinionis fuit Bartol. in leg. cum mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Sen. Conf. Treb. alios plures citat licet non sequatur Barb. in leg. prima, part. 4. num. 17. ff. solut. matr. quam sententiam defendit Fachin. controu. iur. li. 10. cap. 38. cui se socium facit, licet ut plurimum aduersarium se ostendat, Merenda controu. iur. lib. 3. cap. 24. num. 2. & seqq. vbi plura iura ad propositum ponderat, & responderet contrariis: licet verè communis videatur opinio, imò patrem teneri ad dotandam etiam filiam, quę habeat de proprio, ut per Socin. Jun. in leg. 1. num. 156. 162. & 164. ff. solut. matrim. & dixit Rot. in decis. 66. num. 5. select. per Farin. part. 1.
- Quę communis opinio in omnem casum sibi locum vindicaret in vita patris tantum, ipso enim mortuo ultra legitimam non possit filia tangere pro se dotanda bona subiecta fideicommissõ, si aliunde haberet, vnde se congruè dotare posset, Cuman. in l. mulier, §. cum proponeretur, num. 2. ff. ad Tertul. Peregr. de fideicom. artic. 42. num. 68. Rota in d. decis. 66. num. 6.
- 10 Non assentio tamen eiusdem Merendę opinioni in cap. 15. lib. 3. suarum controu. dum tenet, patrem non teneri ad dotandam filiam emancipatam; ea præcipuè ratione motus, quia pater tenetur solum ad dotandum filias ex dispositione tex. in d. leg. qui liberos, ff. de rit. nupt. quę loquitur in patre habere filias in potestate; ergo non debet extendi ad patrem, qui filias emancipauerit, ut per ipsum num. 4. Primo enim non est absolutè verum, patrem teneri ad dotandum filias solum ratione patrię potestatis, nam imò ratio naturalis est, quę dicitur, ac iubet, filias à parentibus alii, alimentari, custodiri, de necessarijs prouideri; inter quę necessaria erit profectò matrimonium, & per consequens dos, saltem in casibus, in quibus honestè absque dote nubere non possint: vnde licet cesset per emancipationem patrię potestas, non cessat tamen illa obligatio naturalis, quam erga filios habent parentes, ut earum indigentis, & necessitatibus subuenire debeant, inter quas illa maxima reputari debet, ut filiabus assignetur dos, ad hoc ut nubere valeant: Et hęc est illa liberorum educatio, quam à iure naturali prouenire, dicit Imperator in §. primo, Inst. de iur. nat. gent. & civil. Et licet ¶ attentõ, quod parentes ad dotandum filias iure medio cogi possint, illa obligatio dotandi possit dici de iure civili, attamen iuspecta obligatione naturali, qua astringimur ad educandum liberos, à iure naturę descendere, dicendum est, ut docet Dec. in leg. pen. nu. 26. C. de pall. quem refert, & sequitur Sylu. Aldob. in decis. §. primo, Inst. de iur. nat. gent. & civil. idem voluit Dec. in leg. circa sanguinis, nu. 3. ff. de regul. iur. & ibidem Cagnol. num. 5. vbi post alios dicit, alimenta, & dotem deberi à parentibus iure naturę: Et in canon. si quis reliquerit, 30. dist. habetur, Si quis reliquerit proprios filios, & non eos auerit, etiam, & quod pietatis est necessaria non præbuerit, sed sub occasione incontinentię negligendos putauerit, Anathema sit: quę omnia non magis sibi locum vindicant in filiis existentibus in potestate, quam in emancipatis. Præterea, si pater non esset obligatus dotare



pendentem, vt dixit Abb. *in dist. consil. 12. num. 3.* Secundo responderetur, quod si mulier licite contrahit matrimonium absque consensu patris, nulla pena puniri debet, ex actu enim permisso nulla sequitur pena: vnde licet nupserit absque consensu patris, non poterit tamen puniri pena priuationis dotis, cum id lege permittente fecerit; ac propterea Ioan. Andr. *in cap. statutum de heres. lib. 6.* dicit, non posse statutum aliquam penam imponere contrahenti matrimonium cum filiafamilias absque consensu patris, quem sequitur Abb. *in dist. consil. 12. num. 1.* quod late disputat Fontanella *de pactis nupt. claus. 4. glos. 2. nu. 7. & seqq.* Tertio, dos dicitur quodammodo effectus ipsius matrimonij in quantum matrimonium non debet esse sine dote, vnde si valet matrimonium, etiam ipsius effectus sequi debet, vt nempe constituatur dos, licet ius civile repugnet, vt in simili post Gab. *in consil. 21. lib. 1.* Decian. *in consil. 5. num. 65. & seqq. lib. 1.* Pereg. *de fideicom. art. 24. num. 55.* Olasc. *decis. 154. nu. 9.* Fachin. *controv. iur. lib. 3. cap. 51. dixi iusta in cap. 23. num. 89. & 10.*

17 Quae opinio indubitanter à Doctores recipitur, si filia, quae infcio patre nupserit, excedat vigesimum quintum annum, tunc enim arguitur patris negligentia, qui tamdiu distulit eam in matrimonium collocare, *Authent. sed si post. C. de inoff. testamento.* Menoch. *in d. praesumpt. 189. num. 58. & 59.*

18 Et quemadmodum pater non potest recusare dotem constituere filiae, quae ipso infcio nupserit, ita etiam filios exheredare non poterit, vel alimentis priuare, valet enim in proposito argumentum de exheredatione ad alimentum, Cordub. *in leg. si quis à liberis, §. idem rescriptum, num. 1. ff. de lib. agnosce.* ob hanc solam causam, quod absque eius consensu matrimonia contraxerint, licet Merenda in hac pariter questione sentiat *in cap. 13. lib. 3. suarum controuers. iur.* patrem propter hoc licite exheredare posse filios, quae fuit opinio Castr. *in leg. si filiam, C. de inoff. testamento,* secutus à Ruin. *in consil. 131. num. 6. lib. 4.* dicunt enim, quod licet respectu matrimonij attendatur ius canonicum, cum sit res spiritualis *dist. cap. Gemma, de sponsal.* tamen, cum hoc casu non agatur de matrimonio, sed solum de pena imposta filijs matrimonia contrahentibus absque paterno consensu, iuri canonico non repugnat, vt per Bald. *in l. omnium. circa finem. C. ad Tertul. & Ruin. loco supra citato.* Verum repugnant rationes, de quibus supra *in preced. qua.* Si enim filij licite, & lege permittente possunt se collocare in matrimonium absque patris consensu, sequitur, vt id etiam impune facere valeant: cum absurdum videatur, vt quis ex actu licito, & permisso ab eo, qui habet potestatem permittendi; vt est in proposito ius canonicum, debeat luere penam priuationis alimentorum, & hereditatis paternae, vt considerant supra citati Doctores, & alij, de quibus per Surd. *de alimentis tit. 1. quaest. 6. n. 11.* Et licet inconueniens admodum videatur, vt maxime filiae infcio patre nubant, absurdum etiam est, vt parentes auaritia omnino dediti, & proprium commodum solummodo respicientes filias domi procul à nuptiis retineant, non sine aliqua incontinentiae occasione, in quam sententiam vidi nouissime concurrere Merlinum *de legitima, lib. 4. tit. 1. quaest. 6. nu. 3.*

19 Haec tamen omnia intelligunt Doctores in nubente concedente, si enim vltima spectum consensum patris filius, vel filia indignè nuberet, volunt magis communiter patrem filios exheredare posse, & sic etiam alimentis, & dote priuare, *glos. in can. raptoribus, in verbo, excusato, in fin. 36. quaest. 1.* Bald. loquens de filio *in leg. nec filium, C. de nupt. & in leg. si pater, ff. de sponsal.*

Anchar. *consil. 21. num. 6.* Alexan. *consil. 97. num. 10. lib. 1. lat. in l. 1. §. quod si in patria, n. 28. ff. sol. matr.* Ruin. *consil. 131. n. 5. lib. 4.* qui de communi testatur Bald. Nouel. *de dote, part. 6. priuileg. 19.* Lup. *in repet. cap. per vstras, §. quod habet, n. 1. & seqq. de don. inter vir. & vxor.* Sylu. *nupt. lib. 1. cap. n. 26.* Nouel. *regul. 139. n. 3.* Fabian. *in Astib. nouissima, n. 176. C. de inoff. testam.* Alciat. *respons. 153. n. 6.* Abb. *in dist. consil. 12.* Patif. plures citans *in d. consil. 39. n. 16. & seqq. lib. 3.* Menoch. qui pariter alios citat *in dist. praesumpt. 189. n. 76.* & hanc sententiam numeris seqq. latissime defendit, & responderet contrariis; alios cumulare curauit Surd. *in d. quaest. 6. sub n. 5. & 17.* Et licet ipse etiam hoc casu contrarium sequi vellet, lob tamen *d. n. 17. versi. sed si statetur* hanc declarationem esse communem; ac ideo *in fine disti numeri versi. vis ergo,* ponit conclusionem; filium, & filiam contrahentes matrimonium absque consensu patris non posse exheredari, nec priuari dote, nec alimentis, deinde subiungit, fallit tamen, quando vltima spectum patris consensum filius indignam duceret vxorem, vel filia nuberet indigno, alios ad propositum citat Merlin. *in d. quaest. 6. num. 4.*

Et quando id factum fuisse dici possit, declarat optime Patif. *in dist. consil. 39. num. 16. & seqq.* & post ipsum Menoch. *in dist. praesumpt. 189. nu. 85. & seqq.*

Et certe id summa ratione videtur constitutum, nec detur ansa filiis, vt, vel more capti, vel libidinis ardore accensis, & interdum pessimorum hominum persuasionebus, ac blanditijs inducti sibi et ipsi, parentibus, ac totae agnationi ignominiam, & infamiam irrogent: cui ignominiae, ac dedecori non est existimandum ius canonicum fauere voluisse, vt dixit Patif. *in d. consil. 39. num. 36.* nec minus voluisse remittere iniuriam, qua filij indignè nubendo parentes afficiunt, vt per eundem Patif. *loc. cit. num. 41.* quae rationes cessant proflus si dignè nubant, vt per ipsum *num. 47. & seqq.* Ac propter in hoc crederem admodum versari iudicis arbitrium, qui praec oculis habere deberet, familiaritatem, personatum conditionem, contrahentium mores, mulierum pudicitiam, nec non parentum curam erga proprios filios; aliqui enim tam inhumani reperiantur, vt de illis eam curam retineant, prout si eos non gignissent: Prout etiam filij non desunt, qui in contrahendis nuptiis sensum solummodo pro dote sibi constituunt, ita vt ad ignominiosas nuptias peruenire non dubitent: vnde secundum varios casus, iuxta superius firmatas conclusiones, diuersimodè esset iudicandum, licet Merlin. *in d. quaest. 6. num. 6.* æquiore appellat opinionem, vt dotem habere debeat filia, licet nupserit indigno.

20 Declarat tamen hanc limitationem, de qua supra *num. 16.* non procedere, si filia excedat vigesimum quintum annum, tunc enim etiam si indigno nubat, volunt posse petere dotem, cum potius id culpa patris sit tribuendum, qui tamdiu distulit illam in matrimonium collocare, quam filiae, quae, vt viro se coniungeret, coacta fuit nubere in digno, vt per Menoch. *in dist. praesumpt. 189. num. 58.* Et secundum hanc distinctionem contrariae opiniones concordari videntur.

21 Non omitto pro complemento istius materiae, quod si non de necessitate, saltem de honestate in matrimonio concurrere debet consensus paternus, ac ideo voluit multi, peccare mortaliter filium nubentem absque consensu patris, Nauar. *in man. cap. 14. nu. 13.* Thelant. *quaest. Forens. quaest. 70. num. 7. lib. 1.* Sanchi. tamen *de matrimonio, lib. 4. disput. 23. num. 10.* dicit, excusari à peccato, si consensum petat, licet non obtineat, de quo Fontanella *loc. cit. num. 7. & seqq.*

## SUMMARIUM.

1. *Conditio remouens ab ingressu religionis, non valet.*
2. *Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale valet, declaratur nu. 18. secus tamen respectu dotis, nu. 19.*
3. *Conditio impeditiua matrimonij carnalis rejicitur.*
4. *Legatum relictum in casu nuptiarum: debet etiam ingrediendi religionem, qui tenuerint, & qui contra, n. 13.*
5. *Conditiones apposite in dispositionibus hominum attendi debent.*
6. *Ob testatoris voluntatem receditur à proprietate verborum.*
7. *Testatores disponentes de proprijs rebus Ecclesie immediate acquirendis possunt legem, & conditionem apponere.*
8. *Monasterij fauor non debet impedire voluntatem testatoris, & num. 9.*
9. *Trebellianica an possit prohiberi in heredibus primi gradus.*
10. *Conditio, ut mulier habeat minorem dotem, si monasterium ingrediatur, quam si nubat, an dicatur remoueri ab ingressu religionis.*
11. *Inuitu beneficere nemo cogitur.*
12. *L. Titiz, si non nupserit, si. de cond. & demonstr. declaratur.*
13. *Mutari non debent, quae longam consuetudinem habuerunt.*
14. *Legatum conditionale, cum nupserit, an purificetur, si religionem ingrediatur, & nu. 18. ponitur opinio auctoritatis, & declaratio num. 22. & 23.*
15. *Religionem ingrediens dicuntur contrahere nuptias cum Christo.*
16. *Testatores presumuntur loqui secundum communem usum loquendi.*
17. *nuptiae appellantur etiam spirituales, secus tamen secundum communem usum loquendi.*
18. *Argumentum à nuptiis carnalibus ad spirituales respectu dotis non valet.*
19. *Dotis dari solita monasterio dicitur congrua, ac propterea nullum potest peti supplementum.*

Si testator decem millia filiae reliquerit si matrimonium contraxerit, mille verò si Monasterium ingressa fuerit, an ipsa possit petere decem millia, casu quo Religionem ingrediatur. Et an legatum relictum, cum nupserit, debeat ingrediendi religionem.

## CAP. VI.

1. **C**ontentio inter fratres, & sorores oriri potest, si pater ex. gr. filiae reliquerit decem millia, si nupserit, mille verò si Monasterium ingressa fuerit, an ipsa possit in casu ingressus Religionis petere decem millia. Afirmatiuam enim opinionem multi tenent; existimantes illam conditionem vti turpem remouendam esse, cum filiam dicatur retrahere ab ingressu religionis, ad tex. in l. *Deo nobis, §. primo. C. de Episc. & Cleric.* & tradit Barr. in leg. 2. ff. de his, qua pen. nomine.
2. **¶** Secundo mouetur argumento de matrimonio carnali ad spirituale, ad tex. in cap. *sin. de Transf. Episc.* de quo scribentes in cap. *illud. de presump.* **¶** conditio enim impeditiua matrimonij carnalis rejicitur, ergo & haec rejici debet, quae matrimonium spirituale impe-

dicere videtur, Paris. in cap. *in praesentia, num. 137. & 141. de probationib.* **¶** Quae opinio multorum etiam auctoritatibus comprobatur, quos refertur curauit Roland. consil. 36. sub num. 16. *versic. sed praemissis non obstantibus, lib. 3.* cui opinioni, & ipse se subscribit; quam confirmare conatur Alber. in d. leg. *Deo nobis, & in secunda part. stat. quest. 104.* idem voluit Abb. Barr. Aret. Fel. & Paris. in d. c. *in praesentia*, & ita iudicatum fuisse Bononiz, dixit Alex. in add. ad Bartol. in d. l. 2. ff. de his, qua pen. nom. hanc partem pariter sequuntur Io. And. in add. ad Specul. in rub. *de stat. Monac. Matil. sing. 215. Campegi. de dote, qu. 50. Socin. in l. 1. ff. de condit. & demonstrat. Dec. sibi contrarius in consil. 674. Patil. consil. 65. lib. 2. vbi de communi, & vterque Ber. in d. c. *in praesentia, num. 494. Soc. consil. 241. sub num. 3. lib. 2. & in d. l. 2. ff. de his, qua pen. nom. Socin. lun. consil. 160. num. 69. lib. 2. Ial. in Auth. si qua mulier, num. 9. & segg. C. de Sacros. Eccles. alios plures refert Geb. in tit. *de legatis, conclus. 2. num. 1. varios citat Menoch. de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 81. num. 4. & praesumpt. 189. num. 2. Affl. & de eis, §. 48. Odd. consil. 19. num. 19. Mant. de consil. vltim. volunt. lib. 1. tit. 18. alios citat Rota decis. 60. num. 3. secl. per Farinac. part. 2. & in decis. 480. numer. 1. ead. secunda parte, alios allegatos inueniens apud Merlin. *de legitima, lib. 3. tit. 1. quest. 11. num. 7.****

Quicquid tamen supracitati Doctores asserant, contrarium partem communiorem, aequiorem, & in puncto iuris veriorem esse existimo: Et moueor, quia in dispositionibus hominum conditiones appositae attendi debent, leg. *in conditionibus, ff. de cond. & demonstrat. l. cum acutissimi, C. de fideicom. quae conclusio a deo vera est, ¶* ut propter voluntatem testatoris recedatur à proprietate verborum, leg. *non aliter, ff. de leg. 3.* nec communis obstat responsio, hoc procedere in conditionibus licitis, non autem illicitis, licitam namque esse hanc conditionem infra videbimus. Secundo facit, ¶ quod testatores, qui disponunt de rebus proprijs Ecclesiae immediate acquirendis, possunt, si volunt, legem, & conditionem apponere, glos. in cap. *verum, de cond. apposit. glos. singularis in can. 2. 10. qu. 1.* ergo tanto magis id procedere poterit, si testator disponat de rebus suis, quae solum mediare ad Monasterium sunt peruenturae, ad tex. in l. *in re mandata, C. man. & in l. sed & si lege, §. consuluit, ff. de pos. hered. nec Monasterij fauor debet impedire testatoris voluntatem; ut enim dicit Rota in d. decis. 480. ¶* legibus constitutum non reperitur, quod fauor Monasterij impeditur debeat testantium voluntates. Nec obstat responsio Ber. in d. cap. *in praesentia, n. 489. & 495. & Paris. nu. 36.* quam refert, & sequitur Rol. d. l. *conf. 36. n. 21.* requirit nempe non solum voluntatem, sed etiam potestatem: poterat enim testator legatum non facere, vel minorem quantitatem relinquere: & exemplum legitima patrum ad propositum, cum in ipsa non sit libera patris voluntas, stante quod de necessitate ipsam filius relinquere teneatur, quod non est in legato, de quo nostra est disputatio: prout etiam ¶ libera patris voluntas dici non potest, quando heredibus primi gradus vellet prohibere trebellianicae detractionem secundum magis communem opinionem, de qua nouissime per Mangil. *de imputat. quest. 116. qui n. 6.* refert centum, & quinquaginta Doctores, qui eam secuti fuerunt, secundum quam ego semper in statu Sacrosanctissimi Ducis Urbini iudicatum vidi, & verè adiungit pro hac parte, vltra auctoritates, iura ita clara, & rationes ita manifestae, de quibus per Mang. *loc. citat.* ut in iudicando ab ea non facile recedere audeam: licet contrarium teneat hodie passim Rot. Ro-

mana, ut in *vna Aneonitana decis. 363. part. 2. diuers. & in decis. 155. & 159. num. 4. secllarum per Farsnac. part. 2.* quæ etiam in tacita prohibitione sibi locum vendicate volunt, ut in *dd. Decisionibus: & licet merenda controuersur. lib. 4. cap. 15.* dicat, Rotæ opinionem de iure esse veriorcm.

- 10 Adducta verò in contrarium facili negotio tolluntur, non est enim verum, remoueri filias ab ingressu religionis: nam hoc stante sequetur, non posse filias nubentibus dari maiorem dotem, quam monialibus, & tamen contrarium obseruatur, & obseruantiam esse rationabilem probat Rota in *d. decis. 60. nu. 1.* Præterea nulla mulier ignorat, se maiorem esse habituram dotem, si nubat, quam si religionem profiteatur, nec hinc dici potest remoueri ab ingressu religionis; Præterquam quod non est verisimile ob interesse maioris dotis, aliquam à religione remoueri: maxime cum religionem ingredientem paupertatem profiteantur; & dos non ipsi, sed Monasterio acquiritur, ut dixit Rota in *d. decis. 480. sub num. 4.* Imo potius contraria sententia plures à religione remoueret, cum enim bona, ut dictum fuit, acquiritur Monasterio, nec dotem, nisi in communi possidere possint, existimandum est, mulieres potius optare, ut bona remaneant penè earum fratres, sorores, vel propinquos, quam quod ad Monasterium transeant: unde si non possent suos in hoc iurare, non profiteri religionem, sed nubere potius vellent. Cum igitur hæc conditio non sit illicita, testatoris voluntas est obseruanda, §. *disponat, Authen. de nupt.* stante quod rebus propriis legem imponere possit, *leg. quous, C. de bon. que sub mod. cap. verum, de cond. appof.* Nec fauor Monasterij debet impedire testatoris voluntatem, † cum inuitus benefacere nemo cogatur, *canon. de Iudiciis, 45. dist. 1. & can. ad fidem, 23. quæst. 5.* & lat est, mentem testatoris non esse impedire religionem, sed solam pinguis patrimonium in familia relinquere, ut per Rotæ in *d. decis. 480. num. 4.*

- 11 Nec minus obstat secunda ratio de matrimonio carnali, ex *tex. in dist. leg. Titia, si non nupserit, ff. de cond. & demonstr.* vbi probatur, quod si filia testator legauerit centum si nubat, ducenta verò si non nubat, ducenta habere debet etiam si nubat, Responderetur enim primo, ex *Dec. in dist. cap. in presentia, sub num. 234.* filiam ibi inuitari ad viduitatem à iure reprobata, quod non est in casu nostro, in quo licet Monasterium non ingrediatur, tamen nubit. Secundo responderet Dec. aperte ibi appatere, testatorem voluisse impedire matrimonium, dicit enim, si non nubat; secus verò est in casu nostro, in quo noluit testator aliquo modo impedire ingressum religionis, sed providere remanentibus in sæculo, qui maioribus indigent auxiliis, & sequitur Rota in *d. decis. 480. num. 8.* & dicam *infra sub num. 10.* accedat, quod ibi de mente testatoris volentis impedire matrimonium clarissime constat: si enim nubere volentes maiori indigent dote, cum reliquit minorem, si nubat: quod dici non potest in proposito, ingredientem enim religionem minor dos relinquitur, quia minori indiget dote, & minor dos verè constitui solet; nec respectu quantitatis dotis valet argumentum de matrimonio carnali ad spirituale. Rota in *dist. decis. 60. num. 4.* & etiam *infra dicitur num. 10.*

- 12 Et quantum ad auctoritates, responderetur, hanc secundam opinionem tenuisse infinitum ferè Doctorum numerum, ut Paul. de Cast. in *l. Titia centum, §. primo, ff. de cond. & demonstr. & in d. l. Titia, si non nupserit, nu. 2. ff. eod. Bald. in Auth. nisi rogati, C. ad Tertul. & in d. l.*

*Deo nobis, C. de Episc. & Cler. Dec. in d. l. in presentia, num. 23. & in conf. 419. Imol. in leg. Lucius, l. 2. ff. de her. red. inst. Anc. in regulam nemo potest, de reg. iur. in 6. Bald. in consil. 72. lib. 5. Io. de Monf. in repet. legis nemo potest de leg. 1. Fulg. in d. leg. Deo nobis, quæ omnes testantur ita communiter seruari, imò Fulg. in consil. 53. dicit, hanc esse consuetudinem, & in praxi ab ea nullo modo recedendum, Io. Dilect. de arte testandi, in tit. de legatis, caus. 64. qui patitur hanc opinionem appellat magis communem, & nonnullas adducit cautelas ipsius maiorem validitatem, quam latissime secutus fuit tal. in consil. 43. lib. 3. vbi subiungit, multos de hoc allegare consuetudinem totius mundi, ac propterea ab ea non esse recedendum, licet legendo, & disputando contrarium quandoque tenuerit in *d. Auth. si quis mulier, & Rota patitur in decis. 480. num. 6.* dicit, hanc esse consuetudinem, & communem obseruantiam, quam per totum mundum vigere testantur multi per 14 Rotam allegati: Et † mutanda non sunt, quæ certam legem, & longam consuetudinem habuerunt, *l. i. in i. ff. de leg. 1. quod si noluit, §. quia assidua ff. de edil. edict. l. prius, §. relict, ff. de ac. plu. aucen. & sufficit naturalem æquitatem allegare, l. scire oportet, §. sufficit, de excusat. tur. Com. & Saly. in d. Auth. nisi rogati, C. tot. in l. nemo potest, num. 31. de leg. 1. Gab. de leg. conclus. 2. in fin. qui tandem concludit, hanc opinionem esse veram, & de consuetudine seruari, Decian. consil. 41. num. 3. lib. 1. & eam defendit Mexed. de sum. cre. at. l. 3. §. 21. num. 176. & seqq. Couar. lib. 1. variar. resolu. cap. 19. & merito ab ipso contrariam opinionem fuisse reprobaram, dixit Cordub. in *l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 174. ff. de lib. agnos. & hanc veriorcm esse opinionem, dixit post alios Menoch. de presumpt. lib. 4. presumpt. 83. nu. 26. & æquitatem in hoc valde confidabilem esse Rotæ in *d. dec. 480.* cui enim dubium minus sufficere posse ingredientibus Monasterium, quæ paupertatem profiterentur, quam nubentibus in sæculo, hinc præfatum temporibus, ut Rota considerat loco citato, *Olasc. decis. 126. Franch. decis. 53. 8. Trentac. de substit. part. 4. cap. 7. Mant. de consil. vltim. volunt. lib. 11. tit. 8. num. 27. Thesaur. quæst. Forens. lib. 1. quæst. 60. Sanch. de matrimonio, disput. 14. num. 11.* alios nouissime citat, & sequitur Metlin. de legitima, lib. 3. tit. 1. quæst. 11. num. 8.***

Ex quibus omnibus intrepidè concludendum est, ab hac sententia in iudicando, & consulendo non esse villo modo recedendum, non solum ob scribentium auctoritates, ac inueteratam consuetudinem, sed ob rationes supra allatas.

- 13 Quantum verè ad aliam quæstionem superiori similem, si testator leget puellæ mille cum nupserit, † ad dictum legatum debeatur, si religionem ingressa fuerit: qua in re communis est scribentium sententia ad huc legatum deberi, ut respondit Fulg. consil. 53. vers. rursum, & tertio, & docet Couar. lib. 1. variarum resolu. cap. 19. num. 50. vers. sed si alieni, Menoch. consil. 555. Laderch. consil. 152. num. 3. Rot. decis. 450. num. 3. secllar. per Farsnac. part. 1. & prius latè hanc sententiam secuta fuerat in *decis. 130. per totam, ead. 1. part. quæ est decis. 301.* Ludouif. varios citat Menoch. de presumpt. lib. 4. presumpt. 148. num. 8. & seqq. † mouentur omnes, quia ingredientem religionem cum Christo nuptias contrahere dicuntur, sicut dixit Apost. ad *Timoth. 1. cap. 5.* Huic tamen rationi responderet Bald. Nouel. de dote, part. 6. prinul. 72. num. 2. vers. ex quo etiam, dicens, quod licet hæc etiam appellentur nuptiæ spirituales, tamen communis vsus loquendi, secundum quem præsumuntur loqui testatores, *leg. habeo, ff. de specul. l. 1. † nuptias intelligit de carnalibus: sed replicant alij ex con-*

testaturate mente testatoris legatum deberi, cum non sit presumendum, religionem ingredienti nihil relinquere voluisse, sic Menoch. in *diel. presumps.* 148. num. 14. qua ratione præcipue mota sic tenuit Rot. in *d. decis.* 130. Verum ratio de præsumpta testatoris mente

18 apud me parum concludit, † nam ponamus, quod testator filia legauerit bis mille, dotem, attenta conditione testatoris, congruam ad contrahendum nuptias carnales; cur præsumere volumus, testatorem voluisse eandem relinquere dotem, si monasterium ingressa fuerit, cui Monasterio ex. gr. dari soleant quingenta? si dos relicta esset solita dari etiam religionem ingredientibus, absque dubio eadem peti posset, sed si sit in longè maiori summa, non video quomodo ex præsumpta mente testatoris dici possit, eandem deberi. † Nec obstat spirituales etiam appellari nuptias, ut per Rotam, & alios supra citatos: nam respondetur, primo secundum Bald. Nouel. loco supra citato, aliter communcem vltim loquendi intelligere; secundum quem intelliguntur loqui testatores: imò verisimiliter censendum est, quod si testator de hac fuisset interrogatus, noluisse hæredes grauati vltra dotem pro ipsa monachanda necessariam, præcipue aliis ad idem concurrentibus coniecturis, de quibus per Menoch. in *consil.* 556. lib. 7.

19 Secundo responderetur, quod licet spirituales etiam sint nuptiæ, non valet tamen argumentum à dote carnalis ad dotem spirituales matrimonij respectu quantitatis, ut dixit Rot. in *decis.* 60. num. 4. *selecl. per Farin. part. 2.* quæ est *decis.* 63. Ludov. rationes differentie adducuntur in *d. decis.* num. 1. quia communis obseruantia, & naturalis equitas suadet, ut minus detur ingredientibus Monasterium, quam nubentibus in sæculo, Bald. in *Ausb. nisi rogati.* sub num. 11. C. ad Treb. & probat. Ias. in *consil.* 43. lib. 3. difficilius inveniuntur mariti cum parua dote, quam Monasterium; cum longe maiora onera sint necessaria nuptis, quam monialibus, ob quæ onera solet constitui dos, *leg. pro oneribus, & leg. dotis fructus, C. de in. dor.* Monasterium namque dote indiget solum pro alimentis, & suffragio vitæ, Bald. in *Ausb. resque.* sub num. 13. C. com. de leg. sed nuptiæ debent cogitare de filiis, de familia, & de pluribus aliis in sæculo necessariis. Ac idco videmus, 21 † quod dos dari solita Monasterio dicitur congrua, licet alias respectu personarum incongrua dici deberet, ac propterea nulla competit actio ad supplementum, ut per Rotam in *d. decis.* 60. *per totam.* Nec est verum, quod subiungunt, si dotem legatam consequi non posset, nullam dotem haberet, nam hinc non diceretur priuata dote Monasterio dari solita, quam petere posse non dubitarem, ut in puncto respondet Rot. in *decis.* 450. nu. 4. *selecl. per Farin. part. 1.*

22 Et si quis aliam sententiam sequi vellet, cam restringere deberet, si illa dos Monasterio acquiratur, cuius favore dotem deberi voluit, secus verò cessante favore Monasterij: vnde illud legatum non posset per filias nec cedi, nec in aliostrantimiri sub prætextu, purificatam fuisse conditionem, & sic legatum purè deberi, ut expressè post alios declarat Rot. in *d. decis.* 450. num. 3. & posset dari exemplum in muliere religionem ingrediente bonorum prioris incapacem, cui propterea nulla esset danda dos; quæ non posset dotem relictam alteri cedere, afferendo sibi deberi, cum purificata, & adimpleta fuerit conditio nuptiarum; ut per Rot. in *diel. dec.* 450. post Menoch. de *presumps.* lib. 4. *presumps.* 83. nu. 72. & Mant. de *coniel. vlt. vol. lib. 11. tit. 3. num. 14.* & habetur in *alia decis.* 418. nu. 3. *selecl. per Farin. part. 2.*

23 Quæ omnia sic intelligas in legato conditionali, præstando nempe cum nupserit, in quibus terminis loquuntur Doctores supracitati, prout ipsum conditionale reddunt illa verba, cum nupserit, ut per Doctores, quos Rota citat in *diel. decis.* 130. in *fin.* Si enim esset purum, vel simplex, omni casu deberetur absque dubitatione vlla.

Nonnullos alios casus magis elatos, in quibus presumitur, testatorè intellexisse de nuptiis carnalibus, ponit Menoch. in *d. presumps.* 148. num. 2. quæ omnia vti extra nostram materiam prætermitto.

## SYM MARIUM.

- 1 Statuta excludentia feminas ob masculos dicuntur fauorabilia.
- 2 Statuta exclusiua feminarum non extenduntur ad bona existentia extra territorium, & nu. 4. & ponitur exemplum, num. 6. etiam si dicantur esse fauorabilia, num. 7. & etiam si in personam loquantur, num. 8. & numeri sequentibus plures ponuntur ampliationes, & declarationes.
- 3 Statuta vii realia non extenduntur, vbi non se extendit iurisdictio.
- 5 Statuta exclusiua feminarum sunt exorbitantia à iure communi.
- 9 Statutum exclusiuum feminarum non excludit feminam forensis, nec etiam respectu bonorum existentium in territorio statutiuo. Et quid, si etiam in loco domicilij, vel incolatus ipsius femina simile vigeat statutum, nu. 10. & affirmatiua opinio est communis, num. 11.
- 12 Statutum loci incolatus est obseruandum, & n. 14.
- 13 Forum fori, & statuto ligari à pari procedunt.
- 15 Statutum loci, in quo maior pars bonorum reperitur, solet attendi.
- 16 Statutum exclusiuum feminarum non habet locum respectu forensium, nec etiam in bonis existentibus intra territorium, præcipue si etiam defunctus esset forensis, ut num. 18. sed quid, si defunctus sit originarius, vel incolae loci statuti, d. nu. 18. 19. & 20. & quid, si femina sit originaria, masculus vero excludere volens forensis, n. 21. & quod masculus non habeat ius excludendi a prædicto statuto, nu. 22. declaratur n. 23.
- 24 Statutum exclusiuum feminarum, an excludat feminam forensis respectu bonorum existentium in territorio, si etiam masculus sit eiusdem territorij, defunctus verò forensis, & affirmatiua opinio probatur nu. 25.
- 26 Cuius ex privilegio, vel domicilio ciuim, appellatione continentur.
- 27 Femina forensis ligatur statutis loci originis.
- 28 Statutum conuendendum, & vbi bona sita sunt, non defuncti attendi debet.
- 29 Statutum exclusiuum feminarum, an attendatur in dispositionibus testamentariis, quantum ad bona existentia in alieno territorio.
- 30 Statutum potest afficere etnes, etiam respectu bonorum existentium in alieno territorio.
- 31 Mobilia ad tempus ibi mansura, illius loci non dicuntur.
- 32 Mobilia non locum vbi sunt, sed personam concernere dicuntur.
- 33 Nomina debitorum, an dicantur esse extra territorium.
- 34 Actio ad rem mobilem inter immobilia connumeratur.
- 35 Actiones officij nostris adhaerere dicuntur.
- 36 Actiones non veniunt appellatione bonorum existentium in certo loco.
- 37 Donatio de bonis existentibus in aliquo loco, non comprehendit iura, & alios es.

- 38 *Esse in loco dupliciter in iure intelligi potest.*  
 39 *Nomina debitorum dicuntur esse in loco, ubi destinata est solutio, licet alibi destinatus sit contractus, nu. 40. dummodo hoc destinatio fuerit facta simpliciter, non conditionaliter, num. 41.*  
 42 *Actiones, quantum ad effectum executionis, dicuntur esse in loco.*  
 43 *Statuta loquentia de bonis existentibus intra, vel extra territorium, comprehendunt iura, & actiones.*  
 44 *Bonorum appellatione veniunt iura, & actiones.*  
 45 *Mobilium, & immobilium appellatione non veniunt iura, & actiones, & num. 48.*  
 46 *Dictiones generales restringuntur secundum naturam actus, cui attribuntur.*  
 47 *Legatum omnium, & singularum bonorum, continet etiam iura actiones.*  
 49 *Statutum non comprehendit actiones ad rem immobilis existentem extra territorium.*  
 50 *Pecunia destinata ad rem immobilis, connumeratur inter immobilia.*  
 51 *An solemnitates loci, vel potius originis, debeant observari in contractibus forensium.*

An sorores exclusæ per existentiam masculorum, intelligantur etiam exclusæ à bonis existentibus extra territorium statuentium.

### CAP. VII.

- 1 **S**tatuta excludentia feminas ob masculos, cum tendant ad conservationem familiarum favorabilia dici solent, ut dixit Barr. in l. 2. C. qui ad lib. perven. non poss. de quo tamen infra in c. 11. num. 13. licet odiosa debeant illa reputari, quæ ob patrum filias excludunt, Barr. in d. l. 2. in l. certum, C. vnd. cogn. & in l. fin. C. de suis, & legis. ¶ non extenduntur tamen ad bona existentia extra territorium, Bald. in l. 2. C. qua sit longa cõsuet. Anch. in c. canonum statuta, de consuet. Alex. in conf. 16. n. 1. lib. 1. ¶ statuta enim, & constitutiones, vti reales extra territorium non extenduntur. l. fin. ff. de iur. omni. ind. ¶ vbi etiam non extenditur iurisdictio, nec statutum extendi potest, Bald. in l. extra territorium ff. de iurisdict. omni. ind. & docet Soc. conf. 292. lib. 2. & precipue quia licet aliqua ratione possint dici favorabilia; negari tamen non potest, ¶ esse exorbitantia à iure communi, & per consequens restringenda, Corn. conf. 201. li. 2. & de statuto excludente feminas ob masculos, lo. And. in add. ad Specul. in tit. de instrum. edit. §. compediendo. Alex. conf. 128. lib. 1. qui infert propterea, statuta similia non extendi ad bona in alieno territorio posita, siue dicamus esse odiosa, siue favorabilia, per tex. in l. non solum, §. qui test. amcto, cum ibi notatis ff. de excus. tut. & in conf. 19. lib. 6. Brun. de stat. quod sunt mascul. art. 8. §. 15. prout de communi testatur Anch. in d. c. canonum statuta, & omnes antiquiores sic tenuisse in d. l. cunctos populos, dixit Gozad. in conf. 49. n. 8. & tradit Lap. alleg. 92. & de communi Socin. conf. 288. lib. 2. Corn. consil. 202. lib. 2. conf. 162. n. 5. lib. 3. & conf. 115. n. 3. & seq. lib. 2. optimè Alex. in d. conf. 128. lib. 1. & ex modernioribus Gasp. Anton. Thesaur. lib. 2. suar. quæst. quæst. 5. nu. 4. & Gratian. discipuli. Forens. c. 431. num. 17. Rot. coram Ludouif. decis. 255. num. 1. & seqq. vbi Beltraminus in addit. plures alios citat, & decis. 177. per totum, & maxime num. 42. recentis part. 5. & coram Butat. decis. 188. per totam; vna cum aliis relatis à Merlin. de legiti. lib. 3. tit. 1. & omnes sequuntur, quod antiquiores tradide-

6 runt in d. l. cunctos populos, ¶ quod si in Anglia sit consuetudo, ut solum primo genitus succedat, & in Italia secus, & decedat Anglicus pluribus filiis relicto, respe. & bonorum existentium in Italia cõsuetudo Italica obseruari debet, arg. l. pupillo. ff. de iur. & iur. dat. ab his, l. Titium, §. tutor, de aduoc. iur. & l. cetera forma, ff. de iur. Fidei. l. 10. & docet Alex. in d. conf. 128. n. 2. nec non in d. conf. 19. alij plures idem affirmantes videri possunt apud Brun. & Gozad. locis citatis, & docet Rol. plures citans conf. 89. num. 23. lib. 4. Ceph. conf. 218. num. 104. Olasc. decis. 100. in fin. Hond. consil. 5. num. 15. & 16. lib. 1. & conf. 13. num. 2. eod. vol. Peregr. conf. 90. num. 18. lib. 3. Matelc. variar. resol. lib. 1. c. 9. Carp. super stat. Mediol. cap. 295. n. 88. lib. 1. Boccat. in consil. Pireni, nu. 50. & seqq. Thesaur. decis. 106. in fin. Menoch. conf. 875. n. 2. lib. 9. Mangil. de Imput. quæst. 73. nu. 1. licet ipse nu. 9. distinguere videatur inter prohibitionem successionis à bonis ascendentium, vel transuersaliũ. & potest alios nouissimè Merlin. de legitima, lib. 3. tit. 1. quæst. 18. num. 23. qui hanc materiam latissimè prosequitur, quem longè post hæc scripta vidi: non intelliguntur enim statuentes voluisse disponere de illis bonis, in quibus nullam habent potestatem, ut per Rol. d. conf. 80. num. 23. Thesaur. in d. quæst. nu. 4. quæst. Forens. lib. 2. Peregr. Carp. Thesaur. & alij supra citati.

Sic igitur firma conclusio, statuta excludentia feminas ob masculos, eorum effectum non fortiri respe. du bonorum existentium extra territorium statuentium.

Pro cuius conclusionis faciliori intelligentia nonnullas ponam ampliaciones, ac limitationes.

- 7 Et primo ampliatur, tam si dicamus prædicta statuta esse favorabilia, quam odiosa, quocumque enim favore non obstante, extendi non debent ad bona in alieno territorio existentia, Gozad. in d. conf. 49. nu. 11. vnde parum refert, quod intelligantur facta causa seruandæ agnationis, adhuc enim non comprehendunt bona aibi sita, quicquid aliqui distinguendo aliter sentiant, de quibus per Lamb. de contr. all. sorum, glos. 2. num. 31. & Thesaur. in decis. 37. num. 6.
- 8 Secundo ampliatur conclusio, tam si in rem, quam si in personam loquantur statuta prædicta, ut tenent ferè omnes supra citati, attestantes de communi, reprobata distinctione Barr. in d. l. cunctos populos, & sequitur Rot. coram Ludouif. decis. 255. nu. 1. & seqq.
- 9 Tertio ampliatur, etiam si bona sint intra territorium statuentium, personæ tamè forenses, adhuc enim non dicentur exclusæ à bonis existentibus in territorio statuentium, quamuis statutum loqueretur in rem, Crau. conf. 844. nu. 7. & 10. Rim. lun. conf. 655. Decian. conf. 71. nu. 7. & 8. lib. 2. Hond. conf. 11. nu. 29. lib. 1. Surd. conf. 343. nu. 6. 9. & 10. Rot. decis. 295. nu. 9. & decis. 304. nu. 3. nouiss. part. 1. & habetur in d. decis. 255. coram Lud. in fin. Peregr. consil. 7. nu. 8. lib. 5. Gratian. discipuli. Forens. c. 431. nu. 17. & 27. & sequitur Merlin. in d. q. 18. nu. 90. vbi aliè allegantur decisiones. Et est ratio ab omnibus considerata, quia statuentes non possunt disponere in personam non subditam, nec etiam quo ad bona posita intra territorium, ut per supracitatos Doctores, & alios, quos Merlin. citat loc. cit. num. 92.
- 10 Quarto ampliatur, ut si personæ sint vnius loci, bona verò alio in loco sita, & in utroque loco ad sit statutum exclusiuum feminatum, quod sermine propter masculos non dicantur exclusæ, sic voluit Rota in d. decis. 255. coram Ludouif. & in alia supra allegata sub num. 5. & rationem esse dicunt, quia ad hoc, ut sit locus exclusioni statutaria, necesse est, ut duo copulatiuè concurrant, nempe subiectio tam ratione personæ, quam ratione bonorum, ut per Barr. in d. l. cunctos populos,



pulos, num. 26. C. de summo. Trinit. & sibi. catbol. vbi alij scribentes, Rol. conf. 24. num. 22. & conf. 91. lib. 3. Ceph. conf. 162. num. 10. & 11. vnde cum in vtroque statuto per se considerato, hzc duo copulatiue non concurrant, non fit cumulatio istorum statutorum, secundum Rot. loc. cit. quam Rotæ opinionem sequitur Gratian. discept. Forens. c. 4. 1. nu. 16. Et probat nouissime Merlin. in d. quasi. 18. nu. 62. & seqq. Vnde, aut volumus excludere feminam vigore statuti loci ipsius mulieris, & non possumus, quia similia statuta non extendunt eorum vires ad bona existentia extra territorium statutum, vt supra in conclusione: aut volumus eam excludere vigore statuti, vbi bona sit sunt, & pariter non possumus, quia statuentes non possunt disponere in personam non subditam, vt in superiori ampliatione fuit dictum.

21 Communis tamen sententia est in contrarium, vt per Socin. conf. 36. nu. 3. vers. aut de cedenz. lib. 1. 1. conf. 163. num. 6. lib. 2. Ceph. conf. 309. num. 43. & 46. cum seq. lib. 3. Surd. conf. 353. num. 14. quos vna cum aliis ab ipso allegatis sequitur Mangil. de Impus. quasi. 81. sub nu. 56. & num. 81. Thesaur. lib. 2. quasi. Forens. quasi. 5. num. 10. cum enim femina à quocumque statuto excludatur, nisi successionem nulla ratione aspirare potest, & esse magis communem opinionem, testatur ipse Merlin. loco citato. num. 59. & ad argumentum negant, consideranda esse statuta vt singulo de per se; sed fieri ipsorum cumulationem ad exclusionem feminatum, à qua opinio non videtur in iudicando vllò modo recedendum: nam aliter, vt plurimum, similia statuta, per totam Italiam existentia redderentur elusoria; cum personæ præcipue diuites soleant habere bona in diuersis territoriis, ac ditionibus.

22 Quinto ampliatur, vt si quis sit originarius loci statuti, incola verò alterius loci, in quo statutum non adfit, vel diuersum, à statuto originis, quod attendatur

23 statutum incolatus, & à pari enim procedunt, forum sortiri, & statuto ligari, glol. in cap. qua extra, in verba, peregre. 3. dist. 1. & in cap. illud, in verbo, more, 12. dist. 1. Alex. in consil. 16. num. 3. lib. 1. & in cons. 19. lib. 6. Gozad. conf. 49. num. 13. quod dicunt procedere, etiam

24 si statutum dirigeret verba in personam, & in his enim, quæ personam concernunt, incolatus potius attenditur, quam origo, glol. in cap. statutum, in verba, vna dicitur, vbi scribentes, de rescript. in 6. quod notandum esse, dicit Alex. in d. conf. 16. num. 3.

25 Sexta conclusio, minorem haberet difficultatem, si extra territorium maior pars bonorum existeret, solet enim attendi statutum illius loci, in quo maior pars hereditatis reperitur, Io. de Anan. in cons. 4. in 3. dub. Paul. de Castr. in reg. si fideicommissum, in princ. ff. de iud. quos refert, & sequitur Gozad. in d. conf. 49. num. 12.

26 Septimo ampliatur, vt si frater, & soror in loco originis, vel domicilij, non habeant statutum excludens feminas, possideant tamen bona in loco, in quo statutum adfit exclusiuum feminatum, quod soror in illis bonis non dicatur exclusa à fratre, & rationem esse dicunt, quia statutum non obligat Forenses, in quem nullam iurisdictionem habet, vt supra dictum fuit in tertia ampliatione; Nec obstaret, si statutum dirigeret verba in rem, & bona, verè enim semper dicuntur respicere personas, habilitando nempe masculos, & inhabilitando feminas, & si effectus sit circa bona: vnde principalis intentio statuentium videtur potius attendenda, quæ est circa habilitatem, vel inhabilitatem personarum ad succedendum, quam statuentes inducere non possunt respectu personarum alterius fortis: & cum statutis ligari, & forum sortiri à pari proce-

cedat, Doctores ror. extr. de conf. & in cap. quod clericus, de for. compet. Ceph. conf. 4. 4. & docet Hond. consil. 11. num. 18. lib. 1. & ita statuta in rem loquentia declarat Ancl. conf. 168. in fin. Rol. de luc. dot. quasi. 36. num. 11. late Hond. loc. cit. nu. 29. qui per totum illud consilium defendit, Forenses non ligari statuto, nec etiam respectu bonorum existentium in loco statuentium, & testatur sic iudicasse Rot. Perulinam. Ac idè frater non poterit excludere sororem à bonis existentibus in loco, vbi masculus excludit feminas; si frater, & soror fuerint incolæ, & originarij alterius loci, in quo simile statutum sit auiatum exclusiuum non adfit, Hond. conf. 3. nu. 13. lib. 1. & in d. conf. 11. num. 23. 25. 26. & nu. 32. Ancl. in suar. quasi. lib. 2. quasi. 3. & quasi. 65. num. 3. Thesaur. decis. 106. nu. 4. Peregr. conf. 90. per totum, lib. 2. Rot. in nouiss. decis. 293. num. 1. Roland. conf. 24. num. 17. cum seqq. lib. 3. Menoch. conf. 390. nu. 47. lib. 4. Petta Cab. consil. 47. num. 4. Sued. conf. 204. nu. 3. & decis. 197. num. 6. Rot. decis. 673. num. 1. part. 2. diuers. & decis. 279. num. 10. coram Ludouic.

28 Hanc tamen ampliationem declarant, vt indubitanter procedat, si nò solum pater, & soror succedere volentes sint Forenses, sed etiam defunctus, de cuius hereditate agitur; & in his terminis loquuntur Doctores supra citati, sed quid, si defunctus sit originarius, vel incola illius loci, in quo viget statutum, & bona sita sunt? Et multi dicunt, tunc masculum excludere posse feminam, nam cum succedant ab intestato, dicuntur venire ex tacita defuncti voluntate, leg. si quis cum nullum, l. i. ff. de iur. codicil. ita nouissime dixit Merlin. de leg. lib. 3. tit. 1. §. 18. sub nu. 43. vers. verum in hoc casu, qui num. 45. appellat hanc opinionem magis communem, atque vtiorem. Et num. 46. facit hanc differentiam, an defunctus sit ciuis loci statuti, vel non: & eam sequuntur Put. decis. 19. num. 6. 8. 9. & 10. lib. 2. & Thesaur. quasi. Forens. lib. 1. quasi. 4. 7. 8. & alij, de quibus per Merlin. loco citato num. 45.

29 Cui tamen declarationi assentire non possum, vt vltimè potius, hanc dici debere octauam ampliationem ad regulam, vt nempe masculus non possit excludere feminam à bonis existentibus extra territorium, vbi vigeat statutum, si in loco eorum originis, vel incolatus tale statutum non adfit, etiam si defunctus sit originarius, vel incola loci statuti; & ad id dicendum moueor per omnes rationes supra consideratas in tertia, & in septima ampliatione, statuentes nempe non posse disponere in personam non subditam, nec etiam quo ad bona posita intra territorium statuentium, vt docent plures, quos ipse Merlin. citat loco citatis, num. 91. etiam si dirigeret videantur verba in bona, vt per Doctores, quos allegavi in dicta septima limitatione, qui, vt plurimum generaliter loquuntur, etiam si defunctus sit originarius, vel incola loci statuti, & præcipue Hond. in d. conf. 11. num. 25. 26. qui num. 32. responderet contrariis, & sic fuisse iudicatum testatur idem Oid. consil. vltimo, num. 24. & sequuntur Buon. de stat. quæ stant. mascul. artic. 6. quasi. 9. num. 29. Rota plures citans d. decis. 195. nu. 3. Burl. conf. 8. nu. 28. Crauct. conf. 799. num. 1. Martel. variar. resol. lib. 1. cap. 9. nu. 1. & 2. vna cum aliis supra citatis in d. 3. & 7. ampliatione, quibus addi potest Burat. decis. 310. tom. 3. vna cum aliis per ipsum allegatis.

20 Et parum ob stare videtur ratio differentie considerata à Merlin. loco citato, num. 46. cum enim defunctus decesserit ab intestato, nò potest alterate ius succedendi ex iuris, ac statutorum dispositione proueniens: nec dicatur succedentes præsumuntur succedere ex tacita voluntate defuncti, qui decessit ab intestato.

id enim libenter admittitur: prout etiam altera conclusio, præsumi testatorem voluisse se confirmare cum dispositione statutoria suæ patriæ; sed negatur id statutum disponere in casu, de quo agitur, licet enim statutum excludat fœminas ob masculos, non excludit tamen fœminas Forenses, ad fauorem masculorum Forensium, cum ad id statutum auctoritas non extendatur, vt in dicta tertia, & septima ampliatione: vnde hæc præsumptio, quod defunctus voluit se confirmare cum statutaria dispositione suæ patriæ, non alterat, nec ampliat, nec extendit hanc statutariam dispositionem: vnde corrigit ratio differentia à Merlino considerata.

20 Quibus stantibus noua erit ampliatio, etiam si insuper fœmina excludenda sit ciuis loci, vbi adest statutum, vbi sita sunt bona, & vbi defunctus erat oriundus, vel domicilium habet; excludere verò volentes sint Forenses; adhuc enim illi Forenses non poterunt excludere fœminam vigore dicti statuti; cum eadem vigeat ratio supra considerata, Forenses statutorum beneficiis non gaudere, nec statutarias dispositiones ad eos se extendere, *Alex. conf. 41. lib. 7. Castrenf. conf. 32. lib. 2. Socin. Sen. conf. 141. num. 5. & conf. 192. num. 1. lib. 2. Ruin. conf. 100. n. 12. lib. 2. Socin. Iun. conf. 49. n. 2. & conf. 80. n. 5. lib. 4. Pereg. conf. 90. per totum lib. 1. Rim. Iun. conf. 169. num. 65. lib. 3. & hanc opinionem sequitur Rota in d. decis. 295. num. 5. & Merlin. in d. quæst. 18. num. 49. vbi alias allegat decisiones.*

21 Nec obstat contrarium tenuisse Surd. in *confil. 343. num. 18. & per totum lib. 3. & Thefaur. in d. quæst. 4. num. 12. & 16. qui de magis communi opinione testatur, & sic tenuisse Senat. Pedem. & fuit opinio Alexan. in *conf. 111. per totum lib. 7. nam mouentur ex præsumpta mente defuncti, quod voluerit se confirmare cum dispositione statutaria suæ patriæ, vt per Merlin. vbi supra, num. 47. quam rationem nil prorsus operari posse, diximus supra. Imò ex præsumpta mente statutentium contrarium argui potest, cum non sit censendum, statutentibus voluisse prouidere Forensibus, præcipuè in damnum fœminatam ciuili; sed potius fauere voluisse fœminis ciuibus, quam masculis forensibus.**

22 Nisi tamen statutum imponeret Forensibus onus habitandi in loco, in quo acquirunt, tunc enim ratione alliciendi nouos ciues ad habitandum, censeri forsitan posset ipsis fauere voluisse, vt animaduertit Thefaur. in *d. quæst. 4. num. 13. in fin. & nu. 14. & dixit Merlin. in d. quæst. 18. sub num. 49. vers. ratio autem.*

24 Ampliatur decimo, vt statutum non excludat fœminas Forenses, nec etiam ratione bonorum existentium in loco statutentium, secundum varias conclusiones supra firmatas, etiam si masculus, qui fœminam excludere intendit, si incola, vel originarius loci, in quo vigeat statutum, & bona sita sunt; fœmina verò, & defunctus Forensis; per eandem rationem à multis consideratam, præsumendum esse, defunctum voluisse se confirmare cum consuetudine suæ patriæ; ac ideo attendendum esse statutum originis, seu incolatus defuncti, non autem statutum, vbi bona sita sunt, licet eiusdem loci sit masculus, qui fœminam excludere intendit, *Abb. de Ros. part. 1. stat. quæst. 46. & part. 2. quæst. 136. & tradunt alij, quos citat Merlin. in d. quæst. 18. num. 51.*

25 Hanc tamen rationem præsumptæ mentis defuncti nihil in proposito operari, diximus sæpe superius, vnde contrarium in casu proposito resoluit *Rot. decis. 304. part. 1. nouiss. per totam, & esse casum indubitabilem, dixit Thefaur. in d. quæst. 4. num. 19. & 21. & Rota loco citato nu. 3. respondet contrariis: si enim statutum*

excludit fœminas ciues propter masculos, eo magis censendum est, excludere voluisse fœminas Forenses, vt arguit *Surd. confil. 343. & confil. 553. num. 10. Pereg. in dict. confil. 90. num. 19. lib. 1. Beltramo. in addit. ad decis. Ludouic. 255. num. 8.*

26 Et hæc procedunt non solum in originario in loco statuti à natiuitate, sed etiam in eo, qui esset ciuis, vel ex privilegio, vel ex domicilio, cum & ipsi ciuium appellatione contineantur, *Ceph. conf. 451. nu. 16. Carp. super stat. Mediol. c. 218. n. 112. part. 2. alios ad propositum citat, & sequitur Merlin. in d. quæst. 18. num. 56.*

27 Et non haberet dubium, si fœmina excludenda esset Forensis solum domicilio, non autem origine, cum adhuc ligetur statutis loci originis, vt post alios dixit *Thefaur. in d. quæst. 4. num. 21. in fin. & in addit. ad decis. 123. Antonij Thefauri sui patris.*

28 Idem minorem haberet dubitationem, si solum defunctus esset Forensis, contendentes verò tam masculi, quam fœminæ essent illius loci, in quo vigeret statutum, & bona sita essent, tunc enim absque dubio masculus excluderet fœminam, cum deberet attendi statutum ipsorum contendentium, & loci, vbi bona sita sunt, non autem defuncti, *Socin. Iun. confil. 25. per totum, lib. 3. Rot. in d. decis. 295. nu. 6. part. 1. nouiss. Thefaur. in d. quæst. 4. num. 19. in fin. & num. 10. quos sequitur Merlin. in d. quæst. 18. num. 58.*

29 Vltimo ad propositum conclusionis supra firmatæ, statuta non extendi ad bona existentia extra territorium, dici potest respectu saltem legitimæ, idem esse in dispositionibus testamentariis, de quo videtur potest *Mangil. de Imputat. quæst. 81. nu. 79. & nouissimè Merlin. de legitima, lib. 3. tit. 1. quæst. 18. num. 109.*

Conclusio modo supra firmata statuta excludentia fœminas ob masculos, non intelligi eas excludere à bonis existentibus extra territorium statutentium, nonnullis etiam limitatur modus.

30 Et primo, si statutum id expressè disponat; statuta enim posse afficere ciues, etiam quo ad bona in alieno territorio existentia, est communis scribentium traditio, vt per *Bart. in d. l. cunctos populos, in 7. quæst. & docet Gozad. in d. confil. 49. num. 18. dicitur enim tunc statutum inhabilitare personas sibi subditas ad successionem bonorum existentium in alieno territorio: requiritur tamen expressa declaratio, *Gabr. in tit. de status. conclus. 8. num. 25. Odd. eom. confil. vlt. num. 112. Thefaur. quæst. Forens. lib. 2. quæst. 5. num. 11. quod probat, & respondet contrariis, & sequitur nouissimè Merlin. de legitima, lib. 3. tit. 1. quæst. 18. num. 100. vers. contra-**

rium, *Surd. confil. 553. num. 11. 12. & 13.*

31 Secundo limitatur respectu pecuniarum, & aliorum mobilium extra territorium existentium, nam mobilia, quæ sunt in loco ad tempus ibi mansura, illius loci non censentur, *leg. si in legatum, ff. de leg. 3. l. debitor, de pignor. l. ex facto, §. proponebatur, & §. verum, ff. de hered. insti.* Quod in Mercatoribus est notandum, qui extra territorium mercis habent, quæ illius loci iudicari non debent, vbi sitæ sunt, sed loci mercatoris, *Thefaur. quæst. Forens. lib. 2. quæst. 5. num. 14. Surd. confil. 343. num. 18. & confil. 346. per totum, Magon. de iur. Florent. 107. num. 8.*

Quod tamen intelligendum est, nisi mercator domicilium pariter habeat, vbi mobilia sita sunt: ob domicilium enim præsumitur habuisse animum ibi manendi cum illis pecuniis, & mercibus; vnde cum non sint reuertituræ ad locum originis, censentur illius loci, vbi sitæ sunt, *Alex. in d. confil. 16. num. 2. lib. 1. quem refert, & sequitur Gozad. in d. conf. 49. num. 4. Ad propositum conferunt tradita per Bald. in leg. mercatores, C.*

32 *De com. & mercat.* vbi dicitur, ¶ mobilia non solum, vbi sita sunt, sed personam cōcernere: ac propterea, si ob aliquod delictum venirent confiscanda bona extra territorium existentia, mobilia spectarent ad fiscum confiscantem, non autem ad donum loci, vbi sita essent, vt post Peregr. *de iur. Fife. lib. 5. cap. 1. de pub. bon. num. 141. & seqq.* & post infinitum Doctorum numerum, quos more suo cumulat, tradit Fasino. *de delict. & pœnis, quest. 15. num. 108.*

33 Tercio limitatur supra posita conclusio in nominibus debitorum per eandem rationem, & præcipue si  
34 actiones dentur ad aliquid mobile, ¶ actio enim ad rem mobilem inter mobilia connumeratur, vt notat gl'os. in §. primo, in *Auth. de non alien. Barr. in leg. potest. ff. de auctor. tut. & in leg. mouentium ff. de verb. signif. scribentes in l. 1. c. si aduers. rē ind. & docet Socin. in *conf. 101. lib. 1.* Tiraq. *de vtroq. retract. tit. 1. §. 1. gl'os. 7. nu. 19.* vnde cū res mobiles, & pecuniæ, quæ cito sunt reuerturæ comprehendantur sub rebus territorij, ad quod tueri debent idem dicendum est de actionibus ad  
35 ipsas pecunias. Accedat, ¶ quod nomina debitorum, & sic actiones ita adherent assibus nostris, vt semper dicatur adesse apud illum, qui eas habet, *leg. qui ergo, ff. de pecul. l. 3. vbi notatur, ff. pro soc. vnde cum adherent personæ, dicuntur esse intra territorium, non autem extra: vti enim incorporatissimæ, vt ita dicam, non sūt in loco, nec loco circumscriptur, leg. Causa, in *prina. ff. de leg. 2. leg. fideicommissum, §. tractatum, ff. de iud. leg. fin. C. de præscript. long. temp. ac ideo, vt dixit Socin. in***

36 *d. conf. 101. nu. 4.* ¶ quando fit mentio de bonis existentibus in certo loco, non veniunt iura, & actiones, prout si quis donaret omnia eius bona existentia in aliquo loco, ¶ non intelligerentur donata iura, & actiones: & fuit dictum Bald. in *l. 1. ff. de stat. homin. & in *conf. 1. 32. in fin. lib. 1.* tradit Alex. *conf. 31. lib. 1. Corn. conf. 49. per totum, lib. 3. Bertrand. conf. 162. & 186. lib. 1. Ruin. conf. 155. in fin. lib. 3.* alios plures huius opinionis auctores citat Tiraq. in *d. l. si vniquam in verbo, bona, nu. 13. C. de reuoc. donat. & prius idem dixerat de vtroq. retract. tit. 1. §. 1. gl'os. 7. q. 30.* non obstantibus quibuscumque verbis generalibus contra Bened. in *cap. Rayn. in verbo, cetera bona, n. 8. extra de testib. Magon. decis. Florent. 107. nu. 8. Phanur. de lucro dot. gl'os. 9. n. 35. Roland. in simili tractatu quest. 20. num. 11. Alban. *conf. 17. num. 17. conf. 23. num. 9. & conf. 26. num. 3. Hond. conf. 13. nu. 20. cum seqq. lib. 1. Bertr. quest. simul. quest. 109. num. 4.***

38 Animaduertendum tamen est, esse in loco hoc, dupliciter considerari posse, circumscriptiue, & effectualiter: primo modo, certum est, actiones non esse in loco, cum nullo loco possint circumscribi: effectualiter verò vtique sunt in loco, & illius dicuntur loci in quo celebratus est contractus, ac destinata est solutio, vt probat tex. in *leg. Titium, & Menium, §. tutoris, ff. de administrat. tutor. & in leg. tutor, §. her. ed. ff. eodem, Lap. allegat. 91.* qui docet, ¶ nomina debitorum illius esse loci, in quo solutio est destinata, & exactio de iure fieri potest, *leg. ex fido, §. rerum, & leg. quaro, ff. de solut. in actionibus enim solet earum effectus considerari, & exactio: ac propterea, ¶ si vno in loco celebratus sit contractus, & solutio ad alium locum sit destinata, illius loci dicitur actio, in quo destinata est solutio, ibi enim contrahentes contraxisse videntur, *leg. contraxisse ff. de ul. & obligat. ad idem est tex. in leg. quaro, ff. de solut. & in cap. Romana, §. contrahentes, de for. compen. in 6. & docet Alex. in *d. conf. 16. Matefc. variar. resolut. lib. 1. cap. 9. num. 13. & 14. Surd. decis. 204. num. 8. Peteg. conf. 90. nu. 79. Theaur. quest. Forens. lib. 2. quest. 15. Merlita in d. quest. 18. num. 97.***

41 Quæ tamen omnia intelligi debent, si simpliciter illo in loco sit destinata solutio, secus si conditionaliter, dummodo debitor ibi reperitur, vel dictum fuerit vbi que exactio fieri possit: cum enim istis casibus exactio extra locum contractus non possit fieri, nisi conditionaliter, hoc est, quatenus ibi debitor reperitur: & in loco contractus absolute, locus contractus potius attenditur, arg. *l. hoc legatum, ff. de leg. 3. Socin. in d. conf. 101. num. 6.* Imò etiam si alibi possit fieri absolute exactio, attamen adhuc locus contractus attendi deberet, in ipso enim dux concurrenter causæ, contractus nempe celebratio, & exactio, quæ pariter ibi fieri possit: argumento *legis quæritur, ff. de stat. hom. ad idem confert tex. in leg. Titium, & Menium, §. tutoris, ff. de administrat. tut.* vbi dicitur, quod contractus celebrari in provincia, licet debitores reperti fuerint Romæ, & solvere sit promittum etiam Romæ, attamen di-

42 cuntur contractus provinciales: cum igitur ¶ etiam iura, & actiones saltem quantum ad effectum exactionis, dicantur esse in loco, si alicuius publicentur bonâ vbi que existentia, etiam iura, & actiones publicari deberent, vt dixit Peregr. *de iur. Fife. lib. 5. tit. 1. nu. 50.* Pro-  
43 ut etiam ¶ statuta loquentia de bonis existentibus intra, vel extra territorium, vel quocumque alio modo de bonis mentionem facientia iura, & actiones comprehendere: vt per Socin. in *d. conf. 101. sub num. 5.*

44 ¶ cum bonorum appellatione etiam iura, & actiones venire, sit censendum, *l. nomen, C. qua res pign. oblig. poss. leg. bonorum, §. vltimo, ff. de verb. oblig. Paul. de Gall. c. 1. c. 198 in *prina. lib. 1. Cap. c. 45. in 4. dub. Alex. conf. 59. lib. 6. Dec. in l. quis actionem, vers. secundo ista regula, ff. de reg. iur. alios plures refert, & sequitur Tiraq. in l. si vniquam, in verbo, bona, nu. 9. C. de reuoc. donat. quod etiam procedit, licet adiectum fuerit illud pronomen meum, per tex. in *l. meorum, ff. de verb. signif. vbi Alc. quæ sequitur Tiraq. loc. cit. n. 12. & voluit Pinel. de bon. mat. in *princ. num. 7.* ¶ Licet simpliciter appellatione mobilitum, & immobilium iura, & actiones non veniant, per se enim considerata nō dicuntur nec mobilia, nec immobilia, sed tertiam constituunt speciem, *l. quam Tuberonis, §. in peculio, ff. de pecul. l. 2. Dico Pio, §. in v. conditione, ff. de re iud. vbi lal. nu. 7.* vna cum alijs allegatis per Tiraq. *de vtroque retract. loco supra cit. n. 10.* qui idē repetit in *d. l. si vniquam, in verbo, bona, n. 8. Mant. de conuictur. vlt. lib. 9. tit. 3. nu. 9. Alex. Tertius conf. 61. nu. 2. iter *conf. vlt. vol. lib. 1. Gab. conf. 98. n. 1. lib. 1.* Et licet aliqui limitare videantur, si dispositio aliqua vniuersali dictione vtatur, Tiraq. *d. vtroque retract. loco cit. num. 20. & seqq.* attamen id falsum esse apparet ex his, quæ ip-****

45 se tradit *num. 26. & seqq.* ¶ Dictiones enim generales limitantur & restringuntur secundum naturam actus, cui attribuuntur, Bald. *conf. 67. versic. non obstat, lib. 3.*  
47 ac ideo Corn. *conf. 49. lib. 1.* respondet, ¶ in legato omnium, & quorumcumque bonorum contineri iura, & actiones, idem Beltrand. *conf. 77. lib. 2. de quo latè per Tiraq. loco proxime citato, num. 26. & seqq.* vbi plura adducit similia. In generali verò bonorum dispositione, vt dictum fuit, & iura, & actiones continen-

48 tur. ¶ An verò connumerari debeant inter mobilia, vel immobilia: attenditur effectus exactionis, vnde recurritur ad distinctionem gl'os. in *l. 1. c. si aduers. transfact.* quod si competat ad rem mobilem sunt inter mobilia, si verò ad rem immobilem, inter immobilia connumeranda. Repetentes in *l. 1. §. fin. ff. sol. matrim. Lap. in d. allegat. 91.* Licet quando actio est ad quantitatem in genere, secundum aliquos dicatur constituere diuersam speciem, Socin. *d. conf. 101. num. 6.* & sequitur Tiraq. *de vtroque retract. loco supra citato, num. 17.*

49 Ex quibus sublimitanda est tertia limitatio, de qua supra num. 37. ut non procedat, si actio sit ad rem immobilem existentem extra territorium, nam cum actio possit dici in loco saltem respectu exactionis, & res exigenda sit immobilis; & extra territorium existens, non erit à statuto comprehensa: actio enim ad rem immobilem res immobilis iudicatur, ut per Alex. in d. consil. 16. num. 4.

Secundo tam secunda, quam tertia limitatio sublimitatur, si immobilia, vel actio ad rem mobilem iam destinata essent pro emptione, vel acquisitione rei immobilis extra territorium existentis, tunc enim iudicandum esset de ipso, prout de re immobili: pecunia namque destinata ad rem immobilem connumeratur inter immobilia; ut post alios ex magis communi opinione, tradit V. lib. ad Afflic. decis. 300. sub num. 4. quia varia iura, & Doctores allegat.

51 Tertia sublimitatur, si ipsa pecunia extra territorium expendi deberet, tunc enim cessarent actiones, in tertia limitatione considerate: dummodo tamen res extra territorium emenda non esset revertenda ad territorium, ut in scholaribus libros ementibus, qui finito studio, eos ad patrem exportant.

52 Pro complemento istius capituli, quæro ad propositum, quid si originaries contrahat extra territorium, an iura municipalia propriæ patriæ, saltem respectu bonorum ibi existentium observare debeat? Circa quod omnia disputatione est distinctio, quod aut statutum procedit inhabilitando personas, & comprehendit etiam contrahentem extra territorium, ita procedunt tradita per Gab. consil. 1. nu. 7. lib. 11. aut verò statutum disponit solum circa solemnitates, & tunc sufficit observare solemnities necessaria in loco, ubi contrahitur, & in istis terminis locum habent ea; quæ docet Gab. consil. 169. num. 37. & seqq. sed. lib. qui num. 57. hanc ponit distinctionem, & reprobatur consil. Baldi. 474. lib. 4.

### SUMMARIUM.

- 1 Statutum excludens secundogenitum, intelligitur etiam excludere secundogenitum clericum.
- 2 Statutum excludens feminas ob masculos, excludit etiam Moniales, secundum tamen distinctionem ibi positam.
- 3 Statutum, ut Monachus, vel monialis non succedat, an valeat.
- 4 Statuta excludentia feminas ob masculos, profunt etiam clericis.
- 5 Statutum, quod stantibus masculis femina non succedit, locum sibi vindicat etiam si agatur de successione clericis, & de rationibus numeris seqq. & precipue nu. 9.
- 6 Statuto viens contra alios, & contra uti debet.
- 7 Statutum, ut bona non alienentur in Forenses, ligat etiam clericos.
- 8 Bona clericorum, post eorum mortem non dicuntur amplius bona clericorum.

An statuta excludentia femina ob masculos, comprehendant etiam clericos.

### CAP. VIII.

Est quæstio, quæ longa indigeret disputatione, an nempe statuta excludentia feminas ob masculos comprehendant clericos? Verum ad propositum fractum ad infra scripta capita reduci potest dubitatio.

1 Et primo dubitatur, an statutum differens hereditatem primogenito, excludat secundogenitum clericum. Et communis est sententia, quod si statutum sit factum ante secundogeniti clericatum, qualitas ipsa clericatus postea acquisita huiusmodi non tollat vinculum, & ius primogeniti acquisitum in vita patris, ut firmarunt plures, quos Tiraq. citat de primogenit. quest. 43. num. 6.

2 Secunda solet esse dubitatio, an tale statutum excludat moniales; Et pariter eas excludere communis est sententia, si statutum fuerit factum ante ingressum religionis, secus si post. Lap. alleg. 110. Panor. in cap. cl. vic. de for. comp. Soc. consil. 81. lib. 1. & quam plures allegat Tiraq. loc. cit. nu. 7. tradit Vulp. de lib. Eccles. part. 3. in prin. & hanc esse communem opinionem, dixit Brun. de stat. exclud. fem. ob mascul. art. 6. qu. 2. Burf. consil. 93. num. 2. lib. 1. & magis veram, & communem appellat Soc. lun. consil. 15. num. 33. lib. 5. & tradit Mich. de Graf. de success. 3. successio, quest. 3. num. 2. de quo latè Laur. de Palat. de statutis, nu. 89. & seqq. plures alios citat Gasp. Thefaut. qu. Forens. lib. 2. q. 3. qui testatur, sic fuisse iudicatum. Mangil. qui hanc quæstionem ad partes disputat de Imputat. quest. 38. per totum; & in hac residet opinione, & plures allegat; alij videri possunt apud Merlin. de legitima, lib. 3. tit. 1. quest. 11. num. 5.

3 Tertio dicendum est, valere statutum, ut Monachus non possit succedere, ut dixit Borr. in consil. 37. & est ratio, quia etiam per pactum id fieri potest leg. non impossibile, cum ibi notatu. ff. de pact. In contrarium tamen adducunt, tale pactum in tempus deferri, quo Monachus non potest Monasterio præiudicare, de quo tamen infra in cap. 12. ubi de renunciationibus videbimus, & tale statutum non valere tenet Vasq. de success. creator. §. 18. num. 98. cum quo videtur sentire Brun. loco supra citato, num. 52. & seqq. Contrarium tamen de consuetudine observari, dixit Mich. de Grassi. in §. successio, quest. 8. sub num. 5.

4 Quarto, statuta excludentia feminas ob masculos profunt etiam clericis, ita ut masculo clerico existente femina intelligantur exclusæ, ut quamplurimi Doctores tradunt, quos citat Tiraq. loco citato, quest. 44. nu. 7. & varios hanc opinionem tenentes, citat Mich. de Grassi. loco citato num. 4. si tamen ille clericus sit capax successionis, Lap. alleg. 101. incipit in civitate Florentia, Brun. art. 12. nu. 165. & seqq. & probat latè Nat. de stat. quest. 5. prin. in 16. quest. qui contrariis respondet: & precipue rationi, quod in ipsis cesset ratio conservandæ agnationis, non posse enim agnationem conservare, est quid accidentale, quod in consideratione haberi non debet, cum communis hominum natura attendatur, leg. si quis posthumus, in prin. ff. de lib. & post. & fuit responso subtilissimi Bald. in consil. 65. inter consil. Angel. nec dissentit Gaspar. Thefaut. quest. Forens. lib. 2. quest. 2. num. 10.

5 Quinto, & ultimo dubitatur, an tale statutum vendicat sibi locum, si de clerici successione agatur: & negatiuam partem tenuit Imol. in cap. quod clericis, de foro compet. Dec. in cap. Ecclesia S. Marie, versio. nota tamen, de consil. Bened. in cap. Reynutus, in verbo, duas habens filias, num. 145. Nat. in rep. cap. quatuor, de pact. in 6. ubi dicit, hoc esse notandum, cum sepe in facto contingat, Nat. de statut. part. 3. nu. 90. Rain. consil. 162. num. 14. & consil. 195. num. 4. Et ita iudicasse Mutuan. Senat. ut refert Surd. decis. 10. per totam illam decisionem, & voluerunt alij quos Thefaut. citat quest. Forens. lib. 2. quest. 2. num. 4.

Contrarium tamen multi alij tenuere, ut Vulp. de lib. Eccles. part. 3. sub num. 11. Patil. consil. 40. nu. 21. lib. 3. Burf.

3. Butr. *conf. 93. Tiraq. de iur. primog. q. 43. num. 45.* quod late probat Sar. in *consil. p. p. post Singal. Mastbes. 110.* asserens, sic obtinuisse Veronæ, Brun. *de stat. quod stant. mascul. art. 8. in princ.* alios citat Thesaur. *loco proxime citato, num. 1. & seqq.* quam opinionem non solum esse magis communem, sed etiam veriore, crederem ex infra scriptis.

Primo, quia clerici utuntur beneficio similibus statutorum, cum ipsis existentibus terminæ excludantur, ut dixi supra *num. 4.* & probat Gabr. *loco citato, num. 7. & seqq.* Ergo etiam contra se ipsos uti debent, ad tradita per scribentes in *cap. Ecclesia Sancta Maria, de consil. & docet Tiraq. de retr. all. lignag. §. 1. glos. 13. num. 7.* & late probat Gabr. *Sar. loc. cit. num. 18. & seqq.* nec obstat responsio Sured. *loc. cit. sub num. 8. versu. secunda non aduersatur, & in consil. 2. num. 2. lib. 1. dicentis,* argumentum procedere, quando clericus verè actu vituit statuto, tunc enim eodem contra se uti tenetur; nam hoc modo clericus semper esset in tuto, & ab eius voluntate penderet statuti validitas; præterquam quod cui dubium, quod si casus ad eius fauorem contigisset, statuto uti voluisset clericus; ergo conueniens est, ut etiam contra se ipso utatur.

Secundo, pro eadem opinione confert communis conclusio, ¶ statutum, ut bona non alienentur in forenses, ligare etiam clericos respectu ipsorum bonorum, Butr. in *Auth. cass. C. de Sacros. Eccles. Barb. in rep. rubr. de reb. Eccles. non alien. Dec. consil. 124. Signor. de Homod. consil. 21. qui id larissimè probat, & sequitur Gabr. Sar. loco citato, num. 33.* Ut à simili videtur etiam dicendum, clericos hoc modo ligare posse.

Tertio, considerat Sar. *loco citato, num. 86.* statutum disponere in casu, in quo clericus iam sit mortuus, tunc enim bona non sunt amplius clerici, cum per mortem defierit esse dominus, sed sunt agnatorum, vnde statutum disponere potest, ut magis masculi, quam feminae de ipsis participare debeant, ut late per ipsos; & fuit ratio Sicul. in *cap. quod clericus, de for. compet.*

Quarto, & ultimo animaduertendum est, statutum non ligare aliquo modo clericos, nec etiam ratione bonorum: sed solum reddere mulieres incapaces ad succedendum. Nec mihi aliqua ratione probatur responsio Sured. *loc. cit. dicentis,* statutum ligare clericos, quia dat eis successorem; & heredem, quem fortè nolle; vnde saltem indiretè dicitur ligare clericos. Respondetur enim, nullam hoc casu considerari posse rationem, cum de suis bonis ad libitum disponere potuerit: imò cum id non fecerit, potius præsumitur, voluisse succedere eos, qui ex forma statuti ab intestato succedunt, & si non dispositur, saltem permissiue, & si non expressè, saltem tacitè, ut dixit Alex. *conf. 44. lib. 5.* & probat ex pluribus Sar. *loco citato, num. 83. & 84.* à qua opinione in iudicando, & consulendo non esse recedendum, dixit *num. 103.*

## SVMMARIVM.

- 1 Frater vterinus an excludat sororem vterinam, & num. 1. ac seqq. & ponitur distinctio, num. 5.
- 2 Statuta excludentia feminas ab masculis, non solum agnationi, sed etiam masculinitati fauere videntur; seculus tamen in dubio, num. 6.
- 4 Frater vterinus non est agnatus sorori vterina.
- 7 Frater vterinus si concurrat cum aliis fratribus, & sororibus vterinis, quomodo inter ipsos hereditas materna sit diuidenda, stante statuto exclusiuo feminarum. Et quid si agatur de hereditate patris inter consanguineos tantum, num. 8.

Frater Vterinus an excludat sororem vterinam stante statuto, ut stantibus masculis feminae non succedant.

## CAP. IX.

**H**ond. in *consil. 1. lib. 2. tenet,* fratrem vterinum excludere sororem vterinam stantibus statutis exclusiuis feminarum, & præcipuè si agatur de bonis matris, sororis, & fratris vterini, quod pariter in istis terminis amplexus fuit Gabr. *consil. 15. num. 35. cum seqq. lib. 1. & consil. 18. num. 44. lib. 2. plures alios citat Hond. loco citato, num. 30.* & fuit limitatio Brun. *de stat. quod stant. mascul. art. 12. num. 251.*

1 Mouentur omnes, quia statuta prædicta non videntur solum respicere fauorem agnationis, sed etiam fauorem virilis sexus; quæ ratio militat etiam in fratribus vterinis, vnde eadem etiam debet militare iuris dispositio, ut per Hond. *loco citato, num. 37.*

2 Verum negari non potest primo, receptissimam esse sententiam, imò fratrem vterinum sororem; vterinam vigore similibus statutorum non excludere: & clarissimam rationem esse dicant, quia in ipsis consideratur fauor agnationis, qui cessat prorsus in fratribus vterinis, cum ¶ vterinus frater non sit agnatus sorori vterina; Bald. *consil. 30. lib. 1. & consil. 6. lib. 4.* Brun. *loco citato, num. 252.* plures ad propositum citat Hond. *loco cit. num. 31.* ac propterea debet etiam cessare ipsorum dispositio; Brun. *loco cit. num. 250. & seqq. Bald. consil. 316. lib. 2. Socin. Sen. consil. 84. nu. 2. lib. 2. & consil. 241. num. 9. lib. 1. Non. consil. 85. num. 34. Natt. de statut. quæst. 3. princ. num. 62. Gabr. plures citans in tit. de statut. conclus. 7. num. 78. Alexand. in leg. ex factu in princ. versu. ex huius ff. de vulg. & pupil. Coen. consil. 335. lib. 1. Socin. in leg. cum vir. ff. de condit. & demonstrat. Paul. de Castr. consil. 175. lib. 1. in nouis. Paul. de Monte Pico consil. 85. num. 34. & sequitur Rot. decif. 461. num. 6. recentior. part. secunda, ubi restatur opinioem contra Gabr. & Hond. esse magis communiter receptam, nec ullam habere dubitationem, si aliquo modo constet, statutum fuisse conditum ratione conseruandæ agnationis; nec hoc casu esse aliquem, qui contradicat, ut *num. 7.**

3 Quod aperte impugnare non audentes Honded. & Hies. Gabr. *locis citatis* ad distinctionem recoterunt, aut statutum simpliciter fauet agnationi, & vera est communis sententia, aut statuendum mens fuit etiam fauere virili sexui; & tunc frater vterinus etiam sororem vterinam excludit, ut per Gabr. in *d. consil. 15. num. 38.* & Hond. in *d. consil. 1. num. 30. & 39.* & fuit distinctio Angel. in *consil. 181. versu. nam si statutum:* qui etiam plura adducunt, ex quibus dicunt, de sumi statuta voluisse fauere virili sexui.

4 Verum, nisi id statuente expressè dicant, se, nempe virilem sexum, non agnationem considerate, nunquam possem induci ad credendum; statuente exclusisse feminas, uti feminas, non autem uti eos, per quas agnatio non conseruatur; & vocasse masculos uti masculos, non autem uti eos, per quos conseruatur agnatio: ¶ in dubio enim conseruandum est, similia statuta velle potius agnationi fauere, quam masculinitati; Paul. de Monte Pico *consil. 85. num. 35.* & post Hostiens. Decian. Cus. Ion. & Craueti. docet Menoch. *cod. fil. 16. num. 16. Non. consil. 10. num. 17. & consil. 12. num. 7. Riminald. lun. consil. 390. num. 3. & con-*

fil. 437. num. 3. Gabriel. *consil.* 19. num. 1. lib. 2. Cephal. *consil.* 343. num. 39. & *segg.* Grass. in §. *successio*, quasi. 3. num. 5. Socin. *lun. consil.* 1. numero 39. lib. 1. Tiraquel. de *retract. consanguinis.* §. *primo. glos. prima.* num. 196. Menoch. *consil.* 150. num. 38. & 39. lib. 2. Rot. loco citato, num. 5. conferunt, quæ dicam infra *cap.* 11. num. 25. Ac propterea pluries scripsi contra dictum Hond. consilium, & obtinui: imo in casu, in quo ipse consuluit, contrarium per Excellentissimos DD. Comitem Ludovicum Palmam Vrbinate, & Simonem Nutium Forosemproniensem iudices in illa causa delegatos, decisum fuit.

Et res, ut dixi, difficultate careret, si statutum aliquo modo de conservanda agnatione mentionem faceret, vel ex dispositis aliter appateret, hanc fuisse statuentium mentem: tunc enim etiam Gab. Honded. & alij passim fatentur fratrem vterinum sororem vterinam non excludere, ut dixit Rot. in *dicta decisione* 461. num. 7.

Vnum tamen ad propositum notare oportet: diximus, fratrem vterinum non excludere sororem vterinam, non obstante statuto exclusiuo femininarum: † ponamus modo, matrem ex primo matrimonio masculum tantum habere; ex secundo vero matrimonio, & masculum, & duas feminas; si decedat mater, certum est, illas feminas non succedere, quoniam vigore statuti sunt exclusæ, si non ob existentiam fratris vterini, saltem ob existentiam alterius fratris vterinæ conjuncti: quomodo igitur inter istos duos fratres erit diuidenda hæreditas materna? forsan pro virili? nequaquam: sed masculus primi matrimonij habebit quartam partem hæreditatis, & alter frater secundi matrimonij tres alias partes: cum enim frater vterinus non excludat sorores vterinas, suam tantum portionem consequi debet, & sic quartam partem, §. *illud, ver sic. si enim.* *Authen. de nupt. §. cum filius.* *Instit. de hered. qua ab intest. diff. & in Authen. de hered. ab intest. in princip.* Nec dicatur, feminæ sunt exclusæ à statuto, nam non sunt exclusæ à masculo primi matrimonij, sed à masculo secundi matrimonij: vnde ipsarum portiones accrescant ei, cuius favore sunt exclusæ: & sic masculus, qui feminas excludit, debet habere feminatarum portiones, cum onere eas alendi, ac dotandi, si ab alio non fuerint dotatæ: ita in terminis consuluit Bald. in *consil.* 316. lib. 2. est enim regulare, portionem feminatarum exclusarum ipsis accrescere, quorum contemplatione fuerunt exclusæ.

Quod tamen limitandum esset ab eo, qui Hond. opinionem sequi vellet, in *dict. consil.* 1. lib. 2. nempe fratrem vterinum excludere sororem vterinam; tunc enim feminæ dicerentur exclusæ, etiam favore masculi primi matrimonij, vnde & ipse de portione exclusarum participare deberet.

Secundo limitanda, seu potius declaranda est conclusio, ut procedat in terminis, de quibus supra, si nempe agatur de successione matris, secus tamen si de paterna hæreditate: ut si pater ex primo matrimonio masculum habeat, ex secundo vero masculum, & feminas, tunc enim vigore statuti hæreditas esset diuidenda inter illos duos masculos æqualiter: & est ratio differentie, quia frater consanguineus tantum, & sic conjunctus solum ex latere paterno, excludit vigore statuti sororem consanguineam tantum, licet non sit conjuncta ex utroque latere, ut dicam infra in *cap.* 14. viget enim in ipso ratio conservandæ agnationis, vnde debet participare de portione exclusarum, cum onere tamen eas alendi, ac dotandi: quæ ratio cessat, si agatur de successione matris, cum iam dixerimus,

fratrem vterinum, non excludere per se sororem vterinam: quæ, uti non vulgaria, sunt menti tenenda.

## S V M M R I V M.

- 1 *Famina semel simpliciter à statuto exclusa semper remanet exclusa.*
- 2 *Semel exclusus semper remanet exclusus.*
- 3 *Hæreditas adita dicitur hæreditas aduentiæ.*
- 4 *Famina temporaliter exclusa ob existentiam masculorum, ipsis deficientibus redintegratur, quod non habet dubium in ipsis, ac earum filiiæ natis, seu saltem conceptis tempore mortis illius, à cuius successione famina fuerunt exclusæ num. 5. sed dubitatio est in descendentes non natis, nec conceptis tempore exclusionis num. 6. & negativè ponitur conclusio num. 34.*
- 7 *Verba illa statutorum donec, & quousque masculi supervixerint videntur importare, ut masculus in vita sit hæres, & ipso decedente sine filiis masculis, sit hæres famina.*
- 8 *Famina à statuto temporaliter exclusa, si deficient masculis, non indiget colore iuris communis, ut succedere possit.*
- 9 *Famina exclusa temporaliter per existentiam masculorum, videntur à contrario sensu vocata, deficientibus masculis.*
- 10 *Statuta temporaliter excludentia feminas, non sunt proprie exclusiva, sed suspensiva.*
- 11 *Ius succedendi quantum ad effectum stat in suspenso, quando suspenditur alius successione, sed quo ad essentiam, & ortum ipsius, dicitur in esse deductum, contra num. 47.*
- 12 *Statutum excludens feminas temporaliter, non mutat ius successione ipsarum feminatarum, sed solum ipsum suspendit in tempore.*
- 13 *Masculi excludentes feminas temporaliter dicuntur solum impedire feminas agnoscere hæreditatem.*
- 14 *Verba illa, ut stantibus masculis femina non succedant, intelligantur, ut non succedant quantum ad effectum.*
- 15 *Ius directum dicitur continuare de persona matris in filios.*
- 16 *Ius suspensum transmittitur.*
- 17 *Hæreditas delata suis transmittitur, etiam non agnita.*
- 18 *Suitas an sit sublata per statutum successionem tollens.*
- 19 *Alius legitimus non recipiunt diem, neque conditionem.*
- 20 *Hæres semel non potest de sinere esse hæres.*
- 21 *Hæres non potest adire hæreditatem ex eo testamento, quod speratur rumpi ex causa pratorationis.*
- 22 *Hæreditas, à qua femina sunt exclusæ per existentiam masculorum, an transmittatur, est distinctio.*
- 23 *Transmissio non impeditur, quando de filio est in iure agnoscendi.*
- 24 *Succedunt ex propriis personis illi, qui primum tenent locum tempore mortis.*
- 25 *Statuta passivam recipiunt interpretationem à iure communi.*
- 26 *Statuta excludentia feminas ob masculos, eas, deficientibus masculis, non vocant.*
- 27 *Exclusio feminatarum in aliquibus casibus, aliquam non continet vocacionem.*
- 28 *Impedimento uno cessante, si aliud remaneat, sufficit.*
- 29 *Descendentes ex feminis extantibus masculis, in infinitum exclusi; an ipsis deficientibus in infinitum dicantur vocati, & quomodo.*
- 30 *Argumentum à contrario sensu in statutis negativis non valet: prout etiam quando iuris communis correctio sequeretur, num. 31.*

- 32 Argumentum à contrario sensu in statutis exclusivis femininarum quomodo deservi possit.
- 33 Argumentum à contrario sensu valet etiam statutis negatiuis, quando in casu directo nihil operaretur.
- 34 Statutum si in defectu masculorum expressè vocet feminas descendentes ex feminis semel exclusis, redintegrentur deficientibus masculis.
- 35 Transmissio ad hoc, ut locum habeat, sufficit quod ius competat, licet non possit exerceri.
- 36 Hereditas non delata non transmittitur.
- 37 Transmissio presupponit delationem, & num. 48.
- 38 Feminis exclusis per existentiam masculorum etiam temporaliter, nullum ius competit masculis viventibus nisi conditionaliter, & num. 44.
- 39 Ius conditionale non transmittitur.
- 40 Incertitudo reddit dispositionem conditionalem.
- 41 Incertitudo impedit transmissionem.
- 42 Transmissio non potest sui, quod feminis conditionaliter competit, si deficient masculi.
- 43 Exclusio habetur pro non existente.
- 44 Femina exclusa temporaliter verè interim sunt exclusa.
- 45 Transmitti non potest, quod non est delatum.
- 46 Redintegratio ex iure non transmissio per se non potest.
- 47 Urbini statutum exclusivum femininarum est generale, discretum verò Serenissimæ temporale.
- 48 Statutum loquens de descendantibus non extenditur ad transfusales.
- 49 Femina exclusa temporaliter, ad quam portionem possit petere redintegratiorem.

Feminae semel exclusae per existentiam masculorum an ipsae, vel descendentes ab eis possint amplius ad illam hereditatem redintegrari.

## CAP. X.

**P**lurimum est inuestigatio, an feminae semel exclusae per existentiam masculorum ipsae, vel descendentes ab eis possint amplius ad illam hereditatem redintegrari: in qua, ut aliquo ordine procedamus, primo sciendum est: quod si statutum simpliciter excludat feminas, ob existentiam masculorum, femina semel exclusa semper remanet exclusa, nec ipsa, seu ipsius descendentes ad illam hereditatem amplius aspirare possunt, licet masculi deficiant, ut docet Bart. in leg. fin. §. quomodo, in princ. quæstion. ff. ad S. Con. Terr. Bald. Angel. & alij in leg. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de lib. & post. Bron. de stat. quod statant in mascul. art. 10. quæst. 5. num. 63. Nat. in simili tractat. quæst. 3. num. 19. & seqq. Gab. in ut. de stat. conclus. 4. num. 1. Grass. in §. successio, quæst. 3. num. 7. & seqq. Thefant. decis. 61. num. 5. Corn. consil. 37. num. 2. in fin. lib. 3. Ber. consil. 105. num. 1. in princ. lib. 1. Fulg. consil. 8. Menoch. consil. 1. nu. 488. & seqq. Soc. consil. 46. lib. 1. & iurè Mang. de Imp. quæst. 61. num. 33. & quæst. 69. per totam, & post ipsam Merlin. de legitima, lib. 5. tit. 1. quæst. 3. num. 1.

Pro qua opinione adducunt omnes vulgatam, semel, & simpliciter exclusam, semper intelligi exclusam, in quibus, C. de sec. nupt. vbi glol. & Bald. Corn. consil. 12. lib. 1. Mich. de Grass. in d. §. successio, quæst. 3. num. 7.

Secundo dicant, rationem esse, quia hereditas adita dicitur hereditas aduentis, sed si plures, §. filio ff. de vulg. & pup. & notatur in l. 1. §. veteres, ff. de acq. poss. unde postquam masculi hereditatem adiuerunt, proxi-

miores ipsis succedere debent, vel illi, quos testamento instituerint, nulla habita differentia, an illa bona ad ipsos pervenerint, vel vigore statuti, vel alio iure. Nonnulla alia ad propositum considerat Bal. in consil. 415. lib. 1. Brun. in dist. artic. 10. num. 53. & seqq. & post ipsos Merlin. in dist. quæst. 3. num. 3. & seqq. Et hic casus parum difficultatis habet.

Si verò feminae fuerint exclusae temporaliter, hoc est, donec, & quousque masculi supervixerint, quæ verba temporalem important exclusionem, & tunc tanquam temporaliter exclusae per existentiam masculorum, mortuis masculis, redintegrentur ad portionem, à qua fuerint exclusae, quamvis statutum ultetius non procedat eas vocando, sufficit enim, quod temporalis exclusio cesserit, exclusio namque ad tempus post tempus inducit redintegrationem, Bart. in l. fin. num. 1. & 2. ff. ad S. C. Ter. scribentes in l. si quis, §. si filium, ff. de li. & post. ut Bal. Imol. Cast. Aret. Alex. Iac. & alij, Camp. de dot. par. vlt. q. 3. nu. 19. & seqq. Nat. de stat. quæst. 2. in fin. num. 113. Bron. de stat. art. 11. num. 67. vtr. ex contrarium, Tiraq. in l. si unquam, in verbo, suscepit liber. num. 157. Som. Scn. consil. 64. num. 15. lib. 1. Gab. de stat. conclus. 4. num. 9. Menoch. consil. 105. num. 75. lib. 1. Anch. consil. 220. Bal. consil. 220. lib. 5. Cast. consil. 159. nu. 14. lib. 2. Rom. consil. 1. nu. 3. Dec. consil. 87. nu. 1. Gozad. consil. 9. num. 58. Alex. consil. 43. lib. 1. Rom. consil. 9. num. 10. lib. 1. Paris. consil. 22. nu. 22. & consil. 23. nu. 56. lib. 1. Ceph. consil. 30. nu. 51. Osa. decis. Pezz. 23. nu. 51. Pet. g. consil. 37. nu. 2. & seqq. lib. 2. Soc. lun. consil. 76. nu. 10. lib. 1. & consil. 114. num. 11. lib. 2. Rim. lun. consil. 82. num. 4. & seqq. lib. 1. & consil. 188. nu. 5. lib. 3. Sord. consil. 384. num. 33. & decis. 95. num. 29. Borsat. consil. 80. nu. 10. iterum Menoch. consil. 331. nu. 53. & seqq. iurè Mangil. de Imp. quæst. 32. num. 83. & quæst. 61. num. 34. & seqq. Et maximam Doctorum cateruam referte curavit Merlin. in d. quæst. 3. num. 25.

Dicit tamen quæst. 25. quod interim feminae non possunt petere cautionem à masculis, ad quod contentum quæ dicam infra num. 26. 36. & seqq. & num. 46. vbi probabo, nullum ius interim feminis competere, unde non poterunt aliquam petere cautionem pro iure non competenti.

Quod in ipsis feminis exclusis, vel earum filiis natis, seu saltem conceptis tempore mortis illius, à cuius hereditate fuerint exclusae feminae, nullam habet dubitationem, & in istis terminis loquuntur Doctores supra citati, & tradit Mang. in dist. quæst. 61. num. 45. & sequitur post Doctores, quos allegat Merlin. de legitima, lib. 5. tit. 1. quæst. 4. num. 21.

Sed difficultas est in descendantibus feminatum non natis nec conceptis tempore, quo feminae fuerint exclusae. Sit exemplum: adest statutum, quod filiis masculis nec feminae, nec descendentes ab eis succedant in hereditate patris, fratris, aut, autæ, donec, & quousque masculi supervixerint. Decedit pater relicto filio masculino, & femina, masculus excludit feminam vigore statuti, & post annum cursum defuit linea masculina, & in tempore, quo adsunt solum ex. gr. pronepotes ex femina exclusa, qui tempore exclusionis non erant nec nati, nec concepti, petunt redintegrari ad hereditatem, à qua proavia fuit exclusa, dubitatur, an sint audiendi.

Pro affirmativa dicunt primo, dati redintegratiorem ex propriis personis, licet namque iure communi inspecto, illi descendentes ex femina exclusa non succedat masculino ultimo loco defuncto, ut in gradu remotiores, succedant tamen vigore statuti, quia illa verba donec, & quousque, quomodo, & similia, impot-

tare videntur, ut masculus in vita sit hæres, & ipso decedente sine filiis masculis sit hæres femina, Bart. in l. fin. §. fin. num. 1. & 2. ff. ad Tertul. idem consuluit in consil. 11. num. 1. versic. nam si eo mortuo; unde non videtur necessarium, ut femine, seu ab ipsis descendentes sint vocati à iure communi, Socin. Sen. consil. 10. lib. 3. Boet. decis. 143. lib. 2. nec quod iuris communis calore indigeant, Bal. in l. 7. num. 3. versic. & sic eo mortuo ff. de lib. & post. Alex. in d. l. 1. nu. 3. versic. sed nos loquimur ff. de lib. & post. Bal. in l. extraneum, la. 9. num. 13. versic. ex hoc patet, C. de hered. inst. Et statutum posse facere hæredem masculam donec vivit, & sororem post mortem masculi decedentibus sine filiis masculis, dixit Ias. in d. l. si quis, §. si filium, num. 2. versic. statutum.

9 Dicunt autem, feminas, ac descendentes ab ipsis à statuto esse vocatas argumento à contrario sensu, Bal. in consil. 111. versic. sed potest dici, lib. 2. quam opinionem naturæ, & æquitati amicam appellat, & sequitur Gual. de art. test. c. aut. 5. nu. 2. in tit. de lib. Insti. tit. 3. dicens, quod exclusa ad certum tempus post illud tempus vocata intelligitur, Patil. consil. 47. n. 7. & 8. lib. 3. qui tenet, feminas exclusas ob existentiam masculorum, masculis non existentibus intelligi à contrario sensu vocatas, Gab. consil. 7. num. 8, 10. 18. 19. & 20. qui vult perinde esse, ac si expressè fuissent vocatae, Nutt. in cap. quandiu, de pact. in 6. num. 199. & seqq. Campeg. de dot. part. ult. quæst. 3. num. 11. Gab. de stat. conclus. 4. hæredem anomalam, Hód. sine Coll. Bononienfe, consil. 14. num. 13. lib. 2. Gab. consil. 85. nu. 6. & 9. Menoch. consil. 05. num. 77. Rimin. lun. consil. 244. num. 2. lib. 3. ubi tenet, feminam exclusam per illa verba, donec, & quousque, deficientibus masculis intelligi tacitè vocatam Ias. conclus. 665. num. 34. in verbo, statutum: cum igitur descendentes ex feminis succedant ex beneficio statuti, parum refert, quod non sint nati, tempore, quo femina fuit exclusa.

Secundo dicitur, quod dato, quod descendentes ex feminis non possent succedere ex propriis personis, benè tamen succedere poterunt iure transmissionis. Nec dicatur hæreditatem non delatam non transmitti, respondetur enim, si similia statuta temporalia non esse propriè exclusiva feminarum, sed potius suspensiva iuris agnoscendi, & consecutionis hæreditatis, Bal. consil. 69. nu. 1. versic. in contrarium, lib. 1. & consil. 426. lib. 3. ubi dicit, feminas à similibus statutis impediri ad tempus, propter illa verba, donec, & quousque, leg. 1. C. de leg. 1. Titius, de excusat. iur. l. si quis, de cond. & demonstr. Fulg. consil. 97. num. 3. Abb. consil. 92. in fin. lib. 2. Cap. consil. 39. num. 9. Alex. consil. 29. nu. 7. lib. 1. ubi dicit, feminam semel exclusam semper remanere exclusam, nisi tamen fuerit exclusa per verba tempus demotantia, tunc enim mortuis masculis successio ad suam reuertitur naturam, & in consil. 188. lib. 6. dicit, per mortem masculi cessare impedimentum statuti, & feminam recumere beneficium iuris communis in succedendo, Dec. consil. 71. nu. 1. Soc. Sen. consil. 63. num. 3. dicens, mortuis masculis, feminam redintegrati, tamquam si à principio non fuisset exclusa, Soc. lun. consil. 31. in princ. lib. 1. Anch. consil. 220. per totum, & præcipuè nu. 2. qui probat illa verba, donec, & quousque, impedire solum ad tempus effectum successionis, 11 quod tempore elapso res redit ad naturam suam. ¶ Quando enim suspenditur actus successionis, tunc ius succedendi, quo ad effectum, dicitur stare in suspensio, sed quo ad essentiam, & ortum ipsius, dicitur in esse deductum, l. Gallus, §. quid si quis, ff. de lib. & post. l. si necesse, §. si de portu, de bon. lib. l. 1. §. si filius, de cõtra. Pat. decis. 143. lib. 3. Gab. consil. 7. num. 16. lib. 2. & consil. 14.

num. 4. & 9. qui dicit, statutum fingere filiam numquam fuisse exclusam, exemplo fictionis postliminij, in quo iura successionis suspenduntur, non opprimuntur, l. illa insti. §. in, qui ff. de hered. inst. Ber. consil. 151. nu. 12. & seq. qui testatur communem opinionem esse, successionem feminarum ob masculos potius dici suspensam, quam totaliter extinctam: unde cessantibus masculis, non defertur hæreditas, sed delata detegitur Ceph. consil. 404. Menoch. consil. 05. nu. 75. & seqq. 12 lib. 1. qui dicit, si statutum excludens feminas temporaliter non mutare ius successionis feminatum in substantiam, sed solum ipsum suspendere in tempore, & solum feminis esse veritatem agnoscere, & apprehendere ius successionis de iure communi competens, Brun. de stat. art. 10. num. 23. & 71. Patil. consil. 47. lib. 3. Rim. lun. consil. 249. num. 34. Gab. in tit. de stat. conclus. 13 4. nu. 5 & 9. ac ideo si masculi dicuntur solum habere ius impediendi feminas agnoscere, sed hinc non dici exclusas, Gab. consil. 15. nu. 26. part. 1. & dicit. consil. 7. n. 6. ubi dicit, quod masculus, stante statuto Alij, exclusivo feminatum, succedit solum pro parte sua, & pars feminatum stat quodammodo in suspensio.

14 Nec obstant verba similibus statutorum, quod feminæ stantibus masculis non succedant, quia intelliguntur, quod non succedant quantum ad effectum: mens enim statuentium est, ut quamdiu masculi adsunt, ipsi portantur bonis hæreditariis, sed quod ius feminatum illæsum conservetur vique ad illud tempus, quo feminæ per deficientiam masculorum frui poterunt suis portionibus: unde ius feminatum, secundum hanc partem patrocinantes, dicitur solum diminutum in tempore, non autem in substantia.

Stante igitur, quod secundum supradictas Doctrinas feminæ temporaliter exclusæ remaneant hæredes, hæreditas dicitur delata à principia, unde si eamquam ius directum dicitur postea continuatum de persona matris in filios, leg. in sui, ff. de liber. & post. stat namque interim in suspensio, & quodammodo dormit, quamdiu masculi vivunt, & sic tamquam ius suspensum transmittitur. l. 1. C. de his, qui ante apert. tab. l. 1. §. libertatibus, versic. sed hæc quidem omnia, C. de cad. tol. Soc. consil. 67. num. 2. lib. 2. Ias. in l. emancipati, C. qui admitt. Aret. in §. posthumorum, Insti. de hered. lib. num. 5. Soc. & alij in l. hæredes, §. cum ita ad Treb. Saldic. in l. scru. in princ. quæst. 1. C. de inoff. testamento, Alex. consil. 55. num. 6. versic. tamen, lib. 2. Soc. consil. 92. num. 4. lib. 1. Crau. consil. 312. num. 5. Natl. consil. 199. nu. 5. Ceph. consil. 404. num. 35.

17 Nec dicatur, si est delata, non est tamen agnita, nam hæreditas delata suis, licet non agnita, transmittitur ad quoscumque hæredes, & præcipuè ad descendentes, licet non sint in potestate, leg. unica, C. de his, qui ant. apert. tab. ubi Bart. & alij in l. cum in antiquioribus, in princ. C. de iur. delib. l. apud hostes, C. de iust. & leg. l. ventre de acq. hered. Alex. consil. 177. num. 3. lib. 6. Aug. consil. 287. in princ. & consil. 308. in princip. Aret. consil. 63. num. 31. hic enim dicitur effectus iustitatis, Anch. consil. 354. in fin. & consil. 232. in princ. a feminæ sunt ius, & ipsis est delata hæreditas, licet suspensivè, ergo illa ad hæredes transmittitur.

18 Nec pariter obstat, si diceretur, iustitatem esse sublatam per statutum successionem tollens, Bart. in l. 1. §. sciendum, de suis, & leg. id namque procederet, si in perpetuum essent exclusæ, secus si temporales; hæc enim potius est suspensio, quam exclusio, per ea, quæ superius dicta fuere, & docet Ias. in consil. 105. versic. quarto facti, lib. 4. Menoch. consil. 105. nu. 19. ubi dicit, feminam exclusam à statuto, non desinere esse suam.

& pro



& probatur ex eo, quod Barr. dixit in d. *confil.* 11. filiam nempe à parte præteritam posse, deficientibus masculis, dicere testamentum nullum, quod si sua non esset, utique facere non posset, *l. inter cetera, & l. Gallus, ff. de lib. & post. l. 2. §. maximum visum, C. de lib. præter.*

Nec minus dicatur, statutum non posse facere hæredes masculos donec viuunt, & post eorum mortem 19 feminas, ac descendentes ab ipsis, & cum actus legitimi non recipiant diem, nec conditionem, *leg. actus legitimi, de reg. iur.* & nec semel hæres possit delinere esse hæres, vnde hæres pro aliquo tempore, non potest non esse hæres pro alio tempore, *leg. ius nostrum, de reg. iur.* & Imò hæres institutus non potest adire hæreditatem ex co testamento, quod speratur sumpt ex causa præteritionis, *l. cum quidam, §. quod dicitur, de acq. hæred.* Respondent enim ad mentem, Bald. in *confil.* 11. *lib. 2.* quod aut statutum impedit acquisitionem hæreditatis, aut hæreditatis delatæ aditionem, in iura *text. in l. si quis, §. fin. cum leg. seq. ad Stit.* primo casu femina non transmittit, cum nihil habeat quod transmittere possit, vt in casu statuti simpliciter excludentis feminas: in secundo verò casu, prout quando femina est exclusa temporaliter, quo casu solum prohibita est hæreditatis delatæ aditio; nõ impeditur transmissio, nam & quando impedimentum est extrinsecum, & defectus consideratur non in iure deferendi, sed in iure agnoscendi, vel petendi, transmissio non impeditur, Anch. *confil.* 22. Bald. *confil.* 4. *lib. 3.* Cap. *confil.* 26. Ceph. *confil.* 4. *lib. 3.* Hond. *confil.* 16. in *prin. lib. 1.* Menoch. *confil.* 105. *numer. 78.* Gabr. d. *confil.* 14. *num. 5.*

Quibus licet subtiliter à Do&toribus consideratis, nunquam tamen assentire potest; ita vt semper exillimauerim, non natos, nec conceptos tempore, quo femina fuit exclusa, non posse nec ex propriis personis, nec iure transmissionis petere aliquam redintegrationem, nisi quatenus iure communi inspecto succedere possent, vt tenentur Dec. in *confil.* 364. Ruin. in *conf.* 38. *lib. 3.* Hond. in *dill. confil.* 16. *lib. 1.* Collegium Bononiense *conf.* 14. *inter conf.* Hond. *lib. 2.* & alij, de quibus infra.

24 Non ex propriis personis, quia hoc modo succedunt solum illi, qui saltem, concepti sunt, primumque tenent locum tempore mortis, *leg. prima, §. si quis proximior, ff. vnd. cogn. l. Titius cum l. seqq. ff. de ius, & l. §. ita demum, Inst. de hæred. inst. leg. si quis posthumus, §. si filium, ff. de lib. & post. Barr. in l. fin. §. fin. num. 3. ff. ad Tertul. Dec. *conf.* 368. *num. 1.* Ruin. *conf.* 34. *num. 5. lib. 1.* Soc. *lun. conf.* 114. *num. 7. lib. 2.* Gab. *conf.* 42. *num. 55. & seqq. lib. 1.* Hond. d. *conf.* 16. *num. 39.* Coll. Bon. d. *conf.* 14. *num. 84.* Anr. Gab. in *tit. de stat. conclus.* 4. *num. 15.* Gab. *confil.* 14. *num. 4. lib. 3.* Rimin. *lun. conf.* 129. *numer. 9. lib.* Nec obstat, id locum sibi vindicare de iure communi, sed in casu proposito feminas succedere ex iure statutorio, vt supra *num. 7. & seqq.* Respondetur enim primo,*

25 & statuta passiuam recipere interpretationem à iure communi, *leg. prima, §. lex, ff. ad L. Fal. Barr. & alij in l. fin. §. in computatione, C. de iur. delib.* aliter sequeretur absurdum, vt statutum factum ad excludendum feminas in aliquibus casibus, eas vocaret in alijs casibus, in quibus de iure communi essent exclusæ.

26 Secundo responderetur, similia statuta regulariter excludere feminas in aliquibus casibus, masculis existentibus, & donec masculi supernixerint, sed non vocare feminas in casibus deficientiæ masculorum, vnde ipsis deficientibus solum sublatum remanet impedimentum, & subintrat ius commune, cum & exclusio feminarum in aliquibus casibus non producat ali-

quam vocationem, Barr. in *confil.* 20. *sub num. 5.* Dec. *conf.* 364. *num. 1. 2. & 3.* Curt. *lun. confil.* 5. Brun. *de stat. art. 7. num. 9.* ac propterea licet deficientibus masculis cesset impedimentum statuti, attamen non possunt descendentes ex feminis succedere ob aliud impedimentum iuris communis vocantis ad successionem proximiores, Ruin. d. *conf.* 38. *per totum, lib. 3.* Hond. d. *conf.* 16. *num. 6.* Coll. Bon. d. *confil.* 14. *nu. 78. & seqq. lib.*

28 2. & quando enim duo adsunt impedimenta, licet vnum cesset, sufficit tamen aliud remanere, *leg. prima, C. de iur. Afflict. deesf.* 320. *num. 32.* Crot. *conf.* 38. *num. 4.* Nat. *conf.* 194. *num. 10.* Plot. *de in litem iur.* §. 3. *num. 33. in fin. & num. seq.* Dec. *conf.* 208. *num. 7. & 8.*

29 Nec dicatur, descendentes feminarum sunt excusati in infinitum, ergo in infinitum deficientibus masculis sunt vocati, Soc. *conf.* 10. *num. 4. lib. 3.* nam vt Dec. respondet in *conf.* 364. & Ruin. in d. *conf.* 38. *lib. 3.* licet posset considerari aliquis vocatio, deberet tamen intelligi secundum terminos iuris communis, si nempe adueniente casu deficientiæ masculorum aliquis in gradu eos non præcederet; nam vt Dec. declarat *loc. cit. sub num. 4. & 5.* id non est proprie vocatio, sed potius auferte impedimentum, quod prius aderat, ne succederent: vnde extantibus masculis non succedunt, masculis deficientibus succedunt, dummodo tamen alij ipsos in gradu non præcedant, vt per Ruin. in *dill. conf.* 38. *num. 3.* & hanc esse opinionem magis communem testatur, Hond. in d. *conf.* 16. *num. 71. 59. & 60.* nec non Coll. Bonon. in d. *conf.* 14. *num. 71. & 84.* & similia statuta sic esse interpretanda, Sim. de Pict. *de interpret. vit. vol. lib. 3. fol. 2. num. 12.*

Nec minus argumentum à contrario sensu ex statuto de sumptum ab hac sententia me remouet. Respondenti enim posset primo, & in statutis negatiuis id minimè procedere. Secundo & argumentum à contrario sensu locum non habere, quando iuris communis correctio sequitur, *glos. in leg. conuenticolum, C. de Episc. & Cler. Abb. & Fely. in cap. de nobis de sentent. excommunic. Alex. conf.* 15. *num. 14. lib. 5.* Ceph. *confil.* 299. *num. 24.* Dec. *conf.* 364. *num. 1.* Iaf. in l. 1. *num. 32. ff. de off. eius, Gratian. discept. Forens. cap. 382. nu. 17. & 18. part. 2.* Ceual. in *Specul. com. contr. com. quest.* 336. Thel. *deesf.* 269. *num. 7.* prout sequeretur in casu nostro, in quo excluderentur proximiores.

32 Accedat, argumentum à contrario sensu strictè, & in casu directo esse intelligendum, Dec. in l. *prima, num. 19. in ultim. notab. ff. de off. eius, & in confil.* 216. *num. 8.* Ol. *deesf.* Ped. 85. *num. 14. & 15.* Rim. *lun. conf.* 113. *num. 122. & seqq. lib. 2.* Crau. *conf.* 189. *nu. 1. vers. ad istud respon. deo, num. 2.* Hond. *dill. conf.* 16. *num. 60.* Dec. in d. *conf.* 364. *num. 1.* Quare cura similia statuta dicere soleant, vt extantibus masculis feminæ non succedant, argumentum à contrario in sensu directo erit, vt non existentibus masculis succedant, sed hinc non sequitur, vt feminæ, seu earum descendentes sint à statuto in aliquo casu vocatæ, sed solum tollitur de medio per deficientiam masculorum dispositio statuti, & remanet ius commune: aliud enim est feminas non excludi, aliud vocari, vt per Dec. in *dill. confil.* 364. *num. 1. & seqq. nec non in conf.* 216. *num. 6. & in leg. num. 38. ff. de off. eius, Alciat. conf.* 495. *nu. 6.* inter enim excludere, & vocare datur medium, quod est nec excludere, nec vocare, sed iuris communis dispositioni relinqueret.

33 Nec dicatur, quod quando statutum in sensu directo nihil operatur, nunc valet argumentum à contrario sensu, etiam in statutis negatiuis, Dec. in d. *leg. 1. r. 4. 9. & 14. ff. de off. eius, & in Auth. ex testamento, num. 1. 3. & 4. C. de Coll. Alex. in leg. si cum dotem, nu. 17. & seq.*

*ff. sol. matr. Gratian. discip. Forens. cap. 306. nu. 16. part. 2. C. ual. locos supra citato. num. 4. Rimin. lun. consil. 216. num. 3. lib. 2. Dec. cons. 626. num. 5. & segg. Pereg. decis. 13. num. 16. in fin. dicens quod Statutum Florentinum disponens, quod non extantibus masculis feminæ succedant, intelligitur disponere à contrario sensu, ut extantibus masculis non succedant, quia aliter in primo casu nil operaretur, cum etiam de iure communi succedant. Responderetur enim, hæc locum sibi vindicare, quando verè statutum nihil noui dispoñeret, nisi fieret argumentum à contrario sensu, ut in exemplo proposito, si enim Statutum Florentinum non excluderet à contrario sensu feminas extantibus masculis, in casu directo nihil prorsus à statuto diceretur dispositum: quod non est in casu proposito disputationis; in casu enim directo operatur, ut feminæ extantibus masculis non succedant, quod est à iure communi omnino diuersum: unde ad hoc, ut statutum aliquid operetur, non est necesse sumere argumentum à contrario sensu.*

34 Concludamus igitur intrepidè, feminas, seu ab ipsis descendentes non natos, nec conceptos tempore primæ exclusionis non posse petere redintegrationem ex propriis personis in præiudicium proximorum masculi vltimo loco defuncti; ut tenuerunt inter alios Dec. in d. cons. 364. Ruin. in d. cons. 38. nec non in cons. 46. lib. 3. Bald. cons. 131. num. 3. lib. 2. Cap. consil. 76. num. 11. lai. in cons. 105. num. 3. & 13. lib. 4. Crau. consil. 127. num. 11. Gab. cons. 14. num. 4. & cons. 42. num. 56. lib. 2. Hond. d. cons. 16. num. 39. Coll. Bonon. in d. cons. 14. n. 84. Socin. lun. cons. 849. num. 69. Gom. var. resolut. lib. 1. in tit. de hered. qua ab intest. diff. cap. 1. nu. 9. Gab. in rub. de stat. conclus. 14. num. 15.

35 Quod tamen limitatur omnes, si statutum non solum temporaliter excludat feminas extantibus masculis, sed vltcrius progrediatur vocando feminas, & earum descendentes in casu deficientiæ masculorum; tunc enim ipsi descendentes redintegrantur ad hæreditatem ex propriis personis tamquam à statuto vocati, & in istis terminis optimè concludunt rationes sepe allatæ nu. 7. & segg. & Doctores pariter in contrarium citati, ut plurimum loquuntur in statutis vocantibus feminas in defectum masculorum.

Sed certè maior est difficultas, an saltem debeant reintegrari iure transmissionis, in quo pariter negatiuam amplectatur opinionem.

Circa quod primo animaduertendum est, quod si verum esset, quod multi tenent, feminis exclusis aliquod ius competere à principio, licet non actu, vera etiam esset consequentia, illius ius fuisse transmissum, † quantum enim ad effectum transmissionis, sufficit, quod ius competat, licet intentari non possit, l. & militari, §. fin. l. Lucium ff. de mil. testamento, & fatetur Collegium Bonon. in d. cons. 14. num. 36. unde descendentes ex iure transmissio reintegrari debent, Ceph. cons. 404. num. 31. Rimin. lun. cons. 455. in primo dub. Menoch. cons. 105. lib. 1. Et in istis terminis procedunt omnes doctrinæ superius in contrarium allatæ.

Si vero dicamus, nullum ius competiisse feminis à principio, vel conditionaliter competiisse, indubitabilis pariter erit conclusio, nullam factam fuisse transmissionem: † Hæreditas enim non delata non transmittitur, l. 3. & l. quoniam, C. de acq. hered. l. 1. §. nonissimè, C. de caduc. toll. Bart. in leg. fin. ff. ad S. Conf. Tertul. Bald. & cæteri in l. 2. C. de lib. & posth. Alex. in l. si quis, §. si filium, nu. 7. ff. de lib. & post. Ruin. cons. 38. num. 2. lib. 3. quod multis argumentis confirmat Hond. consil. 16. num. 29. lib. 1. † Transmissio enim præsupponit dela-

tionem, unde cum non fuerit delata, cessat transmissio, Bald. in l. 2. in fin. C. de lib. & posth. & in cons. 152. lib. 2. Brun. de stat. art. 11. quasi. 9. nu. 92. cessat enim terminus, à quo debet fieri transmissio.

- 39 Addunt, nullum ius in omnem casum feminis competere, nisi conditionale, nempe deficientibus masculis, quod conditionem importare dicitur, Rimin. lun. in d. cons. 37. nu. 9. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 201. num. 48. quæ conditio nihil ponit in esse, Bald. in Auth. patri, & auia, C. quando mul. int. off. Alex. in l. 1. C. de lib. & post. Gratian. cons. 12. num. 22. lib. 2. Paris. consil. 97. nu. 89. unde quod non est, transmitti non potest, ac
- 40 propterea conueniunt omnes, † ius conditionale non transmitti, l. 2. §. fin. autem, C. de cad. toll. l. heredes mei, §. cum ita, vbi Socin. num. 37. & 47. & Rip. nu. 60. testantur de magis communi opinione, ff. ad Trebell. Burf. cons. 71. nu. 77. lib. 1. Menoch. cons. 105. num. 37. Pereg. de fideicom. art. 31. num. 6. Hond. d. cons. 16. num. 31.
- Et eo magis, quia istud ius est incertum, an nempe
- 41 masculi deficere debeant, † quæ incertitudo reddit dispositionem conditionalem, l. quibus diebus, §. quidam Titio, & l. dies incertus, de cond. & demonstr. Soc. Sen. in l. 1. ff. ead. tit. Bal. cons. 426. lib. 3. Anch. cons. 120. num. 2. Hond. d. cons. 16. num. 38. ac propterea † hæc incertitudo impedit transmissionem, ut in d. §. quidem Titio, Bald. in leg. fin. C. de lib. præter. Menoch. cons. 105. num. 39. Ruin. cons. 89. num. 5. lib. 2. quod indistinctè procedere, dixit Hond. d. cons. 16. num. 38.
- 43 Quibus omnibus moti tenent communiter, hoc casu transmissionem non dari, Bart. in leg. fin. num. 3. ad Tert. Bald. in l. si quis, num. 8. ff. de inoff. testamento in l. 2. in fin. C. de lib. præter. vbi de communi, & in cons. 32. lib. 2. Alex. in l. si posthum. §. si filium, num. 7. versic. unde, de lib. & posth. Alex. in d. l. 2. nu. 4. Ioan. de Imol. in l. ai, qui num. 4. vers. circa quartum, de hered. insti. Soc. lun. consil. 114. num. 7. lib. 2. Gab. in tit. de stat. conclus. 4. num. 15. Brun. de stat. art. 11. num. 54. Dec. cons. 364. per totum, Gab. consil. 42. num. 54. lib. 2. Socin. Sen. cons. 10. num. 7. vers. ex quibus, lib. 3. Hond. d. consil. 16. num. 38. inter quos huius opinionis accertimus defensor est Dec. in d. consil. 164. & Ruin. in d. cons. 38.
- Unde punctos difficultas in hoc consistit, an tante statuto exclusiuo feminatum donec masculi exteat, competat aliquod ius feminas, viuentiibus masculis, vel potius competere incipiat ipsi deficientibus,
- 44 bus, in quo existimari semper ego, † nullum ius competere feminis, nisi in casu deficientiæ masculorum; disponunt enim similia statuta, feminas extantibus masculis succedere nõ posse; donec igitur extant masculi, feminæ quantum ad successionem habentur pro mortuis, & pro non existentibus in rerum natura, ut argumentatus fuit Ruin. in consil. 169. numer. 15. lib. 3.
- 45 † generalis enim, & ordinaria est regula, ut exclusus habeatur pro non existente, Gabr. cons. 113. numer. 35. lib. 1. Surd. cons. 416. num. 1. & 14. unde devec masculi viuunt, feminæ verè, realiter, & cum effectu dicuntur exclusæ, & vti exclusæ debent haberi pro exhereditatis, Bald. in leg. defunctus, C. de sui, & leg. & in l. illum, C. de coll. Corn. cons. 271. lib. 4. ac pro extraneis, Hond. post alios in d. cons. 16. num. 52.
- 46 Nec in aliquo officium illa verba, donec, & quousque, quæ licet reddant exclusionem temporalem, interim, tamen verè feminæ sunt exclusæ: aliud enim est vocari sub aliquo euentu, seu conditione, aliud est excludi vsque ad aliquem euentum, seu conditionem. Primo casu, quando quis est vocatus sub aliqua conditione, ius competit à principio, & solum suspenditur vsque ad aduentum conditionis: quando vero quis est exclusus

ius usque ad aliquem euentum, interim nullum ius comperit, Hond. d. conf. 16. num. 54. Rot. decis. 538. cum duab. segg. par. 1. in nouissimū. Cum igitur similia statuta incipere soleant ab exclusione ob existentiam masculorum, non potest dici, quod feminis aliquod ius competat suspensiuē, sed ius ipsum comperere incipit deficientibus masculis, ob quorum deficientiam ius succedendi acquirunt, Gab. c. 7. num. 21. & conf. 19. lib. 2. Hond. d. conf. 16. n. 42. Coll. Bon. d. conf. 14. n. 72.

47 Et si iugenta consulentium semper mihi uisa fuere, ius feminis competere à principio, sed stare in suspēso: nam imò mortuo patre, illud ius, quod feminis competeat, vigore statuti acquirunt masculis, & ipsis postea deficientibus, de masculis ad feminas transit, ut bene declarat. Corn. conf. 7. sub num. 3. lib. 2. vnde non quadrat exemplum de capitiis, quorum iura interim stant in suspēso, nec alteri acquiruntur, prout acquiruntur hoc casu hereditas masculis.

Cum igitur extantibus masculis nullum ius comperat feminis, tamquam quod non delatum, † non possunt ipsum ad heredes transmittere, impossibile namque est, id transmitti, quod antea non est delatum, Bald. in conf. 131. lib. 2. Coll. Bon. d. conf. 14. numer. 63. & tritum est in iure axioma, necessariam esse delationem, & quod ius ad eundem comperat, ad hoc ut fiat transmissio, Rom. conf. 441. in fin. Crau. conf. 410. nu. 9. Rimin. lun. conf. 605. nu. 8. M. noch. conf. 105. num. 111. & conf. seg. num. 36. lib. 1. Butl. conf. 161. num. 13. Et per

49 consequens † descendentes ex feminis non poterant petere redintegrationem ex iure non transmissio, ut Bald. voluit in leg. si quis filium, num. 8. C. de inoff. test. uer. 10. Et in conf. 131. & seg. lib. 2. Imolan. l. 1. qui uers. sic. cor. 2. quartum. ff. de hered. insti. Gab. conf. 14. & conf. 42. num. 54. lib. 2. Corn. conf. 7. num. 2. Ruin. conf. 38. num. 2. & consil. 46. num. 6. lib. 3. Crau. conf. 127. num. 11. Ruin. d. art. 11. num. 92. & segg. Socin. lun. conf. 114. num. 7. uers. secundo, lib. 1. Hond. d. conf. 16. per totum, Coll. Bonon. conf. 14. pariter per totum, Menoch. conf. 400. nu. 16. In trigl. de feud. cent. 2. art. 1. num. 116. Vulp. in tract. de dist. in uerbo, donec, num. 3. Mangil. in d. l. 1. quaest. 61. nu. 45. alios citat, & sequitur Merl. de legitima, lib. 3. tit. 1. quaest. 4. num. 1.

Et per supradicta sic fuit decisum in quadam causa Senogalienti per Excellentissimum D. compatriotam meum Fabium Bartholinum I. C. eruditissimum, & tunc Senogaliez Praetorem, cuius sententia, me patrocinante, fuit confirmata per Admodum Reuer. D. Petrum Matthæum Lietam Canonicum Urbinateum Iurisconsultum integerrimum, ac D. Franciscum Lanciam Fanensem eximium Iurisconsultum, ac Urbini tunc Locumtenentem, iudices in illa causa à Serenissimo Delegatos, in qua tam pro vna, quam pro altera parte principales Italiz Doctores scribere, & pro opinione supra firmata, inter alios Horatius Luna- gnionius Bonouientis olim paterceptor meus.

Sed secundum supradictam distinctionem Urbini 50 posset oriri controuersia, † an deberet attendi statutum simpliciter feminas excludens, vel potius Decretum eas excludens temporaliter: Et uideretur statutum esse attendendum, licet enim se referat ad decretum, id tamen facit in casibus omissis, & quatenus decretum magis generale esset, quam statutum. Nec minus dici posset, Decretum statutum tollere, cum in ipso expressè dicatur, locorum statuta, quæ magis masculis fauerent, esse obsoleta.

Solum alia animaduertenda in ego, Statutum Urbini 51 niloqui tantummodo de descendens, vnde † certum est, ad transuersales non extendi, Brun. de stat. art.

8. quaest. 18. num. 75. Gab. de stat. conclus. 7. numer. 26. Pereg. de fideicom. art. 27. numer. 24. Grass. in §. hereditas, quaest. 2. num. 4. Vnde si diceremus, statutum esse attendendum, sequeretur, quod feminæ, quæ essent de descendens, deberent dici perpetuo exclusæ secundum statutum, transuersales uero temporaliter tantum, secundum Decretum; quod absurdum admodum uideretur.

52 Vnum pro complemento istius capituli non omit- tam: ad quam nempe portionem redintegrari debeant feminæ temporaliter exclusæ, seu earum descendentes in casibus, in quibus redintegrationem dari diximus: ex gr. masculis vigore statuti duas exclusæ feminas, quarum vna habebat descendentes tempore exclusionis; altera post exclusionem eos procreauit, descendentes tam vnus, quam alterius post annum cursum ob deficientiam masculorum, redintegrari petierunt: descendentes, qui erant nati, seu saltem concepti tempore primæ exclusionis, obtinuerunt, alij uero non fuerunt ad eam admissi, secundum suprapositam distinctionem; queritur ad quam portionem debeant illi descendentes nati, seu saltem concepti tempore primæ exclusionis redintegrari. Hanc difficultatem non inueni ab aliquo in specie tactam, interrogatus tamen in facti contingentia, respondi, redintegrari solum debent ad eam portionem à qua eorum mater, vel auia fuit exclusæ: Montebat, quia feminæ exclusæ licet temporaliter per existentiam masculorum, uerè tamen, & realiter sunt exclusæ, ita ut quantum ad successionem habeantur pro mortuis, & non existentibus in rerum natura, ut dixi supra num. 44. & segg. Secundo dicebam, statutum excludens feminas in aliquibus casibus particularibus, eas non uocare in aliis, sed id ius communis dispositioni relinquere, ut pariter supra nu. 26. & segg. Quibus stantibus, descendentes, qui erant concepti tempore primæ exclusionis, non poterant petere redintegrationem, nisi ad eam portionem, ad quam eorum mater, vel auia fuit exclusæ, id enim primo importat reintegratio, quæ nihil aliud est, quam in integrum restitutio, vnde cum solum fuerint exclusi à portione debita matri, vel auie, ad eam solum redintegrationem petere poterunt; non autem ad portionem, à qua soror matris, vel auie fuit exclusæ: aliter sequeretur, quod statutum factum ad excludendam feminas, seu earum descendentes in aliquibus casibus, eas in aliis uocaret; nam si non aduisset statutum in casu proposito, mater, vel auia eorum, qui petunt redintegrationem, habuisset solum tertiam partem, quomodo igitur petere possunt eius descendentes, & tertiam partem, & insuper portionem tertie partis alterius feminæ, cuius descendentes redintegrari non debent, uti non nati, nec concepti tempore primæ exclusionis: iam enim diximus, similia statuta nullam continere uocationem, ut num. 16. & segg.

Nec dicitur, cur totam illam portionem habere debent descendentes ex masculo, ita ut quod masculina linea expirauerit? Respondetur enim, eam habere debere, quia uerè, realiter, & cum effectu masculo fuit acquisitum ius, quod ius ob mortem feminæ exclusæ, & ex eo, quia ius descendentes non erant nec nati, nec concepti tempore primæ exclusionis, fuit masculis irrevocabiliter acquisitum, quod ius propterea masculis ad eorum descendentes transmiserunt etiam femininæ sexus, per ea, quæ dixi superius num. 4. & segg.

Praeterea, qui magis compereret redintegratio ad eam portionem, à qua femina fuit exclusæ, eius de-

scendentibus, vel descendentes alterius feminæ pariter exclusæ: dices, descendentes feminæ exclusæ; bene, sed ipsi non competere, quia non erant nec nati, nec concepti tempore primæ exclusionis, ergo tanto minus descendentes alterius feminæ. Nec obstat, si dicatur, illi erant nati, seu saltem concepti tempore primæ exclusionis: nam id operatur solum respectu portionis à qua eorum mater, vel avia fuit exclusæ, conservando nempe in illa parte illæsumus succedendi, sed respectu portionis, à qua fuit exclusæ eius soror, nihil operari potest, quæ portio masculo irrevocabiliter acquiritur per deficientiam eorum, qui erant nati, vel concepti tempore primæ exclusionis. Quæ omnia fac attentè legas, sunt enim subtilia admodum, & à me non nisi maximo studio in hanc formam digesta.

SVMMARIUM.

- 1 De iure communi, quantum ad successionem inter masculos, & feminas, nulla est differentia.
- 2 Statuta excludentia feminas ob masculos, valent etiam respectu eorum, quibus legitima deditur, nu. 3. & quid, si statutum nihil ipsis referat, nu. 4.
- 3 Agnatio per masculos solum conservatur.
- 6 Feminæ exclusæ per statutum, non possunt querere testamentum periternum.
- 7 Statutum, quando intelligitur privare filias legitimæ, remissive.
- 8 Filia exclusæ per statutum, non potest petere supplementum legitimæ.
- 9 Statutum potest privare feminas successione etiam ex testamento: & an dicatur auferre liberam an testandi facultatem, nu. 10.
- 11 In circolo in aliquibus potest refringere ius naturale.
- 12 Testamentum factum coram duobus testibus valet, etiam si in ipso feminæ excludantur.
- 13 Statuta excludentia feminas ob masculos, dicuntur favorabilia.
- 14 Statuta excludentia feminas, ligant etiam forenses respectu bonorum existentium in territorio statutum.
- 15 Statuta excludentia feminas ob masculos, an, & quando comprehendant bona existentia extra territorium, remissive.
- 16 Statuta excludentia feminas ob masculos, an comprehendat personas Ecclesiasticas, remissive.
- 17 Statuta exclusivæ feminatum, an procedant in Iudeis.
- 18 Hermaphroditus quando excludat feminas.
- 19 Statuta excludentia feminas, an ligent statuentes, remissive.
- 20 Mater dicitur exclusæ à statuto excludente cognatas.
- 21 Masculi descendentes ex feminis, excludantur, uti femina, declaratur, ut nu. 25.
- 22 Statutum excludens dotatas, excludit etiam descendentes ab ipsis.
- 23 Statutum excludens unam personam, intelligitur etiam excludere eius ascendentes.
- 24 Statutum excludens maritatas, locum sibi vindicat etiam aliquibus non maritatis.
- 25 Statutum excludens unam personam, excludit omnes de illa linea.
- 26 Statutum excludens matrem, & sororem, statibus agnatis, locum habet etiam si mater, & soror simul adsint.
- 27 Promissio facta in casu simplici, comprehendit etiam casum mixtum.
- 28 Statuta loquuntia de feminis, vel masculis in plurali, locum habent, si unica tantum femina, vel masculus adsit.

- 29 Statuta generalia excludentia feminas ob masculos, excludunt etiam matrem à successione filij: prout si excluderet cognatas, nu. 30.
- 31 Statutum excludens dotatam à patre, intelligitur etiam excludere dotatam ab avo: & quid si dos fuerit constituta ab avo nepti nondum nata, nu. 32. Et reprobat. iur. sententia Ruini, n. 33.
- 34 Statutum excludens dotatas, procedit etiam, si dotata sine posthuma, vel infans: & est ratio, quia similia statuta dotem, non matrimonium considerant, nu. 35.
- 36 Statutum excludens dotatas, excludit etiam furiosam, cui dos fuerit relicta.
- 37 Statutum excludens dotatas, comprehendit etiam moniales, & alias monasticam vitam profitentes, & n. 38.
- 39 Vidua dicitur exclusæ à statuto excludente dotatas.
- 40 Vidua dicitur habere dotem.
- 41 Statutum excludens dotatam, excludit etiam eam, cui dos fuerit promissa, & quid si eam in solvendo pater, vel haredes fuerint morati, num. 42. nisi tamen statutum requireret eum effectum dotem fuisse datam, num. 43. Et idem est, si fuerit remissa in arbitrium tertij, & iurium nondum drem declaraverit, num. 44.
- 45 Statutum excludens dotatam, excludit etiam eam, cui sue conditione dos fuerit promissa.
- 46 Statutum excludens dotatam, excludit etiam eam, cui aliquid fuerit relictum, à modo illud sit conveniens pro dote, num. 47.
- 48 Dotata dicitur illa, cui aliquid fuerit relictum pro ipsa maritanda.
- 49 Statutum excludens dotatam, intelligitur excludere etiam maritatas, contra num. 50. nisi probetur dotem habuisse, num. 51. vel nisi nuptiis confessa fuisse dotem habuisse, num. 52.
- 53 Mulier in dubio ex quibus bonis presumatur dotata, remissive.
- 54 Dotata in matrimonio invalido, adhuc dicitur exclusæ à statuto excludente dotatas.
- 55 Reservatio iuris succedendi facta à muliere exclusæ per statutum, nihil operatur, nisi tamen interesse in hoc habentes consentiant, & nu. 56, 57. & 58.
- 57 Hareditas potest dari pacto, si omnes interesse in hoc habentes consentiant, remissive.
- 59 Mulier exclusæ per statutum ob dotem, semper est exclusæ, etiam si ipsam dotem amiserit.
- 60 Mulier, quæ dotem amiserit, an possit peti iterum dotari remissive.
- 61 Statutum excludens dotatas, excludit etiam eas, quæ erant dotatae ante statuti promulgationem, & de ratione num. 62.
- 63 Dotandi facultas, adhuc ut mulier excludatur, an transeat ad haredes.
- 63 Statutum excludens maritatas, intelligitur etiam excludere desponsatas.
- 65 Consensus, non concubitus facit nuptias.
- 66 Coitus non dicitur de essentia matrimonij.
- 67 Vidua dicitur exclusæ à statuto excludente maritatas.
- 68 Vidua censetur esse in matrimonio.
- 69 Statutum excludens maritatas, potius eas ob dotem, quam ob matrimonium excludere censetur.
- 70 Statutum excludens maritatas, eas excludere censetur, etiam si matrimonium duraverit per aliquod breve tempus.
- 71 Statutum excludens cognatos propter agnatos, excludere etiam censetur sororem filios.
- 72 Vocatus in aliquo casu particulari, in aliis censetur exclusus.
- 73 Argumentum à contrariis sensu nihil operari solet, si sequatur legum correctio.

- 74 Exclufa ex testamento, multo magis intelligitur exclufa ab intestato, sed non à contra, num. 75.
- 76 Statutum excludens simpliciter feminas ob masculos, eas excludere intelligitur ab intestato, non autem ex testamento.
- 77 Exclufa à successione ab intestato, intelligitur etiam exclufa à successione infantis furiosi, vel alterius, qui testamentum facere non possit.
- 78 Intestatum etiam dicitur ille, qui non potuit condere testamentum.
- 79 Exclufus à successione ascendentium, intelligitur etiam exclufus à successione matris.
- 80 Parentum appellatione continentur etiam omnes ascendentes per lineam feminarum.
- 81 Mulier exclufa à statuto ob existentiam masculorū, non admittitur ad ius accrescendi, etiam si statutum ipse aliquid pro dote reseruet, num. 84. Et etiam si aliquid mulieri iure legati fuerit relictum, num. 85 & 86. imò etiam si aliquid particulare iure institutionis relictum fuerit, num. 78. Quod tamen limitatur, si nullus alius adsit masculus, quam ille, qui repudiavit, num. 89. & de duobus aliis limitationibus numeris seqq.
- 82 Ius accrescendi in hereditatibus locum habet, etiam inter succedentes iure speciali.
- 83 Portio portioni non persona accrescere solet.
- 84 Instituti in re certa equiparantur legatariis.
- 90 Falsa instituta cum unico fratre, ipso repudiante, eius portio sorori accrescit, etiam si adsint nepotes, qui alios eam ex fortuna statuti ab intestato excluderent.
- 91 Falsa instituta in legitima, non dicitur instituta iure certo, sed in quota.
- 92 Filia exclufa à statuto, non dicitur sua.
- 93 Filius exheredatus, non dicitur suus.
- 94 Filia exclufa à statuto, dicitur etiam exclufa à quocumque iure Pratorio, si in ipsa concurrant qualitates requisitae à statuto, num. 96. Et idem est, si fuerint instituti extranei, & non proximiores filiam excludentes, num. 97. dummodo tamen fuerint exclusi, vel prateriti, secus si legitime exheredati, ut num. 99. & 101. vel dummodo prateriti non approbent testamentum, num. 105. vel eorum portio per ius accrescendi altis non accrescat, num. 105.
- 95 Prateriti eorum, quibus legitima non debetur, non vitiat testamentum.
- 98 Bonorum possessio non competit, cui non competit ius dicendi testamentum nullum.
- 100 Exheredato eo, qui in gradu præcedit, sequens in gradu habet ex sua persona quartam.
- 102 Emancipatus sine causa prateriti non potest.
- 104 Prateritus potest approbare testamentum in præiudicium sequentis in gradu.
- 106 Filia emancipata, & cum causa prateriti, an possit petere bonorum possessionem contra tabulas, si non fuerint instituti masculi, ob quorum existentiam vigore statuti ab intestato non succedebat.
- 107 Bonorum possessio non solet dari illis, qui ab intestato non succedunt.
- 108 Emancipati excludunt feminas vigore statuti exclusivis feminarum.
- 109 Feminis exclusis statutum, potest quocumque titulo relinquere id, quod à statuto ipsis reseruetur.
- 110 Eunuchi, castrati, & alij inhabiles ad generationem, feminas excludunt.
- 111 Hermafroditæ an excludant feminas, est distinctio.
- 112 Monstruosi an excludant feminas: & an rumpant testamentum, si fuerint prateriti, num. 113.
- 114 Femina exclufa statutibus masculis, dicitur etiam exclufa unico tantum masculo existente.
- 115 Femina exclufa ob masculos, an intelligatur exclufa, si fuerint in gradu proximiores.
- 116 Masculi vocati à statuto, postea de illis bonis ad libitum disponere.
- 117 Portio ad quam masculus vocatur, exclufa femina, etiam intelligitur etiam non agnita.
- 118 Femina exclufa per existentiam fratrum, intelligitur etiam exclufa, si fratrum filij adsint.
- 119 Pater potest gravare filium in dote à statuto sibi reseruata.
- 120 Statutum excludens feminas à successione fratrum, intelligitur etiam excludere à successione sororum.
- 121 Nepes ex fratre, an succedat una cum patris aut successione matris, in terminis statuti excludentis feminas ob masculos.
- 122 Frater vicinus, an excludat sororem vicinam, remissive.
- 123 Statutum non potest priuare feminas dote, & alimentis, si ipsis debeantur ab eo, à cuius successione per statutum excluduntur, num. 124.
- 125 Filia exclufa à legitima, non intelligitur exclufa à dote.
- 126 Femina an intelligatur exclufa à bonis existentibus extra territorium statutum, remissive.
- 127 Statutum civitatum excludentia feminas ob masculos, non comprehendunt bona Dominorum ipsarum Civitatum.
- 128 Inferiorem Decretum superioris non ligant.
- 128 Principes propriis ligantur legibus.
- 130 Principes possunt vis beneficiis statutorum suarum Civitatum.
- 131 Statutum excludens lineam maternam, vocando agnatos, non intelligitur excludere agnatos.
- 132 Exclufus à successione ascendentium, non intelligitur exclufus à successione collateralium.
- 112 Exclufus à successione patris, non intelligitur exclufus à successione fratris.
- 134 Statutum excludens descendentes ex femina, non intelligitur excludere ipsam feminam proximiorum.
- 125 Filia datam in viam patris exclufa per statutum, non habet locum, si fuerit dotata per testamentum.
- 136 Filia datam ab extraneo, non excluditur à successione bonorum paternorum, nisi aliter statutum expresse disponat, num. 137.
- 138 Statutum excludens dotatam non præcedit, si non fuerit dotata tempore delate hereditatis, & nu. 140. nisi tamen statutum dicat, non dotatam dotari debere, numero 141.
- 139 Qualitas à statuto requisita, si non verificatur, non habet locum ipsius dispositio.
- 142 Dote sat est, quod fuerit oblata, ad excludendum feminas, qua debeant dotari, se. nisi si statutum requirit, si fuerit dotata, num. 143.
- 144 Statutum excludens maritatas, an intelligatur excludere impuberem desponsatam.
- 145 Statutum excludens maritatas, an intelligatur excludere dotatas, qua non fuerint maritatas.
- 146 Mulieres maritatas non intelliguntur exclufa à statuto ex eo, quia matrimonium contraxerunt, sed quia contrahendo matrimonium dorem habuere.
- 147 Mulieres regulariter dotari non solent, nisi quando matrimonium contrahunt.
- 148 Statutum excludens mulieres propter plures qualitates, sibi locum non vendicat, nisi illa omnes qualitates concurrant, quod tamen declaratur num. 149.
- 150 Statutum excludens sororem à successione fratris, non intelligitur excludere fratrem à successione sororis.
- 151 Alia agentium debent regulari secundum eorum institutionem.

- 152 *Agnatio conservatur per masculos, non per feminas, num. 153.*
- 154 *Agnatio cum dimittis facilius conservatur.*
- 155 *Dignitas per inopiam perit.*
- 156 *Divita multa offerant commoda.*
- 157 *Maiores aliis, quae non reddant.*
- 158 *Ratio conservanda agnationis in statutis exclusivis femininarum, habetur pro expressa.*
- 159 *Casus omissus à statuto, remanet sub dispositione iuris communis.*
- 160 *Correlativorum regula non procedit stante rationis diversitate.*
- 161 *Statuta correlativa non extenduntur de una persona ad aliam.*
- 162 *Exclusio alienius non admittitur, nisi id expressè disponat.*
- 163 *Inconvenientia non sunt multiplicanda.*
- 164 *Statutum excludens simpliciter domum, intelligitur tam excludere à successione dotantis tantum, quod exemplis declaratur nu. 165. & 166. nisi tamen aliter expressè disponat statutum, num. 167.*
- 168 *Statutum excludens feminas existentes in parigrada, non intelligitur excludere sororem à successione fratris per existentiam filii alterius fratris, ubi contra nonnulla consideratur.*
- 169 *Exclusa ob hereditate unius, non intelligitur amplius exclusa, si illa hereditas ad alium pervenerit.*
- 170 *Hereditas adita, non dicitur amplius hereditas defuncti, sed adveniens.*
- 171 *Exclusio ab hereditate unius, regulariter non intelligitur exclusio ab hereditate alterius.*
- 172 *Exclusa à statuto, potest dicere donationem nullam, respectu dotis sibi debita.*
- 173 *Masculus potest renunciare beneficio statuti, & admittere feminas ad successionem: & ita se liberare ab onere dotandi, num. 174. etiam si sit minor, num. 175.*
- 176 *Famina exclusa temporaliter deficientibus masculis, ad successionem reintegratur, de quo remissum.*
- 177 *Famina non intelligitur exclusa à masculo, qui statim moriatur.*
- 178 *Legitimi tantum non excludunt feminas.*
- 179 *Naturales tantum feminas non excludunt.*
- 180 *Legitimati non excludunt feminas.*
- 181 *Famina non intelliguntur exclusae per masculos, qui non succedant: etiam si masculi fuerint conditionaliter vocati, num. 182. si tamen femina fuerint exclusae favore masculorum, num. 183. & exemplificatur nu. seqq.*
- 184 *Depositi non succedunt.*
- 185 *Banniti non succedunt ex beneficio statutorum civitatis, à qua sunt banniti.*
- 186 *Statutum excludens cognatas propter agnatos, non intelligitur excludere cognatas propter agnatas.*
- 187 *Statutum vocans agnatos, non intelligitur vocare agnatas.*
- 188 *Statutum excludens feminas stantibus fratribus, intelligitur de fratribus ipsarum feminarum.*
- 189 *Statutum excludens feminas ob filios, & nepotes, intelligitur de nepotibus ex filiis. Et quid si ead excludat propter fratres, seu patres, & nepotes, num. 190.*
- 191 *Filia exclusa à patre, intelligitur etiam exclusa à proprio fratre.*
- 192 *Statutum excludens feminas stante herede masculo non verificatur in filio, vel nepote patrem representante: ad quod conferunt posita sub num. 168.*
- 193 *Statutum excludens feminas ob plures personas, intelligitur, singula singulis referendo.*
- 194 *Statutum vocans agnatos exclusis feminis, eo intelligitur vocare et dicitur successivo, & in stirpe, non in capite:*

- 195 *Statutum excludens dotatas, an ead excludere intelligatur, quae fuerunt dotatae ante promulgationem statuti.*
- 196 *Famina dotata exclusa per statutum, dicitur exclusae favore masculorum, non autem feminarum, quae non fuerint data.*
- 197 *Famina exclusa à statuto, non intelligitur exclusa à bonis, quae non consequitur uti haeres: & quid in iure presentandi ad ius patronatum.*
- 198 *Statutum praefers fratre sorori, non habet locum superstite patre: ubi nonnulla ponuntur exempla.*
- 169 *Frater vterus non excludit sororem vetricinam, remissum.*
- 200 *Statutum vocans masculos ad exclusionem feminarum, an procedat, si agatur de successione feminae, remissum.*
- 201 *Soror exclusa à successione fratris aliis fratribus existentibus, an intelligatur etiam exclusa à successione sororis.*

Statuta excludentia feminas ob masculos, an, & in quibus casibus valeant.

### CAP. XI.

- P**lures aliae possunt oriri discordiae inter fratres, & sorores ob statuta feminas propter masculos excludentia, quas omnes, prosequi vellem, necessarium mihi esset; tractatum de similibus statutis componere: unde proposita generali quaestione, an, & in quibus casibus praedicta statuta valeant, per ampliationes, & limitationes attingam ea, quae ad materiam fratrum spectant. Licet igitur de iure communi, & respectu successionem, nulla sit differentia inter masculos, & feminas, *leg. maximum vitium. C. de leg. hered. per totam tamen Italiam statuta adfunt, ut extantibus masculis feminae non succedant, & quae valere, & suam robur obtinere affirmant vno ore omnes, Curt. lun. consil. 81. num. 5. Gabr. in tit. de stat. conclus. 6. Via. in suis commun. opin. lib. 3. in verbo statutum excludens feminas, num. 13. Laur. de Palat. de statut. quod stant mascul. feminae non succed. in prin. Nat. in alio simili tractatu pariter in prin. Bran. de cod. statuto art. 1. in prin. Mich. de Grass. de success. 5. successio, quae 3. plures alios citat Metlin. de legitima, lib. 3. tit. 1. quest. 2. num. 1.*
- 1 *Quod ampliatum primo procedere, etiam respectu feminarum, in quibus debetur legitima, dummodo doctentur, & interim alantur, Soc. cons. 4. lib. 1. Corn. cons. 207. lib. 1. licet enim secundum aliquos statutum non possit in totum legitimam tollere, tanquam iure naturae debitam, leg. cum ratio, ff. de bon. dam. leg. scripto, in fin. ff. und. lib. potest tamen eam minuire, & in quantitate, & in tempore, & sic dotem loco legitimae subrogare, eap. Raynutius, de test. leg. filius, quem habentem, C. fam. ereise. Soc. cons. 150. lib. 1. Corn. cons. 107. & 110. lib. 2. & cons. 123. lib. 1. Brun. loc. cit. nu. 8. Menoch. de ar. bit. cas. 149. de quo supra in c. 3. nu. 7. & in c. 4. nu. 9.*
- 2 *Secundo ampliant, etiam si statutum filiabus loco legitimae nihil referret: licet namque sit dubitatio apud Doctores, an statutum in totum legitimam tollere possit, magis tamen videtur recepta sententia, id ex aliqua legitima, & rationabili causa facere posse, ut in casu proposito reputetur causa conservanda agnationis, & quae solum per masculos, non feminas conservare, l. 1. §. demeritare, ff. de ventu. in spec. leg. super, C. de quasi. l. ab omnibus, ff. de leg. 1. l. pronuntiatio, §. familia, ff. de verbor. signif. §. Inst. de patr. potest. l. cum legitima*

- signe ff. de stat. homin. §. fin. Inst. de leg. agnat. success. Brun. in practico tractatu. art. 3. Et hanc esse magis communem opinionem Paul. de Castr. consil. 7. lib. 1. Socin. in dist. consil. 150. Corn. consil. 123. lib. 3. alios citat, & comprobando sequitur Brun. d. art. 1. num. 18. & seqq. & hanc opinionem veriorum, & magis communem appellat post alios Metlin. de legitima. lib. 3. tit. 1. quest. 2. sub num. 33. vers. contraria.
- 6 Ac ideo si tali stante statuto prius feminas excludente, pater filie nihil reliquisset, non posset quætelare testamentum patris: tanquam non successura ab intestato, leg. posthumus, §. si quis ex his, ff. de inoff. testamento, nec minus contra tabulare, leg. prima, §. vocantur, ff. de contr. & l. non est ambigendum, cum ibi notatis, ff. de bon. poss. de quo Brun. art. 9. in prima quest.
- 7 An autem, & quando statutum intelligatur privare filias etiam legitimas, vel dotem loco ipsius subrogare, latè fuit superius declaratum in cap. 3. & 4.
- 8 Tertio ampliatur, ut femine, quibus aliquid à parentibus fuerit relictum, non possint petere supplementum legitimæ, Brun. in dist. art. 9. quest. 1. Laur. de Palat. in citato tract. num. 131. & dictum fuit superius in dist. cap. 3. ubi vide.
- 9 Quarto ampliando dicunt, statutum posse privare feminas successione etiam ex testamento, Brun. in d. art. 1. num. 33. & seqq. si tamen id expresse disponat, aliter enim ab intestato eas excludere intelligeretur, non autem ex testamento, Natt. de stat. quasi. 4. princip. in 12. quest. Et licet Bald. in leg. fin. vers. sic sed pone, & de pact. dicat, ¶ tale statutum auferre liberam testandi facultatem, & sic non valere, attamen responderet, non impedire voluntatem testandi sed solum incapaces successorum personas aliquas reddere: & si diceretur saltem impediri, respectu institutionum illarum personarum, posset responderi, ¶ ius civile in aliquibus posse minui, & restringere ius naturale, seu gentium, ut Bart. dixit in l. omnes populi, in 3. quest. 1. princ. ff. de inst. & iur.
- 11 Quinto ampliatur, valere propterea testamentum filiis masculis generaliter institutis, & feminis exclusis, etiam si factum fuerit solum coram duobus testibus, ut dixit Socin. in d. consil. 150. lib. 1.
- 12 Sexto ampliatur, non solum hæc statuta valere, sed etiam favorabilia dici, Sign. de Homod. consil. 101. & consil. 121. Rom. consil. 16. & consil. 31. Fulg. consil. 77. principalis enim intentio statuentium fuit conservare agnationem, quod favorabile admodum reputatur, Brun. de stat. art. 4. à num. 6. usque ad fin. Natt. de stat. quasi. 1. num. 10. Laur. de Palat. pariter de stat. num. 5. & ex pluribus probat Gab. Sat. in suo consilio impresso post sing. Mathes. 110. num. 64. & seqq. Hoc tamen intelligendum est, si masculus transuersalis intendat excludere feminam transuersalem; vel masculus descendens feminam descendentem; secus si masculus transuersalis excludere intendat feminam descendentem, ut pulchre distinguit Rot. in decis. 51. num. 13. part. 1. selet. per Farinac. ubi alie allegantur decisiones.
- 14 Septimo ampliatur, ut prædicta statuta ligent etiam forenses respectu bonorum existentium in territorio, reprobata distinctione Bart. in dist. leg. omnes populi, an statutum directum sit in personam, vel in rem, cum ipsorum effectus rem, & bona respiciat, ut per Brun. art. 6. num. 6. sed contra supra in cap. 7. num. 9. & seqq. unde vide.
- 15 Octavo ampliatur, ut comprehendant etiam bona sita extra territorium, dummodo tamen ad territorium sint reversura, secundum tamen declarationes, & distinctiones, de quibus supra in d. cap. 7.
- 16 Nono ampliatur, ut hæc statuta comprehendant etiam personas Ecclesiasticas, secundum tamen declarationes, de quibus supra in d. cap. 8.
- 17 Decimo ampliatur, ut simile statutum comprehendat etiam iudicos, Natt. de stat. quasi. 2. princ. num. 105. Laur. de Palat. loc. cit. num. 133. quos tamen non sequor infra in 29. nu. 188. & seqq.
- 18 Undecimo ampliatur, ut Hermaphroditum, qui magis incalcescit in sexu masculino feminas excludant, cum masculi reputentur, secus si magis tendant ad femininum sexum, tunc enim vel feminæ non excludunt, sed excluduntur, Bald. in l. queritur, ff. de stat. homin. quem Brun. in dist. art. 6. num. 63.
- 19 Duodecimo ampliatur, hæc statuta ligent etiam statuente, de quo scribentes in leg. 1. ff. quod quis iur.
- 20 Decimotertio ampliatur, ut statutum excludens cognatas, excludat etiam matrem, & totam lineam maternam, mater namque, & ex materna linea descendentes dicuntur cognati, leg. 2. ff. unde cognat. §. primo, Inst. de leg. agnat. iur.
- 21 Decimoquarto ampliatur, ut statutum excludens feminas, intelligatur etiam excludere masculos ab ipsius descendentes, licet enim in ipsis cetera illa qualitas femininarum, durat tamen favor vocatorum; & licet mutetur sexus, non tamen mutatur ratio exclusivæ, quæ est, ut familia, & agnatio conservetur, ut dixit Bald. in leg. maximum vitium, C. de lib. prater. & probat tex. in leg. si viva mater, C. de bon. mater. & docet Laur. de Palat. loco citato nu. 134. de quo tamen infra num. 25. ubi latius vide.
- 22 Decimoquarto ampliatur, ut statutum excludens dotatas, intelligatur etiam excludere descendentes ab ipsius dotatis, ob exclusionem ipsius radicis, ut dixit Bald. in consil. 74. lib. 1. & in consil. 88. lib. 3. idem voluit Salyc. in leg. maximum vitium, C. de lib. prater. alios citat Brun. art. 6. nu. 95. & seqq. qui nu. 98. dicit, hanc veriorum esse opinionem contra Corn. in consil. 119. lib. 1. in consil. 116. & in consil. 235. lib. 2. necnon in consil. 82. lib. 3. licet enim ista qualitas dotationis non verificetur in descendentes, satis tamen est, fuisse verificatam in radice, ut per supra citatos Doctores.
- 23 Decimosexto ampliatur, ut statutum excludens unam personam, intelligatur excludere omnes ascendentes ex ea, ut si ex gr. excludat matrem, omnes ascendentes ex ea pariter intelligantur exclusi, Bartol. in leg. secunda, §. videntur, ff. ad Tertul. cum quo consultat Corn. consil. 78. lib. 2. & consil. 92. lib. 3. & probat Brun. dist. art. 6. à num. 100. usque ad num. 108. licet quodammodo contradicere videatur Bald. in l. illam, C. de Coll.
- 24 Decimosextimo ampliatur, ut statutum, stantibus filiis masculis, excludens maritatus locum habeat, etiam si aliquæ ipsorum non fuerint maritæ, ut bis consultuisse dicit Brun. d. art. 6. num. 136. secundum tamen declarationes, de quibus per ipsum.
- 25 Decimo octavo ampliatur, ut statutum excludens unam personam, videatur excludere omnes de illa linea, secundum tamen declarationem Paul. de Castr. in dist. leg. illam, C. de collat. quam utroque capite examinat Brun. dicto art. 6. à num. 308. usque ad num. 363. Unde si femina fuerit exclusa, pariter exclusus dicitur eius filius, licet masculus, exclusa enim radice, censentur exclusi omnes procedentes ex ea, quia non potest plus iuris esse in causato, quam in influenti potentiam causæ, Bald. in l. 1. ff. de sena. nec pluris iuris debet habere filius, quam mater, leg. viva mater, C. de bon. mat. nec melioris esse conditionis, l. fin. C. de natur. lib. Surd. consil. 85. num. 11. plura ad propositum citat

- Hond. *consil.* 15. à num. 1. usque ad 12. lib. 2. Quod tamen intelligendum est, si statutum faueat agnationi, secus si masculinitati: tunc enim mater erit exclusa uti femina, & filius succedet uti masculus, ut per Honded. *d. consil.* 15. num. 14. & seqq. & late sequitur Rot. *decis.* 467. num. 5. & seqq. *de leg. & de Farinae. part.* 1. quæ concordando opiniones sic distinguit num. 13. Verum si statutum id expresse non dicat, nunquam credere possem, statuentes voluisse excludere feminas, uti feminas, & vocare masculos, uti masculos, sed potius ratione conferuandæ agnationis, ut in dubio censendum est, Menoch. *consil.* 16. num. 16. Rimin. *Jun. consil.* 190. num. 3. & dixi supra in *cap. 9. num. 6.* nec leuissimæ coniecturæ, de quibus Honded. in *dict. consil.* 15. & Rot. in *dict. decis.* 467. me remouere possent ab ordinata, & præsumpta ratione similium statutorum, ita ut crederem aliquo casu voluisse excludere feminas, & vocare masculos ab ipsis descendentes; ac propterea à regula nunquam recederem, nisi ex verbis statuti expresse apparet, voluisse fauere masculinitati simpliciter, non agnationi; sed in toto Orbe simile repetiri statutum; nisi videro, non credam: & ad propositum plura conferunt, de quibus supra in *dict. cap. 9.* quæ hic non repetam.
- 26 Decimonono ampliatur, ut statutum, quod stantibus agnatis, mater, & soror non succedat, locum habeat, etiam si soror, & mater pariter adit, cum enim
- 27 simus in materia favorabili, † præmissio facta in casu simplici, comprehendit etiam casum mixtum, *leg. si ita scriptum cum ibi notatis. ff. de lib. & posth. leg. Titia in princ. ff. de leg. 1. & facit tex. in l. 2. in princ. ff. de oblig.*
- 28 Vigesimo ampliatur, ut statuta prædicta de feminis loquentia in plurali, certificentur etiam si vnica tantum adit, & è contra, ad tradita per Bald. in *leg. 1. C. de condit. insert.*
- 29 Vigesimooptimo ampliatur, ut statuta generalia excludentia feminas ob masculos, vel lineam maternam, intelligantur etiam excludere matrem à successione filij, cum etiam hoc casu vigeat ratio conferuandæ agnationis, Paul. de Castr. *consil.* 164. num. 339. lib. 1.
- 30 Vigesimo secundo ampliatur, ut statutum excludens cognatos, intelligatur etiam excludere matrem à successione filij, cum & ipsa cognata sit, *leg. 2. ff. vnd. cogn. Corn. consil.* 14. lib. 4.
- 31 Vigesimo tertio ampliatur, ut statutum, quod dotata à patre non succedat, locum sibi vendicat, etiam si fuerit dotata ab auo, & rationem esse dicunt, quia perinde dabetur, ac si dotata fuisset à patre, *l. dedit dotem. ff. de coll. bon. Io. de Anan. consil.* 89. Corn. *conf.* 247. lib. 2. Campegi. *de dote. part. vltima, quasi.* 55. patris enim contemplatione dotata præsumitur, de quo late supra in *prima parte, cap. 39.* † Quod tamen Brun. *de statut. artic. 6. num. 190.* limitat, si auus constituerit dotem nepti nondum conceptæ, & pariter ante eius conceptionem decesserit: & rationem esse dicit, quia ista non est propriè neptis, prout nec auus propriè auus dici debet, *leg. item Prator. ff. de suis, & leg. nec ratio conferuandæ agnationis aliquid operatur in isto casu, cum statutum generaliter non excludat feminas, sed solum dotatas: & allegat Bald. in consil. 150. alias est consil. 444. lib. 4.* qui tamen contrarium tenet in *consil. penultim. eiusdem libri:* vnde Brun. existimat *dictum consil. penultim.* Baldi nequaquam esse Verum parum Beani consideratio concludit, † licet enim ista non dicatur propriè neptis, non excluditur tamen uti neptis, sed uti dotata contemplatione patris; quæ ratio vigeat etiam in casu limitationis Bruni; imò multo
- magis, cum non nata præsumatur eo magis dotata ab auo contemplatione patris, quam nata, erga enim non natum nulla potest considerari affectio; vnde tanquam dotata contemplatione patris, dici debet dotata à patre, & sic à statuto exclusa.
- 34 Vigesimoquarto ampliatur, ut statutum excludens dotatas, intelligatur etiam excludere dotatas posthumas, vel infantes, ut per Bald. in *dict. consil. penultim.* cum secundum communem usum loquendi, etiam puella dicatur dotata, & dotem habere, licet nondum est apta ad contrahendum matrimonium, & ita consuetudinem obseruare fatetur. Brun. *dict. artic. 6. sub num. 197. in fin.* licet ipse contrarium teneat: & mouetur, quia non apta ad nuptias, non dicitur propriè dotata: quæ tamen ratio inepta semper mihi visa fuit † statutum enim, dum excludit dotatas, non considerat matrimonium, nec aptitudinem ad ipsum contrahendum, sed solum dotem, & sic an aliquid habeat ex bonis illius, à cuius successione eam excludere intendit; & in hoc sensu etiam posthuma, & infans potest dici dotata, vnde merito debet censi exclusa, Bart. in *leg. cum plures, §. cum tutor. ff. de administr. tut. & in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de condit. & demonstrat. Bald. in *leg. Deo nobis, C. de Episc. & Cleric. Angel. in consil. 399.* Bartol. in *leg. non est matrimonium, ff. de rit. nupt. Campegi. de dote, part. vltima, qu. 36.* quod procederet, etiam stante alio statuto, ut statutorum verba propriè intelligi deberent, Bald. in *leg. non sine, C. de bon. q. lib. in sensu enim, in quo loquitur statutum, dicitur propriè, & strictè dos.**
- 36 Vigesimo quinto ex eadem ratione ampliatur, ut ex statuto excludente dotatas, intelligatur etiam exclusa furiosa, cui dos fuerit relicta, licet incapax sit matrimonij, *leg. furor. ff. de sponsal. & leg. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui, vel alieni. sur.* satis enim videtur, esse dotis capacem, ut infanti dictum fuit: quicquid in contrarium teneat Bald. in *leg. si plures, §. cuncta prædicta, C. de condit. insert.* & Auchas in *cap. canonum statuta, de consil.* & ridiculum esset affirmare, sanæ mentis intelligi exclusam, non autem furiosam.
- 37 Vigesimo sexto ampliatur, ut statutum excludens dotatas, comprehendat etiam moniales, quæ vel dotem vel aliquid loco dotis receperint, ut dixit Bart. in *dict. §. Titio genero, & in leg. prima, §. si vel parens, ff. si quis à parent. fuer. mancip. secundum enim communem usum loquendi dicuntur dotatæ, Camp. *de dot. part. vltima, quasi.* 31. ad quod varia cumulat Brun. *loco supra cit. num. 201. & seqq.* licet contrarium sentit Pet. de Vbald. *de duobus fratribus in 2. part. in 4. quasi.* & Nat. *de stat. in 2. quasi. princ. quasi.* 12. qui mouetur ex eo, quod dos, quæ datur monialibus, propriè dos dici non potest: sed responderetur saltem largo modo dotem appellari, ac ideo comprehendi in statuto favorabili. Secundo responderetur, esse propriè dotem, in sensu, in quo loquitur statutum, per ea, quæ dicta fuerunt superius in vigesimo quarta ampliatione.*
- 38 Vigesimo septimo ampliatur, ut statutum excludens dotatas, intelligatur etiam excludere Chlamidatas de Civitate Padovæ, quæ, si velint, possunt matrimonium contrahere, Brun. *loco citato, num. 205.* & si contrarium voluerit Corn. in *consil. 300. lib. 4.* dicens, illud, quod Monasterio datur, pro Elemosina dari: responderetur enim, saltem ad mentem statuentium, & ipsam Elemosinam dici posse dotem, ac propterea debent censi exclusæ, ut voluit Hond. *consil. 11. num. 16. & seqq. lib. 2.*
- 39 Vigesimo octavo ampliatur, ut statutum excludens dotatam, excludat etiam viduam, Bald. in *leg. 1.*



- nam sine, C. de bon. q. liberis, ex communi enim vsu loquendi videtur dicuntur habere dotem, & t̄ proprie dicitur dos ob matrimonium precedens, scribentes in leg. primo, ff. solus matrimon. & de pluribus statutis, ac similibus dispositionibus loquentibus in dote, locum etiam sibi vendicare in vidua, Brun. in d. l. art. 6. num. 209. & seqq.
- 41 Vigesimo nono ampliat, vt statutum excludens dotatam, excludat etiam eam, cur dos fuerit constituta, licet nullum secutum fuerit matrimonium, per ea, que dicta fuerunt superius in vigesima quarta ampliatione, Anchar. consil. 149. Nat. in d. l. quaest. 2. in princip. Bald. in leg. si plures, C. de condit. insert. qui
- 42 ampliat, t̄ licet pater esset in mora eam solvendi: secus tamen in hæredibus mortuis, existimat Campegi. de dot. parte ultima, qu. 70. in quibus tamen dicit, sufficere oblationem ante sententiam, & ab hac ampliatione non esse recedendum, Brun. de artic. 6. num. 222.
- 43 t̄ quæ tamen est limitanda, si statutum requireret dotem cum effectu fuisse datam, Nat. l. c. supra citato, num. 11. Angel. consil. 138. Socin. consil. 91. lib. 1.
- 44 Trigesimo ampliat, vt statutum excludens dotatas vendicet sibi locum, etiam si dos fuerit promissa arbitrio tertij, & pater decesserit arbitrio nondum prolato; nec dicitur, dotem esse incertam, nam certum dicitur, quod arbitrio tertij committitur, vt probat text. in §. pretium, Instit. de emp. & vendit. ad quod conferant tradita per Bald. in l. 3. in l. c. nou. C. de dote promiss.
- 45 Trigesimo primo ampliat, vt supra dictum statutum procedat, etiam si dos sub conditione, vel ad certum tempus relicta fuerit, vt si dixerit testator, cum nupserit, quod latè examinat Corn. consil. 40. lib. 3. ad quod conferant tradita per Brun. de statut. artic. 11. in 3. quæst.
- 46 Trigesimo secundo ampliat, vt simili statuto sit locus, etiam si filiz fuerit aliquid simpliciter relictum; pro dote enim relictum esse censeri debet; unde tamquam dotata remanet exclusa, Bart. in leg. quod autem, ff. de iur. dot. Paul. de Cast. in leg. Titio centum, §. Titio genero, ff. de condit. & demonstrat. Arctin. in §. si uerat, Instit. de uel. Nat. de statut. quæst. 2. in princip. in 3. quæst. Laurent. de Palat. de statut. sub num. 122. t̄ Declarant tamen omnes, id locum sibi vendicare, si quantitas relicta sit conueniens pro dote, tunc enim dotis nomine relictum censetur; secus si relictum esset aliquid omnino pro dote inconueniens.
- 47 Trigesimo tertio ampliat, vt dotata dicatur illa, cui aliquid fuerit relictum pro ipsa maritanda, Bart. in d. §. Titio genero, Bald. in leg. sanctionis, C. de nup. & in leg. gener aliter, C. de Episc. & Cleric. quod probatur ex eo, quod Brun. docet in d. quæst. 3. artic. 11. dotem, & conditionem, & tempore recipere posse.
- 48 Trigesimo quarto ampliat Campegi. de dote, parte ultima, quæst. 47. statutum excludens dotatam, excludere etiam maritatum, cum non præsumatur fuisse maritatum absque dote. t̄ Sed hinc ampliationi contradicunt, & Bald. in Auth. resque, C. conu. de leg. Cotn. in consil. 94. lib. 1. glof. & Bald. in leg. mulier bona, ff. de iur. dot. idem voluit Bart. in sua disputat. qua incipit, mulier habens amplum patrimonium, & hanc esse veritatem
- 49 contra Campegi. dixit Brun. art. 6. sub num. 227. t̄ unde valenti excludere mulierem maritatum, incumbit onus probandi, ipsam fuisse dotatam ex bonis illius, à cuius successione eam excludere intendit: ex quo remanet etiam sublata ratio Campegi. dato enim, quod maritata non præsumeretur absque dote: hinc tamen non potest dici, præsumi maritatum ex bonis illius, de
- 50 cuius successione agitur, secundum distinctionem, de qua per Bart. in d. l. sua disputatione.
- 51 Declarant tamen, id non procedere, si confessio mariti adesset, dicentis, se dotem recepisse, vt per Campegi. l. c. quæst. 75. & Bart. d. art. 6. num. 229. nisi tamen statutum expresse disponeret, de dote contraire debere, de quo per Corn. consil. 49. in fin. lib. 1. nec
- 52 non in consil. 94. lib. 2. & in consil. 100. lib. 2. si in dubio autem, de quibus bonis mulier dotata præsumatur, attingit Brun. d. art. 6. num. 240. & seqq.
- 53 Trigesimo quinto ampliat, vt dotata in matrimonio præsumpta, & inualido, pariter intelligatur exclusa à statuto excludente dotatas, tum quia matrimonium putatum eisdem ferè vritur privilegiis, vt per Doctores in leg. si cum dotem, §. final. ff. solus matrimon. tum etiam, quia similia statuta non considerant matrimonium, sed dotem.
- 54 Trigesimo sexto ampliat, vt statuta excludentia feminis, eas excludant, etiam si recipiendo dotem: sibi ius succedendi reseruauerint; non est enim in eorum potestatem derogare statuto, leg. nemo potest, de leg. 1. Doctores in l. fin. C. de pact. & in leg. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. Nat. de statut. qu. 2. princip. num. 47. Id tamen limitant, t̄ si pater, & masculi, quorum contemplatione sunt exclusæ, hinc reservationi consentierint: sed est dubitatio, an patris consensus sufficiat Bart. & Ang. in d. leg. fin. C. de pact. vna cum alijs, quos refert Brun. de statut. d. l. art. 6. num. 252. dicunt, sufficere consensum paternum, si femine sint solum exclusæ à successione ab intestato, & rationem assignant, quia etiam testator eas vocare potuisset; secus si ex testamento exclusæ pariter reperiantur. Verum alij communiter in d. l. leg. fin. & alibi asserunt, necessarium omni casu esse consensum masculorum, cum consentantur à statuto vocati, leg. seruo, §. si testator, cum ibi notatis, ff. de leg. primo, nam aliter sequeretur, quod hæreditas posset dari pacto, contra ea, que dicuntur infra in cap. sequ. Nec obstat responsio Brun. ex mente Ias. in d. l. leg. fin. quod hac stante ratione, sequeretur, quod nec etiam masculis consentientibus valeret hæc reservatio, contra id, quod vno ore asserunt omnes. Replicatur enim, quod t̄ licet hæreditas non possit dari pacto, bene tamen id fieri potest, si consentiant omnes illi, de quorum interese agitur, vt in d. l. cap. seq. num. 9. & seqq. Unde potius cum Bald. Fulgent. & Paul. de Cast. in d. leg. fin. & cum Imol. Rom. & Alex. in d. l. leg. stipulatio, dicendum est, omni casu necessarium esse consensum eorum, quorum interese; aliter esset in potestate patris ad libitum irritare statutam. Nec dicitur, id testamento facere posse, nam in casu testati statutum nihil disponit, ac propterea firmæ remanent regulæ iuris communis: sed ab intestato repugnat statutum. t̄ Omnibus vero consentientibus valet illa reservatio, quia fauori suo vnusquisque renunciare potest: ad quod conferant tradita in d. l. cap. seq. d. l. num. 9. quid verò operetur hic reservatio, decedentibus masculis, dicam in cap. seq. num. 97.
- 55 Trigesimo septimo ampliat, sufficere, mulierem semel fuisse dotatam, licet dotem amiserit, Bald. in leg. prima, in nou. l. l. C. de dot. prom. t̄ Au verò mulier, que dotem amiserit, possit petere iterum dotari, docent Brun. d. l. artic. 6. nu. 255. & seqq. de quo videri potest Campegi. de dot. parte ultima, quæst. 1. & aliqua infra in cap. 33. num. 20. & 21.
- 56 Trigesimo octavo ampliat, vt statutum excludens dotatas, vendicet sibi locum etiam in his, quæ tempore conditi statuti iam erant dotatæ, licet enim

- 62 † statuta non soleant respicere præterita, tamen cum in casu proposito disponat circa successiones, dicitur respicere futura, non autem præterita, Bart. in leg. omnes populi, in 5. quest. principal. ff. de instit. & iur. & tradunt Doctores, quos citat Brun. artic. 6. num. 259. & seqq. qui ex pluribus hanc probat opinionem: idem voluit Laut. de Palat. de statut. num. 123.
- 63 Trigésimo nono ampliatur, ut si statutum excludat feminas, mandando dotari, illa facultas dotandi, adita hereditate transmittitur ad hæredes, secundum Iaf. in leg. cum mota, C. de transfat. licet contrarium voluerit Corn. conf. 49. lib. 1. & Socin. conf. 207. lib. 1. de quo videtur potest Brun. d. art. 6. num. 274.
- 64 Quadragesimo sexto ampliatur, ut statutum excludens maritas, intelligatur etiam excludere desponsatas, licet non cognitas, nec ad domum viri ductas, consensu enim, † non concubitus facit nuptias, leg. penult. C. de inest. nupt. & leg. sanctionis, C. de nupt. unde sponsi possunt de communi consensu castitatem servare, cum
- 66 † coitus non sit de essentia matrimonij: præter quam quod statuentes non considerant matrimonium, sed dotem, ut per Brun. in dist. artic. 6. num. 285. & seqq. de quo etiam Nat. de statut. quasi. 2. princip. num. 24.
- 67 Quadragesimo primo ampliatur, ut statutum excludens maritatas, intelligatur etiam excludere viduas, Camp. g. de dote, in 5. artic. princ. quasi. 54. † vidua enim censetur esse in matrimonio, l. fin. C. de bon. matern. leg. filij, §. vidua, ff. ad municip. leg. sœmina, ff. de Senat. l. quoties, de privi. sibi. lib. 12. Et licet Brun. d. art. 6. sub num. 287. versic. vagesimo quarto, contrarium sentiat, cum vere in vidua non verificetur illa qualitas, ut sit maritata: † attamen nunquam ego existimare potui, quod statuta excludentia maritatas, eas excludant ob matrimonium; sed potius ob dotem, unde cum vidua dotem habere absque dubio dicatur, ut per scribentes in l. 1. ff. sol. matr. & dixi supra nu. 39. erit à simili statuto exclusa; mens enim statuentium potius est attendenda, quam verborum subtilitas.
- 70 Quadragesimo secundo ampliatur, ut statutum excludens maritatas, procedat etiam si matrimonium solum per aliquod brevissimum tempus duraverit, ad notata per Doctores in leg. non tantum, C. de leg. de quo Brun. art. 6. num. 289. & seqq.
- 71 Quadragesimo tertio ampliatur, ut statutum excludens cognatos propter agnatos, intelligatur etiam excludere filios sororum, licet & ipsi largo modo dicantur agnati, rationem enim statuti esse dicunt, ut agnatio, & familia conferretur, ac propterea debent excludi filij sororum, uti de alia agnatione. Brun. dist. art. 6. in fin. contra Dec. in consil. 13. versic. tertio dato.
- 72 Quadragesimo quarto ampliatur, ut statutum vocans mulieres certo aliquo casu, in aliis intelligatur eas excludere: ut si statutum vocet matrem non extantibus filiis masculis, ipsis existentibus intelligitur exclusa: & licet dici soleat, † argumentum à contrario sensu non procedere, quando sequitur legum correctio, leg. si §. filij autem, C. de bon. q. lib. pen. C. qui test. fac. poss. tamen si aliter statutum nihil operaretur, ut in casu nostro, bene admittitur hæc argumentatio, Bald. in l. observare, §. proficisces, in 3. quest. ff. de off. proc. Alexand. in leg. ut liberis, C. de coll. de quo latè Brun. de stat. art. 7. num. 10. & seqq.
- 74 Quadragesimo quinto ampliatur, ut femina exclusa per statutum à successione ex testamento, multo magis intelligatur exclusa ab intestato, per tex. in leg. codicillus, §. in arre, ubi notatur ff. de leg. 2. Brun. de stat. art. 8. nu. 13. è contra verò, † exclusa ab intestato non intelligitur exclusa ex testamento, cum non sit præsumendum, statutum voluisse facere deteriores conditionis filiam, vel consanguineam, quam sit extranea,
- 76 que institui potest: ac ideo † statutum excludens simpliciter feminas propter masculos, eas excludere intelligitur ab intestato, non autem ex testamento, C. ap. de dote, pari. vlt. quasi. 74. Brun. in dist. art. 8. nu. 19.
- 77 Quadragesimo sexto ampliatur, ut statutum excludens feminas ab intestato, intelligatur etiam eas excludere à successione infans, furiosus, vel alterius, qui testamentum facere non possit, Bart. in l. 1. in princ. ff. de iuris, & leg. Avet. in Instit. de hered. qua ab intest. diff. in princ. communis enim loquendi vltus habet, † ut etiã ille, qui non potest condere testamentum, dicatur intestatus decedere, ut in d. l. 1. & probat textus in l. Adm. in leg. qui heredi, in princ. ff. de cond. & demonstr. in l. omnium, C. ad Tertul. in l. 2. S. impuberes, vers. intestatum, ff. ad Tertul. in l. pater filium, §. fin. vers. puer intestatus, ff. ad l. Falc. cum similibus. Et licet id abusive dici soleat, attamen negari non potest, eundem esse effectum, quem statuentes considerant: præterquam quod etiam respectu ipsorum viget eadem ratio conservandæ agnationis, à similibus statutis considerata, unde parum videtur attendenda scrupulosa verborum proprietates, ut per Nat. de statut. in quarta princ. quasi. 1. de quo Brun. in d. art. 8. num. 40. & seqq.
- 79 Quadragesimo septimo ampliatur, ut statutum excludens à successione ascendentium, intelligatur etiã excludere à successione matris, & omnium aliorum ascendentium per lineam maternam, ob generalitatem nominis ascendentium, ad tex. in Authen. cessant. C. de leg. hered. Paul. de Castri. conf. 341. in antiq. † Sicut appellatione parentum continentur etiam omnes ascendentes, per lineam femininam, leg. quique, §. parentes, ff. de in ius voc. Camp. g. de dot. pari. vlt. quasi. 64. Brun. de art. 8. sub num. 53.
- 81 Quadragesimo octavo ampliatur, ut mulier exclusa à statuto extantibus masculis non admittatur ad ius accrescendi: ut si ex duobus fratribus vnus repudiet, eius portio alteri fratri in totum, non sorori accrescit, Bart. in leg. mulieri, & Titio, ff. de condit. & demonstrat. ubi etiam Paul. de Castri. & Imol. & in leg. re consultis, in prima, quasi. tertia principalis, ff. de leg. 3. † in hereditatibus enim est locus iuri accrescendi, etiam inter succedentes iure speciali, per tex. in leg. sed cum patrono, ff. de bon. poss. in c. l. a. leg. si duobus, ff. de contractib. & l. primus, §. si quis, ex nepotibus, ff. de consung. cum emancip. §. lib. Ad quod conferit etiam, quod † portio portioni non personæ accrescere solet, leg. hac scriptura, §. fin. ff. de condit. & demonstrat. leg. Titio, §. primo, ff. de usufr. & leg. prima, §. interdum, ff. de usufr. iur.
- 84 Quod ampliare oportet, etiam si statutum feminis pro dote aliquod referret, inter succedentes enim iure diverso non habet locum ius accrescendi: præterquam quod hoc casu feminarum successio est limitata, & ius accrescendi locum sibi non vindicat respectu limitatæ succedentium, ut per Bart. & Rom. in l. 1. C. qui admitt.
- 85 Secundo hæc quadragesima octava ampliatio debet absque dubio extendi ad successionem ex testamento, si nihil mulieri fuerit relictum.
- 86 Tertio, idem est dicendum, si ipsi mulieri aliquid fuerit relictum, sed titulo legati, cum respectu legatariorum ius accrescendi locum non habeat, leg. Proculo, ff. de leg. 2. Bart. in leg. bona, §. fin. ff. de bon. poss.
- 87 Quarto, extenditur ad omne aliud particulare relictum, etiam factum titulo institutionis, ut per Doctores in leg. quoties, C. de hered. instit. mouentur omnes,
- 88 quia † instituti in re certa æquiparantur legatariis, ac ideo

ideo pars repudiantis aliis institutis accrescit.

99 Recipit tamen hæc quadragesima octava ampliatio nonnullas declarationes, & primo, si alius masculus non adsit, quam ille, qui repudiavit, tunc enim femina admittitur, Bald. in leg. prima, C. de secund. nupt. Rom. in dist. leg. prima, C. qui admitt. dato enim, quod ius accrescendi locum habere non posset, saltem succederet ab intestato, qui exclusio facta propter masculos, intelligitur, quatenus masculi succedere possint, vel velint.

90 Secundo limitatur, si filia sit instituta cum unico fratre, tunc enim ipso repudiante, eius portio totori accrescit, etiam si statutorum excludat neprem existentem patris: exclusio enim intelligitur ab intestato, non autem ex testamento, Bald. in l. quæstus, §. si duo ff. de hered. inst. licet testator dixerit, ut femina nil aliud petere possit; id enim intelligeretur solum appositum ad suorum masculi instituti.

91 Tertio limitatur in filia instituta in legitima, tunc enim diceretur instituta non in re certa, sed in quota, unde ei competeret ius accrescendi: de quibus omnibus videri potest Brū. de stat. art. 9. à n. 80. usque ad 89.

92 Quadragesimo nono ampliatior, ut filia exclusa à statuto, non dicatur sua, Batt. in l. 1. §. sciendum, ff. de ius, & leg. ad exemplum filij, qui si sit exheredatus, suus dici non debet, per dist. §. sciendum, Bald. in l. maximum vitium, C. de lib. prater. & hanc opinionem esse communem, dixit Brun. de stat. art. 10. num. 15. ac propterea ab ea non esse recedendum num. 16. de quo etiam Laur. de Palat. de statuto. num. 61. si tamen omnino excludatur, ita ut nec etiam dos succedat loco legitimæ; conferunt multa tradita superioribus in cap. procedenti.

93 Quinquagesimo ampliatior, ut mulier exclusa à statuto intelligatur etiam exclusa à quocumque iure prætorio, ita ut nec mediante bonorum possessione, nec alio modo possit dicere testamentum nullum, Bald. in l. Gallus, §. quid si tantum, ff. de lib. & post. filie enim non sit iniuria, cum nec etiam ab intestato fuisset aliquid habitura; & præteritio eorum, quibus legitima non deberetur, non vitiat testamentum, leg. cum quaritur, ff. de inoffic. testamento, quam opinionem probat Brun. d. art. 10. num. 31. & 32. dicit, temerarium esse ab ea recedere, de quo scribentes in l. filia dotem, C. de Col. & de comuni Alex. in consil. 47. lib. 2. ¶ Dummodo tamen tempore conditi testamenti, filia illa haberet qualitates, ob quas dicitur à statuto exclusa; nam si solum dotata, vel maritata excluderet, & filia non esset nec maritata, nec dotata, tamquam exclusa, posset dicere testamentum nullum. Nell. consil. 108. inter consil. Paul. de Castr. in antiq. de quo etiam Brun. loc. cit. n. 14.

94 Quinquagesimo ampliatior, ut mulier exclusa à statuto intelligatur etiam exclusa à quocumque iure prætorio, ita ut nec mediante bonorum possessione, nec alio modo possit dicere testamentum nullum, Bald. in l. Gallus, §. quid si tantum, ff. de lib. & post. filie enim non sit iniuria, cum nec etiam ab intestato fuisset aliquid habitura; & præteritio eorum, quibus legitima non deberetur, non vitiat testamentum, leg. cum quaritur, ff. de inoffic. testamento, quam opinionem probat Brun. d. art. 10. num. 31. & 32. dicit, temerarium esse ab ea recedere, de quo scribentes in l. filia dotem, C. de Col. & de comuni Alex. in consil. 47. lib. 2. ¶ Dummodo tamen tempore conditi testamenti, filia illa haberet qualitates, ob quas dicitur à statuto exclusa; nam si solum dotata, vel maritata excluderet, & filia non esset nec maritata, nec dotata, tamquam exclusa, posset dicere testamentum nullum. Nell. consil. 108. inter consil. Paul. de Castr. in antiq. de quo etiam Brun. loc. cit. n. 14.

97 Supradicta autem optimè procedunt, si testator feminas excludat, & eos instituat, qui ex forma statuti feminas ab intestato excluderent; sed quid, si fuerint instituti extranei? qua in re tres fuerunt opinionones, quas refert Brun. d. art. 10. num. 35. Prima Angel. in dist. §. quid si tantum, feminis competere remedium dicendi testamentum nullum, quatenus tamen hoc remedium esset venale, & non ultrarupto enim testamento masculi, non feminæ succederent. Secunda fuit opinio Imolexistimantis, filiam non posse dicere testamentum nullum, cum etiam à legitima exclusæ intelligantur, sed posse venire per bonorum possessionem contra tabulas. Tertia sequitur opinio Batt. in leg. 1. §. si pater ff. de coniung. cum emanc. lib. volentis filie prædictæ nec ius dicendi testamentum nullum, nec bonorum possessionem contra tabulas vilo modo competere, quam veriorcm esse dixit Brun. loc. cit. num. 44. & potissima ea est ratio, quia cum filia respectu

successionis habeat, ex forma statuti proximiores, nempe masculos, impunè præteriti potest, argum. 98 to leg. si quis posthumus, §. si filium, ff. de lib. & post. & cum non possit dicere testamentum nullum, nec etiam ipsi competit bonorum possessio, leg. illud, §. ff. de contrat.

99 Quæ tamen opinio est declaranda, & intelligenda, si masculi, qui debuissent institui, fuissent exclusi, & præteriti; tunc enim feminæ præteritæ possent vri querela contra testamentum, quæ oritur post aditam hæreditatem, per l. 3. §. si emancipatus, ff. de bon. poss. contr. tab. & l. primam, §. si pater, ff. de coniung. cum emanc. lib. Et 100 est ratio apertissima, quia præteritæ eo, qui in gradu præcedit, sequens in gradu habet ex sua persona querelam, si fuerit præteritus, non existente enim illo primo, necessario fuisset instituendus, vel exheredandus, ut optimè declarat Alex. in d. l. si quis posthumus, §. si filium: unde cum filia, non existentibus masculis, fuisset necessario instituenda, vel exheredanda, stante exheredatione masculorum, ipsi competit querela inofficij testamenti, à qua communi opinione in praxi non esse recedendum, dixit ibi Alex. sub num. 5.

101 Quod tamen intelligendum est, si valida fuerit ipsa exheredatio, aliter nullum esset testamentum, leg. filius, qui in potestate, ff. de lib. & post. & notatur in l. filio præterito, ff. de inoff. nupt. & viti. fili. testamento: unde res diceretur redacta ad casum intestati, at ab intestato feminis nullum ius competit, ergo &c. & idem est 102 et, si emancipatus sine causa fuisset præteritus, quo casu pariter nullum est testamentum, glo. in §. exheredatus, Auth. de hered. & F. l. iud.

103 Quam tamen declarationem limita primo, si filius præteritus testamentum, in quo fuit præteritus, 104 approbet, ¶ quod in præiudicium sequentis in gradu facere potest, ut dicunt Jacob. de Aren. Paul. de Castr. & Bald. in d. leg. filio præterito, Bald. in leg. in suis, ff. de lib. & post. in 3. oppos. Alex. in l. posthumus, C. de bon. poss. contr. tab. & in dist. §. filium, sub num. 5. versic. quam tamen primo limita: unde hoc casu contra testamentum filij nihil opponere posset.

105 Secundo limitatur declaratio, de qua num. 101. si excluso primo, bona ad alium per ius accrescendi devenierint tunc tamen non est, quod feminis detur querela, cum bona ad alium pervenerint, ut dixit Alex. in d. §. si filium, vers. tertio fallit.

106 Secundo opinio Batt. in dist. leg. prima, §. si pater, ff. de coniung. cum emancip. lib. de qua supra sub num. 97. limitatur, ut non procedat in filia emancipata, & cum causa præterita; nam tunc cum illa præteritio habeatur pro exheredatione, & valeat, nec tu opat testamentum, res non reducit ad causam intestati. Quare filia potest, adita hæreditate ab intestato, petere bonorum possessionem contra tabulas, ita Alex. in d. §. & quid si tantum, leg. Gallus, ff. de lib. & post. & laius in d. leg. filia dotem, ff. de col. bon. Verum ut dixit Brun. in dist. art. 10. sub num. 47. stante ista limitatione, filia posset semper intentare bonorum possessionem contra tabulas; expectando nempe hæreditatem adiri:

107 sed quod imò communis sit sententia, ¶ bonorum possessionem non dari his, qui non succedunt ab intestato, & feminæ ex statuti dispositione non succedat, dicendum est, falsam esse hanc limitationem. Et tradita in hac quinquagesima ampliatione, fac, amice lector, ut attentè legas, sunt enim difficillima, sciri digna, nec facile percipiuntur, de quibus ultra Doctores citatos, videri potest, Nat. de stat. in 4. quæst. princ.

- quasi. 15. & Laur. de Palat. pariter de Statutu, nu. 44. & sequentibus.*
- 108 Quinquagesimo primo ampliatur, ut feminæ intelligantur exclusæ per statuta excludentia feminas ob masculos, etiam si masculi sint emancipati, Saly. in *leg. qui se patri, C. und. lib. à qua opinione non esse recedendum, dixit Brun. artic. 12. sub num. 28.*
- 109 Quinquagesimo secundo ampliatur, ut illud, quod statutum feminis exclusis referuat, possit quocumque titulo relinqui, Bald. in *l. maximum vitium, C. de lib. praser. Paul. de Castr. in Auth. nouissima, C. de inoff. testamento, Rom. consil. 399, licet Brun. de stat. art. 10. n. 50. & seqq. id declarat, non procedere, si illud, quod referuatur, succedat loco legitimæ.*
- 110 Quinquagesimo tertio ampliatur, ut feminæ intelligantur exclusæ etiam ab his, qui ad generationem non sūt apti, ut Eunuchi, Castrati, & alij similes, Lap. alleg. 101. attenditur enim communis hominum natura, non autem aliquod speciale vitium, ad tex. in *leg. si quis postumus, ff. de lib. & posth. in princ. & in leg. iusto, §. non mutat, ff. de usufr. hancque esse veritatem, & sic consuetudinem seruari, dixit Brun. de stat. art. 12. num. 117. contra id, quod voluit auctor consil. 212. inserti inter consil. Angel.*
- 111 De Hermaphroditis verò est communis distinctio Bald. in *leg. quaritur, ff. de stat. homin. ut attendatur sexus, in quo magis prævalent, quod ex aspectu, ex corporis agilitate, & ex alijs interioribus actibus, de facili cognosci poterit, Angel. in l. de quibus, ff. de leg. ad quod conferunt tradita per Bald. in l. quousque, C. de iuris, & leg. Donec verò id non cognoscatur, feminæ excludi non debent, ut per Ang. in dict. l. de quibus, de quo videri potest Brun. d. art. 12. num. 160.*
- 112 De monstruosis verò est altera distinctio, quod aut habent discursum, seu animam rationabilem, & intelligentem, & feminas excludunt, aut verò carent sensu: & intellectu, & eas non excludere, certum est,
- 113 ¶ cum loco filiorum tales non habeantur, ac ideo præteriti non rumpunt testamentum, *Non sunt liberi, ff. de stat. homin. leg. ostentum, ff. de verb. signific. leg. quod certum, ff. de posth. hered. insti.*
- 114 Quinquagesimo quarto ampliatur, ut feminæ exclusæ tantibus masculis, intelligantur etiam exclusæ, vnico tantum masculo existente, Bald. in *l. prima, C. de cond. inserti. prout etiam si statutum excluderet filiam existente masculo, locum haberet pluribus masculis existentibus: statutum pariter vocans masculos, & excludens feminas, procederet pluribus feminis existentibus: & loquens de pluribus feminis, locum sibi vendicaret, vnica tantum femina existente: & de pluribus similibus videri potest Brun. dict. art. 12. à num. 177. vsque ad num. 188. de quo etiam Mich. de Grass. de success. in §. successio, quasi. 3. num. 4.*
- 115 Quinquagesimo quinto ampliatur, ut statutum excludens feminas ob masculos, intelligatur eas excludere, etiam si sint in gradu proximiores, ut per Fulg. consil. 78. Rom. consil. 42. Alex. consil. 97. lib. 1. quam opinionem veriore appellat Campegi. de dot. part. vltima quasi. 47. oppositum tamen alij voluere, ut per Brun. in dict. art. 12. num. 188. & seqq. & vera distinctio colligitur ex his, quæ ipse tradit quasi. 16. & 17.
- 116 Quinquagesimo sexto ampliatur, ut masculi vocati à statuto ad exclusionem feminatum possint de illis bonis ad libitum disponere, etiam in præiudicium descendetium, ac aliorum masculorum: Lap. alleg. 101. hereditas enim à proximiori masculo, adita dicitur ipsius hereditas, & confunditur cum alijs eius bonis, argumento *l. Paulus, ff. de acq. poss. hancque veram esse*
- opinionem, dixit Brun. de stat. art. 13. sub num. 74. an autem, & quando ad illa bona feminæ redintegrari possint, diximus latè superius in cap. præcedenti.*
- 117 Quinquagesimo septimo ampliatur, ut portio, ad quam masculus vocatur exclusæ femina, etiam non agnita transmittatur, Alex. consil. 20. lib. 1. de quo latè Socin. consil. 154. & consil. 296. lib. 1. vbi de communi testatur, & eam probat Natt. de stat. in tertia quasi. primo. quasi. 8. eamque latè examinat Brun. in d. art. 13. num. 77. & seqq.
- 118 Quinquagesimo octavo ampliatur, ut statutum excludens filios extantibus filiis masculis, intelligatur etiam eas excludere, extantibus solum nepotibus ex filiis, in quibus eadem viget ratio conservandæ agnationis, Natt. in tertia quasi. primo. quasi. 11. qui nepotes admittuntur vna cum patre ad successionem aui, etiam respectu illius portionis, à qua femina fuit exclusæ, ut probat loc. cit. Natt. à num. 70. vsque ad num. 81. repræsentant enim personam patris, vnde quemadmodum pater habuisset portionem, à qua filia fuit exclusæ, sic etiam eam debent habere nepotes patrem repræsentantes.
- 119 Quinquagesimo nono ampliatur, ut pater possit grauare filiam in dote sibi à statuto referuata, & à patre relicta, ut latè probat Laur. de Palat. de stat. num. 31. & seqq. Brun. de stat. artic. 11. num. 26. & seqq.
- 120 Sexagesimo ampliatur, ut statutum excludens feminas à successione fratris, intelligatur etiam eas excludere à successione sororis, ut latè per Franc. Curt. consil. 9. quem refert Brun. de stat. artic. 5. num. 78. viget enim eadem ratio conservandæ agnationis, quæ in similibus statutis considerari solet, vnde dicitur exclusæ non ratione extensionis, sed comprehensionis, Gab. consil. 14. num. 22. lib. 1. Menoch. consil. 235. num. 3. lib. 1. Gratian. discept. Forens. lib. 3. cap. 449. num. 2.
- 121 Sexagesimo primo ampliatur, ut statutum excludens feminas à successione aui, auiæ, patris, matris, & fratris, masculis existentibus, intelligatur etiam excludere neptem ex fratre à successione patris, si vna cum alio patre concurret, viget enim eadem ratio conservandæ agnationis. Quare licet casus iste non sit expressè comprehensus in statuto, sit tamen extensio ex identitate rationis, ad tradita per Brun. de stat. art. 3. In contrarium tamen alij consulerent, moti, quia, aut volumus considerare neptem hanc ex propria persona, & certum est, non posse dici exclusam; aut vti patrem repræsentantem, & pariter non erit exclusæ; & in istis terminis consulit Ceph. consil. 616. per totum, & in eodem casu, & pro eadem parte Eugen. consil. 83. secundum quam opinionem iudicauerunt Serenissimi tunc Urbini Ducis Auditores in illa causa Dominorum Jde Arditii de Piauro die 7. Augusti 1603. per oratorum Petri Gentilis Gaugelli de Tergata Cancellarij Ducalis, licet pro contraria parte latè responderint Simon. de Pter. consil. 59. Non. consil. 101. & Gab. consil. 18. lib. 1. quorum sententia secuta fuit Rot. decis. 104. per totam recent. part. prima. & ex pluribus probare conatur Gratian. discept. Forens. lib. 1. cap. 15. nu. 8. & seq. volens propterea, quod quemadmodum frater excludit sororem, sic etiam excludere filiam feminam fratris, ut per ipsum.
- 122 Sexagesimo secundo ampliatur, secundum aliquos, ut vigore similibus statutorum frater veterinus excludat sororem veterinam, de quo tamen latè supra in cap. 9.
- Supra modo firmata, & ampliata conclusio, ut statuta excludentia feminas ob masculos valeant iul-tis etiam modis est limitanda, ac declaranda: Et primo

110 mo. si statutum excluderet feminas non solum à successione, sed etiam à dote, & ab alimentis quæ cum debeantur iure naturæ, l. prima, §. ius naturale, ubi Bal. notat in quinta quest. ff. de iust. & iur. statutum ea tollere non potest, §. sed naturalia. Inst. de iur. nat. gent. & civil. & notat Bar. in leg. omnes populi, in 3. qu. princ. ff. de iust. & iur. Alber. in prima part. stat. quest. 40. ¶ quod tamen intelligendum est in illis feminis, quibus alimenta debentur ab eo, à cuius successione eas excludere intendit statutum Abb. in cap. Rayn. de test. Brun. de stat. art. 1. à num. 24. usque ad 28.

115 Secundo limitatur, ut licet filia sit exclusa à legitima, numquam tamen intelligatur exclusa à dote, dos enim est quid separatum à successione, quod pater ex eo, quod in vita etiam patris debetur, leg. fin. C. de dot. promiss. vnde exclusa à successione adhuc dotem petere potest, leg. qui liberis. ff. de ris. nups. Nat. de stat. qu. 1. num. 14. præcipue cum dotes ob publicam utilitatem sine inuenturæ, leg. prima, ff. sol. matr. ac ideo statuta eas tollere non possunt, ut per Brun. de stat. art. 9. nu. 43. & seqq. licet eas diminueret, ac restringere non sit prohibitum, maxime ratione conservandæ agnationis: prout Serenissimus Vrbini Dux decreto prohibuit, ne parentes, qui filios masculos habeant, possint dare, vel relinquere filiabus dotem maiorem legitima absque eiusdem Serenissimi licentia.

116 Tertio limitatur respectu bonorum existentium extra territorium statutum, de quo tamen dixi supra in cap. 7. ubi videri potest.

117 Quarto limitatur, ut statuta similia non comprehendant bona Dominorum Civitatum, quæ statuta non ligent, lib. 3. in princ. ff. de alien. iud. mut. caus. full. leg. non mag. stratum, ff. de arbit. Nisi tamen Domini eiusdem tenoris decretum promulgarent: ¶ Principes enim propriis ligantur legibus, leg. Princeps, ff. de leg. digna vox, C. eod. Bal. in Auth. quibuscumque, C. de sacros. Eccl. & in leg. cum ipse C. de contr. emp. ¶ Vel nisi vellent superiores uti beneficio statuti, Bal. in l. 4. C. ad L. Falc. de quibus per Brun. de stat. art. 6. nu. 67.

118 Quinto limitatur, ut statutum excludens lineam maternam, & vocans agnatos non intelligatur excludere agnatas, ut per Bald. in consil. 195. lib. 3. non valet enim consequentia, excludit lineam maternam, ergo excludit feminas, ut ipse Bald. considerat, aliter enim sequeretur, ut soror, vel neptis ex fratre, esset exclusa per ulteriorem in gradu: quæ absurditas est evitanda, §. sed quia, Inst. de leg. agn. succ. Ad quod confert, quod dixit Corn. in consil. 162. lib. 3. ¶ quod exclusus à successione ascendentium, non intelligatur exclusus à successione collateralium, prout ¶ exclusus à successione patris, non intelligatur exclusus à successione fratris, licet solum bona habeat paterna, ut per Alex. & alios in leg. prima, §. veteres, ff. de acq. poss. Nec obstat vocari agnatos; vocantur enim ad exclusionem lineæ maternæ, non feminarum, ut ex pluribus probat Brun. art. 6. num. 75. & seqq.

119 Sexto limitatur, ut statutum excludens descendentes ex femina, non intelligatur excludere ipsam feminam proximiorē; quam sententiam esse veterem, dixit Brun. loc. cit. num. 82. contra Paul. de Castr. in consil. 164. lib. 1.

120 Septimo limitatur, ut si statutum dicat, ut filia dotata in vita patris non succedat, non habeat locum in dotata per testamentum, Soc. consil. 92. lib. 1. actus enim testandi differt ab actu inter vivos, ut per Brun. de stat. art. 6. num. 250.

121 Octavo limitatur, si filia de propriis bonis, vel ab

extraneo fuerit dotata, tunc enim à successione bonorum paternorum uti dotata non excluditur, Bald. in leg. neque mater, C. de iur. dos. in test. nou. cum quo transit Corn. in consil. 17. lib. 4. Campog. de dot. parte vltima, quest. 48. ¶ Quod tamen intelligendum est in statuto, dotatas simpliciter excludente, secus si procedat ulterius, excludendo dotatas ab vno, etiam ab hereditate alterius; ut per Brun. in d. art. 6. num. 239. prout in certis casibus loquitur Decretum Serenissimi Vrbini Ducis.

122 Nono limitatur, ut statutum excludens dotatas locum sibi non vendicat, si tempore delatæ hereditatis mulier non fuerit dotata: ¶ ubi enim non verificatur qualitas à lege requisita, locum non habet dispositio, scribentes in cap. 1. de homic. in 6. ac ideo, cum non sit dotata, non potest dici, concurrere qualitatem illam, ob quam inducta fuit exclusio, Nat. de stat. quest. 2. princ. num. 49. ad quod conferunt tradita per ipsum sibi in 19. quest. ubi dicit, ¶ quod si statutum excludat dotatam à parte, vel à matre, locum non habet, si à matre fuerit dotata post mortem patris, cum iam hereditas paterna fuerit delata: quod in questione sequenti ampliat, etiam si pater in testamento ipsi aliquid reliquerit: quod ex aliis probat Brun. de stat. art. 6. num. 246.

123 Quod tamen sibi locum vendicare non possit, si ulterius statutum excluderet etiam non dotatas, mandando dotari, ut Serenissimi Ducis nostri Decretum, quo casu solum dotem petere posset, & interim alimenta, nec ei licitum esset dotem reculare, & locum cessionem petere, ¶ vnde lat. esset, quod dos fuisset oblata argumento leg. qui filium, ff. ubi pup. educ. ar. deb. & docet Paul. de Castr. in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de cond. & demonstr. Alex. cons. 48. & consil. 83. lib. 3. Cepul. caus. 171. Camp. de dot. part. vltima, qu. 51. & 143. probat Brun. art. 6. num. 247. & seqq. licet ¶ quando statutum requirit, quod mulier fuerit dotata, adhuc, ut exclusa dici possit, non sufficiat oblatio, Paul. de Castr. loc. cit. Rot. cons. 102. part. 2. Brun. loc. cit. n. 266.

124 Decimo limitatur, ut statutum excludens maritatum, non excludat impuberem de sponsalitate, vel sponsam de futuro, Abb. in rub. de spons. Socin. in l. cum vir, ff. de cond. & demonstrat. Nat. de stat. quest. 2. in princ. in quinta quest. de quo dixi supra in ampliationibus.

125 Undecimo limitatur, ut statutum excludens maritatas, non excludat dotatas, quæ maritatæ non fuerint, cum non concurrat illa qualitas à statuto requisita, Brun. in d. art. 6. num. 281. qui de facto id habuisse, consuluisset, & obtinuisse testatur. Verum licet hæc opinio, vel eorum cortice attentata, vera videatur, attamen ab ea semper ego recederem; ex coniecturata mente statutum: ¶ statutum enim non excludunt mulieres, quia contraxerint matrimonium, sed quia contrahendo matrimonium dotes habuere: vnde licet illa qualitas matrimonij deficiat, non deficit tamen ratio à statutum considerata, quæ est ipsa dos. Nec obstat, statutum simpliciter mentionem non facere de dotatis, sed de maritatis: nam id factum fuisse censetur, quia regulariter ¶ mulieres non solent dotari, nisi quando maritantur, & leges ad ea, quæ communiter contingunt, adaptari solent; nec videtur posse considerari sufficientem rationem diversitatis, cui magis statutum voluerit excludere maritatas, quam competenter dotatas: nisi tamen diceretur, maritatas iam virum inuenisse, nec alio successione auxilio indigere; quod non est in simpliciter dotatis, dos enim absque viro parum ipsis procedere potest, vnde, ut facilius virum inueniant, successione priuand

- non debent: id igitur leſori decidendum relinquo.
- 148 Duodecimo limitatur, vt statutum excludens feminas propter plures qualitates, locum non habeat, niſi omnes illæ qualitates concurrant, Hond. *conſil.* 1. num. 8. & ſeqq. lib. 2. quod tamen intelligendum eſt,
- 149 ſi omnes illæ qualitates poſitæ ſint copulatiuè, ſecus ſi diſiunctiuè, ad tradita per Barr. in *leg. ſi ſi, quæ dudenta, §. vtrum, ff. de reb. dub. & in leg. prima, vbi etiam Iul. ff. de inſt. & iur. de quo etiam Bal. in *leg. qui duos, ff. de in ſua vocand. ſcribentes in cap. 2. de reſcript.* Brun. de *ſtat. ars. 6. num. 321. & ſeqq.**
- 150 Decimo tertio limitatur, vt ſtatutum excludens ſororem à ſucceſſione fratris, non intelligatur excludere fratrem à ſucceſſione ſororis. Et licet diſputando pro vtraque parte multa adduci ſoleant: hæc tamen communis eſt opinio, ꝛ actus enim agentium debent regulari ſecundum eorum intentionem, non omnia, *l. ſi quis nœ cauſam, ff. ſi cert. pat. l. quo loco, §. primo, ff. de hæred. inſt.* argumento legis, ſuis quaſtoris, & *leg. ſi quis extraneus, vbi Iul. num. 2. multa ad id congerit, ff. de acq. hæred. Rol. conſil. 50. nu. 11. lib. 4.* Sed ſi diceremus, fratrem debere reſpici à ſucceſſione ſororis, ſequeretur, ſtatutum operari eſſe eum contrarium menti ſtatuentium, quorum intentio fuit fauore matriculis, cum ꝛ per ipſos conſeruetur agnatio, *leg. cum in adoptiuo, C. de adop. ꝛ quod non fit per feminas, 154 leg. pronunciatio, in ſi. ff. de verb. oblig.* quæ ꝛ agnatio cum decore, & dignitate familiæ facilius cum diuitiis conſeruetur, *leg. prima, §. ſin. ff. de ventr. inſtituend. leg. quiſquis, C. ad L. Iul. maieſt. §. hoc quoque, Inſt. per quas perſ. nob. ac.* & dictum fuit ſupra hæc eadem par. c. 3. n. 1.
- 155 Et e contraſtatio per inopiam dignitas perit, *l. ſi ere- 156 ditores, ff. de priuileg. cred.* Et non eſt dubium ꝛ diuitias multa afferre commoda: teſti diuiti magis creditur, quam pauperi, *l. 3. ff. de veſt. honores deferuntur diuitibus, leg. honor, §. de honoribus, ff. de mun. & hon. diuites ob diuitias ſunt celeberrimi, l. ſi res, ff. de adm. tur. vnde lu- uenalis, Haud facile emergunt, quorum virtutibus obſta- 157 Res anguſta domus.* Et ꝛ quatuor ſunt, quæ nos altero maiores reddere ſolent, diuitiæ, potentia, nobilitas, & virtus, *e. ſuper. de teſt.* Nec ꝛ Baro quis dici po- teſt, ſi facultates non habeat retinendi equos, & arma; Cum igitur in ſimilibus ſtatutis nulla alia ratio confi- derari poſſit, quam conſeruandæ agnationis, ipſa ha- betur pro expreſſa, ad tradita per Bald. in *l. maximum vitium, C. de lib. præ. Sall. in l. ſi ſeruus, C. de nona. Imol. in leg. ſi. C. de hæred. inſt.* & eſt *lex in l. 2. ff. de lib. & poſt. conſerunt tradita ſuperius in cap. 9. num. 6.*
- 159 Secundo pro eadem opinione facit, quod caſus omiſſus à ſtatuto, remanet ſub diſpoſitione iuris com- munitatis, *leg. ſi extraneus, ff. de cond. ob cauſ. leg. ſi cum do- reo, vbi Barr. ff. ſolut. matrim. leg. illam, C. de Coll. Barr. in leg. ſi maritus, C. de procurat.* nec iſte caſus poteſt dici comprehenſus ex natura correlatiuorum, primo, quia frater, & ſoror, ſecundum Iul. in *rub. de acq. poſſ.* non ſunt correlatiua: ſecundo, ꝛ regula correlatiuorum locum ſibi non vendicat ſtante ratione diuerſitatis, de qua ſupra.
- 161 Præterea, ſtatuta correctoria non debent extendi de vna perſona ad illam, etiam ex maioriſtate ratio- nis, *leg. ſi vero, §. de viro, ff. ſolut. matrim. l. conſtitutioni- bus, ff. ad Frunſ. e. que iure communi, de reg. iur. in 6. Bar. in leg. præcipimus, §. ſi. de appell.* Doctores communiter in *leg. ſi conſtantis, ff. ſolut. matrim.*
- 162 Ad idem conſert, quod dici ſolet, non admitti ali- cuius exclusionem, niſi lex id expreſſe diſponat, *§. cum 163 igitur, Auth. de non elig. 2. nub.* ꝛ Nec inconuenientia eſſe multiplicanda, Bal. in *l. lege duodecim tab. C. de leg. hered. quam communem ſententiam probat Brun. ars. 7. nu. 17. & ſeqq. de quo pariter videat poteſt Laur. de Palat. de ſtat. num. 100.*
- 164 Decimo quarto limitatur, vt ſtatutum excludens ſimpliciter dotatam intelligatur eam excludere à ſuc- ceſſione dotantis tantum, & non à cuius Bald. in *leg. prima, C. de leg. hered.* cum quo communiter alij tran- ſeunt, ac ideo inferit Bald. quod ſi ꝛ ſtatutum diſpo- nat, vt ſoror dotata à fratre, fratri non ſuccedat, locum non habebit, ſi fuerit dotata à fratre, de bonis tamen propriis ipſius ſororis: debet enim intelligi ſtatutum de dote ab ipſo fratre data, non autem de illo doto- tationis *leg. pater ex prouincia, ff. de man. vind. leg. ſi res quaritur, ff. de iur. dot. Rom. conſil. 285. Alex. conſil. 29. lib. 2. & conſil. 161. lib. 2. Campeg. de dot. part. vltima, quaſt. 35. 64. 65. & 66. Corn. conſil. 111. 116. & 134. lib. 2.* quod etiam ſibi locum vendicare dicunt, ſi de bonis com- munitibus ſoror eſſet dotata, Corn. *conſil. 48. lib. 2.* ini- quum enim videtur, vt propter dotem ab vno datam, quis ab alterius ſucceſſione excludatur, & in ſimili 166 Corn. in *conſil. 86. lib. 1.* dicit, quod ꝛ ſi ſtatutum ex- cludat filiam, cui aliquid pater dederit, intelligunt ip- ſam excludere ab hæreditate ipſius patris non autem alterius, puta matris, quod in *conſil. 74. eod. lib.* ampliat procedere, etiam ſi verba ſtatuti quodammodo reſpu- 167 gnare videantur, dummodo ꝛ in totum contrarium non diſponant, vt ſi plures nominaret perſonas, à qui- bus velle teſtamentum eſſe excluſam, licet dotata ab vno tantum ipſorum eſſet, vt Decretum Sereniſſimum Ducis Urbini diſponit: tunc enim ſat eſſet, teſtamentum fuiſſe dotatam ab vno ex nominatis, vt per Barr. Rom. Alex. & alios locis citatis, Corn. *conſil. 124. lib. 3. & conſil. 42. eod. lib.* de quo Brun. de *ſtat. ars. 8. n. num. 59. vſque ad nu. 74. Nat. de ſtatut. quaſt. 4. prænc. in 2. quaſt. Laurent. de Palat. pariter de ſtatut. nu. 146. & ſeqq.* Verum, & ſi expreſſe ſtatutum id non aſſerat, attamen dotata ab vno fauore maſculorum, ab hæreditate omnium ex- cluſa diceretur, ſecundum magis communem opinio- nem, de qua Theſaur. *de iſt. 62. num. 3. verſ. ſecundus ca- ſus, & ſequitur Gratian. dicept. Forenſ. lib. 1. cap. 35. nu. 1. & ſeqq.* vbi propterea num. 5. ampliat, etiam ſi ſtatutum alternatiuè non loquatur, & reſtat, hanc eſſe magis communem opinionem, & nonnullas Rotæ deciſiones allegat.
- 168 Decimo quinto notabiliter limitatur, vt ſtatutum excludens feminas exiſtentes in pari gradu, non in- telligatur excludere ſororem à ſucceſſione fratris per exiſtentiam filij alterius fratris, Rot. Roman. *dec. 385. part. 4. nouiſ.* mulier enim eſt in ſecundo gradu, maſcu- lus in teſtito. Nec dicatur, maſculum ſuccedere repræ- ſentatiuè, nam ſuccedit repræſentatiuè ad hoc, vt vna cum femina ſuccedat, non autem ad hoc, vt ipſam ex- cludat, ſic reſpondet Rot. *loc. cit. num. 3.* Cui opinioni, licet ſit Rotæ Romanæ, aſſentire non poſſum; ſi enim in caſibus, in quibus datur repræſentatio, diuerſitas graduum reſpectu ſucceſſionis non conſideratur; vi- demus enim nepotes vna cum patris ad ſucceſſio- nem patris æqualiter ſuccedere, non video, cui nœ nepos in eſu propoſico, quantum ad ſucceſſionem non poſſit dici in pari gradu cum ſorore: Præterea, ſi pater viueret, excluderet proſecto ſororem, cur igitur eandem non excludet filius, qui partem repræſentat? Nec obſtat reſponſio, patrem repræſentare quantum ad ſucceſſionem, non autem quantum ad excluſio- nem ſororis; nam reſpondetur ſat eſſe, partem repræ- ſentare quantum ad ſucceſſionem, excluſio enim ſe- quitur in neceſſariam conſequentiam: ſi enim iſte ne- pos quantum ad modum ſuccedendi repræſentat pa- trem,

- item, & pater succedendo fratri excludit sororem, etiam ipse eam excludere debet presentando patrem; illa enim representatio ponit ipsum quantum ad successionem in eodem gradu, in quo erat pater & sic debet excludere sororem patris, prout ipse pater eam exclusisset.
- 169 Decimosexto limitatur, ut exclusa ab hereditate vnus, non intelligatur amplius exclusa, si illa hereditas ad aliam transeat personam; † hereditas enim adita, non dicitur amplius hereditas defuncti, sed aduentis, Bart. in l. 3. in princ. ff. de bon. poss. necnon in rub. de acquir. hered. & in l. eius, qui in prouincia. ff. si eor. p. m. facit tex. in leg. sed si plures, §. filio, ff. de vulg. & pup. & in l. heres per seruum, ff. de acq. hered. & docet Caspeg. de date. part. vltima, quasi. 67. Brun. de statut. art. 8. num. 75. & seqq. Natt. pariter de stat. quasi. 4. principali, in quinta questione.
- 167 Decimosextimo limitatur, ut exclusus ab hereditate vnus, regulariter non intelligatur exclusus ad hereditate alterius, Brun. de stat. art. 8. num. 81. & seqq. quod tamen multis in casibus dicunt non procedere, & precipue dubitant, an exclusus ab hereditate matris, intelligatur etiam exclusus ab hereditate patris, de quo Paul. de Castr. consil. 338. in antiquis: & an exclusus ab hereditate fratris censetur exclusus ab hereditate sororis, de quo Roman. in consil. 148. & an exclusus ab hereditate matris debeat dici exclusus à successione fratris, de quo Aret. in consil. 161. & an exclusus à successione patris, sit etiam exclusus à successione auis, de quo Brun. d. art. 8. num. 92. de quibus apud supradictos latius videri potest.
- 171 Decimosextimo limitatur, ut mulier exclusa à statuto, possit dicere donationem patris inofficiolam respectu tamen dotis, in qua dicitur creditrix, l. fin. C. de dot. prom. prout quando ipsi legitima debetur, leg. prima, & 2. & l. si totas, C. de ineff. donat. Brun. de stat. art. 9. num. 70.
- 173 Decimonono limitatur, si masculus renuntiet beneficio statuti, & velit feminas ad successionem admitti, iuri enim municipali in proprium fauorem induci quilibet renuntiare potest, leg. si quis in conscribendo, C. de pact. Paul. de Castr. in leg. Titio centum, §. Titio genero, ff. de condit. & demonstr. Caspeg. de dotis, parte vltima quasi. 29. Ac ideo Paul. de Castr. loco citato infert, quod si statutum manderet, sorores exclusas à fratribus dotari, ipsi poterunt renuntiare beneficio statuti, † sorores admittere ad successionem, & se liberare ab onere dotandi, Alb. in 2. part. stat. in quasi. 102. Caspeg. loco supradictato, Brun. de stat. art. 10. nu. 5. vsque ad num. 11. quod ampliant etiam † si renuntians sit minor, volunt enim hunc esse casum, in quo non datur postea restitutio in integrum, Bald. in l. non pro num. C. ad O. sic. in lett. ant. & hanc opinionem communem dicit Soc. consil. 107. lib. 1.
- 176 Vigesimo limitatur, ut femina exclusa temporali-ter deficientibus masculis reintegrari debeat, quomodo autem, & in quibus terminis id procedat, dictum fuit superius in cap. preced.
- 77 Vigesimo primo limitatur, ut statutum excludens feminas ob masculos non procedat, si masculus excludens statim moriatur, Gab. in suis com. opin. in sit. de stat. conclus. 4. in fin. Mich. de Grass. in §. successio, quasi. 3. sub num. 8. in fin.
- 178 Vigesimo secundo limitatur, ut statuta excludentias feminas per masculos, non procedant in filiis legitimis tantum, ut sunt adoptati, vel arrogati, Brun. de stat. art. 12. in prima quasi. Mich. de Grass. in successio, quasi. 21. Et dicam infra de legitimis filiis,
- 179 Vigesimo tertio limitatur, ut feminae non excludantur propter existentiam naturalium tantum, etiam si ipsae pariter feminae essent naturales, quod eo magis dicendum est, spiritibus solum existentibus, Brun. dist. art. 11. num. 30. & seqq. Mich. de Grass. loc. cit. quasi. 18. & dicam infra de spiritibus, & naturalibus.
- 180 Vigesimo quarto limitatur, ut feminae non excludantur per existentiam legitimatorum, Brun. in dist. artic. 11. a num. 47. vsque ad num. 85. Mich. de Grass. in dist. §. successio, quasi. 19. & dicam infra de legitimatis per testatum; & de legitimatis per subsequens matrimonium.
- 181 Vigesimo quinto limitatur, ut feminae non intelligantur exclusae, si masculi non succedant, Bart. in l. 2. §. sed si, ff. ad T. res. Soc. consil. 35. num. 16. lib. 4. necessarium enim esse dicunt, ut masculi cum effectu sint heredes, Corn. consil. 125. lib. 4. & de communi Mich. de Grass. in §. successio, quasi. 13. num. 12. Natt. de stat. quasi. 3. princ. in 7. quasi.
- 182 Quod ampliant, etiam si masculi fuerint conditionaliter vocati Corn. consil. 12. num. 2. & consil. 341. lib. 1. consil. 48. & consil. 97. lib. 2. consil. 207. lib. 3. & consil. 84. lib. 4.
- 183 Declaratur tamen haec ampliatio, si feminae fuerint exclusae fauore masculorum, ut dixit Brun. de artic. 12. num. 87. secus si excluderentur ob existentiam alicuius, qui ad successionem propter hoc non intelligeretur vocatus, Corn. consil. 95. & consil. 98. lib. 2. Brun. loc. cit. Laur. de Palat. de stat. num. 23.
- 184 Exemplum supra positae limitationis potest dari in deportatis, qui non succedunt, Alex. in leg. prima n. 2. C. de hered. inst. Mich. de Grass. in §. successio, quasi. 6. † necnon in banntis, qui admittunt ius succedendi ex beneficio statutorum Ciuitatis, à qua sunt bannti, Mich. de Grass. loc. cit. quasi. 8. in his, qui hereditati renuntiauerunt, de quibus renuntiationibus dicam infra in cap. sequenti, ac in omnibus aliis, quis ex aliqui legis dispositione non succederent, Corn. consil. 61. lib. 4. de quibus, ac aliis similibus exemplis videri potest Brun. dist. art. 11. a num. 89. vsque ad num. 124.
- 186 Vigesimo sexto limitatur, ut statutum excludens cognatas propter agnatos, non intelligatur excludere cognatas propter agnatas, fauore enim masculorum familia statuta facta praesumuntur, B. l. consil. 290. inter Conf. Arg. Corn. consil. 11. 74. & 339. lib. 1. & vers. 214. lib. 1. vbi dicit, quod statutum excludens matrem propter agnatos, eam non excludit propter amitam; alias exempla similia ponit Brun. d. art. 12. a num. 118. vsque ad num. 160. & ad propositum conferunt tradita per Hond. in consil. 7. & 8. lib. 2. vbi consuluit, † statutum vocans agnatos non intelligi vocare agnatas, & masculinum in his casibus, non concipere femininum; cum cesset ratio statuti nempe conseruandae agnationis, licet enim etiam femina sit agnata, attamen dicitur finis agnationis, cum ipsam agnationem destruat; ut bene post alios considerat Theaur. de res. 37. num. 5. qui per totam illam Decis. hanc probat sententiam, vbi ad propositum videri possunt.
- 188 Vigesimo septimo limitatur, ut statutum excludens feminas extantibus fratribus, debeat intelligi extantibus fratribus ipsatum, feminatum, quae excludi debent, non autem defuncti; non est enim sumenda interpretatio, ut transversalis excludat filias, & descendentes, ut dixit Corn. consil. 125. lib. 4. Soc. consil. 9. lib. 2. Ial. in leg. prima vers. item ultra alios, C. de success. ad ill. quam opinionem late probauit Brun. art. 12. nu. 216. & seqq. vbi etiam contrarius responderet. Prout etiam † statutum excludens feminas ob filios, & nepotes, intelligitur de nepotibus ex filiis, qui proprie

- 190 sunt nepotes: † Si verò eas excluderet propter fratres, & nepotes, seu patruos, & nepotes, intelligeretur de nepotibus ex fratre, secundum distinctionem Brun. *loc. cit. num. 246. de quo latè Natt. de stat. quest. 3. princ.*
- 191 in quinta questione. Volunt etiam, † quod si expressè statutum disponenter, ut frater defuncti excluderet filiam, esset etiam exclusa à proprio fratre, aliter sequeretur, ut filia esset exclusa à patruo, & non à fratre proximo, ut ipse Natt. *loc. cit. quest. 6. optime probat, de quo etiam Campegi. in ult. par. trall. de dote. quest. 4.*
- 192 Vigesimo octavo limitatur, ut statutum excludens feminas stante hærede masculino, non verificetur in filio, vel nepote patrem representante, Paul. de Cast. *consil. 96. in antig. Brun. diel. art. 13. num. 171. conferunt dicta superius num. 168. cui tamen opinioni non assentio, ut ibi.*
- 193 Vigesimo nono limitatur, ut statutum excludens filiam ob existentiam filij masculi, mandans non dotatam dotari, si subiungat, disposita in filiis locum habere debere in fratribus, patruis, & auunculis, debeat intelligi, singula singulis referendo: & sic, quod frater excludat sororem, patruus amitam, auunculus materam, & sic de singulis, Corn. *consil. 115. nu. 10. & seqq. lib. 1. Brun. loc. cit. num. 285.*
- 194 Trigésimo limitatur, ut statutum vocans agnatos exclusis feminis, intelligatur eos vocare, secundum dispositionem iuris communis, & sic ordine successivo, etiam si plures agnati fuerint copulatiuè nominati, facit tex. in §. fin. *Insi. de cap. divinu. & conferunt tradita per Doctores in leg. Gallus, §. quidam, ff. de lib. & post. Brun. art. 14. num. 60. & seqq. & in stirpes etiam, & non in capita intelligantur vocati. Brun. loc. cit. nu. 71.*
- 195 Trigésimo primo limitatur, ut statutum excludens dotatas, non comprehendat eas, quæ fuerunt dotatæ, antequam statutum esset conditum, Natt. *de stat. quest. 2. princ. num. 108. qui tamen reliquit cogitandum: sed contrarium profectò est dicendum, quia licet statutum non trahatur ad præterita, tamen cum disponat circa successionem futuram, non præterita, sed futura respicere dicitur, de quo Brun. de stat. art. 6. num. 159. & dictum fuit superius num. 61. & 62.*
- 196 Trigésimo secundo limitatur, ut statutum excludens dotatas, non intelligatur eas excludere fauores feminarum, quæ non sint dotatæ, cum solum fauore agnationis familia statuta promulgata præsumantur, Natt. *de stat. quest. 3. princ. in nona quest.*
- 197 Trigésimo tertio limitatur, ut femina exclusa à statuto, intelligatur exclusa ab illis bonis, quæ consequi posset iure hæreditario, secus si ea consequi deberet vigore alicuius instrumenti; & est ratio, quia cum statutum excludat à successione, non intelligitur excludere ab his, quæ iure successionis non perueniunt: Natt. *de stat. quest. 4. princ. in 7. quest. Campegi. de dot. parte ultima quest. 21. quod tamen sibi locum non vindicet respectu iuris præsentandi ad ius patronatus, à quo diceretur exclusa, Fed. de Senis consil. 111. vers. præterea. Anch. in clem. plures, de iur. patr. Lamber. de iur. patro. lib. 1. part. 2. artic. 15. istud enim ius transit ad hæredes veros, licet extraneos, non item ad hæredes sanguinis, & testatur sic consuetudine obseruari.*
- 198 Trigésimo quarto limitatur, ut statutum præferens fratrem soroti, non habeat locum supersite patre, sit exemplum in statuto excludente sororem vtrinque coniunctam, si adit frater ex latere patris tantum; quæ supersite patre, succedit vna cum patre, excluso fratre ex latere patris tantum. Vel stante statuto, ut frater coniunctus ex latere patris tantum, excludat sororem vtrinque coniunctam, si vna cum sorore v-

trinque coniuncta adit etiam mater, ille frater coniunctus ex latere patris tantum, sororem non excludit, sed soror vtrinque coniuncta vna cum matre succedit, Bar. in leg. prius, §. qui habet filium, num. 4. ff. de bon. poss. contr. tab. Bal. in l. si quis filium, in fin. C. de inoff. testamento, & docent alij, quos allegat Io. de Guid. in consil. 64. num. 2. 3. 4. & 5. inter consil. ult. volunt. diuers. lib. 1. & probat Corn. in consil. 169. num. 2. lib. 4. & de rationibus apud ipsos.

- 199 Trigésimo quinto limitatur, ut stante statuto exclusio feminarum, frater vterinus non excludat sororem vterinam, sed de hoc dictum fuit supra in cap. 9.
- 200 Trigésimo sexto limitatur, ut statutum in successionebus transuersalium vocans masculos ad feminarum exclusionem, non procedat, si agatur de successione feminæ, secundum nouam Saldi decisionem,
- 201 vbi de rationibus: ex quo inferri potest, quod † soror exclusa à successione fratris, per existentiam alterius fratris, non poterit dici exclusa à successione sororis, licet fratres adint, ut nouissimè latè ex pluribus probauit Rota die 14. Junij 1630. coram Merlino in vna Romana successione; qui id ex pluribus probat, & respondet contrariis.

## S V M M A R I V M.

- 1 Pactum super hereditate viuentis, quatuor modis fieri potest.
- 2 Pactum de sibi conseruanda successione, in quibus casibus valeat.
- 3 Donarius potest conuenire cum donante, ut non obstant ingratitudine iam commissa, donationem consequi possit.
- 4 Pactum de succedendo tanquam contra bonos mores, non valet.
- 5 Pactum super hereditate viuentis fieri non potest.
- 6 Paciscens super hereditate viuentis, eius successione priuatur: quod volunt etiam in minore locum habere, n. 7.
- 8 Denuntians fisco pactum factum super hereditate viuentis, tertiam incratat partem, & si quis se ipsum denuntiat, medietatem.
- 9 Pactum super hereditate viuentis, consentiente domino valet.
- 10 Consensus illius, de cuius præiudicio agitur, an, & quando faciat cessare delictum.
- 11 Delicta secundum quid, qua sint.
- 12 Pater non potest pacisci de sua hereditate cum filia.
- 13 Minores, qui non possunt se obligare, non possunt etiam obligationem contrahere alio consentiente.
- 14 Alius regulariter tribui solus facienti, non consentienti.
- 15 Pactum super hereditate viuentis cum clausula, consentiente tamen domino, valet.
- 16 Pactum super hereditate viuentis, si fiat cum eo, de cuius hereditate agitur, an valeat.
- 17 Consensus, ut aliqui paciscantur super propria hereditate, potest quancumque renouare, ut quid stante inrauento.
- 18 Pactum de certis bonis, ac rebus certis, non antea de tota, vel quata hereditatis, valet.
- 19 Pactum super hereditate viuentis fauore matrimonij, quando valeat.
- 20 Pactum equaliter instituendi filiam cum filio, etiam up-positum in contractu matrimonij, non valet.
- 21 Pactum, quando dicatur appositum per modum vltimæ voluntatis, remissiuè.
- 22 Pactum de non succedendo, non valet.
- 23 Filius, qui habuit legitimam, potest valide renuntiare successioni: adeo in filia, qua habuit dote, nu. 24.
- 25 Inramentum firmat pactum de non succedendo, non potest per absolutio, num. 45.



- 26 Statutum disponens, mulieres non posse contrahere sine consensu propinquorum, non habet locum, si filia contrahant cum patre.
- 27 Stimulum loquens in contractu, procedit etiam in distractu.
- 28 Legitima supplementum semper peti potest, non obstant quacumque renunciatione.
- 29 Renunciatio filiarum cum iuramento, nocet etiam omnium filius nasciturus: nisi tamen renunciantes prius decedant, num. 30. tunc enim filius non praeiudicat, etiam si renunciatio facta fuerit cum iuramento, num. 31. & etiam si dictum fuerit, renunciationem filius praeiudicare debere, num. 32. ac etiam si filii essent heredes matris cum beneficio tamen legis, & inventarii, num. 33. & quid si mater dixisset, se dote contentam esse velle, num. 34.
- 35 Filius, qui aliquo recepto renunciat hereditati paternae, facit alii partem.
- 36 Dote, seu alterius portionis receptio non est in casu, ut quis succedere non possit.
- 37 Renunciatio facta à filia de bonis paternis, an si patri supervixerit nocet filio, & num. 60.
- 38 Successorium edictum cessat in eo, qui aliquod pro sua portione receperit.
- 39 Successorium edictum cessat, quando alij succedant per sua accrescendi.
- 40 Ius accrescendi non habet locum, quando alter ex propria persona succedit.
- 41 Renunciatio propter semetipsum, non praeiudicat filio.
- 42 Renunciatio facta à filia de bonis paternis cum iuramento, non potest revocari etiam superveniens filio.
- 43 Renunciatio de bonis paternis cum iuramento valet, etiam si facta fuerit à minore.
- 44 Renunciatio cum iuramento facta de bonis paternis, non requirit insinuationem, cum iuramentum soleat tollere defectum insinuationis.
- 45 Filia, qua renunciavit, instituta succedit.
- 47 Renunciatio successioni ex testamento, nondum facta institutione, non valet: secus si renunciatio iam fuerit instituta, num. 48.
- 49 Pactum de non succedendo in casu ingressu religionis, non valet: secus si adhuc esset exclusus, num. 50. Verum alij contrarius absoluit tenent, ut num. 51. & seqq.
- 52 Hereditas, qua deferretur Monacho post ingressum religionis, dicitur deferri Monasterio immediate secundum Canonistas, legista vero volunt deferri Monacho, & ipso mediante Monasterio, num. 53.
- 54 Monachus post ingressum religionis, nullam habet rerum suarum administrationem.
- 55 Renunciatio, quomodo dicatur transferri in tempus delata hereditatis, & num. 61.
- 56 Approbare quis debet factum illius persona, ex qua lucrum capitur.
- 57 Monachi obligatio contracta ante ingressum religionis, transit in ipsum Monasterium.
- 58 Renunciatio honorum non potest removere ab ingressu religionis.
- 59 Renunciatio facta ob ingressum religionis, non dicitur conditionalis, si nempe renunciatio deferatur.
- 60 Renunciatio mariti, non praeiudicat filio, si fuerit patri praesentia, & quare.
- 61 Renunciatio facta ab ingredientibus religionem valet, si Sacro Concilio Tridentino disponente, & an, & quando sit necessarium eas facere per duas menses ante professionem, num. 63.
- 64 Iudaei an possint valide cum iuramento successione renunciare, & num. 66.
- 65 Iuramenti duo considerantur effectus.
- 67 Filia, qua iuravit successioni non renunciare, non potest

- renunciare, nec etiam cum iuramento.
- 68 Mulier iurans non alienare fundum dotalem, non potest ipsum valde alienare, quod declaratur nu. 69. 70. 71.
- 72 Alius sequens factus contra iuramentum precedentem, valet.
- 73 Renunciatio facta à filia favore masculorum, non habet locum, si masculi decedant viro patre, nisi tamen fuerit renunciatum iuri competituro, num. 75.
- 74 Renunciatio non valet, si non extet persona, cuius contemplatione facta est.
- 76 Renunciatio facta à filia ob aliam causam, quam favore masculorum, valet, etiam si masculi decedant viro patre.
- 77 Renunciationem non fuisse factam favore masculorum, coniecturis demonstratur.
- 78 Renunciatio facta à filia, in dubio praesumitur facta favore masculorum: tamen non ardeat patrem ad intendendum masculos.
- 79 Renunciatio facta à filia favore masculorum, & ad hoc, ut conservetur agnatio, an habeat locum, si masculi decedant post mortem patris.
- 80 Renunciatio successioni cum iuramento, non potest ab intestato succedere.
- 81 Renunciatio dolo, vel metu extorta, non valet.
- 82 Patri praesentia non inducit metum, nisi praecedant vitia, & num. 83.
- 84 Metus in materia renunciationem, quomodo probetur, remissum.
- 85 Pactum de non succedendo, si fiat cum alio, quam cum patre, & non successioni paternae, non valet, nec etiam cum iuramento.
- 86 Statutum potest disponere, ut mulieres non possint iurare.
- 87 Renunciatio facta à filia, nulla recepta dote, an valeat, & quid si non fuerit dote de bonis paternis, nu. 88.
- 89 Renunciatio facta à filia de bonis paternis non valet, si enormissima adfuerit laesio.
- 90 Laesio in renunciationibus qualis esse debeat, & plures considerantur casus, num. 91. & quod in filia, qua renunciavit successioni paternae debeat esse circa dotem, num. 92. & quod prius debeat peti absolutio iuramento, num. 93. nisi tamen etiam legitima fuerit renunciatio, num. 95.
- 94 Laesio in dote in ingrediente Monasterium non consideratur.
- 96 Renunciatio iuri de futuro, non valet.
- 97 Renunciatio cum reservatione iuris succedendi ab intestato, quid operetur.
- 98 Reservationis natura est, ut nullum ius de novo tribuat.
- 99 Renunciatio de bonis paternis, & maternis non extenditur ad bona fraternalia.
- 100 Renunciationes facta à sororibus uni ex fratribus, an, & in quibus casibus prosint aliis, & num. 101.
- 102 Renunciatio filia facta patri, vel fratri favore agnationis, quid operetur.

De renunciationibus factis à filiabus de bonis paternis, ac maternis, & de pactis super hereditate viventis

## CAP. XII.

Sorores, iure communi inspecto, una cum fratribus succedere, non est dubium: verum, dum nuptui traduntur, dotisque recipiunt, aliis bonis paternis, ac maternis renunciare solent: de quibus renunciationibus

- bus latè infra erit agendum. Sed ad huius rei introductionem prius breuiter videamus, an, & quando valeat pactum super hereditate viventis: quod ¶ quatuor modis contingere potest. Primo, vt fiat pactum de sibi conseruanda successione amissa. Secundo, de succedendo. Tertio, de diuidenda hereditate alicuius tertij. Quarto, & vltimo, de non succedendo.
- 1 Et quantum attinet ad primum, aut hereditas, seu spes succedendi fuit amissa propter proprium, delictum, aut propter iuris rigorem: primo casu, aut delictum fuit commissum, & fieri potest pactum de conseruanda sibi successione, prout si fuisset alicui facta donatio,
  - 2 Tunc propter donatarij ingratitudinem veniret reuocanda, donatarius possit conuenire cum donante, vt non obstante ingratitudine iam commissa, donationem consequi debet, *l. fin. C. de reuoc. donat.* quod tamen notabiliter limitatur, si delictum redderet delinquentem ipso iure incapacem, vt post Rimin. & alios dixit Cagnol. *in l. fin. nu. 157. C. de pact.* Si verò delictum non fuit commissum, & iuris rigor disponat, vt ob illud delictum hereditas amittatur, alia est distinctio, quod aut contra hanc iniis prohibitionem testamentum prouideri potest, ita vt adhuc ille insti tui possit, & pariter pactum de conseruanda sibi successione valet, ad *tex. in §. fin. Instit. de leg. agnat. success.* aut testamento non potest prouideri, & tunc nec etiam pacto id fieri potest, *cap. 1. de success. feud. Bart. in d. leg. fin. C. de pact.* & docent alij, quos ibidem citat Cagnol. numero 157. & 158. de quo pariter videri potest Dec. *in consil. 192.*
  - 3 Pactum verò de succedendo non valere, omnes concordant, cum sit contra bonis mores, auferatque liberam testandi facultatem, contra *tex. in leg. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. oblig.* quod tamen declarandum est, non procedere, si fiat per viam donationis, in quibus tamen, in quibus donatio valet:
  - 4 Tertium pariter caput parum difficultatis habet, non posse nempe fieri pactum super hereditate viventis, vt probat *tex. in d. l. fin. C. de pact.* quod non solum procedit in extraneis, sed etiam in filiis, scribentes *in d. l. fin. Grat. in §. successio, quæst. 9. nu. 5. ¶ Quod adeo verum est, quod si fiat pactum super hereditate viventis, paciscens priuetur ipsius successione, l. quidam. §. fin. cum l. seq. ff. de donat. l. 2. in fin. de his, qui vt indig. & filio applicatur, l. Papinianus, §. munitio, ff. de inoffic. testamento, l. 1. C. de his, qui vt indig. gl. in l. nam ei, ff. de donat. scribentes *in d. l. fin. C. de pact.* ¶ Quod ampliant in minore per *tex. in l. 2. & 3. & si minor maior fecer. licet pena arbitrio iudicis esset imponenda, Menochi. de arbitr. casu 319. n. 14.* Et quomodo iudex in hoc se gerere deberet, docet Odd. *de restit. in integ. in 2. part. q. 8. art. 9.* ¶ Et id filio denunciatus tertiam lucratur partem, si verò paciscens se ipsum deserat, medietatem hereditatis habebit, *leg. Senatus, §. Senatus, ff. de iur. Fisco.**
  - 5 Quæ conclusio primo limitatur, si pactum fuerit factum consentiente domino hereditatis, vt probat *tex. in d. l. leg. fin. C. de pact.* & ibi scribentes. Nec obstat huic limitationi, si dicatur, hoc pactum continere dictum, ita vt ¶ consensus illius, de cuius præiudicio agitur, non possit facere, quominus sit delictum, vt dixit Salyc. *in d. l. leg. fin. delicta* enim sunt in duplici differentia: sunt enim delicta simpliciter, vt homicidium, adulterium, & similia, & in his verum est, consensus ad excludendum delictum nihil operari:
  - 6 ¶ Secundum quid verò dicuntur delicta illa, quæ de ipsorum natura non sunt delicta, nisi aliquo conuen-
- rente, vel deficiente, vt in casu proposito; pacisci enim super hereditate viventis est delictum solum, si non ad sit consensus domini hereditatis, & in his terminis non procedit doctrina Salyc.
- 7 Nec minus obstat *tex. in l. pactum, C. de coll. vbi probatur, patrem non posse pacisci, & disponere de sua hereditate cum filia, ergo multo minus poterit consentire, vt alij paciscantur; Respondetur enim pacisci cum filia patrem non posse, quia hoc modo ligat sibi manus, & auferat a se liberam testandi facultatem, quod non est in casu supradictæ limitationis, cum ille consensus nō liget consentienti manus, ita vt ipsum reuocare non possit, cum imo semper in eius sit arbitrio, ipsum reuocare, vt dicitur *infra num. 17.* ac propterea volunt interuenire posse, etiam ex post facto, *Bald. in l. fin. C. de pact. Alex. in consil. 113. nu. 18. lib. 6. Dec. in consil. 31. sub num. 4.* qui tener etiam, tacitum consensum sufficere. Animaduertendum tamen est, quod licet validitas istius pacti pendeat à consensu illius, de cuius hereditate agitur, attamen dicitur contractus paciscientium, non consentientis; vnde si ad sit ¶ statutum, vt minores non possint se obligare absque aliquibus solemnitatibus, nec etiam sic pacisci poterunt, quicquid videatur tenere Dec. *in d. l. fin. pactum enim est minoris, licet maior consentiat: regulariter namque**
  - 8 ¶ actus attribuitur facienti, non consentienti, vt videmus in aditione hereditatis; si enim seruus adeat hereditatem in suu domini, illa aditio seruo, non domino tribuitur, *Bart. in l. in qui, num. 13. & 31. ff. de acq. hered. & in leg. cum filio, ff. de vulgar. & pup. præterquam quod hoc etiam casu non cessat ratio considerata à statuto, quæ est, ne minores decipiantur.*
  - 9 Secundo limitatur conclusio, si in pacto apponatur clausula, consentiente tamen domino, nec aliter, nec alio modo, prout dici solet in Emphyteusi, quæ amittitur ob alienationem itrequisito domino factum, *leg. vltima, C. de iur. Emphyt. & tamen locus est, si hæc apponatur clausula; vt post alios optimè docet Aurelius Corbulus conciliis meus in suo Tract. de caus. ex quib. Emphyt. iure suo priuetur, in tit. de causa ob alienat. itrequis. dom. nullam, limitat. 57.*
  - 10 Tertio limitatur, secundum aliquos, si fiat pactum cum eo, de cuius hereditate agitur, *Alex. consil. 113. nu. 16. & seq. lib. 6. Dec. consil. 31. n. 4.* præcipue si fuerit iuramento vallatum, *Bald. in c. moribus. si de feud. fuerit contr. Dec. consil. 655. nu. 16. Did. in c. quamuis, de pact. in 6.* Verum animaduertendum est, nec minus hoc casu vt pactum valere, improbatum namque etiã cum eo, de cuius hereditate agitur, *l. pactum, C. de coll.* cum dicatur contra bonos mores, contineat votum captandæ mortis, & impediatur liberam testandi facultatem, vt optimè deciditur per Capel. *Tholos. decif. 453. & Alex. & Dec. loquuntur in terminis primæ limitationis, vt nempe valeat in vim supremi iudicij; si ille, de cuius hereditate agitur, in eadem voluntate perseueret, ad *tex. in l. fin. C. de pact. libi: nisi ipse farsè, vbi Bart. nu. 17. Salyc. nu. 10. Dec. nu. 6. Iaf. nu. 11. Bal. nu. 22. Rom. nu. 89. Curt. nu. 7. & 16. Valq. de success. creat. §. 18. req. 29. limit. 1. nu. 170.**
  - 11 Ac propterea ¶ talis consensus reuocari potest, vt præcipue notat Dec. *in d. l. fin.* quæ reuocatio operatur nō solum quantum ad reuocantem, sed etiam quantum ad tertios paciscentes, *Petr. de Anch. consil. 403. sub num. 2. vers. sed his non obstantibus, Grat. in §. successio, q. 9. nu. 5. vers. quod intelligi: quod adeo verum est, vt nec etiam iuramentum faciat illud irrevocabile, vt contra *Bald. in d. c. moribus, & alios, qui eum sequuntur, reuocantur gl. in d. l. fi. C. de pact. & Iaf. n. 5. Bart. n. 9. Cagn. n. 11. Alex. consil. 28. n. 7. & seq. lib. 3, vbi de cōmuni testatur, & eandem**

dem communem appellant multi, quos refert, & sequitur Graf. in d. 9. nu. 7. *vers. contrarium*, & alij relati per Olfac. *decif. 100. num. 31.* vbi inquit, constanter hanc opinionem amplectendam esse, quam pariter sequitur Bald. sibi contrarius in *conf. 148. nu. 1. lib. 5.* idem voluit Vasq. in d. 9. 18. *reg. 29. limitat. 1. num. 201.* & *seqq.* qui probat, pactum inter patrem, & filium non obstante iuramento posse renouari, hoc pariter placuit Thesaur. *decif. 225. num. 6. vers. aut verò sumus*, stante maximè inæqualitate, quæ hinc inter fratres oritur, vt per Thesaur. *laco citato num. 10. vbi filius in additio.* de quo pariter per Barz. *decif. Bon. 14. num. 5.*

Quod autem dictum fuit, pacta similia non firmari iuramento, non est absolutè admittendum, nisi cum hac distinctione: aut sumus in pacto inito super hæreditate viuentis, infcio eo, de cuius hæreditate agitur, ad *tex. in l. fin. C. de pact.* & cum sit contra bonos mores contineatque votum captandæ mortis, & sit plenum tristissimi euentus, non firmatur iuramento, & in istis terminis procedunt doctrinæ supra allegatæ. Si verò pactum fiat cum eo, de cuius hæreditate agitur, iuxta *l. pactum, quod dotali, C. de pact.* & tunc cum non sit contra bonos mores, nec contineat votum captandæ mortis, stante consensu eius, de cuius hæreditate agitur, bene iuramento firmatur, ita fædere distinctionis has diuersas opiniones conciliat Thesaur. in d. *decif. 225. num. 6.* & clarius tradit ibi Gasp. Thesaur. in *addit.* dicens, quod aliud est pactum de hæreditate viuentis, eo infcio, aliud est pactum de futura successione cum eo, de cuius hæreditate agitur: in primo enim casu, pactum non valet, nec firmatur iuramento, quia est contra bonos mores, & continet votum captandæ mortis. In secundo verò casu, pactum non valet, quia impedit solum liberam testandi facultatem; ac propterea iuramento firmatur *Callan. consil. 61. num. 35. Seraph. de priuileg. iur. priuileg. 10. nu. 7.* quos sequitur Gaspar. Thesaur. in d. *additione*, & testatur in facti contingentia, sic iudicasse Senatum Pedemont.

18 Quarto limitatur in pactis de certis bonis, ac rebus certis, non autem de tota, vel quora hæreditatis, vt per *l. fin. C. de pact. 8. num. 38. inter consil. Brun. Socin. consil. 10. num. 18. inter ead. consil. Dec. consil. 61. sub nu. 2. vers. secus videtur*, & rursus *consil. 516. num. 1.* Thesaur. *decif. 225. num. 11.* & docet Hond. *consil. 40. nu. 31. lib. 1. Menoch. consil. 904. num. 30.*

19 Quinto limitatur, si fiat in contractu matrimonij, cuius fauore pactum istud sustinetur, Crauet. *conf. 256. num. 1. ad fin.* & docent alij, quos refert Menoch. *conf. 1. nu. 162. lib. 1.* quod pariter sequitur in *conf. 904. nu. 35. vol. 10.* tunc enim pars ipsius matrimonij censetur tale pactum, *Natt. consil. 609. num. 3.* vnde quemadmodum irrevocabile est matrimonium, irrevocabile pariter censetur istud pactum. Quod tamen intelligere oportet, si fiat non per modum vltimæ voluntatis, aliter enim auferret liberam testandi facultatem, quod in iure reprobatum existit, non obstante etiam iuramento, fauorabilior enim est testandi facultas, quam matrimonium, *l. pactum, quod dotali, C. de pact.* vbi *Dec. nu. 7.* ad quod conferunt tradita per Bald. in *leg. cum Arthemidoram, C. vt in poss. leg. quem sequitur Tiracq. de iur. primog. quæst. 6. num. 17. & 29. Rub. consil. 130. nu. 1. Pop. in leg. pactum, n. 8.* varios citat Menoch. *conf. 92. num. 15. lib. 1. Alber. in dicit. leg. fin. C. de pact. num. 6.*

20 vbi expresse affirmat, t quod si quis filiam nuptui tradiderit, cum pacto eam æqualiter instituendi cum filio, non obstante pacto potest filiz minus relinquere, pacto enim non datur hæreditas, *leg. hæreditas. C. de*

*pact. conuens. vbi omnes notant, & Grass. in dicit. 9. successio. quæst. 9. num. 4. vers. quinimo procedit*, vbi post Tiracq. affirmat, hanc esse vetiorem, & receptiorem opinionem. † Quando autem pactum dicitur appositum per modum vltimæ voluntatis, ita vt sit de futura successione docet Bartol. in *leg. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verborum obligat. & in leg. fin. C. de pact. & in consil. 120. lib. 1.* de quo dicam infra in *cap. 40. nu. 17.* vbi vide.

21 De quarto, & vltimo capite nunc videndum est, an nempe valeat pactum de non succedendo, circa quod vna cum scribentibus in *dicit. l. fin. C. de pact.* constituenda est regula negatiua, pactum de non succedendo non valere, *leg. penult. C. de suu. & l. leg. pactum, C. de collat. cuius rei plures assignantur rationes*, de quibus per *l. fin. d. l. pactum*, & per scribentes in *d. l. fin. C. de pact.* sed *Cagnol. ibi num. 198. & seq.* concludit difficile esse, bonam, ac concludentem assignare rationem.

22 Quam regulam primo limitant, si paciscens iam portionem habuisset ad suam legitimam ascendentem, per *tex. in leg. 1. §. si parens, ff. si quis à parent. suorum manum. scribentes in dicit. leg. fin.* vbi *Cagnol. præcipue n. 198.* Et licet hanc limitationem multi intelligant, procedere solum secundum iura antiqua, secundum quæ sufficiebat habere legitimam quocumque titulo, vt in *l. Papinianus, §. si quis mortis, ff. de inoff. testamento*, secus autem secundum iura nouissima; cum honorabili titulo institutionis debeat relinqui, §. aliud quoque *capitulum, Auth. vt cum, de appell. cognosc.* contrarium tamen voluit *Alex. in consil. 180. lib. 5.* quem refert, & sequitur *Cagnol. in d. l. fin. num. 201.*

23 Quæ limitatio ampliatur, vt procedat etiam in feminis, quæ dotem receperint, stantibus statutis, vt existentibus masculis, feminæ dote contentæ esse debeant, si enim renunciauerint bonis paternis, & maternis, valet renunciatio, prout si legitimam habuissent, cum, stantibus similibus statutis, loco legitimæ, dotem tantum prætereendere possint, vt suis locis fuit dictum.

24 Secundo limitatur, si in pacto de non succedendo fuerit appositum iuramentum, ad *tex. in cap. quamuis, de pact. in 6.* vbi habetur, quod licet pactum factum à filia de non succedendo recepta dote, de iure civili non valeat, si tamen fuerit iuratum, obseruari debet, quam limitationem firmant omnes in *d. leg. fin. C. de pact. & in d. l. pactum, C. de collat.*

Cuius rei, vt clara habeatur resolutio, venit hæc limitatio amplianda, & multis modis limitanda. † Ampliatur igitur primo, etiam si statutum adsit, vt mulieres non possint contrahere sine consensu suorum consanguineorum, seu propinquorum, vel absque certis solemnitatibus; licet enim tale statutum procedat etiam in similibus renunciationibus, vt dixit *Rot. decif. 723. seloct. per Farin. part. 2.* quamuis contineat solum repudiationem iuris de futuro, cum etiam in hoc possit esse lésio, *Gratian. discip. Forens. lib. 1. c. 132. sub nu. 2.* Attamen tale statutum non debet extendi ad contractum celebratum cum patre, propter præsumptam naturalem effectiorem argum. *leg. Aurelius, §. Titius testamento, ff. de lib. leg. 1. quidam cum filium, ff. de hered. instit. leg. si surioso puberi, ff. de ear. Forens. leg. nec in ea, §. fin. ff. de adult. datè Gabr. de statut. conclus. 1.* Et hanc esse magis receptam Doctorum sententiam, docet *Rota coram Ludouiso decif. 314. num. 3. Caput. decif. 205. num. 8. part. 3. Crescent. decif. 1. in titul. de donationibus ad idem adest alia decisio Romana in demum: in 20. Maij 1602. coram Reuerendissimo Atrebatensi, & alia de Calanario 5. Martij 1604. coram Lancelotto: li-*

cer alia Rota in decis. 177. num. 2. *seleciar. per Farinas. part. 1.* dixerit, contrariam opinionem forsan esse magis communem, & magis veram, & in decis. 723. *seleciar. per Farinas. part. 2. num. 16.* non videtur tutam in Rota, vbi propterea nonnulla in contrarium allegantur, quod placuit Merlini *de legitima, lib. 3. titul. 2. quest. 17.* vbi propterea in fine concludit, renunciationes factas à filiis parentibus requirere solemnitates statutarias: Et in casu, quo contraberent cum aliis nulla est dubitatio, similes solemnitates esse necessarias, cum non presumantur ita indemnitati, & honori mulierum consulere, *leg. vidua, §. sed no forte, C. de nupt.*

Limitatur tamen hæc ampliatio in patre, qui transierit ad secunda vota, presumitur enim tunc mutata affectio, Rota post alios in d. decis. 721. num. 17.

Secundo limitare videtur Rota loco citato sub num. 8. si statutum requirat solemnitates ad evitandas fraudes. Verum id nil aliud esset, quam in totum distrahere conclusionem, nam similes solemnitates nulla alia ratione requiruntur, nisi vt mulieres, & minores non decipiuntur.

Tertio limitatur, si renunciatio respiciat fauorem patris, per ea, quæ dicta fuerunt superius *cap. 10. num. 25. & 26. part. 2.* vbi videri potest.

27 Et simile statutum loquens de contrahentibus, etiam ad distractus extendi debet, *l. Mensia, §. 1. ff. sol. matrim.* & sic ad renunciationes, *l. doli, §. diuersum, ff. de nouat. l. si index, ff. de minor. & docet Bart. in l. mutuum, §. 1. ff. de acq. hered. & latius Bal. in l. pactum, quest. 21. C. de collat. Rot. in d. decis. 723. num. 1. cum in renunciando quis possit lædi, Gratian. *d. c. 132. sub num. 2.* & docet Rota in d. decis. 723. num. 13. Franc. Port. *de duob. fratrib. q. 4. sub nn. 10.* qui dicit, non obstat, *tex. in l. si quando, §. generaliter, C. de inoff. testam.* cum loquatur in legitima, † cuius supplementum peti potest, non obstante quacumque renunciatione, *l. quoniam, in prioribus, C. de inoff. testam. & docet Bald. in d. §. generaliter, Peregr. de fideicom. art. 36. num. 76.* & tradunt alij, quos citat, & sequitur Merlin. *de legitima, lib. 3. tit. 2. quest. 25. num. 6. & seqq.* vbi ad hanc conclusionem plates ponit declarationes: Nec minus, dicit Porcel. obstat *tex. in leg. prima, §. honoranda, ff. quarum rerum act. non det.* procedit namque, quando aliquid factum est ob nimiam reuerentiam, ad *tex. in leg. final. §. primo, & §. fenerator, ff. quod met. caus. & notatur in leg. metum, eodem titul. & in leg. interpositas, C. de transact.**

29 Secundo ampliatur, vt ista renunciatio noceat etiam filiis renunciantis, de quo Bald. in *leg. pactum, C. de collat.* & melius in *leg. final. C. de pact. Bartol. in leg. qua superstitis, ff. de acq. hered.* quod tamen omnes intelligunt, si avus decedat vivente filia, quæ renunciauit, tunc enim eius renunciatio nocet filiis, secundum tamen declarationes, de quibus infra, num. 37. & seqq. Sed si filia, quæ renunciauit, prius decederet, tunc eius renunciatio non noceret filiis, nam intelligeretur facta, casu, quo ad ipsam pertineret successio, Bald. in *diel. leg. final. C. de pact. & in consil. 417. lib.*

30 1. *Bec. consil. 74. num. 1. & 2.* † Sed quando prius decedit mater, nepotes veniunt ad successionem aui ex propriis personis, vnde renunciatio materna ipsis non preiudicat, Bartol. in *leg. secunda, §. si sit nepos, ff. de collat. dos in l. secunda, C. de lib. prastand. Menoch. consil. 211. num. 88.* quod ex pluribus probat Surd. *consil. 352. num. 3. & seqq.* Quod ampliatur, † etiam si mater renunciaisset cum iuramento, Bald. in *leg. pactum, num. 2. C. de collat. Bart. in d. l. qui superstitis, num. 4.* Secundo ampliatur, † etiam si dixisset mater, se nolle, vt

filij succederent, adhuc enim non erunt exclusi, *Soci. conf. 183. lib. 2. Corn. conf. 258. lib. 4. Gozad. conf. 73. Nat. de communi in e. quamuis, de pact. in 6. Tiraq. in tract. primog. q. 140. nu. 119. Rol. conf. 11. n. 4. lib. 1. Ceph. conf. 334. num. 40. in §. legitima, q. 4. nu. 4. Menoch. in d. conf. 211. num. 24. Surd. alios citans in d. consil. 332.*

33 Tertio ampliatur, etiam si filius esset hæres matris, cum beneficium adiones, & inuentariis, ex quo non confunduntur adiones, *l. final. §. fin. verbo, C. de iur. delib. Rol. de inuentario, par. 5. versic. decima est utilitas, Surd. loco citato, num. 13.*

34 Quarto ampliatur, etiam si mater dotem recepisset, & dixisset, se ipsa contentam esse, licet contradicat Rom. in *d. l. qui superstitis*, dicens, hoc modo recepisse partem, ac idem esse ac si in totum successisset, ad quod allegat, quod notat Bart. in *l. 1. §. pen. in 4. q. ff. de bon. poss. contrah. vbi dicit, † quod si filius aliquid habuerit, propter quod paternæ hæreditati renunciauerit, facit partem aliis, ac si in totum successisset, arg. l. 1. §. aduersus, ff. si quis in fraud. patron. sed si mater successisset, nepotes essent exclusi, ergo &c. Et Rom. sequitur Dec. in *l. pactum, n. 18. C. de coll. & latius in consil. 180. sub n. 7. †* Sed ipsum damnat Paul. de Cast. in *d. l. qui superstitis*, quia receptio dotis, seu alterius portio-*

nis non est in causa, vt filia succedere non possit, cōfiterendo doti, *l. filia dotem, C. de coll. l. si vero §. sed si seruo, ff. de bon. lib.* sed est ipsa renunciatio, quæ non potest excludere nepotes, cum ipsi non renunciauerint, vt per Alex. in *d. l. pactum*, vbi alij scribentes idem affirmant, & docet Imol. in *d. l. qui superstitis*, Nat. in *d. e. quamuis*, Bertrand. *conf. 28. & conf. 77. lib. 3.* & in specie Decium reprehendit Gozad. in *d. conf. 75.* & esse communem opinionem Matant. *disput. 10. nu. 42.* Crauet. attestans *de praxi consil. 84. num. 5. Gal. in §. legitima, quest. 4. num. 4. Cephal. diel. conf. 334. num. 34. & seqq. Purius. consil. 307. num. 10. Sord. d. consil. 232.*

36 Aliud verò distinctionis caput, si nempe mater quæ renunciauit, non superuixerit patri, & ipsum declaratione indiget, procedit enim, si filij vellent venire vt hæredes matris, tunc enim non possent impugnare matris renunciationem, *l. cum à matre, C. de rei vendic. l. si ab eo, C. de neg. gest. secus verò si ex propriis personis ex successorio edicto succedere vellent, l. 1. §. quibus, ff. de success. edict. l. 1. C. de coll. quod tamen duobus limitat*

37 modis. † Primo, si mater recepisset dotem, vel aliquid aliud pro sua portione, tunc enim, cum iam partem habuerit, cessaret successorium edictum, vt per Bald. in *diel. leg. pactum, in 2. quest. & docet ibi Dec. sub*

38 *num. 18. †* Secundo limitatur, si filiz, quæ renunciauit, fratres adessent, ipsi namque per ius accrescendi succederent, vnde successorium cessaret edictum, vt notat Bald. in *l. meminimus, C. de legit. her. Nec dicatur, ius accrescendi non posse habere locum, ex eo, quia † nepotes succederent vna cum auunculis, ad tradita per*

40 Bald. in *leg. 1. C. quando non pet. part. accresc. doctrina enim Bald. locum sibi vendicat, quando ex propria persona quis succedit ad *tex. in Auth. prastrea, C. vnd. vir. & vxor.* quod dici non potest in casu proposito, succederent enim nepotes representando personam matris, *§. cū filius, l. iust. de hered. qua ab intest. diff.* vt declarat Dec. in *d. l. pactum, sub num. 18. in fin.* & ibi alij scribentes sequuntur. Est tamen animaduertendum, male Decium in *consil. 180. sub num. 7.* hanc extendere limitationem ad aliud caput suprascriptæ distinctionis, quando nempe mater, quæ renunciauit, viuo patre decedit, tunc enim aliquid ius accrescendi considerari non potest, stante quod omnia iura apud patrem viuum remanserint, vnde merito additio ad Decium dixit,*

dixit, contrarium omnes asserere, & praticare.

41 Declaratur ulterius, ut istud distinctionis caput non procedat, si filia, quæ renunciavit, renunciasse simpliciter propter semetipsam, tunc enim filiis non præiudicaret, ipsa namque de medio sublata diceretur, & filij retinerent ius alias ipsi de iure communi competens, ut per Port. in d. 5. cum filius.

42 Tertio supradicta secunda limitatio, de qua num. 25. ampliatur, ut valeat, nec possit reuocari, etiã si superveniant filij, ut per Alex. in cons. 29. lib. 3. & tradit Soc. in leg. 1. C. de pall. & consuluit Iac. Corn. in consil. 206. num. 14. & seq. lib. 3. & hoc casu locum non habere leg. si unquam, C. de reuoc. donat. Dec. in d. leg. pactum, num. 14. & latius in dist. consil. 180. num. 8. præcipue cum sit renunciatio ob causam, ob dotem nempe receptam, quæ reuocari non potest etiam ad terminos dist. leg. si unquam, & consuluit Paris. consil. 16. nu. 61. lib. 2.

43 Quarto ampliatur, ut procedat etiam in minore 25. annorum, dummodo tamen sit pubes, & adultus, ut ex aliorum mente declarat Paris. consil. 26. num. 17. lib. 3. nec, stante iuramento, potest petere restitutionem in integrum, cum iuramentum ipsum maiorem representet, Paris. loco citato.

44 Quinto ampliatur, etiam si bona, quibus fuit renunciata, excedant valorem quingentorum aureorum, nec interuenit insinuatio; & hoc ex duplici ratione: prima est, quia hæc renunciatio sit ob dotem, unde dicitur renunciatio ob causam, quæ insinuationem non requirit: secunda est, quia iuramentum tollere solet defectum insinuationis, ut per Paris. loco citato num. 39. Gabr. in titul. de donat. conclus. 1. num. 72. Bald. decis. 25. nu. 49. Seraph. decis. 1. 184. nu. 14. licet secus sit quando ad validitatem actus, necessarium esset iuramentum, & insinuatio simul, tunc enim vnum non suppleret defectum alterius, Rot. decis. 35. n. 9. inter impress. per Farin. part. 2. & prius in decis. 671. nu. 1. part. 1.

45 Sexto ampliatur, ut nec etiam hoc casu possit per absolutio à iuramento, scribentes in dist. cap. quædam, & docet Dec. in d. consil. 31. num. 31.

Nónnullas tamen hæc secunda limitatio recipit sublimitationes: & primo, si filia, quæ renunciavit, fuerit postea instituta: tunc enim succederet tamquam veniens ex noua causa, ad notata in cap. 2. de renun. & dixit ibi Port. sub num. 10. & docet Dec. in d. l. pactum,

47 num. 6. & quod locum sibi vendicat, etiam si cum iuramento successioni ex testamento fuisset renunciatum, cum hæc renunciatio non valeat, ut per Dec. loco citato.

48 citato: & quod tamen fac intelligas, si filia nondum instituta fuisset, secus si iam fuisset hæres instituta; nam tunc videretur se referre ad institutionem præcedentem, ut pulchre dixit Corn. in d. leg. pactum, ubi etiam Dec. & tradit Aret. in l. qui superstitus ff. de acq. hered.

49 Secundo limitatur, si quis cum iuramento faciat pactum de non succedendo in casu ingressus religionis, Socin. l. 1. ff. de his, qui velint. nom. Corn. consil. 272. lib. 3. per totum, Socin. consil. 183. lib. 2. Et rationem esse dicant, quia vitam contemplatiuam hoc pactum, impedire videretur, ut per Corn. in d. consil. 272. & Soc. ampliat, etiam si fiat simpliciter renunciatio; dummodo causa finalis sit verè ipse ingressus religionis, ut si in narratio per modum causæ fieret mentio de ipso ingressu, ad rex. in l. fin. & ibi Bart. ff. de hered. inst. vel talis esset renunciatio, ut verisimiliter renunciatus non renunciasset, si in sæculo remanere credidisset.

50 Sublimitant hanc secundam limitationem multi, si renunciatus esset exclusus, tam si religionem ingrederetur, quam non: & in istis terminis dicunt procedere opinionem Bart. & Bald. in d. l. fin. C. de pall. Verum

51 alij dicunt absolute, & renunciationem Monasterio non obesse, quia cum sit collata in tempus descendæ hereditatis, & tunc hereditas non deferatur renunciati, qui ingressus fuit religionem, sed Monasterio,

52 cui propterea renunciatio non præiudicat. & Et quod post ingressum religionis hereditas deferatur Monasterio immo è voluit Io. And. in c. pr. scilicet, de prob. ubi etiam alij scribentes, & est communis opinio Canonistarum, ut dicit Socin. in d. cons. 183. quam tenuit Imol. in l. 1. ff. de vulg. & pup. in l. si pater famul. ff. de hered. inst. & secundum eam pluries consuluit Paul. de Cast. refert Soc. loc. cit. qui id tenet in cons. 245. lib. 2. & sequitur Franc. de Ramp. in l. 3. C. de hered. inst. eamque prævalere debere dixit Corn. in d. cons. 272. Et licet

53 Legisti dicant, imò mediæ hereditate Monasterio deterti, mediante nomine persona ipsius Monachi, ut Bart. in l. tutor, ff. de bon. poss. quem communiter sequuntur scribentes in l. 1. ff. de vulg. & pup. & in l. 1. C. de hered. inst. Specul. in tit. de stat. Monach. vers. 8. & Imol. in l. si pater ff. de hered. inst. dicit, eam in puncto iuris esse veriorè, & esse de mente Innoc. in c. cum olim extr. de priuileg. dixit Soc. in cons. 52. n. 10. lib. 4. quam defendit in repet. l. 1. ff. de vulg. & pup. Aret. in l. his potest ff. de acq. hered. qui subiungit opinionem Canonistarum esse contra text. in l. Dio nobis, C. de Epise. & cler. at tamen parum id in proposito videtur curandum, dato enim, quod deferatur Monacho, cum tamen id fiat, postquam iam Monachus effectus est religiosus, Monasterio nõ videtur posse præiudicare: & Monachus enim post ingressum religionis nullam habet rerum suarum administrationem, & illud etiã decernimus, in Auth. de Monach. Auth. inq. essi, C. de Sacros. Eccles. cum omnis eius voluntas sit translata in ipsum Monasterium, & nolo, & c. non dicamus, 22. q. 1. Verum respondetur, quod licet

54 renunciatio transferatur in tempus delatæ hereditatis, quo tempore iam renunciatus est Monachus, tamen hoc est solum respectu effectus ipsius renunciationis, non autem, quod tunc temporis alius requiratur consensus; unde parum refert, tunc Monachum consentire non posse: ac propterea stante legitarum opinione hæc renunciatio Monasterio utique præiudicare possit. Imò idem videtur dicendum, attenda etiam Canonistarum sententia, primo, quia licet Monasterio diceretur delata hereditas, dicitur tamen delata propter Monachum: unde eius factò stare tenetur, ad tradita per Dec. in leg. ex qua persona, ff. de reg. iur.

55 ubi probatur, quod & quis approbare debet factum illius personæ, ex qua lucrum capit; unde si Monasterium vult acquirere hereditatem ex persona Monachi, non poterit ipsius factum improbare. Secundo, & obligatio Monachi contracta ante ingressum religionis transit in ipsum Monasterium, Auth. ingressus ubi scribentes; C. de Sacros. Eccles. at ista obligatio orta ex renunciatione contracta est ante ingressum, ergo in Monasterium transire debet, effectus enim, seu executio ipsius obligationis fuit solum suspensa, non autem ipsa obligatio.

56 Nec minus ratio superius considerata num. 49. potest ab hac opinione aliter remouere: ultra enim ea, quæ tradit Corn. in dist. consil. 272. in prænt. si ingreditus Monasterium nihil de proprio habere potest, renunciatio bonorum à religione ipsum remouere non poterit imò contraria opinio utique multas à religione remoueret, est enim verisimile, quilibet vel le potius bona sua remanere potius suos, quam ad Monasterium transire: unde si non possent fieri similes renunciationes, multi potius in sæculo remanerent, ne fratres, & affines hoc damnum sentirent; & t

57

58

58 Nec minus ratio superius considerata num. 49. potest ab hac opinione aliter remouere: ultra enim ea, quæ tradit Corn. in dist. consil. 272. in prænt. si ingreditus Monasterium nihil de proprio habere potest, renunciatio bonorum à religione ipsum remouere non poterit imò contraria opinio utique multas à religione remoueret, est enim verisimile, quilibet vel le potius bona sua remanere potius suos, quam ad Monasterium transire: unde si non possent fieri similes renunciationes, multi potius in sæculo remanerent, ne fratres, & affines hoc damnum sentirent; & t

Monasterium in patrem bonorum recipere essent co-  
acti: Praeterea, quomodo renunciatio potest remoueri  
à religione ob validitatem renunciationis, si iam  
paratus est renunciare? si enim amor bonorum ipsum  
retinet, non renunciet. Et ista verè fuit opinio  
Bartol. & Bald. in *diel. leg. fin. C. de pact. licet* Corn. in  
*diel. consil. 172.* & Socin. in *d. consil. 185.* nos variis mo-  
dis declarate continentur.

59 Nec minus dici potest, hanc renunciationem esse  
conditionalem, si nempè hæreditas ad ipsum perue-  
niat, ita vt si defertur Monasterio, non valet renun-  
ciatio, ob deficientiam conditionis. Respondetur e-  
nim, quod dato, quod hæreditas dicatur delata Mo-  
nasterio, dicitur tamen delata causa ipsius Monachi:  
60 unde † non valet exemplum de filia renunciante bo-  
nis paternis, quæ si moriatur vivente patre, ipsius re-  
nunciatio non præiudicat filiis: tunc enim filij non suc-  
cedant ob matrem, sed quia deficiente matre, à lege  
vocantur, quod non est in Monasterio, quod non suc-  
cedit, nisi ob Monachum.

61 Patrum etiam me mouent considerata per Socin. in  
*d. consil. 183 sub num. 1. & 2.* omnia enim hac tendunt,  
vt renunciatio dicatur collata in tempus delatæ hæ-  
reditatis, quo tempore Monachus Monasterio præiudi-  
care non potest. Respondetur enim primo, imo re-  
nunciare, nil aliud esse, quam abdicare à se omne ius,  
quod quis prætereunde posset in hæreditate alicuius,  
quod statim suum sortitur effectum. Imò dato, quod  
esset quedam bonorum donatio post acquisitionem  
factam, tamen cum tempore renunciationis contra-  
hatur obligatio, renunciatio ingreditur Monasterium  
cum illa obligatione, unde Monasterium, si vult suc-  
cedere, hoc facere non potest, nisi ex persona Mona-  
chi obligati, sed sic est, quod illa obligatio tollit suc-  
cessionem, ergo succedere non poterit: acquiescere  
enim debet Monasterium obligationi contractæ per  
Monachum ante ingressum religionis, vt in *d. Auth.*  
*ingressi, C. de Sacros. Ecclis. vbi* scribentes.

Dicit tamen Cugn. in *d. l. fin. C. de pact. num. 208.* tu-  
tius esse, similes renunciationes facere cum consensu  
Monasterij, quod in quaerendis potest sibi præiudica-  
62 re, & allegat Dec. in *consil. 169.* Sed hodie † Sacrum  
Concilium Tridentinum has definiuit difficultates,  
cum similes renunciationes valere ordinauerit in *sess.*  
*25. de Regul. & Monach. cap. 16.* si fiant intra duos men-  
ses proximos ante professionem cum consensu Epi-  
scopi, seu Vicarij, quas effectum non sortiri, profes-  
sione non secuta, ordinauit Concilium.

63 Animaduertendum tamen est, malè sensisse Simon-  
cellum de *Decretis*, dum voluit, ex forma Sacri Con-  
cilij *loci citato*, renunciationes non valere, nisi fuerint  
factæ intra dictos duos menses ante professionem.  
Sacra enim Congregatio ipsum declarauit, vt proce-  
dat in his, qui iam fuerunt Ingressi religionem, qui te-  
nentur ex forma dicti Sacri Concilij facere renuncia-  
tiones intra duos menses ante professionem; non au-  
tem quod alij, qui nondum religionem fuerunt in-  
gressi, non possint validè renunciare quandocumque  
ante religionem ingressum, licet id faciant cogitantes  
religionem ingredi, vt refert *Confect. de priuileg. Mend.*  
*titul. 13. cap. 13. fol. 109.* & tradit Menoch. in *addit. ad*  
*casum 416. de arbitrar. num. 3.* qui patiter dicit, malè  
aliter sensisse Nauar. & Molin. Et refert aliam Con-  
cilij declarationem super quadam renunciatione Me-  
diolani facta, & probat ex pluribus, verè hanc fuisse  
Concilij mentem.

64 Tertio limitatur, secundum aliquos, supra posita se-  
cunda limitatio, de qua *num. 25.* vt non procedat in

Iudæis, qui vinculo iuramenti non astringuntur, &  
hæc videtur fuisse opinio Bald. in *c. 1. §. item sacramen-*  
*ta, de pact. iuram. firm. & sequitur Soc. in consil. 67.*  
65 *nu. 31. & seqq.* † vbi duos iuramenti effectus confide-  
rat, primus, vt transgressor incurrat in periculi, quod  
in Iudæis locum sibi vendicat, cum Iudæus secundum  
Moysis legem peccet, iuramentum transgrediendo;  
ac idè etià vt perurus puniri debet, nec ipsius deli-  
ctum remaneat impunitum, non autem, vt eius anima  
saluetur, de qua Ecclesia sollicita esse non debet, ad  
tex. in *cap. gaudemus, de diuert. secundus est effectus, vt*  
*actus à lege positua prohibitus iuramento firmetur,*  
vt in casu propositæ limitationis: qui non debet con-  
siderari in Iudæis; id enim secundum Soc. *loc. cit. num.*  
*31.* à canonibus est indudtum, ne homines, non seruan-  
da iuramentum, peccent, in præiudicium animarum,  
quæ ratio cessat in Iudæis; cum nihil ad Ecclesiam de  
66 his, qui foris sunt, vt in *d. cap. gaudemus.* † Contrarium  
tamen in casu proposito tenuit And. Sicol. in *conf. 15.*  
*lib. 1.* aliter enim sequeretur, quod nec testes esse pos-  
sent, nec alios actus celebrare, in quibus necessarium  
est iuramentum, unde fat est, eos iurare secundum eo-  
rum religionem, *cap. mones. 12. q. 1.* & notat Bald. in *leg.*  
*non eris, §. Diuus. ff. de iur. iur.* quod etiam secutus fuit  
Decias in *d. l. pactum sub num. 13.* cum Iudæus astringatur  
iuramento secundum eius legem interposito; iu-  
ramentum namque est de iure diuino, *cap. si Christus,*  
*de iur. iur.* Quibus replicari posset, Iudæos posse vtique  
iurare, & eorum iuramentum obseruari debere, & iste  
est primus effectus à Soc. consideratus, sed hinc non  
sequitur, vt eorum iuramentum firmet actum alias in-  
validum: id enim est à canonibus constitutum, ne sa-  
lus animæ iurantis aliquod patiatur detrimentum, vt  
probat in *d. cap. cum coniugat, & in d. cap. quamuis,*  
quæ ratio cessat porus in Iudæis, de quorum salute  
hoc modo non curant canones. Sed ne ipsi me-  
lioris sint conditionis, quam Christiani, & ne hoc mo-  
do contrahendo alios decipiant; dicendum est, con-  
tractum à Iudæo celebratum, alias invalidum, iura-  
mento firmari.

67 Quarto limitatur, si filia iurasset, numquam renun-  
ciare hæreditati paternæ, tunc enim iuramentum se-  
cundo loco præstitum ipsam non obligaret, quam li-  
mitationem ponit Dec. in *d. leg. pactum in 7. limitat.* &  
mouetur per *glos. in c. licet mulieres, in glos. fin. de iur.*  
68 *iur. in 6.* quæ vult, † quod si mulier iuret, con alienare  
fundum dotalem, nec alienanti consentire, debet pri-  
mum iuramentum obseruare, nec potest postea validè  
alienare, nec etiam cum iuramento, secundum quam  
69 *glos. consuluit Bald. in consil. 133. lib. 1.* † Quæ tamen  
glossa declaratur procedere, si cum primo iuramen-  
to concurrat dispositio iuris communis, Imol. in *cap.*  
*dilecto, de iur. iur.* prout in alienatione rei dotali, *leg.*  
*prima, §. cum lex. C. de rei ux. act. l. lex Iulia, ff. de fund.*  
*dot. vt patiter concurrat in casu proposito, cum dixe-*  
*rimus, similes renunciationes regulariter non valere,*  
quam declarationem refert, & sequitur Alex. in *consil.*  
*16. sub num. 4. ver. sic. & non obstat. Dec. in l. pacta non*  
*firma, num. 9. C. de pact.* Secundo supradicta glossa de-  
70 claratur, sibi locum vendicare, † quando iuratur ter-  
tio, vt docet Bal. in *l. duobus, §. fin. ff. de iur. iur.* & tradit  
Alex. & Dec. *locis citatis*, secus si aliquid sibi met iuret,  
71 vt per supradictos Doctores. † Tertio declaratur, vt  
procedat, si tertius, cum quo secundus celebratur  
contractus, sciat primum iuramentum, Imol. in *leg.*  
*cum vir, ff. de ususap. Alex. & Dec. locis citatis*, secus si  
ipsum ignoret, vt in dubio presumitur, secundum Ale-  
xand. *loc. cit.* Aliter enim † actus sequens factus con-  
tra

ita instrumentum præcedens valet, *cap. sicut ex litteris, de spons. latè Alex. loc. cit. num. 3. Cast. consil. 339. lib. 1. Panor. consil. 41. & consil. 48. part. 2. fol. in leg. non solus, §. vnde, ff. de op. non. nunciat. & in consil. 211. lib. 2. qui testatur de communi, & ab ea non esse recedendum, asserit Alex. consil. 18. lib. 2. consil. 29. num. 17. & 18. lib. 3. & consil. 224. num. 9. lib. 6. licet contrariens primo iuramento dicatur periturus, vt per supradictos Doctores.*

- 73 Quinto limitatur, si filia renunciauerit favore masculorum, & masculi, quorum contemplatione facta renuacatio, decesserit viuo patre, Dec. in d. leg. pactum, num. 9. C. de Coll. Roto. consil. 22. num. 3. Alex. consil. 29. num. 8. lib. 3. Bal. consil. 417. lib. 1. vbi tenet, ¶ has renunciaciones non valere, nisi exet persona, cuius contemplatione facta fuit renunciatio, ac propterea, si tempore renunciacionis aderat masculi, & femina, tempore vero mortis femina tantum, filia, quæ renunciauit, poterit succedere cum aliis feminis, non obstante renunciacione, quæ intelligitur facta, rebus sic stantibus, vt latè per Paris. consil. 26. nu. 19. & seqq. lib. 3. & consil. 69. num. 41. eod. lib. Hond. consil. 29. num. 107. lib. 1. & tradit plures, quos citat, & sequitur Merlin. de legitima, lib. 3. tit. 1. quest. 3. num. 1. & seqq. quod procedit, etiam si in renunciacione non fuerit facta mentio masculorum, adhuc enim eorum contemplatione facta præsumitur, Alex. in d. consil. 29. nu. 9. Guid. Pap. quest. 191. Et id importare asserit illa verba, quæ in similibus renunciacionibus apponi solent à notario, salua legali Eheuta; ex quibus verbis filia succedit patri ab intestato, si præmortui fuerint illi, quorum contemplatione fuit facta renunciatio, licet alij adsint agnati, ad quod conferunt tradita per Cora. in consil. 98. lib. 2. & in consil. 20. lib. 4. & latè per Hond. in d. consil. 29. num. 79. lib. 1. ¶ Quod tamen primo declaratur, vt nõ procedat, si in ipsa renunciacione dictum fuerit, filiam renunciare etiam tui competituro, vna cum acceptatione, vt in terminis consuluit Rom. in d. consil. 22. sub num. 3. Merlin. vbi supra, num. 8. ¶ Secundo declaratur, si appareat renunciacionem fuisse factam ob aliquam aliam causam, quam fauorem masculorum tunc enim etiam masculis deficientibus obseruanda erit renunciatio, Cora. consil. 191. lib. 4. omnia enim superius propoita procedant, si renunciatio fuerit facta fauore masculorum expresse, vel tacite, prout quando adsint masculi, nec de alia apparet causa, tunc enim fauore patris masculorum facta præsumitur, vt per Paris. in d. consil. 26. num. 23. ¶ & nonnullas adducit Paris. coniecturas, ex quibus estimar dici posse, renunciacionem non fuisse factam fauore masculorum, vt si pater acceptauerit renunciacionem pro se, & hæredibus, quo casu etiam hæredes feminae comprehendantur, vt per ipsum num. 2. ac propterea Rota coram Ludouisio decis. 85. num. 1. & 2. dixit, renunciacionem factam à filia, & à patre acceptatam, etiam pro hæredibus ipsius patris fauorem respicere, & adhuc durate deficientibus masculis aliam ponit coniecturam Paris. nu. 44. si fuerit facta renunciatio bonis paternis, maternis, fratris, & sororinis. Idem esse dicit, si verba renunciacionis diriguntur ad ius futurum, vt per ipsum num. 44. vel si fuerit dictum in renunciacione, in perpetuum, vt num. 46. Vel si filia renunciauerit ob receptam dotem, tunc enim constat de causa renunciacionis, quæ cum daret, & ipsa renunciatio locum habere debet Paris. loc. cit. nu. 45. & 78. seqq. Verum animaduertendum puto, ¶ quod cum tempore renunciacionis adessent masculi, & eorum contemplatione intelligatur facta renunciatio, vt su-

pra fuit dictum, etiam alix cause generales appoite ad validitatem ipsius renunciacionis, vt in perpetuum, pro se, & hæredibus, renunciando bonis cuiuscunque generis, & similia, intelligerentur appoite ad fauorem eorundem masculorum: vnde cum renunciatio intelligatur, rebus sic stantibus, masculis deficientibus in vita patris conuerteret renunciatio vna cum omnibus eius clausulis, vt plurimum de stylo notariorum appoitis. Et tanto minus erit attendendum, quod receperit dotem, dote enim fuit contenta propter masculos, & eorum contemplatione aliis bonis renunciauit, quam tamen succedendo in collatione ponere esset coacta; vt supra de collatione suis locis fuit dictum.

Animaduertendum tamen est, quod licet renunciatio facta patri, intelligatur facta fauore masculorum, tamen non ardeat patrem ad institutum masculos, quin possit testamento ipis præiudicare, lat. in leg. fin. post num. 23. C. de pact. Dec. in l. pactum, num. 6. C. de coll. Rota coram Ludouisio decis. 85. n. 12. Surd. consil. 244. per totum, Rota decis. 75. n. 5. selectarum per Farin. par. 2.

- 79 Vnum tamen est, quod queri potest, an filia, quæ renunciauit propter masculos, & ad hoc, vt agnatio facilius conseruari posset, mortuo patre cum masculis, & ipsis postea deficientibus sine filiis, possit ad hereditatem redire; & negatiue respondendum est, quia iam per existentiam masculorum fuit verificata conditio, vt per Oldr. consil. 21. & alios, quos citat Gab. in tit. de feud. conclus. 1. & tradit Menoch. consil. 85. nu. 46. lib. 1. licet ipse in casu suo contractum ex pluribus defendere conetur, vt num. 71. & seqq. Hond. d. consil. 29. num. 80. lib. 1. qui de communi testatur, & esse communem Merlin. de legitima, lib. 3. tit. 1. quest. 1. num. 19. qui id ex pluribus probat, reprobata limitatione Hond. in d. consil. 29. num. 82. ut per Merlin. loco citato, num. 23. & seqq.
- 80 Sexto limitatur, secundum Zenel. in d. cap. quamuis, vt non procedat in successione ab intestato, cum hoc casu tacite à patre videatur vocata; quod tamen ab omnibus reprobatur, tamquam de directo contra d. cap. quamuis, vt dixit Paris. in d. consil. 26. n. 17. & in d. consil. 69. num. 32. & seqq.
- 81 Septimo limitatur, si renunciatio fuerit dolo, vel metu extorta, vt in verbis habetur in d. cap. quamuis, & conferunt ea, quæ tradit Paris. in d. consil. 26. nu. 64. & 65. qui tamen metus utique probari deberet, vt per ipsum num. 66. ¶ præsentia namque patris non inducit metum, nisi præcedat iniuria, aut verbera, Bart. in leg. prima, §. qua oneranda, ff. quar. rer. ali. quem post alios sequitur Paris. loc. cit. & communem opinionem esse asserit, idque eo magis procedere dicit, si renunciatio facta fuerit in præsentia propinquorum, & in domo mariti, vt per ipsum num. 68. ¶ Præcedentibus verò iniuriis, vel verberibus, utique renunciatio non valet, vt post alios dixit Hond. consil. 9. num. 21. & seqq. nec non consil. 29. nu. 15. & seqq. vbi n. 21. cum pluribus.
- 84 seqq. docet, ¶ quomodo de probetur in materia renunciacionum, metu extortas fuisse, ad quem in iudic. contingentia esset recurrendum, de quo etiam Surd. in consil. 515. lib. 4. & post alios Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. q. 146.
- 85 Octauo limitatur, in pacto facto super hereditate alterius, quam patris, textus namque in d. cap. quamuis loquitur in filia paciscente cum patre, vnde ad aliam personam exēdi non debet, cum regulariter pactum super hereditate viuens non valet, l. fin. C. de pact. & dictum fuit superius, & hæc limitationem ponit Dec. in d. l. pactum, sub num. 9. vbi supra, sexto limitatio. C. de coll. Cora. & Fulg. in d. l. pactum, scribentes in d. cap. quam-

- na, Anch. *consil.* 38. Bald. *in consil.* 437. lib. 1. & hoc est, quod voluerunt Fulg. *in consil.* 73. sub num. 2. & Socin. *in consil.* 75. lib. 3. & rationem adducit Fulg. quia tale pactum continet votum captandæ mortis, & propterea iuramento non confirmatur. Et hinc inferitur, quod renunciatio facta patri de bonis paternis, maternis, fraternis, & sororinis valet solum respectu bonorum paternorum, non autem aliorum viuentium tempore renunciationis: tex. enim, vt dixi *in dist. cap. quamuis*, loquitur solum de renunciatione facta patri de bonis paternis; vnde respectu aliorum obstat regula, super hereditate viuentis non posse pacisci, continet enim votum captandæ mortis, cum renunciare ad fauorem masculorum, nil aliud sit, quam dare ipsis ius succedendi alterius, & masculos reddere sollicitos de hereditate matris, & aliorum; vnde militat ratio, *l. fin. C. de pact.* vt per Fulg. & Soc. *locis citatis*, ac propterea iuramentum nihil operatur, *cap. non est obligatorium, de regul. iur. in 6.*
- 86 Nono limitatur, si adsit statutum, vt mulieres iurare non possint, quod statutum disponere posse, dixit Bald. *in d. l. pactum, in quinta quaestione*, vbi etiam Dec. *in 8. quaest.* & tradunt Doctores *in d. cap. quamuis*, scribentes *in cap. primo de Sponsal. Alex. consil.* 59. lib. 1. tunc enim iuramentum non potest confirmare pactum à iure civili improbatum.
- 87 Decimo limitatur, si filia renouauerit nulla recepta dote; dicunt enim, tunc illam renouationem non valere, secundum Saly. *in l. pactum, C. de pact.* Anc. *in d. cap. quamuis, & in consil.* 39. cuius opinionem veriorum appellat Decian. *in dist. leg. pactum*. Communem tamen opinionem esse in contrarium, dixit Paris. *in dist. consil.* 26. n. 70. ac ab eis propterea in iudicando, & consulendo non esse recedendum, quam tenuerunt communiter scribentes *in d. cap. quamuis*, vt Im. Gem. Philip. Franc. Capr. Gio. g. Nat. & alij, Rom. & Aret. *in d. l. qui superstitio*, Alex. Ial. & Crot. *in l. stipulatione, hoc modo concepta. ff. de verb. oblig.* vt Alex. n. 8. & 9. Ial. n. 11. & Crot. n. 15. Nec obstat, hoc modo filiam etiam dote priuari; licet namque ob renouationem non possit succedere, dotem tamen petere potest, vt dixit Paris. *in d. consil.* 26. nu. 71. & sic cessat ratio ab alijs in contrarium considerata.
- 88 Undecimo limitatur Dec. *in d. l. pactum, num.* 8. si pater filiam non de bonis proprijs, sed alienis dotaerit, vt de bonis maternis. Verum si etiam in casu, in quo pater nullam dederit dotem, valet renouatio, vt supra ex communi sententia fuit dictum, tanto magis valebit, si aliquam dederit, licet non de proprio nec obstat lætio à Decio considerata, poterit enim in omnem casum dotem petere ex bonis paternis, vt in superiori limitatione.
- 89 Duodecimo limitatur, renouationem non valere, stante enormissima læsione, Dec. *in d. l. pactum, sub num.* 7. Anch. *in d. consil.* 19. Rub. *consil.* 45. Abb. *consil.* 120. Com. *consil.* 108. Aic. *consil.* 91. tradit laicè Dec. *in consil.* 180. & *in consil.* 616. Afil. & decis. 322. nu. 11. & est communis opinio, vt dixit Dec. *in d. consil.* 180. Paris. latissimè *in d. consil.* 26. à nu. 71. vsque ad nu. 77. de quo etiam Hond. *consil.* 9. num. 20. lib. 1.
- 90 Quæ tamen lætio secundum Decium consideratur respectu dotis incompetens, ita vt dotis, non bonorum, quibus fuit renouatum, debeat haberi ratio: & lætio debet esse ad terminos, *leg. 2. C. de rescind. vend.* quam pariter enormissimam læsionem considerat Paul. de Castr. *in consil.* 275. lib. 1. in 7. dub. dicens, quod filia dotata à patre non potest reclamare respectu enormis dotis: quod enim patri visum est competens,

altis incompetens videri non debet, nisi tamen enormissima adsit lætio: de quo etiam Dec. *in d. consil.* 616. & optimè per Paris. *in d. consil.* 26. à nu. 71. vsque ad finem, dicens, hoc duobus modis considerari posse. Primo, vitius dara enormi læsione, possit, obtemta absolute, contraueniri renouationi, & peti successio. Secundo, dato quod non possit contraueniri, an saltem supplementum congruæ dotis peti possit.

- 91 Et quantum ad primum considerat ipse tres casus, duo tamen primi sunt extra nostram quaestionem: loquitur enim, quando filia renouat fratribus hereditatem paternam iam sibi delatam, vel patri hereditatem maternam patiter sibi delatam; in quibus casibus dicit, posse peti absolute à iuramento, & renouationi contraueniri, prout in alijs contractibus, qui propter enormem læsionem rescindi possunt *d. l. 1. C. de rescind. vend.* Et in his terminis procedere eorum Doctores, qui asserunt ob enormem læsionem renouationis non valere, in quibus pariter terminis loquitur Odd. *de rest. in integ. part. 2. quaest.* 59. art. 4. dum dicit, aduersus renouationem factam fratribus dari restitutionem in integrum, loquitur enim de renouationibus factis hereditatibus iam delatis, de quibus non loquitur tex. *in dist. cap. quamuis*, cuius materiam modo declaramus.
- 92 Si verò, & iste est tertius casus à Parisio consideratus, filia fecerit pactum cum patre, de ipsi non succedendo, mediante iuramento, pactum valet, nec ad bona paterna amplius redire potest ob præstitum iuramentum, vt *in d. cap. quamuis*, à quo propterea, nec etiam peti potest absolute ad effectum rescindendi pactum, & hoc est, quod diximus supra num. 15. Si verò filia læsa fuerit in ipsa dote, vtique tunc poterit supplementum petere congruæ dotis, vt supra num. 91. Debet tamen circa læsionem, vt Paris. animaduertit, considerari tempus, quo filia fuit dotata; facultates tunc temporis, filiorum numerus, temporum conditio, viri qualitas, & similia. Lætio igitur consideratur respectu dotis congruæ; non autem successiois, & si non fuisset dotata, posset ab hæredibus patris dotem petere, renouatione non obstante, vt per Paris. *loco cit. num.* 88. & tradunt plures alij, quos ipse citat, & dictum fuit supra num. 87. & latius *in cap. 3. num.* 12. & seqq. quæ hic non repetam.
- 93 Antequam tamen filia congruam peteret dotem, absolute à iuramento impetrare deberet, aliter enim, tamquam periura, non esset audienda, *l. si quis maior, C. de transact. Paris. loc. cit. num.* 95.
- 94 Quod tamen diximus, læsam in dote supplementum petere posse, limitatur primo in ingrediente Monasterium, cum enim nihil de proprio habere debeat, *c. cum ad Monasterium, de stat. Monach.* aliqua non potest considerari lætio, quacumque dotis paruitate non obstante, Dec. *consil.* 31. sub num. 3. ac ideo, dummodo detur Monasterio dos dari solita, nulla debet concedi actio ad supplementum, vt ex pluribus probat Rot. *decis.* 60. *selectar. per Farin. part. 2.* ad quod conferunt plura, de quibus supra *in cap. 6.* quæ hic non repetam.
- 95 Secundo declaratur, si expresse cum iuramento renouauerit etiam legitime, tunc enim diceretur penitus exclusa, nec amplius audiri deberet, *l. si quando, §. illud, vbi scribentes, C. de inoff. testam.* Paris. *loc. cit.* Peregrin. *de fideicom. art.* 36. nu. 79. Thefaur. *lib. 1. quaest.* Forens. *quaest.* 95. Mangil. *de Imput. quaest.* 91. num. 16. Merlin. *de legitima, lib. 3. tit. 1. qu. 15.* Et an, & quando generalis renunciatio sufficiat, vel sit necessaria specialis, disputat Merlin. *loc. cit. quaest.* 26.
- 96 Decimotertio limitatur in simpliciter renouatione, iuri



iuri enim de futuro renunciatio non valet, *l. si in scriptum, §. si sub conditione, de leg. 2. l. qui superstiti, de acq. hered. Dec. in d. cons. 31. sub nu. 1.* secus verò si interueniat pactum, vel stipulatio, scribentes in *l. c. de pact. & docet Dec. loco citato num. 5.*

97 Decimo quarto limitatur, si mulier renunciando bonis paternis, sibi reseruauerit ius succedendi ab intestato; tunc enim adueniente casu, quod masculi decedant ante mortem patris, ita ut ipsam excludere non possint; viventibus enim masculis, hæc renunciatio nihil operatur, ut dixi in *cap. precedenti, num. 55. & seqq.* cum declarationibus, de quibus ibi, ipsa ab intestato vigore dictæ reservationis vtrique succedere poterit, quod nullam in se continet habitationem; & solum videtur aliqua difficultas, an pater per hæc reservationem cogatur permittere, ut bona ad filiam deueniant, vel potius adhuc possit relinquere hereditatem cui voluerit, exclusa filia, quæ sibi ius succedendi reseruauit. Et liberam esse voluntatem patris, tenet Rot. *coram Ludou. decis. 81. num. 6. & per totum*: reservatio enim intelligitur duobus concurrentibus, deficientibus nempe masculis, & decedente patre ab

98 intestato; & nativitas namque reservationis est, ut nullum ius de nono tribuat, sed solum competens conferret, *Soc. consil. 287. num. 2. lib. 2. Ciau. consil. 289. nu. 3. Rot. loco cit. num. 10.* Vnde cum pater possit cui vqluerit, exclusa etiam filia, quæ dotem recepit, dotem relinquere, reservatio succedendi ab intestato non tollit patri hæc libertatem, nec noverim ius renunciandi tribuit, ut post plures, quos allegat Rot. in *d. decis. 85. num. 18.* Et conferunt, quæ dixi supra sub nu. 78. in *fin.* & late probat Rot. in *alio decis. 75. select. per Fa. ruz. 1491. 2.*

99 Vltimo limitatur, ut renunciatio facta de bonis paternis, & maternis non extendatur ad bona fraterna, *Gut. pract. quest. quest. 80. num. 5. Grass. in §. successio ab intestato, quest. 10. num. 16. Menoch. consil. 1. nu. 460. & consil. 160. num. 3. lib. 1. Valq. de success. creat. l. 2. §. 18. nu. 176. Gratian. discept. Forens. lib. 4. cap. 685. num. 2.* quod ampliat procedere, etiam si frater successerit patri; hereditas enim adita dicitur hæreditas, & patrimonium aduentis, *l. sed, & si plures, §. filio impuberi, ff. de verb. signif. Gratian. loc. cit. num. 1.*

100 Pro complemento istius materię, animaduertendum est, quod licet superius dixerimus, renunciationes à filiabus factas masculis prodesse, attamen si fiant vni ex fratribus post delatam hereditatem, post ipsius aditionem, illi solum prodest, cui fuit renunciatum; cum enim hereditas adita non possit repudiari, *l. si sint, C. de rep. hered.* renunciatio habet vim donationis, quæ non potest intelligi facta, nisi illi, qui fuit prærens, & renunciationem accepit, ad notata per

101 *glos. in l. illud, C. de Sacros. Eccl. §. 1.* Si verò hereditas non esset adita, tunc renunciatio omnibus prodesset, diceretur enim illa renunciatio quædam repudiatio, & sic hereditas haberetur pro non delata, *l. proinde si mens. fals. mod. dix.* vnde omnibus prodesset; prout etiam, si vni tantum ex fratribus fieret renunciatio hereditatis paternæ de consensu ipsius patris, adhuc enim prodesset omnibus per eandem rationem, ut per

102 *Porcel. de duobus fratribus loc. supra cit.* Vnum demum non omittam, quod si filia volens ingredi Monasterium renunciauerit bonis paternis, maternis, fraternalis, & auitis ad fauorem patris, vel fratrum, ad effectum, ut bona in agnatione conseruentur, vel pro decore ipsius familiæ, licet deficiente agnatione bona reuertantur ad Monasterium, tamen id procedit decedente patre, vel fratribus ab intesta-

to, secus verò si cum testamento, nam tunc hæredes ipsorum testamentarij, licet extranei excluderent Monasterium, ut latissime probat Rot. in *Macerat. pecuniaria die 20. Jun. 1644. coram Otthebono*, in qua reprobantur duæ alie decisiones in contrarium in eadem causa emanatæ coram Merlino *die 14. Jun. 1641. & die 12. Maij 1641.* Illa enim agnationis cõtemplatio duo solum operatur. Primo, ut decedens renunciarius ab intestato, bona reuertantur ad Ecclesiam, cum enim non fuerit testatus, præsumitur voluisse, ut bona redire deberent ad renunciarium; & sic filiam, vel sororem, & loco ipsius Monasterium, præferendum esse extraneis, secus verò si testatus decesserit, ut per Doctores, quos citat, & sequitur Rot. in *d. decis. coram Otthebono, vers. agnationis inique.* Secundo operatur, ut renunciarius non possit testari in præiudicium agnatorum, ut in *dict. decision. vers. scilicet alterum*: Sed deficiente agnatione, potest renunciarius sibi hæredem instituire extraneum, & sic excludere Monasterium, ut latissime probat Rot. in *allegata decisione.*

Et ex his remanet declarata subtilis hæc, & satis perplexa renunciationum materis.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Pœna imposta transeuntibus ad secunda vota sunt in duplici differentia: & quæ dicantur imposta propter festinationem, nu. 2. & de rationibus, nu. 3. & an dicantur per ius canonicum sublata, nu. 4.*
- 5 *Vxor amittit legatum sibi à viro factum per transitum ad secunda vota, quod ibi declaratur: & quid si appositæ sit conditio viduitatis, & quid debeat permanere cum filio, num. 6. & 7.*
- 8 *Legatum factum uxori sub conditione viduitatis, his verbis, donec, & quousque vitam vidualem serauerit, differt à legato factum sub conditione, si vidualiter vixerit, & quid in institutione, numeris seqq.*
- 9 *Instituta, donec, & quousque vitam vidualem teneris, an sit perpetuus hæres.*
- 10 *Hæreditas non potest dari ad tempus, declaratur nu. 15.*
- 11 *Dictiones donec, quousque, & similes appositæ in institutione important conditionem, ubi de ratione.*
- 12 *Instituta donec, & quousque vitam vidualem serauerit, ante quam adeat, debet prestare cautionem mutianam, & num. 19. etiam nullo dato cobarede, vel substituto, num. 10.*
- 13 *Cautio mutiana est necessaria etiam in conditionibus affirmatiuis.*
- 14 *Modus in institutione non differt à conditione respectu mutianæ cautionis.*
- 15 *Hæreditas ex legis dispositione, quando dari possit ad tempus.*
- 16 *Institutus conditionaliter nunquam est hæres ante purificationem conditionem.*
- 17 *Institutus donec, & quousque vitam vidualem serauerit, si post aliquod tempus transiit ad secunda vota, debet restituere omnes fructus interim perceptos, ubi de rationibus, nec ignorantia, vel bona fides in hoc excusat, nu. 18.*
- 21 *Cautio mutiana est præstanda etiam ad fauorem venientium ab intestato.*
- 22 *Cautio mutiana an sit necessaria, si non petatur.*
- 23 *Cautio mutiana si non fuerit præstita ab vxore conditionaliter instituta, an possit ea mortua agi ad pœnam contra eius hæredes.*
- 24 *Pœna induela contra secundo nubentes ad fauorem filiorum primi matrimonij, etiam hodie vigens.*
- 25 *Mulier transiens ad secunda vota, amittit proprietatem, non usum fructuum rerum sibi à viro relinctorum, si ad-*

- sint filij primi matrimonij, vel ex ipsis nepotes, & num. 26. Et quod dicitur de proprietate procedit etiam in augmento, num. 27. & in quocumque lucro, num. 29.
- 28 *Penz contra transeuntes ad secunda vota, de quibus in l. femine, C. de secund. nupt. procedunt etiam in patre.*
- 31 *Lex, femine, C. de secund. nupt. non procedit respectu donationis remuneratoria, & num. seq.*
- 31 *Donatio remuneratoria non est proprie donatio, sed debili solutio, & num. 34. & de ratione, num. 35.*
- 32 *Donatio remuneratoria non dicitur, quamvis ex parte donatarii adsint meriti, & qua requirantur ad hoc, ut donatio possit dici remuneratoria, numeris seqq.*
- 33 *Donatio remuneratoria, qua proprie fit.*
- 36 *Merita probari debent, nec statim assertioni viri, nec eius iuramento, num. 37. nec minus sufficit eorum specificatio, num. 38.*
- 39 *Narrativa causam finalem demonstrare solet.*
- 40 *Donatio non presumitur remuneratoria, si dicatur, ut non possit per inturiam, vel ingratitude renocari.*
- 41 *Donatio ob causam, non amittitur per transitum ad secunda vota.*
- 42 *Aquisita ex contractu oneroso, non amittuntur per transitum ad secunda vota.*
- 43 *Mulier transiens ad secunda vota, amittit ius succedendi in bonis filiorum primi matrimonij, si alij adsint filij, & idem est in patre, num. 44. quod tamen intelligitur respectu proprietatis, num. 45. Et habet locum etiam respectu legitima, num. 46. An autem hoc casu parentes dicantur succedere in usufructu tantum, vel in usufructu, & proprietate simul, amittendo postea proprietatem per transitum ad secunda vota, num. 47.*
- 48 *Mater succedit in bonis per filios adquisita, etiam si transierit ad secunda vota, & alij adsint filij, & tam respectu usufructus, quam proprietatis, declaratur secundum aliquos, non. 52. quod improbat, nu. 53.*
- 49 *Filij an possint primare legitima matrem transeuntem ad secunda vota, respectu bonorum ab ipsis acquisitorum, & Doctores inter se discordes referunt, num. 59.*
- 59 *Parentibus debetur legitima, & ipsis competis suis petendi supplementum, num. 51.*
- 54 *Mater si non transeat ad secunda vota, pleno iure succedit in bonis filiorum.*
- 55 *Matri binuba legitima debetur in bonis filiorum; & an hoc sit correctum.*
- 56 *Correctio legum non est de facili admittenda.*
- 57 *Transitus ad secunda vota non est per se sufficiens ad primandum parentes successione, & legitima in bonis filiorum.*
- 50 *Mater binuba potest impugnare testamentum filij in extraneos institueris.*
- 60 *Lex, femine, C. de secund. nupt. non procedit, si non adsint filij primi matrimonij, & habet locum ab intestate, non autem ex testamento, nu. 61. & quid si adsint fratres defuncti consanguines tantum, num. 63.*
- 62 *Pupillaris expressa excludit matrem a legitima.*
- 64 *Mater transiens ad secunda vota de consensu filiorum, an amittat ius succedendi; & an sufficiat tacitus consensus, num. 63. concurrente maxime aliquo actu positivo, nu. 66. & de tacito renuntiatione seu remissione, nu. 67. & in minoribus an tacitus curatoris consensus operetur, num. 68. sed opinio affirmativa reprobatur, num. 69. 70. 71. 72. & seqq.*
- 73 *Præsentia, & taciturnitas in præiudicialibus non inducit consensum, & maxime in muliere, & minore, num. 77. & 78.*
- 74 *Filij tacendo, dum eorum parentes transeunt ad secunda vota, præsumuntur id facere ob reverentiam, sed hinc non potest dici remisisse caducitatem, in quem incur-*
- runt parentes, & num. 75.*
- 76 *Actus positivi non inducunt consensum, quando contradictio nihil operari possit.*
- 79 *Mater transiens ad secunda vota, non amittit ius succedendi, si filij fuerint ingrati.*
- 80 *Vxor transeundo ad secunda vota de consensu primi viri, non amittit ius succedendi.*
- 81 *Mulier potest impunè transire ad secunda vota, si sic à Principe impetraverit.*
- 82 *Mulier, minor transiens ad secunda vota, an incidat in poenam, l. femine, C. de secund. nupt.*
- 83 *Mulier transiens ad secunda vota non deposita tutela, non facta provisione de novo curatore, nec reddita ratione cum reliquatis restitutione, amittit ius succedendi; & an adversus hanc poenam restituatur in integrum, num. 84.*
- 85 *Mater volens transire ad secunda vota, an debeat filia providere de curatore ante sponsalia, vel satis sit, id per agere ante matrimonij consummationem.*
- 86 *Mater transiens ad secunda vota, si non petierit dari curatorem filia, non privatur reliqui sibi à viro factu.*
- 87 *Mater habens concutores, si velit transire ad secunda vota, sat est, quod id iudici denunciet.*
- 88 *Mater, qua nunquam suscepit curam filiorum, potest ad secunda vota transire, absque quod ipsis de curatore provideat.*
- 89 *Mulieres rusticæ excusantur à poenis, de quibus in l. femine, C. de secund. nupt.*
- 90 *Mater privatur successione filiorum, si intra annum à die mortis viri non petierit dari curatorem filia; dummodo tamen ab alio id non fuerit petita, num. 91. vel ipsa declaraverit, se nolle esse curatricem, num. 92.*
- 93 *Transiens ad secunda vota, non potest plus relinquere noverca, vel vitricæ, quam vni ex filiis primi matrimonij, quod procedit etiam, si non relinquatur ipsis, sed eorum filijs, num. 95.*
- 94 *Mater potest omnia dare in dotem secundo viro.*
- 96 *Transiens ad secunda vota, si plus relinquat noverca, vel vitricæ, quam vni ex filiis primi matrimonij, illud plus filijs prædictis applicatur; & due opponuntur limitationes seu declarationes, num. 97. & 98.*
- 99 *Statutum, ut maritus lucratur certam dotis partem, an possit præiudicare filijs primi matrimonij.*
- 100 *Qui consentit in antecedenti, videtur consentire in consequenti.*
- 101 *Alienare, qui non potest, tenetur iurare, ne sequatur alienatio.*
- 102 *Dos inofficiosa non præiudicat filijs primi matrimonij.*
- 103 *Filius potest petere legitimam de dote inofficiosa data svari.*
- 104 *Statutum si expresse disponat, ut maritus lucratur certam dotis partem, existentibus etiam filiis primi matrimonij, valet, & ipsis præiudicat; & quid si gener aliter loquatur, num. 105. & seqq.*
- 106 *Universalis à positio regulatur quo ad quamlibet eius speciem, quantum specialis ad suam speciem.*
- 107 *Licentia nubendi datur à primo viro, tollit pot. as iuris.*
- 108 *Mulier si non possit nubere honestè absque pacto, ut maritus lucratur certam dotis partem, illud pactum valet, & præiudicat filijs primi matrimonij.*
- 109 *Partia sunt non posse, vel posse, non sine tamen de decore.*
- 110 *Lucrum dotis detrahendum à secundo viro, non præiudicat filijs primi matrimonij respectu legitima; & non videtur si dos sit inofficiosa, num. 111. Et quid si lucrum non ex statuto, sed ex pacto debeat, nu. 112. & an pactum possit præiudicare filijs primi matrimonij, num. 113. & quid si statutum expresse dicat, lucrum dotis posse præiudicare filijs primi matrimonij, etiam respectu legitima,*

ma, num. 114. & quid si dos sit inofficiosa, num. 116.

- 115 Legitima a statu restringi potest.
- 117 Lucrum dotis praeiudicat parentibus in legitima; & quid si dos fuerit inofficiosa, num. 118.
- 119 Inofficiosa dotis actio debet intentari intra quinquennium.
- 120 Inofficiosa donationis actio, durat solum per quinquennium.
- 121 Inofficiosi testamenti querela, quinquennio praescribitur.
- 122 Legitima supplementum peti potest à matre intra 30. annos; secus si petatur ratione inofficiosa dotis.
- 123 Pactum cum secundo viro, ut filij nascituri lucrentur certam dotis partem an valeat, & filius primi matrimonij praeiudicare possit, & numerus seqq. & nu. 127. ponitur distinctio, qua declaratur num. 144.
- 124 Acquisitum factio patrie, dicitur profectitium.
- 125 Mater potest relinquere plus filio secundi matrimonij, quam primi: contra nonnulli, n. 128. & seqq. sed quod verior sit prima opinio probatur, num. 133. & defenditur à contrariis, num. 136. 137. & 138. & qui negatiuam tenuerint, num. 141. & qui affirmatiuam, n. 142. & nullam habet dubitationem, si mortuum sit secundus vir, num. 143. non procedit tamen, si relictum fiat filio nascituro, num. 144. vel filio secundi viri ex alia uxore, nu. 145. vel contemplatione secundi viri, nu. 146.
- 126 Donationes facta contemplatione secundi viri, non praeiudicant filio primi matrimonij.
- 129 Aequalitas, ut seruetur inter filios est de consilio, non autem de necessitate, & num. 124. & 137.
- 130 Mulier relinquens amico viri, intelligitur relinquere contemplatione ipsius viri, secus si fiat relictum comuni filio, num. 139.
- 131 Mulier praesumitur magis diligere nonum conjugem, quam filios primi matrimonij.
- 132 Relictum factum filio contemplatione patris, factum praesumitur, declaratur num. 140.
- 135 Filij primi, & secundi matrimonij, quomodo parentibus succedant.
- 147 Mater, si relinquat plus secundo viro, quam vni ex filiis primi matrimonij, quid agendum: & ponitur distinctio, & de primo capite distinctio, num. 148. & 149. & de secundo, num. 150. & seqq.
- 153 Legitima non suppletur nolenti, & num. 157.
- 154 Relictum non dicitur, quod suppletur à lege.
- 155 Supplementum legitima, qua alione petatur. Et non petis ex voluntate testatoris, si dixerit, ut nil aliud petere possit, num. 156.
- 158 Mater an possit plus relinquere secundo viro, quam filio primo matrimonij, si adiciatur onus relinquendi filio secundi matrimonij. Et quod possit, si restituito statim fieri debeat, num. 159. & quid si ex interuallo, nu. 160. Et quid si secundus vir non agnoscat legitimum, n. 163.
- 161 L. hac edictali, C. de secund. nupt. poena in casu, quo plus relinquatur vitrico, vel nouerca, quam filio primo matrimonij, qua sit.
- 161 Vitricus, & nouerca possunt institui cum onere restitutionis filio primo matrimonij, nec potest ab eis auferri hereditas eorum vita durante.
- 163 Parentes, quod non possint plus relinquere vitrico, vel nouerca, quam filio primo matrimonij, quomodo sit intelligendum. Et an in relicto filio factio computetur eorum legitima, affirmatiua opinio, num. 164. negatiua verò, num. 165.
- 166 Mater transiens ad secunda vota, amittit tutelam filiorum.
- 167 Mater, qua declarauit, se velle nubere, an si paniceat possit tutelam reassumere, & num. 168.

169 Pater transiendo ad secunda vota, non amittit administrationem bonorum eius filiorum.

170 Tutela filiorum primi matrimonij, potest dari vitrico de consensu tutorum.

171 Mater retinet tutelam filiorum, durantibus sponsalibus.

172 Mater potest esse tutrix filiorum primi matrimonij, etiam si secundae contraxerit nuptias, si vir ita disposuerit.

173 Mater, qua amisit tutelam ob transitum ad secunda vota, an possit ipsa reassumere, mortuo secundo viro.

174 Mulier transiens ad secunda vota, amittit sui exemplariter substituendae: & primi facta irritatur, nu. 175. secus autem si petierit dari curatorem filio, num. 175. contra hanc conclusionem tenens alij, de quibus num. 177. & contra illationem, num. 178.

179 Pater transiendo ad secunda vota, non amittit sui exemplariter substituendae.

### De filiis primi, & secundi matrimonij, ac de pœnis transeuntium ad secunda vota.

#### CAP. XIII.

Inter fratres ex diuersis matrimoniis plures possunt oriri differentiae, quae ex pœnis maximè prouenire solent, quae impositae sunt his, qui ad secunda, transeunt vota, de quibus in praesenti capitulo erit videndum. Sciendum igitur est primo, pœnas impositas secundo nubentibus esse in duplici differentiâ; aliae enim imponuntur mulieribus, quae intra annum luctus nubent: & sic ob festinationem; aliae verò imponuntur tam mulieribus, quam hominibus, qui quandoque ad secunda transeunt vota. Inter primas erat primo, ut mulieres tam cito nubentes essent infames, leg. consensu, §. si verò, C. de repud. l. liberorum, §. primo, ff. de his, qui notantur infam. l. i. C. de secund. nupt. Secundo, ut non possent secundo viro dare in dotem plus quam tertiam suorum bonorum partem: Tertio, ut nec etiam ipsis plus quam tertiam partem testamento relinquere possent: Quarto, hæreditates, legata, donationes causa mortis, ex aliquo testamento capere non poterant: Quinto, amittebant omnia ipsis relicta, seu donata à primo viro tam respectu vti, fructus: quam proprietatis: Sexto, non succedebant ab intestato, nisi coniunctis vsque ad tertium gradum, de quibus omnibus habetur in d. l. i. C. de secund. nupt. rationes autem huius constitutionis plures erant. Prima, quaedam impudicitiae praesumptio, ut dixit Bald. in cons. 204. vers. non obstat, lib. 1. nimia enim fuit nantia incontinentiae manifestum est signum; ac sinistrae generat suspiciones inter uxorem, & secundum virum, ac propterea ad motum correctionem illae fuerunt inductae pœnae: Secundo dicuntur impositae ob iniuriam, quae inferretur primo viro, cuius memoriam tam citò reliquit, Castrenf. consil. 166. lib. 1. aliquam enim reuerentiam, etiam viro mortuo exhibere debet vxor, Ber. cons. 31. num. 13. vel. 2. Tertio, ob incertitudinem futuæ prolis, ac sanguinis confusionem; quarto ob suspicionem, ne vxor malignè aliquid egerit contra primium virum; ut per Garçon. & alios scribentes in l. i. C. de secund. nupt. ac propterea Bal. in praem. decreet. in vers. pacificus, dixit nubere intra annum luctus, non esse admodum laudabilem, nec fieri posse absque rubore, & sequitur Garçon. in d. l. i. nu. 2. qui subdit, nec maritum posse concedere licentiam vxori; ut nuba

inter alium, cum hæc remissio sit contra bonos mores, Dec. in rub. de secund. nupt. num. 8. & voluit Bald. in d. l. contrarium tamen demonstrant, quæ dicam infra num. 59.

4 Sed animaduertendum est, omnes istas penas inductas contra festinantes ad secunda vota, per ius canonicum esse sublatas, cap. si. de secund. nupt. cum enim de iure canonico sit permilium mulieribus, quas documque transire ad secunda vota, non debent ex re permilium sustinere iacturam, vel penam, & stante hac permilium, de qua in cap. pen. de secund. nupt. non potest amplius ille actus dici iniuriolosus, *Linuriam*, §. 16, qui, ff. de iniur. unde cessare debet omnis pena, Castrenf. conf. 366. super primo puncto, lib. 1. & tradit optimè Riminal. Iun. in consil. 279. num. 115. & seqq. lib. 3. necnon in consil. 52. num. 58. & seqq. lib. 5. melius enim est, mulieribus secundas permittere nuptias, quam quod sub periculo incontinentiæ viduæ remaneant: Nec obstat nonnullas ex istis penis concernere etiam fauorem filiorum, nam fat est, fuisse inductas ob festinationem ad secunda vota, quæ festinatio cum sit permilium, & cum reputetur actus legitimus, non debet aliqua plecxi pena; vt omnes Doctores vno ore asserunt, quos citat Surd. conf. 175. num. 20. lib. 1. & de quibus infra in secundo capite distinctionis.

5 Unde, si vir aliquid vxori relinquat, illud non perdit per transitum ad secunda vota, Io. Garon. in l. 1. C. de secund. nupt. Ruin. conf. 44. num. 2. lib. 1. Alexand. conf. 53. num. 12. lib. 7. Gab. in tit. de secund. nupt. num. 21. Riminal. Iun. conf. 155. num. 45. & conf. 279. num. 121. Quod tamen fac intelligas filiis primi matrimonij non existentibus in istis enim terminis consuluit, Riminal. Iun. in d. consil. 279. num. 114. & idem repetit in consil. 532. num. 40. si enim exierit filij, amittit proprietatem, licet retineat vsum fructum, vt mox dicam.

6 Verum esse tamen id, quod asserit Riminal. Iun. in d. conf. 279. numer. 109. & in d. conf. 532. numer. 41. asserere numquam possem: dicit namque, quod si maritus faciat legatum vxori sub conditione, vt vidualiter honestè, & castè viuat, non amittit legatum, si transeat ad secunda vota post mortem filiorum primi matrimonij: & mouetur per doctrinam Io. de Garon. in 1. part. rub. C. de secund. nupt. num. 34. & 38. qui loquitur in casu, in quo maritus reliquerit vxori legatum sub conditione, si secundo non nupsit, & quamdiu cum filiis steterit, si enim, dicit ipse, mortui fuerint filij conditio habitandi cum filiis habetur pro adimpleta, unde non extinguitur legatum, secundum Bald. in l. 1. C. de leg. & sequitur Socin. conf. 68. lib. 1. Paul. de monte Pic. in repert. l. Titia, §. Titia, cum nuberet, quest. 63. vers. quinto limita, ff. de leg. 1. Riminal. Iun. in d. conf. 279. num. 110. in quo non credo aliquam adesse difficultatem. Alià verò conditio vidualiter viuendi, dicit Io. de Garon. pariter non obstat, quia tamquam facta fauore filiorum primi matrimonij, ipsis deficientibus cessat: Et in hoc non assentio, maritus enim dum facit legatum vxori sub conditione viduitatis, non habet solum in consideratione filiorum fauorem, sed personam ipsius mulieris, quam non vult cum nouo viro, choreas ducere, lætam viuere vitam expensis primi viri: ac ideo videmus quotidie, quod mariti similes imponunt conditiones etiam vxoribus, ex quibus filios non habent: & si illa verba, donec vidualiter, castè, & honestè vixerit, intelligeretur solum apposita fauore filiorum, ipsis deficientibus, possent retinere legatum etiam luxuriosè viuendo, quo nihil absurdius. Nec obstat, quod Riminal. subiungit num. 111. penam priuationis honorum à marito relictorum ob transitum ad

secunda vota, hodiè esse sublata: & illas tantum remanere penas, quæ fuerunt inductæ in fauorem filiorum existentium: nam in casu proposito mulier non priuatur legato in penam, quia transtulit ad secunda vota, sed quia legatum est factum sub conditione viduitatis, qua conditione cessante, cessat legatum ob expressam testatoris mentem.

8 Ad propositum legati vxori facti sub conditione prædicta viduitatis, est d. ff. de rearia, an fuerit dictum donec, & quousque vitam vidualem, honestam, & castam duxerit, vel si vitam vidualem, honestam, & castam duxerit: Primo enim casu donec vidualiter, honestè, & castè vixerit, facit rei legatæ fructus suos: vnde si verum postmodum ducat, debet restituere solum rem legatam, non autem fructus interim perceptos donec vidualiter vixit: Si verò legatum fuerit factum sub conditione, si vidualiter vixerit, si post aliquod tempus virum ducat, debet restituere non solum rem legatam, sed etiam fructus interim perceptos, & si legatum fuerit annuum, restituere pariter debet annuas præstationes, quas, dum vidualiter vixit percepit per doctrinam Castrenf. in l. heres, §. 1. ff. de cond. & demonstrat. & in l. fin. C. de ind. viduit. toll. Et docent alij, quos citat Riminal. Iun. in d. conf. 52. numer. 34. licet ipse in casu suo ob facti diuersitatem contrarium sentiat: & quod hoc casu fructus restitui debeant, tenet Rota coram Ludouf. decis. 187. nu. 3. vbi dux alicui legantur decemiones, & plura ad propositum ibi citat Beltraminus.

9 Quæ distinctio verissima est in legato, sed quid dicendum sit in institutione, pulcherrima est dubitatio, nempe si dictum fuerit, dum, donec quoadiu, quousque vidualiter vixerit; quæ verba cum videantur importare temporis distributionem, & hæreditas non possit dari ad tempus; & si semel hæres numquam desinat esse hæredem, l. hereditas ex die, ff. de cond. & demonstr. volunt nonnulli his verbis institutum perpetua remanere hæredem ad exclusionem venientium ab intestato, & esse differentiam, an quis fuerit institutus, si vel dummodo seruauerit vitam vidualem, quæ dicitur absque dubio institutio condicionalis, vel donec, & quamdiu, &c. quæ potius temporis distributionem importare videtur, Nat. conf. 459. num. 14.

10 Et adducant simile, quod institutus dum vixerit, nullo dato cohæredet, vel substituto, perpetua remanet hæres, nisi in contrarium adsint contraria.

11 Quibus tamen non obstantibus contrarium profecto est asserendum: hæc enim verba donec, quousque & similia apposita in institutione, ipsam conditionalem reddunt. Decian. conf. 77. num. 6. lib. 2. & conf. 9. nu. 18. lib. 5. licet enim per se temporis distributionem importare videantur, attamen id sibi locum vendicat, si apponantur in actu, qui possit esse annuus, vt in legato, secus si apponantur in institutione, cuius natura est, vt sit perpetua, ita distinguendo docet pulchre Bald. in leg. final. num. 3. C. de in di. viduit. toll. & tradit optimè Ruin. in conf. 170. sub num. 6. & 7. lib. 3. Gratian. discept. Forens. cap. 563. nu. 24. qui de veriori opinione testatur, & sequitur Rot. Macerat. apud eundem Gratian. decis. 3. quæ distinctio approbata fuit à Rot. Romana decis. 430. sub nu. 1. vers. non obstat. diuers. part. 4. & clarè habetur in decis. 693. num. 1. recent. seu selectiorum per Farin. part. 1. vbi dicitur, quod si institutus quousque vitam vidualem seruauerit, censetur instituta sub conditione negatiua, si non nupsit: ac ideo non potest adire, nisi prius præstet cautionem mutuanam, quæ habetur loco adimpleti conditionis negatiue, l. Mutuanæ ff. de cond. & demonstrat. Ruin. d. conf.

170. num. 7. lib. 3. Nec obstat. verba esse affirmativa, nam sat est habere implicite negativam, si nempe non nupserit, ut per Ruin. *loc. cit.* & tradit Rim. *lun. in conf.*
- 13 532. num. 15. Præterquam quoque ista cautio est necessaria non solum in conditionibus negativis, sed etiam in affirmativis, Rot. *diel. decis.* 430. num. 1. ac propterea volunt omnes supradicti Doctores, quod institutus his verbis, donec, & quousque, &c. debeat ante additionem præstare omnino cautionem mutianam, ut in *diel. decis.* 430. & in *diel. decis.* 693. num. 1.
- 14 Imo Rota in *d. decis.* 430. sub num. 2. *versio. præterea*, tenet, quod etiam si hæc dictio, donec, diceretur importare modum, adhuc necessaria esset hæc cautio, cum in hoc modus non differat à conditione, in utroque enim casu ad mentem testatoris est necessaria hæc cautio, per iura, & Doctores ibi allegatos.
- 15 Non obstant modo, quæ ex aduerso proponuntur, hæreditatem nempe non posse dari ad tempus, Respondet enim primo, in d. legem id facere posse, sūgendo recto non adiuisse, ut in puncto declarat Ruin. in *d. conf.* 170. sub num. 11. & sequitur Pereg. *de fideicom. art. 11. sub num. 117. vers. contra*, & sub num. 129. *vers. unde pro resolutione.*
- 16 Secundo responderetur, sic institutum numquam fuisse heredem, ac si à principio hæreditas non fuisset delata ob cautionem non præstitam, ut post Ruin. & Pereg. *locis citatis* declarat Rot. in *d. decis.* 430. num. 1.
- 17 Ac ideo, si institutus supradictis verbis donec, &c. permanserit per aliquod tempus in viduitate, & postea ad secunda vota conuolauerit, debet restituere omnes fructus à principio perceptos tamquam Prædo, ut dixit Ruin. in *diel. consil.* 170. sub num. 7. *vers. nec cautio præstita*, & probat *tex. in Auth. eni raliellum, C. de indie. iud. coll.* & notant ibi scribentes, ut enim declarat Ias. in *tertio notabilis*, cum contrafecerit, dicitur priuatus vsque retro, de quo Rim. *lun. in conf.* 179. n. 28. & docet Pereg. *de fideicom. artic. 11. nu. 117. in princip.* & optime responderet Rot. in *d. decis.* 693. hærede enim contraveniente perinde est, ac si à principio non fuisset hæres; unde omnes fructus restituere debet; quotiescumque enim titulus reducitur ad non titulum, debent restitui fructus à die, quo titulus fuit ad non titulum redactus, ut ibi per Rotam, quæ nu. 2. subiungit, & bonam fidem in hoc non excusare, cum institutio dicatur conditionalis, ac propterea nec ignorantiam, nec aliquam aliam causam posse liberare ab hac fructuum restitutione.
- 18 Nec aliquin concludit simile in contrarium consideratum, quicquid enim sit de hoc simili etiam apud Doctores controuerso, institutus donec vixerit, non dicitur institutus sub aliqua conditione, quæ ab eius potestate dependeat: sed institutus, donec vitam vidualem seruauerit, dicitur institutus sub conditione, quam adimplere in eius stat potestate, ac ideo antequam adeat, debet loco adimplenti præstare cautionem mutianam, qua non præstita, non dicitur hæres, & sicut tenetur ad restitutionem omnium fructuum indebitè interim perceptorum; ut per supradictas Doctrinas, & decisiones.
- 20 Quæ proceduntur etiam, nullo dato cohæredere, vel substituto, nam ratio fundamentalis huius conclusionis est, quia institutio est conditionalis, ut supra fuit dictum, unde effectum habere non potest, nisi adimpleta conditione per cautionem mutianam, quæ requiritur ex parte ipsius instituti, ut in dictis præcipue duabus decisionibus
- 21 Præterea hæc cautio est præstanda, etiam si non adsint cohæredes, vel substituti, ad fauorem nempe venientium ab intestato, *leg. si cui sub conditione, ff. de iō. dit. & demonstrat.* & clarius habetur in *5. quo vera, vers. præfata. Anthen. de nupt.* & docet Nat. in *conf.* 170. num. 7. & sequitur in puncto Rot. in *diel. decis.* 410. num. 3. quæ allegat iura supradicta, & Ruin. *loc. cit.* licet in nonnullis impressionibus per errorem allegetur Nat. loco Ruin. Et sic tam circa hæreditatem, quam fructuum restitutionem, fuit in quadam causa, me patrocinate Vrbini per conformes iudicatum non obstantibus pluribus considerationibus, & argumentis per Excellentissimum D. Aduocatum in contrarium propositis.
- 22 Duo tamen circa hanc cautionem ponit Rim. *lun. in diel. conf.* 179. & 352. Primo quod non sit necessesse præstare hanc cautionem, nisi petatur, quod multis similibus probare conatur in *diel. consil.* 176. num. 100. & seqq. qui etiam num. 106. dicit male aliter tenuisse Socinum in *diel. l. Mutiana*: sed verè male ipse sentit, si enim, ut docet Ruin. in *diel. conf.* 170. nu. 7. mulier sic instituta non potest adire, nisi prius præstet cautionem mutianam, ergo si vult adire, ipsam præstare debet, etiam si non fuerit ab aliquo petita: Et nimis clara sunt verba *tex.* dum dicit, vxorem posse hæreditatem adire, denunciando cohæredi; separatam esse cauere, ergo si vult adire, debet ipsa denunciare, & postea adire, ut donoiant illa verba, & postea adire, & docet Gratian. *discept. Forens. cap. 901. n. 9. & 10. vbi testatur de veriori opinione.*
- 23 Secundo dicit Rim. *lun. in d. conf.* 332. nu. 45. quod si contra vxorem, quæ cautionem mutianam non præstitit, non fuerit actum eius vita durante, nec minus post eius mortem agi poterit; cum hæc sit pœna, quæ in d. functum, non exercetur, *leg. defuncto, ff. de public. iud.* Verum animaduertendum est, quod hæc est pœna cum obligatione restitutionis, quam obligationem ad hæredes transire, non est dubium; ac ideo, & res relicta, fructus interim percepti poterunt peti ab hæredibus, in pœnam non præstitæ cautionis mutianæ.
- 24 Aliæ vero sunt pœnæ, quæ generaliter constitutæ sunt contra secundo nubentes in fauorem filiorum primi matrimonij, nulla habita consideratione, quod nimis festinantes nupserint, & istæ adhuc videntur, & in correctæ remanent, ut communiter distinguunt Doctores in *d. cap. fin.* vbi Abb. in fine dicit, ab hac distinctione non esse in iudicando recedendum, Rip. in *consil.* 6. in *tit. de secund. nupt. lib. 2.* Boer. *decis.* 185. num. 7. Rim. *lun. in conf.* 569. num. 1. de quo prius Bald. in *leg. prima, num. 17. & seqq. C. de secund. nupt.* vbi iocose loquitur, idem ibi Dec. num. 21. & Grat. num. 71. & num. 132. Innoc. Host. Ioh. And. Butr. Card. Anch. & Henric. in *cap. fin. de sponsal.* alios plures congerit Gab. in *tit. de secundis nuptis, conclus. 5. num. 1.* Didac. *de sponsal. part. 2. cap. 3. §. 9. num. 5. & seqq.* alios cumulat Sard. in *consil.* 175. numero 20. & seqq. sed quæ nam sint istæ pœnæ videamus.
- 25 Pœna autem est pœna, ut mulier transiens ad secunda vota amittat proprietatem omnium rerum à primo viro sibi donatarum, datarum, & quocumque modo relictarum, quod tamen intelligitur extantibus filiis primi matrimonij, quorum fauore hæc inducta est pœna, quæ propterea per ius canonicum non dicitur sublata; ne in ipsa proprietate filij secundi matrimonij aliquod ius præterdere possunt, ut hæc omnia habentur in *leg. femina, C. de secund. nupt.* dixi amittere proprietatem, quia vsum fructum non amittere, certum est, & probat *tex. d. leg. femina, Bald. conf.* 467. lib. 3. vbi dicit, amittere proprietatem, temento tamen vsum fructum, & Fedetic. de Scu. in *conf.* 36. vsum fructum

- non amittere, docet, & tradit ex pluribus Surd. in *dist. conf. 175. num. 21. & seqq.*
- 26 Quod ampliare est opus, etiam si nō ad sint filij primi matrimonij, sed solum ex ipsis nepotes: cum enim *dist. lex femina* loquatur de liberis, nepotes comprehenduntur, *leg. liberorum. ff. de verbor. signific. Dec. consil. 97. Bertrand. consil. 100. lib. 1. licet contrarium tenuerit Ceph. in consil. 463. & seq. qui ex eo maxime mouetur, quia dist. lex femina est pœnalis, ac ideo potius restringenda, quam amplianda; sed omnia per ipsum adducta optimè confutat Rimin. Iun. in consil. 569. num. 3. & seq.*
- 27 Secundo ampliatur, ut mulier quantum ad proprietatem non possit præiudicare filiis primi matrimonij, ne etiam respectu augmenti, quod factum esset in te à primo viro sibi data, donata, vel relicta, idem enim debet iudicari de augmento, quod de principali, ut notat Angel. in §. 1. in *Aur. de aqua. dot. & docet Bal. in l. iustiam, C. de iur. dot. Rimin. consil. 64. nu. 4. quos omnes refert, & sequitur Rimin. Iun. consil. 295. num. 33.*
- 28 Tertio ampliatur, ut *dist. lex femina* procedat tam in muliere, quam viro transeunte ad secunda vota, Rip. *conf. 6. nu. 9. in tit. de secund. nupt. lib. 1. in hoc enim pater, & mater æquiparantur, ut per Gab. in tit. de secund. nuptis. conclus. 3. num. 3. Gayl. lib. 2. obseruat. obser. 98. quicquid in contrarium dicat Fach. controuers. iuris lib. 3. cap. 64. & habetur per Rotam in decis. 638. num. 2. selsi. per Farin. part. 1.*
- 29 Quarto ampliatur respectu cuiuscumque lucti etiam ex statuto; consuetudine, vel pacto proueniente, Bald. in *d. A. i. ex testamento, vers. sed statim, C. de nupt. Io. Fab. in Aur. in donatione, C. de secund. nupt. & plures hanc opinionem sequentes videri possunt apud Boer. in decis. 185. num. 7. & plures alios ad propositum citat Rora. Romana in *d. decis. 638. nu. 4. quæ appellat hanc opinionem veniorem, & receptiorem, varios cumulat Gab. in tit. de secund. nupt. conclus. 1. ampliat. 9. vbi pariter de communi Surd. conf. 164. num. 20. lib. 1. & consil. 196. num. 35. lib. 1.**
- Limitatur modò disposita in *dist. lex femina* variis modis à Doctoribus, & primo, ut non procedat in donatione remuneratorio, quæ proprie non dicitur donatio, *leg. si quis pro uxore. §. primo, in fin. ff. de donat. inter virum & uxorem. nec prouenit à manifesta liberalitate, ut requirit d. l. femina* sed ex obligatione antedicta, *leg. si lege. §. consuluit. ff. de petit. hered. ut dixit Rimin. Iun. in dist. consil. 295. in princip. qui, & Ripam, & se ipsum allegat in institut. de donat. in principio, & docet Ceph. in d. conf. 463. num. 18.*
- 32 Circa tamen hanc remuneratoriã donationem est animaduertendum, quod licet in instrumento fiat mentio de meritis personæ, vel affinium, hinc tamen non dicitur donatio remuneratoria, fieri namque potest, ut alicuius merita præcedant, & quod ob eius egregias dotes donationem fieri mereatur, ad tex. in *l. nec adiecit. ff. pro soc. hinc tamen non dicitur donatio remuneratoria, sed simplex, facta tamen bene merenti, leg. affectionis. ff. de donat. leg. viuus. ff. si quid in fraud. cred. ut inquit Rimin. Iun. loco proxime citato. num. 62. stant enim simul, ut donatarius mereatur sibi donationem fieri, & quod in donante nullum contulerit beneficium, unde simplex potius donatio appellari debet, ut ipse Rimin. pariter declarat in *Instit. de donat. in princip. num. 104.* Illa igitur est remuneratoria donatio, ad quam faciendam mouetur donator ob aliquod receptum à donatario beneficium, ut Rimin. docet in *dist. consil. 569. num. 62. & 63. necnon in**
- §. 1. *Instit. de donat. num. 1098.* non sufficiunt igitur merita ex parte donatarij, nisi in donantem aliquod contulerit beneficium, ex quo oriatur obligatio ad remunerandam, quæ propterea dicitur quædam provocatio ad ipsam remunerationem, *leg. prima, C. de reuoc. donat.* cum vnusquisque accepti beneficij debeat esse memor, quæ propterea non dicitur proprie remuneratio; sed potius debiti solutio, *leg. penult. ff. de rit. nupt.* necessitas enim non habet meritum, sed solum ipsa voluntas, *l. unum ex familia, §. 1. ff. de leg. 2. Lup. de donat. inter virum, & uxorem, §. 50. num. 9.* de qua donatione remuneratoria multa cumulat Rimin. Iun. *d. consil. 569. num. 65. & plurib. seqq.*
- 36 Secundo animaduertendum est, non sufficere, in donatione de meritis mentionem fieri, cum enim inter virum, & uxorem prohibita sit donatio, non creditur viro dicenti, merita præcessisse, nisi aliter probetur, *Dec. consil. 132. Gozad. conf. 20. Ruin. consil. 173. nu. 12. lib. 1. & late probat Tiraq. in l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, nu. 87. C. de reuoc. donat. quæ nec aliquid in hoc operatur iuramentum, Alex. in l. si donatione. C. de collat. Becc. conf. 52. nu. 68. prout nec etiam meritorij specificatio, ut per Alex. & alios scribentes in *d. l. si donatione, C. de Coll. inter enim personas prohibitas non specificatio, sed meritorum existẽtia requiritur, quod late probat Rim. Iun. in d. consil. 295. num. 67. & seqq. ac**
- 39 propterea quæ posita in narratiuis nihil operantur, & si alias causam finalem denotare soleant, ut per Rimin. Iun. in *d. consil. 569. num. 80. & seq.* qui late hanc conclusionem declarat, & plura ad propositum dicta tenentur superius in 1. part. cap. 11. num. 11. & seqq.
- 40 Tertio dicunt, donationem nō præsumi remuneratoriã, quotiescumque in institutione dicitur, ut nulla possit iniuria, ingratitude, vel offensa reuocari, cū enim remuneratoriã donatio sit de sui natura irrevocabilis, *l. pen. §. 1. ff. de donat. Rol. conf. 76. num. 15. lib. 2. Valq. de success. resol. §. 5. l. 1. n. 5.* illa verba dicuntur superflua, quod asserendum non est, ut dicit Rim. Iun. in *d. consil. 295. num. 63. & seq.* Verum si in ipsa donatione alia necessaria concurrent, quæ verè ipsam esse remuneratoriã demonstrarent, parum curandum esset de istis clausulis, quæ potius possent intelligi appositæ ad maiorem contractus corroboracionem.
- 41 Secundo limitatur *d. l. femina*, ut nō procedat in donatione ob causam, quæ potius quædam dicitur permutatio, *l. Aquilini Regulus, ff. de donat. & ita hanc legem egregiè limitare Rip. n. 33. dixit Rim. Iun. in d. consil. 295. nu. 6. & in d. consil. 569. nu. 91.* quod tamen secundum ipsummet Rip. intelligendum est, quatenus donatio respondeat causæ, in excessu enim reputari deberet pura donatio, *l. si sponsus, §. circa. ff. de donat. inter vir. & uxorem. Corn. conf. 45. lib. 3.* prout non procederet, si causa respiceret solum commodum donantis, non autem donatarij, quod exemplis demonstrat Rimin. Iun. in *d. consil. 295. nu. 70. & sequitur in d. consil. 569. num. 92. & seqq.*
- 42 Tertio limitatur *d. l. femina* quantum ad hanc primam pœnam in omnibus rebus acquisitis ex contractu oneroso, Rip. in *d. l. femina, num. 29. Bald. in d. l. hac edictali, vers. si vel statim emergit, vbi etiam Bertran. qui idem asserit in consil. 275. nu. 3. lib. 2. & in consil. 280. num. 10. & seqq. lib. 3. Rom. conf. 219. num. 4. licet Scius dici deberet in mutuis donationibus propter nuptias, de quo Boer. in *d. decis. 185. sub num. 10.**
- 43 Secunda est pœna, ut mulier transeunte ad secunda vota amittat ius succedendi in bonis filiorum primi matrimonij, aliis tamen eorum fratribus existentibus, *44 d. l. femina, §. illud, C. de secund. nupt. quod pariter proce-*

procedit in patre transeunte ad secunda vota, secundum communem opinionem scribentium in d. s. illud, Old. conf. 33. Rom. conf. 182. Socin. conf. 34. lib. 1. & conf. 114. lib. 4. Dec. conf. 87. quos refert, & sequitur Rip. in conf. 6. in tit. de secund. nupt. lib. 2. Capri. conf. 46. vbi de communi Guid. Pap. g. 228. Paris. conf. 29. lib. 3. Ruin. conf. 20. lib. 3. plures citat Gab. in tit. de secund. nupt. concl. 3. n. 3. & idem est in aliis ascendentibus, vt per ipsam n. 4. Rot. decis. 6; 8. num. 1. & 2. recent. part. 1. Merlin. de legitima, lib. 4. tit. 2. g. 1.

45 Quod tamen declarandum est respectu proprietatis, non autem vltus fructus, in quo patres succedunt, vt in d. s. illud, & docent omnes supracitati Doctores, & licet citatis tex. loqui videatur, si casus successionis eueniat post transitum ad secunda vota, tamen idem est, si prius successerint, adhuc enim transeundo ad secunda vota proprietatem amittunt, vt habetur in §. hinc nos alia, Auth. de nupt. desumpto ex Auth. testamento, C. de secund. nupt. & in his terminis loquitur Gabr. & alij per ipsam citati loco citato num. 6. † Quod ampliandum est procedere etiam respectu legitimæ parentibus debitæ, Paul. de Castr. conf. 67. lib. 2. Bald. in d. Auth. ex testamento, G. ibi. loco citato, num. 8.

47 Et tamen dubitatio, an parentes dicantur succedere tantum in usufructu, vel in proprietate, & usufructu simul, amittendo postea proprietatem, & retinendo solum usufructum, ut voluit Socin. conf. 34. num. 11. lib. 1. quod certe nullam habet dubitationem; si casus successionis eueniat ante transitum ad secunda vota, secus vero si iam contractis nuptiis, tunc enim in usufructu tantum succedere dicendum est cum ius succedendi in proprietate amiserint per transitum ad secunda vota.

48 Secundo declaratur, hanc penam sibi locum vendicare respectu bonorum filii obuentorum ex bonis parentum, secus si aliunde ipsis obuenierint, ut probat tex. in d. Auth. ex testamento, & in d. s. hinc nos alia, in quibus est diuersa ratio, Gabr. in d. conclus. 3. de secund. nupt. num. 16. & 17. Mangil. de Imputat. quest. 7. nu. 14. Merlin. de legitima, lib. 4. tit. 2. quest. 1. num. 5. & prius dixerat lib. 1. tit. 4. quest. 7. num. 15. & omnes allegant tex. in d. s. hinc nos, vers. sed quantum, de nupt. & in l. mater, C. ad Tertul. ibi. Sin vero alterius matri coniugium elegerit; extrinsecus quidem quaesita filio, filiaue simili firmitate possideat: tunc vero paternarum defuncti solo usufructu humanitatis contemplatione potitur, proprietatem & sororibus, & fratribus transmissura defuncti.

49 Si igitur in bonis aliunde acquisitis per filios mater succedit, non obstante, quod ad secunda transtuerit vota, non poterit in illis legitima priuari cum legitima sit portio illorum bonorum, in quibus quis ab intestato successurus fuisset; l. parentibus, C. de inoff. testam. l. Papinianus, §. quoniam, ff. ead. gloss. in Auth. nouissima, C. de inoff. testam. Et parentibus etiam legitimam deberi, non est dubium, l. nam & si parentibus, ff. de inoff. testam. Alcan. Clement. de patr. potest. c. 4. nu. 22. Pe-

50 reg. de fideicom. ar. 36. nu. 44. † Vnde etiam ipsis competere ius petendi supplementum, gloss. in l. omni modo, C. de inoff. testam. Grass. in §. legitima, quest. 34. Rimin. lun. conf. 305. nu. 17. & seqq. Surd. conf. 341. in princ. & sub nu. 17. Merlin. de legitima, lib. 1. tit. 2. g. 17. nu. 6. Nec obstat transitus ad secunda vota, nam iam diximus, id non tollere ius succedendi in bonis per filios acquisitis, in quibus mater succedit, non obstante binubatu, ut dixi supra n. 48.

Sed contrarium sentientes, nempe filios posse priuare matrem legitima, etiam in bonis per ipsos acquisi-

tis, vt Ber. conf. 36. lib. 2. Soc. lun. conf. 97. num. 3. & seqq. lib. 4. qui in eodem casu consuluit Laderch. conf. 33. nu. 4. & seqq. vna cum nonnullis alijs, quos citat & sequitur Merlinus de legitima, lib. 4. tit. 2. quest. 2. num. 11. respondet supradictæ rationi. † Matrem binubam vtique succedere in bonis per filios acquisitis, etiam quod alij adijunt filij; sed id procedere ab intestato, ex testamento vero capere solum id, quod filius ipsi reliquit; prout etiam succedit ab intestato, quando alij non adijunt filij; sed etiam hoc casu non posse petere aliquod supplementum, si contra habeat iudicium filij, per tex. in §. hinc nos, vers. si igitur, Auth. de nupt. in quo tex. probati videtur, et indum esse dispositioni filij, liquid relinquentis matri binubæ, vel per institutionem, vel per legatum; & cum id sit de directo contra tex. in §. cum igitur, de non oblig. secundo nub. dicunt, illam esse correctum per d. s. hinc nos, vt post predictos consulentes dixit Merlin. in d. quest. 2. sub num. 6.

Verum hanc Socini, & lequacium sententiam semper falsam esse existimaui. Nam primo, si iura, quæ disponunt, matrem succedere in bonis extrinsecus acquisitis per filium, absolute id adijunt, non autem cum aliqua restrictione, dummodo non habeat contra se iudicium filij; Doctores pariter supracitati limitant generaliter conclusionem, matrem binubam amittere ius succedendi in bonis filiorum alijs existentibus, si bona fuerint per filios acquisita: si igitur in illis bonis mater succedit, ergo in illis legitima priuari non poterit, ut supra dictum fuit.

54 Secundo disponitur tex. in d. leg. mater, C. ad Tertul. matrem, si non transeat ad secunda vota, pleno iure succedere in bonis filiorum: hæc sunt verba tex. Mater, que defuillo filio, filiaue, sine libera ex testamento, vel ab intestato succedit, si matrimonium secundum post mortem filij, vel filia non contraxerit, omnia filij, seu filia morte delata, vel derelicta, pleno iure acquirat. Deinde sequitur tex. Si vero alterius matri coniugium elegerit, extrinsecus quidem quaesita filio, filiaue simili firmitate possideat. Modo quero ego, an in primo casu, si nempe mater matrimonium secundum non contraxerit, possit filius eius testamento priuate matrem legitima, certe non, cum parentibus debeatur legitima in bonis filiorum; ergo nec minus eam priuate poterit legitima in bonis per ipsum acquisitis, licet transtuerit ad secunda vota cum illa simili firmitate possidere debeat, ut decidit text. quemadmodum igitur filius non potest priuate legitima matrem, quæ non transtuit ad secunda vota, ita non poterit eam priuate in bonis per ipsam acquisitis, licet ad secunda vota transtuerit; nam aliter non esset simili firmitas. Nec reperio aliquem Doctorem assententem, hunc textum esse correctum, imò in proposito ipsum omnes allegant.

55 Tertio in dicto §. cum igitur de non elig. secundo nubent. aperte probatur, matri binubæ legitimam deberi in bonis filiorum, quod non negant aduersarij, sed dicunt, hunc textum esse correctum per dictum, §. hinc nos. Verum animaduertendum est, in illo tex. nullam fieri mentionem, quod filius possit, vel non possit matrem legitima priuate, nec ibi id in controuersiam deduci: solum enim Imperator ibi declarat, matrem succedere posse filio ex testamento, & ab intestato; Et si succedat ex testamento, quod debeat accipere id, quod filius ipsi reliquit per scripturam, hoc est mediante scriptura testamenti; si vero ab intestato, quod succedere debeat cum filiis in proprietate, vel usufructu secundum distinctionem ibi positam: ponitur igitur solum differentis succedendi ex testamento;

vel ab intestato: sed quod si succedat ex testamento, possit filius matrem legitima priuare, non deciditur in illo tex. imò cum de hoc ibi non queratur cetera extrema supponuntur habilia: & sic quod filius testatus fuerit secundum iuris dispositionem, ut pulchre declarat Rimin. Iun. in *dil. consil.* 305. & sic cessant omnes considerationes, de quibus per Merlin. in *dil. quest.* 2. num. 7. qui Rimin. *num.* 50. dicit, hanc esse verum intellectum, ad illum tex. *num.* 44. & *seqq.* Socini, & aliorum reprobatur intellectum, qui etiam infideliter verba tex. retulisse animaduertit *num.* 45.

56 Præterea non est de facili, & absque necessitate admittenda legum correctio, l. *præcipimus*, C. de appell. l. *vs liberis*, C. de testat. C. *tauer*, cons. 307. num. 4. Et nisi sit clara, & manifesta non est inducenda per subauditos intellectus. Gratian. *discept. Forens.* 973. num. 36.

57 Secunda ratio Merlin. de qua *num.* 8. pariter non subsistit; nam transitus ad secunda vota non est per se sufficiens causa ad priuandum parentes successione, & legitima: nam aliter sequeretur, ut non possent succedere, etiam aliis non existentibus filiis, quod tamen falsum esse, omnes admittunt, cum aliis filiis non existentibus, parentes, non obstante, quod ad secundas conuolauerint nuptias, pleno iure succedant, Rip. *respons.* 7. num. 2. & 6. in titul. de secundis nuptiis, Gabr. in *dila conclus.* 3. num. 29. & alij passim: Præterea, si transitus ad secunda vota sufficeret ad excludendum parentes à successione, non esset opus distinguere inter bona paterna, & bona per filios aliunde, acquisita, ut iura, & Doctores distinguunt. Et si iste transitus per se sufficeret, mater non posset impugnare testamentum filij, etiam si extraneos, & non fratres instituerit: & tamen si filius instituerit extraneos; potest mater testamentum impugnare, ut in *9. cum agitur*, *Authent. de non elig. secundo nubent.* quem tex. in hoc non esse correctum, dixit Ioan. de Garron. in *Authent. ex testamento*, num. 10. C. de secundis nuptiis, & docet Mangil. de *Impunit.* quest. 7. num. 20. & *seqq.* ex quo apparet, hanc pœnam non esse inductam ad fauorem filij præmorientis, sed ad fauorem aliorum filiorum suprauentium.

58 Tertio, & vltima Merlini consideratio circa auctoritates, de quibus *num.* 11. pariter à supradicta opinione me remouere non possunt. Primo, quia in contrarium habemus iura expressa, quæ correctæ esse per subauditos intellectus non est dicendum; Secundo, est conformis regulis iuris communis, ut mater debeat habere legitimam in bonis filiorum; Tertio, si adsunt consulentes in contrarium, ut Ber. & Socin. nostras partes tuetur, Rimin. Iun. qui eos expressè reprobatur, & dicit, hanc esse veram, & claram opinionem. Quarto, contra Ber. & Socin. iudicatum fuisse Rimin. testatur, & sententiæ magis attendendæ sunt, quam consilia. Quinto, pro hac parte non desunt etiam auctoritates, de quibus per Rimin. *loco cit.* & per Mangil. in *dila. quest.* 7. sub *num.* 30. & 32. Et ipse sub *d. num.* 30. dicit, id esse tam clarum, quam quod clarissimum, & sequitur Fachin. *controuerf. iur. lib.* 3. cap. 62.

60 Tertio declaratur, ut hæc pœna non procedat, si alij non adsunt filij primi matrimonij, tunc enim non obstante, quod parentes transfuerint ad secunda vota, succedat filiis pleno iure, ut habetur in *d. §. illud*, & docent Doctores omnes supracitati, Rip. *respons.* 7. *num.* 2. & 6. in *tit. de secund. nupt. lib.* 2. Gabr. *loc. cit. num.* 19.

61 Quarto declaratur hæc pœna transeuntium ad secunda vota, ut procedat ab intestato, secus autem ex testamento, ex quo succedere posse non est dubium, 62 Si tamen pater filio expressam fecisset pupillarem

substitutionem, ipso decedente in pupillari ætate, mater nullo modo succederet, etiam si ad secunda non transfuerit vota, cum secundum communem opinionem pupillaris expressa excludat matrem etiam à legitima, ut docent plures, quos citat Mich. de Grass. in *9. substitutio, quest.* 30. num. 2. Mantie. de *consell. vlt. volunt. lib.* 5. tit. 11. nu. 14. & tit. 15. num. 37. Trentac. de *substit. par.* 2. c. 16. vbi de communi Intrigl. de *substit. cent.* 1. quest. 91. Gall. de *except. success. tit.* 4. *except.* 19. nu. 21. & *seqq. part.* 1. Surd. *conf.* 212. num. 1. lib. 2. Peregr. *conf.* 32. num. 14. & *seqq.* & *conf.* 68. num. 7. lib. 2. The Laur. *decis. Padem.* 200. nu. 8. vbi pariter de communi Magon. *decis.* Florent. 144. num. 21. Surd. *decis.* 273. Rota Rom. *decis.* 639. nu. 4. *selectarum per Farinac. seu recent. par.* 1. infinitos serè nouissimè cumulare curauit Fufar. de *fidelicorumis. quest.* 136. num. 14. in quo, cum sit extra nostram materiam, non est quod latius insistant: Hæc enim verè non est pœna transeuntium ad secunda vota, sed regula generalis; licet aliqui in proposito videantur aliquam facere differentiam, an mater transfuerit ad secunda vota, vel non, de quibus per Fufar. *quest.* 142. num. 45. & *seqq.*

63 Sed ad propositum potest oriri dubitatio, quid si non adsint filij ex primo matrimonio, sed alij fratres consanguinei ipsius defuncti: ex gr. Titus habuit filiū ex primo matrimonio, puta Scium, mortua prima vxore aliam duxit, nempe Bertam, ex qua alium filium Sempronium nuncupatum suscepit: mortuo Titio, Berta alium duxit virum decessit postea Sempronius, queritur, vtrum Berta debeat admitti ad successionem Sempronij vna cum Scio. Cumam. *consil.* 242. arguit pro vtraque parte, & tandem in hac residet opinione, ut Berta non admittatur vna cum Scio, cum iura non requirant, ut sorores, & fratres attineant defuncto mediante persona ipsius matris, quam opinionem sequitur Alex. *consil.* 66. lib. 4. & *conf.* 3. num. 3. lib. 7. Anchar. *conf.* 278. & probat Boer. in *d. decis.* 185. nu. 18. Verum aliter desumi videtur ex *tex. in d. §. illud* vbi dicitur, matrem non succedere, aliis ex eodem matrimonio procreatis liberis supersticibus: ad exclusionem igitur matris requiritur super existentia filiorum ex eodem matrimonio procreatorum, contra id, quod præsupponit Cumanus: maxima enim inter dictos duos casus adest ratio differentie: nam quando mater excluditur per existentiam aliorum filiorum; id euenit, quia ipsa dicitur maximam fecisse iniuriam, transeundo ad secunda vota; ac ideo aliquo ex ipsis existente, à successione excluditur: quæ ratio cessat prorsus existentibus solum fratribus consanguineis ipsius defuncti quibus eorum nouerca nullam fecit iniuriam, transeundo ad secundas nuptias; cur igitur volumus eorum existentiam priuare matrem successione filij?

64 Quinto declaratur, ut procedat hæc pœna, si mater transfuerit ad secunda vota de consensu filiorum, gloss. in *§. primo*, *Auth. de nupt. volenti* enim, & consentienti non fit iniuria, Fach. *controu. iur. lib.* 3. cap. 65. Menoch. *conf.* 237. nu. 24. Gabr. de *secund. nupt. conclus.* 1. nu. 33. & *conclus.* 3. nu. 36. Cyriac. *controuerf. Forens. lib.* 1. *controu.* 139. nu. 25. De *d. conf.* 205. qui sub *nu.* 4. id extendit etiam ad tacitum consensum, ac propterea voluit, si ex sola filiorum scientia iniuriam intelligi tacite remissam. Imò si filius præmorientis nihil dixerit, existimat Dec. ex taciturnitate iniuriam remissam intelligi, argumto l. *fin.* C. de *renoc. donat.* & allegat Bald. in *d. Auth. ex testamento, vers. pone, quod ista Berta*, C. de *secund. nupt.* & Alexand. in *conf.* 63. lib. 3. & quod tacitus consensu sufficiat, mediante tamè aliquo actu positivo, Gasp. The-



font. *quæst. Forens. lib. 1. quæst. 30. nu. 5.* Cyriac. loco supra cit. nu. 261. Et vltimas Dec. in casu suo id ampliat. si de filij scientia solum constet ex iuris præsumptione, puta, quia coniunctus præsumatur scire facta coniuncti, *l. de tutela, C. de in integ. res. minor. Jo. Lani. C. vnde cogn. plures ad propositum citat Gabr. in d. de secund. nu. 71. conclus. 1. n. 36. Rol. cons. 95. n. 16. & segg. lib. 1. alios Surd. in cons. 164. nu. 8. quæ omnia refert, & sequitur Ramin. lun. in cons. 305. nu. 12. & segg.*

66 Quod eo magis sibi locum vendicaret, si cum ipsa taciturnitate concurreret aliquis actus positivus, ex quo cum ipsa taciturnitate solet indici consensus,  *Clem. 1. de procur. vt si dotes dederit secundo viro, vt latè per Surd. in d. consil. 164. nu. 9.* Thesaur. & Cyriac. locis supra citatis, vel si cum ipsa matre venerit ad diuisionem hereditatis alterius filij, tunc enim diceretur remississe caducitatem, cum enim actus diuisionis sit contrarius priuationi, non potest intelligi factus citra ius remissæ priuationis, vt de aditione hereditatis dici solet,  *l. pro herede, §. Papinianus. in fin. ff. de acquir. hered.*

67 Et de tacita renouatione seu remissione loquitur Angel. in cons. 39. q. 1. eo magis præsumitur inter matrem, & filium ob lang. unis coniunctionem, Dec. loco cit. sub nu. 8. in fin. & hanc declarationem ampliari fuerunt Roman. consil. 119. nu. 19. Gratian. cons. 81. in fin. lib. 2. Paris. consil. 29. nu. 8. sub 3. Batt. decis. 185. nu. 20. Rol. consil. 81. nu. 12. lib. 3. plures alios citat Ramin. lun. consil. 295. nu. 16. & segg. alios Gratian. disceptat.  *Forens. lib. 1. cap. 140. nu. 4. & segg.*

68 Imo volunt, tacitum consensum tutoris ipsorum filiorum esse sufficiente in ad hoc, vt intelligatur remissæ præter, de quibus in  *d. l. familia. Bertrand. cons. 38. n. 10. lib. 1. Gab. d. conclus. 1. nu. 40. Surt. d. cons. 164. nu. 10.* Et minores non restitui aduersus hanc tacitum consensum, Surt. decis. 99. nu. 12. & segg. Menoch. cons. 155. nu. 16. Pancir. cons. 99. nu. 11. & 12. Cyriac. in d. controuers. 139. nu. 27. & segg.

69 Verum suprascripta omnia videntur admodum dubia, ne dicam aperte falsa: Et primo, quod si filius mortuus nihil disposuerit, vel dixerit contra matrem, quod hinc intelligatur remissa caducitas, reprobatur merito Ramin. lun. in d. cons. 295. nu. 73. licet enim possit dici remissa iniuria, hinc tamen non sequitur, vt proprietates, qua ipso iure mater fuit priuata, ad ipsam redierit; & matrem proprietate per transitum ad secunda vota ipso iure priuata, dixit Gabr. in d. conclus. 1. in 4. ampliat. & docent alij, quos refert, & sequitur Rot. in d. decis. 638. nu. 5. vnde licet id non declarauerit filius eo vivente, attamen commodum istius priuationis ipso iure inducitur transit ad heredes, Ramin. lun. d. consil. 295. nu. 73. & consil. 369. nu. 171. & segg. Gabr. in d. de secund. nupt. conclus. 4. ampliat. 16. & sequitur Rota in d. decis. 638. nu. 5.

70 Tacitus verò consensus in pupillo nihil operari potest, §. pupillus.  *Insti. de inutil. stipul. Garron. in rub. de secund. nupt. nu. 12.* Surd. decis. 100. n. 2. Rot. loco citato, nu. 6. Nec minus tacitus consensus ipsius minoris, quia sicut in renunciationibus, seu remissionibus expressis fuisse necessariae solemnitates requisitæ tam à iure communi, quam à statutis locorum, ita adhiberi debuissent, imo multo magis in istis tacitis remissionibus, sic argumentatur Rota loquente de muliere in d. decis. 638. nu. 8. in fin.

71 Nec presentia tutoris aliquid operari posset, cum ipse non valeat remittere iura pupilli,  *l. pactum curatore. C. de pact. Rom. cons. 28. n. 3.* Tituq. in d. l. se unquam,  *vers. donatione largitus, nu. 196.* Bald. in cons. 12. lib. 5. qui loquitur de penis  *d. l. hæc edictalis,* sic in puncto respon-

det Surd. in d. cons. 164. nu. 50. & 51. qui etiam satisfacit rationibus Bertrandi in contrarium citati.

72 Nec minus in maiore taciturnitas debet reputari sufficiens, absque aliquo actu positivo, qui de necessitate consensus inducat, Ramin. lun. in d. cons. 95. nu. 73. 78. & 79. & in d. cons. 369. nu. 177. & segg. Menoch. cons. 217. nu. 25. & segg. & in cons. 806. nu. 21. Surd. decis. 100. nu. 7. & segg. Rot. Roman. in d. decis. 638. nu. 7.

73 In præjudicialibus enim presentia, & taciturnitas non arguit consensum, Batt. in d. l. qua dote, circa finem,  *ff. sol. matrim. Felin. in c. nonne, de præsumpt. & maxime si actus non sit delectabilis, sed odiosus, glo. 1. qui patitur. ff. mand. præsens enim in præjudicialibus potius videtur contradicere, l. procurator. ff. rem. rat. hab. 1. firmissimè, §. inuentus. ff. de procur. Scribentes in l. 1. nu. 1.  *ff. sol. matr. Soc. lun. cons. 46. n. 1. lib. 1. Surd. in d. cons. 164. nu. 44.**

74 Quod eo magis dicendum est in filiis tacentibus eorum parentes ad secunda transire vota, cum potius præsumendum sit, id fecisse ob metum reuerentialem, vt dicunt addentes ad Dec. in d. cons. 106. qui metus reuerentialis, vna cum enormi læsione solet esse sufficiens ad annullationem actus, Paul. de Cast. cons. 177. in antiqu. Socin. cons. 163. lib. 2. Ramin. cons. 170. nu. 17. lib. 1. & cons. 60. lib. 5. Curt. Ian. cons. 141. nu. 11. nec est necessesse, minus præcessisse, ad doctrinam Batt. in leg. ad inuidiam.  *l. quod met. caus. & docet Ramin. lun. in d. consil. 295. nu. 73. & segg.*

75 Et profecto miror, nonnullos, & præcipuè Gratian. in d. l. cap. 140. nu. 3. & segg. in hoc tacito consensu maximam fecisse vim, cum enim filij non possint impedire parentes, quin ad secundas transcant nuptias, quid peragere possent, & si id valde ægrè ferat? Et dato, quod filij essent præsentis, & quod alloquerentur & matrem, & nouum virum, ita vt possent dici remississe iniuriam ipsis illatam, cur tamen credere volumus, insuper voluisse remittere caducitatem ipso iure per matrem incurtam? per Socin. in consil. 71. nu. 3. & 11. lib. 2. Ramin. lun. in d. cons. 295. per totum, & in d. consil. 369. nu. 171. & segg. in quam sententiam inclinare etiam videtur Fachin.  *controu. iur. lib. 3. cap. 64.* Thesaur.  *quæst. Forens. lib. 1. quæst. 30.* Cyriac. in d. contr. 139. nu. 19. & latè probat Surd. in d. consil. 164. nu. 44. & segg. & sequitur Rot. in d. decis. 185. nu. 21. quæ tandem concludit in maioribus expressis solummodo renunciationes præiudicare, in minoribus verò nec expressas, nec tacitas; à qua opinione non esset vllomodo recedendum, quicquid videatur tenere Gratian. loco supra citato. Et non posse argui consensum, ex eo, quod filij interueniant nuptiis, Rota coram Verospio 10. Februarij, 1610.  *vers. sic non obstat. patrem.*

76 Nec minus in filiis, qui impedire non possunt, actus positivi sufficerent, puta, restitutio dotis, solutio legati, promissio de restituendis à patre receptis loco dotis, & similia, ad quæ filius medio iure cogi potuisset; quando enim actus positivi euitari non possunt, consensum non arguunt, leg.  *Cuius iuncta glos. magna, C. de pig. scribentes in l. cum proponas, la prima, C. de post. vt lai. nu. 11.* Curt. Ian. nu. 2. & probat latè Surd. in d. cons. 164. nu. 45. & docet Menoch.  *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 99. nu. 56.* Imò etiam si esse mos in actis positivis non necessarius, nisi secundum quandam consuetudinam, non posset in ipsis aliqua fieri vis: puta si filius inuitatus accederet ad nuptias, si aliqua munera nouo sponso transmitteret; si sponsum, & sponfam conuocaret, & similia, quæ fieri solent inter affines tempore nuptiarum: ad excludendum enim filiorum consensum, fat est, ipsos impedire non potuisse; quin parentes ad

- secundas transeant nuptias; & summæ prudentiæ est, libenter ferre, quod evitari non potest, ac propterea nec etiam cohabitatio respectu caducitatis in aliqua consideratione haberi, deberet, per supradicta.
- 77 Imò Rota in d. decis. 638. num. 8. existimat, quod in muliere esset necessarium probare, ipsam sciuisse caducitatem per parentes incursum per transitum ad secunda vota; cum ratione sexus præsumatur ignorantia etiam in his, quæ in iure consistunt, ad hoc, ut posset dici, quod ipsa per tacitum consensum, vel actus positivos remiserit hanc caducitatem.
- 78 Et Surd. in d. consil. 164. num. 54. existimat, quod in omnem casum, quod minor per se, vel mediante curatore consensisset, ita ut posset dici, sibi præiudicasse, ipsi competere restitutionem in integrum, per rationes per ipsum allatas, licet contrariam sententiam sequatur Gratian. in d. cap. 140. ferè in omnibus.
- 79 Sexto declaratur conclusio supraposita num. 43. si filij primi matrimonij sint ingrati erga matrem, tunc enim transeundo ad secunda vota non amittit ius succedendi, secundum Angel. in leg. matres, versic. quarto filia, C. ad Tertul. quem refert, & sequitur Boer. in d. decis. 185. num. 19.
- 80 Septimo, dicta pœna habet locum, si de consensu Viri in testamento sibi præstito, vel alio modo declarato mulier secundo nubat, Bald. in d. l. 1. C. de secund. nupt. & in l. filium habentem, C. fam. ercise. plures ad propositum allegat Boer. loc. cit. num. 21. Gabr. de secund. nupt. conclus. 1. num. 29. conclus. 3. num. 35. & conclus. 6. num. 1. alios citat, & sequitur Decian. cons. 82. num. 39. Fusar. de fideicom. quest. 242. num. 51. & 52.
- 81 Octavo, imponè nubere posset mulier, si Imperator, vel alius supremus Princeps nubendi licentiam daret: de quo tamen videre oportet Boer. in d. decis. 185. num. 25.
- 82 Nono, non videtur hæc pœna locum habere in mulieribus minoribus 25. annorum, ad glos. in leg. 2. C. si advers. delict. ubi dicit, mulieres minores esse tutas ipso iure, etiam si transeundo ad secunda vota non petant tutores, Socin. cons. 153. lib. 2. alios citat Boer. loco citato, num. 28. conferunt tradita per Gratian. disceptat. Forens. lib. 4. cap. 668. num. 3. & seqq.
- 83 Tertia nunc sequitur pœna, ut mulier transiens ad secunda vota non deposita tutela, nec reddita ratione, nec facta provisione de alio Curatore, tanquam indigna successione privetur, Lamm. C. ad Tertull. Auth. eiusdem pœnis, C. de secund. nupt. Marant. latissimè in repositione l. is potest, n. 179. & seqq. ff. de acq. hered. Neuiz. in sua Sylva lib. 2. nu. 52. & seqq. Clemens. de patr. potest. 4. nu. 36. plura in proposito citat Surd. in cons. 175. nu. 8. & seqq. Et non solum debet petere, tutorem dari filiis, sed etiam curare, ut datus cõficiat inventarium, & legitimè administret, Bart. in l. 2. §. fin. nu. 5. Inst. ad Tertul. plura ad propositum Neuiz. loc. cit. num. 53. versic. limita quarto, alios citat Surd. in d. cons. 175. nu. 10. Gratian. disceptat. Forens. c. 219. nu. 1. Simile tamen diligentias solum facere debet mater in tutore per ipsam petito, secus in tutore, vel curatore legitimo, vel testamentario, respectu quorum mater non habet onus procurandi, ut legitimè administrent, ut post alios bene declarat Gratian. loc. cit. nu. 3. 4. & 5. ubi numeris sequentibus de rationibus: ac ideo cum facta declaratione per matrem, se velle transire ad secunda vota, statim sit factus locus legitimo tutori, amplius non est impurandum matri, si ille legitimus tutor non bene, nec legitimè administret, Gratian. ibid. nu. 9. & seqq. necnon num. 17. Et non tantum supradicta curare debet mater, sed insuper reddere rationem suæ admini-
- strationis, cum reliquatur restitutione, ut per Bald. in d. Auth. eiusdem pœnis, & plura cumulat Surd. in d. cons. 175. num. 13. ¶ Et si hæc facere omiserit, non succurritur ope restitutionis in integrum, quatenus sit maior Olsac. decis. 87. num. 5. Odd. de restit. integr. part. 1. quest. 10. num. 10. minorem enim excusari voluit etiam Gratian. disceptat. Forens. lib. 4. c. 668. num. 3.
- 85 Est tamen dubitatio apud Doctores, an necessarium sit matrem providere de Curatore ante sponsalia, vel satis sit, id peragere ante matrimonij consummationem, Bald. in cons. 366. lib. 4. videtur sentire, ad evitandam pœnam prædictam, necessarium esse, ut id fiat ante sponsalia; idem voluit Gugl. Bened. in e. Raynuttium, de testam. communem tamen, & æquiore esse opinionem, ut id facere satis sit ante matrimonij consummationem, dixit Boer. in d. decis. 266. num. 5. Et de hac pœna latissimè post alios Merlin. de legis. lib. 4. tit. 2. q. 4.
- 86 Pœna autem prædicta declaratur, ut procedat respectu successions filiorum, quam amittunt mulieres ob transitum ad secunda vota, si prius de curatore non providerint: sed hinc non sequitur, ut non possint petere donationes, fideicommissa, & alia ipfis relicta à primis viris, ad tex. in l. credendum, §. si verò maritus, ff. qui pet. tut. Vnde succederet etiam ex fideicommissaria substitutione, licet nõ ex pupillari, ex fideicommissaria enim diceretur succedere viro, ex pupillari verò pupillo, cuius successione dicitur priuata, Bald. in l. omnium, in princ. ff. ad Tertull. scribentes in l. sciant, C. de leg. hered. Marant. in l. is potest, nu. 181. ff. de acquir. hered. Neuiz. in sua Sylva lib. 2. num. 53. in fin. Gabr. in tit. de secund. nupt. conclus. 9. num. 24. & latè probat Surd. in consil. 175. num. 25. alios ad propositum citat Gratian. in d. cap. 219. num. 14. & seqq.
- 87 Secundo declaratur supradicta conclusio, de qua supra nu. 83. ut non procedat, si mater habeat tutores, tunc enim solum id Iudici denunciare tenetur, Bal. in cons. 483. lib. 4. Boer. decis. 266. circa finem, vel alius adesset curator testamentarius, vel legitimus, l. 2. §. his illud, C. quando mul. tut. off. fung. habenti enim curatorem, alter nec peti, nec dari potest, leg. cum iure, C. qui pet. tut. Socin. cons. 20. num. 4. lib. 1. Socin. lun. consil. 16. num. 6. & 10. lib. 2. Neuiz. loco supra citato, num. 52. ac ideo mater non tenetur aliam circa hoc adhibere diligentiam, Surd. in d. cons. 175. num. 26. & tradit Marant. in d. l. is potest, num. 193. & num. 201. Aican. Clem. de patr. potest. cap. 4. num. 36. Gabr. de secund. nupt. conclus. 9. nu. 33. Port. Imol. commun. opin. lib. 5. conclus. 4. limit. 13. & limit. 17.
- 88 Tertio declaratur conclusio, ut non procedat, si mater nunquam suscepit curam filiorum, nec eorum bona administraverit, tunc enim potest transire ad secunda vota, absque quod tutorem, vel curatorem aliquem petat, Bald. in consil. 366. & in consil. 403. lib. 4. & in Auth. eiusdem, C. de secund. nupt. ubi Io. de Gattornib. num. 8. & docet post alios Surd. in d. consil. 175. num. 35. & 34.
- 89 Quarto, mulieres rusticæ, & imperitæ à simili caducitate essent excusandæ, secundum Rip. respons. 8. sub num. 1. vers. secundum ea, in tit. de secundis nuptiis, lib. 2. Et allegat Socin. sic consulentem in consil. 39. in 2. dub. lib. 1.
- 90 Priuatur etiam mater successione filiorum, si intra annum à die mortis viri non petierit tutorem dari filiis, ad tex. in l. 2. & seqq. ff. qui pet. tut. l. 2. §. mater, ff. ad Tertul. l. sciant, C. de leg. hered. ¶ nisi tamen ab alio id fuerit petitum, & secuta fuerit provisio, glos. in l. matres, C. ad Tertul. ab omnibus approbata, secundum Rip.

- 92 Rip. loco supra citato: † vel ipsa declarauerit, se nolle esse tutricem, tunc enim iam diceretur factus locus legitimæ tutelæ; ac propterea non esset amplius aliquid imputandum matri: & idem esset dicendum, si citata ad videndum prouideri de legitimo tutore non contradiceret, vt per ipsum, ad quod conferunt tradita per Gratian. in d. cap. 119. num. 17. A qua tamen caducitate esset exempta ratione minoris ætatis, Gratian. in d. l. cap. 668. num. 3. & seqq. qui nonnulla alia exempla ponit ad excusandum in hoc mulieres.
- 93 Quarta est pœna, vt habens filios ex primo matrimonio, transendo ad secunda vota, non possit plus relinquerè noueræ, vel vitrico, quam vni ex filiis primi matrimonij, vt expressè habetur in leg. hac edictali, C. de secund. nupt. vbi scribentes omnes plures ad propositum citat Surd. in consil. 250. num. 17. & seqq. Gratian. disceptat. Forens. lib. 3. cap. 463. & tradunt alij, de quibus infra in discursu: Quod tamen † non est intelligendum respectu constitutionis dotis, cum mulier possit secundo viro omnia eius bona in dotem dare, Boer. decis. 101. sub num. 1.
- 94 Quæ prohibitio procedit etiam si non secundo viro, sed eius filiis ex alia vxore fiat relictum, præsumunt enim vna, eademque persona dum patre, leg. fin. C. de impub. & aliis substit. vnde in fraudem legis factum præsumeretur, quam fraudem damnat Imperator in d. leg. hac edictali, ibi: omni ut virum inscriptione, si qua per interpositam personam, vel alio quocumque modo fuerit excogitata, cessante. Ac propterea volunt idem esse, si vel cognatis, vel amicis secundi viri aliquid fuerit relictum, ita vt possit oriri præsumptio, id factum fuisse contemplatione viri, vt per Boer. in d. l. decis. 101. sub num. 3. & alij passim, de quibus infra, & docet Surd. in consil. 250. num. 20. & 22.
- 96 Et si fuerit de facto plus relictum noueræ, vel vitrico, illud plus applicatur filiis primi matrimonij, Ber. quest. 119. sub num. 1. Ceph. conf. 411. num. 18. lib. 3. Surd. conf. 206. num. 15. lib. 2. & Clarius in cons. 130. num. 18. Gratian. disceptat. Forens. cap. 463. num. 7. cum seqq. Sed quomodo intelligendum sit, dicam infra numer. 147. & seqq.
- 97 Limitantur supraddicta, si filij primi matrimonij aliquam ingratitude causam commiserint, ob quam ingratitude beneficio dictæ legis priuantur, vt per scribentes ibi, & faciunt tradita superius nu. 9.
- 98 Secundo limitatur in feminis primi matrimonij, existentibus masculis eiusdem matrimonij, à quibus illæ secundæ essent exclusæ, vigore statutorum excludentium feminas ob masculos: quibus tamen deficientibus gaudere debent beneficio dictæ legis, quamuis adessent masculi secundi matrimonij, à quibus non dicerentur exclusæ, vt supra suis locis fuit dictum. Sed circa dispositionem dictæ leg. hac edictali plures oriuntur difficultates, quas animaduertere ne piget, amice lector, audies forsitan non vulgaris, & scitu omnino digna.
- 99 Prima est dubitatio, an statutum, vt vir, decedente vxore sine filiis, lucretur tertiam, vel medietatem dotis, possit præiudicare filiis primi matrimonij, Alex. in cons. 122. num. 14. lib. 7. tenet maritum; vigore prædicti statuti, non posse lucrari plus quam vnum ex filiis primi matrimonij per dictam leg. hac edictali; mulier enim transendo ad secundas nuptias in loco,
- 100 vbi tale vigeat statutum videtur consentire, † cum ille, qui consentit in antecedenti, videatur consentire in consequenti, l. si non assignato, C. si conser. iur. vel util. 101 publ. l. illud. ff. de acq. hered. & † qui non potest per

- expressam conventionem alienare, tenetur curare, ne alienatio sequatur ex dispositione legali, l. Codicillis, §. maris, ff. de l. 2. & pro hac parte plura adducit Alex. in cons. 158. lib. 5. & idem voluit in cons. 142. num. 4. eod. lib. addit, ad Bart. in d. l. hac edictali, Rom. consil. 80. Fulg. cons. 63. Curt. Sen. cons. 78. Soc. cons. 81. lib. 1. Iaf. in Auth. præterea, C. vnd. vir. & vxor. Dec. in l. 1. C. de secund. nupt. Betrand. in d. l. hac edictali, numer. 19. & seqq. Aug. in cons. 296. Dec. cons. 19. num. 2. & consil. 283. post prima. Ruin. cons. 59. lib. 3. & cons. 94. numer. 4. lib. 5. Socin. Iun. consil. 70. lib. 2. Io. de Amic. cons. 41. num. 11. Patil. cons. 91. nu. 2. lib. 3. Cuman. cons. 110. num. 3. Boer. decis. 103. num. 2. & hanc opinionem esse veriore, & communem, dixit Mandol. in add. ad Rem. in consil. 448. ind. c. Ber. cons. 26. nu. 5. lib. 2. Plures alios citat, & sequitur Phanut. de lucro dotis, glof. 5. numer. 32. & 35. vers. verum, Rol. de lucro dotis, quest. 26. num. 8. & late nouissimè post Doctores, quos allegat, docet Gratian. discept. Forens. lib. 3. c. 463. per totum, & post ipsam Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 11. quest. 22. num. 20.
- 102 Quæ communis opinio eo magis procederet, si dos esset inofficiosa, tunc enim quodammodo appareret de fraude, in quibus terminis locutus fuit Fulg. in cons. 88. & sequitur Phanut. loc. cit. n. 38. ad quod confert tex. in l. fin. §. si a socris, ff. de iur. qua in fraud. cred.
- 103 vbi habetur, † fratrem posse petere legitimam de dote inofficiosa data sutori per patrem, licet id durante matrimonio facere nequeat, Afflic. decis. 86. C. Paul. de Cast. in leg. 1. c. de inoffic. testamento.
- 104 Limitatur modo hæc communis traditio, vt non procedat, si statutum expressè disponat, vt existentibus etiam filiis primi matrimonij, maritus aliquam certam dotis partem lucretur: licet enim ad mulier per patrem inducere non possit, bene tamen disponere potest statutum, vt late probat Ber. loc. cit. nu. 4. & docet Iaf. in d. Auth. præterea, sub num. 15. vers. pro veritate, & sequitur Gratian. in d. c. 463. in quibus terminis nostrum loquitur Vibini statutum; quod rationi admodum consentaneum esse videtur; cum enim Viduis non sit prohibitum ad secunda transire vota, censendum est, id facere posse, prout alius mulieribus est concessum; aliter difficilium Viduæ filios ex primo matrimonio habentes, secundos inuenire viros; ad quod plura conferunt, de quibus per Phanut. loc. cit. num. 33. & 39. late Rol. de lucr. dotis, q. 24. per totam, alios citat Rim. Iun. cons. 511. num. 1. & seqq. & optimè docet Menoch. consil. 4. num. 13. & seqq. vbi probat, similia statuta dici debere fauorabilia per rationes per ipsum allatas: idque confirmat Merend. controuer. iuris lib. 2. cap. 49. num. 5. dicens, hæc statuta fauore maximo digna esse, cum ad animarum salutem, & ad Reipublicæ utilitatem plurimum conducant; maxime cum difficilium sit viduis, quam virginibus viros inuenire, præcipuè si filios habeant: vnde absurdum esset plus lucri de ferri et, qui virginem ducit, quam ei, qui viduam in vxorem suscipit: pro eadem opinione plures citat Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 1. quest. 22. num. 5. & seqq. qui etiam alias adducit rationes, quibus tamen respondere conatur, cum ipse contrarium sentiat, vt num. 10. & seqq. licet verè contra receptam aliorum opinionem. Ob quas rationes dubitarem etiam de conclusione supra firmata num. 99. & seqq. licet verè sit communis; & tantorum patronorum auctoritate confirmata; vel saltem me procliuorem reddunt ad ea, de quibus in sequenti limitatione.
- 105 Limitatur igitur secundo supraddicta conclusio ad mentem Roman. in cons. 44. num. 7. si statutum generaliter disponat, vt omni casu maritus aliquam dotis

- partem lucretur, qui enim omne dicit, nihil excludit *leg. a procuratore, C. mand. l. Iulianus, ff. de leg. 3. ac pro-*  
 106 *pterea* ¶ sensu Rom. sapradicta procedere, etiam si statuta simpliciter loquantur: vniuersalis enim dispositio regulatur, quo ad quamlibet eius speciem, quantum specialis ad suam speciem tantum, *leg. si duo, ff. de admin. tut. l. si eboras, ff. de leg. 3. & Roman. l. xpe secutus* fuit Dec. vt in *d. Auth. praterea, sub num. 7. C. vnde vir. & uxor. in l. omnia, in princ. ff. si cert. petat. & in conf. 76. num. 1. idem voluit Gozad. conf. 51. num. 15. nec dissentiant alij, quos Mandos. citat in add. ad d. conf. 44. Rom. in l. licet addentes ad Decium in d. conf. 76. & in d. l. omnia in princ. dicant pessimè consuluisse Roman. & malè ipsum secutum fuisse Decium; quem propterea reprobat Ias. in *d. Auth. praterea, sub num. 15. Bertrand. in d. l. hac edictali, num. 23. & 29. & communem contra Romanum extate sententiam, probat Boer. loc. cit. nu. 7. usque ad finem, nisi tamen ex verbis statuti aliter colligi possit: plura ad propositum Phanut. loco citato num. 39.**
- 107 Tertio limitatur, si de consensu primi viri, vel liberorum ex primo matrimonio mulier ad secunda transierit vota, vt per Ang. in *conf. 96. Licentia enim dara à primo viro tollit omnes pœnas iuris; Beld. Paul. de Castr. & I. in leg. filium, quem habentem, C. sum. erese. Boer. in d. decis. 113. num. 6 sed de licentia, seu consensu filiorum diximus supra num. 64. & seqq.*
- 108 Quarto limitatur secundum Angelum in *d. confil. 396. relatum à Boer. loc. cit. si mulier non potuisset absque illo pacto nubere illi, cui nupsit, nec aliter houe-*  
 109 *re: ¶ paria enim sunt non posse, vel posse cum aliquo tamen dedecore, leg. hoc modo, ff. de condit. & demonstr. P. Roman. conf. 219. num. 6. & seqq. & nulla lex, quamuis generalis includit casum necessitatis.*
- 110 Secunda potest esse dubitatio, an lucrum dotis detrahendum à secundo viro possit præiudicare filiis primi matrimonij respectu legitima, ita vt debeat detrahi de residuo, detracto lucro dotali, vel potius de tota hereditate, antequam lucrum dotalis detrahat, *Boer. conf. 26. num. 5. lib. 2. tenet, legitimam esse detrahendam de toto patrimonio; & per consequens prius esse detrahendum lucrum dotalis vti res alienum: cum etiam legitima dicatur res alienum, & iure naturali debita, quæ propterea prius videtur detrahenda, quam lucrum dotalis, solum debitum iure positivo, vt per Boer. loc. cit. num. 11. quæ ratio generalis est in omni casu, in quo agatur de detractioe legitima, prout generales sunt omnes aliæ rationes per ipsum adductæ, quarta excepta, & docet Gab. in *conf. 13. num. 2. lib. 2. Rol. de luc. dot. quasi. 27. Cephal. conf. 412. num. 18. vers. sic sed prædictu, lib. 3. Rimin. Jun. confil. 311. num. 15. & seqq. & confil. 333. numer. 3. lib. 3. Gratian. discept. Forens. lib. 2. cap. 300. num. 25. & d. cap. 463. num. 3. Rot. decis. 432. num. 1. part. 3. & decis. 736. diuers. part. 3. lib. 3. Crescent. decis. 4. in tit. de testamento, quod eo magis procederet, ¶ si dos esset inofficiosa, ad tradita per Phanut. loc. cit. num. 58. Fab. in *Auth. nouissima, nu. 206. C. de inoff. testamento, Surd. confil. 401. per totum, Mangil. de imput. quasi. 10. num. 30. Metlin. de legitima, lib. 2. tit. 1. quasi. 10. num. 19.***
- 111 Quæ conclusio limitatur primo, si illud lucrum debeatur ex pacto mulieris expresso, non autem simpliciter ex forma statuti, vt consuluit Anch. *confil. 100. Lucrum enim debitum ex pacto, dicitur propriè res alienum, & differt à lucro debito solum ex forma statuti, quod cum debeatur contra, seu præter mentem ipsius uxoris, non dicitur propriè res alienum, ad ideo non est prius detrahendum, prout detrahi debet lu-*

crum debitum ex pacto, cum quo etiam obligatio naturalis concurrat, *leg. 1. ff. de pact. l. si cum, §. naturalis, de solut. & sic distinguendo, & concordando opiniones, docuit Ber. d. conf. 26. num. 14.*

- 113 Quam limitationem sublimita, vt non procedat respectu filiorum primi matrimonij, quibus nec etiam per pactum præiudicari potest, de quo tamen latè superius fuit dictum. Vnde hoc casu maiorem potestatem habet statutum; quam pacta, non valet enim argumentum negatiuè à pacto ad statutum, sed solum affirmatiuè, *Gratian. in d. cap. 300. num. 10.*
- 114 Secundo limitatur conclusio, de qua supra num. 110. si statutum expressè disponat, vt lucrum prædictum possit præiudicare filiis etiam respectu legitima, licet etiam statutum simpliciter loquens non intelligatur derogare, *d. leg. hac edictali, Ber. d. quasi. 119. nu. 2. 4. & Rol. de Luc. dot. quasi. 26. Surd. concordando opiniones conf. 401. num. 20. 30. & seqq. & confil. 412. num. 21. lib. 3. Cephal. confil. 299. per totum, lib. 2. Gratian. discept. Forens. cap. 463. num. 13. cum seqq. & nu. 20. cum seqq. lib. 3. attamen secus est, si id expressè disponat, l. si quando, in fin. C. de inoff. testamento, Paris. confil. 91. nu. 14. cum seqq. lib. 3. Bart. confil. 12. num. 47. lib. 1. Dec. confil. 10. num. 2. Gratian. discept. Forens. lib. 2. cap. 30. num. 6. & 7. & cap. 463. in princ. Et stante hac expressè statuti dispositione, non est amplius de legitima filiorum querendum, vt latè ex pluribus probat Gratian. in *d. cap. 300. n. 12. & seqq. Vel saltem tacitè Ber. in d. quasi. 119. sub num. 5. Gab. confil. 13. nu. 10. lib. 2. Socin. confil. 52. num. 3. & seqq. lib. 3. Paris. conf. 91. num. 6. lib. 3. Cephal. d. conf. 299. num. 8. & 9. Rot. decis. 432. num. 3. part. 1. diuers. Gratian. d. cap. 463. nu. 3. Rol. de Luc. dot. quasi. 26. Phanut. de Luc. dot. glof. 5. num. 39. Gab. de secund. nupt. conclus. 4. num. 18. latè Menoch. d. conf. 4. nu. 15. & seqq. necnon nu. 31. qui & ipse hanc sequitur distinctionem num. 29. vers. non obstant. Tacitè autem id disponere statutum dicunt scribes, si ex verbis, seu dispositis id necessario sequatur, vt per Ber. in *d. quasi. 119. num. 5. Rot. in d. decis. 432. num. 3. & de variis exemplis Menoch. & alij supracitati. Animaduertendum tamen est, quod si ex tacita statuti interpretatione sequatur, vt filij sint priuati legitima, ipsi de iure nature debita, non facile esset interpretandum: statutum voluisse derogare *d. l. hac edictali: ita Gratian. discept. Forens. lib. 1. cap. 197. per totum: verè enim tunc statutum posset dici odiosum, in d. inuolidum, cum secundum magis communem opinionem, legitima in totum tolli non possit, Bart. in *d. Auth. de hered. & Falc. in fin. de quo Gratian. latè in d. cap. 197. nu. 7. 8. & seqq. Secus si statutum solum secundo viro integrum seruaret lucrum, etiam cum aliqua legitima diminutione, vel alio modo dictum *l. hac edictali* corrigeset, limitaret, vel restringeret aliquibus verbis, vel aliqua ordinatione id in consequentia inferente, prout supracitati *Do-*  
 115 *ctoros loquuntur: licet enim ¶ legitima in totum tolli non possit, benè tamen restringi potest, Bart. in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de condit. & demonstrat.******
- 116 ¶ Quod tamen nunquam intelligerem respectu dotis inofficiose, ne hoc modo detur ansa parentibus defraudandi filios legitima: quando enim dos est inofficiosa præsumitur fraus, *Alex. conf. 108. lib. 4. Affil. decis. 86. num. 2. cui fraudi non est præsumendum statutum fauore voluisse.*
- 117 Tertio limitatur, si agatur de detrahenda legitima debita patri, vel matri, tunc enim lucrum matris in primis ante omnia detrahendum venit, & solum de residuo parentibus deberetur legitima; cessat enim tunc consideratio supra facta, quod legitima debeat

debeat iure naturæ, & lucrum iure positio, cum parentibus de iure naturæ non debeat legitima, imò solum ipsius naturæ ordine turbato, vt in terminis consuluit Butr. *conf. 12. Socin. consil. 288. nu. 23. lib. 2. Corn. conf. 128. num. 3. & seqq. Ruin. conf. 94. nu. 5. lib. 5. Achil. de Egeal. decis. 118. vna cum aliis relatis per Phanut. de Luc. dot. glos. 5. sub nu. 35. & in pònto latissimè consuluit Decian. *consil. 2. lib. 5. ad quem in facti contingentem esset recurrendum, & hanc esse communem opinionem dicit Surd. in d. conf. 401.**

118 Quod tamen limitatem ego respectu inofficiose dotis, ad tradita per Butr. *in d. conf. 11. & Phan. loc. cit. num. 38. necnon F. b. in d. Auth. nauissima, num. 207. aliter semper posset fieri fraus ipsis parentibus, dando omnia in dotem.*

119 Deuult tamen hæc actio inofficiosa dotis intentari intra quinquennium, cum sit inuenta ad instar inofficiose donationis, quæ datat solum per quinquennium, vt per Surd. *in conf. 148. num. 14. † de ea enim iudicatur, prout de quærela inofficiosi testamenti, † quæ quinquennio præscribitur, ad tradita per Barr. & Paul. de Cast. in l. fin. C. de inoff. donat. Corn. conf. 264. n. 2. lib. 3. Ber. conf. 49. n. 16. lib. 1. & conf. 174. num. 28. lib. 2. Pancitol. conf. 123. num. 35. lib. 1. Tur. conf. 40. numero 26. lib. 2. Ceph. conf. 667. num. 30. & seqq.*

122 Ex quo notare oportet, quod si mater vellet petere legitimæ supplementum, id facere posset intra 30. annos, secundum communem opinionem, de qua post alios Tur. *d. conf. 40. num. 30. sed hoc modo contequi solummodo posset supplementum legitimæ, habito respectu ad portionem remanentem, detracto lucro dotali, sed si vellet consequi legitimam etiam de portione absorpta à lucro dotali ob dotem inofficiosam, nempe, vt in calculanda legitima deberet haberi ratio etiam lucris dotalis, deberet intra quinquennium intentare remedium inofficiose dotis, vel inofficiose donationis, vt voluit Butr. *in estat. consil. 12. sub numero 5. Quod tamen necessarium est intelligere, si non ex re tantum, sed etiam ex consilio appareret, dotem fuisse inofficiosam, aliter esset contra communem sententiam, dum superius diximus numero 117. parentibus deberi legitimam, detracto prius lucro dotali.**

123 Tertia non contemnenda oritur dubitatio: certum est, mulierem plus relinquere non posse secundo viro, quam vni ex filiis primi matrimonij *d. l. hac edictali*: quid modo si mulier faciat pactum cum secundo viro, vt filij ex illo matrimonio nascituri debeant habere ex gr. dimidiam dotis, vtrum istud pactum valeat, ita vt præiudicare possit filiis primi matrimonij, Franc. de Alberg. *conf. 267. inter conf. Paul. de Cast. lib. 1. in nouis, tenet tale pactum non valere, tamquam ap-*

114 positum in fraudem legis, & eo magis, † cù id, quod hoc modo acquirerent filij deberet dici profectitium, tamquam acquisitum factò patris, ad *tex. in l. profectitia, ff. de iur. dot. leg. vi liberis, C. de coll. leg. sed & si plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pup. idè consuluit. citèdem rationibus motus Io. de Lign. *cos. 263. & Salic. *cos. 264.***

Contrarium consulendo voluit Bild. de Perus. *conf. 262. & 264. inter ead. cõsilia, & mouetur, quia certum*

125 est, † matrem posse facere donationem filius secundi matrimonij, in præiudicium filiorum ex primo matrimonio, dummodo ipsis legitima portio remaneat, *§. illud quoque, in fin. Auth. de nupt. in hoc enim non repugnat. d. leg. hac edictali, vt per Romã. *conf. 447. Paul. de Cast. in Auth. unde si parens, C. de inoff. testamento. Nec hinc dici potest fieri fraudem legi prohibenti, ne**

plus relinquatur secundo viro, quam vni ex filiis primi matrimonij, quicquid dicat Kimin. *lum. *cos. ff. 243. num. 26. & seq. cum igitur plus relinqui possit filius secundi matrimonij, quam filius ex primo, nec etiam filij repugnat, quin possit etiam nascituris, mediante persona mariti, aliquid donari, maritus enim tunc accedit solum vti minister acceptans pactum, vel donationem pro filiis nascituris: nec sua incapacitas potest præiudicare capacitati filiorum, quibus quæritur ad *tex. in l. cum dotem, ff. ad l. Falcid. l. vlt. inter, alia incipit Sulpitius, ff. de donat. inter virum, & vxor. & persona acquirentis, non adhibentis ministerium spectari solet, vt in d. l. cum dotem: & opinionem hoc casu donationem iure profectitia esse connumerandam, etube scendam potius, quam tenendam, dixit Bal. *loco supra citato, Nec minus potest aliquis fraus considerari, cum verè acquisitio fiat filiis, non viro.****

116 Hæc tamen repugnare videtur *ex. in d. l. hac edictali*, dum improbat donationes factas contemplatione secundi viri: cum enim in casu proposito filij nondum sint nati, non potest considerari aliqua affectio matri erga ipsos, vt glos. & Doctores dicunt *in leg. qui filiabus, in princ. ff. de leg. primo, unde potius existimandum est, ipsam ad donandum motam fuisse contemplatione secundi viri, quod in d. l. hac edictali impro-*

117 Unde ex supradictis omnibus colligitur distinctio, quod aut mulier facit pactum cum secundo viro de dando, vel relinquendo illud plus filiis nascituris, & pactum non valet, quia id non potest intelligi factum, nisi contemplatione secundi viri, quod à lege improbat, vt in *d. l. hac edictali*. Et maxime si fieret pactum ante matrimonium, præsumeret enim factum ad hoc, vt facilius matrimonium sequeretur, declaranda tamen esset conclusio, vt *num. 144. Aut verò fiat pactum cum secundo viro de relinquendo aliquid plus filiis secundi matrimonij iam natis, & valet pactum, pater enim accedit tunc tamquam simplex minister: nec eius contemplatio considerari potest, cum potius præsumendum sit, matrem fuisse motam ob particularem affectionem erga proprios filios.*

118 Et solum huic conclusioni obstat videtur id, quod multi asserunt, matrem non posse relinquere plus filiis secundi matrimonij, quam primi, quam quæstionem esse arduam, & dubiam, dixit Theaur. *decis. 170. pro qua opinione adducit ipse primum d. l. hac edictali, vbi disponitur, non posse plus relinqui secundo viro, quam vni ex filiis primi matrimonij, omni circumscriptione per interceptam personam, vel alio quocumque modo cessante, et in casu proposito non possumus dicere cessare circumscriptionem ob vsufructum maxime, qui parti acquiritur, ergo &c.*

119 Secundo mouetur Theaur. *ex. in §. fin. Auth. de nupt. vbi Imperator hortatur matrem ad æqualitatem,*

120 Tertio adducit doctrinam Bal. in *d. l. hac edictali in lectura antiqua, vbi dicit, relictum ab vxore amito secundi viri, intelligi relictum contemplatione viri, ergo tanto magis si filio fiat relictum, qui vna, eademque persona cum parte reputatur.*

121 Quarto in argumento proponit præsumptionem *d. leg. hac edictali* fundatam in amore noui coniugis, quæ conformis est præsumptioni *leg. qua tutores, C. de admin. tut. mulierem præsumi excoriaturam proprios filios ob nouum coniugem.*

122 Quinto dicit in dubio, relictum factum filio contemplatione patris factum præsumi, *l. qui testam. C. de testam. tut.*

Verum ita lenia hæc semper mihi visa fuisse, & ra-

- ianes, quæ in contrarium adduci possunt ita urgentes, ut de hoc dubitate, quodammodo temerarium esse videatur.
- 133 Et primo certum est, matrem posse magis vni, quàm alteri ex filiis relinquere, cum lex cogat solummodo parentis ad relinquendum filiis legitimam, respectu aliorum bonorum liberam relinquendo ipsis voluntatem: ac ideo *d. lex edictalis* tamquam correctoria nullo modo extendi debet, ut scribentes ibi docent, cum quibus *Cap. conf. 85. num. 3.* stante maxime diuersitate rationis, quæ repugnat fieri extensionem, etiam si favorabilis esset hæc dispositio, ut probat *tex. à contrario sensu in § illud, C. de Cell.*
- 134 Secundo, id probat expressè *tex. in d. § fin. Auth. de nupt.* vbi habetur, matres inter filios primi, & secundi matrimonij æqualitatem seruare debere, posse tamen, & ipsam non seruare, si ipsis minus quam sit legitima non relinquatur; sic illum *tex. & Bart. & alij* in compendium redigunt.
- 135 Tertio, ad idem est *tex. in leg. cum alius, C. de secund. nupt.* vbi Imperator declarans, quomodo filij primi, & secundi matrimonij parentibus succedant, dicit, sponsalitates largitates esse filiorum primi matrimonij, vel secundi, prout in primo, vel in secundo factæ fuerit: respectu vero aliorum bonorum æqualiter succedere ab intestato, & ex testamento prout mater disposuerit, libera igitur est matri testandi facultas inter filios primi, & secundi matrimonij.
- 136 Nec obstant responsiones allatæ per Theaur. *loc. cit. num. 12.* dicentem, primo *tex. in d. § fin.* secundum *Carenf. in consil. 10. ex causa finem, lib. 2.* procedere mortuo secundo viro, cum ceteris cum fraudis præsumptio: Respondetur enim primo, hanc diuinitatem esse interpretationem, cum *tex. prædictus* generaliter loquatur: secundo respondetur, decisionem dictorum iurium non fundari in morte secundi viri, sed in libera matris disponendi facultate, cuius dispositioni filius stare tenetur, ut in *d. l. cum alius* nimis clarè habetur.
- 137 Nec minus obstat alteri Theauri responsio *dist. 5. final.* obligare matrem ad æqualitatem, licet loquatur solum per modum hortationis, non autem dispositionis, cum hæc hortatio non sit contra aliquam legem, & eo maxime cum ex dictis exhortationibus appareat, male agere matrem non seruando æqualitatem. Respondetur namque primo, imò esse contra legem expressam concedentem parentibus liberam testandi facultatem. Secundo respondetur, id procedere posse, si post hortationem ulterius *tex.* non procederet, dando parentibus auctoritatem inæqualiter filios instituenti, & nisi expressè disponeret ex testamento materne dispositioni standum esse. Cum igitur de hoc iura habeamus nimis clara, ulterius non videtur dubitandum; præcipue cum ea, quæ in contrarium adduci solent, nullo modo vigeant. † Non præsumptio fraudis, cum nec respectu affectus, nec respectu effectus possit considerari; cum enim relictum sit factum filius iam natus, cessat illa fraudis præsumptio considerata à Doctoribus in casu, in quo aliquid relinquatur filiis nascituris: moueri enim potest mater ad relinquendam magis filiis secundi matrimonij, vel quia magis indigeant, saltem ratione ætatis, vel sexus; vel quia magis sunt morigerati vel quia filij primi matrimonij apti per se sint ad patandas sibi diuitias; vel quia aliquam ingratitudinis causam contra ipsos vigeat, vel ob aliquam aliam causam matri notam, alius incognitam. Nec minus potest considerari fraus respectu effectus: licet enim secundo viro acquiratur vltus fructus rerum filijs relictarum, tamen id non

prouenit ex matris dispositione, sed ex ipsa patris potestate; unde tamquam quid proueniens in consequentiam ex ipsa legis dispositione, non debet in aliqua consideratione haberi.

- 139 Ad Doctrinam *Bal. in d. l. hoc edictali*, dicentis, relictum factum amico secundi viri, intelligi factum contemplatione ipsius viri, respondetur id mirum non esse, quia cum nulla mulieris possit considerari affectio erga illum amicum, nisi mediante persona; & amicitia secundi viri, nulla alia potest desumi cõiectura, quam quod id factum fuerit contemplatione secundi viri: sed in casu proposito consideratur affectio matris erga proprios filios; ac ideo cum habeamus causam propinquam, & naturalem, illamque urgentissimam, ab ea recedere nulla ratione debemus.
- 140 Et Regula, quæ habet, relictum factum filio intelligi factum contemplatione patris, ad *tex. in l. qui testatur, C. de testam.* omiſsa disputatione circa veritatem istius propositionis, de qua supra in 1. parte, cap. 7. procedere potest si à tertio fiat legatum, secus si à matre, in qua propria potest considerari affectio.
- 141 Nec etiam potest fieri aliqua vis in Doctoribus per Theaur. citatis. Primo enim allegat *Odo. in dist. l. hoc edictali*; sed ita obscure loquitur, ut pro contraria parte allegetur à *Paul. de Cast. in d. Auth. unde si parens.* Flor. de S. Petro loquitur, quando relinquuntur filiis secundi viri ex alia tamen vxore, in quibus cum non cadat affectio nouæ vxoris, non est mirum, solum paternam considerare affectionem, *Bertran. in d. l. hoc edictali, num. 14.* & *Gab. de secund. nupt. conclus. 4. num. 44.* in eisdem pariter loquuntur terminis *Bald. in consil. 161. num. 1.* proponit casum, in quo mater filiis primi matrimonij legauerat ceterum, & in aliis bonis pro meditate instituerat filios secundi matrimonij, & pro alia medietate secundum virum, cum declaratione, quod illud, quod capere non posset secundus vir, perueniret ad filios secundi matrimonij, & teneret dispositionem hanc non valere, non quia plus relictum fuerit filiis secundi matrimonij, sed quia plus relictum fuerat secundo viro contra *d. l. hoc edictali*. Nec dicatur, cur saltem illud plus non datur filiis secundi matrimonij, prout disposuerat mater, nam respondetur, illud plus secundo viro relictum, ex dispositione *dist. legu. hac edictali* applicari filiis primi matrimonij, contra quam legem ordinare non potuit mater, & hæc sunt rationes *Bald. loc. cit.* qui propterea inuenit de cõtrarietate arguitur à *Franc. de Alberg. consil. 261. lo. verò de Lignan. conf. 263.* & *Salic. consil. 264. in fin. inter conf. Paul. de Cast. lib. 1.* loquuntur in casu, in quo nouus vir fecerat pactum de lucranda dote pro filiis nascituris, & quia tunc solum potest considerari affectio erga secundum virum, non valet pactum. Ceterum patet in *conf. 40. lib. 1.* loquitur quando relinquuntur aliquid filiis secundi viri ex alia tamen vxore; vel saltem patris contemplatione; Nec minus affirmare possumus: hanc Theaur. opinionem tenuisse *Alex. in add. ad Bart. in d. l. hoc edictali*, articulum enim non disputat, imò præsupponit, plus relinquere posse filiis secundi matrimonij: *Ruin. in d. conf. 112. sub num. 7.* in nostris non loquitur terminis. *las. in d. Auth. unde si parens. nu. 4.* potest intelligi, si filiis secundi viri ex alia tamen vxore fiat legatum; præterquam quod nihil decidit, prout nihil decidere certum est *Salyc. in eod. l. in d. quest. Dec. in conf. 243.* & in *Paris. in add. in l. e.* loquuntur in casu, in quo non adsint filij primi matrimonij, *Corn. in consil. 82. num. 3. lib. 3.* loquitur, si fiat pactum pro filiis nascituris, *Boer. in d. decis. 101. tracta. de relictis factis filiis secundi viri ex tamen matris;*

matrimonio, unde secus docet in propriis filiis, vt in *dec.* 200. Allegat etiam Io. Vaud. *lib. 1. v. arsar. qu. quest. 17.* quem nunquam vidi, & demum citat Paul. de Castr. in *conf. 149. & 150. lib. 2.* qui verè hanc sequitur opinionem, prout etiam eam tenet Rim. lun. *conf. 241. num. 38. & segg. conf. 243. num. 26. & conf. 428.* Unde concludere possum ex Doctoribus, quos ego vidi; solum Paul. de Castr. sibi contrarium, Rim. lun. & Thesaur. hanc tenuisse sententiam, plus relinqui non posse filiis secundi matrimonij, quam primi; qui falsis rationibus, & auctoritatibus moti fuerunt; vt ex supra adductis apparet.

- 142 Contra quos, ultra iura, & rationes supra allatas, adfunt etiam quam plures auctoritates Bald. in *leg. 1. num. 11. & segg. C. de inoffic. testamento, & in Auth. unde si pater, C. eod. in d. l. hac ad illat.* & Clarius in *conf. 22. num. 2. lib. 5. & in confil. 264. inter conf. Paul. de Castr. lib. 1.* cuius potissima ratio est, quia mater non tenetur relinquere filiis aliquid ultra legitimam in *d. in d. l. prima*, id extendit etiam ad filios nascituros, licet fateatur totum mundum tenere contrarium; tandem opinionem sequitur Paul. de Castr. in *dist. Authent. unde si pater*, per tex. in *§. fin. Authent. de nupt.* Boer. *decif. 200.* qui ad idem alios citat Bertrand. *confil. 112. aliat 212. lib. 1. part. secunda, Gabr. conf. 15. num. 30. lib. 2.* Surd. *confil. 94. num. 69.* Durant. *de arr. tex. in titul. de legitima, caus. 65. num. 2. Cap. conf. 81. Crau. confil. 40. & 107. 193. num. 11. Decian. conf. 35. num. 24. lib. 1. alios citat Thesaur. in *d. decif. 170. num. 1.* & hanc opinionem sæpè secuta fuit Rot. Rom. vt habetur in *decif. coram Ludouif. 443. num. 1. & segg.* & prius in *decif. 173. num. 1. & segg.* vbi alij Doctores, & decisiones allegantur, & habetur etiam in *decif. 111. recent. part. 2.* plures alios videtur hinc allegatos per Gratian. in *d. cap. 2. 9. num. 32.* quos sequitur Merlin. *de legitima, lib. 4. tit. 2. 9. 3.* vbi probat,*
- 143 Sat esse filiis primi viri relinquere legitimam; & parum refert, an secundus vir sit mortuus, vel viuus, Rot. in *d. decif. 443. num. 2.* Et in casu mortis etiam Thesaur. & alij in contrarium citati faciunt, plus relinqui posse filiis secundi matrimonij, quam primi.

- 144 Conclusio tamen contra Thesaur. supra firmata tres recipit limitationes, quarum prima est, si à principio fiat pactum cum secundo viro, vt filij nascituri lucrarent aliquam dotis partem in præiudicium filiorum primi matrimonij, tunc enim verè dicitur apparere de fraude, cum non possit considerari aliqua affectio matris erga filios non natos, nec conceptos, & in istis terminis loquuntur multi in contrarium citati, & alij quos Gratian. citat in *d. discept. 219. num. 32. & segg.* & dictum fuit superius *num. 101. & segg.* vbi videri potest, dixi, non natos, nec conceptos, nam si fuissent concepti, licet non nati, existimarem ego, quod forsitan relicta valerent; ex gr. mulier prægnans, timens periculum vitæ in partu, facit testamentum, & filio nascituro, ac in eius ventre existente plus relinquit, quam filiis primi matrimonij; & cum possit considerari affectio matris erga filium, quem in ventre gerit, dicendum est legatum valere, nota enim est mulierum affectio erga conceptos, quos habent in utero, & maxime postquam moueri incipiunt; unde cessat præsumptio, relicta fuisse factam contemplatione secundi viri, vt de iam natis diximus supra.

- 145 Secundo limitatur, si relicta fuit filiis secundi viri, ex alia tamen vxore, tunc enim pariter præsumitur factum contemplatione viri, & in istis terminis multi loquuntur, de quibus supra; & de quo *num. 71.*

- 146 Tertio limitatur, si verè de fraude matris impetret, hoc est ipsam fuisse motam contemplatione se-

cundi viri, in quibus terminis consuluit Rim. lun. in *d. conf. 428.* & faciunt tradita per Thesaur. in *d. decif. 170. num. 18.*

- 147 Sed diximus supra *num. 69.* transeuntes ad secunda vota non posse plus vitrico, vel nouerice, relinquere, quam vni ex filiis primi matrimonij, quid modo si contra legis dispositionem id factum fuerit? Cuius rei, vt clara habeatur resolutio, constituendi sunt duo casu principaliores. Primus est, quando filiis primi matrimonij nihil fuit relictum: secundo, quando ipsis aliquid relictum fuit.

- 148 Primi casu tenent aliqui, omnia æqualiter diuidenda esse intra filios primi matrimonij, & Vitricum, glo. in *d. l. hac ad illat. in verbo, diuidi*, quam ibi sequitur Io. Fab. Perr. de Bell. Alber. & Salyc. plures alios hanc opinionem tenentes citat Rol. *de lucr. dot. quest. 27. nu. 1. & segg.* alios Gab. in *tit. de secund. nupt. conclus. 4. num. 60.* plures Thesaur. *decif. 184. num. 1. & 2.* Communis tamen, & recepta ferè omnium est sententia, vt filij primi matrimonij reuocent prius donationem, vt que ad quantitatem legitimæ iure naroræ debuit; qua detracta, de reliquis tantum habere debeat vitricus, quantum vnusquisque ex filiis primi matrimonij, glo. in *§. optine, Auth. de nupt.* Bal. Bart. & Paul. de Castr. in *l. 1. C. inoff. donat.* Io. de Garon. & ferè omnes alij repetentes in *dist. l. hac ad illat.* Socin. *conf. 35. nu. 19. lib. 4.* alios citat Boer. *decif. 201. sub num. 5.* plures hanc opinionem sequentes allegat Rol. in *d. quest. 27.* qui testatur de magis communi opinione, & subiungit ab ea in iudicando, & consulendo non esse recedendum. Phan. *de lucro dotis, glof. 5. num. 41.* Neu: in *sua Silva, in verbo, vidua non est nubentem, num. 37.* Gab. qui plures cumulat in *d. conclus. 4. num. 61.* Thesaur. *decif. 184. nu. 4.* Mangil. *de l. in p. quest. 7. num. 52. & 53.* Gratian. *discept. Forens. lib. 3. quest. 46. num. 6.* & si quis ad propositum capit videre maiorem numerum Doctorum, ne aliorum dicta transcribam, legat præcipue Gab. Rol. Thesaur. Gratia. & Mangil. locis citatis. Ita vt si non sint plus, quam quatuor filij detrahatur tertia pars, si verò excedant hunc numerum, medietas, & residuum diuidatur inter ipsos filios, & vitricum in capita; vt per supracitatos Doctores. Nec obstat, filios primi matrimonij hoc modo ultra portionem æqualem cum vitrico, habere etiam legitimam, nam alio iure ipsam consequuntur, nempe legitimam de iure naturæ, medietatem vero relidit ex dispositione de *leg. hac ad illat.*, vt bene declarat Rol. in *de quest. 27.* & alij supra citati; hæc autem omnia intelligenda sunt detractis prius aliis legatis, vt dixit Bald. in *confil. 105. in fin. lib. 2.* quem sequitur Bertrand. in *d. l. hac ad illat. §. ita tamen, sub num. 18.*

- 149 Unde filia debet reputari declaratio, Boer. in *dist. decif. 201.* dum subiungit, vitricum de residuo percipere debere tantum, quantum importat filiorum legitima, & ficialiam tertiam partem; residuum verò, quod remanent; ascendens ad duas alias tertias partes, dandum esse filiis, ita vt filiis habeant tres quartas totius dotis, & alteram quartam vitricus. Nam primo animaduertendum est, quod si de residuo vitricus percipere deberet, quantum fuit filiorum legitima, & ficialiam tertiam partem, non remanerent due tertie partes, vt ipse dicit, sed solum tertia pars totius dotis. Secundo animaduertendum est, non esse veram hoc modo, filios habere tres quartas, & aliam quartam vitricus, vt patiter Boer. præsupponit. Imò hoc stante, sequeretur quandoque, Vitricum habere plus, quam vnus ex filiis primi matrimonij; ex gr. si quatuor adessent filij, & dos esset feutorum trium milium, filij de-

traherent pro legitima scutos mille, tantūdem detra-  
heret vitricus, vnde licet totum residuum daretur fi-  
liis, attamen filij haberent solam scutos quingentos  
pro quolibet, & vitricus mille, contra *d. l. hac edictali*.  
Et si diceremus Boer. intellexisse, vt de residuo, detra-  
cta legitima, tertia pars detur vitrico, & sic tertia resi-  
dui, quo casu de residuo remaneret duae tertiae par-  
tes pro filiis, adhuc non esset verum, tres quartas ha-  
bere filios, & quartam vitricum; nam tertia residui, &  
sic scutorum 1000. in exemplo proposito, esset scuto-  
rum 666. & quarta pars scutorum trium millium est  
scutorum 750. Praeter quam quod etiam hoc modo se-  
queretur quandoque, vt vitricus haberet plus, quam  
vnus ex filiis primi matrimonij. Ponamus, quod qua-  
tuor sint filij, eorum legitima de scutis trium millium  
est scutorum mille, tertia pars residui, quam secun-  
dum Boer. habere deberet Vitricus, esset scutorum  
666. vnde licet filij primi matrimonij totum haberent  
residuum, attamen vna cum legitima ascenderet so-  
lum ad scutos 1333. quo circa quilibet ex filiis habe-  
ret pro sua portione scutos 333. & sic plus haberet vi-  
tricus, quam vnus ex filiis primi matrimonij, contra  
*d. l. hac edictali*. Dicamus igitur, secundum commu-  
nem scribentiam sententiam, filios primi matrimo-  
nij, quibus nihil fuerit relictum, prius detrahere de be-  
re legitimam, & deinde residuum diuidendum esse in-  
ter ipsos, & vitricum in capita; & quibus portionibus co-  
prehensio lucro dotali ex statuto, vel ex pacto secun-  
do viro debito, vt per supracitatos Doctores.

Verum hanc communem traditionem intelligere  
oportet, vel casu, quo lucrum debeat ex pacto, vel  
quod si debeat ex statuto, statutum non intelligatur  
derogare *d. l. hac edictali*, iuxta ea, quae superius dixi-  
mus *num. 88*. Si enim statutum, vel expresse, vel taci-  
te derogat dictae legi, prius profecto detrahenda es-  
set legitima, sed de residuo detrahendum esset postea  
lucrum dotali, attenda quantitate totius dotis datae,  
vel promissae, vt *res alienum*, & debitum iure statuta-  
rio; & in reliquis postmodum deberent adaequari par-  
tes inter filios primi matrimonij, & vitricum. Aliter  
enim saepissime maritus non haberet lucrum sibi de-  
bitum vigore statuti, quod statutum valere, & praui-  
dicare *d. l. hac edictali* diximus supra *num. 93*. & praui-  
supponunt omnes supracitati Doctores. Sit exemplū:  
dos est scutorum 3000. cuius pro lucro dotali vigore  
statuti maritus luctatur medietas; & sic scutos 1500. Si  
prius veniet detrahenda legitima, & sic tertia pars, &  
residuum diuidendum, maritus haberet solum mille;  
Et sic minus lucro dotali, sibi vigore statuti debito.  
Nec obstat, quod respondent aliqui, prout addentes  
*ad d. Decis. 184. Thef.* Statutum prauidicare quidem  
*d. l. hac edictali*, sed non legi naturali filiis reseruanti  
legitimam: nam fateor ego lucrum non prauidicare  
legitimam filiorum, vt dixi supra *num. 86*. ac ideo prius  
esse detrahenda: sed fieri etiam oportet, de residuo  
postea detrahendum esse prius lucrum vt *res alienum*,  
& debitum iure statutorio; & residuum diuiden-  
dum inter vitricum, & filios primi matrimonij; aliter,  
vt dixi, adesset euidentissima repugnancia, nempe, vt  
statutum de lucro dotis valeret, & prauidicaret *d. l. l.*  
*hac edictali*, vt supracitati Doctores praui-supponunt; &  
quod postea ab ipso viro non posset detrahi tamquam  
confusum cum residuo dotis, quod diuidi debet inter  
ipsum, & filios primi matrimonij, detrahta legitima;  
quae repugnancia fuit forsitan in causa, vt tam discordes  
fuerint in hac re scribentes. Sed hoc modo conciliari  
mirifice opiniones, quandoque scripsi, & obtinui: nam  
qui tenent non esse detrahendam prius legitimam,

momentur, quia statutum potest derogare, & praui-  
dicare *d. l. hac edictali*; qui vero contrarium dicunt, pos-  
se vtique prauidicare legi prauidicari, sed non detra-  
ctioni legitimae debita iure naturae, seu saltem non  
esse praesumendum, statutum id disponere voluisse, &  
ego dico, vt utrumque esse verissimum, ad idem prius de-  
trahendam esse legitimam debitam iure naturae, &  
postmodum lucrum relictum iure statutorio, resi-  
duum vero diuidendum esse aequaliter inter vitricos,  
& filios primi matrimonij in capita, iuxta dispositio-  
nem *d. l. leg. hac edictali*.

150 Si vero filiis primi matrimonij aliquid fuerit reli-  
ctum, communis est Doctorum sententia, ipsos posse  
vindicare omnia bona, relinquendo vitrico id solum,  
quod cuiuslibet ipsorum reliquerat mater, *Cap. consil.*  
*51. & consil. 81. Corn. consil. 33. consil. 40. & consil. 118. lib. 1.*  
*Roman. consil. 447. Fulg. consil. 97.* alios plures citat Boer.  
*lucro proxime citato, num. 6.* & in istis terminis verifica-  
tur conclusio, de qua supra *num. 72.* & docet latissime  
Rimin. *lun. in consil. 311. nu. 24. & seqq.* vbi dicit, quod  
hoc casu non aequantur partes inter vitricum, & filios  
primi matrimonij, sed vitricus habet minimum, quod  
relictum fuit vni ex filiis primi matrimonij, & totum  
residuum ipsis applicatur, vt multis rationibus, & au-  
thoritatibus ipse probat, idem plene docet *in consil. 333.*  
*num. 11. & seqq.* ad quem lectorem remitto. Animad-  
uertendum tamen est, haec pariter procedere posse, si  
marito deberetur solum lucrum ex pacto, vel ex sta-  
tuto, quod non intelligatur derogare *d. l. hac edicta-*  
*li*; sed si deberetur vigore statuti derogantis quan-  
tum adhuc expresse, vel tacite *d. l. hac edictali*, tunc e-  
nim necessarium esset reseruare luctum pro ipso ma-  
rito, vt *res alienum*, & debitum iure statutorio, iuxta  
ea, quae superius dicta fuerunt *num. praecedenti, versic. 1. e-*  
*rum*: quae non repetam.

Supradicta tamen conclusio, de qua *num. 116.* pro-  
cederet sine difficultate, si filiis primi matrimonij fuis-  
set relictum integra legitima, quae sola deberet reseruari  
pro vitrico; pro ea portione, quae tangeret quemlibet  
ipsorum: sed quid si non integra legitima fuisset  
151 ipsis relictum: multi hoc casu volunt, suppleendam es-  
se legitimam filiorum primi matrimonij, & postea  
tantundem vitrico esse relinquendum, prout tamen  
illa legitima sic suppleta tangeret quemlibet ipsorum,  
vt voluit Bal. *in d. l. hac edictali, & in consil. 152. lib. 4.* &  
mouetur, quia licet illud supplementum legitimae fiat  
ipso iure, & non ex testamento, attamen censetur factum  
ex tacita matris voluntate, vnde tota legitima  
dicitur relictum, & per consequens vitricus tantundem  
habere debet, Bertrand. *consil. 10. nu. 4. vsque ad num.*  
*7. lib. 1.* plures citat Boer. *loc. cit. sub num. 6.* vbi hanc o-  
pinionem dicit communem, alios refert Gab. *in tit. de*  
*secund. nupt. conclus. 4. sub num. 14. vers. contrarium,* va-  
rios citat add. ad Theisaur. *in d. l. decis. 170. vers. non est*  
*tamen.*

152 Contrarium consuluit Corn. *in d. consil. 33.* & latius  
*in d. consil. 118.* vbi respondet contrariis, & allegat deri-  
dents quodammodo opinionem Bald. & mouetur,  
quia si filius nollet perere supplementum, non posset  
153 cogi, & nolenti enim, non suppletur legitima, vno-  
tat glos. Bart. & Bald. *in l. scimus, in princ. ff. de inoff. te-*  
*stamento.* Praeterea *d. l. hac edictali, & d. 5. optimè* expres-  
se mandant, omne id, quo plus relictum fuerit vitri-  
co, quam filijs primi matrimonij ipsis filiis esse appli-  
candum, nec vllam faciunt mentionem de supplenda  
154 legitima: & Et quod suppletur a lege, non dicitur reli-  
ctum, *l. omnia, §. scimus, C. de inoff. testamento, Rip. re-*  
*spons. 9. num. 4. in tit. de secund. nupt.* ac propterea sup-  
plemca.



- plementum legitimæ in casu nostro non potest dici matris relictum, ita ut tantundem debeat habere vitricus: nec, dicit Ripa, expeditum est, legitimæ supplementum peti actione ex testamento, cum imò conditione ex lege peti dicat Saly. *in d. l. scimus*, quæ opinio contra Bald. probabilior semper mihi visa fuit, quam etiam magis communem esse non negat add. ad Theaur. *loc. cit.* licet subiungat sustentabiliorem videri Bald. opinionem, præcipue cum Bald. sit sibimet contrarius *in d. l. l. C. de inoff. testamento, in 4. quest.* qui ex duobus mouetur, primo, quia filius non potest cogi, ut petat supplementum legitimæ; secundo, quia illud, quod suppletur non continetur proprie appellatione dari, vel recepti, argumentum *legis prima, in princ. ff. de his, quæ in testamento, delent.* ac propterea potius legitimæ supplementum peti conditione ex lege, dixit, Riman. *lun. conf. 339. num. 35. Per egr. de fideicom. artic. 36. sub num. 133.* de quo supra *in prima parte, cap. 33. num. 65. & seqq.*
- 156 Sed si quis vellet retinere opinionem Bald. tam primo limitare deberet, si mulier in legato dixisset, ut filij primi matrimonij nihil aliud petere possent, tunc enim supplementum legitimæ non diceretur provenire ex tacita matris voluntate, Rip. *loco proxime citato, & tradit Boer. loco pariter citato, vers. sed hanc Bald. opinionem, Gab. ubi supra, Crau. conf. 195. num. 11.* Et sic iudicasse Senatam Pedemontanum testatur add. ad d. *decis. 170. Theaur. vers. sic. caserum: & late docet Riman. lun. d. conf. 333. num. 6. lib. 3.* ac idem vitricus hoc casu non posset petere, nisi id, quod filius primi matrimonij fuisset relictum, licet minimum, Rot. *diuers. decis. 196. part. 1. & in alia coram Verospio, qua est decisio 104. num. 1. inter impressas post irat. Merlin. de legitimis.*
- 157 Secundo limitatur, si filius nollet supplere legitimam, tunc enim vitricus non haberet, nisi tantum, quantum verè fuisset relictum vni ex filiis primi matrimonij, ut per Boer. *loc. cit. num. 7.* & Gab. *loco pariter citato, & late docet Riman. lun. in d. conf. 333. num. 7.*
- 158 Ex duabus conclusionibus supra positis, ut non possit relinqui plus vitrico, quam vni ex filiis primi matrimonij; sed quod bene possit relinqui plus filiis secundi matrimonij, quam primi, oritur dubitatio, quid si relictum fuerit factum vitrico, cum hoc tamen ut restituere debeat filius secundi matrimonij? Circa
- 159 quod animaduertendum primo. † Relictum factum secundo viro, cum onere statim restituendi filiis valere, tamquam legatum factum filius secundi matrimonij, quibus debet fieri restitutio, nec videtur aliquid relictum illi, qui statim restituere debet, *l. cogi, §. hi, qui solidum, ff. ad Treb. ut dixit Surd. in conf. 250. n. 19. lib. 2.* & conferunt, quæ ipse pro ratione dubitandi tra-
- 160 dit *sub num. 1.* † Si vero secundus vir debet consequi commodum relictum, vel ad tempus certum, vel eius vita durante, tunc tenet Surdus, legatum non solum non valere; sed esse applicandum filiis primi matrimonij, secundum ea, quæ superius dicta fuerunt circa legata facta vitrico, vel nouerca, quod existimat procedere etiam respectu proprietatis, nam licet maritus proprietatem restituere sit grauatus, tamen interim est dominus, ut per ipsum *num. 34.* ac ideo etiam proprietatem ab ipso auferri debet, & applicari filiis primi matrimonij.
- 161 Quæ conclusio nimis rigorosa, imò contra dispositionem *dict. l. hac editalis*, semper mihi visa fuit, quæ nullam aliam imponit pœnam mulieri plus relinquæti secundo viro, quam quod illud plus, quod reliquit secundo viro, auferatur ab eo, & applicetur filiis primi matrimonij, iuxta superius traditum modo in casu pro-

- posito proprietatem non fuit relictæ secundo viro abolutè, sed solum usufructus, cuius igitur filius primi matrimonij, & usufructum, & proprietatem applicare volumus? non obstat ratio Sardi, in eadem est dominus, nam fallacia adest in argumento, si enim interim est dominus, interim igitur auferatur proprietatem, sed non perpetuè, cum ipse perpetuè non fuerit relictæ proprietatem: & hæc verè fuit sententia subtilissimi Baldi *in d. l. hac editalis, num. 24.* & consilium Bertrand. *conf. 36. lib. 1.* volens, quod hoc casu filij primi matrimonij possint reuocare plus relictum in vita vitrici, sed post eius mortem locum esse substitutioni, quod tamen reprobare conatur Surd. *in dict. conf. 150.* per supra dictas rationes, quæ nullo modo concludere videntur.
- 162 † Præterea, ponamus, quod non adessent filij secundi matrimonij, & quod maritus fuisset hæres institutus cum onere restituendi filiis primi matrimonij, certum est, quod durante vita secundi viri non possent filij primi matrimonij petere hæreditatem à vitrico, *text. est in l. mulier, que ff. ad Treb. quam non esse correctam, omnes affirmant, ut vbi Angel. Imol. Castr. & alij, necnon Bertrand. in dict. leg. hac editalis:* ergo quod quis interim sit dominus, & verè hæres, non operatur, ut possit secundo viro auferri relictum, contra rationes Sardi: aliter enim filij primi matrimonij statim mortua matre possent auferre totam hæreditatem à vitrico tam respectu usufructus, quam proprietatis, contra dispositionem *d. l. mulier, que.*
- 163 Ex quo sequitur, falsum etiam esse, quod subiungit Surd. quod si maritus decederet, antequam adiret hæreditatem vxoris, vel ipsam repudiaret, adhuc illud relictum applicandum esse filiis primi matrimonij, quia iam mater contrauendendo dispositioni dictæ legis, dicitur incidisse in eius pœnam, ut per ipsum *num. 23. & seqq.* præterquam quod enim responderi posset, hoc casu esse locum substitutioni vulgari contentæ sub fideicommissaria, per ea, quæ ipse pro ratione dubitandi dicit *in d. conf. 250. num. 11. & seqq.* responderetur, quod non contrauenit legi quantum ad proprietatem, seu saltem contrauenit solum durante vita viri, vnde cum debeat puniri solummodo amissione rei, in qua contrauenit, sequitur, ut puniri debeat amissione proprietatis solum durante vita viri, non autem perpetuè, ne maior sit pœna, quam contrauenitio, quæ si rectè perpenduntur, apparebit parum in facti contingentiâ curandum esse de his, quæ Surd. nimis subtilizans consuluit *in d. conf. 250.*
- 164 Sæpe diximus supra, vitrico, vel nouercæ non posse plus relinqui, quam vni ex filiis primi matrimonij: modo queritur, an ad dignoscendum, an plus, vel minus fuerit relictum vitrico, vel nouercæ habeatur in consideratione quantitas legitimæ filiis primi matrimonij debitæ; ex gr. filius pro legitima debet habere 400. mater relinquit ipsi 500. & alia 500. reliquit secundo viro, filius ultra legitimam habuit solum centum; vnde si legitima non habeatur in consideratione, plus certè relictum erit secundo viro; si verò computetur legitima, et tunc pater, Ceph. *in conf. 412. sub n. 19.* tenet, legitimam esse computandam in legato factò filio; ita ut sit necesse ipsi relinquere tantundem computata legitima, non autem tantundem ultra legitimam; idque ponit pro constanti, & dicit sic omnes asserere.
- 165 Verum oppositum de dirècto consuluit Riman. *in conf. 311. num. 13. & in conf. 333. num. 3. & seqq.* volens, quod ad dignoscendum, an plus relictum fuerit vitrico, quam filiis primi matrimonij consideretur solum id, quod ultra legitimam ipsi consequuntur, cæ

gr. si filio: u legitima erat 10. & 30. relicta sunt illis, & sic decem tantum ultra legitimam; solum patitur decem relinquat poterunt vitrico, vel noueroz, non autem triginta; quæ sententia fuit glose in §. *optimè in uerbo, quippe, in Auth. de nupt. ubi alij sequuntur scribentes idem Bart. Bald. & Cast. in l. c. de inoff. dot. & in consulendo ab eis non esse recedendum Petr. Anch. conf. 101. in 2. dub. & plures ad propositum citat Regin. Jun. loc. cit. qui attestatur de communi, & magis communi opinione, & ipsi adherendum esse pluribus probat; nec de ea dubitandum esse dicit, ad quem lectorem mitto, non inueni enim Doctorem, qui magis in terminis, & magis diffusè hanc probet sententiam: ad quod valde contentur dicta superius nu. 124. & seqq.*

166 Quinta est pœna, ut mulier transiens ad secunda vota amittat tutelam filiorum, cap. ex parte, si 2. de appell. Bartol. in Auth. Sacramentum, C. de quand. mul. tut. off. & in l. si quis sub conditione, ff. de testam. tut. Cuius rei triplicem assignant rationem; prima, ob inhonestos mores, quas apprehendere facillè possent filij. & præcipuè feminæ, ex qua ratione sequitur, ut pauciter educationem amittat. Secunda, mutata affectione præsumptio; Tertia, fundata est in præsumpta dilapidatione ob nouum coniugem, & novos filios, §. *in autem tutela, Auth. de nupt. l. lex que tutores, C. de admin. tut. Boer. decis. 166. num. 1.*

167 Quod ampliant, ut etiam mulier, quæ assensit, se uelle nubere, & procurauit alium tutorem dari liberis; licet pœniteat, non possit resumere tutelam, Bald. in l. cum ancillis, C. de inest. nupt. Bart. & Bal. in d. Auth. Sacramentum, C. de quand. mul. tut. off. tus. fung. Bart. in consil. 146. in 6. dub. ubi ampliant procedere, etiam si alius tutor non fuerit adhuc datus, idem uoluit in l. si quis sub conditione, vers. *quaro an statim ff. de testam. tut.*

168 Contrariam tamen opinionem esse magis equam, & magis ipsi placere, dixit Boer. in d. decis. 136. sub nu. 5. quam gloram secutus fuit etiam Salyc. in d. Auth. Sacramentum, & maxime, quia iura disponant, mulierem amittete tutelam nuptiis contractis, quam sententiam, probat Affl. & decis. 157. sub num. 2. & 3. & Bart. opinio esset procedere, si ipsa mater adhuc tutelam non fuisset adepta, facillius enim quis impeditur habere, quàm habita perdere, ut per Gozad. consil. 18. n. 4.

169 Limitantur autem supradicta circa hanc pœnam, ut non procedant in patre, qui licet transeat ad secunda vota, non perdit tamen liberorum educationem, & eorum bonorum administrationem, l. generaliter, in prin. C. de secund. nup. §. *sed quod sanctum, ut Auth. de nupt.*

170 Secundo limitatur, ut possit tutela dari vitrico de consensu tutorum, l. *uater, C. de inter d. mat. inter pup. & tut. Bald. in Auth. eisdem pœnis, C. de secund. nupt. Boer. decis. 166. num. 3.*

Tertio limitatur, ut in ampliatione, vers. *contrariam, num. 17.*

171 Quarto limitatur, non procedere, si solum sponsalia de futuro fuerint contracta, quæ si non sequantur, mulier non perdit tutelam, Specul. in tit. de tut. §. *nunc dicendum, vers. quid si nondum, Roman. Sing. 119. alias 212. Salyc. in d. Auth. Sacramentum, Gozad. consil. 18. num. 4. Affl. & in d. decis. 157. num. 4. Boer. d. decis. 166. sub num. 5. vers. *quinimo nec per sponsalia.* quod nullam uideatur habere dubitationem matrimonio non secuto, sed maior est difficultas, pendente illo termino, Bart. enim locis citatis tenet, ipsam tutelam amittere, quem secuti fuerit Bal. in l. *uonem, C. ad Tertul. & in l. presbiter, C. de impub. & alijs substis. Acc. in Inst. de pair. potest. circa finem, Dec. in c. ex parte, si 2. de appell.**

Et mouentur, quia mater facta deliberationem statim rediit suspecta. Contrarium tamen tenent alij suspiratati, stante quod admittatur pœnitentia, nec priuatio oriatur, nisi contractis nuptiis, de quo tamen dubitat Vtil. in add. d. decis. Affl. 157. num. 1.

172 Quinto limitatur, si a viro fuerit relicta totrix etiam in casu secundarum nuptiarum, Bald. in d. cap. ex parte, si 2. de appell. Gozad. d. consil. 18. numero 3. 9. & seqq.

173 Est tamen dubitatio, an mulier, quæ transiit ad secunda vota, secundo matrimonio soluto, possit reassumere tutelam filiorum primi matrimonij, Specul. loco supra citato distinguit, quod aut filij habuerunt, vel habere poterunt alium tutorem, & mater amplius admitti non debet, secus autem si de alio tutore non fuerint prouisi. Petr. in Auth. *matr. C. quand. mul. tut. off. fung. pos. indistinctè uoluit, matrem per transitum ad secunda vota perpetuè priuari filiorum tutela. Boer. uero in d. decis. 166. existimat, has opiniones posse concordari, intelligendo doctrinam Petri esse regulariter ueram, quam tenent multi, quos Suid. citat decis. 106. num. 11. esse tamen limitandum, secundum Specul. in casu necessitatis, & in subsidium; quod multi approbant, quas Suid. citat loc. cit. qui & ipse hanc concordiam approbare uidetur.*

174 Sexta, & ultima sit pœna, ut mulier transiens ad secunda vota, non possit amplius exemplariter substituere filio primi matrimonij tutori suo, Bart. in l. ex facto, num. 12. ff. de vulg. & pupil. O id. de compend. in pralud. 9. 6. plures citat Intrigul. de substis. cont. 2. quæst. 11. Imò

175 uolunt, quod si antea facta fuerit irritetur, ut per 176 Doctores, quos citat Intrigul. de substis. cert. 2. q. 12. limitant tamen, si mater petierit prius, tutorem dari filio, Cap. de except. substis. num. 32. Gall. de except. success. tit. 4. except. 10. in fin. part. 2.

177 Verum potius falsam esse hanc pœnam, tenent alij, quos citat de communi testando Valsq. lib. 2. de success. §. 17. num. 14. & seqq. Alexand. Trentac. de substis. part. 3. cap. 3. num. 3. melius sensisse dixit, plures allegando Fusar. de substis. quæst. 179. num. 8.

178 Et antea facta non irritaretur etiam si mater transiendo ad secundas nuptias amitteret ipsius amplius substituendi, Valsq. loc. cit. num. 31. Trentac. loco pariter citato, vers. *sed dato, Fusar. loc. cit. num. 10.*

179 In patre uero hanc pœnam non habere locum, ueni dubium est, Trentac. in d. cap. 3. vers. 3. & num. 5. ubi de communi Fusar. loc. cit. num. 2. Ex quibus habes materiam l. hac edictali, C. de secund. nupt. ab omnibus difficilem admodum reputatam, non incongruè hic declaratam.

#### SVMMARIUM.

- 1 Fratrum plures species.
- 2 Successionum ab intestato tres ordines.
- 3 Parentes succedunt una cum filiis, ad successionem filiorum, quod procedit etiam in uxo, & uia, nu. 4.
- 5 Nepotes succedunt una cum Auo, & Aua ad successionem patris, sed non ultra nepotes, num. 7.
- 6 Fratres defuncti succedentes una cum parentibus, succedunt in capita.
- 8 Fratres non uirique coniuncti, non succedunt una cum parentibus, licet alim secus, num. 9. & maxime si non sint coniuncti ex eo latere, ex quo parentes, num. 10.
- 11 Frater coniunctus ex uno latere, præfertur fratri coniuncto ex alio latere in bonis pronouentibus ex illo latere, ex quo est coniunctus.
- 12 Coniunctio ex utroque latere, an consideretur in parentibus succedentibus.

- 13 Frater utrinque coniunctus, excludit fratrem ex uno tantum latere coniunctum.
- 14 Duplicitas vinculorum consideratur non solum in fratribus, sed etiam in fratrum filiis.
- 15 Frater utrinque coniunctus, ad excludat coniunctum ex uno tantum latere, stante statuto excludente cognatos propter agnatos, & num. seq. & quid si solum statutum excluderet feminas in aliquibus casibus, num. 17. & in quibus terminis procedat dubitatio, num. 18.
- 16 Frater utrinque coniunctus non excludit fratrem ex latere patris tantum, coniunctus in studiis, vel Emphyteusi Ecclesiastica, ubi de ratione.
- 20 In fratribus succedentibus ex fideicommissis paterno, non consideratur duplicitas vinculorum, & num. 26. idem est, si succedant ex substitutione vulgari, vel ex iure accrescendi, num. 21. & 22.
- 23 Duplicitas vinculorum, an debeat haberi in consideratione, si agatur de successione nepotum, & num. seq.
- 25 Duplicitas vinculorum, non attenditur in successioneibus ex pupillari substitutione.
- 27 Consanguinei, & uterini fratres, si concurrant inter se ad successionem in bonis proventus defuncti ex linea paterna, præferuntur consanguinei, in bonis vero proventus ex linea materna uterini, etiam si adsit statutum, ut consanguineus præferatur uterino, num. 28.
- 29 Similia excludentia sorores ab fratribus, de quibus fratribus sint intelligenda.
- 30 Consanguinei tantum an excludant sorores utrinque coniunctas, & num. 32. & ponitur declaratio, num. 33.
- 31 Leges municipales recipiunt interpretationem à iure communi.
- 34 Frater uterinus an excludat sororem uterinam vigore statuti excludentis feminas ob vias sales, remissive.
- 35 Utrinque coniuncti an, & quando ex testamento excludant coniunctum ex uno tantum latere, remissive.
- 36 Statutum vocans fratres utrinque coniunctos, vel coniunctas ex latere patris tantum, an intelligatur eos vocare copulativo, vel disiunctive.

## De fratribus consanguineis, & uterinis, ac eorum successioneibus.

### CAP. XIV.

- 1 **Q**UINQUE in iure nostro reperiri fratrum species, tradit Iulianus in l. de fratribus, num. 17. ff. de pati. Alij sunt utrinque coniuncti, ut ex eodem patre, & matre nati, qui proprie fratres appellantur, ut in Auth. post fratres, & in Auth. defuncto, C. de suis, & leg. Alij sunt germani tantum, ut nati ex eodem patre, & sic ex eodem germine, sed ex diversis matribus, l. l. de duobus, & ibi B. l. C. de leg. hered. qui etiam consanguinei appellantur, de quibus Romanus in conf. 411. Alij uterini, ut nati ex eadem matre, patre tamen diverso, qui omnes sunt in primo gradu. Alij dicuntur patrueles, ut filij duorum fratrum. Alij consobrini, ut ex duobus sororibus nati, qui sunt de iure canonico in secundo gradu, de iure vero civili in quarto. Quibus addi poterit sexta species fratrum iuratorum, de quibus Iulianus in l. quidam, m. 5. ff. de verbor. obligat. & Theaur. in decis. 114. sed de his ultimis fratrum speciebus non est præsens dubitatio. Antequam tamen ad consanguineos, & uterinos deveniam, non incongrue prius dicam, ab intestato successionum tres esse ordines. Primus est descendendum, secundus ascendendum, tertius collateralium, ut habetur in Auth. de hered. ab intestato; inter quos primum locum obtinent descendentes, ut

- in d. Auth. §. si quis igitur. In quibus dicitur consanguinitatem paterna tantum dominari, ipsis nam que iure nature debetur hæreditas, l. cum ratio, ff. de boni damn. qui propterea omnes alios excludant. Auth. defuncto, C. ad Tertul. Et si descendentes non existant, secundus locus datur ascendentibus, quod tamen in ipsis non est ira generale, nam extantibus fratribus defuncti admittuntur una cum patre, vel matre, ut in d. Auth. defuncto, ubi Bald. cæterisque scribentes.
- 4 Quod procedit etiam in avo, vel avia, cum quibus pariter fratres defuncti admittuntur; ut per Bari. & Bald. in d. Auth. defuncto, & de communi tradunt plures, qui de successioneibus scripte, quos refert, & sequitur Mich. de Grass. in §. successio, quæst. 23. num. 2. neglecta opinione Accurs. in d. Auth. defuncto, qui existimavit, fratres hoc casu avum, & aviam excludere, pro qua plura falso allegasse Cassan. in constitut. Borg. rubra 7. num. 6. dixit Mich. de Grass. loco proxime citato.
- 5 Secundo ampliatur, ut non solum fratres defuncti succedant una cum patre, & matre, sed etiam fratrum filij, ut per glol. in d. Auth. defuncto; & hanc esse veram, & communem sententiam, dixit Mich. de Grass. loco citato num. 3. quod tamen in stirpes, & non in capita est intelligendum.
- 6 Tertio ampliatur, ut quando fratres defuncti succedunt omnes in capita una cum patre succedere debeant, ut per glol. in d. Auth. defuncto, & receptissima omnium est sententia, ut post alios, quos allegat, docet Mich. de Grass. loco citato.
- 7 Limitatur modo conclusio supra firmata, ut post fratres, fratrumque filios alij ab ipsis descendentes non admittantur una cum ascendentibus, Auth. post fratres, C. de legit. hered. Grass. loco citato, num. 4. & est ratio, quia post fratres, fratrumque filios non datur amplius præsentatio, ut particulari capitulo in ra demonstrabo.
- 8 Secundo, accedendo magis ad propositam materiam, limitatur hæc conclusio in fratribus non utrinque coniunctis, qui non succedant una cum parentibus, tam si sint consanguinei, quam uterini, consequens; §. si igitur defunctus, & §. si verò, de hered. ab intest. §. 1. Auth. ut fratrum filij; licet aliter esset olim, si cum defectus, ut quis non esset utrinque coniunctus, hæc non impediret successionem, l. fin. in princ. C. ad Tertul. l. emancipatis, C. de leg. hered. quæ iura hodie sunt correctæ, Boer. decis. 187. num. 2. Mich. de Grass. in d. §. successio, quæst. 24. quod nullam habet dubitationem, si frater non sit coniunctus ex eo latere, ex quo coniunctus est pater, vel mater, ex gr. si concurrat frater ex latere tantum patris ad successionem fratris una cum ipsius matre, tunc mater præferatur excluso illo fratre, qui matri defuncti nihil attinet, & in istis terminis concludit Corn. conf. 242. lib. 2. alios refert, & sequitur Boer. decis. 187. sub nu. 2. vers. & hoc utrum. Idem est, si concurreret frater ex latere tantum matris ad successionem fratris una cum patre, pater enim esset præferendus, excluso fratre ex latere tantum, matris, Paul. de Castr. in d. Auth. defuncto, Nicol. de Vbald. de success. ab intest. part. 1. princ. qu. 4. Alex. conf. 5. nu. 3. lib. 6. & conf. 74. nu. 3. eodem lib. alios citat Boer. loco citato, qui sic indicatū fuisse testatur. Sed dubitatio est, si quid sit frater sit coniunctus ex illo latere, ex quo coniunctus est pater, vel mater, cum quibus est altercatio? ut si concurrat mater, & frater ex latere materno, vel pater, & frater ex latere paterno, ex gr. mater ex primo matrimonio habuit Titium, ex secundo Scivum, depedit Scivus, concurrat mater, & Titius frater Scivij ex latere materno, quaeritur an iste Ti-

rius debeat concurrere cum matre ad hæreditatem Scij. Bald. *in d. Auth. defuncto* affirmatiuam tenet opinionem: & licet Castrensis ibidem contrarium sentiat, & Boer. *in d. decis. 185.* relinquat cogitandum; at tamen Baldi opinionem esse veriorem, & receptiorem, dixit Mich. de Grass. *in d. quasi. 24.* quem etiam tenuit Angel. *in conf. 282.*

Sed suprascripta omnia procedunt, si fratres consanguinei, vel uterini concurrant cum parentibus: modo si inter ipsos sit contentio, videamus. Circa quod primo sciendum est, ¶ coniunctum ex vno latere in bonis ex illo latere prouenientibus, præferri fratri ex altero latere coniuncto, ex gr. coniunctus ex latere matris tantum, præferatur fratri coniuncto ex latere patris tantum, quæ obuenerunt defuncto ex matre, vel linea materna: prout etiam coniunctus ex latere fratris tantum, præferatur fratri coniuncto solum ex latere matris in bonis quæ obuenerunt defuncto ex latere paterno, *Com. conf. 94. sub nu. 4. vers. pro quo facit, lib. 1. & hoc non habere dubium, dixit Boer. in d. decis. 185. num. 3. & docet Roman. conf. 6. quæ vti ab omnibus recepta longiori comprobatione, ac Doctorum allegatione non indigent, ne à meo scribendi more recedam.*

12 Estque hic obiter notandum, hanc pariter differentiam considerari in patre, ac matre, auoque paterno, & materno, qui succedant descendantibus, cum eadem distinctione, an illa bona peruenerint ad descendentes ex linea paterna, vel materna, *Bart. in l. 3. §. fin. antem. C. de bonis que lib. quem sequitur Alex. conf. 108. num. 13. lib. 7. & prius in conf. 310. num. 5. lib. 2. vbi testatur hanc magis communem esse opinionem, & veriorem appellat Roman. in consil. 40. num. 5. qui respondet rationi Bald. contrarium sententis in d. Auth. defuncto, & Anch. in conf. 340. dixit æquam esse, vt vnde flumina prodeunt, reuertantur.*

13 Secundo dicendum est, fratres vtrunque coniunctos, & ipsorum filios, vti parentes repræsentantes, excludere fratres ab vno tantum latere coniunctos in omnibus bonis yndecumque quæsitis, *Auth. in que, C. commun. de success. vbi gloss. & alij scribentes Paris. in d. consil. 84. num. 2. qui hanc opinionem & legibus, & auctoritatibus pluribus probat Alex. consil. 5. nu. 3. lib. 6. Socin. lun. consil. 94. num. 14. & consil. 126. num. 4. lib. 1. idem repetit in conf. 50. nu. 1. lib. 4. & secutus fuit Mich. de Grass. in §. successio, quasi. 31. num. 1. quod procedit non solum in fratre uterino, sed etiam consanguineo, qui dicitur exclusus per vtrunque coniunctum, & hoc esse clarissimum, dixit Decian. consil. 16. num. 19. lib. 1. & pro certo ponit Surd. in conf. 415. num. 3. lib. 2. de quo Hond. consil. 31. lib. 1.*

14 Quæ duplicitas vinculoꝝ, vt dixi, consideratur non solum in fratribus, sed etiam in ipsorum filiis, ut per Mich. de Grass. loco citato, & docet Paul. de Castr. *in dicit. Auth. post fratres, Arctin. in §. si plures, Inst. de l. agnat. success. Mandel. consil. 81. lib. 1. Borgnir. decis. 55. sub tit. de contr. actibus num. 88. & est ratio, quia vique ad fratrum filios datur repræsentatio, non solum si succedant vna cum patre, sed etiam inter se, vt dicam in capitulo sequenti: ac propterea quemadmodum in parentibus hæc vinculoꝝ duplicitas consideratur, ita etiam in eorum filiis parentes repræsentantibus necesse est, vt in consideratione habeatur, licet non vltra, cum non vltra detur repræsentatio, Mich. de Grass. *in d. quasi. 31. in fi.* Verum animaduertendum est, quod hac ratione stante, si quis tenere vellet opinionem Rotæ *in decis. 27. select. per Farin. part. 1.* nempe quod filij fratrum concurrentes inter se suc-*

cedant in capita, & non in stirpes, & sic non repræsentatiuè, sed ex propriis personis, asserere etiam esset coactus, hanc duplicitem vinculoꝝ in filiis fratrum non considerari, si inter ipsos de succedendo sit contentio, non autem cum patris, de qua Rotæ opinionem infra in capitulo sequenti.

15 Hæc tamen conclusio, quod vtrunque coniunctos præferatur, secundum maximam Doctorum turbam, quam referre inuitus cogor, cum in hoc maxima sit inter scribentes altercatio; & plures Doctores primæ classis ad inuicem pugnantes reperiantur; limitatur primo, vt non procedat, stante statuto excludente mulieres, vel lineam maternam, vel cognatas existentibus agnatis, tunc enim frater vtrunque coniunctus, vel eius filij non excludunt consanguineum tantum, per *tex. in leg. 1. C. de leg. hered. & licet plura ad hoc allegari soleant, vnica tamen est ratio, in qua tota vis huius argumentationis consistit, quia nempe vtrunque coniuncti excludunt consanguineos tantum ea ratione, quia, cum de iure communi succedant agnatis, sicut cognati, vtrunque coniunctus habet duo vincula, hoc est agnationis, & cognationis, vnde consanguineo tantum præferatur vnicum habenti vinculum, scilicet agnationis tantum: quæ ratio cessat prorsus, quando statutum excludit cognatos, vel lineam maternam stantibus agnatis, cum enim per statutum in illo casu sit sublata cognatio, remanent pares in vinculis successione tribuentibus, ac ideo æqualiter succedere debent, nulla habita ratione cognationis, vel coniunctionis ex latere matris, quæ per statutum redditur impertinens: quam sententiam tenuerunt Roman. *in conf. 411. Alex. conf. 9. lib. 5. vbi addentes Socin. conf. 15. sub num. 8. vers. confirmatur; & ibi testatur, id communiter sequi moderno conf. 304. lib. 2. vbi de veriori, & magis communi opinione conf. 37. & conf. 82. nu. 12. & 13. lib. 4. Cur. lun. conf. 78. per totum, qui id ponit pro expedito, Capra latissime conf. 8. per totum, Mandel. conf. 8. qui dicit, hanc esse veriorem, & magis communem opinionem, Socin. lun. conf. 67. nu. 34. lib. 3. & conf. 24. lib. 4. vbi de veriori Cepol. conf. 66. lib. 2. Rim. Sen. conf. 187. vbi de crebriori, & veriori Ial. conf. 67. lib. 2. Petr. de Barbon. conf. 137. inter conf. vlt. vol. lib. 1. Ber. conf. 96. nu. 8. vbi de veriori, & conf. 143. n. 9. lib. 2. vbi testatur, hæc opinionem esse veriorem, crebriorem, & equiorem, Marl. conf. 89. Crav. conf. 106. nu. 2. conf. 224. n. 4. & conf. 253. nu. 1. Call. conf. 8. nu. 15. Mant. conf. 86. num. 18. lib. 1. Gabr. conf. 6. nu. 1. lib. 1. qui testatur de vera, & communi opinione Dec. conf. 444. nu. 5. Rim. lun. conf. 283. nu. 37. & seqq. Alciat. conf. 37. lib. 2. tom. 1. qui de communi, & ab ea non esse recedendum in practica Bal. conf. 205. lib. 4. Boer. conf. 144. n. 9. lib. 1. Matti. conf. 28. lib. 1. Menoch. conf. 187. lib. 2. & Cabal. in conf. decis. 10. part. 2. testatur sic pluries consuluisse, & sub nu. 24. dicit, quod ex dictis per Menoch. contrariis respondententes est clarissima, latissime Laderch. Imol. *in consil. 54. per totum, qui respondet contrariis, & cauillosam aliorum esse opinionem asserit. Et si vltra Consulentes quis videre vellet Repetentes, legat Bal. in l. 1. C. de leg. hered. Paul. de Castr. & Corn. in ead. leg. Ial. in l. re conu. Eli. nu. 13. ff. de leg. 3. qui pariter de veriori, & magis communi opinione testatur, Crot. ibid. n. 6. vbi etiam Rip. nu. 13. qui idem sequitur in l. ex facto, nu. 98. ff. de vulg. & pup. Et qui tractatus composuere eandem vt plurimum secuti fuerunt sententiam, vt Rosel. de success. ab intest. num. 109. 167. & 168. Grass. in §. successio, quasi. 31. num. 2. qui de communi, & veriori opinione, & ipse testimonium præbet Brun. quod stant. mascul. art. 3. numer. 14. Alciat. lib. 1. de verb. signif. vers. lex mortua.***

Pott. Imol. *consul.* 48. lib. 3. Tiraq. *de retrac. lignag.* §. 14. *glos.* 2. n. 2. Steph. de Feder. *in trall. de interpret. iun. par.* 2. num. 59. Firm. *in suo repert. in verbo, statuta, de vit. vol.* num. 26. Peregr. *de fideicom. ars.* 20. num. 11. Petr. à Petr. *de fideicom. quæst.* 11. sub num. 16. *vers. & illa ratio*: nec defunt Decisiones, vt Rota Romana, sic referete Gab. *in d. consul.* 6. nu. 1. Surd. *decis.* 219. Magou. *decis. Florent.* 81. & Gabal. *in d. consul.* 10. refert, quod ex quinque Auditoribus Rotæ Florentiæ, quatuor hanc reuenerunt opinionem, licet causa iterum proposita coram sex Auditoribus, tres fuerint pro vna parte, & tres pro alia. Et acerrimi huius opinionis defensores ex modernioribus sunt Mand. Menoch. & Laderchius *locis citatis*, & longè post hæc scripta vidi Cyriac. *controv. Forens. lib. 2. controu.* 353. qui testatur, hanc opinionem esse magis communem, & allegat 38. Doctores.

16 Hæc tamen numerosa Doctorem caterua non remouet, quin contrarium expressè sentiam ex his, quæ dixit Ruin. *in consul.* 3. lib. 3. *consul. seq. num.* 6. & *consul.* 32. num. 14. *eodem lib.* qui responde: suprascriptæ rationi, in qua contraria fundatur sententia, nempe cognatione in exclud. à statuto, quando stat per se sola, & ab agnatione separata, sed quando est vnita cum agnatione, vt in vtrinq. coniuncto, nulla potest considerari exclusio, vt per ipsum, quæ non canillosa, vt Mandel. & Laderch. existimant, sed verissima dici debent; statuta namque similia non tollunt ipsam cognationem; nec ipsam defunt profus. ac à mentibus hominum remouent, ita vt ipsam in consideratione habeat impertinens omnino sit, prout si ipsam non adesset: sed solum excludunt cognatos in aliquibus casibus stantibus agnatis; de cognatis verò, & agnatis simul, ne verbum quidem: cur igitur volumus quod his, qui in simul sunt agnati, & cognati, hoc interit præiudicium respectu privilegiorum, quæ habent à iure communi? Respondent omnes, excluditur cognatio, vnde in ipsis debet considerari solum agnatio, in qua sunt partes cum agnatis tantum, hoc est cum coniunctis ex latere patris tantum. Sed replicatur primo, non excludi cognationem vnitam cum agnatione; vt supra dictum fuit: secundo verè non excludi cognationem, sed solum præferri in aliquibus casibus agnatos cognatis; sed hinc dici non posse, ita subiatam esse cognationem, vt amplius in consideratione haberi non possit, præcipue si sit vnita cum ipsa agnatione: nec à statuto agnati tantum æquiparantur cum agnatis, & cognatis simul, vnde agnati, & cognati simul debent retinere privilegium ipsi à iure communi concessum, vt præferantur agnatis tantum, & sic vtrinq. coniunctus debet præferri coniuncto ex latere patris tantum, vt post Ruinum *locis citatis* respondent, præcipue Ceph. Decian. & Rimin. Infra allegandi. Nec dicatur, similia statuta vti favorabilia esse amplianda, & extendenda, nam quicquid sit de hoc, procedere possit ob eandem rationem seruandæ agnationis sed cum in casu proposito sit contentio inter coniunctos ex latere patris, & sic agnatos, cessat ratio seruandæ agnationis, quæ quandoque solet esse in causa, vt similia statuta extendantur.

Ne cista opinio suis caret fautoribus, vltra enim Ruinum *locis citatis*, eam tenuit Soc. Iun. sibi met contrarius *in consul.* 60. sub nu. 11. lib. 4. qui consuluit in casu statuti Anconitani Ber. *consul.* 145. lib. 1. sibi met pariter quodam modo contrarius latissimè Rimin. Iun. *in consul.* 401. per tot. lib. 4. contra id, quod dixerat *in consul.* 283. nu. 11. & *seqq.* qui consuluit in eodem casu, in quo Menoch. *in d. consul.* 87. & respondet omnibus eius rationibus Rol. *consul.* 72. nu. 33. lib. 3. Patil. *consul.* 59. nu. 20. lib. 3.

Anch. *in c. canonum statuta, quæst.* 14. extr. de *cost.* Fulg. *consul.* 85. Barb. *consul.* 40. lib. 2. Zanch. *inter consul. vltim. vol. consul.* 169. num. 13. lib. 11. Card. Alban. *consul.* 40. lib. 1. optimè Ceph. *consul.* 323. num. 74. lib. 3. & per totum, Decian. latè *in consul.* 16. in 2. dub. lib. 3. B. itaz. *of. simul.* 12. vbi de communi Crauer. *consul.* 653. per totum, lib. 4. & quod ita iudicauit Hieron. Laurent. *decis. Auenion.* 57. num. 3. Brun. *quod stant. mascul. art.* 3. *quæst.* 4. num. 69. & *seqq.* Laur. de Palat. *de Statutis* nu. 26. Mandol. *in d. Rom. in d. consul.* 411. Montecent. *super stat. Bon. in rubr. de success. ab intest. vers. nec non fratres*, Tiraq. *loco in contrarium supra citato, nu.* 6. & 11. Anch. *in quæst.* 2. n. 15. & *seqq.* in *tertia parte*, Gal. *obseru.* 151. nu. 3. in 2. impress. vbi de vtriori Franch. *decis.* 26. num. 4. part. 1. præcipue si in statuto adesset clausula, salua gradus prærogatiua, Gab. *d. consul.* 10. num. 48. & *seqq.* qui respondet contrariis, & plures alios citat, in quorum numero debet poni ipsemet Gabal. licet enim alias contrarium scripserit dicat, tamen in fine *d. consul.* 6. mutat sententiam, dicendo, melius esse se ipsum corrigere, quam expectare ab aliis, corrigi. Principales huius sententiæ fautores ex modernioribus sunt Ceph. Decian. & Rimin. Iun. *loc. cit.* & plura ad propositum refert Cabal. *in d. consul.* 10. per totum, à qua sententia in iudicando non putarem vilo modo esse recedendum.

17 Præcipue si statutum non generaliter excluderet cognatos, seu cognationem, sed solum femininas, vel lineam maternam in aliquibus casibus particularibus, vt videtur esse de mente Gab. *in d. consul.* 6. sub num. 1. quicquid dixerit Menoch. *in d. d. consul.* 87. vna cum aliis per ipsum allegatis; licet enim in illis casibus particularibus dicatur exclusa quodammodo cognatio; non est tamen ita sublata, vt si sit vnita cum agnatione, debeat dici profus impertinens, prout si hoc nomen cognationis in rerum natura non reperiretur; vt existimant contrarium sentientes, & dictum fuit superius num. 16. ex quo habemus solutionem arg. menti desumpti à Feudis, in quibus vtrinq. coniunctus non excludit consanguineum tantum, vt mox dicemus: in Feudis enim linea feminina nunquam habetur in consideratione, & est semper impertinens; vnde non potest dici, quod vtrinq. coniunctus habeat duo vincula, de iure communi successionem tribuentia; sed vnicum tantum hoc est agnationis, ac ideo non potest ratione duplicitarum vinculorum excludere consanguineum tantum, cum & ipse vinculum agnationis habeat.

18 Intelligent autem omnes suprascriptam limitationem, si concurrant agnati inter se, quorum vnus sit insuper cognatus, secus si contentio esset inter agnatum ex vtroque latere, & cognatum tantum, tunc enim certum est, cognatum esse exclusum à statuto, nulla etiam duplicitate vinculorum attendita.

19 Secundo limitatur conclusio in Feudis, in quibus vtrinq. coniunctus non excludit consanguineum tantum, *capit. de success. Feud.* ubi Bald. qui idem dixit *in consul.* 104. in fin. lib. 2. Curt. *de Feud. part.* 3. in *vlt. membro*, *vers. sexto quæro*. Et est ratio, quia in Feudis cognatio non consideratur: vnde vtrinq. coniunctus non potest dici, quod respectu successionis Feudalis habeat duo vincula, Mich. de Grass. *in d. g.* 31. num. 3. Dec. *consul.* 444. nu. 5. plures citat Hieron. Lanch. *consul.* 169. *inter consul. vlt. volum. nu.* 12. lib. 1. Mandel. *d. consul.* 81. lib. 1. qui alios allegat Surd. *consul.* 31. nu. 33. & *in d. decis.* 219. n. 8. Laderch. *in d. consul.* 54. Idem dicendum esset in Emphyteusi Ecclesiastica concessa solum pro agnatis, tunc enim cognatio, seu duplicitas vinculorum respectu cognationis in consideratione haberi

non deberet. *Curt. l. un. conf. 78. Corn. conf. 336. nu. 16. lib. 3. Mandel. d. confil. 81. nu. 28. conferunt plura, de quibus per Capram conf. 8. & Tiraquel. loquens de Feudis de rracl. lignag. glos. 2. nu. 10. plures citat Rim. l. un. in d. confil. 401. nu. 5. alios Menoch. in d. confil. 87. Et cum in istis casibus non admittatur cognatio, vtrinque coniunctos non debet præteriri consanguineo tantum ratione cognationis, que in illa materia alicui prodesse non potest; & est penitus impertinens, quod non est in casu statuti, de quo supra, vt per Ruin. d. conf. 18. nu. 13. & per Rimin. in d. conf. 401. num. 56. & segg. qui in super. nu. 58. docet, non posse à feudis argumentari ad alios casus.*

10 Tercio limitatur conclusio supra posita, si fratres succedant ex fideicommissio paterno, tunc enim cum dicantur succedere patri, non consideratur duplicitas vinculorum, vt latè docet Peregr. de fideicom. art. 20. num. 12. & tradant plures, quos citat Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 75. nu. 18. Mant. de consuet. vlt. vol. lib. 8. tit. 7. nu. 3. & tit. 13. nu. 2. Trentac. de substit. part. 5. n. 9. nu. 3. Peregr. conf. 38. nu. 1. & 3. lib. 3. & conf. 64. num. 14. lib. 5. quam plures alios ad idem allegat nouissimè Vincentius Fusarius de substitut. g. 79. n. 22. attestantes de veriori, & communiori opinione, & sic plures fuisse indicatum. Ecliser. Rinu. in confil. 166. nu. 5. & in conf. seg. num. 6 & 8. una cum alijs relatis per Menoch. in d. præsumpt. 75. num. 15. contrarium quomodo dixerint; non tunc tamen moti fuerunt fundamento, nempe attendendam esse proximitatem grauati cui succeditur, non grauatis; nam in substitutione fideicommissaria multi volunt personam testatoris, eiusque affectionem esse considerandam, quos cumulat Menoch. in confil. 124. num. 34. lib. 1. Ber. conf. 67. in fin. lib. 2. Rol. confil. 70. num. 37. lib. 3. Gib. conf. 121. nu. 10. lib. 1. Panciroli. conf. 170. num. 8. lib. 1. quos Menoch. sequitur in d. præsumpt. 75. num. 16. & 17. & an in fideicommissis attendatur proximitas testatoris, vel grauati nouissimè ad saturitatem disputat Fusarius in d. rracl. de substit. quest. 484. qui cumulat hinc inde plures diversimodè sentientes; de quo ego infra in cap. 47. num. 7. & segg.

21 Et ex eadem ratione; & erit quarta limitatio; idem dicendum est in substitutione vulgari, per quam succeditur testatori; affectio enim testatoris, cui per vulgarem substitutionem succeditur, non consideratur magis erga filios primæ uxoris, quam secundæ, vt animaduertit Menoch. in conf. 198. num. 4. in fin. quam rationem repetit in d. præsumpt. 75. num. 1. Peregr. d. art. 20. num. 15. qui idem repetit in conf. 64. num. 4. lib. 3. & nouissimè plures ad idem allegat Fusarius in d. rracl. quest. 79. num. 1. & sequitur in quest. sequenti, num. 1. vbi dicit, in substitutione vulgari attendendam esse proximitatem, & affectionem testatoris.

22 In iure pariter accrescendi ex eademmet ratione dicunt non esse attendendam hanc vinculorum duplicitatem, vt per Peregr. in d. art. 20. nu. 16. cum declaratione tamè, de qua per ipsum n. 17. & latè consuluit Gabr. in conf. 121. in 1. dub. lib. 1. plures alij ad propositum videri possunt apud Peregr. loc. cit. Et erit quinta limitatio ad conclusionem supra positam.

23 Sexto limitatur conclusio, si agatur de hereditate nepotis, vt per Bart. in leg. 1. §. legitima. ff. de suis, & leg. Paul. de Cast. in Auth. post fratres. C. de leg. hered. cum superius deducta procedant, si agatur de successione fratris, vel patris, secus si de hereditate nepotis. Quod

24 pulcherrimè sublimata, si pater instituerit filium, & ipso decedente proprios substituerit fratres, tunc enim si haberet fratres vtrinque coniunctos, & coniunctas

ex vno latere tantum, vtrinque coniuncti deberent præferri, Paul. de Cast. in l. fin. C. de verb. sign. vbi lat. testatur de communi, Corn. conf. 22. lib. 2. Paris. confil. 49. n. 18. lib. 2. Socin. l. un. conf. 133. nu. 2. 4. lib. 1. de quo per Peregr. loc. cit. nu. 9. plures alios ad propositum citat Fusarius in d. quest. 79. nu. 37. Quod tamen duobus declaratur modis, primo, si testator habens vnum tantum fratrem vtrinque coniunctum, alios verò consanguineos, substituerit fratres in numero plurali, tunc enim appereret sensisse etiam de consanguineis tantum; aliter non vocasset fratres in numero plurali, scilicet quod vnum haberet vtrinque coniunctum, vt docet Gabr. in d. rracl. confil. 121. nu. 8. 9. & 11. alios citat Peregr. d. art. 20. num. 20. de quo pariter Fusarius d. quest. 79. nu. 40. Secundo declaratur, si testator vocasset omnes fratres, ob illam enim generalem, & vniuersalem locutionem etiam coniuncti ex vno tantum latere succederent, vniuersalis enim locutio operari solet, vt ea continentur, que alias non contingerentur, leg. librum, §. quid tamè, & l. Iulianus, ff. de leg. 3. Narr. conf. 63. nu. 13. Ceph. conf. 150. Rol. conf. 2. lib. 4. Peregr. loc. cit. n. 21. Fusarius loco pariter citato, num. 43.

25 Septimo limitatur, si fratres succedant per pupillarem substitutionem, tunc enim licet succedat fratri, consideratur tamen affectio patris substituents nomine pupilli, & non persona pupilli, Gabr. in d. confil. 121. n. 1. & segg. qui id bene probat, & respondet contrariis: prout diximus supra de substitutione fideicommissaria, & in qua testatoris affectio consideratur, vt

26 num. 10. & de pupillari non videtur dubitandum, licet enim vocati succedat pupillo, attamen succedunt eo modo, & forma, prout ordinauit pater, vnde eius affectus considerari debet, vt docet Bart. & ceteri scribentes in l. 2. ff. de vulg. & pup. & quando concurrunt qualitas grauantis, & grauati, potius qualitas grauantis, quam grauati attenditur, vt latè per Gabr. in d. conf. 121. de quo Menoch. in d. præsumpt. 75. nu. 8. & plurib. segg. & hanc esse magis comunem opinionem, ac sequendam, dixit Fusarius in d. quest. 79. nu. 13. & segg. qui citat varios hinc inde, respondet contrariis, & ampliat, & declarat, vt per ipsum: Et quod in pupillari substitutione attendatur proximitas, & affectio testatoris, tenuerunt plures, quos citat Fusar. in d. rracl. de substitut. quest. 80. num. 3. qui in fine subiungit, hanc opinionem in iudicando, & consulendo esse tenendam.

27 Si verò consanguinei tantum, & vterini tantum concurrant inter se tunc in bonis prouenientibus defuncto ex linea materna præferuntur vterini in bonis vero habitis ex latere patris consanguinei, & in alijs bonis aliunde acquisitis, æqualiter vocantur, glos. in d. Auth. post fratres, Corn. conf. 47. lib. 2. Couar. de success. ab intest. consil. 8. num. 8. vers. tertio, alios refert, & sequitur Mich. de Grass. in d. §. successio, g. 32. nu. 1. Et idem est in eorum filijs parentes representantibus, per ea, que dicta fuerunt superius num. 14. fecustamen in nepotibus, qui æqualiter admittuntur, vt per Mich. de Grass. loc. cit. num. 2. cum post fratres fratrumque filios non detur amplius representatio, vt dicam infra in cap. seg. & licet Mich. de Grass. in loc. cit. num. 2. in fin. alleget Doctorem, quem nunquam vidi, attestantem supradictam distinctionem de bonis patris, & maternis hodie non seruari: sed consanguineos, & vterinos fratres ipsorumque filios æqualiter succedere; attamen id esse obseruandum ubi illa particularis vigeret consuetudo, sed alibi à communi traditione non recedendum, prout commune dicant esset scribentes in d. l. Auth. itaque, & plures citat Brun. de stat. art. 8. num. 55.

18 Et hoc adeo verū est, vt statutum adfit vt consanguineus præferatur vterino, debeat intelligi, vt præferatur in aliis bonis aliunde acquisitis, non autem in bonis pro: entis ex linea materna, latè Brun. *loc. cit. nu. 56. & seq.* de fait opinio Paul. de Cast. *in d. Auth. inquit licet Socin. in cons. 89. lib. 4. cōtrarium sentitē videatur.*

19 Vltimo videndum remanet, de quibus fratribus debeant intelligi statuta excludenda sorores ob fratres, sed de fratribus vtrinque coniunctis nulla est dubitatio: vnde solum de consanguineis tantum, & vterinis tantum est videndum: & quantum ad consanguineos dubitatur, ¶ an consanguinei tantum excludant sorores vtrinque coniunctas, Fulg. *conf. 84. num. 3.* opinio- nem amplectitur negatiuam, ¶ cum leges municipales recipiant interpretationem de claratiuam, & restrictiuam à iure communi, l. 2. *C. de noxal. action. l. vi. gradatim, §. sed si lege, ff. de mun. & hono.* cum similibus per ipsum adductis: & eo magis cum ea debeat foni interpretatio, vt minus lædatur ius commune, quam fieri possit: maxime cum similia statuta naturam quodammodo accusare videantur, cur non omnes procreauerit masculos, idem voluit Alex. *in l. ex facto, in princ. ff. de vulg. & pupil. pro qua Corn. plura adducit in consil. 271. & 276. lib. 4.* nonnulla alia Brun. *loco supra citato.*

20 Contrarium dixit in terminis Rom. *conf. 411.* ea potissima ratione motus, quia hæc statuta nullam in se aliam habent rationem, quam agnationis fauorem, quæ agnatio conseruatur tam per consanguineum tantum, quam per vtrinque coniunctum, §. *sunt autem agnati, l. ff. de leg. agnat. success.* consequens igitur est, vt eadem vigeat in ipsis dispositio, idem sequitur las. *in leg. tres fratres, num. 18. ff. de pact. Campeg. de dote, pars. ult. quest. 47.* & hanc opinionem esse veram, dixit Mand. *in add. ad Roman. in d. consil. 411. in lib. 6.* cum qua trauscundum, assentit Brun. *loco citato num. 258.*

21 Quod tamen limitatur respectu honorum peruen- torum ex linea materna, à quibus soror per consanguineum non diceretur exclusa, per ea, quæ dicta fuerant superius num. 18. in illis enim cessat ratio considerata à Romano.

22 An verò fratres vterini excludant sorores vigore prædictorum statutorum, diximus superius in cap. 9. quæ hic non repetam.

23 Possent nonnullæ aliæ oriri controuersie circa fratres consanguineos, & vterinos ob varias testatorum dispositiones, de quibus vltra ea, quæ superius dicta fuerant, videri possent Pereg. *de fideicommiss. art. 20. Menoch. in d. præsumpt. 75. lib. 4.* & nouissime Fasatus *de substitutionibus, quest. 79. per totam*, qui plures ad propositum citat auctores.

24 Et si expresse statat in successibus fratrum aliter disponerent, ipsa proculdubio obseruanda venirent. Verum solum in proposito non omitto, an statutum vocans fratres vtrinque coniunctos, vel ex latere patris tantum, intelligatur eos vocare disiunctiue, hoc est primo loco vtrinque coniunctos, & deinde coniunctas ex latere patris tantum, vel coniunctiue, hoc est æqualiter vtrinque coniunctas, & coniunctos ex latere patris tantum, Socin. *in consil. 50. lib. 4.* loquens de Statuto Anconitano, num. 4. existimat, prius intelligi vocatos vtrinque coniunctos, & deinde coniunctos ex latere patris tantum, ea motus ratione, quia quando disiunctiua ponitur inter personas, inter quas cadat vniuersa affectio, importat, vt ordine successiuo intelligantur vocatæ, l. *heredes mei, §. fin. ff. ad Tertul.* cū aliis per ipsum adductis. Quæ ratio in proposito inepta semper mihi visa fuit, nam respectu sta-

tuentium non potest dici, quod maior affectio sit erga vtrinque coniunctum, quam coniunctum ex latere patris tantum, cum enim statuta similia rationem in se habeant conseruandæ agnationis, & eodem modo conseruentur agnatio per coniunctum ex latere patris tantum, prout per vtrinque coniunctum respectu statuentium non potest considerari maior affectio erga vnum, quam alium, vnde æqualiter succedere debeat, cum disiunctiua posita inter personas honoratas, & vocatas resoluatur in coniunctiuam, l. *pen. C. de verb. signif. vbi Bart. Bald. Salyc. & alij, ita ut sit sensus, vt pari modo succedant coniuncti ex latere patris tantum, sicut vtrinque coniuncti, ita ex pluribus probat Menoch. in d. cons. 187. n. 18. & seqq. licet ipsum impugnetur conetur Rimin. *in d. cons. 401. nu. 13. & 37.* ex distinctione Soc. *loco citato*; verum nullo modo soluit argumentum Menoch. nec probat respectu statuentium Maiorem posse considerari affectionem erga vtrinque coniunctos, quam coniunctos ex latere patris tantum, in quo Socin. falso se fundat, in statuentibus enim nulla alia potest considerari affectio, nisi respectu rationis, quam in se habent similia statuta, conseruandæ nempe agnationis, quæ viget tam in vtrinque coniunctis, quam in coniunctis ex latere patris tantum, vnde doctrinæ Socini potius hanc nostram confirmant sententiam. Et in Statuto Anconitano non videretur dubitandum, subiungit enim hæc verba, & in eorum defectu succedant fratres ex latere matris tantum: ex quo apparet in proposito statutum duos tantum successionum gradus constituere, nempe vnum fratrum vtrinque coniunctorum, vel ex latere patris tantum, alterum coniunctorum ex latere matris tantum: & sic, me patroeinante, in quadam causa de Galatinis declaratur Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Franciscus Celsus Anconitanus Gubernator, contrariam sententiam merito reuocando.*

## SYMMARIUM.

- 1 Representatiuum distinctio.
- 2 Representatiuam inter descendentes dari vsque ad nepotes, non est dubium, sed datur etiam vsque ad pronepotes, num. 3. sed non vltra, num. 4.
- 3 Representatio inter collaterales de iure, ff. non daturus & num. 7.
- 4 Representatio datur de iure nouissimo, si nepotes concurrant vna cum patruo.
- 5 Representatio an hodie de iure nouissimo detur inter collaterales, si nepotes concurrant inter se: & negatiua opinio sui boni secuta à quinquaginta tribus Doctioribus. Affirmatiua sui glos. secuta à septuaginta Doctioribus, num. 9. pro qua ponderantur nonnulla iura, nu. 10. 11. 12. & 13.
- 6 Filium quare representet patrem, & num. 15.
- 7 Representatio inter collaterales non datur vltra nepotes.
- 8 Representatio non datur, si agatur de successione ex testamento, quod declaratur num. 18.
- 9 Representatio inter ascendentes locum non habet, vnde proximior semper præfertur, quod exemplis declaratur.

An, & in quibus casibus filij parentes representare dicantur.

## CAP. XV.

Inter fratres, & fratrum filios plures possent oriri questiones respectu successionum, quantum reser-

lutio, ut plurimum ex hoc pendet, an & in quibus casibus detur representatio, quod presenti capitulo explicare decreui.

Si igitur queratur, an in successione detur representatio, distinguendum est, quod aut agitur de successione inter descendentes, aut collaterales, si inter descendentes representatio datur usque ad pronepotes per tex. in §. cum filius, Inst. de hered. qua ab intest. differ. ¶ & de nepotibus nulla est dubitatio, Mich. de Grass. de success. ab intest. §. successio, 7. 2. num. 6. & seqq. ubi nu. 9. ampliat procedere, etiam in successione statutaria, ac successione bonorum feudalium, per tex. in x. 1. §. in verò, de grad. success. Patil. consil. 10. lib. 1. Rol. cof. 68. nu. 19. lib. 1. ¶ sed quod detur pariter usque ad pronepotes, communis est opinio, per tex. in d. §. cum filius, Bened. in c. Rainutus, d. test. num. 621. Guid. Pap. quast. 144. incipit, sed qualitas ista anateria, Steph. Ber. consil. 117. lib. 2. qui de communi, & veriori opinione testatur: ¶ Fallax tamen debet reputari extensio, de qua per Mich. de Grass. loc. cit. nu. 13. qui allegat glos. in §. in multis, Inst. de success. lib. Patil. consil. 30. n. 4. lib. 2. repugnat enim expresse d. §. cum filius, & Patilio sibi contratio in consil. 40. eod. lib. licet Gab. de success. ab intest. concl. 1. num. 18. concordando opiniones dicat, primam opinionem procedere, si concurrant cum ascendentibus, secundam vero, si cum collateralibus.

Si vero sit dubitatio inter ipsos collaterales, alia subsequitur distinctio, quod aut nepotes concurrunt vna cum patruo, & de iure ff. & C. nulla datur representatio, per tex. expressum in l. consanguinitatis, C. de leg. hered. ubi soror succedit fratri, exclusis filiis alterius fratris, quod non esset, si illi filij patrem representarent. De iure vero nouissimo ¶ filij fratrum, si cum patruo concurrant, representariue succedunt, & sic in stirpes, Auth. cessante, C. eod. tit. quod ampliat, etiam si agatur de primogenitura, in qua nepotes succedunt excluso patruo, secundum magis communem opinionem, de qua per Mich. de Grass. loco citato, num. 10. Rot. decis. 439. & 440. parte 4. nouiss. & decis. 437. inter impressas per Farinac. part. 1. num. 1.

Si vero nepotes concurrant inter se, de iure ff. & C. nulla datur representatio, per tex. expressum in l. 2. §. hereditas, ff. de suis, & leg. ubi habetur, quod si ego duos ex fratre mortuo habeam nepotes, & ex alio fratre vnum tantum, hereditas mea ab intestato diuidi debet inter meo nepotes in capita, & non in stirpes; Sed dubitatio est, an hodie ex iure nouissimo, si nepotes concurrant inter se, detur inter ipsos representatio. Azo. negatiuum amplexus fuit sententiam per tex. in §. si autem, Auth. de hered. ab intest. ubi nepotibus datur representatio, si tamen concurrant vna cum patruo, ergo locus si inter se. ¶ Quam Azoni sententiam tenuerunt 43. Doctores, quos Tiraq. de viroque retract. §. 11. glos. 12. nu. 4. referre curauit, Thesaur. decis. 162. nu. 2. quibus & ipse assentit, quos non transcribam, dicam solum huius opinionis acerrimum esse defensore Zalsum in tract. de Feud. part. 8. conclus. 6. & inter consulentes Cephal. consil. 431. lib. 3. per totum, & Thesaur. in d. decis. 162. Quibus addi potest Rosel. de success. ab intest. n. 111. lo. Leur. de primog. lib. 2. quast. 4. art. 7. num. 12. Moron. de Feud. tit. 6. num. 35. lo. de Sal. de Feud. num. 195. Molin. de primog. lib. 3. c. 7. nu. 22. Anton. Sol. ad vna Consil. de hered. patruorum, glos. prima, per totum, & precipue num. 3. Nical. in §. hoc etiam, num. 4. Inst. de leg. agnat. success. Lud. Motol. consil. 1. per totum, & sic fuisse decisum Vinc. Franc. decis. 24. sub num. 10. qui vna cum aliis à Thesaur. allegatis constituunt numerum 53. Doctorum.

9 Sed glos. in §. si verò, in ead. Auth. contrarium docuit, representationem nempe dari inter ipsos nepotes, etiam si concurrant inter se, quam sententiam longè plures secuti fuere, Thesaurus enim loco citato numerat 53. Doctores, sed in hoc numero non recensentur, Clar. de Feud. quast. 75. Pancir. in add. ad Bart. in l. 2. §. hereditas, ff. de suis, & leg. Forster. de success. ab intestato, lib. 3. sub tit. de success. collat. Couar. de success. ab intest. conclus. 8. nu. 8. Rimin. lun. consil. 526. n. 6. lo. And. in add. ad Specul. de success. ab intest. §. 1. vers. sed an alij, & vers. vocantur, Bald. consil. 193. & consil. 341. lib. 2. Curt. Sen. consil. 63. Myns. in §. hoc etiam, Inst. de leg. agnat. success. alios citat, & sequitur Rot. Rom. decis. 391. sub num. 1. part. 4. Nouissimarum, quam melioribus rationibus fulcitam esse dicit, & eam pariter amplectitur in decis. 999. Peregr. de fideicom. art. 31. nu. 25. qui alios multos citat Menoch. consil. 124. nu. 89. lib. 2. Turretus consil. 12. nu. 4. lib. 1. Gomez. in l. 8. Taur. n. 12. & seqq. Hond. qui de communi testatur consil. 65. n. 4. lib. 2. qui reprobat Thesaurum, Borgn. decis. 55. sub tit. de contract. n. 8. qui testatur, hanc opinionem semper preualuisse, qui omnes vna cum allegatis à Thesaur. ascendunt ad numerum septuaginta Doctorum, qui omnes hanc opinionem communem, & magis communem appellant: imò Becc. consil. 16. sub n. 6. dixit, nephas esse ad ipsa recedere, precipue in consulendo, & iudicando: addens, ineptè, & temerè secisse nonnullos, qui vt plus scire viderentur, eam multis sunt conari labefactate rationibus, sed peregre eam confutasse Franc. Soubert. in comment. ad vsu Feud. part. 9. num. 200. & seqq. & sic fuisse iudicatum Guid. Pap. decis. 134. & ab ea non esse recedendum Patil. consil. 15. num. 4. lib. 2. & in praxi obseuari Turret. consil. 12. num. 4. lib. 1. & hanc opinionem esse magis communem, & in iudicando sequendam Rimin. lun. consil. 526. nu. 6. & huius opinionis defensores maximos appellare debemus Becium, & Soubert. locis citatis.

Pro qua opinione maxime urget insinuitus supradictorum Doctorum numerus, de magis communi opinione attestantium, & ab ea non esse recedendum asserentium.

10 Secundo, hæc opinio probatur in pluribus §. §. & versicul. Auth. de hered. ab intest. secundum inductiones Soubert. loc. cit. & precipue in §. vnde consequens, ibi si eundem casum propositum in §. præcedenti, filij fratrum concurrunt inter se, non autem cum patruo, qui exclusus remansit, nisi non ex utraque latere coniunctus.

11 Tertio, hæc opinio probatur per tex. expressum in Auth. post frat. la. 2. C. de leg. hered. ubi habetur, quod post fratres, fratrumque filios non datur amplius representatio, ergo datur inter fratres, ac fratrum filios, quem tex. generaliter intelligere necessarium existit, aliter ineptè illuc translatus fuisset.

12 Quarto ad idem est tex. in §. si verò, de hered. ab intest. ven. ubi habetur, quod si nō adsint nec fratres, nec fratrum filij, in stirpes debet succedi. Quem textum cauillare nituntur aliqui ad mentem Azon. vt ster declaratiue ad §. §. præcedentes; hoc est, in §. §. præcedentibus tractatum fuit de filiis fratrum succedentibus vna cum patruo, sequitur postea dist. §. si verò ubi habetur, post fratres, fratrumque filios non dari amplius representationem, hoc est, dicunt ipsi, licet succedant cum proximiori in gradu: sed responderetur, Imperatorem velle ibi omnes successionis gradus declarare, vnde in §. præcedenti ponit casum, eiusque decisionis rationem assignat, quia filiis datum est priuilegium, vt representent personam patris: deinde nonnullis interpositis, alium casum proponit; quid nempe, si non



non adfint neque fratres, neque fratrum filij, & generaliter concludit, post fratres, fratrumque filios, non dari amplius representationem; ergo à contrario, generaliter pariter erit concludendum, inter fratres, fratrumque filios representationem dari, præcipue cum lex generaliter loquens generaliter fit intelligenda, vt dixit Becc. in d. conf. 16. sub num. 3. & Franc. Soub. loc. cit. num. 107.

13 Quinto ad idem Decian. loc. cit. sub num. 3. ponderat tex. in §. cum filius, vers. item, si ex duobus, in aad. Auth. generaliter disponentem, filios fratrum in stirpes succedere.

14 Sexto pro eadem opinione facit, quod nulla alia ratione videtur dispositum, filium representare patrem, quia vna, eademque persona censetur, quæ ratio pariter in hoc casu militat.

15 Septimo, dignum videtur consideratione, quod dicit Soub. loc. cit. num. 109. hoc fuisse inductum, ne filiis ob mortem parentum maior accumularetur dolor, & afflictio, prout esset, si parentes representare non possent. Verum in casu, de quo agitur ista representatio, pluribus filiis existentibus, potius ipsis damnosa esset.

Sed quicquid ex supradictis de iure dicendum esset, hodie in tribunalibus, magis videtur accepta Azonis sententia; N. potes nempe succedentes in capita, & pro virili succedere, sic tenet Rot. Roman. in decis. 391. & 92. part. 4. diuers. & in decis. 17. recent. part. 1. in dec. 24. num. 1. post Merlin. de legitimis, & in aliis pluribus nouissimè relatis per Rotam coram Pancirolo die 15. Decembris 1636. qua est decis. 600. in residuo partis 5. recentiorum impressarum Romæ de anno 1641. quæ testatur num. 6. hanc opinionem clarioribus auctoritatibus, & rationibus esse fulcitam, & hanc opinionem Rotam semper subscriptisse, ac propterea contrariam sententiam non sine magna temeritatis nota sequi posse; & continere ius clarum, ita vt diuisio, seu transactio in contrarium facta non possit sustineri sub prætextu dubietatis.

16 Sed ultra nepotes, certum est, inter collaterales non dari representationem, vt probat expresse tex. in dict. Auth. post fratres, vbi dicitur, post fratres, fratrumque filios non dari amplius representationem, sed solum in capita vocari proximiores in gradu. Idem habetur in d. §. si verò, ex quo desumpta est d. Auth. post fratres, de quo neminem dubitare, dixit Mich. de Grass. in §. legitima, quaest. 33. idque non habere difficultatem, testatur Mathel. in tract. de success. in tercia part. principalis num. 29. vers. ista conclusio; ac ideo merito Rimin. lun. in dict. conf. 526. num. 7. & seqq. dixit, filios fratrum succedere in capita, si concurrant ad hæreditatem consobrini.

17 In omnibus autem supradictis casibus, in quibus diximus dari representationem, limitatur, vt non procedat, si agatur de successione est testamento, secundum Bald. in l. cum sita, §. in fideicommissis, ff. de leg. 2. vbi dicit, quod si agatur de successione ex dispositione testatoris filius non intrat locum patris, sed proximior admittitur, Dec. conf. 1. conf. 408. & conf. 412. & sic iudicatum fuisse per Curiam, & de communi testatur in dictis consiliis, quem secutus fuit Angel. in d. §. cum filius, ratioque adduci solet, quia succedendo ab intestato consideratur iuris dispositio, ex qua filius intrat in locum patris, sed succedendo ex testamento consideratur affectio testatoris, quæ magis est erga filios, quam nepotes Mich. de Grass. de success. §. fideicommissum, quaest. 11. Et licet multi videantur testari, de communi opinione in contrarium, vt Alex. conf. 88. li. 1. & alij, quod citat Hond. conf. 63. num. 1. & 2. lib. 1. ta-

18 men t̄ eorum opinio procedere possit, quando collaterat, testatorem voluisse filium obtinere locum patris, vt si dixisset, substitutos in stirpes succedere debere, Mich. de Grass. loc. cit. num. 7. Menoch. conf. 124. num. 64. & seqq. Gab. de fideicom. conclus. 3. num. 20. Odd. de compend. substit. fol. 185. vers. tertio limitatur. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 95. num. 35. & seqq. alios citat Hond. in d. conf. 63. num. 4. & hæc est declaratio ad supradictam limitationem, de qua n. 17. nonnulla alia circa successiones ex forma statuti cumulauit Marefc. var. resolut. lib. 2. cap. 80.

Et ne distinctio à me supra posita circa representationem, quod aut agitur de descendens, vel de transuersalibus videatur manca, cum de ascendens nulla fiat mentio; pro complemento istius capituli non omitam, id factum fuisse, quia t̄ inter ascendens nulla datur representatio: quomuis enim filius quandoque in successione representet patrem, numquam tamen representat filium, cum inter ascendens semper proximior præferatur: vt si concurrat mater cum auo paterno, vel pater cum materno auo, mater, & pater auum excludunt, vt probat tex. in §. siigitur, Auth. de hæred. ab intest. veniunt. vbi habetur, quod b. defunctus decedat absque descendens, ascendens succedunt, deinde subiungit. Si autem plurimi ascendens viantur, hos præteriti iubemus, qui proximi gradu reperiuntur: idem habetur in Auth. de defuncto, C. ad l. C. Tertul. vbi dicitur, quod de defuncto filio sine filijs, parentes succedunt, salua gradu, præteriti, & docet ibi glos. in verbo gradus, dum dicit, quod pater excludit auum maternum, & mater auum paternum, & docet optimè Bald. in Auth. de defuncto, in principio, dicens, patrem, & matrem excludere auum, cum coniunctio sanguinis præferatur minori, reprodata Buttig. opinione; & id aperta Iustiniani constitutione esse decisum, dixit Grass. in §. successio, quaest. 22. num. 6. esseque frequentiori Doctorum calculo comprobatum; quod scilicet in ordine ascendens, qui in gradu proximiori attingit defunctum excludat remotiorem, & esse veritatem, & communem sententiam, testatur num. 7. subiungens, in indistincto locum habere, siue superstit pater, & auus maternus, vel mater, & auus paternus, utroque enim casu mater, & pater excludunt auum, & allegat Didac. de success. ab intest. conclus. 3. plures alios citat Textor. de success. ab intest. num. 72. quod non esset, si in ascendens pater representaret filium: ac propterea solum de representatione descendens, & collateralium videre fuit opus.

## SVM MARIVM.

- 1 Fratrum appellatione continentur etiam sorores, prout filiorum appellatione veniunt etiam femina.
- 2 Soror accusans fratrem de crimine capitali dicitur comprehensa sub dispositione tex. in l. magnam, C. qui accusat. poss.
- 3 Masculinum regulariter continet femininum etiam in correctorio, num. 4. & an id procedat extensiuè, vel comprehensiuè, num. 5. & quid in materia differenti, num. 10.
- 4 Fratrum appellatione contineri solent sorores, tam si de fratribus fiat mentio in numero plurali, quam singulari, & an ex proprietate sermonis, vel ex interpretatione extensiuè, nu. 7. & seq. & quid in materia differenti, nu. 15. & quid stante ratione diuersitatis, nu. 16. & quid stante statuto exclusiuè femininarum, nu. 21.
- 5 Fratrum appellatione non veniunt sorores in iustis contra num. 9. declaratur num. 12.

- 11 Statuta corrigentia ius commune stricte interpretanda.
- 12 Statutum, ut primogenitus succedat, non comprehendit primogenitum.
- 14 Statutum, ut mulieres non possint contrahere absque consensu consanguineorum, non requirit consensum consanguinearum.
- 17 Fratrum appellatione non veniunt sorores, si ita ex contextu appareat.
- 18 Fratrum appellatione in penalibus an veniant sorores, & num. 19.
- 20 Fratrum appellatione non veniunt sorores, si de fratribus, & sorores fiat expressa mentio.
- 21 Frater religiosi intelligitur de fratre sanguinis, non de fratre religionis.
- 23 Fratrum appellatione continentur consanguinei tantum, prout si essent utrinque coniuncti.
- 24 Statutum excludens sorores ob fratres, eam excludit per existentiam fratris consanguinei tantum.
- 25 Statutum vocans sorores, vel fratres, intelligitur etiam vocare eorum filios pro sua representatione, secus tamen si ad sit statutum, ut verba debeant intelligi, prout iacent, & num. 26.
- 27 Masculinum non continet femininum, si statutum ad sit, ut verba debeant intelligi, prout iacent.
- 28 Verba non debent intelligi secundum communem usum loquendi, si statutum ad sit, ut intelligi debeant, prout iacent: & quas interpretationes similia statuta recipere intelligantur.
- 29 Fratrum appellatione in religiosis, an contineantur sorores.
- 30 Privilegia concessa fratribus tertij ordinis, an intelligantur etiam concessa monialibus eiusdem ordinis.
- 31 Appellatione fratris carnalis venit etiam frater coniunctus ex uno latere tantum.
- 32 Fratrum appellatione in testamentis, qui veniant.
- 33 Fratrum appellatione in feudalibus non veniunt sorores.
- 34 Fratrum appellatione non veniunt uniti.
- 35 Fratrum appellatione veniunt solum coniuncti in primo gradu.
- 36 Fratrum appellatione in statutis exclusivis femininarum, non veniunt consobrini.
- 37 Frater consobrini non excludit sororem consobrinam, vigore statuti exclusivi femininarum.

Fratrum appellatione, qui veniant, nonnullis exemplis declaratur.

### CAP. XVI.

**F**ratrum appellatione, qui veniant, ampla esset disputatio, ut dixit Ias. in d. l. tres fratres, num. 17. ff. de pall. Verum, ommissa disputatione de naturalibus tantum, de legitimis tantum, & de legitimatis, de quibus erit particulariter videndum; cetera ad hanc materiam pertinentia, infra scriptis conclusionibus, ac exemplis demonstrare conabor.

- x Primo, igitur dicamus, fratrum appellatione etiam sorores contineri, l. Lucius, §. quasitum, ff. de leg. 3. l. Lucius, §. Mevia, ubi glos. ff. ad Terul. d. l. tres fratres, ubi scribentes, ff. de pall. Bart. in l. fin. ff. ad Trebel. Paril. consil. 22. num. 1. lib. 3. Dec. consil. 15. num. 3. Alex. consil. 85. num. 7. lib. 2. Fulg. cons. 34. Corn. cons. 115. num. 11. lib. 2. & probat tex. in l. humanitatis, C. de impu. & aliis subst. secundum declarationem, quam ponit Bart. in d. l. tres fratres, nu. 1. ubi nu. 5. ex mente Fulg. asserit, tex. in l. si magnum, C. qui accusar. non poss. † punientem fratrem, qui fratrem accusavit de crimine capitali compre-

hendere etiam sorores, Nouel. in tract. ad defensam, in tit. qui accusar. non poss. num. 31. Et omnes mouentur ex eo, quia † regulariter masculinum continet femininum, cap. Significavit, ubi scribentes, de rescript. qui tex. cum loquatur in rescriptis; quæ stricti sunt iuris, † etiam in privilegiis locum habebit; prout in correctoriis, Rol. cons. 82. nu. 1. & seq. lib. 3. Menoch. cons. 435. num. 4. & 5. Mant. de iur. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 21. num. 11. Rot. coram Ludouic. decis. 514. num. 3. & tradit Gratian. discept. Forens. c. 449. nu. 4. lib. 3. quemadmodum etiam filiorum appellatione veniunt filie feminæ, l. filij appellatione, & l. iusta interpretatione, ff. de verbor. signific. Rot. in d. decis. 514. ubi addentes, num. 16. plures alios allegant, de quo etiam Menoch. de presumpt. lib. 4. presump. 84. num. 1. & seq.

- 5 An autem masculinum continet femininum extensiuè, vel comprehensiuè, ut ita loquar, est distinctio: quod aut masculinum continet femininum ex identitate rationis, & dicitur comprehensio, aut ratione affectionis; & dicitur extensio, Barb. cons. 52. nu. 8. inter cons. Alex. lib. 4. quem refert Roland. d. cons. 82. num. 39.

6 Conclusio autem prædicta, de qua num. 1. ampliatum procedere, tam si de fratribus fiat mentio in numero plurali, quam singulari, & etiam si de singulari ad plurale deueniatur, ut bene docet Ias. in d. l. tres fratres, num. 4. minor tamen solet difficultas, si in plurali de ipsis fiat mentio, secundum distinctionem Porcel. de duob. fratr. part. 3. num. 5.

- 7 Declaratur autem hæc conclusio, secundum aliquos hanc comprehensionem non venire ex proprietate sermonis, sed ex interpretatione extensiuè, ut declarat Rol. in d. consil. 82. ac propterea Fulg. cons. 34. dicit, † in statutis id locum non habere, cum enim hæc dicatur interpretatio extensiuè, Soc. lun. cons. 1. num. 33. lib. 1. & cons. 114. num. 18. eod. lib. Rol. d. cons. 82. num. 34. per tex. in l. pronunciatum, ff. de verbor. signific. qui de communibus testatur, & allegat Ias. in l. si quis, ff. de iurisdi. omni. iud. & Grammatici dicant, per figuram masculinum continere femininum, in statutis admitti non debet ad idem esse in ultimis voluntatibus subiungit Fulg. in quibus à proprietate sermonis non est recedendum, l. non aliter, de legatis 3.

- 9 Verum etiam in statutis appellatione fratrum venire sorores, voluit expressè Corn. cons. 169. lib. 4. licet in ipsis de masculis, & feminis fiat mentio. Nec obstat hoc casu materiam videri differentem, & quod per consequens † masculinum non contineat femininum, l. fin. ff. de iur. Bar. notat in leg. prima, ff. de verbor. signific. repondet enim Corn. † similia statuta, uti exorbitantis, & corrigentia ius commune, stricte esse interpretanda, ad tex. in leg. precipimus, C. de appell. c. cum dilectus, de constit. l. ius singulare, & l. quod verò contra, ff. de leg. cum vulg. & sic, ut minus lædant ius commune, quæ fieri possit. Præterquam quod materia potius debet dici indifferens, cum iure communi attentio, nulla sit differentia inter mates, & feminas quantum ad successionem, & optimè declarat Corn. loc. cit. vnde potius hæc erit ampliatio, quam limitatio ad regulam, nisi tamen simus in statutis odiosis odio irrationabili, Menoch. cons. 1146. nu. 5. lib. 12. Carp. sup. stat. Medial. cap. 288. num. 4. & seq. Suid. cons. 100. num. 2. lib. 1. plures alios citat Gratian. loc. cit. num. 27.

11 Quod autem diximus in statuto masculinum continere femininum, sibi locum vindicare non potest, in statutis excludentibus feminas ob masculos, cum enim faueant agnationi, & masculinitati, ut ita loquar, materia dicitur differens, nec masculinum po-

- test comprehendere femininum, vt optimè declarat Corn. *conf. 94. num. 3. lib. 2.* & docet post alios Gratian. *loc. cit. num. 19.* Prout si  $\dagger$  statutum adesset, vt primogenitus succederet, primogenitura non admitteretur, Anch. *in repet. cap. canonum de consil. in 14. quasi prin-*
- 13 *cip.*  $\dagger$  Et si statutum disponderet, vt mulier non posset contrahere sine consensu consanguineorum, consanguineæ consentire non possent, Bald. *in l. 1. C. qui admitt.* verè enim in istis casibus materia dicitur differens vt per Corn. *loc. cit.*
- 15 Tertio limitatur supradicta conclusio, vt appellatione fratrum contineantur sorores, vt non procedat, quando nomen fratrum ponitur ad differentiam sororum, cum enim materia dicatur tunc differens, masculinum non continet femininum, vt docet Socin. *lun. conf. 1. num. 37. lib. 1.*
- 16 Quarto limitatur, si ratio omninò diuersa considerari possit inter fratres, & sorores, ob diuersitatem enim rationis materia appellatur differens, ac propterea masculinum non continet femininum, vt si statutum excluderet sororem à successione fratris, hinc non posset dici exclusus frater à successione sororis, infra suo loco diceretur.
- 17 Quinto limitatur, si ex coniecturis contrarium apparet, Dec. *conf. 15. num. 5.* Cuman. *consil. 118. numer. Rol. in d. conf. 82. num. 34.* Soc. *lun. conf. 1. 4. num. 8. lib. 1.* dicens, hanc interpretationem, vt masculinum contineat femininum in vltimis voluntatibus non esse admittendam, si contrarium appareat ex coniecturamento testatoris, & idem voluit Corn. *conf. 55. sub num. 6. lib. 1. l. 1. in d. l. tres fratres num. 8. 14. & 15.* quod pluribus declarat exemplis.
- 18 Sexto limitatur in pœnalibus, in quibus non debet fieri hæc interpretatio extensiva, *l. 1. in d. l. tres fratres, num. 9. & 10.* quod tamen intelligendum est in dispositione hominis, non legis nam  $\dagger$  masculinum à lege prolatum comprehendit femininum etiam in pœnalibus, *l. si quis id quod, ff. de iur. omni. iud. Purp. ad l. in d. l. tres fratres, sub num. 9. in lit. g.*
- 19 Septimo limitatur, si separatiim fiat mentio de fratre, & sorore; tunc enim appellatione fratris non venit soror, quia expressum facit cessare præsumptum, *l. si ita, ff. de li. & postu. & docet l. 1. in d. l. tres fratres, n. 13.*
- 20 Octauo limitatur, secundum Anch. *in d. l. tres fratres,* si statutum adsit, vt stantibus fratribus sorores non succedant & ab aliquo testatore de fratribus fiat mentio; tunc enim sorores non veniunt, cum testatoris verba recipiant interpretationem à dispositione statutaria, *l. alios citans in d. l. tres fratres, num. 11.* quibus alios addit ibi Purpur. *in lit. b.*
- 21 Secunda sit conclusio, vt si fiat legatum fratri alicuius religiosi, debeat intelligi de fratre sanguinis, non autem religionis, vt dixit Bald. *in cap. licet;* vbi etiam Abb. *de ff. de leg. lic* enim denotat communis vsus loquendi, qui attendi solet, *l. liberorum, §. quid, ff. de leg. 3. l. 1. in d. l. tres fratres, num. 7.*
- 22 Tertia erit conclusio, appellatione fratrum contineri consanguineos tantum, prout si essent vtrinque coniunctio, *l. iuriconsultus, §. secundo gradu, ff. de grad. Soc. conf. fin. lib. 2.* Roman. *conf. 42.* *l. 1. in d. l. tres fratres, num. 18.* Socin. *lun. conf. 24. num. 5. lib. 4.* & tradunt plures, quos citat Rimini. *lun. conf. 401. nu. 2. lib. 4.* Vnde licet in statutis à proprietate sermonis non sit recedendum, *l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. gesti.* attamen si statutum faciat mentionem defratribus, in consanguineis tantum poterit verificari,  $\dagger$  vt in statuto excludente sorores stantibus fratribus, quod sorores dicitur excludere per existentiam fratrum consanguineo-

- rum tantum, Rom. *conf. 411.* eadem enim consideratur ratio conseruandæ agnationis, vt per *l. 1. in d. l. tres fratres, num. 18.* Quæ licet vera sint, hinc tamen dici non potest, statutum æquiparare consanguineos tantum cum vtrinque coniunctis, si enim concurrant inter se, nemini debitum esse potest, vtrinque coniunctos præferri, vt suo loco fuit dictum, & declarat Rimini. *lun. in d. conf. 401. num. 44. & seqq.*
- 25 Quartam ponamus conclusionem, vt statutum vocans sorores, vel fratres, intelligatur etiam vocare filios sororum, vel fratrum per ius representationis, vt optimè docet Dec. *conf. 484. nu. 5. & seqq. & conf. 299. num. 5. circa finem,* & de communi Alex. *conf. 36. num. 3. lib. 6.*  $\dagger$  Quod tamen declarat Decian. *conf. 63. num. 5. lib. 2.* non procedere stante statuto, vt verba debeant intelligi, vt iacet, nullo subauditio intellectu, cum hæc interpretatio non veniat ex proprietate verborum, sed ex quadam extensione. Ac propterea infert, quod
- 27  $\dagger$  licet masculinum contineat femininum, *glos. in l. 1. ff. de verb. signific. & in l. si quis id quod, ff. de iurisd. om. iud.* cum aliis per ipsum citatis *num. 3.* attamen id non procedit, stante simili statuto, vt verba debeant intelligi, prout iacent, Dec. *in l. 2. ff. de reg. iur. n. 101.* Corn. *conf. 14. lib. 2.* Soc. *lun. conf. 1. nu. 102. lib. 1.* ex interpretatione enim masculinum continet femininum, Fulg. *conf. 34. num. 1.* Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 1. num. 19.* Addit etiam Decian. *loc. cit. num. 4.* quod  $\dagger$  licet verba debeant intelligi secundum communem vsus loquendi, Bart. *in l. Labio, ff. de suppl. leg. & in l. non dubium, C. de leg.* attamen secus est, stante aliquo simili statuto, Paris. *conf. 10. nu. 29. lib. 2.* Roman. *sing. 422.* & alij per Decian. citati *loco citato.* Est tamen circa familia statuta animaduertendum, non excludere interpretationes iuris, Bald. *in leg. omnes populi, num. 35. ff. de iust. & iur.* Menoch. *de adipsa. poss. rem. 4. nu. 225. & de presumptionibus lib. 4. presumpt. 3. sub nu. 43.* sed solum hominis, illasque fituolas, non autem rationabiles, & necessarias, Bart. *in l. omnes populi, num. 65.* nec passiuas intrinsecas, & legitimas, Ceph. *conf. 333. nu. 31.* & quod solum cauilliosa interpretatio intelligatur reiecta, Rimini. *lun. conf. 340. n. 107.* & nihil, vel parum propterea similia statuta operari, Decian. *conf. 46. n. 156. lib. 2.*
- 29 Quinta non contemnenda est conclusio, appellatione fratrum in religiosis etiam sorores contineri, vnde si Summus Pontifex mandasset aliquid Abbatibus, Prioribus, vel similibus personis, etiam Abbatissas comprehenderet, primo, quia illi ablatini Abbatibus, si in adiectiuo sumantur, sunt omnis generis: secundo, ad idem facit, quod diximus supra, pronuntiationem masculi femininam continere, & in argumentum etiam solet esse regula supra posita, appellatione fratrum sorores venite, vt ex his omnibus consuluit Fulg. *conf. 112. num. 2.* Vnde *l. 1. in d. l. tres fratres* ex mente Ray. de For. tenet, quod si aliquid relinquatur fratribus tertij ordinis, de illo relicto debeant etiam participare moniales eiusdem ordinis; ex quo infert
- 30  $\dagger$  omnia priuilegia concessa fratribus tertij ordinis, intelligi etiam concessa monialibus eiusdem ordinis. Id tamen damnat Alber. *in d. l. tres fratres, in fin.* ratio enim, ob quam masculinum continet femininum, & appellatione fratrum veniunt sorores, & ipsa sanguinis coniunctio, quæ cessat in religiosis: ac propterea Bald. *in d. l. tres fratres, in prima noi.* tenet contra Ray. disposita in fratribus minoribus, non habere locum in monialibus, differunt enim, vt ipse dicit, sensu, regula, & effectu. Prout priuilegium concessum, vel fratribus minoribus, vel Predicatoribus, monialibus, tanquam alterius ordinis, non competeret, Bal. *in leg. Lucium, §.*

- quis situm, ff. de leg. 3. Roland. conf. 82. num. 37. lib. 3.*
- 31 Sexta potest esse conclusio, ut appellacione fratris carnalis, veniat etiam frater ex latere patris tantum, vel matris tantum; licet secus sit respectu statutorum excludentium feminas ob masculos, Soc. Iun. *conf. 67. num. 43. lib. 5.*
- 32 Septima conclusio dubitationem continet, an appellacione fratrum, & sororum in testamentis veniant utrinque coniuncti, vel consanguinei tantum, vel uterini tantum; quam voluntatis potius, quam iuris questionem esse, dixit Iacob. Rich. *de unione prol. c. 7. n. 31.* qui vna cum Castr. in l. si. *de verb. signific. tenet*, quod si quis instituat simpliciter fratres, praesumitur sensisse de fratribus utrinque coniunctis, quia, ut docet Bald. in l. 1. *C. de Sacros. Eccles. & Doctores in l. ha. redar. mei, §. cum ita, ff. ad Trib. praesumendam est*, testatorem se voluisse conformare cum dispositione iuris communis, & ipsis non existentibus, censendum erit voluisse alios vocare, qui ab intestato fuissent successuri, secundum ea, quae dicta fuerant superius in cap. 14.
- 33 Octava verissima est conclusio, ut in successione feudorum appellacione fratrum non veniant sorores, ut dixit Iacob. de Ardizon. in *vsib. Feud. cap. 137. vers. item paritur*, & docet Io. Blanc. in *Epitom. Feud. lib. 3. cap. primo, num. 31.* & rationem esse dicunt, quia regulariter Feuda non transeunt ad feminas. Vnde secus esset in illis feudis, quorum natura est, ut etiam ad feminas transeant.
- 34 Non poni potest conclusio, ut regulariter appellacione fratrum non veniant vniti: ultra enim alia fratrum genera, de quibus supra in cap. 14. in *prin.* alij fratres reperuntur, qui vniti vocantur, ob securitatem nomen vnionem prolium, quid autem importet haec prolium vnico, declarat Iacob. Rich. in *tratt. de unione. prol. in praesentibus*, ad ideo dispositio testamentaria de ipsis non esset intelligenda, ut per Rich. in *tratt. cap. 7. num. 36.* nisi tamen, dicit ipse, testator alios non haberet fratres, quam vnitos, cui addo, nec posset esse aliqua spes, fratres naturales haberet, aliter enim non esset extendenda dispositio ad eos; qui improprie sunt fratres appellatur.
- 35 Decima sit conclusio, appellacione fratrum eos tantum venire, qui sunt in secundo gradu de iure civili, & in primo de iure canonico, non autem existentes in vltiori gradu, ut sunt fratres patruales, quo consobrinos appellamus, l. Lucius, §. *quis situm, ff. de leg. 3. vbi Barr. Bal. in l. ex ir. tua, in prin. C. qui accus. non poss. lod. de Guid. conf. 64. nu. 8. inter conf. vltim. volunt. lib. 1. Decian. *tratt. crimin. lib. 3. cap. 13. nu. 19.* qui de veriori, & communiori opinione testatur Paris. *conf. 37. num. 63. lib. 2.* Bald. in *cap. primo, de feud. qua in fin.* Vbi infert, quod si statutum excludens sorores stantibus fratribus, non procedit existentibus solum fratribus consobrini alios citat Decian. *conf. 93. numer. 9. lib. 1.* nisi tamen statutum excluderet sorores, non solum propter fratres, sed etiam propter ipsorum filios, vel filiorum filios, ut in casu Deciani. Et hanc illationem probat Corn. *conf. 169. num. 4. lib. 4.* isti enim fratres consobrini, fratres absque adiuncto non appellanter, idem dixit *conf. 91. num. 4. lib. 3.* & prius *conf. 57. num. 12. lib. 2.* & hanc esse communem opinionem dicit Ial. in d. l. 3. *tres fratres. sub num. 17.* Ceph. *conf. 616. nu. 73.* qui loquitur in terminis Decreti Serenissimi Ducis Urbini; & hanc pariter opinionem communem appellat Brun. *de stat. quod stant. masc. art. 12. sub nu. 214.* & seqq. nec dissentit. Alex. *conf. 211. num. 1. lib. 6.* licet *conf. 16. num. 9. eodem lib.* contrarium dixerit, cum in ipsis concurrat*

eodem ratio conseruandae agnationis, sed responderet Brun. *loc. cit. num. 216.* eandem non esse rationem in fratre consobrino, prout in carnali.

- 37 Vndecimam non omitto conclusionem, fratrem consobrinum non excludere sororem consobrinarum, vigore statute excludentis sororem ob fratrem, ut ex menti aliorum docet Alex. *conf. 97. nu. 3. lib. 2.* & licet multi contrarium sentiant, quos citat Brun. *loc. cit. nu. 207.* communis tamen haec est opinio, ut ipse dicit *sub num. 214.* & eam sequuntur alij, quos citat *num. 209.* qui *num. 217.* nonnullos alios ponit casus circa intelligentiam praedictorum statutorum. Multa alia ad hanc materiam pertinentia videbimus in sequentibus capitulis circa fratres legitimos, & illegitimos.

### SVM MARIVM.

- 1 *Crimen laesa maiestatis, si pater commiserit eius filij successione priuantur, etiam respectu legitima, num. 2. & de rationibus, numeris seqq.*
- 3 *Crimen laesa maiestatis comitenti, etiam aliam confiscabantur bona.*
- 4 *Confiscatis bonis paternis, qua nam portio reservabatur olim filio, & qua hodie, num. 5.*
- 6 *Parentibus reservabatur legitima, si bona filiorum confiscati debeant.*
- 7 *Legitima filiorum, qua ipsis reservatur in bonis paternis, qua confiscari debeant, quanta esse debeat.*
- 8 *Legitima non reservatur filio, si bona materna veniant confiscanda.*
- 9 *Filij haereticorum non succedunt parentibus.*
- 10 *Reportati parentibus succedunt.*
- 11 *Banniti non succedunt in bonis provenientibus ex forma statutorum Civitatis, a qua sunt banniti, & de quibus bannitis hoc veniens intelligenda, num. 12.*
- 13 *Banniti non amittunt ea, qua proveniunt ex dispositione iuris communis.*
- 14 *Banniti possunt facere testamenta.*
- 15 *Filius ingrediens religionem honorum incapax parentibus non succedit, secus si religio sit bonorum capax, & num. 16.*
- 17 *Monacho mortuo, prius quam adeat hereditatem paternam, cum aliter potest Monasterium.*
- 18 *Renuncians hereditati non succedit.*
- 19 *Ex hereditate legitime non succedit.*
- 20 *Statutum potest tollere ius succedendi, remissive.*
- 21 *Consuetudo tollit ius succedendi, remissive.*
- 22 *Filius accidens patrem ipse non succedit.*

De nonnullis casibus, in quibus filiis parentibus non succedunt.

### CAP. XVII.

Diximus supra in cap. 14. num. 2. primum successivum gradum esse filiorum, eosque parentum fratres excludere: verum, quia nonnulli sunt casus in quibus filij parentibus non succedant; eos hic breviter attingere decrevit.

- 1 Primum est, si pater commiserit crimen laesa maiestatis; tunc enim filij eius successione priuantur, ut est tex. in l. *quisquis, §. filij vero, C. ad l. Ful. Maest. Clar. in §. laesa Maiestatis, vers. praeterea, Grass. in §. successio, q. 5. Sig. de crim. laesa maiest. lib. 3. in tit. de pen. quae filij incurruni, num. 4. Pereg. de iur. Fife. lib. 3. tit. 9. num. 9. Decian. in *tratt. crimin. lib. 7. cap. 31. num. 2.* & latissime docet Farin. *de crim. laesa maiest. quaest. 116. numer. 7.* qui numeris seqq. hanc rem per varias ampliaciones, & limitatione more suo declarat. † Quod volunt procedere etiam*

etiam respectu legitimæ, Ross. *de crim. lese maiest. nu.* 138. Menoch. *confil.* 175. num. 58. & *segg. lib.* 1. *Pereg. de iur. Fife. lib.* 4. num. 22. Farinac. *loc. cit. num.* 77.

- 3 Cuius dicti duas adducere solent rationes, prima, quia bona committentis crimen læsæ maiestatis confiscantur, in aliis enim delictis bona damnatorum confiscari non solebant, *Ausb. bona damnatorum. C. de bon. poss. ac* propterea mirum non est, in ipsis filios succedere non posse. Verum cum dixerimus, filios privari etiam legitima, aliam oportet addere rationem, nam hodie pro pluribus delictis confiscantur bona; & tamen filij reservatur legitima: unde secundam addunt rationem: quia in filiis exempla paterni vicij merentur, & ut dicit *tex. in d. l. si quis, §. filij, vero, l. p. lolet filius similis esse patri: & docet Gig. de crim. lese Maiest. lib. 3. in tit. de pœnis quas fil. incurrit quest. 14. num. 14.* Farin. *loc. cit. num.* 73. quæ ratio in aliis ordinarijs delictis considerari non solet. Et his duabus aliam addit Menoch. *confil.* 99. sub. num. 28. ut nempe filiorum pœna magis affligat patres; & de hoc latè videri potest nouissimè Merlin. *de legitima, lib. 3. tit. 1. quest. 30. per totam.*
- 4 In aliis verò delictis, in quibus bona confiscari solent, filiis reservatur legitima. *Pereg. de iur. Fife. lib. 5. tit. 1. num. 34.* Farin. *de delict. & pœn. quest. 24. num. 24.* Merlin. post alios *de legitima, lib. 3. tit. 1. quest. 26.* Quæta autem sic hoc casu, si queratur, dicendum est, quod olim de iure Digestorum ex Principis clementia reservabatur filiis dimidia pars bonorum. *leg. prima. in fin. & l. fin. ff. de bon. damn.* Sed hoc hodie in præxi non servatur, dixit *Chall. super confect. Burg. fol. 89. num. 16.*
- 5 *Clar. in d. quest. 78. vers. videndum.* Et ¶ loco dimidiæ reservatur filiis solummodo legitima, *Cl. loc. cit. Rol. conf. 97. num. 29. lib. 2.* Grass. *in d. legitima, quest. 44. nu. 6.* quam reservari debere, probat *Pereg. de iur. fife. lib. 5. tit. 2. num. 14.* qui varios allegat, & de communi restatur: ¶ & optimis rationibus demonstrat, idem esse in filiis, quorum bona si confiscari debeant, parentibus esse reservanda legitima, ut per ipsum *num. 35.* Et hanc filiis debere fieri reservationem, probat optimè *Theaur. decis. 104. per totam.* vbi etià *Gasp. in add. Solum* est dubitatio, ¶ quanta hoc casu debeat esse legitima filiorum: de quo est anceps, *Pereg. loc. cit. num. 18.* communis tamen est opinio, in hoc attendenda esse iura antiqua, ita ut si duo sint filij, debeat ipsis reservari dimidia, *l. si. C. de bon. damn.* si verò sint plures, totum patrimonium, *gl. in d. l. fin.* quam communiter sequuntur scribentes, ut dixit *Rol. d. e. conf. 97.* & probat late *The. d. decis. 104. num. 2. & segg.* quæ portio filiis debetur etiam in vita patris, ut per *Rol. in d. conf. 97.* *Pereg. loc. cit. num. 37.* & probat *Theaur. loc. cit. nu. 4.* & optimè *Hond. conf. 110. lib. 1. per totum,* vbi respondet contrariis, & ab hac opinione non esse in iudicando recedendum *Farin. quest. 24. nu. 37. & segg.* & ampliant procedere etiam in filiis adoptivis, dummodo adoptio non sit facta in fraudem, ut per *Rol. & Hond. locu citatis,* quos sequitur *Farin. in d. quest. 24. sub num. 40.* secundo ampliant respectu alimentorum, quæ filiis naturalibus, & spuris debentur, in præiudicium enim prædictorum alimentorum bona paterna confiscari non possunt, ut per *Farin. loc. cit. vers. amplia ratio,* quæ omnia latè persequitur *Merlin. loc. cit. g. 29. per totam.*
- 8 Quod tamen diximus de reservatione legitime pro filiis, sibi locum non vendicat, respectu bonorum maternorum; si enim mater committat delictum, ob quod eius bona veniant confiscanda, nulla pro filiis reservatur legitima, *leg. de bonis, C. de bon. præscripti. &*

hanc esse receptam sententiam *Aug. ad Aug. de Maies. in verbo, & eius bona, num. 18.* & sequuntur *Clar. & Graf. loc. cit. Farin. in d. quest. 24. num. 41.* quam tamen limitationem durissimam appellat *Merlin. in d. quest. 29. num. 16.* eamque ex nonnullis improbat, & verè nulla ratio dissentientis validè allegari potest.

- 9 Secundus casus, in quo filij parentibus non succedunt, est si parentes fuerint hæretici, ipsis enim, licet sint catholici, nec etiam legitima reservatur, *cap. urgentis, de hæret. Rol. conf. 8. num. 45. lib. 3.* *Clar. in d. hæreticis, num. 14.* *Mich. de Grass. in d. §. successio, quest. 35. nu. 5.* *Farin. d. quest. 24. num. 44.* secundum tamen easdem declarationes, quæ circa crimen læsæ maiestatis posuit *Farin. de crimine lese Maiest. quest. 116. num. 91.*
- 10 Tertius est casus, si filij fuerint deportati, deportati namque dicuntur incapaces omnis successionis *Alex. in leg. prima, nu. 2. C. de hæred. Inst. & in conf. 26. in princip. lib. 1.* *Mich. de Grass. in d. §. successio, quest. 6. & declarat Clar. in d. testator, in principio;* hæc tamen ipse delata fisco non applicatur, sed alius instituitur, vel venientibus ab intestato defertur, ut per *Clar. loc. cit.*
- 11 Quartus est casus, si filius fuerit bannitus, banniti enim non succedunt in bonis provenientibus ex forma statutorum Civitatis, à qua sunt banniti, cum iura, & beneficia Civitatis amittant, *Batt. in l. 1. num. 3. C. de hæred. Inst. Petr. à Plath. in Epis. delict. cap. 44. num. 3.* *Lambert. de contract. totum, glof. 8. num. 18.* *Ti. aq. de retract. tit. 1. §. 1. glof. 9. num. 27.* *Decian. conf. 64. num. 41. lib. 3.* *Ceph. conf. 124. nu. 18. lib. 3.* *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 45. num. 1.* *Hond. conf. 67. nu. 20.* late *Farin. quest. 102. num. 76.* vbi plures attestantes de communi allegat, & ad plura infert numeris *seqq.* ¶ Hæc omnia tamen intelligi debent in bannitis cum publicatione bonorum, quæ impunè effendi possunt, aliter namque iura municipalis non amitterent, *Pereg. de iur. Fife. lib. 3. tit. 7. num. 5. & 6.* *Farin. loc. cit. nu. 81.* *Gozaad. conf. 96. num. 65.*
- 12 Non amittunt tamen similes banniti ea quæ proveniunt ex dispositione iuris communis, & eo minus provenientia ex iure naturali, vel gentium; à qua sententia licitum non esse recedere, dixit *Alex. confil. 26. num. 2. lib. 1.* & eam veram, & communem appellat *Bologn. in add. ad Maib. in tract. de success. art. 3. num. 37.* *Grail. in d. successio, quest. 7.* & esse magis communem *Clar. in d. testamento, quest. 20.* *Nell. de Bann. in 1. parte secundæ temporis, quest. 5. in princip.* *Pereg. de iur. Fife. lib. 3. tit. 7. num. 8. & 9. & segg.* plures alios cumulat *Farin. d. quest. 102. num. 1. & segg.* & ab ea non esse recedendum, dixit *num. 3.* Vbi propterea infert,
- 14 ¶ bannitos posse testamenta facere, ut *num. 4.* & tam ab intestato, quam ex testamento succedere, ut *num. 6.* licet ostendi impunè possint *num. 8.* Unde parum curandus est de tal. qui *in conf. 166. vers. quarto facit, lib. 2.* dixit, contrariam opinionem esse magis communem, qui merito reprobatur à *Clar. in d. 3. testamentis, quest. 20. vers. & hac quædam conclusio,* prout *Lud. in d. decis. 11. reprobat* à *Mich. de Grass. loco supra citato:* & quicquid dicat *Gran. Theor. 4. num. 3. & segg.* vna cum aliis ab ipso citatis, magis communis, & recepta nunc est conclusio, bannitos cum publicatione bonorum, etiam si impunè effendi possint, non amittere ius commune, nec quantum ad ius, nec quantum ad effectum, & de rationibus videri potest *Pereg. & autoritates apud Farin. locu citatis.* Et quod banniti ob contumaciam non amittant ea, quæ sunt iuris communis & quod possint facere actus legitimos non obstantibus constitutionibus Summorum Pontificum, post *Surd. in conf. 394. num. 13. lib. 3.* tenet *Rot. in d. f.*

449. nu. 2. *selestarum per Farin. part. 1.*
- 13 Quintus est casus, si quis ingressus fuit religionem honorum incapax, ut ex communi opinione dixit Rom. *conf. 196. Barl. conf. 63. num. 16. lib. 1.* ut sunt Mendicantes ex regula, dixi ex regula, quia si essent mendicantes, solum ex aliqua constitutione, adhuc succederent, ut de fratribus Prædicatoribus dixit Mich. de Grass. *in d. S. successio, quest. 8. num. 1.* possent enim non ex regula mendicantes immobilia vendere, & in proprios usus convertere, Alex. *cof. 88. lib. 1. Dec.*
- 16 *in cap. in presentia, num. 70. de probat.* Et tunc magis succederent Monachi, & Canonici regulares, qui cum aliis ad successionem vocantur, l. *Deo nobis, C. de Epise.*
- 17 & Cler. Imò tunc mortuo Monacho, non adita hereditate, eam adire, poterit Monasterium Cyn. *in d. l. Deo nobis, & de communi Canonistarum opinione Socin. conf. 183. lib. 1. Coru. conf. 272. lib. 3. Alex. in l. 1. num. 26. ff. de vulg. licet contrariū teneant legitæ, ut dixit Soc. confil. 52. lib. 2. lib. 4.* quorum dicta solum in bonis feudalibus procedere dixit Mich. de Grass. *in d. S. successio, quest. 8. num. 1.* de quibus omnibus videtur potest Clar. *lib. 3. recept. sentent. in d. l. S. testamentum, quest. 25.*
- 18 Sextus est casus, si hereditati, ac iuri succedendi fuerit renunciatum, sed de similibus renunciationibus, an & in quibus casibus valeant, & quomodo sint intelligendæ, dixi supra *in hac eadem tertia parte, cap. 12.* de quibus Mich. de Grass. *in d. l. S. successio, quest. 9. & seqq.*
- 19 Septimus est casus, si filius fuerit à patre legitime exheredatus, & de causis legitimis est rex. *in d. S. causas, Auth. vi cum, de appellat. cognosc. de quibus Clar. in d. S. testamentum, quest. 41.*
- 20 Octavus est casus, stante statuto, ut stantibus masculis feminæ non succedant, sed an, & quando similia statuta locum sibi vendicent, dictum fuit in pluribus capitulis præcedentibus.
- 21 Nonus est casus, stante lege, vel consuetudine iuris primogenituræ, de quo infra suo loco.
- 22 Decimus est casus in filio, qui patrem occiderit, Boer. *decif. 25. num. 8. Marf. conf. 93.* ab ipso enim tanquam ab indigno auferatur hereditas, Butt. *confil. 63. Bald. in l. hereditas, in fin. C. de iu. quibus, vsind. Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 16. num. 26. Menoch. in add. ad casu 356. de arb. num. 129. Farin. de homic. quest. 110. num. 21.* & fiscus præfertur etiam filiis ipsius occisoris, Boer. *in d. decif. 15. Mich. de Grass. in d. S. successio, quest. 35. num. 6.* cum enim succedant ex persona patris, non possunt habere plus iuris, quam eorum pater, ut per Menoch. *loc. cit. num. 130. Farin. loc. cit. num. 29.* secus si succederent ex propriis personis, tunc enim non deberent portare iniquitatem patris, l. *si quis in suo, §. legi. C. de inoff. testamento.* Menoch. *ibidem num. 131. Farin. loc. cit. nu. 45.* est tamen dubitatio, an fiscus præferatur aliis filiis ipsius occisi in portione tangente ipsum occisorem: Menoch. *loc. cit. in fine dicit, opinionem fauentem filiis, uti æquiorum in praxi esse tenendam; sed contrariam esse magis communem, testatur Farin. in d. quest. 100. num. 44.* & in facti contingentia fuisse causam per compositionem resolutam: sed de his omnibus dicam latius infra *in cap. 56.* que enim ibi dixi de fratre occidente fratrem, procedunt etiam in filio occidente patrem, cum & ipse frater pater patricidij teneatur, ut *in d. l. cap. 56.*
- Plures alij possunt considerari casus, circa illegitimos filios, sed de his in capitulis sequentibus.

## S V M M A R I V M.

- 1 Legitimum, & illegitimum, an ante legem scriptam

habita fuerit differentia, & de variis opinionibus, nu. 7. 8. & 11. Auctoritate sententia, num. 13. 21. & seqq. & tres eliciuntur conclusiones, num. 25.

- 2 Maris, & femina coniunctio est de iure natura, & quomodo, num. 10.
- 3 Illegitimè factum dici non potest, quod ratio naturalis distat, nec aliqua lege reperitur prohibitum.
- 4 Natura à principio omnes procreavit legitimos, & quomodo id sit intelligendum, num. 26.
- 5 Deus à principio certis dedit matrimonij leges.
- 6 Successionum differentia erant etiam de iure veteri testamenti.
- 9 Illegitimum in Sacra Scriptura fit mentio.
- 12 Legitimi, qui olim vere fuerint, & qui tales reputati.
- 14 Legitimum semper differentiam adesse debuisse.
- 15 Filiorum educatio est de iure naturali.
- 16 Platonis sententia circa mulierum communionem.
- 17 Vxores plures retinere non est contra dictamen rationis, & plures populi hanc habuerunt consuetudinem, num. 18. sed est contra ius diuinum, num. 19.
- 20 Patres antiqui testamenti plures habuerunt uxores ex dispensatione.
- 21 Mulierum habere plures viros, est contra ius naturale.
- 23 Matrimonij certas leges qui habuere, etiam fuisse legitimum, & illegitimum differentiam, est asserendum.
- 24 Mulieribus qui promiscue usi fuerint, non fuisse distinctionem legitimum, & illegitimum, in consequentiam venit dicendum.

Utrum ante legem scriptam fuerit habita differentia legitimorum, & illegitimum.

## CAP. XVIII.

Deum de fratribus fit mentio, de legitimis, & naturalibus est intelligendum: verum quia etiam inter legitimos, & illegitimos fratres plures possunt oriri differentie, de illegitimis plura in sequentibus capitulis erunt videnda, sed prius curiosè querendum esse duxi, si ante legum promulgationem fuerit aliqua legitimorum, & illegitimum habita differentia. Ricard. Mal. quem refert Bart. *in l. 3. de concub.* & alij eum sequuntur, quos citat Gab. Paleottus *de Nob. cap. 1. num. 1.* tenet olim ante legum promulgationem nullam legitimorum, & illegitimum habitam fuisse differentiam: & ex duobus mouentur omnino. 1. Primò, quia maris & femina coniunctio est de iure naturali *Infl. de iur. nat. gent. & ciuil. in princ. vnde*

2 non poterat dici illegitimè factum, quod legis naturalis auctoritate fiebat, nec aliqua alia lege prohibitum reperiebatur. Ad idem adducunt rex. *in §. natura, & in §. liceat igitur, in Auth. quib. mod. natur. eff. leg.* quibus in locis habetur, si omnia à principio naturam processisse legitimos.

Verum Io. And. *in regula sine culpa in Merc. exiisti* mat. tunc olim differentiam adfuisse legitimorum, & illegitimum, præcipue quia Deus omnipotens statim, homine in lucem edito, certas matrimonij leges præfinit, ut vir nempe vxoti suæ adhaereret, essent que duo in carne vna, *Gen. cap. 2.* & alios concubitus damnauit, *cap. gaudeamus, de dinort. cap. 1. de voto, in 6. can. quomodo, 31. qu. 1.* tunc ac ideo ad successionem certæ personæ vocabatur aliis exclusis *Gen. cap. 11. & cap. 25.*

7 Bartolus *in d. l. 3.* quodammodo has opiniones diuersas concordando, dicit, à principio ob præfinitas à

Deo matrimonij leges legitimorum, & illegitimorum habitam fuisse differentiam, sed post corruptam hominum naturam vsque ad leges scriptas, nullam filiorum amplius factam fuisse distinctionem.

8 Paleoc. de Natb. cap. 1. & 2. damnat primo omnes istas tres opiniones, & deinde aliam ponit ipse distinctionem, dicens, quod si vera esset ratio Ricard. potius omnes debuissent appellari illegitimi, nam, ut ait Ciu. in proa. Reib. quandoque tempus exiit, quo nemo nuptias viderat legitimas, nō certos quisquam inspexerat filios. † Secundo certum est, etiam ante leges scriptas de illegitimis in Sacra Scriptura fieri mentionem, ut Genesi cap. 21. & cap. 25. & de concubinis Gen. cap. 22. & 36. de fornicatione Gen. cap. 34. & 38. & de meretricibus Gen. cap. 34. & cap. 39. Nec obstat, dicit Paleoc. † copulam esse de iure naturæ, nam hoc loco natura accipitur pro illo instinctu, ac appetitu naturali, qui nobis cum brutis est communis, à quo differt ius naturale hominibus à Deo insitum, & à ratione derivatum, secundum quod ius quælibet copula de iure naturali dici non potest. Nec vera, dicitur, potest esse opinio Io. And. ex, cum repugnent iura superiorum citata, quibus probatur, naturam olim omnes æquales liberos, & legitimos produxisse. Subiungens, absurdam pariter esse opinionem Bartol. cum de illegitimis, etiam post hominis lapsum fieri mentionem in Sacra Scriptura, certissimum sit. In proposita igitur dubitatione, distinguit Paleoc. † Quod aut id considerate volumus secundum Sacram Scripturam, & vera est opinio Io. Andree, cum à principio certæ leges matrimonij essent constitutz, aut verò secundum Iurisperitorum tempora: & vera est altera opinio, illegitimos nec cognitos, nec nominatos fuisse, & rationem adducit, quia homines naturalem rationem sequentes singuli suis vivebant nuptiis. Quam distinctionem aliis peiorem esse dubitari non potest: † primo namque animadvertendum est, diversam esse inspectionem, quod alij fuerint legitimi, alij non, vel quod alij reputati fuerint legitimi, alij non. Nam verè ante legem Evangelicam illi solum erant legitimi, qui nascebantur ex matrimonio contracto secundum leges in veteri testamento præfinitas; sed hinc non sequitur, ut solum illi reputati fuerint legitimi: nam apud alios populos, ac nationes, qui aliter matrimonia contrahabant, illi reputabantur legitimi, qui nati erant ex matrimonio eorum more contracto. Nec mihi villo modo probatur, secundum Iurisperitorum tempora omnes natos fuisse legitimos, quia quilibet suis erat contentus nuptiis: Quo nam enim tempore fuerunt reperti populi, ac nationes ita optimæ naturæ, ac ita optimis moribus imbutæ, ut in maximos errores non inciderent? nisi illam auri ætatem cum Poetis fingere velimus. Et si semper fuerunt furta rapinæ, homicidia, aliaque vitia similia, eo magis dicendum erit, & fornicationes, & fornicatores extitisse, ad quod humana fragilitas, ob naturæ instinctum, proclivior esse solet.

9  
10  
11  
12

13 Vnde in hac re præter omnes animadvertendum puto, de hac questione dupliciter quæri posse. Primo, an ante legem scriptam debuerit esse distinctio legitimorum, & illegitimorum. Secundo, an verè semper hæc distinctio habita fuerit. Quantum ad primum dicendum est, † semper, & omni tempore hæc differentiam adesse debuisse; non solum quia hoc Omnipotentis Dei erat præceptum ob præfinitas matrimonij leges: sed etiam quia reducendo questionem ad puros terminos naturales, † dictamen rationis filiorum educationem nobis præcipit, §. in naturale,

*Inst. de iur. nat. gent. & civil. l. scripto hered. in fin. ff. ond. lib. 1. si quis, §. idem rescrip. ff. de lib. agnos. Et per consequens etiam legitimorum, & illegitimorum distinctionem; nam aliter, si ignoraretur, qui nam nostri, qui ve aliorum essent, educare proprios filios nemo posset, quæ filiorum certitudo nulla alia ratione haberi potest, quam certis constitutis vxoribus.*

16 Nec obstat, quod *Plat. in 5. D. de repub. vtile, & conueniens admodum esse dicat, & mulieres, & filios esse communes: nam p. q. etquam quod eius opinio in vita actina tamquam erronea confutatur ab Arist. lib. 2. Polit. cap. 2. etiam ipse voluit, ut certæ mulieres hominibus assignarentur à magistratibus, qui diebus quibusdam sacris cum ipsis se immiscerent, ad hoc ne speritij nascerentur: vnde dicendum est, & ipsum admisisse hæc legitimorum, & illegitimorum differentiam. Addi etiam posset, Platone intellexisse mulierum communitatem, non commixtionem carnali, sed casta, & pudica quadam beneuolentia, & caritate, ut exponit Gab. Baratell. in conestiat. lib. 9. & habetur apud Picolum, in Philosoph. mur. ali. grad. 10. cap. 25. licet existimantem semper ego, hunc Platonicum amorem non nisi in scripturis reperiri.*

Est tamen animadvertendum, quod licet sit contra ius naturale, certis non habere vxores, per rationem suprapositam, iuri tamen, naturali † non repugnat plures retinere vxores, certi enim sunt filij, educarique possunt, licet ex pluribus sint nati vxoribus. Et legitur in veteri lege, illos antiquos patres plures vxores habuisse, ut Abraham, Iacob, David, Moyse, Salomon, & alij Genes. 6. 29. & 30. Reg. lib. 1. cap. 1. Num. cap. 12. Reg. lib. 3. cap. 11. Et licet quandoque de concubinis fiat mentio, de vxoribus tamen intelligunt interpretes. Nec dicatur, id factum fuisse ex dispensatione: nam factum est, id non fuisse contra dictamen rationis, ut dixit *D. n. Augustinus in lib. de virginitate*. Ac propterea † plures fuerunt reperti populi, qui plures vxores ducere fuerunt soliti, ut refert *Tirac. de leg. conu. leg. 7. nu. 16. Menoch. tamen de arbitr. casu 420. nu. 75. & seqq. ex pluribus defendere conatur: pluralitatem vxorum esse contra ius naturale, & idem sequitur in additionibus.*

18 Sed quicquid sit de hoc, certum est, id esse contra ius diuinum, ut per *Menoch. loc. cit. nu. 2. licet in antiquis Patribus, ob maiorem hominum procreationem id fuerit dispensatum, quam dispensationem reuelationem diuinam appellat *D. n. Aug. de bono coniug. & Innoc. in c. g. audemus, de dinors. 20. † quæ dispensatio, ut dixi, ob propagationem sobolis facta fuit can. obicitur, 32. quæst. 4. qui tex. desumptus est ex August. lib. 22. contra Faustum, quam sententiam asserunt Scotus, & alij in 4. sentent. dist. 33. & eam comprobata inuenies apud *Menoch. loc. cit. num. 16. & seqq.***

21 Certum tamen est, quod licet secundum probabiliorē opinionem, plures habere vxores non sit contra ius naturale, attamen quod mulieres plures habeant viros iuri naturali repugnat; & est ratio differentiz, secundum August. *de bon. coniug.* quia vir dicitur superior, & quodammodo dominus; at dominus plures potest habere seruos, sed seruus non plures dominos, cum nemo possit duobus dominis seruire. Ad di potest, pluralitatem virosum inducere incertitudinem filiorum, & sic impedire eorum educationem nobis à natura insitam, ut in d. §. in naturale, *Inst. de iur. nat. gent. & civil.* Et hæc quantum ad primam inspectionem.

22 Si verò quærat an semper, ante legem scriptam fuerit facta distinctio legitimorum, & illegitimorum

de hoc certam regulam dari non posse videtur, id namque pendet à variorum Populorum, ac temporum, & consuetudine, & moribus: omnes tamen populos, nationesque omnes amplectendo, sic dicendum existimo. Aut loquimur de his, qui veterem obseruabant legem, & inter ipsos legitimorum, & illegitimorum habitam fuisse differentiam, negari nulla ratione potest, cum certas haberent matrimonij præfixitas leges. † Aut loquimur de alijs populis, & barbaris nationibus, in quibus dicendam est, inter illos omnes populos, qui secundum rationis dictamen vixere, necessatio etiam legitimorum, & illegitimorum habitam fuisse distinctionem, cum, vt supra dictum fuit, ratio naturalis id suadeat: † inter eos verò, qui ita barbare vixerint, vt nullas habuerint matrimonij nec leges, nec consuetudines, sed mulieribus promiscuè vti fuerint, cognitam non fuisse hanc legitimorum, & illegitimorum differentiam, in consequentiam venit asserendum: & tales fuisse Garamantes in extremis Africæ partibus, multi dicunt, vna cum nonnullis alijs populis, de quibus Marf. Ficin. in argumen. ad 5. Dial. Plat. de Repl. licet haud credere possum, vilo vquam tempore ita barbaros reptos fuisse populos, vt mulieres ita communes haberint, vt illis promiscuè, more ferarum, nulla facta personatum distinctione, vti fuerint.

25 Ex quibus omnibus tres colligere possumus conclusiones, primam, semper & ante legem scriptam, & omni tempore secundum rationis dictamen, legitimorum, & illegitimorum fieri debuisse distinctionem. Secunda est conclusio, legitimorum, & illegitimorum semper habitam fuisse differentiam inter illos populos, qui certas connubij leges habuere, nec mulieribus promiscuè vti fuerint. Tertia, & vltima, quod si vquam populi aliqui reperi fuerint, qui communes proflus more ferarum mulieres habuerint, inter ipsos non fuerit, hæc legitimorum, & illegitimorum distinctio.

27 Et solum videndum restat, quomodo intelligi debeant iura supra citata: & Imperatorem nil aliud annuere voluisse, dicendum est, nisi homines illos, qui secundum rationis dictamen vivebant, legitimos semper procreasse filios, dictamen enim rationis suadebat, ne fierent stupra, adulteria, & fornicationes: vt bene declarat Paleot. loc. cit. Sed hinc non sequitur, per aliquod tempus, populos aliquos existisse qui ita castè vixerint, vt à rationis dictamine in aliquo non deuiauerint, vt Paleot. existimat referantur enim prædicta iura ad dictamen rationis, quod semper dictauit, & dictat, vt legitimi filij procreentur, non autem ad personas, seu populos particulares, qui secundum istud dictamen vixerint. Et hæc non incongruè dicta sint de hac pulcherrima inspectione, &c.

**SVM MARIVM.**

- 1 Filiorum quinque genera.
- 2 Naturales qui sint.
- 3 Naturalis, vt quis dici possit, qua requirantur, & num. 5.
- 4 Natus ex ancilla domi retenta an sit naturalis.
- 6 Natus ex coitu non damnato dicitur naturalis, saltem largo modo.
- 7 Naturalis à patre institui potest, licet alim in tribus tantum vncijs institui possit, num. 8.
- 9 Naturales filios habens tenetur parentibus relinquere saltem legitimam.
- 10 Pater habens filios legitimos, & naturales non potest instituire naturales tantum, præterquam in vna vncija, atiam si ipsi sint legatum causa conditionis implenda,

- num. 11. & si fuerit reliquum ab ipsis auferatur, & datur legitimis ex naturalibus, num. 13.
- 12 Statutum non potest disponere, vt naturales succedant vna cum legitimis, & naturalibus.
- 14 Naturalibus non potest nec etiam vnica relinquere, si adsint duodecim filij legitimi, & naturales.
- 15 Naturales possunt generaliter institui, si legitimi, & naturales fuerint iuste exheredati.
- 16 Exheredati iuste quantum ad successionem habentur pro mortuis.
- 17 Partem non facit, qui ad partem non admittitur.
- 18 Naturales possunt institui consentientibus legitimis, & naturalibus.
- 19 Naturales possunt pupillariter substitui filiis legitimis, & naturalibus.
- 20 Naturalis potest institui, si ingressus fuerit religionem.
- 21 Naturalis potest institui ab herede patris, dummodo non fiat in fraudem.
- 22 Pater non cogitur filiis naturalibus relinquere nec etiam vnciam.
- 23 Naturalibus non institutis non competit quærela, nec ius dicendi testamentum nullum.
- 24 Naturales ab intestato non succedunt patri, etiam si pater habeat solum filios legitimos tantum, num. 25.
- 26 Par effectus producitur à pari potentia causa.
- 27 Naturales parentibus filios legitimos, & naturales non habentibus in duabus vncijs succedant ab intestato, & quid si habeant ipsi parentes, num. 28.
- 29 Naturales matri succedunt ab intestato; & quid si mater sit illustris, num. 30.
- 31 Naturalis an succedat fratribus, & alijs transversalibus distinctione declaratur.
- 32 Naturales an sint de familia, vel domo, remissiuè, & an possint deferre insignia domus, num. 35.
- 33 Naturales an excludant feminas vigore statutorum excludentium feminas ob masculos, & num. seq.
- 36 Naturales an, & quando ex præsumpta mente testatoris excludant substitutum, remissiuè, & c.

**De filiis naturalibus tantum.**

**CAP. XIX.**

**L**icet dubium sit, an semper ante legem scriptam legitimorum, & illegitimorum fuerit facta distinctio: legibus tamen conditis, alios legitimos, alios illegitimos fuisse, non est dubitandum. Et hodie illi solum legitimi dici debent, qui nascuntur ex matrimonio secundum ritum Sanctæ Matris Ecclesiæ contracto, vt habetur in Sacro Consi. Trid. sess. 14. de Sacram. matrimonij: verum antequam de illegitimis aliquid dicamus, præsciendum est, † quinque esse filiorum genera; alij enim sunt legitimi, & naturales, alij legitimi tantum, alij naturales tantum, alij illegitimi, alij denique spirituales legitimi, & naturales sunt, vt dixi, ex legitimo matrimonio nati, qui verò sint naturales tantum in præsentis capitulo videbimus. † Naturales igitur sunt nati concubina, vt vxore domi retenta, cum qua potuerit matrimonium contrahi: cum enim concubinatus de iure civili non sit prohibitus, vt tot. tit. D. & C. de concub. nati ex concubinatu illegitimi non vocabantur, tamquam medij inter legitimos, & illegitimos, vt nati extra penam legis leg. 3. in fin. de concub. Bald. consil. 457. lib. 5. & docent alij, quos Paleot. citat de Noth. cap. 9. num. 8.

3 Plura tamen requirerebantur, vt quis naturalis dici posset, primo, vt concubina loco vxoris domi retenta esset, & consideramus, Auth. de Tri. & sem. & vt vxore custo-



custodita, & gubernata, §. si quis, Aut. quib. mod. natur. eff. sui. cum qua nec stuprum, nec incestum cadere potuerit, l. 1. §. 1. de concub. & quod ipsa sciens, se esse concubinam, si honesto loco nata fuerit, l. 3. de concub. & demum, quod ille, qui secum rem habuit, ovis omnino fuerit, l. 1. C. eod. tit. de quibus per Preger. de iur. fsc. lib. 3. tit. 18. nu. 5. & seqq. Surd. de alim. tit. 1. q. 9. ac propterea Bald. in cons. 456. n. 10. lib. 3. dicit, paucos eos esse, qui verè naturales dici possunt. Et Oldr. in cons. 196. consolat, quod natum ex ancilla domi non retenta, naturalem non esse, Alex. cons. 174. sub nu. 5. lib. 5. imò nec etiam si domi retenta esset, naturalis dici possit; definit enim illa qualitas, ut pro concubina sit retenta, Alciat. de presump. part. 1. reg. 2. presump. 5. Et de similibus requisitis Mart. Laud. de legit. vers. in Christi nomine amen, nu. 4. & seqq. Nicol. de Vbald. de success. circa prin. vers. secunda species libero rum, Bened. de Baro. de natur. in tit. de concub. Io. de Roias in Epit. success. cap. 10. Surd. de alim. tit. 1. q. 9. num. 9. & seqq. Perreg. loco cit. Mant. de cornel. vlt. vol. art. 9. nu. 22. Rot. dec. 2. nu. 6. select. per Farin. part. 1. ubi aliz allegantur decisiones.

Quæ tamen intelligenda sunt ad hoc, ut quis propriè, & stricte naturalis dici possit, largo enim modo omnes nati ex soluto, & soluta dicuntur naturales. Io. And. in add. ad Specul. in tit. qui filij sint legitimi, vers. circa questionem, Bart. in c. per venerabilem, que filij sint legitimi; & hoc notandum esse pro intelligentia statutorum de filiis naturalibus loquentium, Nicol. de Vbald. loco cit. vers. & voluit glos. Panor. in d. cap. per venerabilem, Mart. Laud. de legit. loco cit. nu. 46. quotiescumque igitur quis nascitur ex coitu non damnato dicitur saltem largo modo naturalis, Alex. consil. 574. sub nu. 4. lib. 5. Perreg. de filieitorum ff. art. 22. num. 86. ubi ampliat nu. 87. & dixi supra in cap. 1. num. 36. & late tradit Mastril. dec. 152. num. 11. & pluribus seqq. aliter hodie nemo naturalis dici potest, cum concubinitas de iure canonico sit prohibita, domo modo tamen soluta non sit publica meretrice, tunc enim non naturalis, sed vulgo quæritus dici deberet: ac propterea hodie nati ex ancillis domi retentis naturales appellari debent, Surd. de aliment. tit. 1. quest. 9. n. 20. & in istis naturalibus verificentur statuta, & dispositiones testamentarie de naturalibus loquentes, stante quod concubinitas sic hodie prohibita.

Istis breuiter declaratis de eorum successione videndum restat, de quo dupliciter queri potest: primo, quomodo succedant ex testamento; secundo, quomodo ab intestato. Et quantum ad primum constituo regulam affirmatiuam, patrem nempe instituire posse filium naturalem, Auth. licet. C. de natur. lib. §. nec igitur, Auth. quib. mod. natur. eff. sui. Io. de Roias in Epitom. success. cap. 11. in princ.

Quæ regula primo limitatur, ut non procedat secundum ius antiquum, secundum quod filius naturalis in tribus tantum viciis institui poterat, & de iure Codicis in sex viciis, l. humanitatis, l. fin. in princ. C. de natur. lib. §. nos autem, Auth. quibus mod. natur. eff. sui.

Secundo limitatur, si adsint ascendentes patris filij naturalis, tunc enim filio naturali omnia relinqui non possunt, sed parentibus legitima est reservanda, d. Auth. licet, & in corpore, unde sumitur.

Tercio limitatur, si adsint filij legitimi, & naturales, tunc enim naturales tantum in vna vicia solum institui possunt, quod de iure Codicis, & Auth. definitum reperitur, l. 2. C. de nat. lib. §. discretis, Auth. quibus mod. natur. eff. sui, §. consideramus, Auth. de Trient. & servat. tradunt glos. Bart. Imol. Iaf. & alij in d. Lucius Iaf. in

pro herede, §. Papinianus, n. 3. ff. de acq. hered. D. de cons. 435. num. 16. Alex. cons. 134. num. 13. lib. 6. Io. de Roias in Epit. success. c. 11. que vicia diuidi debet inter ipsum filium naturalem, & ipsius matrem, si adsint, ut in d. l. 2. & in d. §. discretis, ac propterea voluerunt aliqui, quod si mater non adsit, filio naturali non possit relinqui nisi medietas vicia, de quo per Ludou. de Sara. de natural. lib. 1. cap. 3. part. 1. tit. de success. lib. sub num. 1.

11 Et hæc tertia limitatio ampliatur, ut procedat etiam si relinquatur filio naturali causa conditionis implenda, Iaf. in l. pro herede, §. papinianus, num. 3. ff. de acquir. hered. & dixit Io. de Roias loco citato.

12 Secundo ampliatur, ut non valeat statutum disponens, naturales tantum vna cum legitimis, & naturalibus succedere debere, Bart. in l. 1. in fi. ff. de test. esse enim nutritiuum peccati, dixit Bald. in l. 1. num. 17. C. de sum. Trin. & esse contra bonos mores, Bald. in l. 1. num. 9. de her. que pen. non. Barb. in presentia num. 90. de prob. Durant. de art. test. audit. 1. cau. 14. Iaf. consil. 16. num. 13. lib. 1. Io. de Roias loco citato num. 7.

13 Tercio ampliatur, ut si ultra prædictam viciam aliquid naturalibus filiis daretur, vel per obliquum fuerit relictum, ab ipsis auferatur: & legitimis de iur. leg. 1. & 2. C. de natur. lib. & habent in d. discretis, & Roias docet loco cit.

14 Quarto ampliatur, ut non possit nec etiam vicia relinqui, si duodecim adsint filij legitimi, & naturales; hoc enim modo naturales tantum succederent æquialiter cum legitimis, & naturalibus, leg. communium, in fi. C. de natural. lib. Roias loco citato.

15 Quæ tertia limitatio sic ampliata nonnullis etiam modis limitatur, & primo, si legitimi, & naturales iuste exheredati fuissent, possunt enim tunc naturales in omnibus bonis institui, & rationem esse dicunt,

16 quia iuste exheredati quantum ad successionem pro mortuis habeantur, l. 1. §. si pater emancipatus, ff. de conug. cum emancip. lib. 1. §. fin. ff. de bon. ff. coner. tab. Bald. in Auth. nouissima, nu. 8. C. de ineff. testamento, & in l. unica, n. 20. C. quando non per. part. part. accrese. Guid.

17 Pap. dec. 559. T addunt, quod ille non tacit partem, qui ad partem non admittitur, l. planè, §. si duobus ff. de leg. primo, §. sed nostra, Inst. de success. lib. & partium, filios non extare, vel extare, sed non succedere, leg. 1. §. filium ff. de bon. poss. contra tab.

18 Secundo limitatur, consentientibus filiis legitimis, & naturalibus; cum enim hoc in iusurum favorem sit introductum, ipsi renunciare possunt, leg. si quis in conscribendo, C. de pact. l. si iudex, C. de min. cap. ad Apostolicam, de reg.

19 Tercio limitatur, ratione pupillaris substitutionis; naturales enim possunt substitui pupillariter filiis legitimis, & naturalibus, l. si quis, que ex bonis ff. de conug. & pupil. ubi scribentes, Doctores in l. 2. C. de natural. lib. Io. de Roias loco citato num. 16.

20 Quarto limitatur, si filius naturalis ingressus fuerit religionem; per ingressum enim religionis tollitur omne vitium, ut dicam infra in cap. 16. num. 30.

21 Quinto limitatur, si filius naturalis instituat ab herede patris, Bart. in l. si in, quo solidum, ff. de vulg. & pup. tradit Alex. consil. 51. num. 2. lib. 1. Roias loco citato. num. 31. Quod tamen intelligi, non procedere, si pater illum institueret sub fide; ut ipse potestatem filium naturalem institueret, quod tamen in dubio non præsumitur, ut per Alex. loco citato.

22 Sexto limitatur, ut licet possit pater filiis naturalibus relinquere viciam, id tamen facere non sit coactus, l. humanitatis, C. de natur. lib. Roias loco cit. num. 9.

23 T ac ideo filij naturali ingreditur quærela, nec ius co-

perit dicendi testamentum nullum, glos. & Bart. in leg. Pallus, §. & si parente, num. 2. ff. de lib. & posth. & alij docent, quos citat Roias loco citato sub num. 13.

24 Circa verò successionem ab intestato, negatiuam constituo regulam, naturales nempe filios patri ab intestato non succedere, Auth. licet, C. de natur. li. §. si quis autem de fin. Et in, Auth. quib. mod. natur. eff. sui, consideremus, Auth. de orient. & sem. Roias loco cit. num. 13.

25 Quod ampliatur procedere, filio legitimo tantum existente, Ang. in §. fin. Auth. quib. mod. natur. eff. sui, per tex. in d. Auth. licet: Et rationem esse dicunt, quia filij adoptiui ab intestato succedunt vna cum filiis legitimis, & naturalibus, l. cum in adoptiuo, vbi glos. C. adopti. §. adopti. Inst. de hered. qual. & d. ff. glos. in Auth. in successione, C. de suis, & leg. sed filij legitimi, & naturalis excludunt naturales tantum, ergo idem dicendum

26 est in adoptiuo, & à pari enim potentia causæ par effectus producitur, l. 1. §. veteres ff. de acquir. poss. l. si mater, C. de insti. & substit. l. si socer, ff. sol. matrim.

27 Si verò nec legitimi tantum, nec legitimi, & naturales adint, tunc naturales in duabus succedunt vnciis, vt habetur in iuribus superius citatis, quæ quæ vnciæ inrer naturales, & eorum matrem diuidi debent.

28 Sed dubium est, an si adint ascendentes, filij naturales succedat in dictis duabus vnciis: in qua questione Roias loco citato, nu. 11. & seqq. arguit ad partes, & tandem affirmatiuam opinionem verissimam esse concludit per tex. in d. Auth. licet: quæ de legitima tantum prole mentionem facit.

Vidimus hætenus de successione paterna, quantum enim ad maternam & naturales matribus succedere generaliter est concludendum, tam ex testamento, quam ab intestato, & tam si alij extent filij legitimi, & naturales, quam non; quod intelligendum est etiam respectu aut materni, ac omnium aliorum ex linea materna coniunctorum, l. hac parte, l. modo si inu, ff. vnd. cogn. l. 1. §. sed vulgo, ff. ad Orfic. l. 2. in princ. ff. eod. l. si qua illustrissimu, C. eod. tit. & habetur in d. §. nouissime, Inst. eod. & rationem assignant, quia mater semper est certa, pater verò incertus, l. quia semper, ff. de in ius voc. l. vulgo concepti, ff. de statu homin.

30 Quod Ioannes de Roias illegitimorum acerrimus defensor loco citato cap. 14. num. 3. amputat procedere, etiam si mater sit illustris: lex enim si qua illustris loquitur in spurio, vnde ad filium naturalem extendi non debet, cum inter naturales, & spurios maxima sit differentia: Verum responderi potest, filium esse spurium, vel naturalem respectu matris non tollere turpitudinem; vnde etiam in naturalibus viget eadem ratio dictæ legis si qua illustris; ac propterea hæc potius limitatio censerit debet.

31 Vltimo loco videndum est, an naturales succedant fratribus, ac aliis transuersalibus: Circa quod distinguendum est, quod aut sunt fratres vtetini, seu coniuncti ex linea materna, & inter se succedunt, vti si essent legitimi, & naturales, l. 1. ff. vnd. cogn. vbi glos. l. si spur. eod. tit. aut vero sunt fratres consanguinei tantum, seu coniuncti ex latere paterno, & cum non sint proprie agnati ad inuicem non succedunt; nisi tamen testamento fuerint instituti, §. filium Auth. quib. mod. natur. eff. sui, Lud. de Sard. de natur. lib. part. 3. in tit. de success. natural. Imo nec etiam testamento suo paterno succedunt, si ipse filios legitimos, & naturales habeat, seu ex ipsis nepotes, præterquam tamen in vlla vnica, in qua diximus, partem posse instituire filium naturalem, vt in l. 2. C. de natur. lib. & docet Lud. loc. cit. quæ etiam de iure canonico sibi locum vëdicant, Nicol. de Vbal. de success. ab intest. part. 1. num. 36. Dyn. in trail. success.

nu. 5. Matthes. de success. ab intest. num. 15. & seq. Oliuer. Textor. de success. ab intest. nu. 25. & seqq. Matur. de ha. red. ab intest. succed. in tit. de tertio specie liberorum, Mich. de Grass. de success. ab intest. in §. successio, quæst. 18.

32 De familia autem, seu de domo naturales dici non posse, probat post alios Decian. conf. 1. num. 6. lib. 3. de quo Peregr. de fideicom. art. 22. num. 83. & seqq. ac ideo

33 & naturales tantum non excludunt feminas vigore statutorum excludentium feminas ob masculos, Bal. in l. eū acutissimi, vers. quare numquid naturales, C. de fid. & in cōf. 24. lib. 1. Campeg. de dos. part. vlt. §. 58. quod nullam habet dubitationem, si femina sit legitima, & naturalis, vt per Brun. de stat. art. 11. nu. 33. Tiraq. in l. si vnuquam, in verbo, susceperit liber. nu. 60. C. de reuoc. donat.

34 & sed idem esset, si naturalis solum esset, Brun. loco cit.

35 Et cum non sint de familia non possunt de iure deferre arma, seu insignia domus, Bart. de insign. & arm. nu. 11. Verum vsus obtinuit, vt etiam illegitimi de domo, & familia illius censentur, cuius filij habiti sunt, Soc. conf. 102. lib. 3. Cor. conf. 169. lib. 3. Ang. conf. 30. & conf. 191. Paleot. de Not. 60. nu. 5. ac ideo de consuetudine etiam arma deferunt, Bart. loc. cit. Nicol. de V. bald. de success. ab intest. nu. 23. & post alios Gasp. Thef. quæst. fur. lib. 1. §. 45. qui tamen id limitat in spuris, sed eius opinio, si in certis omnino non esset pater, sequi nulla ratione debet, Bart. enim loc. cit. dum testatur de consuetudine Tusciæ loquitur de bastardis, & spuris & alij indistinctè loquuntur de quolibet genere illegitimorum, dummodò pro filiis alicuius certæ personæ fuerint habiti. Vult etiam Thef. aliquam in armis apponendam esse differentiam; sed id solum obiter uandū esset in locis, vbi hæc vigeret consuetudo; aliter

36 ad id cogi nulla ratione possent, & & an, quādo naturales ex præsumpta mente testatoris excludant substitutum, latè Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 78 per t. t. em, Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 11. nu. 10. & latius lib. 1. tit. 9. per totum, Peregr. de fideicom. art. 22. nu. 79. & art. 18. num. 4. & seq. de quo videri potest Rota in decis. 145. & 182. secl. per Farsin. part. 1. & nouissimè Fulat. de substitut. quæst. 406. de quo infra in cap. 22.

#### SVM MARIVM.

- 1 Adoptio ab arrogatione quomodo differat.
- 2 Arrogati qui sint.
- 3 Familia arrogare non possunt, & quare num. 4.
- 5 Sexagenarij tantum possunt arrogare.
- 6 Arrogationis requisita.
- 7 Arrogatio vnde dicatur.
- 8 Adoptio quando fiat.
- 9 Adoptatus quando mutet patriam potestatem.
- 10 Adoptio fieri potest cum licentia cuiuscumque iudicis.
- 11 Arrogatorum bona an fiant arrogantis; & quod ipsis veniant restituenda, num. 19.
- 12 Arrogatus debet ex testamento arrogantis habere saltem quartam, etiã si adint filij legitimi, & naturales, n. 16.
- 13 Arrogatus exclusus, vel exheredatus, quæ habeat redditus.
- 14 Arrogatus præteritus rumpit testamentum.
- 15 Arrogatum in quarta sibi ex testamento debita, non potest gravari.
- 17 Quarta debita arrogato transmittitur ex iure iuratis.
- 18 Per arrogationem rumpitur testamentum prius factum.
- 20 Quarta debita arrogatis hodie non est aucta, vt legitimum filiorum.
- 21 Quarta debita arrogatis quomodo sit detrahenda ex bonis arrogantis, & num. 23.
- 22 Arrogatus si aliquam in gratitudinis causam commiserit, exheredatus potest.

- 24 *Adoptato non est de necessitate aliquid relinquendum, nisi tamen fuerit adoptatus ab auctore, num. 25.*  
 26 *Adoptati, & arrogati ab intestato succedunt una cum aliis filiis legitimis, & naturalibus, tam si naturales sint nati prius quam post adoptionem, num. 27. & idem est respectu iuris patronatus, num. 28.*  
 29 *Arrogati succedunt consortibus arrogantis, secum tamen est in adoptatis, sicut in arrogatis ab auctore, num. 30.*  
 31 *Differentia nonnulla inter filios legitimis, & naturales, & legitimis tantum, & numeros seqq.*

## De legitimis tantum.

## CAP. XX.

- D**E naturalibus tantum vidimus in superiori capitulo, nunc consequens est, ut ad legitimos tantum transeamus; lex enim, in solatium eorum, qui filios non habent, disposuit, ut mediante arrogatione, & vel adoptione sibi filios parant. † Differt autem adoptio ab arrogatione, sicut genus à specie, adoptio enim in genere sumpta continet & adoptionem, & arrogationem, speciem adoptionis. Et † arrogati illi dicuntur, qui cum sint sui iuris, à viro sexagenario Principis auctoritate in filios solemniter recipiuntur, *leg. si pater familias, §. fin. leg. neque es permissitur, §. 1. ff. de adopt. l. 2. §. arrogatores, C. de adopt. glosan §. 1. Inst. de adopt. in cap. unico, de cogn. Azc. in sum. de adop. scribentes in §. primo, Inst. eod. Canonice in rubr. de cogn. leg. Doctores in rubr. ff. de adop.*  
 3 *Viri autem, non femine arrogare possunt, leg. mulierem, l. in adoptionem, C. de adopt. l. nam ut femina, ff. eod. §. femina, Inst. eod. nam cum arrogati transeant in arrogantis potestatem, l. 1. & l. si pater familias, ff. de adopt. l. cum in adoptivis, §. fin. C. eod. §. illud, Inst. eod. & feminae non habeant filios in potestate, l. nulla femina, ff. de suis, & leg. hered. per consequens arrogare non possunt.*  
 4 *Imò non omnibus viris, sed sexagenariis tantum arrogare est permissum, d. l. si pater familias, §. fin. nisi tamen aliqua iusta existat causa, puta infirmitatis, ut in d. §. fin. vel nisi arrogator sit coniuncta persona arrogati, ut in eod. §.*  
 5 *Requiritur vitæ, ut ille, qui arrogatur, sit sui iuris, l. 2. ff. de adopt. l. cum in adoptivis, §. fin. C. eod. §. 1. Inst. eod. tertio, necessaria est Principis auctoritas, d. l. 1. & l. fin. ff. de adopt. l. 2. l. 3. l. arrogatores, & leg. adoptivum, C. eod. vel saltem iudicis competentis Decretum, l. 1. & l. adoptio, C. de adopt. quatto requisitus expressus consensus tam vnius, quam alterius, leg. in adoptionibus, vbi glos. & Bart. ff. de adopt. quinto, & si potestatis interuenire debet, l. 1. ff. de adopt. & solemnitas scriptura, leg. nec es permissitur, §. 1. ff. de adopt. l. fin. C. eod. In impubentibus verò aliæ requiruntur solemnitates, de quibus in §. cum autem, Inst. de adopt.*  
 6 *Dicitur autem arrogatio secundum aliquos, vel ab interrogatione, cum mediante stipulatione fieri debeat, §. 1. Inst. de adopt. vel à rogatione, quæ sit Principi, Principis enim licentiam necessariam esse diximus.*  
 7 *Adoptio vero fit, quotiescumque filij familias in adoptionem alteri se tradunt, ut in §. 1. Inst. de adopt. qui tamen non transeunt in potestatem adoptantis, nec patriam potestatem mutant. Quod tamen limitatur, † si auctore materno, vel paternis, existente in medio filio emancipato, nō potest adoptari, ob vinculum enim naturale nepotes adoptati transeunt in potestatem auctoris, ut in d. §. 1. Inst. de adopt. l. si pater familias, l. arrogato patre, ff. eod. l. cum in adoptivis, §. si verò pater naturalis,*

- 10 *C. eod. Et † adoptio fieri potest cum licentia cuiuscumque iudicis competentis, l. 2. ff. de adopt. presumptusque sufficit consensus, d. l. si pater familias, ff. de adopt. ac ideo etiam minor septem annorum in adoptionem dari potest, d. l. in adoptionibus; & quando cumque potest dissolui, §. cum autem impubes, Inst. de adopt. & in quibus differant adoptio, & arrogatio, lo. de Roias in Epitom. success. cap. 16. num. 18. vsque ad finem.*  
 11 *His sic breviter præmissis, videndum est, an, & quomodo arrogati, & adoptati succedant, circa quod animadvertendum est primo, † quod olim bona eorum, qui in arrogationem se dabant, arroganti acquirebantur, l. si pater familias, l. arrogato patre, ff. de adopt. l. si adoptivum, ff. de praeac. §. sed hodie, Inst. de adopt. verum hodie arroganti acquiritur solum usufructus, & proprietas arrogatis remanet in Inst. atq. per arrog. in princip. quemadmodum dispositum est in patre, qui bonorum aduentitiorum tantummodo usufructum habet, leg. 1. leg. cum possessa, C. de bon. q. lib. leg. 1. l. si viua matre, C. de bon. mat.*  
 12 *Arrogatus igitur, vel propter patriam potestatem, vel propter prædictum usufructum, utrumque enim considerant Doctores, arroganti in quattam parte ex testamento succedere debet, quæ ipsi de necessitate est relinquenda, l. si arrogator, ff. de adopt. l. Papinianus, §. si quis impubes, ff. de inoff. testamento, l. 2. C. de adopt. §. cum autem impubes, Inst. eod. † ac propterea si fuerit exclusus, vel exheredatus, & fuerit impubes, habet remedium ex constitutione Divi Pij, de quo in leg. Papinianus, §. si quis impubes, ff. de inoff. testamento, & in l. fin. ff. si quid in fraud. cessat enim querela tanquam remedium subsidiarium, ad tex. in §. 1. Inst. de inoff. testamento: si verò fuerit pubes, querela competit, l. 1. C. de adopt. l. cum l. si arrogator, nu. 53. ff. de adopt. & sic intelligendum esse tex. in d. l. Papinianus, in §. si quis impubes, ff. de inoff. test. & in §. tam autem, Inst. eod. dixit, lo. de Roias in Epit. success. c. 17. num. 9. † Si vero arrogatus fuerit præteritus, cum sit suus, & in potestate, Titiaq. in d. l. si viua matre, in verbo, susceperit liberos, nu. 21. rumpit testamentum l. filium quem pater, §. si vbi glos. in §. ff. de lib. & posth. §. adopt. Inst. de exhered. lib. & ex eadem ratione ipsi competit bonorum possessio contra tabulas, l. non putant, §. in adoptionem, l. si posth. in adopt. ff. de bon. poss. con. sub.*  
 13 *Et quod diximus de quarta arrogatis relinquenda, adeò verum est, ut in ipsa gravari non possunt, dicitur leg. si arrogator, vbi glos. & Bart. num. 9. lo. de Roias loco citato, num. 11. & seqq.*  
 14 *Secundo ampliatur, ut ipsis sit relinquenda quarta, etiam existentibus filiis legitimis, & naturalibus, ante, vel post arrogationem natis, l. si te parens, C. de suis, & leg.*  
 15 *Tertio ampliatur, ut ista quarta ex potentia sustans transmittatur, licet non sit agnita, l. apud hostes, C. de de suis, & leg. Titiaq. in l. si viua matre, in verbo, susceperit liberos, num. 10. C. de reuoc. donat.*  
 16 *Quarto ampliatur, ut testamentum prius factum per arrogationem rumpatur, leg. non putant, §. si quis emancipatus, ff. de contra tab. in princ.*  
 17 *Quinto ampliatur, ut ultra quartam omnia eius bona arrogato veniant restituenda, l. in verbis, ff. de adop. l. 1. C. eod. §. cum autem, Inst. eod. ut in fin.*  
 18 *Septimè autem conclusio circa quartam declaratur primo, ut hodie non sit aucta, vel legitima filiorum, Titiaq. in leg. si viua matre, in verbo, susceperit liberos, nu. 3. C. de reuoc. donat. lo. de Roias loco citato, nu. 22. de quo supra in 1. part. cap. 33. num. 19.*  
 19 *Secundo declaratur, ut hæc quarta non debeat de trahi de omnibus bonis arrogantis, sed de illa parte*

- quam habuisset, si arrogator ab intestato deceffisset, glol. Bart. Bald. & Inf. in d. leg. si arrogator, & de comuni, vbi Inf. num. 52.
- 22 Tercio limitatur, si filius arrogatus aliquam ingratitudinis causam commiserit, iuste enim tunc exheredari posset, leg. fin. ff. si quid in fr. aud. patr. leg. nonnumquam. ff. de adopt. §. cum autem, Inst. eodem, causæ autem sunt illæmet, ex quibus legitimi, & naturales exheredari possunt, de quibus in §. causas autem infra, Auth. ut eum, de appell. cognosc.
- 23 Quarto limitatur, si arrogator sex, vel plures habet filios legitimos, & naturales, & hoc ne sequatur inconueniens, filium arrogatum plus iuris in bonis patris habere, quam legitimos, & naturales, vt per glol. Bart. & Doctores in d. l. si arrogator, & in d. §. sed hodie, Inst. de adopt. Verum, stante communi opinione, quod ista quarta debeat detrahi, non de tota hereditate, sed solum de ea portione, quam ab intestato habiturus fuisset, cessat prorsus hæc ratio.
- 24 Sed ea, quæ diximus de arrogato circa successione ex testamento, cessant in adoptato, cui adoptio non tenetur de necessitate aliquid relinquere, leg. cum in adoptiuo, §. sed nec articulum, C. de adopt. §. sed hodie, Inst. eodem.
- 25 Quod tamen limitatur in adoptato ab auo paterno, vel ab alio ascendente, cum enim tunc euadant in potestatem adoptantis, d. l. cum in adoptiuo, §. si vero, de ipso dicendum est, prout de arrogatio, quod etiam sentit Peregr. de fideicommiss. art. 36. num. 45.
- Supradicta autem omnia procedunt circa successiones ex testamento, † ab intestato enim generaliter concludendum est, tam in arrogato, quam in adoptato, ipsos æqualiter succedere vna cum filiis legitimis, & naturalibus, l. si te parens, C. de suis, & leg. l. cum in adoptiuo, §. sed nec articulum, C. de adopt. l. §. sui heredes, ff. de suis, & leg. §. eadem, & §. sed ea omnia, Inst. de hered. qua ab intest. diff. §. adoptiuo, Inst. de exhered. lib.
- 27 Quod ampliatur procedere, tam si filij legitimi, & naturales sint nati ante adoptionem, vel arrogationem, quam post, vt in d. l. si te parens.
- 28 Secundo ampliatur, etiam quantum ad ius patronatus, Lamb. de iur. patr. in 24. art. 2. quasi. prime. par. 2. lib. 1.
- Vidimus, quomodo adoptari, vel arrogati succedant adoptantibus, vel arrogantibus. Si vero queratur, an succedant consanguineis adoptantis, vel arrogantis, dicendum est, † arrogatos consanguineis succedere, adoptatos vero non, l. cum in adoptiuo, §. sed nec articulum, C. de adopt. §. sed ea omnia, vbi glol. Inst. de hered. qua ab intest. diff. & tradit glol. in leg. qui in adoptionem, ff. de adopt. licet olim de iure veteri, vti arrogat succederent, vt in d. l. qui in adoptionem, & l. prima, §. cognationem, ff. und. cognat.
- 29 Quod tamen limitatur, si adoptio fiat ab ascendente, tunc enim etiam adoptati succedunt consanguineis, d. l. cum in adoptiuo, §. si vero pater, & §. sed hodie, Inst. de adopt. De quibus successione Ioh. de Roias in Epit. success. c. 16. 17. & 18. Dyn. in trac. success. num. 8. Nicol. de Vbald. de success. ab intest. num. 60. & seq. Olivet. Text. de success. ab intestato num. 48.
- Non omitto modo pro summaria cognitione istius materie, quod licet filij adoptiuo in pluribus assimilentur filiis legitimis, & naturalibus, in pluribus tamen differunt.
- 31 Primo, per arrogationem, seu adoptionem non reuocatur donatio, prout reuocari solet per superuenientiam liberorum, ad tex. in l. si unquam, C. de reuoc. donat. Paul. de Cast. in d. l. 2. in fin. C. si in fraud. patron. A-
- lex. conf. 40. vers. nec puto, lib. 4. Inf. in l. generaliter, §. cum autem, vbi etiam Dec. C. de inst. & subst. aliter enim semper esset in potestate donantis donationem infringere, vt considerat Tiraq. in d. l. si unquam, in verbo, susceperis liberos, nu. 3. & 18. quod tamen ipse limitat primo, nu. 12. si pater ex aliquo falso rumore, credens adoptatos esse mortuos, donationem fecerit: secundo, si adoptio fiat ad instantiam donatarij, vt per ipsum num. 25.
- 32 Non profunt adoptiuo, ad consequenda privilegia, quæ dantur ob liberos, l. 2. §. adoptiuo, ff. de vacat. vuner. §. sed adoptiuo, Inst. de excusat. tut.
- 33 Non excusantur vti filij à solutione gabelle, quæ fieri deberet pro omni acquisitione, etiam si à patre adoptante acquirerent, Angel. in d. l. cum in adoptiuo, C. de adopt.
- 34 Statuta loquentia de filiis, non intelliguntur de adoptatis, Bald. conf. 24. lib. 1. & probat Tiraq. loco cit. num. 7.
- 35 Non excludunt vti masculi feminæ, licet statutum adsit, vt stantibus masculis feminæ non succedant, Bald. in d. consil. 24. Tiraq. loco cit. num. 9. Brun. de stat. quod stant. mascul. art. 12. nu. 9. & seqq. quod ampliat, vt per ipsum.
- 36 Concessio feudi, vel Emphyteusis facta pro se, & filiis, non comprehendit adoptatos, Tiraquell. loco cit. num. 12.
- 37 Quarta, quæ arrogatis debetur non esse ipsis relinquenda titulo institutionis, vel est dispositum in legitima filiorum; scribentes communiter in d. leg. 2. ff. de adopt. de quo supra in 1. part. cap. 33. num. 10.
- 38 Non excludant fideicommissarium, de quo latissime per Menoch. de presumpt. lib. 4. presumpt. 82. & Peregr. de fideicommiss. art. 22. num. 9. & seq.
- Et de his, ac similibus differentis videri potest Tiraq. in d. l. si unquam, in verbo, susceperis liberos, à nu. 2. vsque ad num. 25.

## SVM MARIVM.

- 1 Spuriorum duo genera.
- 2 Spurij nec ex testamento, nec ab intestato patri succedunt.
- 3 Spurij nati ex coitu non punibili patri succedunt ex testamento, vti naturales tantum, & num. 5.
- 4 Spurij dum in legibus generaliter excluduntur, ab intestato veniunt in aliquid.
- 6 Spurius relinqui aliquid potest pro alimentis; & ipso mortuo ad quem reuertitur illud relictum.
- 7 Spuria filia relinqui potest dos; Et ipsa mortua ad quem reuertitur illa dos. Et qua in proposito sit dos congrua, remissive, num. 8.
- 9 Spuria si habeas vnde ex sese dotet, non est relinquenda dos.
- 10 Spuria maritus si decedat, an heredes patris possint dotem in aliquo repetere.
- 11 Spuria decedente, dos à patre ipsi data reuertitur ad heredes patris.
- 12 Spurius institutus vna cum capace succedit.
- 13 Spurius succedit ratione communionis contractæ cum instituto à patre.
- 14 Spurius denuntians sisco relictum paternum, eius medietatem acquirit.
- 15 Spurius religionem ingressus institui potest.
- 16 Spurius institutus à patre, cum hoc, quod hereditatem alteri restituat; an succedat, si substitutus repudiet hereditatem.
- 17 Spurius institui potest à patre, qui non sit soluendo.
- 18 Spurio benemerito aliquid relinqui potest.

- 19 Spurijs legitimis institui possunt, remissive.  
 20 Spurijs, ut possunt institui, plures cautelae tradunt Doctores, remissive.  
 21 Spurijs an matri succedant de iure Digestorum, & quid de iure Codicis, num. 22. & quid demum de iure nouissimo, num. 23, 24. & 25.  
 26 Spurijs nil penitus relinquere possunt persona Ecclesiastica nec ratione dotis, seu alimentorum, quod secundum aliquos declaratur, nu. 27. sed quid obseruetur, num. 28. cautela, num. 29.

## De Spurijs.

## CAP. XXI.

**L**icet nomen hoc spuriorum generale sit, & aptum comprehendere omnes ex illegitimis, quocumque modo nuptiis procreatos, leg. vulgo, ff. de stat. num. attamen duo verè sunt spuriorum genera, gloss. in leg. penult. C. ad Orf. Alexand. consil. 144. num. 15. Bart. in leg. fin. ff. de his, quibus ut indig. Alij enim sunt nati ex concubitu, qui paniti, ac vindicari possit, vt ex adulterio, stupro, incestu, vel ex aliquo alio damnato coitu, s. item lex Iulia, Instit. de public. ind. Alij verò sunt nati ex mulieribus, quarum amplexus nulla poena puniatur, leg. si ea, C. de adulter. vt nati ex publicis meretricibus, vel ex alijs mulieribus abiectis, in quibus nec stuprum: nec incestum, nec adulterium cadat, Crauet. consil. 166. nu. 6. Bartol. & Angel. in leg. si vxor. ff. de adulter. sic distinguendo docuit Paleot. de Noib. cap. 40. num. 2. Nicol. de Vbald. de success. ab intestato, nu. 39. & seqq. pari. 1. Oliuet. Text. de success. ab intestato, num. 39. part. 1.

His sic breuiter præmissis, si queratur an spurij aliquo modo succedant, generaliter respondendum est, ¶ nec ex testamento, nec ab intestato succedere posse, Bart. in l. fin. ff. de his, quibus ut indig. Old. eod. lib. 2. & cons. 206. lib. 1. quam conclusionem generalem tam in primo, quam in secundo genere spuriocum ponit Nicol. de Vbal. loco proxime cit. lo. de Rojas in Epitom. success. c. 20. & esse communem omnium calculi firmatam, dixit Paleot. de Noib. c. 40. quã ampliat quadraginta quatuor modis lo. de Rojas loc. cit. eamque confirmat Hond. consil. 68. n. 17. & seqq. lib. 1. dualque præcipue solent adducere rationes; prima, quia ex nefarijs fuerunt concepti nuptiis, quas lex odio habet, secundo quia iustus dicitur pater, vnde non est conueniens eos ad successionem certe personæ vocare.

- 3 Paleot. tamen loco cit. ex cententia Alciat. parerg. 4. c. 5. in fin. Crauet. in consil. 166. nu. 9. & Boer. in decis. 127. existimat, quantum ad successionem, maximam adesse differentiam inter spurios natos ex damnato coitu, ac lege punibili; & eos, qui nati fuerint ex coitu permissio, quos ex testamento succedere posse existimat, cum enim talem coitum lex non puniat, existimandum est, quantum ad successionem ex ipso natos non damnare, nec incertitudo aliquid operari potest, cum testator se patrem declarat. ¶ Et licet Imperator sæpè spurios excludat, vt in §. si quis, & in §. considerare, Auth. quibus mod. natur. eff. sui, loquitur tamen illis in locis ab intestato, non autè ex testamento: nec rex. in §. ne igitur, eiusdem Auth. de successionem ex testamento mentionem faciens, ita certam concubinam, certosque filios requirit; imò in §. fin. sit mentio de natis ex nefarijs nuptiis, damnatoque coitu. ¶ Ex æquiori igitur, & veriori sententia regula supra posita, vt spurij non succedant ex testamento, limitatur in spurij natis ex coitu non damnato, qui testamentarie

successionis erunt capaces, vt de naturibus diximus supra, & Paleot. declarat loc. cit. in fine.

- 6 Secundo limitatur, si spurij fiat legatum pro alimentis, e. enim haberet, de eo, qui dux. quam voll. per adult. e. per venerabilem, in fin. qui filij sine legit. Bart. in Auth. ex complexu, C. de incest. nupti. quod procedit tam in primo, quam in secundo genere spurijs; u. Paleot. loc. cit. c. 46. nu. 5. reiecta distinctione Bald. in d. Auth. ex complexu, existimantis, solum illis spurij alimenta debent, qui nati sunt ex coitu non damnato: & hanc limitationem triginta ampliationibus exornauit lo. de Rojas in Epitom. success. c. 21. & patrem tenent alere filij spurium, declarat latè Surd. de aliment. tit. 1. g. 10. & extendit ad auum respectu nepotum, qui essent spurij. Et an idè sit in matre, Paleot. loc. cit. c. 48. Cum igitur legatum valeat solù ratione alimentorum, sequitur, vt si relictum fuerit prædictum spatio pro alimentis, ipso mortuo, prædium reuertatur ad hæredes patris, mortuo enim spatio cessat causa alimentorum, & per consequens legatum. Et idem esset in dote data filijs spurij, quæ pariter redire deberet ad hæredes patris, Surd. de aliment. tit. 1. g. 7. nu. 3. Animaduertendum tamen est, id locum sibi non vindicare, si illum relictum fuerit factum pro taxatione omnium futurorum alimentorum, non quod ex fratribus rei relictæ spurij se aleret, sed quod illud relictum, seu prædium loco futurorum alimentorum haberet, vel quod filia loco alimentorum dote illa deberet esse contenta, tunc enim & relictum, & dos ad hæredes spurij spectaret, Menoch. de arbit. casu 170. num. 25. & 26. Tutet. consil. 31. nu. 27. Cabal. consil. 154. nu. 2. Rota decis. 395. nu. 1. sollicitum per Farmac. pari. 2. Et ex quantitate rei relictæ, ac dotis datæ argui posset, an tota quantitas fuerit data pro omnibus futuris alimentis, vt per Rotam loco citato.
- 7 Tertio limitatur respectu dotis filij spurij relictæ, cum enim pater tenetur spuriam alere, & ipsam dote debere dicendum est, qui enim alere tenetur, & onus dotandi habere solet, Bartol. in Auth. resque, C. eod. de leg. ad quod confert rex. in cap. auum hæredes, de eo, qui dux. quam voll. per adult. ubi dicitur, patentes tenent spurij pro modo facultatum necessaria subministrare, & necessaria dicitur dos, l. prima, in fin. ff. sol. matrim. cū sine ipsa nubere non possit, vt dixit Bart. in d. Auth. ex complexu: aliter inuirtetur quodammodo ad peccandum in proprium corpus, arguimento rex. in §. ob id quoque in fin. Auth. vt cum de appell. cognosc. & in leg. palam, §. non est, ff. de rit. nupti. Cap. decis. 181. & optime probat Paleot. de Noib. cap. 49. qui alletit toto celo aberrasse contrarium sentientes, & huius opinionis semper fuisse Barth. vt in l. fin. ff. de his, quibus ut indig. au l. Menus, §. duobus, quest. 3. ff. de leg. 2. & in l. fin. §. 1. ff. de his, que in fraud. credit. & licet in consil. 119. & in l. v. xerem, §. pater, ff. de leg. 3. nec non in leg. 1. n. 1. ff. sol. matr. contrarium alletere videatur, tamen intelligendum esse secundum limitationes, de quibus infra: ipsa autem mortua, ad quem dos reuertatur, dictum fuit supra nu. præcedentis, ¶ & quæ in proposito dicatur dos congrua, & declarat Paleot. loc. cit. cap. 50.
- 9 Quæ tertia limitatio sublimitatur primo, si filia spuria habeat ex se vnde se dotare possit, & ita intelligendus est rex. in d. l. vxor. §. pater, ff. de leg. 3. ex alia enim causa pater erat debitor filij spurij: & in his pariter terminis locutus fuit Bart. in d. l. 1. nu. 1. ff. sol. matrim.
- 10 Secundo limitatur, si constituta dote à patre, vt filij spurij decedat, tunc enim hæredes patris possunt reuocare dotem à spuria pro illa quantitate, quæ cau-

fam alimentorum excederet non obstante etiam prescriptione 30. annorum, & in his terminis consuluit Bart. in d. conf. 119. & rationem esse dicunt, quis mortuo viro, spuria non dicitur habere dotem à marito, sed à patre, vnde videtur à patre quodammodo ex fideicommissio capere, quod lege prohibetur, cum filie spurie nec directè, nec indirectè aliquid præter causam alimentorum relinqui possit, prout etiam tenuit Bart. in l. fin. §. 1. ff. qua in fraud. cred. & in d. l. Memus, quam sententiam contra Bal. in conf. 456. lib. 5. probat Paleot. loc. cit. cap. 51. Verum cum dos iam fuerit data loco alimentorum, licet posset dici in aliquo excedere ipsorum necessariam quantitatem, non videtur tamen competere aliquam reuocationem, quid enim si iterum nubere vellet? nõne illam eandem dotem habere deberet, quæ semel congrua reputata fuit? quomodo igitur ea viuente hæredes patris possent ipsam in aliquo diminueret? præcipuè cum dum vidua est, in his, quæ eius concernunt fauorem, dicantur esse in matrimonio.

Et cum pater teneatur solum dotare spuriam ratione alimentorum; inferunt, vt mortua spuria etiam cum filiis, dos ad hæredes patris reuertatur, ita vt nec etiam propriis ipsam filiis relinqueret possit, Rip. in d. l. 1. num. 67. ff. sol. matr. Crau. consil. 186. num. 16. ac ideo Bart. in l. fin. num. 7. ff. de his, quib. vt ind. præbet consilium, vt mariti similitum vxorum procurent, vt patentes dotem, quam spurie tradant, etiam ex ipsa nepotibus relinquant. Verum si spuria decedat cum filiis ipsa enim sine filiis decedente, quid dicendum sit, posuimus supra num. 6. hæc opinio videtur admodum inhumana; verum enim est, dotem dari loco alimentorum, hoc est, vt quemadmodum non nubenti debentur alimenta, sic nubenti debeat dos, non autem, vt dos solum pro alimentis sit danda: datur enim dos ad sustinendam onera matrimonij, & maximum matrimonij onus est alere filios; vnde ipsa dote non solum vxor, sed etiam filij ali debent, Ruin. cons. 124. num. 9. lib. 1. vnde conueniens est, dotem ipsam etiam ad filios transire, in quam sententiam inclinat Paleot. loc. cit. cap. 51.

Quarto limitatur supra posita conclusio, spurios ex testamento capere non posse, si spurius à patre instituitur vna cum capace, tunc enim valet institutio l. in senatus, ubi Ang. ff. de inst. & subst. & donec legitimum iura à Principe consequatur, hæreditati iacenti datur curator, l. si quis instituat ff. eod. quod licet multi negent, vt Goz. d. conf. 21. frequentiore tamen esse hanc opinionem dixit Paleot. loc. cit. cap. 45. sub num. 2. quam tenuit Bal. in l. fin. C. vnd. cogn. num. 26. in conf. 146. lib. 1. & in conf. 72. lib. 5. Et hoc casu potest natalibus restitui, etiam agnatis ignorantibus, vel reclamantibus: quod alias non liceret, nisi à patre hæc condicio fuisset apposta, l. pen. de nat. rest. l. Dinius, ubi Bart. de sur. aut. ann.

Quinto limitatur, si instituitur persona, quæ cum filio spurio societatem omnium bonorum contraxerit, Bart. in l. fin. qui ff. de lib. leg. Bal. in l. 1. C. pro soc. in 14. quasi. ob communionem enim multa conceduntur, quæ aliis non conceduntur, Io. de Roias in Epit. tom. success. cap. 24. num. 3.

Sexto limitatur, si pater aliquid occultè filio spurio relinquat, & ipse spurius id spontè fisco denunciaret, tunc enim ob hanc spontaneam denunciationem consequitur dimidium portionis sibi relicte, l. edicto, §. extat, l. Senatus, §. Senatus, & l. eum iactum, de sur. fise. si tamen illud relictum ad agnatos, non ad fiscum pertinet, Cepol. eant. 58. in 6. casu.

Septimo limitatur, si spurius religionem ingressus fuerit, tunc enim institui posse volunt, Marf. sing. 273. vers. sicut etiam: idem contra Decium defendit Paleot. in d. cap. 45. num. 5. ad quod conferunt inferius tradita in cap. 26. circa fin.

Octauo limitatur, si spurius ita à patre instituitur, vt hæreditatem statim alteri restituat, quo casu, si fideicommissarius hæreditatem repudiet, ad ipsum spurium hæreditas pertinet tamquam à fideicommissario, & non à patre proueniens, Cep. eant. 38. in 2. casu; quod tamen sine scrupulo non transire, dixit Paleot. loc. cit. num. 10. tum ob suspicionem fraudis, tum etiam quia in substitutione videtur conditio, si voluerit; vnde si noluerit, videtur spurius à patre vocatus, quod fieri nequaquam potest.

Nono limitatur, si pater non sit solvendo, tunc enim spurium instituere potest, l. si quis solidum, ff. de hered. Inst. ad quod conferunt tradita per Bald. in l. eant, quam, in fin. C. de fid.

Decimo limitatur, si filius spurius sit benemeritus patris, voluit enim tunc in aliquo institui posse loco remunerationis, Bal. in conf. 67. lib. 1. Tit. in l. si vnamquam, in verbo, donatione largitus, num. 21. C. de reuoc. donat. Ruin. cons. 114. in princ. lib. 1. Io. de Roias in Epit. tom. success. cap. 23. Quod tamen declarandum est procedere, si verè, & realiter de meritis constet, cum affectioni patris non sit standum: secundo requiritur, vt merita sint æqualia donationi, ad quod conferunt dicta superius pars prima, cap. 11.

Vndecimo limitatur in legitimatis, qui possunt institui: sed de legitimatis infra particularibus capitulis erit videndum.

Plures alias hic possem cumulare limitationes, quas cautelas vocant Doctores, ad hoc vt spurius institui possit, verum, cum vt plurimum non careant fraudis suspicionem, eas omitto, videri potest Cep. in d. eant. 38. Fetet. eant. 41. Dilect. de art. test. sit. 1. eant. 24. Paleot. in d. cap. 45. sed an sint veræ, ac sustineri valeant, Io. de Palat. in l. 1. C. de delat. lib. 10. Rol. in Flor. ult. vol. in 1. rub. 19. Ruin. cons. 139. num. 9. lib. 5. Io. de Roias in d. cap. 24. in fin. & circa regulam supra positam; spurios nec ex testamento, nec ab intestato succedere, vltra Paleot. in cap. 53. & 54. videri possit Roias in eant. tract. c. 20. qui ad hanc regulam quadraginta, & quatuor ampliationes cumulat.

Vidimus hæc casus, an spurij patri succedant; sed eandem intelligenda sunt respectu matris videamus: Et omissa disputatione, dicendum est, primo, de iure Digestorum, spurios tam ex testamento, quam ab intestato simul cum filiis legitimis, & naturalibus matribus succedere, l. hac parte, l. spurius, l. modestissimus, ff. vnd. cogn. l. 1. §. sed vulgo quasi, ad l. C. Tert. l. si suspensa, ff. de inoff. testam. & probat tex. in §. nouissimè, Inst. ad Orfic. & in §. vulgo quasi, Inst. de success. cogn.

De iure verò, C. id limitatum fuit in mulieribus Illustribus, l. si qua Illustris, C. ad Orfic. quæ autem in hac materia dicantur illustres, docet Roias in d. tract. cap. 26. num. 4. & seqq.

Et demum de iure Auth. res aliter fuit definita, vt nempe spurij illi, qui nati sunt ex coitu de iure punibili, nec etiam matribus succedant, siue dicamus ex testamento, siue ab intestato, etiam legitima prole non existente, §. fin. Auth. quib. mod. nat. off. sui, & hanc esse communem opinionem, dixit ex aliorum mente Io. de Roias in d. cap. 26. num. 18. isti enim filij, vt odiosi, omni legis beneficio carent, Auth. licet. C. de natur. lib. Auth. ex complexu, C. de incest. nupt. d. §. fin. Auth. quib. mod. natur. off. sui.

24 Illi verò, qui nati sunt ex coitu non punibili, matribus succedunt vna cum filiis legitimis, & naturalibus, ac propterea ipsis competit quærela in officio testamenti, l. si suscepta, §. de inofficio, ff. de inoff. testam. & idem dicendum est in nepotibus d. l. Modestinus, & d. l. l. hac parte: substitutos excludunt, ac alii filiorum privilegio fruuntur, quod firmat, & ampliat Roias loc. cit. nu. 41. & seqq. & tradit etiam Surd. de alim. tit. 1. quæst. 15. Et solum id limitatur in mulieribus illustribus, quibus legitima prole existente, filij spurij, etiam si non sint nati ex coitu non damnato, non succedunt d. l. si qua illustris, & docet Oliuer. Text. de success. ab intest. num. 39.

26 Hæc tamen omnia, quæ diximus circa spuriarum successiones, limitatur hodie in personis Ecclesiasticis: quæ nec etiam de propriis peculiis possunt propriis (spuriis: vel alienis, nec etiam ratione alimentorum, vel dotis aliquid relinquere, etiam si fuerint legitimati, ut habetur in Bulla Pij V. edita de ann. 1576. in ordine 117. quæ licet videatur solum tollere facultatem disponendi de iure speciali, non autem de iure communi, Rot. decis. 437. decis. 438. & decis. 103. part. 1. d. uers. Nauar. cons. 5. de testament. & fuit resolutum in Tiburtina Parochialis 28. Ianuarij 1611. coram Cardin.

27 Sacro: ex quo videtur declaranda Bulla, ¶ ut non auferat ius disponendi ad favorem illegitimarum ex causa alimentorum, & dotium; cum illegitimi, & dotati, & alimentari possint non solum de bonis patrimonialibus clericorum, ut in dictis decisionibus, sed etiam in subsidijs de Ecclesiasticis. Lnp. de illegit. con. 2. §. 1. nu. 11. vel ex bonis per ipsos indistincta, & labore quæsitis Nau. d. cons. 5. Cum enim parentibus sit innumerum onus alendi filios illegitimos, cap. cum haberet, de eo, que duxit in Vxor. absurdum videtur asserere, Pium V. pijsimum, & iuris, & ordinis obseruantissimum contrarium Ratuerit voluisse. ¶ Attamen in Camera Apostolica contrarium servatur, ut in vna Cefenat. bonoriam, in vna Romana de Santacutus, in alia Senogallensi bonorum. Et in alijs passim, in quibus etiam agebatur de bonis patrimonialibus. Vnde ¶ Clerici volentes dotare filias illegitimas, necessarium est, ut licentiam impetrent à Summo Pontifice disponendi ad favorem illegitimarum de aliqua certa summa: Non est enim tatum id, quod aliqui dicunt impetrare cessionem à R. Camera, tractando cum Illustrissimo D. Thesaurario, vel Commissario Camere, quia Camera in rei veritate non potest in huiusmodi bonis aliquid pretendere; constitutio enim Pij V. defert bona in casu contraventionis venientibus ab intestato; cum quibus in contingencia facti tutius esset transigere.

## S U M M A R I U M.

- 1 Naturales in ultimis voluntatibus non continentur appellatione filiorum, ac ideo non excludunt substitutum, & quid secundum iura Auth. num. 2. quod ampliat, etiam si fuerint legitimati, num. 4. quæ conclusio in aliquibus casibus minorum habet difficultatem, nu. 5. qui casus enumerantur, num. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. & 16. secus si testator expressè, vel tacite disposuerit, n. 17. & nonnulla recensentur coniectura tacita voluntatis, d. num. 17. 19. 20. 21. 22. 23. 24.
- 2 Naturales an excludant substitutum, est questio voluntati.
- 18 Condicio si decesserit sine filiis in his, qui absque peccato filios procreare non possunt, habetur pro pura.
- 25 Naturales in ultimis voluntatibus non continentur appellatione filiorum, etiam si de ipsis fiat mentio non sub

condicione, sed purè, quod ampliat, nu. 26. 27. 28. 29. limitatur num. 31.

- 30 Tempus conditionis eventus attenditur, quotiescumque oratio refertur ad tempus futurum.
- 31 Proximitas ultimi decedentis attenditur in substitutionibus.
- 33 Naturales in studio non veniunt appellatione filiorum, Et quid in Emphyteusi, numeris seqq.
- 34 Emphyteusis concessa pro se, & filijs non comprehendit naturales: ubi numeris seqq. de rationibus. Et in Emphyteusi Ecclesiastica nulla est dubitatio, num. 37. sed idem dicendum, si concedatur à privato, num. 38. limitatur num. 40.
- 35 Emphyteusis concessa pro se, & filijs non transit ad fixum.
- 36 Vocati dubio illi dicuntur, quorum ab intestato potior est causa.
- 39 Naturales in contractibus non continentur appellatione filiorum.
- 41 Emphyteusis recepta scilicet pro se, & filijs an comprehendat naturales.
- 42 Naturales in statutis non continentur appellatione filiorum.
- 43 Soror exclusa à fratre vigore statuti, an intelligatur exclusa à fratre naturali tantum, remissivè.

Appellatione filiorum, an continentur naturales tantum.

## CAP. XXII.

Dicta superius de illegitimis, ut plurimum eorum successiones respiciunt, verum, quis etiam aliæ differentie oriri solent inter fratres legitimos, & illegitimos, de ipsis in presenti capitulo nonnulla attingere decrevi; omnia tamen ad hanc satis ventilatam quætionem reducendo, an appellatione filiorum continentur naturales tantum, in qua constituitur regulam, cui illas adoptabo ampliationes, ac limitationes, quæ ad materiam fratrum spectare videbantur, aliis omisis, quæ apud Doctores infra citandos videri poterunt.

Præfens quæstum, ut aliquo ordine procedam, duo habet capita, primum respicit ultimas voluntates, secundum dispositiones inter vivos.

- In ultimis voluntatibus sui diu anceps, an debetem constituere regulam affirmativam, vel negativam, pro utraque enim parte non desunt fautores, sed remelius perpenda observavi, non posse constitui regulam, nisi negativam ¶ filiorum nempe appellatione in ultimis voluntatibus non contineri naturales tantum, ac propterea non excludere substitutos, quæ verè fuit opinio Bar. in l. ex factis, §. si quis rogatus, ff. ad Trebel. Ticaq. in l. si vovimus, in verbo, suscepit liberum, nu. 56. C. de reuoc. donat. & de retr. ad legem, §. 31. glo. 2. num. 13. Contr. lib. 1. Miscel. iur. cap. 7. Ludovic. de Sardin. de legitimat. part. 2. cap. de appell. natural. quæst. 4. n. 6. Ccual. in lib. commun. contra commun. quæst. 164. Theaur. decis. 196. num. 6. alios plures citat post alios Fusat. de subst. quæst. 406. num. 2. & dicunt probari in d. §. si quis rogatus, in l. fin. ff. de iur. d. lib. & in l. cum pater, §. voto, ff. de leg. 2. quibus in locis probatur, filios naturales non comprehendi, nisi testator hoc declaraverit, ergo si testator id non declaraverit, in contrariū erit constituenda regula. Nec dicatur, alios: & longè plures in contrariū regulam constituisse, ut Odd. de comp. d. subst. part. 6. art. 6. vers. an naturales tantum, Crull. in §.

- fiduciamissum, quæst. 57. Alex. Trentac. de substit. part. 4. cap. 7. Mant. de const. ultim. volunt. lib. 11. tit. 9. nu. 2. Sim. de Præz. de interpretat. ultim. volunt. fol. mihi 325. num. 35. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 78. nu. 1. Peteg. de fraticommo. art. 18. num. 43. & seqq. Intrigl. de substit. cent. 3. quæst. 64. Fachin. controuer. sur. lib. 4. cap. 52. Gall. de except. tit. 4. except. 27. num. 121. & seqq. part. 2. Rustic. in l. cum Auis, lib. 3. cap. 1. num. 84. & seqq. alios plures citat Fusarius de substitution. quæst. 406. nu. 1. & post ipsum Merenda controuer. sur. lib. 4. cap. 18. nam omnes qui pro naturalibus regulam ponunt, declarationem, seu limitationem addunt, quæ prorsus regulam destruit, dicunt enim, id non procedere, si testator sit persona honestæ vitæ, ita ut inconueniens sit, eius domum, & cognationem ad bastardos deuenire, sic declarat Odd. d. art. 6. nu. 5. Grass. in d. quæst. 37. nu. 3. Mant. d. tit. 9. lib. 11. num. 5. Trentac. in d. cap. 7. num. 29. Sim. de Præz. loco citato, Menoch. in d. præsumpt. 78. num. 23. & seqq. Gall. in d. except. 27. num. 124. Rust. in d. cap. 1. num. 94. & seqq. Fusar. in d. quæst. 406. num. 9. & ita optimè declarat Rot. in decis. 145. nu. 10. f. de iur. delib. per Farin. part. prima; & alij passim; sed quis est ex testatoribus, qui secundum eius gradum, & statum non existimet, se esse honestæ conditionis, & famæ? Et cum id regulare sit; regula etiam erit constituenda, naturalem non excludere substitutum; aliter asserere oporteret, plures esse testatores malæ conditionis, & famæ, quam honestæ. Nec dicas ultra bonam conditionem requiri etiam, testatorem esse in aliquo dignitatis gradu constitutum, ut de habente aliquam iurisdictionem, de consiliario Principis, de Doctore, de Medico, de Equite, de Comite loquuntur Mant. in d. tit. 9. lib. 11. num. 7. Menoch. in d. præsumpt. 78. num. 24. & 25. Fusar. in d. quæst. 406. à num. 9. usque ad nu. 16. nam hæc sunt exempla, quæ regulam ipsam non restringunt, quæ habet, hominem honestæ vitæ non præsumi naturalibus tantum excludere voluisse substitutum, ut per Rot. in d. decis. 145. num. 10.*
2. Paleot. tamen de Nub. cap. 17. num. 2. hanc regulam intelligit secundum iura antiqua, secundum quæ naturales tantum ab intestato in nihilo succedebat, unde non est mirum non excludere substitutum, illi enim regulariter vocati censentur, qui legitime succedere possunt, Soc. in leg. cum auis. num. 65. de cond. & demon. strar. & illa conditio, si sine liberis, intelligitur apposita ad fauorem liberorum; Alex. cons. 109. & consil. 185. lib. 2. unde si non possunt succedere, non est quod excludant substitutum; verum cum hodie, dicit ipse, naturales ab intestato in duabus viciis succedant, *Amb. lires. C. de natur. lib. 1.* illis duabus viciis excludit substitutum: quod tamen falsum esse non dubito, prout etiam est de directo contra illorum omnium mentem, qui generaliter dicunt, naturales tantum non excludere substitutum: nec obstat ratio Paleot. nam primum hic non agitur de successione ab intestato, sed ex testamento, & ex testamento legitimis non existentibus naturales in toto succedere possunt, ergo sequeretur, secundum hanc rationem, ut naturales in dispositionibus testamentariis semper excludere deberent substitutum, si exclusio penderet à posse, vel non posse succedere, sed consequens est falsum, ergo & antecedens. Præterea, non agitur hoc casu de bonis patris ipsius filij naturalis, in quibus succedit ab intestato in duabus viciis, sed de bonis testatoris, in quibus omnibus succedere posset accedente testatoris voluntate. Ratio igitur quare naturalis non excludat substitutum, non est quia naturales non succedant ab intestato, sed quia non est præsumendum,
- testatorem voluisse bona sua pertinere ad illegitimos, quæ ratio locum sibi vendicat tam respectu illarum duarum viciarum, quam totius hereditatis: ac
3. Propterea hæc quæstio, an filiorum appellatione in ultimis voluntatibus contineant naturales, voluntatis dicitur quæstio, ut habetur ex Iuriconsulto in d. 5. si quis rogatus, & cum sit plus facti, quam iuris, plurimum ab arbitrio Iudicis pendet, ut dicit Rot. in d. decis. 145. num. 12.
4. Ampliatur conclusio supra firmata, etiam si isti naturales essent legitimati, nam legitimatio non operatur in præiudicium vocatorum, præcipue si fuerit facta cum clausula solita, sine præiudicio venientium ab intestato, si enim hæc clausula præseruat ius transfusilibus, tanto magis præseruabit ius substitutis, ut argumentatur Rot. decis. 182. nu. 8. & 9. f. de iur. per Farin. part. 1.
5. Et hæc conclusio, naturales non excludere substitutum, in aliquibus casibus, & nonnullis concurrentibus, minorem haberet difficultatem, quos breuiter annu.
6. Primo, si de veris, vel iustis filiis fieret mentio, l. fin. ff. de iur. delib. Peteg. in d. art. 18. nu. 39. vel alia adessent verba denotantia filios legitimos esse debere, de quibus per Menoch. in d. præsumpt. 78. num. 67.
7. Secundo, si adessent etiam filij legitimi, & naturales, in concursu enim legitimorum, & naturalium certum est, naturales tantum non excludere substitutum, ut per Rot. in d. decis. 182. num. 7.
8. Tertio, si non fuisset probatum illa concurrere requisita de iure ciuili necessaria ad hoc, ut quis possit dici naturalis, nempe ut esset natus ex muliere domi retenta in schemate concubinæ, quod esset vnica, quod cum ipsa potuisset contrahi matrimonium, quod fuisset vti vxor retenta, vna cum aliis, de quibus supra hæc eadem verba parit, cap. 19. his enim non concurrentibus, naturales non excluderent substitutum, secundum etiam eos, qui regulam affirmatiuam constituunt, ut censuit Rot. in d. decis. 45. num. 12. & in d. decis. 182. num. 6.
9. Quarto, si testator esset persona in aliqua dignitate constituta, iuxta ea, quæ superius diximus sub nu. 1. de quo latissime Menoch. in d. præsumpt. 78. num. 23. & pluribus seqq. nisi tamen ex eodem testamento apparet, tunc testatorem etiam naturales honorare voluisse, ut per Menoch. loc. cit. num. 31. & sequuntur alij, quos citat Fusar. in d. quæst. 406. num. 11.
10. Quinto, si honestæ personæ grauatæ non admitteret, ipsam habere filios naturales, ex gr. si pater institueret filia, ipsamque grauaret, ut decedente absque filiis restitueret tertio, cum ignominiosum sit feminis habere filios naturales tantum, non est existimandum testatorem de ipsis cogitasse, & voluisse ipsos excludere substitutum. Odd. de comp. in 6. part. art. vlt. versic. limita quarto, Molin. de Primog. lib. 3. c. 3. num. 34. plures citat, & sequitur Menoch. in d. præsumpt. 78. nu. 57. & seqq. qui id extendit ad quamicumque aliam feminam hac conditione grauatam: Nec obstat quod multi asserunt, naturales feminis succedere, ac ideo debere excludere substitutum, nam posse, vel non posse succedere non est in causa, ut naturalis excludat, vel non excludat substitutum; & quæmodum in filiis non est præsumendum testatorem intellexisse de filiis naturalibus tantum, ita etiam dicendum est, in aliis feminis ab ipso institutis, dummodo sint honestæ conditionis, cum enim mulier peccans in proprium corpus efficiatur infamis, non est existimandum, testatorem cogitasse, mulierem ab ipso institutam, deuenturam esse ad hanc infamiam, & docent plures, quos



- quos citat Fufar. in d. quæst. 406. num. 19.
- 11 Sexto, si testator instituerit filium, ipsoque decedente absque filiis substituerit alium filium, non est enim credendum, hoc casu patrem voluisse filium naturalem filij instituti excludere alium proprium filium legitimum, & naturalem substitutum, Odd. loc. cit. l. i. Menoch. in d. præsumpt. 78. num. 60.
- 12 Septimo, si grauatius tempore conditi testamenti habeat filios legitimos, & naturales, existimandum enim est, tunc testatorem de illis filiis cogitasse dum ipso decedente absque filiis tertium substituit, non autem de naturalibus tantum, ut per Caltr. in d. l. si quis rogatus, n. 7. quod probat Menoch. in d. præsumpt. 78. num. 61. & seqq.
- 13 Octauo, si fuerit substituta Ecclesia, vel alius pius locus, qui à filio naturali non diceretur exclusus, ut post alios probat Menoch. loc. cit. num. 66. quod tamen admodum est controuersum apud Doctores, ut videri potest per Fufar. in d. quæst. 406. num. 47. & seqq.
- 14 Nonno, si naturales inluper essent spurij, de quibus testatorem intellexisse, non est præsumendum, Menoch. loc. cit. num. 68. Rota in d. decis. 145. num. 11. secus tamen esset, si de filiis naturalibus expressè locutus fuisset testator, cum etiam spurij sint naturales, ut distinguere videtur Menoch. in d. præsumpt. 78. nu. 69.
- 15 Decimo, si filij tacite sint positi in conditione ex legis dispositione, ut in casu legum cum auis, ff. de condi. & demonstr. tunc enim naturales non excludunt substitutum, ut post alios dixit Menoch. loc. cit. nu. 74.
- 16 Undecimo, si mulier hæredem fecerit proprium vicum, & ipso decedente absque filiis alium substituerit, non est enim tunc credendum, uxorem voluisse excludere substitutum per filios illegitimos proprii viri, Capra in conf. 142. num. 1. & 7. Menoch. loc. cit. nu. 75. Fufar. loc. cit. num. 18.
- 17 Limitatur modo generaliter supra dicta conclusio, de qua supra num. 1. si aliter expressè, vel tacite mandauerit testator, qui rebus suis legem imponere potest, unde solum est dubitatio, an, & quando testator de naturalibus tantum tacite intellexisse præsumatur, circa quod nonnullas annuam coniecturas à Doctores consideratas, & sit illa prima, si substituerit illis, qui solum naturales liberos, lege non repugnan- te, habere possunt, ut sunt furiosi, l. hæredibus, §. si ff. ad Treb. intelligi enim debent verba secundum conditionem illius, in quem conferuntur, l. plenam, §. 2. quiri, ff. de usu, & habit. Pereg. in d. ar. 1. 18. num. 40. Dixi, lege non repugnante, nam in his, qui solum spurios, ut Clerici, procreare possent, illa conditio haberetur pro pura, ut optime docet Paleot. de Noib. c. 18. in fin. ac ideo decedente Clerico substitutioni statim esset locus, & probat Pereg. loc. cit. num. 41. & seqq. & voluit Thesaur. decis. 163. & Menoch. in d. præsumpt. 78. relatis num. 42. & seqq. variis opinionibus tandem hanc Paleot. dicit sibi magis probari.
- 19 Secunda est coniectura, si testator in aliqua parte testamenti de ipis naturalibus cum aliquo commo- do, vel honore mentione fecerit, l. qui filibus, l. si ser- uis plurimum, §. fin. ff. de leg. 1. Bart. in d. l. si quis rogatus, Trentac. de substit. part. 4. cap. 7. nu. 28. vers. supra dicta, Fufar. in d. quæst. 406. num. 7.
- 20 Tertia sit coniectura, si in loco conditi testamenti statutum adußer, vel consuetudo, quæ quantum ad successionem æquaret naturales legitimis, & natura- libus, Alex. in d. l. si quis rogatus, num. 10. Bart. in d. l. hæredibus, §. primo, ff. ad Trebel. Fufar. plures citans loc. cit. num. 5.
- 21 Quartam addunt, si & ipse testator esset naturalis,
- Dec. in cap. in præsentia, nu. 36. de probat. Pereg. loc. cit. num. 46.
- 22 Quinta coniectura à nonnullis consideratur, si gra- uatus sit obscuro loco natus, appareret enim ex hoc testatori viles, & abiectas personas ipsi non esse odio- sas, Rip. in d. l. si quis rogatus, nu. 16. Pereg. in d. ar. 1. 28. num. 48.
- 23 Sexta similis est superiori, si nempe ipse testator si viles, & abiectas personarum; maxime enim in hoc attendit- ur conditio testatoris. Mantie. de coniect. vltim. vo- lunt. lib. 3. tit. 11. n. 10. Pereg. loc. cit. n. 47. & dictum fuit supra sub num. 1.
- 24 Septimam subiungunt, si testator tempore conditi testamenti sciebat, grauatum non habere nisi filios naturales tantum, tunc enim de eis sensisse præsumit- ur, Corol. lib. 1. Miscel. iur. cap. 7. nu. 6. vers. altera con- iectura, Menoch. in d. præsumpt. 78. num. 41.
- 25 Sed supra dicta omnia procedant, si testator de filiis mentionem faciat sub conditione, quid modo si puer de ipis loquatur. In quo patet negatiuum consti- tuo regulam, naturales tantum filiorum appellacione non comprehendit. Ut si testator propriis filiis ali- quid reliquerit, de legitimis enim, & naturalibus in- tellexisse præsumunt, tum propter proprietatem ver- borum, l. filium, ff. de hie, qui sunt sui, vel alien. iur. l. 2. §. legitimis, ff. de excusat. sui. Pereg. de fideicom. ar. 22. n. 79. tum etiam, quia existentibus legitimis naturales pro extraneis habentur, Auth. licet, c. de natur. liber. &
- 26 Id ampliant, etiam si ante aditam hæreditatem filij legitimi, & naturales decesserint, quia cum semel de legitimis intellexisse præsumatur, non est amplius ab hac significatione recedendum: præterquam quod tempus confecti testamenti, non motis attendi de- bet, l. ita, ff. de aur. & arg. leg. l. fin. §. 1. ff. de leg. 2. & docet Mantie. in d. cap. 11.
- 27 Secundo ampliant, etiam si tempore conditi testa- menti solum naturales adfuissent, dummodo legitimi postea nascantur, est enim existimandum, quod si testator cogitasset habere filios, legitimos, & naturales, ipis solummodo hæreditatem reliquisset, Paleot. de Noib. cap. 19. num. 3. quod tamen ipse limitat num. 4. si filij legitimi, & naturales ante aditam hæreditatem decessissent.
- 28 Tertio ampliat, etiam si tempore conditi testa- menti non adfuisset nec legitimi, nec naturales, & postea naturales tantum nascantur, adhuc enim non intelliguntur comprehensi in dispositione testamen- taria, nec per ipos intelligitur purificata conditio, puta de restituendo filius, Paleot. loc. cit. num. 7.
- 29 Quarto ampliat, ut licet si testator tempore con- diti testamenti habeat solum naturales, attamen si eius dispositio referatur ad tempus futurum, quo tempo- re legitimi, & naturales nati sint, naturales tantum non comprehenduntur: et quotiescumque enim vocatio referatur ad tempus futurum, attenditur tem- pus euentus conditionis, non autem dispositionis. Alex. conf. 26. in fin. lib. 3. vna cum aliis citatis per Paleot. loc. cit. num. 5. ac ideo, si testator aliquo decedente sine filiis substituat proximiores, et intelligitur de proximioribus vltimi decedentis, ut late probat Rol. consil. 38. lib. 4. & sic attenditur tempus purificate conditionis, leg. cum pater §. hæreditatem, ff. de leg. 2. l. inuenit, ff. de leg. præst. Rip. in l. ex falso, §. pen. num. 3. ff. ad Trebel. Alex. consil. 26. num. 14. lib. 3. consil. 17. num. 4. lib. 4. l. l. consil. 26. num. 1. lib. 1. Patil. conf. 31. num. 41. & conf. 36. num. 10. lib. 1. Dec. conf. 299. num. 8. & qualitas adiecta verbo intelligitur secundum tempus verbi, leg. in deli- ctis, §. si extraneus, ff. de noxal. Pereg. de fideicom. ar. 29.

- num. 7. & quod attenditur tempus delatae successio-  
nis ad iudicandum, quisnam sit proximior, latissime  
defendit Menoch. *conf.* 269 à num. 4. usque ad num. 27.  
lib. 1. Quod sibi locum vendicat, etiam si agatur de  
succedendo in Emphyteusi, Bald. in l. 2. num. 5. C. de  
iur. Emph. à quo non dissentit Alex. in l. ex fidei, §. si  
quis autem, in primo notabili, ff. ad Trebel. Tit. de iure  
primog. quasi. 3. num. 6. Alciat. in l. proximus, ff. de verbor.  
signific. Ruin. *conf.* 166. num. 14. lib. 2. Gab. *conf.* 86. nu.  
11. & seq. lib. 1. Et Doctores in proposito diuersimodè  
delicentes allegat nouissime Vincent. Fufar. de sub-  
stit. quest. 484. vbi sub num. 10. circa finem, dicit, hanc  
esse receptiorem sententiam, in quam ipse inclinatur,  
de quo latius dicam infra in cap. 47. num. 7. & seq.
- 32 Limitatur modo sic ampliata conclusio, si tempo-  
re conditi testamenti naturales tantum adfuerint, nec alij  
nati fuerint, l. Lucius, §. si ff. de leg. 2. & hæc quan-  
tum ad vltimas voluntates.
- 33 In contractibus vero si queratur, an appellatione  
filiorum veniant naturales tantum, primo dicendum  
est, in Feudum rem nullam habere difficultatem, cum  
expressè lege statutum sit, Feudum ad naturales non  
transire, cap. primo, §. naturales, si de Feud. fuer. controu.  
vbi scribentis; ad quod etiam conferunt dicta infe-  
rius num. 34. & seq.
- 34 Maior igitur est difficultas in Emphyteusi, sed com-  
munis est sententia, vt concessio facta pro se, & filiis  
non comprehendat naturales, Bald. in d. l. filium; Dec.  
in d. cap. in presentia, nu. 40. Palmot. de Nat. cap. 30. la-  
tè Corbal. conclusus meus de caus. ex quib. Emph. iur. sur.  
primat. in titulo, de cons. primat. ob linciam finem, nu. 56.  
vers. Ampliatur, vbi plures citat; & mouentur omnes,  
quia in contractibus verba propriè, & strictè sunt in-  
telligenda, l. quicquid astringenda, ff. de verb. oblig. sed  
naturalis non est propriè filius, dicit l. filium, ergo &c.  
Vnde videmus, quod in Emphyteusi concessa pro  
se, & filiis non transit ad feminas, Anch. in cap. si quis  
suadente, num. 14. quest. 4. Rom. *conf.* 35. Alex. *conf.* 61.  
lib. 1. Rol. *conf.* 93. num. 17. lib. 2. Corb. loco citato, num.  
3. & seq. vbi ex pluribus hanc opinionem probat,  
quam sequitur in additionibus, vbi communiorum,  
& veriore appellat Laderch. *conf.* 9. Rot. *dec.* 125. n.  
2. diuersar. & nouissimu Merenda *controuers. iur.* lib. 6.  
cap. primo, licet appellatione filiorum etiam feminæ  
regularitè comprehendantur, l. si quis ita, ff. de testam.  
int. l. si ita scriptum, ff. de l. 2. secundo mouetur Bart. in  
d. §. si quis rogatus, ex eo, quia non videtur, patrem sti-  
pulis pro naturalibus tamquam extraneis, ad tex. in  
36 §. alteri, l. nisi de mutul. stipulat. Tertia ratio, quia illi  
potius intelliguntur vocati, quorum ab intestato po-  
tior est causa, Bart. in leg. iurandis, §. liberi, ff. de oper.  
lib. vnde cum legitimorum potior sit causa, illi magis  
debent intelligi vocati, Et de in Emphyteusi Eccle-  
37 siastica nemo dubitat, vt per Rip. in l. ex fidei, §. si quis  
rogatus, num. 62. vbi etiam Bart. num. 8. Alex. num. 17.  
Dec. in cap. in presentia, num. 14. de probat. vbi Imol. n.  
11. Abb. num. 15. Ber. num. 330. Clar. in §. Emphyteusis,  
quest. 30. Alciat. *conf.* 19. num. 2. Ruin. *conf.* 164. nu. 1.  
lib. 1. non est enim verisimile, Ecclesiam sensisse de  
his naturalibus, qui sine peccato generari non pos-  
sunt. Sed idem dicendum est, si à priuato conceda-  
tur, vt per Dec. in d. cap. in presentia, num. 136. & Ber.  
num. 325. cuius etiam opinionis fuit Paleot. loco citato.  
Et hanc esse veriore sententiam, dixit Cobul. loco  
pariter citato, qui id latissime variis probat rationibus,  
quæ erit ampliatio ad conclusionem, de qua supra  
num. 34.
- 38 Et per easdem rationes supra tactas, & alias, de qui-

- bus per citatos Doctores generaliter erit conclu-  
dendum, in contractibus appellatione filiorum non con-  
tineri naturales tantum, cum verba in contractibus  
sint propriè intelligenda, vt supra dictum fuit.
- 40 Conclusio tamen, de qua supra num. 34. limitatur, si  
tempore receptionis receptionis naturales tantum fi-  
lios habeat: tunc enim non est inconueniens, patrem  
de ipsis sensisse, vt per Paleot. loco cit. Secus tamen si  
nec legitimos, nec naturales haberet; licet enim po-  
stea procrearet solum naturales, in inuestitura non  
essent comprehendendi, intelligi namque deberet, quare-  
nus legitimi nascerentur, l. interdum, ff. de verbor. oblig.  
lib. 1. in fin. vbi Bart. num. 25. ff. de condit. & demonstrat.  
Secundo declaratur hæc limitatio, quotenus postea  
legitimi non nascantur, si enim legitimi, & naturales  
nascerentur, excluderent naturales tantum, licet es-  
sent nati tempore receptionis, iuxta ea, quæ dixi  
superius circa vltimas voluntates num. 27.
- 41 Secundo Paleot. loco cit. limitat conclusionem in fe-  
mina recipiente pro se, & filiis, & rationem esse dicit,  
quia feminis naturales succedunt vt legitimi, & na-  
turales, §. nouissime, inst. ad O. si l. pen. C. de Abb. in d.  
cap. in presentia, num. 24. Verum responderi potest,  
nulla ratione esse præsumendum, feminam honestam  
cogitasse de filiis naturalibus tantum, quæ à feminis  
non nisi cum maximo earum dedecore procreari pos-  
sunt: ad quod conferunt dicta superius num. 10. vnde  
hanc limitationem solum intelligerem ego in mulie-  
re, quæ solita esset si uiles procreare filios, in pro-  
priumque corpus peccare.
- 42 In statutis etiam appellatione filiorum non solent  
contineri naturales: sed cum id parum ad materiam  
fratrum conferat, remitto lectorem ad Palgot. in dist.  
trall. de Nota cap. 32. 33. & 34. & Alciat. in l. si vinguato,  
in verbo, susceperis liberos, num. 6. & seq. C. de renou.  
donat.
- 43 Solum ad materiam fratrum conferat illa questio,  
an soror intelligatur exclusa à fratre naturali vigore  
statuti excludentis feminas ob masculos, de quo su-  
pra in cap. 19. num. 33. & seq.

## SYMMARIUM.

- 1 Naturales legitimari possunt per subsequens matrimo-  
nium.
- 2 Spuri, an potuerint legitimari per subsequens matrimo-  
nium de iure civili.
- 3 Clericus in minoribus constitutus, an possit legitimare fi-  
lios per subsequens matrimonium.
- 4 Matrimonium subsequens legitimat omnes natos ex coi-  
tu non punibili, & numeris sequentibus comprobatur,  
& declaratur.
- 5 Monachus generans filios intra annum professionis, ipse  
legitimare potest per subsequens matrimonium.
- 6 Legitimari ad hoc, vt possint filij per subsequens matri-  
monium, non requiritur, vt mulier fuerit vti concubi-  
na retenta, & num. seq.
- 7 Matrimonium contractum cum persona vilissima legi-  
timat filios antea natos, dummodo filij non sint omnino  
incerti.
- 8 Dotalia instrumenta non requiruntur de iure canonico  
ad hoc, vt legitimetur filij per subsequens matrimo-  
nium, quod sibi locum vendicat non solum quantum  
ad validitatem matrimonij, sed etiam quantum ad ius  
succedendi, num. 9. etiam in terris Imperij, num. 10.
- 11 Constitutus in articulo mortis potest contrahere matri-  
monium ad hoc, vt legitimetur filij per subsequens ma-  
trimonium: nisi tamen fiat in fraudem, vt num. 12.
- 13 Legitimari per subsequens matrimonium in articulo  
mortis

mortui non reuocant donationem.

- 14 Impedimentum inter medium non impedit, quin legitime possint filij per subsequens matrimonium.
- 15 Legitimantur filij per subsequens matrimonium, etiam si pater protestetur, se nolle eos legitimare.
- 16 Matrimonium sufficit, quod adesse potuerit, vel tempore conceptionis, vel tempore partus, ad hoc ut legitimantur filij per subsequens matrimonium.
- 17 Legitimantur filij per subsequens matrimonium, etiam alius filius legitimus, & naturalibus existentibus.
- 18 Dies non est necessaria, ad hoc, ut legitimantur filij per subsequens matrimonium.
- 19 Legitimantur filij per subsequens matrimonium, etiam si fuerit putatum, quod tamen declaratur.
- 20 Legitimari non possunt filij per subsequens matrimonium, si nec tempore conceptionis, nec tempore partus potuerit adesse matrimonium.
- 21 Filij si expresse contradicant, non legitimantur per subsequens matrimonium, dummodo tamen expresse id faciant, & num. 22.
- 22 Filij ab infidelis concepti non limitantur per subsequens matrimonium.
- 23 Nepotes non legitimantur per subsequens matrimonium, si eorum pater fuerit mortuus tempore contracti matrimonij.

## De legitimatione per subsequens Matrimonium.

### CAP. XXIII.

**D**E illegitimis fratribus vidimus in proximis superioribus capitulis: verum, quia illegitimi quandoque legitimi solent; de legitimis erit videndum; sed inter alias legitimatum species illa validior ab omnibus reputatur, quæ fit per subsequens matrimonium, de qua in præteriti capitulo. Circa quam primo animaduertendum est, videri discrimen inter ius civile, & canonicum: disponit enim ius civile, & naturale, hoc est natos ex concubinis domi retentis, iuxta ea, quæ superius diximus de naturalibus, per subsequens matrimonium legitimari posse, & si quis igitur, *sub quib. mod. natur. eff. fut.* ex quo dubitari potest, an spurij nati ex coitu non punibili de iure civili legitimari poterint per subsequens matrimonium; ve nati ex clerico in minoribus constituto, qui concubinam retinere non poterat, & per consequens naturales procreare, vel nati ex ancillis, ac aliis mulieribus solutis, pro concubinis tamen non retentis. Qua in re ancipites se ostendunt Doctores; imò ad iudicem contrarios, ut per Anton. Rosel. *de legitima, lib. 1. in tit. de caus. materi. legit.* Nicol. de Vbald. *de success. ab intestato, num. 8.* Gabr. *in suis com. opp. in tit. de legitim. conclus. 1. num. 53. & seq.* Verum de re satis clara semper mihi visum fuit dubitasse Doctores: nullibi enim reperitur in iure cautum, naturales solummodo legitimari posse per subsequens matrimonium; imò expresse contrarium disponitur primo in §. aliquando, *Inst. de nupr. c. ius hæc sunt verba: Nec non is, qui à muliere libera procreatur, cuius matrimonium minime legitime interdictum fuerat, sed ad quam pater consuetudinem habuerat, postea ex nostra constitutione dotalibus instrumentis compositis, in potestate patris efficitur: sola igitur consuetudo cum muliere, cum qua potuerit contrahi matrimonium, sufficit ad hoc, ut filij legitimantur per subsequens matrimonium absque alio concubinato,*

*Idem probat rex. in §. nec rō, Inst. de hered. qua ab intest. diff.* vbi dicitur, non requiri maritalem affectum ab initio ad hoc, ut filij possint legitimari per subsequens matrimonium; sed ut mulier iuerit talis, ut cum ipsa potuerit matrimonium contrahi, sola igitur potentia, ut ita loquat contrahendi matrimonium sufficit absque alio consensu. Nec obstat rex. in d. §. si quis antem dotalia, *Auth. quib. mod. natur. eff. sui,* licet enim loquatur in filiis natis ex concubinato, non excludit tamen natos cum his, cum quibus potuit contrahi matrimonium: imò in §. sequentibus probatur, concubinatum non esse in causa, ut filij legitimari possint: dicit enim, quod si quis non posset legitimare filios per subsequens matrimonium, ex eo, quia mulier illo matrimonio esset indigna, poterit illos legitimare per scriptum; & tamen certum est, mulierem matrimonio indignam concubinam esse posse: concubinatus igitur non est in causa, ut filij legitimantur per subsequens matrimonium: nec obstat concubinatum de iure civili esse permissum, nam etiam coitus, de quo nos loquimur non punitur. Nec minus sequenda est distinctio Bart. in l. concubinatus, num. 5. ff. de concub. qui loquens in clerico in minoribus constituto, & an nempe ipse possit legitimare filios per subsequens matrimonium, distinguit, quod si habebat beneficium non potest ipsos legitimare, secus si beneficio carebat; beneficium enim non tollit, quin matrimonium contrahi potuerit; licet ipso contracto vadet beneficium, ut per Oliver. *Tex. de success. ab intestato, nu. 54.* & docent plures, quos citat Gabr. *in tit. de legitimatione, conclus. 1. num. 64.* & Bartholom. reprehendit Nicol. de Vbald. *de success. ab intest. sub num. 50.* in quam sententiam inclinat etiam Fachin. *controversiarum iuru. lib. 3. cap. 51.* de quo habemus glosam communiter receptam in cap. 1. de cleric. coniug. de quo latè Brunel. *de sponsalibus, conclus. 2. num. 26.* plures canonistas citat Petrus Duacn. *regul. 330. in septima limitatione, versic. in contrarium tamen,* alios Couar. *in Epitom. de sponsalibus, §. 2. cap. 8. in secunda parte, n. 5.* & quamplures Corbulus *de causis, ex quib. Emph. iure sub primatur, in tit. de causa priuationis ob lineam finitam, in additionibus impressis post dictum tractatum de anno 1609. in additione magna, n. 115.* vbi propterea sub n. 226. dicit, parum esse curandum de nonnullis per ipsam citatis, qui falso nixi fundamento contrarium dixerunt, ut per ipsam.

- 4 Sed licet sit controuersia inter Doctores, an de iure civili ad hoc, ut quis posset legitimari per subsequens matrimonium, necessarius esset concubinatus: attamen certum est de iure canonico non esse necessarium, cum omnes nati ex coitu de iure non punibili per subsequens matrimonium legitimari possint, ut concordando diuersas opiniones, dixit Gabr. *loc. cit. nu. 56.* & hoc virtute subsequentis matrimonij, *cap. unum,* vbi scribentes omnes, qui filij sunt legitimi, & ex quo tex. propterea inferunt, etiam Monachom, qui suscepti filios intra annum probationis, posse relicta religione, contrahendo matrimonium cum matre susceptorum filiorum, ipsos per subsequens matrimonium legitimare, cum inter ipsos matrimonium esse potuerit tempore conceptionis; ut post alios dixit Corbulus *in d. additione magna, num. 226.* Quod sufficit absque quod mulier sit retenta vti concubina, ut latè probat Decian. *conf. 5. num. 91. & seq. lib. 1.* cum maritalis affectus à principio non requiratur, ut per Decian. *loc. cit.* de quo etiam Pereg. *de fideicom. art. 24. num. 53.* idque de iure canonico non habere dubium, Couar. *in Epit. de sponsal. in 2. part. §. 4. nu. 2.* Nicol. de

Ubi de success. in 1. part. num. 58. Dec. consil. 155. vers. sic. idem reperio, lib. 1. Oialc. decis. 153. num. 10. Mant. de consell. ultim. volum. lib. 11. tit. 12. num. 6. praeipue cum de iure canonico prohibitus sit concubinatus. Gab. in tit. de legitimatione, conclus. 1. num. 53. vers. secundo limitis, alios plures citat, & sequitur comprobando Corbulus in d. additione magna. num. 213.

Secundo ampliant, eandem legitimationem sequi ex matrimonio contracto cum persona vili, & non equalis conditionis; ut ancilla, cum quibus licet de iure civili non potuerit contrahi matrimonium, l. imperialis, C. de nuptiis. l. humilem, C. de incest. nupt. §. illud, Auth. quib. mod. natur. eff. sui; attamen secus est de iure canonico, cap. propositus, & cap. fin. de coniug. seru. can. inter opera caritatis, de sponsal. can. integritas, §. fin. 32. q. 1. quicquid distinguendo dicit Anton. Rosel. de legitima in tit. de cons. form. legit. nu. 44. & seqq. unde etiam matrimonium cum similibus personis contractum legitimat filios prius natos, ut latè per Decian. d. cons. 5. num. 74. & seqq. lib. 1. de quo aliqua per Pereg. de fideicom. art. 24. num. 48. & sequitur Fachin. controuers. iur. lib. 3. cap. 51. cum ut dixi, disparitas in proposito nihil operetur, Gab. cons. 11. nu. 4. & seqq. lib. 1. Menoch. cons. 18. per totum, quod extendit etiam ad Meretricem, ut per Hond. cons. 72. num. 36. lib. 2. Quod procedit etiam quantum ad effectum successionis, quæ dicitur sequela matrimonij, d. cap. tanta, qui filij sint leg. ut post Menoch. Gab. Pereg. Dec. & alios, tradit Hond. in d. cons. 72. num. 38. plures alios citat, & sequitur Corbulus in d. add. magna, num. 110. cum dub. seqq. quod negare, non audeat Rimini. lun. in cons. 122. licet id restringere vellet respectu successionis legitimantis, non autem respectu fideicommissi ab alio inducti, ut nu. 46. & seqq. firma igitur remanet conclusio, natum ex his cum quibus potuerit esse matrimonium, legitimari per subsequens matrimonium; iuramodo tamen non sit omnino incertus, ut vulgo quæriti, quos per subsequens matrimonium non legitimari, certissimum est, Bald. in l. nam quam, num. 24. C. de fideicom. Ludou. de Sard. de natural. lib. 21. cap. de legitimatione, per verum, matrimonium, num. 21. Duen. d. regula 350. par. num. 4. vers. quarto nulli, Menoch. in cons. 16. num. 9. vers. tertio dato, lib. 1. nisi tamen per confessionem patris, & matris constaret, illum esse eorum filium, ut post alios declarat Corb. in add. magna, num. 235.

Tertio ampliat, quod licet de iure civili dotalia instrumenta requirantur, §. si quis igitur dotalia, Auth. quib. mod. natur. eff. sui, §. fin. l. n. st. de nupt. l. cum quis, & l. nuper, C. de natur. lib. & est ut. in Auth. de filiis art. dot. instr. nat. secus tamen est de iure canonico, per tex. in cap. tanti, ubi scribes, qui fil. sint l. Et sic communiter tenere canonistas, & practici per legistas, testatur ibidem Abb. & docet Hier. Zanel. de differ. inter ius civil. & Canon. diff. 11. num. 14. Sax. de legitimatione rub. de requisitis legitim. quest. 7. Palco. de Noth. cap. 21. num. 6. & 7. Oliu. Tex. de success. ab intest. num. 56. & seq. & concludunt Dec. in cons. 155. ubi de communi Patil. in cons. 13. num. 42. lib. 1. Gab. optime in cons. 21. num. 12. lib. 1. Anton. Gab. de legit. conclus. 8. num. 9. eleganter Decian. cons. 5. num. 63. & seqq. lib. 1. Pereg. de fideicom. art. 24. num. 55. & ex pluribus probat Fach. controuers. iur. lib. 3. cap. 51. Rosel. de legit. in cap. de firmali causa legitimationis, num. 5. & seq. Couar. in Epitom. de sponsalibus in secunda parte, §. 2. cap. 8. num. 8. Hyppolit. Sirg. 150. Mant. de consell. ultim. vol. lib. 11. tit. 12. num. 8. Corbulus in d. add. magna num. 215.

Qui omnes loquuntur non solum quantum, ad validitatem matrimonij, sed etiam quantum ad ius suc-

cedendi tam ex testamento, quam ab intestato, ut per Gab. in d. cons. 21. Fach. Decian. Pereg. & alios locis citatis. Et rationem adducunt, quia ius succedendi est sequela ipsius matrimonij, unde si valet matrimonium, etiam eius effectus sequi debet, Oialc. decis. 154. num. 9. Nec obstat, quantum ad successionem contractum consulum post Bald. Curt. lun. in cons. 136. nu. 2. & tenuille Rot. Rom. in decis. 65. lib. 1. part. 3. in nomis. loquuntur enim ipsi in terris Imperij, ut optime declarat Gab. in d. cons. 21. num. 14. & Anton. Gab. in dict. conclus. 1. num. 10.

10 Præterea etiam in terris Imperij verior est opinio contra Curtium, ut de communi, & veriori testatur Gab. in d. cons. 21. num. 14. & seqq. Et eam perbelle defendit Fachin. loco supra citato: idque esse quodammodo indubitabile, dixit Decian. in d. cons. 5. num. 65. plures alios citat Gab. in d. conclus. 1. num. 11. & Pereg. in d. art. 24. num. 56.

11 Quarto ampliat in constituto in ultimo vitæ spiritui, qui potest contrahere matrimonium, ad hoc, ut filij antea nati legitimentur, lo. And. in regula sine culpa, de reg. iur. in 6. scribentes in d. cap. tanta, Bal. in l. naturales, si de Feudo fuerit contr. de quo etiam scribentes in l. sed & quæsitum, & in l. Gallus, in princ. ff. de lib. & posth. Couar. in Epitom. de sponsal. in 2. part. cap. 8. §. 2. nu. 10. Patil. cons. 11. num. 68. lib. 1. Gab. in tit. de legitimatione, conclus. 1. num. 18. Nicol. de Vbald. de success. ab intest. in princ. num. 63. Bruncl. de sponsal. conclus. 2. num. 10. Ludou. de Sard. de natur. lib. in tit. de legitimatione per verum matrimonium, num. 1. & seqq. Gab. cons. 24. num. 2. lib. 1. Sermo de feod. opin. lib. 1. cap. 6. num. 5. plures alios ad propositum citat, & sequitur Corbulus in d. additione magna, num. 218.

Et licet aliqui distinguere videantur, an ille tunc reaptus esset aptus ad generandum, attamen id potius risu, quam animaduersione dignum est; nam si necessaria esset actualis hæc aptitudo, senes ad copulam inhabiles matrimonium contrahere non possent præterquam quod copula non est de stantia matrimonij; unde dicendum est, matrimonium absolute valere, ut docet Tirac. in l. si unquam, in verbo, susceperis liberos, num. 75. & seq. C. de reuocand. donat. & quæstionem ad partes disputat Rosel. loco supra citato nu. 36. & seq.

Circa autem hanc legitimationem factam per subsequens matrimonium in articulo mortis nonnulla sunt animaduertenda. Primo, hodie ex forma Sacri Concilij Tridentini matrimonium contrahi non posse, nisi in facie Ecclesie, & præcedentibus de bitis denunciationibus, ut sess. 24. cap. 1. de reformat. ac ideo si in articulo mortis, quis contraheret matrimonium absque requisitis necessariis; tamquam matrimonium clandestinum non legitimet filios, Ber. quæst. 107. r. 1. Duen. regula 350. num. 12. limit. 12. Franc. Seren. lib. 1. select. opin. cap. 6. num. 7. Corbulus in citata additione magna, num. 213. & seqq. Unde ad hoc, ut matrimonium valeret, nec posset dici clandestinum, necessaria esset Episcopali licentia; qui potest ex causa, & sic ob mortis periculum dispensare circa has solemnitates, & mandare etiam denunciations fieri, contracto iam matrimonio, Pereg. de fideicom. art. 24. num. 59.

12 Secundo animaduertendum est, multos asserere, hanc legitimationem factam in articulo mortis præsumi factam in fraudem creditorum, ac aliorum agnatorum, ac ideo ipsis non præiudicare: ita dixit Angel. in l. sed & quæsitum, ff. de lib. & post. quem refert, & sequitur Brun. cons. 211. num. 7. lib. 3. Verum hæc opinio sic simpliciter intellecta tamquam præsumptiva frau-

dis, est omnino periculosa, & prorsus rejicienda; porius enim in dubio presumenda est, contrahentem matrimonium in articulo mortis de salute sue anime cogitasse; quam quod substitutos, vel alios fraudare voluerit ut dixit Felyn. in cap. in presentia, num. 36. de probat. & elatus à Menoch. de presumpt. lib. 3. presumpt. 3. num. 16. vide ea, quæ Ang. & Rum. tradunt locis supra citatis, quos refert Menoch. de presumpt. lib. 4. presumpt. 8. num. 78. procedere possunt, si aliunde de fraud. appareat, ut concordando quodammodo opiniones dixit Gab. in tit. de legitimatione, conclus. 1. num. 59. & allegat Alex. in l. si quis, ff. de lib. & posth. & Dec. in cap. in presentia, de prob. Et quod fraus in proposito non presumatur nisi probetur Decian. consil. 5. num. 68. & seqq. lib. 1. & docet Butl. consil. 40. num. 70. lib. 1. alios, citat, & sequitur Corb. in d. add. magna num. 219. Nec obstat, in consequentiam adesse præiudicium aliorum filiorum, & agnatorum, debet enim inspicere, quod principaliter agitur, non quod in consequentiam venit, vnde cum principalis intentio sit legitimize filios naturales, non debet haberi in consideratione præiudicium agnatorum, & aliorum, quod in consequentiam venit, ut optimè ex pluribus docet Decian. in d. consil. 5.

13 Volunt etiam aliqui, hanc legitimationem factam in articulo mortis, non operari in præiudicium donatarii, licet enim per superuentientiam liberorum revocari soleat donatio, quod sibi locum vèdicat etiam in filiis legitimatis per subsequens matrimonium, Tiraq. in d. l. si unquam, in verbo, susceperis liberorum, nu. 71. attamen legitimati in articulo mortis non excludunt donatatum, secundum Tiraq. ibidem num. 74. Verum movetur ipse solum per quasdam fraudis suspitionem, quam tamen nihil operari, diximus supra ex mente aliorum, si aliunde de fraude non constet, ut per Decian. in d. consil. 5. & alios supra allegatos num. 12. ac idè nec etiam donatarius esset tutus, nisi fraudem aliunde probaret, iuxta ea, quæ superius diximus sub dict. num. 12.

Tres alias limitationes ad hanc ampliationem, de qua num. 11. ponit Corbulus in d. add. magna, num. 120. 211. 212. quæ verè non sunt de regula, ea enim, de quibus num. 120. circa carentiam sensus, & intellectus procedunt in quolibet matrimonio contrahere volente: & quæ dicuntur num. 211. & 212. continet casus, in quibus non potest sequi matrimonium, non quia quis sit in articulo mortis, sed per rationes, de quibus ibi.

14 Quinto ampliatur conclusio, ut impedimentum intermedium nõ obstat, ut puta, solutus ex soluta filium procreavit, deinde uxorem duxit, qua mortua illam ex qua prius filium suscepit, desponsavit, legitimatus dicitur ille filius prius susceptus per subsequens matrimonium, scribentes in d. cap. tanta, Gabr. plures citans in d. conclus. 1. num. 14. Rosel. vbi supra num. 43. Rimin. lun. consil. 142. num. 117. lib. 3. Nicol. de Vbald. de success. ab intest. in 1. parte, num. 58. vers. sed si matrimonium, Brun. de spons. conclus. 2. num. 22. & seqq. Couar. in Epit. de sponsal. in 2. parte, §. 2. c. 8. nu. 15. Tiraq. de iur. primog. quæst. 34. num. 2. Mich. de Grass. de success. §. vult. nu. 5. plures alios citat, & sequitur Corbul. in d. addit. magna, num. 209. Et idem esset in muliere, quæ post filij procreationem virum duceret, & eo mortuo secundas contraheret nuptias cum amasio, ex quo illum haberet filium, ut per supra citatos Doctores, & docet Decian. in d. consil. 5. num. 96. Peregr. loco citato, num. 60. Quod tamen limitat Rosel. loco supra citato num. 59. si illa concubina fuisset etiam retenta vivente prima v-

xore: quod tamen nullo valido nititur fundamento, nisi in super ipsi data fuisset fides de nubendo, alia adhuc vxore vivente, ad tex. in c. super hoc de eo, qui dux. in vxor. quam poll. per adul. aliter patum ad rem, illam fuisse in concubinam retentam, etiam in vitæ primæ vxoris, cum ad legitimandum filios per subsequens matrimonium, factis sit tempore conceptionis, vel partus inter ipsas matrimonium adesse potuisse.

15 Sexto ampliatur, ut procedat etiam si pater protestetur, se nolle legitimize per subsequens matrimonium filios prius natos, cum enim iste sit effectus proveniens ab ipso matrimonio, illa protestatio contraria facto nihil operari posset, quicquid dicat Rosel. loco citato num. 30.

16 Septimo ampliatur, idem esse, si matrimonium inter ipsos adesse potuerit tempore partus, licet secus tempore conceptionis. Host. lo. And. & Butl. in d. cap. tanta, consert tex. in §. sufficit, Inst. de in gen. & docet Imper. in d. §. si quis igitur in hæc verba. Cum enim dubitatur, virum oporteat conceptus, an partus respiciat tempus, sancimus, ut non tempus conceptus, se partus respiciatur propter filiorum utilitatem. Si verò contigerit aliqua ex cogitari circumstantias casuum, in quibus est visum conceptionis tempus, quam partus tempus, illud valere magis præcipimus, quod visum sit nascens. Ex quibus apparet, quod ad hoc, ut filij legitimati possint per subsequens matrimonium, sufficit, vel tempore conceptionis, vel tempore partus matrimonium inter ipsos esse potuisse, quam sententiam defendit Fachin. contraveniens iuris lib. 3. cap. 50. quicquid dubitatio dicat Peregr. & alij per ipsum citati in d. art. 24. num. 50.

17 Octavo ampliatur, ut hæc legitimitio locum habeat extantibus etiam aliis filiis legitimis, & naturalibus, §. generaliter, Autb. de incest. nupt. Rosel. loco supra citato in fin. ac propterea hæc legitimitio non revocatur per superuentientiam aliorum filiorum legitimorum, & naturalium, Gozad. consil. 6. nu. 56. Tiraq. de iur. primog. quæst. 54. nu. 53. vbi dicit hanc opinionem non habere dubitationem. Et post Barr. Alex. Laf. & alios in l. ex facto, ff. de vulg. & puy. tradi ibi Verri. num. 175. Rol. à Vall. consil. 26. num. 14. Gabr. consil. 21. numer. 11. & seqq. lib. 1. Corb. in d. addit. magna num. 107. & 208.

18 Nono ampliatur, ut licet de iure civili saltem in personis illustribus, dos, & dotale instrumentum requiratur, §. & illud quoque, vers. & in minoribus, Autb. quib. mod. natur. eff. leg. secus tamen est de iure canonico, cum dos non sit de substantia matrimonij, & sufficiat matrimonium contrahi iuxta ritum Sanctæ Matris Ecclesiæ, & formam Sacri Concilij Tridentini sess. 24. cap. 1. de reformat.

19 Decimo ampliatur, hanc legitimationem sibi locum vendicare, etiam si subsequens matrimonium esset putativum, lo. And. & Butl. in c. quod nobis, qui filij sint legitimi, Zald. de Fud. Duch. in d. regul. 150. ampliat. 9. num. 5. Rosel. de legit. lib. 1. §. ten. sub rubr. de matrimonio putativo, Lov. de Sald. de natur. lib. sub rubr. de legitimatione per putativum matrimonium, Cassad. decis. unica, in tit. de spons. Curt. lun. consil. 17. n. 6. & 8. Molin. de Hisp. primog. lib. 3. c. 1. nu. 12. & 14. Cord. in d. addit. magna num. 230. & vana est declaratio Gabr. in tit. de legitimatione, conclus. 3. num. 6. id nempe procedere, interueniente saltem ignorantia vnius, cum enim præsupponamus matrimonium esse putativum, ut illarum est etiam præsupponere, adesse ignorantiam saltem ex parte vnius, necessariam ad hoc, ut matrimonium possit dici putativum: Dubitatione etiam caret, quod in proposito subiungit Corbul. sub d. num. 230. nempe necessarium esse, ut istud matrimonium

fuerit contractum in facie Ecclesie, & iuxta formam Sacri Concilij Tridentini, aliter enim esset nullum; non posset enim dici matrimonium putatiuum si esset nullum; prout certum est, matrimonium nullum non legitimare nec filios natos, nec nascituros, vt per eundem Corbul. loco citato num. 245.

Sed circa matrimonium putatiuum maior est difficultas per ea, de quibus infra in prima limitatione, nempe filios natos ex muliere, cum qua non potuerit contrahi matrimonium, tempore conceptionis, vel tempore partus non legitimari per subsequens matrimonium; vnde cum in matrimonio putatiuo adfuerit impedimentum, non videtur posse filios legitimari per subsequens matrimonium putatiuum. Sed animaduertendum est, limitationem infra positam, intelligendam esse de impedimento existente à principio, & tempore conceptionis, & tempore partus: hanc verò ampliationem de impedimento superueniente, quod ignoretur saltem ab vno ex contrahentibus, vt per Cald. & Abb. in d. c. quod nobis. Et est ratio differentie, quia quando à principio tempore nempe conceptionis, & partus adest impedimentum matrimonium impediens, illud matrimonium putatiuum subsequens non potest legitimare filios prius natos, licet enim ignorantia faciat matrimonium putatiuum, non tollit tamen aliud impedimentum, quod tempore conceptionis, & partus inter ipsos matrimonium adesse non potuerit: at secus est, quando illud impedimentum superuenit post partum, quia tunc ignorantia saltem vnius facit matrimonium putatiuum; nec aliud adest impedimentum legitimatiuonem impediens; de quo videtur etiam potest Peregr. d. art. 24. num. 51. & 599.

- 10 Limitatur modo supra posita conclusio, vt non procedat in conceptis, & natis ex personis, inter quos non potuerit esse matrimonium, nec tempore conceptionis, nec tempore partus, vt inter alia iura optime probat tex. in d. c. tanta, vbi comuniter scribentes, vt Host. in princ. Butt. num. 4. Abb. nu. 5. Præposit. num. 2. Ruin. plures citans in d. reg. 350. nu. 3. limit. 3. Socin. lun. consil. 31. num. 44. lib. 2. Corbul. in citata add. magna, num. 232. Quod adeo verum est, vt si impedimentum, puta affinitatis, dispensaret postea Summus Pontifex adhuc non legitimarentur filij prius nati, Oliu. Text. de success. ab intest. nu. 54. de quo etiam Peregr. loc. cit. n. 49. Corbul. in d. add. magna, nu. 236. Et est ratio, quia adhuc obitaret impedimentum, quod tempore conceptionis, & partus non potuerit adesse matrimonium. Quod tamen est notabiliter limitandum, si Summus Pontifex non solum dispensaret super matrimonio contrahendo, sed vterius apponeret Decretum super legitimatioue proles iam susceptæ, quod illam prolem omnino capacem redderet, tollendo enim impedimentum iuris canonici dicitur disponere super radice matrimonij tamquam à principio, & proles reintegratur ad idem principium, ac si non adfuerit canonicum impedimentum, quod ex pluribus Rota in decis. 19. nu. 12. felici. per Farinat. part. 1. confirmat, & ampliat ad omnes etiam in temporalibus non subditos, & habetur etiam in alia decis. 280. nu. 4. part. 2. de quo pariter Corbul. in d. add. magna, d. n. 236. Non assentio tamen his, que circa hanc limitationem subiungit Corbul. vbi supra nu. 131. dicens, quod hæc limitatio locum non habet, si illud impedimentum vnus coniugum ignorasset; nam tunc matrimonium subsequens contractum in facie Ecclesie, & seruatis seruandis, redderet matrimonium putatiuum, quo patitur filios legitimari, dixi supra num. 19. nam ignorantia vnus facit profecto

matrimonium putatiuum, sed hæc ignorantia non tollit aliud obstaculum, quod à principio tempore conceptionis, & partus non potuerit inter ipsos esse matrimonium, ex quo impedimento causatur, vt filij per subsequens matrimonium non legitimantur, vt fuit superius dictum; & quomodo intelligenda veniant ea, que de putatiuo matrimonio in proposito dicunt Doctores, dictum fuit superius sub num. 19.

Secundo limitatur in filio incerto, vt vulgo quæsito, de quo supra in secunda ampliatione in fine, sub num. 7.

- 11 Tertio limitatur, si ipsi filij expresse contradicant, & legitimari nolint, §. si quis, §. si verò ab initio, & §. generaliter, Auth. quib. mod. nat. eff. sui. Oliu. Text. loco cit. nu. 58. & hanc esse magis communem opinionem, xit Gab. loco supra citato, sub nu. 16. Peregr. de fideicom. 22. art. 24. num. 57. † Quod tamen intelligunt, si expresse contradicant, ignorantes enim, ræcentes, vel furiosi, bene legitimantur, glo. in l. adoptionibus, ff. de adop. Rom. sing. 588. Inf. cons. 156. lib. 4. Rosell. de legitim. in 11. de causa maritali leg. addunt insuper sufficere consensum subsequentem, & iurificationem, Peregr. loco cit. nu. 58. Facchin. coniron. iur. li. 3. c. 54. cum non sit necesse, vt expresse appareat eos consensisse, Corbul. in d. add. magna, num. 231. Verum hanc limitationem fallam proliis esse, semper existimauit, & sic filios legitimari per subsequens matrimonium, etiam si expresse contradicant; & est ratio apertissima, quia hæc legitimatio non pronenit à consensu nec contrahentium, nec filiorum, sed ab ipso matrimonio, ita vt hæc legitimatio sit effectus ipsius matrimonij, vt clare habetur in d. cap. tanta, ac propterea adhuc legitimantur, licet contrahentes expresse protestarentur, se uolle legitimare filios prius natos, vt dictum fuit supra in sexta ampliatione, nu. 15. quomodo igitur volumus, quod filij hunc matrimonij effectum impedire valeant? Et hanc sententiam reperij postmodum late defendere Corbul. in d. add. magna num. 231. qui eam ex pluribus comprobat; & respondet iuribus, que in contrarium allegari solent, ad quem in hac parte lectorem remitto.
- 23 Quarto limitatur in filio suscepto ex infideli, que licet baptizetur: & eam in vxorem ducat ille, qui eam cognouit, attamen filius non legitimatur per subsequens matrimonium: & est ratio, quia inter ipsos non potuit esse matrimonium, Abb. in d. cap. tanta, in fi. vbi cæteri scribentes, Brunel. de sponsal. conclus. 2. num. 18. & inepta est distinctio Roselli loco supra citato n. 28. quod aut ille coitus erat infideli concessus, & legitimatur filij per subsequens matrimonium; secus si prohibitus; nam præterquam quod dari non potest casus, vt talis coitus sit permissus certam esse inter Christianum, & infidelem non posse contrahi matrimonium, vnde sequitur necessario filios non legitimari per matrimonium subsequens; cum ad hoc, vt legitimari possint sit necessarium, potuisse contrahi matrimonium, vel tempore conceptionis, vel partus, vt supra dictum fuit num. 10. Nec puto verum, quod asserit Corbul. in d. add. magna, num. 239. legitimari, si impedimentum ab vno ignoratum fuerit; nam hæc ignorantia non tollit supradictum defectum, vt dictum fuit etiam superius sub num. 19. & sub num. 10. Idem esset, si fidelis ex hæretica filium suspiceret; cum generalis sit hæc limitatio ad omnes casus, in quibus dici possit per aliquod impedimentum non potuisse contrahi matrimonium nec tempore conceptionis, nec tempore partus,

partus, vt per Corbul. in dist. addit. magna num. 239. & segg. per ea, quæ superius dicta fuere.

24 Quinto limitatur, si filius fuerit mortuus, tunc enim nepos ex eo non legitimitur ad hoc, vt auo succedere possit, Guillem. de Cun. in l. banignis. ff. de leg. sublatum enim est medium, quem refert & sequitur Rosel. loco citato num. 31. & tenent alij, quos citat Gabr. loco supra citato num. 37. de quo etiam Peregr. loco pariter citato, num. 61. Cotta in suis memoris. in verbo, legitimatio, que fit per subsequens matrimonium, Lud. de Sard. de natur. lib. in tit. de legitimatione per verum matrimonium, quest. 5. num. 19. Ducen. in d. reg. 350. num. 2. vers. secundo limita, plures alios citat, & sequitur Corb. in d. addit. magna num. 240. qui de communi tekatur, rationemque adducit, licet contrarium ex pluribus defendere conetur Fachin. contronar. iur. lib. 3. cap. 56.

## SVM MARIVM.

- 1 Legitimat per subsequens matrimonium in omnibus, & per omnia æquiparantur legitimis, & naturalibus, etiam quantum ad affines, & consanguineos legitimatum, & num. 2.
- 2 Legitimat per subsequens matrimonium succedunt etiam si matrimonium fuerit contractum cum personis viliibus, & de rationibus, num. 4.
- 3 Statutum loquens de legitimis procedit etiam in legitimatis per subsequens matrimonium, etiam si fiat mentio de legitimis natis, num. 8. & num. 20.
- 4 Legitimat per subsequens matrimonium an proprie, vel fide dicantur legitimi.
- 5 Verbum habeantur prolatum ab habente potestatem importat veritatem, non fictionem.
- 6 Lex qualibet loquens de legitimis habet locum in legitimatis per subsequens matrimonium.
- 7 Legitimat per subsequens matrimonium verè, & proprie dicuntur legitimi.
- 8 Legitimum, vel illegitimum esse est nomen iuris.
- 9 Legitimari per subsequens matrimonium possunt ordinari ad sacros ordines absque alia dispensatione, etiam respectu Dignitatis Episcopalis, num. 13.
- 10 Emphyteusis concessa pro se, & filiis legitimis, & naturalibus competit legitimatis per subsequens matrimonium.
- 11 Legitimat per subsequens matrimonium succedunt etiam in Feudo.
- 12 Legitimat per subsequens matrimonium, an excludant substitutione.
- 13 Legitimat per subsequens matrimonium succedit in ius primogenituræ, & quid si fuerit legitimatus post natiuitatem legitimi, & naturalis, num. 19.
- 14 Legitimat per subsequens matrimonium competunt omnia remedia, qua competere solent legitimis, & naturalibus.
- 15 Emphyteusis concessa pro se, & filiis ex ipso legitime descendens, competit etiam filiis legitimatis per subsequens matrimonium.
- 16 Statutum loquens de filiis natis ex legitimo matrimonio, an habeat locum in legitimatis per subsequens matrimonium, & num. 23.
- 17 Legitimat per subsequens matrimonium, an excludant substitutum cum hac conditione, si decefferit sine filiis de legitimo matrimonio natis.
- 18 Legitimatorum appellations, an veniant legitimatis per subsequens matrimonium, & num. 26.
- 19 Legitimat per subsequens matrimonium, an prauddicent legitimis quantum ad hereditatem priu delatam.
- 20 Legitimator per subsequens matrimonium omni tempo-

re fingi fuisse legitimis, quomodo sit intelligendum, & numeris sequentibus.

32 Religiosus professus in religione bonorum incapax, si transeat ex dispensatione ad Religionem bonorum capax, an succedat, & num. segg

## De legitimatis per subsequens Matrimonium.

## CAP. XXIV.

DE legitimatione per subsequens matrimonium vidimus in superioribus capitulis, nunc, vt distinctè procedamus, de ipsis legitimatis hoc validiori legitimationis genere videndum est. In quibus constituto regulam generalem hoc modo: Legitimat in omnibus, & per omnia æquiparari legitimis, & naturalibus, per tex. in cap. tanta, vbi glos. & scribentes, qui filij sint legitimi.

2 Quod primo ampliatur, vt procedat non solum respectu ipsorum contrahentium, sed etiam respectu omnium aliorum affinium, tam ascendentium, quam descendentium, ac collateralium, d. cap. tanta, vbi glos. cap. innotuit, de elect. l. cum quis, cum lege seg. c. de natur. lib. Oliuet. de success. ab intest. sub numer. 59. Nicol. de Vbal. de success. ab intest. num. 64. Et procedit tam de iure civili, quam canonico.

3 Rursum tamen in consil. 211. lib. 1. conatur defendere, quod si matrimonium subsequens fuerit contractum inter personas viles, inter quas de iure civili non poterat esse matrimonium, vt dictum fuit in cap. preced. filios non legitimari quantum ad successionem, ita vt nec agnatis, nec aliis succedere possint, & allegat Angel. in Auth. quib. mod. natur. eff. leg. in prin. & in §. sed & aliud, & hanc esse communem opinionem, dixit Socin. in consil. 51. num. 2. lib. 1. qui dicit, Angeli opinionem non habere contradictorem; & esse veram respectu successionum, tenet Ruin. loco cit. licet enim de iure canonico matrimonium cum talibus personis sit permissum, tamen ius civile tollit, & aufert ab ipsis lucrum successionis; vnde quantum ad validitatem matrimonij debet seruari ius canonicum, sed quantum ad successiones ius civile.

4 Verum animaduertendum est, non reperiri in iure cautum, ab istis filiis auferendum esse lucrum successionis, sed solum inter istas personas inæquales matrimonium esse non posse, & per consequens filios antea natos non legitimari; vnde in necessariam consequentiam venit, vt succedere non valeant: sed hodie per ius canonicum est sublatum, vt non possint legitimari; ex quo necessarid dicitur sublata sequela, vt non possint succedere: vnde non quadrant exempla per Ruin. adducta: derogatio enim facta in causante, & principali, & sic in matrimonio, extenditur etiam ad causatum, & ad id, quod in ipsius consequentiam venit, & sic ad successiones, vt notant glos. & Bart. in l. 1. ff. de leg. iur. & tradit Oliuet. Text. de success. ab intest. n. 58. & ante ipsum late Nicol. de Vbal. de success. num. 61. & seg. subdens num. 71. hodie superfluum esse considerationem, an personæ sint viles, vel non: vnde merito Ruin. latissime improbat Decian. cons. 5. num. 85. & segg. lib. 1. & num. 74. & segg. demonstrat Angeli opinionem nec veram, nec communem esse, & talid Socinum asseruisse, non habere contradictorem: imò ipsummet Angelum sibi fuisse contrarium in §. quia vero, il primo, Auth. in licet matri, & auia, & in cons. 29. lib. 3. & contra ipsum tenuisse Nicol. de Vbal.

- de success. ab intest. num. 61. Host. in summa, qui filij sint legitimi, l. l. cons. 234. lib. 2. Paul. de Castr. cons. 429. lib. 2. Presep. Alex. in d. cap. tanta, C. l. l. de sponsal. nu. 6. Siluan. consil. 3. num. 44. & sentiunt alij supra citati in cap. praed. in secunda ampliacione.
- 5 Secundo ampliatur, ut statutum loquens de filiis legitimis, comprehendat etiam legitimatos per subsequens matrimonium, Anton. de Butt. & Sycul. in cap. per venerabilem, qui filij sint legit. & in c. instituit, de elect. licet Butt. in d. cap. tanta contrarium tenere videatur.
- 6 motus, quia sic legitimi fidei dicuntur legitimi, & statuta non solent verificari in casu ficto, l. 3. hac verba, ff. de negot. gest. cui rationi Abb. in d. cap. tanta, nu. 4. respondet, imò proprie legitimos dici debere, cum tales sint auctoritate legis: nec obstat, dicit ipse, illud verbum habeantur, quia nam prolatum ab habente potestatem, idem importat, quod sint, cap. ex parte, de spons. ac propterea Bar. in l. 10. qui pro emptore, ff. de usufr. cap. & in l. si maritus, ff. de adult. dicit, quod si statutum disponat, ut aliqui habeantur pro ciuibus, idem est, ac si diceret: ut essent ciues: idem firmat Nicol. de Vbald. loco cit. num. 65. Bald. in l. eam quam, C. de fideicommiss. Paul. de Castr. in l. sed in hac, §. patronum, ff. de in ius vocand. Dec. cons. 135. Doctores communiter in l. generaliter, §. fin. C. de instit. & substit. ac ideo statutum excludens feminas propter masculos, verificatur etiam existentibus solum masculis legitimatis per subsequens matrimonium, Paul. de Castr. consil. 180. lib. 1. Anch. cons. 142. l. l. cum acutissimo, nu. 2. C. de fideicommiss. Gozad. cons. 6. num. 38. & docet Brun. in trall. quod stat. uase. art. 12. num. 47. & seqq. Omnia distinctione Rosel. de legi. in 1. de causa finali leg. sub num. 3. & 4. cum in qualibet materia etiam sita legitimitati per subsequens matrimonium dicantur legitimi, Tiraq. de iur. primogen. quest. 34. num. 37. Surd. cons. 552. num. 34. lib. 4. plures ad propositum statuti exclusiui feminatum citat Mangil. de Impur. quest. 83. num. 56. & 67. idque clarum esse, dixit Merlin. de legitimis, lib. 3. tit. 1. quest. 20. num. 1.
- 8 Quod ampliat, etiam si statutum mentionem faciat de legitimis natis, But. in c. per venerabilem, qui filij sint legitimi, Butt. & Imol. in c. innocens, de elect. Abb. in d. c. tanta, qui filij sint legit. Paris. cons. 13. lib. 2. alios citat Rol. cons. 100. num. 5. & seqq. lib. 2. Dec. in c. innocens, de elect. Dec. in cons. 155. & in l. generaliter, §. fin. C. de instit. & substit. Boer. decis. 159. Et licet contrarium videatur sentire Nat. de statut. in 3. quest. princ. nu. 14. primam tamen opinionem esse communem, testantur multi, quos allegat Mich. de Grass. de success. §. successio, quest. 18. nu. 6. & tradit Peregr. de fideicommiss. art. 24. nu. 5. Menoc. de communi attestat. cons. 227. nu. 13. & seqq. qui respondet contrariis, & ampliat, etiam si dictum fuerit de legitimo matrimonio natis, ut per ipsum num. 63.
- 9 Tertio ampliatur, ut procedat in qualibet lege loquente de filiis legitimis, quae verificatur etiam in filio legitimato per subsequens matrimonium, ut docet Nicol. de Vbald. loco citato.
- 10 Quarto ampliatur, ut isti legitimati verè, & proprie dicantur legitimi, Bart. in d. l. si is qui pro emptore, Rip. in l. si unquam nu. 86. C. de reuoc. donat. Butt. in d. c. innocens, l. l. in d. l. generaliter, §. cum autem, nu. 9. latè Alex. cons. 2. nu. 10. & 11. lib. 1. Non dicuntur enim legitimari per fictionem, legitimum enim, vel illegitimum esse, est iuris, & lex disponens circa ea, quae sunt iuris, inducit veritatem, non autem fictionem, ut probatur in l. si vnus, §. pactum, ff. de pact. unde lex constituens tales legitimos, verè eos legitimos facit, non autem fidei, Ruin. consil. 161. lib. 2. Menoch. loco citato num. 43.
- 12 Quinto ampliatur, ut sic legitimari possint absque alia dispensatione ad factos ordines promoueri, gloss. & scribes communiter in d. c. innocens, de elect. prout etiam voluerunt scribes in d. cap. tanta, l. l. in d. l. generaliter, §. cum autem, & hanc esse communem opinionem, dixit Dec. in d. cap. cum in cunctis, in ultim. no. tab. Boer. decis. 159. & tradunt alij, quos citat Gab. loco cit. num. 11. quod procedit etiam respectu dignitatis Episcopalis, gloss. in d. c. innocens, in verbo, coniugatum, quam dicit singularem l. l. in cons. 168. lib. 4. Dec. cons. 155. Ceph. cons. 82. num. 5. licet Cardinales creati non possint ex constitutione Sixti V. quae incipit: postquam verus, promulgata de anno 1586.
- 13 Sexto ampliatur, ut Emphyteusis concessa pro se, & filiis legitimis, & naturalibus, etiam ad istos legitimatos per subsequens matrimonium pertineat acbeat, Dec. in d. c. cum in cunctis, l. l. in d. §. cum autem, Alex. in Lex facta, §. si quis rogatus, num. 18. vbi etiam Rip. ff. ad Treb. Paris. in d. cons. 13. lib. 2. Oliuer. Text. de success. ab intest. sub nu. 59. & docet Anton. Rosel. de legi. in 1. de caus. fin. legitimati, Anch. cons. 241. Tiraq. de iur. primogen. qu. 55. Peregr. de fideicommiss. art. 24. nu. 10.
- 14 Septimo ampliatur, ut etiam in Feudo succedant, Abb. in d. cap. tanta, vbi de communi Bald. in cons. 129. lib. 2. qui pariter dicit, hanc opinionem esse communem, Alex. etiam de communi attestatus in d. §. si quis rogatus, vers. quid autem in contractibus, Abb. in d. cap. innocens. Oliuer. Text. loco supra citato, Tiraq. loco pariter citato num. 54. alios citat Gabr. loco citato num. 12. de quo etiam Decian. in cons. 5. num. 86. lib. 1. vbi ampliat, etiam si fiat mentio de filiis legitime natis, plures ad propositum Rol. in d. cons. 100. nu. 10. & seqq. lib. 2. de quo tamen infra num. 21.
- 16 Octavo ampliatur, ut excludant substitutum cum hac conditione, si decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus, Bald. in l. eam, quam, C. de fid. Dec. in d. consil. 155. Paris. in d. cons. 13. lib. 2. Ruin. qui hanc opinionem communem appellat cons. 163. num. 5. & seqq. lib. 3. & prius cons. 7. num. 33. lib. 1. Rip. in rub. si certum petatur, num. 3. & in l. si unquam, nu. 86. C. de reuoc. donat. Boer. decis. 159. num. 20. & hanc opinionem magis communem, dicit Gab. loco cit. num. 34. imò nu. 53. non habere difficultatem & pluribus hinc inde relatis secutus fuit Odd. in suo Tract. compend. substit. part. 6. vers. an legitimati, num. 4. & seqq. quam quæstionem disputat Menoch. de presump. lib. 4. presump. 81. & eam latius Peregr. de fideicommiss. art. 24. nu. 11. & ante ipsos Mant. de consuet. vol. lib. 11. tit. 12. Trentac. de subst. part. 4. e. 7. n. 4. Intrigli. de subst. cent. 3. quest. 66. Gall. de except. substit. except. 2. num. 38. part. 1. & except. 27. num. 193. & seqq. part. 2. Fusar. de substit. quest. 419. num. 1.
- 17 Non ampliatur, ut legitimatus per subsequens matrimonium succedat in ius primogenituræ, excluso secundo genito nato contra & eo tam matrimonio licet enim hæc sit quæstio satis dubia, de qualitate Anton. Rosel. de legitimati, in prima parte, in 1. de causa fin. legitimati, Nicol. de Vbald. de success. ab intest. num. 66. & seqq. Tiraq. de iur. primogen. quest. 14. nu. 2. tamen hæc est communis sententia, ut per Peregr. de fideicommiss. art. 24. num. 6. quomodo autem id intelligendum veniat, Tiraq. declarat loco citato num. 48. & dicam infra num. 19.
- 18 Decimo generaliter ampliatur, vel legitimatis per subsequens matrimonium competant omnia illa remedia, quæ aliis filiis legitimis, & naturalibus competere solent, ut quærela in officio se donationis Tiraq. in l. si unquam, num. 71. C. de reuoc. donat. & de iure primogen. quest. 34. num. 56. reuocatio donationis omnium, vel



vel maioris partis, *Inf. l. arubr. ff. de lib. & posth. num. 4.*  
*Boët. decis. 119. num. 12. Rip. in d. l. si unquam, num. 89.*  
 rumpunt testamentum patris ante legitimationem fa-  
 ctam, *Alex. in rubr. ff. de lib. & posth. qui hanc opinio-*  
 nem communem appellat, *Parif. conf. 7. nu. 2. lib. 2. Ti-*  
*raq. in d. l. si unquam, num. 80. ipfis debetur legitima, vt*  
*alio filijs §. quibus, Inst. de hered. qua ab intest. d. ff. §. agi-*  
*tur. Auth. quib. mod. natur. eff. legitim. Gabr. loco cit. nu.*  
*48. Et, vt summam dicam, in omnibus, & per omnia,*  
 æquiparantur legitimis, & naturalibus.

19 Limitatur modo hæc supra generalis conclusio in  
 iure primogenituræ, si legitimatus per subsequens ma-  
 trimonium fuerit legitimatus post natiuitatem secun-  
 di geniti legitimi, & naturalis: ex gr. quis ex concubi-  
 na filium suscepit, quæ dimissa, vxor: duxit ex qua  
 filium procreauit, sed, ipsa mortua, concubinam, ex  
 qua prius filium habuerat, desponsauit, quæritur, an  
 ille filius, qui fuit legitimatus per subsequens matri-  
 monium, excludat, vt primogenitum filium primæ  
 vxoris: & negatiuè esse respondendum pluribus hinc  
 inde relatis, dixit *Tiraq. de iur. primog. quest. 34.* cum  
 hæc opinio præualeat, & rationibus, & numero Do-  
 ctorum: præcipua autem solet esse ratio, quia legiti-  
 matio non trahitur retro in præiudicium iuris alteri  
 quæsitio, *§. licet arigitur, Auth. quib. mod. natur. eff. leg. od*  
*quod conferunt, quæ infra dicam num. 16.* hæc tamen  
 omnia intelligenda sunt de primogenitura inducta à  
 Principe, lege vel statuto, secus si à patre inducta  
 fuisset; iuxta ea, quæ infra dicam in cap. 26. in prima  
 limitatione.

20 Secundo limitatur à multis, si statutum, vel aliqua  
 alia dispositio loquatur de filiis legitimè natis, *Arct.*  
*in §. si. num. 14. vers. ex quo sequitur, Inst. de nupt. Rom.*  
*in d. l. si is, qui pro emptore: nam licet, subsecuto matri-*  
 monio, sint vere legitimi, non sunt tamen legitimè na-  
 ti: vt ex aliorum mente probat *Brun. de stat. quod stan-*  
*tibus mascul. art. 12. num. 72.* Verum contra *Brunum* est  
 communis sententia, vt nempè legitimati per subse-  
 quens matrimonium comprehendantur appellatione  
 filiorum legitimè natorum, *Nicol. de Vbald. de suc-*  
*cess. num. 65.* cum enim sint legitimi auctoritate legis,  
 ex eadem auctoritate dicuntur etiam legitimè nati.  
 Et ad propositum confert, quod licet in inuestitura

21 Feudi, vel Emphyteusis dicatur, † concedo tibi, & fi-  
 liis ex te legitimè descendentibus, attamen etiam le-  
 gitimati per subsequens matrimonium comprehen-  
 dantur, *Irser. Aluar. & Martin. Laud. in cap. primo, §. na-*  
*turales, si de feud. fuerit controu. & docent alij, quos ci-*  
*tat Gabr. loco citato sub num. 60. quicquid dicat Bald. in*  
*d. §. naturales, & Butt. in d. cap. per venerabilem.* Ac ideo  
 non erit curandum de distinctione, *Curt. Iun. in trakt.*  
*Feud. in 3. parte,* dum facit distinctionem, an sint nati  
 tempore contracti matrimonij, aut solum concepti; &  
 quod concepti comprehendantur, non autem nati. Et  
 eo minus de alia *Roselli* distinctione de legitim. lib. 1. in  
 tit. de caus. eff. legitim. num. 3. & 4. dum dicit, in disposi-  
 tionibus secundum ius comprehendendi, secus in his, quæ  
 sunt contra ius commune, recepta enim est sententia,  
 omni casu legitimatos per subsequens matrimonium  
 contineri sub dispositione loquente de filiis etiam le-  
 gitimè natis: quod latè probat ex pluribus *Corbulo* in  
 add. ad trakt. de causis, ex quibus Emphyt. iure suo priua-  
 tur, in tit. de causa priuationis ob lineam fissam in ad-  
 dit. magna, num. 206. & seqq.

22 Tertio limitatur, si in aliqua dispositione statuta-  
 ria, vel testamentaria, fiat mentio de filio nato ex legi-  
 timo matrimonio, vt per *Brun. in d. art. 12. num. 75.* licet  
 enim legitimati per subsequens matrimonium

sint legitimi, & legitimè nati ex iuris dispositione, ve-  
 rè tamen non possunt dici nati ex legitimo matrimo-  
 nio, *Decian. consil. 1. n. 7. lib. 1. & idem esse dicit Brun.*  
 ex mente *Curt. Iun.* si dispositio simpliciter loquatur  
 de natis ex matrimonio. Verum hæc conclusio tot  
 habet contradictores, vt non facile sit cognoscere,  
 quænam sit communis opinio, vt dixit *Socin. Iun. con-*  
*sil. 39. num. 67. lib. 3. relatus ad Rol. conf. 100. nu. 1. lib. 2.*  
 & Doctores diuersimodè sentientes referet nouissimè  
*Fular. in d. l. quest. 409. num. 2. & seqq. de quo præci-*  
 puè videri possent *Matz. in Epitom. fideicommiss. part.*  
*2. quest. 10. vers. contrarium, Odd. de copend. part. 6. art.*  
*6. dub. 4. Lud. conclus. 26. Molin. lib. 3. de Hispan. primog.*  
*cap. 1. num. 10. Sim. de Pect. de interpretat. vltim. volunt.*  
*fil. mihi 315. nu. 6. Menoch de presumpt. lib. 4. presumpt.*  
*81. lib. 4. Intrigl. de substitut. cent. 3. quest. 66. Gall. de ex-*  
*cept. success. tit. 4. except. 27. num. 154. part. 2. Mantie. de*  
*consuet. vltim. volunt. lib. 11. tit. 12. nu. 27. Trentac. de*  
*substitut. part. 4. cap. 7. num. 55. Peregr. de fideicommiss. art.*  
*24. num. 46. Theaur. dec. 196. Fachin. lib. 4. controu. iur.*  
*cap. 54. & alij per dict. Fular. allegati; & his, qui hanc*  
 sequuntur limitationem addendus est *Merenda con-*  
*trouers. iur. lib. 4. cap. 17.*

23 Faciunt tamen aliquam differentiam, an situs in  
 dispositione legis, vel hominis, in dispositione enim  
 legis magis communiter volunt, legitimatos per sub-  
 sequens matrimonium comprehendendi sub dispositio-  
 ne loquente de natis ex legitimo matrimonio, *Butt.*  
*in d. cap. per venerabilem, qui filij sint legitimati, Ruin.*  
*consil. 91. numer. 14. lib. 3. Rol. d. conf. 100. num. 4. & 45.*  
 quod extendunt etiam ad dispositionem statutariam,  
*Brun. loco cit. numer. 14.* Secus verò in dispositione

24 hominis, ac propterea volunt, illegitimatos per subse-  
 quens matrimonium non excludere substitutum, cum  
 hac conditione, si decesserint sine filiis, de legitimo  
 matrimonio natis, & hanc opinionem esse veriorum,  
 & communiorum; dixit *Rol. loco cit. n. 19. & seq.* quam  
 sententiam defendit *Theaur. decis. 196. num. 4. Sard.*  
*decis. 119. infinitos prope alios huius sententia fauor-*  
*es citat nouissimè Fular. in d. quest. 409. numer. 15. &*  
*seqq. & eo magis procedere dicunt, si testator vsus*  
 fuerit verbis geminatis; puta, si dixerit, sine filiis le-  
 gitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio na-  
 tis, secundum *Bald. in conf. 367. lib. 5. de quo etiam per*  
*Rol. in d. conf. 100. num. 16. & ad hanc distinctionem se*  
 restringunt cumulatè per *Peregr. de fideicom. art. 24. à*  
*nu. 14. vsque ad 47.* Vbi subiungit, quod cum casus *Pa-*  
*duæ* contigisset, maximam fuisse alterationem inter  
 Doctores illius ciuitatis, & tandem contra legitima-  
 tum per subsequens matrimonium fuisse iudicatum.  
 Verum si in re tam controuersa vnique licet suam  
 proferte sententiam; generaliter existimarem ego,  
 tam in dispositionibus legis, quam hominis, non ob-  
 stantibus quibuscumque verbis generalibus, & gemi-  
 natis, semper filios legitimatos per subsequens matri-  
 monium haberi pro verè legitimis, & ex legitimo ma-  
 trimonio natis; & est ratio in promptu, quia à lege pro  
 legitimis prosus habentur, vt voluit *Fachin. controu.*  
*iur. lib. 7. cap. 51. & latè defendit Odd. de compend. subst.*  
*part. 6. in tit. an legitimati, n. 6. vers. secundus casus, Ant.*  
*Gabr. de legitim. concl. 1. nu. 33. Matz. in Epit. fideicom.*  
*part. 2. quest. 20. vers. contra, Grass. in §. fideicom. quest.*  
*34. nu. 7. vbi de communi Simon de Pect. de interpret.*  
*ult. vol. fol. mihi 315. num. 6. Ceval. commun. contr. com.*  
*quest. 2. n. 60. & seqq. Boignin. dec. 106. n. 5. & seqq. part.*  
 3. vbi testatur de magis communi opinione, & licet  
 se iudicatum, *Decian. conf. 3. lib. 1. Burlat. conf. 6. nu. 6.*  
*cum duobus consilijs sequentibus, lib. 2. Parif. conf. 13. n. 23.*

40. lib. 2. plures alios ad propositum citat Fusar. in d. quest. 409. n. 41. quod generaliter intelligunt, tam si grauitas restituere debeat extraneo, quo casu etiam Fusarius tenet, substitutum non admitti, vt in d. quest. 409. num. 35, quam si descendentes ipsius testatoris; semper enim fateri oportet, legitimos per subsequens matrimonium ex legis dispositione esse vere legitimos, vt supracitati Doctores asserunt, ac propterea substitutos excludere, nisi contrarium expresse fuerit dispositum; quicquid varios casus distinguendo videatur sentire Fusarius in d. quest. 409.

25 Quatto limitatur, si communis vsus loquendi adesset, vt appellatio legitimorum non venirent legitimati per subsequens matrimonium, Brun. in d. art. 12. num. 73.

26 Quinto limitatur, si de mente testatoris, ac contrahentium aliter appareret, vt per eundem Brunum loes citato: nullam tamen facerem vim ad coniecturandam mentem testatoris in verbis, de quibus in casu Peregr. loco citato: de legitimo matrimonio procreatis, & non aliter, nec in aliis, de quibus in d. decis. 196. Thesaur. nati de legitimo matrimonio vero, & non ficto: adhuc enim ex legis dispositione ex legitimo matrimonio nati dicerentur, vt Doctores pro hac parte citati asserunt. Et si testatoris mens fuisset excludere legitimatos per subsequens matrimonium illis verbis generalibus, potius id aperto ore dixissent.

27 Sexto limitatur respectu hereditatis iam delate, in qua legitimatus per subsequens matrimonium aliis præiudicare non potest, ad notata per Bart. & alios in l. Gallus, §. quid si tantum, ff. de lib. & post. Brun. loco cit. nu. 81. licet enim legitimatio trahatur retro à die conceptionis, † & fingatur omni tempore legitimatum fuisse legitimatum, cap. tanta, qui filij sunt legitimi, §. reliqui, & §. illud, Auth. quib. mod. nat. eff. sui: id tamen ab omnibus declaratur, ut non procedat in præiudicium iuris tertio medio tempore quaesitum ad quod scribentes in d. §. quid si tantum ponderant tex. in d. listat, d. Auth. in verbo, de catero, & in verbo, hoc factio, necnon tex. in d. §. illud, ibi quo factio, & tex. in d. e. tanta, in illis verbis, post contractum matrimonium: Et hoc intelligendum esse tex. in d. §. reliqui, dixit Ias. in d. §. quid si tantum, num. 89.

28 Et quod legitimatio nihil operetur quantum ad ius iam tertio quaesitum, dixit Bart. loco citato num. 14. vbi, relata opinione contraria subiungit, mihi videtur, quod posito, quod retrahatur, tamen ius quaesitum alteri non tollit, quemadmodum etiam restitutus non reciperat bona in alium translata, Bart. loco citato num. 11.

29 Et Bald. in l. 1. de iur. iur. in fin. adducens differentiam inter fictionem postliminij, & legitimationem, sic loquitur. Fictio tenet interim iura in suspensio, vt infra de sent. pass. l. fin. sed in legitimatione futura, ideo gesta interim habent plenum effectum irrevocabilem. Sic pariter distinguendo docuit Ias. in d. §. quid si tantum, num. 89. & Roscl. de legitimations, part. 1. in rubr. de caus. fin. num. 16.

30 Quibus omnibus motus alias scripsi pro Fisco Illustrissimi Marchionis Montis Barotij, qui cuidam filio commisso in personam cuiusdam puellæ, quam prægnantem reddiderat, cum enim post confiscationem ille iuuenis puellam illam in uxorem duxisset, præterea nullam fuisse confiscationem, cum pater non teneatur solvere legitimam pro filio, qui & ipse filius habeat, vt per Farinac. quest. 24. num. 171. ac ideo stante legitimatione subsequente, à principio nepotem

conferri legitimum, licet enim non esset natus tempore confiscationis, sed tamen erat, fuisse conceptum, ad tex. in l. qui in viro, ff. de stat. h. m. Peregr. de iur. fisc. lib. 2. tit. 6. num. 2. & per consequens confiscationem fieri non potuisse. Quibus omnibus respondebam, futuram illam legitimationem non tenuisse iura fisci in suspensio, ac propterea confiscationem medio tempore factam plenum, & irrevocabilem habuisse effectum vt per Bald. in d. leg. 1. in fin. de iur. iur. Et sic per conformes, me patrocinante, fuit decisum, licet alij plures, & præcipue Excellentissimus D. Andreas Lusca Montauiensis, olim Urbini Locumtenens, Doctor egregius, & Iudex integerrimus in contrarium scripsissent.

31 Ad quod confert simile de Religioso professo in religione bonorum incapaci, qui si ex dispensatione Summi Pontificis transeat ad religionem bonorum capacem, novum Monasterium mediante eius persona succedit, vt docet Bart. in tract. Misericordiarum lib. 4. dist. 3. cap. 3. Menoch. in add. ad causam 131. de arbit. ind. nu. 19. Molin. de iust. & iur. lib. 1. tract. 1. disp. 140. col. 10. vers. quãdo vero, fol. mibi 481. & latissime defendit Post. Imol. in conf. 23. per totum, qui consuluit pro Fratere Diui Francisci bonorum incapaci; qui post professionem, ob ordinis dicitiam Pontificis dispensatione ad Canonicorum Regularium professionem commigravit; idem tenet Nicol. de Vbald. de success. Clerici Regul. & sacul. part. 1. sub nu. 2. vers. sed bona, & n. 4. vbi dicit, quod si professus in Monasterio incapaci fuerit translatus ad Monasterium capax, illud novum Monasterium acquirere succedendi: attenditur enim præsens status, quo defertur hereditas, non autem status incapacitatis, à quo fuit liberatus, vt per Post. loco cit. n. 39. & seq. & sequitur Redoan. de spol. Ecclesiast. in tit. de successione clericali, num. 23. ut alias late consulti, & in facti contingentia per conformes obtinuit: sed tamen si ob eius culpam fuisset à Religione dimissus, ut per Bart. loco cit. † Hæc tamen conclusio procedit respectu bonorum delatorum post dispensationem; non autem quantum ad bona iam delata tempore primæ professionis, & propter illam professionem iam alteri quaesita, quæ nullo modo recuperat, vt per Bart. & omnes alios supra relatos. Tenet tamen Federic. Senens. in conf. 26. quod si hereditas fuerit delata fratri existenti in Monasterio incapaci, & durante tempore ad adeundum admissus fuerit in Monasterio bonorum capaci, poterit novum Monasterium, re integra existente, hereditatem adire, vt late probant, & sequuntur plures, qui dictum Consilium subscripserunt, & tenet etiam Nicol. de Vbald. loco cit. num. 4. Sed sat est ad propositum, quod iam alteri legitime acquisita medio tempore non recuperat, vt de legitimatis per subsequens matrimonium fuit dictum superius.

32

#### SVMMARIUM.

- 1 Princeps potest filios illegitimos legitimare: quod procedit in omni Principe superiore non recognoscente numero 3.
- 2 Potestas omnis à Summo Pontifice, & Imperatore potest.
- 4 Respublica possunt illegitimos legitimare.
- 5 Principes feudati possunt legitimare, & num. 41.
- 9 Comites Patatini, & alij à Principibus potestatem habentes possunt legitimare.
- 7 Principes auctoritate qua fiunt, ab ipso Principe facta censentur.
- 8 Legitimandi potestas dicitur de reservatis Principi.

- 9 Legitimandi potestas demandari potest.
- 10 Legitimus à Comite Palatino ab ipso Imperatore legitimatus dicitur.
- 11 Illegitimus cuiuscunque generis legitimi dari possunt.
- 12 Princeps potest legitimare in praedictum agnatorum patre consentiente, id tamen in dubio facere voluisse non praesumitur, num. 15.
- 13 Legitimi non agnoscuntur agnatis.
- 14 Legitimati non possunt praedictare agnatis, quantum ad hereditatem delatam.
- 16 Legitimatio fieri potest post patris mortem, si in ipse dispoverit & non vocatus sit agnatis.
- 17 Princeps an possit legitimare filios absque consensu patris, & quid quantum ad ordines, & dignitates, num. 19.
- 18 Heredem habere nemo invidius cogitur.
- 20 Princeps an possit legitimare filios invidios legitimos, & naturalibus.
- 21 In legitimatioe quando patris, & aliorum requiratur consensus, remissive.
- 22 Patris consensu supplet defectum citationis in legitimatioe, duo tamen requiruntur, ut numeri seq.
- 24 Legitimandi potestas non extenditur ad casum, in quo adsint legitimi, & naturales.
- 25 Nepos ex filio naturali in nepotem legitimari potest, non autem ex legitimo.
- 26 Spurias qui legitimare potest, an possit legitimare incestuosos.
- 27 Potestas simplex legitimandi, an se extendat ad incestuosos, & adulteros.
- 28 Clausula generalis post species posita refertur ad similia expressis.
- 29 Princeps non recognoscens superiores potest proprios filios legitimare.
- 30 Superiorum recognoscens, an possit proprios filios legitimare.
- 31 Legitimandi potestatem habens, an post proprios filios legitimare.
- 32 Legitimatio concedi potest ad supplicationem procuratoris.
- 33 Sacerdotii filius legitimari potest ab Imperatore, ac ab alio ab ipso potestatem habente.
- 34 Legitimatio per rescriptum non requirit habilitatem matrimonii.
- 35 Imperator potest legitimare clericum quantum ad successionem.
- 36 Clausula de plenitudine potestatis supplet alios defectus.
- 37 Princeps potest legitimare in praedictum agnatorum, antequam hereditas adeatur. Et de plenitudine potestatis etiam post aditam hereditatem, num. 40. secus de potestate ordinaria, num. 41.
- 38 Ius quarendum facilius tollitur, quam ius quaesitum.
- 39 Princeps potest absque causa tollere ea, qua sunt iuris civilis.
- 43 Legitimari possunt in utero existentes.
- 44 Inferiores Principi legitimare non possunt.
- 45 Legitimare est donum Principis.
- 46 Legitimatio per rescriptum, an sit proprie legitimatio, seu potius dispensatio, & num. 47. ponitur distinctio, qua improbat, num. 48.
- 49 Legitimari non potest non subditus, quod declaratur numeris sequentibus.
- 50 Pontifex quantum ad spiritualia quemcumque legitimare potest.
- 51 Legitimus quantum ad spiritualia, dicitur etiam legitimatus quantum ad alia, quod distinctione declaratur, num. 52.
- 53 Legitimari potest non subditus quantum ad bona existentia in territorio legitimantis.
- 56 Pontifex dispensando ad dignitates Ecclesiasticae, non potest legitimare ad dignitatem Episcopalem.
- 57 Consires Palatini non possunt legitimare absque consensu patris.
- 58 Legitimatio non valet non expressis omnibus qualitatibus, qua possunt reddere difficiliorem legitimatioem, secus dicitur ad aliam, & cum similitudine, num. 60.
- 59 Descendentium, & agnatorum mentio fieri debet in imperatione legitimantis.
- 61 Clausula generalis, non obstantibus quibuscunque, &c. non supplet defectum nullitatis, &c.
- 62 Illegitimus aliquem esse natum, an sufficiat proponere in impetranda legitimatioe, vel sit necesse exprimeri, quomodo sit illegitimus, & num. 63. & 64.
- 63 Motus proprius tollit subreptionem, sed non supplet defectum intentionis.
- 66 Clausula derogatoria iuris an supplet defectus.
- 67 Legitimatio per rescriptum concedi non debet, si filii legitimari possunt per subsequens matrimonium.
- 78 Legitimatio per rescriptum, an praedictet filios legitimos, & naturalibus postea natis, & num. seq.
- 70 Falsi iurati legitimari non possunt, limitatur numero 75.
- 71 Infans potest legitimari à Principe, & quid in Comitibus, num. 73.
- 72 Furiosi, & mentis capti legitimari possunt à Principe, & quid in Comitibus, num. 73.
- 74 Maior factus potest ratificare legitimatioem.
- 76 Legitimare qui non potest filios nobilium, non potest etiam legitimare filios natos ante adeptam nobilitatem.
- 77 Legitimatio in inferioribus Principi fieri non potest absque causa, nisi tamen id expresse ipse fuerit concessum, num. 81. vel dictum fuerit, ut possunt legitimare de plenitudine potestatis, num. 83.
- 78 Legitimationes facta absque causa possunt annullari.
- 79 Comiti asserenti se fuisse motum ad legitimandum cum causa, non creditur.
- 80 Generales causa non sufficiunt ad hoc, ut concedi debeat legitimatio.
- 81 Merita, & virtutes legitimati, an sufficiant pro causa legitimatiois.
- 84 Patris instantia dicitur sufficiens causa concedendi legitimatioem.
- 85 Legitimatio inuenta est in solatium eorum, qui legitima prole carent.
- 86 Princeps superiorem non recognoscens potest legitimare absque causa.
- 87 Voluntas sufficit pro causa in Principe, circa tamen ea, qua sunt prohibita de iure positivo.
- 88 In Principe praesumitur iuxta causa, licet non exprimat.
- 89 Filius incertus legitimari non potest.
- 90 Patris sola assertio, aliquem suum esse filium, sufficit, ad impetrandam legitimatioem.
- 91 Naturales facilius legitimantur per rescriptum, quam spurii.
- 92 Legitimatio non extenditur ultra intentionem legitimantis.
- 93 Potestas legitimandi concessa Comitibus intelligitur de potestate ordinaria, unde non possunt praedictare legitimis hereditibus, num. 94.
- 65 Legitimatio non valet non citatis agnatis.
- 96 Legitimationes per rescriptum hodie de stylo Cancellariae non praedictant legitimis successoribus.

De legitimatone per rescriptum  
Principis.

## CAP. XXV.

**N**Vnc de legitimatis per rescriptum Principis videndum est, & an, & quando succedant vna cum aliis fratribus. Verum prius aliqua de hac legitimatone videre oportet, de qualicer plures proponi soleant quæstiones, ad propositam tamen constitutionem ego regulam, cum suis ampliationibus, & declarationibus, ex quibus quicquid in hac materia magis communiter tradi solet, tractum factem inueniri poterit.

- 1 Regula igitur sit affirmatiua. Principis filios illegitimos legitimare posse, vt probat *tex. in §. illud autem, Auth. quib. mod. natur. eff. sui* & *tex. in cap. per venerabilem, qui fil. sint leg. quam regulam firman. scribentes omnes in locis citatis, de qua Nicol. de Vbald. de success. ab intest. part. 1. num. 8. Oliu. Text. de success. ab intest. nu. 60. Martin. Land. de legitimatone per rescript. Principis. Anton. Rosel. de legitimatone, titul. 2. de legitimatone Principum clementia, 10. de Roias in *Epist. success. cap. 25.* & alij, quos infra discursu citabo.*
- 2 Quæ regula amplianda primo venit, vt non solum procedat in Summo Pontifice, ac Imperatore, de quibus nulla est dubitatio, cum ꝑ omnis potestas ab ipsis, tamquam à duobus luminaribus pendeat, *c. solita. de maior. & obed. d. c. per venerabilem, & c. noui. de iud. l. bene à Zamone C. de quad. prescripti. de precatio ad l. Rod. de iust. sed etiam ꝑ in omnia alio Principe superiorem non recognoscente, vt Gallie Rex d. cap. per venerabilem, Rex Hispaniarum *can. Adrianus, si 2. 63. distinet.**
- 3 ꝑ Et iun. plures Respublicas, vt Veneta, Ianensis, Lucensis cum enim superiorem non recognoscant, legitimare possunt, vt dixit Decian. *conf. 1. num. 152. lib. 3.* & multi docent, quos ipse citat. ꝑ Et idem dicendum est in Principibus inf feudatis, cum & ipsi dicantur habere iura regalia, ac propterea in ipsorum territorijs legitimare possunt, vt multi tradunt, quos citat Pereg. *de fideicom. art. 23. num. 10. & seqq.* qui sic de facto obseruari vidisse testatur.
- 6 Secundo ampliatur, vt id non solum procedat in ipsis Principibus, sed etiam in omnibus alijs ab ipsis potestatem habentibus: vt sunt Comes Palatini, ac nostrum Iurisperitorum Urbini Collegium. ꝑ Ea enim, quæ Principis auctoritate fiunt, ab ipso Principe facta censentur, *l. & si Preter. ff. de off. eui. cui mand. est iuris d. & probatur in l. 1. §. qui mandatum, ff. eod.* Et ꝑ licet legitimandi potestas sit de reseruatjs supremis Principibus, vt per scribentes in *d. c. per venerabilem,* ꝑ illam tamen, & Summus Pontifex, & Imperator demandare possunt, vt ibi per Doctores, *ial. conf. 68. lib. 3. Dec. 188. circa princ. Patil. confil. 2. nu. 2. lib. 2. Gozad. confil. 85. num. 7. & dicit: Rol. confil. 12. num. 52. lib. 4.*
- 10 ꝑ ac idè à Comite Palatino legitimatus, ab ipso Imperatore legitimatus dicitur, *Patil. confil. 4. num. 3. lib. 2. & conf. seq. Rol. conf. 67. num. 69. lib. 3.* quod prius dixerat in *confil. 89. num. 7. lib. 1.* & hoc esse notandum, Decian. *conf. 38. num. 5. lib. 3. & conf. 40. num. 7. eod. lib.*
- 11 Tertio ampliatur, vt non solum naturales, sed etiam omnes alij illegitimi, & ex damnato coitu nati, vt adulterini, sacrilegi, incestuosi, nefarii per Principis rescriptum legitimari possunt, vt probatur in *d. cap. per venerabilem, in §. fin. Auth. quib. mod. natur. eff. leg. & in §. ultra, Auth. quib. mod. natur. eff. sui. Oliu. de success. ab intest. num. 61.* Quod tamen intelligitur de potesta-

te absoluta, secus ordinaria, *Rosel. de legitim. lib. 1. tit. de causamater. legit. Fach. contran. iuris lib. 3. c. 57.*

- 12 Quarto ampliatur vt Principes ac alij ab ipsis potestatem habentes, possint legitimare in præiudicium agnatorum, patre tamen consentiente, *Nicol. de Vbald. de success. ab intest. part. 1. nu. 109.* vnde legitimatio facta cum consensu patris non posset dici subreptitia, licet de agnatis in ipsa non fieret mentio, cum respectu ipsorum pater dicatur habere liberam suorum bonorum administrationem; aliter raro fieri possent hæ legitimatones, vt dixit *Rol. in d. confil. 12. num. 53. lib. 4.* Tiraq. in *l. si unquam, in verbo. susceperis liberis, num. 65. C. de reuoc. donat.*
- 13 Quæ ampliatio duobus declaratur modis, & primo, vt non procedat quantum ad hoc, vt agnatis agnoscat, ꝑ si enim in ipsa legitimatone non fuerint vocati agnati, ipsi non agnoscantur legitimati: in quibus terminis loquuntur Doctores, quos citat *Rol. loc. cit. num. 12.* & ipse declarat sub *num. 53.*
- 14 Secundo declaratur, vt non procedat, si iam ipsis agnatis esset quæsitum ius in re, vt in hæreditate iam delata, quo casu deberent, vocari agnati, vt docet *Bar. c. in j. 177. nu. 48. ver. f. secundo responso, quem refert, & sequitur Rol. loc. cit. dicens, hanc veram esse distinctionem, ac concordiam. Nec obstat, ꝑ Principem posse legitimare in præiudicium agnatorum, *lib. 2. de nat. rest. in dubio enim ipsi velle præiudicare non præsumitur, nisi id exprimat, vel aliter de eius certa scientia appareat. Nicol. de Vbald. loc. cit. num. 113.**
- 16 Quinto ampliatur, vt possit fieri legitimatio etiam post mortem patris, sine agnatorum consensu, si pater ita in suo testamento ordinauerit, *Auth. item si quis. C. de natur. lib. ac propterea volunt, valere institutionem cum hac conditione: Si legitimeretur, Bal. in l. 1. nu. 17. de inst. & subst. sub cond. facti. Dec. in l. eaque varo, num. 3. & 4. ff. de reg. iur. quod probat Roias in *Epistom. success. cap. 23. num. 53.**
- 17 Sexto, *Nicol. de Vbald. loc. cit. num. 100.* ampliatur, vt Princeps possit legitimare filios absque consensu patris, alijs etiam filiis legitimis, & naturalibus existentibus, & allegat *Bar. in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de lib. & posth.* Quod tamen ipse *Nicol. num. 112.* declarat procedere, si Princeps sit certificatus de contrario consensu patris, & adhuc, eo non obstante, legitimare voluerit: necessarium igitur est constare, Principem hoc sciuisse; aliter enim legitimatio posset censei subreptitia, cum dissensus paternus potuerit retinere Principem, seu saltem ipsam difficiliorem reddere ad legitimandum. Nec obstat, patrem posse alios instituere, ac idè non instituendo, videri legitimatoni consentire, prout etiam fieri posset, vt co inuito legitimi, & naturales nascerentur, vt considerat *Nicol. de Vbald. loc. cit.* Nam adhuc dicendum est, inuito patre, non posse fieri hanc legitimatorem, cum ꝑ nemo inuitus cogatur habere hæredem, *Oliu. Text. de success. ab intest. num. 64.* Nec obstat, patrem non contradicendo videri consentire, nam hinc non sequitur, vt ipso inuito possit fieri legitimatio: Nec minus dici potest, ex matrimonio nasci filios inuitis parentibus, cum enim matrimonium ordinatum sit ad legitimam sobolem procreandam, filij nasci dicuntur de expresso consensu parentum. ꝑ Vnde opinio *Nicol.* posset solum procedere, quantum ad ordines, & dignitates, non autem quantum ad successiones, vt declarat *Anton. Rosel. de legitimatone, lib. 2. tit. de causa mat. l. n. 7.*
- 20 Septimo ampliatur videtur *Nicol. de Vbald. loc. cit.* vt Princeps possit legitimare spurios, inuitis alijs filiis legitimis, & naturalibus, quod de potestate absoluta pullat

nullam habet dationem: Verum quia Principes  
 nolunt regulariter legitimis aliquod præiudicium in-  
 ferre, vocari debent in ipsa legitimatione, etiam si pa-  
 ter sit viuus, & consentiat. Nec dicatur, legitimis non  
 inferri præiudicium, cum pater possit eos non insti-  
 tuere, & solum ipsis legitimam relinquere: nam adhuc  
 inferitur præiudicium respectu legitime: quanto enim  
 plures sunt filij, eo minor est portio legitime, vt opti-  
 me declarat Oliuer. Text. de success. ab intest. num. 65.  
 quod non est in alijs agnatis, quibus legitima non de-  
 betur. Ac ideo in Regul. Cancell. Apost. reg. 38. expressè  
 habetur, vt in similibus legitimationibus apponatur  
 clausula, vt legitimatio non possit præiudicare filiis  
 ab intestato venientibus. Quæ clausula propterea  
 semper intelligeretur apposta, & si non expressa, vt  
 Oliuer. declarat loc. cit. † Et quando in legitimationi-  
 bus patris, ac aliorum requiratur consensus, tradit  
 Anton. de Rosel. de leg. lib. 1. in tit. de causa form. leg. nu.  
 3. & seq. & quomodo fieri possit legitimatio, filiis legiti-  
 mis existentibus, Gab. in suis conu. opin. in tit. de legiti-  
 matione, conclus. 6. & ipsorum necessariam esse men-  
 tionem conclus. 7. de quo etiam Io. de Rotas de Epitom.  
 success. cap. 23. num. 26. ubi Propterea affectu subrepti-  
 tiam esse petitionem legitimationis, si legitimum  
 non fuerit facta mentio, idem Tiraquin. d. l. si unquam  
 num. 310. & 312. † Consensum tamen patris supplere  
 defectum citationis, docet Decian. conf. 40. num. 10. &  
 11. lib. 3. vbi communem opinionem esse dicit, si legiti-  
 mis integra referretur legitima, cum circa alia ipsis  
 præiudicare possit, Socin. consil. 47. num. 42. lib. 4. Soc.  
 Iun. consil. 63. num. 95. & tenent alij, quos Decian. citat  
 loc. cit. num. 11. relecta aliorum opinione, qui tenent,  
 omni casu necessariam esse legitimum citationem,  
 de quibus per Decian. loc. cit. num. 17. † Duo tamen  
 requiruntur ad hoc, vt legitimatio facta de consensu  
 patris absque citatione legitimum valeat: Primum,  
 vt de ipsis legitimis fiat expressa mentio, aliter sub-  
 repta dici posset legitimatio, cum id difficiliorem  
 reddere potuerit legitimantem: Secundum, vt si li-  
 mus in inferiore Principis, expressè ipse habeat pote-  
 statem legitimandi, etiam si filij legitimi existant, ali-  
 ter enim † generalis concessio legitimandi non se ex-  
 tenderet ad casum, in quo legitimi, & naturales ad-  
 sent, vt probatur in §. generaliter, in fin. & in §. fin. Auth.  
 quib. mod. natur. eff. sui. Et probat tex. in L. omnes, C. si  
 contr. ius, vel sit. publico. Bald. in l. 2. C. de seruis. & acq.  
 Decian. conf. 40. nu. 53. lib. 3. & has diuersas opiniones  
 hoc modo concordari, dixit Soc. Iun. in conf. 93. num.  
 35. lib. 3. & prius in conf. 142. num. 18. & 43. lib. 1. Ruin.  
 conf. 75. lib. 3. plures alios citat Decian. loc. cit. num. 57.  
 & seq. Nec consensus patris hunc posset supplere de-  
 defectum prouenientem ex defectu potestatis legiti-  
 mantis, Decian. in d. conf. 40. num. 82.

6 Nono ampliatur, vt habens potestatem legitiman-  
 di spurios, incestuosos etiam possit legitimare, licet  
 enim legitimatio dicatur odiosa, tamen ipsius concessio,  
 tanquam Principis priuilegium, dicitur favorabi-

lis, vt per Rosel. loc. cit. num. 10. & de similibus concessio-  
 nibus optime locutus fuit Abb. in c. 2. de eo, qui cogn.  
 17 conf. vix. sua. † Simplex tamen potestas legitimandi,  
 non se extendere ad incestuosos, & adulteros, nisi  
 expressè, & specialiter id fuisset concessum, vt docet  
 Decian. conf. 40. num. 41. lib. 3. Imò ipse, contra supra-  
 dictam ampliationem, tenet num. 44. quod habens  
 potestatem legitimandi spurios, ex quocumque ille-  
 gitimo, & damnato coitu natos, non possit legitima-  
 re incestuosos, & adulteros, vt nimis odiosos, vt  
 consuluit Alex. conf. 129. lib. 6. qui tamen contrarium  
 annuit in conf. 70. in 1. dubio, eod. lib. Et monetur De-  
 28 cian. quia † clausula generalis post species posita re-  
 stringitur ad similia expressis, nec maiora compre-  
 hendit, l. fin. §. eni dulcia, de vin. trat. & oleo leg. cap. se-  
 des, de rescriptis, elem. non potest. de Proc. exper. simil.  
 29 Decimo ampliatur, vt Principis superiorem non  
 recognoscens possit proprios filios legitimare, cum  
 possit esse iudex in causa propria, l. & nos in ff. de ha-  
 red. inst. In recognoscete verò superiorem est distin-  
 30 ctio, † quod legitimare possit in casibus, in quibus le-  
 gitimare est voluntarie iurisdictionis; secus verò in  
 casibus, in quibus contentiose iurisdictionis est; vt per  
 31 Rosel. loc. cit. Et † eadem solet fieri distinctio in ha-  
 bente potestatem legitimandi, an proprios nempe  
 possit legitimare filios, & late docet Io. de Rotas in  
 Epit. success. cap. 27. num. 81.  
 32 Undecimo ampliatur, vt legitimatio concedi pos-  
 sit ad supplicationem Procuratoris, concurrentibus  
 tamen alijs requisitis, vt probat tex. in §. si quis igitur,  
 sibi vel alius offerat, Auth. quib. mod. nat. eff. sui. in d. cap.  
 per venerabilium, & prob. Rosel. loc. cit. num. 11.  
 33 Duodecimo ampliatur, vt Imperator, vel ab ipso  
 potestatem habens, possit etiam filium Sacerdotis le-  
 gitimare, secundum magis communem opinionem;  
 de qua testatur Curt. Iun. conf. 34. in 1. dubio, & de  
 commun. Soc. conf. 47. nu. 36. lib. 4. & in l. G. l. i. §. for-  
 situm, circa fin. ff. de lib. & post. dicit, ita fuisse iudica-  
 tum, & sequuntur plures, quos citat Gab. in tit. de legiti-  
 matione, conclus. 3. num. 4. licet aliqui contrarium existi-  
 mauerint, quos Gab. citat num. 3. moti, quia Impera-  
 tor non potest dispensare super matris omnibus; quæ ra-  
 tio frivola, ne dicam inepta, mihi semper visa fuit:  
 34 nam † legitimatio per rescriptum non requirit habi-  
 litatem matrimonij, nec quod super inhabilitate dis-  
 pensetur, vnde nil repugnat, quin legitimari possint  
 etiam Sacerdotum filij, vt probat post alios Fachin.  
 controu. var. lib. 3. cap. 39.  
 35 Decimo tertio ampliatur, vt Imperator etiam cle-  
 ricus legitime possit quantum ad successiones, vt  
 declarat Nicol. de Vbal. de success. ab intest. num. 107. &  
 seq. & alij tradunt, quos citat Gab. loc. cit. num. 6. licet  
 secus quantum ad alia, quæ clericalem ordinem respi-  
 cerent, in quibus terminis procedant considerata per  
 Doctores allegatos per Gab. ibid. num. 5.  
 36 Decimo quarto ampliatur, vt si in ipsa legitimatio-  
 ne fuerit dictum de plenitudine potestatis, omnis de-  
 defectus suppleatur, Bald. in prahe. Decret. nec. in pra-  
 lud. feud. Dec. conf. 498. num. 27. & conf. 653. num. 23. Id  
 tamen intelligendum est in ipsis Principibus, non au-  
 tem in Comitibus Palatinis, ac alijs à Principibus po-  
 testatem habentibus, qui hac clausula uti non possent,  
 nisi specialiter hoc ipsis fuisset concessum, vt per De-  
 cian. d. conf. 40. num. 17. lib. 3. & aliter apposta nihil o-  
 perari posset, loc. cit. num. 86. & seqq.

37 Decimo quinto ampliatur, vt Princeps possit legi-  
 timare filios post mortem patris in præiudicium ag-  
 gnatorum, antequam ad eam, vel acquiratur heredi-

- tas, *l. in l. qui se patrie, num. 15. C. vnd. lib. Alex. consil. 2. num. 46. lib. 1. Dec. consil. 357. num. 4. & consil. 393. num. 5.*
- 38 Facilius enim tollitur ius querendum, quam questum, *l. pater furiosus, ff. de huius, qui sunt sui, vel alieni, sur. l. si sponsus, §. maritus, ff. de donat. inter vir. & uxor. l. fin. ff. de acq. poss. Fely. in cap. que Ecclesiarum, num. 50. & ius ad eundem non est in bonis nostris, nisi adita hereditate, *leg. pretiarum, ff. ad leg. Falc. ac ideo illud ius legitimationem impedire non potest. Præterea Princeps ea, que sunt de iure civili, etiam absque vlla causa tollere potest: scribentes in l. fin. C. si contra ius vel. viil. public. vnde per legitimationem ius ad eundem auferre poterit, quod est de iure civili, *l. leg. abuenire, ff. de verb. signif. scribentes in lex. ex hoc iure, ff. de inst. & iur. quod latissime probat Roias loc. cit. num. 55. & seqq. Imò de potestate absoluta potest legitimize in præiudicium aliorum, adita etiam per ipsos hereditate, cum de plenitudine potestatis posset auferre ius questum, Angel. in l. tem si verbaratum, §. 1. ff. de rei vendic. & in l. 1. C. quod præscripi. qui aliter perperam contrarium sentientes locutos fuisse, quam refert *l. in l. Barbarius, num. 35. ff. de off. Prat. & in l. fin. num. 3. C. si contra ius, vel. viil. pub. Vnde tamen hoc casu, Principes peccare, cum nemini, quod inum est, absque causa auferri debeat: ac propterea Principes similes non solent concedere legitimationes, nec etiam hereditate non adita, ne illegitimis cum damno tertij fauere videantur. Imò regulariter concedunt legitimationes cum clausula, ne legitimis successoribus fiat præiudicium. De potestate verò ordinaria non possunt Principes derogare iustitiam questito, vt per Decian. consil. 38. num. 27. lib. 3. & rationes apud ipsum videri poterunt.****
- 41 Decimo sexto ampliatur, vt in feudati possint legitimize sibi subditos, vt Sereniss. noiter Verini Dux, cum iura regalia habere dicantur, prout de factis sic obseruari vidisse, testatur Pereg. de fideicom. art. 23. num. 20. & seqq. vt supra num. 5.
- 42 Decimo septimo ampliatur, vt possint legitimize etiam non nati, dummodo sint in vtero concepti, Roias consil. 61. num. 38. lib. 1.
- Conclusio modo, vt supra firmata, & ampliata limitatur primo, vt inferioribus Principi hic legitimize mandandi modus non competat, vt probatur in d. cap. per venerabilem: ac propterea tex. in §. si verò Auth. quib. mod. natur. eff. sui, dicit, legitimationem hanc esse donum Principis; & restituere natalibus, ac dare ingenuitatem solum Principi competere, probat tex. in leg. 1. C. de iur. iur. an. Et æquiparantur in iure hæc duo, restituere natalibus, & dare ingenuitatem, §. si quis Auth. quib. mod. natur. eff. leg. §. si iud. Auth. quibus mod. natur. eff. sui.
- 43 Secundo limitatur, vt hæc non dicatur proprie legitimitio, sed potius dispensatio que datur, quo ad honores, dignitates, successiones, & similia, vt probat tex. in d. cap. per venerabilem, vbi pluribus in locis de dispensatione fit mentio, vt animaduertit Nicol. de Vbal. loc. cit. num. 8. de quo videri potest Rosel. de legitimat. in tit. de legitimatione per Principis rescripti. Distinguant tamen multi inter Pontificem, & alios, vt nempe Pontificis legitimitio sit verè legitimitio, aliorum verò potius dispensatio: & mouentur, quia Summus Pontifex potest dispensare super radice matrimonij, quod non est in aliis, quam distinctionem magis communem appellat Gab. in tit. de legitimatione, coneluf. 3. num. 1. & 2. Propriam tamen etiam Imperatoris, ac aliorum volant esse legitimationem, si nulla fuisset necessaria dispensatio circa matrimo-
- 48 nium. Et hinc dicunt, legitimationes proprias esse late interpretandas, ac ampliandas, secus verò dispensationes, vt per Decian. consil. 91. num. 10. lib. 1. Verum cum, vt supra fuit dictum, ad hanc legitimationem per rescriptum non attendatur habitus matrimonij, nec Summus Pontifex legitimize intendat dispensare aliquo modo circa matrimonium, non video, quomodo possit considerari aliqua realis differentia inter legitimationem Pontificis, & Imperatoris.
- 49 Tertio limitatur, si Summus Pontifex, Imperator, vel alius legitimize personam sibi non subditam, vt probatur in d. cap. per venerabilem, & in cap. fundamenta. de elect. in 6. In mellem enim alienam, quis falcem immittere non debet. Quod tamen in Summo Pontifice controuersum est apud Doctores, vt per Nicol. de Vbal. loc. cit. num. 85. & seqq. ac ideo hæc tertia limitatio recipit infra scriptas declarationes.
- 50 Prima, vt non procedat respectu spiritualium, in quibus, omnes Pontifici dicantur subiecti, vt per scribentes in d. cap. per venerabilem.
- 51 Secundo declaratur, vt legitimus quantum ad spiritualia in consequentiam etiam quantum ad temporalia legitimus dicatur; cum inconueniens videatur, vt legitimus quantum ad spiritualia, sit illegitimus quantum ad temporalia, vt per scribentes in d. cap. per venerabilem, & voluit expressè Fulg. consil. 71. in primo dub. licet contradicat Nicol. de Vbal. loc. cit. num. 105. Sed harum diuersarum opinionum optima est conciliatio, de qua per Socin. in consil. 48. num. 27. & seq. lib. 4. quod aut Summus Pontifex legitimat, & natalibus restituit; & vera est secunda hæc declaratio, aut verò simpliciter dispensat ad beneficio, & dignitates, & procedit altera opinio. Si verò dispensaret super matrimonio in casu prohibito, certum est, filios, qui nascerentur ex illo matrimonio, esse legitimos quo ad omnia, & hoc est, quod dixit Nicol. de Vbal. loc. cit. num. 106.
- 52 Tertio declaratur hæc tertia limitatio, vt non procedat, si pater, & ille, de cuius præiudicio agitur, legitimationi consentiret, tunc enim à quocumque facta prodesset, etiam quantum ad bona extra territorium existentia, vt de magis communi opinione testatur Crot. in l. Gallus, §. quid si tantum, num. 89. ff. de lib. & posth. & de communi Alex. consil. 11. num. 9. lib. 3. & tenent plures, quos citat Gab. in suis comm. opin. in tit. de legitimatione, coneluf. 3. num. 10. & hoc est, quod probat Pereg. de fideicom. art. 23. num. 16. & seq. & quid si Dominus illius territorij contradicat, Gab. loc. cit. num. 11. & 12.
- 54 Quarto declaratur, vt non procedat: si Princeps illius territorij, in quo bona sita sunt, consentiat, vt per Nicol. de Vbal. loco proxime citato.
- 55 Quinto declaratur, vt quis possit legitimize etiam non subditum respectu bonorum existentium in territorio legitimitantis, vt per Nicol. de Vbal. loco pariter citato: & ad supradictas declarationes optime reducuntur omnes casus considerari per Pereg. de fideicom. art. 23. Et ea, que late de legitimatione Pontificis dixit Io. de Roias in Epit. successio. 23. num. 112. ¶ Vnum tamen non omitto, quod Summus Pontifex dispensando ad Ecclesiasticas dignitates, non intelligitur dispensare ad dignitatem Episcopalem, nisi hoc expresse dicat, Abb. in c. innocenti de elect. Pereg. loco cit. num. 8.
- 56 Quarto, recundo ad principalem conclusionem limitatur, vt Comites Palatini non possint legitimize absque consensu parentum, secundum Ang. in §. obit. Auth. quib. mod. natur. eff. sui. nisi tamen expresse hanc auctoritatem habuerint, vt per Nicol. de Vbal. leg. cit. num. 110.

- 8 Quinto limitatur, si in precibus non fuissent propo-  
 nunt omnes illæ qualitates, quæ difficiliorem red-  
 dere potuissent Principem, ad concedendum legiti-  
 mationem, ad *tex. in leg. vniuersa, de Proc. Imper. off. c.*  
*can. dilecta, de cons. vtil. vel inut. cap. primo, & 2. cap. su-*  
*per litteris, & cap. postulasit, de filiis presbit. Rosel. de le-*  
*gitim. lib. 2. in tit. de caus. form. leg. num. 1. & 2. & latè lo-*  
*de Rotas in Epitomo success. cap. 23. num. 17. & seqq.* Et  
 quod omnes qualitates debeant exprimi, quæ possent  
 reddere difficiliorem legitimantem, tradit Curt. Iun.  
 1. num. 94. lib. 3. quod tamen, vt Decian. ipse declarat  
 sub numer. 146. procedit respectu illarum qualitarum,  
 quæ verè difficiliorem reddere potuissent legitiman-  
 tem: nempe, ¶ quod pater habeat alios descendentes,  
 vel agnatos, licet enim viuente patre non sint citandi  
 de ipsis tamen debet fieri expressa mentio, cum exi-  
 stentia agnatorum difficiliorem possit reddere conce-  
 dentem, vt dicunt Butr. Vbert. de Rob. & Prop. in d.  
 cap. per venerabilem, Ber. consil. 176. nu. 35. & consil. 177.  
 num. 3. & seq. lib. 2. Decian. consil. 38. nu. 48. lib. 1. & ad eò  
 necessaria est agnatorum mentio, vt non sufficiat di-  
 cere, vt legitimatio valeat, etiam si adessent agnati, vt  
 post Abb. Dec. Soc. Oldr. & alios, dixit Decian. loc. cit.  
 num. 49. vel quod omnibus, & singulis agnatis succe-  
 dere possit legitimatus, vt per ipsum Decian. loc. cit.  
 num. 50. magis enim difficile potest reddere conce-  
 dentem agnatus in vno gradu, quam in alio. ¶ Alia  
 verò qualitates, quæ remouere non potuissent veriti-  
 militet legitimantem, si propoſite non fuerint, non  
 videntur, vt per Decian. in d. consil. 1. num. 148. ex quo in-  
 fert ipse, sufficere, vt in precibus appareat, an filius sit  
 spurcius, vel adulterius, absque quod nominetur per-  
 sona, ex qua natus, vel cuius nomine educatus fuerit.  
 Quæ sunt de directò contra ea, quæ ipsemet tradit in  
 consil. 38. num. 30. & seq. eod. lib. 3. dicens, subreptitias  
 esse preces, si in ipsis non fuerit dictum, perſonam pa-  
 tris legitimati esse illustrem, vt si publicè per 20. an-  
 nos legerit, ad glos. in l. 1. C. de Profis. Vrb. Const. lib. 1.  
 & scribentes in l. 1. C. de offic. iur. ac subiungens, non so-  
 lum factum, sed etiam qualitates facti, & circumſtan-  
 tias omnes exprimi debere; vt puta, natum esse ex an-  
 cilla Domi recenta in famulatu, vel pro exercitiis co-  
 quinaris, cum maxime intet sit, an quis sit natus ex  
 persona vili, si pater sit nobilis. Verum considerata  
 per Decian. in d. consil. 38. non sunt tantè efficaciter, vt  
 legitimacionem subreptitiam reddere possint, sed so-  
 lum adiungunt alia maioris momenti, quæ concorre-  
 bant in casu Deciani, vnde hæc omnia potius iudicis  
 arbitrio essent relinquenda, qui perpendere posset,  
 an familia legitimantem à concessione remouere po-  
 tuissent. Et certum est, ¶ clausulas generales, non ob-  
 stantibus quibuscumque, &c. non supplere defectus  
 nullitatis resultantis ex omissione qualitarum, expres-  
 sam mentionem requirerentium, Alex. consil. 60. in fin. lib.  
 2. Decian. in d. consil. 38. num. 51.
- 61 Sed an sufficiat proponere, aliquem esse illegitimè  
 natum, vel necessarium sit exprimerè speciem illegiti-  
 morum natalium, est dubitatio apud Doctores, Bal.  
 in l. si quis Illustris C. ad Officiam, tenet sufficere, vt pro-  
 ponatur, aliquem esse illegitimè natum, quod in l. eam  
 quam, C. de fideicom. declarat non procedere, si legi-  
 timandus esset natus ex multum damnato coitu; vt  
 ex Monacha, vel ex aliquo alio incestu; & sic concor-  
 dari posse diuersas opiniones, Fach. controuers. iuris  
 lib. 3. cap. 61.
- 62 Sed sufficere omni casu, legitimantem vtrum fuisse  
 verbis generalibus, post alios dixit Nicol. de Vbal. loc.

- citato, vt si dictum fuerit, qualitercumque, vel ex quo-  
 cumque coitu natus sit; apparet enim, tunc voluisse,  
 omnes tollere defectus; vnde legitimatus dicitur, etiã  
 si defectus sint ignoti, arg. l. qui iure militari, ff. de mil.  
 64 testamento. Idem esset, ¶ si legitimatio fuisset facta ex  
 certa scientia, per *tex. in cap. porcella, de cons. vtil. vel*  
 65 *inut.* Motus tamen propius non iustificet, ¶ licet e-  
 nim tollat subreptionem, non supplet tamen defe-  
 ctum intentionis, *cap. quomouit, & c. si motu proprio, de*  
*prob. in 6.* Sed ad tollendas difficultates, specialis men-  
 tio natalium de stylo curie fieri solet.
- 66 Sexto limitatur principalis conclusio, si non adfit  
 clausula derogatoria iuris. Est tamen aliqua contro-  
 uersia, an sit necessaria specialis mentio detegationis  
 iuris successionis, vel clausula generalis sufficiat. Et  
 communis est scribentium sententia in d. cap. per vne-  
 rabilem, clausulam sufficere generalem, vt si dicatur,  
 legibus quibuscumque in contrarium non obstanti-  
 bus, in d. Bald. in cap. naturalis, ff. de feud. fuerit controu-  
 tener, sufficere clausulam ex certa scientia, etiam si legi-  
 timatio fiat ad instantiam patris, per *tex. in l. qui in*  
*provincia, §. Dum, ff. de rit. iur. p. Quæ generales clau-*  
*sulæ de stylo semper apponi solent, vt per Nicol. loc.*  
*cit. num. 114.* aliter tamen distinguere videtur Rosel. de  
 legitimacione, lib. 2. de caus. form. leg. tim. num. 12.
- 67 Septimo limitatur, si illegitimi legitimati valeant  
 per sublequens matrimonium; tunc enim legitimatio  
 per receptum Principis concedi non debet, §. si  
 vero soluzmodo, & §. si quis ergo, Aurb. quib. mod. natur.  
 eff. leg. Si tamen in precibus de hoc fit res expressa, me-  
 tus, & adhuc Princeps legitimaret, valeret legitima-  
 tio, Propos. in d. cap. per venerabilem, & docet Oliuer.  
 Text. de success. ab intest. sub nu. 6. Anton. Rosel. de legi-  
 timacione, in tit. de caus. mater. legitim. nu. 2. lo. de Rotas  
 in Epitomo success. cap. 23. num. 1. & seqq.
- 68 Octauo Limitatur principalis conclusio, si post legi-  
 timacionem filij legitimati, & naturales suspiciantur,  
 quibus non est præsumendum patrem voluisse præiu-  
 dicare, vnde quantum ad successiones non valet legi-  
 timario, licet, secus quantum ad alia, vt declarat O-  
 69 lia. Text. de success. ab intest. nu. 66. & 67. ¶ Contra-  
 rium tamen alij voluerunt, quos citat lo. de Rotas in d.  
 cap. 23. num. 99. & de magis commun. opinione Abb.  
 in d. cap. per venerabilem, num. 30. Dec. consil. 306. num.  
 13. & consil. 736. num. 5. alios diuersimodè tenentes ci-  
 tat Tiraq. in l. si vniquam, in verbo, donatione largitus,  
 nu. 275. & 281. de reuoc. donat. qui tamen in principio  
 questionis distinguere videtur, an fuerit de filiis legi-  
 timis cogitatum, an non; sed communior est genera-  
 lis sententia, vt omni casu etiam quantum ad succes-  
 siones valeat legitimatio, Roland. de comuni attestans  
 consil. 26. num. 14. lib. 4. & consil. 96. numer. 41. lib. 3.  
 quam probat etiam Tiraq. de iur. primog. cap. 24. num.  
 55. nisi tamen legitimatio obteuta fuisset conditio-  
 naliter quantum ad successiones, vt ipse Tiraq. de-  
 clarat in d. l. si vniquam, in verbo, donatione largitus, nu.  
 291. & 303.
- 70 Nono limitatur, vt filij inuiti legitimari non pos-  
 sint, beneficium enim non conferitur in inuitum; & legi-  
 timatio sit ad instar emancipationis, vnde sicut in-  
 uitus, quis non potest emancipari, ita etiam, in d. mul-  
 to minus, mediante legitimacione, in potestatem re-  
 digi poterit, §. generaliter, Aurb. quib. mod. natur. eff. sui.
- 71 ¶ Quod primo declaratur, non procedere in infanti,  
 qui sicut potest emancipari, l. in eum, C. de eman. sp.  
 72 lib. ita etiam poterit legitimari. Secundo declaratur,  
 vt nec minus in furioso procedat, vel mentecapro,  
 præterquam quod enim infanti æquiparantur, l. si cu-

- ratores habens, ff. de in integ. rest. cum non possint consentire, non est, ut in his, quæ ipsorum favorem concernunt, priventur hoc legis beneficio, cum namque favorabilis sit legitimatio, leg. nuper, in fin. de natur. lib. lex semper præsumit, quod si essent sanæ mentis, consensum præstarent.
- 73 Hæc duæ tamen declarationes intelligendæ sunt in Principibus, non autem in habentibus potestatem ab ipsis, Comites Palatini, qui infantes, & furiosos regulariter legitimare non possunt, ad hoc, ut eos in potestate redigant, cum id requirat specialem concessionem: infantes enim in hoc æquiparantur absentibus, Bal. conf. 104. sub nu. 1. lib. 2. Ial. conf. 125. vers. tertio, lib. 4. qui pariter legitimati non possunt absque speciali concessionem, Curt. Sen. conf. 19. nu. 15. Ceph. conf. 186. nu. 21. & de infantibus post Decian. Ruin. Curt. Soc. & alios Rota decis. 65. selsel. per Farin. part. 2. Prout etiam iudex ordinarius habens potestatem emancipandi infantes, non potest emancipare, nisi Principi super hoc preces offerantur, Gab. loco supra citato, & tenuerunt Doctores, quos ipse allegat num. 3. Nisi tamen istis Comitibus fuisset data expressa potestas legitimandi etiam infantes, & furiosos, Decian. conf. 11. nu. 144. lib. 3. Et idem voluit esse in tacita concessionem, ut si in privilegio habeatur, ut possunt legitimare præsentibus, & absentibus, Ial. in d. conf. 125. vel ut possint quoscumque legitimare, Paris. conf. 35. nu. 55. lib. 2. vel ipsis esset data plena, libera, & omnimoda potestas legitimandi, Ruin. conf. 100. nu. 7. lib. 3. & de similibus declarationibus Gab. in conclus. 5. in tit. de legitimat. nu. 5. & seqq. & de legitimatione infantis
- 74 Roias in Epist. sui. cass. 4. 23. nu. 84. ¶ qui maior factus potest ratificare legitimationem de ipso factam, Lud. de Sord. de Noth. in tit. de legitimat. per rescript. sub nu. 4. Gab. loc. cit. nu. 8. Nec obstat, si dicatur actum nullum non posse ratificari, nam id non procedit, quando nullitas provenit solum ex defectu consensus: tunc enim bene ratificari potest, Dec. conf. 367. nu. 4. Rot. loc. cit. nu. 5.
- 75 In illis tamen casibus, in quibus filij possunt inter emancipari, in eisdem etiam casibus legitimari possunt, ut est casus in §. liceat, in Elagios. in verbo, ne frauderis, Auth. quib. mod. natur. ff. leg. & hanc generalem doctrinam tradit Aut. Rosel. loco supra citato, nu. 8.
- 76 Decimo limitatur, ut habens potestatem legitimandi, exceptis filiis nobilium, non possit legitimare nec etiam filios natos ante adeptam nobilitatem, ut probat Anton. Rosel. loc. cit. nu. 14. & seq.
- 77 Undecimo limitatur, ut prædictæ legitimationes ab inferioribus Principi fieri non debeant sine causa, ut probat rex. in d. cap. per venerabile, ibi diversis causis inspectis, Abb. in cap. innovuit, nu. 8. de elec. & in cap. quia in tantum, nu. 3. de prob. Alex. conf. 94. nu. 5. lib. 1. Innoc. in cap. veniens, de fil. presb. Et ratione esse dicunt, quia legitimatio habet vim dispensationis, unde quemadmodum in dispensatione requiritur causa, idem asserendum est in legitimatione, ac propterea
- 78 ¶ legitimationes factæ sine causa annullari possunt, glol. in cap. constitutus, in verbo, à quocumque, de relig. dom. Dec. conf. 343. & de communi Curt. Iun. in d. conf. 75. nu. 4. Curt. Sen. conf. 16. nu. 65. & 74. Brun. conf. 15. ¶ Nec creditur Comiti asserenti, se ex causa motum fuisse, nisi causam in specie exprimat, Dec. conf. 193. Paris. conf. 8. nu. 38. & conf. 12. nu. 158. lib. 2.
- 79 ¶ nec minus sufficiunt generales illæ rationes, quod Reipublice intersit, Civitatem repleti legitimis, quod filij non debeant potare iniquitates patris, & similes nians generales, ut per Dec. conf. 188. nu. 6. & conf.

575. nu. 3. Brun. in d. conf. 15. Decian. conf. 40. nu. 54. lib. 3.
- 81 An verò merita, & virtutes legitimati possint pro sufficienti causa allegari, est distinctio, quod aut sumus in infanti, & non sufficere, non est dubium; cum merita, & virtutes in infanti considerari non possint, Abb. in cap. quia circa, de consang. & aff. Anch. conf. 241. Dec. conf. 376. nu. 7. in fin. Decian. conf. 8. nu. 58. lib. 3. In maiori vero meritorum, & virtutum causam esse sufficientem, nemo est, qui dubitet, & fatentur supradicti Doctores, Anchar. loc. cit. nu. 4. Alex. conf. 60. nu. 34. lib. 2.
- 82 Sublimitatur autem hæc undecima limitatio, ut non procedat, si prædictis Comitibus fuerit data potestas legi mandandi sine causa, Alex. conf. 2. nu. 46. lib. 1. Ruin. conf. 161. nu. 14. & 26. lib. 2. Io. de Roias loc. cit. nu. 10. ¶ Vel in privilegio fuisset dictum, ut de plenitudine potestatis legitimare possent, Dec. conf. 269. nu. 10. Crau. conf. 135. nu. 71. non requiritur enim causæ cognitio, Grot. ad. conf. 6. nu. 35. conf. 8. nu. 39. & conf. 9. nu. 12. Decian. conf. 1. nu. 147. lib. 3. requiritur tamen, ut expressè fuerit concessa potestas legitimandi cum hac clausula, aliter enim in legitimatione opposita nihil operaretur, Decian. conf. 40. nu. 27. lib. 3.
- 84 Sufficiens autem causa dicitur instantia patris alios filios legitimos non habentis, Alexand. conf. 188. nu. 25. lib. 5. Dec. conf. 69. nu. 3. Soc. Iun. conf. 97. nu. 17. lib. 2. ¶ Legitimatio enim inuenta est in solatium eorum, qui legitima caret prole, §. si igitur licentia, Auth. quib. mod. natur. ff. sui, legitimis igitur non existentibus sola patris voluntas pro sufficienti causa habetur, Decian. d. conf. 40. nu. 9. lib. 3. licet si legitimi adsint, alia sit necessaria causa, Decian. loc. cit. nu. 55. post Socin. conf. 142. nu. 21. lib. 1.
- 86 Princeps verò superiorem non recognoscens potest legitimare etiam absque causa, Innoc. in cap. dudum, nu. 16. de elec. Abb. in d. cap. per venerabilem, nu. 4. & in cap. cum olim, nu. 17. de re iud. Alex. d. conf. 60. nu. 14. & de communi Curt. Iun. conf. 75. nu. 4. ¶ In prohibitis enim iure positivo pro causa in Principe sufficit sola voluntas, cap. proposuit, de concess. prob. cap. innovuit, de elec. Innoc. in d. cap. dudum, & in cap. Monasterium, nu. 3. de stat. Monach. Hypol. Sing. 599. in-
- 88 cipit, potestas. ¶ Et in Principe præsumitur iusta causa, licet non exprimat, ut dixit Bald. in l. rescripta, nu. 11. C. de prec. Iuper. ff. Abb. in cap. cum olim, nu. 17. de re iud. ac propterea satis est, constare de voluntate, glol. in l. relegato, in verbo, ex aliqua causa ubi Bar. ff. de pan. nec admittitur probatio in contrarium, Cyn. in d. l. rescripta, & in l. fin. C. si contr. ius. vel util. pub. de quolacè videri potest Io. de Roias loc. cit. nu. 11. & seq.
- 89 Duodecimo limitatur, si ille, qui legitimare intendit, non fuerit certus, legitimandum illius esse filium, pro cuius filio legitimari debet, Barb. conf. 27. lib. 1. Paris. conf. 12. nu. 229. lib. 2. Ruin. conf. 109. lib. 2. Sufficit tamen, sic esse publicam vocem, & famam, & patrem, ad cuius instantiam fit legitimatio, sic asserere,
- 90 ut declarat Decian. conf. 1. sub nu. 143. lib. 3. ¶ Imò quantum ad præiudicium patris, eius sola assertio sufficit, ut declarat Ial. conf. 106. lib. 1. Grat. conf. 62. nu. 10. & conf. 158. nu. 17. lib. 2. quos refert Decian. loco cit. nu. 151. licet quantum ad alios de hoc prius debeatur cognoscere Comes, Decian. conf. 38. nu. 51. lib. 3. Et quando vnus, vel alterius quis præsumatur filius, latissime Decian. in d. conf. 1. & post ipsum Surd. conf. 1. lib. 1.
- 91 Decimo tertio limitatur, ut licet etiam spuij legitimati



timari possint, facilius tamen legitimentur naturales, scribentes in d. cap. per venerabilem, qui fil. sint leg. Alex. conf. 60. circa fin. lib. 1. Dec. conf. 462. num. 5.

91 Decimoquarto limitatur, ut legitimatio non habeat locum circa ea, ad que legitimantis intentio non extenditur, potestas enim legitimandi, & voluntas simul requiritur, ut dixit Soc. conf. 65. num. 4. lib. 3. ex eo autem dicitur probatum, voluntatem non adfuisse, si preces, & rescriptum sit subreptitium, ad ignorata enim, & suppressa per impetrantem non extenditur voluntas, l. cum vero, §. subuentum, de fid. lib. Decian. d. conf. 38. num. 3. lib. 3.

93 Decimoquinto limitatur in Comitibus respectu voluntatis absolutæ, si enim ipsis legitimandi fuerit concessa potestas, intelligitur de potestate ordinaria, & ita ut eorum legitimatio non præiudicet filiis, & legitimis hæredibus, Alex. confil. 188. nu. 4. & num. 8. lib. 3. Decian. conf. 40. num. 28. & seq. lib. 3. etiam si fuerit ad instantiam patris, vel aui, dummodo expressè non fuerit ipsis Comitibus data potestas legitimandi in præiudicium legitimorum, Decian. loc. cit. num. 35. nec consensus legitimorum aliquid operari posset, non solum enim favore legitimorum, sed etiam in odium illegitimorum id fuit inductum, ut per ipsum Decian. num. 37. & seq.

95 Decimo sexto limitatur, ut legitimatio non valeat, non citatis agnatis, Curt. Sen. confil. 16. num. 24. Dec. confil. 425. Socin. Jun. confil. 99. num. 33. lib. 2. nisi tamen Comiti data fuerit potestas legitimandi etiam non citatis agnatis, Decian. conf. 5. n. 6. lib. 1. de quo dictum fuit supra.

96 Decimo septimo limitatur, ut hodie legitimaciones ex Reyo Cancellariæ legitimis successoribus non noceant, Hond. confil. 66. nu. 41. lib. 1. Nicol. de Vbal. de success. ab intest. part. 1. num. 116. & seq. Potest. de fid. art. 23. num. 6. Quod intelligendum est, non de filiis tantum, sed etiam de aliis successoribus usque ad quantum gradum, ut per Fach. controuers. iur. lib. 3. cap. 61.

Et circa subreptionem, & obreptionem legitimacionum, videri potest Rota in Bon. legitimacionis, 31. Ianuarij 1629. coram Merlino.

## SUMMARIUM.

- 1 Legitimati Principis rescripto, uti legitimi parentibus succedunt.
- 2 Legitimatus non debet amplius appellari spiritus: & iniuria afficitur, si spiritus vocetur, num. 3.
- 4 Legitimati per rescriptum, dicuntur verè legitimi, & non ficti, contra num. 27.
- 5 Legitimatis omnia competunt privilegia, qua legitimis competere solent, quod pluribus exemplis demonstratur.
- 6 Donatio an per legitimacionem Principis reuocetur.
- 7 Legitimati an succedant in iure patronatus.
- 8 Legitimacione filiorum rumpitur testamentum prius factum.
- 9 Legitimati non solum parentibus, sed etiam agnatis succedunt.
- 10 Agnati an sint citandi ad bon, ut legitimati ipsi succedant.
- 11 Legitimatus excludit substitutum, præcipuè si in legitimacione fuerit dictum, ut habeantur perinde, ac si de legitimo matrimonio essent nati, num. 12. si tamen legitimatio fuerit facta à Principe, ut num. 13.
- 14 Legitimati comprehenduntur substituto disponente, possessionem de fundis continuari in heredem.
- 15 Legitimatus an succedat in iure primogenitura, & numer. seq.
- 17 Legitimati non succedunt in feudis, contra num. 28. &

quid in feudis Ecclesiasticis, num. 19.

- 20 Legitimati an succedant in Emphyteusi recepta pro se, & suis, vel pro se, & filiis, ubi nonnulla ponuntur declarationes.
- 21 Quærela inofficiose donationis non competit legitimatis.
- 22 Legitimatis adhuc quadam nota notantur.
- 23 Legitimaciones hodie intelliguntur facta sine præiudicio venientium ab intestato: Et quid operatur illa clausula.
- 24 Legitimatus ad instantiam patris viuentis aui, si pater moriatur, non acquirit ius in bonis aui.
- 25 Legitimati an comprehendantur in statuto excludente feminas ab masculis, & num. 26.
- 28 Legitimati hodie aliquid consequi non possunt de bonis clericorum.
- 29 Legitimari quis non potest ad sacros ordines.
- 30 Legitimus an sint capaces pensionum.
- 31 Legitimatio per oblationem curia hodie non est in vso.
- 32 Ingressus religionis tollit omne vitium.
- 33 Spiritus legitimantur per ingressum religionis.
- 34 Filij spirituales inter se non succedunt.
- 35 Fratres iurati inter se non succedunt.

## De legitimatis per rescriptum Principis.

## CAP. XXVI.

IN superiori capite vidimus de legitimacione per rescriptum, an, quando, & à quibus fieri possit: nunc autem de ipsis legitimatis, ac ipsorum successoribus aliquid videndum restat. Circa quod constituo regulam. † Legitimatos Principis rescripto, uti legitimos, parentibus succedere tam ab intestato, quam ex testamento, leg. qui provincia, §. 1. ff. de rit. nup. Auth. præterea, ubi scribentes, C. de natur. lib. §. fit igitur, Auth. quib. mod. natur. eff. leg. §. illud tan. e. Auth. quib. mod. natur. eff. sui. cap. per venerabilem, vbi D. illores qui fil. sint leg. scribentes in l. Gallus, §. quid si tantum, ff. de lib. & postb. Rol. l. de legit. lib. 2. in tit. legitimacionis effectus, & probat latè Io. de Roiaz in Epit. succession. cap. 23. in princ.

- 1 Quod primo ampliatur, ut legitimatus ita legitimatus iura consequatur, ut spiritus amplius vocari non debeat, d. l. qui in provincia, §. fin. ff. de rit. nupt. perinde enim est, ac si legitimus natus fuisset, ut ibi habetur, & docet Iaf. de communi attestans in l. as, qui pro emptore, n. 117. ff. de usucap. & hanc opinionem esse tenendam dixit Io. de Roiaz in d. cap. 23. num. 106. Bald. in leg. generaliter, C. de inst. & substitut. Ac idem † quis legitimatus appellet spiritum, ipsum iniuria afficit, cum loco legitimi per legitimacionem habeatur, nulla inter ipsos habita differentia, §. si igitur licentia, Auth. quib. mod. natur. eff. leg. §. quoniam varca, Auth. quib. mod. natur. eff. sui, Bart. in d. l. si quis pro emptore, in tertia quæst. princ. Bald. in l. cum acutissimi, C. de fideicom. Alex. confil. 2. n. 10. lib. 1. Decian. confil. 258 & confil. 16. Curt. lun. qui de communi testatur confil. 64. n. 12. & confil. 131. num. 10. & seq. Decian. confil. 38. num. 1. lib. 3. † Et dicuntur verè legitimi, non ficti, ut per hoc illa dictio, nihil posita in d. §. si igitur licentia, quæ totamquam negatiua vniuersalis omnem tollit differentiam, l. si. ff. de lib. & postb. idem probat rex. in d. §. illud, ubi nihil à legitimis differentes, & in §. si quis igitur, ubi legitimatus fiet mox legitimus, verbum enim fiet imponit veritatem, non autem fictionem, & plures ad hoc officium citat Rot. in decis. 653. sub num. 1. select. per Farin.

part. 1. dicens, quod l. legitimatus in amplissimo forma, & ad primæ naturæ iura restitutus, tanquam de legitimo matrimonio verè, & non fidei natus habetur, Mart. de conu. vltim. volunt. lib. 11. tit. 10. num. 10. Tiraq. in l. si unquam in verbo, susceperit liberat., num. 85. C. de reuoc. donat. Gozad. consil. 6. nu. 77. Eng. consil. 32. num. 49. & segg. Nec refert, si legitimatio fiat à Comite Palatino, per Principem enim facta censetur, Paris. consil. 1. num. 3. l. b. 2. cum hæc legitimandi potestas alteri concedi possit, Bald. in l. 1. C. de tut. & cur. at. dan. Dec. conf. 402. num. 4. Gozad. d. consil. 6. num. 33. conf. 85. num. 18. & consil. 91. num. 12. Decian. consil. 40. num. 1. & segg. lib. 1. sed de hac ampliatione ita n. 13.

Secundo ampliatur, propterea legitimatis omnia competant priuilegia, quæ ipsis legitimis competere solent. Vnde in ipsis procedit *Aub. si qua mulier*, C. de Sacros. Eccles. lal. ibi. num. 45. & in d. leg. si quis pro emptore, num. 2. 8. In testamento inter ipsos condito seruatur ius gentium, ac idem coram duobus solum testibus condi potest, l. hoc. consulti. num. 5. ex imperse. flo. C. de testib. l. fin. C. tam ex se. und. de tradit. Bal. in c. de causis, de off. deleg. lal. in d. l. si quis pro emptore, num. 237. & in d. h. ex imperse. flo. in princ. nec nom. d. Aub. si qua mulier, num. 36. Iura iustitias obtinent, ac in potestate poterna esse dicuntur, §. liceat igitur, Aub. quib. mod. natur. eff. leg. §. quibus connumerari, in ff. de hered. qua ab intest. diff. leg. certum, ff. in iust. rupt. & irrit. succ. testamento, Bald. in l. e. em. quam, C. de fidei. Ruin. conf. 86. num. 15. lib. 3. lo. de Roias in d. cap. 13. num. 47. Rot. loc. cit. nu. 2. Ac idem legitimatus ius hæres patri existit, Batt. in l. 2. in princ. ff. de vulg. & pup. & tradit. alij, quos citat Tiraq. in d. l. si unquam, in verbo, susceperit liberat., num. 78. Ipsi competit ius dicendi testamentum nullam, contratabulandi, ac quæ etiam in officiosi testamenti proponendi, Batt. in §. si quis igitur, Authent. quib. mod. natur. eff. fin. Tiraq. loc. cit. num. 64. Dec. conf. 576. num. 6. Afflic. decis. 195. num. 6. Anton. Rol. de legitimatione, lib. 2. in tit. de effectu legitimationis, num. 22. alios citat Roias loc. cit. num. 45. Debet ipsis relinqui legitima titulo iustitiationis, glof. communiter recepta in *Aub. si qua mulier, in verbo, competere*, C. de Sacros. Eccles. l. 1. in *Aub. nouissima*, num. 14. C. de inoff. testamento, Tiraq. loc. cit. num. 79. Rota decis. 64. nu. 9. *selestarum per Farin. part. 1.* ipsis enim dicitur debita legitima ut filiis legitimis, & naturalibus, Rota in d. decis. 653. num. 3. ac idem prohiberi non potest, vt per plures, quos Rota citat loc. cit. num. 5. Nec per simplicem additionem intelligitur renunciatum, vt per eandem Rotam num. 9. vnde ad supplementum agere possunt, Rot. conf. 95. & 96. lib. 1. quæ legitima etiam in ipsis intelligitur aucta, Ruin. conf. 84. n. 5. lib. 3. Procedit in ipsis l. & rateres, C. de inoff. testam. & omnes aliz leges loquentes de legitimis, Ceph. conf. 194. vt lex fin. C. de nat. lib. cap. Ragnutius, & c. Rastaldus, extra de testam. l. in bemo, C. ad Treb. l. hac consultissima, §. ex imperse. flo. C. de test. l. ep. aua, ff. de condit. & demonstr. l. si unquam C. de reuoc. donat. sed circa d. l. si unquam in contractum adest decis. Of. s. 121. communiter recepta, licet Tiraq. ibi in verbo, donatore largitus, post longam disputationem num. 64, in affirmatiuum inclinet opinionem, quam tamen limitat, si legitimatio fiat post mortem patris; dummodo ipse in testamento id non disposuerit. Succedunt cum legitimis natis, Bald. in l. si te, C. de sus. & legit. & hanc esse veram opinionem, & in praxi obseruari solitam, lal. in l. ex fello, num. 18. ff. ad Treball. ac idem ex hæredati rumpunt testamentum, Bald. in leg. certum, ff. de in iust. rupt. & irrit. succ. testamento, & de communi lal. in rubr. ff. de lib. & posth.

6

7

nu. 3. & de his, ac similibus vidari possunt Decian. consil. 40. num. 3. & seg. lib. 3. Peregr. de fideicom. ff. ar. 13. Tertio ampliatur, vt succedant etiam ad ius patronatus, Bald. in l. eam quam in fin. C. de fideicom. quod latè disputat Rocch. de Curt. de iure patronatus in verbo, competens alicui, nu. 8. qui sic iudicatum fuisse testatur, nam cum succedant in hæreditate, debent etiam succedere in ipso iure patronatus, quod cum ipsa hæreditate transit, c. in Bertoldus, de re iud. ex littera, de iur. patro. quem refert Io. Roias loc. cit. nu. 104. Quod tamen sibi locum non vendicat, si in dispositione fiat mentio de natis ex legitimo matrimonio, vel ex personis alicuius familiaris, domus, vel agnationis; cum enim legitimari non dicantur de domo, familia, vel agnatione, ad illud ius admitti non debent, vt considerat Rota in decis. 395. *selestarum per Farin. part. 1. per totam.*

8

Quarto ampliatur, vt legitimatio filiorum rumpat testamentum prius factum ad instar posthumi, Bald. & lal. in d. l. certum, scribentes in rubr. ff. de lib. & posth. vt Soc. nu. 15. & Alex. qui faceret, hanc esse communem opinionem, Decian. conf. 32. & consil. 341. Albert. conf. 86. part. 1. alios citat, & sequitur Roias loc. cit. num. 46. licet multi contrarium teneant, quos citat Tiraq. loco citato num. 80. & 81.

9

Quinto ampliatur, vt legitimati non solum parentibus succedant, sed etiam omnibus aliis agnatis, licet de ipsorum consensu non fuerit facta legitimatio, vt probat rex. in §. quapropter, Aub. quib. mod. natur. offit. sui. Aclx. conf. 1. num. 37. lib. 1. & conf. 139. num. 3. eod. lib. Dec. conf. 307. 316. 365. & 433. lal. in d. l. si quis pro emptore, num. 241. alios citat, & sequitur Roias loc. cit. nu. 49. Quod procedit etiam si filij ex damnato coitu sint nati, dummodo hæc omnia in legitimatio fuerint expressa, Abb. in cap. per venerabilem, nu. 5. qui filij sui legitimi, Bal. in d. l. eam, quam num. 36. Roias loco cit. nu. 51. And. Sicul. cōf. 68. lib. 4. Paul. de Cast. conf. 34. lib. 1. Decian. conf. 1. num. 163. lib. 5. quod eo magis procederet, si dictum fuisset, vt ipsis agnatis succedere possent, vt per Paul. de Cast. loc. cit. Abb. in d. conf. 86. part. 1. Socin. conf. 64. lib. 3. Dec. conf. 273. 307. 365. & 367.

10

Sola est difficultas, an ipsi agnatis succedant, Batt. in l. Gallus, §. & quid tantum, ff. de lib. & posth. tenet, agnatorum citationem non esse necessariam, si patris adsit consensus. Dicunt tamen alij, Bartolum loqui in legitimatio proprie sumpta, quæ fit de filiis naturalibus, nõ autem, si ex damnato coitu sint nati, in quibus propria non cadit legitimatio, sed potius quedam dispensatio; ac propterea volunt, hoc casu necessariam esse agnatorum citationem, & causæ cognitionem Anchar. conf. 241. & conf. 428. quem refert, & sequitur Socin. in d. §. quid. si tantum, n. 31. & tradunt alij, quos citat Decian. consil. 18. num. 59. lib. 3. communis tamen sententia stat in contrarium, dummodo consensus adsit paternus, & defectus omnes natalium fuerint expressi, vt per Doctores supra citati. Et eo minus esset opinio contra communem attendenda in casu Decian., existimat enim ipse, legitimatio factam de filio nato ex illustri viro, & muliere vili contra legitimam, C. de natur. liber. non valere. Primo enim dici posset, in hoc attendendum esse ius canonicum quod hanc graduum disparitatem non admittit: secundo, quantum ad legitimatioem per rescriptum habilitatem matrimonij non attendi, ut supra suo loco dictum fuit.

11

Sexto ampliatur, vt legitimatus excludat substitutum, Bald. in l. eum autilissimi, nu. 7. C. de fideicom. Alex. conf. 1.

- consil. 2. nu. 41. lib. 1. Dec. consil. 284. num. 9. consil. 366. n. 4. consil. 415. nu. 8. & consil. 357. in princ. si tamen ipse substitutus, de cuius praeiudicio agitur, fuerit in legitimatione citatus, Anch. consil. 427. Alex. consil. 67. lib. 1. Dec. consil. 85. in fin. & in consil. 445. n. 10. Curt. Iun. de communis consil. 85. num. 10. Hond. consil. 64. num. 21. lib. 1. & consil. 59. num. 17. lib. 2. varios diversimodè sentientes refert Tiraq. in d. l. si unquam, in verbo, donatione largitus, à num. 213. usque ad num. 263. & in verbo, susceperit liberum, à num. 31. usque ad num. 85. circa quod varios casus considerat Mich. de Grass. de successione, §. si de legitimis sum, §. 38. ubi & ipse manet in hac opinione, legitimatum excludere substitutum citatum, & hanc esse communem opinionem Peregr. de fideicom. art. 25. cum nonnullis tamè declarationibus, de quibus per ipsum, de quo etiam per Mant. de coniecl. ultim. vol. lib. 11. tit. 10. & latius per Menoch. de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 79. per totam, Et quod legitimatus per rescriptum excludat substitutum, Menoch. consil. 20. consil. 216. nu. 10. consil. 459. n. 1. consil. 461. n. 41. & consil. 827. Surd. decis. 1. n. 57. lib. 1. Peregr. consil. 66. lib. 2. & consil. 128. n. 3. lib. 3. Trecentac. de substit. part. 4. c. 7. num. 48. Gabr. de legit. conclus. 1. nu. 52. Mant. de coniecl. ult. volant. lib. 11. tit. 10. num. 9. & seqq. Gall. de except. success. tit. 4. except. 27. num. 139. & seqq. part. 2. & huius sententiae fautores si quis scire cupit, legat Fusar. de substit. quest. 408. num. 1. & licet multi teneant, imò legitimatum non excludere substitutum, quos Fusar. citat. in d. q. 408. n. 8. attamen sub n. 17. fatetur hanc opinionem esse communem, & ab ea in consulendo, & iudicando non esse recedendum; apud quem plures ampliatione ad propositum videri possunt. Admittere tamen videntur omnes, quod si in substitutione fuerit dictum, si decesserit sine filiis legitimè natis, vel natis ex legitimo matrimonio, legitimatum non excludere fideicommissam, de quo tamen in sequenti ampliatione.*
- 11 Septimo ampliatur, ut si in ipsa legitimatione fuerit dictum, ut habeantur perinde, ac si de legitimo matrimonio essent nati, excludant quoscumque substitutos, ut notant Doctores in l. ex filio, §. si quis rogatus, ff. ad Trebell. ubi Rip. num. 44. Paril. consil. 1. nu. 64. lib. 2. quod procedere asserunt, etiam si substitutio fuerit facta sub conditione, si institutus decesserit sine filiis de legitimo matrimonio natis, Dec. consil. 624. num. 4. & seq. Socin. consil. 60. num. 22. lib. 3. Gozad. consil. 29. num. 29. in hoc tamen contrarium docuit Decian. consil. 88. 2. qui contra Dec. & Gozad. consuluit.
- 12 Omnia tamen dicta in duabus praecedentibus ampliationibus declarantur, ut procedant in legitimationibus factis ab ipsis Principibus, secus si ab aliis potestatem ab ipsis habentibus; nam per constitutionem Pij IV. motu proprio emanatam, & publicatam die 27. Aprilis 1565. renovatae sunt omnes facultates datae Comitibus legitimandi in praeiudicium fideicommissorum, ac aliarum ultimarum voluntatum, de qua Decian. consil. 38. num. 21. lib. 3. & docet Hond. consil. 59. num. 6. dicens, legitimaciones inferiorum non praeiudicare fideicommissariis, ac aliis ex testamento, fac ab intestato succedentibus.
- 13 Octavo ampliatur, ut legitimati comprehendantur sub statuto disponente, possessionem defuncti in personam haeredis continuare debere; ut videtur sentire Alex. consil. 37. lib. 1. And. Sicul. consil. 38. lib. 2. contrarium tamen voluit Tiraq. in suo trall. Le mort. seius. Le vil. in 6. declaratione secunda partis, quem refert, & sequitur Decian. consil. 33. nu. 66. lib. 3. & propriè enim sunt verba statutorum intelligenda, leg. 3. §. hac autem verba, ff. de negr. gest. maximè si sint correctoria,
- 14 Limitatur modo supra posita, & ampliata conclusio: primo in iure primogeniturae, in quo, legitimo excludo, non succedit legitimatus; & rationem esse dicunt, quia istud ius non pendet à libera patris voluntate, sed à statuto, lege, vel consuetudine, unde licet pater procuraverit legitimati filium, non potest tamen ipsi dare ius primogeniturae, Dec. consil. 85. Tiraq. de iur. primog. quest. 34. num. 49. & seqq. plures citat Decian. consil. 1. num. 155. lib. 3. Vnde si secus esset in primogenitura ab ipsis parentibus ordinatis; unusquisque enim potest disponere, ut in certa parte bonorum suorum primogenitus tantum succedat, Paul. de Cast. consil. 179. lib. 1. Alex. consil. 12. lib. 3. lal. consil. 136. lib. 2. Felyn in c. prudentiam, de off. deleg. Gem. & Iun. in c. grandi, de suppl. negl. Pralat. in 6. Alex. in l. Gallus, in §. & quod si tantum, ff. de lib. & posth. & in consil. 25. consil. & consil. 67. lib. 1. Dec. consil. 85. n. 7. Decian. in d. consil. 1. in fin.
- 17 Secundo limitatur in Feudis, in quibus non succedunt legitimati per rescriptum, c. naturales, si de feud. fuer. contr. inter dom. & agn. Tiraq. de iur. primog. q. 34. n. 54. Brun. in trall. quod stant. masc. art. 8. quest. 23. Rotci. de legitimatione lib. 2. tit. de effectu legitimationis, numer. 24.
- 18 Rotas tamen dixit loco supra citato, Principem posse legitimare cum hoc, etiam in Feudo succedant. Verum id non est simpliciter intelligendum, sed recipit infra scriptas declarationes. Aut sumus in Comite Palatino, aut Imperatore, aut Summo Pontifice. Si in Comite, dicendum est, posse legitimare etiam ad feuda, sed plura esse necessaria. Primo, ut haec potestas ipsi in specie fuerit concessa, ut dicunt omnes in cap. 1. §. naturales, si de feud. fuer. contr. Signor. consil. 218. num. 4. Alex. consil. 2. num. 16. lib. 1. Decian. consil. 90. nu. 14. lib. 2. Secundo requiritur, ut legitimatio expressè fuerit facta ad feuda, cum generalis etiam verbis amplissimis concepta ad feuda non se extendat, ut per supra dictos Doctores, & tradit Paril. consil. 1. nu. 122. lib. 2. & Decian. loco cit. vers. praterea dato. Tertio requiritur, ut in ipsa legitimatione exprimaturs qualitas feudi, an novum, vel antiquum sit; an agnati adsint, qui ad ipsum sint vocati, & similia, quae alias possent substitutiam reddere impetrationem, Rol. consil. 22. n. 22. lib. 3. Quarto necessarius est consensus directi Domini, Curt. consil. 168. Paril. d. consil. 1. num. 135. lib. 2. Decian. loco cit. num. 16. Quinto requiritur ipsorum comprehensorum citatio, Anch. consil. 227. & consil. 411. Dec. consil. 307. & consil. 338. num. 7. Soc. consil. 65. lib. 3. alios citat Decian. loco cit. num. 26. In Imperatore verò primum requisitum non est necessarium, cum ipse non aliena, nec demandata, sed propria auctoritate nitatur. Secundum verò etiam in Imperatore concurrere debet, prout tertiū, ne subrepticia dicatur impetratio. Quartum verò est necessarium, si alienum non proprium sit feudum, ut per Cum. in d. casu 163. & tradit Decian. in d. cap. 1. num. 16. An verò comprehensorum requiratur citatio, pendet ex hoc, an consensus patris suppleat defectum citationis, de quo in cap. praecedenti, quod ex alia conclusione dignoscitur; an nempe pater possit comprehensis praeiudicare, prout dictum fuit de agnatis, quibus cum pater legitimari debentis praeiudicare possit, ipsius consensus supplet defectum citationis, licet ad evitandam subreptionem, de ipsis debeat fieri mentio, ut in superiori cap. fuit dictum. An verò comprehensis possit fieri praeiudicium, ex hoc pendet, an feudum sit antiquum hereditarium, vel novum: de quo supra in cap. fin. prima part. Et eadem essent necessaria requisita in Summo Pontifice, si ad feudum alterius legitimare vellet,

19 Verum circa feuda Ecclesiastica animaduertendum est, illegitimos quocumque modo legitimatos hodie ex Bulla Pij V. promulgata de anno 1571. Feudorum Ecclesiasticorum, & bonorum Emphyteuticorum Ecclesiarum omnino incapaces esse. Imò si ante dictam Bullam fuisset facta investitura, quæ etiam legitimatos comprehenderet, adhuc incapaces dicerentur, per hanc Pij V. constitutionem, vt ex pluribus voluit Rot. *decis. 41. select. per Farinac. part. 1. de quo & num. seq. vers. Verum.*

20 Tertio limitatur in Emphyteusi recepta pro se, & suis, quæ non transit ad legitimatos, Bald. in l. generaliter, §. cum autem, vbi etiam Iac. C. de institut. & substit. Bal. in cap. qua in Ecclesiasticum de constit. Alex. in l. ex facto, §. si quis rogatus, ad Trebell. Tiraq. de nobilit. c. 23. num. 14. & de iur. primog. quest. 34. num. 55. Et idem dicendum est in Emphyteusi recepta pro se, & filiis, quæ ad legitimatos non transit, Rot. *consil. 83. lib. 3. Alciat. consil. 7. num. 3. & seq. Alexand. consil. 128. num. 7. lib. 1. Ruin. consil. 105. lib. 3. Ber. consil. 113. num. 14. & seq. lib. 2. Gabr. consil. 30. num. 14. lib. 1. & consil. 82. num. 11. lib. 2. Clar. in §. Emphyteusis, quest. 31. plures alios refert, & sequitur Corbul. de caus. ex quib. Emphyt. iure suo priuatur sub titulo de caus. prinat. ob lineam finitam, nu. 76. & latissime hanc materiam prosequitur ibidem, in additionibus Venetiis impressis de anno 1609. Hod. *consil. 87. nu. 21. lib. 2. Rot. diuers. Decis. 114. per totam part. 2. Gratian. discept. Forens. lib. 2. c. 28. num. 39. & seq.**

Quod tamen limitant multi, si Emphyteusis fuerit concessa pro se, & hæredibus quibuscumque, Rot. *coram Seraph. in vna Bononiensi Bonorum dia 22. Martij 1368. quæ sequitur Mant. de iur. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 9. num. 15. in fin. contra Gabr. in consil. 83. nu. 10. & in consil. seq. num. 47. lib. 2. & docet Gratian. loc. cit. n. 41. dummodo tamen legitimatio fuerit facta ab habente in specie potestatem legitimandi etiam ad bona Ecclesiastica, cum generalis potestas legitimandi non sufficiat, Ruin. *consil. 105. num. 5. in fin. & facta repetiatur in specie, ad hoc, vt legitimatus in illa Emphyteusi Ecclesiastica succedere possit, Mant. in d. tit. 11. nu. 11. Gratian. loco cit. num. 44. qui idem repetit in cap. 477. nu. 1. Nat. *consil. 506. nu. 50. Becc. *consil. 3. nu. 33. & 36. Surd. *consil. 1. num. 24. & seq. lib. 1. dicitur enim sublata illa macula mediante legitimazione facta ab habente potestatem, Seraph. *decis. 45. parte prima, Mant. loco citato num. 7. Gratian. in d. cap. 477. num. 3. 4. & 5.******

Secundo limitant, si fuerit data potestas Emphyteusis alienandi in quoscumque extraneos, tunc enim etiam ad legitimatos transiret, Mant. *loco cit. num. 13. Gratian. in d. c. 118. nu. 45. & 46. & in d. c. 47. nu. 5. lib. 3.*

Verum supradictæ limitationes optimè procedere possent, attento iure communi, & ante promulgationem Bullæ prædictæ Pij V. prout loquuntur, vt plurimum supracitati Doctores, & Decisio Seraph. sed hodie stante Bulla prædicta, quæ reuocat omnes habilitationes spuriorum ad bona feudalia, & Emphyteutica Ecclesiarum, corruunt protus, non obstantibus legitimacionibus de eis factis, vt consuluit Gabr. *consil. 83. num. 11. vers. tertio, lib. 2. Hond. *consil. 37. num. 23. lib. 2. Rota diuersorum *decis. 114. per totam part. 2. Gratian. in d. cap. 477. num. 9. & seq.***

21 Quarto limitatur respectu quærelæ inofficiosa donationis, quæ non competit legitimatis, Bald. in leg. 1. vers. item quero, C. de iur. Fidei. lib. 10.

22 Quinto limitatur respectu cuiusdam notæ, quæ per legitimacionem non tollitur, Bald. in d. l. generaliter, §. cum autem, C. de institut. & substit. Tiraq. de nobilit. cap. 13. num. 17.

23 Sexto limitatur hodie ex regula Cancell. 48. in qua cauetur, vt omnes legitimaciones fiant, & factæ intelligantur cum clausula, sine præiudicio venientium ab intestato, Felyn. in cap. cum olim, de re iud. Socin. *consil. 43. lib. 3. Alex. *consil. 184. lib. 3. Et per hanc regulam derogatum esse priuilegiis illorum, qui potestatem habent legitimandi in aliorum præiudicium, dixit Alciat. *consil. 201. num. 18. quem sequitur Decian. *consil. 38. num. 21. lib. 3.****

Operatur etiam ista clausula; vt legitimatus non succedat, nisi in eo, quod à patre sibi relinquitur, nec pater tenetur de necessitate aliquid relinquere, vt post Gabr. Decian. & alios Rot. *coram Ludouisio *decis. 135. num. 10. ac ideo non potest ab intestato petere legitimam, nec ex testamento supplementum, vt nu. 9. licet regulariter legitimatis debeatur legitima, Rot. *decis. 626. select. per Farin. part. 2. quam opinionem secuti fuerit Gratian. *discept. Forens. cap. 496. num. 37. & seq. & in cap. 635. num. 4. & alij, quos citat Beltram. in addit. ad dictam *decis. 135. qui testatur, sic alias Rotam tenuisse, & habetur in alia *decis. Ludouis. 201. nu. 1. & seq. & docet Castil. *de contestat. vltim. volunt. cap. 22. num. 158. nec potest dicere testamentum nullum, Rot. *decis. 64. nu. 4. select. per Farin. part. 1. vel voluntatem paternam impugnare, cum hæc clausula operetur tam ex testamento, quam ab intestato, Rot. in d. *decis. 64. num. 7. licet ex testamento capere possit, vt ibi, vbi plura de effectu istius clausulæ, quæ comprobantur in *decis. 98. select. per Farinac. part. 2. quæ clausula semper intelligitur apposta, si fiat legitimatio ab eo, qui absque ipsa legitimare non potest, & quid de eius effectu Merlinus *de legitima lib. 1. tit. 3. quest. 9.***********

24 Septimo limitatur, vt legitimatus ad instantiam patris viuente auctore, si pater præmoriatur, non acquirat aliquod ius in bonis aui, vt probatur in §. stium, Auth. quib. mod. natur. eff. sui, & in §. generaliter, eod. tit. Anchar. *consil. 87. Ruin. *consil. 71. num. 2. lib. 3. quos refert, & sequitur Decian. *consil. 40. num. 8. lib. 3.***

25 Octauo limitatur respectu statutorum excludentium feminas ob masculos, quam sententiam secutos fuisse numero plures, dixit Tiraq. in leg. si vnuquam, in verba, susceperis liberos, num. 98. per legitimatos enim proprie non conseruatur agnatio, Curt. Sen. *consil. 16. per totum, & hanc opinionem validissimis rationibus defendit Natta *de statutis quest. 3. principalis in 2. quest. & ipsam esse veram, & communem apparet ex Doctoresibus, quos citat Mich. de Grass. *de success. §. successio, quest. 19. num. 11. & de com. uni, & ab eo in iudicando non esse recedendum, Myning. *pract. obseruat. cent. 3. obseruat. 26. Palet. *consil. 71. in princip. Pancirol. *consil. 68. num. 69. Menoch. *consil. 164. num. 17. lib. 2. Gayl. *pract. obseruat. lib. 2. obseru. 140. nu. 6. qui plures citat, & testatur sic fuisse iudicatum, Molin. *de primog. Hispan. lib. 3. cap. 2. num. 7. & cap. 5. num. 75. & de magis communi, & veriori Surd. *consil. 552. nu. 34. alios citat, & sequitur Mangil. *de Imputat. quest. 68. nu. 15. & quest. 83. num. 67. cum seq. post Peteg. *de fideicommiss. art. 23. num. 30. alios plures ad propositum citat Merlin. *de legitima, lib. 3. tit. 1. quest. 20. num. 10.*************

26 Contrarium tamen de directo tenuit Roias in Epit. *success. cap. 23. num. 90. & mouetur, quia similia statuta sententur facta ratione conseruandæ agnationis, quæ etiam per legitimatos conseruatur, Alex. *consil. 2. n. 37. lib. 1. And. Sicul. *consil. 68. nu. 4. Dec. *consil. 307. 316. 365. & 433. quos citat Decian. *consil. 1. num. 164. lib. 3. alios Tiraq. *loc. cit. num. 83. quos sequitur Brun. *de statut. quod stantib. masc. art. 11. nu. 70. & consuluit Menoch. sibi contrarius in *consil. 687. num. 57. lib. 7. & sequitur de præsumpt.********

sumpt. lib. 6. praesumpt. 39. num. 3. & seq. Ceval. com. com. tra. com. lib. 1. quest. 2. num. 15. Seraph. de off. 321. num. 16. alios citat Merlin. loc. cit. nu. 16. qui per totam illam quaestionem ad partes hanc dubitationem examinat; & tandem concludit pro legitimatis, & appellat hanc opinionem magis communem, & veriorum; cui tamen nunquam me subscribam; cum proprie per legitimatos non conferretur agnatio, ut supra dictum fuit; nec censendum sit, statuentes voluisse excludere fratres legitimatos, & naturales per legitimatum. Et praecipue stante clausula in legitimacionibus apponi solita, sine praedictio venientium ab intestato; ut late consulti Hond. conf. 67. nu. 30. lib. 1. quicquid in contrarium etiam hoc casu legitimatis nimis favendo, tenet Merlin. loco cit. num. 29. & seq. non est enim vera ratio in contrarium considerata, & de qua Merlin. sub d. num. 29. versic. & praedictorum; nec postea dicitur statuto mulieres dici extraneas, nec venire appellatione venientium ab intestato, nam non extraneis masculis legitimis, & naturalibus non sunt extraneae, nec aliquo modo exclusae; unde ante legitimacionem erant haeredes venientes ab intestato, ac ideo si legitimatio facta sine praedictio venientium ab intestato, dici debet per necessitatem consequentiam facta absque praedictio femininarum, quae ante legitimacionem succedebant ab intestato; unde stante clausula praedicta, de qua supra suo loco; non crederem, haec octavam limitationem aliquam habere difficultatem.

7 Nono limitatur, ut legitimati proprie non sint legitimi, ut tenuerunt quaeplures quos citat Tiraq. loco citato nu. 96. quod probat expressè tex. in leg. prima, C. ad leg. V. scilicet. ubi dicitur, quod qui ius auctoritatis annulorum à Principe impetrant, imaginem tantum, non etiam statum iugentiarum obtineant. Quod amplius est procedere, etiam si in ipsa legitimacione fuerit dictum, ut habeantur, ac si de legitimo matrimonio essent nati, Decian. consil. 88. num. 75. lib. 2. licet alij contrarium velint, ut dictum fuit supra nu. 4. inter quos est ipsemet Decian. sibi contrarius in consil. 40. num. 12. lib. 3.

8 Decimo limitatur, ut hodie ex praecitata Bulla Pij V. legitimati non possint aliquid consequi de bonis clericorum, nec etiam ratione dotis, vel ratione alimentorum, redduntur enim omnino incapaces bonorum provenientium ab Ecclesiis, ac à personis Ecclesiasticis, de quo tamen videnda sunt, quae diximus supra in cap. 21. num. 26. & seq.

9 Vadecimo limitatur, ut illegitimi ex alia Bulla Pij V. non possint legitimari ad Sacros ordines, ac Ecclesiasticas dignitates.

10 Et an illegitimi sint capaces pensionum, Rota decis. 549. selectar. per Farinac. pari. 1. num. 2. ubi tenet, non esse incapaces, nisi ratione clericatus, unde si in hac fuerint dispensati, & pensiones obtinere poterant; praeterquam tamen super beneficiis paternis ex dispositione Sacri Concilij Tridentini sess. 23. cap. 15. de reformat.

11 Superest modo, ut aliqua attingerem de legitimatis per oblationem Curiae. Verum, quia, ut dixit Rosel. de legitimo. lib. 3. in principio, haec legitimacionis forma hodie non observatur, ipsam omitto, de qua est tex. in §. primus namque modus, Auth. quibus modis natus. offic. sui, & de ipsa Rosel. loco citato, necnon Rol. consil. 95. num. 4. 6. & 10.

12 Non praeterea tamen, hodie huic legitimacioni factis similem esse illam, quae sit per ingressum religionis, per quam omne vitium aboletur, Bald. in l. 1. num. 5. C.

de Sacros. Eccles. Felyn. in cap. testimonium, num. 31. de test. & in e. ex tue, Simon. Quod tamen multi intelligunt de naturalibus tantum, & spiritus enim per ingressum religionis non purgari videntur teneri. Ial. in Auth. non licet, nu. 4. C. de lib. praes. Paleot. de Noth. cap. 45. num. 6. Ber. consil. 163. num. 35. lib. 2. & aperte voluit Rosel. de legitimacione, lib. 3. in principio, numer. 7. & quantum ad effectum succedendi inquit Rota in decis. 32. num. 4. coram Mans. Sed contrarium defendit Rota in d. e. 23. num. 110. cum per ingressum religionis purgetur omne vitium, c. non licet. 19. q. 1. ad quod allegat etiam tex. in Auth. de Meno. in primo, qui propterea asserit, hoc notandum esse pro declaratione tex. in cap. dilectus, de filiis praesb. & in cap. 1. eodem tit. lib. 6.

13 Nec minus opus est aliqui tangere, de spiritualibus filiis, cum ipsi cum fratribus nullo modo succedant, ut dixit Tiraq. in d. l. si unquam, in verbo, suscipere liberis, num. 26. C. de reuoc. donat.

14 De fratribus etiam iuratis nostra non erit disputatio, ut illi sunt, qui inter se conveniunt, de se tractando uti fratres, de quibus Ial. in l. quidam, n. 5. §. de verb. oblig. vno enim praemortuente sine filiis alter non succedit, ut probavit Thesaur. decis. 114.

## SVM MARIVM

1 Primogenitū secundum veterem legem, aliis exclusis, parentibus succedebant, ac in pluribus aliis precedebant.

2 Primogenitura iuxta aetiam in aliquibus in locis viget.

3 Primogenitus ille est, qui primus nascitur, & est necessarium, ut in utero ex matre exeat, num. 4.

4 Nativitas, non conceptio attenditur in primogenitura, quod exemplis declaratur.

5 Primogenitus dicitur etiam ille, qui secundo, vel ulterius loco nascitur, si primus natus decesserit.

6 Primogenitus dicitur ille, qui tempore mortis patris alius antecedit.

7 Primogenitus ex primo matrimonio dicitur etiam natus ex secundo, si ex primo filij non remanserint.

8 Primogenitus filius dicitur primogenitus excluso patre: & idem est, si agatur de successione fratris, num. 10. ubi de variatione.

9 Primogenitus, ut quis dicatur, attenditur tempus eius conditionis.

10 Primogenitus dicitur etiam secundo, vel ulterius loco natus, si primus natus sint incogniti à iure civili.

11 Filius alienus, si suus substitutus, intelligitur de primogenito.

12 Primogenitus Regis dicitur etiam natus ante adeptio- nem Regni.

13 Primogenitus velillum, vel cui testatori placuerit, respectu primogeniti dicitur parvus, respectu vero aliorum conditionale.

## Quis dicatur primogenitus.

## CAP. XXVII.

AD materiam fratrum admodum confert cognitio de iure primogeniturae. Verum quia haec sola materia tractatum requiritur, de qua Martin. Laud. & post eum Iacobus Le Cester, & omnia ad hanc materiam pertinentia cumulant Tiraq. in suo particulari tractatu de iure primog. & post praedictos Iacobus à Saxa, ea solum attingam, quae ad generalem ipsius cognitionem pertinere videbuntur; & quae ad materiam fratrum omnino necessaria esse apparebunt. Et primo in

hoc capite declarandum esse duxi, quinam dicantur primogeniti. Licet enim de iure communi inter fratres nati maiores, & minores, respectu successio-  
 1 nulla sit differentia; t̄ contra id, quod dispositum erat in veteri lege, secundum quam etiam in pluribus aliis præponebantur primogeniti, vt dixit Martin. Laud.  
 2 in *præcit. tract. quæst. 2. & 10. Le Cerier lib. 2. quæst. 2.* t̄ attramen etiam hodie multis in locis & statuta, & consuetudines adsunt, vt solum primogenitus in totum, vel in maiori parte honorum succedat; & hoc primogenitura, seu ius primogenituræ appellatur. Verum, quia potest esse dubium inter fratres, quis nam sit primogenitus, primo loco querendum esse duxi, quis dicatur primogenitus. Circa quod dicendum est, t̄ il-  
 3 lum esse primogenitum, qui primus nascitur, Io. Le Cerier *de iur. primog. lib. 1. quæst. 4.* Tiraq. *de iur. primog. quæst. 1. num. 1. & 6.* non est tamen necesse, vt alius nascatur, *cap. Joseph. de verb. sign. f. 10. Le Cerier loco cit. num. 6.* Sed bene requiritur, vt totum in lucem exeat corpus. nam si exempli gratia, manum emitteret, de-  
 4 inde, ipsa retracta, alter nasceretur, ipse esset primogenitus, non autem, qui primus membrum emisit: vt nos Sacra Scriptura docet *Genes. cap. 38.* t̄ Natiuitas enim in primogenitura attenditur, licet in aliis casibus, vel Natiuitas, vel Conceptio attendatur, prout magis  
 5 expedit infanti, *S. si quis igitur de talia Auth. quib. mod. natur. eff. sui.* Nec dicatur, fieri non posse, vt primogenitus secundo loco nascatur: nam animaduertendum est, mulierem post conceptionem vnus, antequam  
 pariat, posse alium procreare, ex sententia Arist. *lib. 7. de histor. animal. cap. 4. & de generatione animal. 4. cap. 5.* alios refert Tiraq. *loco supra citato numer. 9.* & post Philosophos, Medicos, & Iurisperitos id latissimè  
 examinauit Federicus Bonauentura Vrbinas, vt in omni scientiarum genere peritissimus in suo *tract. de Partu Ovisinestræ. lib. 3. cap. 36. 71. & 86. & lib. 9. cap. 23. vsque ad 35.* Vnde si vno concepto, alium post duos  
 6 menses conciperet, & secundo loco conceptus primus nasceretur, ipse esset primogenitus, posset enim viuere tanquam natus in septimo mense. Præter-  
 quamquod primo loco conceptus nasci posset in decimo, vel vndecimo mense, & secundo loco ge-  
 7 nitus in nono, vel etiam octauo; adhuc enim esset vitalis, vt probauit idem Federicus Bonauentura in *dicto suo amplissimo tractatu.* Verum existimo ego id fuisse statutum, quia impossibile esset dignoscere, quis nam esset primo loco conceptus; ac ideo voluerunt Iurisconsulti, potius attendendam esse natiuitatem certam, quam incertam conceptionem, præ-  
 8 terea leges adaptantur ad ea, quæ regulariter euenire solent, non autem ad ea, quæ raro accidunt: attenditur igitur, quis prius nascatur, licet paulo post & alter ex utero exeat, Io. And. *in add. ad Specul. in rubr. de Feud. vers. sic interpone,* & probat Tiraq. *loco citato quæst. 2.*  
 9 Secundo, ille dicitur primogenitus, qui natus est secundo, vel vltiori gradu, si illi, qui prius nati etant, decesserint, And. *l. c. in cap. primo, S. præterea, vers. sed quia ponitur, qua sit in princip. caus. Benef. amit. Alb. in proom. Digesti Veteris, in S. discipuli idem docet in l. donationes, vers. si incertum est, C. de donat. inter vir. & vxor. ad quod confert, quod docet  
 10 Bald. in l. 2. C. de iur. Emphyt. t̄ quod ille dicitur primogenitus, qui tempore mortis patris alios antecedit, successio enim habet relationem ad tempus mortis, vnde mortis tempus attenditur, vt videri potest per Tiraq. *loco citato quæst. 3. num. 6. & seq.*  
 11 Tertio, primogenitus quis dicitur ex primo matri-*

monio, licet natus sit ex secundo, dummodo ex primo, vel nati non fuerint filij, vel sint mortui, vel non succedant; vnde erit comprehensus sub dispositione loquente de primogenito ex primo matrimonio, Tiraq. *in d. tract. quæst. 83.* Quod tamen intelligi debet in dispositione aliqua legali, vel statutaria antepo-  
 12 nente primogenitum ex primo matrimonio aliis fratribus; tunc enim diceretur antepositus etiam primogenitus ex secundo matrimonio, non existentibus, vel non succedentibus filiis ex primo, & in istis terminis & Tiraq. & alij per ipsum citati loquuntur. Secus verò in dispositionibus testamentariis, in quibus posset considerari particularis affectio. Sit exemplum: Testator instituit primogenitum ex primo matrimonio Titij, qui Titius in vxorem habebat sororem dicti testatoris, quæ decessit absque filiis; vnde Titius aliam duxit vxorem, & filios habuit; certè primogenitus ex hoc secundo matrimonio non erit comprehensus in hac testamentaria dispositione, quia cessat ratio affectionis ipsius testatoris erga nepotem.

13 Quarto, filius primogeniti dicitur primogenitus excludo patruo, secundum communem opinionem, de qua Tiraq. *de iur. primog. quæst. 40.* licet hæc sit questio apud Doctores satis controuersa, ita vt alij inspicere dixerint, ipsam esse duello de finiendam, vt per Io. Le Cerier. *de iur. primog. lib. 1. quæst. 15.* Et eam latissimè examinat Iacobus à Sara, qui in suo tract. de primogenitura hanc solum proposuit tractandam questionem; & pro vtraque parte allegari solet à Doctoribus communis opinio, vt per Gab. *de success. ab intest. conclus. 1. C. ual. commun. contra commun. quæstion. 157.*

14 Et idem esset, si ageretur de successione primogenituræ fratrum: licet enim essemus in transuersalibus, attramen, cum vltique ad nepotes detur representatio, *Auth. cessante, & Auth. post fratres, C. de leg. hered. S. reliquum, Auth. de hered. ab intest. ven. Idem in ipsis esset dicendum, secus autem post fratres, fratrumque filios, ad quos in transuersalibus non extenditur representatio, vt dictum fuit supra in hac parte, c. 15.* Et hoc est, quod voluit Tiraq. *in d. tract. quæst. 41.*

15 Quinto, ille dicitur primogenitus, qui talis est tempore euentus conditionis, licet non fuerit primogenitus tempore conditi testamenti; cum testamenta dicantur respicere tempus futurum: ac ideo si testator substituat proximiores, intelligitur de proximioribus tempore euentus conditionis, non autem tempore conditi testamenti, *Ro. consil. 48. lib. 2. & memini, me alias ad aliud propositum supra aliquid de hoc dixisse in cap. nempè 22. num. 17. & dicam latius infra in cap. 47. num. 7. & seqq.*

16 Sexto, dicitur primogenitus secundo, vel vltiori loco natus, si prius nati non sint cogniti à iure civili, vt per Bald. *in leg. eam, quam, C. de fid. ac ideo filius legitimus, & naturalis dicitur primogenitus, licet ipsum præcedat naturalis tantum. Idem est, si primogenitus esset demens, Bald. in Auth. hoc amplius, C. de fideicom. tamquam enim demens non esset admittendus ad primogenituram, de quo tamen infra in cap. 29. num. 2. & seqq.*

17 Septimo, dicitur primogenitus filium simpliciter substitutus, si enim quis substituat filium alicuius, de primogenito intelligitur facta substitutio, Guid. Pap. *quæst. 467.*

18 Octauo, dicitur primogenitus Regis etiam natus ante adeptionem Regni, excludo genito post Regni adeptionem: licet enim in hoc varietur opinio, communis

communis tamen hæc est sententia, in qua relidit Tiraq. in d. tract. de iur. primog. quest. 31. & relatis pluribus hinc inde probat Mangil. de Impu. & de tract. quest. 89. num. 4. & segg. & idem dicendum esset in nepote ex primogenito mortuo ante Regni adeptionem; qui secundogenitum excluderet, Gratian. dissectat. Forens. lib. 3. cap. 456.

- 35 Nono, dicitur primogenitus ille, cui à testatore fuerit aliquid hoc modo relictum, relinquo primogenito, vel alteri, cui magis mihi placuerit, vel tertius declarauerit, etiam nulla subsequuta declaratione; respectu enim primogeniti relicto est parum, respectu vero alioium conditionale, ut per Guid. Pap. qn. 505. & Tiraq. loco citato quest. 65.

## SUMMARIVM.

- 1 Primogenituræ a statuto, & consuetudine induci potest.
- 2 Statuta inducentia ius primogenituræ etiam Clericos ligant, & producent etiam si agatur de bonis Clericorum, num. 4.
- 3 Clerici non admittuntur ad feuda.
- 4 Statuta inducentia ius primogenituræ non habent locum respectu bonorum existentium extra territorium, & quid respectu mobilium, nu. 6. quid vero respectu allionum, n. 7. & diuersa referuntur opiniones, n. 8. & 9. & verior esse opinio Salyc. cum declarationem tamen auctoris, n. 10. & ponitur pulchra distinctio, nu. 12.
- 11 Alio an sit connumeranda inter mobilia, vel immobilia.
- 12 Mobilia an dicantur concernere personam, vel territorium.
- 13 Alliones loco non circumferri, quomodo intelligendum.
- 14 Alliones adhaerere ossibus nostris, quomodo intelligendum.
- 15 In finibus titulo vniuersali consequitur bona ubicumque existentia.
- 16 Secundogenitus exclusus, vel prateritus non potest impugnare testamentum, vel ipsum dicere nullum, si viget ius primogenituræ, & quid respectu bonorum existentium extra territorium, num. 23.
- 17 Impugnare non potest testamentum, qui ab intestato non succedit.
- 18 Filia exclusæ per statutum ob masculos, an possit petere supplementum legitimæ.
- 19 Secundogenitus exclusus per statutum, vel consuetudinem potest petere legitimam, ac eius supplementum, quod tamen declaratur num. 21.
- 20 Secundogenito satis est relinquere legitimam quocumque titulo.
- 21 Testamentum an habeat locum quantum ad bona alibi sita.
- 22 Primogenitus an possit iura conscientia reuocare totam hereditatem.
- 23 Statutum inducens primogenituram, an sit iustum.
- 24 Statutum inducens primogenituram, an liget forenses.
- 25 Primogenitura an pacto induci possit, & quid si fuerit appositum in contractu matrimonij, nu. 29. Et appositum an per coniuges possit reuocari, n. 30. 31. & 32.
- 26 Testator potest inducere ius primogenituræ.
- 27 Familia an possit inducere ius primogenituræ.
- 28 Princeps pro bono pacis vni tantum Regnum concedere potest.

## Quibus modis inducatur ius Primogenituræ.

## CAP. XXVIII.

- 1 Ius primogenituræ primo statuto, vel consuetudine induci posse probant omnes, & latius, quam alij

- Tiraq. de primog. quest. 3. & alij, fratres exclusi solunt alimenta, & legitimam petere possunt, ut infra dicæ.
- 2 Quæ statuta, seu consuetudines etiam in clericis locum sibi vendicant, tam si de eorum tractetur favore, quam damno, ut per Tiraq. quest. 42. & hanc esse communem opinionem, dixit Io. Le Cerier de primog. lib. 2. quest. 31. num. 11. vnde clericus primogenitus alios excluderet, Panor. in c. Ecclesia S. Mariae de consuet. Ruit. conf. 195. lib. 2. Io. Le Cerier de primog. lib. 1. qu. 24. Tiraq. quest. 44. num. 10. Quod tamen de Feudis non est intelligendum, cum ad ea ÷ clerici admitti non soleant, ut per Curt. Iun. de Feud. pars. 3. vers. decimo principaliter, qui hanc regulam firmat, eamque nouem declarat modis; & post alios docet Menoch. in addit. ad casum 231. de arbit. de quo ego infra in cap. 48.
- 3 Procederet etiam istud ius, si de bonis clericorum ageretur, ut per Tiraq. loco cit. quest. 45. & probatur ex his, quæ tradita fuerunt superius in hac tertia parte, cap. 8. num. 5. & segg. contra Surdi decisionem.
- 4 Limitanda modo est conclusio respectu bonorum existentium extra territorium, ut per Doctores, quos citat Tiraq. de iur. primog. quest. 46. qui pluribus relatis opinionibus hanc sententiam in Gallia obseruari dicit, & esse communem Bellap. in rep. l. cunctos populos. C. de Sum. Trinis. & fid. cathol. quam latissime, omnia distinctione Bact. an statutum disponat in rem, vel in personam, probat Io. Le Cerier de primog. lib. 2. q. 7. num. 7. & segg. & esse verior Socin. conf. 188. lib. 2. Et de rationibus videri potest apud prædictos.
- 5 Sed prædicta procedunt quantum ad immobilia, quid vero respectu mobilium dicendum sit, maior videtur dubitatio, de quo habemus pulcherrimam distinctionem Salyc. in leg. prima, C. de Summa Trinis. quod aut illa mobilia non sunt perpetuo destinata ad illum locum, & consuetudo attendi debet illius loci ad quem redire debeat, aut verò sunt ibi perpetuo mansura, & censentur de bonis illius territorij: & hanc esse veram veritatem, dixit Io. Le Cerier loc. cit. quest. 8. ad quod confert tex. in leg. si Titius, ff. de seru. expor. vbi non dicitur commorari in loco, qui est in motu, & probat Io. Le Cerier loc. cit. Alex. conf. 16. lib. 1. consil. 19. lib. 6. & conf. 141. lib. 7. Tiraq. de iur. primog. quest. 48. ad quod solet allegari tex. in leg. ex falso, §. rerum, ff. de hered. instit.
- 6 Sed maior certe est difficultas, quid dicendum sit de actionibus, ac nominibus debitorum: in qua questione tres principaliores fuerunt opiniones: prima Salyc. in d. l. 1. & in d. l. cunctos populos, vt debeat seruari statutum, & consuetudo originis, & mouetur, quia actiones, & nomina cum extero contracta, non sunt bona sita extra territorium, non occupant enim locum, & sunt coherentia: & affixa ossibus nostris, leg. 2. ff. pro suc. ÷ Secunda fuit opinio, inspiciendum esse locum debitoris, ut per Petr. Ang. & Bald. in l. ex falso ff. de hered. inst. quos sequi videtur Tiraq. loco cit. qu. 49. num. 10. ÷ Tercio loco Lopus allegat. 91. quæ est prima istius numeri, dixit, inspiciendum esse locum, vbi de iure, & de facto fieri potest exactio, illo enim in loco dicuntur esse nomina debitorum, d. l. ex falso, §. rerum, ff. de hered. inst. l. quare, ff. de salut. ÷ Inter istas autem diuersas opiniones dico, à sententia Salyc. non esse vilo modo recedendum, cum declaratione tamen, de qua infra, quam verior dixit Io. Le Cerier de primog. lib. 2. quest. 9. per ea, quæ tradidit Alex. consil. 31. lib. 1. vbi disputat questionem de quadam muliere, quæ decellerat absque hæredibus, cuius propterea bona vendicabat habens iura regalia, sed cum ista mulier haberet creditum contra personam alium locum incolentem;

eos, ubi pariter alter aderat, ad quem spectabunt iura regalia, dubitabatur, quis eorum istud creditum consequi deberet, & concludit Alexand. illum creditum ad eum pertinere, qui habebat iura regalia in loco, in quo mulier decellit: ex quo desinitur, nomina debitorum esse in loco originis creditoris. Quam opinionem concludentissima, ni fallor, ratione confirmo. Animadvertendum namque est, quod si dubitetur, verum actio sit inter mobilia, vel immobilia connumeranda, est distinctio, quod si detur ad rem mobilem, & sic ad peccatiam, dicatur & ipsa mobilis, secus si ad rem immobilem, tunc enim & ipsa actio immobilis dicitur, *glos. in leg. t. ubi Bart. C. si advers. transact. de quo supra in his tertia parte, cap. 7.* Modo ad propositam, si actiones, & nomina debitorum sint ad peccatiam, & sic ad rem mobilem, & ipsae actiones mobiles dicuntur: sed sic est, quod mobilia censentur illius loci, ad quem sunt reclusa, ergo & ipsae actiones illius loci censeri debeant. Si vero illae actiones deat ad rem immobilem, vel ad rem mobilem, ibi tamen perpetua mansura, dicuntur loci debitoris, non autem creditoris, quia tunc etiam actiones uti immobilia illius loci censentur. Si igitur queratur,

11 **T**an respectu actionum, quis quis habet extra territorium, ubi non viget ius primogeniturae, debeat istud ius observari, est distinctio, quod si illae actiones sint ad rem mobilem, & habeat locum ius primogeniturae, quia connumerantur inter mobilia, quae censentur illius loci, ad quem sunt reclusa, & in ista materia procedit opinio Salyc. Io. Le Cerier, & sequacium. Si vero actiones sint ad rem immobilem, vel ad rem mobilem ibi perpetua mansura, & ius primogeniturae sibi non vendicabit; Et est ratio, quia tunc illae actiones connumerantur inter mobilia, & respectu immobilium existentium extra territorium illud ius primogeniturae locum sibi non vendicat. Et in his casibus procedit opinio eorum, qui tenent, attendendum esse locum debitoris. Nec obstat ratio Alex. in d. cons. 31. fundata in doctrina Bald. in leg.

12 **M**ercatores, C. de commet. & mercat. ubi dicit, quod mobilia concernere personam, immobilia vero territorium, nam imò etiam mobilia territorium concernunt, si sine ibi perpetua mansura, ut declaratum fuit in d. c. 7.

13 **N**ec minus obstat altera Salyc. ratio, quod actiones non circumferri loco, *I. Cassi. ff. de leg. 2. cum vulg.* nam, ut dixit Lap. nam actiones non sunt in loco circumscriptae, secus autem per esse actum executionis. Ultima

14 **S**alyc. ratio pariter non obstat, quod actiones nempe adherere ossibus nostris, *leg. si quis. ff. pro soc. nam id procedit respectu obligationis, secus autem respectu executionis, & rei exigendae: plura alia ad propositum videri possunt supra in d. cap. 7. num. 31. & seqq.*

15 **S**upradicta autem omnia procedunt ab intestato, secus ex testamento; institutus enim, uti habens titulum universalem consequitur bona ubicunque existentia, *I. non solum. §. & qui in testamento. l. propter litem. §. vlt. ff. de excons. tut.* Tiraq. de iur. primog. qu. 47.

16 **S**tante autem supradicta consuetudine, vel statuto, secundogenitus exclusus, vel praeteritus non possit impugnare testamentum, vel ipsum dicere nullum; nam

17 **Q**ui ab intestato non succedit, testamentum impugnare non potest nec citari iare, nec praetorio, *leg. non est ambigendum, vers. abrupto. ff. de bon. poss. l. 1. §. vocatur, & §. pen. l. si adoptionem, l. illud, §. primo, & l. si post mortem, §. liberi. ff. de bon. poss. contr. tab. & hanc opinionem probat Tiraq. in d. tract. quast. 55. An vero possit petere supplementum, si aliquid modicum ipsi reliquam fuerit, est dubitatio apud Doctores, & in termini-*

nis statuti excludentis feminas ob masculos, quod ipsae possint petere supplementum, tenet Corn. *consil. 309. lib. 1. Curt. Sen. cons. 37. Soc. consil. 30. lib. 1. Capra consil. 111. in 2. dubio*, communiter tamen alij sentere contrarium, de quibus per Tiraq. *loc. cit.* dicens, quod, si secundum aliquos, secundogenitus, vel aliter exclusus per statutum non potest petere legitimam, multo minus poterit petere supplementum: & si praeteriti non possint impugnare testamentum, nec quareclam interponere, si fuerint exheredati, ita etiam non poterunt petere supplementum legitimae, quae loco quaerelae succedit, *leg. omni modo, C. de inoffic. testamento.* Sed quantum ad statutum excludens feminas ob masculos, non est verum, ipsas etiam à legitima esse exclusas; imò loco legitimae ipsis reservatur dos; si vero dos non ascendant ad quantitatem legitimae, an possit peti supplementum; declaratum fuit superius *cap. 3.*

18 **Q**uantum vero ad secundogenitos, licet consuetudo adsit, ut primogenitus succedat, aliis exclusis, hinc tamen dici non potest, ut secundo geniti intelligantur etiam exclusi à legitima; primo, quia id exprisè statutum non disponit; secundo, quia statutum non potest in totum filius auferre legitimam, ut dictum fuit in d. l. *cap. 3.* unde & legitimam, & eius supplementum petere poterunt: Sed si statutum disponeret, ut

19 **S**ecundo loco geniti deberent esse contenti relictis à patre, tunc non possent petere supplementum legitimae, quia licet statutum non possit in totum tollere legitimam, eam tamen diminuere potest, ut videre est in d. *cap. 3.*

20 **S**atis tamen est, secundogenitis relinqui legitimam quocumque titulo, nam si possint praeteriri, multo magis alto titulo, quam institutionis ipsius relinqui poterit legitima, ut dixit Bartol. in leg. *Tisio centum, §. Tisio genito, ff. de condit. & demonstrat.* Tiraq. in citato tract. quast. 57.

21 **S**ed iuxta praedicta queri potest, si pater instituit primogenitum, sed habet bona etiam in loco, ubi ius primogeniturae non viget, an secundogenitus possit impugnare testamentum saltem quantum ad bona existentia extra territorium, ubi non adest consuetudo primogeniturae; de quo videri potest Socin. *consil. 288. lib. 2.* ubi dicit, quod testamentum factum Florentiae, ubi statutum excludit feminas ob masculos, habet etiam robur quantum ad bona alibi sita, nam aliter sequeretur, quod quis partem testatus, & partim intestatus decedere posset, contra *l. ius nostrum, ff. de regim. & quod testamentum pro parte valeret, & pro parte non valeret, contra id, quod notat Cyn. in l. furiosum, C. qui testamenta fac. poss. & Balan. l. si is, qui, ff. de testam. contrarium tamen defendit Brun. de stat. quod stat. mascul. art. 10. qu. 4. ubi supradictis respondet rationibus, ad quod conferunt tradita per Dec. in d. *l. ius nostrum, & per Marian. Socin. cons. 36. in primo dub. lib. 1.* & ea de quibus supra in hac tertia parte, cap. 7.*

22 **S**ed dubitavit Io. Le Cerier in citato tract. lib. 2. qu. 15. an primogenitus, stante supradicta consuetudine, possit tuta conscientia totam retinere hereditatem, aliis fratribus prorsus exclusis, & post varia relata, nobiles id facere posse, concludere velle videtur. Sed resolutio dubitationis non pender à nobilitate, sed à iustitia, vel iniustitia istius consuetudinis, si enim esset iniusta, consuetudo à peccatis non excusaret, *c. quantum, de consil. glos. in cap. denique, 3. distinct.* Sed iustam esse hanc consuetudinem, seu statutum non videtur ambigendum, parer enim non tenetur praestare filiis nisi alimenta, donec viuit, & legitimam loco ipsorum post mortem: unde dammodo haec consuetudo à filiis





non auferat istud ius naturæ, non potest dici, quod aliquam contineat iniustitiam, prout conueneret, si eos vel alimētis, vel legitima in totum priuaret, Host. Io. And. & Panorm. in cap. licet, de vor. dixi in totum, quis minuerē bonē potest statutum legitimam, licet non possit eam in totum tollere, Io. Le Cerier in d. trall. lib. 2. quæst. ult. num. 7. vnde si Regnum solum ad primogenitum pertineret, aliis fratribus certa portio pro alimentis, ac honesta sustentatione esset assignanda, vt per scribentes in d. cap. licet. Et quomodo, & à quibus Tiraq. in d. trall. quæst. 74. & 75.

27 Est etiam quæstio dubia apud Doctores, an hæc consuetudo liget Forenses; & videtur communis distinctio, de statuto loquente in rem, vel in personam, vt latè per Io. Le Cerier in d. trall. lib. 2. quæst. 10. Sed verior est distinctio de bonis existentibus intra, vel extra territorium, vt liget nempe Forenses respectu bonorum existentium in territorio, vbi viget consuetudo, secus autem respectu bonorum sibi existentium, vt de statuto diximus supra in hac tertia parte, cap. 7. quæ hic non repetam.

28 Secundo videtur dicendum, pacto induci posse primogenituram, cum enim statuto, & consuetudine id fieri possit, paciter pacto fieri posse videtur. Verum contractum offerendum est, cum illicita sint pacta de futura successione, l. hereditas. C. de peti. l. ex eo. C. de inu. l. stipul. l. vit. C. de suc. & leg. de quo supra in hac tertia parte, cap. 12. vnde simile pactum, tamquam disponens de futura successione, non valeret, Tiraq. de primog. quæst. 6. nisi tamen à consuetudine esset approbatum, vt per ipsum quæst. 7. † Appositum tamen in contractu matrimonij valeret, prout in multis Gallie partibus fieri solitum esse, maxime inter nobiles, testatur Tiraq. in d. quæst. 7. in fin. Aufi. in Decis. Cap. T. bolos. de cis. 451. † Reuocari tamen posse istud pactum in præiudicium primogenitorum, voluit ex iustiori opinione Tiraq. quæst. 8. num. 5. & tenentur scribentes in cap. filij, si de feud. fuer. contr. inter. Coriet. decis. Thol. quæst. 453. & Aufi. ibi in add. † Quod tamen duobus declaratur modis, primo, si tertius aliquis contigebat ea lege donasset, tunc enim non possent coniuges aliquid disponere in præiudicium istius pacti, primogenito namque per pactum iam diceretur acquisitum ius, arg. l. si post mortem, §. ult. ff. de bon. poss. contr. tab. Paul. de Cact. consil. 164. lib. 2. Dec. cons. 488. Tiraq. loc. cit. num. 5. & 6.

32 Secundo limitatur, si pater, & mater de Principis consensu in re aliqua constituisent ius primogenituræ: tunc enim vnus sine altero, & ambo sine Principe id immutare non possent, Bolog. cons. 62. Tiraq. ibid. num. 7.

33 Tertius potest addi modus, si testator in suo testamento ius primogenituræ induxerit, de quo supra suo loco.

34 Quartus est modus, secundum aliquos, si familia hanc induxerit consuetudinem, sed verior est opinio, id familiam facere non posse, vt per Tiraq. in d. trall. quæst. 16.

35 Quintus sit modus, si Princeps pro bono pacis, vni tantum Regnum tribuat, vt dixit Iul. cons. 236. lib. 2. & cons. 107. lib. 4. vbi per ipsum.

SVMARIUM.

- 1 Princeps potest patri concedere, vt non obstante primogenitura suam partem inter filios.
- 2 Primogenitus non idoneus non admittitur: quod tamen intelligitur in primogenituris habentibus annexam administrationem, vt num. 5.

- 3 Secundogenitus admittitur ad primogenituram, si primogenitus vitio naturali, & perpetuo laboris: secus si fuerit accidentale, num. 4.
- 6 Deuotis filius loco patris in primogenitura admittitur, excluso patruo.
- 7 Princeps potest concedere ius succedendi in primogenitura, non obstante dementia.
- 8 Deuotus debet alii ex bonis, in quibus constituta est primogenitura, & idem est in mutuo, & surdo à natura, remissiuè, num. 9.
- 10 Inobediens patri priuatur primogenitura, & quomodo sit intelligendum, declaratur.
- 11 Primogenitus exhereditatus in primogenitura non succedit.
- 12 Primogenitus legitimatus per rescriptum non succedit in primogenitura; & quid si fuerit legitimatus per subsequens matrimonium, num. 13. & quid per oblationem curia, num. 15.
- 14 Primogenitus quis fuerit, si ignoretur, quid agendum.
- 16 Primogeniti illegitimi non succedunt.
- 17 Iudæi hodie non succedunt secundum legem Mosyiam.
- 18 Iudæi masculi an excludunt feminas vigore statutorum excludentium feminas ob masculos.
- 19 Iudæi non datur iuramentum in supplementum.
- 20 Iudæi iuramento ligantur.
- 21 Iudæi effecti Christiani excludunt sorores feminas Iudæas vigore statutorum excludentium feminas ob masculos.
- 22 Iudæi effecti Christiani agnationem non perdunt, ac idem à parentibus aliis debent, num. 23. & possunt parere legitimationem in ipsis viventibus, num. 24.
- 23 Iudæi effecti Christiani non excluduntur à masculo vigore statutorum excludentium feminas ob masculos.
- 26 Iudæi de successione inter ipsos hodie iudicialiter non contendunt.
- 27 Primogenitus clericus non succedit in primogenituris feudalibus, remissiuè.

An ius primogenituræ semper ad primogenitos transeat.

CAP. XXIX.

Licet statuto, ac consuetudine inducatur ius primogenituræ, plures tamen possunt considerari casus, in quibus primogeniti non succedunt, quos breuiter hoc capitulo stringam.

- 1 Primus sit, si Princeps patri concesserit, vt statuto, vel consuetudine non obstante, posset partes facere inter filios, Luc. de Pen. in l. pen. C. de Dec. lib. 10. quod tamen intelligitur in querendis, non in queritis, Tiraq. de iur. primog. quæst. 22. Io. Le Cerier de iur. primog. lib. 3. quæst. 7. nu. 18. sed absque licentia Principis nec etiam in querendis posset pater primogenito præiudicare, Io. Le Cerier in dict. trall. lib. 3. quæst. 4. Tiraq. quæst. 21. nec etiam indirectè, vt per ipsum quæst. 76.
- 2 Secundus est casus, si primogenitus non sit idoneus, pro administrandis rebus, in quibus constituta esset primogenitura, Bald. in Auth. hoc amplius, vers. quaro. an filij Regis, C. de fideicom. primogenitura cum contra iura Regni interpretari non debet, Afflic. in cap. omnes filij, vers. item fallit, si de feud. fuer. contr. inter dom. & agn. Vallasc. in repet. l. Imperium ff. de iur. s. d. om. ind. Coriet. de Possess. Reg. quæst. 10. alios citat Tiraq. in dict. quæst. 21. & tradit Io. Le Cerier in d. quæst. 4.
- 3 Quod ampliatu procedere, etiam si pater de ipsa primogenitura non disponat, de iure enim, si vitium fuerit naturale, & perpetuum, & secundogenitus loco

- 4 primogeniti succedit, *Bal. in cap. fin. de succ. feud.* licet secus, si vitium fuerit accidentale; tunc enim solum primogenito datur curator, ut distinguunt multi, quos citat *Tiraq. in d. tract. quæst. 23. num. 5.* & probat *Io. Le Cerier in d. quæst. 4. in prin. & fait distinctio Bald. de success. Feud. in prin. ad quod conferunt latè per me tradita in tract. de Casu, Surdo, & Muto in quæst. an Muti, & Surdi succedant in Feudu.*
- 5 Sed iste secundus casus declaratur primo, ut procedat in Regno, ac Regalibus Dignitatibus, necnon in Primo genituris, honorem, & administrationem annexam habentibus: non autem quantum ad alia particularia bona, in quibus etiam à natura dementes succedunt, *l. 1. & 2. ff. de bon. poss. infant. mut. Cas. compet. l. fin. §. tali. C. de Cur. Tur. §. sui. Inst. de hered. qua ab intest. differ.* nulla enim quantum ad successionem inter dementes, & alios reperitur differentia, cum & ipsi heredes esse possint, quicquid dicat *Socin. conf. 47. in primo dubio, lib. 3.* ubi dixit, primogenitum dementem etiam in rebus privatis ad ius primogenituræ non admitti, cuius opinionem, & rationes confutat *Tiraq. in d. quæst. 23. num. 8. & seq. & ante ipsum Io. Le Cerier loc. cit. nu. 14. & seq.* Quod tamen intelligit in bonis merè privatis, secus in Castis, licet essent ad instar allodialium. In quo tamen contradicit *Ign. in quæst. An Rex Francia recognoscatur superiorem, existimans, hunc casum in Regno solum Feudalibus locum habere, secus in alijs iurisdictionibus debitis ratione agnationis, quod secutus fuit, *Iac. in l. nemo potest, in prima l. lura. ff. de leg. 1.* Ign. tamen rationes patum concludere, dixit *Tiraq. loc. cit. nu. 6.* procedunt enim in furor superveniente, non autem in naturali.*
- 6 Secundo declaratur, ut si ille demens habeat filium, ille filius succedat loco patris, excluso patruo, *Bald. conf. 389. lib. 1. Soc. conf. 47. lib. 3.* quod probavit *Tiraq. loc. cit. num. 14.* nepos enim patrum excludit, *Io. Le Cerier lib. 3. quæst. 5.*
- 7 Tertio declaratur, ut non procedat, si Princeps, non obstante dementia, ius succedendi primogenito concedat, vivente tamen patre, & ante acquisitionem ius secundogenito; quod tamen in Feudo novo fac intelligas, in quibus terminis loquitur *Afflic. in cap. mutus, Quæst. de feud. ad sineu.*
- 8 Quarto declaratur, non procedere respectu alimètorum, ex bonis enim, in quibus constituta est primogenitura, alii debeat dementes, *Afflic. loc. cit. Iacob. And. in sum. de success. Feud. in §. mutus, Tiraq. loc. cit. at.*
- 9 Et quæ dicta sunt de dementibus, sibi locum vendicant etiam in Muto, & Surdo à natura, ut in meo tract. de Casu, Surdo, & Muto, cap. 66.
- 10 Tertius est casus, si ob inobedientiam erga patrem primogenitus fuerit privatus, *cap. lices, de vot.* Quod tamè non est intelligendum de simplici inobedientia, ut existimavit *Mart. Laud. de primog. quæst. 9.* nam primo *Bald. in Auth. hoc amplius, C. de fideiuss.* dicit, illum tex. esse specialem ob votum ultramarinum. Secundo, dicti textus verba demonstrant, filium ex sola inobedientia non privari primogenitura, ut animadvertit *Io. Le Cerier de primog. lib. 3. quæst. 6. n. 4.* dicitur enim ibi, *Es in assumpto Crucis signaculo te adimpleturum sine dilatione promissis, & in fia. Nisi omnia tibi à patre iniungam. & à te spontè susceptum.* Ex quibus verbis patet, patrem non solum mandasse votum ultramarinum, sed insuper filium ipsum exequi iuramento promissis. Ac ideo *Sura. Pontifex* mandat sub pena privationis primogenituræ, filium exequi debere onus sibi à patri iniunctum, & ab ipso spontè susceptum: nec *Laudensis* rationes obstant, ut per *Io. Le Cerier loc. cit.*
- 11 Quartus sit casus, si pater primogenitum exheredaverit ex aliqua legitima causa, de qua in §. ceterum, in *Auth. ut cum, de appell. cognosc.* quod tamen intelligendum est in primogenituris hereditariis, secus in his, in quibus pater filiis præiudicare non potest, de quibus supra in *cap. fin. prima partis.*
- 12 Quintus est casus, in primogenito illegitimo, qui licet fuerit legitimatus per rescriptum Principis; adhuc tamen non succedit, de quo supra in *cap. 26. num. 15.* & tradit *Io. Le Cerier de primog. lib. 1. cap. 13.* tam si fuerit natus ante, quam post natiuitatem legitimi, ut per ipsum *num. 17.*
- 13 Sextus est casus, in primogenito legitimato per subsequens matrimonium, de quo tamen supra in *cap. 14. num. 19.* & docet *Io. Le Cerier in d. tract. lib. 1. §. 14.*
- 14 Septimus potest considerari casus, si ex duobus ignoretur, quis fuerit primogenitus, ut de natis ex eodem partu, quorum quis prius in lucem prodierit ignoretur, vel de natis ventre ex scisso: in hoc enim quid agendum sit, variæ sunt opiniones, & *Io. Le Cerier in d. tract. lib. 1. quæst. 7. 8. 9. & 10.* quatuor & *Tiraq. de iur. primog. quæst. 17. 18. 19. 20. & 21.* duodecim diversas referunt sententias. Communis tamen videtur resolutio, ut cæteris paribus uterque debeat admitti, si primogenitura fuerit hereditaria, & divisibilis, si verò indivisibilis fuerit, meliorem esse conditionem possidentis, nemine verò ipsorum possidente, locum esse gratificationi, vel sorti, gratificatio tamè magis commendatur. Quæ tamen omnia intelliguntur cæteris paribus, nem data meritorum excellentia, dignior, & aprior præferri deberet, ut per varias conclusiones probat *Io. Le Cerier.*
- 15 Octavus est casus in primogenito legitimato per oblationem curiæ; præterquam quod enim hæc legitimatio non est amplius in usu, ut dixit *Io. Le Cerier d. lib. 1. quæst. 15.* si legitimatus per rescriptum non succedit, nec minus legitimatur per oblationem curiæ succedere poterit.
- 16 Nonus est casus, ut multo minus illegitimi succedant, legitimis tamen existentibus; si verò legitimi non existant, an illegitimi succedant, pender ex hoc, an primogenitura sit hereditaria, an non, & an illegitimi ex testamento, vel ab intestato succedant, & idè considerandum est circa legitimatos, non existentibus legitimis, de quibus omnibus dictum fuit superius suis locis.
- 17 Decimus est casus, ut licet ex lege *Mosayca* primogenitus debeat habere omnia duplicia, ut *Deut. cap. 21.* dabit ei de his, quæ habuerunt, cuncta duplicia: tamen hodiè *Iudæi* secundum hanc legem non succedunt, cum leges Imperiales observare teneantur: licet multi velint, in successione inter *Iudæos* attendi legem *Mosaycam*, ut *Calder. consil. 2. & cons. 10. sub rub. de consil. & consil. 30. sub rub. de testam. Rom. cons. 154.* alios citat *Albert. Brun. de statut. art. 6. num. 57. usque ad nu. 60.* plures *Io. Le Cerier de primog. lib. 1. quæst. 16.* multos *Tiraq. de iur. primog. quæst. 66.* In contrarium tamen est communis sententia, quam tenuerunt *Io. de An. & Fely. in cap. Iudæi, il 2. de Iud.* qui loquuntur etiam de statutis excludentibus feminas ob masculos, *D. Lau. in repet. §. ceterum, Inst. de leg. agn. success.* *Paul. de Cast. cons. 395. in nouit,* qui dicit *Iudæos* observare debere leges nostras, & de successione ab intestato idem confirmat in *consil. seq. Socin. consil. 61. 66. & 71. lib. 1.* plures alios citat *Brun. loc. cit. num. 60.* & post *Marquar. & alios* probat latissimè *Surd. in decis. 133.* *Iudæos* nempe nostras leges observare debere: & licet *Io. Le Cerier* in primogenituris conformibus legi *Mosaycæ*

Mosycæ aliter distinguere videatur, attamen Tiraq. in d. 11. all. quest. 66. probat absolute, in omni casu nostras esse attendendas leges.

18 Respeccu tamen statutorum excludentium feminas ob masculos placet mihi admodum, quod dixit Brun. loco supra citato, sub num. 6. vers. verum tamen: familia nempe statuta inducta esse non favore masculorum simpliciter, sed ad hoc, vt per masculos conferretur familia, vt ipse docet in 4. art. de quo supra in cap. 9. nu. 6. ac propterea non comprehendere Iudæos, quotum familiae, vt conferrentur, nullus potest considerari favor, vt per glol. in cap. 2. de iud. prout multa etiam alia favorabilia ex æquitate inducta Iudæis 16 competere non solent, vt † iuramentum in supplementum, glol. & Bald. de contr. inest. in vsib. Feud. Bapt. de S. Blasio in leg. bona fidei, C. de reb. cred. & in tract. corvel. part. 5. in 18. fell. Rom. & Angel. in repetit. admonendi, ff. de iur. iur. † licet alias iuramento ligentur, & contractum iuramento confirmant, Surd. conf. 121. nu. 21. lib. 1. & de rebus similibus Brun. loc. cit. Nec obstat, quod dicit Marq. de Iud. part. 2. cap. 2. n. 5. etiam confirmationem agnationis in lege Mosaiica habitam fuisse in consideratione, nam ille favor, qui tunc vigebat, hodiè cessat, vnde amplius in consideratione haberi non debet, vt Brunus tradit.

21 Quod tamè notabiliter, secundum ipsum met Brun. limitandum est, si masculi essent Christiani, feminæ vero Iudææ, tunc enim militat finalis ratio statuti, 21 † cum Iudæi effecti Christiani agnationem non perdant, nec in successorum amittant, c. Iudæi, il 2. de Iud. vbi Abb. glol. in cap. Iudæorum 18. quest. prima, & 23 probatur in cap. deinde, 26. dist. 1. † ac idè à parentibus aliis debent, cap. fin. de conuers. in fid. can. si quis filius 30. dist. 1. Bal. in l. neque mater, C. de iur. det. lo. de Anon. 24 in d. cap. Iudæi, qui propterea tenet, † Iudæum effectum Christianum posse à patre, ipso viuente, legitimam petere, & licet Io. Le Ceter de primog. lib. 1. cap. 17. existimet, legitimam non deberi, nisi post mortem, contrarium tamen de consuetudine passim obseruatur: nec obstat ratio Io. Le Ceter, licet enim filius non possit regulariter petere legitimam nisi post mortem patris, in eadem tamen à patre ali debet, sed cum non sit conueniens, vt Christianus apud patrem Iudæum alatur, nec minus quod secum conuersionem habeat, causa percipiendi alimenta, à regulis ordinatis 25 est recedendum. Et ex eisdem rationibus, † si feminæ effectæ essent Christianæ, & masculi remansissent Iudæi non possent feminas excludere vigore similibus statutorum, vt per Brun. loc. cit. sub num. 62. & ita in facti contingentia obseruatum vidi.

16 Verum hodiè Iudæi inter se nunquam de successione contendunt, concorditer enim bona diuidunt, & Mosycam legem sequentes recognoscunt primogenitum, & feminas, eas dotando, à successione excludunt, sed si res in iudicium deduceretur, leges Imperiales obseruari essent coacti.

27 Vltimus est casus, si primogenitus sit clericus, & agatur de primogenitura Feudali, cum ad feuda clerici non admittantur: de quo tamen infra in cap. 48. vbi etiam de militibus Hierosolymitanis.

### SVMMARIVM.

- 1 Femina non dicitur comprehensa sub statuto, vel consuetudine de primogenitura disponente, etiam si simus in primogenitura proueniens ex patre, num. 2.
- 3 Feminarum filij masculi non admittuntur ad primogenituram.
- 4 Femina admittitur ad primogenituram, si masculi non

adsint, quod tamen non procedit in primogenitura inuisionem, & administrationem annexam habentibus, num. 5.

- 6 Femina descendens ex masculo excludit patruium.
- 7 Femina admittitur ad primogenituram à feminis inductas.
- 8 Masculus excludens feminas intelligitur si sit eiusdem gradus.
- 9 Femina admittuntur, si ita adsit consuetudo.

## Fœminæ an comprehendantur in iure primogenituræ.

### CAP. XXX.

**A**N, & quando fœminæ admittantur ad primogenituram, esset longa disputatio, de quo inter alios Io. Le Ceter de primog. lib. 1. cap. 19. cum quatuor aliis capitulis subsequentibus: ego autem iuxta communes Doctorum traditiones, regulam constitutionum, cui declarationes nonnullas applicabo, quæ ad istam conferunt materiam.

- 1 Sit igitur prima conclusio, fœminam non comprehendit sub statuto, vel consuetudine de primogenitura loquente, nisi id statutum, vel consuetudo expresse disponat, Bald. in l. in multis, in prin. ff. de stat. hom. Roman. confil. 98. Fulg. confil. 103. Gozad. confil. 43. Patil. conf. 72. num. 168. lib. 4. Guid. Pap. decis. 506.
- 2 Quod primo venit ampliandum etiam ad primogenituram proueniens ex patre inito in ipso matrimonio, vt per Iacob. de Alex. in l. Lucius, §. quasi sum, ff. de leg. 3. Guid. Pap. loc. cit. & sing. 522. Tiraq. de iur. primog. quest. 11.
- 3 Secundo ampliatur, vt non solum fœminæ non admittantur, sed nec etiam masculi ex ipsis proueniens, Io. An. in cap. ad Apostolica, de re iud. in 6. Bal. in l. 1. ff. de sent. Mari. Laur. de primog. vers. videmus in superioribus, Corlet. de Potest. Reg. in quest. 66. & late probat Tiraq. loc. cit. quest. 12. num. 5. & seqq.
- 4 Quæ conclusio sic ampliata limitatur primo, vt non procedat, si masculi non adsint, tunc enim fœminæ admittuntur, Bal. in d. l. in multis, Rom. in d. conf. 98. in 2. dub. Dec. in l. femina, lib. 2. in 4. quasi ff. de reg. iur. non tamen omnes, sed solum primogenita, vt per Sal. in cap. 1. §. & quia videmus, de his, qui Feud. dar. poss. & docet Io. Le Ceter. lib. 1. quest. 20. ac probat Tiraq. in quest. 11. num. 20. † Quod tamen non procedit in primogenitura habentibus administrationem annexam, vt Dignitates, Comitatus, Principatus, & similes, quæ vt plerimum ad fœminas transire non solent, vt per Io. Le Ceter loc. cit. quest. 19. Abb. in c. de liti, de arbit. Veram hoc pendet à tenore ipsarum inuestiturarum ac ab ipsa consuetudine, quæ obseruari deberet, Bald. confil. 172. lib. 2.
- 6 Secundo limitatur, si primogenitus decederet relicta tantum filia, quæ patruium excluderet, nam quamdiu superest aliquis, siue masculus, siue femina ex linea, ad quam hæreditas semel peruenit, linea postposita non admittitur, Inter in cap. 1. in tit. de eo, qui sibi, & suis hered. per tex. in c. 1. de natur. success. Feud. & docet Tiraq. in d. l. quest. 11. Paul. de Cast. confil. 300. lib. 2. Hond. conf. 16. num. 15. lib. 1. Rein. conf. 167. num. 7. lib. 2. & idem eise solet in fideicommissis, Rol. conf. 100. lib. 1. Peteg. decis. 132. num. 2. de quo infra cap. 47. nu. 5. & seqq. Quod tamen intelligendum est, si illius successionis sit femina capax.
- 7 Tertio limitatur, si primogenitura à fœmina fuerit

inducta, feminam enim excludere voluisse, non est censendum, nisi expressè dicatur, Anch. *consil.* 139. *lat. in l. sed si hac. §. liberis, in 1. notab. ff. de in iur. voc. & in conf. 117. lib. 4. Gratian. conf. 110.*

- 8 Quarto limitatur, si masculus non sit eiusdem gradus, nam consuetudo excludens feminas à jure primogenituræ intelligitur de masculis eiusdem gradus, ut expressè voluit Bal. *cos. 272. lib. 2. & sequitur Curt. Iun. in tract. Feud. in 2. parte. in 15. limitat. prima quest.*
- 9 Quinto limitatur si adit consuetudo, ut feminæ succedant, Roch. Curt. *in repet. cap. ult. vers. tertio queritur, in quart. limitat. de consuetud. Tiraq. loc. cit. quest. 17. quid autem dicendum sit, si contentio fuerit inter nepotes ex masculis, & feminis, latè Tiraq. in dist. tract. quest. 13. & 14.*

### SVMMARIVM

- 1 Primogenitus potest renunciare primogenitura paterna successioni in totum renunciando, vel alios fratres ad successionem admittendo, num. 1.
- 3 Privilegia personalia sunt in duplici differentia; & quibus possit renunciare.
- 4 Primogenitum renunciare voluisse primogenitura non presumitur.
- 5 Renunciatio in dubio non presumitur.
- 6 Primogenitus potest renunciare ad favorem secundogeniti; sed ipso decedente sine filiis, iterum admittitur primogenitus, num. 7.
- 8 Primogenitus si renunciaverit, non potest parere.
- 9 Primogenitura potest & vendi, & cedi.
- 10 Primogenitura ita prescribi potest.
- 11 Primogenitus non potest renunciare ad favorem tertio geniti in præiudicium secundogeniti.
- 12 Primogenitus non potest renunciare in præiudicium præteritum filiorum.
- 13 Primogenitus minor, si renunciaverit, potest petere restitutionem in integrum.
- 14 Primogeniti renunciatio, si erraverit, non valet.

### An iuri primogenituræ possit renunciari.

### CAP. XXXI.

- V**ltimo loco in proposito circa primogenituras, videndum est, an ipsis possit renunciari. Et primo dicendum est, si primogenitum posse in totum renunciare iuri primogenituræ, patris successionem repudiando, per tex. *in l. qui autem, ff. que in fraud. cred. & in l. non fraudantur, ff. de reg. iur.* Sed maior est difficultas, si an possit non repudiare hæreditatem, sed alios fratres ad successionem admittere; & hoc pariter facere posse, communis est sententia: cum unusquisque statutorum, & consuetudinum beneficiis renunciare possit, Alb. *in l. si quis in describendo, C. de Episc. & Cler.* Et eo magis, cum redscatur res ad terminos iuris communis, ad tradita per Bart. *in l. omnes populi, coll. 11. vers. iuxta prædicta quare, ff. de iust. & iur. quod ex multis probat Tiraq. de iur. primog. quest. 14. contra Bart. in l. 1. in prin. ff. de verb. obligat. in cap. Raynuitius, de test. & in conf. 38. num. 1. Nec obstat, istud esse privilegium personale, si nam est distinctio Bart. *in l. per diversas, C. mand.* alia esse privilegia personalia, quæ tamen iuri cohærent, alia verò, quæ debentur ratione qualitatis personæ; prima possunt cedi, ac renunciari, secunda verò non; privilegia autem primogenituræ sunt in duplici differentia, alia cohærent iuri, ut ius succeden-*

di, cui potest renunciari, & in his terminis intelligitur conclusio supra firmata; secus verò quantum ad alias prærogativas, quas ratione personæ habent primogeniti, de quibus Tiraq. *de iur. primog. in prin. & lo. Le Cerier de primog. lib. 2. quest. 1. & hanc distinctionem sequitur lo. Le Cerier in d. tract. lib. 3. quest. 1.*

- 4 Quod tamen diximus de renunciatione, intelligitur de expressa, tacite enim primogenitum renunciare voluisse non presumitur, ut permittendo fratres simul habitare, bona primogenituræ administrare, similiaque peragere; hæc enim potius presumitur quædam tolerantia causa honoris, & fraternæ cuiusdam familiaritatis, ut consulti Paul. de Cast. *conf. 179. lib. 1. ad quod confert, quod si renunciatio numquam presumitur, si alia possit capi coniectura, leg. si quis, §. non videtur, ff. quib. mod. pign. vel hypot. sol. leg. cum de indebito, ff. de probat. cum vulg. vnde renunciationem allegans eam probare debet leg. ultim. ff. quem secu. amitt. l. 1. §. Aristo, ff. de ag. quot. & est. Ruin. *consil. 34. lib. 1. & latè probat Tiraq. in d. tract. quest. 15.**
- 6 Quæ conclusio ampliatur, ut primogenitus possit renunciare in favorem secundogeniti tantum, ex his, quæ docent scribentes *in cap. 1. §. præterea, quib. mod. Feud. amit. Paul. de Cast. conf. 84. lib. 1. quæ renunciatio etiam tacite fieri diceretur, si primogenitus consentiret, secundogenitum reinceptari. si in Feudo tamen antiquo nasceret sibi renunciatio quantum ad ordinem, sed si secundogenitus decederet sine filiis, primogenitus iterum esset admittendus, Card. *in d. §. præterea, Ruin. consil. 1. in 2. dub. lib. 1. Tiraq. loc. cit. quest. 26. num. 4.**
- 8 Secundo ampliatur, ut sedet valeat hæc renunciatio, ut si penitens, eam revocare non possit, dummodo à secundogenito fuerit acceptata, ut Tiraq. probavit *quest. 28. secus si nondum acceptata fuerit ad iustitiam donationis, per ea, quæ ipse tradit num. 3. & 4: licet in cõtrarium opinionem ipse inclinare videatur.*
- 9 Tertio ampliatur, ut non solum possit iuri prædicto renunciari, sed etiam & vendi, & cedi valeat, scribentes *in c. licet extr. de vor. Old. conf. 124. Pan. conf. 38. part. 1. & conf. 2. part. 2. & docent quamplurimi, quos Tiraq. citat de iur. primog. quest. 19. de quo etiam lo. Le Cerier de primog. lib. 3. quest. 8. quod tamen intelligitur, patre mortuo, ipso enim vivente esset facere patet de futura successione, Paul. de Cast. *conf. 448. lib. 1. Dec. in l. pactum, C. de Coll. Tiraq. loc. cit. quod fieri non posse, declaravimus supra hæc eadem parte, cap. 12.**
- 10 Quarto ampliatur, ut istudius possit etiam prescribi spatio 30. annorum, ut per Soc. *conf. 47. lib. 3. de quo per Tiraq. loc. cit. quest. 30. & per lo. Le Cerier in ultima quest. prescriptio tamen in vaate non trahitur ad aliam, Rom. *consil. 168.**
- 11 Limitatur modo hæc conclusio, ut non procedat, si primogenitus velit renunciare iuri primogenituræ ad favorem tertio geniti, secundo genito excluso, secundum Bal. *in conf. 389. lib. 1. ubi hanc questionem disputat ad partes, & eius rationibus duas alias addit, Tiraq. in d. tract. quest. 27. & n. 5. & respondet contrariis, nisi tamen secundogenitus & ipse consentiret.*
- 12 Secundo limitatur, si primogenitus habeat liberos, in quorum præiudicium pater renunciare non potest, Card. Alex. *in cap. 1. de Feud. March. scribentes in cap. grandi, de suppl. negi. pralat. lib. 6. Tiraq. de iur. primog. quest. 26.*
- 13 Tertio limitatur, si primogenitus fuerit minor, maior enim factus, tamquam levis, possit petere restitutionem in integrum, Mart. Laud. *de primog. quest. 23. Bal. in d. §. præterea. Quod tamen dicunt, non procedere,*

dere, si mihi iurauerit, iuramentum enim restitutum in integrum impedire solet. *Auth. sacramenta puerum, C. si aduersus vend. & docet Titiaq. loc. cit. quest. 28. n. 2.* Sed an, & quando iuramentum impediatur restitutionem in integrum ex alio pendet, quod non est presentis indaginis.

14 Quarto limitatur, si primogenitus errauerit, credens nempe, ius primogeniturae ad ipsam non pertinere, ut per Doctores in *d. s. praterita*, Titiaq. loco citato quest. 26. n. 17.

## SVMMARIVM.

- 1 Frater fratrem alimentare tenetur, etiam si sit consanguineus tantum, vel uterinus solum, num. 3. & 10.
- 2 Alimenta intuitu pietatis praestita repeti non possunt.
- 3 Condicio patris attenditur.
- 4 Frater tenetur alimentare fratrem naturalem: limitatur si eius industria, & ex aliquo artificio viuere possit, num. 6. quae limitatio declaratur, num. 7. & 8. nec non sub nu. 9. & procedunt in quolibet fratre, sub num. 23. in fin.
- 7 Artifex nemo nascitur.
- 9 Mater nobilitas non tenetur filium lactare.
- 11 Frater tenetur alimentare fratrem spurium, si tamen ex eadem matre sit natus, n. 12.
- 13 Frater Clericus tenetur ex fratribus beneficiorum fratrem alere, & sororem dotare, num. 14.
- 15 Frater an tenetur alimentare fratrem filium.
- 16 Frater sororem alimentare debet, & qui alit, lucratur fructibus dotis relictae, cum nupsisset, num. 17.
- 18 Frater tenetur alimentare fratrem pauperem litem secum habentem, praecipue si sis esset circa bona paterna, num. 19.
- 20 Filiationis quasi possessio quomodo probatur, remissive.
- 21 Paupertas a quo debeat probari.
- 22 Frater a patre exheredatus a fratre alit debet.
- 23 Frater aues, qui ex se alit possit, a fratre alimentari non debet, & quid si fuerit ratione primogeniturae, vel a statuto exclusus, num. 24.
- 25 Frater, qui bona sua dilapidauerit, an a fratre alimenta petere possit.
- 26 Frater non tenetur alimentare fratrem habentem matrem diuitem.
- 27 Mater filium pauperem alere tenetur.
- 28 Frater ingratus a fratre alit non debet.
- 29 Frater ingratus an prius iure succedendi in bonis fratris.
- 30 Frater pauper fratrem alere non tenetur.
- 31 Frater non tenetur dare fratri alimenta praeterita.
- 32 Frater non repetit alimenta praestita fratri, & quid si fuerint praestita nulla praecedente obligatione, num. 33.
- 34 Frater in quibus casibus repetat expensas factas pro fratre.
- 35 Frater an repetat alimenta praestita fratri socio, remissive.

## An frater fratrem alimentare teneatur.

## CAP. XXXII.

1 **F**RATER an fratrem alimentare teneatur, solet esse questio apud Doctores, in qua constituo ego regulam auctoritativam quam tulerunt Alber. in l. 1. n. 2. C. de alend. lib. & ante ipsum gloss. in l. si quis a liberis, §. idem rescripsit, ff. de lib. agnosce. in l. 1. §. sed nonnulli, in verbo, praesumerit, ff. de test. & in leg. qui filium, in fin. ff.

ubi pup. educ. deb. Abb. in cap. peruenit, nu. 5. de arb. Rol. consil. 101, num. 3. lib. 3. Tiraq. de iur. & iurrog. quest. 4. num. 33. Cefar. Bart. decis. 130. num. 1. & post alios latissime professuti suere Corduba in l. si quis a liberis, §. idem rescripsit, num. 83. & Surd. de alim. tit. 1. quest. 25. ad quod adducunt tex. in d. leg. §. sed nonnulli, ff. de test. & rat. distr. in d. l. qui filium, & in leg. inter secundum dignitatem, §. fin. ff. de adu. tur. Rota decis. 538. nu. 1. inter ingressos per Farin. part. 1. & decis. 254. num. 3. part. 2. Verum Cord. loc. cit. num. 84. dicit hanc opinionem communiter receptam lege non probari, cum supradicta iura loquantur in foronibus, in quibus maior consideratur ratio, cum sint obsequioris vitae, fatetur tamen id ab omnibus esse receptum. Ac ideo praestita intuitu pietatis praestita, repeti non possunt, Laur. de Pin. consil. 108. num. 1. Fulg. cons. 218. per totum, Ang. de Camb. inter cons. ultim. vol. diuers. consil. 95. num. 38. lib. 1. Rol. consil. 35. num. 4. lib. 3. Decian. consil. 111. num. 21. lib. 3. Cray. consil. 86. num. 2. Ceph. consil. 94. num. 17. lib. 1. Ancl. in quest. fam. quest. 52. num. 10.

2 Quae conclusio ampliatur primo, ut procedat non solum in fratribus eidem parentibus procreatis, sed etiam in fratribus ex eodem patre natis, quamuis mater non sit eadem, Bald. consil. 103. num. 3. lib. 5. attenditur enim conditio patris, quam filii sequuntur Bald. in l. fin. in fin. C. de seru. sig. & in l. exemplo, C. de decur. lib. 10. & multi docent, quos citat lo. Lup. in repet. rub. de donat. inter vitam, & exor. §. 2. nu. 4. & docet Cord. loc. cit. num. 85.

3 Secundo ampliatur in fratre naturali tantum, qui pariter a fratre alit debet, ad quod adduci solet tex. in *Auth. §. licet, C. de naturali lib. & in §. discretis, Auth. quib. mod. natur. eff. sui*, & eam tenentur Cyn. & Alb. in l. 1. C. de alend. lib. Bart. in l. si quis a liberis, §. & viri, n. 3. ff. de liber. agnosce. & in l. fin. nu. 2. C. de alend. lib. Bald. in d. *Auth. licet*, alios citat Cord. loc. cit. num. 66. plures Rol. consil. 54. num. 48. & segg. lib. 2. & tradit Surd. de alim. tit. 1. quest. 25. num. 28. & segg. Rota loco citato. Nisi tamen posset praestare ex artificio, vel famulatu sibi victum quicquid, ut ex aliorum sententia dixit Rol. in d. consil. 54. sub num. 48. Hec tamen qualitas esset probanda ab allegante, cum praestare nemo artifex nascatur, ut per ipsum nu. 74. & allegat Corn. in consil. 72. & in consil. 150. dicentem, Notarius qualiter ab eo probari debet, qui eam allegat. Quod tamen intelligitur, si illud exercitium sine verecundia exerceri possit, ut tradit Bart. in d. leg. si quis a liberis, §. sed si filius, ff. de lib. agnosce. Cray. cons. 199. Bald. Nouel. in tract. dotu. part. 6. priuileg. 16. Bald. in l. 1. nu. 141. ff. sol. matrim. ac ideo licet filia naturalis non sit alenda a patre, si aliquam habeat artem, ex qua possit se sustentare, tamen id non procedit in filia alienius magni nobilitatis, cum dedecus sit illam artem exercere, ut per supradictos Doctores, & pro simili adducit Rolan. quod dicit Azo. in sum. C. de patr. potest. praest. quod licet mater teneatur lactare filium usque ad triennium, l. nec filium, C. de patr. potest. tamen si mater sit nobilis, & ei, attenda maxime patriae consuetudine, sit indecens filias lactare, excusatur.

Circa tamen limitationem supra positam, fratrem non teneri praestare alimenta fratri industrioso, qui ex eius artificio viuere possit, ultra declarationes supra positas, quod id ab allegante sit probandum, & quod sine verecundia ars illa exerceri possit, animaduertendum est, industriam regulariter non attendi propter fragilitatem humanae potentiae, quae ex tempore variatur: unde principaliter consideratur, an ex redditibus quis viuere possit, ut optime animaduertit Rot. in decis. 224. num. 5. selectar. per Farin. part. 1. praest.

- cius si industria si r. lis, vt non possit arbitrio proprio exerceri, Rot. loc. cit. num. 6. quæ loquitur in Doctore, & procuratore.
- 10 Tertio ampliatur in persona fratris vterini tantum, Cyn. in l. 1. num. 2. C. de alend. lib. per tex. in l. necare, ff. de lib. agnosce. ad quod conferunt leges non distinguentes, an ex eodem patre nati sint, vel matre tantum, Bal. in l. qui filium ff. ubi pup. educ. deb. Angel. in l. a filia. ff. ad Treb. & ibi alij scribentes Ial. Auth. resque, num. 10. C. com. de leg. & ornes in hanc sententiam conueniunt, dixit Cord. loc. cit. num. 88. & licet tex. in l. cum plures, §. 7. ff. de admin. tut. disponat, fratrem non teneti constituto dotem sorori ex alio patre natam, attamen, vt Cordub. declarat, aliter dicendum est in alimentis, quod probat Surd. de alimen. tit. 1. quest. 15. num. 17. & seqq.
- 11 Quarto ampliatur, etiam si frater vterinus sit spurius, Socin. Sen. in l. 1. ff. sol. matrim. quem sequitur Lap. in cap. per vestras, de donat. inter virum, & vxor. num. 3. quod validissimis rationibus probat Cord. loc. cit. num. 89. retinet enim spurius iura cognationis, quamuis agnationis iura non habeat: vt probat tex. in l. 2. & in l. spurij, ff. vnd. cogn. † Id tamen intelligere oportet in spuris ex eadem matre procreatis, secus in generis ex eodem patre, nam frater non tenetur alere fratrem spurium ex latere patris, vt declarat Lud. Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 15. num. 66. quem refert Cord. loc. cit. num. 92.
- 12 Quinto ampliatur in fratre Clerico, qui ex fructibus beneficiorum tenetur fratrem alere, & dotare sorores, Ant. de Butr. in cap. peruenit, de arb. vbi etiam Alb. num. 1. Surd. de alim. tit. 1. quest. 25. num. 9. 13. & 14. Gratian. discept. Forens. cap. 552. num. 1. Et licet circa dotem aliqui contrarium sentire videantur; attamen
- 13 Card. loc. cit. sub num. 91. expressè tenet, † Clericum posse cogi, ad constituendam dotem sorori inopi de redditibus beneficiorum, si patrimonium non habeat, & ad id posse cogi, non quia soror sit pauper, sed quia soror contra Rip. in l. 1. num. 8. ff. sol. matrim. vt per ipsum num. 96. de quo etiam Surd. de alim. tit. 1. quest. 21. num. 13. cum enim hæc alimenta debeantur ratione sanguinis, & ex propria obligatione, non est attendendum, vnde bona habeat; & an sint propria, paterna, hereditaria, vel aliunde prouenientia, Rot. loco superius citato, num. 4.
- 14 Sexto sunt qui existimant, quod frater non solum tenetur alimentare fratrem, sed etiam fratris filium, vt Crot. in l. filius famul. §. dicit, num. 30. ff. de leg. 1. vbi etiam Rip. num. 41. Verum magis recepta est contraria opinio, quam defendit Odostr. in l. 2. C. de alend. lib. quod ad partes disputat Cord. loc. cit. num. 107. & seqq. Et tandem concludit, verissimam esse hanc communem opinionem, ex quo propterea infert num. 1267. quod quemadmodum pater non tenetur filium fratris alere, sic etiam filius fratris non tenetur alere patrum egerem.
- 15 Septimo omnia, quæ dicta sunt superius de fratre, procedunt etiam in sororibus, quæ à fratribus alimentari debent; & si à parentibus ipsis fuerit dos relicta, alimentis interempta non imputantur in dotem, vt per scribentes in L. alimenta, C. de neg. gest. Cord. in d. l. si quis à liberis, §. item rescriptum, num. 5. ff. de lib. agnat. Alex. cons. 48. lib. 3. Pucil. consil. 198. nu. 47. lib. 3. Quod ampliant in extraneo hærede instituto, vt per scribentes in d. l. alimenta, Saly. in l. non omni, in fin. C. de admin. tutor. Arc. in tract. de testam. gl. 61. num. 5. quod imis sensibus reponendum esse, dixit Euer. loco ab alimentis ad dotem, num. 17. † Fructus tamen dotis,
- relictae sibi querit ille, qui alit, Thom. Gram. 200. §. 146. Cord. in d. l. si quis à liberis, §. si mater, num. 35. Surd. latè de alim. tit. 1. quest. 26. Et ex eadem ratione dicendum est, sororem obligatam esse alimentare fratrem, si ipsa esset diues, frater verò pauper, & concurrerent alia requisita, de quibus supra cum enim debeantur alimenta ratione sanguinis, dari potest casus, vt diues admodum sit soror, & admodum pauper frater, & sic quod soror ratione sanguinis fratrem pauperem alere teneatur.
- 16 Octavo ampliatur, vt frater teneatur alere fratrem pauperem, qui secum litem habeat, vt optimè docet Rimin. Iun. cons. 329. num. 14. quod procedit etiam respectu expensarum litis, per tex. in l. fin. C. de ord. cognat. Rimin. loc. cit. num. 19. Quod eo magis procederet, † si frater bona peteret paterna, dotem, seu legitimatam, vel de inofficioso testamento ageret, vt post alios plena manu scripsit Cord. in d. l. si quis à liberis, §. si vel parens, num. 42. ff. de lib. agnosce. Menoc. de presumpt. lib. 1. p. 1. num. 35. Surd. de alim. tit. 1. quest. 112. ad quod licet multa requiri videantur, vt per Castr. in l. si instituta, §. de inofficioso, ff. de inoff. testam. & alios, quos citat Cord. & Surd. locis citatis, necnon Menoch. in d. p. 1. num. 35. attamen duo solum omnino necessaria videntur. Primo, quod habeat præsumptiones filiationis, vel quod in quasi possessione filiationis reperiat: aliter esset in potestate cuiuslibet agere contra aliquem vt filium, & ab eo, & alimenta, & litis expensas extorquere, vt dixit Menoch. loc. cit. num. 2. sufficit tamen præsumptio, vel quasi possessio, vt per Menoch. ibidem, num. 4. & Surd. loc. cit. num. 2. & seqq. Cord. in d. §. si vel parens, num. 43. Secundo requiritur, vt sit pauper, vt per Menoch. & Surd. locis citatis, Menoc. nempe num. 4. & Surd. num. 29. Tertium verò requisitum, ad fauorem nempe agentis, latam fuisse sententiam, vt multi volunt, necessarium nequaquam existit, Couar. præf. quest. cap. 6. num. 5. Cord. loc. cit. num. 44. Menoch. in d. p. 1. num. 4. Surd. in d. quest. 112. num. 18.
- 17 Quomodo autem probetur filiationis quasi possessio, non est presentis indaginis, & videri potest Surd. loc. cit. Menoch. in d. p. 1. num. 33. & p. 1. num. 56. num. 39. & seqq. lib. 6. Malcard. conclus. 787. & pluribus seqq.
- 18 Si verò queratur, an paupertas debeat probari ab eo, qui petit alimenta, vel ab excipiente, dicendum est ab excipiente esse probandam, agens enim vt filius habet intentionem fundatam in filiatione; vel in quasi eius possessione, vnde ille, qui vult excludere filium ab alimentis filiis debitis sub prætextu, quod habeat; debet id probare, tamquam suæ intentionis fundamentum.
- 19 Nono ampliatur, etiam si frater fuerit à patre exheredatus, alimentari enim debet ratione sanguinis, non iure hereditario, per tex. in l. cum plures, §. cum tutor, ff. de admin. tut. Bal. Nouel. de dot. part. 6. priuileg. 16. Surd. in d. quest. 25. num. 7.
- 20 Limitatur autem supra posita, & ampliata conclusio, primo si frater si diues, ita vt ex se alii possit, tunc enim à fratre etiam ditiori alimentari non debet, vt probat tex. in l. tutor secundum dignitatem, ff. de admin. tut. Surd. de alim. tit. 7. quest. 15. num. 14. & seq. etiam si eius diuitiæ essent extra patriam, & in patria indigeret, vt probat Cord. loc. cit. num. 99. quamuis enim dulcissima soleat esse patria; & ibi commorari cuique suauissimum, hoc tamen tantum esse non debet, vt frater provinciam illam relinquere possit, in qua habet, vnde se aliat, & ad patriam redire, vt à fratre alatur: illa enim

enim cuique patria est, ubi benè vivitur, illa exilium, ubi parum commodè. Et idem esset, si frater aliquo exercitio, vel arte sibi victum quærere posset absque dedecore, de quo tamen supra nu. 6. & seqq. quæ enim ibi dicta sunt, in quolibet genere fratrum procedunt.

14 Quod autem dictum fuit de divitiis, non procederet in fratre excluso ratione primogenituræ, qui etiã si aliunde haberet, esse alendus à primogenito, vt consuluit Gugli. à Peru. *conf. 11. num. 10. inter conf. Feud.* idque verum esse in feudis, dixit Cord. in d. l. si quis à liberis, §. item rescriptis, num. 139. secus tamen in aliis bonis, à quibus frater, vel vigore statuti, vel consuetudinis esset exclusus, vt per ipsum, & sequitur Mart. Laud. *de primog. vers. ultimo quæro.* Quod limitat Tirac. *de iur. primog. quest. 75.* si statutum mandet secundogenito alimentari, tunc enim alimenta, etiam si non egeat, petere poterit. Verum temper mihi magis placuit generalis sententia *Surd. de alim. tit. 7. quest. 15. num. 26. & seqq.* omni casu secundo genito excluso deberi alimenta, etiam si aliunde habeat, vnde vivat; & est ratio, quia omnibus istis casibus petuntur alimenta ob exclusionem iure actionis, sed alimenta debita iure actionis etiam diviti præstari debent, *l. de alimentis, C. de test. fall. ergo Sec.*

15 Secundo limitatur, si frater, qui alimentari petit, sua bona dilapidaverit, *Saly. in l. 2. in fin. C. de alend. lib. argum. l. quod quis ff. de reg. iur.* Nec obstat, patrem teneri filium alere, etiam si bona dilapidaverit; iure enim naturæ pater tenetur, & frater solum iuris civilis præcepto; quod tamen limitat Cord. in d. l. si quis à liberis, §. item rescriptis, num. 100. in iuncte, qui non animi vitio, sed ætatis sua dilapidasset bona, ætati enim est indulgendum, cuius fr agile est consilium, *l. 1. ff. de min. & sequitur Surd. de alim. tit. 7. quest. 15. num. 11.*

16 Tertio limitatur, si frater habeat matrem divitem, tunc enim à matre, non à fratre alii deberet, *Barr. in d. l. si quis à liberis, §. item rescriptis, ff. de lib. agnosce. Gratian. discept. Forens. lib. 2. cap. 159. num. 22.* actio enim ad alimenta subsidiaria, *d. §. item rescriptis,* vnde non competit, nisi in summa egestate constituto, & talis non potest dici filius, qui matrem divitem habeat, quæ ei alimenta præstare tenetur, *d. l. si quis à liberis, §. item rescriptis.*

17 Si enim frater fratrem pauperem tenetur alere multo magis id dicendum erit in matre, ob naturalem instinctum, *l. 1. §. iur. naturale, ff. de iust. & iur. l. fin. §. si quis, C. de bon. q. lib. qui fortior est, quam civilis obligatio, l. eas obligationes, ff. de cap. dimiss. §. sed naturalia, l. ff. de iur. natur. gent. & civil. & ætiori vinculo, matræ filio coniungi, non est dubium, *l. iur. consulti, in princ. ff. de grad. §. primo gradu, & §. secundo gradu, Inst. de grad. & quemadmodum in successione præcipua est causa matris, Auth. cessante, C. de leg. hered. ita etiam onus alendi præcipuum esse debet, de quibus per Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. mater, num. 43. & seqq.**

Quæ tamen sunt intelligenda, vt loquuntur Doctores in alimentis subsidiariis, ad quæ non tenentur fratres erga sorores, si habeant matrem divitem, secus esset in alimentis, quæ frater tenetur præstare fororibus iuri obligationis, prout quando vigore statutorum fratres vti masculi excludunt sorores à successione, cum onere eas dotandi, & interim alimentandi, nam si volunt eas excludere à successione sunt obligati, donec dorentur eas alere, nec possunt hoc casu se excusare sub prætextu, sorores habere matrem divitem, cum vt dixi, non sumus in alimentis subsidiariis, seu debitis iure sanguinis; sed in alimentis iure actionis, si fratres sorores excludere volunt; ut sæpius in contingencia facti iudicatum vidi.

18 Quarto limitatur in fratre ingrato, qui à fratre erga quem ingratitudinem commisit, alimentata petere non potest, *Surd. de alim. tit. 7. quest. 15. num. 12. & seqq.*

19 Et in argumentum inter alia adducunt, fratrem ingratum privari iure succedendi in bonis fratris, tunc etiam persona instituta, §. ingratus, *Auth. de nuptiis,* de quo supra in hac tertie parte, cap. 2. quem textum tam ex testamento, quam ab ipse stato procedere dixit Accurs. *ibi in verbo, lucrum, & in §. cum igitur, in verbo, fratrum, in Auth. de non elig. secund. nub. & ex pluribus probat Cordub. in d. l. si quis à liberis, §. item index num. 17. & seqq.* Sed fratrem ob ingratitudinem iure succedendi in bonis fratris non privari est magis communis sententia, quam tenuit *Barr. in l. fratres, nu. 6. C. de inoffic. testamento, & sequitur Bald. eib. num. 11. & plures hanc opinionem tenentes referunt Covar. in cap. Reynatus, num. 6. de test. ac testatur, opinio nem Barr. contra Accurs. communiter esse receptam; & Accursium communiter reprobari, *Menoch. de success. lib. 3. §. 30. num. 179. Anton. Gom. lib. 1. variarum resolut. cap. 11. num. 37. & ab ipsa in consulendo, & iudicando non esse recedendum, Surd. in d. quest. 15. nu. 10.* licet in Hispania per legem Regiam contrarium sit statutum, vt dixit Cordub. *loco citato num. 47.**

20 Quinto limitatur, si & ipse frater, à quo petuntur alimenta, pauper sit, *Decian. consil. 111. num. 21. lib. 3. prima enim caritas incipit à se ipso, leg. præter, C. de servit. & aqua.*

21 Ultimo limitatur in alimentis præteritis, quos frater fratri etiam pauperi præstare non tenetur, vt per *Thefaur. in d. decis. 231. num. 19.* nisi tamen post interpellationem frater coactus fuisset pro se alendo debitum aliquod contrahere, vt per ipsum *Thefaur.*

22 In omnibus autem istis casibus, in quibus diximus, fratrem fratrem alere debere, certum est, prætorum alimentorum repetitionem non dari, vt multi tradunt, quos citant *sub num. 1.* Imò non datur repetitio, etiam si præstita fuerint, nulla præcedente obligatione, donata enim præsumuntur, *leg. Nefennius, ff. de neg. gest. vt tradunt multi, quod citat Surd. de aliment. tit. 6. quest. 12. nu. 1. & seqq.* qui testatur hanc esse communem opinionem, idem tenet in *consil. 434. lib. 4. vbi olios allegat Mascard. conclus. 185. num. 7. & de communi Ludou. conclus. 53. vers. semota, Carp. super statut. Mediol. part. 2. cap. 483. num. 121. Turret. la c. consil. 58. num. 6. lib. 3. Rimin. iun. consil. 366. num. 3. & 10. lib. 4. & consil. 466. num. 6. eod. lib.* Quod tamen plures recipiunt limitationes, primo, si frater aliquam fecisset impensam in redimento fratre ab hostibus, secudum doctrinam *Bald. in l. liber captus, num. 4. C. de cap. & post. reuers. Secundo, si frater esset administrator, potius enim administratorio nomine alimentasse præsumeretur, Bald. in l. filia, cuius, num. 3. C. fam. arces. Barr. in l. Nefennius, nu. 5. ff. de neg. gest. quæ præsumptio altera pietatis excludit, Rota Rom. in nouiss. decis. 724. num. 1. & seqq. part. prima, Surd. de alim. tit. 6. quest. 12. num. 18.*

23 Tertio, si frater præstando alimenta fuisset protectus, *Bald. loco proxime citato.* Quarto, si alio posset desumi conjectura, quam donationis, *Bald. in d. l. filia, & probat Rota Rom. loco cit. num. 9.* Quinto, si expensæ essent magnæ, *Alex. in l. si negotium, in fin. C. de neg. gest. Rot. loco cit. num. 5.* Sexto, si expensæ non essent factæ circa personam, sed circa res, vt de his omnibus latius videri potest per *Surd. in d. quest. 12. à num. 8. vsque ad finem.* Septimo, si & ipse frater, qui præstitit alimenta esset pauper; tunc enim potius animo repetendi ea præstitisse esset præsumendum, *Rot. Rom. loco cit. num. 7. & 8.*

24 An autem frater possit repetere alimenta præstata

fratri socio, generaliter disputari non potest, quicquid dicat Suid. *de alimentis. tit. 6. quest. 13.* Sed pendet à naturis societatis, an nempe sit mensa, an bonorum simpliciter, an omnium bonorum, de quibus omnibus latè superius in secunda parte.

## S V M M A R I V M.

- 1 Frater sororem dotare tenetur, quod tamen intelligitur in sorore utrinque coniuncta, vel saltem ex latere patris, uterinam enim sororem frater dotare non tenetur, num. 2.
- 3 Frater Clericus potest cogi ad dotandam sororem de fructibus beneficiorum.
- 4 Frater tenetur dotare sororem, etiam si de bonis patris nihil habeat.
- 5 Frater non solum tenetur dotare sororem, sed etiam si de locatibus providere.
- 6 Soror exclusa à statuto à fratre dotari debet, remissive.
- 7 Frater dotando sororem non potest stipulari sibi dotem restitui, quod tamen declaratur, num. 8.
- 9 Dos detrahendi potest de bonis subiectis fideicommissis: etiam si uterumque ad sit prohibita ne bona alienentur, num. 10. & quid si in specie fuerit dillum, ne possint alienari nec etiam in casibus dotes, num. 11. circa quod, num. 11. ponitur distinctio, qua sine difficultate procedunt in fideicommissis in aucto ab uno, vel patre, sed quid si frater fideicommissum fecerit, num. 13. hac tamen omnia procedunt, si bona non ad sint libera, num. 15.
- U Dos an possit detrahi de bonis subiectis fideicommissis à fratre? & quid si fideicommissum fuerit alterius extranei, num. 14.
- 16 Bona libera non adesse, ultra subiecta fideicommissis quis probare debeat.
- 17 Dos non potest detrahi de bonis Feudalibus, sed bene de bonis Emphyteuticis, num. 18.
- 19 Soror habens ex se vnde se dotet, à fratre dotari non debet, declaratur, ut ibi.
- 20 Soror semel dotata, an si dotem amiserit possit petere iterum dotari, ubi ponitur distinctio, & declaratur num. 21.
- 22 Filius qui habuit legitimam, si eam amiserit, an possit petere, aliam sibi assignari.
- 23 Soror qua nupsit obsequio dote, an dotari potest.
- 24 Dos, qua debet dari in subsidium non est rigore taxanda.

## An Frater sororem dotare teneatur.

## CAP. XXXIII.

**N**Oa solum non frater alimentare tenetur fratrem, & sororem, ut in capitulo precedenti fuit dictum, sed et insuper sororem dotare tenetur, glos. fin. in l. non omni, C. de administr. tut. & in l. cum plures, §. cum tutor, in verbo, alio patre, ff. de administr. tut. per tex. in l. i. in princ. ff. de tut. & ver. distr. & c. communis sententia, ut dixit Lup. in c. per vestras, §. fin. n. 3. ff. de donat. inter vir. & vxor. & plures hanc opinionem sequentes refert Pinel. in l. i. C. de bon. mater. n. 101. Natt. conf. 401. n. 4. quod in Hispania iure Regio constitutum esse, dixit Cordub. in l. si quis à liberis, §. idem rescripsit, num. 95. ff. de liber. agnos. Eman. Sua. in suo Thesaur. recepti. sentent. in l. i. ff. nu. 319. ubi etiam Gaspar. in add. Campegi. de dote, quest. 13. num. 1. Boer. decis. 129. Affli. & decis. 37. num. 3. Guid. Pap. quest. 37. in fin. plures citat Caroc. casu 16. n. 5. Mich. de Grass. in suis commun. opinion. in tit. de dote, quest. 5. Angel. de Gamb. conf. 95. n. 16. inter conf. vitim. vol. lib. 1. Rol. conf. 85. num. 4. lib. 3. Benat. de pauper. quest. 8. num. 19. in 3. ff. de cons. Hond. conf. 93. num.

28. lib. 1. Barz. decis. Bon. 127. & seq. Gratian. discip. F. renf. lib. 1. c. 65. num. 2. Franc. decis. 141. num. 1. part. 2. Traq. de iur. primog. c. 62. num. 1. Petr. à Petra de fideicom. quest. 8. num. 412. Menoch. de praesumpt. lib. 4. de praesumpt. 189. num. 41. Suid. de aliment. tit. 1. quest. 15. num. 9. Et omnes vno ore fatentur, & probatur in l. cum plures, §. fin. ff. de administr. tut. argumento sumpto à contrario sensu: & licet Metenda controversiarum iuris lib. 3. cap. 16. contendat demonstrare id in iure non probari, & argumentum à contrario sensu non procedere, si sequatur legum correctio, & absurdum nu. 4. & 5. attamen non video, quomodo sequatur legum correctio, si nulle lex reperitur, quae liberet fratres diuites ab onere dotandi sorores inopes; quae possit dici correctio per dictum argumentum à contrario sensu; nec minus aliquod potest considerari absurdum ex hac admodum rationabili dispositione desumpta ex citata lege à contrario sensu dispositionis, non narrativae.

2 Quae conclusio intelligitur in sorore utrinque coniuncta, vel saltem ex eodem patre nata, uterinam enim frater dotare non tenetur, l. cum plures, §. cum tutor, ff. de administr. tut. ubi glos. in verbo, alio patre, & Bart. ibi notat, & hanc esse receptam sententiam, dixit Rip. in l. i. num. 38. ff. solus. & ar. Guliel. Bened. in c. Reynutus, nu. 60. de testam. Bal. de dote part. 6. princ. 16. scribentes in d. l. i. ut Crot. nu. 41. Vilit. num. 114. Boer. decis. 129. nec contrarium voluit Bart. in Auth. res qua, C. com. de leg. ut falsò existimavit Angel. in l. à filia, ff. ad Treb. & Angelum reprehendit ibi Alex. nu. 8. quem sequitur Iaf. in d. Auth. res qua, num. 11. Et in istis terminis intelligendam esse legem regiam in Hispania, dixit Cordub. loco cit. nu. 94. in fin. & hanc sententiam amplexus fuit Traq. de iur. primog. quest. 62. & voluit Suid. de aliment. tit. 1. quest. 15. nu. 19. Rimin. lun. conf. 777. n. 6. & 9. Bal. Nouel. de dote part. 6. princ. 6. alios citat Menoch. de praesumpt. lib. 4. d. praesumpt. 189. nu. 43. Et licet Gratian. in d. cap. 65. Campegiij opinionem sequens, non existens tibus consanguineis fratribus ad uterinos hoc onus extendere videatur, attamen à communi non est illo modo recedendum, praecipue cum eius ratio nullo modo concludat, nam hoc onus dotandi non provenit ex eo, quod frater sorori succedere possit: nam hoc stante frater non esset obligatus dotare sororem inopem filios habentem, cui non frater, sed filij succederent: nec in hoc se fundat Iuriseonsultus in d. §. cum tutor, cum dicat, sororem uterinam non esse dotandam, etiam si aliter nubere non possit.

3 Quae conclusio si declarata ampliatur, ut procedat etiam in fratribus clericis, qui cogi possunt ad dotandum sorores de fructibus beneficiorum, ad quod conferunt dicta superius circa alimenta, & tradit Cordub. loco citato num. 95. & sequitur Suid. de aliment. tit. 1. quest. 25. Porcel. de duobus fratrib. quest. 14. in princip. ad dentes ad Decis. Capella Tholosana 390. num. 9. Gratian. in d. cap. 65. num. 14.

4 Secundo ampliatur, etiam si frater de bonis patris nihil habeat, sed aliunde, adhuc enim sorore inopem dotare tenetur, d. l. cum plures, §. fin. ff. de administr. tut. Franc. Porcell. in d. quest. 4. num. 4. vna cum omnibus aliis supra citatis.

5 Tertio ampliatur, ut non solum teneatur ad dotem, sed etiam ad vestes, localia, & alia necessaria, ut per Theaur. in d. decis. 191.

6 Quarto ampliatur, eo magis procedere, si soror à statuto ob fratrem fuerit exclusa, tunc enim competenter esset dotanda, ut dictum fuit supra hac subiecta tertia parte, cap. 3.

7 Quinto ampliatur, ut ita frater sit obligatus, ut non possit



possit stipulari, sibi dotem restituat, Rip. in d. l. 1. nu. 84. ff. sol. matr. cuius rei rationem adducit Surd. de alim. tit. 1. quæst. 25. num. 10. Hæc tamen ampliatio procedit, prout Doctores loquuntur, in fratre, qui sororem dotare tenetur, secus verò si ipse ex sua liberalitate, & nullo iure cogente dotetur; tunc enim & sibi dotem restitui, & alia pacta apponere potest, cum tunc non consideretur amplius uti frater, sed uti extraneus, Surd. consil. 131. num. 30. lib. 1. & consil. 514. nu. 4. lib. 4. Hond. consil. 91. num. 82. & seqq. lib. 1. Gratian. discept. Forens. lib. 4. c. 769. num. 2. & in traditione rei propriæ potest quis ea apponere pacta, quæ sibi magis videntur oportuna, l. si unus, §. pacta, & l. contra iuris, ff. de pact. & docet in puncto Gratian. in d. c. 769. nu. 4. qui propterea subiungit, posse apponi pactum, ut non solum sibi, sed etiam tertio dos restituatur, ut per ipsum num. 6. hæc distinctio, an frater teneatur, vel non teneatur dotare est communiter recepta, ut post alios docet Peregr. de fideicommiss. art. 41. num. 11. Surd. in d. quæ. 15. num. 10. & latissime Gratian. in d. cap. 769. num. 17.

Secundo ampliatur, ut pro dotanda sorore frater possit capere bona fideicommissio subiecta, Bart. in Auth. res que, c. commun. de leg. Moli. de Hisp. primog. part. 2. lib. 4. c. 6. nu. 7. Gayl. pract. observat. observat. 137. nu. 17. Graf. in §. fideicommissum, c. est, 37. in princ. Petr. à Petr. de fideicom. quæst. 8. nu. 330. Decian. consil. 10. nu. 6. & per ipsum lib. 2. Menoch. consil. 88. nu. 48. Eugen. consil. 44. nu. 4. Gab. consil. 119. nu. 4. & 13. & consil. 158. nu. 1. lib. 2. Theaur. decis. 192. nu. 3. Lud. decis. Lucens. 28. n. 79. & seqq. Magon. decis. Flor. 50. num. 23. Peregr. generaliter loquens art. 42. per totum, Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 189. nu. 38. & seqq. Gratian. in d. c. 65. nu. 11. plures alios cumulat Fular. de fideicom. quæst. 511. nu. 1.

Quæ ampliatio ampliatur, etiam si ultra fideicommissum adit expressa prohibitio vniuersalis, ne bona alienentur, adhuc enim pro constituenda dote sorori alienari poterunt, Graf. in §. fideicommissum quæst. 57. num. 2. vbi de magis communi opinione Peregr. de fideicommiss. art. 41. nu. 6. vers. contra Molin. de Hisp. primog. lib. 4. num. 10. vbi pariter de communi Matz. in Epitom. de fideicommiss. quæst. 48. in princ. Petr. à Petr. de fideicommiss. quæst. 8. nu. 423. Menoch. in d. præsumpt. 189. nu. 96. vbi de magis communi, & post alios infinitum ferè Doctorem numerum recensere curauit, Fular. in d. quæst. 511. num. 74. vbi num. 75. dicit, non esse curandum de his, qui dissentiunt.

Secundo in fortioribus ampliatur, etiam si fuerit dictum expressè, quod non possit fieri alienatio, nec minus in causam dotis, Titacq. de iur. primog. q. 61. num. 7. Matzar. in Epitom. fideicommiss. quæst. 48. vers. contrarium tamen, Petr. à Petr. in d. quæst. 8. nu. 436. Hieron. Ceual. in suo Specul. com. contra com. quæst. 743. Fach. controu. iur. lib. 4. c. 48. Peregr. in d. art. 42. nu. 6. & seq. Ludou. d. decis. Lucens. 28. num. 74. Surd. decis. 62. vbi testatur sic fuisse decisum, Menoch. in d. præsumpt. 189. nu. 116. vers. contrariam: & rationem esse dicit, quia testator non potest subijcere fideicommissio eius bona in preiudicium earum, quibus debet constitui dos, & ab hac opinione in iudicando, & consulendo non esse recedendum relatis pluribus auctoritatibus, concludit Fular. in d. quæst. 511. num. 71.

Quæ tamen ampliatio intelligitur, si prohibitio fuerit facta respectu omnium bonorum, tunc enim obstat ratio, de qua per Menoch. secus verò si prohibitio fuerit restricta ad certam rem, tunc enim valet prohibitio, quia dos potest detrahi de aliis rebus, Soc. Sen. consil. 71. col. 2. lib. 1. Patil. consil. 63. nu. 17. & 46. lib. 2. prout quando mulieri est relicta legitima, vel aliqua alia

res, quæ possit ipsi deseruire pro dote, Peregr. d. art. 42. nu. 10. & seqq. Menoch. in d. præsumpt. 189. nu. 117. Fular. in d. quæst. 511. nu. 72. & seqq.

Supradicta autem in sexta ampliatione num. 9. procedunt sine difficultate in fideicommissio patris, vel aut; nam quemadmodum ipsi obligati fuissent dotare filias, vel nepotes, ita eorum bona huic oneri dicuntur subiacere, non obstat eorum fideicommissio, ut bene dixit Menoch. in d. præsumpt. 189. nu. 38. vers. primus est casus. † Sed quid si fideicommissum fuerit factum à fratre; vtrum pro dotanda sorore possit capi bona illi fideicommissio subiecta: & in hoc placet mihi admodum distinctio, quam colligo ex Menoch. loco citato, nu. 41. quod si frater, qui fideicommissum induxit erat obligatus ex. gr. vigore statuti excludentis scilicet ob masculos dotare ipsam sororem, possint capi eius bona, quocumque fideicommissio non obstat, ut dixit Curt. lun. in d. Auth. res que num. 11. Quod ampliat Menoch. loco citato, vers. sic, quam sanè, ut procedat etiam si alter frater adit, qui pariter ad dotandum sit obligatus, pro parte enim tangente fratrem, qui fideicommissum induxit, erit detrahenda dos ex eius portione, non obstante fideicommissio per eandem rationem, quam in parte, & Auo considerant Doctores. Secus verò si ipse frater, qui fideicommissum induxit, non erat obligatus dotare: tunc enim frater, qui lupetell, erit obligatus dotare de proprio, nec alienare poterit bona fideicommissio subiecta, tanquam non obnoxia huic oneri dotandi sororem, prout † alienare non posset bona sibi relicta ob extraneo cum eodem onere fideicommissi, ut per Bart. in d. Auth. res que num. 4. vers. sic, illud tamen, qui apertè docet, bona fideicommissi constituti à transfuersilibus ob dotis constitutionem alienari non posse, & sequitur Menoch. in d. præsumpt. 189. num. 39. Franch. decis. 241. Didac. var. resolut. lib. 3. cap. 6. sub num. 10. Peregr. d. art. 42. nu. 49. qui num. 52. dicit, contrariam opinionem nec esse veram, nec in praxi observari.

15 Omnia autem superius dicta tam in d. sexta ampliatione quam nu. 9. intelligunt Doctores, si bona non adint libera, ut per scribentes in d. Auth. res que, in Auth. contra. C. ad Trobel. in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. eod. & in l. filiusfam. §. diu. ff. de leg. 1. Ceph. consil. 668. n. 10. vna cum omnibus aliis superius allegatis nu. 9.

16 Solum potest oriri difficultas, quis probare debeat, alia bona libera non adesse; & communis est distinctio, aut fideicommissum est vniuersale in omnibus bonis, & tunc qui dicit bona libera adesse, ex quibus dos detrahi possit, id probare debet. Si verò fideicommissum fuerit particulare in certis bonis, onus probandi alia bona libera non adesse, spectat ad illum, qui id asserit, & eo maxime si non fuerit constitutum inuentarium, ut declarat Peregr. de fideicommiss. art. 40. nu. 21. & 29. de quo latè Bart. decis. art. 101. & 104. nonnulla ad propositum Surd. decis. 316. nu. 6. & 14. ad quos se refert Fular. de fideicommiss. quæst. 545. num. 13.

17 Licet bona subiecta fideicommissio pro dotis constitutione, ac eius restitutione alienari possint, ut supra dictum fuit, secus tamen est respectu bonorum feudaliū, cap. 1. §. donare qual. sim. Feud. alien. poss. Rot. in titulo de Feudis decis. 199. in nouis, & docet Attil. in d. §. donare, plures citat Ceph. in d. consil. 968. n. 21. nec isto casu valet argumentum de fideicommissio ad Feudum, Dec. consil. 445. num. 13. Ruin. consil. 151. nu. 3. lib. 2. Rot. consil. 100. num. 15. lib. 1.

18 Bene tamen constitui potest dos in dos in bonis Emphyteuticis, ut post alios docet Menoch. in d. præsumpt. 189. nu. 163.

19 Limitatur modo conclusio supra firmata, num. 1. si soror habeat ex se, unde se dote, vel tam fuerit ab alio dotata, solum enim sororem inopem frater dotare tenetur, ut per omnes supra citatos Doctores num. 1. quos sequitur Hond. *conf. 18. nu. 31. lib. 1.* quos etiam in patre sibi locum vindicare diximus supra *hac eadem parte, cap. 5. num. 9.* Ac Ideo si soror haberet ex bonis paternis unde se dotare posset, non teneretur frater, ut dixit Menoch. *de presumpt. lib. 4. presumpt. 109. n. 63.* & si eam uti administrator bonorum paternorum dotasset, presumereetur dotasse de portione sororis, ut per eandem Menoch. *loco citato.*

20 Sed quid si semel dotata dorem amiserit, potest ne petere iterum dotari? Porcel. *loc. cit. sub num. 7.* distinguit, quod aut dos fuit deperdita culpa ipsius mulieris, & non potest petere amplius dotari, *Auth. quod loquens C. de Coll. ad quod conferunt notata in l. si cum dote, §. 1. ff. sol. matrim. si vero absque eius culpa, dorem amiserit, eodem matrimonio durante non potest petere iterum dotari, sed ipso soluto, ad hoc, ut iterum nubere possit, novam petere potest dorem, & in istis terminis loquitur Barr. in d. l. si cum dote, in §. 1. Brun. *de stat. quod stant. male, ar. 1. b. num. 255. & seqq.* Gratian. *discept. Forens. lib. 1. c. 63. n. 13. & seqq.* & latius in c. 466. n. 1. & seqq. Quae sententia nullam videtur habere dubitationem in patre, vel in fratre dotante ex bonis paternis, Molin. *de Hispan. Presumpt. lib. 2. c. 16. nu. 23. & 24. Boer. decis. 131. nu. 5.* Fitaz. in l. bonus, §. hoc sermone, l. 1. m. 9. nu. 14. ff. de verb. signif. Sard. *de alim. tit. 7. quasi. 5. num. 7.* Menoch. *de arbitr. casu 182. nu. 57.* alios citat, & sequitur Gratian. in d. c. 466. num. 2. In fratre vero dotante ex propriis bonis aliter dicendum esse, videtur sensisse Gratian. in d. c. 63. num. 15. & seqq. Verum, ut ipse animadvertit in d. c. 466. num. 9. nulla potest considerari differentia inter patrem, & fratrem dotantem ex bonis paternis, & fratrem dotantem ex propriis, cum eadem militet ratio: nempe tam patrem, quam fratrem teneri ad dotandum ex iuris dispositione, quae obligatio ex proprio actu solutionis non dicitur perempta, prout perempta dicitur obligatio conventionalis, l. prout quis, ff. de solut. sed durat quousque permaneat causa finalis inductiva ipsius obligationis, Boer. in d. l. decis. 131. num. 3. Campeg. *de dote, part. 1. quasi. 26.* Gratian. in d. cap. 466. nu. 5. & 6. ac ideo si dos fuerit deperdita absque culpa ipsius mulieris ad iterum dotandum cogi potest tam pater, quam frater obligatus dotare ex iuris dispositione, Molin. *loco cit. num. 25. versic. sed contrariam opinionem, Alex. in d. l. si cum dote, §. si post solutum, num. 7. & 8. ff. solut. matrim.* alios citat, & sequitur Gratian. *loco proxime citato nu. 9.* praecipue si mulier adhibuerit diligentiam recuperandi dorem, Peregr. *de fideicommiss. art. 42. num. 11.* Gratian. *loco cit. num. 10.* & sequitur Magil. *de iust. c. 74. num. 11. & seqq.* ubi responderi contrariis. Et quod dicitur de dote deperdita habet etiam locum, si pro patre solum fuerit diminuta, Alciat. *conf. 3. num. 3. lib. 5. tom. 2.* Boer. *decis. 137. num. 1.* & late probat Gratian. *lib. 4. discept. Forens. cap. 292. per totum.**

21 Quae tamen omnia intelligi debent, dummodo patris, vel fratris conditio interim non fuerit facta deterior: tunc enim tenerentur solum in quantum eorum praesens status, & diuitiae permittentur, Menoch. *conf. 370. lib. 4.* Gratian. in d. c. 792. num. 2. & seqq.

22 An autem quae dicuntur de dote amissa procedant etiam in legitima, dubitant Doctores; & negativam opinionem amplectuntur Menoch. *de arbitr. casu 182. num. 56.* Osalch. *decis. 124. num. 16.* Gabr. *consil. 111. nu. 19. lib. 2.* Peregr. *de fideicommiss. art. 36. num. 143.* Merlin.

post alios *de legitima, lib. 2. tit. 1. quasi. 30. num. 5.* ubi num. 6. dicit, diuicilam esse rationem inter legitimam, & dorem, ut per ipsam: quod difficultate careret, si aliqua filij culpa posset considerari, ut per Merlin. *loco citato nu. 8.* & an hoc casu debeat filius saltem alimentari, dixi supra in 2. part. cap. 35. num. 31.

23 Sed quid si nupserit absque dote, poterit ne petere à fratre dotari? In hoc varie fuerunt opiniones, ut dixit Corn. *conf. 30. num. 2. lib. 4.* Verum dubitatio potest esse in patre, qui secundum communem opinionem tenetur praecipue ad dotandum, de quo dixi supra *hac ead. tertiam part. cap. 5. nu. 8. & 9.* Sed cum frater in questione proposita obligatus sit solum in subsidium, & quatenus soror indigeat, nec possit considerari aliqua indigentia, cum iam nupserit absque dote, nulla ratione videtur dicendum, fratrem ad dotandum cogi posse; nisi tamen veniet dotanda vigore statuti, ad hoc, ut ab hereditate aliqua posset dici exclusa, iuxta ea quae diximus supra in hac tertia parte, cap. 3.

24 Verum pro complemento istius capituli non omitto, quod quando frater tenetur dotare sororem in subsidium, non est rigorose taxanda dos, sed solum constituenda iuxta metam necessitatem, ut dictum fuit supra in d. cap. 3. in fin.

#### SVMMARIUM.

- 1 Frater dotans sororem diuitem, an praesumatur donare.
- 2 Extraneus dotando intelligitur donare.
- 3 Pater stipulando sibi restituere dorem, an praesumatur donare, & num. 4.
- 5 Soror si declarauerit se esse contentam dote à fratre sibi constituta, illa dos non praesumitur donata.
- 6 Frater si dotando sororem dicat, se illam dorem dare pro portione sororis, non praesumitur donatio.
- 7 Frater solvens dorem, uti fideiussor sororis, non praesumitur donare.
- 8 Frater debitor sororis, si ipsam dote, non praesumitur donare; limitatur num. 10.
- Frater dotans sororem exclusam à Statuto, non praesumitur donare.
- 11 Frater tradens sorori maiorem dorem, quam sit debitor quantum ad excessum dicitur dotare.
- 12 Frater administrator bonorum sororis eam dotando non intelligitur donare, quod tamen tribus declaratur modis, num. 14. 15. & 16.
- 13 Mater si administrat bona filiae, eam dotando non intelligitur donare.
- 17 Frater dotando sororem ultra dorem à patre relictam, an possit eam pro rata à fratribus repetere.
- 18 Frater non praesumitur donare dorem magnam.
- 19 Patris dotando neptem, an & quando praesumatur donare.
- 20 Fratri dotanti sororem vivente patre, tenetur pater de iorem verso.

Frater dotando sororem an intelligatur donare, & quid in patruo dotante neptem.

#### CAP. XXXIV.

Diximus in superiori capitulo, fratrem sororem inopem dotare debere, quo casu non est ambigendum, donationem praesumi, nec aliquam, eo impetere repetitionem. Sed dubitatio est, quid si frater dote sororem diuitem, an praesumatur donatio, ita ut nulla competat repetitio, in qua questione varie fuerunt

nunt opiniones, & ad inuicem reperiuntur cōsilia omnino contraria; omnia tamen ad concordiam secundum infrascriptas declarationes reduci facile possunt; si primo constituamus regulam affirmatiuam, donationem præsumi, nullamque propterea competere repetitionem, cuius rei rationem adducunt, quia t extraneus dotando intelligitur donare, *l. unica, §. accedit, C. de rei ux. all. l. vlt. C. de iur. dot.* idque specialitè in ore dotis fuit inductum, vt vtrouique notant Doctores, Socin. Sen. *consil. 100. col. 3. lib. 3. Patil. conf. 12. nu. 109. lib. 2. Socin. Iun. conf. 79. num. 74. lib. 3. Mascard. de probat. conclus. 572. nu. 1.* At frater hoc casu dicitur extraneus, cum sororem diuitem donare non teneatur, vt in superiori capitulo fuit dictum, ergo & in iplo debet præsumi donatio, Rip. in *l. 1. num. 9. ff. sol. matrim.* Menoch. *de arbitr. casu 88. nu. 40. Mascard. d. conclus. 572. num. 7. Hond. consil. 91. num. 81. lib. 1.*

Quæ conclusio limitatur primo, si frater stipulatus fuerit sibi dotem restitui, Socin. Sen. *conf. 121. num. 12. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 16. num. 3.* ex hoc enim dicitur apparere de eius animo, noluisse donare; donatio namque non præsumitur, quando ex coniecturis appareret, non aduulisse mentem donandi, Menoch. *de arbitr. casu 88. nu. 41. Mascard. d. l. conclus. 572. num. 12.*

Verum animaduertendum est, hanc stipulationem potius demonstrare, de proprio datam fuisse dotem, nam si fuisset constituta de bonis mulieris, non potuisset frater stipulati sibi restitui: ac propterea limitatio solam est intelligenda, quando certum est, dotem datam fuisse de proprio; & solum dubitatur, an sit donata, & in istis terminis verè loquuntur Doctores in contrarium citati.

Secundo limitatur, si in eodem instrumento, vel in alio separato soror declarauit, se illa dote esse contentam, & contentam; tunc enim non præsumitur donatio, sed potius traditio portionis, quam ex bonis paternis, vel maternis soror prætere de possit, Soc. Sen. *consil. 135. num. 1. lib. 1. Menoch. d. casu 88. sub num. 41. Mascard. loco citato num. 12.*

Tertio limitatur, si expressè frater, dando dotem, assereret, se illam dare pro eius portionem, tunc enim donatio præsumi non possit, vt annuit Menoch. *loco citato.*

Quarto limitatur, si frater solueret dotem vti fideiussor, & pro sorore obligatus, Bald. Nouel. in *l. 1. num. 338. in fin. ff. sol. matrim.* Mascard. *loco cit. sub nu. 12. Menoch. loco pariter citato num. 42.*

Quinto limitatur, si ipse frater esset debitor mulieris, tunc enim præsumeretur, datam fuisse dotem animo compensandi, Ruin. *consil. 223. num. 1. lib. 1. Menoch. d. l. casu 88. num. 43. & d. l. præsumpt. 16. nu. 1. Mascard. loco citato sub num. 12.* sit exemplum: pater reliquit filie centum, frater heres sororem in matrimonium collocat, certa constituta dote, soror non potest petere dotem, & insuper legatum, dos enim concurrenti quantitate intelligitur compensata cum legato, Quid. Pap. *de præsumpt. in fin.* Idem esset, si frater debitor sororis in centum, eidem faceret legatum pro dote scutorum centum, legatum enim intelligeretur factum in extinctionem debiti, Menoch. *post alios d. præsumpt. 16. num. 1.*

Ex qua ratione infero ego, vt extraneis statutis exclusiuis feminatum, & quod dote contentæ esse debeant, si frater doret sororem, non præsumatur donatio, sed solutio illius portionis, quam frater sorori exclusiue præstare debet, vt videtur sentire Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 109. nu. 63. & faciunt tradita*

per ipsum in *d. præsumpt. 16. num. 1. & 2.*

10 Hanc tamen limitationem sublimitat, si frater esset debitor quantitatis, & sorori traderet rem, puta præditum, & rationem esse dicunt, quia de quantitate ad certam speciem non datur compensatio, vt distinguendo dixit Bald. in *l. Nescennius. ff. de neg. gest. & tradit. Cotta in suis memor. in verbo, frater.*

11 Secundo sublimitatur, si frater esset debitor, pura in centum, & daret in dotem centum quinquaginta, respectu enim excessus diceretur donatio, Bal. Nouel. *de dot. part. 6. primil. 3. nu. 4.* quam opinioem ad veritatem accedere, dixit Mascard. *conclus. 81. num. 1.*

12 Sexto limitatur principalis conclusio, si frater esset administrator bonorum sororis, tunc enim præsumeretur dedisse dotem administratorio nomine, per tex. in *d. l. Nescennius. ff. de neg. gest. Ruin. consil. 171. num. 3. lib. 1. & consil. 200. num. 1. eod. lib. Socin. Sen. conf. 121. nu. 13. & seqq. lib. 1. alios Citat Menoch. d. casu 88. nu. 40. & 47. & Mascard. d. l. conclus. 572. nu. 8.* conferunt

13 tradita per Menoch. in *d. præsumpt. 109. nu. 61.* t prout dicunt de matre, quæ si administraret bona filie, non præsumitur donare, vt per Bart. & Bal. in *d. l. Nescennius. Mascard. loc. cit. nu. 10. Menoch. loco pariter citato, nu. 47. qui nu. 48. improbat Alb. in consil. 11. contrarium sententem.*

14 Quæ sexto limitatio infrascriptas recipit limitationes, primam, si non obstante, quod frater sit administrator, det dotem proprio nomine, & de propriis pecuniis, Socin. Iun. *consil. 79. nu. 47. Alb. d. consil. 12. nu. 8. & num. 11.*

15 Secundo declaratur, vt, non obstante administratione, possit præsumi donatio, ob maximam affectionem erga dotatam, vt per Socin. *loc. cit. num. 31.*

16 Tertio declaratur, vt non procedat quando frater constitueret dotem excedentem vires patrimonij; tunc enim saltem quantum ad excessum præsumeretur donatio, ad tradita per Ruin. *consil. 200. nu. 4. lib. 1. Menoch. d. præsumpt. 16. sub num. 8.* Vnde t si frater dotaret sororem vltra dotem à parte constitutam, non possit ab aliis fratribus repetere ratam excessus, in excessu enim cessaret necessitas; Et per consequens subiaceret præsumptio donationis. Quod tamen limitationem ego, si obtemporariu variationem, cum dote à patre constituta commode soror nubere non potuisset; tunc enim à coheredibus etiam ratam excessus repetere possit, ad tradita per Caroc. *decis. 16. per 10. iam.*

17 Quarto limitatur supra posita conclusio, si magna omnino esset summa, in qua non facile deberet præsumi donatio, Socin. *d. conf. 79. nu. 99. Mascard. loc. cit. num. 15.*

18 Septimo limitatur supra posita conclusio, si magna omnino esset summa, in qua non facile deberet præsumi donatio, Socin. *d. conf. 79. nu. 99. Mascard. loc. cit. num. 15.*

19 Nunc modo consequens esset, vt aliqua diceremus de patre dotante neprem. Sed si loquitur viuente patre neptis, dicendum est, donationem præsumi, nisi expressè contrarium appareat, nam cum sit viuus pater, non potest dici, hoc factum fuisse ad administratorio nomine, & solum hoc casu solet esse dubitatio, an dos intelligatur data contemplatione neptis, vel fratris, de quo dictum fuit supra in *prima parte, cap. 19.* Si vero mortuus sit pater, dicendum pariter est, præsumi donationem, cum pater hoc casu dicatur extraneus, vt per Menoch. in *d. præsumpt. 16. num. 5.* ad quod conferunt dicta superius de fratre. Quod tamen limitant, si patruus sit administrator bonorum neptis, vt per Soc. Iun. in *d. consil. 79. nu. 94. lib. 3.* cum omnibustamen declarationibus, de quibus supra ad quintam limitationem, quas non repetam, & de patre loquitur Menoch. in *d. præsumpt. 16. num. 8.*

10 Ultimo non omitteram, quod dixit Ruin. in *conf. 138. num. 1. lib. 4.* quod si filius viuente patre, ad quem spectat onus dotandi filiam, *l. qui liberos, ff. de rit. nupt. l. fin. C. de dot. prom. dotes favorem;* pater tenetur filio de in rem verso, per *tex. in l. & ideo, §. fin. cum l. seq. de in rem vers.* præsumitur enim, filium id fecisse, ut negotium patris gereret, ut Ruin. *loc. cit.* per *tex. in l. professus, §. si filius, l. primo, ff. de iur. dot. ut per ipsum.*

SVMARIVM.

- 1 Cultuatio à socio impediri non potest.
- 2 Socius potest vi re communi ad usum destinatum.
- 3 Socius si cultuauerit agrum communem inuito socio, an aliquid ipsi prestare teneatur.
- 4 Siluam veduam inuito socio incidere potest socius.
- 5 Frater inuito fratre, potest vi re communi ad usum destinatum.
- 6 Socius an si aliquid faciat in re communi, possit cogi ad ipsam demolendam.
- 7 Expensa facta in re communi repeti possunt.
- 8 Retentio totius rei datur pro expensis factis in re communi.
- 9 Socius, si per quatuor menses recuset reficere partem suam expensarum factarum in re communi, amittit eam, quod habet in re.
- 10 Expensa facta in litibus pro consecutione, vel defensione rei communis, an & quando pro rata refici debeant.

De fratribus habentibus Prædiu commune.

CAP. XXXV.

**L**icet inter fratres, non adsit aliqua ex societati-  
bus, de quibus supra in secunda parte, fieri tamen  
potest, ut rem aliquam in communi possideant, quæ  
altercatisibus aniam præbeat, quantum præcipuas  
in rebus sequentibus capitulis attingam: Et circa ha-  
bentes Prædium commune, quid si vnus vellet fun-  
dum commune iuxta solitum serere, alter verò re-  
cuset? & certum est, ¶ cultuationem impediri non  
1 posse, cum ¶ socius, inuito socio, possit vi re commu-  
2 ni ad usum destinatum, ut dixit Barr. in *l. serui electione,*  
*§. labeo, ff. de leg. 1. & probat tex. in l. in tantum, §. in*  
*commune, ff. de rer. diuis. & in l. ades, ff. com. diuid. Surd.*  
*consil. 43. num. 16. Gayl. præf. obseruat. obseruat. 10. nu.*  
*9. Gran. Theor. 1. num. 1. Fontanella de pact. nupt. claus.*  
3 *4. glos. 9. part. 2. nu. 2. & 3.* Sed ¶ quid si frater solus, alio  
inuito, seuerit an alteri fratri in aliquo teneatur re-  
spondere de fructibus? Saly. in *l. subimus, in secunda, per*  
*glosam ibi in verbo, diuidere, in fin. C. de Sacros. Eccles.*  
tenet alteri in aliquo respondere non esse obligatum,  
nec etiam pro parte dominicall, quem refert La. in *l.*  
*serui electione, §. labeo, num. 19. ff. de leg. 1. dicens, id esse*  
valde notandum, si est verum. Sed, veram non esse  
hanc doctrinam, omnino est asserendum, cum repu-  
gnat textui exp. in *leg. qui sci, ff. de usur. cuius hæc*  
sunt verba. *Qui sci fundum cum alio sibi communi esse*  
*fructus, quos ex eo percipit, inuito, vel ignorante socio, non*  
*maiori ex parte suos facit, quam ex qua dominus prædij*  
*est: nec refert, ipse, an Socius, an vterque eos seuerit, quia*  
*omnis fructus non iure feminis, sed iure solis percipitur.*  
Cuius tex. dispositio ita clara existit, ut locus dubita-  
tioni non relinquatur, fructus enim pro parte domi-  
nicali dantur ratione dominij, non cultuationis: & li-  
cet frater se opposuerit, eius tamen tenentia non  
debet extendi ad casum, in quo, ipso inuito, feratur:  
nec vera est distinctio Natt. *consil. 31. num. 10. Saliceti*

opinionem procedere posse in expressè repugnantem,  
cum citatus tex. etiam in socio inuito loquatur, ut di-  
xit Iacob. Nauel. *de iur. protom. vers. quid si forte, num.*  
*66.* vnde cum habeamus claram tex. decisionem, pa-  
rum curandum est de auctoritatibus quorundam  
scribentium, vt ultra Saly. & Natt. *Catoc. loc. & con-*  
*ducti part. 3. in tit. de re communi, sub num. 34. in secunda*  
*impressione, Mart. singul. 369. & Surd. in conf. 43. nu. 18.*  
qui tamen per transeantiam, & dubitatiuè loquuntur,  
& male.

4 Secundo dubitatur, an vnus ex fratribus alio inuito,  
possit Syluam veduam incidere, & affirmatiuè respō-  
dent, nam negligentia non incidentis vigilanti obesse  
non debet, si re ad usum destinatum vtatur, *l. arbori-*  
*bus, §. nauis, ff. de usufr. lal. in d. §. labeo, nu. 19. Bal. conf.*  
*37. num. 4. lib. 5. quem refert, & sequitur Socin. conf. 38.*  
*num. 2. lib. 4. Surd. loc. cit. nu. 18.* quis enim non potest  
propriis rebus abuti in præiudicium alterius: Et hinc  
5 generaliter colligimus, ¶ fratrem inuito fratre posse  
vti re communi ad usum destinatum, vt probat *tex. in*  
*leg. stipulatio, §. fin. ff. de non oper. nunt. Barr. in l. serui ele-*  
*ctione, §. primo, & §. fin. ff. de leg. 1. licet secus esset, si ex-*  
*tra solitum ipiare vti vellet, l. Sabinus, ff. com. diu. iuxta*  
*glos. Socin. in dicit. consil. 38. num. 2.*  
6 Ex quo tex. pariter habemus, an si socius in re com-  
muni aliquid faciat, possit cogi, vt opus tollat: si enim  
id faciat, in socio, & contradicente socio, vt tollat: cogi  
potest: si verò socius sit presens, licet expressè non  
consentiat, dammodo non contradicat, ad demolitio-  
nem agere non potest, sed mediante actione commu-  
ni diuiduando per refectionem damni inde unitati suæ  
consultitur; si vero expressè consentiant, nec demoli-  
tionem, nec danamam præterire potest.

7 Expensæ verò factæ in re communi utique repeti  
possunt, Ruin. *conf. 100. lib. 4.* vt in expensis pro recol-  
ligentibus fructibus, *l. fructus, ff. solus. matrim. vbi glos.*  
*in verbo, sed & impensæ, Verbal. decis. 344. part. 1.* In re-  
parationibus, in recipiendis inuestituris, ac rebus si-  
milibus, dummodo expensæ sint necessariæ, vel sal-  
tem vtilis; voluptuariæ enim non debentur, *l. ex duo-*  
*bus, ff. de Neg. gest. Bal. in l. filia, cuius, n. 3. C. fam. arci-*  
8 quod tamen declarata, vt in *cap. seq. n. 28. ¶ Pro quibus*  
expensis datur fratri retentio totius rei, per notata per  
Barr. in *leg. si non fortem, §. si certum, ff. d. cond. in dub. vbi*  
dicit, posse retineri rem ob expensas factas in vtilita-  
tem ipsius rei, per *tex. in rebus, §. possunt, ff. comm. diu. in l.*  
*Paulus, de dol. except. & in l. si area, de cond. ind. & pro-*  
*bat Ruin. in d. conf. 100. num. 6.*  
9 Imò si socius aliquid impenderet pro restauratio-  
ne rei communis, & alter socius per quatuor menses  
recusaret reficere partem ipsam tangentem, amitte-  
ret ius, quod haberet in re illa communi, & alteri ac-  
cresceret, Aret. in *§. sequens, Inst. de action. vbi La. n. 48.*  
Cepol. *de seruit. rustic. præd. cap. 19. de resill. quest. 4.*  
*Crem. Sing. 98. Mart. Sng. 369. num. 3. Marau. de ordin.*  
*Ind. part. 4. distincti. 9. num. 102. quos refert, & sequitur*  
*Surd. in d. consil. 43. num. 19. lib. 1.*

10 Quod autem diximus de refectione expensarum  
non procedit in expensis liti factis in consecutione,  
vel defensione vel communis, quæ non reficiuntur  
nisi pro ea parte, quam socius non expendisset, si so-  
lum eius portionem defendere, vel consequi voluisset,  
vt haberet expressè in *l. ex parte, in prin. ff. fam. ar-*  
*cise.* ac idè ibi Barr. in summario dicit, quod qui obti-  
nuit in causa communi reperit expensas pro rata, si  
in causa propria non erat alias tantum expensurus,  
alias non, & Garzian. *de expensis, cap. 7. num. 22. dicit,*  
nō dari repetitionem, si nihil aliud expenderit, quam  
quod

quod propria causa postulasset: ex quo Bald. in d. ex parte, infert, quod si ego induxi testem pro me, & feci cum venire ex longinquis partibus maximis sumptibus, & tu velis postea eodem teste pro te uti, non tenetis ad aliquam ratam prædictarum expensarum, cum ego expenderim contemplatione mea, non tua: & de similibus expensis loquens Alber. in l. fin. de expens. in reb. dot. facti. dicit, quod competit repetitio, si plus expenderit, quam expendisset pro se solo, idem tradit Decian. in consil. 12. num. 52. lib. 5. & Monter. de cis. 14. num. 73. & 74. vers. denique pro unanimi.

An verd ratione communione frater possit uti immunitate fratris circa prædia communia, dixi supra part. 2. cap. 25.

## SVMARIUM.

- 1 Frater an possit invito fratre locare domum communem locari solitam, & quid in prædio rustico, n. 3.
- 2 Frater locando domum communem tenetur fratri ad ratam pensionem.
- 4 Res communis locari potest alteri etiam invito, si ita utile sit socio.
- 5 Locari non potest res communis altero invito, si commodè dividi possit.
- 6 Domus communis cui sit locanda, si domini sint discordes. Et quod præferatur volens locare persona honesta; nisi tamen domus passiva sit in Lupanario, num. 7. & quid si ambo persona honesta locare velint, num. 8. & forte id esse dirimendum, tenuerunt aliqui, ut n. 11.
- 9 Concordia à Iudice suaderi non imperari potest, nisi tamen ad sit timor scandali, num. 10.
- 11 Dividendi modus per sortes non reputatur iuridicus.
- 13 Fratres si sint discordes in locando unus alium impedit: quod tamen intelligitur ceteris paribus, num. 14. scilicet, si utilior esset locatio unius, num. 15.
- 16 Socius volens habitare domum communem præferatur volenti locare, nec potest cogi ad conducendum aliam partem à socio, num. 17. & eius indemnitas succurritur per divisionem, num. 20. sed quid si dividi non possit, num. 21.
- 18 Nemo potest prohiberi sua iura vis, nu. 18.
- 19 Clausura domus communis à socio frangi potest, si sit impedimento, ne re communi utatur.
- 21 Socius volens habitare domum communem potest cogere socium ad sibi locandum eius portionem.
- 23 Arbitrium boni viri maxime spectatur in rebus communibus.
- 24 Frater debet præferri emptione rei Communis.
- 25 Frater habitans domum Communem an teneatur alteri ad pensionem, & quid si per iudicium divisorium fuerit constitutus in mora, nu. 26. ubi dua alia ponuntur limitationes regulam.
- 27 Frater habitans domum Communem, si finita locatione partem fratris, continet habitando, non intelligitur reconduxisse portionem fratris, ubi de ratione.
- 28 Expense facta in re communis an possint repeti, & ponitur distinctio, num. 29. & 30. ubi qua requirantur ad hoc, ut expense dicantur utiles, & an attendatur impensa, vel utilitas.
- 31 Domus communis an propter unius tantum delictum possit destrui, & affirmativa ponitur conclusio, nu. 32. & quod iudex hoc casu possit commutare poenam, n. 33.
- 34 Fiscus potest cogere fratres ad dividendam domum, ad hoc ut una pars possit destrui.
- 35 Frater habens bona communia cum clerico potest cogi, ut dividat, ad hoc, ut pro eius parte collecta solvantur.
- 36 Fiscus tenetur redimere partem domus communis, si propter delictum unius eam demoliri velit,

- 37 Fiscus potest cogere fratres habentes plures domus in communi, ut eas dividant, si domus unius veniat demolienda.
- 38 Frater potest agere contra fratrem, si domus communis eius culpa à Fisco fuerit destructa, si iniuste id factum fuerit, num. 40.
- 39 Damnum ille refarcire debet, cuius culpa fuit secutum.
- 41 Iudex mandans ob delictum unius destrui domum communem, tenetur actione in factum, nisi tamen Fiscus alterius portionem redimere intendat, nu. 42.
- 43 Domus quando venit destruenda, res in ipsa existentes destrui non debent.
- 44 Separatorum separata ratio.
- 45 In emptione res Communis ille præfertur, qui in ea maiorem habet partem.
- 46 Domus dividens per solaria an intelligantur sibi viam reservari.
- 47 Domus si destruat, an dominus partis inferioris teneatur eam reficere, ad hoc ut dominus partis superioris ipsa vii possit.
- 48 Pars inferior an dicatur deservire superiori.
- 49 Domus partem inferiorem reficiens an possit repetere partem expensarum à domino partis superioris.
- 50 Frater an teneatur vendere rem paternam fratri.
- 51 Frater an possit redimere totam rem, si aliter frater eius portionem redimere non caret.
- 52 Consanguinorum appellatione in retractu non veniunt femina.

## De fratribus habentibus Domum Communem.

## CAP XXXVI.

- Vidimus in superiori capitulo nonnulla de fratribus habentibus fundum communem, nunc aliqua videamus, si domum communem habeant. Et primo dubitari potest, † an frater, invito alio fratre, possit locare domum communem locari solitam: hanc questionem proposuit Bald. in l. i. C. qui testamenta facer. poss. in vlt. quest. dicens, quod æquus Iudex coget eos iuste æquitati, considerando quod consuetudo est altera natura, l. actor. C. de probat. ad quod conferunt tex. in l. arborebus, §. usufructuarius, ff. de usufr. & in l. hoc distinctio, §. cum fundus, ff. loc. in l. baredes, §. si unus, ff. fam. erisc. & in l. si communi ades, ff. de neg. gest. & legitur Ial. in l. quo minus, vbi Rip. num. 138. de flumin. idem tenet Angel. in l. i. C. qui test. facer. poss. Paul. de Cast. in d. §. cum fundus, Bal. in cap. cum omnes, de consil. latè Socin. consil. 38. num. 1. lib. 4. Dec. in l. i. num. 21. C. qui testamenta fac. poss. iterum Ial. in l. serui, §. labeo, num. 16. ff. de leg. 1. de quo etiam Ber. consil. 16. num. 19. lib. 1. consil. 151. num. 10. eod. lib. & consil. 144. num. 75. lib. 1. cum enim sic solita locari, alter impedire non potest, quis locetur, Menoch. de arb. casu 42. num. 2.
- 1 † Participare tamen, & alter debet de pensione, Corn. consil. 212. num. 2. & 4. lib. 2. Caroc. loc. & cond. part. 3. de re communi, num. 4. in secunda impressione.
  - 3 Et hæc conclusio procedit etiam in fundo rustico, ac molendino, Batt. in d. l. i. & hac distinctio, §. cum fundus, nu. 2. in quem refert, & sequitur Alex. in d. l. i. serui electione, §. labeo, num. 3.
  - 4 Secundo ampliatur, idem esse dicendum, licet non ad sit consuetudo locandi, dummodo id sit utile sociis, & in istis terminis loquuntur Bar. & Alex. loc. citatis, licet de hoc dubitet Bal. in leg. cum omnes, de con.

- fit. qui tamen residet in Soc. ut iudex debeat arbitrari secundum utriusque utilitatem, per ea, quæ habentur in l. 2. C. quæd. & quib. quart. pars deb. lib. 10. in l. sine re ff. de seruit. rustic. prad. & in leg. cum sciens ff. de solut. Quod Socin. in d. consil. 58. sub num. 2. confirmat ex eo, quod socius potest uti re communi uti propria, si id in utilitatem confocij tendat, l. stipulatio. §. fin. ff. de ven. e. per nunc. & probat ex pluribus Surd. conf. 43. num. 8. lib. 1. Et an hoc sit utile sociis, iudicis arbitrio relinquatur, Menoch. in d. casu 442. num. 23. & seqq.
- 5 Supra dicta autem omnia limita, si domus, vel fundus commodè diuidi possit, tunc enim ad locandum nemo cogi potest, sed solum ad diuisionem est deueniendum, ut declarant omnes supracitati Doctores, & præcipuè Socin. in d. l. serui electione. §. labeo, sub num. 4. ff. de leg. 1. & in istis terminis loquitur Paul. de Cast. in d. §. cum fundum, & docet Menoch. loc. cit. num. 4. l.
- 6 Secunda potest esse difficultas, quid si omnes velint locare, sed unus vni, alter alteri? Ang. in l. 1. C. qui testam. fac. poss. distinguit, quod si vnus velit locare personæ honestæ, alter verò inhonestæ, ille præferendus sit, qui personæ honestæ locare velit, per tex. cum ibi notatis in l. non aliter ff. de usu. & habit. Socin. in d. consil. 58. scribentes in d. §. labeo, alios citat, & sequitur Menoch. loc. cit. num. 5.
- 7 Quod tamen limitatur, si domus posita sit in Lupanario, & pinguior pensio reperitur ab inhonestis personis; tunc enim ratione loci præferendus esset ille, qui maiorem vellet consequi pensionem, ut probat Socin. in d. consil. 58. sub num. 2.
- 8 Sed maior est dubitatio, si ambo personæ honestæ locare velint. Socin. in d. §. labeo, num. 5. & in d. consil. 58. sub num. 1. tenet, iudicem se interponere debere, ut ad concordiam deueniant. Verum si concordari nollent, eos non posset cogere, ad doctrinam Bart. in l. huiusmodi, §. ultimo, vbi etiam lal. num. 10. ff. de leg. 1. cum
- 9 concordia suaderi, non imperari possit, Dec. in leg. quidam, sub num. 4. ff. si cert. pet. ad quod multa confertant, de quibus per Menoch. loc. cit. nu. 7. & seqq. ¶ nisi tamen adsit timor scandali, & ne fratres deuenirent ad arma, quo casu etiam cogi possent, Bart. loco citato, & sequitur Menoch. loco pariter citato, nu. 9. Ruinus
- 11 in d. §. labeo, ¶ forte discordiam esse dirimendam existimant, & Caroc. loco supra citato, num. 15. dicit, consuetudinem esse, ut ponantur nomina in pixide, & extractus in locando præferatur, & allegat Ludon. conclus. 51. fol. 122. vers. si socij. Sed, semota consuetudine, hic non est iuridicus decidendi modus, cum ¶ questio facti sorte dirimi non posset, ut probat Tirac. de iur. primog. quest. 17. opinione prima, num. 91. & seqq. Menoch. loc. cit. num. 11. Vnde cum communi opinione
- 13 dicendum est, ¶ vnum alium impedire, ita ut vnus ab altero non vincatur, cum omnes velint uti re communi ad vsum destinatum, ut dixit Socin. in d. l. consil. 58. num. 3. & 4. nec locatio sortiri potest effectum, cum ad inuicem se impediunt, ad doctrinam Bart. in d. l. huiusmodi, §. vltim. in fin. & sequitur Menoch. loco citato num. 11.
- 14 Hæc tamen omnia intelligenda sunt cæteris, paribus; nam si vnus maiorem inueniret pensionem ipse præferendus esset, tamquam faciens conditionem vtriusque meliorem, ut ipsemet Menoch. fateretur loc. cit. nu. 6. Et ¶ melior conditio posset non solum argumentari à maiori pensione, sed etiam à pluribus aliis, ut ex qualitate personarum, si vnus esset dives, alter pauper, si vnus plures haberet in familia; alter pauciores, si vnus haberet filios paruulos, qui domus damnificare solent, alter non, si vnus aliquam artem exerce-
- ret, ex qua posset domus damnum pati, non autem aliter; quæ omnia prudentissimi iudicis arbitrio essent relinquenda.
- 16 Tertia sit difficultas, si vnus velit locare hospitium, alter verò ipsum inhabitare, & dicendum est præferri eum, qui vult habitare, ex doctrina Bal. in l. 1. num. 6. C.
- 57 quis test. fac. poss. Mart. sing. 169. num. 1. ¶ Nec cogi potest ad conducendum alteram partem à fratre, ad tex. in leg. nec emere. C. de iur. delib. Bal. in l. Sabinus, C. comm. diuid. Gran. Theor. 2. num. 2. vbi plures allegat.
- 18 ¶ Nec minus prohiberi quin habitet, cum nemo prohiberi possit, ut iure suo vtatur, leg. sapè, in fin. ff. de re. iud. Paul. de Cast. in d. §. cum fundum, Ang. in l. duo fratres ff. de acq. hered. Dec. in d. l. 1. num. 24. & seq. lal. in d. §. Labeo, latè Socin. in d. l. consil. 58. sub num. 4. Ac pro-
- 19 pterea Caroc. loc. cit. num. 22. dixit, ¶ licitum esse fratri frangere clausulam domus factam à fratre, ne vtatur re communi, dem esset in prædio rustico, in quo cancellum frangere liceret, ut per ipsum num. 13. & optimè Granut. Theor. 2. nu. 4. Fontan. de pact. nupt. claus.
- 20 4. glof. 9. part. 2. num. 3. & 4. ¶ Et indemnitati alterius fratris locare volentis, per diuisionem consulitur, ut declarat Bal. in d. l. 1. Socin. in d. l. serui electione, §. Labeo,
- 21 num. 6. Menoch. loc. cit. num. 13. ¶ Sed quid si domus, vel ex dispositione testatoris, vel ex natura rei, vel ex aliqua aliaratione diuidi non possit? hanc quæstionem non inueni ad aliquo tactam; solum enim Caroc. loc. cit. nu. 26. dicit, cautelam esse, ut frater prouocet ad diuisionem fratrem habitare volentem, qui si diuidere recuset, ad pensionem erit obligatus. Sed quid diuisio fieri non possit? certe æquitas non paritur, ut pars vnus remaneat sterilis; ac propterea crederem ego, vel cogendum esse fratrem ad conducendam partem fratris, vel ad sufferendum, ut alteri eam locare posset.
- 22 Quarta sit dubitatio, si frater partem propriam velit habitare, & aliam à fratre conducere, an ipsi eam frater locare teneatur. Et absque dubio affirmatiuè est respondendum, per ea, quæ tradunt Bal. & alij scribentes in d. l. 1. & latissimè probat Socin. in d. consil. 58. de quo etiam Caroc. loc. cit. num. 18. & sequitur Surd. conf. 43. num. 11. lib. 1. Et si frater diceret, se velle alteri locare, extraneo præferendus esset frater, ut per Socin. in d. §. Labeo, num. 7. & in d. l. consil. 58. & sequitur Ruin. in consil. 143. num. 8. lib. 4. & duobus Socini ratio-
- 23 nibus tertiam addit Menoch. loc. cit. num. 19. ¶ in re nempe communi, arbitrium boni viri spectari, §. vltim. Inst. loc. sed nemo æquiritatis amator iudicaret, extraneum præferendum esse fratri, ac propterea improbat Ruin. sibi contrarium in d. §. Labeo. Et fratrem esse præferendum, docet Caualc. decis. 25. num. 15. part. 2. & nouissimè Fontan. de pact. nupt. claus. 4. glof. 9. part. 2. num. 12. & seqq. prout ¶ præferri debet in emptione rei communis, Gratian. decis. March. 169. num. 8. Pereg. de iur. F. fo. lib. 6. tit. 4. num. 4.
- 25 Et supradictis quinta potest solui difficultas, an frater habitans domum communem teneatur soluere pensionem: & non teneri dicendum est cum in qualibet minima parte partem habere dicitur, vnde iure proprio vsum fuisse dicitur l. 2. C. quædo, & quib. quart. pars debeat, lib. 10. Bal. Angel. ceterique scribentes in leg. duo fratres ff. de acq. hered. in d. l. 1. C. qui testam. fac. poss. num. 28. vbi etiam Paul. de Cast. Bal. in cap. 1. §. pterea, de prohib. alien. feud. lal. in d. §. Labeo, num. 17. Soc. d. communi, in d. consil. 58. circa finem, Rom. consil. 168. num. 7. vbi Mandos. in add. in lit. f. Corn. consil. 222. num. 4. lib. 2. Menoch. conf. 121. num. 103. lib. 2. Granut. de Theor. 2. Surd. conf. 160. num. 20. Franc. Marc. decis. 512. 272



511. in 2. part. Cast. de port. & rat. quest. 55. Fontan. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 9. part. 2. num. 10.

26 Quod tamen tribus limitatur modis, & primo, si per iudicium diuisorium fuerit constitutus in mora, Gran. d. Theor. 2. num. 6. Fontan. loc. cit. num. 3.

Secundo, si impediatur socium, ne & ipse habitet, tunc enim non potest dici, quod simpliciter suo iure utatur, conclusio enim procedit, quando quis habitat Domum communem, nec impedit socio, quo minus, & ipse habitet; Franc. decis. 160. & sequitur Font. loco supra citato, nu. 9.

Tertio limitatur, si habitans se opponat socio partem suam vindicare volenti, ita pariter declarat Franc. d. decis. 160. secutus à Fontan. loc. cit. sub d. num. 9. ne ex eius culpa commodum reportare videatur.

27 Et ex prædicta conclusione, de qua num. 25. inferitur, quod licet finita societate, conductos Domus censentur illam reconducere per illud tempus, per quod inhabitat, ad tex. in litem quarimus, §. ultimo, ff. loc. attamen hæc præsumptio cessat in socio conducente partem domus communis: finita enim locatione non intelligitur reconduxisse, sed iure communionis domum habitasse, ut per Gran. in d. Theor. 2. & sequitur Fontan. in d. claus. 4. gloss. 9. part. 2. nu. 6. de pact. nupt. Et ratio est, quia in alius intelligitur facta reconductio, nam aliter conductor non posset licite retinere domum, vel fundum, & retinendo, delinqueret tamquam occupator, quod non est præsumendum, l. merito ff. pro soc. ut per Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 30. num. 3. quæ ratio cessat prorsus in socio, qui potest licite retinere domum iure communionis absque quod præsumatur reconductio, Fontan. vbi supra nu. 6. & 7.

28 Sextum sit dubium, an si frater in re communi aliquas faciat impensas, eas repetere valeat: circa quod habemus tex. ad litteram in l. ex duobus, ff. de neg. gest. quod expensæ factæ in ædificiis, necessitate vigente, possint repeti, non autem voluptuarie: Quod tamen

29 limitatur, si expensæ voluptuarie essent factæ in re promercali, ad tex. in l. quod si, ff. de impens. glo. in d. l. ex duobus. Et est ratio, quia expensæ factæ in re venali dicuntur viles, tamquam pretium augentes, quæ

30 glossam sequitur Petr. de Vbal. de duob. fratrib. part. 2. num. 27. Necessarium igitur est, ad hoc ut expensæ dicantur viles, ut vel pretium augeant, ut in re promercali, vel per eas augeantur fructus l. impensa, ff. de verb. signific. ac idem Rot. in decis. 650. num. 4. recent. part. 2. tenuit, expensas factas in Domo magna, quæ nec vendi, nec locari debeat, voluptuarias censeri, tamquam fructus non augentes. Vnum in propositum non omittero, quod quando utilitas est diuersa ab expensa, semper id, quod minimum est, attenditur, Rota in vna Romana Saluiani coram Martino die 26. Aprilis 1632.

31 Septima non contemnenda est dubitatio, si fratres in communi, & pro indiuiso Domum possideant, & vnus eorum committat delictum, ob quod eius domus veniat destruenda, an tota domus in præiudicium etiam aliorum debeat destrui, Bart. in l. Atreus ait, §. de eo opere ff. de acqu. plu. arcand. arguit ad partes, deinde satis amplam ponit distinctionem, quam refert, & in omnibus, & per omnia sequitur Petr. de Vbal. de duob. fratr. part. 8. nu. 26. diuersimodè tamen alij sensere, & tres diuersas opiniones refert Io. Andr. in cap. super speculis, de priuil. de quo etiam Anch. in c. filius, de penit. lib. 6. scribentes in l. stipulatio, §. 1. ff. de oper. non. nūciat. & alij de quibus infra: Et quod debeat communitati pœna, Clar. in sua praxi, §. fin. quest. 82. sub rubricatum octauum, vers. sed quid si delinquens, & sequi videtur

Farin. de crimin. lase Maiest. quest. 112. num. 117. Ego autem ponam conclusionem cum infra scriptis de declarationibus.

32 Sit igitur conclusio, fratrem ob communionem domus cum alio fratre à demolitione non liberari: licet enim quandoque fratres ob communionem ab aliquibus excusentur, ut fuit dictum superius in 2. parte: attamen id procedit, quotiescumque aliter etiam alteri fratri fieret præiudicium, quod non est in casu nostro, ut ex infra dicendis apparebit.

33 Quæ conclusio primo declaratur, ut index in sententia ob hanc communionem possit, si velit, hanc pœnam commutare, ut dixit Bart. in d. §. de eo opere, in primo capite sua distinctionis, per tex. in l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de his, qui nos. infam. & in l. passim domum, c. ex quib. caus. infam. irreg. ad quod pariter confert tex. in cap. super speculo, de priuil. quam opinionem satis æquam appellat Corser. in suis singul. in verbo, Communitas, & in istis terminis intelligi possunt Clar. & Farin. loc. cit.

34 Secundo declaratur, ut Fiscus possit cogere fratres, ut domum diuidant, si commodè, id fieri possit; & vnà pars absque præiudicio alterius possit demoliri, per Doctrinam Specul. de cler. coniug. vers. quid si clericus,

35 ubi dicit, quod si laicus habeat bona pro indiuiso cum clerico, potest cogi ad ipsa diuidenda, ne omnia à collectis defendant contra publicam utilitatem: & eadem ratio ne poterunt fratres cogi ad diuidendum, ne delicta remaneant impunita, ut exprèsse voluit Bart. in l. cum alicui, num. 1. ff. de neg. gest.

36 Tertio declaratur, ut Fiscus teneatur redimere partem alterius fratris, si totam domum destruere intendat, ut per Bart. in d. §. de eo opere, & allegat tex. in l. si postulerit, ff. de adult. in l. non amplius, §. fin. ff. de leg. 1. & in l. 1. C. quando, & quib. quart. pars debeat, & docet Bal. in l. 2. quib. ex caus. ser. lib. pro præm. accip.

37 Quarto declaratur, ut si fratres plures habeant domum, debeant cogi ad diuidendum, ad hoc ut illa destruat, quæ in partem obuenerit delinquenti, ut per Clar. loc. cit. vers. sed quare, Farin. loco pariter citato num. 118.

38 Quinto declaratur, ut si secuta condemnatione tota domus fuerit destructa, alter frater possit agere contra fratrem ad restitutionem damni suæ ratæ, cura fuerit eius culpa destructa, Bart. loc. supra citato, qui allegat tex. in l. si is, cum quo, ff. com. diuid. vbi habetur, quod si iussu iudicis villa communis fuerit deuastata ob contumaciam vnus, alter potest pro suo interesse agere contra ipsum iudicio communi diuidendo,

39 si ille enim teneret ad damnum, cuius culpa fuit secutum, leg. pen. in prin. ff. sol. matr. l. si merces, §. culpe, ff. loc. idem sequitur Atretin. in cons. 101. & Bal. in l. 1. C.

40 quibus ex caus. seruit. pro præm. lib. accip. Quod vendicaret sibi locum etiam si iudex iniuste mandasset domum destrui, id enim parum refert fratri, qui passus fuit damnum, ut per glo. in d. l. si is, cum quo.

41 Sexto declaratur, ut iudex mandans destrui domum communem teneatur actione in factum, ex l. Aquilia, l. que modum, §. magistratus, ff. ad leg. Aquil. licet enim pro aliquibus delictis lex mandet Domum destrui, id tamen intelligi debet, sine alterius iniuria, l. 2. §. maris, & l. si quid a Principe, ff. ne quid in loc. pub. &

42 tradit Bart. in d. §. de eo opere, id tamen limitatur, si Fiscus velit partem alterius fratris redimere, ad hoc, ut tota domus destruat, per tex. in l. 1. de ven. rer. fisc. lib. 10. vbi habetur, quod licet Fiscus habeat minimam partem in re aliqua, potest tamen mandare, ut tota res vendatur; & ita à simili poterit mandare, ut etiam

- tota Domus destruat, soluendo pretiam portio-  
num aliorum.
- 43 Non omitto ad propositum, quod si domus alicuius esset destruenda, res tamen in ipsa existentes seruari deberent, Bald. in l. cum proponas, sub num. 13. C. de nau. Fen. † separatorum enim separata est ratio, leg. ff. de calumn. l. rescriptum, ff. de his, à quibus.
- 44 Octava sit dubitatio, & resolutio, quod si duo fratres habeant Domum, vel molendinum commune, quod commodam non patiatur diuisionem, & vnus alterius partem emere velit, ille debeat preferri, qui in eo maiorem habet partem, Capic. decis. 36. dummodo offerat pretium æquale.
- 45 Potest etiam dubitari, quid si fratres diuidant domum per solaria, an intelligatur reserua via; multi enim tenuerunt, quod non, vt Bal. in leg. via constitui, §. quacumque, ff. de seruit. rustic. pred. Soc. Sen. conf. 139. sub num. 1. lib. 1. in contrarium tamen stat communis sententia, vt per Ludou. conclus. 76. vers. ampliatur in fratribus. Licet ipse inclinare videatur, id iudicis arbitrio esse relinquendum, qui commoditatem vnus, & incommoditatem alterius considerare deberet.
- 46 Hinc alia oritur dubitatio, ponamus, quod domus destruat, an habens partem inferiorem teneatur ipsam reficere, ad hoc, vt habens partem superiorem ipsa vti possit? Et verissima est distinctio; aut pars inferior habet seruitutem sustinendi onus partis superioris, & de necessitate refici debet sumptibus ipsius reficientis, ut prebat tex. in l. eum debere, ff. de seruit. Urban. pred. & in l. si forte, §. etiam, ff. si seruit. vandic. Si verò non constet de alia seruitute, dominus partis inferioris eam reficere non tenetur, & in istis terminis consuluit Socin. Sen. d. conf. 139. lib. 1. quod Corn. & Bal. de Bartholinis comprobant; vt videre est in consil. 138. inter consilia Socin. lib. 1. & in subscriptionibus ibi positis.
- 47 Qui pariter docent, quod licet domus fuerit diuisa per solaria, hinc tamen non sequitur, vt pars inferior dicatur seruire superiori. † Sed quid si habens partem inferiorem eam reficeret, posset ne ratam expensarum repetere ab habente partem superiorem? Et dicendum est non posse, licet enim ad refectioem cogi non potuisset, attamen si eam refecerit rem propriam refectioem agere nulla ratione valeret; & in hac sententia inclinare videtur Carp. loco supra citato.
- 48 Posset etiam dubitari ad propositum, an frater teneatur vendere rem paternam fratri, vel consanguineo. Verum quoniam per tex. in l. dubium, ff. de contrab. empti. fuit decisum, cuiuslibet licitum esse rem suam vendere cui magis voluerit, exclusis etiam consanguineis, vt ibi per glos. non potest oriri probabilis dubitatio, nisi respectu Statutorum, ius congrui inducentium; quæ vti extra nostram materiam prætermittito. Solum ad propositum fratrum non taceam, † quid si, secuta alienatione alicuius rei, fratribus competat ius redimendi, & vnus suam portionem redimere non curet, an alteri competat ius redimendi totam rem, & competere: probat Mag. d. decis. Flor. 28. per totam, Ludou. decis. Perus. 111. num. 15. part. 2. Boer. decis. 151. Alex. Rauc. decis. Pof. 12. num. 78. Fachin. controuerf. iur. lib. 1. cap. 2. Mastri. d. decis. 21. per totam, Fontan. de pactis nupt. claus. 4. glos. 9. part. 2. num. 68. Deberet tamen, si adhuc alteri fratri duraret tempus redimendi, præstare cautionem de restituendo portionem fratri, vt per Mastri. & Fontan. post alios loco citato, num. 69.
- 49 Vnum in propositum non omitto, in hac materia retractus appellatione consanguineorum feminas

non venite, vt post alios docet Crpan. super stat. Ast. diol. cap. 417. num. 201. & seqq. maximè stante statuto exclusiuo feminatum, vt per Tiraq. de retract. lign. glos. 8. num. 13. Olasc. decis. 127. num. 3. Carpan. loco cit. num. 200.

### SUMMARYM.

- 1 Frater committens Feloniam non amittit feudum ob delictum alterius fratris.
- 2 Civitas feudum non amittit, si solum pars Civitatis fuerit rebellis.
- 3 Frater maior sigillum, & claus portarum retinere debet.
- 4 Frater maior debet retinere instrumenta Communia, limitatur num. 6.
- 5 Claus rei Communis debent esse apud seniore.
- 7 Frater committens delictum in castro Communi, an possit puniri ab alio fratre remissive.
- 8 Fratres habentes iurisdictionem communem, quomodo ipsam exercere debeant

## De fratribus habentibus Castrum commune.

### CAP. XXXVII.

- D**E fratribus habentibus Castrum Commune nõ est omitendum, quod voluit Bal. in cap. 1. quib. mod. feud. amit. † quod si vnus eorum committat Feloniam, alter eius probatione poterit fratrem defendere, ita vt ambo Feudum retineant, & adducit simile
- 1 † de Civitate feudum habente, cuius si populares sint rebelles, nobiles verò non, propter illam mixturam Civitas non priuatur feudo.
  - 2 Inter duos fratres dominos alicuius castri maior natu, sigillum, & claus portarum retinere debet, in quo tamen nullo fraudis suspitio cadat, per tex. in leg. cum pater pluribus, de leg. 2. & voluit Bal. in cap. si duo fratres, de non. bon. inuest. quem refert, & sequitur Petr. de Vbal. de duob. fratr. part. 11. num. 22. Ad quod confert, † quod instrumenta Communia debent remanere apud natu maiorem, leg. fin. ff. de fid. instrum. vbi Bal. Guid. Pap. decis. 189. nu. 3. Fontan. de pact. nuptial. claus. 4. glos. 9. part. 2. nu. 66. & videti potest lo. Le Cerier de primog. lib. 2. quæst. 2. num. 5. ad quod confert, quod dixit Bald. in l. procurator, C. de edend. † Claus nempe reis Communis inter hæredes, esse debere penes seniore, quem refert, & sequitur Io. Le Cerier loco cit. num. 6. & docet Ial. l. cum quid, num. 4. ff. si cert. petat.
  - 3 Quod tamen dicitur de instrumentis communibus, limitatur, si frater minor sit Doctor, qui tamquam dignior, & magis aptus pro defensione rerum communium, instrumenta communia retinere debet, Iacob. Ben. de prouil. Doct. prouil. 68. Fontan. vbi supra n. 67.
  - 4 An autem frater delinquens in castro possit puniri ab alio fratre Bal. docet in cap. 1. in fin. qualis. domin. Vaf. iur. fid. & in cap. 1. §. fin. de prob. feud. alienat.
  - 5 Sed si duo fratres habeant Castrum, seu iurisdictionem Communem, quomodo ipsam exercere debent? Multi volunt, per superiorem cogi posse, vt administrant alternis vicibus, vnum nempe per annum, alterum per alium annum. Alij dicunt, cogendos esse, vt eligant Officiales, qui communi nomine administrer. Aequius esse, alij asserunt, eos ad diuidendum compellere; dummodo iurisdictione sit diuisibilis, sed de his videri potest Pegu. decis. 10. Thefaur. quæst. Forens. lib. 1. quæst. 19. latissimè Fontanel. de pactis nuptial. claus. 4. glos. 9.



glos. 9. part. 2. num. 10. & segg. Hæc enim, & multa alia, quæ hic cumulate possem consulto omitto, ne feudatua materiam aggrediat.

## S V M M A R I V M.

1. Minor non potest provocare ad divisionem maiorem: quod tamen non procedit, si frater maior sit rixosus, num. 1. nec minus ratione fructuum, num. 3.
4. Minor à statuto maior reputatus, potest ad divisionem provocare maiorem.
5. Dividi multa possunt, quæ tamen alienari non valent.
6. Divisio si evidenter minori sit utilis, potest ad divisionem provocare maiorem.
7. Iuramentum facit, ut minor reputetur maior.
8. Minor maior factus potest ratificare divisionem factam in minori ætate.
9. Ad iuramentum potest accedere, si à maiori fuerit provocatus.
10. Maior natus an debeat dividere, & dare electionem minori: & si aliter fuerit facta divisio, an ipsam impugnare possit, num. 11.
12. Divisio fraudulenta debet in melius reformari.
13. Dividere debet maior, si sit melius informatus.
14. Divisio inter fratres secundum aliquos debet fieri per sortes.
15. Divisio quomodo fieri debeat inter fratres, Iudicio arbitri relinquatur.
16. Iudex potest uni unam partem assignare, & alteri aliam.
17. Consuetudo circa divisiones est servanda.
18. Divisiones debent fieri ex bono, & æquo.
19. Divisiones fraudulenta debent retractari.
20. Divisio in qua notabilis adsit deceptio, debet retractari.
21. Divisio, qua fecit transitum in iudicatum non debet retractari.
22. Commoditas spectanda est in divisionibus.
23. Nemo cogitur accipere pretium rei propria, sed limitatur, quandoque in divisionibus.
24. Maiorem partem habens in re communi præfertur.
25. Contiguas loci in divisionibus est spectanda.
26. Partes separata assignari debent in divisionibus.
27. Utilitas Communitatis in divisionibus maxime est attendenda.
28. Divisio fieri non debet, si rei substantia evanescat.
29. Divisio quando dicatur impossibilis.
30. Divisio quando fieri non potest unus debet habere rem, alter pretium.
31. Divisio si fieri non possit præfertur habens maiorem partem.
32. Licitatio in divisionibus quando sit licita.
33. Pascua quomodo dividantur, remissive.
34. Fratres dividendo non tenentur præstare laudemiam.

Frater minor, an possit provocare ad divisionem maiorem, & quomodo inter ipsos fratres debeat fieri divisio.

## CAP. XXXVIII.

**C**ertissimi iuris est, fratres ad divisionem bonorum communium devenire posse, nisi contrarium disposuerit testator, ut dictum fuit superius in secunda parte, cap. 43. est tamen dubitatio in minore, si an ipse ad divisionem fratrem provocare possit, & negativè respondent per tex. in l. 1. §. si communis, in l. magis puto, §. ultimo, in l. si pupillorū, & in l. qui utitur, §. de reb. eorum, & in l. pen. C. de præd. iur. ut per Rom. conf.

106. num. 4. Bertrand. confil. 108. num. 19. lib. 3. Socin. confil. 254. num. 2. lib. 2. Gratian. conf. 66. num. 30. lib. 2. Mant. conf. 161. num. 18. lib. 2. Menoch. qui alios citat de arb. lib. 2. cent. 2. casu 171. n. 34. alios adducit Orlu. Simoncel. de Decret. lib. 2. tit. 4. in specul. 1. casu 2. sub num. 16. versic. superiori: licet alij contrarium sentiant, de quibus per Simonc. loc. cit. num. 15.

2. Recipit tamen hæc conclusio plures limitationes. Prima sit, si frater maior sit rixosus, & communia dilapidet bona, Bar. in leg. ante pupillos, ff. de aut. tut. scribentes in l. inuberous, la 2. C. de Sacros. Eccles. Doctores in l. inter omnes, C. de præd. iur. Socin. l. an. conf. 48. num. 4. & seg. & conf. 79. num. 3. lib. 1. Menoch. d. casu 171. num. 36. plures citat Simonc. loco citato casu primo, num. 6. & n. 12. qui ampliat, etiam si cum prohibitione legis, testatoris prohibitio concurreret, de quo supra in 2. part. in d. cap. 43.

3. Secundo limitatur respectu fructuum, ut per scribentes in d. l. inuberous, quod comprobatum invenies apud Simonc. loc. cit. casu 2. num. 15. & segg.

4. Tertio limitatur secundum Ceterum in confil. 108. nu. 16. lib. 3. si minor alicuius ætatis à statuto reputetur maior: quod tamen reprobatur Simonc. loc. cit. casu 3. nu. 19. quæ admodum enim tali statuto non obstante, non posset alienare, l. 1. & leg. est, C. de his, qui ven. etat. supet. Dec. conf. 39. sub num. 3. Soc. conf. 130. num. 3. lib. 1. Simonc. de Decret. lib. 3. tit. 8. in specul. 3. num. 24. ita etiam dividere non posset, cum divisio sit species alienationis, ut per ipsum. Partum tamen concludens videtur hæc ratio; multa enim alienari non possunt, quorum concessa est divisio, ut bona Emphyteutica, Char. in §. Emphyteusis, quest. 14. Io. Maria Ruin. conf. 291. num. 24. lib. 2. in d. vni tantum assignari possunt, ut per ipsum n. 25. & dicam infra in cap. 41. circa finem. Opinio tamen Simonc. procederet, si statutum simpliciter disponeret, ætatem aliquam esse legitimam: secus si veteris ordinaret, ut minor alicuius certæ ætatis, puta 18. annorum, haberi deberet pro maiori, & quod vni maior contrahere posset.

6. Quarto limitatur, si divisio evidenter minori sit utilis, Crau. conf. 278. in fin. Menoch. conf. 171. num. 37. & per consilios quos communito damnosa, Gab. confil. 16. num. 43. lib. 1. sola enim utilitas proveniens ex divisione non videtur iustificans, ut voluit Simonc. de Decret. lib. 2. tit. 4. in specul. 1. num. 10. ad quod conferunt per ipsum tradita lib. 3. tit. 8. in specul. 17.

7. Quinto Simonc. in d. l. in specul. num. 21. limitat, si minor inveniatur, cum iuramentum faciat minorem haberi pro maiori, Doct. in Auth. Sacramenta Puberum, C. si advers. vend. Verum licet iuramentum faciat minorem pro maiori reputari, hoc tamen procedit respectu contractus, super quo interponitur iuramentum, unde non videtur, quomodo id applicari valeat minori volenti fratrem ad divisionem provocare.

8. Sexto loco citato num. 22. ponit Simonc. limitationem, si minor factus maior divisionem ratificaverit, ad tradita per Bald. in cap. 282. in princ. lib. 1. Gab. d. l. conf. 36. nu. 18. Bald. de præscript. part. 1. num. 40. Verum hæc non potest dici limitatio ad regulam, sed potius modus, quo divisio in valida à principio confirmatur.

9. Septimo limitatur, ut minor possit dividere, si à maiore fuerit provocatus, ut per Doctores in l. inuberous nulli, C. de Sacros. Eccles. Dec. conf. 39. num. 4. Socin. conf. 62. in fin. lib. 1. Ber. conf. 12. num. 20. 36. & 49. lib. 2. Menoch. d. casu 171. nu. 36. & probat late Simonc. cell. de Decret. lib. 2. tit. 4. in specul. 2. num. 23. & segg. ubi ampliat num. 28. & 29. Nonnulla alia ad propositum videri possunt supra in 2. part. in d. cap. 43.

- Sed si debeat fieri diuisio inter fratres, & de modo sit controuersia inter ipsos, quid agendum sit, Doctores non concordant: multi enim Senecæ opinio- nem sequentes dixerunt, & maiorem natu diuidere debere, minorem uero eligere, cui opinioni consonat *tex. in l. 1. C. de his, qui se des. Et exemplum habetur in Sacra Genesi cap. 13. de Abraham, & Loti. & eam secuti fuere Diuus Ambrosius de Abraham Patriarca, cap. 3. & Diuus Augustinus de Ciuit. Dei lib. 16. cap. 10. & ex nostris quamplurimi, quos citat Tiraq. de iur. primog. quæst. 60. num. 3. & 5. alios citat Simonc. de Decret. lib. 2. tit. 4. in specul. 2. num. 34. Gail. procl. obseru. lib. 2. obseru. 116. num. 14. qui tamen loquitur secundum consuetudinem Germaniæ.*
- 11 Ac ideo Io. Plat. in l. 1. C. de Consul. lib. 12. dicit, quod si aliter fuerit facta diuisio, minor potest petere, ut iterum per maiorem diuidatur; & in melius enim debet reformari diuisio fraudulenta, ac fratribus dam- nosa, *l. maioribus, C. com. ut iud.*
- 12 Alij supradictam opinionem intelligunt, si frater maior diuitius, uel alteri equali tempore res com- munes administrauerit, ita ut uerisimile sit, ipsum de valore rerum communium esse melius informatum, scribentes in cap. 1. de Paroch. Luc. de Pen. in l. 1. C. de his, qui se des. lib. 10. Rub. in uerb. de maior. & obed. Purp. in l. procurator, C. de edend. Beru. cons. 117. lib. 2. Tiraq. loca citata num. 7. Menoch. de arbitr. casu 124. in prin- cip. Simonc. loc. cit. num. 37. & seqq. Caroc. casu 135. num. 9.
- 13 Multi existimant, id sortis iudicio esse committen- dum, nulla ætatis habita ratione.
- 14 Alij denique uolunt, id iudicis arbitrio esse com- mittendum, qui potest cogere maiorem ad diuiden- dum, uel sortis eligere, uel mandare, ut homines ad diuidendum eligantur, prout magis ipsi conuenire uidebitur, attenta, & facti, & personarum qualitate, *§. si familia, Inst. de iur. iudic. l. plane, & l. ante pen. ff. eod. tit. in d. potest vnâ partem vni assignare, & alteram alteri, ad tex. in l. non amplius, §. bonorum, in fin. cum l. seq. ff. de leg. 1. statuit enim iudicis arbitrio, quid agendum sit circa diuisiones, ad tex. in l. officium, C. com. diuid. l. 1. C. quando, & quib. quart. pars deb. ad idem est tex. in §. quib. Inst. de iur. & tradit Corn. cons. 282. num. 1. lib. 1. Bart. Bald. Ang. & alij in l. de his, qui se des. lib. 10. Barr. in l. 2. C. quando, & quib. quart. pars debeatur, lib. 10. Paul. de Cast. in d. l. officium, C. com. diu. Angel. & Fab. in §. quod dicit. Inst. de uel. Petr. de Vbald. de duob. fratr. part. 11. num. 13. Ruin. cons. 129. vers. circa tertium, lib. 5. plures citat Tiraq. loc. cit. num. 10. ubi testatur de communi Gail. in suis com. opinion. in uerbo, diuisio, & in uerbo, frater, vers. quando plures fratres, ubi de communi, & magis communi opinione testatur Didac. pract. quæst. cap. ultimo, num. 3. Menoch. casu 125. num. 2. & 3. alios cum laude Simoncel. loc. cit. nu. 36. Et hanc esse magis communem opinionem Gail. loc. cit. sub d. num. 14. sic- que concludere uidetur Caroc. casu 135. sub num. 7. vers. conclusio; pluribus tamen opinionibus more suo confusè relatis, quas refert etiam Fontan. de pact. nupt. claus. 4. glos. 9. part. 2. num. 34. & seqq. Vnde parum cu- randum est de eo, quod magistraliter docere uelit Fach. controuers. iur. lib. 6. cap. 17.*
- 17 Si tamen aliter adesse consuetudo, ipsa esset ser- uanda, Guid. Pap. decis. 189. Rom. cons. 471. in fin. Ruin. in d. cons. 129. alios citat Tiraq. loc. cit. num. 14. Gail. loco pariter citatis.
- 18 Animaduertendum tamen est circa diuisionis, fieri debere ex bono, & æquo, *§. quadam, vers. in quib. Inst. de uel. l. maioribus, C. com. ut iud. in diuisionibus enim*
- bona fides exuberare debet, non fraus, ut ex mente aliorum docet Decian. cons. 15. num. 15. lib. 1. & c. pro- pterea & fraudulentæ diuisiones retractari debent, ut dixit Anch. in d. cap. canonum statuto, in fin. quinta quæst. 20 princ. & retractari pariter debet, si in ea notabilis re- periat deceptio, ut dixit Bal. in d. l. maioribus, C. com. ut iud. nisi tamen diuisio fecisse transitum in iudica- tum, & ex eo enim quod appellari potuit, & non fuit appellatum, in melius reformari non debet, *l. 1. C. si sep. in integ. rest. quam Bal. opin. secutus fuit Petr. de Vbald. de duob. fratr. part. 11. n. 19. & Beben. Serac. de spons. part. 4. cap. quare igitur facta est sponsio, num. 8.*
- 22 Commoditas etiam spectanda est in diuisionibus, *l. non amplius, §. cum bonorum, in l. glo. ff. de leg. 1. unde si commodè res diuidi non possit, ad æstimationem deueniri debet, d. §. cum bonorum, d. l. 1. C. quando, & quibus quarta pars debeat, lib. 10. l. cum Sticuum, ff. de sol. Petr. de Vbald. loc. cit. vers. & est animaduertendū;*
- 23 & quo casu limitatur regula, ut nemo cogatur accipe- re æstimationem suæ portionis, ad *tex. in l. 1. C. com. di- uid. ubi Bart. & Bal. & Et si omnes æstimationem præ- ferre uelint, ille præferendus est, qui in re communi maiorem habet partem, ad *tex. in l. sanctius, §. 1. C. de donat. ubi Bald. quem sequitur Jas. in d. §. quadam, l. si de uel. Petr. de Vbald. loc. cit. & ipso emere nolente, alter esset audiendus, ut per Bal. in d. l. sanctius. Ex quo Io. Le Cezier de primog. lib. 1. quæst. 5. in fin. & Tiraq. loc. cit. n. 17. inferunt, quod cum in Gallia primogenitus habeat maiorem partem in successione, & præci- pue rerum feudalium, ipse in diuisionibus esset præ- ferendus.**
- 25 Considerari debet pariter in diuisionibus loci con- tiguïtas, ita ut, si vnus habeat fundum proprium pro- pter fundum diuidendum, ipsi ex illa parte portio assi- gnari debet, ad *tex. in l. quicumque, l. 2. C. de om. ag. des. lib. 11. in l. 2. C. de meta. lib. 12. & in l. si fundus, ff. de leg. 2. de quo etiam Petr. de Vbald. loc. cit.*
- 26 Partes etiam assignari debent separatæ, vni nempe in vna parte, alteri in alia; nec debet fieri diuisio per saltus, singulos agros diuidendo, *leg. venditor, l. penult. §. fin. ff. de uel. empt. conferunt tradita per Bal. in l. si ex falsis, C. de transact. & docet Boer. decis. 46. num. 1. Vell. ad Affli. decis. 15. num. 6. Barr. decis. 100. Fontan. loc. cit. quod summa prudentia nostrum disponit sta- tutum sub rub. de diuisione rerum communium, lib. 2.*
- 27 Inspicienda est insuper communis omnium utili- tas, non vnus tantum; communis enim utilitas prior- tæ præfertur, *l. iudicem, C. com. diuid. l. si conuerterit, de reg. iur. l. actiones, §. labæ, ff. pro soc. Et sic quandoque pretio æquanda sunt partes, leg. si tres, quattuor, §. fin. ff. com. diuid.*
- 28 Et si diuisio rei substantiam contumpat, non est permittenda, *Bal. in l. Sabirius, §. si de vestibulo, ff. com. diuid. & probat *tex. in l. 1. C. com. diuid. ac docet Fontan. de pactis nuptial. claus. 4. glos. 9. part. 2. nu. 72. Dici- tur enim tunc & diuisio impossibilis, cum impossibilis dicatur diuisio, quando, si res diuideretur, longè mi- nus ualere, Decian. cons. 15. num. 38. lib. 1. Etiam consil. 644. num. 1. Barz. decis. 100. num. 11. Fontan. ubi supra**
- 30 num. 76. & tunc vnus debet habere rem, alter pre- tium, *Decian. loc. cit. C. pic. decis. 306. & probat *tex. in §. quod si de vna re, Inst. de iud. & optimè docet Petr. de Vbald. loco supra citato. Et si non fuerint concordet,**
- 31 & quis nempe debet habere rem, & quis pretium, il- le præfertur, qui in re maiorem habet partem, *Barz. d. decis. 100. num. 10. & 11. Fontan. post alios loc. cit. nu. 81. & seqq. & Et si fuerint pares admitteat licitatio, l. 1. & l. ad officium, C. com. diuid. latè Fontan. loc. cit. nu. 81. &*

85. & 86. quam non admitti, quando partes non sunt  
æquales probat num. 90. Si verò licet stione non vtan-  
tur, relinquatur arbitrio iudicis, qui fortes eligere de-  
bet, Fortan. vbi supra num. 86.

33. Est tamen diuersa diuisio pascuorum, quæ quomo-  
do fieri debeat, docet Thesaur. decis. 71. & 72. & latè  
prosequitur Fontan. loc. cit. num. 73. & segg. quæ vti ex-  
tra nostram materiam prætermitit.

34. Demum non omittem, quod fratres diuidendo non  
tenentur præstare laudemium, cum hæc sit alienatio  
necessaria, Amad. à Ponte de Laudemij quest. 2. Fon-  
tan. de pall. nupt. claus. 4. glos. 9. part. 2. num. 70. & 71.

## SVM MARIVM.

1. Euictionis actio non datur inter fratres, quando pater  
vnicuique ipsorum suam assignauit portionem, declara-  
tione num. 2.
3. Euictionis actio, an datur inter fratres in simul bona diui-  
dentes: & ponitur distinctio inter scientes, & ignoran-  
tes onera, & quod ignorantes teneantur, d. num. 3. &  
segg. quod ampliatur etiam si diuisio sequatur de man-  
dato Iudicis, num. 6. Nisi tamen contrarium expresse  
fuerit conuentum, num. 7. inter scientes verò onera, nul-  
la datur euictionis actio, num. 11. & segg. nisi in indiui-  
dù etiam hoc casu fuerit promissa, num. 21.
4. Diuisio habet vim permutationis.
5. Permutantes inter se tenentur de euictione.
8. Euictio cessat inter fratres, si singularum verum fuerit  
facta diuisio, quod tamen declaratur, num. 9.
10. Euictionis actio non competit, si culpa ageris fuerit se-  
cuta.
11. Sciens onus, ac periculum euictionis, de euictione agere  
non potest.
12. Euictionis actio inter fratres diuidentes cessat, si sequa-  
tur ex natura rei, vel factio auctorum, num. 13. etiam re-  
spectu pretij, num. 15.
14. Fideicommissio non dicatur renunciatum per simplicem  
diuisionem.
16. Diuisio non potest rescindi sub prætextu lesionis, si euictio  
sequatur ex natura rei, vel ex factio auctorum, data  
tamen scientia onerum tempore diuisionis.
17. Cohæres emens scienter partem cohæredi fideicommissi  
subiectam non potest agere pro euictione, licet secus in  
extraneo emente, & declaratur num. 18.
19. Euictionis promissio generalis non comprehendit casum  
euictionis secuta ex natura rei, vel factio auctorum,  
dummodo adsit vera scientia dictorum onerum, quod  
declaratur num. 20. nisi tamen in indiuidu etiam hic  
casibus fuerit promissa euictio, num. 21. tunc enim da-  
tur actio ad pretium, & quomodo, num. 22.
23. Euictio an competat inter fratres, si vnus habuerit bona  
libera, alia fideicommissi subiecta, quod declaratur,  
num. 24.
25. Pro debito vnus ex fratribus, quæ nam portiones rema-  
neant obligata facta diuisione.

An facta diuisione inter fratres vnus al-  
teri teneatur de euictione.

## CAP. XXXIX.

**F**acta diuisione inter fratres, si portio vnus eui-  
catur, an ille, cui facta fuit euictio agere possit de  
euictione contra alium fratrem, dubitari solet. In qua  
re, omisso disputatione, & omisso multorum dictis, que  
magis rem dubiam reddunt; dico primo, quæstionem  
propositam disputari in casu, quo fratres bona com-

munia inter se, nolentes amplius stare in communitate,  
diuiserint: si enim pater ipse diuisionem fecisset,  
vnam rem vni, alteram alteri assignando, vel ipsa vi-  
uente, vel per vltimam voluntatem non esset locus di-  
sputationi, cum sequenda sit testatoris voluntas, quæ  
do inter filios hereditate diuisit, l. si cogitatione, C.  
famil. ereise. vbi glos. Bald. cæterique scribentes, Dec.  
conf. 41. num. 154. & 156. lib. 1. Menoch. conf. 87. num. 82.  
lib. 1. qui idem docet de presump. lib. 3. presump. 118.  
num. 1. qui hanc opinionem ab his, quæ proponi so-  
lent in contrarium, defendit idem Peregr. de fideicom.  
art. 52. nu. 72. Fulat. nouissime quest. 599. nu. 1.

2. Que tamen conclusio intelligenda est in terminis,  
in quibus verè loquuntur Doctores, nempe si pater  
optimè sciens onera tam vnus, quam alterius portio-  
nis, eas vnicuique assignauerit; præsumitur enim tunc  
patrem voluisse vnam quemque filiorum habere por-  
tionem assignatam cum suis oneribus: Verum si pater  
diuisionem fecisset inter filios, existimans bona esse li-  
bera, nec subiecta alicui oneri præsentis, vel futuro, si  
tractu temporis, vel ratione alicuius hypothecæ, vel  
alterius oneris portio vnus euinceretur, ille, cui res  
fuit euicta, agere posset contra alios fratres pro rata  
rei euictæ, & pro rata portionum aliorum fratrum,  
vt probat tex. in leg. cum pater, §. euictio ff. de leg. 2. aliter  
enim ille, cui res fuit euicta: haberet longè minus,  
quam alij fratres, contra mentem ipsius testatoris;  
qui voluit, eius filios cum effectu habere debere por-  
tes assignatas: vnde conclusio venit intelligenda,  
quando pater sciens rem aliquam subiacere alicui on-  
eri, illam tamè in partem vni solum assignat, quo ca-  
su vti de re prælegata alij non tenentur de euictione,  
vt bene declarat Menoch. in dist. presump. 118. num. 4.  
vers. nec hoc: locus si appareat mentem testatoris fuisse,  
vnam quemque suam portionem liberam habere;  
sicut, vnumquemque esse existimant ipse testator, dum onera  
ignoraui, ad quod conferunt tradita per Menoch.  
loco citato num. 10.

3. Si verò ipsi fratres inter se deuenierint ad diuisionem,  
sic distinguendum venit, aut ignorabant, adesse  
periculum euictionis, & vnusquisq; alteri de euictione  
tenetur, etiam si de ea non fuerit facta promissio:  
4. si diuisio cum vices permutationis obtinet, vnde  
quemadmodum si in permutatione datur actio eui-  
ctionis, l. i. C. de rerum permutat. sic debet dari in diu-  
sione, ac ideo ille, cui res euicta fuit contra alios fra-  
tres pro rata agere potest, Bald. in l. si familia, C. famil.  
ereise. Petr. de Vbald. de duob. frat. part. 2. num. 23. Burd.  
plures citans conf. 173. lib. 2. Alciat. in l. qui Roma, §. duo  
fratres, nu. 36. ff. de verb. signif. Brocc. conf. 24. nu. 24. Me-  
noch. in d. presump. 118. nu. 16. vbi dicit, Doctores om-  
nes sic tenere, in quibus terminis pariter procedunt,  
que ipse tradit num. 17. Fach. controuer. sur. lib. 6. c. 68.  
Peregr. de fideicommiss. art. 52. num. 56. & 65. Fulat. in d.  
quest. 599. num. 26. qui omnes loquuntur, etiam si eui-  
ctio sequatur ob iniuriam fideicommissum.

6. Et istud primum distinctionis caput locum etiam  
sibi vendicet, si inter fratres fuisset facta diuisio de  
mandato Iudicis, Peregr. in d. art. 52. num. 34. & 39.  
Fulat. in d. quest. 599. num. 19. Menoch. in d. presump.  
118. num. 19.

7. Limitatur modo conclusio in hoc primo distin-  
ctionis capite, si expresse partes conueniant, vt nul-  
lus ipsorum hæredum diuisionem teneatur de eui-  
ctione, Alciat. in d. §. duo fratres, nu. 37. Rip. ibidem nu.  
100. Menoch. d. presump. 118. num. 23. quod nullam vi-  
detur habere dubitationem.

8. Secundo limitatur, si singularum rerum fuerit facta

- diuisio, tunc enim si res aliqua euincatur, vnus contra alium agere non poterit, nam vnusquisque pro sua rata daronum sentit, Bal. & Castenl. in l. si familia, C. fam. vtil. ercisc. † Quod tamen fac intelligas, si omnia euincantur, secus si vnus tantum pars, vel magis de vna portione, quam altera, nam tunc ille, cui portio fuit euicta potest agere contra alios, quorum portiones non fuerunt euictae; nisi tamen in limine iudicij immineret periculum euictionis, Menoch. in d. ff. praesumpt. 118. sub num. 10.
- 9 Tertio limitatur, si euictio sequatur culpa vnus tantum, vt si ipse illam rem obligauerit, vel aliquid non adimpleuerit, ob quod secuta fuerit euictio, vt probat tex. in leg. si fratres, C. eouman. vtr. iud. & docet Petr. de Vbald. loco citato: tunc enim ipse solummodo tenebitur, non alij, Menoch. loco citato num. 8. Fulat. in d. quest. 599. num. 4.
- 10 Secundum diuisionis caput est, si fratres diuidendo sciuerint onus, seu periculum euictionis, & tunc vnus contra alium pro euictione agere non potest, l. si fundum sciens, C. de euict. l. si fratres, C. com. vtr. iud. vbi Bar. & Bal. expressè notant, idem tenet Bart. in d. l. qui Rom. §. duo fratres, in vlt. quest. in fin. vbi enā ceteris scribentes, vt Alex. num. 4. & 61. la. num. 36. Rip. num. 90. & docet Menoch. in d. praesumpt. 118. num. 21. & 22. † Quod procedit etiam si euictio sequatur ex natura rei; vt in bonis feudilibus, quae si reuertantur ad Dominum directum, alter frater, qui habuit allodialia de euictione non tenetur, vt per Bart. Bald. Ang. & Salyc. in l. si familia, C. fam. ercisc. Ruin. conf. 146. n. 3. lib. 1. quod procedit non solum si feudum euincatur à Domino, sed etiam ab alio, ad quem deficiente illa linea, feudum auertatur, Alex. conf. 21. lib. 5. Ruin. in d. conf. 146. num. 13. Menoch. in d. conf. 87. num. 78. & in d. praesumpt. 118. num. 11. xors. & idem ego, Becc. conf. 24. num. 31. Et idem esset in bonis Emphyteoticis, si ex natura rei euincerentur; secus si culpa vnus ex fratribus, puta canonem non soluentis, vt supra num. 10. † Quae pariter procedunt si euictio sequatur facta auctorum, vt in bonis fideicommissis subiectis; & enim per deficientiam alicuius portione secundum testatorum ordinationes bona ad alium redirent, nulla competeret euictio, secundum Bart. cum quo alij transeant, vt in d. §. duo fratres in 2. quest. Alex. in d. conf. 21. num. 6. lib. 5. & probat tex. in d. l. si fratres, C. com. vtr. iud. & in d. leg. si fructum sciens, de euict. & docet passim scribentes Patil. conf. 71. num. 11. lib. 1. Bertr. conf. 88. num. 2. lib. 1. Becc. d. conf. 24. num. 31. Ruin. d. conf. 146. ver. sed praemissis, lib. 1. Menoch. d. conf. 87. num. 80. & in d. praesumpt. 118. num. 11. Peregr. conf. 93. num. 12. & segg. l. 3. & prius de fideicom. ars. 32. num. 63. Surd. eni. f. 67. num. 53. & conf. 70. num. 16. lib. 1. Fach. controu. iur. lib. 6. c. 68. Fulat. de fideicom. quest. 599. num. 8.
- 11 † Per simplicem enia diuisionem non dicitur renunciatum fideicommissio conditionalis, vt per scribentes omnes in d. l. qui Roma, §. duo fratres, ff. de verb. obligat. Menoch. de praesumpt. lib. 5. praesumpt. 115. num. 9. pars 1. plures ad propositum citat Hond. conf. 33. num. 2. lib. 3. licet secus sit in puro, & purificato, vt per supraddictos Doctores, de quo latè infra in cap. 41. vnde secus esset dicendum si expressè, vel tacitè fuisset renunciatum fideicommissio, Fulat. loco citato num. 18.
- 12 Qua conclusio in hoc secundo capite ampliatur, vt procedat etiam respectu pretij, vbi potest enim ille, cui bona fuerunt euicta vigore fideicommissi, quod adesse sciebat, agere ad pretium, vt per Alciat. in d. §. duo fratres, num. 36. Becc. in d. conf. 24. num. 38. Menoch. in d. praesumpt. 118. num. 14. latè Peregr. d. ars. 32. num. 57. & segg. Fulat. in d. quest. 599. num. 11.
- 13 Secundo ampliatur, vt nec minus data scientia, possit peti, diuisionem rescindi sub praetextu laesionis, Peregr. conf. 93. num. 21. & segg. lib. 1. quia scientia facti cessare remedium restitutionis ex capite laesionis, leg. domum. ff. de contrah. empt. l. fratres, C. com. vtr. iud. l. si fundum, C. de euict. & sequitur Fulat. in d. quest. 599. num. 15.
- 14 Tertio ampliatur in cohaerede scienter emente partem cohaereditis fideicommissio subiectam, cum eadem vigeat ratio, vt consuluit expressè Ruin. in d. conf. 146. num. 3. & segg. Nec obstat tex. in l. fin. §. emptor, C. commun. de leg. procedit enim in emptore extraneo, non autem cohaerede, vt declarat Bart. in d. §. duo fratres in 11. quest. extraneus enim, licet fuerit sciens, agit ad pretium, quia euictio non fuit secuta factis sui auctoris, testator enim non est auctor emptoris, vnde idem est, ac si euicta fuisset facta ipsius venditoris; secus in cohaerede emente, non quo semper verum est dicere, euictionem fuisse secutam facta auctoris, unde non debet dari aliqua euictionis actio, vt per Ruin. loco citato.
- 15 Haec tamen ampliatio venit declaranda, vt non procedat respectu illius partis, quae ementi obuenisset ex fideicommissio, ad doctrinam Bart. post Dyn. in d. §. duo fratres, in 12. quest. vbi docet quod emens rem sibi sub conditione relictam sibi non praedudat purificata conditione, siue sciens, siue ignorans emerit, vt in l. fundo, ff. ad leg. Falcid. & in l. si vendiderit, ff. de euict. glof. & scribentes in leg. si à sui statuto, in princ. de leg. 1. & de conditione fideicommissi pendente, Io. Andr. in addit. ad Specul. de empt. & vend. §. seruo loco in fin. & hanc esse communem opinionem, dixit Ruin. in d. conf. 146. num. 4. ex. gr. si fuerint quatuor fratres, & facta inter eos diuisione, vnus alterius partem emat fideicommissio reciproco subiectam; adueniente casu, vt illa pars empti ex conditione purificata pertinet ad tres alios fratres, ille, qui emit, poterit se petere tertiam partem pretij ab haeredibus creditoris pro ea parte sibi ex fideicommissio obuenta, respectu vero ductum aliarum portionum pro euictione agere non poterit, Ruin. in d. conf. 146. num. 3. & 4.
- 16 Quarto ampliatur conclusio, de qua supra num. 11. & segg. etiam si in diuisione fuerit facta generalis promissio euictionis, deberet enim intelligi secundum naturam actus, super quo interposita fuit, leg. si stipulatus, in princ. ff. de usur. & leg. si legatus serui, ff. de leg. 1. Bart. Bald. Argel. & Salyc. in leg. si familia, C. fam. ercisc. Alex. conf. 21. num. 7. lib. 5. Ruin. d. conf. 146. necnon conf. 7. num. 21. lib. 3. Menoch. in d. praesumpt. 118. num. 12. Socin. Sen. conf. 31. num. 7. lib. 4. Socin. lun. conf. 116. num. 63. lib. 1. & conf. 119. lib. 3. Rol. conf. 51. num. 19. & consil. 67. lib. 4. Peregr. de fideicommiss. ars. 32. num. 96. necnon in consil. 93. num. 22. & segg. lib. 1. Fulat. de substitut. in d. quest. 599. num. 10.
- 17 Limitatur modo conclusio, si frater, licet sciens bona sibi in partem obuenta esse fideicommissio subiecta, ignorauerit tamen bona fratris esse libera credens eodem onere esse grauata; tunc enim de euictione agere poterit; nam licet sciens qualitate bonorum in partem sibi obuentorum, errauit tamen circa qualitatem bonorum fratris; quam si sciuisset, verisimiliter non permisisset, vt frater haberet bona libera; & ipse grauata onere fideicommissi; nec potest hoc casu considerari ratio mutui periculi, vt dixit Fulat. in d. quest. 599. num. 27. ad quod conferunt, quae dicam infra in tertia limitatione.
- 18 Limitatur secundo, & expressè, & in individuo de euictione fuerit facta promissio etiam respectu bonorum fideicommissio subiectorum, ut probat tex. in l. si

familia, & tradit Menoch. in d. *presumpt.* 118. num. 13. Rol. *consil.* 51. num. 19. lib. 4. Becc. d. *conf.* 24. sub nu. 371. vers. 2. respondeo, Surd. *conf.* 70. num. 17. lib. 1. Cauale. 22 *decis.* 36. nu. 31. part. 1. Fular. d. *quæst.* 599. n. 11. ¶ Euidtio enim hoc casu competeret ad pretium, non autem ad interesse, quod considerari posset ante conditionem adimpletam: & est ratio, quia pendente conditione valuit contractus, vnde non potuit pro dicto tempore committi obligatio ad interesse, nec stipulatio pro conditione, sed solum pro tempore post purificatam conditionem, confert tex. in *leg. habere licere, de euict.* & in l. qui rem, C. cod. nec obstat, quod resoluitur venditio, vt ex retro, nam per hoc fideicommissarius non sentit aliquod commodum, nisi à tempore purificatæ conditionis, prius enim non cedit actio, l. *cedere deim, ff. de verb. significat.* ideo non potest fingi, vt emptor retro fuerit creditor venditoris, vt expressè docet Ruin. in d. *conf.* 146. num. 5. lib. 1.

23 Tertio limitatur, si vni ex fratribus obuenerint bona libera, alteri verò fideicommissio subiecta, tunc enim secuta euictione bonorum fideicommissio subiectorum datur actio contra cohærentem pro concurrenti quantitate, Alciat. in d. *5. duo fratres, num.* 36. vers. vnde consequens est, Becc. d. *conf.* 24. nu. 34. Menoch. d. *consil.* 87. num. 84. & seq. & sequitur in d. *presumpt.* 118. num. 15. Peregr. *con.* 19. nu. 47. lib. 4. vbi dicit, ita lapsius fuisse iudicatum, & *conf.* 70. nu. 5. & *seq. lib.* 5. Surd. de *alim. tit.* 9. *quæst.* 11. num. 29. Burg. d. *decis.* 36. num. 9. in *su. part.* 1. Fulsius nouissime d. *quæst.* 599. num. 13. qui num. 15. citat contrarium sentientes. & numeris seqq. adducit rationes hinc inde, sed tamen in hac opinione cõdider, vt sub num. 11. in *fin.* quam ampliat num. 19. etiam si diuisio fuerit facta auctoritate iudicis, idem Peregr. in 6. *art.* 51. num. 54. & 59.

24 Quæ tamen limitatio intelligenda venit, si in diuisione nulla fuerit habita ratio, quod illa bona vti subiecta fideicommissio minus valeant, secus si propter hoc aliqua facta fuerit delectatio, ita vt maior quantitas fuerit assignata propter illud onus, tunc enim diceretur facta compensatio cum futuro periculo, ac ideo nulla competeret euictio, Menoch. in d. *conf.* 87. num. 92. & *seqq.* & in d. *presumpt.* 118. num. 15. in *fin.* Fular. in d. *quæst.* 599. num. 10. Et sic habes magistraliter declaratam hanc laris perplexam materiam.

25 Vnum pro complemento non omitam, quod facta diuisione inter duos fratres, pro debito ab vno tantum tempore cõmunionis contracto, remanebit obligata etiam dimidia pars portiois illius, qui debitum non contraxit, Negul. de *sign. memb.* 3. *secunda part.* n. 16. & 17. Fontan. de *pass. nuptial. claus.* 4. *glos.* 9. *part.* 1. n. 50. Portio verò obuenta fratri, qui debitum contraxit remanebit obligata in totum, licet Fontan. & illam pro dimidia solum obligata esse asserere videatur, & hoc, quia sub illa obligatione facta à fratre veniunt bona presentia, & futura. Quod tamen non est in pluribus hæredibus, quorum vnus si suam partem obligauerit, facta diuisione inter ipsos, solum creditori remanebit obligata illa portio, quæ ipsi in partem obuenerit, vt per Fontan. loco citato.

## SVM MARIVM.

- 1 Testatorum voluntates sunt ad vnguem obseruanda.
- 2 Testatorum dispositionibus controueniens eorum bonis priuantur.
- 3 Testator rebus suis legem priuationis imponere potest.
- 4 Pater potest vni ex filiis maiorem, vel minorem portionem assignare.
- 5 Diuisio facta à patre scriptura priuata obseruari debet,

- imo etiam si fuisset facta absque aliqua scriptura, nu. 6.
- 7 Diuisio inæqualis patri debet obseruari, non obstant equali institutione.
- 8 Prelegata obseruari debent.
- 9 Pater licet promiserit vni ex filiis, se equaliter cum tractaturum cum alijs, vel equaliter instituturum, adhuc potest vni inæqualitate, & numero seqq. & de ratione, num. 18.
- 10 Pactum de futura successione fieri non potest, nec valet, etiam si interueniat iuramentum, num. 11. & 14. & de variationibus num. 12.
- 13 Pactum de futura successione si consensiat ille, de cuius hereditate agitur, valet in vim supremi iudicij.
- 15 Pactum de futura successione non valet, licet appositum fuerit in contractu matrimonij.
- 16 Testandi facultas fauorabilior est, quam matrimonium.
- 17 Pactum quando intelligatur appositum per modum vltimæ voluntatis.
- 19 Testandi facultas quando dicitur impediri, seu restringi.

## An fratres teneatur obseruare diuisiones factas à parentibus in eorum testamentis.

## CAP. XL.

AN fratres teneatur obseruare disposita in testamento paterno, circa bonorum diuisiones, quæere hic volui, non quia pro certo non habeam, id verè nullam habere difficultatem; cum enim pater teneatur solummodo relinquere filiis legitimam, ad ipsius libitum de alijs bonis disponere potest, ac propterea dicit solet, testatorum voluntates ad vnguem esse obseruandas, §. *disponat. Auth. de nupt.* & notant Doctores in l. 1. C. de Sacros. Eccl. Gall. de *success.* §. 2. *testamentum, quæst.* 62. in *prin.* ac ideo ¶ controueni- entes testatorum voluntatibus, eorum bonis, & relictis priuantur, vt notatur in *leg. si quis sepulchrum, §. Prætor ait, ff. de vel. & sumpt. fun.* & in l. *pen. ut si. C. de leg. quod eo magis procedit, si controueniens à testatore appo- sita sit pater, leg. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verb. oblig.* ac ideo, si testator mandasset, vt controueniens incederet in penam priuationis, esset hæc pena obser- uanda: cum ¶ hanc legem rebus suis imponere possit testator, *leg. quoties, C. de donat. qua sub mod. l. 4. C. de his, que pen. nom.* & docet Dec. *conf.* 48. sub n. 26. & *seq.* 4 *lib.* 1. & ante eum Dec. *conf.* 603. n. 1. Vnde ¶ potest pater meliorem, & maiorem portionem vni assignare, quam alijs, & vni aliquid onus imponere, non autem alteri, l. *si vni, in prin.* & in §. *Papinianus, ff. fam. ut use.* & sequitur Alex. *conf.* 77. *lib.* 3. & in *lex parte, §. vlt.* vbi etiam ceteri scribentes, ff. *sum. cresci. Gall. præd. obseru. lib.* 1. *obseruat.* 16. nu. 1. omnimodo vnicuique integra relinquatur legitima, in qua filij grauati non possunt, 5 vt in specie de diuisione dixit Gal. loco cit. nu. 3. ¶ Sed vt aliquas notare ampliationes, quarum prima est, vt supradicta conclusio procedat, etiam si diuisio fuisset facta non in testamento solenni, sed solum in aliqua priuata scriptura, manu ipsius patris confecta, vt probat tex. in §. *fin. Auth. de test. impub.* & notant omnes in *Auth. quod sine, C. de testam. Declan. conf.* 15. nu. 9. *lib.* 1.

6 Secundo ampliat, vt quocumque modo facta sit diuisio à patre, etiam sine scriptura, illa sit obseruanda; illa enim non dicitur contractus, seu donatio, sed habet vim supremi iudicij, iuxta tex. in *leg. filia nupta,*

§. si pater, ubi scribentes in l. quae pater, & in l. si pater, C. de testam. C. de consil. 273. n. 8. lib. 4. Decian. loco supra citato, vnde patrum refert inter patrem, & filium donationem esse non posse.

7 Tertio ampliatur secundum Bart. Bald. Paul. de Cast. & omnes scribentes in l. quosvis, C. famul. ereise. vt procedat, etiam si prius pater filios in testamento æqualiter instituit, & in æqualem partem fecisset diuisionem; illa enim in æqualis diuisio deberet obseruari tanquam prælegatum: † prælegata enim esse obseruanda, non est ambigendum, leg. ex facto, ff. de hered. l. nisi, l. qui filius, §. vltim. & l. sequenti, ff. de leg. 1. Decian loco citato num. 11. & docent alij, quos ipse citat num. 12. Gail. loco citato num. 2.

9 Quarto ampliatur, etiam si pater mediante aliquo instrumentato vni promississet, se æqualiter ipsum cum alijs tractaturum. Nec obstat, quod † licet non possit fieri pactum de futura successione, l. pactum quod dotalis, l. licet, C. de pact. l. hereditas, C. de pact. conuent. Curt. Jun. consil. 15. num. 2. Gabr. consil. 137. num. 1. & seqq. lib. 1.

11 † tam si sit super tota, quam super quota, etiam interueniente iuramento, leg. quantumvis de pactis in 6. Grass. de success. §. successio, quasi. 9. per totam, Tiraq. de iur. primog. quasi. 6. n. 10. & seqq. Gratian. de sep. Forens. c. 692. num. 24. & seqq. quia † hereditas inter viuos non potest dari pacto, l. hereditas, C. de pact. & quia similia pacta tollunt, seu saltem restringunt liberam testandi facultatem, cum tamen nihil magis hominibus debeatur, quam liberam supremæ voluntatis arbitrium, l. 1. C. de Saeros. Eccles. l. ex factis, ff. de vult. & pupill. & sunt contra bonos mores, & plena tristissimi, & periculosissimi cæcus, cū iaducant votum caprandæ mortis, vt per scribentes in e. si. C. de pact. de quo latè dictū fuit superius in hac ead. tertia parte c. 12. n. 14. & seqq.

12 Non obstat, inquit, quod licet non possit fieri pactum de futura successione, bene tamen id fieri valeat, si consentiat ille de cuius hereditate agitur Alex. consil. 113. num. 16. & seqq. lib. 6. Dec. consil. 655. num. 16. & dictum fuit in d. cap. 12. num. 9. & seqq. Responderetur enim, † valere in vim supremi iudicij, si nempe pater in eadem voluntate permanserit, vt est tex in l. fin. C. fam. ereise. & tradit Valq. de success. §. 18. reg. 29. limit. 1. nu. 270. Mich. de Grass. in d. §. successio, quasi. 9. nu. 5. ac ideo pater mutare potest voluntatem, ac propterea non obstat, quod pater promiserit filio, ipsam se æqualiter tractaturum cum alijs, attamen potest bona inter ipsos in æqualiter diuidere, vni magis prælegare, & similia facere. Vnde vana est illorum cautela, qui dum mulierem in vxorem tradunt filios familias, procurant, quod pater ipse faciat amplam donationem, & quod in reliquis promittat, ipsum se æqualiter inuecturum cū alijs; credentes ipsum, & donationem præcipuam, & æqualem partem reliquorum habere debere: quod euanciscit, si pater in eadem sententia non permaneat, potest enim, vt dixi, & in æquali diuisione, & prælegatis, taliter disponere, vt non magis iste, quam alij de eius bonis participent; & est ratio, quia, vt dixi, illud pactum æqualiter instituendi, tanquam de futura successione, non valet, nisi in vim supremi iudicij, de quo in d. cap. 12.

13 Et id ampliatur primo procedere, non obstante iuramento, vt pat. scribentes in d. l. fin. C. de pact. vt Bart. num. 9. l. 1. num. 5. Cagnol. nu. 22. Grass. in d. quasi. 9. nu. 7. vers. contrarium verò, Valq. loco cit. nu. 201. Theaur. decis. 225. num. 6. & alij de quibus in d. cap. 12.

15 Secundo ampliatur, etiam si tale pactum fuerit appositum in contractu matrimonij, nec repugnant quæ dixi supra in d. cap. 12. num. 19. istud pactum sustineri

fauore matrimonij. Crauet, consil. 156. num. 1. ad fin. & volunt alij, quos Menoch, citat consil. 1. num. 162. lib. 1. & in consil. 904. num. 35. & seqq. ibi enim proposita non procedunt, si fiant per modum vltimæ voluntatis, tunc enim auferunt liberam testandi facultatem, quod à iure omnino improbat, vt supra dictum fuit. Et si tale pactum non firmatur iuramento, eo magis dicendum est, non firmari fauore matrimonij, Valq. loco citato nu. 193. † fauorabilior enim est testandi facultas, quam matrimonium, leg. pactum, quod dotalis, C. de pact. & probat tex. in leg. hereditas, C. de pact. conuent. Quam ampliationem secuti fuerit Mich. de Grass. in d. §. successio, quasi. 9. num. 4. vers. quinimo, & sequitur Menoch. quodammodo sibi contrarius in consil. 92. num. 49. lib. 1. & docet Decian consil. 7. sub num. 119. lib. 1.

17 Vnum tamen remanet declarandum, quod consil. tō omisi in d. cap. 12. quando pactum intelligatur appositum per modum vltimæ voluntatis, & iuxta doctrinam Bart. in consil. 12. incipit promissa, lib. 1. est distinguendum, quod aut promissio fundatur in persona promittentis, ita vt obligatio contrahatur statim sub conditione tamen exitura post mortem, & valet pactum, nec dicitur appositum in modum vltimæ voluntatis; vt si promitto tibi bona mea post mortem, l. si assignatur, ff. de assign. lib. & notatur in l. C. de pactis, & hæc sunt, quæ docet Bart. in l. fin. C. de pact. & in l. stipulatio hac modo concepta, ff. de verb. obli. dum dicit, valere donationem omnium bonorum, dummodo non adiciatur, & futurorum, abique reservatione alicuius rei, de qua testari valet. Si verò pactum non respiciat præsentem obligationem, sed potius futuram bonorum successionem, ac obventionem, vt si quis promittat æqualiter instituturum, vel æqualiter tractaturum circa hereditatem, & successionem & dicitur pactum per modum vltimæ voluntatis à iure omnino improbatum, & hanc distinctionem sequitur Curt. Jun. consil. 15. num. 3. & 4. lib. 1. subiungens num. 4. necessariam esse hanc distinctionem pro concordia duarum regularum, quæ ad inuicem discordare videntur: prima, quod promissio bonorum post mortem valet: secunda, quod non valet pactum de futura successione, idem probat Alciar. respons. 96. num. 12. respons. 114. num. 1. & 2. respons. 164. num. 14. & respons. 256. sub num. 18. post Dec. Curt. Ang. & Alex. quos allegat. Et omnes rationem esse dicunt, quia † per hanc promissionem non instituendi, vel relinquendi partem hereditati auferunt liberam testandi facultatem, quæ non solum non potest auferri, sed nec etiam in aliquo restringi, Paris. consil. 24. nu. 87. cum seqq. lib. 2. Decian consil. 184. vers. successione non obstat, vnde quemadmodum non valet pactum, de aliquem instituendo id totum, sic etiam non valet, si fiat pactum de relinquendo aliqui partem aliquam hereditatis, vt per supracitatos Doctores, & latè prosequitur Tiraq. in d. quasi. 6. & Boer. decis. 104. ac propterea non obstat tali pacto, posset instituire, & hereditatem relinquere, cui vellet.

18 Nec dicatur, nonne etiam promissio suorum bonorum post mortem, impedit, seu saltem restringit liberam testandi potestatem? responderetur enim non impedire, nec restringere, adhuc enim ille, qui hanc fecit promissionem, si aliquid sibi reseruat, vt est necesse, potest facere heredem, quem vult: & licet hereditas non sit opulenta: attamen libertas testandi non consideratur respectu bonorum, sed respectu personæ, quæ de necessitate debet institui, & licet satis sit ipsi relinquere partem aliquam rem; satis tamen est liberam non esse potestatem testandi, cum debeat te-

9

testamento illam rem de necessitate relinquere, & hæc sunt, quæ subtiliter colliguntur ex traditis per Bart. in d. conf. 212. lib. 1. Licet igitur pater in instrumento aliquo promississet se filium æqualiter institutum cum aliis, adhuc posset vni magis relinquere, quam alteri, dummodo non adsit læsio in legitima, in qua filij non possunt gravari: supra de legitima suo loco fuit dictum: quæ vti non vulgaria, sunt menti tenenda, in factis enim sæpissimè contingere solent.

## S V M M A R I V M.

- 1 Fratres diuidendo hereditatem non intelliguntur renunciare fideicommissis futuris, & conditionalibus, etiam si dictum fuerit, non posse venire contra diuisionem, & num. 4. idem quamuis apposta fuerint clausule generales, num. 11.
- 2 Fideicommissis futuro per diuisionem non intelligitur renunciatum, etiam si sit reciprocum, nec ipso iure, nec ope exceptionis, num. 3.
- 3 Clausula, qua in contractu diuisionis apponi solent, sunt in triplici differentia.
- 4 Legis, qui Romæ, §. duo fratres communè intelligentia.
- 5 Stipulatio generalis limitatur secundum naturam precedentis contractus.
- 6 Clausula qualibet generalis debet restringi ad specificata.
- 7 Promissio de non contrahendo non alterat naturam actus, cui adijcitur.
- 8 Donans causa mortis potest donationem reuocare, etiam si promiserit non contrahere.
- 9 Clausula vti accessoria non alterat naturam contractus, licet alias sint superflua.
- 10 Clausula generalis, vt plurimum solent apponi ex stylo notariarum.
- 11 Fideicommissis conditionalis non dicitur renunciatum per promissiones de non contrahendo, licet nulla alia contrahendi adsit causa, licet appositum fuerit iuramentum, & num. 15.
- 12 Fideicommissum non potest dici remissum inter ignorantem.
- 13 Fideicommissis nec reciproco, nec equali potest intelligi renunciatum.
- 14 Fideicommissis non dicitur renunciatum per diuisionem, etiam si facta fuerit per sententiam.
- 15 Diuisio facta per sententiam non extenditur ad futuros eventus.
- 16 Fideicommissis non intelligitur renunciatum per diuisionem factam à patre.
- 17 Fideicommissis in equali non intelligitur renunciatum per diuisionem, & quomodo dicatur in equali.
- 18 Fideicommissis non intelligitur renunciatum inter ipsum ignorantem, non obstantibus quibuscumque clausulis, & num. 31.
- 19 Renunciatio facta de his, quæ ex testamento dependent, non valet, nisi habita testamenti speciali cognitione.
- 20 Diuisio est transactionis species.
- 21 Transactio super his, quæ ex testamento dependent, non valet absque speciali cognitione testamenti, nec sufficit cognitio generalis, credulitas, seu opinio, & nu. 27.
- 22 Legis de his, ff. de transactionibus intelligentia, & num. 73. & an ipsi possit renunciari, remissum, nu. 30.
- 23 Scientia contentorum in testamento non arguitur ex ipsius nominatione.
- 24 Transactio instrumentum super his, quæ ex testamento dependent, non est necesse, vt continet ista verba, in specie, cognitioque verbi testamenti.
- 25 Remissio impeditur propter ignorantiam.
- 33 Quietis generalis an extendatur ab eo, de quibus factum in genere suis cogitatum.
- 34 Fideicommissis purificato non intelligitur renunciatur per quamcumque clausulam generalem si fideicommissum ignoratur.
- 35 Iuramentum, ad hoc, vt deroget dispositioni legis de his ff. de transactionibus, quæ requiruntur.
- 36 Iuramentum non supplet defectum consensum, nec extendit conuentionem ad non cogitatum.
- 37 Scientia fideicommissi quando presumatur, remissum.
- 38 Fideicommissis aliter est renunciandum, si sit purum, aliter, si sit conditionale.
- 39 Iura conditionalia, & spe nobis competentia in pactum deduci possunt.
- 40 Fideicommissi renunciatio non requirit ipsius indiuidua-lem nominationem.
- 41 Fideicommissis intelligitur renunciatum inter scientem per clausulas remittentes omnia iura competentia, & competitura, si tamen aliud ius non comprætat, & num. 42. & de ratione, num. 46. qui tamen assereret, aliud ius competere, illud probare deberet, num. 43.
- 42 Verba generalia aliquid operari debent.
- 43 Renunciatio generalis, vt comprehendat futura, necesse est, vt illa futura habeant causam presentem.
- 44 Diuidentes, si ad inuicem cesserint actiones intelliguntur renunciatio fideicommissis, dummodo de ipso specialem cognitionem habuerint secus successus non fuerit generalis, nec directa contra cedentes, vt num. 49.
- 45 Cessio iurium vicissim facta operatur effectum liberationis.
- 46 Fideicommissis futuro non intelligitur renunciatum per clausulas restrictas ad tempus presens.
- 47 Renunciatio generalis non extenditur ad ea, quæ debentur in euentum alicuius conditionis, vel diei.
- 48 Renunciatio strictè interpretanda.
- 49 Clausula generalis non concepta in tempus futurum, non extendatur ad futura.
- 50 Clausula, quibus dicitur permissa potestas alienandi sunt in triplici differentia.
- 51 Alienandi potestas intelligitur data per clausulam constituentem procuratorem in rem suam.
- 52 Clausula ad habendum, tenendum, & alienandum, apposta in diuisione importat, vt bona subiecta fideicommissis alienari possint; sed quid si non fuerit dictum ad alienandum, sed ad faciendum quicquid voluerit, vel placuerit, num. 57. & quid operetur apposta in inuestitura bonorum Emphyte.
- 53 Promissio euersionis facta in contractu diuisionis non importat si dei, commissi remissionem, nec arguit datam sui- se potestatem alienandi.
- 54 Fideicommissis non dicitur renunciatum, licet fuerit data potestas alienandi; si sicut non fuerit alienatio, alij contra num. 62. de quo & numeris seqq.
- 55 Pignus non intelligitur remissum non secuta alienatione, licet fuerit data potestas alienandi.
- 56 Alienandi data potestate, de qua debeat intelligi.
- 57 Fideicommissis terrium possessor molestari non potest, si alienandi fuerit data potestas.
- 58 Emphyteotica bona alienandi si fuerit data potestas, terrium possessor molestari non potest, & num. 87. ad preteritum tamen opus potest, vt ibi & c.
- 59 Iuri, quod competere ignoratur, non intelligitur renunciatum.
- 60 Clausula accessoria non alterat naturam dispositionis.
- 61 Alienationi consentiens ipsam infringere non potest.
- 62 Renunciatio generalis non trahitur ad incognita.
- 63 Fideicommissis non intelligitur renunciatum, licet fuerit

*data potestas alienandi, ac ideo ad pretium agi potest, contrarium multi, ut num. 70. aucloris sententia, num. 71. & seqq.*

- 72 Fideicommissa ad hoc, ut intelligitur renunciatum, necesse est, ut in specie de ipso fuerit cogitatum.
- 74 Fideicommissa purificato intelligitur renunciatum per diuisionem.
- 75 Ius succedendi ex substitutione pupillari, non intelligitur renunciatum, non obstantibus quibuscumque verbis generalibus, imò nec etiam expressè renunciari potest, n. 77. & quid si n. p. positum fuerit iuramentum, n. 80.
- 76 Pactum de hereditate viuente à iure improbatum.
- 78 Iuramentum præstitum ad confirmationem non operatur extensionem.
- 79 Pactum de non succedendo firmatur iuramento.
- 81 Filij renunciantium fideicommissa possunt ipsum petere, si veniant ex propria persona, non uti heredes.
- 82 Promittens non contrauenire an intelligitur promittere per suos heredes.
- 83 Fratres diuidentes bona Emphyteotica non intelliguntur renunciare beneficio inuestiturarum.
- 84 Emphyteotica bona possunt diuidi irrequisito domino.
- 85 Diuidentes non dicuntur alienare.
- 86 Emphyteotica bona possunt inter comprehensos, quocumque titulo alienari.
- 88 Renunciante hereditati paterna possunt petere bona Emphyteotica.

An fratres diuidendo intelligantur renunciare fideicommissis.

CAP. XLII.

**A**N fratres diuidendo intelligantur renunciare fideicommissis, tradunt latè Doctores in leg. qui Roma, §. duo fratres, ff. de verb. oblig. vbi est propria materia, de quo latè scripserunt Menoch. de presumpt. praesumpt. lib. 3. praesumpt. 115. num. 15. & seqq. Peregr. de fideicom. art. 52. num. 18. & seqq. Cæsar Barz. decis. 96. & post hæc scripta vidi Fosarium de fideicom. quest. 593. qui latissimè hanc examinat quæstionem. Verum, quoniam à Doctotibus plures considerantur casus, variazque solent formari conclusiones, ego, ut hanc materiam difficilem, & arduam ad aliquem ordinem reducam, potius antiquorum dogmatibus, quam modernorum opinionibus inhzendo, sicut ut plurimum solco, constitutam regulas, ponam ampliaciones, & limitationes, ex quibus forsitan omnes Doctorum casus erunt non incongruè virtualiter comprehensi.

- 1 Sic igitur primo regula negatiua, fratrem diuidendo hereditatem non intelligi renunciasse fideicommissis futuro, Bart. in l. qui Roma, §. duo fratres, in 1. & 2. quest. quam sententiam ibidem omnes alij repetentes sequuntur, ut Paul. de Castr. num. 5. Aret. num. 2. Alex. num. 33. Ial. num. 31. Crot. num. 36. Rip. num. 38. Socin. Jun. num. 52. & 80. per tex. in l. cum pater, §. hereditatem, ff. de leg. 1. Cap. consil. 89. in 2. dub. Socin. conf. 31. num. 7. lib. 4. Ruin. conf. 137. & seq. lib. 2. Gozad. conf. 36. nu. 58. Paris. consil. 71. lib. 3. Cephal. conf. 371. num. 14. Becc. conf. 111. num. 7. Sim. de Pret. conf. 137. lib. 1. Port. Imol. conf. 135. nu. 13. Hond. conf. 33. lib. 1. Peregr. conf. 92. lib. 1. Rol. à Val. conf. 34. num. 73. & conf. 51. num. 15. lib. 4. Decian. conf. 41. numer. 159. lib. 1. conf. 3. num. 112. lib. 1. & conf. 33. num. 29. lib. 5. Rimin. Jun. conf. 80. num. 39. lib. 1. Gabr. in suo com. opin. in tit. de fideicom. conclus. 1. Grass. in §. fidei-

commissum q. 67. nu. 1. Mascat. conclus. 776. Menoch. de presumpt. lib. 3. praesumpt. 115. nu. 9. Petr. à Petr. de fideicom. q. 14. nu. 15. Intrigl. de substit. cont. 3. quest. 92. Peregr. de fideicom. art. 52. nu. 18. Ludou. decis. Perus. 10. num. 11. pars. 1. Magon. decis. Lucan. 5. num. 42. & decis. Florent. 93. Cæsar Barz. decis. Bonon. 96. nu. 1. & nouissimè Fosar. de fideicommiss. quest. 593. nu. 5. qui infinitas morte suo cumulat, & tandem concludit temerarium esse ab hac opinione recedere.

2 Quæ conclusio ampliatur, ut etiam in fideicommissis conditionali, & reciproco, in quibus terminis procedit tex. in l. cum pater, §. hereditatem, ff. de leg. 1. Et loquuntur omnes supracitati Doctores, & de rationibus videri potest per Peregr. sub d. num. 18.

3 Secundo ampliatur, ut non solum non intelligitur renunciatum ipso iure, sed nec etiam ope exceptionis, ita ut frater de euictione teneatur, ut senserunt aliqui, quos reprobat Bart. in d. quest. 1. & dixi supra in cap. 39.

4 Tertio ampliatur, etiam si in contractu diuisionis appositæ fuerint clausulæ, quæ impotent, diuidentes contra diuisionem nunquam esse venturos. Sed ut istius rei clara habeatur resolutio, animaduertendum est, quod clausulas, quæ in contractu diuisionum apponi solent, esse in triplici differentia. Aliæ huc tendunt, ut diuidentes non possint venire contra diuisionem. Aliæ impotent remissionem iurium. Aliæ dant liberam potestatem ad libitum disponendi de rebus diuisis. Exemplum primatum clausularum est, quando ad inuicem diuidentes promittunt contra diuisionem aliquid non facturos, nec venturos. pæna etiam quandoque adiecta; † Et hic est casus dicti §. duo fratres, vbi communiter scribentes dicunt, ibi fuisse malè iudicatum. vnde dubitabatur solum, an commissa esse, pæna, stante quod malè fuisse iudicatum, quam opinionem ex pluribus defendit Bart. in d. §. duo fratres, in 1. quest. & istius ampliacionis rationem esse dicunt,

6 quia † stipulatio generalis limitatur secundum naturam præcedentis contractus, l. si sub conditione, ff. de usur. l. damni infeli. ff. de damn. infeli. cura pluribus adductis à Bart. loco citato sub num. 11. sed ex natura præcedentis contractus, hoc est diuisionis, non intelligitur renunciatum fideicommissis, secundum omnes, ergo nec etiam debet intelligi renunciatum mediante stipulatione generali, de non contraueniendo, in ipsa diuisione apposita.

7 Secundo, † quælibet clausula generali debet restringi ad specifica est tex. in l. si de certa, C. de transact. præcipue si salua ratione recti sermonis id fieri possit, l. si ex pluribus, ff. de sol. & facit tex. in l. qui cum tutoribus, §. fin. de transact. ergo ista generalis promissio de non contraueniendo debet restringi ad ipsam diuisionem, non autem extendi ad fideicommissum. Nec obstat, quod multi dicunt, imò petendo fideicommissum contraueniri saltè effectui promissionis, ut nempe alter rem illam liberè non habeat contra factam promissionem de non contraueniendo: responderetur enim, † promissionem de non cõtraueniendo non alterare naturam actus, cui adjicitur, Bal. in l. cum quis, ff. de condit. ob caus. vbi dicit, quod † donans causa mortis, si promittat non contrauenire, adhuc potest ex solâ penitentia donationem reuocare; illa enim promissio, non contraueniendi, non alterat naturam donationis causa mortis, quæ est, ut sit reuocabilis, ut sensus fuit Corn. conf. 126. lib. 1. & Decian. conf. 305. ita ad propositum promissio de non contraueniendo ipsius diuisionis naturam alterare non debet. Et ea maxime, quia per petitionem fideicommissi in aliquo nõ

9 officen-



offenditur diuisio, imò ritè, & rectè facta præsupponitur, sed pars alteri obuenta ex alio capite petitur; quã opinionem communem, & veriorē appellat Socin. *Iun. in d. §. duo fratres, sub. num. 101. versic. ego pro veriori*, quam etiã secutus fuit *Corn. consil. 101. lib. 4. Socin. Iun. consil. 120. lib. 1. Alex. consil. 40. & 107. lib. 4. consil. 8. & 21. lib. 5. conf. 108. lib. 6. Old. consil. 107. Barbar. conf. 43. lib. 1. Bal. conf. 84. lib. 1. qui omnes de veriori, & communi opinione testantur Alba conf. 29. nu. 15. Rimin. Iun. conf. 204. nu. 61. & seqq. Rol. conf. 34. n. 75. & conf. 51. nu. 16. lib. 4. Burlat. conf. 64. nu. 33. & pluribus seqq. Dec. conf. 86. Ruin. conf. 137. nu. 9. & conf. 138. nu. 9. lib. 2. & conf. 92. nu. 21. lib. 3. Patif. conf. 71. lib. 3. plures alios concordantes citat Menoch. *in diel. præsumpt. 315.* alios Petr. à Petr. *de fideicommiss. d. quest. 14. numer. 16.* hoc idem secutus fuit Peregr. *in d. art. 52. nu. 26.* Et si quis maiorem numerum Doctorum desiderat, legat Fusarium *in d. quest. 593. nu. 75.**

Nec facerem ego aliquam differentiam, si verba essent omninò prægnantia, ad hoc enim militant rationes à Doctoribus consideratæ, vt si dictum fuisset, nullo vnquam tempore contrahente, vel in perpetuum, *Bald. in d. §. hereditatem, Rip. in d. §. duo fratres, nu. 40. Ruin. in allegatis consiliis 137. & 138. Burlat. conf. 97. nu. 13.* vel si fuerit promissum non contrahenturum ex aliqua ratione, vel causa *Cap. d. conf. 89. Gratian. consil. 27. nu. 44. & seqq. & conf. 60. lib. 1.* à quo non esse recedendum Petr. à Petra *loc. cit. nu. 86.* Idem si additum fuisset, nec de iure, nec de facto, *Alex. in d. §. duo fratres, sub. nu. 30. & in consil. 108. lib. 6. Ruin. d. conf. 92. in 2. diu. lib. 3. Gozad. conf. 36. circa fin. vel etiam si fuisset dictum, vt res diuisæ pleno iure ad ipsos pertinerent, vt pulchre per *Ruin. d. conf. 137. nu. 8. & conf. seq. nu. 6. lib. 2.* quæ omnia sequitur *Peregr. loco cit. nu. 12.* Vel etiam si appositæ esset clausula, perpetuò ratas habere, &c. vel perpetuò attendere, *Burlat. loco cit. nu. 17.* & sequitur Petr. à Petra *in d. conclus. 14. nu. 10. & 21. Fusar. in d. quest. 593. nu. 90.* vel si fuisset promissum, nihil in perpetuum petere ex aliqua causa, quæ dici aut excogitari posset, vt per *Ruin. in d. consil. 138. nu. 6. lib. 2. Soc. conf. 43. nu. 8. lib. 4. Petr. à Petr. loco cit. nu. 22.* alios citat *Fusar. loco cit. nu. 81.* Et, vt summam dicam, non posset excogitari ita ampla verborum forma promissionis non contrahendi, ex qua posset dici renunciatum fideicommissio, quicquid dicat Petrus à Petra *loco cit. nu. 27.* qui ex verbis omninò prægnantibus existimat, posse induci hanc renunciationem. Et licet allegat *Rolan. conf. 34. nu. 77. lib. 4.* attamen ipse non loquitur solum de clausulis importantibus promissionem de non contrahendo, de quibus Petrus à Petra, & nostra nunc est disputatio; sed etiam de aliis importantibus liberam potestatem disponendi, & iurium renunciationem, de quibus infra dicetur; & his patitèr *Menoch. consil. 87. lib. 1.* sioma igitur remaneat conclusio, de qua in hac tertia ampliatione, per diuisionem non intelligi renunciatum fideicommissio, etiam si appositæ fuerint clausule generalissimæ importantes promissionem de non contrahendo, per rationes, & auctoritates supra allatas. Ex quibus negari non potest, malè sensisse *Menoch. d. conf. 87. nu. 33.* dum dixit, per illam clausulam, promiserunt portiones ita diuisas habere ratas, infirmas, & perpetuò attendere, & obseruare, & in aliquo non contrahere, intelligi renunciationem fideicommissio: Nec Doctores per ipsum citati id asserunt, cum loquantur in terminis, in quibus adint etiam clausulæ, quæ importet renunciationem iurium, & alienandi potestatem, vt ipsemet *Menoch. in fine d. numeri*; fateri videtur, vt animaduertit, Petrus*

à Petra *in d. quest. 14. nu. 75.* qui insuper dicit, non posse sustineri dicta per *Pancir. conf. 39. nu. 81.* nisi aliqua alia adsit clausula, quæ importet iurium remissionem; & in his terminis procedere posse ea, quæ tradit *Borgn. decis. 36. nu. 21. & Burl. conf. 64. nu. 29.* ac propterea non esse ab hac opinione recedendum; quicquid dicat *Marx. de fideicommiss. quest. 59.* ¶ tamquam enim clausula accessorie non debent ampliari contractum diuisionis, ad effectum, vt inducatur renunctio fideicommissi, vt per *Curr. Iun. consil. 274. nu. 49. lib. 3.* etiam si alias dicerentur superflue, *Gozad. d. conf. 36. nu. 13. & conf. 45. nu. 19. latè Ruin. conf. 137. nu. 10.*

13 Præcipue ¶ cum istæ clausulæ sic prægnantes potius apponi soleant ex stylo notariorum, vt per *Curr. Iun. conf. 274. in fin. lib. 3. Alba conf. 74. nu. 10. Gozad. d. consil. 36. Socin. Iun. consil. 116. nu. 21. & conf. 138. nu. 18. lib. 2. Patif. conf. 10. nu. 87. lib. 1.* licet id improbare conetur *Menoch. d. conf. 87. nu. 45. & seqq.* A qua sententia communi nullo modo est recedendum, quicquid in contrarium *Pancir. asserere vellet in conf. 39. nu. 81.* qui vere nec etiam in hoc simpliciter figit pedes, prout nec *Menoch. in d. conf. 87. & Borgn. in citata decisione nu. 21.* ac propterea si in casibus ab ipsis propositis insuper non adfuerint aliæ clausulæ iurium remissionem importantes, de quibus infra, non ita respondissent.

14 Quæ ampliatio etiam locum haberet, si nulla alia causa adesset contrahendi, quam fideicommissi, *Rip. in d. §. duo fratres, nu. 46. in 3. ampliatione, nec obstat, quod tunc illæ clausulæ videantur superflue, per ea, quæ superius dicta sunt. Et secutus fuit Peter. à Petr. in d. quest. 14. nu. 94. Peregr. loco cit. nu. 27.*

15 Secundo ampliat, etiam si diuisio fuerit iurata; *Rip. in diel. §. duo fratres, in 1. quest. Rim. Iun. consil. 204. nu. 7. & seq. lib. 2. Petr. à Petr. loco citato nu. 91. Menoch. d. præsumpt. 115. nu. 25. Peregr. d. art. 52. sub. nu. 49. Fusar. in d. quest. 593. nu. 79.* vbi post alios restatur de vera, & magis communi opinione.

Modo hic adnotare non piget aliquos casus, in quibus supradicta tertia ampliatio minorem, seu nullam haberet difficultatem: primus est, si diuidentes ignorant fideicommissum; ¶ data enim ignorantia, nulla potest prætendi remissio, seu renunctio, vt infra dicatur; & in scientibus fideicommissum loquuntur omnes supra citati Doctores, & dixit *Petra à Petr. loco cit. nu. 87.*

17 Secundus est casus, si nec reciprocam, nec æquale esset fideicommissum, *Curr. Iun. consil. 23. sub. nu. 5. Crot. in d. §. duo fratres, nu. 83. Port. Imol. d. conf. 135. sub. nu. 27. & Doctores supracitati, in reciproco fideicommissio loquuntur Petr. à Petr. loco citato nu. 88. & Peregr. loco pariter citato sub. nu. 27. Menoch. consil. 87. nu. 37. & conf. 289. nu. 33. & 35. Fusar. d. quest. 593. nu. 166.*

18 Tertius est casus in diuisione facta per sententiam *Bal. consil. 440. nu. 1. lib. 3. Rip. in d. §. duo fratres, nu. 97. licet generalissimum esset laudum, Ber. d. conf. 130. nu. 14. lib. 2. Gozad. conf. 36. nu. 13. Petr. à Petr. in d. quest. 14. nu. 90.* Et dici solet, ¶ diuisionem factam per sententiam non extendi ad futuros euentus, *Peregr. loco supra citato sub. nu. 54. Fusar. in d. quest. 593. nu. 133. Rot. decis. 124. nu. 14. select. per Farin. part. 2.*

20 Quartus est casus in diuisione facta à patre inter filios per eandem rationem, & fatetur *Menoch. d. conf. 87. nu. 82. & tradit Petrus à Petr. loco citato nu. 92.*

21 Quintus sit casus, si fideicommissum non sit æquale, quod duobus potest considerari modis, vel respectu portioni, vel respectu ætatis. Portionis, si vnus

longe maiorem partem bonorum subiectorum fideicommissio, quam alter habeat, non est enim tunc præsumendum, habentem maiorem partem voluisse fideicommissio renunciare. Etatis, si vnus iuuenis sit, & filios habeat, alter vero senex, & absque filiis, Rip. in d. l. 5. duo fratres, sub num. 46. Petr. à Petr. loco citato num. 95.

- Et hæc dicta sunt de clausulis continentibus promissionem de non contraveniendo, nunc ad clausulas, quæ importare solent iurium remissionem, circa quod distinguitur aut sumus in ignorantibus, aut in sciētibus adesse fideicommissum; † In ignorantibus generaliter, & absolute concludendum est, quamlibet renunciationem, & generalem, & specialem, & tacitam, & expressam non præiudicare: † ad hoc enim, vt renunciatio facta de his, quæ ex testamento dependent, præiudicet, necessaria est testamenti perfecta cognitio, vt est tex. expressus in l. de his, ff. de transact. vbi habetur, transactione non valere super his, quæ ex testamento dependent, nisi inspectis, & cognitis verbis testamenti, vbi scribentes, cui concordat tex. in l. 1. ff. quem tax. aper. & sequuntur passim consules Soc. Iun. conf. 116. num. 71. lib. 1. & conf. 98. per totum lib. 2. Rot. dec. 782. per totam recent. part. 2. vbi multa ad propositum. Et quod dicitur in transactione, asserendum est in diuisione, vt arguit gl. in l. tres fratres, ff. de pact. & Bart. ceterique scribentes ibi sequuntur, idque ab omnibus esse approbatum Pereg. d. art. 52. sub num. 10. † Diuisio enim est species transactionis, vt notat Angel. in d. l. tres fratres, Dec. conf. 405. Paril. conf. 95. num. 10. & 13. lib. 3. Socin. l. in. confil. 128. numer. 116. lib. 1. Becc. confil. 111. num. 3. vnde parum curandum est de eo, quod asserit Borgn. in d. decis. 36. sub num. 24. qui restringere vellet d. l. tam leg. de his in simplici transactione. † Et hæc aded vera sunt, vt licet in instrumento apposta fuerint hæc verba: *Inspectis, & cognitis verbis testamenti*, adhuc tamen, si demonstratur verè non fuisse cognita, non valet transactio, Soc. Iun. d. conf. 98. num. 10. † Non debet tamen hæc lex intelligi de corporali inspectione, vt dixit Bart. in d. 5. duo fratres, in 4. quest. & declarat Natt. conf. 145. num. 3. aliter enim non posset fieri transactio de re proueniente ex testamento celebrato sine scriptura, nec cæcus transigere posset, quod omninò esset absurdum, Cach. decis. 112. nu. 20. Menoch. de adpisc. p. 1. rem. 4. num. 111. sed sufficit vera, & perfecta cognitio de rebus omnibus in testamento dispositis, † satis tamen non esset generalis cognitio testamenti, nisi omnium in ipso contentorum habeatur notitia, vt denotant expressa verba d. l. de his, & d. l. 1. in primo §. ff. quem ad. test. aper. & volant omnes, in d. 5. duo fratres, vt Alex. num. 55. lal. num. 105. Rip. num. 67. & alij passim, ac propterea licet in transactione diceretur, omnia contenta in testamento haberi pro expressis, attamen, non data scientia in specie, non valeret transactio, vt ibi per Aret. & Rip. num. 68. † generalis enim testamenti nominatio non arguit scientiam, vt per Soc. Iun. conf. 98. lib. 2. & docent plures, quos citat Pereg. d. art. 52. sub num. 21. vbi in fine dicit, confundi differentiam; quam facere vellet Hond. conf. 33. num. 35. lib. 1. post Soc. Iun. & Nou. conf. 41. num. 17. in diuisione nempe sufficere generalem scientiam, patrem fuisse testatum plura ad propositum Seraph. decis. 969. num. 3. & seqq. † Non est tamen vera illorum sententia, qui dixerunt, necessarium esse, vt in ipso instrumento apponantur hæc verba; *Inspectis & cognitis verbis testamenti*, vt dixit Soc. Iun. in d. confil. 116. num. 78. Rol. à Val. conf. 13. in princ. lib. 1. Satisfactum enim legi, si ipse testamenti specialis

cognitio habeatur, vt post Bart. docent scribentes omnes in d. 5. duo fratres, & alij, quos allegat Pereg. loc. nu. 22. & Fusar. de fideicom. quest. 594. num. 3.

- 30 Sed an possit solemnitati d. legis renunciari saltem iuramento, disputant ibi scribentes; Et iuramentum absque expressa dictæ legis renunciatione nihil operari concordant omnes, cum speciali vero renunciatione valere, dicunt multi, vt per Rol. confil. 13. num. 28. lib. 1. sed communem opinionem esse in contrarium testatur num. 27. de quo Pereg. d. art. 52. num. 49. & de quo aliqua infra.
- 31 Stante igitur suprascripta testamenti ignorantia, licet in ipsa diuisione fuerit dictum, quod vnus remittit alteri omne ius præsens, & futurum ex testamento, vel abi testato, iure fideicommissi, vel substitutionis, vel quocumque alio iure, attamen fideicommissio non dicitur renunciatum, vt per Bart. in d. 5. duo fratres, in 5. quest. cum quo alij communiter transeunt, & Rom. conf. 403. reprobatur Ang. contrarium sentientem.
- 32 † Ignorantia enim impedit remissionem, l. mater decedens, ff. de inoff. testamento, Fusar. in d. quest. 593. num. 91. & 95. qui hanc opinionem appellat verissimam nec aliquid hoc casu operari possent illa verba, quod remissio deberet extendi ad incognita, & non cogitata † licet enim Bart. in leg. sub pretextu, & in leg. si de certa, C. de transact. dicat, quod quamuis generalis quietatio ad omninò incognita non extendatur, leg. cum Aquiliana, & leg. qui cum tutoribus, §. ultimo de transact. leg. tres fratres, ff. de pact. cum vulg. attamen sufficere, saltem in genere de illa re fuisse cogitatum: responderetur enim, hanc doctrinam procedere in his, in quibus generalis sufficit cognitio, vt ipsemet Bart. declarat, & docet Rom. in d. conf. 403. nu. 21. sed nos sumus in casu, in quo specialis, ac individualis necessaria est sciētia, per d. l. leg. de his, ergo illa verba nihil operari possunt; prout etiam si dictum fuisset, vnum remittere alteri omne ius, quod habet, vel habere sperat in rebus diuisis. Et eodem modo soluuntur alia Ang. argumenta; & docent plures, quos citat Fusar. in d. quest. 593. num. 91. & seqq.
- 34 Et conclusio, de qua supra nu. 22. ampliatur etiam in fideicommissio purificato, cum enim partes hoc ignorauerint, ad ipsum non potest dici extendere voluisse renunciationem, vt per Soc. Iun. in d. 5. duo fratres, sub num. 121. vbi dicit, ita alias consuluisse, & est confil. 28. quest. 3. lib. 1.
- 35 Secundo ampliatur, etiam si suprascriptis renunciationibus additum fuerit iuramentum; cum non possit operari circa ea, de quibus non fuit specialiter cogitatum; † iuramenti enim natura est addere robur ætui, & supplere defectus in forma, non autem confusus, ac propterea non extenditur ad non cogitata l. fin. C. de non n. pecun. Bart. in l. 4. §. quasitum, ff. si quis eant. & pulchre declarat Ruin. d. conf. 137. num. 16. lib. 2. & conf. 92. num. 24. lib. 3. de quo etiam Alex. conf. 48. num. 10. lib. 7. & latè Paril. conf. 12. nu. 88. & seq. lib. 2. & confil. 95. num. 11. & 12. lib. 3. & habetur in d. decis. Cach. 112. num. 10. & multis similibus probat Pereg. d. art. 52. nu. 49. vers. vt iuramentum deroget, optimè Seraph. d. decis. 969. num. 2. de quo Fusar. de fideicom. quest. 594. num. 9. & seqq.
- 37 An verò, & quando fideicommissi præsumatur scientia, longa esset disputatio, & extra nostram materiam, de quo Bart. in d. 5. duo fratres, in 3. quest. vbi alij scribentes, & præcipue Rip. n. 58. de quo etiam in d. decis. Ofusc. 112. num. 12. nonnulla tradit Petr. à Petr. de fideicommiss. quest. 14. num. 106. & seqq. latissimè Pereg. varios complectens casus d. l. art. 52. nu. 103. & seqq.

& post predictos, & alios, quos allegat latè Fufar. *de fideicommissis. quest. 595. per totam.*

Si verò diuidentes sciuerint, adesse fideicommissum, quod est secundum caput distinctionis, de qua supra num. 22. dicendum est primo, ¶ valere renunciationem, si expresse sic conuenerint, cum iuribus fideicommissi renunciari possit, *Lenum proponit. C. de pact. vbi Bart. & Bald.* Est tamen differentia, an fideicommissum sit purum, vel conditionale; nam si purum, repudiatione remitti potest, vt probat text. in *l. seruum filij. §. 1. ff. de leg. 1.* & tradit Peregr. *de fideicom. d. art. 59. n. 9.* Si verò sit conditionale, in ipsam non cadit propriè renunciatio, *l. si ita scriptum. §. si sub conditione. ff. de leg. 2.* non purificata enim conditione ad ipsam non spectat, ac idè non potest renunciari, *leg. qui potest. §. quisquis. ff. de reg. iur.* & probat Peregr. *loco cit. n. 10.* per pactum tamen remitti valet, *leg. tale pactum. in princ. ff. de pact.* Peregr. *ibidem num. 11.* ¶ cum etiam iura conditionalia possint deduci in pactum, *leg. quæstiones. ff. de nouat. l. sub conditione. ff. de salu. Rom. consil. 22. in primo dubio, Socin. Iun. consil. 109. lib. 3.* Quæ expressa remissio suam effectum haberet, etiam si vni tantum fideicommissum esset delatum, *leg. & vno. §. primo. ff. de acceptilat. Bart. in u. S. duo fratres, quest. 4. vbi Rip. n. 65. Neutz. conf. 31. nu. 14. Peregr. loc. cit. nu. 29.*

Quæ conclusio ampliatur, vt remissio intelligatur facta existis verbis, quod partes remittant omne ius præsens, & futurum, tam ex testamento, quam ab intestato, vel iure fideicommissi, vel substitutionis, vt per Bart. in *d. S. duo fratres, in §. quest. nec requiritur, vt in individuo fuerit facta mentio de particulari fideicommissio paterno, vel materno, cum enim sciuerint, fideicommissum adesse, ad illud partes relationem habuisse præsumitur, vt per Bar. loc. cit. Nec obstat *d. l. de his: quemadmodum enim non requiritur corporalem inspectionem, sic etiam dicendum est, non requirere ipsius expressam nominationem; sed sufficere, & fideicommissi scientiam, & generalem ipsius renunciationem; de eo enim præsumendum est intellexisse, de quo scientiam, & noticiam habebant; & cum Bart. alij communiter transeunt, vt Socin. Iun. n. 10. Paris. conf. 72. num. 2. lib. 3. Gozad. conf. 329. num. 17. Soc. Iun. conf. 129. num. 6. lib. 1. Guid. Pap. decis. 232. quod probat Peregr. *d. art. 52. num. 50. Borgn. decis. 36. num. 17. & 24. part. 1. Olofc. decis. 112. nu. 12. Gab. de fideicom. conclus. 1. nu. 8. Rol. conf. 14. nu. 92. lib. 4. Ceph. conf. 430. n. 49. Menoch. in d. presumpt. 115. nu. 40. in d. conf. 87. nu. 26. nec non conf. 282. nu. 23. & conf. 436. n. 9. Intrigl. de substit. cent. 3. quest. 92. nu. 12. Fufar. in d. quest. 593. nu. 116.***

Secundo ampliatur, vt si in contractu diuisionis fuerit apposita clausula, quod diuidentes remittunt omnia iura, quæ habent, & habere sperant in rebus diuisis, intelligatur renunciatum fideicommissio, licet de fideicommissio non fuerit facta expressa mentio: quod tamen intelligendum est, ¶ si diuidentibus nullum alium ius competat, quam ratione fideicommissi, de eo enim tunc intellexisse præsumitur, ad text. in *l. 2. ff. de lib. & post. & in l. fundus, qui locatus, ff. de fund. in str. Bart. in d. S. duo fratres, in 6. que. Romin. Iun. consil. 459. num. 23. lib. 4. Dec. conf. 287. num. 16. Ruin. conf. 89. nu. 3. lib. 1. Menoch. de presumpt. presumpt. 115. num. 34. & conf. 87. nu. 2. Paris. consil. 71. num. 14. lib. 3. Socin. Iun. consil. 116. num. 50. lib. 1. Petr. à Petr. dicta quest. 14. num. 32. & seqq. Peregr. dict. art. 52. num. 32. ¶ & qui allereret, illa verba fuisse apposita ad alium effectum, id probare deberet, *Ruin. conf. 152. num. 9. lib. 1. Gratian. conf. 6. num. 17. lib. 1. Menoch. d. presumpt. 115. num. 35. & dict. conf. 87. num. 21. Petr. à Petr. loc. cit. sub num. 33.**

qui de communi testatur *Gozad. consil. 36. num. 13. & conf. 45. num. 19. & licet Alb. conf. 74. num. 11. & 12. dicat, imò pluralitatem iurium præsumi, concludentes tamen non esse eius rationes, dixit Menoch. dict. consil. 87. num. 22. quibus respondet. Et rationem esse dicunt, 44 quia ¶ necessarium est hæc verba generalia aliquid operari, *leg. si quando. ff. de leg. 1. Bal. in rub. C. de contra. empt. in §. qu. vnde cum hoc casu non possint refectri, nisi ad fideicommissum, perinde est, ac si de eo specialis facta fuisset mentio, arg. *l. 2. ff. de lib. & post. Et verba illa, quod habet, vel habere sperat, includunt etiam futura, dummodo illa futura habeant causam de præfenti, *leg. quod seruis, ff. de cond. ob caus. l. 1. & 2. ff. de stat. lib. vt in casu proposito, in quo iam testamentum est scriptum, & in ipso inductum fideicommissum; licet sit secus, quando ius futurum non habet causam de præfenti, vt per Bart. loc. cit. quem alij sequuntur, vt Soc. Iun. num. 112.****

Si verò tempore renunciationis aliquod aliud ius competeret, habes causam de præfenti, illi, non fideicommissio intelligeretur renunciatum, vt Bart. dicit, quem alij sequuntur, vt per Iaf. num. 69. & licet Socin. Iun. num. 123. dicat, data fideicommissi scientia, verba generalia apta esse, comprehendere etiam fideicommissi renunciationem, quamuis aliud competat ius; attamen responderi potest, ad hoc, vt fideicommissio intelligatur renunciatum, necessarium esse, vt de ipso in specie fuerit cogitatum, per *dict. l. de his, sed quando non competit aliud ius, & renunciatio fuit iuri de futuro, necessarium est, vt dicamus, de ipso fuisse cogitatum, sed quando aliud ius competit, licet verba sint apta comprehendere etiam fideicommissum, non potest tamen hic dici de ipso cogitatum fuisse. Et idem dicendum esset in quibuscumque aliis verbis generalibus remissionem iurium importantibus, supradicta enim fuerunt proposita per modum exempli, quæ restringere non solent, ac idè Peregr. loc. cit. num. 32. id aliis verborum formulis exemplificat, & num. 33. dicit tradita per Bartholum procedere etiam in aliis verbis æquipollentibus, de quo Dec. conf. 287. num. 15. Ruin. conf. 119. num. 18. lib. 1. & conf. 152. nu. 8. cod. lib. & de similibus renunciationibus plura Fufar. in d. quest. 593. num. 91. & pluribus seqq.*

Tertio ampliatur, etiam si ad inuicem fuerint cessæ actiones, vt per Crot. in *d. S. duo fratres, num. 133. vers. confirmatur, Gratian. conf. 60. lib. 1. Franc. Marz. de fid. part. 3. quest. 39. Ruin. conf. 119. num. 19. lib. 2. Borgn. d. decis. 36. num. 17. Peregr. d. art. 52. num. 34. Petr. à Petr. de fideicom. quest. 14. num. 25. Menoch. d. conf. 87. nu. 26. & d. consil. 189. num. 8. Viuius decis. 183. num. 12. Boer. decis. 147. Rot. decis. 624. num. 7. select. per Farin. part. 2.*

Fufar. d. quest. 593. nu. 124. Et est ratio, ¶ quia licet cessio actionum vicissim facta non possit operari translationem actionum contra debitorem cessionarium, cum sibi ipsi quis non possit esse obligatus, operatur tamè effectum liberationis, vt cessionarius à cedente conueniri nequeat, per text. in *l. si sponsalibus, §. fin. ff. de donat. inter vir. & vx. & declarat Ruin. in d. conf. 119. n. 19. Peregr. de fideicom. art. 52. nu. 34. si tamen generalis fuerit cessio, ad tradita per Decian. consil. 287. Ruin. conf. 152. num. 8. lib. 1. Paris. conf. 71. num. 14. lib. 3. Crot. consil. 124. num. 11. Menoch. d. conf. 87. num. 27. Acid. d. 49. ¶ apparet cessio restringi esse ad iura tunc temporis competentia, prout si dictum fuisset, vsque ad præsentem diem, non procederet conclusio, Aug. conf. 286. Ruin. conf. 137. num. 15. Corn. consil. 340. lib. 1. quos sequitur Peregr. loc. cit. num. 34. ¶ clausule enim generales, restrictæ ad tempus præsens, nihil operan-*

rit quantum ad tempus futurum, per tex. id l. & vno, §. primo ff. de accep. & in l. si ita scripisset, ff. de leg. 2. cum similibus adductis per Pereg. d. art. 52. num. 31. Soc. conf. 252. num. 18. lib. 2. Dec. consil. 86. Ruin. d. consil. 137. num. 14. Patil. conf. 95. num. 16. lib. 3. Fulat. loc. cit. num. 236. ac idem dicit lolet, ↑ quod generalis renunciatio iurium non extenditur ad exclusionem illius iuris, quod quis habitatus est in eorum alicuius dici, aut conditionis, l. Pauli Calluaco, §. primo, ff. de leg. 2.

51 Rom. consil. 472. n. 3. Dec. consil. 27. n. 3. ↑ Renunciatio enim strictè est interpretanda, Gratian. consil. 17. num. 44. in fin. Curt. Iun. conf. 25. num. 1. ac idem ↑ verba non concepta in tempus futurum non inducunt renunciationem fideicommissi conditionalis, Rim. Iun. consil. 204. num. 38 & num. 72. Petr. à Petr. d. quest. 14. nu. 37. Pereg. d. art. 52. num. 11. ex quibus negari non potest, male tenuisse Menoch. d. conf. 87. n. 27. dum vult clausulam generalem extendi etiam ad futura, & sic ad fideicommissum conditionale, licet de iuribus futuris non sit facta expressa mentio.

Nunc consequens est, ut ad alias clausulas transeamus, quibus dicitur concessa potestas alienandi. Quæ clausulæ sunt in triplici differentia. ↑ Aliæ hoc important, ut vnus alterum constituat procuratorem tantquam in rem suam, ut dictum fuerit, quod in rebus diuisis omnia facere possit, quæ ipse constituens facere posset, vel quid simile, quarum clausulatum varia exempla posuit Pereg. d. art. 52. nu. 45. ↑ quibus voluit intelligi datam fuisse potestatem alienandi, ut dixit Bart. in d. §. duo fratres, quest. 8. Pancir. conf. 59. nu. 75. Menoch. de presump. presump. 1. 115. nu. 67. Hond. conf. 33. num. 26. lib. 1. Guid. Pap. quest. 475. Socin. Iun. consil. 116. lib. 1. Non. conf. 41. num. 8. Ber. conf. 130. num. 2. lib. 2. Menoch. conf. 87. num. 29. & seqq. Gab. in tit. de fideicom. conclus. 1. num. 44. Boign. decis. 36. num. 18. Petrus à Petr. de fideicom. dicta quest. 14. num. 31. Pereg. loc. cit. num. 43. Intrigl. de substi. cent. 3. quest. 92. num. 84. plures citat Fulat. in d. quest. 593. nu. 119.

56 Aliæ sunt clausulæ, quando sit concessio ad habendum, tenendum, & alienandum, & tunc conueniunt omnes, etiam res fideicommissio subiectas alienari posse, ut per Bart. in d. §. duo fratres, quest. 8. de quo Dec. conf. 680. Gozad. conf. 9. nu. 2. Gratian. conf. 17. & conf. 60. lib. 1. Crau. conf. 24. num. 8. Socin. Iun. conf. 116. num. 60. lib. 1. & hoc ab omnibus approbati, dixit Menoch. d. conf. 87. num. 29. quod pariter sequitur Pereg. loc. cit. num. 38. dicens in hoc omnes conuenire Str. de Pret. de interpret. ultim. volunt. fol. miki 342. num. 7. Barz. dict. decis. 96. nu. 4. Rot. decis. 624. recent. part. 1. Quæ clausulæ etiam in Emphyteusi appositæ, operantur, ut ad quoscumque hæredes etiam extraneos transire possit, Curt. Iun. consil. 41. nu. 16. Clar. in §. Emphyteusis, quest. 28. in fin. & post alios voluit Rot. in decis. 352. n. 1. recent. part. similes enim clausulæ æquiparantur clausulæ, quibus deditur, ut per Rot. loc. cit.

57 Sed dubitatio est, quid si non fuerit dictum ad alienandum, sed solum ad habendum, tenendum, & quicquid voluerit faciendum, Bart. in d. §. duo fratres, quest. 8. facit differentiam, an fuerit dictum, quicquid voluerit, vel quicquid placuerit, existimans illa verba quicquid placuerit importare potestatem regulatam, & ad arbitrium boni Viri, non autem liberam, ut important illa verba, quicquid voluerit: Sed alij sentiunt intelligi datam potestatem alienandi etiam per verba quicquid placuerit, quos citat Menoch. d. conf. 87. num. 15. & seqq. Pereg. d. art. 52. sub num. 4. Aliam facit differentiam Ruin. in conf. 133. num. 2. & 3. lib. 2. ut verbum placuerit per se simpliciter probatum non

importet liberam potestatem, nisi adiectum fuerit quicquid, vel quid simile, vel fuerint geminata verba, ut si dictam fuerit, placuerit, & videbitur, ut per Paril. in d. consil. 71. n. 18. Quæ differentia ab omnibus videtur recepta, ut per Menoch. in d. consil. 87. nu. 19. & probat Pereg. in d. art. 52. sub num. 4. Fulat. d. quest. 593. num. 19. Quæ verba geminata, cum adiectione quicquid, etiam in Inuestituris apposita, liberam important alienandi licentiam, late probat Rol. conf. 55. lib. 3. licet contrarium distinguendo dicat Olsac. dec. 164. de quo late videri potest Laderch. conf. 1. solet etiam hæc clausula formari his verbis. Ad habendum, tenendum, & possidendum, pro se, hæredibus, & successoribus quibuscumque, ut per Pereg. loc. supra citato, n. 42.

58 Tertia species istarum clausularum, est si facta fuerit promissio de euictione, per quam promissionem non intelligi renunciatum fideicommissio communis est omnium sententia, Socin. Iun. d. conf. 116. num. 63. lib. 1. promissio enim euictionis tacite incit, vnde expressa nihil ulterius operatur, leg. non velle, C. de fideicom. leg. cum quid, ff. si cert. petat, & l. 3. ff. de leg. 1. scribentes in d. §. duo fratres, Alex. conf. 24. lib. 1. Dec. conf. 411. Socin. Sen. conf. 31. num. 7. lib. 4. Ruin. conf. 137. num. 12. lib. 2. plures citat Pereg. in dict. art. 52. num. 69. de quo etiam Menoch. de presump. lib. 3. presump. 115. num. 17. Gab. conf. 42. num. 2. lib. 2. Petr. à Petr. de fideicom. quest. 14. nu. 35. & seqq. Pereg. conf. 92. num. 5. & 11. lib. 1. Decian. conf. 41. num. 158. & seqq. lib. 1. Magon. decis. Lucens. 5. a num. 42. vsque ad finem, Rot. decis. 624. Recent. part. 2. plures citat Fulat. de fideicom. in d. quest. 593. num. 62. Nisi tamen alix fuerint adiectæ clausulæ, remissionem fideicommissi importantes, tunc enim adueniente casu fratres de euictione tenerentur, Menoch. d. conf. 87. num. 83. & seqq. de quibus clausulis supradictum fuit: vel si fuissent appositæ illa verba, de quibus per Fulat. in d. quest. 593. num. 74.

Conclusio modo, ut per clausulas, de quibus num. 54. & 56. intelligatur data potestas alienandi, & per consequens renunciatum fideicommissio, ↑ limitatur primo à Bart. in dicta quest. 8. si non fuerit secuta alienatio: ut in simili data creditori potestate alienandi Copignus, ↑ non intelligitur remissum, nisi secuta alienatione, leg. siens, §. supornacuum, & §. per. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. soluat. Et hanc Bart. limitationem sequuntur ibi Alex. num. 38. Ias. num. 113. Rip. num. 83. Socin. Iun. num. 130. Gozad. conf. 36. Ceph. conf. 296. n. 22. & conf. 371. num. 23. Decian. conf. 3. num. 147. lib. 1. Rimin. Iun. conf. 80. nu. 38. & consil. 204. num. 46. alios citat Gab. dicta conclus. 1. num. 33. & Pereg. dicto art. 52. num. 44. Gab. conf. 91. num. 11. & conf. 135. num. 15. lib. 1. Grass. in §. fideicommissum, quest. 63. circa finem, Petrus à Petr. de fideicom. quest. 14. nu. 70. Alba conf. 29. nu. 15. Pereg. consil. 92. num. 10. lib. 1. Magon. decis. Florent. 92. nu. 5. Rot. decis. 493. parte 4. in nouissim. plures alios citat Fulat. in dicta quest. 593. num. 29. Vnde alienatione non secuta, volunt agi posse ad res fideicommissio subiectas: & idem esset, si per arbitros, vel Iudicè aliquem data fuisset alienandi potestas, ipsa enim non secuta, vel inualidè, adhuc fideicommissio esset locus, ut per Ias. in dicto §. duo fratres, nu. 74. qui allegat Rom.

61 in conf. 403. & ↑ necessaria est vera alienatio, & non ficta ad hoc, ut quæ sit à lege in substitutionibus ab intestato, imò nec etiam alienatio facta in testamento sufficeret ad tollendum fideicommissum, Curt. Iun. consil. 23. doctrinam Barth. intelligendam esse de alienatione titulo particulari, facta, & sic excludi donationes factas in testamento, legatæ, & hæredum institutione;

tutiones, Ceph. *consil.* 371. *num.* 23. Decian. *dicto conf.* 3. *num.* 147. licet Ruin. *in d. consil.* 147. *sub num.* 16. existimet, institutionem factam de extraneo esse sufficientem speciem alienationis; communis enim est opinio in contrarium, & sic quamcumque alienationem factam in testamento non tollere fideicommissum sub preterito, datam fuisse potestatem alienandi: Verum in hac Doctores sunt admodum inter se contrarii, cum non desint, qui dicant, imò quamcumque alienationem factam in testamento esse sufficientem ad tollendum fideicommissum, quod etiam ampliare videntur ad alienationes factas à lege mediante successione ab intestato, Pereg. *dicto art.* 52. *sub num.* 4. *versic. communis traditio*, & docet *art.* 40. *nu.* 57. Decian. *consil.* 78. *num.* 19. *lib.* 3. Menoch. *dicto conf.* 87. *num.* 60. qui idem secutus fuit *in conf.* 1130. *num.* 18. & *in conf.* 1150. *num.* 16. Surd. *conf.* 10. *num.* 12. & *segg.* *lib.* 1. Hond. *dicto conf.* 37. *num.* 48. Borgn. *dicta decis.* 36. *nu.* 11. *in fin.* Gral. *in d. 5. fideicommissum, quest.* 63. Barz. *in dicta decis.* 96. *nu.* 27. & *segg.* plures alios citat Fufar. *in d. quest.* 563. *nu.* 34. quorum plures loquuntur de alienationibus ab intestato, alij de alienationibus ex testamento: sed omnes id intelligere videntur; si verba sint admodum pugnancia, ita ut liberam alienandi potestatem concedere videatur; Et circa testamentariam dispositionem si expressè de illis bonis fuerit dispositum, ut post Rim. & Ceph. dicit Fufar. *in dicta quest.* 593. *nu.* 36.

Imò non desunt, qui existimantur per supradictas clausulas generales, de quibus supra ita intelligi datam potestatem alienandi, ut ad fideicommissum non possit amplius agi, non secuta etiam alienatione, Paris. *dicto conf.* 71. *num.* 25. Menoch. *dicto conf.* 87. & *dicta presump.* 115. *num.* 46. Hond. *conf.* 33. *num.* 18. Barz. *dict. decis.* 36. alios citat Pereg. *dicto art.* 52. *sub nu.* 44. *vers. contrarium*, & alij videri possunt apud Fufar. *d. quest.* 593. *num.* 30. & ad doctrinam Barr. respondent, procedere, quando simpliciter apponitur fuerit clausula ad habendum &c. & tenendum &c. absque aliis verbis generalibus, ex quibus argui possit, liberam fuisse datam alienandi potestatem.

Ex quibus omnibus colligitur distinctio, seu contrarium opinionum conciliatio: primam nempe opinionem procedere, quando verba non sunt admodum generalia, ita ut potestas alienandi videatur potius restricta ad ipsas indidentes; alteram verò opinionem sibi locum vindicare, quando verba sunt ita ampla, ut potestas alienandi non solum videatur data ipsi diuidentibus, sed etiam eorum heredibus, & successoribus quibuscumque, ita voluit Paris. *in d. dicto conf.* 71. *num.* 40. Ruin. *dicto conf.* 137. *sub num.* 10. & 11. *lib.* 2. & videtur de mente Menoch. *locis citatis*: & in istis terminis locutus fuit Hond. *in dicto conf.* 33. huc pariter tendunt tradita per Borgn. *in dicta decis.* 36. & secundum hanc distinctionem locutus fuit Cæsar Barz. *in dicta decis.* 96. in ipsamque inclinat Pereg. *dicta art.* 52. *nu.* 44. *vers. ego autem*, quam esse tenendam, dixit Fufar. *in dicta quest.* 593. *num.* 31. Et rationem distinctionis dicunt esse, quia per illas clausulas generalissimas, non solum dicitur data potestas alienandi; sed insuper renunciatum fideicommissum; quia stante renunciatione, parum refert, an alienatio fuerit secuta, vel non: sed an vera sit ista ratio, & supradicta distinctio, dicam in sequenti limitatione.

63 Secundo limitatur supra posita conclusio, de qua *num.* 54. & 56. ut procedat quantum ad hoc, ut tertius possessor non possit molestari, ut per Bart. *in dicto 5. duo fratres*, *in 8. quest.* Socin. *lun. d. conf.* 116. *n.* 60. Becc. *conf.* 38. Crau. *conf.* 24. *num.* 8. Hond. *d. conf.* 33. *num.* 33.

plures citat Pereg. *d. art.* 52. *num.* 45. Barz. *d. decis.* 96. Et  
64 ¶ idem esset in bonis feudalibus, & Emphyteuticis, Paris. *conf.* 22. *num.* 1. *lib.* 1. Olasc. *decis.* 21. *nu.* 29. Hond. *loco supra citato*; & est ratio, quia cum fuerit data potestas alienandi, non possunt venire contra ea, que facta fiere de eorum consensu, ad *tex. in l. ambri*; *5. annibus*, *ff. de leg.* 1. Et licet Angel. *in d. 5. duo fratres* dicat,  
65 primo in ignotante locum habere non posse, ¶ cum non possit dici renunciatum iuri, quod sibi competere ignoratur, *leg. mater dedecens*, *ff. de inoff. testamento*,  
66 ¶ in sciante vero istas clausulas esse accessorias ad contractum diuisionis, ac idè non debere alterare naturam principalis dispositionis *Clem. prima, de probat.* Respondetur tamen Bartolum non asserere, non posse molestari emptorem, quia fuerit renunciatum fideicommissum, sed quia saltem fuit data potestas alienandi, ac propterea ¶ non potest infringi alienatio, uti semel approbata *reg. quod semel, de reg. iur. in 6.* & hæc est vera Bartholi intelligentia: in istis terminis non obstat ignorantia, quicquid dicat Soc. *lun. in d. 5. duo fratres*, *num.* 127. nam id emptori parum refert, cum alienationi omnes consenserint; qui enim præterit fideicommissum agat ad pretium; nam, ut dixi, hæc conclusio procedit quantum ad hoc, ¶ ut tertius possessor non possit molestari secuta alienatione, sed bene ad pretium agere potest, adueniente casu fideicommissum, per *tex. in l. si feudum per fideicommissum*, *ff. de leg. in leg. si mandato Titij*, & *in leg. Lucius Titius*, *ff. mand.* & loquuntur communiter scribentes *in d. 5. duo fratres*, ut Alex. *num.* 58. *lul. num.* 115. Rip. *num.* 84. Ruin. *conf.* 371. *lib.* 1. Curt. *lun. conf.* 4. *num.* 22. & *conf.* 27. *num.* 7. Alb. *conf.* 74. *in fin.* Et rationem esse dicitur,  
69 ¶ quia licet data fuerit potestas alienandi, hinc tamen non dicitur renunciatum fideicommissum; unde contra hæredes venditoris agi poterit ad pretium portione, in qua fideicommissum fuit purificatum.

70 Sed contra hanc declarationem tenentur illi, qui existimantur, imò per illas clausulas non solum esse datam potestatem alienandi, sed insuper fuisse renunciatum fideicommissum, & per consequens non posse agi nec etiam ad pretium, Gratian. *consil.* 60. *num.* 10. *lib.* 1. Paris. *d. conf.* 71. Menoch. *dict. conf.* 87. Hond. *dicto conf.* 33. Borgn. *dicta decis.* 36. Barz. *d. decis.* 96. Quibus  
71 tamen non assentio, ¶ dicunt enim Bartholi doctrinam procedere, si simpliciter fuerit dictum, ad habendum, tenendum, &c. Verum Barr. decisio non est fundata in hoc, quod clausula non sit generalis, imò pro generalissima ab ipso loco exempli proponitur; sed eius fundamentum est, quia licet per istas clausulas generales dicatur data potestas alienandi, hinc tamen non dicitur, renunciatum fideicommissum: ¶ quod euidentiissima ratione probatur, nam adhuc, ut fideicommissum dicatur renunciatum, necesse est, ut de ipso in specie fuerit cogitatum ut supra fuit dictum: Nec obstat, quod dicit Borgn. *loc. cit.* *num.* 10. & *segg.* sufficere generalem expressionem, id namque non habet locum in his, in quibus requiritur cogitatio in individuo, ut requiritur in casu nostro per *dictam leg. de hie.* & dictum fuerit superius *num.* 25. & *segg.* nec non *num.* 33. Et cum simus in scientibus, si de fideicommissum in specie cogitassent, potius expressè ipsi renunciassent, quam quod tot verba generalia, & obscura effunderent voluissent. Et pro hac parte post alios consuluit Sim. de Pret. *conf.* 137. *num.* 15. *lib.* 1. Ceph. *conf.* 371. Becc. *conf.* 111. *num.* 25. & *segg.* nec est verum, id esse contra communem, ut asseruit Borgn. nam imò magis communis est contra ipsum, ut ipsemet Paris. qui contrarium consuluit, confessus fuit *in d. consil.* 71. *num.* 34.

- Nec alie responſiones per ipſum allatæ *num. 14. de quibus etiam M. noch. d. conf. 87. & Non. conf. 41. vilo modo obſtant; ſunt enim contra verba expreſſa dicta*
- 73 *Ido bis, quæ licet non requirit corporalem inſpectionem, requirit tamen cogitationem in ſpecie de fideicommiſſo, aliter namque non poſſent verificari illa verba, inſpectis, cognitiſque veſtris teſtamenti.*
- Concludamus igitur, quod licet verbis generalibus dicatur data poteſtis alienandi, tamen hinc non dicitur renunciatum fideicommiſſo: unde non ſecura alienatione, poteſtis agi ad res fideicommiſſo ſubiectas, alienatione verbõ ſecuta ad pretium: ſic Bart. declarat *in d. §. duo fratres, & ſequuntur ibi alij ſcribentes, quorum auctoritates plures eſſe debent, quam conſulentium, qui ad hoc, ut partes, pro quibus ſcribunt, tueantur, reperiuntur ad inuicem contrarij.*
- 74 Hæc tamen omnia fac intelligas in fideicommiſſo condicionali, non autem in purificato tempore diuifionis, ut concorditer omnes allerunt, incompatibilia enim ſunt, ut inter ſcientes diuidantur bona, & quod fideicommiſſo purificato, non intelligatur renunciatum, ut per Doctores, quos allegat Gab. loco ſupra citato *num. 28. Becc. conf. 111. ſub num. 25. Marz. de fideicom. quaſt. 59. in fin. Sim. de Pret. d. conf. 137. nu. 127. Ber. conf. 130. num. 9. & 11. lib. 2. Borgn. d. deciſ. 36. num. 26. & alij paſſim, de quibus per Fulat. in d. quaſt. 593. num. 1. & ſeqq.*
- Nunc ponendæ ſunt dæ limitationes generales, ad ea, quæ diximus, quandoque per diuifionem intelligi renunciatum fideicommiſſo, quarum prima eſt,
- 75 ut ꝑ verba generalia nunquam intelligatur renunciatum iuri ſuccedendi ex ſubſtitutione pupillari, nam qui ſuccedit ex ſubſtitutione pupillari, dicitur ſuccedere pupillo, unde eſſet pactum de hæreditate viuentis, quod ꝑ pactum, tamquam contra bonos mores à iure improbat, *leg. pactum, C. de col-lat. leg. qui ſuperſtitia, ff. de acquir. hered. & hoc eſt, quod tradit Bart. in dicto §. duo fratres, in 7. quaſt. à ſcribentibus communiter approbatus, de quo ſupra*
- 77 *in cap. 12. numer. 5. imd, per eandem rationem ꝑ nec etiam valeret expreſſa renunciatio, & hoc eſt, quod dixit Socin. Iun. in dicto §. duo fratres, ſub num. 125. nec iuramentum additum verbis generalibus in aliquo obſtaret; intelligeretur enim facta renunciatio ſolum circa bona diuiſa, unde ꝑ iuramentum præſtitum ad confirmationem, non deberet operari extensionem, ut per ſcribentes in d. §. duo fratres, vbi laf. reprobatur Alexan. contrarium ſentens. Nec dicatur ꝑ pactum de non ſuccedendo firmari iuramento, ad tex. in 6. quamuis, de pact. in 6. loquitur enim ille tex. in expreſſa renunciatione, unde ꝑ ſi iuri ſubſtitutionis pupillaris fuiſſet expreſſe renunciatum, illa renunciatio firmaretur iuramento, ſecundum Crot. in d. §. duo fratres, licet id reprobet ibi Soc. Iun. ſub num. 126. ſed de hoc ſupra cap. 12.*
- 81 Secundo limitatur, ut filij eorum, qui renunciauerunt, ſi non veniant ex perſona parentum, ſed iuribus propriis, poſſint fideicommiſſum petere, ut per Ceph. *dict. conſil. 371. num. 33. niſi tamen uti hæredes veniant, nam tunc à patre diſpoſita obſeruare cogentur, ut per ipſum. ꝑ Quod tamen intelligit Ruin. in conſ. 138. num. 10. lib. 2. ſi parentes renunciauerint, & promiſerint non contravenire nec per ſe nec per ſuos hæredes, ſecus ſi dictum fuerit per ſe ſimpliciter, vel nec per ſe, nec per alios, nulla facta hæredum mentione. Verum negari non poteſt, hanc eſſe ſubtilitatem Ruini, ille enim qui promittit non contravenire, intelligitur promittere non contravenire nec per ſe,*

nec per ſuos hæredes, unde eius filij patenam promiſſione obſeruare tenerentur, ſi eius hæredes eſſe vellent.

- 83 Et quemadmodum per diuifionem non intelligitur renunciatum fideicommiſſo, idem dicendum eſſet, ſi bona Emphyteotica eſſent diuiſa, Bart. in d. §. duo fratres, quaſt. 10. & cum eo alij communiter tranſeunt, ut laf. *num. 75. & ſeqq. Alexand. conſ. 21. num. 4. & ſeqq. lib. 5. Hond. conſ. 36. num. 19. & 29. Corb. de cauſ. priuat. ob renunciat. num. 26. & 29.*
- 84 Ex quo notari poteſt, quod licet bona Emphyteotica non poſſint alienari irrequiſito domino, benè tamen diuidi poſſunt, ut probat tex. loquens de feud.
- 85 *in cap. primo, §. propterea, de prob. alien. feud. ꝑ Diuidentes enim non intendunt rem alienare, ſed eam tantummodo diuidere, ad hoc, ut vnusquisque ſua portionem vti, ac frui poſſint, ita poſt alios docet Corbulus in tit. de cauſ. priuat. ob alien. irrequiſit dom. fact. limit. 7. num. 1. quod ipſe ampliatur, etiam ſi maior pars, imd tota Emphyteuſis ad vnum tantum perueniat, à qua opinione non videtur vilo modo recedendum, licet de ipſa dubitet Soc. Iun. in d. §. duo fratres, num. 135. Et maximè ſi fiat diuiſio inter ipſos comprehenſos, ſtan-*
- 86 *te communi opinione Bart. in d. quaſt. 10. ꝑ bona Emphyteotica non ſolum poſſe diuidi, ſed inter ipſos comprehenſos quocumque titulo, & abſque vilo Domini directi conſenſu alienari, à qua opinione in iudicando non eſſe recedendum, dixit laf. in dicto §. duo fratres, ſub nu. 77. & ſeqq. & probat latè Corb. loco citato, limit. 6. num. 1. & ſeqq. unde licet vni ex comprehenſis in diuiſione detur res Emphyteotica, & alteri pretium, adhuc valet diuiſio, & alienatio, vti facta in perſonam comprehenſi, ut per Corb. loc. cit.*
- 87 Quæ pariter dicta fuerunt ſuperius, data poteſtate alienandi, non poſſe moleſtari emptores; procedunt in bonis Emphyteoticis, & feudalibus, ut conſuluit Alexand. *conſil. 8. lib. 1. unde ſolum ad pretium agi poſſet.*
- 88 Eſt tamen animaduertendum circa bona Feudalia, & Emphyteotica, quod ſi fratres inter ſe fecerint generalem quietationem de omni eo, quod petere poſſent de hæreditate patris, adhuc bona Emphyteotica, & feudalialia poſſent petere, cum non debeantur vti hæreditatis, ut per Bart. Bald. & alios in *Litem videndum, §. fin. ff. de pet. hered. Soc. conſ. 73. lib. 3. Dec. conſ. 389. & conſ. 578. Alciat. de præſumpt. part. 3. præſumpt. 31. num. 1. non obſtante etiam iuramento, Anguiſc. & alij, quos allegat conſ. 166. nu. 18. & rationem eſſe dicunt, quia non ſunt hæreditaria; vnde ſecus eſſet, ſi vti allodialia reputari deberent, iuxta ea, quæ dixi ſupra in prima parte, cap. vltim.*

#### SUMMARIVM.

- 1 *Ius aduendi non præſcribitur niſi per ſpatium 30. annorum, & num. 5.*
- 2 *Frater ſufferens, alterum fratrem totam hæreditatem poſſidere, an intelligatur repudiaſſe.*
- 3 *Ius aduendi ex iure prætorio expirat per annum.*
- 4 *Lex impuberes, §. quaſitum, ff. de carbon. edicto declaratur.*
- 6 *Filius excludit ob lapſum 30. annorum ex capite vnde liberi, admittitur ex capite vnde legitimi, quod tamen declaratur, ut num. 7.*
- 8 *Filius petens aliquid vti excludit intelligitur repudiare, niſi tamen errauerit.*
- 9 *Errans non intelligitur conſentire.*
- 10 *Hæreditas non ſolum verbis, ſed etiam factis repudiari poſſeſt.*

*Diuisio non presumitur, si vnus solum possideat.*  
*Diuisio inter fratres non presumitur, licet vnus vnam rem, alter aliam possideat. Et quid si inter ipsos per longum tempus fuerit separata possessio, num. 13. quod varijs modis declaratur, num. 15. 16. & 17.*  
*Diuisio quando presumitur, presumitur etiam solemniter facta.*  
*Minores non presumuntur diuisisse.*

frater sufferens, alium fratrem totam hereditatem possidere, censeatur repudiasse: & an fratres diuisisse presumantur.

## CAP. XLII.

**C**VM regula sit in iure satis, clara ius ad eundem non prescribi, nisi per spatium 30. annorum, & sic per longissimum tempus, *leg. licet, C. de iur. delib.* vbi scribentes *Rom. conf. 149. num. 1. Corn. conf. 299. nu. 3. lib. 3. & conf. 905. num. 6. eod. lib.* quod in decidendo, vti indubitatim tenendum esse dicit, & sequitur *Mant. de consuet. vltim. volunt. lib. 12. cap. 14. num. 27.* plures citat *Gab. in tit. de prescript. conclus. 8. num. 1.* inferunt hinc, si fratrem sufferentem totam hereditatem ab altero fratre possideri, non intelligi repudiasse, ac propterea intra 30. annos adire posse; ita nos docet *Imol. in l. recusari, num. 2. ff. de acq. hered.* dicens, diuturnum silentium non sufficere ad inducendam repudiationem; & *Barr. ac Paul. de Castr. in d. l. licet* dicunt, quod si frater possideat per longam tempus hereditatem paternam, sciente etiam alio fratre, hinc tamen alter frater intra 30. annos non dicitur exclusus, & sequitur *Alex. conf. 88. nu. 3. lib. 2.* dicens, quod si soror diu filuit, pariendo fratres solum possidere, illud silentium non sufficit ad inducendam repudiationem; & *Bal. in d. l. licet* pariter dixit, quod si frater, qui in portione paterna possidebat, permiserit longo tempore alterum fratrem omnia possidere, & factus omnes bonorum paternorum percipere, non censetur remississe ius suum, quem refert, & sequitur *Dec. conf. 79. num. 38. lib. 2.* vbi etiam allegat *Ang. Imol. & Aret. in d. l. recusari*, loquentes de sorore, quæ passa fuerit, per fratres omnes possideri; & hoc omnes tenuisse tam *in d. leg. recusari*, quam *in d. l. licet*, dicit *Corn. conf. 202. num. 16. lib. 2.* & sequitur *Gratiana. discept. Forens. lib. 3. cap. 450. num. 11. & seq.* dicens, potius presumendum esse fratrem iure familiaritatis, possedisse, *Castr. in leg. qui iure familiaritatis, ff. de acq. poss. Rom. conf. 34. n. 13. 11. Tiraq. de iur. primog. quest. 25. Ceph. conf. 4. nu. 40. lib. 1. Menoch. de presumpt. lib. 6. presumpt. 67. num. 12.*  
 Nec obstat, quod per lapsam vnus anni sit præclusa via succedendi de iure Prætorio, *l. v. accipata, C. qui admitt. leg. prima, §. largius, ff. de success. edict.* Id enim procedit solum quantum ad bonorum possessionem, & sic quantum ad beneficium iuris Prætorij, non autem iuris ciuilibis, quod datat per 30. annos, vt per *Doct. in d. l. licet*, & tradit *Corn. conf. 202. n. 16.* qui aliis respondet contrariis, & præcipue textui *in leg. si in pueras, §. quasitum, ff. de Carb. edict.* vbi *Barr.* dicit probati quod filius præteritus tacendo per annum, videtur approbare testamentum patris; sed hunc *Barr.* intellegit communiter improbari asserit *Corn.* vt per *Bald. in l. 1. C. de suis, & legit. & in l. cartum, C. vnd. leg. scribentes in l. 2. C. de posth. hered. instit.* in re enim tam præiudiciali ex sola taciturnitate non debet presumi

- animus donandi, vt per ipsum *num. 21.*  
 5 Secundo limitatur, si lapsus fuerit spatium triginta annorum, per quod tempus amittitur ius succedendi, vt *in d. l. licet*, & tradit omnino supradicti *Doctores.* Nec  
 6 obstat, quod filius exclusus per 30. annos ex capite vnde liberi, tutius possit admitti intra spatium aliorum 30. annorum ex capite vnde legitimi per *tex. in leg. prima, §. sed videndum, ff. de success. edict. Barr. conf. 129. num. 3. Bald. Angel. Paul. de Castr. & Alex. in d. l. licet*, necnon *in conf. 89. num. 4. lib. 2. Ruin. conf. 14. nu. 1. lib. 1. Soc. Jun. conf. 14. num. 7. lib. 3.* qui de magis communis opinione testatur, alios refert, & sequitur *Mant. loco supra citato num. 28.* Id enim procedit, si non  
 7 adfuerit alij, quibus pariter ex capite filiationis hereditas deferatur; illi enim per ius accrescendi impediunt alios, qui vellent succedere vnde legitimi; & sic fratrem, qui post 30. annos venire solum posset ex capite vnde legitimi, *gl. in l. 1. §. sed videndum, ff. de success. edict.* quam opinionem esse communiter receptam, dixit *Mant. loco cit. n. 28.* & eam pariter appellat communem *Socin. Jun. conf. 19. num. 12. lib. 2. Tiraquel. de retractu. canonic. §. 1. in glosa vnica nu. 64.* alios citat *Mant. loco citato.*  
 8 Tertio limitatur, si frater, vel soror non solum permiserit hereditatem paternam à fratre possideri, sed insuper ab ipso aliquid petierit tanquam exclusus, hæc enim repudiationis clarissima esset obiectio, vt dixit *Imol. in d. l. recusari, num. 2. argum. l. procul, ff. de prob. Socin. conf. 15. num. 3. lib. 4. Alex. in d. conf. 88. num. 3. lib. 2. Mant. loco cit. num. 27.* & in his terminis procedunt tradita per *Malcard. conclus. 854. num. 3.* Quod tamen  
 9 sublimitatur, si in iure errauerit, per *tex. in l. Claudius, de acquir. hered.* qui enim erat consentire non dicitur, cui propterea etiam post triginta annos competit restitutio ex capite ignorantie, vt per *Gab. d. conclus. 3. num. 11.* & an obstat lapsus 40. annorum *Gab. loco cit. num. 12. Maur. de restitu. in integ. cap. 57. Odd. de restitu. in integ. part. 2. quasi. 90. art. 4. num. 16.*  
 10 Quarto limitatur, si vltima taciturnitate interuenit aliquis actus demonstratus voluntatis, per *d. l. recusari*, vbi scribentes; hereditas enim non solum verbis, sed etiam factis repudiari potest, cum contentus etiam factis demonstratur: Et qui nam sint isti actus, docet *Mant. de consuet. vltim. vol. lib. 12. tit. 14. per totum.*  
 11 Supradicta tamen omnia procedunt, vno tantum possidente, tunc enim dicunt, non presumi diuisionem, *Ruin. conf. 162. num. 14. vers. nec etiam dici potest, lib. 3. Malcard. de probat. conclus. 527. num. 12.* Si vero de hereditate ambo possideant, est maior dubitatio,  
 12 an præsumatur diuisio. Tiraq. negatiuam amplectitur partem *de prescript. in verbo, per decem annos gl. 4. vers. decimo quarto*, per *tex. in l. pen. C. com. diuis.* Et hanc esse regulam post alios docet *Malcard. conf. 547. nu. 1. Rot. in Avimin. legatorum Veneris 14. Ad ay 1632. coram Duran. vers. ratio dubitandi*, quod tamen non  
 13 nullus declarat modis in vers. tertio: Inter alios limitant, si per longum tempus fuerit inter fratres separata possessio: hoc est per decem annos inter præsentem, & per viginti inter absentem, *gl. in l. penult. vers. si maior*; & sequitur alij, quos citat *Tiraq. loco cit.* alios allegat *Gab. in tit. de prescript. conclus. 1. num. 28.* plures *Malcard. in d. conclus. 527.* multos *Magon. decis. 96. num. 18.* varios *Carp. super stat. Mediol. part. 2. cap. 483. num. 148.* nonnullos *Balb. de prescript. in tria parte. princip. quasi. 10. num. 39.* quem plures *Thestat. decis. 205.* infinitos *Menoch. de presumpt. lib. 3. presumpt. 60. num. 3.* & hanc sententiam probat *Vasq. contrariis. Illujsr.*

- lustr. lib. 2. cap. 61. num. 27. tamque late defendit in capitulis sequentibus, & sequitur nouissime Fontan. de pactis nupt. claus. 4. glos. 9. part. 2. num. 126. & seq.*
- 14 Quæ diuisio præsumitur etiam solemniter facta, & cum omnibus requisitis necessariis, vt docet Valq. loc. cit. ex mente Bald. in conf. 234. lib. 4. quos refert, & sequitur Mascard. loc. cit. num. 4. qui dicit, id procedere, etiam si aliunde non constet de diuisione, vt n. 5. & diuisio facta præsumitur ratificata, Ber. qnast. 4. nu. 14. Balb. loco cit. num. 40. Menoch. loco pariter citato, num. 5. qui addit, præsumi etiam inter ipsas fuisse redditas fuisse rationes.
- 15 Hæc tamen limitatio, de qua num. 11. plures recipit declarationes. Prima est, si solum aliqua bona appareant diuisa, non autem omnia, tunc enim potius præsumitur, illam fuisse quandam assignationem factam gratis commodioris vni, Socin. lun. consil. 149. num. 1. & 2. lib. 3. ad glos. in d. leg. pen. quam refert, & sequitur Carpan. loco citato, num. 150.
- 16 Secundo declaratur, vt non procedat, si ex hoc maxime sequeretur inæquitas, Tiraq. loc. cit. Gab. loco pariter citato num. 30. plures allegat Carpan. vbi supra num. 151. Alex. conf. 92. num. 4. lib. 1. & conf. 25. num. 16. lib. 5. Boer. decis. 58. num. 2. & 3. Ial. conf. 176. num. 2. lib. 2. Mascard. alios citans d. conclus. 527. num. 8. & seqq. Menoch. late loc. cit. num. 6. & 7. quod tamen reprobatur Thefaur. in dist. decis. 205. num. 3. si elaplum fuerit longum tempus, fieri namque potest, pecuniis æquatam fuisse diuisionem, vt per ipsum.
- 17 Tertio declaratur, si de maximo agatur præiudicio, ita Batt. in leg. cum de in rem verso, nu. 5. ff. de usur. & in l. 1. num. 7. ff. de acq. plu. arcend. Tiraq. loc. cit. nu. 38. Ial. conf. 177. post nu. 2. lib. 2. Mascard. loc. cit. num. 11. quod tamen late reprobatur Valq. locis supra citatis.
- 18 Quarto declaratur, non procedere in minoribus inhabilibus ad contrahendum, vt dixit Ruin. conf. 26. n. 3. lib. 4. Socin. in suis consiliis opinio in verbo, diuisio, & sequitur Carp. loc. cit. num. 152. Verum huic declarationi obstant ea, quæ dicta fiunt superius, non solum præsumi diuisionem, sed etiam factam fuisse cum omnibus requisitis, & solemnitatibus necessariis, vt per Tiraq. & Mascard. locis citatis: vnde cum minores possint diuidere cum consensu curatorum, solemniter factam fuisse diuisionem erit præsumendum: attamen id solum intelligunt, si minor maior factus per decem annos tacerit, vt dixit Balb. loco cit. num. 40. Menoch. loco pariter citato num. 4.
- S V M M A R I V M.
- 1 Frater sciens, & tacens fratrem rem vendere sibi non præiudicat.
- 2 Tacitus consensus non sufficit ad venditionem rei propria.
- 3 Iuri suo in dubio renunciari non præsumitur.
- 4 Consanguineus præsens alienationi nullo modo sibi præiudicat circa retractum.
- 5 Præsens alienationi rei propria non contradicendo an sibi præiudicet.
- 6 Præsens si possit contradicere an tacendo in præiudicialibus sibi præiudicet: & quid si de maximo eius damno agatur: & quid si contradicere non possit, num. 9.
- 7 Pretestatio non est necessaria vbi tacitus consensus non præiudicat.
- 8 Fideiussor an de euictione promittens in venditionem sibi præiudicat, & num. 55. & 66.
- 9 Aquatus præsens alienationi fundi sibi non præiudicat.
- 10 Dominus directus præsens alienationi fundi an sibi præiudicet, & quid in domino rei Emphyteuticæ, num. 13.
- 11 Præsens legato rei propria sibi non præiudicat.
- 12 Præsentia, & taciturnitas illius, qui necedit ad contractum ex debito sui officij sibi non præiudicat.
- 13 Consanguineus præsens coacti alienationi vni consanguineus, sibi non præiudicat, secus si sponte: sed an sufficiens posse cogi, vel sit necesse, quod de fratre fuerit coactus num. 17. & ponitur distinctio, num. 18.
- 14 Notarius sibi non præiudicat circa, de quibus rogatur.
- 15 Testis in instrumento venditionis adhibitus sibi non præiudicat.
- 16 Tutor, vel curator vendens rem pupilli, vel venditioni consentiens sibi non præiudicat.
- 17 Officium suum nemini debet esse damnosum.
- 18 Tutela dicitur suscepta ex necessitate.
- 19 Index interponens decretum in aliquo actu sibi non præiudicat, & idem est respectu sententia, num. 25.
- 20 Præsens inuolutura rei propria sibi non præiudicat.
- 21 Consentiens actui nullo sibi non præiudicat.
- 22 Præsentia non præiudicat etiam coniuncta cum sanguinis coniunctio.
- 23 L. 2. si feruus, ff. de donat. inter vitam, & vx. declaratur.
- 24 Præsentia non præiudicat etiam in eo, qui potest contradicere.
- 25 Præsentia, & taciturnitas non arguit consensum, quando agitur de obligatione personali.
- 26 Præsentia, & taciturnitas non inducit consensum respectu præiudicij tertia persona.
- 27 Præsentia, & taciturnitas nihil operatur in his, in quibus requiritur consensus expressus, quod nonnullis exemplis declaratur num. 34. 35. & 36.
- 28 Præsentia, & taciturnitas non operatur in his, quibus requiritur consensus pro forma.
- 29 Præsentia, & taciturnitas non operatur, quando præsens non intelligit, quod agitur.
- 30 Præsens alienationi rei in qua habet hypothecam sibi non præiudicat quantum ad ipsam hypothecam.
- 31 Præsentia, & taciturnitas nihil operatur, quando præsens non est certus de iure suo.
- 32 Frater dans potestatem alienandi, an intelligatur renunciare fideicommissis, renunciat.
- 33 Frater præsens alienationi rei subiecte fideicommissis, an possit molestare emptorem, & num. seq.
- 34 Renunciatio non est amplius audienda, & an id procedat respectu iuris de futura.
- 35 Renunciatio facta cum venditore operatur etiam respectu emptoris.
- 36 Alter per alterum stipulari non potest.
- 37 Consentiens venditioni ipsam amplius impugnare non potest: quod nonnullis exemplis demonstratur, num. 48. 49. & 50.
- 38 Consentiens venditioni rei communis adhuc partem pretij petere potest.
- 39 Frater præsens alienationi rei communis, & dolose tacens sibi præiudicat.
- 40 Frater recipiens, vel petens partem pretij, venditionem approbare dicitur, quod tamen declaratur num. 55.
- 41 Pretij partem accipiens tenetur de euictione pro eorum.
- 42 Præsens sibi præiudicat, si ultra præsentiam aliquem actum fecerit consensu denotantem, & num. seq.
- 43 Taciturnitas eum tempore diuinitate præiudicat.
- 44 Præsentia, & taciturnitas in eo, qui tenebatur consentire, præiudicat.
- 45 Præsentia, & taciturnitas in iudicialibus præiudicat.
- 46 Præsentia, & taciturnitas in eo, qui loqui debebat, præiudicat.
- 47 Præsens, & tacens dicitur consentire, si aliter expressum consensum præstitit.
- 48 Tacens cum contumacia sibi præiudicat.



- 63 Tacens cum consumacia sibi praeiudicat.
- 64 Praesens, & tacens quandoque fauore persona, vel causa dicitur consentire.
- 65 Aduocatus, vel procurator praesens alienationi, an sibi praeiudicet, & num. seq.
- 67 Fideiussor dicitur consentire.
- 68 Pater fideiussor pro filio intelligitur consentire.
- 69 Renunciatio, vel consensus praesens fauore unius persona, an praeiudicet quantum ad alios.
- 70 Consentiens alienationi perdit Hypothecam.

An frater sciens, & tacens fratrem rem vendere, sibi praeiudicet.

### CAP. XLIII.

**A**N frater sufferens rem à fratre alienari sibi praeiudicet, est admodum controuersum apud Doctores, variisque considerant casus, in quorum resolutionibus prorsus contrarij repetuntur, ita ut quid dicendum sit pro veriori sententia, non facile sit dignoscere: ac propterea Menoch. *de praesumpt. lib. 6. praesumpt. 99. in princip.* dixit hanc tractationem reputari brochardicam, hoc est; eae qua certa tradi non potest regula, & inter brochardicas disputationes eam posuit Damasius in *tract. de Brochardicis in 1. memb. nu. 48.* Sed generaliter de scientia, praesentia, & taciturnitate nostra non erit disputatio; & solum de his videbimus, quae ad propositam quaestionem magis conuenire videbuntur; circa quam ponam regulam cum suis ampliationibus, ac limitationibus, ex quibus varij Doctorum casus declarati remanebunt.

- 1 Regula igitur sit negatiua, fratrem sibi nullo modo praeiudicare, nam ut dicit Bald. *in leg. 1. C. de bon. mater.*
- 2 Tacitus consensus non sufficit ad venditionem rei propriae, *leg. C. cum glof. ff. de pign. act. & notatur in leg. qua dotis, ff. sol. matrim. ad quod confert, t. neminem in dubio praesumi iuri suo renunciare, leg. cum de indubito, ff. de probat. Tiraq. in leg. si unquam in prin. nu. 124. C. de reuoc. donat. & huc est, quod voluit Bart. in l. quidem in primo casu, ff. de iudi. per tex. in d. leg. C. cum, & in leg. sicut, § non videtur, ff. eod. quem referit, & sequitur Fab. de Monte de emp. & vend. quest. 3. princ. nu. 59. & conferunt tradita infra in secunda limitatione, & docet Boer. *decis. 23. nu. 9. Buth. cons. 32. nu. 37. & 38. lib. 1. Socin. lun. cons. 67. nu. 2. lib. 3. Ceph. consil. 33. nu. 19. lib. 1. Ludou. decis. Perus. 29. nu. 19. part. 1. & in suis coneluf. coneluf. 7. vers. fallit decimo, ac ideo Tiraq. de retr. l. lignag. §. 1. glof. 9. num. 148. dicit, t. quod consanguineus praesens alienationi nullo modo sibi praeiudicat, circa retractum, ideo enim passus est vendi, quia ius retrahendi sibi durare non ignorat, ad tex. in l. sicut, § non videtur, ff. quib. mod. pign. vel hypoib. sol.**
- 5 Huic tamen conclusioni regnare prorsus videtur ea, quae asserunt multi, quod praesens alienationi rei propriae non contradicendo, cum possit, videtur consentire, ut per Bart. & Bald. *in leg. si sine, C. ad Vell.* Verum id expressè impugnant alij scribentes in d. leg. si sine, ut ibi glof. Castrenf. & Salyc. necnon Ias. *in leg. qua dotis, num. 95. ff. sol. matrim.* Tiraq. loco citato num. 149. & alij supra citati, quibus licet videatur non assentire Menoch. *in d. praesumpt. 99. num. 20. vers. dissensiuus;* motus quia ratio supradictorum, dicit ipse, ea fuit, quia licet sim dominus, non possum tamen impedire, quin vendendo rem meam, propriam ipsius personam obliget; verum respondet ipse, possum saltem contradicere, ne videat obligationi consentire: ut sub d. num. 20. in fine. Sed certè alijs validioribus ra-

tionibus mouentur scribentes ad dicendum, praesentem alienationi rei propriae sibi non praeiudicare, quia nempè tacitus consensus non sufficit ad venditionem rei propriae, ut num. 1. quia in dubio iuri suo nemo praesumitur renunciare, ut num. 3. quia quemadmodum circa retractum praesens alienationi sibi non praeiudicat, quia scit sibi competere ius retractus, ita etiam non praeiudicat praesentia in venditione rei propriae, quia scit rem propriam à tertio in validè alienari, & sibi competere retentionem, & in omnem casum rei venditionem: praecipue cum simus in praedictis, in quibus regulariter praesentia non praeiudicat, Bart. *in leg. qua dotis, circa finem, ff. sol. matr. & maximè si adus non sit delectabilis, sed odiosus, glof. in leg. qui patitur, ff. mand. vnde praesens potius videtur contradicere. Surd. cons. 164. num. 44. & dictum fuit supra in hac tertia parte, cap. 13. num. 59.*

- 6 Ac propterea nec minus credendum sequendam esse opinionem eiusdem Menoch. *in d. praesumpt. 99. nu. 15.* quod quando agitur de incommodo tacentis praesens dicatur consentire, etiam si de eius maximo damno agatur, & possit contradicere, & non contradicere; id enim est de directo contra ea, quae magis communiter docent scribentes, in praedictis praesentiam non praeiudicare absque aliquo actu positivo, Rimin. *Iun. cons. 295. num. 73. 78. & 79. & in cons. 569. nu. 177. & seq. & ipsemet Menoch. idem tradit in cons. 237. num. 25. & seq. & in cons. 606. num. 21. Surd. decis. 100. num. 7. Rota Rom. decis. 638. num. 7. ad quorum corroborationem multa conferunt, de quibus in ampliationibus.*
- 7 Et si de magno agatur praedictio, non videtur dubitandum, ut per Ias. *in d. leg. qua dotis, num. 104. & alios per ipsum citatos; alios refert Mascard. coneluf. 1153. nu. 34. coneluf. 1209. nu. 7. & coneluf. 1218. num. 31. licet contradicatur Menoch. in d. praesumpt. 99. sub nu. 12. vers. ex hie.*
- 8 Nec obstat ratio Menoch. consensum argui ex eo, quod potuit contradicere, & non contradixit: nam si praesentia non praeiudicat, nec consensus inducit, non est necessaria protectio, seu contradictio, sufficit namque prudentia legis, Alex. *cons. 20. vers. sola patientia, lib. 3. Ias. in leg. si fundum per fideicommissum, ff. de leg. 1. Tiraq. loco cit. num. 152.*
- 9 Et regula supra posita nullam habet dubitationem, si praesens contradicere non possit, quo minus venditio sequeretur, ad communiter notata in d. leg. C. cum, ff. de pign. act. & docet Bart. *in d. leg. qua dotis, ff. sol. matrim. & fatetur ipsemet Menoch. in d. praesumpt. 99. nu. 15. & num. 56. vbi plures allegat, & docet Surd. cons. 164. num. 45. de quo dictum fuit supra in cap. 13. num. 52. & haec est prima ampliatio, ut praesens alienationi rei propriae, tacendo sibi non praeiudicet, etiam si possit contradicere.*
- 10 Secundo ampliatur secundum Decian. *cons. 105. per totum, lib. 3. etiam si praesens accesserit vti fideiussor, vel de euiditione promiserit: sed repugnant prorsus, quae dicam infra in octaua, & decima septima limitatione, vnde contrarium voluit Lud. in d. coneluf. 7. vers. ampliatur vigesimo septimo, & dicam infra num. 56. & num. 67.*
- 11 Tertio ampliatur, ut agnatus praesens alienationi fecudi, licet non contradicatur, nec protestetur, sibi non praeiudicet, ut tradit Curt. *Iun. in tract. Feud. part. 4. vers. quid autem in casibus, & vers. secundo limitatur, contra id, quod existimauit Iacob. à S. Georgio de Feud. in verbo, cum pacto de non alienando, vers. sed quid si vasallus, & supradictum ampliationem cum Curt.*

Iun. probat Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. glos. 9. nu. 150.* Mascard. *de probat. conclus. 1153. num. 51.* Menoch. *in d. præsumpt. 99. nu. 22.* nec text. in contrarium citatus *in leg. sicut. §. venditionis. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. soluat. villo modo obstat, cum loquatur in præsentem, & consentiente simul Bald. pariter in e. 1. §. donare qual. Feud. ali. pot. loquitur in præsentem, & consentiente, vt Tiraq. animaduertit loco citato, & in eisdem terminis loquuntur alij, qui in contrarium citari solent.*

- 12 Quatto ampliatur secundum aliquos, vt dominus directus præfens alienationi feudi factæ à Vassallo nõ præsumatur consentire, quia sciebat ius suum sibi integrum remanere, in hoc tamen contrarium communiter volunt scribentes; & moventur, quia Feuda alienari non possunt sine consensu Domini directi, vnde cum ipse dominus directus sit præfens; & sciat eius consentum esse necessarium, & non contradicat, videtur præstitisse consentum, vt dixit Tiraq. *loc. supra cit. num. 153.* & in his terminis potest dici, quod patientia sine contradictione habeatur pro consensu, *quidem, ff. de eiusd. l. si vero, §. inde Papinianus, ff. mand. l. si ut proponat. C. de nup. l. ad honorem, §. vlt. ff. de iur. Eisdem esset, si alienatio fieret vti de re libera, nec alienari prohibita, tunc enim dominus directus sciens emptorem decipi, & tacens, videtur in dolo, & propterea in eius præiudicium præfentia inducit consentum, vt infra dicam *nu. 51.* & tradit Menoch. *in d. præsumpt. 99. n. 19. & seq. & conferunt, que dicam in sequenti ampliatione.**
- 13 Quinto ampliatur, vt dominus rei Emphyteoticæ non intelligatur sibi præiudicare, licet faciat præfens alienationi, vt voluerunt Petr. Cyn. Alb. Aug. & lat. in *l. pen. C. de iur. Emph. Vtum contrarium alterendum est per ea, que dicta fuerunt in superiori ampliatione. præcipue si venditio fieret pleno iure, & vti de re propria, que omnia probat Tiraq. *in dist. leg. si vnuquam, in princip. num. 151.* cum enim potuerit se opponere, & patefacere, rem non esse liberam, & tacuerit, censetur consentisse in eius præiudicium, vt late probat Corbul. *de caus. ex quibus Emphyt. iure suo priuatur, in tit. de causis priuati. ob alienat. vti ap. dom. suad. innotat. 18. per totam, & consentientes alienationi, nec ad rem, nec ad pretium agere possunt, Bald. in leg. dotalem seruum, ff. solut. matrim. Afflic. decis. 112. in fin. Dec. consil. 389. alios citat Tiraq. loco citato *num. 138.***
- Sexto ampliatur, vt in casibus, in quibus tacens non dicitur consentire, nec protestatio sit necessaria, vt supra *num. 8.*
- 14 Septimo ampliatur, vt præfens legatario rei propriæ sibi non præiudicet, *glos. in l. si fideiusor, §. pater, ff. de pign. Bald. in cap. 1. de prohib. alien. feud. Alex. consil. 20. num. 19. lib. 1. lat. in d. l. si fundum, de leg. 1. Tiraq. loc. cit. sub n. 157. nisi tamen suum præster consentum, Lamb. de contract. mim. glos. 10. num. 32. Socin. consil. 43. lib. 4. Ludou. d. conclus. 7. vers. ampliatur vicesimo primo, & eo maxime, quia hoc casu consensus debet esse expressus, leg. Tertia cum testamento. §. Lucia, de leg. 2. & sequitur Menoch. *in d. præsumpt. 99. sub num. 51.**
- 15 Octauo ampliatur, vt nec patientia, nec taciturnitas, nec consensus illius, qui interuenit alienationi ex debito sui officij, possit sibi præiudicare, Menoch. *conf. 58. num. 50. lib. 1. Ludou. d. conclus. 7. vers. fallit secundo, vt si aliquis interueniret tanquam vnus de magistratu, vel tanquam propinquus à staturo necessario requisitus, l. cum quadam, C. de administr. tut. §. si tutor. Inst. de inoff. testam. Bald. consil. 102. lib. 2. Tiraq. loc. cit. n. 141.*
- 16 Est tamen differentia, an consanguineus coactè, vel spontè contractui interueniat: nam si spontè sibi præiudicare dicant, & in istis terminis intelligi debet,

Socin. *Sen. conf. 43. num. 2. lib. 4. secus si coactè, vt in supradicta ampliatione, quam distinctionem sequitur Crauet. de indenn. mulier. num. 37. & seqq. impressa post tract. de antiq. temp.*

- 17 Sed maxima est altarcatio inter scribentes, an sufficiat, consanguineum posse cogi, vel sit necesse, vt de facto, mediante Iudicij præcepto, cogatur, & sufficere posse cogi, dixit Anchar. *conf. 159. nu. 1. Lambert. de contract. mim. glos. 10. num. 45. plures citat Ludou. d. conclus. 7. vers. fallit nono; vbi versiculis sequentibus hanc communiorum appellat opinionem. Quod tamen intelligunt duobus concurrentibus. Primo, quod statuti cognitionem habuerit; Secundo, quod contra aliquid excipere non potuerit, Lambert. loco citato, Ludou. loco pariter citato, vers. declaratur secundum, & vers. seq. qui enim facit actum, ad quem cogi potest,*
- 18 coactè fecisse dicitur. † Si verò solum à Iudice cogi potuerit, necesse est, vt de facto fuerit coactus; aliter poterit spontè accessisse, vt declarat Lambert. loco citato, vers. animaduertendo, & dat exemplum in Aduocato, matito, procuratore; & hoc modo debet intelligi, Crauet. de indenn. mulier. num. 36. & seqq. e. clatus à Ludou. loc. cit. vers. fallit septimo.
- 19 Nono ampliatur in notario, qui sibi non præiudicat circa ea, de quibus rogatur, Bart. in leg. sicut. §. non videbitur, ff. quibus mod. pign. vel hypoth. soluat. & in l. que datus, in fin. ff. sol. matr. Paul. de Caste. in l. emptor, §. Lucius, ff. de pall. Corn. conf. 208. lib. 4. alios citat Tiraq. loc. cit. *num. 141. & seq.*
- 10 Decimo ampliatur in teste adhibito in instrumento venditionis, vt per supradictos Doctores, licet de hoc dubitet Tiraq. loc. cit. *num. 143.* per text. in c. ex litteris extra de transact. remittit se tamen ad solutionem glosæ, & aliorum scribentium in d. c. ex litteris, & allegat Albertic. in d. l. Caius, ff. de pign. altum. distinguentem, vt per ipsum. Et de teste Socin. *Sen. conf. 43. vers. citanimus, lib. 4. Lamb. d. glos. 10. vers. cum ipso marito, num. 33. Ludou. d. conclus. 7. vers. fallit primo.*
- 11 Vodecimo ampliatur, vt tutor, vel curator vendens rem pupilli, vel adulti, vel ipse adultus cum consensu tutoris, vel curatoris non intelligatur consentire in eius præiudicium, nec in rebus suis renunciare, id enim spontè facere non dicitur, sed ex necessitate
- 12 † officij, quod nemini damnosum esse debet, leg. cum quadam, C. de administr. tut. §. si tutor, de inoff. testam. Menoch. *d. conf. 38. num. 50. Ludou. d. conclus. 7. vers. fallit secundo.* Vnde secus esset, si officium esset voluntarium, vt in procuratore, & aduocato, † tutela enim ex necessitate dicitur suscepta, leg. necnon, ff. de tutor. & curat. datus ab his. Et ex necessitate geritur, l. c. in princ. ff. de administr. tut. & tenet plures, quos citat Tiraq. vbi supra *num. 271. Menoch. d. conf. 38. num. 50. & seqq.* qui etiam contractus responderet.
- 14 Duodecimo ampliatur, vt Iudex interponens decretum in aliquo contractu sibi non præiudicet, vt per Tiraq. loco citato *num. 162. Menoch. d. conf. 38. num. 67. Ludou. conclus. 7. vers. fallit quarto;* & idem esset in quolibet alio administratore, vel Governatore Ciuitatis, Lambert. loco citato *num. 31. Ludou. d. conclus. 7. vers. fallit vndecimo.*
- 14 Decimotercio ampliatur in sententiis lata à Iudice inter duos litigentes, que vt diximus de decreto, non præiudicat, Menoch. *d. conf. 58. num. 7. & 8. alios citat Ludou. in d. conclus. 7. vers. fallit duodecimo.*
- 16 Decimoquarto ampliatur, vt præfens inuestitura rei ad se pertinentis alteri factæ sibi non præiudicet, eisdem rationibus, de quibus supra in primis ampliationibus, *Inf. in cap. 1. §. præterea; quibus mod. stud. amitt.* vbi

- vbi alij etiam scribentes, qui vltra presentiam requirunt alium actum consentium denotantem, vt per Tiraq. *loc. cit. num. 155.*
- 27 Decimoquinto ampliatur, vt consentiens actui nullo sibi non praeiudicet, Crauet. *de in demnit. mulier. num. 3.* secundum tamen declarationem, de qua per ipsum *num. 40.* & tradit Ludou. *in d. conclus. 7. vers. falsit. sex. 10.* nempe si actus sit nullus aliunde, quam ex defectu consentus illius, qui consentium praestitit, si enim actus esset nullus solummodo respectu consentus ipsius consentientis, vtique consentiens sibi praeiudicaret, ut per Crauet. *loco citato.*
- 28 Decimosexto ampliatur, vt nec etiam sanguinis coniunctio noccat cum presentia, & taciturnitate, Nec obstat *tex. in l. si seruus ff. de don. inter vir. & vxor. & quae notant glos. & Bart. in d. l. qua dotis, n. 23. ff. sol. matr. & in l. procul. ff. de probat. † Respondetur enim primo d. l. si seruus procedere in casu, in quo donator sit consanguineus praesens, & tacens videtur consentire ob consanguinitatem ex vtraque parte, donantis nempe, & donatarij; ita respondet Fabian. de Monte *de empt. & vend. quest. 3. prin. nu. 59.* Secundo respondetur dictam legem loqui in casu, quo consanguineus non solum tacet, sed etiam rem tradat, ita declarat Bald. *in l. cum proponat circa fin. C. de pact. l. l. cons. 3. vers. & dum successine lib. 1. in dicta vero lege procula plura alia concurrerant, vt taciturnitas longi temporis, saepe reddita ratio, vna cum alijs à me alijs consideratis, & tradit opiame Tiraq. *loco cit. num. 154.* Et in istis terminis loquuntur caeteri scribentes, quos citat, & sequitur Menoch. *in d. praesumpt. 99. num. 53. & se 99.* aliter enim sanguinis coniunctio per se sola, cum ipsa scientia, & taciturnitate nec consentum induceret, nec praeiudicaret, vt per Tiraq. *loco citato.***
- 29 Decimosextimo ex supradictis ampliatur conclusio, vt presentia & taciturnitas non praeiudicet nec etiam in illis personis, quae impedire potuissent, nisi tamen dolose tacerent; iuxta ea, quae superius dicta faere in quarta, & quinta ampliatione.
- 30 Decimo octauo ampliatur, vt eo magis praesens, & tacens non dicatur consentire, quando agitur de obligatione personali; ita vt ex illa taciturnitate tacens remaneat personaliter obligatus; vt post alios, quos allegat, dixit Mascard. *conclus. 1153. num. 49. & conclus. 1218. nu. 30.* alios refert, & sequitur Menoch. *in dicta praesumpt. 99. nu. 55.* vbi in nonnullis exemplis declarat.
- 31 Decimonono ampliatur, vt tacens nunquam praesumatur consentire respectu praedicti tertij, vt dixit Ias. *in dicta leg. qua dotis, nu. 101. ff. sol. matr.* Menoch. *conf. 1218. nu. 8. lib. 2.* & idem affirmat *in dicta praesumpt. 99. num. 57.*
- 32 Vigesimo ampliatur, vt presentia, & taciturnitas nihil operetur, quando in actu requiruntur consentus expressus, ita docet Tiraq. *de legib. connub. glos. 7. nu. 7.* Mascard. *de probat. conclus. 1153. nu. 31. & conclus. 1218. nu. 33. & 34.* plures citat, & sequitur Menoch. *in d. praesumpt. 99. nu. 50.* & † dant exemplum de consensu tutoris in actibus pupilli, qui debet esse expressus, *l. 3. vbi glos. ff. de acut. tut.* ac propterea tacitus nihil operatur, Bologn. *in d. l. qua dotis, num. 133. ff. sol. matr.* Rota *decis. 225. nu. 5. select. per Farin. pars. 2.* quae vult hoc casu necessaria esse verba consentum exprimentia. Idem esset † de consensu agnatorum requisito in contractibus mulierum, vel minorum ex forma alicuius statuti. Dyn. *in c. qui tacet, in fin. de reg. iur. in 6. lal. in d. l. qua dotis, num. 105.* Tiraq. *loco proximo citato num. 5. & 16.* alios citat, & sequitur Menoch. *in dicta praesumpt. 99.*
- 36 *num. 51.* idem dicendum esset † in consensu necessario in alienatione rei Ecclesiasticae, qui pariter cum debeat esse expressus, *cap. 1. de reb. Eccles. non alien. tacitus non sufficeret, Franc. & Io. And. in d. cap. qui tacet, de reg. iur. in 6. Io. de Sela de benef. pars. 1. quest. 10. sub num. 12. vers. decimo tertio, Menoch. loco citato num. 53.* qui hanc ampliationem alijs exemplis exornat, vt per ipsum.
- 37 Vigesimo primo ampliatur, vt in illis omnibus casibus, in quibus consensus requiritur pro forma, tacitus non sufficiat, Abb. *in cap. 2. num. 5. in lit. non censet. Felyn. in cap. nonis, num. 21. de praesumpt. Paleot. in commentarijs de Sacri Consist. consultationibus, pars. 5. quest. 10. vers. quod si secundum, Menoch. plures alios citans in d. praesumpt. 99. num. 54.*
- 38 Vigesimo secundo ampliatur; presentia, & taciturnitas nihil operatur, quando praesens quod agitur non intelligit, Bart. *in d. l. qua dotis, num. 18. ff. sol. matr.* Mascard. *conclus. 1218. num. 36. Bologn. in d. l. qua dotis, num. 119. Menoch. in d. praesumpt. 99. num. 59.*
- 39 Vigesimo tertio ampliatur, vt abique dubitatione vlla praesens alienationi rei, in qua quis habet hypothecam, non intelligatur sibi praedictate quantum ad hypothecam ipsam; licet enim videat rem alienari, & de persona in aliam transire; attamen scit etiam rem ipsam transire cum opere suo; ac propterea nulla in ipso est necessitas nec contradicere, nec protestatio, ad *tex. in leg. sicut, §. non videtur, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. Ceph. conf. 389. nu. 12. lib. 4. Rom. conf. 161. nu. 38. lib. 1. Tiraq. de retract. consang. §. 1. glos. 9. nu. 155. Menoch. d. praesumpt. 99. num. 21.*
- 40 Vigesimo quarto ampliatur, vt presentia, & taciturnitas nihil operetur, quando praesens non est certus de iure suo, Ias. *in d. l. cum proponat, num. 11. Tiraq. in d. l. si vnquam in prin. sub n. 269.* vnde si ex. gr. quis testamenti dispositionem ignoraret, nullum ex actibus consentum, & renunciationem importantibus posset consequi praedictum, Menoch. *d. conf. 38. nu. 6. Rot. in d. decis. 225. num. 4. select. per Farin. pars. 2.*
- Omnia supra posita in ampliationibus adducere volui potius ad comprobationem regulae, de qua n. 1. quam quod verè sint ad regulam ampliationes.
- Venturum modo ad nonnullas limitationes, ex quibus non solum remanebit forsitan declarata regula, de qua *num. 2.* sed insuper perplexam materiam, an, & quando presentia, & taciturnitas inducat consentum.
- 41 Et primo limitatur, si frater alienet rem subiectam fideicommissio, vel rem feudalem, seu Emphyteoticam ex consensu fratris sibi in diuisione dato per verba generalia impotentia potestatem alienandi, de quo late dictum fuit *in cap. praecedenti, num. 54. & seqq.* quae hic non repetam.
- 42 Secundo limitatur, si frater vendiderit rem subiectam fideicommissio, praesente, tacente, & non contradicente fratre; licet enim hinc non intelligatur renunciatum fideicommissio; attamen volunt aliqui, non posse molestari emptorem, sed solum fratris remanere actionem ad pretium contra heredem fratris alienantis, glos. *in d. leg. cum proponat,* quam sic intelligit ibi Bald. Verum ab hac sententia est omnino recedendum; † presentia enim, & taciturnitas non potest praedictare fratri, qui ante purificationem conditionem impedire non poterat, ad plenè notata *in d. l. Caius, C. de pign. off. & in leg. Titianum testamento, §. Lucia, vbi Bal. ff. de leg. 2. & consertunt notata in l. fiducijs, §. pater, ff. de pign. & tradunt scribentes in d. l. qua dotis, ff. sol. matr.* ac propterea illam glos. esse communiter reprobata, dixit Bald. *in leg. 1. sub num. 12. C. de bon.*

- mat. vbi etiam Iaf. num. 10. Bart. in l. quidam, in primo casu, ff. de euic. Alex. cons. 128. num. 5. lib. 3. Tiraq. loco citato, num. 156. de quo pariter dictum fuit superius in cap. preced.
- 44 Tertio limitatur, si ultra presentiam etiam renunciat, tunc enim frater non esset amplius audiendus, leg. si quis in iurandum, C. de reb. cred. cum remittenti actiones suas non detur amplius regressus, l. gnaritur, §. si venditor, ff. de edil. edict. quod extendunt etiam ad renunciaciones generales, vt si dixerit, se nullam controuersiam illaturum esse super illa re, vt per Tiraq. loc. cit. num. 122. & conferunt tradita per ipsam in d. l. si vnquam, in prafat. num. 115. C. de reuoc. donat. Neo dicatur, renunciacionem nocere quantum ad iura presentia, non autem futura, ad tex. in leg. in repudianda, & in l. qui superstitio, ff. de acq. hered. facit tex. in l. si ita scriptum, §. si sub conditione, ff. de leg. 2. & in l. spem, C. qua res pign. oblig. poss. respondetur enim secundum Tiraq. loc. cit. num. 124. praedicta iura loqui in renunciacionibus generalibus, non autem in expressis, quae etiam ad futura trahuntur. Secundo dicit contraria procedere posse in renunciacionibus factis absente parte, secus si pars fuerit praesens, tunc enim habent vim pacti, gloss. & scribentes in l. 1. C. de pact. Tiraq. d. num. 124. & seqq.
- 45 Quarto limitatur, si pactam, seu renunciatio facta fuerit solum cum ipso venditore, adhuc enim operatur respectu emptoris, contra quem agi non potest, cum pactum venditori factum profit etiam emptori, leg. si sibi decem, §. pactum, leg. autem in duobus, §. personale, & leg. cuius gentium, §. pallorum, ff. de pact. Atliet. de iur. prob. vers. subsequenter quarto. Quod eo magis procedere dicit, si pactum fuerit reale, vt si suo iuri fuerit renunciatum; tunc enim videtur actum, vt ad illud ius amplius redire non possit, l. 1. §. quib. ff. de success. edict. quem refert, & sequitur Tiraq. loco citato, num. 113.
- 46 Nec obstat, quod alteri per alterum stipulari non possit, nam quemadmodum pactum factum cum venditore nocet emptori, l. venditor, ff. com. prad. sic etiam a contrario prodesse debet, Tiraq. in d. leg. si vnquam, num. 129. & seqq. Praeterquam quod regula praedicta non procedit, quotiescumque interest stipulantis, vt etiam alteri stipuleretur, leg. stipulatio, §. alter, §. si stipuler, & §. si quis in sulam, ff. de verborum oblig. Tiraq. ibidem num. 132. prout interest in casu nostro, cum venditor de euicione teneatur.
- 47 Quinto indubitanter limitatur, si venditioni expressè consenserit, tunc enim non potest amplius rem illam vendicare, aliter consensus nihil operaretur.
- 48 Est simile in donatione facta a liberto cum consensu patroni, quae ab ipso reuocari non potest, leg. non videtur, ff. si quis in fraud. patron. leg. 2. C. eod. Idem in filio consentiente donationi patris, quam postea vti officiosam impugare non potest. Et dici solet, quod qui consentit sua iura perdit, leg. cum quadam, C. de administrat. iur. quae omnia multis aliis similibus probat Tiraq. in d. leg. si vnquam, in prafat. a num. 135. vsque ad num. 141. Alia exempla, in quibus consentiens sibi praedicit, ponit Ludou. in dict. conclus. 7. per plures ampliationes.
- 51 Consentiens tamen venditioni rei communis, licet non possit venditionem impugare, benè tamen eius partem pretij petere potest, quod nullam habet dubitationem.
- 52 Sexto limitatur in fratre dolosè tacente, Fab. de Monte loco proxime citato, Bal. in d. l. Titia, §. Lucia, ff. de leg. 2. & in d. l. cum proponas, vbi etiam Iaf. n. 11. Sit exemplum, si frater vendens dixerit, rem esse sua pro-

- priam nec aliquo onere grauata, & alter frater praesens tacuerit, tunc enim dolosè tacuisse praesumitur, vt docet Saly. in d. l. cum proponas: aliud exemplum ponit Tiraq. loc. cit. num. 157. & omnia exempla hac tendunt, vt tacuerit onus, quod verè aderat, & quod alter non adesse assererat; ad quod conferunt dicta superius num. 12. & 13. Menoch. in d. praesumpti. 99. num. 39. & seqq.
- 53 Septimo limitatur, si frater receperit, vel petierit partem pretij rei venditae a fratre, tunc enim dicitur ipsam venditionem ratificasse, vt tradit Calcagn. consil. 22. quem refert, & sequitur Rimin. Jun. consil. 244.
- 54 Tiraq. loc. cit. num. 160. Idem etiam de euicione tenetur, ita expressè dixit Bart. in leg. quidam, num. 1. ff. de euic. quem refert, & sequitur Fabian. de Monte de emp. & vend. quest. 3. princip. num. 59. licet secus sit in simpliciter consentiente. Quod autem dicitur fuit de eo, qui petit partem pretij, notabiliter limitatur, si emptor pretium ipsi soluere recusaret, tunc enim agere posset ad rem ipsam, vt tradit Bald. in rubric. C. de contrah. emp. quest. 10. dicens, quod si frater vendat rem communem cum alio fratre, cum pacto, vt fratri eius partem pretij soluat, cum promissione de rato sub aliqua poena, si emptor pretium fratri non soluat, ipse agere poterit rei vendicatione, nec hinc dici potest, fratrem venditorem incidisse in poenam; nam ratificatio non fuit secuta culpa emptoris, qui pretium non soluit.
- 56 Octauo limitatur, si frater non solum fuerit praesens, sed etiam aliquo actu consensum praestiterit, saltem tacitè: nam, vt dixit Panor. in cap. non ius, de procur. vbi tractatur de praedictio alicuius, si ille ultra taciturnitatem faciat aliquem actum, ex quo assentiri videatur, illa taciturnitas pro consensu habetur, Iaf. cons. 227. num. 32. lib. 2. Exemplum potest esse, si promiserit de euicione, vt est tex. in leg. exceptio, C. de euic. Iaf. in d. l. cum proponas, sub num. 11. Si persuaserit emptori, vt exerceat, l. si quis affirmauerit, ff. de dol. mol. consilium enim hoc casu habetur pro consensu, e. arbitri, extr. de arbit. si & ipse instrumentum subscripserit, leg. fideius. §. primo, ff. de pign. & in istis terminis de feudi posset gloss. in d. l. cum proponas, ad quod confert tex. in citata l. sicut, §. non videbitur, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluat, qui loquitur de subscriptione facta absque deceptione. Et de subscribente inventarium rei ad se pertinentis, quod sibi praedictet, Bald. in cap. 1. §. praeterea, ff. quib. mod. feud. amitt. Et de scribente Chirographum, Menoch. cons. 38. num. 11. lib. 1. & de notario, qui se scriberet tutorem in testamento num. 37. & varias coniecturas arguentes consensum, Tiraq. in d. l. si vnquam, in prafat. num. 158. & seqq.
- 57 Et haec erit limitatio generalis in omnibus casibus in quibus dicunt Doctores, praesentiam, & taciturnitatem non arguere consensum; hoc enim non procedit, si cum ipsa praesentia, & taciturnitate concurrat aliquis actus positivus indicans consensum; plura autem exempla ad propositum adducit Menoch. in d. praesumpti. 99. a num. 25. vsque ad num. 28. de quibus per ipsam.
- 58 Nono limitatur, si cum ipsa scientia, & taciturnitate concurrat temporis diuturnitas, ex hoc enim eo magis arguitur tacitus consensus, Bald. in l. si filius, C. de petit. hered. scribentes in d. l. qua donis, ff. solut. marr. vt Rom. num. 42. Alex. num. 28. Iaf. num. 85. Tiraq. de leg. canub. gloss. 7. num. 20. alios plures recenset Mascard. conclus. 143. num. 1. & conclus. 218. nu. 10. & docet Menoch. in d. praesumpti. 99. num. 28.
- 59 Decimo limitatur, quando praesens, & tacens ob aliquam praecedentem obligationem tenetur consentire;



60. tice; tunc enim ex presentia, & taciturnitate arguitur consensus ob precedentem obligationem, Bart. in d. leg. qua dote, nu. 24. vbi etiam Rom. nu. 47. & Ias. nu. 8. Menoch. alios citans in d. presump. 99. sub n. 32. vers. quartus est casus.
61. Undecimo limitatur in rebus iudicialibus, in quibus tacens habetur pro consentiente; ac propterea Bart. in l. 1. nu. 4. & 6. C. de relar. d. it. cautelam, vt quando pars ponitur pro presente in aliquo actu addatur; & contradicente, R. p. in e. cum ad nu. 114. de consensu. Abb. in e. signifi. asti, nu. 18. de for. comper. Ias. in d. l. qua dote, n. 89. vers. duodecimus casus ff. sol. mar. Ceph. conf. 411. nu. 19. lib. 1. Ramin. lun. conf. 62. in fin. lib. 1. plura ad propositum adducit Menoch. in d. presump. 99. nu. 43. & seq. & passi n. admittit interpretis asserit, tacentem in iudicialibus haberi pro consentiente.
62. Duodecimo limitatur, quando presens, & tacens ex debito sui officij loqui debuisset, tunc enim si taceat, dicitur consentire, vt in consiliariis alicuius universitatis, qui cum debeant expressè quid sentiant pacificare, si taceant, dicuntur consentire, Abb. in e. 1. de his, que fiunt à maior. parti. cap. & in cap. 2. de his, que fiunt à Prel. sine consensu cap. Alex. in d. l. qua dote, n. 27. vbi etiam Ias. n. 89. vers. decimus quintus, Ceph. conf. 100. nu. 12. lib. 1. Menoch. conf. 58. n. 65. lib. 1. Mascard. de probat. conclus. 1128. num. 24. & ex pluribus probat Menoch. in d. presump. 99. num. 43. & seq.
63. Decimotercio limitatur, si alius presens, & tacens consenserit: tunc enim presumitur persistere in eodem consensu, Roman. in d. l. qua dote, num. 51. Ceph. confil. 478. nu. 4. lib. 4. Bald. in leg. si sine, num. 10. vers. item alius, C. ad Vell. Menoch. d. presump. 99. num. 48. & ad propositum conferunt, quæ ipse tradit de presump. lib. 3. presump. 85.
64. Decimoquarto limitatur in tacente cum contumacia, ob quam dicitur consentire, Ias. in d. l. qua dote, n. 69. vbi etiam Alex. n. 27. Mascard. de probat. conclus. 1153. num. 16. Menoch. in d. presump. 99. num. 57.
65. Decimoquinto limitatur, si confideretur fauor alicuius cause, vel personæ, tunc enim tacens presumitur consentire, vt fauore pupillorum, Mascard. conclus. 1153. n. 16. vel fauore Reipublicæ, l. 2. ff. ad Municip. Mascard. loco citato n. 37. vel fauore piz cause, Masc. idem num. 19. de quibus omnibus late Menoch. in d. presump. 99. num. 19. & seq.
66. Decimosexto limitatur, si venditioni, quis assisteret vti Advocatus, vel vti Consiliarius in celebratione contractus, vltra enim dicta superius in octava ampliatione, ac octava limitatione, hoc probat tex. in leg. post legatum, §. sunt, qui putant, ff. de his, quib. vt indign. verbum enim, affuerit, de quo in citato tex. declarant Doct. hoc est, A. Inocatus fuerit, Tiraq. loc. cit. n. 267. idem probat tex. in leg. vit. in princ. ff. de inoff. testam. et, quod tamen debet intelligi in his, in quibus sufficit consensus tacitus, secus si per se cõensus sufficiens non sit, vt per Tiraq. in d. l. si vnquam, in princ. nu. 168.
67. Et quod dictum fuit de Advocato, etiam in Procuratore locum habet, vt in d. leg. vit. & docet Tiraq. loco citato, num. 270. nisi tamen fuissent coacti à Iudice ad illud suscipiendum patrocinium, Menoch. in d. conf. 38. n. 61. & 63. Ludou. d. conclus. 7. vers. fallit tertio: non sufficeret tamen cogi potuisse, nisi de facto fuissent coacti, iuxta ea, quæ superius dicta fuere in octava ampliatione, num. 18.
68. Decimosextimo limitatur, si quis fuerit presens vti fideiussor, fideiussor enim consentire dicitur, l. 1. §. sed si serui, vbi glos. & alij scribentes, ff. quod ius, Fulg. conf. 67. vers. ipse autem fideiussor: † ac ideo Bald. in l. exce-

ptione, C. de emul. dicit, quod stante statuto, vt filius non possit obligari sine consensu patris, si pater fideiubeat, dicitur consensum præstare; & ex alijs probat Tiraq. loco citato num. 273.

Sed de taciturnitate tot iam dicta fuere, vt tacendi esset tempus; Verum vnum solum non taceam. Diximus sæpè superius, præsentem, & tacentem intelligi consentire: ac iuri suo renunciare. † Quid modo si iste consensus, ista renunciatio tacita, vel etiam expressa, fuerit facta favore vnus personæ, an præiudicet consentienti, vel renuncianti quantum ad alios, non habentes causam ab eo: si enim ab eodem causam haberent, nulla esset dubitatio, Negul. infra citandus nu. 16. exempli gratia, † consentiens alienationi perdit hypothecam, quam habet super re alienata, l. 2. in l. fin. C. de remiss. pign. l. si debitor, §. si venditione, leg. sciens, §. venditione, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluat. Negul. de pign. in 3. memb. 6. part. num. 12. & seqq. Nat. conf. 474. nu. 29. & conf. 530. nu. 1. Surd. conf. 513. nu. 6. Paris. de Salu. inter d. inspect. 3. e. 2. nu. 188. & inspect. 5. e. vnice, nu. 66. an id procedat generaliter quantum ad omnes, vel solum favore acquitenti, Bart. in d. l. fin. C. de remiss. pign. vers. secundo casu dicit, quod si certum sit, renunciationem fuisse factam solum favore acquitenti, quantum ad alios non præiudicat: si verò sit in dubio in masculo præiudicat quantum ad omnes, secus in muliere, per tex. in l. subreus, C. ad Vell. Verū rationalior est distinctio, quam facit Saÿc. in d. l. fin. vt nempè consentiens alienationi, quæ fiat, vel fieri debeat in personam certam, & nominatam, quantum ad alios sibi non præiudicet, illa enim specificatio personæ arguit ipsius solum favore fuisse factam renunciationem, vel præstitum consensum; & in istis terminis loquuntur Doctores, quos citat, & sequitur Surd. confil. 513. num. 23. Secus si consensus fuerit præstitus generaliter, vt quis possit alienare, absque vlla nominatione, in quem debeat fieri alienatio, tunc enim præiudicat quantum ad omnes: quam distinctionem approbat Negul. loco citato sub num. 13.

S Y M M A R I V M.

- 1 Frater tenetur reddere rationem administrationis bonorum communium, si ipse solus administraverit, declaratur, num. 11.
- 2 Frater administrans iure fraternitatis tenetur rationem reddere.
- 3 Frater tenetur edere libros rationum administrationis.
- 4 Frater contra fratrem administratorem potest iurare in litem.
- 5 Filius contra patrem administrantem non potest iurare in litem, sed bene contra matrem, num. 7.
- 6 Iuramentum in litem datur ob dolum saltem presump. tum.
- 8 Frater administrans bona communia viuente patre debet rationem reddere.
- 9 Frater non tenetur ad reddendam rationem exquisitam.
- 10 Frater administrans bona communia tenetur solum de dolo, & culpa; nisi tamen administraverit vii tutor, vel curator.
- 11 Frater solus administrans an possit aliquid petere pro salario.
- 12 Socij administrantes bona communia salarium consequi non debent, quod declaratur num. 14.
- 13 Fratres habentes tutelam, vel curam fratrum, non possunt aliquid petere pro salario.
- 14 Tutoribus, & curatoribus regulariter salarium non debetur.
- 15 Curatoribus, & tutoribus ex causa iudex potest constitutur salarium.

18 *Tutores, & curatores non possunt petere salarium pro tempore praterito, si illud à Iudice constitui non poterint.*

An frater teneatur reddere rationem administrationis, & an aliquid pro salario consequi possit.

## CAP. XLIV.

**S**I inter fratres nec simplex, nec omnium bonorum fuerit contracta societas, solet esse dubitatio, quid si vnus solummodo administraverit, an suæ administrationis rationem reddere teneatur. † Sed cum in omnibus casibus regulare esse solear, vt qui administrat, rationem reddere debeat, Rot. Gen. decis. 164. nu. 20. cum seqq. Menoch. de arbitr. casu 209. n. 1. cum seqq. & nu. 14. cum seq. Roman. conf. 414. nu. 1. Rol. consil. 49. nu. 2. & seqq. necnon nu. 20. cum pluribus seqq. idem in ipsis asserendum esse, dixit Porcel. de duob. fratribus part. 2. nu. 46. Dec. conf. 25. nu. 2. & conf. 265. Marf. sing. 491. Crauet. conf. 159. num. 6. Rol. conf. 49. num. 9. lib. 1. Ceph. conf. 678. Rom. d. conf. 414. Socin. Sen. conf. 213. lib. 2. & conf. 40. lib. 4. Ruin. conf. 54. nu. 10. lib. 1.

- 1 Et hoc ampliandum est procedere, etiam si solum vnus frater administraverit, non autem vti etiam tutor, seu curator, vt optimè probat Soc. d. conf. 213.
- 2 Secundo ampliatur, vt propterea frater teneatur edere libros rationum, vt per Socin. in d. consil. 213. & dixit Menoch. in add. ad secundum librum de arbitr. casu 499. num. 129. & omnia alia adimplere, ad quæ alij administratores teneantur. Et sic vltra exhibitionem librorum, calculare, iustificare partitas, restituere scripturas pertinentes ad ipsam administrationem, & soluere id, in quo remaneret debitor, de quibus requisitis Rot. Genuesis, Rol. & Menoch. locis supra citatis.
- 3 Tertio ampliatur, vt contra fratrem administratorem ab altero fratre in litem iurari possit, tam super quantitate, quam qualitate, pretio rerum, & fructibus, Dec. conf. 178. de quo latè per Plot. de in litem iurando, §. 13. n. 5. Nec frater potest se excusare sub prætextu, se non confecisse inventarium, nec librum rationum, Afflic. decis. 360. latè Plot. loco cit. Phanur. de in litem iurando part. 2. c. 2. n. 36. Præmissa tamen semper Iudicis taxatione. Et si concurrat personæ qualitas, vt etiam similitudo, & mens Iudicis; standum erit iuramento fratris non solum in modicis, sed etiam in magna quantitate †: iuramentum enim in litem datur etiam contra sanguine coniunctos, licet secus sit in patre, qui licet filio teneatur reddere rationem rerum ad ipsum pertinentium, Crauet. conf. 218. n. 1. lib. 2. Soc. conf. 1. & conf. 34. lib. 1. † contra ipsum tamen non potest iurari in litem, cum iuramentum detur ob dolum saltem præsumptum, de quo filius patrem arguere non potest, leg. non debes, vbi notat Bald. ff. de dol. Phan. loco citato, num. 4. † Sed contra matrem in litem iuratur, Anchar. conf. 316. Franc. Crem. conf. 62. inter consil. Alex. lib. 4. Phan. loco citato.
- 4 Et dicta superius de fratre procedunt, etiam si bona communia viuente patre administraverit, Plot. de in litem iurando, §. 11. num. 5. Iaf. in leg. illud, num. 8. C. de Collat. vbi etiam Dec.
- 5 Declaratur modo supra posita conclusio, vt non procedat respectu illius exquisitæ rationis redditio- nis, quam alij administratores reddere solent, sed sufficit, vt aliqualis ratio reddatur, & eo modo, quo me-

lius fieri potest. Soc. conf. 46. lib. 2. Plot. & Phan. locis citatis; de quo etiam Socin. in d. conf. 213. sub num. 2. Ruin. conf. 29. num. 13. lib. 5. ad quod conferre, quod dicit Bal. in l. cum oportet, §. 1. C. de bonis q. lib. † fratrem teneri solum de dolo, & culpa, sed non de leui, nec leuissima; quod tamen intelligendum est, vt ipse declarat, si frater administraverit iure fraternitatis, secus si vti tutor, vel curator; quo casu teneatur reddere rationem eo modo, & forma, qua alij tutores, & curatores tenentur.

- 6 Secundo declaranda est dicta conclusio in vera, reali, & formali administratione, vt si vnus nempe tantum administraverit, & ad ipsius manus omnes præsentis pertinerint; secus si ambo familiam, resque domesticas gubernauerint, licet enim tunc vnus magis, quam alter, vti forsitan magis aptus, curam reddendum habuerit; at tamen non posset dici verè administrator, sed potius communis voluntates executor, ac propterea ad reddendam rationem cogi non posset: & in istis terminis loquuntur Doctores supra citati.
- 7 Et in casu, quo vnus solum administraverit, an possit aliquid pro salario petere, dubitat Porcel. loco citato: & negatiuam partem sequitur, cum iste non sit con- ductus operas suas locare, argumento notatorum in l. 1. §. Iudi. ff. de vac. & extraord. cogn. & in l. 1. C. de suffr. præcipuè cum censetur rem propriam administra- re, ob partem, quam habet in qualibet re: conferunt nonnulla, quæ dicta fuerit superius de fratre inhabi- tante domum communem: & adiungitur ex eo, quod dici solet, salarium non conuentum non deberi, de quo per Grat. Theor. 12. qui loquitur † de locis ad- ministrantibus bona communia, quibus salarium non deberi asserit, & allegat Rom. conf. 168. in vlt. dub. Corn. conf. 311. lib. 3. Nat. conf. 376. num. 6. & in add. ad Alex. conf. 109. lib. 6. idem voluit Petr. de Vbal. de duob. fratr. part. 6. in vlt. quest. Nec obstant, quæ asse- rere videtur Menoch. conf. 228. num. 30. lib. 3. † fratri nempe administrant aliquid deberi: eius namque dicta procedunt, quotiescumque fratres, qui non sunt socij, in diuitis aliquid superlucrantur; tunc enim de- bet haberi ratio maioris industriæ vnus; quam alterius: ita vt ille, qui posuit in communi capitale æqua- le, & insuper operas, debeat plus de lucro participa- re, quam ille, qui posuit tantum capitale; vel si operas non æquales; & in istis terminis loquuntur Doctores, quos citat Rom. conf. 169. n. 1. Corn. conf. 233. n. 2. lib. 2. conf. 311. nu. 3. lib. 3. conf. 18. nu. 5. & conf. 116. lib. 4. Menoch. de arbitr. cent. 6. casu 512. num. 9.
- 8 Animaduertendum etiam est, circa id, quod con- suluit Menoch. in d. conf. 228. quod licet † fratres cu- ram fratrum gerentes non possint aliquid petere pro salario, vt probat tex. in l. 1. in princ. ff. de leg. tut. † tum quia id generale est in omnibus tutoribus, Bart. in l. in eos, in fin. ff. de tut. & in l. à tutoribus, §. vlt. ff. de admi- nistr. tut. & multi docent, quos citat Menoch. loco præ- ximè citato, nu. 8. tum quia dicuntur legitimi tutores, ad quos cum spectet spes successionis, etiam tutelæ onus subire tenentur; at tamen hinc non sequitur, vt † Iudex non possit salarium constituere, atenta qua- litate curæ, & negotiorum, vt per ipsum num. 48. & seqq. omnes enim admittunt, ex causa Iudices posse tutoribus, ac curatoribus salarium constituere, Corn. conf. 62. num. 9. in fin. lib. 4. & tradit Borgn. de tut. & curat. nu. 310. alios refert Menoch. loc. cit. nu. 14. & 15. causas autem ponit ipse num. 48. & de arbitr. cent. 6. casu 512. n. 11. & seqq. Sed si † salarium constitui non petierint, nihil petere possunt, cum illud remisisse vi- deantur.

deantur, Menoch. in d. consil. 128. num. 60. Fed. de Sen. conf. 218. num. 2. Alex. conf. 109. num. 1. & 2. lib. 6. Socin. Sen. conf. 196. lib. 2. & probat Menoch. in d. l. casu 512. num. 1. & seqq.

SVM MARIVM

- 1 Stipulari alteri nemo potest.
- 2 Stipulari Fisco à tertio non potest.
- 3 Consanguinem consanguineo stipulari non potest.
- 4 Amicus non potest stipulari amico.
- 5 Libertus patrono stipulari non potest.
- 6 Filius patris stipulari potest.
- 7 Servus domino potest stipulari.
- 8 Stipulari alteri potest, quotiescumque interest etiam stipulatoris: interesse tamen debet esse pecuniarium, & saltem in potentia, num. 9.
- 10 Stipulari quis sibi potest nomine tertij.
- 11 Stipulari potest alteri res propria, vel sibi debita de presententi, vel in futurum, et num. 17.
- 12 Numeratione mediante acquiritur ius tertio.
- 13 Stipulatione alterius, licet non acquiritur actio, acquiritur tamen quaedam qualitas ad ipsam actionem.
- 14 Stipulari potest tertio, si ille tertius fuerit praesens.
- 15 Stipulari potest tertio, si talis sit consuetudo.
- 16 Stipulari potest tertio favore dotis.
- 17 Stipulatio facta tertio valet respectu poena opposita ad factorem stipulatoris.
- 18 Stipulatione alteri facta oritur obligatio naturalis, quod tamen ibi declaratur.
- 19 Pater loci à tertio stipulari potest.
- 20 Stipulatio alteri facta cum iuramento valet.
- 21 Stipulatio alteri facta an valeat de iure canonico.
- 22 Tutor, vel curator pupillo stipulari potest.
- 23 Procurator, Syndicus, Iudex negotiorum gestor alteri stipulari potest.
- 24 Frater fratri in feudis an stipulari possit, & quod non, num. 28.
- 25 Feuda subiacent iuri communi in his, in quibus non reperiuntur privilegia.
- 26 Cap. primum de fratr. de nou. ben. inuest. cum concordantibus declaratur.

An frater pro fratre stipulari possit.

CAP. XLV.

1 **E**ST in iure satis vulgata regula, neminem alteri stipulari posse, per tex. in d. alteri, Inst. de iust. stipul. cui concordat tex. in l. stipulatio ista, §. alteri ff. de verb. oblig. cum pluribus aliis concordantibus ibi à gl'osa allegatis: inuentæ enim sunt stipulationes, ut vnusquisque acquirat sibi, quod sua interest, sed quod alteri detur non interest stipulatoris, ac idèd alteri stipulari non potest, ut in d. §. alteri, in Inst. & in ff. quod aded verum est, ut nec etiam fisco, vel reipublicæ à priuato, vel subdito stipulari possit, ad tex. in l. 1. in princ. ff. de iur. Fiso. vbi Bart. qui idem repetit. in leg. ar. biter intra certam diem, per suum tex. ff. de arb. imò nec mater pro filio, l. debitor in fin. ff. ad Treb. vnde multo minus consanguineus pro alio consanguineo, l. 3. §. sed & si seric, ff. iud. sol. gl'os. in leg. fideiusso, in verb. interest, ff. de pact. Nec vicinus, amicus, vel alteri honesta persona pro vicino, & amico, ut dicit Alb. in cap. pastoralis, §. i. circa finem, de off. ord. & quod plus est nec libertus pro domino, l. si in stipulatus, §. Chiro. ff. de verb. oblig.

2 Hæc tamen conclusio limitatur primo in filio, qui patri stipulari potest, d. l. stipulatio, §. alteri, ff. de ver-

bor. oblig. censetur enim vna eademque persona cum patre, vnde vnus pro altero stipulari potest.

7 Secundo limitatur in seruo, qui potest pro domino stipulari, est in d. l. §. alteri, vbi gl'os. in verb. domino.

8 Tertio limitatur, si etiam stipulatoris interfit, cessat enim tunc ratio in contrarium considerata: interesse tamen debet esse pecuniarium, ut optimè declarat Bart. in d. §. alteri, in tertia oppositione, nec interesse affectionis amicitie, vel obligationis naturalis attenditur: sufficit tamen adesse in potentia, ut per las. in d. l. stipulatio ista, §. si stipuler, nu. 3. & exempla ibi habentur, declarantque scribentes.

10 Quarto limitatur, si quis sibi dari stipuletur, nomine tamen tertij, cum enim obligatio tunc sit concepta in personam stipulatoris, non potest proprie dici, quod alteri stipulatur, & licet Bart. in d. §. alteri, in 2. oppositione, id restringere videatur ad procuratorem, seu negotiorum gestorem, attamen communis est opinio, idem in quolibet extraneo procedere, ut optimè declarat las. d. l. §. alteri, num. 9.

11 Quinto limitatur, ut non procedat, quando quis alteri stipulatur res suas, vel sibi debitas; tunc enim stipulator videtur constituere illum tertium procuratorem, vel negotiorum gestorem, ut declarat Bart. in d. §. alteri, sub num. 3. quod ex mente eiusdem Bart. ampliat ibi las. num. 13. etiam si illa res solum naturaliter stipulatori esset obligata, de quo patret las. in d. §. si stipuler, quod procedit, etiam si debeatur in futurum, ut dicam num. 17.

12 Sexto limitatur respectu numerationis, licet enim alteri non acquiritur ius mediante stipulatione tertij, secus tamen est, mediante ipsa numeratione, cum in ipsa attendatur solum ius gentium, ut pulcherrimè probat tex. in l. ea, qua ciuilitate ff. de acq. rer. dom. l. m. d. Bar. in l. certi conditi, §. si numerus ff. si seric. p. i. tenet, stipulationem alteri factam super hac numeratore, tamquam accessoriam valere; id tamen communiter reprobari dixit las. in d. §. alteri, num. 14. cum stipulatio etiam hoc casu nequè principaliter consideretur.

13 Septimo limitatur, ut licet actio mediante stipulatione non queratur, attamen qualitas ad ipsam actionem acquiritur, ad tex. in l. 3. in princ. ff. quod vi, aut clam, & in l. si quis solusoni, §. fin. ff. de iur. de quo las. in d. §. alteri num. 15.

14 Octauo limitatur, si tertius, cui stipulatur, fuerit praesens, gl'os. in l. 3. in verb. absentes, C. de iust. stipul. Rom. & Alex. in l. certi conditi §. qui ff. si cert. per.

15 Nono limitatur, stante in contrarium consuetudine, ut probat tex. in l. si quis donaturus, in fin. ff. de usu. ff. l.

16 Decimo limitatur favore dotis, est tex. in leg. Caim, ff. sol. matr. & in l. pactum, C. de pacti. conueni. Bald. Nou. de dot. pari. 6. princ. priuileg. 22. & seqq.

17 Undecimo limitatur, si in ipsa stipulatione apposta fuerit poena, in casu contrauentionis danda stipulatori, tunc enim saltem respectu poenæ interest stipulatoris, ac propterea, si stipulatio non adimpleatur, debetur ipsi poena, ut explicè habetur in d. §. alteri, in Inst. & ff. poenæ enim appositæ, licet sit piatex naturam contractus, non est tamen contra ipsius naturam, quæ propterea obseruari debet, ut per Bart. in d. §. alteri num. 4. in ff.

18 Duodecimo limitatur, non procedere respectu obligationis naturalis, quæ oritur ex stipulatione alteri facta, gl'osa in d. §. alteri, in verbo, interest; quod tamen, ut declarat Fely. in p. r. v. Decret. in verbo Gregorius, nu. 27. procedit, si dictum fuerit, tibi promitto, quod Titio dabo centum; aliter enim, si fuisse di-

Adm. promitto Titio, quod ei dabo centum, inefficax esset stipulatio, nec vlla oriretur, nec etiam naturalis obligatio.

- 19 Decimotertio declaratur in pauperibus, & piis locis, quibus stipulari potest, licet absentibus, Bal. in *lib. l. C. de Sacros. Eccles. Arct. in §. non autem, Inst. de adopt. & in d. §. alteri, Inst. de inus. stipulat. Ial. in d. §. alteri, in ff. num. 6.*
- 20 Decimoquarto limitatur, si in ipsa stipulatione appositum fuerit iuramentum, cum enim ex hac stipulatione orietur obligatio naturalis, firmatur iuramento, Ial. in d. §. alteri, num. 4. Felyn. *loc. cit.* num. 24.
- 21 Decimoquinto limitatur secundum aliquos de iure canonico, per gl. in *can. quoties cordis oculis, prima, quest. 7.* sed contrarium defendit Ial. *loc. cit.* num. 5. & Fely. *loco pariter citato* num. 23.
- 22 Decimosexto limitatur in tutore, & curatore, qui tamquam legitimi administratores, etiam si eorum non inter sit, possunt pupillo stipulari, cum eorum precipuum officium sit in quaerendo pupillo, ut per Ial. in d. l. stipulatio isto, §. si stipuler, num. 2. ff. de verb. oblig.
- 23 Decimoseptimo generaliter limitatur in quolibet procuratore, Sindico, vel negotiorum gestore, qui ratione officij, alteri stipulari possunt, scribes in d. §. si stipuler: idem in Iudice, Officiali, Notario, ac similibus personis, ut ibi per Doctores.
- 24 Decimooctavo, & magis ad propositum adducunt scribentes limitationem, in fratribus respectu feudorum, in quibus vnus alteri stipulari potest, per tex. in cap. 1. §. fin. de success. feud. in cap. 1. de frat. de nou. benef. inuest. in cap. 1. in fin. de duob. frat. in c. 1. de feud. mat. in cap. 1. §. & quia vidimus, qui feud. dare possint: plures hanc sententiam sequentes citat Ial. in d. §. alteri, num. 3. alios Franc. Curt. de feud. part. 2. nu. 56. vsque ad nu. 61. qui tamen contrarium sentit, fratrem nempe nec in allodialibus, nec in feudis fratri stipulari posse, & idem voluit Bart. in *l. si visis, & Titio, vers. & idem ff. de verb. obligat.* idem Card. Mediol. in cap. 1. de frat. de nou. benef. inuest. quos generaliter secutus fuit Ceph. consil. 617. num. 46. iam enim diximus supra, sanguinis coniunctionem in hoc nihil operari. Nec dicitur id speciale esse ratione feudi; ¶ itam etiam in materia feudali, vbi non reperitur aliquid expressè decisum, seruatur ius commune, ut probat tex. in cap. 1. de feud. cogn. ¶ Nec iura in contrarium citata vilo modo obstant; ut enim animaduertit Franc. Curt. *loc. cit.* nu. 63. & seq. non habetur, ibi fratrem fratri stipulari posse, sed solum fratrem posse sibi per pactum prouidere, ut alter frater, vel eius filij sibi succedant, quod generale est in quacumque re, ut probat tex. in cap. 1. de feud. non hab. prop. naturam feud. & ratio differentie assignari solet, quia ¶ regula supra posita non procedit, quotiescumque interponitur stipulatio super re, quae licet non sit stipulantis, est tamen futura ipsius, ut notat Bart. in *l. qui dicitur, in fin. ff. de verb. oblig.* idem docet in *l. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad Treb.* & tradunt alij, quos citat Franc. Curt. *loco citato, sub nu. 64.* sed istud feudum erit stipulatoris, ergo poterit ipsum etiam alteri stipulari, dummodo stipulatio differatur in tempus, in quo stipulator iam feudum acquisierit, ut optime declarat Curt. *loc. cit.* Generaliter igitur est concludendum, ¶ fratrem fratri stipulari non posse; & licet Curt. num. 63. & seq. quatuor afferat limitationes, primo, si recipiatur feudum a supremo Principe, ad tex. cum ibi notatis in *l. pen. C. de donat. inter vir. & vxor.* contractus enim à similibus Principibus celebratis vim legis habere dicuntur:

Secundo, quando recipiens recipit proprio nomine, & nomine extranei absentis, per verba tamen obliqua, Bal. in cap. 1. §. si vas feud. prin. cni. def. Tertio interueniente iuramento: Quarto, si ille tertius fuerit praesens; attamen haec non sunt limitationes spectantes magis ad fratres, quam ad alios, nec magis ad natura feudorum, quam aliarum rerum, sed generales ad regulam supra positam, neminem alteri stipulari posse, vna cum alijs supra adnotatis, quae omnes etiam fratribus applicari possunt, ut dixit etiam Curt. *loc. cit.* nu. 68. cuius dicta approbat Peregr. de fideicom. art. 51. nu. 10. Et haec breuiter, & remissiuè potius dicta sint de hac materia.

### SUMMARIUM.

- 1 Frater potest per pactum prouidere, ut frater sibi succedat in feudo, & num. 6.
- 2 Fratres inuestiti, quamdiu vixerint, succedunt ad inuicem, & num. 7.
- 3 Fratres si in feudo simpliciter fuerint inuestiti, vnus alteri non succedit, etiam si ambo in eadem inuestitura fuerint comprehensi, & num. 4.
- 5 Cap. si quis miles in tir. Imper. Loth. Eug. Pap. in vltibus feud. quomodo procedat.
- 8 Fratres ad inuicem succedunt in feudo communibus pecunijs empto, si tamen id Dominus sciuerit, num. 9. & emptio fuerit facta communis nomine, num. 11.
- 10 Dominus directus non cogitur inuitus alium vasallum acceptare.
- 12 Emptio facta de communi pecunia, communes redditus fructus, etiam si facta fuerit proprio nomine.
- 13 Fratres ad inuicem succedunt in feudo communi nomine empto.
- 14 Fratres ad inuicem succedunt in feudo, in bello communibus expensis, & armis acquisitis.
- 15 Fratres an ad inuicem succedant in bonis Emphyteoticis, & num. 22.
- 16 Fratres ad inuicem succedunt in feudo indivisibili, quod tamen declaratur, num. 17. & 18.
- 19 Maior pars trahit ad se minorem.
- 20 Frater succedit fratri in feudo, si saltem tacitè fuerit in inuestitura comprehensus.
- 21 Frater fratri in feudo antiquo, & paterno succedit, quod numerus seqq. declaratur; requiritur tamen, ut omnes ex eodem acquirente pronenerint, ut nu. 23. quod ampliat, num. 24. & 25.
- 26 Cognati à feudorum successione repelluntur.
- 27 Consanguinei succedunt in feudis, nulla considerata vinculo duplicitate.

### An frater succedat fratri in feudo.

#### CAP. XLVI.

AN frater fratri in feudo succedat, nunc in dubium reuocare contingit: quæstio à doctores facta ventilata, & in qua consultantes secundum facti diuersitatem diuersimodè responderunt: vnde amplius daretur disputandi campus: Verum quia veritas istius quæstionis maximè pendet ex diuersitate factotum: ommissa disputatione, & antiquorum traditionibus potius inherendo, quam modernorum disputationibus, ut plurimum soleo, plures conflictus casus:

- 1 Primus est de quo in cap. precedenti, ¶ si frater per pactum prouiderit, ut ipsi frater succedat: & hoc probant iura ibidem citata tex. in cap. 1. §. fin. de success. feud. in cap. 1. de frat. de nou. benef. inuest. in cap. 2. de feud. mat. & in cap. 1. §. & quia vidimus, qui feud. dare poss. ut declarat



declarat Franc. Curt. *de feud. part. 2. sub num. 63. & seq.* Si tamen solum pro se, & fratre feudum acquisiuerit, filij fratris non succederent, Thom. de Marin. *de feud. in. 2. num. 11.*

Secundus casus est, si duo fratres, vna cum ipsorum descendens quamdiu vixerint, fuerint inuestiti, tunc enim vno decedente absque descendensibus, alter frater succederet, vt est tex. expressus in *cap. 1. de duob. fratr. de quo infra in limitatione tertij casus.*

Tertius est casus, si duo fratres simpliciter fuerint de aliquo feudo inuestiti, vno enim ipsorum absque filijs decedente, ipsius portio ad dominum reuertitur ita probat tex. in *cap. 1. de fratr. de nou. benef. inuest. & in cap. 1. §. 1. vers. fin. autem, qui feud. dar. poss. quod procedit & etiam si ambo eadem inuestitura fuerint comprehensi, cap. 1. §. filia, de success. Feud. Franc. Soubes ad vsus feud. part. 9. num. 8. & qui respondet, ad tex. in cap. si quis, in tit. de imper. Lotb. Eug. Pap. ipsum nempe procedere in feudo antiquo, quod in diuisione ad vnum ex fratribus peruenit, Mart. de Silim. *de Feud. sub rubrica, qui succedant in feudo, num. 192.* Io. Thom. de Marin. *de feud. in. 12. in princ.* Io. Blanc. in *Epitom. feud. lib. 3. cap. 1. num. 22.* Zalius *de feud. part. 8. num. 34.* Ruin. *conf. 13. num. 7. lib. 1. & alij passim.**

Que conclusio nonnullas recipit limitationes: prima est, de qua supra in primo casu, si nempe sic per fratrem fuerit prouisum, vt per Franc. Soubes. *loc. citato num. 8.* Io. Blanc. *loc. cit. num. 22.* Zalius *loc. cit. num. 3.* Io. Thom. de Marin. *de feud. in. 12. num. 11.*

Secundo limitatur, vt supra in secundo casu, si nempe ab ipsis fratribus fuerit simul recepta inuestitura, ad *ex. in cap. 1. de duob. fratr. & tradit Mart. Silim. loc. supra citato nu. 196.* tunc enim per vnum non decedendi vna pars alteri accrescit, vt dixit Bal. in *cap. 1. de feud. success. & docet Zalius de feud. part. 8. nu. 38.* Io. Thom. de Marin. *in d. tit. 22. num. 16.*

Tertio notabiliter limitatur, si frater simpliciter de bonis communibus emerit feudum, tunc enim vnus alteri succedit, *cap. 1. de benef. fratr. & qual. frat. frat. laf. loc. cit. num. 36.* Io. Thom. de Marin. *loc. cit. num. 12.* optimè Franc. Soubes. *loc. pariter citato nu. 81.* que tamen tertia limitatio duobus declaratur modis: primo, vt non procedat, si facta fuerit ignorante domi-

no feudi, cum & Dominus non cogatur inultus alium vasallum acceptare, *cap. 1. in fin. de fratr. de nou. benef. inuest. glof. in d. c. 1. de benef. fratr. & tradant inter alios Zalius, Io. Thomas de Martinis, & Franc. Soubes. locis supra citatis, sunt tamen cum Zilio, non requiri, vt fratres simul habitent, sed sufficere, emptionem fuisse factam de communi, & hoc Dominum sciuisse, licet nonnulli, & cohabitationem necessariam esse existiment, quos contra Zilium defendere conatur Franc. Soubes. *loc. cit. num. 83.* & secundo declaratur, vt non procedat, si emptio fuerit facta ab vno tantum fratre proprio nomine emente, licet de bonis communibus, tunc enim proprium ementis esset feudum, licet Dominus sciisset, emptionem de bonis communibus esse factam: & fructus tamen, durante communi-  
one, communes esse deberent, vt pulcherrimè probat tex. in *cap. 1. de fratr. de nou. benef. inuest. & docet Franc. Soubes. loc. cit. nu. 82.* & Zalius, ad Io. Thom. de Martinis *locis pariter citatis, ad quod conferunt, que dixi supra in secunda parte, cap. 8.**

Quarto limitatur, vt non procedat in fratribus ementibus feudum non solum communibus pecuniis, sed etiam communi nomine, vt probat tex. in *d. cap. 1. de benef. fratr. & qualiter frat. fratr.* Franc. Soubes. *loc. cit. num. 83.* Ruin. *conf. 12. num. 8. lib. 1.* Imò licet pecu-

nie non essent communes, attamen si emptio fuisse facta communi nomine, commune esset feudum, vt probat Thom. de Marin. *in d. tit. 12. n. 14.* & ementi solum remaneret actio ad partem pretij contra alium fratrem, iuxta ea, que dicta fuerunt superius in *d. c. 8.*

Quinto limitatur, si fratres simul in bello communibus bonis, equis, & armis feudum acquisierint, per tex. in *d. cap. 1. de benef. fratr. & tradit Franc. Soubes. ubi supra num. 83.* Zalius *de feud. part. 8. num. 37.* Io. Thom. de Marin. *loc. cit. num. 11.* Socin. *conf. 73. num. 2. lib. 1.*

Sexto limitant in Emphyteuta; pars enim fratris decedentis ad superstites deuoluitur, vt per Z. sium *loc. cit. num. 42.* in quo tamen non infuso, cum non sit limitatio de regula, & nonnulla infra attingam.

Septimo limitatur, si duobus fratribus fuerit concessum feudum indiuisibile, vt per scribentes in *cap. 1. de fratr. de nou. benef. inuest.* Franc. Soubes. *loc. cit. n. 83.* Zalius *loc. cit. nu. 39.* Io. Thom. de Marin. *loc. pariter citato n. 15.* Volunt tamen omnes hoc casu & fratrem superstitem teneri Domino solvere partem pretij.

Hæc tamen septima limitatio in duobus casibus locum non haberet: primo, si feudum à Domino fuisse concessum contemplatione vnus tantum, & ille obijisset; tunc enim Dominus posset feudum vendicare, restituendo alteri fratri æstimationem medietatis, ex regula, que habet, maius ad se minus trahere, vt voluit Francisc. Soubes. *loc. cit. nu. 83.* Io. Thom. de Marin. *loc. cit. nu. 15.* Zalius *loc. cit. nu. 41.* Secundo, si pars vacans fratris mortui fuerit pinguior; tunc enim Dominus, si vult, potest fratri æstimationem offerre, ex regula, quod & pars maior trahat ad se minorem, *l. sanctius, §. ne autem, C. de donat. latè Zalius loco proxime citato.*

Octauo limitatur, si frater tacite, vel ex verbis generalibus, & ipse esset comprehensus in inuestitura, vt consuluit Curt. Sen. *confil. 49. & conf. seq.* quem refert Decian. *conf. 124. nu. 36. lib. 3.* de quo pariter Paris. *conf. 19. num. 4. lib. 4.*

Omnia tamen dicta superius procedant in feudo nouo; in antiquo verò an frater fratri succedat, si queratur, & erit quartus casus: generalis constituta est regula, & si atrem fratri in feudo antiquo, seu paterno succedere, que tamen intelligenda est, deficientibus descendensibus fratris mortui; aliter enim frater succedere non posset, nam quando feudum paternum, seu antiquum, vel ex diuisione, vel ob maiorem ætatem ad vnum ex pluribus fratribus peruenit, donec superest aliquis de illius linea, illi solum admittuntur, exclusis omnibus alijs de alia linea, nulla habita consideratione, an illi sint proximiores primi inuestiti, ita probat tex. in *cap. 1. de natur. succ. feud. & docet Ruin. conf. 167. nu. 2. lib. 2.* Paul. de Cull. *conf. 300. lib. 2.* Hond. post alios *confil. 36. n. 15. lib. 1.* dum modo tamen illi descendentes sint feudi capaces. Et idem asserunt

in bonis Emphyteoticis, que si fuerint inter fratres diuisa, donec adfuerit aliquis ex vna linea, ille debet preferri, exclusis alijs alterius lineæ; & si finita sit inuestitura, debent renouari proximiores ultimi decedentis, dummodo non viuant de comprehensis in prima inuestitura, licet alterius lineæ, qui preferri deberent, vt post alios docet Martic. *variarum resolut. lib. 1. cap. 26.* vbi allegat Dec. in *conf. 17. nu. 16.* & Soc. *lun. in conf. 100. num. 15. lib. 1.* nonnulla alia ad propositum dicantur in *cap. sequenti.*

Secundo regula declaratur, dummodo fratres, & alij collaterales promanauerint à primo acquirente, non omnes enim agnati succedunt in feudis, sed illi solum, qui à primo receptore descendunt, *cap. primo,*

*vers. quod ita intelligendum, & vers. si enim Titij aues, de success. frat. & grad. success. in feudis, Franc. Soubes. ad vsus feud. part. 9. nu. 88. & secundum ordinem iuris communis cap. 1. 5. strenuus, de feud. cogn. vnde si vasallus moriatur relicto fratre, & filiis alterius fratris, nepotes succedant in stirpes vna cum patruo: licet hinc controuersia inter scribentes, an filij duorum fratrum in stirpes, vel in capita succedant; & in hoc pariter attendendum esse ius commune, dixit Zasius de feud. part. 8. num. 28. sed de iure etiam commune id est admodum controuersum, de quo supra in hac tertia parte, cap. 15.*

- 24 Conclusio modo, de qua num. 21. vt supra declarata; ampliatur primo, procedere etiam si fratres diuiserint hereditatem, cum quietationibus hinc inde: adhuc enim, si vna decedat sine filiis, feodi portio in partem ipsi obuenta redit ad fratrem superstitem, gl. & Bal. in cap. si quis miles, in tit. Imper. Lot. Eng. Pap. in vsibus feud. Socin. Iun. consil. 126. num. 39. lib. 1.
- 25 Secundo ampliatur, etiam si frater renunciauerit feudum fratri, suisque haeredibus; adhuc enim decedente fratre sine filiis, alter frater succederet; in feudis enim appellatione haeredum veniunt solum descendentes, cap. 1. de alien. feud. cap. 1. vbi scribentes de eo, qui sin. fecit fratri suo: Secus tamen si omnino iuri suo renunciauerit, vt per Franc. Soubes. loc. cit. num. 91. & seq.

Sed de quibus fratribus supradicta intelligenda sint, si quaeratur, omilla disputatione de naturalibus tantum, de legitimis tantum, & de legitimis, de quibus supra suo loco, respondendum est, vt veterinos non succedere, cum cognatorum linea à feudorum successione repellatur, vt per Io. Thom. de Marin. in tit. de feud. fact. & in tit. 12. nu. 26. nisi tamen feudum sit femininum, in quo veterini quandoque succedant, exclusis etiam consanguineis, vt optime declarat Franc. Soubes. de vsibus feud. part. 9. num. 95. & seq.

- 27 Consanguinei verò succedant, nulla considerata vinculorum duplicitate, licet enim in aliis bonis vtrinque coniunctus soleat praeferi consanguineo tantum, vt dictum fuit supra in hac eadem parte, cap. 14. at tamen secus est in feudis, vt ibi in secunda limitatione, num. 19.

Cætera circa successionem feudorum, vti extra nostram materiam praetermitto.

#### SYMMARIVM.

- 1 Inuestitura tenor semper est attendenda.
- 2 Inuestitura noua comprehensio in prima nullum fieri potest prauidicium; & num. 3.
- 4 Ecclesia, donec adsunt de comprehensio, non potest aliquid disponere circa bona Emphyteotica, in prauidicium vtilis domini, & finita linea teneatur reuocare descendentes ab ea.
- 5 Emphyteusis peruenta ad aliquam lineam ab ipsa non remouetur, donec adsint de illa linea.
- 6 Fideicommissum semel peruentum ad aliquam personam, semper remanet apud eius descendentes.
- 7 Proximitas ultimi decedentis attenditur, non receptoris, idem in fideicommissis, & maxime si ultimus decedens reliquerit successores, nu. 8. de quo non videtur dubitandum, si semel iam ad illam lineam bona peruenerint, nu. 9. si tamen agatur de renouatione, non de comprehensione, num. 10.
- 11 Proximitas ultimi decedentis attenditur, etiam si quarta generatio ex pacto debeat renouari, quod exemplo demonstratur.
- 12 Ecclesiam, & receptorem, censendum est, se voluisse confirmare cum dispositione iuris communis.

- 13 Proximitas receptoris attenditur, quando agitur de comprehensione, non autem de renouatione.
  - 14 Proximitas primi receptoris attenditur in Emphyteusis concessa ex prouidentia, & nu. 15. & reprobat. Gab. contrarium sentiens, nu. 17. & idem est in Emphyteusis mixta, num. 16.
  - 18 Femina semel exclusa, per existentiam masculorum, an semper remaneat exclusa, & ponitur distinctio, an fuerit exclusa suspensiuè vel absolutè, num. 19. 20. & 21. quibus in loco declaratur, quando intelligatur exclusa absolutè, vel suspensiuè.
- Et ad regulam, quod femina semel exclusa per existentiam masculorum semper remaneat exclusa, tres afferuntur limitationes, num. 22. 23. & 24.
- 15 Femina, si debeat inuestiri, & plures adsint in eodem gradu, nata maiorem esse praefendam multi dicunt: quod tamen intelligunt ceteris paribus, num. 26. & sic existente consuetudine, nu. 26. aliter volunt esse locum gratificationi, vt ibi, & Domino non elegente annos praetendere possunt, num. 37.
  - 27 Emphyteusis mixta natura qui praetendit, debet probare, se esse haeredem, qua qualitas debet adesse tempore vocacionis, num. 28. & seq.
  - 29 Qualitas adiecta verbo, debet verificari secundum tempus verbi.
  - 30 Qualitas, qua facit vocatum successibilem, debet interuenire tempore, quo defertur successio.
  - 31 Haeres, qui esse debet ad obtinendam Emphyteusis, non sufficit: quod fuerit inuestitus in re certa; & reprobat. Surd. & Tur. qui contrarium consulerunt.
  - 32 Institutus in re certa non habetur pro haerede.
  - 33 Institutus in quota dicitur proprie haeres.
  - 34 Emphyteusis simpliciter haereditaria transit ad quoscunque haeredes etiam extraneos.
  - 35 Haeres haereditatis dicitur defuncti haeres, etiam ad obtinendam Emphyteusis requirentem qualitatem haereditariam.
  - 38 Fratres duo si recipiant Emphyteusis pro se, & cuiuslibet ipsorum filius, & nepotibus, intelliguntur facti duo colonelli.
  - 9 Masculi vniui linea non occludunt feminas alterius lineae: & quid existente clausula iuris accrescendi, numer. 40.

De successione fratrum, sororum, eorumque descendentium in bonis Emphyteoticis.

#### CAP. XLVII.

- 1 Licet etiam, circa bona Emphyteotica attendendum esse tenorem inuestiturarum, cap. 1. vbi scribentes de duob. frat. à cap. inuest. Ber. consil. 65. num. 1. conf. 95. num. 14. & conf. 71. lib. 1. Ceph. consil. 251. num. 21. conf. 657. num. 23. Natt. conf. 49. num. 19. lib. 1. Rol. consil. 55. num. 32. lib. 3. Bertaz. conf. civil. 90. num. 1. Corb. de caus. priuat. ob non solut. can. a. col. 12. num. 11. Nicol. Intigl. de feud. cent. 1. quæst. 10. à num. 47. vsque ad num. 71. Marz. conf. 69. nu. 6. Menoch. consil. 103. nu. 16. Surd. conf. 384. num. 1. conf. 403. num. 1. & consil. 440. num. 38.
- 2 Hond. consil. 58. num. 37. lib. 1. Ita vt si nouis inuestituris comprehensio in primis nullum possit fieri prauidicium, nisi bona reueria fuerint ad dominum, l. 1. C. de iur. Emph. Et docet post alios Corb. de caus. ob non solut. can. ampliat. 45. m. 4. quæ propterea, etiam si facta fuerint, non prauidicant, Rom. consil. 315. Decian. conf. 78.

conf. 78. sub num. 6. vers. & licet vassallus, & conf. 263. nu. 3. Patil. consil. 17. num. 16. lib. 1. Gozad. conf. 10. num. 10. Rol. conf. 50. num. 60. lib. 3. Aldob. conf. 15. nu. 14. Ceph. conf. 23. num. 47. & conf. 369. Decian. conf. 90. & 91. lib. 3. ¶ cum Ecclesia, donec adest aliquis ex comprehensis, non possit de re Emphyteotica circa vile dominium aliquid disponere, Gab. conf. 66. nu. 16. lib. 2. Ber. conf. 97. num. 4. lib. 1. Gozad. conf. 29. nu. 10. puta aliam personam inuestiendo, Gab. conf. 88. num. 3. lib. 1. Gratian. conf. 79. num. 1. lib. 1. Gozad. consil. 53. num. 18. Ber. conf. 97. num. 4. lib. 1. Suid. decis. 130. nu. 11. Cagn. in l. 1. nu. 64. C. de pact. Redoan. de reb. eccl. non alien. quest. 17. nu. 71. & si locus factum fuerit, adhuc prima inuestitura attenditur, Maiz. conf. 14. nu. 11. Ceph. consil. 155. num. 9. & seq. conf. 301. num. 93. & conf. 169. num. 103. Socin. lun. conf. 110. nu. 25. & seq. lib. 2. Hond. conf. 36. num. 31. lib. 1. & finita generatione comprehensa in prima inuestitura, Ecclesia tenetur renouate descendentes ab ea, nec potest pro se bona retinere ex immemorabili consuetudine, quam late probat Rot. decis. 11. select. per Farin. part. 2. quæ tamen consuetudo deberet probari ab allegante, Rot. coram Adant. decis. 10. nu. 10. & casu quo Ecclesia vellet alium inuestire, certum est proximiores prætere debere, Rot. in d. decis. 10. sub num. 6. vers. neque hylar. at tamen plures solent euenire casus, in quibus dubitant scribentes, an magis vnus, quam aliter sit præferendus: quos omnes si attingere velleim, tractatum de iure Emphyteotico cogeret scribere coactus. Verum his omnibus omis- sis, dicam solam principales questiones circa successione bonorum Emphyteoticorum respectu fratrum, eorumque descendens infra scriptis conclusionibus, ipsique non vulgaribus, definiri posse.

Et primo animaduertendam est, quod si Emphyteusis peruenerit ad aliquam lineam, donec, & quouique adsunt filij, & descendentes ipsius, non possunt illa bona ab illa linea amoueri, omnibus alijs exclusis etiam proximioribus primi receptoris, cap. 1. de natur. success. feud. Nat. conf. 22. lib. 1. Suid. de aliment. tit. 1. quest. 103. num. 6. Castren. conf. 22. num. 17. & seq. lib. 2. Ber. conf. 157. lib. 2. Decian. conf. 3. num. 172. lib. 4. Hond. conf. 36. num. 15. lib. 1. Ruin. conf. 167. nu. 7. lib. 2. & arguitur à simili ¶ de fideicommissis, quod si semel peruenerit ad personam vnus, semper ad ipsum eius descendentes admittuntur, exclusis omnibus alijs ex eodemmet, qui fideicommissum induxit, descendens, Peregr. decis. 132. num. 1. & de fideicommissis ad Emphyteum arguit Peregr. de fideicom. art. 20. sub nu. 2. vers. contrarium, & de Emphyteusi ad fideicommissum Decian. conf. 25. num. 22. lib. 3. Peregr. in d. tract. art. 27. nu. 14. Fulst. de fideicom. quest. 484. nu. 34.

Acidè dici solet, quod semper attenditur proximitas vltimæ decedentis, non autem receptoris, prout pariter asserunt in fideicommissis, Peregr. d. art. 20. sub nu. 2. & de Emphyt. Corn. conf. 190. lib. 1. latissime Socin. lun. loquens de feudis, bonis Emphyteoticis, ac alijs conventionibus conf. 12. lib. 1. & conf. 34. num. 16. lib. 3. Gab. conf. 86. num. 12. & 25. lib. 1. Mant. de tacit. & amb. conuent. lib. 22. tit. 17. num. 38. & lib. 23. tit. 29. num. 6. & seq. Barr. in l. iura andi. §. liberi de oper. lib. Dec. conf. 25. num. 12. lib. 3. Pro qua opinione Thesaur. decis. 64. num. 3. adducit triginta, & duas Doctores, quibus potest addi etiam Ciof. conf. 7. num. 27. Beret. consil. 37. num. 7. lib. 1. Rot. decis. 72. num. 1. part. 1. diuers. Sim. de Pret. de interpret. vltim. volunt. lib. 3. interpret. 3. dub. 4. fol. 3. num. 31. Decian. conf. 546. sub num. 5. Patil. consil. 3. num. 38. lib. 1. consil. 36. num. 2. & consil. 42. nu. 24. lib. 3. Non. conf. 26. num. 3. Torniel. in l. heredes mei, §. cum ita,

num. 83. ad Treb. Crou. conf. 984. num. 195. lib. 6. Petrus Peralta in l. cum ita, §. in fideicommissis, nu. 24. ff. de leg. 2. Panc. conf. 170. num. 8. Mant. de consell. vlt. vol. lib. 8. cap. 12. num. 31. Coll. Pap. inter consilia Picor. conf. 96. nu. 120. Menoch. conf. 359. num. 9. lib. 4. & conf. 830. sub nu. 1. lib. 9. 10. Bott. conf. 7. num. 1. Suid. conf. 51. num. 29. consil. 120. num. 8. lib. 1. & conf. 241. num. 47. lib. 2. alios allegari superius in cap. 12. num. 17. & nouissime vidi Fulst. de substitut. quest. 484. nu. 10. cumulantem Sexaginta Doctores, sed vna cum allegatis à Thesaur. in d. decis. 64. nu. 3. & alijs à me superius relatis sunt longè plures, qui Enlar. etiam contrarium septenties citat nu. 1. sed tandem sub nu. 10. vers. ex iam allegatis concludit, hanc sententiam verè in iudicijs esse frequentius receptam, & in eam ipsam iudicij procliuorior: & esse magis communem opinionem fatetur Rot. in decis. 510. nu. 2. select. per Farinac. part. 1. & late docet in decis. 681. nu. 2. inter easdem decisiones part. 2. vbi alios allegat, & testatur Rotam hanc passim sequi opinionem, vti veriorè, & magis communem, & plures alie allegantur decisiones. Nisi tamen in contrarium adint coniecturæ, cum in hac materia maximè attendantur coniecturæ, quæ ex verbis testantium desumi possint, vt per Gab. in conf. 107. num. 8. lib. 1. Rot. in d. decis. 510. num. 2. vbi numeris seqq. nonnullæ reculantur, ex quibus existimauit recedendum esse à regula supra firmata, alie perpendantur in decis. 603. num. 4. & seqq. sed ipsis circumscriptis verè reputatur conclusio, quod attendatur proximitas vltimæ decedentis, quæ etiam coniecturis quandoque adiuncta solet, Couar. pract. quest. c. 38. sub nu. 3. Gab. in d. conf. 107. nu. 8. lib. 1. vt si testator mandasset bona perpetuo conferri in agnatione, vel si vocati etiam essent aondum nati, vel si respectum habuissent testator ad ipsam sanguinis successione, non autem ad personas, vt per Rot. in d. decis. 681. nu. 4. & nouissime vidi Giobam de success. Feud. §. 2. gl. 13. num. 57. qui infinitos serè allegat, Gratian tamen in c. 493. num. 11. & seq. dicit: hodie communem opinionem esse in contrarium ex modernioribus.

Quæ conclusio in tribus præcipue casibus parum difficultatis habet: primus est, si vltimus decedens reliquerit filios, & successores, Laderch. conf. 45. num. 12. Mant. de consell. vltim. vol. in 12. num. 30. in fin. vers. sic. sed hac sententia, Ceph. consil. 457. nu. 5. & 19. lib. 4. nec dissentit Thesaur. in d. decis. 64. nu. 4. Rot. in d. decis. 681. num. 3. difficultas enim est solum, quando fit transitus inter transversales de vna linea vocatorum ad aliam lineam post mortem grauati; tunc enim multi volunt non considerari personas grauato attinentes propter nouum statum personarum, sed solum personam testatoris grauantis, Petr. de fideicommiss. quest. 11. num. 5. Peregr. de fideicommiss. art. 20. nu. 9. Mant. de consell. vltim. volunt. lib. 8. tit. 11. num. 31. Rota in d. decis. 693. num. 3. inter select. per Farin. part. 2.

Secundus est casus, quando iam bona peruenerunt ad vnâ lineam, alia exclusâ, tunc enim semper attenditur proximitas vltimæ decedentis, Menoch. conf. 815. num. 64. cum duob. seqq. donec enim, & quouique adsunt capaces de illa linea semel admilla, ceteri illi excluduntur, Couar. in d. cap. 38. num. 6. Decian. consil. 127. num. 14. lib. 3. Suid. conf. 403. num. 10. & 11. Peregr. de fideicommiss. art. 20. sub nu. 2. vers. quintus videtur casus, & art. 27. num. 14. Rot. in d. decis. 681. num. 3.

Tertius est casus, si prima inuestitura expirauerit, ita vt solum de renouatione agatur; tunc enim verè dicunt Doctores attendendam esse proximitatem vltimæ decedentis, Rom. in consil. 22. in fin. vers. secundo,

- Ruin. *conf. 156. num. 5. lib. 2. & conf. 47. num. 6. lib. 3.* Ber. *conf. 93. num. 17. & conf. 100. num. 4. lib. 1.* vbi de magis communi Rol. *conf. 100. num. 7. lib. 1.* Sim. de Pret. *conf. 163. num. 34. lib. 1.* Malust. *conf. 31. num. 11.* Socin. Iun. *conf. 126. num. 39. lib. 1. 10.* Ferrar. Mont. in enarrat. super tit. de iur. Emphyt. in vers. huc addo. fol. mibi 372. Ant. de Camb. *decis. 7. num. 2. & decis. 326. nu. 5.* Gab. *conf. 85. num. 16. lib. 1.* Cotn. *conf. 12. nu. 18. lib. 1.* Socin. Sen. *conf. 195. sub num. 11. lib. 1.* Rimin. Iun. *conf. 108. nu. 52. in fin. lib. 1.* Bald. *conf. 200. ante fin. lib. 5.* Non. *conf. 1. num. 47. Paris. conf. 23. num. 126. & seq. lib. 1.* Ceph. *conf. 313. num. 27. lib. 1.* Gozad. *conf. 4. nu. 17.* Curt. Iun. *conf. 138. sub num. 14.* Natt. *conf. 679. num. 11. & 12. lib. 4.* Rub. Alex. *conf. 38. sub num. 4.* Alciat. *conf. 184. nu. 3.* in antiquis Franc. Cald. de renouat. Emphyt. lib. 1. *quasi. 9. num. 31. 35. 36. & quasi. 19. num. 10. in fin.* Valasc. de iur. Emphyt. *quasi. 50. sub num. 34.*
- 11 Supradictas autem duas conclusiones, quod bona Emphyteutica, semel peruenta ad aliquam lineam, non amoveantur amplius ab illa, donec ad fuerint descendentes ex ipsa, & quod in concedenda noua inuestitura attendatur proximitas vltimi decedentis, amplio etiam si ex pacto finita prima inuestitura, debeat quarta generatio renouari; non omnes enim existentes in quarta generatione reuocari debent, sed solum proximiores vltimi defuncti. Sit exemplum: fuit concessa inuestitura pro se filiis, & nepotibus, cum pacto, quod finita tertia linea, quarta debeat renouari, modo primus receptor reliquit duos filios, qui ambo cum filiis decesserunt; sed vnus ex istis nepotibus decessit relicto filio, qui vti existens in quarta generatione, ab Emphyteusi fuit exclusus per existentiam alterius nepotis in prima inuestitura comprehensum; decessit de num. alter nepos pariter cum filiis, qui & ipsi sunt in quarta generatione: quaeritur, an isti omnes pro nepotes debeant renouari, seu potius illi tantum, qui ex eo nati sunt, ad quem semel tota Emphyteusis peruenit: & consultus alias respondi, solum istos, ad quorum patrem tota peruenit Emphyteusis, fuisse renouandos, per doctrinas supra allatas: quibus non obstat, inuestituram, non de iure communi, sed ex pacto esse concedendam: nam censendum est, & Ecclesiasticam, & receptorem voluisse se conformare cum dispositione iuris communis, vt per scribentes in l. Gal. l. 5. quidem velle, ff. de lib. & post. & sequitur Gabr. *conf. 86. nu. 4. & 5. lib. 1.* cum igitur de iure communi debeat huc sola quarta generatio renouari, ob acquisitionem semel factam de istis bonis, ob deficientiam omnium aliorum comprehensorum in prima inuestitura, ad doctrinam Barr. in l. 1. §. praevisus, ff. de acq. quot. & act. & in l. 1. ff. de privileg. cred. Tiraq. de retract. in praes. num. 41. Gozad. *conf. 39. nu. 1. & 3.* Valasc. de iur. Emphyt. cap. 14. in princ. Clot. in §. Emphyteusis, *quasi. 45. vers. quare,* de hac quarta generatione censendum est, sensisse contrahentes, aliter totam iuris dispositionem subuertere voluisse viderentur, ita respondet Gabr. *conf. 68. nu. 22. lib. 1.* & sic attenditur quarta generatio respectu vltimi defuncti, non autem receptoris, vt in puncto dixit Gabr. loc. cit. nu. 21. & 22. & sic in facti contingentia per conformes, me patrocinante, fuit decisis, licet plures alij in contrarium scripserint, inter alios Excellent. D. Curtiolanus Maggus de S. Marino olim Iuris Consultus summae eruditionis.
- 12 Limita autem supradictam conclusionem; vt attendatur proximitas vltimi decedentis, si ad sint de comprehensis in prima inuestitura; tunc enim attenditur proximitas receptoris, non vltimi decedentis, cum

- de comprehensione, non de renouatione agatur; iam post alios dixit Marelc. *variar. resolut. lib. 1. cap. 16. nu. 14.* vbi allegat Dec. *conf. 17. nu. 16.* & Socin. Iun. *conf. 100. num. 25. lib. 2.* ac propterea ille comprehensus excludit proximiores vltimi decedentis non comprehensum.
- 14 Secundo limita conclusionem in Emphyteusi concessa ex prouidentia, in qua attenditur proximitas receptoris, Tiraq. de retract. §. 11. *glosa prima, sub nu. 111.* Paris. *conf. 65. num. 20. & seq. lib. 3.* Menoch. *conf. 124. num. 42. lib. 2.* Gail. lib. 2. *observat. observat. 124. num. 3.* Pereg. de fideicom. art. 51. *num. 59. vers. quatenus ratio,* Bal. in cap. 1. §. fin. de success. Patr. Laud. in cap. 1. de eo, qui sibi, vel hered. suis, Cald. *conf. 13. in tit. de feud.* Ang. *conf. 110.* Zabarel. *conf. 114.* Rub. Alexan. *conf. 85. sub nu. 6.* Couar. lib. 1. *pract. quasi. cap. 38. sub nu. 1. vers. sed ille tenet.* Ruin. *conf. 142. num. 16. lib. 3.* Crau. *conf. 579. num. 25. lib. 4.* Molin. de Primog. Hispan. lib. 3. cap. 9. nu. 19. Surd. *conf. 120. sub num. 18. lib. 1.* Natt. *conf. 128. num. 3. lib. 1.* Curt. Sen. *conf. 51. vers. pro eius confirmatione,* Menoch. iterum in *conf. 507. num. 11. lib. 6. & conf. 690. num. 5. lib. 7.* qui de communi opinione testatur, & vt summam dicam, omnes supradictam conclusionem intelligunt, si Emphyteusis fuerit haereditaria, & secus si ex prouidentia, prout quando nulla qualitatis haereditariae fit mentio, vt declarat Intrigl. de feud. cont. 1. *quasi. 47. per tot.*
- 16 Tertio limitatur in Emphyteusi mixta, in qua pariter attenditur proximitas primi receptoris, Surd. *conf. 108. num. 9. & 18. & conf. 120. num. 8.* nec non in *decis. 66. nu. 13.* Theaur. *decis. 64.* Ludou. *decis. Lucens. 29.* & plenissime docet Menoch. in *citato conf. 690. nu. 6. vsque ad 21. lib. 7.*
- 17 Et licet Gab. in *conf. 86. num. 12. lib. 1.* videatur sentire, vt etiam in Emphyteusi concessa ex prouidentia debeat attendi proximitas vltimi decedentis, ex eo, quia respectu Domini non potest considerari maior affectio eiga proximiores receptoris, quam vltimi defuncti: responderet tamen primo, quod quemadmodum Dominus primum receptorem dilexit, sic etiam censendum est, magis dilexisse eius proximiores, vt dixit Pereg. *art. 51. sub num. 59. vers. quatenus ratio.* Secundo responderet, non solum considerari debere personam ipsius Domini, sed etiam receptoris: licet namque a Domino procedat beneficium, ex prouisione tamen receptoris prouenit: vnde respectu ipsius debet considerari proximitas. Quam distinctionem secutus fuit Surd. post Doctores, quos allegat in *d. conf. 120. num. 18. lib. 1.*
- Secunda sit dubitatio circa successionem fratrum, & sororum, si in inuestitura sint vocati masculi, & in defectum masculorum feminae, an feminae semel exclusae per existentiam masculorum, semper remaneat exclusae. Circa quod debet constitui regula, & quod femina semel exclusae per existentiam masculorum, semper remanet exclusae, licet masculi decesserint, cap. 1. §. *quoniam etiam, in tit. Episc. vel Abb. in v. sub. feud.* Bal. in *Au. 16. sed & si quis, nu. 10. C. de secund. nupt.* Alex. in *leg. 5. vltimo, num. 1. ff. ad Tertul.* Alex. *conf. 20. num. 7. & conf. 19. num. 7. lib. 1.* Cotn. *conf. 1. nu. 7. lib. 1.* Dec. *conf. 77. num. 1. & conf. 590. num. 4.* Soc. Iun. *conf. 1. nu. 34. lib. 1.* Ruin. *conf. 15. num. 10. lib. 1.* Non. *conf. 1. num. 41. & 50.* Decian. *conf. 98. num. 21. lib. 3.* Brun. de Statut. *quod stat. mascul. art. 10. num. 63.* Rol. *conf. 38. num. 65. lib. 3.* Hond. *conf. 4. num. 14. & seq. lib. 1.*
- Quae conclusio primo limitatur, si femina fuerit exclusae suspensiuè, non autem absolutè per existentiam masculorum. & Absolutè autem dicitur exclusae, si fuerit
- 19

si fuerit & ipsa vocata, sed per existentiam masculo-  
rum exclusa, Gab. conf. 85. num. 16. lib. 2. Socin. lun. conf.  
104. sub num. 11. lib. 2. vel fuerit vocata femina, qua-  
tenus masculini non existant, masculis enim existentibus,  
exclusa prorsus dicitur, vt in casu, Hond. confil. 54.  
20 num. 36. lib. 1. † Suspensiuè vt dicitur femina exclu-  
sa, si solum fuerit vocata deficientibus masculis, vt de-  
clarat Nicol. Intrigl. de feud. cent. 1. art. 2. num. 108. &  
21 109. Surd. confil. 384. num. 14. lib. 3. Et hoc casu † semel  
exclusa non semper remanet exclusa, sed deficientibus  
masculis, ad ius suum admittitur, Hier. Garz. in  
tract. de femin. except. ad feud. col. 6. circa princ. vers. po-  
stremo. Pereg. de fideicom. art. 27. sub num. 24. & art. 29.  
num. 18. vbi subdit, à Rot. Romana, & ab aliis iudici-  
bus secundum hanc opinionem pluries iudicatum  
fuisse, Socin. lun. in d. conf. 104. sub num. 11. & 12. lib. 2.  
Intrigl. loco supra citato, & post Curt. lun. Gozad. Patif.  
Bal. Olasc. Burf. & alios referendo, sequitur Surd. in d.  
confil. 384. num. 34. Cum enim in istis terminis femina  
non dicatur vocata, nisi post extinctionem masculo-  
rum, non potest tanquam non vocata per eorum exi-  
stentiam dici exclusa, Gab. conf. 85. num. 15. & 16. lib. 2.  
Soc. lun. di. conf. 104. sub nu. 11. Hond. locu pariter ci-  
tatis. Vel saltem per illa verba, deficientibus masculis,  
debet dici exclusa suspensiuè, Surd. d. conf. 384. nu. 34.  
lib. 3. Tutet. conf. 23. num. 4. lib. 2. ac propterea debet ad-  
mitti ipsis deficientibus, Pereg. de fideicom. artic. 27.  
sub num. 24. & art. 29. num. 8. nec sufficit, masculos se-  
mel extricisse, Patif. conf. 18. num. 43. lib. 2. & conf. 7. num.  
37. lib. 3. Ruin. conf. 9. nu. 8. lib. 1. Soc. lun. conf. 102. num.  
74. & seqq. lib. 1. Odd. de compend. subst. part. 6. quasi. 7.  
art. 2. vers. limitatur, Trentac. de subst. part. 4. cap. 7. nu.  
72. ad quod multa conferunt, de quibus supra in hac  
tertia parte, cap. 10. quæ hic non repetam.

22 Secundo limitatur respectu Domini directi, & in  
eius præiudicium, cum ipse prætere nequeat, femi-  
nam semel exclusam, semper remanere exclusam,  
vt declarat Menoch. conf. 331. num. 32. lib. 4. Clar. in §.  
feudum quasi. 80. vers. sed quare.

23 Tertio limitatur, stante statuto, vt femina debeat  
reintegrari ad successionem mortuis masculis, Me-  
noch. conf. 105. num. 76. lib. 1. Ber. conf. 67. num. 44. lib. 1.  
Intrigl. d. art. 2. num. 117.

24 Quarto limitatur, si femina sit vocata non solum  
post obitum filiorum, sed etiam nepotum, tunc enim  
semel exclusa, non remanet semper exclusa, vt post  
Corn. & Gozad. declarat Olasc. decis. 23. sub num. 54. &  
Surd. in d. conf. 384. nu. 36. lib. 3.

Solet etiam esse contentio inter duas sorores, si re-  
cepta fuerit inuestitura pro se, filiis, & nepotibus ma-  
sculis, & in defectum masculorum pro vna femina, &  
25 duæ adiant sorores: & dicunt, † natu maiorem esse  
præferendam, Sim. de Pict. conf. 99. nu. 10. & conf. 108.  
num. 5. Gab. conf. 85. nu. 6. lib. 2. Hond. conf. 54. num. 40.  
lib. 1. Surd. conf. 279. in fin. & conf. 375. nu. 16. & post ip-  
sos latè probare nifus fuit Mangil. de Imput. & de tract.  
quasi. 82. num. 16. & seqq. & ante ipsum Gratian. disce-  
piat. Forens. lib. 1. quasi. 30. num. 12. & seqq. de quo infra  
26 num. 36. † Quod tamen intelligitur cæteris paribus, si  
enim natu maior non haberet qualitates in inuestitu-  
ra requisitas, prout minor, ipsa minor esse præfere-  
nda: sit exemplum † in inuestitura mixte nature, vt si  
27 vocata esset femina, sub conditione, quod esset filia,  
vel neptis, & quod esset hæres, Gab. conf. 85. lib. 2. Hond.  
conf. 51. num. 15. & conf. 54. num. 15. lib. 1. Clar. in §. Em-  
phyteusit quasi. 16. vers. sic primo, & quasi. 37. in fin. Surd.  
conf. 108. num. 11. quo casu si maior natu præferri vel-  
let, deberet probare se esse filiam, vel neptem, & inlu-

per hæredem, Barr. in l. vt ius iurandi, §. si liberi, ff. de op.  
libert. & declarat Clar. locu citatis, Non. conf. 2. nu. 16.  
P. ol. confil. 89. num. 8. & seqq. lib. 1. Ceph. conf. 301. num.  
87. & seqq. lib. 3. Gozad. confil. 8. nu. 30. Menoch. confil.  
104. & confil. 454. num. 15. 19. Thom. de Mario. de feud. 2.  
in rub. de fundo mixto, num. 1. Corbal. in citato tract. 126  
in tit. de caus. priuat. ob lineam finitiam, num. 35. Mag. de-  
cis. Floran. 117. post num. 45.

28 Quæ qualitas debet ad esse tempore apertæ voca-  
29 tionis, † nam qualitas adiecta verbo debet verificari  
secundum tempus verbi, leg. in delictis, §. si extraneus, ff.  
de noxal. act. Corn. conf. num. 16. lib. 1. & conf. 25. num.  
22. lib. 4. Ramio. Sen. conf. 205. nu. 12. Rtm. lun. conf.  
276. num. 5. conf. 317. num. 13. & conf. 314. num. 7. idque  
in successionebus procedere, dixit in cons. 353. num. 133.  
30 & seq. vbi ex mente aliorum docet, quod † qualitas,  
quæ facit vocatam successibilem, debet intervenire  
tempore, quo defertur successio, quod pariter probat  
num. 192. & sequitur in consil. 378. num. 21. in consil. 411.  
num. 7. & 452. num. 21. Decian. confil. 32. num. 4. lib. 1.  
qui loquitur in hac qualitate, vt quis sit hæres, idem in  
confil. 55. num. 11. eod. lib. & in consil. 100. num. 25. lib. 3.  
vbi asserit, aliter non esse curandum, quod illa qualitas  
superueniat, Ceph. conf. 317. nu. 35. Menoch. conf. 269.  
num. 4. & seq. Pereg. de fideicom. art. 9. num. 7. Titac. de  
iur. primog. quasi. 3. num. 6. enim iam tertio ius quæ-  
situm, Socin. lun. confil. 3. num. 17. & seq. lib. 1. Et quod  
in mixta Emphyteusit attendatur tempus, in quo femi-  
na per mortem masculorum vocatur, Patif. conf. 16.  
num. 16. lib. 1. Gab. confil. 150. num. 3. lib. 1. Marzian. conf.  
28. num. 34. Surd. confil. 401. sub num. 59. Hond. confil. 52.  
num. 21. lib. 2. Decian. confil. 15. lib. 4. Ludou. Molin. de  
Maior. tract. 2. d. disputat. 426. num. 6. latè Menoch. in al-  
legato confil. 169.

31 Ad propositum tamen animaduertendum est, pro  
verificatione istius qualitatis, vt quis sit hæres, non  
sufficere, vt in re certa quis fuerit institutus, Curt. Sen.  
confil. 83. num. 15. de communi Paris. confil. 23. num. 192.  
lib. 1. Et hanc esse magis communem opinionem Gab.  
in tit. de verb. signif. conclus. 1. sub nu. 19. & de magis com-  
muni opinione Barlat. confil. 91. num. 27. lat. de com-  
muni conf. 89. lib. 3. & conf. 157. lib. 4. Hond. confil. 34. in  
fin. lib. 1. Petr. de Greg. de conce. feud. part. 2. quasi. 10.  
& part. 3. q. 1. Valac. de iur. Emphyt. quasi. 43. lib. 1.  
Lambert. de iur. patron. lib. 1. part. 2. quasi. 11. artic. 17.  
Intrigliol. de Feud. cent. 1. quasi. 48. num. 66. & quasi. 49.  
num. 200. Cardin. Tusch. in littera E, conclus. 159. con-  
clus. 171. & conclus. 176. Corbal. in tit. de caus. priuat.  
ob alienat. ampliat. 17. num. 20. Bell. supplet. iur. lib. 4.  
cap. 18. Fachin. controuers. iur. lib. 4. quasi. 10. Ludouil.  
conclus. 14. num. 109. Graf. in §. hereditas, quasi. 3. Clar.  
in §. Emphyteusit, quasi. 38. ac propterea institutio in  
dote nihil operatur, cum tit. dotis sit titulus singula-  
ris, Hond. confil. 83. lib. 1. Decian. confil. 107. sub num. 9.  
& seq. lib. 3. Couar. lib. 2. variar. resolut. cap. 18. num. 3.  
Nec obstat, contrarium post alios, quos allegat, te-  
nuisse Surd. confil. 108. sub nu. 8. lib. 1. & Tutet. conf. 68.  
num. 34. lib. 2. eorum namque opinio est contra com-  
munem, & veriolem sententiam; † quotiescumque  
32 enim in aliquo contractu sit mentio de hærede, insti-  
tutus in re certa non habetur pro hærede, vt de com-  
muni, & indubitabili sententia Graf. in d. §. hereditas,  
sub num. 7. in contractibus enim verba debent accipi  
proprie, vnde qui vult admitti ad similem inuestitu-  
ram, necessarium est, vt sit hæres in tota, vel in quota,  
Rolan. confil. 53. num. 14. lib. 1. quod prius dixerat in  
confil. 47. lib. 1. nec non in consil. 67. lib. 2. Bal. in l. libertas  
libertatus, C. de oper. lib. Angel. in §. Gallus, §. citiam, ff.

de lib. & possib. Imol. in leg. quod dicitur, ff. de verb. oblig. Alex. in l. quaedam §. nisi, ff. de edent. consil. 128. lib. 1. & consil. 19. lib. 5. Socin. consil. 257. lib. 2. Aillix. decis. 335. num. 17. Barb. consil. 87. lib. 3. vnde l. l. consil. 152. lib. 4. dixit contrariam opinionem Barr. in leg. vi. iur. ar. di. §. si liberi, sub num. 6. ff. de oper. lib. magis communiter, daturati. Præterquam quod nec Barr. loco citato, si recte animadvertatur, contrarium sentit, ut dixit Rol. dist. consil. 53. num. 14. lib. 2. & sequitur Mich. de Grass. dist. quæst. 2. sub num. 8. vers. sed contrarium, in fin. Et l. l. in cons. 89. num. 22. & seqq. lib. 3. dicit parum curandum esse de auctoritate Alex. qui in contrarium citari solet, tum quia est subimit contra receptissimam opinionem: Et eo minus erit attendenda auctoritas Surd. cum præcipue suam fundet sententiam in opinione Barr. qui id non asserit, ut Rol. & Grass. animadvertunt; Alex. est sibi contrarius, & nonnulli alij ab ipso citati contrarium asserunt, ut Rol. & Couar. nec Clar. in §. feudum quæst. 86. aliquid pro certo affirmat: & in omnem casum dici possit, Surd. & Turc. consuluisse contra aliorum omnium ferè sententiam.

33 Sufficit tamen, esse hæredem in quota, licet non in tota ad obtinendam Emphyteusim mixtam, Barr. in d. l. ut ius iurandi §. liberti, ff. de oper. liberti. Bald. in l. liberti, num. 26. C. eod. Cord. consil. 129. nu. 14. Cognol. in l. qui per accusationem, num. 6. ff. de reg. iur. Peregr. de fideicommiss. art. 32. num. 2. Crem. sing. 15.

34 Si vero Emphyteusis esset simpliciter hæreditaria, ira ut ad quoscumque hæredes, etiam extraneos, transiret, ipsis deberetur proportionaliter, & sic secundum portiones hæreditarias, ut docet Natt. consil. 150. num. 20.

35 Insuper sufficit, ut quis sit hæres mediata, quia hæres hæredis defuncti dicitur hæres, /og fin. C. de hered. instit. l. si quis filius, §. fin. ff. de acq. hered. l. hæredibus appellatio, l. scilicet, & l. hæredibus appellatio, ff. de verbor. signif. l. qui per successionem ff. de reg. iur. quod etiam procedit de proprietate sermonis, Rot. Rom. decis. 47. num. 6. part. 2. nouis. diuers. & id regulate esse in implendis conditionibus, Aret. in §. pater suauitas, in fi. vbi l. l. nu. 4. ff. de vulg. & pup. Dec. in l. qui per successionem, num. 1. vbi Cognol. num. 4. ff. de reg. iur. Rot. Rom. in eo decis. 47. num. 6. Et in specie, quod id sufficit ad obtinendum Emphyteusim hæreditarium, & mixtam, Valasc. de iur. Emphyteusim quæst. 44. nu. 15. vbi de magis communi Alciat cons. 23. sub num. 4. lib. 3. Beluif. in cap. 1. de eo, qui sibi, & hered. suis in v. s. feud. Aluar. Curt. Iun. Alex. Dec. Paris. Brun. & ceteri, quos refert, & sequitur Rol. de communi attestans cons. 10. num. 19. lib. 3. Surd. consil. 108. num. 9. & 12. lib. 1. qui pariter asserit, hanc esse communem opinionem, ut etiam Siluan. consil. 15. num. 47. & consil. 30. num. 20. Ceph. consil. 393. num. 59. lib. 3. consil. 487. num. 12. lib. 4. Alb. Brun. consil. feud. 18. num. 3. & 14. Gozad. consil. 8. num. 2. Menoch consil. 1. num. 518. & consil. 304. num. 17. lib. 1. Peregr. de fideicommiss. art. 32. num. 10. & 14. Decian. consil. num. 269. lib. 4. Alexand. consil. 26. vers. non obstat, lib. 5. Laur. Kirchow. ventur. 2. commun. opinion. in sit. F. conclus. 31. Clar. in §. Feudum, quæst. 9. vers. sed. quæro, qui sic indicatum fuisse asserit in facti contingentia, Paris. consil. 65. nu. 32. lib. 3. Bursat. consil. 76. num. 2. lib. 1. Thelaur. decis. 99. num. 25. Intrigl. de feud. cent. 1. quæst. 49. nu. 187. & seqq. Pinell. in leg. 1. part. 3. sub num. 9. C. de bon. matern. Cald. de novis. Emph. quæst. 22. num. 59.

36 Quod autem diximus, ceteris paribus nata maiorem esse præferendam, volunt procedere, sic existente consuetudine, ac in locis, vbi viget ius primogenituræ,

ut in Hispania, Io. Thom. de Marin. de Gener. & qual. feud. tit. 11. in rubr. de feud. s. in n. 35. Sec circuli præ dicta consuetudine, quoties vocatur vna femina, & contigerit adesse duas in eodem gradu, dicunt, Dominum directum posse eligere, quam velit, & esse locuta gratificationi, Io. Andr. ad Specul. in tit. de loc. §. nunc aliqua, vers. 78. n. 100. Bald. in c. & quia, §. & quia, num. 18. de his, qui feud. dar. poss. & sequuntur ibi Mart. Laud. & Card. Alex. Aluar. in c. 1. in tit. de eo, qui sibi, & hered. masc. Jacob. in inuest. feud. in verbo, & feminis, n. 14. Io. Thom. de Marin. loco cit. Paris. reintegr. feud. c. 109. num. 4. Nicol. Intrigl. de feud. cont. 2. art. 27. nu. 50. Ruin. consil. 186. num. 9. lib. 1. plura ad propositum citat Gratian. in d. c. 30. num. 1. & seqq. licet ipse generaliter sequi videatur opinionem, de qua supra num. 25.

37 Et Domino non eligente omnes præterdere possunt successionem, ut declarat Ruin. d. consil. 186. ex regula, quod quoties vnus est eligendus, non facta electione, omnes admittuntur, l. si quis Titio, §. fin. ff. de leg. 2. leg. si quis in testamento, ff. de fideicom. lib. 2. a qua sententia, non putarem, vlllo modo esse recedendum, quicquid generaliter concludere videatur Mangil. loco supra citato reiecta opinione, ut propter incertitudinem nec vna, nec altera admittatur.

Quod autem dictum fuit de gratificatione, procedit, si vna tantum veniat inuestienda, aliter omnes institui debent, ut contra Cald. bene probat Rota eorum Coccino in Imolensi bonorum Luna 22. April. 1619.

38 Vltimo omittendum non censo, quod si inuectura fuerit concessa pro duobus fratribus, recipientibus pro se, & cuiuslibet ipsorum filijs & nepotibus, vnusquisque stipulasse præsumitur pro sua linea, ita ut duo dicantur facti colonelli, cap. 1. de duob. fratrib. a cap. inuest. ac propterea si inuectura esset concessa pro masculis, & in defectum masculorum, pro feminis masculi vnus lineæ non excluderet feminas alterius lineæ, Ber. consil. 111. Non. consil. 6. num. 7. Gab. consil. 70. vbi de communi lib. 2. Ceph. consil. 345. num. 7. & prius dixerat in consil. 251. num. 45. Capic. consil. 82. Corn. consil. 265. sub num. 3. lib. 1. censetur enim, vnumquemque ipsorum suam medietatem recipere voluisse pro suis filijs, & nepotibus masculis, si adfuerint, sin minus, pro feminis, ac ideo femina vnus lineæ excludunt masculos alterius lineæ: verisimiliter enim quilibet præsumitur magis diligere feminas ex se descendentes, quam masculos descendentes ex fratre.

39 Quæ procedunt etiam si adsit clausula iuris accrescendi, ipsa namque debet intelligi recte eodem themate, & respectu cuiuscumque partis, & eorum, qui sunt eiusdem lineæ, & non alterius, ut per Gab. in d. consil. 70. & post alios dixit Ceph. in d. consil. 345. nu. 10. quicquid in contrarium dixerit Hond. in consil. 54. lib. 1. maxime cū in illa causa fuerit contrarium decisum. Quod tamen duobus modis esset declarandum: Et primo, si inuectura verba omnino demonstrarent, clausulam iuris accrescendi esse appositam fauore masculorum inter vnâ lineam, & aliam: ita ut portio masculorum vnus lineæ accresceret masculis alterius lineæ, ut per Ceph. in d. consil. 345. num. 26. & seqq. Secundo, si omnes tam masculi: quam feminae vnus lineæ decesserint, tunc enim per dictam clausulam de vno in aliam, portio vnus lineæ accresceret alijs alterius lineæ, nec ad Ecclesiam rediret, Corb. de causa priuat. ob litem finitam, nu. 91. & seqq. Mantie. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 34. num. 3. Gratian. discept. Forens. 272. num. 29. & seqq. tunc enim cessaret ratio, de qua supra num. 5.

40 Quæ procedunt etiam si adsit clausula iuris accrescendi, ipsa namque debet intelligi recte eodem themate, & respectu cuiuscumque partis, & eorum, qui sunt eiusdem lineæ, & non alterius, ut per Gab. in d. consil. 70. & post alios dixit Ceph. in d. consil. 345. nu. 10. quicquid in contrarium dixerit Hond. in consil. 54. lib. 1. maxime cū in illa causa fuerit contrarium decisum. Quod tamen duobus modis esset declarandum: Et primo, si inuectura verba omnino demonstrarent, clausulam iuris accrescendi esse appositam fauore masculorum inter vnâ lineam, & aliam: ita ut portio masculorum vnus lineæ accresceret masculis alterius lineæ, ut per Ceph. in d. consil. 345. num. 26. & seqq. Secundo, si omnes tam masculi: quam feminae vnus lineæ decesserint, tunc enim per dictam clausulam de vno in aliam, portio vnus lineæ accresceret alijs alterius lineæ, nec ad Ecclesiam rediret, Corb. de causa priuat. ob litem finitam, nu. 91. & seqq. Mantie. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 34. num. 3. Gratian. discept. Forens. 272. num. 29. & seqq. tunc enim cessaret ratio, de qua supra num. 5.

## S V M M A R I V M.

- Clerici in feudis non succedunt, & de rationibus, numeris sequentibus.
- Mendicantes quantum ad successionem habentur pro mortuis.
- Incapacitas succedendi, & mors naturalis quantum ad successionem equiparantur.
- Religiosi quicquid acquirunt, monasterio acquirunt, & nu. 39. & 59.
- Feuda non acquiruntur monasterio, & nu. 40.
- Clericis bella sunt prohibita, & quare, nu. 37. & 60.
- Episcopi, & Cardinales } non succedunt in feudis.
- Monachus effectus Episcopus, vel Cardinalis adhuc regularis substantialibus religionis astringitur.
- Religiosi effectus Episcopi, vel Cardinales quicquid acquirunt, propriis Ecclesiis acquirunt.
- Clerici dominis feudorum personale seruitium prestare non possunt.
- Papa succedit in feudo.
- Clerici prima tonsura habentes beneficium non succedunt in feudo.
- Clericus, qui clericatum assumpsit ex fraude patris, adhuc non succedit in feudo nec restitui potest.
- Clericus prima tonsura potest beneficium relinquere, & in feudum succedere: & quid si per longum tempus beneficium retinuerit postquam tunc casus successione.
- Feudum simpliciter concessum adhuc dicitur continere seruitia personalia.
- Canonici professi non succedunt in feudo.
- Novitium durante novitiatu Monasterio non acquirit, feudum tamen non amittit, si dicitur in pendentis.
- Clericus prima tonsura non habens beneficium, succedit in feudo.
- Clericus succedit in feudo requirente solum aliquod seruitium personale, quod per clericum adimpleri possit.
- Clericus succedit in feudo requirente solum seruitium reale: & idem est in Clerico regulari, si ipsius religio bonorum capax sit nu. 21.
- Monasterium acquiris fructus feudi, quod ad Monachum peruenit, durante tamen iure Monachi.
- Clerici succedunt in feudo admittente seruitium personale per substitutum.
- Clerici an succedant in feudis, que etiam ad feminas transeant.
- Clerici succedunt in feudo, si post adeptum clericatum ipsi a Domino concedatur, & tunc per substitutum seruire possunt.
- Clerici succedunt in feudis stante consuetudine, ut per substitutum seruire possint, & nu. 27.
- Clerici an succedant in feudo concesso pro se, & successoribus quibuscumque.
- Dictio quantumvis vniversalis ad casus habiles se referre debet.
- Clerici succedunt in feudo franco.
- Femina effecta monialis succedit in feudo, si aliam succedere.
- Monachus a Summo Pontifice effectus Comes succedit in feudo.
- Regulares tertij ordinis S. Francisci succedunt in feudo.
- Milites Hierosolymitani an succedant in feudis, & numeris sequentibus: & quid si solum requirant seruitium, quod per ipsos prestari possit, nu. 71. quid si admittatur seruitium per substitutum, nu. 72. quid si fuerit concessum pro quibuscumque heredibus, nu. 73. quid in feudo franco, nu. 74. quid in feudo improprio,

- nu. 75. & quid stante consuetudine, ut succedere possint, nu. 76.
- 35 Milites Hierosolymitani sunt religiosi. Deo dicati, appellantur fratres, & hospitalarij, suntque ordinis S. Petri Augustini: ac ideo suscipiunt habitum, & sunt de foro Ecclesiastico: & sui instituta hec religio ad pugandum contra Turcas, que quomodo intelligantur, nu. 57. & seq.
- 36 Religiosi in feudis non succedunt.
- 38 Milites Dei non debent se secularibus negotiis implicare.
- 41 Feudatarij tenentur seruire domino, & precipue in bello.
- 42 Hierosolymitana religio fuit instituta ad bellandum contra Turcas, & nu. 49. & 61.
- 43 Milites Hierosolymitani non possunt se aliqui astringere homagio, consideratione, vel iuramento, & nu. 61. & seq.
- 44 Feudatarij iurant fidelitatem domino.
- 45 Industria persona dicitur electa in feudatariis, & nu. mer. seq.
- 46 Industria persona dicitur electa, quando committitur aliquid ratione confidentia.
- 47 Milites Hierosolymitani emittunt vota castitatis, obedientie, & continentie, de quo nu. 6. & 69.
- 48 Milites Hierosolymitanos non possidere in feudis, qui tenentur, qui vero contra nu. 36.
- 50 Milites Hierosolymitani non sunt cum aliis religiosis confrends.
- 51 Milites Hierosolymitani aliis dominis seruire possunt de licentia Prioris, & nu. mer. seq. nichon nu. 59.
- 52 Antecedens qui vult, & omne necessarium consequens velle dicitur, & nu. 66.
- 53 Milites Hierosolymitani de consuetudine in feudis succedunt.
- 54 Consuetudo non extenditur de casu ad casum, & probanda est in specie, de qua est controuersia.
- 55 Milites Hierosolymitani, acquisita retinent, eorum vita durante, de quo & nu. 69.
- 58 Milites Hierosolymitani in materia odiosa non comprehenduntur appellatione religiosorum.
- 62 Homagium quid sit.
- 63 Consideratio quid sit.
- 64 Illatio non fit ob casuum similitudinem in his, que sunt stricti iuris.
- 65 Clerici possunt prestare iuramentum fidelitatis Laico, si ab ipso aliquid temporale recipiant, & quare.
- 68 Auctoritas sententia circa successionem Milium Hierosolymitanorum in feudis.
- 70 Milites Hierosolymitani, ut retineant acquisita, eorum vita durante, quomodo procedat, & sit intelligendum.

Clerici an succedant in feudis vna cum aliis fratribus, & quid in militibus Hierosolymitanis.

## CAP XLVIII.

**D**ubium potest esse inter fratres circa feudorum successionem, si vna ipsorum sit Clericus de quo tamen per conclusiones breuiter me expediam, ut latius postea attingam, quid dicendum sit de militibus Hierosolymitanis, in quibus maior videtur dubitatio. Et circa primum constituam regulam generalem.

1. Clericum in feudis non succedere: quam conclusionem iuribus primum probabo: secundo, rationibus confirmo: tertio, auctoritatibus corrobore. Iura præci-

- pua sunt tex. in cap. primo, de mil. vas. qui arm. bell. de-  
 pos. in cap. 1. §. qui Clericus, si de feud. fuer. controu. inter  
 Dim. & agnat. in cap. 1. An mutus, vel alius imperius  
 cap. ex mutua, de voto, facit tex. in cap. 1. de feud. femin.  
 que iura examinari precipiunt Curt. in de feud. part. 3.  
 me. ub. 1. quæst. 10. nu. 16. & seq.
- Secundo confirmatur hæc opinio variis rationibus;  
 eut enim loquimur de Clericis regularibus, aut sæcu-  
 laribus: si de regularibus, aut sunt de mendicantibus,
- 2 & non possunt succedere, cum ¶ quantum ad succes-  
 3 sionem habeantur pro mortuis; ¶ incapacitas enim  
 succedendi, & mors naturalis respecta successio-  
 nem equiparantur, leg. prima, §. si patronos, ff. de coniug.  
 cum emancip. lib. Bart. in leg. prima, §. qui habebat, num. 3.  
 ff. de bon. poss. contr. ab. Si vero non sunt mendicantes,  
 sed in vniuersali bonorum capaces, & succedere non  
 4 valent, quia ¶ religiosi quicquid acquirunt, religioni  
 5 acquirunt, Auth. ingressi, C. de sacros. Eccles. sed ¶ feuda  
 non acquirunt Monasterio, cum per mortem val-  
 falli absque filiis reuertantur ad dominum directum,  
 c. 1. §. 1. de feud. cogn. c. 1. §. 1. de success. frat. Rimi. in.  
 6 conf. 127. in nono argumento, ergo & c. ¶ Si vero sumus in  
 clericis secularibus, ratio assignatur, quia dominis ser-  
 uire non possunt, & precipue in bellis clericis prohibi-  
 tis, c. ex multa, §. de Clericis de vot. c. clericis, 23. quæst. 8.  
 distrahunt enim armorum strepitus à celebratione dini-  
 norum; nec etiam sanguinem effundere possunt. Au-  
 ditoritates vero non deunt; plures citat Curt. in de  
 feud. part. 3. memb. 2. quæst. 10. nu. 16. multos Menoch. de  
 arb. casu, 231. ubi in additionibus res, & quinquaginta  
 refert Doctores, alios citat Fach. controu. iur. lib. 7. c. 35.  
 vers. hinc nota, quibus addi potest Gratian. discept. Fo-  
 renf. lib. 3. cap. 156. num. 46. ubi de veriori.
  - 7 Quæ conclusio ampliat, etiam si Clericus effe-  
 8 ctus fuerit Episcopus, vel Cardinalis; & in ¶ mendi-  
 cantibus non est dubium, cum adhuc ducantur astricti  
 regulis substantialibus religionis, can. de Monachis 16.  
 quæst. prima, c. Clericus, §. ultimo, de vit. & honest. Cleric.  
 D. Thom. in 2. 2. quæst. 83. artic. 8. quod ex pluribus pro-  
 bat Menoch. in dictis add. num. 11. & seq. & licet nu.  
 19. id declarare videatur, nisi à Summo Pontifice fue-  
 rint dispensati, ad ea; quæ docet Bart. in tract. minor. lib.  
 4. num. 19. tamen dispensatio intelligitur quantum ad  
 alia bona, non autem quantum ad feuda, in quibus, si  
 non ratione paupertatis, saltem ob alias rationes, de  
 quibus infra, succedere non possunt, Bonorum vero  
 9 capaces non succedunt, ¶ quia licet effecti Episcopi,  
 vel Cardinales possint in aliis bonis succedere, cap. sta-  
 tutum 18. quæst. 1. attamen quemadmodum primo ac-  
 quirebant Monasterio, nunc eorum acquirunt Eccle-  
 siis, vt tradit Molin. de iust. & iur. dispus. 140. vers. quan-  
 10 do religiosus, & probat Menoch. in dd. add. num. 11. ¶ In  
 clerico vero seculari assignatur ratio, quia personale  
 seruitium præstare minimè possunt. Ruin. consil. 18. nu.  
 11. & consil. 42. num. 9. lib. 1. & docent plures alij, quos  
 citat Menoch. loco citato num. 43. ubi dicit contrariam  
 opinionem Clar. in §. studium, quæst. 78. in fin. & aliorum  
 nullo certo iure probari.
  - 11 Secundo ampliat, etiam si Clericus euadat Pon-  
 tificex, Bal. in Auth. nisi rogati num. 35. C. ad Trebell. &  
 in consil. 275. num. 2. lib. 2. Menoch. loco citato num. 45.
  - 12 Tertio ampliat in Clerico primæ tonsuræ bene-  
 ficium tamen habente, Bal. in cap. 1. §. qui Clericus, si de  
 feud. fuer. controu. inter dom. & agn. Rol. consil. 23. num. 22.  
 lib. 1. Clar. d. quæst. 78. Barb. in tract. de præstant. Card. in  
 princ. part. princ. quæst. 5. alios citat, & sequitur Menoch.  
 in dictis addit. num. 35. non potest enim de Ecclesie, &  
 13 feudi domino seruire: ¶ quod ampliant, etiam si pa-

- tris fraude esse & fuisse Clericus, adhuc enim & cle-  
 ricatus, & beneficium ei obstat, vt optimè docet Me-  
 noch. loco cit. num. 37. licet Curt. in d. quæst. 10. & Dur.  
 reg. 103. in 3. fall. contrarium senserint: vnde nec etiam  
 posset restitui in integrum reluctante domino feudi,  
 vt existimauit Menoch. ibi numer. 38. contra Brun. in  
 conf. 16.
- 14 Quod intelligi debet, si Clericus primæ tonsuræ be-  
 neficium retinere velit, secus si ipsum dimittere; tunc  
 enim communis est distinctio, Afflic. in cap. 1. nu. 10.  
 de mil. vas. qui arm. bell. de pos. aut Clericus statim ad-  
 ueniente casu successione beneficium dimisit, & cle-  
 ricatu renuncians, & succedere potest; aut diu in cle-  
 ricatu post delatam successione permansit, & bene-  
 ficium retinuit, & succedere non potest: quam distin-  
 ctionem probant plures, quos citat Menoch. loco ci-  
 tato num. 39. qui num. 40. asserit relinquendum esse ar-  
 bitrio iudicis, an clericatum statim, vel ex intervallo  
 dimisisse dicatur.
  - 15 Quarto ampliat, etiam si feudum fuerit simplici-  
 ter concessum, nulla particularis seruitij facta men-  
 tione; adhuc enim ad Clericos non transit. Natt. consil.  
 600. vers. extus casus; Alex. consil. num. 7. lib. 5. Menoch.  
 in dictis addit. num. 69.
  - 16 Quinto ampliat, tam in Canonicis Lateranensi-  
 bus, quam in aliis Canonicis professis, Menoch. loc. cit.  
 num. 25. & se allegat in consil. 722. nu. 22. lib. 8.
  - 17 Limitanda modo venit conclusio pluribus modis,  
 & primo in regulari nouitio; Cessat enim tunc ratio  
 supra considerata, cum durante nouitatu bona non  
 acquirantur Monasterio, Menoch. de arbitr. casu 436.  
 vnde delatio stat in pendenti, donec vel professionem  
 emittat, vel ex religione egrediatur, vt per Menoch,  
 in dictis addit. nu. 14.
  - 18 Secundo limitatur in Clerico seculari primæ ton-  
 suræ beneficio carente, Crauet. consil. 303. num. 3.  
 Clar. in dict. §. studium, quæst. 78. in fin. & tradunt alij,  
 quos citat Menoch. in dictis addit. nu. 34.
  - 19 Tertio limitatur, si feudum requirit solum certum  
 aliquod personale seruitium, quod etiam per Cleri-  
 cum præstari possit, vt per Natt. d. consil. 600. nu. 4. lib. 3.  
 & plura huius rei exempla ponit Menoch. loco cit. nu.  
 46. & seq. dummodo tamen alio ei non repugnet.
  - 20 Quarto limitatur in feudo improprio, & solum ser-  
 uitiu reale requirent, vt per Alex. consil. 10. num. 3. &  
 7. lib. 5. Ruin. consil. 49. num. 9. lib. 1. Capic. decis. 32. num.  
 2. Clar. in d. quæst. 78. vers. quam tamen, Natt. d. consil.  
 600. vers. primus igitur casus, vna cum aliis relatis per  
 Menoch. loco citato nu. 50. & seq. Quod extendendum  
 21 est etiam ¶ ad Clericum regularem, si eius religio sit  
 bonorum capax, Cyn. in dicta Auth. ingressi, C. de Sa-  
 eros. Eccles. Capic. decis. 10. nu. 8. & 9. 10. Thom. de Ma-  
 rin. de feud. in tit. de feud. ex pact. & prouid. antiq. nu. 145.  
 Crauet. consil. 303. num. 3. in fin. alios citat Menoch. lo-  
 22 co citato num. 54. ¶ quod tamen procedit, vt ipse de-  
 clarat nu. 55. existente in humanis ipso Monacho, cu-  
 ius solum vita durante Monasterium fructus feudi ac-  
 quireret, vt per Capic. in d. decis. 10. num. 10. Clar. dicta  
 quæst. 78. vers. qua tamen opinio, & sequitur Fach. in d.  
 cap. 35. vers. sexta est sententia, lib. 7.
  - 23 Quinto limitatur in feudis admittentibus seruitium  
 personale per substitutum, quod tamen intelligen-  
 dum est de Clericis secularibus, vel regularibus, bo-  
 norum tamen capacibus, Alex. dicto consil. 10. nu. 6. lib.  
 5. 10. Thom. de Marin. loco citato nu. 144. Crauet. d. d.  
 consil. 303. num. 7. Nat. d. consil. 600. num. 32. Capic. d. decis.  
 10. nu. 16. vna cum aliis relatis per Menoch. loco citato  
 24 nu. 36. cuius rei plura dari solent exempla: ¶ primum,



si feudum transeat ad feminas, Alex. d. conf. 10. Daen. d. reg. 103. limit. 4. Curt. Iun. loco supra citato; cui tamen opinioni contradicant multi, quos citat Nat. d. conf. 600. num. 32. & Menoch. loco cit. num. 19. quod & ipse approbat, dicens, dispositionem, ut feudum transeat ad feminas, non esse extendendam ad Clericos.

Unde quadrant magis duo alia exempla, primum si feudum concedatur personæ, quæ ob suam dignitatem præstare non valeat seruitia personalia, ut si concedatur Episcopo, vel Cardinali, Bellam. conf. 48. vers. sed circa quartum, Crauete. dicto & consil. 103. num. 6. Capic. decis. 32. num. 2. Et sic intelligi posse eos, qui alserunt, Episcopum posse succedere in feudo, ac per substitutionem seruire, dixit Menoch. in dictis addit. num. 60. Brun. consil. 16. num. 9.

Aliud est exemplum, si extet consuetudo, feudatarios per substitutos seruire posse, Petr. Daen. loc. cit. limit. 9. Alex. dicto conf. 10. num. 8. Clar. in dicto §. feudum, quest. 78. in princip. & vers. de Clerico; & an admittatur seruitium per substitutum, à consuetudine pendere dixit Menoch. loco cit. num. 68. & seqq. ad quod conferunt tradita per Fachin. in d. o. 35. vers. quinta est.

Sexta sit limitatio, si consuetudo ad esset, clericos in feudis succedere, quæ tamen esset probanda, in casu, de quo esse controversia, ut per Menoch. consil. 54. n. 37. lib. 1. & hoc tendunt ea, quæ tradit Fachin. loco supra citato, vers. octaua est sententia.

Septimo limitant nonnulli, si feudum fuerit concessum pro se, & quibuscumque successoribus, tunc enim volunt, admitti Clericos etiam regulares, si bonorum, saltem in viuerali, fuerint capaces, Curt. Sen. consil. 62. in fin. Brun. d. consil. 16. Socin. Sen. consil. 252. lib. 2. Siluan. consil. 3. n. 53. Sed, contra Felyn. in c. in presentia, nu. 48. vers. fallit quarto, de probat. Barb. in rubr. extr. de feud. Canneti in extraneis volentes, in verbis, idem videtur dicendum, Curt. Iun. d. quest. 10. num. 31. Daen. d. reg. 103. in decima limitatione, quos refert, & sequitur Menoch. in dictis addit. sub num. 61. licet namque illa ¶ dictio viueralis, quibuscumque, comprehendat etiam extraneos, de habilibus tamen est intelligenda, ut per Menoch. loco citato, qui se allegat in consil. 391. num. 27. lib. 4. & in consil. 932. lib. 10.

Octauo limitatur, si feudum sit francum, in quo quilibet Clericus bonorum capax admittitur, Bald. in l. si plures, C. de condit. infers. Curt. Iun. in d. quest. 10. n. 27. Daen. loc. cit. in 7. falli. Nat. conf. 507. nu. 10. & consil. 59. num. 12. lib. 3. Fachin. loco cit. vers. septima sententia.

Nono limitatur in moniali ingressa Monasterium bonorum capax, feudum enim, quod ad feminas transeat, ad Monasterium spectaret, Curt. Iun. d. quest. 10. num. 26. Daen. d. reg. 103. in 4. fallentia Contrarium tamen voluerunt alij, quos ibi Daen. citat, & optima quidem ratione, per ea, quæ dici supra num. 5.

Decimo limitatur in Monacho ex dispensatione Summi Pontificis esse & Comite, qui debet admitti ad feudum nouiter apertum, Bald. consil. 275. num. 7. lib. 2. Daen. dicto reg. 103. in quinta limitatione, Curt. Iun. loco citato num. 18.

Vndecimo limitatur in regularibus tertij ordinis S. Francisci, Capic. decis. 10. nu. 3. & 16. Daen. d. reg. 103. in ultima limitatione, Menoch. loco citato n. 32.

Dabitatio modo est, an inter limitationes, vel potius ampliationes ponendum sit, quod dicitur de militibus Hierosolymitanis; quam questionem ad partes examinabo, deinde opinioni, quæ mihi verior videbitur, me subscribam.

Et igitur, questio, à Doctoribus satis ventilata, & contrariæ ad inuicem reperiuntur opiniones, an Milit-

res Hierosolymitani succedant in feudis: & fautores vtriusque opinionis refert post alios Menoch. in add. ad dict. casum 231. nu. 28. cum duob. seqq. sed inter alios; quatuor adfunt consulentes, quorum duo pro affirmatiuis, alij pro negatiuis opinione scripsere, Neutz. enim conf. 30. & Nat. conf. 507. & 508. pro his militibus consulere, Menoch. v. c. conf. 54. lib. 1. & Rimin. Iun. conf. 527. contrarium responderunt, Et licet varia hinc inde adduci soleant argumenta, ad pauciora tamen reducuntur: omnia enim contra milites considerata; ad tria tantum, si rectè perpendantur, restringi possunt.

Primum est argumentum, hos milites esse religiosos, Deoque dicatos, glol. in clement. quia contingit, in verbo, militarum. ff. de relig. domib. Gem. in c. 1. §. Laici, vers. quarto, de reb. Eccl. nō alien. Abb. in c. cum deputati, de iud. & in rub. de reg. n. 4. Rot. decis. 454. nu. 3. f. l. per Farin. part. 2. ac ideo scætres quandoque appellantur, hospitalarij aliquando dici solent, ut per Nat. in d. conf. 507. nu. 1. idque expressè demonstrant capitula religionis prædictæ, in quibus multa disponuntur, quæ ipsos religiosos esse demonstrant, ut per Rimin. Iun. in d. conf. 527. num. 13. & seqq. ac ideo Volaterranus à Menoch. & Rimin. allegatur lib. 1. antropologia, dicit, eos esse milites religionis S. Augustini officiumque dicere debere: ac propterea religionis habitura sumunt, pallium nempe nigrum, signo crucis albæ notatum; & de foro Ecclesiastico dicuntur; F. lib. in c. 1. de foro compet. & illos percipientes incurrunt excommunicationem; statuta loquentia de religionis in ipsis locum habent; nō possunt prorogare iurisdictionem, & conuenire in iudicem non suum; ex ipsis nati dicuntur incestuosi, ut nati ex religiosis; si extra Monasterij claustra deliquerint, ab ordinatis puniri possunt, iuxta dispositionem Consil. Trid. sess. 6. c. 3. Et multa alia similia ad propositum refert Gratian. disceptat. Forens. lib. 3. c. 47. num. 28. & seqq. cum igitur sint religiosi, sequitur dicendum, in feudis succedere non posse, ut tex. in c. 1. de mil. vas. qui bell. arm. depof. vbi disponitur, ¶ cum, qui religionis habitum assumpserit, nec etiam eius vita durante, posse feudum retinere: regulare enim est, Deo dicatos in feudis non succedere, c. 1. §. qui clericus, si de feud. fuer. controu. inter dom. & agnat. annorum de arbitr. d. casu 231. num. 2. & in d. conf. 54. n. 19. ¶ in bello enim Clerici esse non possunt, c. ex mul. 10. §. de Clerico de vot. cap. Clerici 21. quest. 8. annotatus namque strepitus distrahit à celebratione diuinorum officiorum: nec ¶ milites Dei debent se secularibus negotiis implicare, c. 1. cum seqq. ne Cleric. vel Monast. nec humanum sanguinem effundere iuxta illud Paralipom. c. 1. & huc tendunt primum argumentum Menoch. in d. conf. 54. tertium, & decimum Rimin. Iun. loco citato, considerata per Nat. per modum dubitandi in d. conf. 507. num. 1. & motiua, nempe secundum tertium, quartum, quintum, & decimum tertium, de quibus in dict. conf. Nat. 508. Et ex eodem argumento sic

arguunt: ¶ religiosi quicquid acquirunt, Monasterio acquirunt, ut ex eisdemmet constitutionibus dictorum militum demonstra. Rimin. Iun. loco citato nu. 46. si igitur in feudis succederent, Religionis ea acquirere, sed ¶ Religionis non acquiruntur feuda, cum per mortem vassallorum, & linea defectum ad dominum reuertantur, in cap. 1. §. 1. de feud. cogn. cap. 1. §. 1. de success. feud. & huc tendit nonum argumentum Rimin. Iun. in d. conf. 527. & nonum, decimum, & vndecimum motiua, de quibus in d. conf. Nat. 508.

Secundo contra hos nobilissimos Milites Hierosolymitanos sic argumentantur, feudatarij tenentur fet-

35  
36  
37  
38  
39  
40  
41

nire Domino, & præcipue in bello, *c. primo, quib. mod. feud. mitt.* sed Milites Hierosolymitani non possunt aliis Dominis seruire, ergo feudorum sunt incapaces *cap. primo, in fin. de mil. vas. qui arm. bell. depos.* Non posse autem hos milites Dominis feudorum seruire, ex pluribus probatur. Primo, quia hæc Religio fuit instituta pro fide Christiana ad bellandum contra Turcas, & infideles, vt per Volarettanum loco citato, Neuz. *d. conf. 30. nu. 4. Rub. conf. 80. in fin. Paris. confil. 44. num. 20. lib. 4. M. noch. d. conf. 54. nu. 22. Rimin. lun. d. confil. 527. num. 27.* vnde alijs bellis se implicare non possunt cum non valeant duobus dominis seruire: ac ideo ¶ constitutiones diæ Religionis volunt, ipsos non posse, se homagio, confederatione, vel iuramento aliqui asstringere, sine Magistris, seu superioris consensu, & tamen ¶ feudatarij fidelitatem iurant, *cap. 1. de nou. form. fidel.* imo expressè in alio capitulo disponitur, vt Christianorum bellis se non implicent, cum sint milites fidei tuitioni dicati: & huc tendunt secundum argumentum Menoch. *in d. conf. 54. quartum, sextum, & septimum Rim. lun. & tertium, quartum, & quintum motiuum, de quibus in d. conf. Nat. 508.* Vnde cum non possint seruire dominis per propriam personam, sequitur, vt nec etiam per substitutionem seruire valeant: ¶ industria enim personæ dicitur electa, vt per Alex. *conf. 10. lib. 5. Crau. conf. 303.* ¶ quando enim committitur aliquid ratione confidentiæ, dicitur electa industria personæ, *leg. unica, §. si autem, C. de ead. toll.* sed feudum datur ratione confidentiæ, à fidelitate enim appellatur feudum, *cap. nulla, per quos fiat. inuest. & feudataria fidelis dicitur ca. fin. §. item si fidelis, quib. mod. feud. annit.* nec obstat transire ad successores, adhuc enim dicitur electa industria personæ sub specie, licet non sub nomine singulari, vt declarat Menoch. *in d. conf. 54. num. 42. & seq.*

47 Tertio mouentur omnes, quia milites tria illa religionis vota emittunt, castitatis nempe, obedientiæ, & paupertatis, Rot. *decis. 454. sub nu. 3. select. per Farin. part. 2.* si igitur sine proprio viuere debent, in feudis succedere non poterunt; & hoc est, quod dixit Rim. *in d. confil. 527. in quinto, & octauo argumento;* & id, quod continet secundum, sextum, septimum, & octauum motiuum, de quibus *in d. conf. Nat. 508.*

48 Et ad corroborationem multæ adducuntur auctoritates, Bald. enim hoc tenuit *confil. 170. lib. 2. Barb. de pract. Card. par. 3. quæst. 5. Brun. conf. 17. Cass. super Const. Burdeg. in tit. de feud. §. 5. in verb. except. al. Religiosos, n. 18. Crau. conf. 30. Rol. confil. 23. nu. 39. lib. 1. Alciat. confil. 29. num. 6. 10. Thom. de Marin. de feud. tit. 12. n. 141.* quos omnes allegat, & sequitur Menoch. *in d. conf. 54. num. 24. idem tenet de arbit. casu 231. num. 5. & nouissimè in addit. nu. 28. & seqq. vbi etiam citat Duem. reg. 20. in §. limitat. Cennetius in extrau. volentes, in verbo, sed cum possit, Herman. Pirr. in quæst. feud. in tertia parte, quæst. 33. num. 12. & eam latissimè comprobare conatus fuit Rim. lun. *d. conf. 527.* plures allegando nu. 54. Quibus addi potest Gratian. *discops. Forens. lib. 3. cap. 450. num. 44. & seqq.**

Contraria verò opinio potius ex solutione supradictorum argumentorum probari potest, quam quod alijs medijs sit corroboranda; nam quilibet ex comprehensus succedit in feudo, nisi reperiat prohibitus: vnde an isti milites in feudis succedant, ex hoc pendet, an eorum Religio ipsos incapaces reddat.

Et ad ipsorum fauorem adducunt omnes, quod hanc religionem ingressi statum non mutant, nisi dicamus in melius, cum bellica arma non deponant; ac ideo cessat ratio, *cap. 1. de mil. vas. qui bell. arm. depos.*

49 ¶ imò instituta fuit hæc Religio ad hoc, vt arma tractent, ac infidelibus resistant, & præcipue barbaræ Turcarum nationi, vt per Nat. *in conf. 507. num. 9. & Cuit. lun. in d. quæst. 10. nu. 19.* vnde non est, quod conserantur cum alijs Religionis, ¶ quorum arma sunt lacrymæ, & orationes: & certè quæ nam similitudo esse potest inter istos gloriosissimos milites, qui gladijs, galeis, ac Thoracibus armati, inter hostes constituti, sacrosanctam fidem proprio sanguine defendunt, ac tuentur; & hominem exalceatum, tunica inuolutum, ac in claustro, & cella clausum, qui corona solum, sermone, orationibus, disciplinis, ac ciliicijs ad cælum viam sibi præparat? Nec obstat responsio Menoch. *in dicto confil. 54. num. 32. & Rimin. in d. confil. 527. nu. 74.* mutationem status in melius esse quantum ad ipsos, non autem quantum ad dominum feudi, cui seruire non possunt, ob quam rationem Clerici in feudis non succedunt, licet in melius mutant statum. Respondetur enim ¶ imò hos milites feudorum dominis seruire posse, & licentia saltem superioris, vt expressè habetur in constitutione, de qua *in cap. 28. tertia partis,* vt per Nat. *in d. confil. 508. num. 18.* quam licentiam dare debet Prior, cum enim permittat ipsos feuda retinere, intelligitur etiam permittere, vt Dominis feudorum seruire possint, ¶ qui enim vult antecedens, & necessarium consequens velle præsumitur, *leg. fin. in fin. ff. de offic. eius, cui mand. est iuris d. leg. 2. cum sibi notatis. ff. de iuris d. om. iud.* Et verbalis est differentia, quam facit Rimin. loco citato, num. 41. id procedere, si Principes, ac prouinciarum Domini, in quibus commorantur, vel sunt oriundi, hoc petant, secus si domini feudorum; nam sat est, Priorem posse dare licentiam interessendi alijs bellis, quam contra infideles; nec maior videtur ratio cur id concedendum sit potius Principibus prouinciarum, quam feudorum Dominis; quibus & naturali, & civili vinculo, ob præstitum fidelitatis iuramentum sunt astricti.

Secundo, in idem ferè sonat aliud argumentum, de quo per Neuz. *dicto confil. 30. num. 4.* feuda non concedi ad aliquod seruitium, quod non possit æquè bene explicari per istos Milites, quorum exercitium est, arma tractare, quam per alios; ergo quemadmodum in feudis alij succedunt, sic etiam succedere debent milites isti, Cui argumento respondeat omnes, negando maiorem, per ea, quæ dicta fuere in secundo fundamento contrariæ partis: vnde ex solutionibus ipsius remanebit comprobatum præsens argumentum pro militibus.

Tertio, omnes pro eadem opinione consuetudinem adducunt, secundum ea, quæ testatur Neuz. *dicto confil. 30.* quem refert, & sequitur Nat. *dicto confil. 507. & seq.* quæ propterea sequenda venit *leg. minimè, leg. si de interpretatione. ff. de leg. nec possumus dicere,* constitutiones Religionis repugnare; sic enim à prædicta consuetudine fuerunt interpretatæ, vt per Nat. *in d. conf. 508. num. 10.* Huic argumento respondet Rimin. lun. *in d. conf. 527. num. 72.* ¶ consuetudinem esse probandam, nec extendi posse de loco ad locum, cum sit stricti iuris, Dec. *confil. 389. Socin. lun. confil. 101. lib. 2. Olasc. decis. 100. circa finem,* cum alijs per ipsum adductis num. 73. Verum hic non tractatur de consuetudine locali, sed de consuetudine dictorum militum in succedendo: vnde melior videtur responsio Menoch. *in d. confil. 54.* consuetudinem esse probandam in eadem specie feudi, de qua esset controuersia, ad tradita per Oldr. *conf. 237. num. 3.* cum alijs cumulatis per Menoch. *in allegato confilio.*

Quarto, idem probari videtur per tenorem capituli secundæ

secundi, sub rub. de alien. vbi ponuntur hæc verba, *fratres, qui per emptionem, donationem, pradia, aut iurisdictionem, aut alia bona acquisuerint, &c.* de quibus verbis per Nat. *d. consil. 508. num. 5.* dum enim dictum capitulum de iurisdictione mentionem facit, non potest intelligi de illa iurisdictione, quam iudices habent, illa enim non donatur, non emitur, nec connumeratur inter bona, nec retinetur vita durante; vnde sequitur, vt de alia iurisdictione sit intelligendum, quam quis in subditos habet, quæ regulariter non datur, nisi reteruato directo dominio, quod nil aliud est, quam feudum constituere: feuda igitur milites isti acquirere possunt, & ea retinere eorum vita durante.

Nec etiam auctoritates pro hac parte defunt, Bald. in *cap. 1. de mil. vas. qui bell. arm. depos. num. 4.* vbi etiam Aluat. *vers. quare quid si vassallus, & prepos. in fin. nec non Afflict. num. 11.* Mich. Buttrius, & Petrus Rauen. in *ead. cap. quos refert, & sequitur Neuz. de consil. 30. num. 1.* Iacob. de S. Georgio de feud. in verbo, *diligite vassalli promiserunt non committere felloniam, num. 41.* Barbat. in rubr. de feud. *vers. sic, quid si vassallus efficiatur miles, Rub. consil. 80.* Curt. Iun. de feud. *part. 3. memb. 2. quæst. 10. num. 19.* latissime Nat. in *dictis consiliis, 507. & 508.* Nec est quod Menoch. in *d. consil. 54. num. 30. & seqq.* conetur has auctoritates debilitare, cum vt plurimum citati auctores id incidenter asserant; nam idem certè, & longè melius, de auctoritatibus contrariæ partis dici poterit: præterquam quod Bald. in *d. consil. 170. & Brun. in d. consil. 17.* contrarium asserunt de rigore iuris; vnde videntur potius sensisse hanc partem pro militibus in præxi esse obseruandam, ad tradita per Curt. Sen. *consil. 1. vt dixit Neuz. d. consil. 30. sub nu. 3. in fin. ad tex. in leg. placuit, C. de iud.*

Sed, vt supradicta melius comprobata remaneant, deueniendum est ad solutionem contrariorum. Ad primum igitur argumentum; *†* hos milites esse Religiosos, & Deo dicatos, appellari fratres, hospitalarios, esse ordinis Sancti Augustini, habitumque sumere; respondetur, ipsos esse quodammodo Religiosos, sed non propriè, vt per Abb. in *cap. quamuis, de decim.* vbi asserit, hos milites non posse dici Religiosos, sed quasi religiosos; idemque affirmat in rubr. de regular. dum dicit, largo modo dici personas religiosas; & ideo in materia odiosa regulariter non comprehenduntur appellatione Religiosorum, quæ omnia sequitur Nat. *d. consil. 507. num. 14 & 15.* & And. Sicul. in *cap. inquirendum, de pecul. cleric. dicit, hos milites potius assimilari militibus armatæ militiæ, quam clericis.* Disposita igitur in *cap. 1. de mil. vas. qui bell. arm. depos.* non procedunt in istis militibus; *†* Religiosi enim non succedunt in feudis, quia, quicquid acquirunt, Monasterio acquirunt, *Aub. ingressi, C. de Sacros. Eccl. sed isti milites, sic permittentibus eorum constitutionibus, bona retinent eorum vita durante, vt infra dicitur in solutione tertij argumenti, & sic cessat illatio, de qua per Rimin. Iun. loco citato in nono argumento. Præterea *†* Religiosi non succedunt in feudis, quia in bello esse non possunt, *cap. ex multa, §. de Clericis, de vos. e. Clerici 23. quæst. 8.* ob rationes consideratas per Menoch. in *dicto consil. 54. num. 19.* quæ pariter ratio cessat in istis militibus, quibus nullo modo armorum vsus est prohibitus, vt supra dictum fuit.*

Secundum argumentum ex supradictis pariter fuit solutum, dominis enim feudorum seruire non posse negatur: nec obstat prima consideratio, hanc religionem institutam fuisse ad bellandum contra Turcas; nam & alijs bellis interesse posse de Licentia Prioris iam ex tenore constitutionum huius quasi religionis

fuit demonstratum, Quod verò non possunt hominibus, ac confederatione se alicui adstringere, non repugnat casui proposito; *†* quid enim commune habet homagium cum feudo, quod dicitur, quando alicuius se hominem facit? Aluat. in *prelud. feud. quæst. 7. vers. est sciendum;* Et *†* confederatio est quedam promissio facta ad inuicem mutui auxiliij causa contra hostes, vt per Bald. in *leg. excusior, vers. sed quarto, C. de excus. rei iud.* quæ cum sint à feudis diuersa, non potest ab vno ad aliud inferri, præcipuè cum simus in cō-

stitutionibus odiosis, ac stricti iuris; *†* in quibus de casu ad casum non inferitur ob aliquam similitudinem vt in exemplis, de quibus per Nat. *d. consil. 508. num. 10.* Maiorem videtur continere dubitationem, quod de iuramento dicitur: verum responderi posset primo, sensum esse, vt mediante iuramento, qui adstringi non possit alicuius homagio, vel confederatione: Secundo optimè respondet Nat. *loco proxime citato, num. 13.* hoc intelligendum esse, nisi aliquid obtineant à Do-

mino temporali, per tex. in *e. nimis, de iur. iur.* *†* vbi licet Clericis sit interdictum præstare laicis iuramentum fidelitatis; tamen id non habet locum, si à laico aliquid temporale accipiant, necessarium enim est tunc iuramentum; nec obstat replicatio Rimin. in *d. consil. 527. num. 31. & seq.* capitulum esse vniuersale, nam responderetur, vniuersalitatem hanc non posse extendi ad ea, quæ veniunt ex natura contractus, vt optimè docet Bald. in *leg. fin. n. 13. C. de usufruct. & declarata exempla, de quibus per Nat. d. consil. 508. num. 11.* alia similia cumulat Barbat. in *leg. 1. C. de his, qua pen.*

nam sub num. 17. Præterquam quod *†* cum permittat acquisitiones, & omnia ad ipsas necessaria permittere dicendum est, nam qui concedit aliquid, & omne id concedere dicitur, sine quo illud explicari non potest, *leg. 1. §. primo, ff. si usufruct. pet. l. 3. §. qui habet, ff. de seruit. rust. pradior. l. resellionis, ff. com. pradior. leg. fin. in fin. ff. de offic. eim. l. veteres, cum ibi notatis, ff. de ius. d. l. que priuat. l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. vltra quod hæc omnia saltem cum licentia Prioris facere possunt.*

Tertium verò fundamentum de voto paupertatis soluit Nat. *dicto consil. 508. num. 5. ex constitutione sub rubric. de alienat. cap. 2.* istos nempe milites acquisita retinere posse, eorum vita durante, votum igitur paupertatis non est in causa, quin bona, donec viuunt, retinere possint.

Auctoritates verò hinc inde adducuntur.

Ex quibus negari non potest, dubiam admodum reddi præsentem inuestigationem. Et si in re tam obscura cuilibet licitum est suum proferte iudicium, crederem ego, Milites prædictos in feudis propriis, & veris succedere minimè posse: non ea ratione, quia sint religiosi, nam verè potius secularibus assimilantur; non quia non possint seruire Dominis, nam posse saltem de licentia Prioris permittunt constitutiones præterquam quod id, quod dicunt Doctores seruire licitum esse quandoque per substitutum, non procedit sine aliqua ratione. Sed *†* votum paupertatis omnino me cogit, vt in hanc deueniam sententiam, quod votum à Summis Pontificibus nequaquam dispensatum existit, vt per Rimin. in *dicto consil. 507. num. 30.* nec obstat responsio, de qua supra, constitutiones concedere, vt acquisita retinere possint, eorum vita durante: *†* nam animaduertendum est, hoc non esse dispensare votum paupertatis, sed quandam permissionem factam clausis quodammodo oculis, vt dicti milites possideant in particulari, quod in communi possidere deberent. Sit exemplum: filius quicquid acquirit, patri acquirit, sed si pater aliquid filium

retinere permittat, illud dicitur retinere sic permit-  
tente patre, non autem quod patri, non acquiratur, sic  
etiam seruis proprios habet nummos, continentibus  
eē illis domini. *leg. 4. ff. de man. & clarius exemplum*  
*potest esse in Abbate, ac Abbatisa, qui permittant*  
*Monachum, vel Monialem aliquid retinere eorum vita*  
*durante, quod ad Monasterium pertineret. Modo*  
*quæ ego, quæ nam sunt ista, quæ pater permittit filio:*  
*dominus seruo, & Abbas Monacho possideri? & sunt*  
*illamet, quæ statim patri domino, & Monasterio ac-*  
*quisita fuerit; licet pater filio, dominus à seruo, Ab-*  
*bas à Monacho possideri permiserint, eorum vita du-*  
*rantē. Idem est in militibus istis, qui propria habere*  
*non possunt ob votum generale paupertatis, in quo*  
*non dispensat Religio, vnde quicquid acquirunt, Re-*  
*ligioni acquirunt, licet Religio permittat, vt ea, quæ*  
*statim post acquisitionem Religioni dare deberent,*  
*retinere valeant eorum vita durante: ac propterea*  
*hæc permissio est solum circa ea, quæ Religioni ac-*  
*quiruntur: sed feuda non acquiruntur Religioni, vt*  
*supra dictum fuit, ergo hæc permissio circa tēda ni-*  
*hil operari potest.*

Nec dicatur, cur Religio permittere potest ab ipsis  
possideri, quæ Religioni acquiruntur, non autem  
alio: facillimum enim est responso: nam quantum ad alia  
esset dispensare votum paupertatis, quod facere non  
potest Religio: quantum vero ad ea, quæ Religioni ac-  
quiruntur, est solum quædam tolerantia, vt ipsi mili-  
tes in particulari possideant, quæ in communi posside-  
re deberent, remanente firmo voto paupertatis, pro-  
vt in exemplo Abbatis, & Abbatisæ supra posito. Et  
hæc mihi videtur vera, & germana intelligentia, ac  
declaratio prædictæ constitutionis. Qua stante non  
obstant considerata in quarto argumento: procedent  
enim in iurisdictionibus, quæ ad ipsam Religio-  
nem pertinere possunt, quæ à militibus possideri, eo-  
rum vita durante, Religio permittere potest; & hoc  
est, quod indicant illa verba, eorum vita durante, hoc  
est, vt post ipsorum mortem, omnia ad Religionem  
revertantur, quod in feudis dici non potest.

- 71 Et stante supradicta ratione, non possent prædicti  
milites, nec etiam retinere feudum, quod solum ali-  
quod seruitium personale requireret, quod per ipsos  
præstari posset, adhuc enim votum paupertatis ob-  
staret, quod non esset in Clericis secularibus, vt dixi  
supra in tertia limitatione.
- 72 Secundo hæc opinio est amplianda, etiam si feudum  
admittat seruitium personale per substitutum, adhuc  
enim paupertatis votum ipsos reddit incapaces.
- 73 Tertio idem dicendum esset, si feudum esset con-  
cessum pro quibuscumque hæredibus, stante etiam  
pro vera illa opinione, de qua supra in septima ampli-  
atione.
- 74 Quarto idem esset in feudo franco, in quo licet ces-  
set ratio seruitij personalis, altera tamen consistens in  
voto paupertatis repugnat; & falsa est æquiparatio,  
quam facit Fachin. *lib. 7. controu. iur. cap. 36.* dum istos  
Milites Clericis secularibus æquiparat; cum clerici  
seculares votum paupertatis non habeant.
- 75 Et solum limitanda esset hæc conclusio in feudo im-  
proprio, & requirente solum reale seruitium, quod  
feudum transit etiam ad clericos regulares, bonorum  
capaces, vt dictum fuit supra in quarta limitatione.
- 76 Secundo esset limitanda, stante in contrarium con-  
suetudine, votum enim paupertatis tunc à consuetu-  
dine diceretur sic interpretatum, ac receptum, quæ  
tamen consuetudo in specie, & in casu, de quo agere-  
tur, esset probanda, vt per Menoch. *laico supra citato.* Et

cum casus in Statu Serenissimi euenisset, contra Mili-  
tes iudicauit Serenissima Audientia; & nouissime  
Gratian. *discept. Forens. cap. 880. n. 2.* dicit Milites Hie-  
rosolymitanos esse proprie Religiosos, ob supradic-  
ta tria vota; ac ideo non succedere in feudis, vt per  
ipsum num. 6. vbi multa ad propositum, post hæc scri-  
pta à me visa.

## SUMMARIUM.

- 1 Fratres plures si conueniri debeant, quorum vnus sit Clericus, an omnes coram iudice Laico conueniri debeant: & num. 20. & quid si causa sit diuisibilis, num. 23. & quid si plures sint Laici quam Clerici, num. 21.
- 2 Iudex Ecclesiasticus dicitur maior, & dignior.
- 3 Dignior trahit ad se minus dignum, & num. 7.
- 4 Clericus coram Laico conueniri non potest.
- 5 Appellatio à sententia lata à iudice Laico, & Clerico debet fieri ad superiorem Ecclesiasticum, & num. 16. vbi de ratione.
- 6 Reductio ad arbitrium boni viri à laudo lato ab arbitratore Laico, & Clerico, an debeat peti coram superiori Ecclesiastico, & numerus seqq. & quid si compromissum fuerit necessarium, num. 13.
- 8 Reductio ad arbitrium boni viri coram quo iudice peti debeat, & num. 12. & 17.
- 9 Reductio se habet ad instar appellationis, de quo & num. 18.
- 10 Appellatio semper fit ad superiorem.
- 11 Appellatio à laudo non datur.
- 14 Reductio ad arbitrium boni viri vel iure actionis, vel Officio iudicis petitur.
- 15 Reductio petita causa reducitur ad pristinum statum.
- 19 Iudex Ecclesiasticus potest cogere laicum electum cum clerico pro executione testamenti, & pro reddenda ratione tutelæ, vel curæ.
- 22 Plures in eodem crimine reperi omnes remitti debent ad iudicem Ecclesiasticum, si vnus eorum fuerit clericus.
- 24 Clerici si conueniantur non vti singuli, sed vti de vniuersitate, nõ debent conueniri coram iudice Ecclesiastico.
- 25 Collegium, seu vniuersitas dicitur corpus fictum.
- 26 Clericus coram iudice Laico conueniri potest per viam reconuentionis.

Fratres, quorum vnus sit Clericus, alter  
Laicus, an sint conueniendi coram  
Iudice laico, vel Ecclesiastico.

## CAP. XLIX.

- 1 Sæpè contingit in facto, vt plures sint conueniendi  
fratres, quorum vnus sit Clericus, & dubitatur, an  
omnes coram Iudice Ecclesiastico sint conueniendi  
& communis est resolutio, quod si causa sit indiuidua,  
omnes conueniri debeant coram Ecclesiastico, vt dixit  
Bar. in l. *præcipimus, §. eodem obseruando, C. de appell.*  
Marant. in suo *specul. part. 4. dist. 21. num. 21.* Socin.  
2 *consil. 12. num. 17. lib. 1.* & ratio assignatur, quia ¶ iudex  
Ecclesiasticus est maior, & dignior, iuxta notata in *legi.*  
*omni nominatione, C. de Sacros. Eccles.* & in *c. solita, de ma-*  
3 *ior. & obed.* vnde tamquam ¶ potentior, & dignior mi-  
nus dignum ad se trahit, *leg. per minorem, ff. de iud. &*  
*capit. quanto, de iud.* Socin. in *c. fin. in vndecimo articulo*  
*principalis, in illa qua fallentia, de vniuers. petitionibus, &*  
*in dicto consil. 12. num. 17. lib. 1.* Boss. *de for. compet. num.*  
*146.* Couar. *variar. resol. cap. 36. num. 1. & 2.* Decian. *lib.*  
*4. sic prax. cap. 9. num. 44.* Farin. *quæst. 8. num. 151.* Sord.  
conf

*conf. 222. num. 2. & 3. lib. 2. Seraph. decis. 958. Gratian. discip. Forens. lib. 4. cap. 641. nu. 1. 2. 3. & 4. & per totum, stante enim, quod causa sint indiuisibilis, magis conuenire videtur, vt laicus conueniatur coram iudice Ecclesiastico, quam clericus coram laico: precipue cum si solus Episcopus habeat iurisdictionem contentiosam in clericos suae diocesis, eum. de persona vnde iura, quest. prima, cap. quanto, & cap. cum ab Ecclesiasticis, de off. ordin. Scac. de iud. lib. 1. cap. 11. nu. 24. vbi alios citat, quod procedit etiam in Clericis habentibus solum primam tonsuram, e. 1. & 2. de for. com. per. vbi scribentes, & sequitur Socin. in d. consil. 12. num. 16. lib. 1.*

Hinc videmus etiam, quod si duo sint iudices, vnus Ecclesiasticus, alter laicus, semper ad superiorem Ecclesiasticum recurritur, vt dixit Part. in l. 1. §. si quis in appellatione, num. 13. ff. de appell. lal. in l. Imperium sub num. 1. vers. quarto. ff. de iurisd. omni iud. Marant. in suo Specul. part. 4. distinct. 11. num. 20. Quod Bal. & Saly. in d. l. precipimus, C. de appell. exemplificat, si in laicum, & clericum fuerit factum compromissum: tunc enim reductio ad arbitrium boni viri peti debet coram iudice Ecclesiastico: & idem secutus fuit Marant. loc. cit. num. 18. Et rationem esse dicit, quia si dignior minus dignum ad se trahit. Et pro eadem illatione facit quod dixit Rom. d. consil. 265. nu. 2. si in petenda reductione ad arbitrium boni viri, considerandam esse personam arbitratorum: vnde si fuerint persona Ecclesiastica, vel saltem vnus ipsorum fuerit clericus, ad iudicem Ecclesiasticum esset recurrendum; cum si reductio se habeat ad instar appellationis, leg. non dissimulamus, §. cum quidam, ff. de arbit. Sed si quando appellatur, semper recurrendum est ad superiorem, leg. precipimus, C. de appell. ergo idem dicendum est in reductione. Affl. & decis. 51. alios citat Rol. cons. 24. in princ. lib. 4. plures Couar. variar. resol. lib. 2. cap. 12. in princ. multos Thesaur. decis. 14. num. 1.

Quibus tamen non obstantibus contrarium in hac illatione asserendum est, pro quo primo est praemittendum, si a laudo appellationem non dari, leg. 1. C. de recept. arb. sed solum peti posse reductionem ad arbitrium boni viri: modo si quæratur si coram quo iudice petenda sit reductio, diuersae fuerunt opiniones, quas omnes, vna cum ipsarum fautoribus recenset Thesaur. in d. decis. 14. Duae tamen sunt principales, vna vt arbitratorum persona attendatur, de qua Rom. in dicto consil. 265. altera, reductionem petendam esse coram iudice rei, & causae competentis: quae opinio sequenda est, cum sit communis, & in praxi seruati solita, probabilior, & vera. Est communis, cum maiori Doctorum calculo sit comprobata, inter quos primo loco ponendus est Bart. qui in l. societatem, §. arbitratorum, num. 19. hoc expresse docuit Paul. de Cast. in leg. si suscepta, §. si, ff. de inoff. testamento, & in l. 2. C. vbi & quando, Fedet. de Sen. consil. 285. Lantr. de arb. part. 1. num. 33. & part. vlt. quest. 19. num. 43. Alex. consil. 131. lib. 2. Rebuf. de arb. art. 1. glof. 10. Blanc. de arb. quest. 10. nu. 16. vbi dicit, si id eo magis procedere, si compromissum fuerit factum ex forma statuti, succederent enim tunc in locum iudicum ordinariorum, & indebitè grauarentur partes, si ad iudicem ordinarium recurrere non possent. idem voluit Rol. d. consil. 24. vbi nu. 5. & 6. alios citat, & de communi testatur, & Thesaur. in d. decis. 14. in princ. dixit, hanc sententiam a canonistis in c. quintaualtu, de iur. iur. communiter esse receptam, in praxique seruati dixit num. 8. & de regia quadam ordinatione testatur Rebuf. loc. cit. & in Camera Imperiali opinionem Bart. seruati, & secundum eam iudicatum fuisse, refert And. Gail. pract. obseruat.

lib. 1. obseruat. 109. idem testatur Mynsing. sig. obseruat. cent. 1. obseruat. 61. & Couar. lib. 2. variar. resol. cap. 12. sub num. 1. dixit, id esse vsu receptum, & omnes in hoc conuenire: hocque Senat. Pod. censuisse, nobis testis est locupletissimus Thesaur. in d. decis. 14. nu. 8.

14 Et demum probabilior, & vera; nam reductio ad arbitrium boni viri, vel peti potest iure actionis, vel officio iudicis, vt declarat Bart. in d. §. arbitratorum, n. 17. si iure actionis, actor debet sequi sortum rei; & idem est, si imploretur officium iudicis; quam Bart. rationem omnes alij sequuntur: nec contemnenda est consideratio Thesauri loc. cit. num. 5. per si petitionem reductionis ad arbitrium boni viri, causam ad pristinum reduci statum, ac ideo arbitratorum personam non esse habendam amplius in consideratione, & allegat tex. in leg. si rem, ff. de recept. arb. ad idem alij adducunt tex. in leg. cum hi, §. de transactione, ff. de transact. secundum inductionem, Rol. loc. cit. num. 12. aliae rationes videri possunt per Couar. loc. cit.

16 Nec obstant in contrarium adducta, quod enim recurratur ad superiorem Ecclesiasticum, quando vnus fuerit laicus, & alter clericus, procedit in appellacione, & si omnes fuerint iudices ordinarij, & in istis terminis locutus fuit Bart. in d. l. 1. §. si quis in appellatione, num. 11. & est ratio, quia ad superiorem appellandum

17 est, leg. precipimus, C. de appell. & si ad Ecclesiasticum, cum magis dignus minus dignum ad se trahit: quod non est in reductione ad arbitrium boni viri, in qua attenditur forma rei; nec obstat ratio Marantae, cum non attendantur personae ipsorum arbitratorum, vt supra dictum fuit, quod pariter decepit Romanum;

18 cuius ratio non concludit; nam licet haec si reductio sit quodammodo ad instar appellationis, multae tamen inter haec duo reperiantur differentiae, vnde ab vno casu ad alium non est bona argumentatio, vt per Fed. de Sen. consil. 285. ac proprie a Lantr. de arbit. quest. 22. dixit, reductionem ad arbitrium boni viri potius dici debere dissimilem, quam similem appellationi, quem refert, & sequitur Rol. d. consil. 24. num. 13. & eandem responsionem amplexus fuit Thesaur. d. decis. 14. num. 7. & secundum hanc opinionem in facti contingentia iudicauit Celeberrimum Vibini Collegium, in eausdem patrone.

19 Redeundo modo ad propositum, confirmatur conclusio, de qua supra num. 1. ex eo, quod si Clericus, & Laicus fuerint electi pro executione testamenti, ambo à iudice Ecclesiastico compelli possunt, Marant. loc. cit. nu. 19. Card. in cap. Ioannes, de testam. & Bart. in leg. solem, vers. sed ponamus, ff. de alim. & arb. leg. nu. 14. dixit, quod si plures sint haeredes, qui pro alimentis

20 debeant conueniri, & aliqui ipsorum sint Clerici omnes conueniri debent coram iudice Ecclesiastico: nec esset necessaria protogatio iurisdictionis, quia Laicus ob personam Clerici forum Ecclesiasticum sortitur, vt probat Marant. loc. cit. num. 21. Et hinc etiam in specie volunt Doctores, quod si plures sint tutores, vel curatores, quorum vnus sit Clericus, reductio rationis

debeat fieri coram iudice Ecclesiastico, reductio enim rationis dicitur indiuisibilis, Roland. consil. 81. nu. 36. lib. 1. Menoch. de arb. casu 109. num. 31. & late probat Gratian. discip. Forens. lib. 4. cap. 641. nu. 5. & seqq. vbi plura ad propositum cumulat, & ampliat etiam si agatur contra haeredes tutorum, vel curatorum, quorum vnus sit clericus, vt per ipsam num. 16. & seqq.

21 Quam conclusionem ampliant supracitati Doctores, vt procedat etiam si plures sint Laici, quam Clerici, Abb. in cap. primo, de loc. Socin. in cap. 2. in illius fallentia, de iur. iur. & in d. consil. 12. nu. 17. lib. 1. Ma-

rant. *loc. cit. num. 21. Decian. consil. 84. num. 27. lib. 2. ac ideo Anton. de Can. in l. 1. in fin. ff. qua sent. fin. appel. re. scind. infert.* † quod si plures homines fuerint in eodē crimine reperi, inter quos clericus adsit, si ipse petat remitti ad iudicem suum, etiam omnes alij complices petere possunt, se ad eundem iudicem Ecclesiasticum remitti, contemplatione illius Clerici, & ne contigentia causæ diuidantur, & ne sequatur absurdum, vt in eadem causa variæ ferantur sententiæ, & forsitan contrariæ: quod maximis præconiis extollit, Soc. in d. cap. 2. in d. fallentia octaua, & idem confirmat in d. consil. 12. sub num. 17. quem refert, & sequitur Decian. d. consil. 84. num. 28. & hoc perpetud esse notandum dixit Marant. *loc. cit. nu. 12.* cum quotidie accidat in factu Luc. decis. Forens. 26. nu. 18. part. 1. Menoch. de arbit. casu 371. nu. 13. in fin. Scac. de Ind. lib. 1. cap. 11. nu. 24. Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. nu. 44. & seqq. plures alios citat Farin. de inq. quæst. 8. m. 131. Oppositum tamen in hac illatione tenet Cean. consil. 232. lib. 2. Conar. pract. quæst. cap. 54. num. 1. Olasc. decis. 103. num. 10. & sic vidisse obseruare Mediolani testatur Clar. in prax. quæst. 36. vers. euenit, alios citat Farin. *loc. cit. vers. contrarium:* & inueniuntur omnes, quia hoc casu diuisibilis est causa, & sic non intrat conclusio, vt in sequenti limitatione: secundo addit Farin. in delictis socium criminis non gaudere priuilegio socij *leg. si quis uxori. ff. de furt.* Verum responderi posset, causam si ratione personarum, non tamen ratione delicti esse diuisibilem vnicum enim est delictum, licet à pluribus perpetratum, vnde ne contingentia causæ diuidantur, & ne contrariæ, seu saltem diuersæ oriuntur sententiæ, debent omnes remitti ad iudicem Ecclesiasticum: & eo maximè cum testetur Scac. in facti contingentis, Sacram Consultam remississe causam Indici Ecclesiastico priuatiuè, quo ad iudicem secularem, quem refert Farin. *loc. cit. vers. ut cuique sit.* Nec obstat altera Farin. ratio nam laicus non debet remitti ex eo, quod gaudent priuilegio socij criminis, sed vt dixi, ne contingentia causa diuidantur, & ne diuersæ ferantur sententiæ.

23 Limitatur modo supradicta conclusio, de qua nu. 1. si causa sit diuisibilis, tunc enim vnusquisque conueniri debet coram iudice suo, vt omnes supracitati Doctores fatentur, & docet Marant. *loc. cit. num. 24. Neuiz. in Silu. rupt. part. 6. num. 38. & 43.* & declatant alij, quos citat Farinac. *loco citato sub d. num. 151. vers. sic non obstant.*

24 Secundo limitatur, si non conueniantur omnes vti singuli, sed vti de vniuersitate; vt si conueniantur Collegium, tunc enim si plures fuerint laici, omnes coram iudice laico erunt conueniendi, si verbò plures fuerint clerici, omnes conueniri debebunt coram iudice Ecclesiastico, vt dixit Barr. in l. si. ff. de coll. & corp. obli. & in l. Senatur. ff. de reb. rub. lun. & Butt. de stat. in c. dilecti, de excess. Prel. Auth. in cap. ea, qua, de reg. iur. in 6.

25 quæst. 16. princ. conueniuntur enim tunc Collegium, & vniuersitas, quæ est corpus fictum, & imaginatum, l. proponebatur, ff. de iud. cap. Roma 5. vniuersitatem, de sent. excom. lib. 6. vnde singuli de vniuersitate non dicuntur conueniri *leg. sed si 9. qui manumitur, ff. de in ius voc. prout singuli conueniuntur;* vnde tunc personarum qualitas attenditur, vt per Socin. in d. cap. 1. & 2. & in d. consil. 12. num. 12. Marant. *loc. cit. num. 22.*

26 Quod tamen diximus, clericum non posse conueniri coram iudice laico, & trahere, non trahi non procedit, si per viam reconuentionis conueniatur. At illic. decis. 173. vbi Vrsil. in add. plures idem tenentes citat,

de quo etiam Marant. in 4. part. sui specul. distinc. 7. nu. 53. quæ tamen, vti extra nostram materiam prætermitto.

## S Y M M A R I U M

- 1 Frater ad ferendum testimonium contra fratrem cogi non potest, & de ratione, num. 2. & seqq. quod procedit etiam in civilibus, num. 14.
- 3 Frater an possit cogi ad ferendum testimonium in fauorem fratris, & num. 5. & seqq.
- 4 Frater, vt non possit cogi ad ferendum testimonium contra fratrem, qua ratione fuerit inductum.
- 6 Frater, vt ferat testimonium contra fratrem, inconueniens admodum videtur.
- 7 Frater si cogatur contra fratrem testimonium ferre, periculum esset periurij.
- 8 Frater, si vult, potest contra fratrem testimonium ferre.
- 9 Filij, & parentes non admittuntur ad ferendum testimonium contra.
- 10 Frater, qui falsum deponit contra fratrem, puniri potest.
- 11 Testis, qui non potuit examinari, si sit varius, puniri non potest.
- 12 In examine personarum, qua non possunt cogi ad ferendum testimonium, debet apponi, spondè suisse examinatas, aliter præsumuntur coacti.
- 13 Consobrinius non potest cogi ad ferendum testimonium contra consobrinnum.
- 15 Frater licet fuerit copuiscus de mendacio, non potest tamen inqueri contra fratrem.
- 16 Frater an teneatur reuelare contra fratrem vigore monitorij, & num. 21. & 24.
- 17 Frater testis instrumentarius potest cogi ad ferendum testimonium contra fratrem; & idem est, si in aliqua alia re fuerit testis adhibitus, num. 18.
- 19 Frater ad ferendum testimonium contra fratrem potest cogi in criminibus exceptis.
- 20 Frater potest cogi ad ferendum testimonium contra fratrem, si ipse frater consentias.
- 21 Frater potest cogi ad ferendum testimonium contra fratrem, si aliter veritas haberi non possit.
- 22 Frater inductus à fratre potest cogi ad ferendum testimonium etiam contra.
- 25 Veritatem aliter haberi non posse, quis probare debet.
- 26 Veritas quando dicatur, vt aliter haberi non possit.
- 27 Nauarra opinio circa coactionem tertium non probatur.

## An frater ad testificandum contra fratrem cogi possit.

## C A P. XL.

DE testimonio fratrum, cum modo nostra debeat esse disputatio; quod in tractatu de fratribus deesse nolui, licet lectorem ad eos, qui de hac re latissimè scripsere, remittere potuissem, vt Gab. in suis com. opin. in tit. de testibus, conclus. 14. & post ipsum Farin. de oppos. contr. personas testium, quæst. 54. num. 84. & seqq. vt aliquo ordine procedam, ad tria capita hanc materiam reducendam esse duxi. Primum, an frater cogi possit ad ferendum testimonium contra fratrem. Secundum, si testificatus fuerit, an probeat in criminalibus. Tertium, an probeat in civilibus; de primo in præfenti capitulo, de alijs in duobus sequentibus.

1 Si igitur queratur, an frater ad ferendum testimonium contra fratrem cogi possit, ex iuribus expressis respondendum est, nequaquam cogi posse, l. leg. Julia. ff. de test. s. si testes, s. lege Julia, 4. quæst. 3. vnde parum curam;

curandum est de aliis auctoritatibus, quæ certè non desunt, attestantes de communi, vt *Grall. in suis com. opin. lib. 2. c. 17. quæst. 4. Vis in verbo, testis idoneus, versic. & quamuis frater, imò hoc indubitatum esset, dixit Alber. de Malet. de test. cap. 6. nu. 2. versic. circa primum, quem refert, & sequitur Clar. in sua prall. Crimin. 8. fin. quæst. 24. versic. scias tamen, alios citat Farin. loc. cit. n. 94. hocque non esse, dubium, dixit Ross. de oppos. contr. test. sub num. 109. versic. non est dubium, & tradit Gig. de crim. lese. M. a. test. in tit. quomodo, & per quos crimen lese. M. a. test. probatur, quæst. 9. Camppeg. de test. reg. 148. & passim omnes. † Dubitatio tamen esse solet, quare id à lege fuerit inductum, gl'of. Bart. alique scribentes communiter tam in d. l. Julia, quam in l. seq. tenent, hoc procedere favore testium in omnibus casibus ibi adnotatis: ex quo inferant, † quod licet non possint cogi ad restituendum contra fratres, in ipsorum tamen favorem ad restituendum cogi poterunt, argumento tex. in leg. quod favore, C. de leg. Et tamen contraria inter Doctores, † an consideretur favor eorum, qui testificari debent, vel eorum, contra quos debet fieri restitucio; vel amborum: gl'of. in d. l. Julia, tenet, id inductum solum fuisse favore eorum, contra quos testimonium fieri debet; oppositum ibi Alber. qui gl'ofam illam reprobatur: alij volunt favorem vtriusque considerari, vt Alber. de Mal. in d. l. cap. 6. num. 5. & 6. qui asserit, idem tenuisse Bart. in l. in legibus, ff. de test. b. verum Bart. favorem tantum considerat: nec addit respectu cuius, & cum alleget d. l. quod favore videtur potius sensisse de favore illius, contra quem debet fieri testimonium. Et † cum debeat considerari favor vtriusque, infert Alber. de Mal. loco citato, quod quemadmodum frater non potest cogi ad ferendum testimonium contra fratrem, sic etiam ad restituendum in eius favorem cogi non poterit, licet enim cesset tunc favor respectu vnius, remanet tamen respectu alterius: addit præterea, non posse cogi pro fratre; quia quandoque etiam contra fratrem deponeret, cum pro veritate testimonium ferre debeat; idem voluit Camppeg. de test. reg. 6. in 4. fall. Azo. in sum. de test. quem Ross. refert, loc. cit.*

Contrarium tamen existimarem ego circa hanc illationem, siue dicamus id inductum fuisse favore vnius, vel alterius, vel vtriusque: considerandæ enim sunt rationes istius favoris, quarum prima potest assignari, quia indecens, & inconueniens omnino videtur, vt frater contra fratrem; quem diligere præsumitur, Alciat. præsumpt. 23. num. 1. cogatur testimonium ferre, eique nocere, & sibi met quodammodo damnum inferre, cum frater sit serè alter. Præterea, quod frater à proprio fratre, à quo auxilium in suis necessitatibus expectare debet, damnum mediante eius depositione, recipiat, indecens omnino videtur: & idem est in aliis consanguineis, & affinitibus, inter quos eadem charitas, & affectio consideratur. † Alia potest considerari ratio ex eodem amore proueniens, periculum nempe perituri, cauendum enim est, ne homines ad falsum testimonium ferendum inducantur; possit namque frater, ne fratri noceret, veritatem facillimè occultare; quæ omnes rationes cessant prorsus, quotiescumque fratres ad favorem fratrum inducantur: cessant primæ, quia depositio tendit ad favorem fratris: cessat altera; quia cum inducantur à fratre, non est quod se abstineant à testimonio ferendo; imò eius voluntati parere, & liberè veritatem ferri debent, cum ad ferendum testimonium pro veritate dicantur inducti: & licet quandoque contingat etiam contra fratrem deponere, attenditur tamen

quod principaliter agitur, & fratri est imputandum, qui eos induxit; cum igitur d. l. Julia, disponat solum, vt frater ad ferendum testimonium contra fratrem non possit cogi, & probationes sint ampliandæ, non restringendæ; bene cogi poterit ad ferendum testimonium pro fratre: & hæc fuit sententia Bart. in d. l. in legibus, quem scribentes communiter sequuntur in d. l. Julia, vt dixit Crot. de test. part. 3. num. 2. idem voluit Abb. in c. litteras, de præsumpt. sub num. 8. versic. & in his casibus, Ducen. reg. 384. in tertia limitat. & duram esse contrariam opinionem, dixit Ross. loc. cit. nu. 111. & hanc communem amplexus etiam fuit Farin. loco citato, num. 101.

8 Diximus autem, fratrem non posse cogi, quia si vellet, vtiq; testimonium ferre posset contra fratrem, Bart. in l. qui testamento, §. quæcumque, num. 6. versic. sunt quædam personæ, ff. de test. Gig. loco supra citato, & tradit Feder. Sche. de tertio, num. 32. † solum namque filij, & parentes non admittuntur ad ferendum testimonium contra parentes, C. de test. Ross. loc. cit. nu. 112. & hanc opinionem videri communiter receptam, dixit Farin. loc. cit. num. 105. quæ mihi & verior videtur, præcipuè cum d. l. Julia solum in iniuris loquatur, ac propterea indistinctè est tenenda, quicquid dicat Camppeg. de test. reg. 252. & Alb. de Mal. in citato trail. part. 4. cap. 6. num. 7. quod tamen intelligendum est in teste volente, sed requisito, si enim se ultro offerret, suspectus diceretur, cap. 2. de test. vbi Alb. & alij scribentes.

10 Cum igitur frater, si velit, possit examinari contra fratrem, si falsum deposuerit, vt falsarius puniri poterit. Nec obstat, quod † testis, qui non potuit examinari, si de facto examinaretur, & fuerit varius, non possit puniri de falso, vt dixit Tind. de test. lib. 2. part. 1. cap. 10. num. 2. quem refert, & sequitur Farin. quæst. 66. nu. 77. loquitur enim Tind. quando testis non fuit rite examinatus, nec examinari potuit; frater verò, licet non possit cogi, si tamen velit, bene examinari potest, vt supra dictum fuit, ac propterea veritatem deponere tenetur.

Quod tamen fac intelligas, si in examine fuerit dictum à notario, sponso examinatus, &c. nam † quando examinatur persona, quæ ad dicendum testimonium cogi non potest, debet poni in examine, illam voluntariè deponere, aliter præsumeretur coactè examinata, Nell. d. test. num. 96. nec est necesse, quod appareat, ipsum recusasse, & exceptione competente opposuisse: & licet Gratian. discip. Forans. lib. 2. cap. 227. num. 12. contrarium asserere videatur, attramen eius dicta procedunt de exceptione iudici non nota: ex gr. examinatum esse fratrem, patrem, vel maritum, quod iudici notificari debet, vt per Doctores, quos ipse citat; sed si iudex sciat testem esse talem, præsumitur coactè examinatus, nisi à notario dicatur spontè, &c. vt per Nell. loc. cit.

13 Amplia suprascriptam conclusionem; vt frater cogi non possit ad ferendum testimonium contra fratrem, etiam in fratre consobriano, vt in d. l. Julia, vbi scribentes, an verò id extendendum sit ad alios transfuersales, docet Farin. in d. quæst. 54. reg. 1. num. 24.

14 Secundo ampliatur, vt procedat conclusio non solum in criminalibus; sed etiam in civilibus, vt per gl'of. in d. l. Julia, & plures repetentes refert Alber. de Mal. in d. cap. 6. nu. 2. & docet Crot. de test. in tit. testes, qui possint cogi, n. 1. Camppeg. de test. reg. 148. Mich. de Graf. in lib. com. opin. lib. 2. cap. 1. quæst. 5. Abb. in c. litteras, de præsumpt. sub num. 8. Feder. Sche. de test. num. 31. Gig. de crimine lese. M. a. test. in tit. quomodo, & per quos crim. lese. M. a. test. probet. quæst. 9. in princ.

- 15 Tertio ampliatur, vt licet conuictus de mendacio possit torqueri pro habenda veritate, Bart. in *lex li-bero*, nu. 1. ff. de *quæst.* tamen frater contra fratrem torqueri nequit quam potest. Farin. *quæst.* 79. num. 48. vbi citos allegat.
- 16 Quarto ampliatur, vt nec etiam reuelare tentatur vigore monitorij, de quo tamen infra num. 23. & 24.
- 17 Limitatur modo supra posita conclusio, vt non procedat, si frater fuerit in aliquo instrumento, vel testamento pro teste adhibitus; tunc enim ad testimonium ferendum de contentis in testamento, vel instrumento cogi potest, vt per Saly. & Bal. in *l. parentes*, C. de *test.* Alber. de *Malet.* in *d. cap. 6. n. 3.* & hanc limitationem ponit Duen. *reg.* 384. in *l. limitatione*, Fely. in *cap. cum oportet*, sub num. 3. *versic. secundo limita.* de *accusat.* Campeg. de *test. reg. 5. versic. sed hoc fallit.* & *reg. 148. versic. fallit primo.* Et idem est si à partibus fuerit rogatus, vt in aliqua alia re sit testis, vt per Campeg. *loco citato*, *versic. octauo fallit.* licet de illa re non fuerit factum instrumentum.
- 19 Tertia sit limitatio, vt frater contra fratrem ad testimonium ferendum cogi possit in multis criminibus exceptis, quod exemplificat, in crimine læsæ Maiestatis, hæresis, ac simoniz, ne enim, ob ipsorum atrocitatem, similia delicta remaneant impunita, neque trahantur in exemplum, & vt omnino ab hominum mentibus euellantur, multa induxerunt leges specialia, insolita, & à regulis iuris communis omnino aliena: & inter alia, vt testes, qui alias ad ferendum testimonium cogi non possent, omnino cogantur, vt probat tex. in *cap. litteras*, de *presumpt.* vbi scribentes, & in *can. si auditis*, & in *can. legi 23. quæst. 8.* Gig. de *crimin. læsæ Maiest.* lib. 2. rub. *quom. & per quos crim. læsæ Maiest. prob. quæst. 9. num. 1. & seqq.* Alber. de *Malet.* *loc. cit. nu. 4.* Campeg. de *test. reg. 148. in 3. fall.* Mascard. de *prob. conclus. 462. num. 8. & conclus. 837. num. 16.* Farinac. *loc. cit. num. 111.*
- 20 Quarto limitatur, si frater ipse, contra quem testimonium esset ferendum, consentiret, & in istis terminis procedit communis limitatio Doctorum, dum asserunt regulam non procedere, quando vtraque pars litigantium consentit, vt Alber. in *d. l. parentes*, sub n. 2. Farin. in *d. quæst. 54. num. 109.* & ita hanc regulam declarat Duen. in *d. l. reg. 384. in ult. fall.*
- 21 Quinto limitatur, vt non procedat conclusio, si aliter veritas haberi non possit, vt per Canon. in *cap. 1. de test. cog.* Feder. Schen. de *test. num. 31. versic. hoc inueni.* Duen. in *sup. allegata regul. 384. in prima limitat.* Campeg. de *test. reg. 148. versic. quarto fallit.* Farin. *loco citato nu. 103.* vbi asserit, in ciuilibus hanc limitationem nullam habere difficultatem, sed in criminalibus, iudicem ab hac coactione se abstinere debere, secundum opinionem Clar. in *sua prax. crimin. §. fin. quæst. 24. versic. scias tamen*, qui dicit, saltem non esse cogendum fratrem, si tria copulatiue non concurrant: primum, quod veritas aliter haberi non possit: secundo vt delictum sit atrox: tertio, vt hoc fiat consulto Principe: quando autem dicatur, veritatem aliunde haberi non posse, infra dicitur.
- 22 Sexto limitatur, si frater inducatur à fratre, tunc enim in eadem illa causa potest cogi, vt testimonium ferat contra fratrem: vni enim ex litigantibus aliquid concedi non debet, quin alteri concedatur, *leg. non debet*, ff. de *reg. iur.* & adest pulcherrima gl'os. in *c. cum nuntius*, de *test.* & facit tex. in *l. 1. §. edenda*, ff. de *edend.* hancque limitationem ponit Duen. in *d. reg. 384. in 4. fall.* qui dicit, ita expressè tenuisse Steph. de Feder. in *tract. de interp. iur. part. prima, num. 83.*
- 23 Sed hic omittere nolui, an si obtineatur monitorium, frater teneatur reuelare contra fratrem, quod & in filio dubitari posset: sed omiſſa disputatione, animaduertendum est, quod quemadmodum similes personæ non possunt cogi ad ferendum testimonium, sic etiam vigore cuiuscumque monitorij reuelare non tenentur: nec potest dici, ipsos peccare, cum taceant lege permittente, quæ lex vti non correctæ obseruari debet: quæ tamen conclusio limitanda esset, in omnibus illis casibus, in quibus tales personæ ad ferendum testimonium cogi possent: loquor tamen in ciuilibus, in criminalibus enim certum est, non concedi monitoria: ac propterea cum frater cogi possit, & quando veritas aliter haberi non potest, in hoc casu reuelare deberet, Abb. in *cap. dilectorum*, sub num. 3. de *test. cog.* & in *cap. 1. sub num. 3. & 4. eod. tit.* qui subdit, iura disponentia parentes, & filios non posse cogi ad ferendum testimonium, limitanda esse, si aliter veritas haberi non possit; idem Fely. in *d. cap. 1. num. 8.* qui de communi testatur Nat. in *suo Manual. cap. 25. num. 49.* Rom. *sig. 338.*
- Duo tamen hic sunt considerata, primo, cui incumbat onus probandi, aliter veritatem haberi non posse; secundo, quando dicatur veritatem aliter non posse haberi. Et quantum ad primum, licet aliqua videatur dubitatio, vt videri potest per Lanfr. in *e. quamuis contra*, de *pub. & Alber. in cap. super eo*, sub num. 4. de *testib. cogend.* tamen, vt ipsemet Lanfr. fatetur, & verissima est opinio, hoc ab ipso aduersario probari debere, quia priuilegiatus habet intentionem fundatam in ipso priuilegio, vt per Alber. *loc. cit.* Quantum verò attinet ad secundum, dicendum est, & tunc aliter veritatem haberi non posse, quando nec actu, nec habitu, attentò communi cursu, alij testes interfuissent: non sufficit enim alios non adfuisse testes, si adesse potuerint, ita Alexand. *consil. 64. num. 5. lib. 1. consil. 148. num. 6. consil. 151. & consil. 152. num. 11. lib. 5.* Butr. in *cap. tertio loco*, de *probat.* & in *consil. 24. in fin. tal. in leg. cum eos populos*, num. 72. C. de *sum. Trin. & fide eat.* Mar. *Sing. 73. incipit plures*, & idem in *consil. 102. num. 7. lib. 2.* Gherard. in *suis sing. sing. 24. incipit, vtrum ciuis*, Aufr. in *ad. ad. 4. decif. Capel. T. holof. nu. 7.* Diaz. *reg. 759. versic. limita.* & sequitur Rol. *consil. 7. num. 15. lib. 1.* aliter enim, vt dicit Butr. in *consil. 24.* semper dici posset, alios non adfuisse testes, & aliter veritatem haberi non posse, vt per Aufr. *loc. cit.* Quæ ratio ab omnibus considerata
- 27 facit, vt & non possim concurrere cum Nauarra *loc. supra citato*, sub num. 50. qui dicit, verè testes inhabiles non admitti, nisi veritas aliter haberi non possit, nec actu, nec habitu: sed in testibus priuilegiatis cogendis, existimat, se esse, partem iurare, alios non adfuisse testes, hoc enim stante, sequeretur, ut priuilegiati semper possent cogi; posset enim semper pars iurare, alios non adfuisse testes, vnde elusorium redderetur eorum priuilegium, tanquam à voluntate partis dependens: præterea si mediante iuramento alios non adfuisse testes quis veller cogere ex gr. filium ad testificandum contra patrem, quid aliud esset, respectu patris, quam testem inhabilem admittere, quem non esse admittendum, nisi aliter veritas haberi non possit, nec actu, nec habitu, fatetur ipsemet Nauar. limitat tamen hæc suam opinionem, si ex coniecturis appareat, alios adfuisse testes; secundo, si ex hac coactione aliquid posset damnum, vel scandalum oriri; vt si cogeretur filius contra patrem, vel frater contra fratrem; posset enim inter ipsos inimicitiz, & odia oriri, quæ inter domesticos præcipuè perniciosissima esse solent, vt diu fuit supra in primo capitulo huius tertiz partis.



## SYMMARIVM.

- Frater pro fratre in criminalibus idoneus non est testis, etiam si agatur civiliter, & num. 7. & 9.*  
*Fraternitas est res naturalis, & permanens.*  
*Iniuria facta uni de familia totam agnationem tangit.*  
*Consanguineus non potest iudicare de iniuria facta consanguineo.*  
*Inimicus de inimico facile mentitur.*  
*Testes in criminalibus debent esse omni exceptione maiores.*  
*Frater licet fuerit admissus in testem, non probat tamen in criminalibus ad favorem fratris.*  
*Frater pro fratre contra tertium non facit nec etiam indicium ad torturam.*  
*Frater pro fratre probat in criminibus exceptis.*  
*Frater pro fratre probat etiam in criminalibus, si veritas aliter haberi non possit.*  
*Frater ad defensam fratris probat, & quid si agatur de praesudicio tertii, num. 14.*  
*Frater licet pro fratre in aliquibus casibus probet, non est tamen integra fides, nec omni exceptione maior.*

An frater in criminalibus sit idoneus testis pro fratre.

## CAP. LI.

**V**idimus in superiori capitulo, an, & in quibus casibus frater ad ferendum testimonium contra fratrem cogi possit: verum quia pro fratre & cogi, & testificari potest, videandum est, an validum sit eius testimonium, ex quo & in criminalibus, & in civilibus causis potest dubitari: de primo dicemus in hoc capitulo, de secundo in sequenti. Si igitur queratur in criminalibus, hoc est, ubi frater agit criminaliter contra tertium, an frater pro fratre testimonium ferre possit, regula est clarissima, & fratrem pro fratre idoneum non esse testem, Bart. Bol. Alber. Ias. & alij in l. parentes, C. de test. & si amicus repellitur, licet amicitia sit res accidentalis, quae de facili variatur, ac tollitur, quanto magis debet repelli frater, cum & fraternitas sit naturalis, nec villo modo tolli possit, leg. in agnationis, ff. de pact. leg. iura sanguinis, ff. de re iud. imò diceretur deponere in causa propria, cum & iniuria facta uni de familia omnibus facta censetur, leg. prima 2. & 3. de iniur. Menoch. de praesumpt. lib. 2. praesumpt. 53. num. 2. ac ideo & non potest consanguineus iudicare de iniuria facta consanguineo, leg. lex, in princip. ff. de iniur. & tanquam offensus diceretur inimicus, nec villo modo probaret leg. testium, in princ. ff. de test. & inimicus enim de inimico facile mentitur, leg. prima, §. quaestio, ff. de quaest. quod maxime attendendum est in criminalibus, cum & ad probanda crimina exigantur probationes luce meridiana clariores, & testes idonei, suspicionem carentes, & omni exceptione maiores, leg. serant cuncti, C. de probat. & probat expressè tex. in cap. consanguineus, §. quaest. 5. ubi haec ponuntur verba. Consanguineus accusatoris adversus extraneos testimonium non dicant, & hoc ob affectionis praesumptionem, ut per Menoch. in dicta praesumpt. 53. Gand. in rub. de test. num. 7. Iacob. de Beluil. in sua prax. in rub. de causis criminalibus, num. 70. Mat. in leg. prima, §. ad quaestionem, num. 8. ff. de quaest. Ross. in tit. de oppos. contr. test. num. 109. & si quis magis auctoritates, quam rationes videre cupit, legat Gab. de test. conclus. 14. num. 10. Mascard. de prob. conclus. 1357. num. 45. & Fatim. in dicta quaest. 54. reg. 2. num. 90. Et ex supradicta ratione, quod frater non ad-

mittatur tanquam deponens in causa propria, cum & ipse dicatur iniuriatus, sequitur idem dicendum esse, & si civiliter tantum agatur, dato quod in civilibus frater esset idoneus testis pro fratre, Bart. in leg. lex Cornelia, in princ. ff. de iniur. Fely. in cap. inter eos, de praesumpt. num. 8. Mat. in dict. l. prima, §. ad quaestionem, num. 8. & docet Menoch. in dicta praesumpt. 53. num. 1. plures hoc asserentes refert Gab. in d. quaest. 14. num. 27. Et post alios, hanc esse communem opinionem, dixit

8 Fatim. in dicta quaest. 54. num. 93. ac ideo & frater hoc causa admitti non debet, & admissus non probat, iudicium enim non tollit hanc inhabilitatem, quae ex

9 ipsa consanguinitate provenit: dicamus igitur & fratrem pro fratre in criminalibus non admitti, licet crimen civiliter intentetur, & ob sanguinis contumelionem, & quia iniuria facta uni de familia, omnibus facta censetur.

10 Quae regula ampliatur, ut non solum non probet pro fratre contra tertium, sed etiam, ut aliquid non faciat indicium ad torturam, Ross. de oppos. contr. test. num. 110. Fatim. qui dicit hanc opinionem esse communem in d. quaest. 54. num. 175.

11 Limitatur modo conclusio in criminibus exceptis, ut in crimine laesae Maiestatis, haereticis, Simoniacis, & similibus, in quibus ob ipsorum atrocitatem, probant pro fratribus quemadmodum ad testificandum contra ipsos cogi possunt, ut dictum fuit supra in cap. praecedenti, in secunda limitatione.

12 Secundo limitatur in casibus, in quibus aliter veritas haberi non potest, iuxta tamen ea, quae dicta fuerunt superius in cap. praecedenti, in 4. limitatione.

13 Tertio limitatur, si frater in criminalibus deponat ad defensam fratris, Bald. in leg. parentes, num. 1. vers. aut dictum suum fratri prodest, & novum nocet, Fely. in cap. cum oportet, num. 5. vers. scilicet non limitat, de accusat. Aut. de reprob. test. num. 25. vers. quinto limitat, Alber. de Malet. de test. part. prima, cap. primo, num. 19. Ross. de oppos. contr. test. nu. 65. vers. ad defensionem, & num. 110. in fin. plures allegat Gab. quod communi testatur in d. quaest. 14. num. 10. & de eadem communi Suarez. in suo Thesaur. recept. sent. in lit. l. nu. 128. Masc. attestans de magis communi conclus. 904. num. 5. & plures citat Fatim. loco cit. nu. 117. quod procedit etiam si agatur de crimine haereticis, vel alio delicto atrocissimo, Gig. de crimin. laesae Maiest. lib. 2. rub. quom. & per quos crimin. laesae Maiest. pro quaest. 9. num. 6. & seqq. Gab. in tit. de Malet. conclus. 22. num. 7. Ducen. reg. 383. in secunda limitat. plures refert Mascard. conclus. 857. num. 24. & seqq. quod intelligunt etiam in omnibus criminibus exceptis, Gabr. loc. cit. non obstant, quod fratres simul habitent, ut per ipsum num. 1. Ducen. in d. regul. 383. in tertia limitat. in fin. idem secutus fuit Mascard. conclus. 491. num. 7. & in dicta conclus. 904. num. pariter septima.

Verum non defuerunt quamplurimi, qui dixerunt, imò fratres nec etiam ad defensam fratrum in criminalibus idoneos esse testes, quos refert Gab. in dicta conclus. 22. sub num. 1. nam, ut dicebat Angel. Arct. in leg. qui testimonio, §. quaeunque, num. 6. ff. de testam. inter alias rationes, ob quas fratres non admittuntur, illa est praecipua, quia ob affectionem mentis praesumitur: quae ratio semper militat tam si ad offensam, quanto si ad defensam deponant, & hoc tenent tradita per Fach. controu. iuru. lib. 9. cap. 83.

14 Sed huiusmodi opinionem placet mihi concordia, quam refert Fatim. loc. supra cit. nu. 121. aut agitur de sola defensione fratris, & vera est communis sententia; aut insuper de offensione, & praesudicio

tertij, & procedit altera opinio, quam declarationem ponit Bald. in d.l. parentes, & eam probat Aret. in dicta leg. qui testamento, Menoch. de arbit. casu 114. sub nu. 6. qui allegat Gram. consil. 12. num. 19. & 20. Et hanc sequendam esse distinctionem contra Gab. & Masc. dixit Farin. loc. cit. in fin.

15 Supradictas tamen limitationes fac intelligas, vt fratres probent, non tamen sint integre fidei, per rationes supra consideratas, prout etiam dicunt in causis ciuilibus parui momenti, in quibus licet fratres dicantur testes idonei, vt dicam in cap. seq. & voluit Barr. in leg. qui testamento, §. quacumque, num. 6. in fin. ff. de testament. Felyn. in cap. litteras, de presumpt. nu. 5. Nell. de testib. n. 8. minus tamen fidei ipsis adhiberi solet, Aufr. de reprob. test. nu. 25. vers. quoniam fallis, Alber. de Malet. de test. part. 1. cap. 1. num. 28. & 29. alios refert Farin. in dict. quest. 54. reg. 2. num. 87. Et de fratre deponente ad defensionem fratris, quod non sit omni exceptione maior, Gab. in dicta conclus. 12. in fin. Farin. loc. cit. nu. 122. quam declarationem appellat communem contra id, quod dixit Armon. sing. 40.

SYMMARIVM.

- 1 Frater nec etiam in ciuilibus est idoneus testis pro fratre, declaratur num. 4.
- 2 Frater non presumitur odio prosequi fratrem.
- 3 Frater in causis ciuilibus parui momenti est idoneus testis pro fratre.
- 5 Causa an sit grauis, vel leuis, relinquatur arbitrio iudicio.
- 6 Frater si testificatur inter duos fratres, probat.
- 7 Frater si sit testis instrumentarius, probat pro fratre.
- 8 Frater in testamento fratris testis esse non potest.
- 9 Frater pro fratre probat parte non opponente.
- 10 Frater contra inducentem probat pro fratre.
- 11 Frater iuxta bonitatem probat pro fratre.
- 12 Frater probat aietatem fratris.
- 13 Frater probat pro fratre in causa matrimoniali.
- 14 Frater probat pro fratre, si veritas aliter haberi non possit.
- 15 Frater licet non probet, facit tamen admiuicium.
- 16 Frater probat pro fratre in casibus, in quibus domesticis admittuntur.
- 17 Frater, licet in aliquibus probet pro fratre, non est tamen omni exceptione maior.
- 18 Fratres, si simul habitent, eo minus probant.
- 19 Fratres habentes bona communia non probant.
- 20 Fratres manentes sub eadem patria potestate eo tamen minus probant.
- 21 Fratres, inter quos adsit maxima affectio, non probant.

An Frater in ciuilibus sit idoneus testis pro fratre.

CAP. LII.

Frater an sit idoneus testis pro fratre in criminalibus, vidimus in superiori cap. nunc quid dicendum sit in ciuilibus, videamus; in quo Doctores videntur contrarij, sed ad concordiam reduci possunt, si dicamus primum, regulam esse, ¶ fratrem nec etiam in ciuilibus esse idoneum testem pro fratre ob presumptam affectionem, ob quam mentiri presumitur, vt per Aretin. in leg. qui testamento, §. quacumque, num. 6. ff. de testament. vt tenuerunt plures, quos citat Gab. in tit. de testib. conclus. 14. num. 1. & alij relati per Masc. conclus. 1357. nu. 45. & Farin. de oppos. contr. pers. testium, quest. 54. reg. 2. num. 84. quibus omnibus addi potest maximus ille Doctorum numerus, quem refert Gab.

de test. conclus. 13. num. 1. & Farin. in dicta quest. 54. reg. 2. num. 1. qui afferunt affines, & consanguineos pro affinis, & consanguineis idoneos non esse testes, cum nulla reperiatur amicitia, nulla coniunctio, nullus amor, qui fraternum excedat, vt dictum fuit superius in primo capitulo huius tertie partis: ob quam con-

- 2 iunctionem ¶ iura non presunt fratrem odio prosequi fratrem, vt docet Alciat. de presumpt. reg. 3. presumpt. 23. nu. 1. & Menoch. de presumpt. lib. 2. presumpt. 33. & probat tex. in cap. litteras, de presumption.
- 3 Quae regula declaratur primo, vt non procedat in causis ciuilibus leuibus, & non maximi prauidicij, in quibus frater pro fratre admittitur, Bald. in leg. parentes sub nu. 1. vbi distinguit inter causam magnam, & paucam, Alber. de Mal. de test. part. prima, cap. primo, n. 38. Campeg. de test. reg. 5. in 6. fall. & reg. 6. in 3. Rim. Jun. consil. 421. num. 22. lib. 4. ¶ causae enim magnae, & maximi prauidicij xquiparantur criminalibus, l. propter litem, §. primo, ff. de excus. tut. vnde non est mitum repelli, etiam si seortum habitent, Socin. Sen. cons. 17. & cons. 130. lib. 1. ut secus est in minimis: quae autem ¶ causae dicantur magnae, & graues, & quae parui momenti, iudicis arbitrio relinquuntur, Titac. in l. si unquam, in verba, omnia, vel partem, num. 31. C. de reuoc. donat. Farin. dicta quest. 54. num. 115. & quomodo in hoc iudicis arbitrium regulari debeat, docet Menoch. de arb. casu 104. num. 5. & de presumpt. lib. 2. presumpt. 33. num. 31.
- 6 Secundo limitatur, si frater inter duos alios fratres testificetur; tunc enim patris coniunctionis tollit suspicionem, de qua supra n. 1. ad tex. in leg. non solum, §. i. ff. de re. nupt. Campeg. de test. reg. 5. in 2. fall. Duen. reg. 33. in 5. fall. Gab. in dicta conclus. 4. num. 4. idque receptum esse, dixit Farin. d. quest. 54. sub nu. 116.
- 7 Tertio limitatur, si frater fuerit testis instrumentarius, quia tunc tanquam rogatus, & approbatus a partibus dicitur testis idoneus, vt dixit Bal. in dict. leg. parentes sub nu. 1. vers. aut est testis, vbi etiam Saly. Alb. de Mal. de test. part. 1. cap. 1. nu. 30. & seq. Louf. de test. post nu. 62. Gab. in d. conclus. 14. nu. 10. Duen. reg. 284. in secunda limitatione, & negari non posse, hanc conclusionem esse communiter receptam, dixit Farin. dicta quest. 54. nu. 123. in fin. nisi tamen si in testamento fratris, in quo frater testis esse non potest, §. sed neque, Inst. de test. Gab. in d. conclus. 14. num. 15. licet sit secus in alijs consanguineis, vt per ipsum, & Doctores, quos allegat num. 16. cum declarationibus tamen, de quibus num. 17. & 18. quae omnia refert, & sequitur Farin. in d. quest. 54. num. 94.
- 9 Quarto limitatur, parte non opponente, Mascard. de probat. conclus. 408. num. 12. Gab. in dicta conclus. 14. num. 5. & multis alijs relatis, hanc esse communem opinionem, dixit Farin. dict. quest. 54. num. 124. quod tamen non procedit, si productio fuerit facta contra absentem; tunc enim absens dicitur ignorare, & per consequens non potest dici, quod consentiat, Felyn. in cap. cum operceat, num. 3. vers. sed quando producantur de annis. Duen. reg. 85. in 7. limitatione. Farin. loco cit. num. 125.
- 10 Quinto limitatur, vt probet pro fratre, si fuerit a parte inductus, testis enim in habilis probat contra producentem, leg. & si quis testib. C. de test. Bald. in d. leg. parentes sub nu. 1. Alb. de Mal. de test. part. prima, cap. 1. n. 35. Campeg. de test. reg. 5. in 3. in 3. fall. Et quando testis plene probet contra inducentem, Lud. conclus. 70. & quid, si alij testes contradicant, Barz. decif. 196. num. 16. Ac ideo si frater fuerit examinatus pro informatione curiae contra fratrem, ad eius fauorem plene

plenè probat, Farin. post alios in d. *quasi. 54. num. 127.*  
 11 Sexto limitatur in fratre Religioso Clerico, ac etiam laico summo, & exemplaris bonitatis, vt per Felyn. in d. e. *litteras, num. 11. de presump. & in d. cap. cum oporteat, num. 3. de accusat. vbi etiam Abb. num. 3. Marf. singul. 273. Alber. de Malet. de test. cap. primo, num. 43. Campegi. de testib. reg. 5. in 10. fallent. Merend. conf. 89. num. 35. inter conf. crimin. diuers. tom. 2. Gabr. in dict. conclus. 14. num. 2. Hinc tamen dici non possit esse testem omni exceptione maiorem, vt per Farin. loco citato, sub num. 131.*

12 Septimo limitatur in probanda ætate fratris, vt per Gabr. loco cit. num. 7. & Farin. loco pariter citato, nu. 137.

13 Octauo limitatur in causa matrimoniali, vt per Doctores, quos allegat Gabr. dict. conclus. 14. num. 8. Duen. reg. 385. in prima limit. de quo videri potest Farin. loco citato, num. 138. & quod, si agatur de probando matrimonio, frater sit idoneus testis pro fratre, optimè consuluit Socin. Jun. consil. 19. nu. 11. & seq. lib. 2. Soc. tamen Sen. in consil. 17. sub nu. 10. lib. 1. conclusionem intelligit, si agatur de matrimonio contrahendo, vel dissoluendo ratione impedimenti consanguinitatis; secus si ob aliquod aliud impedimentum, ad quod probandum frater diceretur suspectus, vt per ipsum; præcipuè cum causa matrimonialis sit grauis: in qua propterea frater non debet dici idoneus, vt supra num. 3.

14 Nono limitatur, si aliunde veritas haberi non possit, Gabr. in dicta conclus. 14. num. 19. Aret. consil. 13. vers. in his, quos refert, & sequitur Farin. dicta quasi. 54. nu. 112. Duen. reg. 384. in prima limit. quando autem dicatur, aliter veritatem haberi non posse, dictum fuit superius in cap. 50.

15 Decimo limitatur, vt licet non probent, faciant tamen adminiculum, Rot. Rom. in nouiss. part. 1. decis. 377. num. 5.

16 Vltimo generaliter limitatur in omnibus illis casibus, in quibus domestici admittuntur, Bald. in dict. leg. parentes sub num. 1. Malet. de test. parte prima, c. 1. nu. 37. Campegi. de testib. reg. 5. in 5. full. Gabr. in d. conclus. 14. num. 26. qui nam autem fiat isti casus, post alios docet Farin. in dict. quasi. 54. reg. prima, & reg. 3. de quo etiam per Gabr. in suis com. opus. in tit. de test. conclus. 13.

17 Hæ tamen omnes limitationes declarandæ sunt, vt licet quandoque fratres pro fratribus admittantur, non sint tamen omni exceptione maiores, vt tradunt quamplurimi, quos citat Farin. in dicta quasi. 54. nu. 87. & dictum fuit supra in fine præcedentis capituli.

Secundo animaduertendum est, quod etiam in casibus, in quibus fratres pro fratribus admitti solent, si aliqua alia concurrat suspitio, debeant repelli, quod quatuor modis exemplificari potest. Primo, si simul habitent, ¶ tunc enim ultra præsumptam naturalem affectionem, concurrit etiam domesticitas, ob quam reputantur inhabiles, vt per Bald. in d. l. parentes, sub num. 1. Feder. Schen. de test. num. 30. vers. quod autem dixi, Ault. de reprob. testib. num. 25. vers. secundo full. & Alber. de Malet. de testib. parte prima, cap. 1. num. 78. & 42. Laufr. de testib. post num. 61. vers. quod si cohabitent, Campegi. de test. reg. 6. in 5. & 7. fallent. Menoch. de arbitr. casu 164. num. 2. Mascard. de probat. conclus. 811. num. 4. Farin. dicta quasi. 54. num. 139. nisi tamen deponant ad defensionem, Farin. loc. cit. num. 140. & prius dixerat num. 119. ¶ Secundo, si in communi bona possideant, Nep. de Monte Alber. de testib. num. 48. Alber. de Malet. de test. parte prima, cap. primo, num. 37. & 42. Campegi. de testib. reg. 6. fallent. 2. Mascard. de probat. conclus. 811. num. 3. Farin. loco citato, num. 142.

10 ¶ Tertio, si ambo essent eadem patria potestate, Alber. de Malet. de testib. parte prima, cap. primo, num. 41. vbi de communi testatur Ault. de reprob. test. nu. 15. vers. fallit autem, Suarez in suo Theaur. recept. sentent. in lit. I. num. 126. alios refert, & sequitur Mascard. dict. conclus. 811. num. 2. plures Farin. loco citato, num. 142.

21 ¶ Quarto, si inter ipsos fratres adesset maxima affectio, licet simul non habitarent, vt dixit Menoch. de arbitr. casu 104. n. 3. nec mirum, cum insolita affectio etiam alios repellere soleat, Angel. inter consil. Bald. consil. 405. lib. 1. an verb. maxima debeat dici affectio, iudicis arbitrio relinquatur, Bald. consil. 188. lib. 4. Menoch. loco citato, nu. 3. & sequitur Farin. in d. quasi. 54. num. 143. & seqq.

## SYMMARIUM.

- 1 Frater an possit in carcerari ad instantiam fratris, & conueniri ultra quam facere possit, & pro, num. 7. ac per totum.
- 2 Socius non potest conueniri nisi in quantum facere possit, & num. 8. & an possit iurari suspectus de fuga, num. 12.
- 3 Propter quod unumquodque tale, & illud magis.
- 4 Frater fratrem alere tenetur, & num. 9.
- 5 Frater fratri donare censetur, & num. 11.
- 6 Crudelis est, qui carnem suam odio persequitur.
- 10 Retentio non datur, quando restitutio non debet fieri in continentia.
- 12 Frater an possit iurari suspectus de fuga.

An frater possit ad instantiam fratris in carcerari, & conueniri ultra quam facere possit.

## CAP. LIII.

- 1 **D**ubium est apud Doctores, an frater possit conueniri ultra quam facere possit, & per consequens ad instantiam fratris in carcerari: Et pro negativa opinione sic argumentantur multi. ¶ Socius non potest conueniri, nisi in quantum facere possit, quia loco fratris est, l. verum, ff. societ. 5. sed & si quis, Insti. de act. ergo multo magis in fratre, id asserendum erit; 3 nam ¶ propter quod unumquodque tale, & illud magis, Authen. multo magis, C. de Sacros. Eccles. cum vulg. sic arguit Ias. in leg. sunt qui, num. 9. ff. de re iud. & Thei. in decis. 119. & decis. 153. num. 5. & de socio Alex. conf. 153. in princ. lib. 5. Paris. consil. 99. lib. 3. Amat. decis. 16. num. 21. Heët. Felic. de societ. c. 31. num. 21. qui num. 36. & plurib. seqq. declarat, in quibus casibus locius perdat hoc beneficium; quod locum sibi vendicat, finita etiam societate, dum modo debitum ab ipsa societate dependeat, vt per Felic. loco citato, num. 50. qui reprobat Ber. in conf. 10. lib. 3. contrarium asserentem.
- 4 Secundo, frater tenetur fratrem alere, glos. in leg. prima, C. de alend. lib. 4. de quo dictum fuit supra in hac tercio parte, cap. 32. ergo sequitur, vt non possit conueniri ultra quam facere possit, ipsi namque semper competeret exceptio alimentorum, ita argumentari faere Fab. & Ang. in dict. 5. sed & si quis, Insti. de action. Porc. de duob. fratrib. parte secunda, num. 51. Dec. tract. crimin. lib. 4. cap. 13. num. 16.
- 5 Tertio facit, quod frater fratri donare videtur, nec ea repetere velle præsumitur, quæ in eius utilitatem impendit, Bald. in leg. liber captiu. num. 4. vers. quid de fratre, C. de capti. Authen. si captiu. in fin. C. de Episc. & Cleric. Accedat, fratrem esse fecit alterum, & crude-

- 6 lem esse, † qui carnem suam odio prosequitur. *cap. non existimatum 13. quest. 1.*
- 7 Quibus tamen non obstantibus, contrarium est asserendum, cum in *leg. suus qui, ff. de re iud.* ubi enumerantur hic, qui non possunt conveniri ultra quam facere possint, de fratribus nulla sit mentio: Et quod propterea frater possit ad instantiam fratris carcerari, *glos. in leg. verum, in vers. fraternitas, ff. pro societ.* Gasp. Beat. *de inop. debitore, cap. 17. num. 80. & seqq.* Surd. *de aliment. tit. 1. quest. 78. num. 6.* alios nouissime citat, & sequitur Octavianus Zuccherus *de iur. Lucen. 10. num. 5. & seqq.* qui num. 9. dicit, ab hac glosæ opinionione communiter approbata non esse recedendum, & *numeri sequentibus* respondet rationibus per Thesaur. in contrarium adductis, quas nimis generales esse asserit *num. 11. 12. & 21.*
- 8 Nec obstat, quod socius non possit ultra vires conveniri, id namque procedit ratione societatis contractæ, ut declarat *glos. in d. l. verum*, quod ad fratres non socios extendi non debet, ut tenent ibi Bart. & Bald. & Nicol. in *d. 5. sed & si quis*: & hanc veriore esse opinionem, dixit ibi Zaf. & sequitur Petrus de Vbald. *de duobus fratribus, part. ultima, sub num. 1.* veramque appellat Franc. Porcel. *duob. fratrib. part. 1. num. 51.* & eam latè probat Gasp. Beat. *de inop. deb. cap. 17. num. 8. & seqq.* nec dissentit He& Felyc. in *d. cap. 31.*
- Non obstat igitur primum argumentum, cum procedat ratione societatis, ut per supradictos Doctores, vnde si fratres essent socij, ipsi competeret beneficium, ratione tamen societatis, non fraternitatis.
- 9 Non obstat secundum, licet enim frater in multis casibus fratrem alere teneatur, fratri tamen aliquid pro alimentis assignare non tenetur, vnde fratri non potest competere aliqua retentio pro alimentis, cum
- 10 † restitutio non debeat fieri in continenti, ad *tex. in leg. si donatum, §. ultimo ff. de condit. ob causam*, ut Porcel. respondet *loco citato.*
- 11 Nec etiam obstat tertium, quia speciale est in casu Bald. in expensis nempe factis in redimendo fratrem inopem ab hostibus, vnde secus est regulariter, ut per Gasp. *loco citato, num. 8. & seqq.* cum qua opinione de rigore iuris transendum esse censeo, licet contrarium dici posset quadam æquitate attendenda, quam considerant Fab. Angel. & Thes. *loco citatis.*
- 12 Ex quibus inferri posset, secundum hanc communem opinionem, fratrem à fratre suspectum de fuga iurari posse; secundum verò alteram opinionem nequaquam. Prout socius, qui, cum non possit conveniri ultra quam facere possit, non poterit per consequens carcerari, ut dixit Bald. in *rubr. C. pro societ. n. 14.* nec dissentit Paris. in *conf. 99. num. 64. lib. 3.* qui allegat Alex. in *leg. si etiam, ff. solut. matrim.* quam consequentiam in fratre facit Thes. in *d. l. de iur. dec. 119.* Ber. tamen in *d. l. de iur. conf. 10.* existimat; imo socium posse iurari suspectum de fuga, licet conveniri non possit, ultra quam facere valent, ad effectum, dicit ipse, ut caveat de iudicio sisti, non ut soluat, quem sequitur He& Felic. *loco citato, num. 53.*
- Animaadvertendum tamen est, id esse contra communem aliorum intelligentiam, qui generaliter asserunt, socium non posse carcerari ad instantiam socij, cum conveniri non valeat, ultra quam facere possit, ut Bald. Alex. Paris. & Thes. *loco citatis.*
- Secundo, si posset carcerari, ad hoc, ut caueret de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, vanum esset privilegium, ut non posset conveniri, ultra quam facere posset: esset enim obligatus ad integram solutionem, si non ut socius, saltem quia promittit iudicatum sol-

uere, in quo iudicio Iudex non posset habere in consideratione impotentiam socij, cum privilegium respiciat consumationem executionis, non iudicium, in quo solum discutitur quantitas debiti, quam soluere promississet per fid. iustionem de iudicio sisti, & iudicatum soluendo. Vnde vel falsa est sententia Ber. vel intelligi debet ad hoc solum, ut socius possit iudicè citari, & conveniri, non autem, ut teneatur cauere iudicatum soluere, prout sic Beroum intelligit He& Felic. *loco citato*, dum asserit, recedi posse à Ber. quando potest deueniri ad sententiam diffinitivam in contumaciam: vnde si socius consentiret personaliter citari, ac conveniri coram illo Iudice, non posset vti suspectus carcerari: & si Ber. hunc habuit sensum, eius sententia posset subscribi; aliter falsissima reputari debet eius opinio, stante enim, quod socius non possit conveniri ultra quam facere possit, non poterit nec etiam in necessariam consequentiam capi, carcerari, seu attestari, ut per Bald. Thesaur. & alios supra citatos.

## S V M M A R I V M

- 1 Inquisitio est hodie remedium ordinarium.
- 2 Accusare quislibet potest à hunc non prohibetur; si tamen delicta sint publica, non priuata.
- 3 Accusare qui non possint, remissiuè.
- 4 Frater fratrem accusare non potest, idem est in sorore, fratre naturali, ac coniuncto ex uno latere tantum, num. 6. nisi tamen suam, vel suorum iniuriam prosequatur, num. 5.
- 5 Accusatio facta à persona inhabili admittitur parca non opponente.
- 6 Frater in criminibus exceptis admittitur ad accusandum fratrem: idem in leuioribus, num. 9. & de iure canonico semper admittitur, num. 11.
- 7 Delictum graue, vel leue in materia accusationis quale sit.
- 8 Fratres, qui fratrum appellatione non veniunt, ad accusandum admittuntur.

An frater fratrem accusare possit.

## CAP. LIV.

**A**N frater fratrem accusare possit, est dubitatio apud Doctores; in qua quaestione breuiter me expediam, tum quia certæ sunt ipsius regulæ; tum etiam quia frustra de hoc hodie quaeritur, cum † ex generali consuetudine Iudex possit absque accusatore in omnibus ferè delictis procedere per inquisitionem; ita ut hodie inquisito ordinarium, non extraordinarium sit remedium, ut dixit Clar. in *pract. crimin. quest. 3. vers. debet autem, & vers. sed certè*, & sequitur Farin. *pari. prima, sua prax. crimin. in tit. de inquisit. num. 10.* Sed in terminis iuris communis potest esse aliqua dubitatio, † licet enim in publicis delictis quislibet accusare possit, nisi repenatur prohibitus, *l. qui accusare, ff. de accusat.* in priuatis tamen solum illi, qui suam, vel suorum iniuriam prosequuntur, *leg. fin. ff. de priuat. delict. leg. manifestissimi, ubi scribentes, C. de furt. nisi tamen pena applicetur fisco.* Attamen multæ sunt causæ, propter quas plures ad accusandum repelluntur, † ut clericus, & miles propter dignitatem, *cap. succundo, & cap. postulasti, de homicid. leg. prohibentur, & leg. crimine leg. C. de accus. filiusfam.* & seruus propter defectum concernentem statum personæ, *glos. in leg. fin. §. necessitatem, C. de bon. g. lib. Pupill. & minor pro-*

propter defectum ætatis, leg. 2. §. pupillus, ubi scribentes, ff. de accus. Mulier propter imbecillitatem sexus, leg. de crimina, C. qui accusat, non poss. Criminosis, infamis, damnatus, excommunicatus, locus criminis propter indignitatem personæ. Inimicus, & pauper propter defectum fidei, scribentes in e. repellantur, de appell. leg. non nulli, ff. eod. libertus, vasallus, laicus, si clericum accusare velit, & hoc propter reuerentiam, glos. Felyn. & alij in cap. ex parte, de testam. ob quam reuerentiam pater filius non potest accusare patrem, nec maritus uxorem. Sed his omnibus omisiss, cum ad nostram non pertineant materiam, de quibus videri potest Nouel. in tracl. ad defens. in tit. qui accus. non poss. Clar. quest. 14. Dec. in suis tracl. crimin. part. 1. lib. 3. cap. 4. & post alios Farinac. loco supra citato. Et deneniendo ad fratres, dicendum est, † eos accusare non posse ob sanguinis coniunctionem, leg. si magnum, C. qui accus. non poss. & de sanguini contumelia afferatur, Bald. in rubr. C. qui accus. non poss. vt tenuerunt Nouel. loco cit. num. 28. Ceph. conf. 742. nu. 9. Alber. de Mal. de test. cap. 6. nu. 8. Bapr. à S. Blas. controu. iur. can. & ciuil. controu. num. 279. Ross. in tit. qui accus. poss. num. 15. Dec. tracl. crimin. lib. 3. cap. 13. num. 12. & seq. Farin. loco cit. num. 53. vers. limita vndecimo.

Hæc tamen conclusio nonnullas recipit limitationes: prima est, vt † frater possit accusare, si suam, vel suorum iniuriam prosequatur, leg. propter, & leg. si sororem, C. qui accus. non poss. Nouel. loco cit. nu. 30. Ceph. loco pariter citato nu. 7. † & idem est, si ex vno tantum latere coniunctus existat, Dec. loco cit. num. 17. vel naturalitantum sit, vt per eundem Decian. num. 10. & Nouel. sub d. num. 30. quæ limitatio generalis est in omnibus personis, quæ accusare non possunt, vt nempè accusare valeant, si suam, suorumque iniuriam prosequantur, leg. si tamen omnes, ff. de accusat. Clar. loco cit. vers. vola etiam, ubi ponit, qui nam in hac materia veniant appellatione suorum, nempè parentes, ac descendentes, patroni, patronæ, liberi, fratres, sorores, uxores, soceri, socius, gener, natus, vitricus, noverca, & priuigna, Farinac. loco cit. nu. 57. qui num. 58. declarat, quando quis dicatur prosequi suam, suorumque iniuriam; & huc tendunt duæ primæ limitationes positæ à Dec. loco cit. num. 32. & 33.

Secundo limitatur, parte non opponente, quo casu valet iudicium factum ad instantiam inhabilis accusatoris, Bart. in leg. prima, §. accus. ff. Turpil. Decian. tracl. crimin. part. prima, lib. 3. c. 7. Farin. loco cit. num. 54. an autem oppositio debeat fieri ante litem contestatam, distinguit Bald. in rubr. C. qui accus. non poss. quod aut inhabilitas est de iure ciuili, & debet opponi ante litem contestationem; si verò sit de iure gentium, opponi potest quocumque.

Tertio limitatur in delictis exceptis, in quibus etiam inhabiles accusatores admittuntur, Bald. in l. imbecillus, C. de accusat. & docent multi, quos citat Farin. loco cit. num. 39. & 39. nisi tamen sint inimici, vt dixit Gig. de crimin. lase Maiestatis lib. 2. in tit. qui accus. poss. quest. 3. Dec. loco cit. num. 34. & seq.

Quarto limitatur in criminibus leuioribus, in quibus frater admittitur ad accusandum fratrem, l. si sororem, C. qui accus. non poss. Ang. de Malef. vers. ad querelam Titij, num. 22. Nouel. loco cit. num. 29. & hanc distinctionem seruari, dixit Ceph. loco cit. num. 7. & 8. † graue autem in proposito dicitur illud delictum, pro quo imponitur pena mortis naturalis, vel ciuilis, vt exilij, ad tex. in l. 2. ff. de pub. iud. Ceph. loco cit. nu. 9.

Quinto limitatur secundum aliquos, de iure canonico, secundum quod dicunt, fratrem accusare posse

fratrem, cap. litteras, de presumpt. can. si audieris 22. quest. 5. can. diaconi 14. distict. Hicron. Jan. de diffi. iur. ciuil. & can. nu. 279. Verum iura prædicta loquuntur in crimine excepto, nempè hæresis; vnde non differunt ab his, quæ dicta fuerunt superius in tertia limitatione.

12 Sexto limitatur in omnibus illis fratribus, qui propriè fratrum appellatione non veniunt, vt sunt patruales, adoptiui, & alij, de quibus Dec. loco citato num. 19. & seqq.

## SUMMARIUM.

- 1 Expilata hereditatis actio non competit contra cohæredem.
- 2 Expilata hereditatis actio cessat, ubi iudicium familiae exciscundæ intentari potest.
- 3 Expilata hereditatis actio datur in locum deficientis actionis.
- 4 Expilata hereditatis actio non cessat per alias actiones, quæ non sunt particulares criminis.
- 5 Expilata hereditatis crimen quando dicatur: & cur non sit propriè furtum.
- 6 Ciuile actio non tollit criminalem.
- 7 Familia exciscunda actio tollit criminalem de expilata hereditate: ubi improbat glos. & de ratione, nu. 11.
- 8 Lex, aduersus, C. Famil. exciscund. declaratur, & num. 10.
- 9 Actio in factum vti generalis non potest tollere actionem expilata hereditatis.
- 10 Expilata hereditatis actio est species furti, licet non propriè.
- 11 Expilata hereditatis poena est arbitraria.
- 12 Expilata hereditatis actione non potest conueniri persona, qua actione furti conueniri non posset.
- 13 Cohæredes non possunt conueniri actione furti.
- 14 Expilata hereditatis crimen potest intentari contra tertium non cohæredem, licet bona non fuerint diuisa, nec eorum adepti possessio.
- 15 Contra expilatorem iuratur in iuramentum.

An inter fratres cohæredes detur actio expilata hereditatis.

## CAP. LV.

Quidam fratres, fraterno amore postposito, proprium fratrem de crimine expilata hereditatis coram D. Præiore Ciuitatis Vibani accusarunt: & interrogatus, † an hæc actio ipsis competere, contra accusatores, & cohæredes responsum dedi, per text. exprellum in leg. aduers. C. famil. excisc. vbi in fine ponuntur hæc verba. Expilata hereditatis crimen frustra cohæredi intenditur, cum iudicio familiae exciscundæ intentari non potest.

† quocumque igitur cohæredes iudicium familiae exciscundæ intentare possunt, cessat actio expilata hereditatis, prout expressè ibi dicit glos. in figurazione casus: † Expilata enim hereditatis crimen loco deficientis actionis intendi consueuille, non est iuris ambigui: sunt verba tex. in l. fin. C. de crimin. expil. hered. quæ propterea dicitur actio subsidiaria, vt ibi omnes notant Doctores, & in subsidium tantum datur, hoc est in locum deficientis actionis, & deficientis actionis specialis pro crimine, cum igitur in casu proposito competat actio familiae exciscundæ, non datur actio expilata hereditatis, vt declarat Azon. in sum. num. 1. † licet aliæ actiones, quæ non sunt particularis criminis, non faciant, vt hæc

actio cesset, vt rei vendicatio, hæreditatis petitio, actio ad exhibendum, & similes, vt per Azon. loco citato. † In explicatione autem hæreditatis cessat actio furti, quia tunc intelligitur hæreditas expilari, quotiescumque auferuntur res hæreditatis non aditæ, vel si aditæ non possessæ, vt expressè habetur in leg. prima. ff. de crimin. expil. hered. ac ideo non potest considerari actio furti, cum sit spoliare dicatur, leg. rem, qua nobis, ff. de acqu. poss. & non potest dici spoliatus ille, qui non possidet, neque detinet, vt in dicta leg. prima, & declarat Bald. in leg. si abducta, in fin. C. de furt. ac propterea in subsidium contra subtrahentes res hæreditatis iacentis, & nondum possessæ, fuit inuenta actio expilatæ hæreditatis: quæ propterea contra cohæredes dari non debet, cum contra ipsos alia particularis actio competat, nempe familiaris eriscundæ, vt in dicta leg. aduersus, & docet optimè Bonif. de Vital. in tracl. males, in tit. de extraord. crimin. num. 15.

Cui tamen conclusioni obstare videtur text. in leg. prima, C. quando civil. ali. prauid. crimin. vbi habetur, † civilem actionem non tollere criminalem, & è contra: ergo † actio civilis familiaris eriscundæ tollere non debet actionem criminalem de expilata hæreditate, glos. in dicta leg. aduersus, in verbo, frustra, dicit, quod licet actio expilatæ hæreditatis intentetur criminaliter, ita vt ex ipsa non possit dici orta actio civilis, vt etiam per Azon. in sum. num. 4. potest tamen agi civiliter in factum: & idem dixit glos. in dicta leg. prima, ff. de crimin. expil. hered. quam sequitur ibi Bart. vnde quando text. in dicta leg. aduersus dicit, cessare actionem expilatæ hæreditatis, debet forsitan intelligi, cessare civilem in factum, non autem quod criminalis accusatio cesset.

Verum primo responderetur, glosam dubitativè loqui, & contrarium videtur sensisse in leg. 3. in verbo, ordinario, ff. de crimin. expil. hered. † Secundo responderetur, hanc declarationem textui omninò repugnare: nam præterquam quod nullibi in iure probatur, ex hæreditatis expilatione oriri actionem in factum, citatus textus in dicta leg. aduersus probat expressè, hanc criminalem actionem cessare, dum dicit, crimen expilatæ hæreditatis non intentari: si enim non intentatur crimen, ergo cessat accusatio criminalis, non autem actio in factum. Præterea si per actionem familiaris eriscundæ cessaret solum actio in factum, sequeretur, vt actio expilatæ hæreditatis nullo modo cessaret, contra text. in dicta leg. aduersus: nam † actio in factum non est actio particularis criminis expilatæ hæreditatis, sed est actio generalis ad rem obtinendam, prout est rei vendicatio, actio ad exhibendum, & similes, quæ non habent naturam alicuius actionis particularis, ac propterea non faciunt cessare actionem expilatæ hæreditatis, vt habetur in leg. prima, 2. & 3. ff. de crimin. expil. hered. & in leg. fin. C. eod. & tradit Azon.

in summa, sub num. 1. & † inepta videretur interpretatio: frustra intentatur crimen expilatæ hæreditatis, hoc est frustra intentatur actio in factum: necesse est igitur, vt dicamus, ob actionem familiaris eriscundæ cessare actionem expilatæ hæreditatis, licet criminalitatem in se habeat, imò criminaliter tantum intentari possit, vt in dicta leg. aduersus.

Ratio autem, cur hoc casu actio civilis præiudicet criminali, ea est, quia licet actio expilatæ hæreditatis sit criminalis; est tamen inuenta in subsidium pro recuperatione rei expilatæ vnde cum actio familiaris eriscundæ patiat eundem effectum, dicuntur tendere ad idem, ac ideo vna alteri præiudicat, licet actio expilatæ hæreditatis criminalitatem contineat: nec potest

cessare solum civiliter, cum, licet sit persecutoria rei, solum criminaliter intentetur, quod vix in alio iudicio reperiri poterit, vt Azon. dixit in eum sum. in tit. de crimine expil. hered.

- 12 Præterea considerandum est, crimen expilatæ hæreditatis speciem esse furti, licet improprie, & punitur secundum statutum furtum puniens, secundum Bald. in leg. de his, num. 3. C. de furt. Rom. in leg. gerit, de acquir. hered. & Ross. in tit. de furt. num. 21. licet communis sit sententia, imò † pœnum esse arbitrariam, vt probat text. in d. leg. prima, ff. de crimin. expil. hered. vbi Bart. & esse communem opinionem Roman. in add. ad Salvo. in leg. vltima, C. eod. quos sequitur Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 3. casu 300. vbi dicit pariter, hanc pœnam esse diuersam ab ea, de qua in leg. prima, §. expilatores, ff. de effract. & expil. cum & diuersi sint illi expilatores ab istis, vt per eundem Menoch. casu 199. Iod. pariter in sua præx. rev. crimin. cap. 111. asserit, huius delicti pœnam esse, vel perpetui exilij, vel arbitriam. Cum igitur crimen expilatæ hæreditatis sit species furti, sequitur, vt † ille, qui non potest conueniri actione furti, nec etiam hoc crimine conueniri valeat, vt probat text. in leg. vxor. ff. de crim. expil. her. cui concordat text. in leg. aduersus vxorem, C. eod. & in l. quamuis, C. de furt. quibus in locis probatur contra vxorem non dari actionem expilatæ hæreditatis, quia nec etiã actionem furti conueniri potest: sed † cohæredes non possunt conueniri actione furti, præsumitur enim, omnia pro eorum iure peregisse, ad text. in leg. marito, ff. pro societ. vbi scribentes, ergo nec etiam conueniri poterunt actione expilatæ hæreditatis, sic arguendo dixit glos. in leg. 3. in verbo, ordinario ff. de crimin. expil. hered. maxime si non appareret, aliquid ultra eorum portionem accepisse, vt dixit Menoch. in dicta casu 300. num. 5. Et dato quod apparet, adhuc obstaret prima ratio, ob quam propterea sequendus non est Farinac. de furt. quest. 174. num. 127. dum dicit, contra cohæredem dari actionem expilatæ hæreditatis, eo quod ultra partem suam accepit. Et in casu, in quo consului, his rationibus motus Iudex absoluti fratrem cohæredem.

- 16 Tertius tamen excusari non posset sub clypeo bona non esse diuisa, & incertum esse eorum dominum; fat enim est, expilatorem scivisse, illa sua non esse bona, vt declarat Iodoc. loco supra citato.
- 17 Et probata expilatione contra expilatorem datur iuramentum in litem supra quantitate, qualitate, & pretio, vt per Plot. de in litem iur. §. 14. num. 8. præuia semper iudicis testatione, vt per eundem Plot. in d. tracl. §. 13. num. 5. quæ vti extra nostram materiam præmittito.

#### SUMMARIUM

- 1 Frater gratia olim vara, hodie nulla.
- 2 Frater occidens fratrem pœna parricidij tenetur, non ordinaria tamen, sed solum ultimo supplicij, num. 3.
- 4 Frater non reuelans insidias parati fratri, pœna relegationis punitur.
- 5 Fratrem defendere licet, etiam si ipse sit aggressor.
- 6 Frater occidens rixantem cum fratre non tenetur de homicidio, & an frater rixator hoc casu in aliquo teneatur, num. 7.
- 8 Frater dicitur committere parricidium, etiam si fratrem coniunctum tantum ex vno latere occidas, idem si occidas consobrinnum, num. 9.
- 10 Frater dicitur parricida, si fratrem in arce arri procurat.
- 11 Frater patrie proditor occidi potest à fratre, & quid si fuerit bannitus ex alia causa, num. 12.

- 13 Frater occidens fratrem, qui potuisset à patre exheredari, non dicitur parricida.
- 14 Frater occidens fratrem infidelem non dicitur parricida.
- 15 Frater occidens fratrem ad necessariam defensionem non dicitur parricida.
- 16 Frater occidens sororem deprehensam in adulterio an sit parricida.
- 17 Frater receptans fratrem bannitum, an incidat in poenam bannitos receptantium, & quid si sit bannitus pro crimine lese Maiestatis, vel alio simili delicto, nam. 18 & seqq. & quod excusetur à pena ordinaria, numero 21.
- 19 Affinitas non excusat in receptante hostem patria, vel pacis violatorem, num. 20.
- 20 Affinitas an excuset in receptante eum, qui Cardinalem offendit.
- 21 Offendens Cardinalem committit crimen lese Maiestatis.
- 22 Affinitas an excuset in receptante publicum hostem.
- 23 Amicitia maxima an excuset in receptante bannitos.
- 24 Iura sanguinis tolli non possunt.
- 25 Bulla Sixti C. contra receptantes bannitos.
- 26 Receptans bannitos ex necessitate nullam incurrit poenam.
- 27 Frater succedit in bonis fratris occisi, sed hereditas ab ipso auferitur à fisco, tanquam ab indigno; & sic non priuatur ipso iure, num. 30. & quid si adsit statutum, ut occidens non succedat in bonis occisi, num. 31.
- 31 Maritus occidens uxorem amittit lucrum dotis, & illud cum residuo dotis venit ad heredes uxoris. & quare contrarium sit statutum in successione, num. 32.
- 32 Maritus non vendicans mortem uxoris amittit lucrum dotis, de quo & num. 34.
- 33 Occidens alicuius eum successione à fisco priuatur, etiam in prauidicium propriorum filiorum.
- 36 Legitima filijs non relinquatur de bonis, in quibus pater successit occiso ab ipso.
- 37 Filij non priuantur successione bonorum à patre, si ex propriis personis succedant.
- 38 Pater non prauidicat filiis homicidio respectu bonorum maternorum.
- 39 Pater occidens filium an in aliquo prauidicet aliis filiis respectu bonorum maternorum.
- 40 Occidens aliquem prauidicat existentibus in remotiori gradu quantum ad successionem, non autem hi, qui sunt in gradu proximiori, num. 41.
- 41 Homicidium committens an prauidicet aliis quantum ad fuda.
- 43 Occidens eum, cui erat substitutus, quis succedat.
- 44 Frater occidens fratrem per affinitatem, portio, in qua alius successisset fratri, non applicatur Fisco, ubi de ratione.
- 45 Occidens si non succedat occiso ex forma statuti, portio, in qua alius successisset, non applicatur fisco, & idem esset respectu legitime, si filius patrem occideret, num. 46. & idem est dicendum, si pater prohibuisset alienationem, num. 47. vel priuasset heredes in casu alicuius delicti, ut num. 50. & 51.
- 48 Confisecatio dicitur prohibita per prohibitionem alienationis.
- 49 Confisecatio est species alienationis.
- 52 Filio occidens patrem non confiscatur nec etiam legitima, si fuerit priuatus à patre, casu, quo aliquod delictum committere cogitauerit, ubi de ratione, & quid si aliam personam occidat.
- 53 Principes solent per decreta nulla declarare testamenta, quibus inseritur prauidicium iuribus fiscoalibus.
- 54 Frater, si occidat fratrem, an portio, in qua successisset,

applicetur fisco, si alter frater adsit in pari gradu existens, & num. 55.

57 Fratres, & sorores non semper fiscum excludunt.

De fratre occidente fratrem; & an ipse, vel eius filij fratri occiso succedant.

## CAP. LVI.

Cum in hæc tempora incidimus, ut dici possit cum Ouidio.

Venit ex raptis, non hospes ab hospite iustus.

Non secer à genere, fraterum quoque gratia ratasit.

Et, ut dicit Surd. in conf. 43. in princ. lib. 1. r. a. o. m. fuerat; nulla est nunc gratia fratrum: ac propterea repetiti stantes, se ad inuicem amore prosequentes, misculo ascribitur, Lud. decif. Lucens. 14. m. 26. ita, ut cesset hodie præsumptio, fratrem à fratre diligi, de qua Alciat. de præsump. reg. 1. præsump. 23. & Menoc. de præsump. lib. 1. præsump. 33. num. 1. & præsump. 16. nu. 1. lib. 5. unde fratres à propriis fratribus fuisse necatos non solum legimus, sed sæpè videmus: & tunc dubitari solet, an occidens fratrem ipse, vel eius filij fratri occiso succedant. Verum primo omittendum non est.

† fratrem occidentem fratrem: & sic alteram portij corporis partem, quorum non desunt exempla, ut dictum fuit supra in hac tertia parte, cap. 1. Et nonnullos alios eiusdem criminis culpabiles refert Menoch. in add. ad secundum lib. de arb. casu 356. nu. 92. pæno parricidij teneri Cepol. cons. crim. 5. num. 31. Ceteri. in sua præf. §. homicidium, num. 128. Plat. in Epit. delict. cap. 12. num. 76. Clar. in §. parricidium, vers. sed quid dicendum. Decian. in trakt. crimin. lib. 9. cap. 10. Petr. Greg. lib. 36. Syntagm. c. 24. num. 24. Menoch. loc. cit. num. 91. Farinac. de homicid. quest. 120. num. 123. ut tamen Petr. Greg. & Decian. loc. cit. declarant, quos Menoch. & Farinac.

sequuntur, † non imponitur hoc casu pæna ordinaria parricidij, sed solum vltimæ supplicij, leg. pen. §. qui pæna, ff. ad l. Pomp. de parric. † In idem frater loci, in idem parari fratri, & non tenetur, telegationis pæna punitur, l. 2. ff. ad l. Pomp. de parric. mutui enim auxilij causa defunctus geniti fratres, ac propterea † licita est defensio etiam ad fauorem fratris insultantis, Alb. in leg. ut vim, nu. 5. vers. item iniuriam fratris, ff. de iust. & iur. Clar. in §. homicidium, sub num. 12. vers. ut in solum habet. Farinac. post alios de homicid. quest. 105. nu. 177. ac

6) ideo † si frater videat fratrem cum alio rixantem, & accurrat, ac inimicum fratris occidat, non punitur de homicidio, sed solum de excessu, etiam si occisus fuerit non aggressor, sed insultatus, Bald. in leg. prima, sub num. 42. & seq. C. und. vi. Ross. in tit. de homicid. nu. 39.

7 Farinac. dict. quest. 123. num. 288. † an verò frater, qui prius rixam cepit cum aliquo hoc casu teneatur, est controuersia apud Doctores, & Farinac. loco cit. num. 289. distinguit, quod aut frater erat aggressor, aut aggressus: si aggressor, nulla debet puniri pæna; si verò aggressus, aliqua extraordinaria, tanquam dans operam reitilitate, ut per ipsum.

8 Et supradicta conclusio, quod frater occidens fratrem incidat in crimen parricidij, ampliatur, ut non solum procedat in occidente virinque contundum, sed etiam patrualem, vel matrualem tantum, Decian. trakt. crimin. lib. 9. cap. 5. num. 1. & cap. 10. num. 1. plures citat Menoch. in dictis addit. num. 96. alios Farinac. de homicid. quest. 120. num. 124.

9 Secundo ampliatur in occidente fratrem consobrinum, leg. prima ff. ad leg. Pomp. de parricid. Dec. in dict.

- 10 *Et cap. 10. num. 1. Menoch. in dicitis addit. num. 98. Farinac. loco citato num. 125. ubi plures allegat, quod mirum non est, cum parricidium dicatur commissum inter omnes transfuersales existentes in quarto gradu, ut per eundem Farinac. loco citato num. 126.*
- 11 Tertio ampliatur, ut frater dicatur parricida, si fratrem carcerari procuret, addentes ad Salyc. in leg. prima, C. de his, qui parent. occid. in secunda addit. in lit. B. vers. item adde: quo casu volunt saltem esse priuandum feudo, Carter. in prax. crim. in 3. trael. de homicid. §. nono quarto, num. 31. Decian. in trael. enim lib. 9. c. 9. nu. 12. Baiard. ad Clar. in §. parricidium, num. 2. plures alios ad propositum citat Farinac. in d. quast. 120. num. 128.
- 12 Limitatur modo conclusio, si frater fuerit patrie proditor, tunc enim etiam à fratre impunè occidi potest, Bart. in leg. minime. ff. de relig. & sumpt. fun. Nell. de bann. in tertia parte secundi temporis, quast. 53. & etiam in secunda parte, secundi temporis, quast. 10. Matf. sing. 210. & in leg. diuus, num. 6. ff. ad leg. Pomp. de Parricid. Decian. dicit lib. 9. cap. 10. num. 6.
- 13 Et licet supracitati Doctores teneant, secus esse, si fuerit bannitus ex alia causa, quos sequitur Menoch. in dicitis addit. num. 101. Surd. consil. 35. num. 9. & alij, quos Farinac. citat in titul. de variis, & diuersis quast. quast. 103. num. 280. alij tamen ampliant, ut licitum sit occidere fratrem bannitum etiam ex alia causa, ut defendit Ber. in cap. qua in Ecclesiarum, num. 116. de const. Viu. opin. 770. num. 8. ubi de communi, alios refert, & sequitur Farinac. loco citato nu. 281. qui pariter testatur de receptori opinionem, & quod ita obseruaretur, si casus occurreret.
- 14 Tertio limitatur, si frater commiserit aliquid propter quod veniret à patre exheredandus, tunc enim si frater ipsum occideret, esset excusandus à pena parricidij, & mitiori esset pleandus, Bart. in leg. diuus, in vltimis verbis, ff. ad leg. Pomp. de parricid. quast. 103. Matf. sequitur num. 17. Farinac. d. quast. 120. num. 175.
- 15 Quarto limitatur in fratre occidente fratrem venientem contra fidem Christi, si enim occidi potest frater patrie proditor, ut supra dictum fuit; multo magis occidi poterit, qui contra humani generis redemptorem arma suscipit: & idem asserunt in filio patrem occidere, Carter. in sua prax. crimin. in 3. trael. de homicid. & assas. §. nono quarto, nu. 27. Decian. in trael. crimin. lib. 9. cap. 15. num. 8. Menoch. in dicitis addit. nu. 46. Farinac. dicit quast. 120. num. 176. qui dicunt, idem esse, si pater fuerit solum hereticus; quantum tamen ad penam ordinariam parricidij.
- 16 Quinto limitatur, si frater fratrem occideret ad suam necessariam defensionem, Farinac. dicit quast. 120. num. 187. & idem dicunt esse in filio occidente patrem, Decian. loco proxime citato, num. 12. Menoch. in dicitis addit. num. 47. alios citat Farin. loco citato, nu. 186. & seq.
- 17 Sexto limitant aliqui in fratre occidente sororem deprehensam in adulterio; verum communis est sententia, fratri non esse licitum occidere nec adulterum inuentum cum sorore, nec ipsam sororem, Alb. in leg. quod ait lex num. 1. ff. ad leg. Iul. de adult. Car. in prax. crimin. in tertio trael. ad homic. §. octauo excusatur, num. 8. & §. nono quarto, num. 18. Decian. in dicit. cap. 15. num. 18. & hoc verius, & magis receptum esse dixit Farin. de homic. quast. 121. num. 49.
- Vidimus hucusque, fratrem occidentem fratrem parricidium committere, cum nonnullis ampliacionibus, ac declaracionibus, de quibus supra; & inter alias ampliaciones, tertia de qua num. 10. quod frater procurans fratrem incarcerari dicatur parricida, dat mihi occasionem dubitandi; an stante decreto, vt
- 17 † banniti receptari non possint, frater possit impunè fratrem receptare; & posse suadet supradicta ampliacione; nam si ipsum non receptaret, de facili in manus iustitiae incideret, & sic posset esse causa, vt frater vltimas lueret pœnas, vnde non obstante generali decreto, non solum excusandus, sed etiam commendandus videtur frater, qui fratrem receptat quantumuis bannitum, Siman. de Cash. inst. tit. 15. in fin. Crau. conf. 109. num. 3. alios citat Menoch. de arbitr. casu 348. num. 7. quibus nonnullis addit in additionibus, nu. 1. Carter. in sua prax. in 3. trael. de homicid. & assas. §. post verò maleficium, num. 30. Iodoch. in prax. crimin. cap. 134. num. 4. plures cumulat Farin. de crim. lase Maiestatis, quast. 113. nu. 269. & certè abhorret fraternam charitas, vt frater ad fratrem confagientem non sine maximo eius vitæ periculo ejiciatur foras.
- 18 Restringere tamen videntur supracitati Doctores conclusionem hanc in simpliciter bannito; † secus si bannum sit pro rebellionem, vel pro crimine læsæ Maiestatis, Carter. loc. cit. num. 31. Foll. in prax. crimin. in verbo, banniantur, num. 11. vers. hanc verum, Menoch. in dicto casu 348. num. 9. vers. velati tamen Doctores, Farinac. in dicta quast. 113. num. 271. Et addunt simile in receptante hostem publicum, qui impunè occidi potest, in quo † excusatio affinitatis, & consanguinitatis non iuuat, Bart. in leg. 2. in princip. vers. videte Domini, ff. de recept. Nell. de bann. in tertia parte secundi temporis, quast. 11. Carter. loc. cit. n. 31. Foll. loco pariter citato.
- 19 Pro ut volunt † affinitatem non excusare in receptante pacis violatore, Titaq. de pœnis temper. caus. 20. nu. 10. Carter. & Foll. locis citatis, alios citat Farin. in dicta quast. 113. nu. 272. & 173.
- 20 Verum hanc restrictionem temperat Farinac. num. 274. secundum multorum opinionem, affinitatem, & consanguinitatem in his casibus atrocissimis, vt in crimine læsæ Maiestatis, non excusare in totum; sed bene à pœna ordinaria, vt voluit Gig. de crimin. lase Maiestatis lib. 2. in rub. de pluribus & variis quastionibus, quast. 10. nu. 5. & mouetur Farin. ex his, quæ communiter dicunt Doctores, † affinitatem excusare in receptante eum, qui Cardinalem offenderit, vt per ipsum quast. 113. nu. 91. & seq. & tamen † offendens Cardinalem dicitur committere crimen læsæ Maiestatis, vt volunt scribentes in cap. felicis, de pœnis in 6. in argumentum etiam adducunt, † affinitatem excusare à pœna ordinaria in receptante publicum hostem, Rolan. consil. 95. num. 59. & seqq. lib. 1. conferunt plura, de quibus per Titaq. de pen. temper. caus. 20. num. 5. & seqq. & tradit Farin. loc. cit. num. 275. Additur, quod si in hac materia † maxima amicitia à pœna ordinaria excusare solet, vt per Menoch. in dicitis addit. nu. 4. Decian. in suis trael. crimin. lib. 5. cap. 51. num. 74. & tradunt alij, quos Farin. citat in dicta quast. 113. num. 276. quanto magis id asserendum erit in affinitate, ac sanguinis coniunctione? Vnde merito post Gigant. loco supra citato, & Menoch. in dicit. add. nu. 3. voluit Farin. in dicta quast. 113. num. 175. 176. & 177. fratrem receptantem fratrem bannitum etiam propter crimen læsæ Maiestatis excusari à pœna ordinaria.
- 21 Nec obstat similes delinquentes hostes patrie dici, rebelles, proditores, omnique auxilio indignos; nam quicquid sit de hoc, non desinunt tamen esse fratres, cum iura naturalia non amittantur, & similes fictiones iura sanguinis adumbrare non valeant, vt de patre dixit Clar. in §. homicidij, vers. sed hic quarto: Et verè nec delicti grauitas, nec iuris fictio, nec rigorosa decreta, nec pœnarum promulgatio, nec debitum er-



ga patriam, nec obseruantia erga Principem à corde eadellere vilo modo possunt illam innatam, & naturalem obligationem erga proprios fratres, ita vt in eorum necessitatibus, & periculis ab adiuuando eos abstinere possimus: Et cum frater sit ferè alter, qui fratrem recepat, se ipsum, seu alteram propriis corporis partem receptate dicitur; vnde quemadmodum se tuisti, ac defendere cuique licet, sic etiam fratri, ne offendarur, præsto esse licebit.

27 Et licet Bulla Sixti V. dispomat affinitatem in hoc non excusare, etiam si sit primi gradus; attamen Farin. *loc. cit. num. 179.* testatur Bullæ rigorem nunquam fuisse obseruatum, sed ad pecuniarias compositiones fuisse admissos transgressores: esset etiam aliqua consideratione dignum, Bullam prædictam fuisse promulgatam tempore, quo ille rigor necessarius erat ob bannitorum frequentiam, & multitudinem.

28 Si verò receptio facta esset necessitatis causa, omnis cessaret pena in quocumque genere bannitorum, Decian. *in d. cap. 31. num. 69.* Menoch. *in dict. addicione, num. 1.*

29 Videamus modo redeundo ad propositum de successione fratris occidentis fratrem, queas in bonis occisi succedere, dicendum est, sed eius hæreditatem ab ipso auferri tanquam ab indigno, & fisco applicari, ita probat tex. *in leg. cum ratio, §. si. ff. de bon. damn. vbi Barr. & tradit Bald. in leg. tanquam, vers. hæc faciunt ad questionem, C. de fid. vbi dicit, fratrem occidentem fratrem eius hæreditatem posse adire, sed illud ius ad fiscum postea transire, leg. his consequenter, §. primo, ff. fam. ercise. idem Bald. & Saly. in l. hereditas, C. de his, quibus, vt in d. vbi dicant, occidentem testatorem indignum eius successione reputari, sed antequam fisco ipse auferat hæreditatem, esse heredem, & actiones hæreditarias exercere posse, Paul. de Cost. in leg. Codicillus, §. maris, ff. de leg. 2. Alber. de Rosat. in test. pars. Nat. quest. 58. Rol. *consil. 26. lib. 3.* Corn. *consil. 121. nu. 2. lib. 4.* vbi allegat tex. *in leg. Lucius ff. de iur. fise. Ruin. consil. 129. in princip. lib. 2. & consil. 11. num. 2. lib. 3.* Boer. *decis. 15. nu. 2.* Roff. *in tit. de his, qui vt indigni, nu. 17. & seq. Clar. in §. homicidium, vers. priuatur, Pecog. de iur. fise. lib. 2. tit. 3. num. 1.* Decian. *trac. crimin. lib. 9. cap. 16. num. 29.* Menoch. *in add. ad casum 156. num. 129. vers. primus est, & consil. 301. num. 13. & 17. necnon consil. 557. num. 6. lib. 6.* plures alios citat Farin. *de homicid. quest. 120. num. 23. & seqq.* Ex quibus constat, ¶ priuationem hunc non fieri ipso iure, sed solum per ablationem que fit à fisco tanquam ab indigno; vnde cum effectu ante ablationem exercere potest actiones hæreditarias, leg. his consequenter, §. primo, ff. fam. ercise. sed tanquam illa successione indignus non solum proprietatem, sed etiam fructus interim perceptos restituere tenetur, vt per Roff. *loc. cit.* alios citat, & sequitur Farin. *in dicta quest. 120. num. 36.* qui id necessarium esse dicit *num. 37.* nam si occisor non acquireret, non posset fisco ab eo, tanquam ab indigno, illam acquisitionem auferre; non auferretur enim, quod quis non habet, & communis est omnium sententia, à fisco hanc fieri ablationem.*

30 Conclusio tamen supra firmata obstat videtur tex. *in leg. si ab hostibus, §. primo, ff. solut. matrim. vbi habetur, quod si maritus occidat uxorem, amittit lucrum dotis, & totum illud lucrum, vna cum alio dote remanet apud hæredes vxoris, quam opinionem late defendit Ruin. *consil. 11. lib. 5. per tot.* & post eum Phan. *de luc. dotis glos. 14. nu. 2. & seqq.* Nouell. *de dot. part. 8. priuil. 31.* Camp. *de dot. part. 5. quest. 2.* Decian. *in suis sr all. crimin. lib. 16. num. 28.* & tradunt alij, quos Farin. citat *in dicta quest. 120. sub num. 73.* vbi in fine dicit, ne-*

gari non posse, hanc opinionem esse à Doctoribus communiter receptam: & non solum communis, sed etiam vera dici debet, per tex. *in d. leg. si ab hostibus, §. 1. ff. sol. matr. licet Farinac. quodammodo sibi contrarius de hoc dubitauerit in dict. quest. 120. sub num. 70.* mouetur ipse per ea, que dicta fuerunt superius in conclusione *nu. 17.* Secundo allegat Ruin. *in consil. 8. lib. 2.* à cuius opinione dicit, vix credere, & cedi posse:

31 tertio sub dicto *num. 71.* sic argumentatur: ¶ maritus non vendicans mortem vxoris priuatur lucro dotis, & fisco applicatur, leg. si, qui mortem, ff. de his, quibus, vt indign. §. l. cum mortis, ff. de iur. fise. Sed quantum ad primum, vera est conclusio, & vera oppositio; rationes autem differentie plures allegantur Bartol. *in d. §. primo,* dicit ¶ hoc esse speciale in istis lucris dotalibus, Ruin. verò *in dicto consil. 1. num. 3. lib. 5.* dicit, lucrum dotalis marito de fero sub conditione, si nempe matrimonium soluat sine culpa mariti, ad tex. *in l. consensu, C. de repud. & in l. Lucius ff. sol. matrim.* at quando vxorem occidit, decedit conditio; vnde non acquirit lucrum, & tanquam ab occisore non acquisitum non potest à fisco ab eo auferri tanquam ab indigno; ante ablationem enim necessaria est acquisitio, & sic quod adierit, vel adire poterit, vt optimè dixit Corn. *in dicto consil. 121. num. 4.* Tertio dicit Ruin. lucrum dotis, vel ex pacto, vel ex statuto, seu consuetudine nobis prouenire, & sic iure speciali, hæreditatem verò iure communi, vnde non est mirum, facilius occidentem priuari hoc iure speciali, quam iure communi, ad tex. *in leg. militis, §. militis, missis, ff. de tex. mil.* Quarto ex eodemmet Ruin. respondetur, lucrum dotis non acquirit marito, & per consequens non applicari fisco, quia de iure communi ad hæredes vxoris peruenire debet; vnde faciliè reuertitur ad naturam suam, secus est in hæreditatibus de iure debitis, quibus non priuatur occisores, sed ab ipsis postea tanquam ab indignis à fisco auferuntur, vt in conclusione Ruin. verò *in dicto consil. 8. lib. 2.* loquitur de marito, qui priuatur lucro dotis, ex eo, quod vxori infirmæ medicamenta non adhibuit; quod etiam filius priuatur

32 licet de aliqua applicatione non agatur. ¶ Exemplum verò de marito non vendicante mortem vxoris, non quadrat, nam non vendicans mortem vxoris non priuatur successione, sed postquam acquisit ab ipso auferretur tanquam ab indigno; quod fieri non potest in marito vxorem occidente, qui cum non acquirat lucrum aliquod, non potest fisco ab eo illud auferre, ablatio enim præsupponit acquisitionem, vt supra dictum fuit.

33 Cõclatio modo supra firmata, vt occidens fratrem priuatur eius successione, per ablationem fisci, procedit ¶ etiam si ipse occisor filios habeat, quibus præiudicat, Boer. *did. decis. 15. nu. 1. & 14.* id enim per necessariam venit consequentiam, si enim ab ipso occisore auferretur hæreditas, & fisco applicatur, ea remanent priuati filij: aliter delinquendi daretur ansa, vt Boer. dicit *loc. cit. nu. 3.* præterea cum filij representent patrem, non possunt plus iuris habere, quam ipse pater, à quo tanquam ab indigno fuit ablata hæreditas, Car. *in prax. in tex. trac. de homic. §. nono quarto, num. 37. & seqq.* Gomez. *de delict. cap. 7. in rubr. de homicid. num. 51.* Petr. à Plat. *in Epit. delict. lib. primo, cap. 1. num. 21.* Clar. *in §. homicidium, vers. sic, priuatur, Pecog. de iur. fise. lib. 1. cap. 1. num. 2.* Mar. *consil. 91. num. 10.* Menoch. *in add. ad dictum casum 156. num. 130.* Farin. post plures, quos allegat *d. quest. 120. num. 10.*

34 Nec obstat, quandoque facta confiscatione bonorum patris relinqui filiis legitimam, & interdam to-

35

36

tam hereditatem, secundum numerum filiorum, ut in *dilla l. cum ratio, in princip. & in §. plures, de bon. damn.* id namque procedit respectu bonorum ipsius patris, non autem respectu illorum bonorum, quæ acquirunt ex successione illius, quem occidit, ita declarat Ruin. in *dill. consil. 129. sub num. 1. lib. 2.*

37 Quæ ampliatio de præiudicio filiorum nonnullas recipit declarationes: prior a est, si filij non succedant mediante persona patris, sed ex propriis personis, ut declarat Menoch. in *di. add. sub num. 130. vers. tertius est casus, post Socin. in consil. 124. num. 3. lib. 3. idem docet Menoch. consil. 930. lib. 10. Cap. consil. 42. num. 4. 11. & per totum, Farin. dilla quest. 120. num. 45.*

38 Secundo declarant, id non procedere respectu bonorum maternorum, ex. gr. maritus occidit uxorem, ipse privatur omni successione, omni lucro, & commodo, filij tamen in bonis maternis succedunt, *leg. si ab hostibus, §. 1. ff. sol. matrim. vbi habetur, maritum in totum excludi, & proximiores in omnibus succedere: unde non est mirum, patrem non posse aliquod inferre præiudicium filiis, quod enim non acquirit, non potest fiscus ab eo auferre, ut per Soc. Sen. consil. 124. num. 3. lib. 3. vbi in fortioribus consuluit, filium non esse exclusum à successione matris, itaque etiam statuto, ut filius non possit succedere uxori occisæ à marito.*

Magis dubium videtur, quod dixit Ang. in *leg. adoprimum, §. patronum, num. 3. ff. de in ius vocand. §. si pater habeat plures filios habentes bona materna, quorum unum occidat, id non præiudicare aliis filiis, nec etiã respectu usufructus; cui cautelam esse, ut renunciet, dicunt alij: de quo post alios Farin. in *dilla quest. 120. num. 48. & seq. apud me enim difficultas est, respectu proprietatis illius portionis, in qua pater succedit filio vna cum aliis filiis: cum enim occisor adhuc succedat occiso, ut supra dictum fuit; & illa successio auferatur postea ab ipso tanquam ab indigno, videtur dicendum, fiscum posse vindicare illam portionem bonorum adventitiorum, in qua pater occisor successit vna cum aliis filiis.**

40 Secundo ampliatur, ut quemadmodum occisor præiudicat filiis, ita etiam præiudicat, & multo magis, aliis agnatis existentibus in remotiori gradu, quam sit occisor ipsi occiso: cum enim occisor succedat, & successio ab ipso auferatur tanquam ab indigno, & fiscus applicetur, necessario alij agnati existentes in longiori gradu remanent privati, ipsis enim præfertur fiscus, Bal. in *leg. eam, quam, num. 10. C. fideicommiss. Peregr. de iur. fidei. lib. 2. tit. 3. nu. 2. Menoch. in dilla add. sub n. 132. vers. quartus est casus, Farin. d. quest. 120. num. 32.*

41 His verò, qui sunt in gradu proximiori, nullam profecto inferri potest præiudicium, ipsi enim succederent tanquam proximiores, unde nihil ab occisore auferre posset fiscus, *glos. in leg. hereditas, in glosa magna, vers. distingue, C. de his, quib. ut indign. & tradit Farin. d. quest. 126. quod nullam in se habet difficultatem.*

Nonnullæ modo adnotandæ sunt limitationes ad regulam supra positam, fratrem non priuari successione fratris occisi, sed ipsam, tanquam ab indigno fiscum ab eo auferre.

42 Quarum prima sit respectu feudorum, quibus licet frater priuatur, attamen si feudum fuerit antiquum, & ex pacto, ac providentia acquisitum, ad filios transit; si verò nouum, ad Dominum reuertitur, secundum Menoch. in *dilla add. sub num. 123. vers. primus est, & vers. secundus est casus, quem refert, & sequitur Farinac. dilla quest. 120. num. 29.*

43 Secundo limitatur, si occidat eum, cui fuit substitutus, tunc enim dubitant Doctores, an occisor succe-

iure substitutionis in quo omnia disputatione, distinguendum est: quod aut occisori alij sunt substituti; & tunc eius delictum non potest aliis substitutis præiudicare, cum regulariter delictum vnius alius non præiudicat, & maxime in fideicommissis contra mentem testatoris, ut dixit Farin. in *dilla quest. 120. sub num. 46. Si verò occisori nullus alius sit substitutus; & tunc ipsum succedere dicendum est, sed successione ab ipso auferri tanquam ab indigno, per ea, quæ dicta fuerunt superius in conclusione nu. 17. & hoc modo concordari posse diuisas opiniones, de quibus per Farin. loc. cit. num. 46. semper existimaui.*

44 Tertio limitatur in occidente fratrem per assassinium: & licet prima facie videatur absurdum, ut occidenti fratrem simpliciter confiscari debeant bona, in quibus fratri succedit; non autem, si ipsum occidat per assassinium: attamen si ratio obseruetur, sic de iure esse apparebit: confiscantur bona occidenti fratri, quia ipse fratri succedit, & successione ab ipso tanquam ab indigno auferit fiscus, ut supra dictum fuit: Sed quando ipsum occidit per assassinium, efficitur insuccessibilis ipso iure, *cap. primo; de homic. in 6. unde tanquam incapax non succedit fratri, & per consequens non potest fiscus ab eo auferre, tanquam ab indigno, partem, quam non acquisiuit; ita consuluit Barbat. cons. 8. sub num. 11. vers. & ideo vidi, lib. 3. & Menoch. cons. 402. nu. 9. qui testatur, sic fuisse iudicatum, & seruatum, quos refert, & sequitur Farin. d. quest. 120. num. 38.*

45 Quarto limitatur, si statutum adit, ut occidens non possit villo modo nec ex testamento, nec ab intestato ad successionem occisi admitti; tunc enim alij proximiores succederent, nec posset fiscus ab occisore partem aliquam auferre, cum statutum impediat à principio acquisitionem, & successionem, quam occisor habuisset de iure communi; ut enim supra dictum fuit ablatio præsupponit acquisitionem; nec potest occisorius, quod non acquirit, transferre in fiscum, ut declarat Cord. in *dillo consil. 222. num. 4. lib. 4. qui à nu. 5. vsque ad finem ampliat etiam respectu legitimæ: ut nempe si itante simili statuto, si filius occidat patrem, non possit fiscus legitimam petere filiis occisoris, cum enim vigore statuti ab omni successione tam ex testamento, quam ab intestato, exclusus sit occisor, nec etiam legitimam petere poterit; nam legitima est portio eius, in quo quis successurus esset intestato, *leg. cum quaritur, leg. parantibus, Authent. nouissima, C. de inoff. testamento.* Nec dicatur, statutum non posse in totum legitimam tollere, nam quicquid sit de hoc, factum est, hanc esse legitimam causam excludendi filium à legitimâ.*

47 Quinto limitatur, si testamento prohibuisset alienationem in pœnam, quo casu prohibitio valet absque vlla alia causæ expressione, *glos. in leg. filius familias, §. diui, de leg. primo, in verbo, respectu, Bart. in l. quoties, C. de fideicommiss. Roan. dilla consil. 129. nu. 3. Rolan. dilla consil. 56. num. 6. Et per prohibitionem alienationis intelligitur prohibita confiscatio, *leg. Imperator in princip. vbi Bart. ff. de fidei. lib. Alexand. cons. 23. lib. 491. Socin. consil. 123. lib. 4. Rolan. loc. cit. num. 8. Confiscatio enim est species alienationis, Bart. in leg. si finita, §. si de veltigalibus, in 6. quest. ff. de damn. in fact.**

48 Quæ eo magis procederent, si testator expressè mentem suam declarasset, disponendo, quod si aliquis ex hæredibus, vel tempore suæ mortis, vel alio tempore aliquid peregisset, vel pergere cepisset, ob quod fieret incapax, vel indignus suæ hereditatis, & c. ad alios deuenire debeat, & c. ut per Rol. loc. cit. nu. 11.

& per

& per Ruin. *dist. confil. 129. num. 4.*

Idem est, si dixisset, quod si hæres veniret ad aliquem tractatum, vel cogitatum delicti, quo facto bona venirent confiscanda, quod tunc eius bona, ante etiam consummationem delicti, pervenirent ad alium, &c. tunc enim statim, ut filius cogitavit committere homicidium, & sic ante consummationem, dicitur effectus incapax successionis, unde filius non potest ab eo auferre, quod non acquisivit, ut consulerunt Ruin. *in d. confil. 129. n. 5.* & Rol. *in d. confil. 56. n. 6.* quod apud ipsos comprobatur inveniunt. Imò ¶ si filius hoc casu occidisset patrem, nec etiam eius legitima posset confiscari, & est ratio, quia sola cogitatio, & tractatus occidendi patrem, dicitur, legitima causa excludendi filium à legitima, etiam ante delicti consummationem, §. *aliud quoque capitulum, Authent. ut cum, de appell. cognosc.* ut per Ruin. *in d. confil. 129. n. 7.* Secus tamen esset in aliis delictis, in quibus, licet confiscatio bonorum adesset, sola tamen cogitatio, & tractatus illa delicta committendi, non diceretur sufficiens causa excludendi filium à legitima: unde in ipsa filius succederet, & illam ab ipso fiscus auferret, non obstantibus supradictis verbis; quæ solum aliis successoribus prædesse, quantum ad residuum, à quo filius per tractatum simplicem fuisset exclusus, ut supra dictum fuit.

Verum, quoniam hoc modo varia possent fieri testamenta in præiudicium filii, Principes ob bonum publicum, & ut homines saltem formidine pæne retineantur à delictis, solent promulgare decreta, testamenta similia facta in præiudicium filii omnino annullantia.

Sexto secundum aliquos limitatur, si cum ipso occisore addit alius in pari gradu, qui fisco præferri debet, ut si tres sint fratres, & unus alterum occidat, tertius in omnibus bonis occisi præferri debet; delictum enim fratris fratri nocere non debet, *leg. 2. §. fratris ff. si quis ab testamento prob. ut per Bart. in d. leg. cum ratio, §. si ff. de bon. dam. quæ in sequi videtur Bart. confil. 16. in fin. lib. 3. Gand. de Mal. ff. de bon. mal. num. 10. Boet. *dist. decis. 25. num. 1. 9. 15.* & seq. Decian. *in tr. del. crimin. lib. 8. cap. 16. num. 17.* Pancit. *confil. 165. num. 8. & seqq.* & sequi videtur Menoch. *in d. del. add. sub nu. 135. in fin. dum dicit hanc opinionem tanquam humaniorem fortè in praxi retinendam esse.* & sequuntur plures alij, quos citat Farin. *in d. del. quæst. 120. nu. 41.**

Contrarium tamen contra Bart. tenuerunt alij, ut Bald. *in leg. sanguinem, vers. hoc faciunt, C. de fideicom. & in leg. hæreditas, in fin. C. de his, quibus ut indign. opinio namque Bart. est contra text. in leg. Lucius, ff. de iur. fise. & in leg. his consequenter, §. primo ff. si quis ardeat. quæ reprobatur à scribentibus communiter in d. del. leg. hæreditas, præcipuè cum Bart. ratio nullo modo concludat, factum enim fratris non nocet fratri, cum fisco applicetur solum illa portio, in qua succedebat occisor, ut per Ruin. *in d. del. confil. 129. num. 1.* Rolan. *dist. confil. 56. nu. 4.* vbi plures referunt Doctores opinionem Bart. damnantes, Cap. *confil. 41. num. 2.* Peteg. *de iur. fise. lib. 2. tit. 3. num. 2. vers. pares autem, Bart. ad Clar. in §. homicidium, num. 37.* vbi de communi, & veriori opinione, & de communi pariter Petr. à Plach. *in Epitom. delict. lib. 1. cap. 22. post nu. 40.* Hier. *decis. Avenion. 21. num. 10. & 15.* qui testatur, opinionem Bart. communi voto esse reprobatam: plures alios citat Farin. *dist. quæst. 120. num. 41. & seqq.* qui tandem nu. 44. dicit negati non posse, hanc opinionem communiter à Doctoribus esse receptam: subiungit tamen, in facti contingentia causam fuisse per compositionem reso-*

lutam: quam etiam veriore esse, in dubium revocari non potest; nam si occisor per homicidium non priuatur iure succedendi in bonis occisi, cur volumus parem in gradu excludere occisorem ab illa portione, in qua alias fuisset successores? Nec obstat, quandoque ¶ fratres, & sorores, ac alias nonnullas personas fisco excludere, ut in *leg. si quis, C. de incest. nupt. leg. prima, in fin. C. de secund. nupt. & leg. prius, de nupt. lib. id namque in illis casibus particularibus procedit, non autem quod regulariter fisco excludant, ut post scribentes in locis citatis dixit Corn. *in d. del. confil. 111. sub nu. 2. lib. 4.**

Et hæc dicta sint de hac pulcherrima inspectione.

### S V M M A R I V M.

- 1 Sorores propriæ à nonnullis fuisse carnaliter cognitas.
- 2 Incestum variis modis committitur.
- 3 Frater cognoscens sororem incestum committit.
- 4 Coitus cum sorore dicitur prohibitus de iure natura, & divino, & num. 6.
- 5 Frater filium cognoscens committit incestum, idem si neptem, vel proneptem cognoscit, num. 7.
- 7 Frater uxorem cognoscens committit incestum.
- 9 Coitus cum uxore fratris non est prohibitus de iure natura.
- 10 Uxor sororem cognoscens committit incestum.
- 11 Sorores duas cognoscens committit incestum.
- 12 Fratres duo si eandem cognoscant committunt incestum.
- 13 Sororem consobrinam cognoscens committit incestum.
- 14 Sororem matris, vel patris cognoscens committit incestum.
- 15 Incestus plures casus qui nonnulli de referant.
- 16 Incestus si olim imposita solus erat pœna deportationis.
- 17 Incestus ab hodie puniuntur pœna mortis, & affirmati, nam opinionem multi tenent, alij contra, ut nu. 8.
- 19 Incestus, si contineat etiam adulterium, an sit pœna mortis puniendus.
- 20 Incestus inter ascendentes, & descendentes puniuntur pœna mortis.
- 21 Incestus factus cum desolatione puniuntur pœna mortis: & maxime si violatio fuerit violenta, num. 22.
- 23 Incestus commissus velamine matrimony in scientibus puniuntur pœna mortis.
- 24 Sorores duas cognoscens, & mulier habens eam cum duobus fratribus puniuntur pœna mortis ex Bulla Sixti Quinti.
- 25 Incestus pœna ordinaria non habet locum, si sanguinis communio ignoratur, & an aliquæ pœna sit placenda, num. 26.
- 27 Mulieres in delictis carnis vitiosas, puniuntur, quam homines.
- 28 Incestus solum prohibitus de iure canonico, non autem civilis, an puniatur secundum pœnas impositas à iure civili, & num. 29. remissive.
- 30 Minoribus minoranda est pœna, etiam si sint maiores 14. annorum, num. 31. Es maxime in delictis carnis, num. 32.
- 33 Minoribus si sit minoranda pœna, an minoratio debeat esse citra mortem, & de modo minorandæ pœnæ, remissive.

### De incestu cum sorore, & eius pœnis.

#### CAP. LVII.

Quoniam non defuerunt exempla pessimorum hominum, qui proprias sorores carnaliter cognosce-

gnoscere fuerunt ausi, speciali capitulo breuiter per-  
trahere decreui, qua nam pœna similes scelestissimi  
1 homines pœcētudi sint. In quos crimen incidit † Cy-  
mon, qui propterea auctore Suida ab Vbe expulsi  
fuit. Machabeus Alcoli Tuscorum Regis filius captus  
amore sororis eam violauit; & Pater re cognita, filiae  
ensem misit, quo necem sibi consciauit: idem postea  
fecit Michareus, vt refert Plutarcus in *Paratellis*, c. 52.  
& 33. Pappyrus Romanum claudium sororem graui-  
dam reddidisse, memoriz commendauit Plutarcus  
*loc. cit. cap. 53.* Caligula tres sorores stupro contamina-  
uit, ob quem incestum Iouem se vocauit. Et M. Anto-  
nium, & Commodum pariter Imperatores proprias  
sorores in matrimonium sibi copulasse, scripsum reli-  
quunt Suetonius, Sextus Aurelius, & L. Imprius in  
eorum vitis. Et Amon Dauidis filius Thamar sororem  
speciosissimam morbo simulato ad se vocatam con-  
stuprauit.

2 Quod crimen incestus appellatur: variis namque  
modis incestis committitur, vt optimè declarat Me-  
noch. *de arb. casu 502.* & post ipsum Farin. *de delictis  
carnu. quæst. 149. num. 1. & pluribus seqq.* Inter alios au-  
tem ille est, † dum frater coit cum sorore, *l. adoptiuus,*  
3 *§. seruiles. ff. de rit. nupt. §. sane, Inst. de nupt. Petr. Greg.  
lib. 36. Syntagm. cap. 7. in fin. Menoch. de arbit. cens. 6.*  
4 *casu 502. num. 14.* Farin. *loc. cit. num. 79.* † Qui coitus di-  
citur etiam prohibitus de iure naturæ, vt ex sententia  
Dni Augustini docet Didac. in *Epitom. de sponsalibus,*  
*part. 2. cap. 6. §. 10. num. 3.* & sequitur Menoch. *sub dict.*  
*num. 14.*

5 Eandem incestum committeret, qui cum filia fra-  
tris, vel sororis eam haberet, *l. vltima, C. de incest. nupt.  
leganiles. que. §. militem. ff. de adult. l. nihil interest. ff. de  
rit. nupt. §. frater, Inst. de nupt. Ghil. de pœn. omni. coit.  
quæst. 3. num. 5. Theil. decis. Ped. 100. num. 2. Menoch.  
dicto casu 502. nu. 16. & seqq. Petrus Cabal. resolut. crimi-  
nin. casu 200. sub nu. 15. Farin. dicta quæst. 149. nu. 86.*  
Solum est differentia inter hunc, & superiorem casum,  
6 quod † primus est prohibitus & naturali, & diuina  
lege, secus autem iste secundus, vt per Didac. *loc. cit.*  
*num. 9.* vnde in hoc secundo potest Summus Pontifex  
nuptias dispensare, Menoch. *loc. cit. num. 17.*

7 Idem est si fratris neptem, vel proneptem quis co-  
gnosceret, *leg. namini licet, C. de nupt. §. fratris vero,*  
*Inst. de nupt. leg. sororis. ff. de rit. nupt. Petr. Greg. Sy-  
ntagm. iur. lib. 9. cap. 11. num. 13. & cap. 12. num. 1. Cabal.  
d. casu 200. num. 15. in fin. Farin. d. quæst. 149. num. 89.  
& seqq.*

8 Quarto, qui vxorem fratris cognoscit, pariter ince-  
stum committit, *leg. pen. & leg. vltima, C. de incest. nupt.*  
*Boer. quæst. 318. nu. 3. Ghil. de pœn. omni. coit. quæst. 3.  
nu. 2. & sub n. 5. Cabal. in dicto casu 200. n. 2. Menoch.  
dicto casu 502. num. 19. qui nu. 20. refert plures, qui in  
hoc crimea inciderunt, Farin. d. quæst. 149. n. 94.*

9 Non est tamen iste coitus lege naturali, vel diuina  
prohibitus, vt per Didac. *loc. cit. nu. 7.* vnde in lege ve-  
teri dispositum erat, vt mortuo fratre sine filiis, alter  
frater acciperet vxorem proprii fratris ad eius semen  
suscitandum, *Deuter. cap. 25.* cui legi propterea hodie  
solent renunciare Hæbrei in contractibus matrimo-  
nialibus.

10 Similis est alter coitus pariter factus cum cognata,  
vt si quis sororem propriæ vxoris carnaliter cogno-  
sceret, quos æquiparat Farin. *loco proximo citato.*

11 Sexto, incestum committit, qui duas cognoscit so-  
rores, *leg. fratris, C. de incest. nupt. Ghil. de pœn. omni.  
coit. quæst. 4. num. 1. Vinc. Franc. decis. 378. in princip.  
Menoch. in dicto casu 502. num. 23. Petr. Cabal. dicto*

*casu 200. num. 14. Farin. dicta quæst. 149. num. 108.*

12 Huic proximus esset incestus duorum fratrum, qui  
eandem cognoscere mulierem, Ghil. *dict. quæst. 4.  
num. 1. & 4. Farin. d. quæst. 149. num. 115.*

13 Et quod dicunt de sorore, intelligant etiam in con-  
sobrina, Franc. *dicta decis. 378. nu. 1. Menoch. dicto casu  
502. num. 15. Petr. Greg. Syntagm. iur. lib. 9. cap. 11. nu.  
14. & hoc absolutum esse de iure canonico, dixit Fa-  
rin. loc. cit. num. 85.*

14 Sororem matris, vel patris pariter cognoscens, ince-  
stum committit, Ghil. *de pœn. omni. coit. quæst. num. 52.  
Boer. quæst. 318. num. 3. Cabal. dicto casu 200. num. 19.  
Menoch. dict. casu 502. nu. 18. Farin. d. quæst. 149. nu. 91.  
& seqq.*

15 Alios casus incestus prætermitto, cum materiam  
fratrum non respiciant, de quibus latè Menoch. *dicto  
casu 502.* qui sexdecim casus enumerat: eisdem, &  
alios recensere curauit Farin. *in d. quæst. 149. à num. 60.  
vsque ad num. 115.*

Modo si queratur de pœna, quæ imposta est ince-  
16 stuosus, animaduertendum est primo, † olim de iure  
Digestorum, pœnam incestus fuisse solum deporta-  
tionem, *tex. est. in leg. si quis viduam. ff. de quæst. Imol.  
in cap. suam, n. 14. de procurat. Fab. in §. item lex Julia,  
Inst. de publ. ind. Alex. cons. 229. num. 4. lib. 6. Choue-  
ronius de publ. concubinarijs, sub rub. de incest. num. 16.  
Franc. decis. 578. parte secunda, alios citat Menoch. dict.  
casu 502. n. 31.* Sed quoniam de iure Codicis pro adul-  
terio imposta est pœna mortis, *leg. quamuis in fine, C.  
17 ad leg. Iul. de adult.* dubitant Doctores, † an idem  
dicendum sit in incestu, & affirmatiuam partem te-  
nentes mouentur, quia incestus grauius est delictum,  
quam adulterium, *leg. si adulterium cum incestu, §. si-  
prum. ff. ad leg. Iul. de adult.* ergo si pro adulterio impo-  
nitur pœna mortis, multò magis id asserendum erit  
in incestu: ita voluerunt Ghil. *de pœn. omni. coit. q. 2.  
n. 9. versic. secundo vero casu, & quæst. 3. n. 5. Didac. in  
Epitom. de spons. part. secunda, cap. 6. §. 8. num. 2. Petr.  
Greg. lib. 35. Syntagm. cap. 7. num. 7.* quos rectius sen-  
sibile dixit Menoch. *dicto casu 502. num. 34. & seqq.* plu-  
res alios hanc opinionem tenentes citat Cabal. *resol.  
crimin. casu 200. num. 10. & seqq.* alios de communi  
attestantes Farin. *d. quæst. 149. num. 9.*

18 Verum, quod nec etiam hodie pro incestu imposta  
sit pœna mortis, magis communis videtur opinio;  
cum enim habeamus certam pœnam à lege imposi-  
tam incestuosus, nempe deportationis, nec in reperia-  
tur expressè correctum, non est quod eam extendam-  
us ad mortem, vt dixerunt Angel. in *l. si adulterium,*  
*in fin. princ. ff. ad leg. Iul. de adult. Imol. in cap. suam, sub  
n. 14. de procur. Fab. in §. item lex Julia, Inst. de publ. ind.  
Alex. dict. consil. 229. Chouer. & Franc. locis supra  
citatis, Foll. cons. crimin. diuers. 79. num. 1. lib. 2. Cum  
consil. 154. Baiard. ad Clar. in §. incestus num. 11. vbi de  
vetiori, & æquiori opinione, Theaur. decis. 100. nu. 5.  
& Gasp. in add. dicit, hanc verè esse opinionem, quam  
nouissimè secuti fuerit duo celeberrimi Criminalistæ,  
Cabal. nempe *resol. crimin. casu 200. num. 20. & seqq.  
& post ipsum Farin. de delict. carn. quæst. 149. num. 11.  
qui num. 14. dicit, hanc opinionem vti vetiorem, &  
magis communem in iudicando omnino amplecten-  
dam esse. Et cum pœna deportationis hodie non sit  
in vsu, eius loco succedit pœna arbitraria, vt post alios  
dixerunt Cabal. *loc. cit. nu. 23. & Farin. loc. pariter  
cit. nu. 12.* vnde Clar. in §. incestus, *vers. sed quare,* re-  
fert, quandam mulierem, quæ cum sororio reu ha-  
buerat, fuisse subibus cœsam, Et Theaur. in *dict. decis.  
100. sub nu. 5.* dicat, Senat. Taur. fratrem priuatum ver-  
berati**

berari fecisse, deinde ad tritremes perpetuò damnasse, qui sororem carnaliter cognouerat, ipsamque fuisse celsam, & in exilium fuisse.

Nonnulli tamen sunt casus, in quibus pro incestu pœna mortis esset imponenda. Primus est, si cum incestu adesset etiam adulterium, Clar. in *dilto §. incestus*, num. 3. *vers. sed quæro, quæ sit pœna*, Petr. Cabal. *resolut. crim. casu 200. post num. 15.* qui de communi testatur, Menoch. *dil. casu 502. nu. 40.* qui dicit, id sine controversia transire; nam si solum pro adulterio imposita est pœna mortis; multò magis erit imponenda pro adulterio, & incestu simul: quæ ratio est ita manifesta, vt quandoque miratus fuerim, Farinacium *loco citato sub num. 18.* dixisse, tutius esse etiam hoc casu arbitrariam, non mortis pœnam imponere, non video enim, quomodo incestus, qui est per se delictum, possit minuere pœnam adulterij, quæ est mortis, vt probat tex, in *l. quamuis la 2. in fin. C. ad leg. Jul. de adult. §. item lex Julia, de adulteriis*, Inst. *de pub. iud.* & tradunt ferè infiniti, quos ipse Farinac. citat *de delict. carn. quest. 141. num. 17.* nisi tamen diceremus, etiam pro adulterio arbitrariam in masculis debere esse pœnam, secundum alios, quos ipse citat *num. 18.* dixi in masculis, qui in feminis alia est constituta pœna, de qua in *Auth. sed bodio, C. ad l. Jul. de adult. de quo Farinac. in dil. quest. 141. num. 17.*

Secundus est casus in incestu commissio inter ascendentes, & descendentes, hæc enim fuit distinctio Theaur. in *dil. decis. 100. nu. 4.* & Gaspar. in *add. sic in Senatu practitari testatur, ac propterea furca fuisse suspensum quendam Benensem, qui filiam annorum nouem pluries cognouerat, & alium patiter, qui filiam compresserat, suspensum fuisse, testatur Clar. in dil. §. incestus, vers. sed quæro, & alium fuisse igne combustum, qui pariter filiam stuprauerat, dixit Ross. in *titul. de coi. damn. num. 4.* & Menoch. in *dil. casu 502. num. 39.* de alio mentionem facit, qui Bononiæ, fuit morte punitus, qui propriam violauerat filiam.*

Tertius est casus, si cum ipso incestu concurrat defloratio; quæ per se sola punitur in personis humilibus fustigatione, & relegatione, §. *item lex Julia, de adulteriis, vers. sed eadem, lege*, Inst. *de pub. iud.* in altis verd publicatione dimidia pars bonorum, Ross. *de coi. damn. nu. 19.* Iodoc. in *prax. crim. sub rub. de stupro, num. 4.* Petr. Greg. *Syntagma iur. lib. 76. cap. 9. in rub. de stup. sub num. 5. vers. si stuprum in virginem*; & de pœna stuprantis virginem, Theaur. *decis. 3.* Menoch. *de arbit. casu 288. n. 7.* & latius in *add. vbi vndecim enumerat pœnas, de quo latè Farin. de delict. carn. quest. 147. in §. stuprum, nu. 6. & seqq.* vnde non est mirum, si defloratio vnita cum incestu pœna mortis puniri debet. Clar. in *§. incestus, num. 3. vers. sed quæro quæ sit pœna.* Cabal. *resol. crim. casu. 200. sub num. 99. in fin. & num. 100. vers. sexto prauisito*, qui de communi testatur Dissentit tamen Farinac. in *dil. quest. 149. num. 20.* dicens, quod aliter semper pro incestu imponeretur pœna mortis, cum non detur incestus absque adulterio, vel stupro, nisi sit meretrix: quæ ratio parum concludit, nam potest esse incestus absque adulterio, & stupro, si matrimonium fuerit solutum; vel mulier ab alio fuerit cognita, absque quod remanserit publica meretrix: & videtur sibi met contrarius Farin. in *ead. quest. cum sub num. 81.* loquens de committente incestum cum sorore, dicit, quod si Iudex esset, nunquam imponeret pœnam mortis; præter quam tamen in duobus casibus, si concurreret nempe defloratio, vel matrimonium, in quibus casibus existimat, non errare Iudicem, si mortis pœnam imponat, & ipse ignorat

mittit incestum cum defloratione posse mortis pœna puniri.

22 Quod nullam haberet difficultatem, si defloratio fuisset violenta; cum solum pro violenta defloratione pœna mortis imponatur, & hoc sine controversia transire, dixit Menoch. in *add. ad casum 288. num. 11.* & tradunt plures, quos longa serie citat Farinac. in *dil. quest. 147. num. 22. & seqq.* vbi *num. 31.* docet, quando stuprum dicatur violentum.

23 Quartus est casus, si cum ipso incestu concurrat matrimonium, licet enim sentiant multi incestum cum fornicatione acrius puniendum esse, quam cum matrimonio, Cuman. *consil. 154. per totum*, Theol. *decis. Ped. 100. sub num. 3. vers. sic, quando enim*, Cabal. *resolut. crim. casu 200. num. 79.* alios citat Farinac. *dil. quest. 149. num. 124.* Attamen alij, & rectius, meo iudicio, sentiunt, imò pœnam hoc casu esse grauiorem, ac idèd pœnam mortis esse imponendam, Alber. in *l. si adulterium cum incestu, §. stuprum, sub nu. 4. ff. ad l. Jul. de adult.* Ghirland. *de pœn. omn. coi. quest. 3. nu. 3.* Foll. *consil. crim. diuers. 79. num. 1. lib. 1.* quod tamen intelligendum est de sciente, matrimonium non posse contrahi, quo casu, vt considerat Farinac. *loc. cit. num. 125.* matrimonium augere, non diminuire debet pœnam, cum vltra incestum adsit contemptus matrimonij, voluit enim sacramento Ecclesie suam velare turpitudinem, non sine aliqua hæresis suspicionem. Præterea, si matrimonium non valet, non potest tollere fornicationem, vnde adhuc potest dici incestus cum fornicatione; & cum vltius adsit abusus Sacramenti matrimonij, non est mirum augendam esse pœnam, quicquid de magis communi; & veriori opinione in contrarium dicat Farinac. *dil. quest. 149. num. 126.* qui pariter debet dici sibi met contrarius, cum superius n. 81. dixerit; quod ipse mortis pœnam non imponeret pro incestu, nisi adesset defloratio, vel quod quis scienter sub facie matrimonij carnaliter sororem cognosceret: existimat enim, quod matrimonium augeat, non diminueat pœnam: præcipue cum contra contrahentes incestuosas nuptias plates constituta pœna tam à iure ciuili, quam canonico, de quibus Menoch. in *dil. casu 502. numer. 46. & seqq. necnon num. 104.*

24 Quintum addere possumus casum, si simus in terra Ecclesie: Sixtus enim Quintus de anno 1587. Bullam promulgauit, quæ est inter eius Bullas *cap. 54.* in qua pœnam mortis imponit rem habentibus cum duobus sororibus, vel duobus fratribus respectiue.

Possumus nonnullos casus, in quibus augetur pœna incestus, nunc adnotare non piget casus nonnullos, in quibus pœna, vel non habet locum, vel est minoranda.

25 Non habet locum pœna ordinaria incestus, si ipsum committens sanguinis coniunctionem ignoret, Feder. de Sen. *consil. 167. num. 4.* non excusatur tamen in totum, tanquam datus operam rei illicitæ, ad *l. vulg §. si quis, ff. de iur. & l. cum, qu. §. si iniuria; ff. de iniur.* Bart. in *l. si adulterium cum incestu, nu. 8. in fin.* Ghisl. *loc. cit. quest. 2. num. 10. quest. 3. num. 5. & quest. 4. num. 4.* & declarat Menoch. in *dil. casu 502. num. 43.* Ex qua ratione sequitur, vt si cum ignorantia concurrat etiam, quod mulier sit publica meretrix, nulla pœna incestuosus iste puniri possit, & est ratio, quia quantum ad pœnam diceretur dare operam rei licitæ, vt declarat Ghirland. *dil. quest. 2. in fin. & dil. quest. 3. pariter in fin.* quem refert, & sequitur Menoch. *loc. cit. num. 45.*

27 Secundo mulieres semper minus puniri debent, tanquam fragiliores, Baiard. ad Clar. in *§. incestus, nu.*

9. & hanc veritatem esse, dixit Farinac. in *dist. quasi. num. 18.*
- 28 Testio limitat multi, vt pœnz impositæ à iure civili incestuosus non habeat locum in casibus, in quibus incestus est solum prohibitus de iure canonico, non autem civili, vt tenuit illa numerosa D. & doctorum caterua, quam Farin. citat in *dist. quasi. 149. num. 118.* hancque opinionem esse magis communiter receptam dixit *num. 120.* Contrarium tamen tenuerunt alij, quos Farinac. refert *loc. cit. num. 119.* & eam pulcherrimis rationibus defendit Decius *consil. 158.* & post ipsum alij etiam medijs Menoch. in *dist. casu 502. num. 167. & seqq.* qui & veriotem, & probabiliorē eam appellat.
- 30 Quarto ratione minoris ætatis minoranda esset pœna: & quando, & in quibus casibus ob minorem ætatem pœna minui debeat, post Menoch. de *arbitr. casu 319.* & Odd. de *resist. in integ. quasi. 8. num. 72. & seqq.* docet Farin. *Tom. 1. secunda pars suarum quasi. crim. quasi. 92. nu. 4.* Et quod dicitur ¶ de minore, procedit etiam si fuerit maior 14. ann. Caccial. *inter consil. criminal. diuers. consil. 92. num. 6. lib. 1.* Bol. *consil. 77. circa finem.* Gram. *deis. 23. num. 11.* Honded. *consil. 104. num. 35. lib. 1. contra Vulp. consil. 101.* Quod eo magis ¶ procedit in delictis carnis Cum. *consil. 96.* Decius *cons. 555.* Alciat. *consil. 458. in fin. Olasc. deis. Pedemont. 59. nu. 8.* Odd. de *resist. in integ. part. 2. quasi. 81. num. 1. & seqq.* Farin. in *dist. quasi. 92. num. 77.*
- 33 Circa autem minorandam pœnam minoribus, pulcherrima est dubitatio, an minoratio fieri debeat citra mortem: ponamus, quod pro aliquo delicto imponendum sit genus mortis opprobriolum; ac propter minorem ætatem possit eligi mitius genus mortis, & in hoc solum pœnam minorare: hanc questionem proponit Caccial. *consil. 92. lib. 1. inter consilio criminalia diuersorum;* & concludit, minorationem fieri debere circa mortem: fatetur tamen *sub num. 20.* quod possent esse tot circumstantiæ aggravantes, vt severitas iudicis non esset damnanda, si solum minoraret pœnam, eligendo aliquod genus mortis leuius: & quomodo se gerere debeat iudex in minoranda pœna minoribus, optime post alios docet Farin. in *dist. qu. 92. à num. 166. vsque ad num. 171.*

## S Y M M A R I V M

- 1 Fraternitas probari debet ab eam allegante.
- 2 Fraternitas probatur per probationes filiationis.
- 3 Filiatio quomodo probetur remissive.
- 4 Filiatio probatur per tractatum.
- 5 Fraternitas an probetur per tractatum factum post mortem patris: & affirmatiua opinio probatur, *num. 6.* & solvuntur contraria, *nu. 7.* quod tamen procedit quantum ad probationem præsumptam, *num. 8.*
- 9 Testes coniunguntur ad probandam fraternitatem; & deponentes de fratribus debent intelligi de consanguineis existentibus in secundo gradu, *num. 10.*
- 11 Fraternitatis scientia ex quibus arguatur.

## Fraternitas quomodo probetur.

## CAP. LVIII.

- 1 Fraternitatem ab eo esse probandam, qui eam allegat, dixit Batt. in *leg. non nudis. C. de prob.* Lucas de Pen. in *l. momentanea. C. de delat. lib. 10.* Mascard. de *prob. consil. 812. n. 1.* quod nulla ratione est miti cum sit quid facti, & facta non præsumantur, nisi probentur.

- Circa autem modum probandi fraternitatem, animadvertendum est primo, probari illiusmodi, quibus probatur filiatio: ¶ probata enim filiatione dicitur per consequens probata fraternitas, vt si probetur aliquem esse filium alicuius, & ille alios habeat filios, remanebit etiam probatum, illos omnes filios inter se esse fratres; & si pater plures nominet in filijs, per illam nominationem erit inter illos filios probata fraternitas, Rot. *coram Seraph. decis. 1182. num. 2.* asserens hoc genus probationis fuisse pluries in Rota admissum. ¶ Quomodo autem probetur filiatio, consalto omitto; tum quia est extra nostram materiam; tum etiam quia ad latitudinem scripsere inter alios Gab. in *titul. de præsumpt. conclus. 14.* Menoch. de *arbitr. casu 89.* Mascard. de *prob. conclus. 797. & 799.* Petr. à Petr. de *fideicom. quasi. 11. nu. 240. & pluribus seqq.* & omnia eorum dicta repilogavit Menoch. de *præsumpt. lib. 6. præsumpt. 53.*
- 4 Solum controuersia est inter Doctores, ad quemmodum per tractatum probatur filiatio, & in quasi possessione filiationis; quis constituitur, vt dixit Menoch. in *dist. casu 89. nu. 69.* Mascard. *conclus. 789. num. 11.* Petrus *dist. a quasi. 11. num. 310. 314. & seqq.* Menoch. in *dist. præsumpt. 53. num. 21. & seqq.* quod procedit etiam respectu filiorum naturalium tantum, Nat. *cons. 473. num. 39. & 44.* & de communi Rol. *cons. 22. num. 3. lib. 3.* Mascard. in *conclus. 787. n. 15.* Ita etiam ¶ per tractatum inter fratres post mortem patris probetur fraternitas, ita vt per hanc tractatum quis dicatur constitutus in quasi possessione fraternitatis. Castrensis enim in *cons. 151. vers. quarto videtur, lib. 1.* dicit, tractatum potius convenire inter patrem, & filium, quam inter fratres, & subiungit, quod fratres non possunt vt frater tractare nisi per actus merè verbales, cuius auctoritate motus existimavit Mascard. in *concl. 789. nu. 15. & 16.* fraternitatem non posse probari per tractatum inter fratres; & dicit cavendum esse à Burfat, qui voluit, tractationem etiam qualitati fraternitatis convenire, & aliquos esse fratres ex nominatione non probari Dec. *cons. 514. num. 5.* & Petrus pariter in *dist. quasi. 11. num. 318.* dixit, verum non esse, quod quis post mortem patris possit ab alijs tractari vt filius eiusdem patris, & hinc sententiam sequitur Gratian. *discept. Forens. cap. 135. num. 43.* vbi dicit, hanc opinionem esse veriotem, & tractatum probare solum in filio, & vxore.
- 6 Quibus tamen non obstantibus contrarium profecto est asserendum, cum etiam fratres possint se vt fratres tractare, ex qua tractatione oritur quasi possessio fraternitatis, Angel. in *l. liberorum, in princ. ff. de his. qui not. inf. Paleot. de not. c. 22. in fin.* Menoch. de *arb. casu 89. n. 72.* Nat. *consil. 59. nu. 15.* qui dicit, tractatum non solum probare filiationem, sed etiam consanguinitatem, Burf. *consil. 89. num. 4. & seqq.* qui expressè docuit tractationem filiationem, & fraternitatem probare, idem voluit Felx. in *cap. per suas vers. sciendo nota, de probat. Alb. cons. 83. nu. 21.* & docuit Batt. in *d. l. non nudis in virag. lectura, C. de probat.* vbi dixit, quod id, quod dicitur de quasi possessione filiationis, procedit etiam in quasi possessione fraternitatis, & cuiuslibet consanguinitatis, & Bartol. sententiam sequitur Alex. *consil. 181. num. 8. lib. 7.* Bald. in *l. cum epi. Flois. in princ. & num. 4. C. de probat.* qui pariter loquitur de probanda quasi possessione fraternitatis, *glos. in leg. neque, in verbo, praiudicas* quam sequitur ibi Bartol. Castr. Alexand. & Iaf. *C. de testam.* idē voluit Anguis. Placent. *consil. 39. colum. 1. lib. 6.* vbi dicit, tractationem constituere in quasi possessione proximitatis, con-

consanguinitatis, & affinitatis, & Cephal. in *conf.* 37. *num.* 3. in *fin.* & *num.* 4. concludit nominationem consistere in quasi possessione fraternitatis, ipsamque multum operari ad probandam fraternitatem, Dec. *consil.* 462. *num.* 9. & *segg.* & generale id esse, non solum in filiatione, sed etiam in cognatione, & descendencia; dixit Alexand. *conf.* 90. *nu.* 4. & *segg.* lib. 6. & Paris. in *consil.* 1. *nu.* 70. lib. 2. dicit, hoc modo dari quasi possessionem in iure personatum; & in fraternitate, ex nominatione, & tractatione ipsam probari inter fratres, docet Menoch. in *d. d. presumpt.* 53. *num.* 23. Idque regulariter dici solet in quacumque alia qualitate, ut in quasi possessione seruitutis; Ruhn. in *consil.* 52. *sub num.* 2. lib. 5. vel libertatis Alexand. *consil.* 51. *num.* 1. lib. 3. & nouissime per nominationem factam in epistola induci quasi possessionem fraternitatis, dixit Nicol. de Pal. de *privata scriptura*, lib. 3. *quasi.* 23. *nu.* 19. & *seq.*

7 Nec obstant ad contrarium in contrarium allate, Castren. enim in *d. d. consil.* 151. potius sentire videtur, tractatum fraternitatem, & consanguinitatem probare, ut *num.* 1. & 2. & licet postea dicat id magis conuenire inter patrem, & filium, potest concedi: sed falsa est ratio, quam subiungit, inter fratres tractatum fieri non posse, nisi per actus merè verbales, & falsissimum, quod addit Petr. *d. d. quasi.* 11. *num.* 118. filium non posse post mortem patris ad alii tractati uti filium, ut enim animaduertit Menoch. *d. d. l. in presumpt.* 3. *nu.* 24. si decedat pater pluribus relictis filiis, & vnum alij appellent fratrem, uti fratrem in propriis domibus admittant, de communi alimentari, & educari permittant, pro fratre recognoscant, & omnes actus, qui solum inter fratres fieri solent, erga ipso exerceat, verè affirmari poterit, ipsum uti fratrem fuisse tractatum, & reterentum: & ex ipsa tractatione oritur postea quasi possessio fraternitatis, ut per Paleot. *loc. supra citato*: Nec isti actus possunt dici merè verbales, cum alimentari ex bonis paternis, ad paternam hereditatem admitti, positiuos respiciat actus, Dec. pariter in contrarium citatus in *consil.* 324. *num.* 5. non obstat, tum ipse loquatur in simplici nominatione, quæ ob aliquam particularem affectionem fieri potest, & in sciante illum non esse verè fratrem nihil operatur, sed nostra conclusio procedit in tractatu per actus fraternitatem arguentes, quæ constituit fratrem in quasi possessione fraternitatis; non autem in simplici nominatione facta per modum affectionis. De Mascardo verò parum est curandum, cum sit sibi met contrarius in *d. d. in conclusio* 789. *num.* 16. dicit cauendum esse à Bart. & in ead. *conclusio*, *num.* 24. dicit, tractatum ne dum procedere in probanda filiatione, sed in quocumque gradu consanguinitatis, nempe ut per tractatum probetur etiam fraternitas, sunt verba Mascard. qui subiungit, de hoc locupletissimum esse testem, Bart. in *d. l. non nudis*, in 1. *lectura*, in *fin.* C. de *probat.* ita ut mirandum sit, quomodo in eodem instanti in hanc incidit contrarietatem; Præterea in *conclus.* 790. *nu.* 16. & *segg.* ex aliorum mente latissime probat, tractatum non solum filiationem, sed etiam fraternitatem, & alias similes qualitates optimè probare, idem repetit in *conclus.* 812. *num.* 3. & *segg.* ita ut potius pro hac parte allegari debuerit, licet semel in aduerterit contrarium in *d. d. conclus.* 789. *num.* 15. & 16. asseruerit Petrus à Petra pariter est sibi met contrarius, ut animaduertit Menoch. in *d. d. presumpt.* 53. *num.* 24. per tractatum enim probari fraternitatem, dixerat prius in eadem *quasi.* 11. *num.* 299. Gratian. etiam sibi met fidem ademit, nam in *d. d. cap.* 135. *num.* 23. & *segg.* dicit per tractatum non probari fraternita-

tem; quicquid in contrarium sentit Natta, cum verior sit opinio, hoc genus probationis non habere locum in patre, sed solum in filio, & vxore, & in *c. 694. num.* 1. & *segg.* dicit per tractatum, & nominationem probari fraternitatem; & sub *num.* 2. testatur contrariam opinionem etiam communiter reprobata, & *num.* 5. per nominationem, & tractatum probari proximitatem allegat Doctores attestantes de veriori, & magis communi opinione; prima igitur eius opinio est reprobata, & contra ipsum stat verior, & magis communis opinio, ipse met teste.

- 8 Quam conclusionem intelligendam, omnes asserunt, non quantum ad plenam, & necessariam probationem, sed solum quantum ad præsumptam, quam constituit fratrem in quasi possessione fraternitatis, & transfert onus probandi contrarium in aduersarium, Bart. in *d. d. l. non nudis*, & declarant Doctores supra citati *num.* 6. & docet Mascard. *conclus.* 812. *num.* 5. quod procedit etiam in decisoris, ut per Gratian. in *d. d. cap.* 694. *sub num.* 1.
- 9 Et coniunguntur testes ad probandam paternitatem, nam si aliqui deponant, Titium esse filium Bertæ, & alij Sempronium eiusdem Bertæ esse filium, dicitur probatum Titium, & Sempronium, & fratres, *gl. in cap. parentela*, *l. 2. in verbo postmodum*, 35. *quasi.* 6. Bald. in *l. testium*, *post num.* 12. *vers.* adde hoc verum, C. de *testam.* Castren. *d. d. consil.* 151. *vers.* secundo videtur, Mascard. *d. d. conclus.* 812. *num.* 6. Sed hæc verè non potest dici testium coniunctio, sed necessaria consequentia resultans ex eorum depositionibus.
- 10 Testes autem deponentes, aliquos esse fratres, debent intelligi de consanguineis, & veterinis existentibus in primo gradu, non autem de partuelibus, & consobrinis, cum illi propriè non sint fratres, ad Tex. in *l. Iurisconsultus*, §. *secundo gradu*, & §. *quarto gradu*, ff. de *grad.* Bart. in *l. Lucius*, §. *quasitum*, ff. de *leg.* 3.
- 11 Scientia autem fraternitatis præsumitur ex eadem nominatione, & tractatu, de quibus supra, & ex publica voce, & fama, ut per Bart. in *l. nemo*, §. *qui frater*, ff. de *hered. insti.* Mascard. *loc. proxime citato*, *num.* 7. & 8.

## SVM MARIVM

- 1 Operas ponens in aliqua societate an ponenti capitale in aliquo teneatur, si fortuito casu fuerit amissum, vel deterioratum, & pro negativa qui scripserint, qui verò pro affirmatiua, *nu.* 5. in qua questione etiam nonnulli differunt, *ut num.* 2. qua tamen distinctio improbat. *num.* 4.
- 2 Conditio vnici ex sociis non debet esse deterior conditio, ne alterius.
- 3 Capitale non potest, esse in iura nec in totum, nec pro parte declaratur *num.* 27. & *seq.*
- 4 Quod iuris est de toto quoad totam, idem iuris esse debet de parte qua ad partem.
- 5 Dominium res posita in societate remanet apud ponentem.
- 6 Res, qua perit, domino perit, declaratur *num.* 30.
- 7 Lex, si Titius; ff. de præscriptis verbis, inducitur, & declaratur *num.* 31.
- 8 Lucrum quatenus quis sentit, eatenus de damno participare debet.
- 9 Tutior opinio est amplectenda, de quo & *num.* 33.
- 10 Lex, cum duobus, §. *damna*, ff. pro hoc inducitur, & declaratur.
- 11 Culpa in re propria est culpanda, non punianda.
- 12 Estimatio solet facere emptionem, quod tamen declaratur.
- 13 Communicatio capitalis non fit inter socios, quo: um.

vnus ponat operas, alter capitale.

- 17 Lex, cum duobus, §. quidem sagariam, ff. pro soc. inducitur, & declaratur.
- 18 Lex in leg. si non fuerint, §. 1. inducitur, & declaratur, num. 26.
- 19 Damna, & lucra in societate debent esse equalia, & communia, num. 22.
- 20 Dominium capitalis positi in societate cuius sit, non consideratur quantum ad eius damnum, sed solum, an occasione societatis perierit, & num. 31.
- 21 Capitale ponens in societate tria amittere potest, quæstus societatis, interusuria capitalis, & capitale.
- 23 Opera, an respondeant capitali, vel interusuriis capitali.
- 24 Opera hominis dicuntur fructus hominis.
- 25 Opera dicuntur diuturnum officium.
- 28 Opera ponens in societate, licet teneatur de capitali, hinc tamen dies non potest capitali esse in tuto.
- 29 Capitale esse in tuto, duobus modis considerari potest.
- 34 Animal, si fuerit datum ad sociam, ipsum accipiens tenetur pro sua portione, si perierit, vel deterioratum fuerit: etiam si non fuerit assumptum, & num. 35.
- 36 Animal an pereat naturaliter, vel fortuito casu Bald. differentiam facit, sed alij contra.
- 37 Pallium fieri potest, ut ponens operas non teneatur in aliquo pro capitali amisso, vel deteriorato.
- 38 Capitale si amittatur culpa vnus ex sociis, totum ipsius debet esse damnum.
- 39 Boves dantes ad sociam certa constituta collaria, an dicantur contrahere societatem, & num. 40.
- 41 Ex Bokus ad laborandum paratis, maximam rustici consequuntur utilitatem, de quo tamen verum computum testiteri non potest.
- 42 Boves dati ad sociam, dicuntur positi in societate pro communis utilitate.
- 43 Taxari potest inter socios quantitas lucri à principio: quod tamen declaratur.
- 44 Montes, qui reddunt certum quid singulis annis, firmo etiam remanente capitali, quomodo dicantur iustificati.
- 45 Assurancesiones possunt fieri non solum à tertio, sed etiam ab ipsismet sociis, & non solum expressè, sed etiam tacite.
- 46 Consuetudo longissima facit presumi titulum requisitum.
- 47 Pecudes, que dantur in propriis prædiis, cum hoc, ut debeant suppleri ex fructibus; non dicuntur date ad sociam: nec istud pactum est usurarium.

Si vnus ex fratribus ponat operas in aliqua societate, alter verò capitale, an ponens operas teneatur in aliquo ponenti capitale, si fortuito casu fuerit amissum, vel deterioratum.

### CAP. LIX.

Præsens quæstio potius ad materiam societatum, quam fratrum spectat; attamen quoniam de duobus fratribus eam proponit Bald. in leg. si patruus, C. com. vtrius iud. in vlt. gn. ipsum omittere nolui: in qua glos. in leg. 1. C. pro soc. voluit, t ponentem operans in aliquo de capitali non teneti, cuius pariter opinionis Barr. ibi fuisse videtur, cum simpliciter illam referat glosam, nec dissentire dicunt Angel. & Paul. de Castr. & tenet Summa, qua dicitur Pisarella in verbo societatis:

Sanctus Bernardinus in suo sermone 39. art. 3. cap. 2. vers. secundus casus, Summa. Angel. in verbo, societas. d. b. 10. Syluest. in verbo, societas, 1. num. 6. & societas, 2. num. 7. Tab. in verbo, usura, 3. num. 4. Atmil. in verbo, societas, num. 10. & nu. 24. Angel. de contract. soc. diff. 10. Nauar. in suo Manual. cap. 17. num. 252. quam opinionem ex nostris acriter defendere conatur Socin. consil. 165. lib. 2. per totum: & post hæc scripta vidi Fachin. contras. tur. lib. 2. cap. 95. qui cum nouis non adducat rationes, eius opinio ex infra dicendis remanebit sublata, duos alios pariter vidi auctores, Manticom de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 6. num. 21. qui approbare videtur distinctionem, an opere sint æquales capitali, vel non; imò ex his, que ipse tradit in principio dicti tituli, potius pro contraria parte allegari posset; præcipue cum pro hac sententia adducat solum ea, de quibus per Socin. in dict. consil. 265. de quibus infra; & Heët. Felic. de societate, cap. 18. vbi dicit, pactum, ut capitale sit saluum, esse illicitum, & usurarium, & quod dicitur de toto, & in parte locum habere debere, ut per ipsum nu. 86. & licet multa hinc inde adducat, eius tamen præcipuum fundamentum in hoc consistit, operas absolute respondere capitali, ut per ipsum num. 89.

2 Secunda fuit opinio Petr. & Cyn. in dict. leg. prima, aut capitale perit ante operas exhibitas, & tunc damnum debet esse commune, ne contractus claudicare videatur, aut verò perit, seu damificatur post operas exhibitas, & tunc periculum est totum immitteris, de quo Molin. de Iustit. disput. 416. sub num. 1.

3 Tertia, & vltima fuit opinio contraria primæ, quod imò ponens operas tentatur resarcire partem damni capitalis, quam plures grauissimi Doctores tenuerunt, Bald. variis in locis in dict. leg. prima, C. pro soc. ut colligi potest; ex his, que ipse dicit num. 14. & sub nu. 21. licet pro contraria parte allegetur à Socin. in dict. consil. 165. circa princip. & hoc clarius, & apertius voluit in leg. si patruus, in vlt. quæst. C. com. vtr. iud. & in leg. si pascenda, num. 1. C. de pasc. idem ex antiquioribus tenuerunt Iacob. de Aren. Salyc. Oldr. & Ricard. in dict. leg. prima, C. pro soc. quam contra glos. variis medijs defendit ibi Fulgos. glos. in cap. plerique, 14. quæst. 3. & sequuntur Host. in tit. de usuris, §. vltimo, & Goff. in tit. pariter de usuris, secundum Corn. in dict. leg. si pascenda, num. 24. & sequens eandem sequitur, & rationibus variis probat Petr. de Vbald. de duobus fratribus, part. 5. quæst. 24. & qu. 27. & quod possit fieri tale pactum, tenet Angel. de Pereg. de societ. part. 1. sub num. 12. & 13. licet contrarium dicat, si pactum non fuerit appositum, Fab. in §. prima, Instit. de societ. num. 4. cap. loquens de bonis datis ad sociam, super stat. Mediol. par. 2. cap. 483. num. 40. Rot. Gem. decis. 139. per totum, Corn. consil. 24. num. 3. lib. 1. consil. 152. num. 9. lib. 3. consil. 58. num. 5. & 6. lib. 4. Rub. consil. 103. Alex. consil. 118. num. 4. lib. 1. & latius consil. 131. lib. 5. per totum.

Et omiffa opinione Petri. & Cyn. cum ad cognoscendum contractum licitum ab illicito consideretur initium, non autem futurus euentus, qui varius esse potest, ut per Corn. in dict. leg. si pascenda, num. 18. ac deueniendo ad alias duas opiniones ad inuicem contrarias, cum varia hinc inde adducantur argumenta, vrgentiora, & principaliora pro vtraque parte, ego adducam, responsionesque, ac replicationes Doctorum subnectam.

5 Primo igitur pro opinione glosæ in dict. leg. prima, C. pro soc. adducitur ab omnibus argumentum, quod conditio vnus ex sociis non debet esse deterior conditione alterius, leg. si non fuerint, §. Aristo, ff. pro soc. sed si immitterens operas teneretur in aliquo ob capita-



le amissum, vel deterioratum, esset deterioris conditionis: nam amitteret operas; quæ tantum valent, quantum capitale, *leg. si non fuerint, §. pro, ff. pro soc. §. de illa, Instis. de societ.* secundo, amitteret questum: tertio partem capitalis: ponens vero capitale, ipsum solum amitteret, & questum.

Secundo, mouentur omnes, quod pars capitalis semper esset salua, contra naturam societatis: quemadmodum enim non potest fieri pactum, vt periculum totius capitalis pertineat ad eum, qui ponit operas, vt dixit *glos. in dicto cap. plerique, 14. quest. 3. glos. in leg. prima, C. pro soc. scribenies in cap. nauiganti, de usuru*: sic etiam pactum fieri non potest, vt periculum partis ad eundem pertineat, quia ¶ quod iuris est de toto, quo ad totum, idem iuris esse debet de parte, quo ad partem, *leg. que de tota, ff. de rei vend. cum vulg.* Et hoc est argumentum, in quo omnes Summistæ se fundant, & quod latissimè probare nixus fuit Hector, *Felic. de societ. in dict. cap. 18.* Et quod tale pactum sit detestabile, tam quo ad totum, quam quo ad partem in dubium reuocari non potest, stante Bulla Sixti Quinti, *Detestabilis.*

Tertio, mouentur omnes auctoritate Diui Thomæ *secunda secunda quest. 88. art. 2.* vbi dicit, quod immitteus pecuniam in societate, ipsius dominium retinet, & hoc effectualiter intelligit Socin. cum effectualiter non communicetur alteri socio, licet pro parte dominium pecunie in socium transeat, vt in *leg. prima in fin. ff. pro soc.* & amittatur emptione mercium, & communiõne, *leg. si à furioso, ff. si cert. petat.* si igitur capitale est immitteus, ipsi perire debet, cum ¶ res, quæ perit, domino pereat, *leg. si ex legati causa, cum ibi notatis, ff. de verborum signific.*

Quarto, pro hac parte tex. adducitur in *leg. si Titius, ff. de prescript. verb.* vbi ponitur casus, fuisse datam pecuniam, vt quis hac conditione negotietur, vt lucrum vsque ad certam quantitatem sit dantis pecuniam, residuum illius, qui eam recipit, & deciditur, quod si perit, danti solum perit: & licet, dicit Socin. iste non si contractus societatis, ipsi saltem assimilatur, vnde secundum eius naturam iudicari debet.

Quinto, quatenus quis lucrum sentit, eatenus de damno participare debet, *leg. manifestissimi, §. sed eum, C. de furt. l. secundum naturam, ff. de reg. sur.* sed ponens operas nihil de capitali lucratur, vt infra dicitur, ergo nullum etiam damnum circa capitale sentire debet.

Dicunt demum, hanc opinionem vti tutiorem esse amplectendam.

Pro contraria vero parte, est textus expressus in *leg. cum duobus, §. damna, ff. pro soc.* vbi habetur, quod ¶ si animal æstimatum datum sit, & id aut latrocinio, aut incendio perierit, commune damnum est: & tractatur ibi de societate, in qua vnus ponat capitale, & sic animal æstimatum, alter vero operas tantum, & deciditur damnum circa animal æstimatum, & sic circa capitale commune esse debere. Socin. in *dict. cons. 265.* omnibus aliis argumentis respondere conatur, hoc tamen ferè sub silentio inuoluit. Nonnulli ex Summistis dicunt, ex eo, quod ibi pecus datum erat æstimatum, erat etiam communicatum, vnde ponens operas tenetur de damno capitalis, tanquam de damno rei communis. Verum repugnat decisio tex. dum dicit: quod si sine culpa ipsius recipientis pecus fuerit amissum, damnum est commune, si vero culpa ipsius recipientis, est ipsius proprium; & sic totum capitale resarcire tenentur; ergo non fuit communicatum: nam aliter partem propriam, quacumque culpa non obstante, resarcire non esset obligatus,

14 cum ¶ in re propria culpa sit culpanda, non puniendus, *l. si constante, ff. sol. matrim.* Nec obstat, fuisse datum æstimatum: nam id intelligitur factum rat. one societatis, vt nempè apparere posset in posterum de lucro, & damno; & hoc est, quod annuit tex. in illis verbis: *Si modo societatis contrahenda causa pascenda data sint,*

15 *quammis æstimata.* Et licet ¶ æstimatio soleat facere emptionem, id tamen procedit in contractibus, de quorum natura est, vt res ex toto fiat alterius, vt sentit Bald. in *leg. prima, C. pro soc. & in l. si pascenda, C. de pact. in fin.* & docet Petr. de Vbald. de *duobus fratribus, part. 5. quest. 24.* & post ipsum Grass. *lib. 2. suarum decis. 120.*

16 *num. 15. parte prima.* Sed ¶ inter socios, quorum vnus ponat capitale, alter operas, non fit communicatio capitalis, quod ex eo constat, quod lucrum debet esse æquale, *l. si non fuerint, ff. pro soc.* & probatur in *dict. §. damna,* & docet latè Petr. de Vbald. in *dict. quest. 24.* quod non esset, si capitale euaderet commune, nam ponens operas habere deberet partem lucri tanquam operas ponens, & portionem alterius partis, vti dominus capitalis: Vnde, verè vt fatear; nondum aliquem inueni, qui hanc textus aliquam, nec etiam coloratam, potuerit accommodare responsionem.

17 Secundo, pro eadem parte adducitur *eadem lex cum duobus, in §. quidam sagariarum, ff. pro soc.* vbi in terminis habetur, damnum pecunie omittæ debere esse commune inter ponentem pecuniam, & eum, qui operas ponat: Summistæ respondent, vt in superiori argumento, quam responsionem non suffragari iam diximus. Socin. vero in *dict. consil. 265. sub. num. 1.* dicit, textum esse intelligendum, quando vnusque ponit pecuniam, & operam: quæ responsio continet expressam diuisionem; fit enim ibi mentio de ponente pecuniam; nec constat, ipsum aliquas operas prestare debuisse, prout nec verbum quidem, quod etiam prestans operas posuerit aliquod capitale: imò, si attendè legatur, apparebit, verè tex. prædictum loqui in ponente ex vna capitale, & in prestante operas ex altera, nec in meo tex. reperitur illud adiectiuum suum, vt præsupponit Socin. si igitur damnum illius capitalis, & sic pecuniarum amassarum debet esse commune; ergo verum erit dicere, socium operas ponentem teneri pro sua portione domino capitalis, licet fortuito casu fuerit amissum, vel deterioratum.

18 Tertio, ad idem allegari solet tex. in *leg. si non fuerint, §. primo, ff. pro soc.* vbi dicitur, quod si vnus ponat pecuniam in societate, alter vero operas, fieri potest pactum, vt ponens operas non teneatur in aliquo de capitali, si tanta sit opera, vt capitali corresponsdeat, vt si solus nauiget, solus peregrinetur, pericula subeat solus; prout hunc tex. sic declarat Paul. de Cast. in *consil. 54. num. 2. & 3. lib. 2.* Ergo regulariter, pacto in contractum non existente, ponens operas tenetur etiam de damno capitalis, qui tex. hanc opinionem itrefragabiliter probat.

19 Quarto, damna, & lucra in societate debent esse æqualia, *l. coire societatem, l. si non fuerint, §. Aristo, ff. pro soc. cum vulg.* sed damnum capitalis est damnum societatis, quoniam iam capitale est in societate positum,

20 ergo commune esse debet: nec obstat, ¶ capitale esse ponentis, nam in societate non consideratur, cuius nam sit res, sed an pereat occasione societatis, *leg. cum duobus, §. quidam sagariarum, & §. si quis ex sociis, ff. pro soc.* & docet Petr. de Vbald. in *dict. quest. 24. part. 5. sui tractatus de duobus fratribus, Alex. d. consil. 131. lib. 3.*

21 Quinto, si ponens operas non stare ad periculum capitalis, damnum non esset æquale: nam ponens operas posset amittere solum questum, & operas; po-

nens ve. ò capitale, quæstus societatis interusuria capitalis, & ipsom capitale; vt igitur damnum si æquale, oportet, vt ponens operas sentiat etiam damnum capitalis, vt laicius infra dicitur in responsionibus ad primum argumentum contrariæ partis.

21 Sexto, & vltimo pro hac parte sic argui solet, omnia iura clamant, inter socios damna communia esse debere, *d. l. cum duobus, §. si in eorunda, §. damna, & §. quidam assariam, ff. pro soc. d. l. si non fuerint, §. primo & §. Aristo, ff. pro soc.* sed inter socios, quotum vnus ponit operas, alter verò capitale, non potest esse aliquod damnum, nisi respectu capitalis: nam amissio, quæ fiet ultra capitale, esset amissio quæstus, non damnum, vt voluit Corn. in *d. l. leg. si pascenda, num. 2.* ergo si inter istos socios damnum debet esse commune, capitalis damnum commune esse debet.

Et omnia suprascripta argumenta validissima semper mihi visa fuerit, hoc tamè vltimo excepto, nam etiam damna, quæ respicerent quæstus iam factos, rectè damna dici possent: pro quotum argumentorum corroboratio, posset etiam responderi contrariis.

22 Et ad primum, operas non capitali, sed interusuriis capitalis respondere, vt declarat Bald. in *d. l. prima, nu. 14. C. pro soc.* & sequitur ibidè Fulg. & probat Angel. de Peregr. in suo tract. de societate, parte prima, num. 2. Petr. de Vbald. in *d. l. quest. 24. & in d. quest. 27.* Corn. in *d. l. si pascenda, sub num. 18. & in conf. 152. num. 11. lib. 3. ac confil. 38. num. 6. lib. 4.* eandem declarationem secutus fuit Alex. d. *El. confil. 131. sub num. 3. lib. 3.* à quo non videtur recedere Grass. *lib. 2. suar. decis. cap. 120. num. 6. & seqq. parte prima,* & nouissimè optimè probat Rota Gen. *decis. 159.* Et solet assignari ratio, quia

23 ÷ operæ hominis dicuntur fructus hominis, *leg. in hominis usufructu, ff. de oper. seru. l. igitur operæ sunt fructus,* debent cum aliis fructibus compensari, non autem cum sorte principali. Præterea, operæ ÷ dicuntur diuturnum officium, *leg. prima, ff. de oper. liber. tempore igitur contractæ societatis operæ futuræ nihil valent, quomodo igitur volumus eas compensari cum sorte principali, quæ est aliquid existens, & reale tempore contractæ societatis: nec obstat, saltem in futurum valere posse; nam quid si statim periret capitale ante operas exhibitas? ultra quod iam diximus supra, spectandum esse principium, non futurum euentum, ad iudicandum, an contractus sit licitus, vel non: accedat etiam, pecuniam in futurum posse fructus reddere, qui fructus compensantur cum futuris operibus.*

Nec dicatur, pecuniam fructus non reddere, nam imò si consideretur pecunia vti posita in societate, apta est fructus reddere. Dicamus igitur, operas interusuriis capitalis respondere, non capitali, aliter inæqualis esset societas, cum nulla sit proportio inter capitale, quod est quid reale, existens, & certum à principio, &

24 operas futuras, incertus, & nondum exhibitas. ÷ Nec obstat tex. in *l. si non fuerit, §. primo, ff. pro soc. & in d. l. §. de illa, Inst. de soc.* nam omittis aliorum responsionibus, dico hunc potius probare sententiam, dicunt enim, dari posse casum, vt opera correspondeat pecuniz, vt si pretiosa admodum sit, operas sic loquitur Imperator in *d. §. de illa, idem dixit Iurisconsultus in d. l. §. primo,* si nempe ponens operas solus nauiget, solus peregrinetur, subeat pericula solus, ergo regulariter operæ non compensantur capitali.

Secundum argumentum, in quo solum verè contraria fundatur opinio, habet & ipse clarissimas solutiones: conceditur enim pro constanti, pactum, vt in totum, vel in parte capitale sit saluum, esse illicitum, sed quomodo hoc intelligi debeat, hoc opus, hic la-

bor. Primo Corn. in *d. l. leg. si pascenda,* dicit, contra-  
27 ctum, in quo capitale sit in tuto, esse usurarium, si sit contra naturam societatis, ille enim, qui vult participare, de lucro, & de damno participare debet: sed si talis contractus non sit contra naturam societatis, nec inæqualitatem aliquam inducat, non est nec usurarius, nec illicitus: sed in casu proposito, vt ponens operas teneatur pro rata ponenti capitale, non est nec contra naturam societatis, nec inæqualitatem aliquam continet, vt dictum fuit supra in quinto argumento, ac in solutione primi contrarij, & dicitur etiam infra in solutione tertij, & quinti, ergo illicitus reputari non debet: hæc Corn. loco citato sub num. 31. Qua stante solutione non obstat nec etiam Bulla Sixti Quinti, cum intelligatur solum de pactis inualidis, & inæqualitatem inducentibus, ac à iure communi improbatis, vt dixit in termini Grass. *lib. 2. suarum decis. cap. 120. num. 38. parte prima.*

28 Secundo Petrus de Vbald. in *d. quest. 24.* dicit, quod ponens operas debeat participare de damno capitalis, non prouenire ex eo, quod capitale sit in tuto, nec in totum, nec pro parte; sed ex natura ipsius societatis, quæ vult, vt lucra societatis, & damna sint æqualia, Quæ responsio, licet breuis sit, plura tamen continet, & omnem verè tollit difficultatem: pro cuius intelli-

29 genia animaduertendum est, ÷ capitale esse in tuto, duobus modis considerari posse: primo, vt sit in tuto vel ex natura ipsius societatis, vel ex promissione tertij, vel ex aliqua alia ratione, tam pro parte vnus, quam alterius ex sociis; & in hoc nulla iniustitia, nulla inæqualitas considerari potest: Secundo modo, vt sit in tuto, ita vt vnus ex sociis possit amittere vel totum, vel partem capitalis, alter verò non; & hoc est illicitum, usurarium, contra naturam societatis, contra Bullam Sixti Quinti. Sed in casu proportio, licet ponens operas teneatur ponenti capitale, non possumus tamen dicere capitale esse in aliqua parte pro ponente in tuto, nisi primo modo, & sic ex natura contractus, vt dixit Petr. de Vbald. loco citato: licet enim ponens capitale possit amittere solum partem capitalis, tamen etiam è conuerso ponens operas non potest amittere, nisi partem capitalis, commune enim debet esse damnum, cum igitur non possit amittere magis vnus, quam alter, non possumus dicere, quod capitale sit magis in tuto pro vno, quam pro alio. Nec dicitur, est in tuto, quia ponens capitale, totum capitale amittere non potest, responderetur eum, non posse amittere totum capitale, quia etiam ponens operas ex natura societatis; & vt seruetur æqualitas, & qua capitale positum est pro communi vtilitate, tenetur de damno ipsius capitalis participare: vnde & ipse ponens operas non potest amittere, nisi partem capitalis, cum igitur pars sit in damno, quod sentire possunt in ipso capitali, non potest dici, quod capitale sit in tuto nec pro parte vnus, nec alterius: nec obstat, si dicatur, esse discrimen inter ponentem operas, & eum, qui ponit capitale, cum ponens capitale sit dominus, non autem ponens operas: responderetur enim circa rem positam in societate respectu damni, non considerari cuius sit dominium, sed cuius fauore res fuerit posita in societate, vt mox dicam in solutione tertij argumenti.

30 Ad tertium igitur argumentum, vt res, quæ pereat, domino pereat, responderetur, in societatibus, ac rebus in ipsis positis pro communi lucro, respectu damni non considerari, cuius nam sit illa res, sed an pereant occasione societatis, *d. l. leg. cum duobus, §. quidam assariam, & §. si quis ex sociis, ff. pro soc.* & docet Petr. de Vbald.

Vbald. in dicta. quest. 24. vt latius etiam dicam infra in solutione quinti argumenti.

- 31 Ad legem si Tuius, ff. de praescript. verb. respondetur, nullam ibi fuisse contractam societatem, vnde non est mirum, si pecuniam respiciens de damno capitalis participare non debet, prout nec etiam de lucro; sed habet solum id, quod suis operibus correspondere intelligitur: nec potest argui à simili: cum hoc casu cesset ratio supra considerata, capitale fuisse positum in societate pro communi lucro.
- 32 Ad quintum argumentum respondetur, quod licet ponens operas non lucretur de capitali, tamen lucratur occasione capitalis, ac ideo ad eius periculum stare debet, Alex. d. cons. 131. sub num. 3. vers. quia respondetur: ad hoc enim, vt quis subire debeat periculum capitalis, sat est, fuisse positum in societate pro communi utilitate, & quod hinc lucrum sperari possit, vt probat text. in dict. leg. cum duobus, §. quidam sagariano, ff. pro soc.
- 33 Ad vltimam rationem respondet Petr. de Vbald. in dicta. quest. 27. quod licet in dubio tutior via sit eligenda, capis. iuuenis, de sponsalib. attamen cum ista opinio sit contra iura expressa, & tendat ad dissolutionem societatis humanæ, potius deponenda, quam amplectenda videtur, argumento eorum, quæ habentur in capitulo pastoralis, §. qui verò, ff. de offic. de leg. præcipue approbante consuetudine, quæ dicitur optima legum interpretis, capital. cum dilectis, de consuetudin. leg. si de interpretatione, ff. de legib. cum vulg. nulla enim inter mercatores contrahitur societas, in qua vnus solum ponat capitale, quin apponatur pactum, vt ponens operas teneatur de damno capitalis.
- 34 Et quod dicitur de ponente pecunias, pariter locum habebit, si fuerit datum animal loco capitalis, vt in dicta lege cum duobus, §. damna, ff. pro socio, vt in nostris fieri solet regionibus, in quibus datur vel vitulus, vel aliud animal, vt alter eum retineat, ac gubernet, cum hoc, quod lucrum postea sit commune: quod est conforme statuto Mediolanensi sub rubric. 481. & iuri communi pariter conforme, vt ibi dixit Carpan. n. 40. & probant suprascripta argumenta: Et facta estimatione res caret difficultate, per ea, quæ tradit Rota coram Manzanedo, versic. quia præcedium.
- 35 Et idem esset, si æstimatum non fuisset animal, ponens enim operas tenetur de damno capitalis, non solum ob factam æstimationem, sed etiam quia capitale positum est societate pro communi lucro, nec incertitudo quantitatis potest tollere obligationem, cum possit, & per testes, & aliis modis certificari.
- 36 Facit tamen differentiam Baldus in lege prima, numero 27. & sequentibus, Cod. pro soc. si animal pereat naturaliter, vt in partu, vel ob iracundiam, vel tortuoso casu: ita vt si pereat naturaliter, damnum sit solum domini, & commune, si fortuito casu, idem afferit in leg. cum duobus, §. in tertia, ff. pro soc. & videtur sequi Corneil. in dict. leg. si pascenda, num. 98. per textum in leg. si id, quod, §. item Celsus, ff. eodem, Verum Barb. in addit. ad Bald. in dicta lege prima, C. pro soc. in verbo, casus fortuiti, dicit, inter istos duos casus nullam repetiti differentiam; ac propterea vtiorem esse opinionem Bald. in dicta lege si pascenda, indistincte volentis, damnum tam in vno, quam altero casu, commune esse debere, & aliam Bald. opinionem non transire sine maxima difficultate, dixit Petr. de Vbald. in dicta. quest. 24. imò falsam esse, probat textus in dicta leg. si id, quod, §. item Celsus, ff. pro soc. vbi sit distinctio, an res fuerit posita in societate, an non, non autem an pereat naturaliter, vel occasione societatis, quotiescumque enim res perit in societate, societati perit, vt supra fuit demonstratum.
- 37 Si tamen fuisset appositum pactum, vt ponens operas non esset obligatus ad damnum capitalis, proprium domini esse deberet; & pactum iustum esse possit, si pretiosa admodum esset opera, vt probat text. in dict. §. de illa, Instit. de soc. vt si ponens operas solus nauiget, solus peregrinetur, subeat pericula solus, vt in dicta lege si non fuerit, §. prima, ff. pro soc. ita vt operæ interuentus capitalis respondeat non possent.
- 38 Hæc tamen omnia intelliguntur remota culpa, si enim culpa ponentis operas considerari posset, totum ipsius esset damnum, vt in dicta lege cum duobus, §. damna, ff. pro soc. & idem esset, si culpa ex parte domini capitalis adesset.
- Et suprascripta admodum conferunt ad aliud genus contractus, seu societatis, qui communiter fieri solet, dum dantur boues ad sociendam, recepta certa frumenti quantitate, cum pacto, vt tam lucrum, quam damnum circa pretium ipsorum, qui dantur æstimati, commune esse debeat. Sed primo dubitari potest,
- 39 an iste sit contractus societatis, vel locationis, Petrus de Vbald. de duobus fratribus part. 5. quest. 26. in hanc videtur inclinare opinionem, vt sit locationis, vt demonstrat illa quantitas frumenti quæ datur loco mercedis, quam sententiam secutus fuit Borgninus, decis. 3. parte secunda, ac propterea dicit Petr. de Vbald. esse contra naturam istius contractus, vt conditor teneatur de periculo rei conductæ, & quod dicitur de lucro, nil aliud esse, quam usuram paleare, cum regulariter boues, qui dantur ad collaticium, decrescant, non autem crescant. Secundo Borgninus loco citato num. 12. dicit, quod hoc modo capitale, saltem pro parte semper est in tuto, quod fieri nulla ratione potest, nonnulla alia eius argumenta, vti parui momenti prætermitto.
- 40 Alij verò, vt Summistæ omnes, tenent, hunc contractum esse societatis, Syluest. in verbo societas, secundo, num. 6. Tab. in verbo, usura, tertio, num. 6. Sor. de iuris. & iur. lib. 6. quest. 6. art. 1. & 2. Tolet. in sua summa, lib. 5. cap. 41. num. 4. & post alios Grass. lib. 2. suarum decis. cap. 120. parte prima, & hoc expressè denotat illa communicatio lucri, & damni, nec obstat solum illud collaticium; in fra enim respondebimus. Quis stante duo obitare videntur. Primo, capitale saltem pro parte esse in tuto contra Bullam Sixti Quinti. Secundo, non posse fieri illam certam mercedis taxationem, cum ex eadem Bulla sit prohibitum, inter socios de certo, & determinato lucro pacisci.
- 41 Sed pro solutione suprascriptorum duo sunt præmittenda: primum, rusticum cum vno pari bouum, eius opera adiecta, posse maximum facere lucrum: securum, de hoc computa retineri non posse, maxime cum prædicta non solum bobus arentur, sed pluribus alijs indigeat operibus.
- 42 Quibus stantibus non obstat primum argumentum: nam cum boues dicantur positi in societate pro communi lucro, commune etiam debet esse damnum: secundum quæ dicta fuerit in præcedenti questione, quæ hic non repetam, & maxime facta estimatione, per ea, quæ tradit Rota in dicta de. is. versic. quia præcedium.
- 43 Nec minus obstat taxatio lucri pro parte domini bouum: nam socij ad euitandas fraudes, ad tollenda computa, & ob incertitudinem possunt à principio de aliqua certa quantitate lucri pacisci; si enim nege-

tium regulariter à communiter accidentibus solet reddere, ex gr. duodecim pro centenatio, potest pacisci in octo, & quatuor intelliguntur remissi per assicurationem: ad tex. in cap. per vestras, de donat. inter virum, & uxorem. Et hoc modo saluari t montes, qui reddunt singulis annis centum quid, salvo etiam noto capitali, dixit Navar. in suo Manual. cap. 17. num. 254. & de pluribus contractibus, qui per has tacitas assicuraciones fiunt liciti, Couar. lib. 3. variarum resolutionum, cap. 2. numero. 4. & probat Molin. de Iustitia, & iure disputat. 417. num. 8. & tanta est in casu nostro remissio: vt etiam capitale assicurari possit, quod licitum esse, docet Molin. loco supra citato. † Quæ assicuraciones non solum fieri possunt à tertio, sed etiam ab ipsomet socio, non solum in diuersis contractibus, sed etiam in eodem, & non solum expresse, sed etiam tacite, implicite, & æquialenter, vt nos docet Navar. in d. cap. 17. num. 255. & montium exempla demonstrant, in quibus tacite dum adsunt assicuraciones, vna certæ quantitatis lucri, altera capitalis: & licet Caietan. in opuscul. tom. 1. tract. 11. respons. 2. dicat, assicuracionem cautè fieri non posse, loquitur tamen in casu particulari: præterquam quod damnatur à Couar. variarum resolut. cap. 2. num. 4. iustam autem esse taxationem, quæ fieri solet, non est dubium, & eam consuetudo approbauit, quæ vt Navar. dicit, † facit præsumi titulum requisitum ad eius validitatem, capit. super quibusdam, de verborum signific. leg. hoc iure, §. d. d. ff. de aqua quos. & est. Vnde statutum Mediol.

parte secunda, cap. 483. loquens de bestis datis ad societas, ponit hæc verba. Sed si ante dissolutionem societatem mortua fuerint, vel deteriorata absque culpa socij, periculum commune sit, & Carp. ibi num. 40. dicit, hæc omnia conformia esse iuri communi.

47 Maior esset difficultas in pecudibus, quæ dantur in proprijs prædijs laboratoribus cum pacto, vt mortuæ debeant suppleri cum fructibus, ita vt semper remanere debeant tot capita pecudum, si diceremus, hanc esse societatem: sed dicendum est potius conditionem esse, qua dantur prædia; quæ conditio non debet colonis esse molesta, cum pecudum fructus partem habeant, qui maximus esse solet, & parum cura, nullisque expensis ipsam consequuntur, cum herbis, paleis, frondibus, ac alijs prædijs rebus gubernentur: & quod hæc sit conditio coloniz, apparet, quod si in alijs, & non in proprijs prædijs dentur pecudes, alijs conditionibus, & omnino diuersis dari solent.

Verum dato etiam, quod hæc deberet dici societas, seu societas attamè pactum vt integrum capitale prius detrahi debeat pro domino pecudum, & quod postea lucrum equaliter diuidatur, & quod pecora mutua debeant singulis annis fructibus refarciri, nullam continet vsuram, nec dicitur contra Bullam Sixti Quinti, vt docet Rota in dicta decis. coram Manzanedo, etiam nulla facta estimatione, vt in vers. Vterius: quæ decisio cum admodum conferat ad propositam materiam, ponitur post Tractatum, & est decisio prima in ordine.

F I N I S.





# INDEX RERVM.

## QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

A



*Bona virtute iuramenti pro presente habetur, part. 2. cap. 8. nu. 14.*

*Accusare quilibet potest à iure non prohibetur, si tamen delicta sint publica. part. 3. cap. 54. nu. 2. & qui accusare prohibeantur, remissio nu. 1.*

*Accusatio facta à persona inhabili admittitur, parte non opposante,*

*part. 3. cap. 54. num. 7.*

*Acquirens quando est obligatus acquirere aliquo nomine, eo acquisivisse presumitur, part. 2. cap. 8. nu. 31.*

*Acquirens habet presumptionem, quod de proprio acquisiverit, part. 2. cap. 9. nu. 1.*

*Acquisita in servitio Regis inter castrensia connumerantur, part. 1. cap. 1. nu. 4.*

*Acquisita per filios an sint profecticia, vel aduentitia, part. 1. c. 6. nu. 2.*

*Acquisita per filios ex eorum tamen operibus sunt aduentitia part. 1. cap. 6. nu. 3. ac idem cum fratribus non communicantur, n. 4. ampliat. nu. 5.*

*Acquisita per filios proprio nomine negociando presumuntur aduentitia, ac idem non veniunt cum aliis fratribus communicanda, part. 1. cap. 6. nu. 16. ubi de rationibus. Et in hoc melius est conditio possidentis, nu. 17. prapue si filius à patre seorsum habitet, nu. 18. limitatur nu. 20. scdm si nomine patris negotietur, nu. 21.*

*Acquisita bonis paternis sunt profecticia, part. 1. cap. 6. n. 12. declaratur, nu. 14. nisi aliter appareat, nu. 15. idem in acquisitis occasione patris, part. 1. cap. 11. n. 2.*

*Acquisita contemplatione patris in legitimam imputantur, part. 1. cap. 39. num. 1.*

*Acquisita sociis omnino bonorum de communi acquisita diuisunt, part. 2. cap. 9. nu. 7.*

*Acquisita ex contractu oneroso non amittuntur per transitum ad secunda vota, part. 3. cap. 13. nu. 42.*

*Acquisitio an fuerit facta nomine proprio, vel communi coniectura demonstrans, part. 2. cap. 8. nu. 33.*

*Acquisitio proprio nomine facta, ex propriis pecuniis facta censetur, part. 2. cap. 9. n. 2. & 6. declaratur, n. 22. & seq.*

*Acquisitio in dubio intelligitur facta de proprio, part. 2. cap. 17. num. 6.*

*Acquisitio proprio nomine facta ab eo, qui communi nomine acquirere debebat, dicitur dolose facta, part. 2. cap. 17. nu. 15.*

*Acquisitum ex peculio castrensi castrense dicitur, part. 1. cap. 1. nu. 5.*

*Acquisitum occasione rerum secularium meum dicitur, part. 1. cap. 7. nu. 16. declaratur, nu. 19.*

*Acquisitum facto patris dicitur profectitium, part. 3. cap. 13. num. 124.*

*Actio civilis non oritur inter patrem, & filium, part. 1. cap. 32. n. num. 8.*

*Actio popularis an debeat per filium post mortem patris conferri, part. 1. cap. 32. nu. 11.*

*Actio ad hoc vt conferrri debeat, qua concurrere debeant, part. 1. cap. 32. nu. 12.*

*Actio ex contractu socij socio absentis non acquiritur, part. 2. cap. 8. nu. 15. & quid si adsit iuramentum, nu. 16. & seq. & quid accedente Notarij stipulatione, part. 2. cap. 8. nu. 81. & reprobanda concordia Theaur. num. 19.*

*Actio ad rem mobilem inter mobilia connumeratur, part. 3. cap. 7. num. 34.*

*Actio an sit connumeranda inter mobilia, vel immobilia, part. 3. cap. 28. nu. 11.*

*Actio in factum vii generalis non tollit actionem expilata hereditata, part. 3. cap. 55. nu. 9.*

*Actione quando solvatur societas, part. 2. cap. 39. nu. 1. & 3. & quibus actionibus, nu. 2.*

*Actiones non dicuntur ipso iure communicata inter omnium bonorum socios, part. 2. cap. 26. num. 10.*

*Actiones opibus nostris adherere dicuntur, part. 3. cap. 7. nu. 35. & cap. 28. num. 15.*

*Actiones non veniunt appellatione bonorum existentium in certo loco, part. 3. cap. 7. num. 36. licet quantum ad executionem dicantur esse in loco, num. 42.*

*Actiones loco circumscripti quomodo intelligendum, part. 3. cap. 28. nu. 14. & adherere opibus nostris pariter quomodo intelligantur, num. 15.*

*Actiones omnes actiue, & passivæ ad heredes transeunt, part. 2. cap. 40. num. 38.*

*Actus humani ultra contrahentium intentionem vagari, ac interpretari non debent, part. 2. cap. 2. num. 26.*

*Actus positivi quando contradictio nihil operari potest, non inducunt consensum, part. 3. cap. 13. num. 76.*

*Actus limitati limitati inducunt societatem, part. 2. cap. 11. n. 4.*

*Actus unisortes pro unico reputantur, part. 2. cap. 13. num. 11.*

*Actus difformes sunt necessarij ad inducendam omnium bonorum societatem, part. 2. cap. 13. num. 12.*

*Actus separati, & proprio nomine facti arguunt societatem omnium bonorum non fuisse contractam, part. 2. cap. 17. nu. 2.*

*Actus legitimi non recipiunt diem, nec conditionem, part. 3. cap. 10. num. 19.*

*Actus agensium debent regulari secundum eorum intentionem, part. 3. cap. 11. num. 151.*

- Actus regulariter tribus solent fieri, non consensienti, part. 3. cap. 12. num. 14.*
- Actus sequens factum contra iuramentum procedens an valeat, part. 3. cap. 12. num. 72.*
- Ad destructionem totius sufficit vnus, part. 2. cap. 17. nu. 24.*
- Adimpleuisse qui assertit, debet ostendere, part. 2. cap. 44. n. 10.*
- Adire presumitur qui potest adire, & facit actum, qui non potest fieri citra aditionem, part. 2. cap. 2. num. 18.*
- Aditio etiam ex non factis resultat, part. 2. cap. 42. nu. 3.*
- Administrator ex quibus pecuniis emisse presumatur, part. 2. cap. 9. num. 11.*
- Adoptati, & arrogati ab intestato succedunt vna scum aliis filiis legitimis, & naturalibus, part. 3. c. 20. n. 26. tam si naturales sint nati prius, quam post adoptionem, n. 27. & idem respectu iuris patronatus, num. 28.*
- Adoptatio non est necessitate aliquid relinquendum, part. 3. cap. 20. n. 24. nisi tamen fuerit adoptatus ab auctore, nu. 21.*
- Adoptatio non debetur legitima, part. 1. cap. 33. nu. 20.*
- Adoptio ab arrogatione quomodo differat, part. 3. cap. 20. n. 7. & quomodo fiat, nu. 8. & sufficit licentia cuiuscumque iudicis, num. 10.*
- Aduentitia ob vsum fructum patris non confiscantur, part. 1. cap. 3. num. 16. & an possit confiscari vsum fructum, nu. 51.*
- Aduentitia à filiis alienari non possunt, part. 1. cap. 3. nu. 17. & quid si pater eorum carcat vsum fructum, nu. 54.*
- Aduentitia non communicantur cum aliis fratribus post mortem patris, part. 1. cap. 5. nu. 2. & 4. & quid in fructibus perceptis viuente patre, num. 5.*
- Aduentitia communicata viuente patre, an post eius mortem possint repeti, part. 1. cap. 6. nu. 22.*
- Aduentitia conferri non debent, part. 1. cap. 13. nu. 6.*
- Aduentitiorum bonorum proprietas olim ad patrem, hodie ad filios spectat, part. 1. cap. 5. nu. 1. nisi aliter acquirendo stipulatus fuerit, nu. 57.*
- Alienationum bonorum vsum fructus patri inuito acquiritur, part. 1. cap. 3. num. 6. & declaratur, num. 7. cui tamen renunciare potest, num. 8. nec ipsum amittit per liberationem à patre potestate, num. 13. & declaratur num. 14. nec minus per mortem filiorum, n. 15.*
- Aduocato vni lucrum an sit peculium quasi castrense, part. 1. c. 2. num. 5.*
- Aduocatus presens alienationi an sibi praiudicet, part. 3. cap. 43. num. 65.*
- As alienum extra societatem contractum de proprio solus debet, part. 2. cap. 11. nu. 11.*
- Estimatio debet fieri consideratio qualitatis rei estimanda, part. 1. cap. 38. num. 5.*
- Affinitas non excusat in receptante hostem patriam, part. 3. cap. 56. num. 19. declarat n. 24. vel pacis violatorem, n. 20.*
- Affinitas an excuset in receptante offendentem Cardinalem, part. 3. cap. 56. nu. 22.*
- Agnationis amor erga Menelaum fratrem, part. 3. cap. 1. numero 10.*
- Agnatio solum per masculos conseruatur, part. 3. c. 11. n. 5. & nu. 152. & seq. Dimittiturque facilius conseruatur, n. 154.*
- Agnationis conseruanda ratio in statusu exclusiuo femininarum habetur pro expressa, part. 3. cap. 11. num. 158.*
- Agnatus presens alienationi feudi sibi non praiudicat, part. 3. c. 43. nu. 11.*
- Alienandi data potestate, de qua debet intelligi respectu fideicommissi, part. 3. c. 41. nu. 61.*
- Alienare non potest, quid non habet administrationem, part. 1. c. 3. num. 65.*
- Alienare qui non potest, tenetur curare, ne alienatio sequatur, part. 3. c. 13. n. 101.*
- Alienatio tacita à lege promouens intelligitur facta, etiam si non interueniant solemnitates necessariae in constitutibus minorum, part. 2. cap. 15. nu. 33.*
- Alienatio, qua intelligitur facta inter omnium bonorum socios, promouit ex legis dispositione, part. 2. cap. 15. num. 34.*
- Alienationis consensiens ipsam infringere non potest, part. 3. cap. 41. num. 67.*
- Alimenta prestata intuitu pietatis repeti non possunt, part. 3. cap. 32. num. 2.*
- Alimentate qui tenetur non est obligatus subministrare expensam studij, part. 1. cap. 25. nu. 31.*
- Alimenta legatis non veniunt expensam studij, part. 1. cap. 25. nu. 5.*
- Alteri per alterum stipulari non potest, part. 3. cap. 43. n. 46.*
- Amicitia maxima an excuset in receptante banuitos, part. 3. cap. 56. num. 25.*
- Amicus non potest stipulari amico, part. 3. cap. 45. nu. 4.*
- Amor inter fratres quomodo conseruari possit, part. 3. cap. 1. n. 21. & 24.*
- Animal fuisse mortuum culpa, vel non culpa custodi, quis probare debeat, part. 2. c. 47. n. 1. & 3. fuisse mortuum culpa custodi an sit presumendum, nu. 10. & quod si non fuerit datum principaliter ad custodiam, n. 13.*
- Animal si fuerit datum ad sociam, an ipsum accipiens teneatur pro sua portione, si pereat, vel deterioratum fuerit, part. 3. cap. 59. num. 34. & quid si non fuerit datum affirmatum, nu. 35.*
- Bal. tamen differentiam facit, an pereat naturaliter, vel sortuito casu, alij contra, nu. 56.*
- Animalis amissionem non sufficit allegare, nisi ostendatur modus amissionis non culposus, part. 2. c. 47. n. 14.*
- Annuli dati sponse an intelligantur donati, part. 1. c. 18. n. 19.*
- Antecedens qui vult, & omne necessarium consequens velle dicitur, part. 3. cap. 48. n. 52. & 66.*
- Appellatio à sententia lata à iudice laico, & clerico debet fieri ad superiorem Ecclesiasticum, part. 3. cap. 49. nu. 5. & 16. vbi de de ratione.*
- Appellatio semper fit ad superiorem, part. 3. cap. 49. n. 10.*
- Appellatio à laico non datur, part. 3. cap. 49. nu. 11.*
- Approbare quis debet factum illius persona ex qua lucrum capitur, part. 3. cap. 12. nu. 56.*
- Arabes, & Ethiopes praeserebant in succedendo fratribus propriis filiis, part. 3. cap. 1. nu. 3.*
- Arbitrium boni viri maximè spectatur in rebus communibus, part. 3. cap. 36. nu. 23.*
- Argumentum de matrimonio carnale ad spirituale valet, part. 3. cap. 6. nu. 28. declaratur nu. 18. & non procedit respectu dotis, num. 10.*
- Argumentum à contrario sensu in statusu negatiuis non valet, prout etiam quando iuris communis correctio sequeretur, part. 3. cap. 10. nu. 30. & 31. secus si aliter statutum in casu directo nihil operaretur, nu. 31. & quod non valet, si sequatur legum correctio, cap. seq. nu. 73.*
- Argumentum à contrario sensu in statusu exclusiuo femininarum quomodo desumi possit, part. 3. cap. 10. n. 32.*
- Argumentum de date ad causam studij non valet, part. 1. cap. 26. num. 26.*
- Argumentum à Trebellianica ad legitimam non valet, part. 1. cap. 35. nu. 9. nec à legitima patroni ad legitimam filij, n. 10. nec de datu causa conditionis implende ad data in vim modi, num. 11.*
- Argumentum de collatione ad imputationem valet affirmatiuè, part. 1. cap. 39. num. 2.*
- Argumentum à communiter accidentibus valet, part. 2. cap. 41. num. 14.*
- Attamenes, & Xerxes Regnum adiuuicem sibi concesserunt, part. 3. cap. 1. num. 35.*
- Arrogare tantum possunt sexagenarij, part. 3. c. 20. n. 5.*
- Arrogationis requisita, part. 3. c. 10. n. 6. & vnae dicitur, n. 7.*
- Arrogati qui sint, part. 3. c. 20. n. 2.*
- Arrogati succedunt consanguineis arroganti, secus tamen est in adoptatis, part. 3. cap. 20. num. 29. fallit in adoptatis ab auctore, num. 30.*

*Arrogatio rumpit testamentum prius factum, par. 3. cap. 20. n. 18.*  
*Arrogatio debetur quarta, part. 1. cap. 33. nu. 19.*  
*Arrogatorum bona quando sunt arrogantis, part. 3. cap. 20. nu. 11. & quando veniant restituenda, nu. 19.*  
*Arrogatus debet ex testamento arrogantis habere saltem quartam partem, part. 3. cap. 20. nu. 11. etiam si adsint filij legitimi, & naturales, num. 16. & exclusus, vel exheredatus qua habeat remedia, num. 13. & prateritus rumpit testamentum, num. 14. Et in dicta quarta debita ex testamento non potest grauari, num. 15. Non est tamen necesse ipsam relinquere titulo institutionis, qua quarta transmittitur ex iure iuratis, num. 17. Non est tamen hodie ancilla sicut legitima filiorum naturalium, num. 20. Et quomodo ex bonis arrogantis dicta quarta sit detrahenda, nu. 21. & 23. Potest tamen arrogatus exheredari, si aliquam ingratitudinis causam commiserit, num. 22.*  
*Artifex nemo nascitur, part. 3. cap. 32. nu. 7.*  
*Ascendentibus legitima debetur, part. 1. cap. 33. nu. 21. quanta sit, n. 22. quo titulo relinquenda, nu. 45.*  
*Apuraciones possunt fieri non solum à tertio, sed etiam ab ipsis sociis, & non solum expresse, sed etiam tacite, par. 3. cap. 59. num. 45.*  
*Athemodici factum recensetur part. 2. cap. 1. nu. 31.*  
*Atrai, & Thiesu fratrum odium, & facinora, par. 3. cap. 1. n. 19.*  
*Atrili, & Eumenii fratrum amor, par. 3. cap. 1. nu. 11.*  
*Auctor quo tempore sua auctoritate perit, & per fecerit presentem tractatum in praesat. num. 3.*  
*Auctor quid intendat tractare in 2. parte huius tractatus: part. 2. cap. 4. num. 6.*  
*Auctoritatem in facto proprio nemo prestare potest, part. 2. cap. 15. num. 36.*  
*Anuus, si dotando neptem, iusserit, ipsam debet esse iocundam, & contentam, intelligitur eam dotasse contemplatione patris, part. 1. cap. 39. num. 12. & 30. Idem si statutum adsit, ut stantibus masculis femina non succedant, num. 23. Et id generale esse solet in qualibet re ab aho tradita nepotibus, ad quam tradendam erat pater obligatus, nu. 25. & quid si neptis sis diues, num. 27. & 28.*  
*Auus dotando neptem, ex quibus verbis dicatur declarasse, se dotare contemplatione neptis, part. 1. cap. 39. num. 29.*

B

**B***anniti non succedunt ex beneficio statutorum Civitatis à qua sunt banniti, part. 3. cap. 11. num. 185. nec in bonis provenientibus ex forma statuti eiusdem Civitatis, part. 3. cap. 17. num. 11. & de quibus banniti hac veniant intelligenda, n. 12. non amittunt tamen provenientia ex dispositione iuris communis, nu. 13. vnde possunt facere testamentum, num. 14.*  
*Bannitione extinguitur societas, part. 2. cap. 38. n. 9.*  
*Bannitos receptans ex necessitate nullam incurrit poenam, part. 3. cap. 56. num. 28.*  
*Beneficiorum onera vsque ad novos redditus deduci debent ex fructibus recollectis, part. 2. cap. 35. num. 13.*  
*Beneficiarius in aliqua Ecclesia tenentur ad ipsam Ecclesia reparatio nem, part. 2. cap. 10. num. 13.*  
*Bytenti, & eius fratris factum egregium, part. 3. cap. primo, n. 12.*  
*Bona patris, si veniunt confiscanda, qua partio reservatur, filijs, part. 1. cap. 13. nu. 5.*  
*Bonorum possessio vnde liberi non habeant locum in successione matris, part. 1. cap. 16. nu. 4.*  
*Bonorum possessionem competit cui non competit ius dicendi testamentum nullum, part. 3. cap. 11. num. 98. nec huius, qui ab intestato non succedunt, nu. 107.*  
*Bonorum appellatione veniunt iura, & actiones, part. 3. cap. 7. num. 44.*  
*Bonus in dubio quilibet praesumitur, part. 2. cap. 32. num. 7.*  
*Bonus dantes ad sociam, certa constituta collatione, an dicantur contrahere societatem, part. 3. cap. 59. num. 39. & 40. &*

*dicantur positi in societate pro communi utilitate, nu. 42. & ex ipsis suffici maximam consequantur utilitatem, de qua utilitate computum retineri non potest, num. 41.*  
*Briareus esse centimanus, & Goriorem tricorporem cur fabula finxerint, part. 3. cap. 1. nu. 6.*  
*Bulla Sixti V. contra receptantes bannitos, par. 3. cap. 56. n. 27.*

C

**C***anonici profecti non succedunt in feudis, part. 3. cap. 48. numero 16.*  
*Capitale inter socios non potest esse in tuto nec in totum, nec in parte, part. 3. cap. 59. num. 6. declaratur num. 27. & seq. & duobus modis intelligi potest, num. 29.*  
*Capitale ponens in societate tria amittere potest, questum societatis, interusura capitalis, & ipsum capitale, par. 3. c. 59. n. 21.*  
*Capitale si amittatur culpa vitius ex sociis totum ipsius debet esse damnnum, part. 3. cap. 59. num. 38.*  
*Capitale si pereat societas dicitur finita, part. 2. cap. 38. n. 3. & 4.*  
*Capitale apud socium dimittens, an dicatur facere actum positivum, part. 2. cap. 42. num. 18. 10. & 21.*  
*Capitatio quid sit, part. 2. cap. 25. nu. 20.*  
*Capitis diminutione maxima qui plectatur, part. 2. cap. 40. n. 49. & media quos comprehendat, par. 2. c. 42. n. 10. & seq.*  
*Cap. si duo fratres, de non. benef. inuen. declaratur, par. 2. cap. 4. num. 4.*  
*Cap. fin. in 5. porro, de off. ordin. in 6. inducitur, an demonstrandum nouo Rectori relinquenda esse femina, par. 2. cap. 35. n. 12.*  
*Cap. primum de fratribus de nouo b. n. f. inuestit. cum concordantibus declaratur, part. 3. cap. 45. nu. 16.*  
*Cap. si qui miles in tit. de Imper. Lotii Eugen. Pap. in visibus feud. quomodo procedat, part. 3. cap. 46. nu. 16.*  
*Caprasius mortem animalis sufficit, quod probet, part. 2. cap. 47. num. 11.*  
*Capus ab hostibus an debeat redimi de communi inter omnium bonorum socios, part. 2. cap. 31. num. 7. & 8. & quid in capto in bello, num. 11.*  
*Carcerationis expensa an debeant esse communes inter omnium bonorum socios, part. 2. cap. 31. nu. 2.*  
*Carceratus si reperitur mortuus, an debeat adscribi culpa custodis, part. 2. cap. 4. num. 9.*  
*Cardinalem officium committit crimen laesa maiestatis, part. 3. cap. 56. nu. 13.*  
*Cardinales non succedunt in feudis, part. 3. cap. 48. nu. 7.*  
*Castrinse filiorum ad patrem nullo modo spectant, part. 1. cap. 1. num. 7. nec confiscantur, num. 9. nec veniunt communicanda cum aliis fratribus: prout etiam quasi castrinse, part. 1. cap. 5. num. 1. nec veniunt in collatione, part. 1. cap. 22. n. 1. & 5. communia tamen sunt inter omnium bonorum socios, part. 2. cap. 16. num. 2. & 3.*  
*Casum fortuitum qui probare debeat, part. 2. cap. 46. nu. 33. & seq. nec non n. 36. & 37. & quomodo probetur, n. 35.*  
*Casum allegans, qui non solet contingere absque culpa, debet probare ab qua culpa enensse, part. 2. cap. 47. nu. 5. si vero euenire soleat absque culpa, sat est probare casum, n. 6. & quid si interdum cum culpa, & interdum sine culpa, nu. 7.*  
*Casus fortuitus debet probari ab eo, qui custodire tenetur, part. 2. cap. 31. nu. 17.*  
*Casus fortuitus quid sit, part. 2. cap. 46. nu. 13. & quomodo definitur, nu. 14. & de eius duplici differentia, nu. 15.*  
*Casus, qui contingere solet absque culpa, part. 2. cap. 47. n. 4.*  
*Casus omissus à statuto remanet sub dispositione iuris communis, part. 3. cap. 11. nu. 159.*  
*Catastrum proprio nomine descriptum arguit, societatem omnium bonorum non fuisse contractam, part. 2. cap. 17. n. 11. prout si communi nomine fuerit descriptum societatem arguere solet, n. 19. & de diuersitate catastri, ead. part. cap. 18. n. 13.*  
*Catastrum commune arguit societatem, part. 2. cap. 14. nu. 24. per se tamen non sufficit, num. 25.*

## De fratribus contentarum.

Catastri communis descriptione, & communi onerum solutione  
ins alteri acquiritur, part. 2. cap. 14. num. 26. declaratur  
numer. 27.

Causa an sit gratis, vel leui requiritur arbitrio iudicis, part. 3.  
cap. 52. num. 5.

Causa remota quando habeatur in consideratione, part. 1. cap. 7.  
num. 18. & 20.

Causa finalis, & proxima in acquisitionibus attenditur, part. 1.  
cap. 8. num. 9.

Causa dotis, & studij equiparantur, part. 2. cap. 29. n. 18.

Causa finalis solet regulare dispositionem, part. 2. cap. 5. nu. 2.

Cautela Rusti. circa donationem librorum à patre filio factam  
damnatur, part. 1. cap. 17. nu. 19.

Cautio mutiana est necessaria etiam in conditionibus, affir-  
mantiis, part. 3. cap. 13. nu. 12.

Cautio mutiana est prestanda etiam ad fauorem venientium ab  
intestato, num. 21.

Cautio mutiana an sit non necessaria si non petatur, part. 3. cap.  
13. num. 22. & si non fuerit prestata an possit agi ad panam  
contra heredes, num. 23.

Cessante ratione legis cessat lex, parte 1. cap. 12. num. 6.

Cessante causa cessat effectus, parte prima, cap. 1. num. 4.

Cesio iurium vicissim facta operatur effectum liberationis, part.  
3. cap. 41. num. 48.

Charicles, & Anthiochi fratres argenteum poculum diuiserunt  
in duas partes, part. 3. cap. 1. n. 30.

Ciuili actionum tollit criminalis, parte tertia, cap. 55. num. 6.

Ciuis ex privilegio, vel domicilio ciuium appellacione contuetur,  
part. 3. cap. 7. nu. 26.

Ciuitas feudum non amittit, si solum pater fuerit rebellis, part. 2.  
cap. 25. num. 7. & part. 3. cap. 37. nu. 2.

Clausula generalis post speciem posita restringitur ad similia  
expressis, part. 3. cap. 25. nu. 28.

Clausula de plenitudine potestatis supplet alios defectus, part. 3.  
cap. 25. num. 36.

Clausula non obstantibus quibuscumque non suplet defectus nulli-  
tatis, part. 3. cap. 25. nu. 61.

Clausula derogatoria iuri an suppleat defectus, part. 3. cap. 25.  
num. 66.

Clausula sine praeiudicio venientium ab intestato in legitimacionibus  
quid operetur, part. 3. cap. 26. n. 23.

Clausula ad habendum, tenendum, & alienandum apposita in  
diuisione importat, vt possit fieri alienatio honorum fidei-  
commisso subiectorum, part. 3. cap. 41. n. 56. & quid si solus di-  
uisor fuerit, ad faciendum qui quid voluerit, & pl. uerit, n. 57.

Clausula ad habendum apposita in Investitura honorum em-  
phyteuticorum quid importet, part. 3. cap. 41. num. 56. & 57.

Clausula qualibet generalis debet restringi ad specificata, part. 3.  
cap. 41. num. 8.

Clausula qua in contractu diuisionis apponi solent, sunt in triplici  
differencia, part. 3. cap. 41. n. 5.

Clausula vti accessoria non alterant naturam contractum, licet  
alias possint dici superflua, part. 3. cap. 41. nu. 12.

Clausula generales, ut plurimum solent apponi de stylo notario-  
rum, part. 3. cap. 41. nu. 13.

Clausula generales non concepta in tempus futurum non exten-  
duntur ad futura, part. 3. cap. 41. nu. 53.

Clausula quibus potest dici permissa potestas alienandi sunt in  
triplici differencia, part. 3. cap. 41. nu. 54.

Clausula accessoria non alterant naturam dispositionis, part. 3.  
cap. 41. num. 66.

Clerici primatansura possunt facere testamentum, etiam si sint  
filij familias, part. 1. cap. 11. nu. 58.

Clerici dicuntur habere periculum quasi castrense, part. 1. cap. 2. n. 6.

Clerici possunt habere bona diuersi generis, part. 2. cap. 10. num.  
1. & qua sint, num. 2. & 3.

Clerici habentes bona propria olim non participabant de commu-  
nibus, nisi tamen propria non essent sufficientia ad sustenta-

tionem, part. 2. cap. 10. n. 6.

Clerici an hodie habeant dominium reddituum Ecclesiasticorum,  
part. 1. cap. 10. num. 8. & 10. & de rationibus pro affirmatiua,  
num. 11. limitatio ponitur, n. 14.

Clerici conuertentes redditus bonorum Ecclesiasticorum in vsu  
non pios, an teneantur ad restitutionem, parte. 2. cap. 10. nu.  
9. & seq.

Clerici de redditibus bonorum Ecclesiasticorum Ecclesias reparare  
tenentur, & de omnibus alia ad cultum diuinum necessariis  
prouidere, part. 2. cap. 10. num. 12.

Clerici vtentes redditibus Beneficiorum in vsu prophano, lethali-  
ter peccant, part. 2. cap. 10. num. 13.

Clerici in fructibus Beneficiorum equiparantur usufructuariis,  
part. 2. cap. 35. nu. 9.

Clerici non admittuntur ad feuda, part. 3. cap. 28. num. 3. & in  
ipsis non succedunt, dicta tertia parte, cap. 48. num. 1. & seqq.

precipue, quia personale seruitium Dominum praestare non pos-  
sunt, num. 10. quod extenditur etiam ad Clericos prima con-  
suetudine tamen beneficium, num. 12. secus si Beneficium

careant, num. 18. possunt tamen beneficia habere, ipsa relin-  
quere, & in feuda succedere, num. 14. Et regula procedit etiam

in clericis, qui ex fraude paterna clericatum assumpserunt adhuc  
enim non succedit, nec restitui potest, num. 13. Limitatur

conclusio, si feudum requirat solum aliquod seruitium, quod  
per clericum praestari possit, num. 19. unde succedunt clerici,

si feudum requirat solum seruitium reale, num. 20. Et idem  
est in aliis religijs bonorum capacibus, num. 21. vel si requirat

seruitium, quod per substitutum praestari possit, num. 23. &  
an succedant ad alia feuda, ad qua femina admittuntur, nu.

34. & quid si dominus concedat feudum post adeptum clericat-  
um, num. 25. & quid stante consuetudine, vt succedant, nu.

26. & 27. & an succedant in feudo conce-  
ssio pro quibuscum-  
que successoribus, num. 28. in feudo tamen franco bene succe-  
dunt, num. 30.

Clerici filij spurii nec ratione dotis nec alimentorum aliquid  
relinquere possunt, declaratur num. 27. quid obseruetur, num.

28. & antea, num. 29.

Clerici possunt praestare iuramentum fidelitatis laico, si ab ipso  
aliquid temporale recipiat, & quare, part. 3. cap. 48. num. 65.

Clerici si conueniantur non rei singuli, sed vii de vniuersitate  
non debent conueniri coram Iudice Ecclesiastico, part. 3. cap.

49. num. 24.

Clerici bella sunt prohibita, part. 3. cap. 48. num. 6. & quare  
num. 37. & 60.

Clerico Breuiarium non est auferendum, part. 1. cap. 27. num. 37.

Clericorum bona post eorum mortem non dicuntur amplius bona  
clericorum, part. 3. cap. 8. n. 8.

Clericus factum bonorum tenetur communicare sociis fructus  
illos, de quibus disponere potest, part. 2. cap. 10. num. 24.

Clericus de redditibus bonorum Ecclesiasticorum potest alimenta  
destruere, & proprios redditus conseruari, part. 2. cap. 10.

num. 18. & ipsis potest etiam soluere propria debita, num. 19.  
hospitesque recipere, & alia facere obsequia, nu. 21.

Clericus distribuendo redditus Ecclesiasticos potest eligere consan-  
guineos pauperes, part. 2. cap. 10. n. 22.

Clericus etiam aegrotans & in periculo mortis existens potest  
redditus beneficiorum dare pauperibus, part. 2. cap. 10. nu. 23.

Clericus in minoribus constitutus an possit legitimare filios per  
subsequens matrimonium, part. 3. cap. 23. num. 3.

Clericus coram laico conueniri non potest, part. 3. cap. 49. nu. 4.

Clericus si fuerit reperi-  
tus in crimine cum pluribus laicis omnis  
remitti debent ad Iudicem Ecclesiasticum, part. 3. cap. 49. n. 12.

Clericus potest conueniri coram iudice laico per viam renun-  
tationis, part. 3. cap. 49. nu. 26.

Cogniti à feudorum successione repelluntur, part. 1. cap. 46. n. 26.

Cohabitatio necessaria est ad inducendam omnium bonorum  
societatem, part. 3. cap. 13. nu. 4. declaratur, num. 5. non requi-  
ritur tamen aliquod certum tempus, num. 6.



- Coherensia persona ad alios transire non solent*, part. 3. cap. 28. num. 7.
- Coheredes tenentur quatenus defunctus, vel testator erat obligatus*, part. 2. cap. 32. nu. 5.
- Coheredes non possunt conueniri actioni furti*, part. 3. cap. 55. n. 15.
- Coheredes, emens iuenerit partem hereditatis subiectam fideicommissio, non potest agere pro euictione*, part. 3. cap. 39. nu. 17. licet secum sit in extraneum, nu. 18.
- Coitus cum sorore dicitur prohibitus de iure naturae, & diuino*, part. 3. cap. 57. nu. 3. & 6.
- Coitus cum uxore fratris non est prohibitus de iure natura, & diuino*, part. 3. cap. 57. n. 9.
- Coitus non dicitur de essentia matrimonij*, part. 3. cap. 11. n. 66.
- Collatio apud iurisperitos quomodo accipitur*, part. prima, cap. 12. num. 2.
- Collatio cur inducitur*, part. 1. cap. 12. n. 4. cap. 13. n. 9. & cap. 14. nu. 4. & à quibus, dicto cap. 13. nu. 1. & seqq.
- Collatio hodie fit etiam ex testamento*, part. 1. cap. 12. n. 5. & cap. 13. nu. 8. & 9.
- Collatio locum non habet inter succedentes diuerso iure*, part. 1. cap. 14. nu. 1. 6. & 9.
- Collatio non habet locum nisi in casibus in iure expressis*, part. 1. cap. 14. num. 8.
- Collatio solum locum habet inter descendentes ascendentibus succedentes*, part. 1. cap. 15. nu. 1. etiam si cum ipsis succedant extranei, nu. 17. Nec sibi locum vindicat inter collaterales succedentes collateralibus, nu. 3. & 7. nec inter extraneos, nu. 16.
- Collatio inter eos fieri debet, quibus legitima, vel honorum possessio debetur*, part. 1. cap. 15. nu. 5.
- Collatio ad hoc, ut locum habeat inter descendentes ascendentibus succedentes, qua sint necessaria*, part. 1. cap. 16. num. 1. 8. & 13.
- Collatio an habeat locum inter filios matri succedentes*, part. 1. cap. 16. nu. 2.
- Collatio consideratur solum in casu successione*, part. 1. cap. 18. num. 9.
- Collatio non inducitur ex sola aequalitate*, part. 1. cap. 19. n. 2.
- Collatio dotis quomodo fieri debeat*, part. 1. cap. 21. n. 3. ubi ponitur distinctio.
- Collatio locum habet in omnibus data filiis contemplatione matrimonij*, part. 1. cap. 21. nu. 20.
- Collatione inducitur communio rerum proprietarum*, part. 1. cap. 15. nu. 13.
- In Collatione quod nomen tempus attendatur*, part. 1. cap. 21. n. 4.
- Collationis nomen varias habet significationes*, part. 1. cap. 12. num. 1.
- Collationis dispositiones*, part. 1. cap. 12. num. 3.
- Collationis materia à lege dependet, non ratione, & ideo non fit extensio*, part. 1. cap. 15. nu. 11. & seq.
- Collationis ratio in emancipatis cessat*, part. 1. cap. 15. n. 25.
- Collectae sunt in triplici differentia*, part. 2. cap. 15. nu. 19. & quae proprie sint collectae, nu. 22.
- Collegium, seu vniuersitas dicitur corpus fictum*, part. 3. cap. 49. num. 25.
- Colonus partiaris Ecclesia de sua portione decimas, & alia impositiones soluit debet*, part. 2. cap. 25. num. 1. 3.
- Comites Palatini, & à Principibus potestatem habentes sunt legitima*, part. 3. cap. 25. nu. 6. requiritur tamen consensus parentum, nu. 57. & causa, unde non creditur ipsi assentibus motos fuisse ex causa, n. 79.
- Commoditas in diuisionibus est spectanda*, part. 3. cap. 38. nu. 27.
- Communicatio capitalis an intelligatur facta inter socios, quorum vnus ponat operam, alter capitale*, part. 3. cap. 59. n. 16.
- Communio fructuum necessaria est inter omnium bonorum socios, quae tamen non sufficit*, part. 2. cap. 13. n. 7. & 8.
- Communio fructuum non arguit communionem proprietatis*, part. 2. cap. 13. nu. 9.
- Communio longa temporis arguit societatem omnium bonorum*, part. 2. cap. 14. nu. 1. declaratur num. 3. & 4.
- Communio rerum humanarum difficilis*, part. 3. cap. 1. nu. 28. num. 12.
- Communio ratione plura competere, remissum*, part. 2. cap. 25.
- Communio res, si sit vendenda, ille debet preferri, qui in ea maiorem habet partem*, part. 3. cap. 36. nu. 45. & cap. 38. n. 44.
- Complementarius vnus rationis omnes obligare potest*, part. 2. cap. 48. n. 12. quod ampliat n. 13. & quae requiruntur, nu. 14. & 15.
- Computa reserua inter fratres arguunt, non fuisse contractam omnium bonorum societatem*, part. 2. cap. 18. nu. 4. de latatur nu. 5.
- Concedens pro illis intelligitur concedere, pro quibus recipiens intelligitur recipere*, part. 1. cap. 38. nu. 7.
- Concessa contemplatione patris imputantur in legitimam filij*, part. 1. cap. 38. num. 42.
- Concessio pro, & suis intelligitur pro se, & suis heredibus*, part. 1. cap. 38. n. 4. & de quibus heredibus, nu. 8.
- Concessio feudis, & Emphyteusis eisdem verbis facta dicitur*, part. 1. cap. 38. nu. 9.
- Concessio feudi pro se, & filijs intelligitur facta pro se, & filiis ut heredibus*, part. 1. cap. 38. n. 11. & intelligitur de masculis, nu. 14. & quid in Emphyteusi, nu. 15.
- Concessio facta pro masculis, & foemina intelligitur pro masculis pro masculis & in defectum pro foemina*, part. 1. cap. 38. n. 17.
- Concordia à iudice suaderi, non imperari potest*, part. 3. cap. 36. nu. 9. nisi tamen adsit timor scandalis, nu. 10.
- Conditio vnus ex sociis non debet esse deterior conditione alterius*, part. 3. cap. 56. nu. 5.
- Conditio remouens ab ingressu religionis non valet*, part. 3. cap. 6. n. 1.
- Conditio impeditiva matrimonij reuocatur*, part. 3. cap. 6. num. 3.
- Conditio, si decesserit sine filijs, in his, qui filios absque peccato procreare non possunt, habetur pro pura*, part. 3. cap. 22. n. 18.
- Conditio, ut mulier habeat minorem agem, si Monasterium ingreditur, an dicatur remouere ab ingressu religionis*, part. 3. cap. 6. num. 10.
- Conditiones in dispositionibus hominum attenduntur*, part. 3. cap. 6. nu. 5.
- Consideratio quid sit*, part. 3. cap. 48. nu. 62.
- Conferri data filijs occasione dignitatis acquirenda*, part. 1. cap. 27. nu. 35.
- Conferri quae debent, profecticia dicuntur*, part. 1. cap. 40. n. 6.
- Conferri debere, quae imputantur in legitimam, quomodo intelligendum*, part. 1. cap. 17. nu. 9.
- Conferuntur, ergo imputantur non valet argumentum*, part. 1. cap. 40. num. 13.
- Confessione extraiudiciali probatur societas*, part. 2. cap. 14. n. 17. & 18. prout confessione facta respondendo positionibus, n. 19. vel in aliquo instrumento, nu. 20.
- Confiscari si debeant bona patris, quae portio filijs tenet reseruanda*, part. 1. cap. 33. n. 5. & quid debeat reseruari legitima, n. 62. remissum.
- Confiscatio dicitur prohibita per prohibitionem alienationis*, part. 3. cap. 56. n. 48. n. 22. n. 23. n. 24. n. 25. n. 26. n. 27. n. 28. n. 29. n. 30. n. 31. n. 32. n. 33. n. 34. n. 35. n. 36. n. 37. n. 38. n. 39. n. 40. n. 41. n. 42. n. 43. n. 44. n. 45. n. 46. n. 47. n. 48. n. 49. n. 50. n. 51. n. 52. n. 53. n. 54. n. 55. n. 56. n. 57. n. 58. n. 59. n. 60. n. 61. n. 62. n. 63. n. 64. n. 65. n. 66. n. 67. n. 68. n. 69. n. 70. n. 71. n. 72. n. 73. n. 74. n. 75. n. 76. n. 77. n. 78. n. 79. n. 80. n. 81. n. 82. n. 83. n. 84. n. 85. n. 86. n. 87. n. 88. n. 89. n. 90. n. 91. n. 92. n. 93. n. 94. n. 95. n. 96. n. 97. n. 98. n. 99. n. 100.
- Confiscantis bonum paternum, quantum portio reseruabatur olim filijs, & quae hodie*, part. 3. cap. 17. n. 4. & 5. & quanta sit hoc casu etiam legitima, n. 7.
- Confiscari si debeant bona materna, nulla filijs reseruatur legitima*, part. 3. cap. 17. nu. 8.
- Consuetudo efficacioris praualere debent*, part. 2. cap. 18. nu. 16. eorumque maior numerus attenditur, n. 17.
- Continentes ex utroque latere an considerentur in patribus succedentibus filijs*, part. 3. cap. 14. n. 11.
- Consanguinei, & versus, si concurrant inter se, qui nati praesertantur*, part. 3. cap. 14. n. 27. & seqq.
- Consanguinei tantum an excludantur reserua, & ponitur de latatur*, part. 3. cap. 14. n. 30. & 12. & ponitur de latatur, n. 31.
- Consanguinei succedant in feudis nulla consideranda vinculo*

duplicitate, part. 3. cap. 46. nu. 27.

Consanguinitatum appellacione in retractu non veniunt feminae, part. 3. cap. 36. num. 52.

Consanguinitas praesens alienationi nullo modo sibi prauidicat circa retractum, part. 3. cap. 43. nu. 4. nec circa alia, si collat tanquam consanguineus interueniat, num. 16. sed an sufficiat potuisse cogi, vel sit necessaria coactio de facto, n. 17. & ponitur distinctio num. 18.

Consanguineus consanguineo stipulari non potest, part. 3. cap. 44. num. 3.

Consanguineus non potest iudicare de iniuria facta consanguineo, part. 3. cap. 51. n. 4.

Consensus, ut alij paciscantur super sua hereditate, potest quandoque reuocari, part. 3. cap. 12. num. 17.

Consensus tacitus non sufficit ad venditionem rei propriae, part. 3. cap. 43. num. 2.

Consensus, non concubitus, facit nuptias, part. 3. cap. 11. n. 66.

Consensus illius de cuius prauidicio agitur, an & quando facias cessare delictum, part. 3. cap. 12. num. 10.

Consensus non solum verbis, sed etiam factis demonstratur, part. 2. cap. 2. num. 3.

Consensus praestitus favore vnius personae an prauidicat respectu alterorum, part. 3. cap. 43. n. 69.

Consensus patris tollit defectum patriae potestatis, part. 1. cap. 10. num. 7.

Consentiens alienationi perdit hypothecam, part. 3. cap. 43. numero 70.

Consentiens in antecedenti, censetur consentire in consequenti, part. 3. cap. 13. nu. 66.

Consentiens ceteri nullo sibi non prauidicat, part. 3. cap. 43. n. 27.

Consentiens venditioni ipsam amplius impugare non potest, part. 3. cap. 43. nu. 47. quod nonnullis declaratur modo, num. 48. 49. & 50.

Consentiens venditioni rei communis adhuc partem pretij petere potest, part. 3. cap. 43. num. 51.

Consobrinus non potest cogi ad faciendum testimonium contra consobrinum, part. 3. cap. 50. n. 13.

Consuetudo tollit ius succedendi, remissive, part. 3. c. 17. nu. 21.

Consuetudo non extenditur de casu ad casum, & probanda est in specie de qua est controversia, part. 3. cap. 48. n. 54.

Consuetudo longissima facit praesumti titulum requisitum, part. 3. cap. 59. num. 46.

Contemplatione patris, qua filius habuit in legitimam imputatur, part. 1. cap. 40. nu. 5.

Contingitas loci in diuisionibus considerari solet, part. 3. cap. 38. num. 25.

Contractus, qui ex solo consensu perficiuntur, resultant tacite ex patientia partium, part. 2. cap. 1. num. 9.

Contractus cum pupillo, & minore potest claudicare, part. 2. cap. 15. n. 10. & quid in societate, nu. 11. & seq.

Contrahens cum pupillo remanet obligatus, part. 2. cap. 15. num. 10. 9.

Contrahens cum persona inhabili etiam non requisitus tenetur ad restitutionem, part. 1. cap. 3. num. 73.

Contrahens nomine officij non praesumitur acquirere nomine proprio, part. 1. cap. 8. num. 33.

Contrahere quis non potest expressè, nec etiam tacite contrahere voluisse praesumitur, part. 2. cap. 15. nu. 6. & 7.

Contrahentium eadem disciplina, part. 2. cap. 41. nu. 6.

Correctio legum non est de facili admittenda, part. 3. cap. 13. num. 56.

Correlatiuorum regula non procedit stante rationis diuersitate, part. 3. cap. 11. nu. 160.

Crimen laesae maiestatis commissum à patre successione priuatur filios, part. 3. cap. 17. n. 1. etiam respectu legitima, nu. 2. & de rationibus numeris seqq.

Crimen laesae maiestatis committentis, etiam olim confiscabantur bona, part. 3. cap. 17. nu. 3.

Crudelis est, qui carnem suam odio prosequitur, part. 3. cap. 53. num. 6.

Culpa in re propria est culpanda, non punienda, part. 3. cap. 59. num. 14.

Culpa latissima, latior, leuissima, leuissima, qua sunt, part. 2. cap. 46. num. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. & quales sint relinquuntur arbitrio iudicis, nu. 22.

Culpa non caret, qui ad loca non tuta se confert, part. 2. cap. 31. nu. 9. & 12.

Culparum distinctiones, part. 2. cap. 46. nu. 2.

Culpa considerantur secundum qualitatem personarum, part. 2. cap. 46. num. 21.

Cultuatio à socio impediri non potest, part. 3. cap. 35. nu. 1. Et quid si fuerit facta cultuatio socio inuito, nu. 3.

Curator non potest remittere iura pupilli, part. 3. cap. 13. nu. 48.

Cursus Michalory fratris auctoris sit mentio, part. 1. cap. 25. n. 18.

## D

Damna, & lucra in societate debent esse communia, part. 3. cap. 59. num. 19. & 22.

Damna prouenientia ubi ex socio fortuito casu sunt communia, scilicet si eius culpa, part. 2. cap. 31. nu. 1. & 3. nec tali casu sit aliqua compensatio cum lucro, nu. 4.

Damna in sociis particularibus quando debeant esse communia, part. 2. cap. 31. num. 18. & 19.

Damna societatem ipsam non respicientia non debent esse communia inter bonorum socios, part. 2. cap. 11. nu. 26.

Damna vnde cumque prouenientia sunt communia inter omnium bonorum socios, part. 2. cap. 21. num. 12. etiam si seorsum habeant, nu. 13. dummodo non proueniant ex culpa vnius tantum, nu. 14.

Damna omnia, & omnes expensas debere esse communes inter omnium bonorum socios, procedit etiam si personam vnius tantum respiciant, part. 2. cap. 28. nu. 13.

Damnatum ad metallum sine ulla temporis praescriptione perpetuo intelligitur damnatum, part. 2. cap. 37. n. 13.

Damnium incursum ob fraudationem gabella an debeat esse commune inter omnium bonorum socios, part. 2. cap. 31. n. 13.

Damnium socij, cui in debitu fuit facta renunciatio, probatur eius iuramento, part. 2. cap. 36. n. 14.

Damnium ab eo refarciri debet, cuius culpa fuit securum, part. 3. cap. 36. nu. 39.

Data filijs, an occasione militia data intelligantur, part. 1. cap. 1. num. 10.

Data causa conditionis implenda an sint imputanda in legitimam, part. 1. cap. 35. num. 140. & 5. & per totam. Et quid si conditio debeat adimpleri ab ipsomet filio, nu. 14. & distinctio an data sint hereditaria, vel non hereditaria impugnatur, num. 11. & num. 13. ponitur distinctio auctoris.

Data causa conditionis adimplenda accipiuntur à filio quodam aduentitio casu, part. 1. cap. 35. num. 6.

Data parentibus an imputentur in legitimam nepotum, part. 1. cap. 40. num. 45.

Debita ab vno tantum contracta de communi solui debent inter omnium bonorum socios, part. 2. cap. 35. num. 1. & per totum, etiam si commundum vnius tantum respiciant, nu. 2. & etiam si veniant soluenda iam finita societate, nu. 3. dummodo tamen culpa vnius considerari non possit, nu. 5. 6. & 9.

Debitum soluens vni ex fratribus, durante communiione, ab omnibus discurt liberatus, part. 2. cap. 48. nu. 17. & idem est in soluente vni ex sociis, nu. 18.

Debitum contractum à filio in studio debet solui de communi tanquam es alienum, part. 1. cap. 16. n. 11.

Discipline extinguitur societas, part. 2. cap. 38. nu. 10. & an insuper necessaria sit cessio, nu. 11. & 12. & ponitur distinctio, n. 14. & 15.

Delicta secundum quid, qua sint, part. 3. cap. 12. nu. 110.

Delictum graue, vel leue in materia accusacionis quale sit, part. 3. cap. 12. nu. 110.

part.

part.

part.

part.

- part. 3. capit. 54. numero 10.  
 Demones debent ali ex bonis à quibus excluduntur, part. 3. cap. 29. nu. 8.  
 Demone filius admittitur in primogenituris, excluso patruo, part. 3. cap. 29. nu. 6.  
 Demeritum pactum super hereditate viuentis tertiam lucratur partem, & si quis se ipsum denunciaret medietatem, part. 3. cap. 12. nu. 8.  
 Deportati non succedunt, part. 3. cap. 11. nu. 184.  
 Depressi parentibus non succedunt, part. 3. cap. 17. n. 10.  
 Descendentium, & agnatorum necessaria est mentio in impetratione legitimacionis, part. 3. cap. 25. n. 54.  
 Descendentes ex feminis exclusis in infinitum, extantibus masculis, an ipsi deficientibus, in infinitum dicantur vocati, part. 3. cap. 10. n. 29.  
 Deus sepe de medio malos tollit, nec eorum crescant peccata, & bonos, ne improborum nequitia eorum peruertat intellectum, part. 2. cap. 32. n. 5. & 6.  
 Deus à principio certas dedit matrimonij leges, part. 3. cap. 38. numero 5.  
 Dicitio taxativa, includit omnes casus prater exclusos, part. 1. cap. 3. num. 55.  
 Dicitio, donec, quousque, quamdiu, quid importent apposita in institutione, part. 3. cap. 13. nu. 11. & seqq.  
 Dicitio aliorum est repetitiva similium, part. prima, cap. 17. n. 6.  
 Dicitio, quantumvis, vniuersali ad casus habiles se refert, part. 3. cap. 8. n. 29.  
 Dictiones, donec, quousque, quamdiu, & similes apposita in institutione important conditionem, part. 3. cap. 13. n. 11. & seq.  
 Dictiones generales restringuntur secundum naturam actum, cui attribuantur, part. 3. cap. 7. nu. 46.  
 Differentia inter ius civile, & pratorium quantum ad successionem hodie est subleata, part. 1. cap. 16. nu. 6.  
 Diffinitio circa modum negotiandi inducit diffinitatem consensu, part. 2. cap. 44. nu. 2.  
 Dignior trahit ad se minus dignum, part. 3. cap. 49. n. 3.  
 Dignitas per inopiam perit, part. 3. cap. 11. nu. 155.  
 Dilapidare, est etiam sociis omnium bonorum prohibitum, part. 2. cap. 34. nu. 10.  
 Dissoluta in descendentes in ascendentes non procedunt, part. 1. cap. 15. nu. 9.  
 Dispositio ediosa facta in casu simplicis mixtum non comprehendit, part. 1. cap. 14. n. 11.  
 Dispositio facta pro certo tempore, ultra illud tempus non extenditur, part. 2. cap. 36. n. 27. & cessat ex natura limitati temporis, nu. 28.  
 Diuidentes non dicuntur alienare, part. 3. cap. 41. nu. 85.  
 Diuidens possunt heredes, non obstante prohibitione paterna part. 2. cap. 43. nu. 29. & non obstante iuramento, num. 30. quod ad inuicem retinere possunt, nu. 32. & renunciare prohibitioni paterna, num. 31.  
 Diuidis multa possunt, qua tamen alienari non valent, part. 3. cap. 38. nu. 5.  
 Diuisio fraudolenta debet reformari, part. 3. cap. 38. nu. 12. & 19. & etiam si notabilis ad sit deceptio, nu. 20.  
 Diuisio inter fratres secundum aliquos debet fieri per sortes, part. 3. cap. 38. n. 14. sed id iudicij arbitrio esse relinquendum, n. 15. nisi aliter consuetudo disponat, nu. 17.  
 Diuisio, qua fecit transitum in iudicatum, retractari non debet, part. 3. cap. 38. nu. 31. nec potest rescindi sub pretextu lesionis, si enitio sequatur ex natura rei, vel factio auctorum, data tamen onerum scientia tempore diuisionis part. 3. cap. 39. n. 16.  
 Diuisio fieri non debet, si rei substantia corrumpatur, part. 3. cap. 38. nu. 28.  
 Diuisio facta à patre etiam scriptura priuata obseruari debet, part. 3. cap. 40. nu. 5. imò idem si aliqua non adesset scriptura, num. 6.  
 Diuisio facta per sententiam, non extenditur ad futuros eueniunt, part. 3. cap. 41. numero 19.  
 Diuisio est transactionis species, part. 3. cap. 43. nu. 24.  
 Diuisio non presumitur, si vnus solum possideat, part. 3. cap. 42. nu. 11. nec minus presumitur, si vnus vnam rem, aliter aliam possideat, nu. 12. & quid si inter ipsos per longum tempus fuerit separata possessio, nu. 13. quod variis modis declaratur, n. 15. 16. & 17.  
 Diuisio quando presumitur, etiam solemniter facta presumitur, part. 3. cap. 42. nu. 14.  
 Diuisio habet vim permutationis, part. 3. cap. 39. nu. 4.  
 Diuisio fieri potest ex causa superueniente, etiam si aliter dispositio testator, part. 2. cap. 43. nu. 25.  
 Diuisio inter rusticos, qui simul vixerunt, & simul operati fuerint, quomodo fieri debeat, secundum Borgu. part. 2. cap. 35. n. 1. quod improbat, nu. 2. & seqq. & quomodo intelligi debeant Doctores per ipsum citati, nu. 50.  
 Diuisio inter fratres quomodo fieri debeat, part. 3. cap. 1. nu. 29.  
 Diuisio ratione maxima inaequalitatis non presumitur, part. 2. cap. 18. nu. 9.  
 Diuisio fieri debent ex bono, & equo, part. 3. cap. 38. n. 18.  
 Diuisio prohibita vsque ad certum tempus per testatum em fieri potest, part. 2. cap. 43. num. 3. & 26. etiam si fuerit facta per tempus incertum, n. 24. & 28. & etiam si aliqui ex hereditibus fuerint minores, nu. 27. & quid si fuerit dictum, durante vita, nu. 5. & 11.  
 Diuisio multa commoda afferunt, part. 3. cap. 11. n. 134. & seqq. & conferunt ad familiarum conseruationem, ut ibi, de quo etiam in eadem part. 3. cap. 3. nu. 2.  
 Doctores etiam militare dicuntur, part. 1. cap. 23. nu. 2. & nobiles appellantur, n. 3. praferunturque militibus, nu. 6. & ipsorum Leudes, num. 4.  
 Doctores, & scolares habent privilegium, ut possint tempore diuisionis retinere libros, & soluere pretium, part. 2. cap. 29. num. 29.  
 Doctoribus libri non sunt auferendi, part. 1. cap. 27. nu. 37.  
 Doctoribus que dantur, ratione operatum data non consentiunt, part. 2. cap. 11. nu. 9.  
 Dolus quid sit, part. 2. cap. 46. nu. 4. duplicemque esse, nu. 5.  
 Domestico dissidio nullum terrium, part. 3. cap. 1. nu. 17.  
 Dominium transferri ipso iure inter omnium bonorum socios, quomodo intelligendum, part. 2. cap. 8. n. 6.  
 Dominium rerum immobilium minorum non transfertur, nisi accedente iudicij decreto, & curatorum consensu, part. 2. cap. 15. num. 19.  
 Dominium sine possessione non transit ex titulo singulari, part. 2. cap. 20. nu. 3.  
 Dominium rei posita in societate remanet apud ponentem, part. 3. cap. 59. nu. 8.  
 Dominium an transferatur ex contractu nullo, part. 1. cap. 3. num. 72.  
 Dominium capitalis positi in societate cuius sit, non consideratur quantum ad eum damnatum, sed solum an occasione societatis perierit, part. 3. cap. 59. nu. 20. & 32.  
 Dominium feudis praesenti alienationi an intelligatur consentire, part. 3. cap. 43. num. 12. & quid in domino rei Emphyteotica, num. 13.  
 Dominum directum non cogitur iniunctum alium vasallum acceptare, part. 3. cap. 46. n. 10.  
 Dominum communem habitans, an teneatur socio ad pensionem, part. 3. cap. 36. nu. 25. vbi ponitur regula cum tribus limitationibus.  
 Dominum communem habitare volens, potest cogere socium ad sibi locendum eum portionem, part. 3. cap. 36. nu. 22.  
 Dominum diuidentem per solaria, an intelligatur sibi viam reseruare, part. 3. cap. 36. nu. 46.  
 Dominum vnus quando venit destruenda, res in ipsa existentes destrui non debent, part. 3. cap. 36. nu. 43.  
 Dominus communis cui sit locanda, si domini sint discordes, part. 3.

- cap. 36. num. 6. & seqq. & quod preferatur volens locare persona honesta, nisi tamen domus fuerit posita in lupanario, n. 7. & quid si ambo persona honesta locare velint, n. 8. & seqq. & forte id esse dirimendum aliqui dicunt, nu. 11.
- Donna communis clausura à sacro frangi potest, si sit impedimento, ne socius re communi utatur, par. 2. cap. 36. n. 19.
- Donna communis an propter vnius delictum possit deponi, par. 3. c. 36. num. 31. & affirmatiue ponitur conclusio, numero 32. & quod iudex possit commutare hanc penam, numero 33. & cogere socios ad diuidendum, ut illius portio, qui delictum commisit possit distrui, num. 34. idem est si plures in commune habeant domum, num. 35. & si filius velit totam domum destruere, tenetur redimere alteram partem, numero 36.
- Donna si corrumpat, an dominus partis inferioris teneatur eam resistere ad hoc, ut dominus partis superioris ipsa uti possit, par. 2. cap. 36. num. 47. & sicam resistat, an possit repetere partem expensarum à domino partis superioris, num. 49.
- Donati causa mortis potest donationem reuocare, etiam si promiserit non contrahere, par. 3. c. 41. n. 10.
- Donate an possit socius omnium bonorum, & in quibus casibus, par. 2. c. 34. nu. 1. & per totum.
- Donata filio ob causam an debeant conferri, par. 1. c. 20. num. 1. & ponitur regula affirmatiua, n. 4.
- Donataria potest conuenire cum donante, ut non obstante ingratitudine iam remissa, donationem consequi possit, par. 3. c. 11. num. 3.
- Donatio remuneratoria proprie non est donatio, par. 2. c. 13. nu. 30. & seqq. non sufficit tamen de merito fieri mentionem, num. 36. quia requiruntur, numeris sequentibus, & si dicitur, quod non possit reuocari, non praesumitur remuneratoria, num. 40.
- Donatio ob causam non emittitur per transitum ad secunda vota, par. 3. c. 13. num. 41.
- Donatio facta filio, in dubio eius contemplatione facta praesumitur, par. 1. c. 7. num. 4. ampliatur num. 5. 6. 7. 8. 9. & 20. limitatur nu. 11. 12. 13. & 14. de quo etiam n. 17.
- Donatio causa mortis magis accedit ad naturam contractus, par. 1. c. 10. n. 9.
- Donatio vsu fructuum honorum aduentitiorum ex patientia patris, inducitur, par. 1. c. 10. n. 21.
- Donatio facta à filio de bonis aduentitiis absque consensu patris, an morte ipsius patris consuetur, par. 1. c. 10. num. 24.
- Donatio inter patrem, & filium non valet, par. 1. c. 11. num. 1. sed si pater donet filio cum iuramento, num. 3. & de ratione, num. 4. dummodo tamen filius non sit spurius, num. 8. idem si filius donet patri, num. 7. limitatur ut num. 9. valet tamen si fuerit remuneratoria, num. 12. plura tamen requiruntur, de quibus numeris seqq. morte etiam confirmata valet, num. 13. concurrere tamen debent multa, de quibus num. 25. 26. & 27. vel si fuerit facta filio pro dote, num. 29. quod ampliatur nu. 30. & 31. vel propter nuptias, num. 32. & 33. vel in praemium emancipationis, num. 34. & 35. vel propter studium, num. 37. sed an requirat insinuationem, vel possit reuocari, num. 38. & 39. vel si fiat filio naturali, num. 41. declaratur num. 42. vel cum conditione, ut statim ad alium transeat, num. 44. vel causa mortis, num. 45. vel à Principe, num. 46. & 47. vel à matre, num. 48. vel pro legitima, num. 49. vel ob militiam, num. 50. & 51. vel filio non existenti in potestate, nu. 52. vel filio clerico, num. 56. & 57.
- Donatio iurata valet, non obstante decreto prohibente donationes, par. 1. c. 11. n. 5.
- Donatio facta filio cum iuramento, non imputatur in eius legitimum, par. 1. c. 11. nu. 6.
- Donatio remuneratoria facta persone, cui aliter dari non potuisset, ad hoc ut valet, que requiruntur, par. 1. c. 11. num. 11. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. & 21. & an excedat merita, relinquatur arbitrio iudicis, n. 22.
- Donatio in praemium emancipationis, non intelligitur prohibita à decreto donationes prohibente, par. 1. c. 11. n. 36.
- Donatio facta à fratre fratri de consensu patris, an valeat, par. 1. c. 11. num. 53. & 54.
- Donatio simplex an debeat conferri, par. 1. c. 16. num. 1. 2. 3. & 4. & quid si fuerit morte confirmata, par. 1. c. 17. num. 15.
- Donatio simplex an imputetur in legitimam, par. 1. cap. 17. n. 8.
- Donatio habens vim relicti non conferatur, par. 1. c. 17. nu. 11.
- Donatio simplex quando conferatur, par. 1. cap. 17. n. 13. 14. 16. 18. 10.
- Donatio propter nuptias an requirat insinuationem, & an intelligatur prohibita à decreto donationes prohibente, par. 1. cap. 12. nu. 3. 2. & 3.
- Donatio fructuum honorum aduentitiorum non conferatur, par. 1. cap. 17. nu. 12.
- Donatio pro peculio profecticio conferatur, par. 1. c. 17. nu. 17.
- Donatio facta filio emancipato conferatur, par. 1. c. 18. nu. 1. & de ratione, nu. 2. & quid si fuerit facta post emancipationem, n. 5. vel ante, nu. 11. & 13.
- Donatio facta in ipsa emancipatione an sit ob causam, vel simplex, par. 1. c. 18. n. 8.
- Donatio facta filio iuramento confirmata an intelligatur reuocata, si prius decedat filius, par. 1. c. 11. n. 10.
- Donatio simplex facta filio à matre non conferatur, par. 1. c. 19. num. 1. & 9. opponitur num. 3. & 4. & de variis rationibus, nu. 5. 6. 7. & 8. limitatur n. 10. 11. & 12.
- Donatio simplex iuramento vallata conferatur, par. 1. c. 20. num. 16.
- Donatio simplex facta à patre utilior est quandoque filio, ut fiat sine iuramento, par. 1. c. 20. num. 27.
- Donatio facta filio ob merita, commemeratur inter aduentitia, & idem non conferatur, par. 1. c. 24. n. 1.
- Donatio facta filio ob merita, & ob sanguinis coniunctionem ex qua causa magis facta praesumatur, par. 3. capit. 24. nu. 1.
- Donatio facta filio à persona superiore non recognoscens non venit in collatione, par. 1. c. 24. nu. 4.
- Donatio facta sponse quomodo veniat interpretanda, par. 1. c. 28. n. 5. & seqq. & quid in marito donante uxori, n. 6.
- Donatio reciproca inter sponsam, & sponsum valet, par. 1. cap. 28. num. 16.
- Donatio in patre tam praesumitur erga suos, quam emancipatos, par. 1. cap. 31. nu. 5.
- Donatio iuramento vallata non imputatur in legitimam, par. 1. cap. 37. n. 2. prout omnes alia donationes valida à principio, n. 4. sed si morte confirmatione indignant, n. 8.
- Donatio facta filio emancipato an, & quando imputetur in legitimam, par. 1. cap. 37. n. 5. & si fuerit facta cum onere imputationis an imputetur in legitimam nepotum, & n. 7.
- Donatio facta cum onere imputationis imputatur, par. 1. c. 37. num. 10.
- Donatio ascendens ad quantitatem legitima, an, & quando imputetur in legitimam, par. 1. c. 37. n. 15.
- Donatio facta filio pro parte sua an imputetur in legitimam, par. 1. c. 37. n. 16.
- Donatio remuneratoria dicitur debiti solutio, par. 1. cap. 13. n. 31. 34. & 35.
- Donatio imputatur in legitimam si alias sequeretur iniquitas, sed contra par. 1. c. 37. nu. 28.
- Donatio morte non confirmatur, non scata traditione, par. 2. c. 12. num. 6.
- Donatio facta à viro ignobili uxori nobili, vel à seculo uxori iuueni valet, par. 1. c. 28. n. 17.
- Donatio ad hoc, ut sit ob causam, an sit necesse, causam esse necessariam, par. 1. c. 20. n. 5.
- Donatio ob causam impulsivam, secundum aliquos dicitur donatio simplex, par. 1. c. 10. num. 6. & quid in patre, numero 7.

- Donatio facta filio, vt honorificè nubat, dicitur donatio ob causam, par. 1. c. 20. nu. 12.
- Donatio facta intuitu matrimonij an sit simplex, vel ob causam, par. 1. c. 20. nu. 14. & nu. 16. ponitur distinctio.
- Donatio facta à patre ad hoc, vt dicatur ob causam, non est necesse, vt sit ob causam necessariam, par. 1. c. 20. nu. 15.
- Donatio, qua respicit solum utilitatem donatarij, dicitur simplex, par. 1. cap. 20. nu. 17.
- Donatio facta fauore certi matrimonij, etiam utilitatem mulieris respicit, par. 1. c. 20. nu. 18.
- Donatio facta fauore certi matrimonij, non potest retrodonari, par. 1. c. 20. nu. 19.
- Donatio facta fauore matrimonij incerti, requirit insinuationem, par. 1. c. 20. num. 21.
- Donatio facta fauore certi matrimonij debet conferri, par. 1. c. 20. nu. 22. limitatur nu. 23.
- Donatio facta fauore matrimonij an debeat imputari, par. 1. cap. 20. num. 24.
- Donatio facta fauore certi matrimonij, non valet, non secuto matrimonio, par. 1. c. 20. nu. 25.
- Donatio in dubio non presumitur, par. 2. cap. 28. num. 12.
- Donatio presumitur fauore dotis, & studij, par. 2. c. 29. nu. 19. & 27.
- Donatio ex simplici traditione regulariter non presumitur, par. 2. c. 29. nu. 22. fallit vbi.
- Donatio vni ex socijs facta tertio proprio nomine, nullam societati offert commoditatem, par. 2. c. 34. nu. 3.
- Donatio de bonis existentibus in aliquo loco, n. n. comprehendit iura, & actiones, par. 3. c. 7. nu. 37.
- Devotiones parentum non praiudicant filijs in legitima, par. 1. cap. 33. nu. 47.
- Donationes propter nuptias filijs facta, imputantur in legitimam nepotum, par. 1. c. 40. nu. 25.
- Donationes facta à parentibus causa mortis, non conferuntur, par. 1. c. 24. nu. 3.
- Donationes ob causam non differunt quantum ad collationem, tam si sint facta à patre, quam à matre, par. 1. c. 20. n. 3.
- Donationes occasione matrimonij dicuntur donationes ob causam, par. 1. cap. 20. num. 13.
- Donationes facta contemplatione secundis viri, non praiudicant filijs primi matrimonij, par. 3. c. 13. num. 126.
- Donationum in peculium quasi castrense, distinctio, par. 1. cap. 23. nu. 8. & 9.
- Dones, & quousque masculi superuixerint, quid importare videatur, par. 3. c. 10. nu. 7.
- Dos data filia, vivente auro, an sit ab ipso filio conferenda, par. 1. cap. 51. nu. 2.
- Dos data auro nepi, an imputetur in partem patris nepis, par. 1. c. 31. num. 3.
- Dos an succedat loco legitima in filiabus exclusis à statuto, par. 1. c. 33. n. 8. & par. 3. c. 4. nu. 14. 15. 16. & 17.
- Dos deducitur vti ad alienum, par. 1. c. 33. nu. 9.
- Dos, & donatio propter nuptias imputantur in legitimam, par. 1. c. 37. num. 17. ampliatur nu. 18. & de ratione, nu. 19. idem est, si dos fuerit data in pecunia, nu. 20. Et idem in dote data filia monasterium ingredienti, num. 22. & in alijs rebus datus tempore ingressus monasterij, num. 23. & quid si pater post dotem datam reliquerit filio legitimam, nu. 25. & 26. & quid stante statuto exclusio seminarum, nu. 27.
- Dos data nepi an imputetur in eam legitimam, par. 1. c. 37. numer. 24.
- Dos data ab auro nepi, an debeat imputari in legitimam sibi debitam in bonis patris, par. 1. cap. 39. n. 3. & quid in dote data à patruo, num. 4. 8. & seqq.
- Dos data ab auro loco bonorum maternorum, dicitur aduentitia, par. 1. c. 39. nu. 31.
- Dos relicta ab auro nepi, à filio tamen prestanda, dicitur aduentitia, par. 1. c. 39. nu. 32.
- Dos relicta ab auro nepi, post institutionem filij, dicitur aduentitia, par. 1. c. 39. nu. 74.
- Dos relicta nepi ex filio exheredato, intelligitur relicta contemplatione nepis, par. 1. c. 39. num. 35.
- Dos relicta nepi ab auro, intelligitur relicta contemplatione nepis, si aliter filius remaneret damnificatus in legitima, par. 1. cap. 39. num. 36.
- Dos data ab auro nepi, quam dotare tenebatur, cuius contemplatione data intelligatur, par. 1. c. 39. nu. 37.
- Dos data ab auro nepi, an veniat imputanda in legitimam filij, quam ex bonis patris consequi debet, par. 1. cap. 39. nu. 38. 39. & 40.
- Dos data filio, an veniat imputanda in legitimam nepotum, par. 1. c. 40. nu. 1. & per totum: in qua questione tres referuntur opiniones, nu. 2. & reprobat distinctio Bald. nu. 11. & conclusio affirmativa ampliatur, nu. 22. 23. & 24. idque esse in multis casibus indubitabile, nu. 26. 27. 28. & 29. & numeris sequentibus plures ponuntur limitationes, & quomodo conclusio affirmativa veniat intelligenda, nu. 44.
- Dos data matri à filio non conferitur, par. 1. c. 40. num. 4.
- Dos data filia, ipsa decedente, ad patrem reuertitur, par. 1. c. 40. num. 8. licet de consuetudine apud filios remaneat, nu. 9. & 16. quod non est inutile scire, nu. 17. & declaratur, in quibus terminis Doctores intelligant hanc consuetudinem, quod imputatur sub nu. 9.
- Dos non debet esse minor legitima, quando instituti sunt extranei, par. 3. c. 3. num. 23.
- Dos qua debet dari in subsidium, non est rigorose taxanda, par. 3. c. 3. nu. 24. & c. 33. num. 24.
- Dos dari solita monasterio dicitur congrua, nec peti potest aliquod supplementum, par. 3. c. 6. num. 21.
- Dos data filia, quando ex tacita voluntate patris, non debeat conferri, par. 1. c. 18. num. 15.
- Dos data filia, ab ipsa est conferenda, si de patris hereditate agatur, par. 1. c. 21. nu. 1.
- Dos effecta inexigibilia, quomodo conferri debeat, par. 1. cap. 21. numer. 5.
- Dos aduentitia olim sua debebat conferri, etiam si non esset profecta ab eo, de cuius hereditate agebatur, par. 1. c. 21. nu. 8. quod videtur mirandum, num. 10. & quomodo id fuerit correctum, num. 11.
- Dos, & donatio propter nuptias, quantum ad collationem aequiparatur, par. 1. c. 21. nu. 19.
- Dos, quam vni ex socijs consequitur, non communicatur inter bonorum socios, par. 2. c. 11. nu. 12. & quid in fructibus, n. 13. idem in lucro dotis, nu. 14. licet secus sit in socijs annuum bonorum, par. 2. c. 13. per totum.
- Dos inofficiosa non praiudicat filijs primi matrimonij, par. 3. c. 13. num. 102.
- Dos potest detrahi de bonis subiectis fideicommissis, si bona libera non adsint. Et qui debeat probare, bona libera non adfuisse, num. 9. non potest tamen detrahi de bonis feudalibus, num. 10.
- Dos data de communi, si veniat restituenda finita societate, vel & durante cui sit restituenda, par. 2. c. 28. nu. 31.
- Dos an possit esse minor legitima, & an sic arbitrari possit, par. 3. c. 3. num. 17. & 18.
- Dos an debeant feminis exclusis ante tempus nuptiarum, & ponitur distinctio, par. 3. c. 4. num. 11.
- Dos an succedat loco legitima, est distinctio, par. 3. c. 4. num. 14. de quo & num. 15. 16. & 17.
- Dos danda à fratribus feminis exclusis, non debetur, nisi adueniente tempore nuptiarum, par. 3. c. 4. num. 20. nec hinc dicit potest statutum arctare ad nubendam, num. 21. nec est in hoc differre inter dorem legatam, vel à fratribus prestandam, numer. 21.
- Dos relicta, vel à fratribus prestanda ante tempus, non transfertur ad heredes, par. 3. c. 4. num. 23. declaratur num. 24.

- Dos succedit in nonnullis casibus loco legitima**, si femina sint per statutum exclusa; quos tamen casus non probat auctor, num. 30. & pluribus seqq. succedit tamen loco legitima, si appareat, bene fuisse mentem statuentium, part. 3. c. 4. num. 36. vel testatoris, num. 45.
- Dos detrahi potest de bonis subiectis fidei commissio**, part. 3. c. 35. etiam si ultre ius adfit prohibitio, ne bona alienentur, num. 10. & quid si in specie sit factum, ne possint alienari, nec etiam in causam dotis, num. 11. & num. 12. ponitur distinctio. Sed hec procedunt in fideicommissis inducitis à patre, vel auo, sed quid in fideicommissis fraterno, num. 13. vel alterius extranei, num. 14. intelligenda tamen est questio, si bona non adsint libera, num. 15. & quis debeat probare bona libera non adesse, numer. 15.
- Dos non potest detrahi de bonis feudalsibus**, sed bene de Emphyteuticis, part. 3. c. 35. num. 17. & 18.
- Dos sat est, quod fuerit oblata ad excludendum feminas**, qua debeant dotari, scilicet si statutum requirat fuisse dotatas, part. 3. c. 11. num. 143.
- Dotens facultas ad hoc, ut mulier excludatur, an transeat ad heredes**, part. 3. c. 11. num. 63.
- Dotare filios est onus personale**, part. 2. c. 28. num. 6. declaratur num. 17. diciturque onus necessarium, num. 21.
- Dotari an debeat de communibus filiis unius ex sociis omnium bonorum**, part. 2. c. 28. num. 10. & per totum. & pronegativa qui scripserint, num. 2. & qui pro affirmativa, num. 3. concordantur opiniones à nonnullis, num. 4. affirmativa ampliatur num. 29. declaratur num. 30. limitatur num. 24. & negativa pariter limitatur num. 25.
- Dotata dicitur illa, cui aliquid fuerit relictum pro ipsa maritanda**, part. 3. c. 11. num. 48.
- Dotata in matrimonio inualido adhuc dicitur exclusa à statuto excludente dotatas**, part. 3. c. 11. num. 54.
- Dotem mariti esse imputandam in legitimam debitam nepotibus in bonis auti, non reperitur in iure scriptum**, part. 1. c. 40. n. 12.
- Dotis cur quantitas augmentetur**, part. 3. c. 3. num. 19.
- Dotis fructus an debeant conferri**, part. 1. c. 21. num. 27.
- Dotis augmentum factum à tertio retinet naturam dotis**, part. 1. c. 29. num. 13. scilicet si fiat ex parte viri, num. 14. tunc enim dicitur donatio propter nuptias, num. 15. & decedente viro absque filiis transit ad eius heredes, num. 16. quod ampliatur numer. 17.
- Dotis seu alterius partitionis receptio non est in causa, ut quis succedere non possit**, part. 3. c. 12. nu. 16.
- Dupliciter vinculorum consideratur non solum in fratribus, sed etiam in fratrum filiis**, part. 3. c. 14. num. 14. in feudum tamen non attenditur, num. 20. nec minus si successio sit ex fideicommissio paterno, num. 26. vel ex substitutione vulgari, num. 21. vel ex iure accrescendi, num. 22. vel ex substitutione pupillari, num. 25. & quid si agatur de successione nepotum, num. 23.
- E**
- Eadem res non debet diuerso iure conferri**, part. 1. c. 14. n. 3.
- Ecclesia, donec adsint de comprehensis, non potest aliquid disponere circa bona emphyteutica in praiudicium vtilis domini**, part. 3. c. 47. num. 4.
- Ecclesia, finita prima linea, tenetur renouare descendentes ab ea**, part. 3. c. 47. sub nu. 4.
- Ecclesiam, & receptorem censendum est, se voluisse confirmare cum dispositione iuris communis**, part. 3. capit. 47. num. 12.
- Ecclesiastica bona olim erant in communi, & quomodo**, part. 2. c. 10. num. 5. & quo tempore, & quomodo diuidi ceperint, num. 7. & 11.
- Ecclesiosina, & alia pia opera an debeant fieri de communi inter omnium bonorum socios**, part. 2. c. 32. num. 2. & reprobatum desinectio Petri de Vbaldis, num. 21.
- Emancipati conferunt sui heredibus**, part. 1. c. 15. nu. 18. & que bona, num. 19. & quart. num. 33. & 37.
- Emancipati non conferunt aduenticia**, part. 1. c. 15. num. 20. & declaratur num. 21.
- Emancipati an conferant inter se**, part. 1. c. 15. num. 23. 27. & 29.
- Emancipati habentur pro extraneis**, part. 1. c. 15. num. 34. nec ab extraneis differunt quantum ad successionem, num. 38.
- Emancipati non dicuntur habere peculia**, part. 1. c. 18. nu. 3.
- Emancipati, & sui non differunt quantum ad collationem in donationibus ob causam**, part. 1. c. 10. nu. 2.
- Emancipati an excludant feminas vigore statuti feminas excludentis**, part. 3. cap. 11. num. 108.
- Emancipations conualidantur donationes antea facta**, part. 1. c. 18. num. 11.
- Emancipatum olim conferbatur solum dos profectoria, sui vero etiam aduenticia**, part. 1. c. 21. num. 6. & de ratione differentie, numer. 7.
- Emancipatus an conferat emancipato donationem**, part. 1. c. 18. numer. 10.
- Emancipatus confert etiam libros**, part. 1. c. 27. num. 23.
- Emancipatus sine causa potestari non potest**, part. 1. c. 11. n. 102.
- Emens communis nomine ante aliorum ratificationem, potest de re empti disponere**, part. 2. c. 8. num. 11. & quid si concurrat iuramentum, & stipulatio pro absente, num. 12.
- Emens nomine extranei, de quibus pecunia emissa presumatur**, part. 1. c. 9. nu. 11.
- Emphyteutica bona possunt diuidi irrequisito domino**, part. 3. cap. 41. nu. 84. & in comprehensos quocumque titulo alienari, num. 86.
- Emphyteutica res minus assimilari debet, quam libera**, part. 1. c. 38. nu. 45. & in qua quantitate, num. 46. & habetur ratio contrarium, num. 47.
- Emphyteusis mixta natura, qui pretendit, debet probare, se esse heredem**, part. 3. c. 47. nu. 27. qua qualitas debet adesse tempore vocationis, num. 28. & seqq.
- Emphyteusis preuentia ad aliquam iram, ab ipsa non renouatur, donec adsint de illa linea**, part. 3. c. 47. nu. 5.
- Emphyteusis simpliciter hereditaria transit ad quoscumque heredes, etiam extraneos**, part. 3. c. 47. n. 34.
- Emphyteusis acquisita pro filio non consistit**, part. 1. cap. 22. num. 14.
- Emphyteusis an debeat in legitimam imputari**, part. 1. c. 38. n. 20. & 39. & de ratione, num. 41. & quid in emphyteusi concessa contemplatione patris, num. 42.
- Emphyteusis non debet communicari cum aliis sociis omnium bonorum**, part. 2. c. 24. nu. 7. contra num. 8.
- Emphyteusis concessa pro se, & filio non comprehendit naturales**, part. 3. c. 22. num. 34. & de rationibus, numeris seqq. quod in Emphyteusi Ecclesiastica nullam habet dubitationem, nu. 37. sed idem si fuerit concessa à priuato, num. 38. limitatur num. 40.
- Emphyteusis concessa pro se, & filio, non comprehendit feminas**, part. 3. c. 22. num. 35.
- Emphyteusis concessa pro se, & filio legitimo, & naturalibus, competit etiam legitimati per subsequens matrimonium**, part. 3. c. 24. nu. 14. idem est, si dictum fuerit pro se, & si in ex ipso legitime descendens, num. 21.
- Emphyteusis recepta à femina pro se, & filio, an comprehendat naturales**, part. 3. c. 22. nu. 41.
- Empta communi nomine non efficiuntur communis, nisi secuta ratificatione, & restitutione pretij**, part. 2. c. 9. nu. 21.
- Empta ex fructibus beneficiorum nomine proprio, non sunt Ecclesiastica**, part. 2. c. 10. num. 10.
- Emptio quomodo connumeretur inter quasiualia**, part. 2. cap. 8. num. 22.
- Emptio, si non constet, an proprio, vel communi nomine fuerit facta à socio, quid in dubio sit censendum**, part. 2. cap. 8. numero 27.
- Emptio non presumitur facta de proprio existentibus in contra-**
- um

- vinum conicelluris, part. 2. c. 9. nu. 22. & que sint ista conicellura, num. 23.
- Empio proprio nomine facta arguit non fuisse contractum societatem omnium bonorum, part. 2. c. 17. nu. 5. de quo & nu. 9. & 10. prout communi nomine facta hanc indicare solet societatem, num. 8. non tollit tamen societatem prius existentem, nu. 12. 13. & 16. & maxime si fiat de pecuniis communibus, num. 17. vel clandestinè, num. 18.
- Empio facta de pecunia communis, communis redditus fructus, etiam si facta fuerit proprio nomine, part. 3. c. 46. nu. 12.
- Empio inter omnium bonorum socios, semper presumitur facta de communi, part. 2. c. 29. nu. 23.
- Empio communi nomine facta, arguit societatem, part. 2. c. 14. nu. 6. declaratur nu. 7. & 8.
- eo nomine, quo iussit testator factum esse presumitur, part. 2. c. 42. nu. 43.
- Episcopi non succedunt in feudis, part. 3. c. 28. nu. 7.
- Equalitas inter filios primi, & secundi matrimonii est seruanda, part. 3. c. 13. num. 129. potest tamen non seruari, nu. 134. & 137.
- Equitas in materia collationis maxime attenditur, parte 1. c. 15. nu. 6.
- Errans non intelligitur consentire, part. 3. c. 42. nu. 9.
- Es alienum contractum durante societate omnium bonorum de communi solus debet, part. 2. c. 23. nu. 12. prout acquisita sunt communia, n. 13. quod declaratur n. 14.
- Esse in loco, dupliciter intelligi potest, part. 3. c. 7. nu. 38.
- Estimatio solet facere empionem, quod tamen declaratur, part. 3. c. 59. num. 15.
- Etheocles, & Polynices Oipidi Thebanorum Regis filij, quanto odio inter se certauerint, part. 3. c. 1. nu. 18.
- Euctio cessat inter fratres, si singularum rerum fuerit facta diuisio, part. 3. c. 39. nu. 8. declaratur nu. 9.
- Euctio ancompetat inter fratres, si vnus habuerit bona libera, alter fideicommissa subiecta, part. 3. c. 39. nu. 13. declaratur num. 24.
- Euctio actio non datur inter fratres, quando pater vni cuique ipsorum suam assignauit portionem, part. 3. c. 39. nu. 1. declaratur num. 2.
- Euctio actio an detur inter fratres in simul bona diuidentes, & ponitur distinctio inter scientes, & ignorantes, & quod ignorantes teneantur, part. 3. c. 39. nu. 1. & seqq. quod ampliat etiam si diuisio sequatur de mandato iudicis, num. 6. nisi tamen contrarium expressè fuerit conuentum, n. 7. Inter scientes vero onera nulla datur euctio actio, n. 11. & seqq. nisi in indiuiduo etiam hoc casu fuerit promissa, n. 21.
- Euctio actio non competit, si culpa agentis fuerit secuta, part. 3. c. 39. nu. 10.
- Euctio actio inter fratres diuidentes cessat, si sequatur ex natura rei, vel facto auctoris, n. 31. etiam respectu pretij, n. 15.
- Euctio promissio generalis non comprehendit casum euctio secuta ex natura rei, vel facto auctoris, dummodo adsit vera scientia onerum, part. 3. c. 39. num. 19. declaratur num. 20. nisi tamen in indiuiduo hic etiam casibus fuerit promissa euctio, num. 21. tunc enim datur actio ad pretium, & quomodo, num. 21.
- Euctio promissio in contractu diuisionis facta non importat fideicommissam emissionem, part. 3. c. 41. nu. 58.
- Eunuchi, castrati, & alij inhabiles feminas excludunt, part. 3. c. 11. num. 110.
- Examen personarum, qua non possunt cogi ad ferendum testimonium, dicit continere, quod spontè accesserint, aliter presumantur coactè, part. 3. c. 50. nu. 12.
- Ex subsequenti declaratur animus in antecedentibus, part. 2. c. 14. nu. 9.
- Exclusa à statuto potest dicere donationem nullam respectu dotis sibi debita, part. 3. c. 11. num. 171.
- Exclusa ad hereditatem vnus, non intelligitur amplius exclusa, si illa hereditas ad alium peruenierit, part. 3. cap. 11. n. 159.
- Exclusio alicuius non admittitur, nisi id lex expressè disponat, part. 3. c. 11. num. 162.
- Exclusio feminarum in aliquibus casibus aliquam non inducit vacationem, part. 3. c. 10. nu. 27.
- Exclusus habetur pro non existente, part. 3. c. 10. nu. 45.
- Exclusus ex testamento multo magis censetur exclusus ab intestato, part. 3. c. 11. nu. 74. sed non è contra, nu. 75.
- Exclusus à successione ascendenti, intelligitur etiam exclusus à successione matris, part. 3. c. 11. nu. 79.
- Exclusus à successione ascendenti non intelligitur exclusus à successione collateralium, part. 2. c. 11. num. 132. & si exclusus à successione patris, non intelligitur exclusus à successione fratris, nu. 133.
- Exclusus ad hereditatem vnus, regulariter non dicitur exclusus ad hereditatem alterius, part. 3. c. 11. nu. 171.
- Exheredati in se quantum ad successionem habentur pro mortuis, part. 3. c. 19. num. 16.
- Exheredato eo, qui in gradu precedit, sequens in gradu habet ex sua persona quarelam, part. 3. c. 11. nu. 100.
- Exheredatus legitimè non succedit, part. 3. c. 17. nu. 19.
- Expensa facta ab vno ex sociis omnium bonorum in honorem filij, an debeat esse communis, part. 2. c. 29. nu. 8.
- Expensa, que societas nihil tribuit, an debeat esse communis inter omnium bonorum socios, part. 2. c. 29. nu. 5.
- Expensa facta in ducenda vxore, an debeat esse propria inter socios omnium bonorum, part. 2. c. 29. nu. 7. & 15.
- Expensa facta in retinendo filium in studio, an debeat esse communis inter omnium bonorum socios, part. 2. c. 29. n. 1.
- Expensa, quod proprium vnus respiciat commodum, non attenditur in sociis omnium bonorum, part. 2. c. 34. nu. 6.
- Expensarum duo genera in materia collationum, & imputationum, part. 1. c. 31. nu. 1. & 2.
- Expensarum non est habenda ratio inter socios omnium bonorum, etiam si commodum vnus tantummodo respiciat, part. 2. cap. 35. nu. 5. & 22. nec valet pactum in contrarium, num. 4.
- Expensas debere esse communes inter omnium bonorum socios, quomodo sic intelligendum, part. 2. cap. 33. num. 7. & c. 34. num. 8.
- Expensas inter omnium bonorum socios communes esse non debere, pacto disponi non potest, part. 2. c. 30. n. 6. & 7.
- Expensa studij sunt arbitrio boni viri taxanda, part. 1. c. 25. nu. 29. & non debent conferri, part. 1. cap. 26. nu. 1. & de rationibus, num. 2. 3. 4. 5. & 6. securi ratione ipsarum, filius renunciauerit hereditati patris, nu. 16. & de ratione, num. 18. vel coactè eas pater subministraverit, nu. 19. vel si filius indiuiduum renouerit, nu. 20. vel hanc fuisse patri mentem appareat, nu. 31. de qua mente etiam tacite & parere potest, num. 32. & si veniant rescicienda quomodo taxari debeant, nu. 33. & qua conditione intelligantur filij à parentibus proficiat, nu. 21.
- Expensa facta à patre pro filio in studio retento, dicuntur facta à patre, non à filio, part. 1. c. 26. num. 7.
- Expensa facta pro filio habente bona castrensia, vel quasi, non debent conferri, part. 1. c. 26. n. 22. & quid si habeat saltem bona aduentitia, n. 27.
- Expensa facta pro filio egrotante, qui habeat bona aduentitia, an à patre repeteri possint, part. 1. c. 26. nu. 16. & 30. & quod frater teneatur etiam ad expensas magnas pro filio egrotante, num. 29. focus est in alio, qui aliquo onere altere debent operantes, v. l. b. i.
- Expensa facta in nuptiis, an veniant in collatione, part. 1. c. 28. num. 1.
- Expensa nuptiarum an debeant fieri de communi inter fratres, si pro alio fratre, v. uente patre de communi facta fuerint, part. 1. c. 28. nu. 2.
- Expensa facta à sociis omnium bonorum extra societatem, pro-

Dot succedit in nonnullis casibus loco legitima, si famina sint per statutam exclusa, quos tamen casus non probat auctor, num. 30. & pluribus seqq. succedit tamen loco legitima, si appareat, bene fuisse mentem statuentium, part. 3. c. 4. num. 36. vel testatoris, num. 43.

Dot detrahi potest de bonis subiectis fidei commissio, part. 3. c. 33. etiam si vice im ad sit prohibitio, ut bona alienentur, num. 10. & quid si in spe id fuerit dictum, ne possint alienari, nec etiam in causam dotis, num. 11. & vtrum 12. ponitur distinctio. Sed hoc procedunt in fideicommissis inducitur a parte, vel aucto, sed quid in fideicommissis fraterno, num. 13. vel alterius extranei, num. 14. intelligenda tamen est questio, si bona non adsint libera, num. 15. & qui debeat probare bona libera non adesse, num. 17.

Dot non potest detrahi de bonis feudalibus, sed bene de Emphyteuticis, part. 3. c. 31. num. 17. & 18.

Dot sat est, quod fuerit obligata ad excludendum feminas, qua debeant dotari, scilicet si statutum requirit fuisse dotatas, part. 3. c. 11. num. 143.

Dotens facultas ad hoc, ut mulier excludatur, an transeat ad heredes, part. 3. c. 11. num. 63.

Dotare filias est onus personale, part. 2. c. 28. num. 6. declaratur num. 17. diciturque onus necessarium, num. 21.

Dotari an debeat de communibus filiis vnius ex sociis omnium bonorum, part. 2. c. 28. num. 10. & per totum, & pro negativa qui scripserint, num. 2. & qui pro affirmatiua, num. 3. concordatur opinio a nonnullis, num. 4. affirmatiua ampliatum num. 29. declaratur num. 30. limitatur num. 24. & negativa pariter limitatur num. 25.

Dotata dicitur illa, cui aliquid fuerit relictum pro ipsa maritanda, part. 3. c. 11. num. 48.

Dotata in matrimonio inualido adhuc dicitur exclusa a statuto excludente dotatas, part. 3. c. 11. num. 54.

Dotem matris esse impetrandam in legitimam debitam nepotibus in bonis auti, non reperitur in iure cecutum, part. 1. c. 40. n. 12.

Dotis cur quotidie augeantur, part. 3. c. 3. num. 19.

Dotis fructus an debeant conferri, part. 1. c. 21. num. 27.

Dotis augmentum factum a tertio retinet naturam dotis, part. 1. c. 29. num. 13. scilicet si fiat ex parte viri, num. 14. tunc enim dicitur donatio propter nuptias, num. 15. & decedente viro absque filio transit ad eius heredes, num. 16. quod ampliatum numer. 17.

Dotis, seu alterius portionis receptio non est in causa, ut qui succedere non possit, part. 3. c. 12. nu. 36.

Duplicitas vinculorum consideratur non solum in fratribus, sed etiam in fratrum filiis, part. 3. c. 14. num. 14. in feudis tamen non attenditur, num. 20. nec minus si successio sit ex fideicommissio patris, num. 26. vel ex substitutione vulgari, num. 21. vel ex iure accrescendi, num. 22. vel ex substitutione pupillari, num. 25. & quid si agatur de successione nepotum, num. 23.

## E

**E**adem res non debet diuerso iure conferri, part. 1. c. 14. n. 3. Ecclesia, donec adsint de comprehensis, non potest aliquid disponere circa bona emphyteutica in praiudicium vtilis domini, part. 3. c. 47. num. 4.

Ecclesia, finita prima linea, tenetur renouare descendentes ab ea, part. 3. c. 47. sub nu. 4.

Ecclesiam, & receptorem censendum est, se voluisse confirmare cum dispositione iuris communis, part. 3. cap. 47. num. 12.

Ecclesiastica bona olim erant in communi, & quomodo, part. 2. c. 10. num. 5. & quo tempore, & quomodo diuisi caperint, num. 7. & 11.

Ecclesiosina, & alia pia opera an debeant fieri de communi inter omnium bonorum socios, part. 2. c. 32. num. 2. & reprobatum distinctio Petri de Vobaldis, num. 21.

Emancipati conferunt sui heredibus, part. 1. c. 15. nu. 18. & qua

bona, num. 19. & quart, num. 33 & 37. Emancipati non conferant aduentitia, part. 1. c. 15. num. 20. & declaratur num. 21.

Emancipati an conferant inter se, part. 1. c. 15. num. 23. 27. & 29. Emancipati habentur pro extraneis, part. 1. c. 15. num. 34. nec ab extraneis differunt quantum ad successionem, num. 38.

Emancipati non dicuntur habere peculiam, part. 1. c. 18. nu. 3.

Emancipati, & sui non differunt quantum ad collationem in donationibus ob causam, part. 1. c. 20. nu. 2.

Emancipati an excludant feminas vigore statuti feminas excludentis, part. 3. cap. 11. num. 108.

Emancipatione conuoluntur donationes antea facta, part. 1. c. 18. num. 12.

Emancipati olim conferebatur solum dos prescripta, (sui vero etiam aduentitia, part. 1. c. 21. num. 6. & de ratione distinctio, numer. 7.

Emancipatus an conferat emancipato donationem, part. 1. c. 18. numer. 20.

Emancipatum conferat etiam libros, part. 1. c. 27. num. 23.

Emancipatum sine causa prateriri non potest, part. 1. c. 11. n. 102.

Emens communi nomine ante aliorum ratificationem, potest de re empti disponere, part. 2. c. 8. num. 11. & quid si concurrat iuramentum, & stipulatio pro absente, num. 12.

Emens nomine extranei, de quibus pecuniam emisse presumatur, part. 1. c. 9. num. 11.

Emphyteutica bona possunt diuisi inregis domino, part. 3. cap. 41. nu. 84. & in comprehensos quocumque titulo alienari, num. 86.

Emphyteutica res minus estimari debet, quam libera, part. 1. c. 38. nu. 45. & in qua quantitate, num. 46. & habetur ratio contrarium, num. 47.

Emphyteusis mixta natura, qui praterdit, debet probare, se esse heredem, part. 3. c. 47. nu. 27. qua qualitas debet adesse tempore vacationis, num. 28. & seqq.

Emphyteusis pro uenia ad aliquam incam, ab ipsa non reuocatur, donec adsint de illa linea, part. 3. c. 47. nu. 5.

Emphyteusis simpliciter hereditaria transit ad quoscumque heredes, etiam extraneos, part. 3. c. 47. n. 34.

Emphyteusis acquisita pro filio non consistit, part. 1. cap. 22. num. 14.

Emphyteusis an debeat in legitimam imputari, part. 1. c. 38. n. 20. & 39. & de ratione, num. 41. & quid in emphyteusis concessa contemplatione patris, num. 42.

Emphyteusis non debet communicari cum aliis sociis omnium bonorum, part. 2. c. 24. nu. 7. contra num. 8.

Emphyteusis concessa pro se, & filiis non comprehendit naturales, part. 3. c. 22. num. 34. & de rationibus, numeris seqq. quod in Emphyteusis Ecclesiastica nullam habet dubitationem, nu. 37. sed idem si fuerit concessa a privato, num. 38. limitatur num. 40.

Emphyteusis concessa pro se, & filiis, non comprehendit feminas, part. 3. c. 22. num. 35.

Emphyteusis concessa pro se, & filiis legitimis, & naturalibus, competit etiam legitimatis per subsequens matrimonium, part. 3. c. 24. nu. 14. idem est, si dictum fuerit pro se, & si ius ex ipso legitime descendens, num. 21.

Emphyteusis recepta a femina pro se, & filiis, an comprehendat naturales, part. 3. c. 22. nu. 41.

Empta communi nomine non efficiuntur communis, nisi secuta ratificatione, & restitutione pretij, part. 2. c. 9. nu. 21.

Empta ex fructibus beneficiorum nomine proprio, non sunt Ecclesie, part. 2. c. 10. num. 10.

Emptio quomodo connumeretur inter casualia, part. 2. cap. 8. num. 22.

Emptio, si non constet, an proprio, vel communi nomine fuerit facta a sociis, quid in dubio sit censendum, part. 2. cap. 8. numero 27.

Emptio non presumitur facta de proprio existentibus in contra-



- rium concluditur, part. 2. c. 9. nu. 22. & qua sine isto concluditur, num. 23.
- Empio pro proprio nomine facta arguit non fuisse contractam societatem omnium bonorum, part. 2. c. 17. nu. 3. de quo & nu. 9. & 10. prout communi nomine facta hanc iudicare solet societatem, num. 8. non tollit tamen societatem prius existentem, nu. 11. 13. & 16. & maxime si fiat de pecuniis communibus, num. 17. vel clarissime, num. 18.
- Empio facta de pecunia communia, communes reddit fructus, etiam si facta fuerit proprio nomine, part. 3. c. 46. nu. 12.
- Empio inter omnium bonorum socios, semper presumitur facta de communi, part. 2. c. 19. nu. 13.
- Empio communi nomine facta, arguit societatem, part. 2. c. 14. nu. 6. declaratur nu. 7. & 8.
- no nomine, quo iubet testator factum esse presumitur, part. 2. c. 42. nu. 43.
- Episcopi non succedunt in feudis, part. 1. c. 48. nu. 7.
- Equalitas inter filios primi, & secundi matrimonij est seruanda, part. 3. c. 13. num. 129. potest tamen non seruari, nu. 134. & 137.
- Equitas in materia collationis maxime attenditur, parte 1. c. 15. nu. 6.
- Errans non intelligitur consentiens, part. 3. c. 42. nu. 9.
- Es alienum contractum durante societate omnium bonorum de communi solui debet, part. 2. c. 23. nu. 12. prout acquisita sunt communia, n. 13. quod declaratur n. 14.
- Esse in loco, dupliciter intelligi potest, part. 3. c. 7. nu. 38.
- Estimatio soles facere emptionem, quod tamen declaratur, part. 3. c. 59. num. 15.
- Ethiopes, & Polynices Oepidi Thrbanorum Regis filij, quanto odio inter se certauerunt, part. 3. c. nu. 18.
- Euctio cessat inter fratres, si singularum rerum fuerit facta diuisio, part. 3. c. 39. nu. 8. declaratur nu. 9.
- Euctio an competit inter fratres, si vnus habuerit bona libera, alter fideicommissio subiecta, part. 3. c. 39. nu. 23. declaratur num. 24.
- Euctio actio non datur inter fratres, quando pater vnicuique ipsorum suam assignauit portionem, part. 3. c. 39. nu. 1. declaratur num. 2.
- Euctio actio an datur inter fratres in simul bona diuidentes, & ponitur distinctio inter scientes, & ignorantes, & quod ignorantes teneantur, part. 3. c. 39. nu. 3. & seqq. quod ampliat etiam si diuisio sequatur de mandato iudicis, num. 6. nisi tamen contrarium expresse fuerit conuentum, n. 7. Inter scientes vero onera nulla datur euctio actio, n. 11. & seqq. nisi in indiuiduo etiam hoc casu fuerat promissa, n. 21.
- Euctio actio non competit, si culpa agentis fuerit secuta, part. 3. c. 39. nu. 10.
- Euctio actio inter fratres diuidentes cessat, si sequatur ex natura rei, vel facto auctoris, n. 31. etiam respectu pretij, n. 15.
- Euctio actio promissio generalis non comprehendit casum euctio actio secuta ex natura rei, vel facto auctoris, dummodo adsit vera scientia onerum, part. 3. c. 39. num. 19. declaratur num. 20. nisi tamen in indiuiduo hu etiam casibus fuerit promissa euctio actio, num. 21. tunc enim datur actio ad pretium, & quomodo, num. 22.
- Euctio actio promissio in contractu diuisionis facta non impertat fideicommissi emissionem, part. 3. c. 41. nu. 58.
- Eunecti, castrati, & alij inhabiles feminas excludunt, part. 3. c. 11. num. 110.
- Examen personarum, qua non possunt cogi ad ferendum testimonium, debet continere, quod sponte accesserint, aliter presumantur coacti, part. 3. c. 50. nu. 12.
- Ex subsequenti declaratur animus in antecedentibus, part. 2. c. 14. nu. 9.
- Exclusa a statuto potest dicere donationem nullam respectu dotis sibi debita, part. 3. c. 11. num. 172.
- Exclusa ab hereditate vnus, non intelligitur amplius exclusa, si illa hereditas ad alium peruenit, part. 3. cap. 11. n. 169.
- Exclusio alicuius non admittitur, nisi id lex expresse disponat, part. 3. c. 11. num. 162.
- Exclusio seminarum in aliquibus casibus aliquam non inducit vocationem, part. 3. c. 10. nu. 27.
- Exclusus habetur pro non existente, part. 3. c. 10. nu. 45.
- Exclusus ex testamento multo magis censetur exclusus ab intestato, part. 3. c. 11. nu. 74. sed non e contra, nu. 75.
- Exclusus a successione ascendentium, intelligitur etiam exclusus a successione matris, part. 3. c. 11. nu. 79.
- Exclusus a successione ascendentium non intelligitur exclusus a successione collateralium, part. 2. c. 11. num. 132. & si exclusus a successione patris, non intelligitur exclusus a successione fratrum, nu. 133.
- Exclusus ab hereditate vnus, regulariter non dicitur exclusus ab hereditate alterius, part. 3. c. 11. nu. 171.
- Exheredati in se quantum ad successionem habentur pro mortuis, part. 3. c. 19. num. 16.
- Exheredato eo, qui in gradu precedit, sequitur in gradu habet ex sua persona quarrelam, part. 3. c. 11. nu. 100.
- Exheredatus legitime non succedit, part. 3. c. 17. nu. 19.
- Expensa facta ab vno ex sociis omnium bonorum in honorem filij, an debeat esse communis, part. 2. c. 29. nu. 8.
- Expensa, que societati nihil tribuit, an debeat esse communis inter omnium bonorum socios, part. 2. c. 29. nu. 5.
- Expensa facta in ducenda vxore, an debeat esse propria inter socios omnium bonorum, part. 2. c. 29. nu. 7. & 15.
- Expensa facta in retinendo filium in studio, an debeat esse communis inter omnium bonorum socios, part. 2. c. 29. n. 1.
- Expensa, quod proprium vnus respiciat commodum, non attenditur in sociis omnium bonorum, part. 2. c. 34. nu. 6.
- Expensarum duo genera in materia collationum, & imputationum, part. 1. c. 31. nu. 1. & 2.
- Expensarum non est habenda ratio inter socios omnium bonorum, etiam si commodum vnus tantummodo respiciant, part. 2. cap. 35. nu. 5. & 22. nec valet pactum in contrarium, num. 4.
- Expensas debere esse communes inter omnium bonorum socios, quomodo sic intelligendum, part. 2. cap. 33. num. 7. & c. 34. num. 8.
- Expensas inter omnium bonorum socios communes esse non debere, pacto disponi non potest, part. 2. c. 30. n. 6. & 7.
- Expensa studij sunt arbitrio boni viri taxanda, part. 1. c. 25. nu. 29. & non debent conferri, part. 1. cap. 26. nu. 1. & de rationibus, num. 2. 3. 4. 5. & 6. seu si ratione ipsarum, filium renunciauerit hereditati paterne, nu. 16. & de ratione, num. 18. vel coacti eas pater subministraverit, nu. 19. vel si filium indictum remanserit, nu. 10. vel hanc fuisse patri memem appareat, nu. 31. de qua mente etiam tacite agi potest, num. 32. & si veniant rescindienda quomodo taxari debeant, nu. 33. & qua conditione intellegantur filij a parentibus praestita, nu. 21.
- Expensa facta a patre pro filio in studio recento, dicuntur facta a patre, non a filio, part. 1. c. 26. num. 7.
- Expensa facta pro filio habente bona castrensia, vel quasi, non debent conferri, part. 1. c. 26. n. 22. & quid si habeat saltim bona aduentitia, n. 27.
- Expensa facta pro filio egrotante, qui habeat bona aduentitia, an a patre repeti possint, part. 1. c. 26. nu. 26. & 30. & quod frater teneatur etiam ad expensas magnas pro filio egrotante, num. 29. scius est in alio, qui aliquo onere altere debent optantur, vi. ibi.
- Expensa facta in nuptiis, an veniant in collatione, part. 1. c. 28. num. 1.
- Expensa nuptiarum an debeant fieri de communi inter fratres, si pro alio fratre, viuentis patre de communi facta fuerint, part. 1. c. 28. nu. 2.
- Expensa facta a sociis omnium bonorum extra societatem, pro-

- pria, non communes esse debent, part. 2. c. 11. nu. 15. ampliatum num. 16. & 17.
- Expensa facta in ducenda uxore, propria esse debent inter bonorum socios, part. 2. c. 11. nu. 18. & quid in expensis pro alendo filio, num. 19. quid in expensis factis in infirmitate, nu. 20. in armis, in equis, & rebus similibus, n. 22. declaratur, & limitatur nu. 23. & 24.
- Expensa sine aliquo computo facta arguunt societatem, part. 2. c. 14. num. 9.
- Expensa non respicientes societatem, societati non imputantur, part. 2. c. 28. num. 8. declaratur nu. 18.
- Expensa voluntaria vni societati non imputantur, part. 2. c. 28. num. 10. declaratur num. 20.
- Expensa victus, & alimentorum non conferuntur, nec imputantur, part. 1. c. 31. nu. 2.
- Expensa studij non conferuntur, nec imputantur remissive, & de expensis Doctoratus, & librorum pariter remissive, part. 1. c. 31. num. 4. 5. & 6.
- Expensa facta in suscipienda aliqua equestri dignitate, non conferuntur, nec imputantur, part. 1. c. 31. num. 7.
- Expensa equorum, & armorum an debeant conferri, vel imputari, part. 1. c. 31. nu. 8.
- Expensa facta in ducenda uxore an debeant conferri, vel imputari, part. 1. c. 31. nu. 9. remissive.
- Expensa facta in monacando filiabus an debeant conferri, vel imputari, part. 1. c. 31. num. 10. remissive.
- Expensa facta in redimendo filium ab hostibus, an debeant conferri, vel imputari, part. 1. c. 31. num. 11. remissive.
- Expensa facta pro aliqua filij confirmatione, an debeant conferri, vel imputari, part. 1. c. 31. nu. 12. & quid si pater pro filio fidei iusserit, num. 13.
- Expensa facta à patre in alenda nuru, & alio de familia an debeant imputari, vel conferri, part. 1. c. 31. nu. 14. remissive.
- Expensa facta in bono adueritio an debeant conferri, vel imputari, part. 1. c. 31. nu. 15. rem. sive, vbi de expensis litium n. 16. & seqq.
- Expensa litium possunt repeti ab heredibus usufructuarius, ac fideicommissariis, part. 1. c. 31. num. 17.
- Expensa facta in litibus rei communis quomodo sint respicienda, part. 1. c. 31. num. 18. remissive.
- Expensa facta à filio ludendo, & meretricando an debeant conferri, vel imputari, part. 1. c. 31. num. 19.
- Expensa facta ab vno ex fratribus, an, & quando debeant esse communes remissive, part. 1. cap. 31. num. 20.
- Expensa facta in litibus pro consecutione, vel defensione rei communis, an, & quando pro rata respici debeant, part. 3. c. 35. n. 10.
- Expensa sunt communes inter omnium bonorum socios, etiam si fiant ab vno tantum, part. 2. c. 29. num. 9. & 30. nu. 1. quod ampliatum, & declaratur, num. 5. & 4. sufficit cuius, vt vni tantum commodum respiciant, num. 5.
- Expensa in alenda familia debent esse communes inter omnium bonorum socios, part. 2. c. 30. num. 8.
- Expensa facta in Doctoratu, vel in adipiscenda aliqua alia dignitate, debent esse communes inter omnium bonorum socios, part. 2. c. 30. nu. 11. idem in expensis nuptiarum, nu. 13. vel factis in acquirendo aliquo officio, num. 18. vel dignitate, num. 19. & quid si fuerint facta ab vno ex filiis sociorum omnium bonorum, num. 20. vel in infirmitate, num. 21. quod tamen declaratur num. 22. & 23. vel in funere, num. 24. & 25.
- Expensa facta à patre pro filio quare sint communes inter omnium bonorum socios, part. 2. c. 35. num. 24. & an eadem ratio militet in acquisitionibus, num. 25. & quomodo id, quod dicitur de expensis sit intelligendum, num. 26. & 27. & quid si filius opere rustico possit sibi victum querere, num. 28. & 38. vel habeat legitimam, num. 30. vel sit artifex, num. 35. vel aliter habeat, vnde se aler, nu. 37. & quid in filio ingrato, n. 39.
- Expensa inter socios operarum sunt communes, non propria, part. 2. c. 35. num. 64.
- Expensa facta in re communi repeti possunt, part. 3. c. 35. num. 7.
- & pro ipsis totum rei datur retentio, num. 8. & si socius reuocet reficere eius partem expensarum amittit ius, quod habet in re, numer. 9.
- Expensa facta in re communi an possent repeti, ponitur distinctio, part. 3. c. 36. num. 28. 29. & 30. vbi qua requirantur ad hoc, vt expensa dicantur vtilis, & an attendatur impensa, vel vtilitas.
- Expilata hereditatis actio non competit contra cohærentem, part. 3. c. 55. num. 1. & cessat vbi iudicium familiae eriscunda intentari potest, num. 2. cum datur in locum deficienti actioni, nu. 3. licet non cesset per alias rationes, qua non sint particulari criminis num. 4. & quando competat hæc actio, num. 5.
- Expilata hereditatis crimen non est proprie furtum, sed speciei facti, part. 5. c. 55. num. 12. & qua sit huius criminis pena, numer. 13.
- Expilata hereditatis actione contentari non potest, qui facti actioni non tenetur, part. 3. c. 55. num. 14.
- Expilata hereditatis actio intentatur contra tertium non cohærentem, licet bona non fuerint diuisa, nec eorum adepta possessio, part. 3. c. 55. num. 16. & contra expilatorum iuratur in licem, nu. 17.
- Extranei sunt in duplici differentia, part. 1. c. 15. nu. 35.
- Extraneus dotando intelligitur donare, part. 3. c. 34. num. 2.

## F

- Facta non presumuntur, part. 2. c. 19. num. 1. & c. 41. num. 2.
- Factorum qualitas est optimum nostra mentis testimonium, part. 2. c. 2. num. 7.
- Factum si contradicat scriptura preualere debet, part. 2. c. 2. nu. 5.
- Falsilia non detrahuntur ex localibus festiuis uxori legatis, part. 2. cap. 28. num. 20.
- Familia eriscunda actio tollit crimen expilata hereditatis, part. 3. c. 55. num. 7. vbi improbat glosa, & de ratione, num. 11.
- Feloniam committens non amittit feudum commune cum alio, qui fidei seruauit, part. 2. c. 25. num. 6.
- Femina non est comprehensa sub trino genitura, part. 3. c. 30. n. 1. & 2. nec masculi feminarum filij, num. 3. & quid si masculi non adsint, num. 4. & 5. & quid si trino genitura proleat à femina, num. 7. admittitur tamen, si sic adsit consuetudo, numer. 9.
- Femina forensis ligatur statutu loci originis, part. 3. cap. 7. n. 27.
- Femina defendens à masculo excludit patrum, part. 3. c. 30. n. 6.
- Femina exclusa per existentiam fratrum, intelligitur etiam exclusa, si fratrum filij adsint, part. 3. c. 11. num. 18.
- Femina exclusa temporaliter deficientibus masculis, ad sua cess. o. nem redintegatur, part. 3. c. 11. num. 176. remissive.
- Femina non intelligitur exclusa à masculo, qui statim moriatur, part. 3. c. 11. num. 177.
- Femina per statutum semel simpliciter exclusa, semper remanet exclusa, part. 3. c. 10. num. 1. sicut si temporaliter donec, & quousque superuixerint masculi, num. 4. Quod non habet locum in feminis exclusis, ac earum filij nati, seu saltem concepti tempore exclusionis, num. 5. sed dubitatio est, si tempore exclusionis non fuerint nec nati, nec concepti, num. 6. & negativa firmatur opinio, num. 34. & an indigeant calore iuru communis ad hoc, vt succedere valeant, num. 8.
- Femina exclusa temporaliter, ad quam portionem possit petere redintegrationem, part. 3. c. 10. num. 52.
- Femina semel exclusa ab ambobus per existentiam masculorum, an semper remaneat exclusa, part. 3. c. 47. num. 18. & ponitur distinctio, an fuerit exclusa absolute, vel suspensive, num. 19. 20. & 21. & declaratur quomodo intelligatur exclusio suspensiva, vel absolute, & ad regulam affirmatiuam tres afferuntur limitationes, num. 22. 23. & 24.
- Femina si debeat inuolui, & plures adsint in eodem gradu, nati maiorem esse preferendam, multi dicunt, part. 3. c. 47. num. 25. Quod tamen intelligitur, ceteris paribus, num. 26. & sic existente consuetudine, num. 36. aliter est locu gratificationis, & Domino non eligente omnes pretendere possunt, num. 37.

*Femina affecta meningie succedit in fundo, si alias succederet, part. 3. c. 48. num. 31.*  
*Femina exclusa à statuto si instituitur, an teneatur ad collatorem, part. 2. c. 16. nu. 9. & an sit sua, nu. 10. & quid si in totum non excludatur, num. 11.*  
*Femina exclusa per statutum licet non possint petere legitimam de bonis feudaliibus, emphyteoticis, eorum tamen habetur ratio in calculanda legitima part. 1. c. 33. num. 4.*  
*Femina exclusa à statuto an habeantur in consideratione in calculanda legitima, part. 1. c. 33. nu. 7. & 10.*  
*Femina per statutum exclusa debent dotari, part. 3. c. 3. n. 3. dote tamen constituta contenta esse debent, num. 10. nam dicuntur etiam priuata à legitima, part. 3. c. 4. n. 8. & 12.*  
*Femina exclusa temporaliter per existentiam masculorum an ipsis deficientibus dicantur vocata, part. 3. c. 10. n. 9.*  
*Femina exclusa temporaliter, verè interim dicuntur exclusa, part. 3. c. 10. nu. 46.*  
*Femina exclusa per statutum non possunt quarere testamentam paternam, part. 3. c. 11. n. 6.*  
*Femina exclusa, stantibus masculis, an intelligantur exclusa, si fuerint in gradu proximiores, part. 3. c. 11. n. 115. & quid vno masculo tantum existente part. 3. c. 11. n. 114.*  
*Femina non possunt per statutum priuari dote, & alimentis, si ipsis debeantur ab eo, à cuius successione per statutum excluduntur, part. 3. c. 11. n. 124.*  
*Femina an intelligantur exclusa à bonis existentibus extra territorium, part. 3. c. 11. n. 126. remissiuè.*  
*Femina non excluduntur per masculos non succedentes, part. 3. c. 11. num. 181. quod declaratur, & exemplificatur numeris seqq.*  
*Femina dotata exclusa per statutum, dicuntur exclusa favore masculorum, non autem femininarum, que non fuerint dotata, part. 3. c. 11. nu. 196.*  
*Femina arrogare non possunt, & quare, part. 3. c. 20. num. 3. & 4.*  
*Femina exclusis temporaliter per existentiam masculorum, nullam ius competat viuentibus masculis, nisi conditionaliter, part. 3. c. 10. n. 39. & 44.*  
*Femina exclusis per statutum potest relinqui quocumque titulo id quod à statuto ipsis reseruetur, part. 3. c. 11. n. 109.*  
*Fetus non sumi solent esse deterioris, part. 3. c. 1. n. 26.*  
*Feuda non hereditaria que sint, part. 1. c. 38. nu. 13. & 16.*  
*Feuda in dubio an conseantur hereditaria, part. 1. c. 38. nu. 18. & an hereditaria secundum quid, vel simpliciter, nu. 19.*  
*Feuda, & Emphyteusis imputantur in legitimam, part. 1. c. 38. n. 20. secus tamen est in feudis antiquis, & paternis, part. 1. c. 38. n. 27. & de ratione, nu. 28. nisi tamen sint hereditaria, nu. 30. & quid si quis sit heres cum beneficio legis, & inuentarij, num. 31. vel alienari possint in praiudicium comprehensorum, num. 35.*  
*Feuda subiacta dispositioni iuris communis in his, in quibus non reperitur praiudicata, part. 3. c. 45. nu. 5.*  
*Feuda non acquiruntur monasterio, part. 3. c. 48. nu. 5.*  
*Feudalia bona, & Emphyteutica sunt in triplici differentia, part. 1. c. 38. nu. 1. & ipsorum exempla, num. 2. 3. & 12.*  
*Feudatarij tenentur seruire domino, & precipue in bello, part. 3. c. 48. nu. 41.*  
*Feudatarij iurant fidelitatem domino, part. 3. c. 48. nu. 44.*  
*Feudi acquisitio pro se, & filio, intelligitur pro masculis, part. 1. c. 38. nu. 10.*  
*Feudum simpliciter concessum adhuc dicitur continere seruicia personalia, part. 3. c. 48. nu. 31.*  
*Feudum acquisitum pro se, & filio ordine successiuo non venit in collatione, sed bene imputatur, part. 1. c. 22. n. 11. & 12. de quo & num. 13.*  
*Feudum, & Emphyteusis acquisita ab ipsomet filio quandoque et in legitimam imputantur, part. 1. c. 38. nu. 40.*  
*Feudum, & Emphyteusis quando possunt alienari in praiudicium*

*comprehensorum, part. 1. c. 38. n. 32. & an sit necessaria licentia superioris, nu. 33.*  
*Feudum concessum pro masculis, potest etiam feminis conferri, de consensu superiorum, part. 1. c. 38. nu. 34.*  
*Feudum vniuersi non dicitur commune inter omnium bonorum socios, part. 2. c. 24. nu. 2. & quid si feudum fuerat hereditarium, vel antiquum, nu. 5.*  
*Feudum acquirere debet alio socii partem, preterquam restituere, part. 2. c. 24. n. 3. etiam si sint omnium bonorum socij, nu. 4.*  
*Fideicommissi renunciatio non requirit ipsius in diuisionem nominationem, part. 3. c. 41. nu. 40.*  
*Fideicommissi conditionalis non dicitur renunciatus per promissionem de non contrahendo, licet nulla alia contrahendi adhibita causa, & licet apposita fuerit iuramentum, part. 3. c. 41. n. 14. & 15. facit si apposita fuerint clausule remittentes omnia iura competentia, & competitura, n. 41. si aliud ius non competat, nu. 42. & de ratione nu. 46. & quis asserere aliud ius competere illud probare debet, num. 43.*  
*Fideicommissi aliter est renunciandum si sit purum, aliter si sit conditionale, part. 3. c. 41. nu. 38.*  
*Fideicommissi etiam purificato per quascumque clausulas generales non intelligitur renunciatus, stante ipsius ignorantia, part. 3. c. 41. nu. 34. & necesse est, vt in fine de ipso fuerit cogitatum, num. 72. secus tamen stante scientia, n. 74.*  
*Fideicommissi futuro non intelligitur enunciatus per clausulas restrictas ad tempus presens, part. 3. c. 41. nu. 50.*  
*Fideicommissi per diuisionem regulariter non dicitur renunciatus, part. 3. c. 39. num. 14. & c. 41. nu. 1. & seqq. etiam si diuisio fuerit facta per sententiam, num. 18. quod nullam habeat difficultatem inter ignorantes, num. 16. & 21. non obstantibus quibuscumque verbis, num. 31. & si fideicommissum non fuerit reciprocum, & aequale, num. 17. & 21. & procedit etiam si diuisio fuerit facta à patre, nu. 20. Et quid si apposita fuerint clausule remittentes omnia iura competentia, & competitura, num. 41. & seqq. & quid si ad inuicem fuerint cessæ actiones, num. 47. & seqq. & quid si apposita fuerint clausula ad habendum, tenendum, & alienandum, nu. 56. vel ad faciendum quicquid voluerit, & placuerit, nu. 57. & quid si facta fuerit promissio emptionis, nu. 58. & quid si fuerit data potestas alienandi, & alienatio non fuerit secuta, nu. 59. 62. & seq. data tamen potestate alienandi adhuc ad pretium agi potest, nu. 66. & seq.*  
*Fideicommissorum scientia quando presumatur, part. 3. c. 41. n. 37.*  
*Fideicommissum vniuersale factum in testamento patris instituentis turpem personam, an conseruetur per Auth. ex causa, C. de lib. preter. part. 3. c. 2. n. 14. & quid in legatis, & fideicommissis particularibus, nu. 15.*  
*Fideicommissum semel peruentum ad aliquam personam, semper remanet apud eiusdem descendentes, part. 3. c. 47. n. 6.*  
*Fideiussor an in venditione sibi praiudicet, part. 3. c. 43. n. 10. & n. 56. & quod dicatur consentire, nu. 67.*  
*Filia ex sociis si de communi esset dotanda, presumetur societas, part. 2. c. 28. nu. 11. contra num. 22.*  
*Filia vniuersi ex sociis omnium bonorum secundum aliquos de communi dotari non debet, part. 2. c. 29. n. 1. alij contra, num. 10. remissiuè.*  
*Filia iure vniuersali non succedens, non tenetur dotem conferre, part. 1. c. 21. nu. 21. & an teneatur conferre fratri in certa re instituto, num. 22.*  
*Filia instituta in pauca quantitate, quia dotem habuit, an eam conferre tenetur, part. 1. c. 21. n. 34.*  
*Filia an possit cogere fratrem ad conferendam donationem, si ipsa ad dotem conferendam non cogatur a fratre, part. 1. c. 23. num. 16.*  
*Filia, licet nupta, testari non potest de suis bonis aduentitijs, part. 1. c. 9. nu. 10.*  
*Filia an possit petere dotem, si nupta sit absque data, part. 3. c. 5. num. 8.*

Filia exclusa à patre, intelligitur etiam exclusa à proprio fratre, par. 3. cap. 11. num. 191.

Filia enormiter laesa in dote potest petere supplementum, par. 3. cap. 4. num. 42.

Filia an possit petere integram legatum dotis, si fuerit cum minori dote prius supertrahita, par. 3. cap. 5. num. 5. & 6.

Filia exclusa per statutum non potest petere supplementum legitimum, par. 3. cap. 11. num. 8.

Filia instituta cum unico fratre, ipso repudiante eam portio hereditatis accrescit, etiam si adsint nepotes, qui alias eam ex forma statuti ab intestato excluderent, par. 3. cap. 11. num. 90.

Filia instituta in legitima, non dicitur instituta in re certa, sed ignota, par. 3. cap. 11. num. 91.

Filia enormissime laesa in dote à patre sibi constituta potest petere supplementum legitimum, par. 3. cap. 3. num. 12. non obstante renuntiatione, & iuramento, num. 13. & 14.

Filia exclusa à statuto non dicitur sua, par. 3. cap. 11. num. 92.

Filia exclusa à statuto, dicitur etiam exclusa à quocumque iure Pratoris, par. 3. cap. 11. num. 94. dummodo concurrant qualitates requisitae, num. 96. & idem est si fuerint instituta extranei, num. 97. dummodo tamen proximiores fuerint exclusi, vel pratoris, sicut si legitime exheredati, num. 99. & 101. vel dummodo pratoris non approbent testamentum, n. 103. vel eorum portio per iam accrescendi alius non accrescat, num. 105.

Filia emancipata, & cum causa praeiurata, an possit petere bonorum possessionem contra tabulas, si non fuerint instituta masculi ob quorum existentiam vigore statuti ab intestato non succedebant, par. 3. cap. 11. num. 106.

Filia exclusa à legitima, non intelligitur exclusa à dote, par. 3. c. 11. num. 125.

Filia dotata in vita patris, si excludatur per statutum, non excluditur, si fuerit dotata per testamentum, par. 3. c. 11. n. 135.

Filia dotata ab extraneo non excluditur à successione bonorum paternorum, nisi aliter statutum expresse disponat, par. 3. c. 11. nu. 136. & 137.

Filia, qua renuntiavit, instituta succedit, par. 3. c. 12. n. 46.

Filia, qua iuravit successioni non renunciare, non potest nec etiam cum iuramento ipsi renunciare, par. 3. c. 12. n. 67.

Filia exclusa per statutum ob masculos, an possit petere supplementum legitimum, par. 3. c. 28. n. 19.

Filiabus in Statu Sacrosanctissimi Urbini ducis, non potest constitui dos maior legitima absque licentia Principis, par. 3. cap. 3. num. 22.

Filius dotandi onus an sit de iure natura, vel positum tantum, par. 3. c. 3. nu. 11.

Filiatio quomodo probetur remissive, par. 3. c. 58. n. 3. & probari per tractatum, nu. 4.

Filiationis quasi possessio quomodo probetur remissive, par. 3. c. 32. num. 20.

Filia debent esse contenta dote à parentibus constituta, par. 3. c. 3. num. 4. de quo, & nam. 8. & 10. & quid si fuerint enormissime laesa, num. 12. & an obstat hoc casu renuntiatione, vel iuramentum, num. 13. & 14. & qua sit enormissima lesio in proposito, num. 15. & in ipsa iudicanda quod nam tempus atque datur, num. 16.

Filii familias de bonis castrensis ad libitum disponere possunt, par. 1. c. 1. nu. 8.

Filii spirituales non succedant, par. 3. c. 26. nu. 34.

Filii tacendo dum eorum parentes transierint ad secunda vota, praesumuntur id facere ob reverentiam, sed hinc non dicuntur remissive caducitatem, par. 3. c. 13. n. 74. & 75.

Filii familias ludendo naturaliter obligantur, par. 1. c. 3. n. 60. 61. & 69. & an effecti maiores teneantur ad solvendum id, quod in ludo auferant, n. 76. ac ad restitutionem eius, quod acquisierunt, num. 77.

Filii non tenentur prestare parentibus operas industriales, par. 1. c. 6. num. 6.

Filii ex quo capite veniant ad successionem matris, par. 1. c. 6. num. 5.

Filii venientes ad successionem ex capite, unde agnati, vel unde cognati, propriè non veniant vii extranei, par. 1. c. 16. numero 7.

Filii respectu matris magis participant de natura extraneorum, quam emancipati respectu patris, par. 1. c. 19. n. 5.

Filii sunt erudienti, par. 1. c. 25. n. 21. & eis non erudienti anathema est, num. 23.

Filii primi, & secundi matrimonij, quomodo parentibus succedant, par. 3. c. 11. num. 135.

Filii non debent esse melioris conditionis in dote materna, quam ipsa mater, par. 1. c. 40. num. 11.

Filii sociorum omnium bonorum de communi ali debent: prout etiam eorum uxores, filii, ancilla, famuli, alique de familia, par. 2. c. 30. num. 9. & 11. nisi tamen sint nati ex illegitimo coitu, num. 10.

Filii sociorum omnium bonorum non debent participare de lucro, par. 2. c. 35. n. 14. & de ratione, n. 15.

Filii sociorum non possunt dici socii, par. 2. c. 35. nu. 16. & probatur, nu. 17.

Filii sociorum omnium bonorum an debeant ponere in communi fructus bonorum castrensis, vel quasi, par. 2. c. 35. num. 43. & quid dicendum sit de bonis profectis, vel adventitiis, nu. 45.

Filii qui acquirunt ex operibus an sint adventitii, vel profectis, par. 2. c. 35. nu. 46. & 47.

Filii familias an valide obligentur ad favorem parentum, par. 1. c. 10. nu. 28. ubi ponitur distinctio ad mentem Rota Romanae, num. 30.

Filii, & parentes non admittuntur ad ferendam testimonium contra, par. 3. c. 30. num. 9.

Filii non priuantur successione bonorum occisi à patre, si ex proprio personis succedant, par. 3. c. 56. nu. 37.

Filii an possint priuare legitimam matrem transuentem ad secunda vota respectu bonorum ab ipsis acquiritorum, par. 3. c. 13. nu. 49. Et Doctores inter se discordes referuntur, num. 59.

Filio possunt denegari alimenta ob easdem causas, ob quas potest exheredari, par. 2. c. 35. num. 41.

Filio donatum, vel relictum, an patris, vel filij contemplatione intelligatur relictum, par. 1. c. 7. num. 1. & per totum.

Filio relictum contemplatione patris dicitur profectis, par. 1. c. 7. num. 2. si verò fuit relictum contemplatione ipsius filij dicitur adventitium, num. 3.

Filio pro alimentis nulla competit hypoteca, par. 2. cap. 11. nu. 14.

Filio occidenti patrem non confiscatur nec etiam legitima, si à patre fuerit priuatus, casu quo aliquid relictum committere cogitauerit, par. 3. c. 56. num. 52. ubi de ratione & quid si aliam personam occidat.

Filius quomodo succurratur respectu bonorum adventitorum, pater sua substantia male utatur, par. 1. c. 3. sub nu. 46.

Filius an sit in eorum portionem imputandum quod habuerunt, dum in studio per manserunt, par. 1. c. 25. num. 6.

Filiorum quinque genera, par. 1. c. 13. num. 1.

Filiorum educatio est de iure naturalis, par. 3. c. 18. nu. 15.

Filius exclusus ob lapsum triginta annorum ex capite unde liberi, admittitur ex capite, unde legitimi, par. 3. c. 42. num. 6. declaratur num. 7.

Filius petens aliquid vii exclusus intelligitur repudiare, nisi tamen errauerit, par. 3. c. 42. num. 8.

Filius patri stipulari non potest, par. 3. c. 45. num. 6.

Filius patri non acquiritur male acquisita, par. 2. c. 27. num. 15.

Filius familias quomodo possit elemosinam facere, par. 2. c. 32. num. 12.

Filius familias non potest facere votum expensam requirens, par. 2. c. 32. nu. 17.

Filius se alere debet ex proprijs operibus, par. 2. cap. 35. num. 48. & qui

- & quid si acquirita ex operibus sint patris, num. 49.
- Filius familias non potest esse in iudicio sine consensu patris, par. 1. c. 2. num. 15. fallit occasione peculij castrensis, & quasi, n. 16.
- Filius familias potest disponere ad libitum de bonis castrensiibus, & quasi, par. 1. cap. 2. num. 17.
- Filius familias dicitur habere heredem in bonis adventitiis, par. 1. c. 2. num. 3.
- Filius potest bona adventitia à patre alienata recuperare, & an eo vivente, par. 1. c. 3. num. 42. 43. & 49.
- Filius, qui habuit legitimam, si eam amisit, an possit petere iterum assignari, par. 2. c. 33. num. 21.
- Filius familias de bonis adventitiis an possit ludendo disponere, par. 1. c. 3. num. 59. & 63.
- Filius familias caret administratione bonorum adventitiorum, par. 1. c. 3. num. 64.
- Filius negotiando nomine patris patri acquirit, par. 1. cap. 6. num. 21.
- Filius familias testari non potest nec etiam cum consensu patris, par. 1. cap. 2. num. 12. & cap. 9. num. 11. 5. & per totum scilicet respectu bonorum castrensiium, vel quasi, dict. cap. 2. n. 13. & 14. Et si patris adsit consensus sustinetur saltem testamentum in vim donationis causa mortis, dict. c. 9. n. 21.
- Filius familias non potest legare, par. 1. c. 9. nu. 6. & quid accedente patris consensu, num. 7.
- Filius familias post ingressum religionis patris, efficitur sui iuris, par. 1. c. 9. num. 11.
- Filius familias de bonis adventitiis potest testari ad pias causas cum consensu patris, par. 1. c. 9. num. 11. & liberè de bonis castrensiibus, vel quasi, num. 12. & 14. de donatis à Principe, num. 15. de lucro dotali, num. 16. de bonis sibi donatis causa studij, num. 20. c. 9. nu. 41. & 16. nu. 7. Prout filij Gallorum, filij Presbyterorum, & liberati à patria potestate testari possunt, nu. 12. 18. & 19.
- Filius familias de bonis castrensiibus, vel quasi ad libitum disponere potest inter vivos, par. 1. c. 10. nu. 1. de profectitiis nullo modo, nu. 2. de adventitiis verò solum patris accedente consensu, nu. 3. & 4. & liberè si ipsorum pater non habeat usufructum, nu. 5.
- Filius familias potest donare causa mortis, patris accedente consensu, par. 1. c. 10. nu. 6. & de ratione, nu. 8. & 19. & an tacitus consensus sufficiat, num. 20.
- Filius familias an possit patri donare bona adventitia causa mortis, par. 1. c. 10. nu. 18. & 19.
- Filius an peccet nubendo absque consensu patris, par. 3. c. 5. numero 21.
- Filius institutus in minori summa, quam alij, si aliquid ipse habeat præcipuum, ob id in minore summa præsumitur institutus, par. 1. c. 21. nu. 15.
- Filius si de voluntate patris capis stare in studio, an studium, petris inuito prosequi possit, par. 1. c. 25. nu. 13.
- Filius scorsum à patre habitando per decennium præsumitur emancipatus, par. 1. c. 6. nu. 19.
- Filius familias potest quolibet contractu obligari, par. 1. c. 10. nu. 29. vbi numerus seqq. declaratur, an, & quando sit valida obligatio ad favorem patris.
- Filius exheredatus dicitur suus, par. 3. c. 11. num. 93.
- Filius secundum Salomonum legem non debebat patri alimenta, à quo nullam artem accepisset, par. 1. c. 25. nu. 19.
- Filius potest implorare officium Iudicis, ad hoc ut pater sibi expensas necessarias studij subministret, par. 1. c. 26. n. 12.
- Filius, quod super lacrat in studio eius parsimonia an debeat conferre, par. 1. c. 26. nu. 13.
- Filius negligens redimere patrem ab hostibus ab eo exheredari potest, par. 1. c. 30. nu. 1. & idem est in patre, nu. 3.
- Filius, qui habuit legitimam, potest validè renunciare successioni, idem in filia, qua habuit dotem, par. 3. c. 12. numer. 13. & 24.
- Filius, qui aliquo respectu renunciat hereditati paterna, facit
- alios partem, par. 1. cap. 12. numero 35.
- Filius potest petere legitimum de dote inofficiosa data forori, par. 3. c. 13. num. 103.
- Filius quare representat patrem, par. 3. c. 15. nu. 14. & 15.
- Filius ingrediens religionem bonorum incapax non succedit parentibus, par. 3. c. 17. nu. 15. & 16.
- Filius occidens patrem ipsi non succedit, par. 3. cap. 17. n. 22.
- Filius alienum si fuerit substitutus intelligitur de primogenito, par. 3. c. 17. num. 13.
- Forensis non ligatur statuto, nec etiam respectu honorum existentium in loco statuentium, par. 3. c. 7. num. 17.
- Forum fori, & statuto ligari à patri procedunt, par. 3. c. 7. numero 10.
- Francisci Michaelis patris auctoris sit maritus, par. 1. c. 25. numero 17.
- Frater sufferens aliter fratrem totam hereditatem possidere, an intelligatur repudiasse, par. 3. c. 42. num. 2.
- Frater sciens, & tacens fratrem rem vendere sibi non praeiudicat, par. 3. c. 45. nu. 1. & quid si dolose taceat, nu. 52.
- Frater dans potestatem alienandi, an intelligatur renunciare fideicommissis, par. 3. c. 43. num. 41. remissus.
- Frater presens alienationi rei subiecta fideicommissis, an possit molestare empotrem, par. 3. c. 43. n. 42. & seqq.
- Frater recipiens, vel petens partem pretij venditionem approbare dicitur, par. 3. c. 43. num. 53. declaratur nu. 55.
- Frater tenetur reddere rationem administrationis bonorum communium, si solum administraverit, par. 3. c. 44. n. 1. declaratur n. 11. idem si administrasset tantummodo uti frater, nu. 2. & tenetur edere libros rationum, nu. 3. & contra ipsam potestur rari in litem, num. 4. non tenetur tamen ad exactam rationem, num. 9. & solum de dolo, & culpa argui potest, nu. 10. Nisi tamen administraverit uti tutor, vel curator, ut ibi.
- Frater tenetur reddere rationem etiam de administratio vivente patris, par. 3. c. 44. nu. 8.
- Frater solum administrans an aliquid possit petere pro salario, par. 3. c. 44. nu. 12. & quid si sit tutor, vel curator, nu. 15.
- Frater fratris in feudis an stipulari possit, par. 3. c. 45. num. 24. & 28.
- Frater potest per pactum providere, ut frater sibi succedat in feudo, par. 3. c. 46. nu. 1. & 6.
- Frater ad ferendum testimonium contra fratrem cogi non potest, par. 3. cap. 50. nu. 1. & de ratione, nu. 2. & 4. quod procedit etiam in civilibus, num. 14. & quid si agatur de favore fratris, nu. 3. 5. & seqq. & quod possit cogi videtur inconueniens, nu. 6. periculum enim esset pericrij, nu. 7. potest tamen si vult testimonium ferre, nu. 8. & si falsum deponeret puniri deberet, num. 10. sed convictus de mendacio contra fratrem terqueri non potest, nu. 15.
- Cogi tamen poterit, si fuerit testis instrumentarius, num. 17. vel aliter adhibitus, nu. 18. prout etiam in criminibus exceptis, n. 19. vel si frater ipsa consentiat, nu. 20. vel aliter veritas haberi non possit, n. 21. & inductus à fratre possit cogi ad ferendum testimonium etiam contra, num. 22.
- Frater an teneatur revelare contra fratrem vigore monitorij, par. 3. c. 50. nu. 16. 23. & 24.
- Frater pro fratre in criminalibus edonens non est testis, par. 3. cap. 51. num. 1. etiam si agatur civiliter, numer. 7. & 9. vnde si fuerit admissus non probat, numer. 8. & pro fratre contra tertium non facit nec etiam iudicium ad torturam, num. 10. in criminibus tamen exceptis probat, numer. 11. vel si aliter veritas haberi non possit, num. 12. probat pariter ad defensionem, numer. 13. & quid si agatur de praedictio tertij, numer. 14. nunquam tamen est integra fidei, & omni exceptione maior, num. 15.
- Frater nec etiam in civilibus est idoneus testis pro fratre, par. 3. cap. 52. num. 1. declaratur num. 4. secus si causa sit parum momenti, num. 3. prout etiam si testificetur inter duos fratres, n. 6. vel si sit testis instrumentarius, n. 7. vel parte non opponente,

- num. 9. probat tamen contra inducentem, num. 10. prout etiam si esset summa bonitatis, num. 11. vel essent in causa matrimonij, num. 13. probat pariter aetatem fratris, num. 12. & est idoneus testis, si aliter veritas haberi non possit, nu. 14. & facit semper admniculum, num. 15. & in illa casibus in quibus admittuntur domestici, probat num. 16. nunquam tamen est omni exceptione maior, num. 17. & eo minus si simul habitent, num. 18. vel habitant bona communia, nu. 19. num. 19. vel maneant sub eadem patria potestate, n. 20. vel inter eas maxima adfit affectio, nu. 21.
- Frater in testamento fratris testis esse non potest**, part. 3. cap. 52. num. 8.
- Frater an possit incarcerationi ad instantiam fratris, & conveniri ultra quam factu potest**, part. 3. cap. 53. num. 17. & per totum.
- Frater an possit iurari suspectum de fuga**, part. 3. cap. 53. n. 12.
- Frater fratri donare censetur**, part. 3. cap. 53. n. 5. & 11.
- Frater fratrem alere tenetur**, par. 3. c. 53. nu. 4. & 9. de quo latius in c. 32. per totum eadem 3. part.
- Frater fratre accusari non potest**, part. 3. c. 54. num. 4. idem in sorore, fratre naturali, & coniuncto ex vno latere tantum, num. 5. nisi tamen suam, vel suorum iniuria prosequatur, nu. 5. admittitur tamen in criminibus exceptis, & in leuioribus, nu. 8. & 9. & de iure canonico semper admittitur, n. 11. prout admittuntur illi fratres, qui fratrum appellacionis non veniunt, num. 12.
- Frater occidens fratrem per assassinium portio, in qua alias successisset frater non applicatur fisco**, vbi de ratione, par. 3. c. 56. num. 44.
- Frater occidens fratrem poena parricidij tenetur**, non ordinaria tamen, sed vitium supplicij, part. 3. c. 56. num. 2. & 3. quod procedit etiam in occidente fratrem coniunctum ex vno latere tantum, nu. 8. vel fratrem consobrinum, num. 9. fallit si frater occisus sit proditor patrie, num. 11. & quid si sit haereticus ex alia causa, num. 12. fallit pariter in occidente fratrem, qui a patre exheredari potuisset, num. 13. ac in occidente fratrem infidelium, num. 14. vel ad propriam defensam, numer. 15. vel sororem deprehensam in adulterio, nu. 16.
- Frater dicitur parricida, si fratrem carcerari procurat**, part. 3. c. 56. num. 10.
- Frater succedit in bonis fratris occisi, sed hereditas ab ipso auferitur tanquam ab indigno**, part. 3. cap. 56. num. 29. & sic non priuatur ipso iure, num. 30. & quid si adfit statutum, vt occisus non succedat in bonis occisi, nu. 15. & quid si fuerit occisus per assassinium, nu. 44. & quid si adfit aliter frater existens in pari gradu cum occiso, nu. 54. & 55.
- Frater non reuelans insidias parari fratri, puniatur poena relegacionis**, par. 3. c. 56. num. 4.
- Frater occidens uxorem cum fratre non tenetur de homicidio**, part. 3. c. 56. nu. 6. & an frater taxatus hoc casu in aliquo reuocatur, num. 7.
- Frater cognoscens carnaliter sororem incestum committit**, part. 3. c. 57. n. 3. idem est in fratre cognoscante fratris filiam, neptem, vel proniptem, nu. 5. & 7. vel uxorem fratris, nu. 8. idem in cognoscente consobrinam, nu. 13. vel sororem patris, vel matris, num. 14.
- Frater fratrem alimentare tenetur**, part. 3. cap. 32. num. 1. quod procedit etiam in consanguineo, vel veterino tantum, 3. & 10. ac in naturali, nu. 5. scilicet tamen si ex aliquo artificio vivere possit, nu. 6. quod exercere possit sine verecundia, n. 8. ponitur declaratio sub nu. 9. & quid in spurio, num. 11. & 12. & tanto magis alenda est soror, num. 16. faceret tamen suos fructus dotis, quam dare esset obligatus tempore nuptiarum, num. 17. non tenetur tamen, si & ipse frater sit pauper, numero 30. nec minus tenetur respectu alimentorum prateritorum numero 31.
- Frater clericus tenetur alere fratrem ex fructibus beneficiorum** part. 3. c. 32. n. 13. prout dotari debet sororem, nu. 14.
- Frater an teneatur alimentare fratrem suum, part. 3. cap. 32. num. 19.**
- Frater tenetur alimentare fratrem, qui secum literas habet**, part. 3. c. 32. n. 18. precipue filii sit circa bona paterna, n. 19.
- Frater tenetur alimentare etiam fratrem eucharisticum**, part. 3. cap. 32. num. 22.
- Frater diues non potest petere alimenta a fratre diuiri**, part. 3. c. 32. num. 23. nisi tamen sit exclusus a statuto, vel a iure primogeniturae, num. 24.
- Frater, qui bona sua dilapidauit an possit petere a fratre alimenta**, part. 3. c. 32. nu. 25.
- Frater non tenetur alimentare fratrem habentem matrem diuitem**, par. 3. c. 32. num. 26.
- Frater fratrem ingratum alere non tenetur**, part. 3. cap. 32. numero 28.
- Frater an possit repetere a fratre alimenta praestita**, part. 3. c. 32. nu. 32. & quid si praestita fuerint nulla precedente obligatione, num. 32.
- Frater in quibus casibus repetat expensas factas pro fratre**, part. 3. c. 32. nu. 34. & quid in alimentis praestatis fratri locum remissum, num. 35.
- Frater ingratus non priuatur iure succedendi in bonis fratris**, part. 3. c. 32. nu. 39.
- Frater sororem dotare tenetur**, part. 3. c. 33. nu. 1. quod tamen non procedit in sorore veterina, nu. 2. quod procedit etiam in clinica, qui de fructibus beneficiorum tenetur dotare sororem, n. 3. & regula sibi locum vendicat etiam si de bonis paternis frater nihil habeat, n. 4. & non solum tenetur dotare, sed etiam de locatibus prouidere, num. 5. & tanto magis si fuerit exclusus a statuto, nu. 6. nec dotando potest stipulari sibi dotem restitui, n. 7. declaratur n. 8. si tamen soror ex se habeat, cessat fratri obligatio, nu. 19. quod tamen declaratur, vt ibi.
- Frater an possit cogi ad iterum dotandam sororem, qua dotem amisit**, part. 3. c. 33. nu. 20. vbi ponitur distinctio, & declaratur, nu. 21.
- Frater an teneatur dotare sororem, qua iam nupsit absque dote**, quos. 3. c. 33. nu. 22.
- Frater dotando sororem diuitem, an donare praesumatur**, part. 3. c. 34. num. 1. & quid si stipuletur dotem sibi restitui, num. 3. & 4. & quid si soror declarauerit, se dote illa usse contentam, num. 5. vel frater dixerit, se dotem illam dare proportionem sorori, nu. 6. Non praesumitur tamen eam donare, si soluat dotem vti fideiussor sororis, nu. 7. vel vt eius debitor, nu. 8. nisi tamen sit debitor in quantitate, & ratio soluat, n. 10. vel si soror sit exclusus a statuto, nu. 9. sicus tamen respectu excessus, num. 11. nec praesumitur donare, si sit administrator, nu. 12. quod tribus declaratur modis nu. 14. 15. & 16. & tanto minus dot magna donata praesumitur, nu. 18.
- Frater dotando sororem vltra quantitatem a patre relictam, an possit eam a fratribus pro rata repetere**, part. 3. cap. 34. num. 17.
- Frater an possit fratribus tutorem, vel curatorem dare**, part. 3. c. 2. num. 62. & 65.
- Frater praesens alienationi rei communis, & dolose tacens sibi prauidicat**, part. 3. cap. 43. num. 52.
- Frater iniuncto fratre potest vti re communi ad usum destinatum**, part. 3. c. 35. num. 5.
- Frater an possit iniuncto fratre locare domum communem locari solitum**, part. 3. c. 36. num. 1. & quid in praedio rustico, num. 3. & si locauerit in omnem usum tenetur frater ad ratam possessionis, num. 2. & si sint discordes in locando, vnus alium impedit, num. 13. quod tamen intelligitur ceteris paribus, num. 14. nam aliter vtilior locatio esset attendenda, num. 15.
- Frater habitans domum communem an teneatur alteri ad personam**, par. 3. c. 36. num. 23. & quid si per iudicium diuisorium fuerit constitutus in mora, nam. 26.
- Frater habens bona communia cum clerico potest cogi ad dividendum, ad hoc, vt pro eius rata collecta soluantur**, part. 3. cap. 36. Frater

Frater contra fratrem agere potest, si ob ius delictum sibi domum communem destruxerit, part. 3. cap. 36. num. 38. etiam si iniuste id factum fuerit, num. 40.

Frater an teneatur vendere fratri rem paternam, part. 3. cap. 36. num. 50.

Frater committens feloniam non amittit feudum ob fidelitatem alterius fratris, part. 3. cap. 37. num. 1.

Frater maior sigillum, & claves portarum retinere debet, part. 3. cap. 37. num. 3. & etiam instrumenta communia, nu. 4. prout claves rei communis, num. 5.

Frater committens delictum in castro communi an possit puniri ab altero fratre, part. 3. cap. 37. num. 7. remissive.

Frater, vel soror furiosi de necessitate exemplariter substitui debet, part. 3. c. 2. num. 69.

Frater socii bonorum non potest à fratre aliquid repetere ex eo, quod plura bona in communem tenuerit, part. 2. c. 7. nu. 4. nec minus ex eo, quam fuerit industriosior, n. 7.

Frater acquirens proprio nomine, de proprio pecunia acquirere praesumitur, part. 2. cap. 10. nu. 13. & 20. declaratur n. 21. & seqq. secus est inter Longobardos, n. 24.

Frater an possit complere studium expensis communibus, si vivente patre ceperit stare in studio, part. 2. cap. 11. nu. 1.

Frater non est obligatus mittere fratrem ad studium, etiam in illis casibus, in quibus ipsum alere tenetur, part. 2. c. 12. nu. 27.

Frater, qui tenetur dotare sororem tempore nuptiarum, potest cogi, ut interim satisfacat, part. 3. c. 4. nu. 44.

Frater in re communi potest agere absque mandato fratris, part. 2. c. 48. nu. 19.

Frater non participat de expensis factis à fratre in studio post mortem patris, nisi sint socii omnium bonorum, part. 2. c. 12. num. 18. & 19.

Frater exercens mercaturam proprio nomine, non dicitur contraxisse societatem omnium bonorum, part. 2. cap. 37. num. 1. & 2.

Frater in acquisitione proprio nomine, habet intentionem fundatam, part. 2. c. 17. nu. 7.

Frater non potest renunciare societati absque debita inimitatione, part. 2. c. 17. nu. 14.

Frater non communicans domata, & sibi relicta, non dicitur socius omnium bonorum, part. 2. c. 17. nu. 21.

Frater, si donec rem communem alii sciens, omnes consentiens praesumatur, part. 2. c. 29. nu. 20. & 26.

Frater captus ab hostibus de proprio redimi debet, part. 2. cap. 31. num. 14.

Frater dicitur fere aliter, part. 3. c. 1. nu. 2.

Frater senior iuniorum castigare potest, part. 3. c. 1. nu. 27.

Frater an fratrem instituire teneatur, part. 3. cap. 2. num. 1. & 2.

Frater ingratus non potest quarere testamentum fratris, part. 3. cap. 2. num. 30.

Frater agnoscentis relictum sibi factum in testamento fratris, ipsum impugnare non potest, part. 3. c. 2. num. 32.

Frater tenetur alere sororem exclusam, part. 3. c. 4. num. 26. nec alimenta computantur in dotem, nu. 27. quod locum habet etiam in herede extraneo, nu. 28. & fructus dotis sunt illius, qui praestat alimenta, nu. 29.

Frater uterinus, an excludat sororem uterinam, part. 3. cap. 9. n. 5. & seqq. & sorori uterina non dicitur agnata, nu. 4.

Frater uterinus, si concurrat cum alii fratribus, & sororibus uterinis, quomodo inter ipsos hereditas materna sit dividenda, stante statuto exclusivo feminarum, part. 3. c. 9. nu. 7. & quid si agatur de successione paterna, nu. 8.

Frater non potest testari de bonis Emphyteoticis, quae ad fratrem redire debeant, etiam si fratris accedat consensus, part. 1. c. 9. num. 5. & etiam si fuerit captivus, nu. 9.

Frater tenetur conferre fratri dotem à patre propria filiae datam, si illa dos ad patrem fuerit reversa, part. 1. cap. 21. numero 18.

Frater regu' antea fratrem obligare non potest absque mandato idem est in patre respectu filii, & in filio respectu patris, part. 2. cap. 48. num. 24.

Frater in bonis castrensiis alterius fratris nullum ius habet, part. 1. num. 11.

Frater qui tenetur libros conferre, pretium tradendo liberatur, part. 1. cap. 27. num. 36.

Frater redimens fratrem ab hostibus intuitu pietatis, in dubio fecisse praesumitur, part. 1. c. 30. nu. 4. & 5. & quid si eum redimat a carceribus, nu. 6. & 7. & quid in extraneo, n. 8.

Frater non debet conferre consumpta bona fide, part. 1. c. 32. n. 9. plura tamen concurrere debent, num. 10.

Frater uterinus an excludat sororem uterinam remissive, part. 3. cap. 11. num. 122. & 129. cap. 14. num. 34. & latius cap. 9. eadem tertia parte.

Frater coniunctus ex vno latere, praefertur fratri coniuncto ex alio latere in bonis pronuntiatis ex illo latere, ex quo est coniunctus, part. 3. cap. 14. num. 11.

Frater utriusque coniunctus excludit fratrem coniunctum ex vno latere tantum, part. 3. c. 14. nu. 13. & quid si stante statuto excludente cognatos propter agnatos, num. 15. & 16. quid si statutum excluderet solum feminas in aliquibus casibus, nu. 17. & quomodo debeant intelligi Doctores negativam opinionem amplectentes, nu. 18. In feudis tamen haec regula locum non habet, num. 19.

Frater religiosi intelligitur de fratre sanguinis, part. 3. cap. 16. numero 22.

Frater consobrinus non excludit sororem consobrinam vigore statuti exclusivi seminarum, part. 3. c. 16. nu. 37.

Frater si non curit redimere eius portionem, alter frater totam rem redimere potest, part. 3. c. 36. nu. 5.

Frater habitando domum communem, si finita locatione portionis fratris continuet habitando, non intelligitur reconductus portionem fratris, ubi de ratione, part. 3. cap. 36. n. 27.

Frater receptans fratrem bannitum, an inidat in partem bannites receptantium, & quid si sit bannitus pro crimine laeso Majestatis, vel alio simili delicto, part. 3. c. 36. n. 18. & seqq. & quod excusetur à poena ordinaria, n. 21.

Fraterna coniunctio non solum est naturalis, sed etiam politica, & diuina, part. 3. cap. 1. nu. 4.

Fraternam coniunctionem ceteris aliis esse praestantioram, part. 3. c. 1. num. 1.

Fraternitas probari debet ab eam allegante, part. 3. cap. 58. n. 1. & probatur per probationem filiationis, num. 2. & an probatur per testatum, nu. 5. & affirmativa opinio probatur numero 6. & solvuntur contraria, num. 7. quod tamen procedit quantum ad probationem praesumptam, nu. 8.

Fraternitas est rei naturalis, & permanens, part. 3. cap. 51. numero 2.

Fraternitatis scientia ex quibus arguatur, part. 3. cap. 58. numero 11.

Fratrem diligere fratrem, non videtur hodie vera praesumptio, part. 3. c. 56. nu. 1.

Fratrem fratri adiutorem naturae procreavit, part. 3. cap. 1. numero 22.

Frater diuidentes an intelligantur renunciare beneficio investiturarum, part. 3. cap. 41. num. 83.

Frater socii omnium bonorum an habeant excusationem ob personam fratris, part. 2. c. 3. num. 6.

Frater socii mensa an possint repetere à fratribus illud plus, quod impensum est ratione maiori familiae, part. 1. c. 5. n. 1. & per totum: & de rationibus pro affirmativa opinione, n. 2. quibus respondetur, n. 7. & ad propositum adducitur distinctio Surdi, & reprobatum num. 3. cum ipse non loquatur in socii mensa, nu. 4. & quare non detur repetitio, n. 5. & hanc opinionem esse necessariam, nu. 6. & reprobatum conciliatio opinionum Hæc. Felic. num. 8.

Frater non dicitur contraxisse societatem omnium bonorum

- num. si inter eos confet de aliquo debito, credito, part. 2. cap. 17. num. 4.
- Fratres, & sorores non semper fiscum excludant, part. 3. cap. 56. num. 56.**
- Fratres duo, si eandem mulierem cognoscant, committunt incestum, part. 3. c. 57. num. 12.**
- Fratres appellamus, quo diligimus, & caros habemus, part. 3. c. 1. num. 9.**
- Fratres inter se maxima prudentia vti debent, part. 3. cap. 1. numero 54.**
- Fratres dividendo hereditatem, non intelliguntur renunciare fideicommissis futuro, & conditionali, part. 3. cap. 41. n. 1. etiam si dictum fuerit, non posse veniri contra divisionem, nu. 4. idem quantum appetit, & in clausula generales, nu. 11. & etiam si sit reciproca, num. 2. nec ipso iure, nec ope exceptionis, num. 3. quod tamen multo ampliatur, & limitatur modis per totum.**
- Fratres habentes iurisdictionem communem, quomodo ipsam exercere debeant, part. 3. c. 37. num. 8.**
- Fratres dividendo non tenentur prestare laudemium, part. 3. cap. 38. num. 29.**
- Fratres de familia, succedentes vna cum parentibus, succedant in capita, part. 3. c. 14. num. 6.**
- Fratres non viri que coniuncti non succedunt vna cum parentibus, part. 3. cap. 14. nu. 8. licet olim fuerit, nu. 9. & maxime si non sint coniuncti ex eo latere, quo parentes, n. 10.**
- Fratres inuestiti, quando vixerint, succedunt ad invicem, part. 3. cap. 46. nu. 2. & 7. secus si fuerint simpliciter inuestiti, tunc enim unus alteri non succedit, etiam si ambo in eadem inuestitura fuerint comprehensi, nu. 3. & 4. dummodo tamen feudum non fuerit emptum communi nomine, & communibus pecuniis dominio sciente, num. 8. 9. 11. & 13. vel fuerit acquisitum in bello communibus expensis, nu. 14. & quid si feudum fuerit indivisibile, num. 16. 17. & 18. si vero fuerit comprehensi succedunt, n. 20. & quid in feudo antiquo, n. 21. 22. 23. 24. & 25.**
- Fratres ad invicem succedunt in bonis Emphyteoticis, part. 3. c. 46. nu. 15. & 22.**
- Fratres duo, si recipiant Emphyteusim pro se, & cuiuslibet ipsorum filii, & nepotibus, intelliguntur facti duo colonelli, part. 3. cap. 47. nu. 38.**
- Fratres plures si conveniri debeant, quorum unus sit clericus, & omnes coram iudice Laico conveniri debeant, part. 3. c. 49. n. 1. & 20. & quid si causa sit indivisibilis, nu. 23. & quid si plures sint laici, quam clerici, nu. 21.**
- Fratres iurati non succedunt, part. 3. cap. 26. nu. 35.**
- Fratri dotanti sororem vivente patre, tenetur pater de in rem verso, part. 3. cap. 34. nu. 20.**
- Fratri competit querela inofficiosi testamenti, si a fratre fuerit impio persona insignita, part. 3. c. 2. n. 3. & 56. & tam si frater fuerit presbiter, quam saccharolatus, nu. 4. & quid si frater fuerit relicta legitima, num. 12. & an id locum habeat in legitimatis, nu. 5. & an hoc casu aliquid operetur clausula codicillaris, nu. 6. 7. & 11. & quid si fuerit instituta persona turpis, & alia non turpis, num. 17. 18. & 19. & an competit hac querela fratribus utriusque tantum, num. 25. & quid si facta fuerit vulgaris substitutio, nu. 33.**
- Fratri an competit privilegium leg. Fidei, quo alior frater visitur, part. 2. cap. 25. num. 25.**
- Fratri non vendicanti necem fratris, non competit querela inofficiosi testamenti, part. 3. c. 2. nu. 34.**
- De Fratribus, qui scripserunt in prefatione, nu. 1.**
- Fratribus cavere calumniosum reputatur, part. 3. cap. 1. nu. 7.**
- Fratri carnali appellatione, venit etiam frater coniunctus ex vno tantum latere, part. 3. cap. 16. nu. 31.**
- Fratri are aliqua qua nam portiones remaneant obligata facta inter fratres divisione, part. 3. cap. 39. num. 25.**
- Fratrum plures species, part. 3. cap. 14. nu. 1.**
- Fratrum appellatione continentur etiam sorores, part. 2. cap. 16. nu. 1. tam si de fratribus fiat mentio in numero plurali, quam singulari, num. 6. & an ex proprietate sermonis, num. 7. & seq. & quid in materia differentis, num. 15. & quid stante ratione diversitatis, num. 16. & quid stante statu exclusivum femininarum, num. 21. & quod non continentur in statu, num. 8. contra, num. 9. declaratur num. 12. Nec manet si coniecturis contrarium appareat, num. 17. & quid descendenti sit in penalibus, num. 18. & 19. non continentur tamen sorores, si de fratribus & sororibus fiat expressa, & separata mentio, num. 20. & quid in religiosis, num. 19. & quid in feudis, num. 33.**
- Fratum appellatione continentur consanguinei tantum, prout si essent viri que coniuncti, part. 3. c. 16. nu. 23.**
- Fratum appellatione in testamento, qui veniant, part. 3. cap. 16. num. 32.**
- Fratum appellatione non veniunt vidui, part. 3. cap. 16. n. 34.**
- Fratum appellatione veniunt solum coniuncti in primo gradu, part. 3. cap. 16. num. 35. & in status exclusivum femininarum non veniunt consubriti, nu. 36.**
- Fratum gratia, olim rata, hodie nulla, part. 3. cap. 56. num. 2. & 3.**
- Fratum materia in iure necessaria in prefat. num. 2.**
- Fratum coniunctio quare dicitur diuina, part. 3. cap. 1. n. 8.**
- Fratum antiquorum exempla nonnulla recensentur, qui multo amore se dilexerunt, part. 3. c. 1. nu. 1. & aliorum, qui maximo odio se persecuti fuerunt, num. 18. & 19.**
- Fratum contentiones acerbissima sunt, & quare, part. 3. c. 1. numero 20.**
- Frax quid sit, part. 2. cap. 46. num. 3.**
- Frax an impotentur in legitimatis, part. 1. cap. 36. nu. 19. & seqq.**
- Fructus, & quasi fructus inter omnium bonorum socios esse communia, quomodo intelligendum, part. 2. cap. 11. n. 24.**
- Fructus bonorum feudaliu sunt communes inter omnium bonorum socios, part. 2. cap. 24. num. 1.**
- Fructus bonorum castrensiu, & quasi inter castrensis, & quasi castrensis communentur, part. 1. c. 2. nu. 18.**
- Fructus percepti a filio ex bonis a patre simpliciter donatis conferuntur, part. 1. c. 17. nu. 21.**
- Fundamentum sua intentionis a quolibet probari debet, part. 2. c. 47. num. 2.**
- Furiosi, & mentecapti a Principe legitimari possunt, part. 3. cap. 25. num. 72. & quid in Comitibus, num. 73.**

## G

**G**erionem esse tricorporum, & Briarum centimanum, cui fauola sinxerint, part. 3. c. 1. num. 6.

## H

**H**abens bonum communia cum clerico, gaudet privilegio clericali, part. 2. c. 25. nu. 5. & 17.

**Hi; Sacerdos, quia filios non erudit, superius cecidit, part. 1. cap. 25. num. 20.**

**Heredes habere nostra interest, part. 1. c. 38. nu. 6.**

**Heredes habere nemo iniunctus cogitur, part. 3. cap. 25. n. 18.**

**Heredes adeundo obligantur, part. 2. c. 15. nu. 43. & presumuntur scire contenta in testamento, nu. 44.**

**Hereditas magis est debita liberis, quam parentibus, part. 1. c. 15. num. 0.**

**Hereditatis infla, dicitur solum proveniens ab intestato, part. 2. c. 22. num. 5.**

**Hereditatis delata vni, qui alias ab intestato erat successurus, an debeat esse communis, si ille cum alio societatem contraxerit sub illis verbis, si aliqua infla hereditas obueniat, part. 2. c. 22. num. 6.**

**Hereditas est successio in vntuersum ius defuncti, part. 2. cap. 40. num. 32.**



Hereditas ad adieci, dicitur hereditatis aduentiu, part. 3. c. 10. n. 3.  
 & non defuncti, cap. 11. num. 170.  
 Hereditas delata in suos, transmittitur etiam non agnita, par.  
 3. cap. 10. num. 17.  
 Hereditas non potest dari ad tempus, part. 3. cap. 13. nu. 10. de-  
 claratur num. 15.  
 Hereditas, a qua femina sunt exclusa per existentiam masculo-  
 rum, an transmittatur, part. 3. cap. 10. nu. 23.  
 Hereditas non delata, non transmittatur, part. 3. c. 10. nu. 37.  
 Hereditas ex legis dispositione, quomodo possit ad tempus, par. 3.  
 cap. 13. nu. 25.  
 Hereditas potest dari pacto, si in ipsa inter. ssi habentes omnes  
 consentiant, part. 3. cap. 11. nu. 57.  
 Hereditas, que desertur Monacho post ingressum religionis, an  
 deseratur immediate, vel immediate, part. 3. c. 12. num. 52. & 53.  
 Hereditas non solum verbis, sed etiam factis repudiari potest, part.  
 3. c. 42. num. 10.  
 Hereditatem relinquere pupillis per substitutionem, facti est, part.  
 1. c. 33. num. 40.  
 Hereditates, donationes, legata sunt communia inter omnium  
 bonorum species, part. 2. c. 21. num. 2. & 3. etiam si societas sit  
 tacite contracta, eadem parte, c. 22. num. 1. & 2. & etiam si  
 relicta fuerint unius tantum contemplationes, num. 7.  
 Hereditum nomen collectivum verificatur in uno tantum, part. 2.  
 c. 40. num. 5.  
 Hares mandatarij, tutoris, vel socij tenetur expedire negotia ab  
 ipso capta, part. 2. c. 12. num. 3.  
 Hares simpliciter adendum obligatur ad omnia disposita per testa-  
 torem, part. 2. c. 12. num. 3.  
 Hares confectur vna eademque persona cum defuncto, part. 2. c. 40.  
 numer. 40.  
 Hares semel non potest desinere esse heres, part. 3. c. 10. num. 10.  
 Hares non potest adire hereditatem ex eo testamento, quod sperat  
 rumpi ex causa prateritionis, part. 3. cap. 10. num. 21.  
 Hares, qui esse debet ad obtinendam emphyteusim, non sufficit,  
 quod fuerit institutus in re certa; & reprobatur surd. &  
 Turres. quis contrarium consuleret, part. 3. cap. 47. nu. 31.  
 Hares heredi dicitur defuncti heres, etiam ad obtinendam emphy-  
 teusim requirentem qualitatem hereditariam, part. 3. c. 47.  
 num. 35.  
 Hermaphroditi quando excludant feminas, part. 3. cap. 11. num.  
 18. & 111.  
 Hereticorum filij non succedunt parentibus, part. 3. cap. 17. nu-  
 mero 19.  
 Hierosolymitana Religio fuit instituta ad bellandum contra  
 Turcas, par. 3. c. 48. num. 40. & 61.  
 Hypothecata pro legitima non competit, part. 1. c. 33. num. 75.  
 declaratur num. 78.  
 Homagium quid sit, part. 3. c. 48. num. 62.  
 Homicidium committens an preiudicet alio quantum ad feudum,  
 part. 3. c. 56. nu. 42.  
 Hospitalium bona in cuius dominio esse dicantur, part. 2. c. 10.  
 numero 4.

## I

**I**acobi Michaelorij fratris auctoris sit mentio, part. 1. cap. 25.  
 numero 18.  
 Iacetu amor erga fratrem, par. 3. c. 1. num. 13.  
 Ignorantia iuris in conscientia excusat, part. 2. cap. 32. n. 19.  
 Illatio non fit in his, qua sunt stricti iuris, par. 3. cap. 48. n. 64.  
 Illegitimè factum dici non potest, quod ratio naturalis dicat, nec  
 aliqua lege reperitur prohibitum, part. 3. cap. 28. nu. 3.  
 Illegitimè aliquem esse natum, an sufficiat proponere in impetran-  
 da legitimatione, vel qualitas natalium sit exprimenda, part.  
 3. c. 25. nu. 62. 63. & 64.  
 Illegitimi hodie non legitimantur ad sacros ordines per Bullam  
 ppi V. par. 3. c. 29. nu. 19.  
 Illegitimi an sit capaces pensionum, part. 3. cap. 26. n. 30.

Illegitimorum in sacra scriptura sit mentio, part. 3. cap. 18. n. 9.  
 Immunitas concessa fratri ob numerum filiorum, competit etiam  
 aliis fratribus sociis omnium bonorum, part. 2. c. 25. n. 11.  
 Immunitate clericorum gaudere habentes bona communia cum  
 clericis, par. 2. c. 25. n. 5.  
 Immunitas hospitandi competens clerico, prodest etiam fratri,  
 par. 2. c. 25. nu. 26.  
 Immunitates mixtae & reales vni concessa, aliis profunt, part. 2.  
 cap. 25. num. 23. vbi de rationibus.  
 Impedimento vno cessante, si aliud remanet sufficit, part. 3. c. 10.  
 num. 28.  
 Imparator potest legitimare clericum quantum ad successionem,  
 par. 3. c. 25. num. 35.  
 Implementum legati non facit cessare legatum, part. 3. cap. 5.  
 numero 7.  
 Imputantur in legitimam, qua capiuntur testamento patris, par.  
 1. c. 36. num. 1. tam si titulus vniuersalis, quam particulari ca-  
 piamur, num. 2. vi pecunia, nu. 10. etiam si fuerint prius a  
 filio consumpta, nu. 3. legatum alimentorum, nu. 4. Pralega-  
 tum, num. 5. Mobilia, nu. 7. declaratur num. 8. Gemma, nu.  
 9. Animalia, nu. 12. legatum pro dote, num. 12. Liberatio à  
 testatore relicta, num. 13. Relictum cum onere, ne possit alie-  
 nari, nisi in certis personis an imputetur, nu. 6. Res aliena  
 an imputetur, num. 14. Relictum à patre tanquam a alie-  
 num non imputatur, num. 15. Relicta in testamento nullo an  
 imputentur, num. 16. Relicta causa equalitatis seruanda non  
 imputantur, num. 17. prout non imputantur alia legata cum  
 hac conditione relicta, ne debeant imputari, n. 18.  
 Imputantur in legitimam, qua transeunt ad heredes, vti heredes,  
 part. 1. c. 38. nu. 37.  
 Imputari in legitimam an debeant fructus, part. 1. c. 36. nu. 19.  
 & seqq.  
 Imputari non debent in legitimam, qua capiuntur extra patri-  
 monium patris, part. 1. c. 34. num. 2. licet veniant ex substan-  
 tia pupilli per pupillarem substitutionem, nu. 3. & 4. declara-  
 tur num. 10. prout nec etiam imputantur pronientia ex  
 substitutione directa, vel fideicommissaria, nu. 6. & quomodo  
 id sit intelligendum, nu. 9. & 11. & ponitur nu. 7. differen-  
 tia inter substitutiones pupillares factas legataria, & directa,  
 ac fideicommissaria; Nec imputantur acquisita ex fideicom-  
 missio per mortem patris, nu. 11. nec acquisita ex iure accref-  
 cendi, nu. 13. quod tamen declaratur num. 14. Nec ea, qua si-  
 milis auocat à vitrico beneficio legis hoc edita, C. de secund.  
 nupt. Nec restituta ob onus patris impositum, num. 16. Nec  
 quod datur filij vti a alienum, nu. 17.  
 Imputari non debent in legitimam data à patre filij eo vivente, si  
 tamen valide data fuerint, part. 1. c. 36. nu. 1. & 2. & quid  
 in solutio pro ipso filio, part. 1. c. 37. nu. 30. remittit.  
 Imputatio fit pro illa quantitate, qua redigi potest ex re imputan-  
 da, part. 1. c. 38. num. 43.  
 Imputatio ad hoc, vt fieri debeat, sufficit, vt aliquid acquiratur  
 occasione illius, qui legitimam dare debet, par. 1. c. 40. num.  
 39. & 40.  
 Imputationis respectu attenditur erigo, part. 1. cap. 40. n. 10.  
 Imputationum materia respectu legitimæ filiorum, ad quatuor  
 reducitur capita, par. 1. c. 34. num. 1.  
 Incapacitas succedendi, & mori naturalis quantum ad successio-  
 nem equiparantur, part. 3. c. 48. nu. 3.  
 Incertitudo reddit dispositionem condicionalem, par. 3. c. 10. nu.  
 41. & impedit transmissionem, n. 42.  
 Incestus variis modis committitur, par. 3. c. 57. n. 2. & variis in-  
 cessibus qui referant, nu. 15.  
 Incestus parua olim erat deponationis, part. 3. c. 57. nu. 16. & au-  
 hodie imposita sit parua mortis, num. 17. & 18. & quid si con-  
 currat etiam adulterium, n. 19. & quid si incestus sit inter as-  
 cendentes, & descendentes, num. 20. & quid si incestus sit  
 defloratio, nu. 21. & violentia, nu. 22. & quid si incestus com-  
 missus cum ylamine matrimonij, nu. 23. & quid si ignoretur

- ius sanguinis coniunctio, num. 25. & 26. & an inestus solum  
 prohibitus de iure canonico punitur secundum par. 1. impo-  
 sita à iure civili, nu. 18. & 29.
- Inconuenientia non sunt multiplicanda, part. 3. cap. 11. n. 163.
- Industria persona dicitur electa in fiduciarius, part. 3. c. 48. n. 45.  
 & seq. prout electa dicitur, quando committitur aliquid ra-  
 tione confidentie, num. 46.
- Inauspicia quod sit tribuendum, & quid persona arbitrio iudicis  
 relinquatur, part. 1. c. 4. nu. 3.
- Industriosior an quis sit, attenditur in societate operarum, part. 2.  
 c. 35. nu. 65. 66. & 67.
- Inequalitas inter filios non est admittenda, par. 1. c. 27. nu. 34. &  
 iudicis arbitrio relinquatur an inaequalitas adfit, part. 1. c. 27.  
 nu. 35.
- Inaequalitas inter fratres, arguit omnium bonorum societatem  
 non fuisse contractam, part. 2. c. 18. num. 8. declaratur n. 50.
- Infamia per cessationem à crimine, an, & quando aboleatur,  
 par. 3. c. 2. nu. 46. & 47.
- Infamia tollitur per ingressum religionis, part. 3. cap. 2. n. 48.
- Infames, & turpes persona, qua sint, ob quarum institutionem  
 comparu fratri instituentis querela inofficiosi testamenti, par.  
 3. c. 2. num. 37. & seq.
- Infans à Principe legitimari potest, part. 3. c. 25. nu. 71. & quid  
 in comitibus, nu. 73.
- Infantes non possunt se obligare, par. 2. c. 15. nu. 2. nec donare, nu.  
 3. cum in ipsis non possit considerari consensus, nu. 4. ac ideo  
 contractum celebratum cum infante, est nullus etiam ad eius fa-  
 uorem, num. 5.
- Inferiorum decreta superioribus non ligant, part. 3. cap. 11. nu. 18.
- Infirmitates à peccatis quandoque promouent, part. 2. cap. 32.  
 numero 4.
- Ingressus religionis tollit omne vitium, part. 3. cap. 26. nu. 32.
- Inimicus de inimico facile mentitur, part. 3. c. 51. n. 5.
- Inicitatum à patre eadem obligat heredes, quatenus pater erat  
 obligatus, par. 2. c. 12. nu. 4.
- Iniuria si fiat vni ex sociis omnium bonorum, eius aestimatio so-  
 cietati acquiritur, par. 2. c. 13. nu. 4.
- Iniuria facta vni de familia, totam agnationem tangit, part. 3.  
 c. 51. nu. 3.
- Inobediens patri priuatur primogenitura, par. 3. cap. 29. n. 10.
- Inofficiosa donationis actio durat solum per quinquennium, par.  
 3. c. 13. num. 110.
- Inofficiosa dotis actio debet intentari intra quinquennium, par. 3.  
 c. 13. num. 119.
- Inofficiosi testamenti querela quinquennio praescribitur, par. 3. c.  
 13. nu. 111.
- Inofficiosi donationibus pater non potest fraudare filios legitima,  
 par. 1. c. 33. nu. 47.
- Inquisitio est hodie remedium ordinarium, part. 3. cap. 54. n. 1.
- Intem perisio equiparatur mandato, part. 2. c. 48. nu. 6.
- Inscriptio librorum proprio nomine facta, arguit societatem om-  
 nium bonorum non fuisse contractam, par. 2. c. 18. nu. 1. decla-  
 ratum n. 2. & 3.
- Inscriptio librorum solet declarare, quo nomine, & quo animo  
 fuerit negotiatum, par. 2. c. 44. nu. 3.
- Institor vni negotiationis omnes obligat, part. 2. c. 48. n. 12. &  
 si plures sint, vni alium obligat, sub nu. 13.
- Institor & tacite, & expresse constitui potest, & quomodo, part.  
 2. c. 48. nu. 13.
- Institor vni negotiationis, non potest aliam exercere, part. 2. c.  
 48. nu. 14.
- Institor ad hoc, vt tacite dicatur constitutus, scientia debet esse cer-  
 ta, imò vterius requiritur aliquis actus positiuus, part. 2. c.  
 48. num. 15. & 16.
- Institores, & praepositi negotiationi non possunt accipere pecunias  
 mutuo, & ad cambium in prauidicium constituentis absque  
 speciali mandato, nisi probent requisita, de quibus ibi, part. 2.  
 c. 48. num. 17.
- Institoris in re certa equiparatur legatarius, part. 3. cap. 11. nu.  
 numero 88.
- Institoris donec, & quousque vitam vidualem seruauerit, an sit  
 perpetuo heres, par. 3. c. 13. num. 9.
- Instituta donec, & quousque vitam vidualem seruauerit, ante-  
 quam adeat debet prestare cautionem mutuanam, par. 3. cap.  
 13. num. 12. & 19. etiam nullo dato coherede, vel substituto,  
 num. 20.
- Institutus titulo vniuersali, consequitur bona vbiicumque existen-  
 tia, par. 3. c. 28. nu. 16.
- Institutus in re certa non habetur pro herede, par. 3. cap. 47. nu.  
 numero 33.
- Institutus conditionaliter nunquam est heres ante praestitam cau-  
 tionem, part. 3. c. 13. nu. 16.
- Institutus in re certa, quantum ad collationem non habetur loco  
 heredi, par. 1. c. 11. nu. 15.
- Institutus donec, & quousque vitam vidualem tenuerit, si post  
 aliquod tempus transeat ad secunda vota, debet restituere om-  
 nes fructus interim perceptos, vbi de rationibus, part. 3. c. 13. n.  
 17. nec ignouantia, vel bono fides in hoc excusat, n. 18.
- Instrumenta communia debent stare apud nata maiorem, part. 3.  
 c. 37. nu. 4. limitatur nu. 6.
- Instrumentorum sicut appellatione veniunt feminae, part. 2. c. 35.  
 num. 11.
- Intestatus dicitur etiam ille, qui non potuit facere testamentum,  
 par. 3. c. 11. nu. 78.
- Inuentia ab vno, sunt communia inter omnium bonorum socios,  
 par. 2. c. 26. num. 16.
- Inuentarium operatur, ne confundantur actiones, part. 1. c. 40.  
 numero 46.
- Inuestitura noua qua dicitur, par. 1. c. 38. nu. 28.
- Inuestitura accepta pro se, & filio, dicitur quadam mortis causa  
 donatio, par. 1. c. 38. num. 36.
- Inuestitura noua comprehensio in prima, nullum potest inferre  
 prauidicium, par. 3. c. 47. nu. 2. & 3.
- Inuestitura tenor semper est attendendus, part. 3. cap. 47. n. 1.
- Inuitus qui legitimari non potest, part. 3. c. 25. num. 70. limita-  
 tur num. 75.
- Inuitus beneficere nemo cogitur, par. 3. c. 6. num. 11.
- Localis an veniant in collatione, par. 1. c. 28. nu. 5. & 4. & an in-  
 telligantur sponsa donata, ibidem, nu. 6.
- Iudae effecta Christiane non excluditur à masculi vigore statu-  
 torum excludentium feminas ob masculos, part. 3. cap. 29.  
 num. 25.
- Iudae de successione inter ipsos hodie iudicialiter non contendunt,  
 par. 3. c. 29. nu. 26.
- Iudae hodie non succedunt secundum legem Moysaeanam, par. 3. c.  
 29. num. 17. & an excludant feminas vigore statutorum ex-  
 cludentium feminas ob masculos, nu. 18. & quid si Iudae  
 effecti fuerit Christianus, nu. 21.
- Iudae iuramento ligantur, par. 3. c. 29. num. 20. sed ipsis non da-  
 tur iuramentum in supplementum, nu. 19.
- Iudae effecti Christiani agnationem non perdunt, part. 3. c. 29. n.  
 23. ac ideo à parentibus alidant, d. nu. 23. & possunt petere  
 legitimam vivente patre, num. 24. & eam statim postquam  
 effecti sunt Christiani, part. 1. cap. 35. n. 66.
- Iudae an possint valide cum iuramento successioibus renuncia-  
 re, part. 3. c. 12. n. 64. & 66.
- Iudex mandans ob delictum vniui destrui domum communem, re-  
 netur actione in factum, part. 2. c. 36. nu. 41. nisi tamen siscum  
 alterius partem redimere velit, nu. 42.
- Iudex in diuisionibus potest vni vnam partem assignare, & alteri  
 aliam, part. 2. c. 38. nu. 16.
- Iudex interponens decretum in aliquo actu, sibi non prauidicat,  
 part. 3. cap. 43. nu. 24. idem est respectu sententiae, n. 25.
- Iudex Ecclesiasticus dicitur maior, & dignior, part. 3. cap. 49.  
 num. 2.
- Iudex Ecclesiasticus potest cogere laicum electum cum clerico pro  
 execu-

executione testamenti, & pro reddenda ratione tutelae, vel cura, par. 3. c. 49. num. 19.  
 Iura sanguinis tolli nulla ratione possunt, par. 1. c. 15. num. 36. & par. 3. c. 56. num. 16.  
 Iura conditionalia, & in spe nobis competentia in pactum deduci possunt, par. 3. c. 41. num. 39.  
 Iuramenti duo considerantur effectus, par. 3. capit. 12. num. 65.  
 Iuramentum facit, ut minor reputatur maior, par. 3. cap. 38. nu. 7.  
 Iuramentum ad hoc, ut deroget dispositioni legis de iur. ff. de trans. fact. qua requiruntur, par. 3. c. 41. num. 35.  
 Iuramentum non supplet defectus consensus, nec extenditur ad non cogitata, par. 3. c. 41. num. 36.  
 Iuramentum appositum ad confirmationem, non operatur extensionem, par. 3. c. 41. num. 78.  
 Iuramentum in litem, datur ob dolum saltim praesumptum, par. 3. c. 44. num. 6.  
 Iuramentum reuocabilia irrenocabilia facit, par. 2. capit. 8. nu. 13.  
 Iuramentum tollit defectum infirmationis, par. 3. c. 12. sub num. 44. declaratur, ut ibi.  
 Iuramentum sociorum in dignoscendis societatibus attenditur, par. 2. c. 18. num. 12.  
 Iuramentum socij probat societatem, par. 2. capit. 14. num. 13.  
 Iurari potest in litem contra fratrem administrantem, par. 3. c. 44. nu. 4. secus contra patrem, num. 5. & quid dicendum contra matrem, num. 7.  
 Iuri, quod competere ignorantur, non intelligitur renunciatum, par. 3. c. 41. num. 65.  
 Iuri succedi ex substitutione pupillari, non intelligitur renunciatum, non obstantibus quibuscumque verbis generalibus, par. 3. c. 41. num. 75. imò nec etiam expressè renunciari potest, num. 77. & quid si appositum fuerit iuramentum, num. 80.  
 Iuri suo quis in dubio renunciare non praesumitur, par. 3. c. 43. n. 3.  
 Iurisdictio illa intelligitur acquisita, in qua quis habuit exercitium, par. 2. c. 11. num. 3.  
 Ius succedi quantum ad effectum stat in suspensio, quando suspenditur actus successionis, sed quo ad essentiam, & ortum ipsius, dicitur in esse deductum, par. 3. c. 10. num. 11. contra, num. 47.  
 Ius petendi collationem an transeat ad heredes, par. 1. cap. 52. numero 14.  
 Ius directum, dicitur continere de persona matris in filios, par. 3. c. 10. nu. 15.  
 Ius suspensum transmittitur, par. 3. c. 10. nu. 16.  
 Ius conditionale non transmittitur, par. 3. c. 10. nu. 40. & 43.  
 Ius civile in aliquibus potest restringi ius naturale, par. 3. c. 11. num. 11.  
 Ius accrescendi in hereditatibus, habet locum etiam inter successores iure speciali, par. 3. c. 11. nu. 82.  
 Ius accrescendi non habet locum, quando alter ex propria persona succedit, par. 3. c. 32. nu. 46.  
 Ius querendum facilius tollitur, quam ius quosivum, par. 3. c. 25. num. 38.  
 Ius aduendi non praescribitur, nisi per spatium 30. annorum, par. 3. c. 42. nu. 1. & 5. licet ex iure pratoris expirat per annum, num. 3.

L

**L**audemium non debet praestari à fratribus diuidendis, par. 3. c. 38. num. 34.  
 Laudum, ut aliqui perpetuo permaneant in communione, non valet, par. 2. c. 57. nu. 3.  
 Legatum factum filio de re aliena, dicitur profectitium, par. 1. c. 39. num. 6.  
 Legatum in dubio, intelligitur factum contemplatione persona, cui fit, par. 1. c. 39. num. 13.  
 Legatum factum nepoti, intelligitur factum eius contemplatione, si aliter legatum esset nullum, par. 1. c. 39. num. 33.  
 Legatum pro dote praestandum, cum nupsit, non potest peti, nisi adueniente conditione nuptiarum, par. 3. c. 4. num. 1. secus si sit

modale, vel parum, num. 1. & 3. & quid si sit factum ab eo, qui dote tenetur, num. 5. vel excedat legitimum, num. 6.  
 Legatum pro dote an sit conditionale, par. 1. c. 4. num. 4.  
 Legatum pro dote habet tacitam conditionem, si matrimonium sequatur, par. 3. c. 4. num. 18.  
 Legatum factum filia cum monachabitur, non debetur, nisi post ingressum religionis, par. 3. c. 4. num. 19.  
 Legatum pro dote, quantum ad alimentum, resoluatur in partem, par. 3. c. 4. num. 25.  
 Legatum factum ob certam causam, cessat cessante causa, par. 3. c. 5. num. 1.  
 Legatum pro aliqua maritanda, quomodo dicatur factum in causa matrimonij, par. 3. c. 5. num. 3. & an potius in causam dotis, num. 4.  
 Legatum factum uxori, donec vidualiter vixerit, vel si vidualiter vixerit, differt, par. 3. c. 13. num. 7. & 8.  
 Legatum relictum in casu nuptiarum, an debeat ingrediendi religionem, si in casu ingressu religionis minor quantitas facit relicta, par. 3. c. 6. a principio vsque ad num. 15. & qui opinionem affirmatiuam tenuerint, num. 4. qui vero negatiuam, num. 13.  
 Legatum conditionale cum nupsit, an verificetur, si religionem ingrediatur, par. 3. c. 6. num. 15. ponitur sententia auctoris, nu. 18. & declaratur, nu. 22. & 23.  
 Legatum omnium, & quorumcumque bonorum, continet etiam iura, & actiones, par. 3. c. 7. num. 47.  
 Leges non adaptantur ad ea, quae raro occurrunt, par. 1. c. 15. numero 15.  
 Legitima definitur, par. 1. c. 33. num. 1.  
 Legitima quantum olim esset, par. 1. c. 33. num. 2. quantum hodie, num. 3.  
 Legitima quibus debeat, par. 1. c. 33. num. 11. 12. & 14. an debeat sibi naturalibus, num. 16. & 17. an legitimata, nu. 18. an arrogata, nu. 19. an adoptata, nu. 20. debetur etiam ascendentibus, num. 21. & in ipsi dicitur aucta vsque legitima filiorum, num. 22. transfuersalibus non debetur, vno caso excepto, num. 23.  
 Legitima debet relinqui titulo institutionis, par. 1. c. 33. num. 24. & 27. ampliatum primo in testamento solemnij, num. 26. secundo, in testamento inter liberos, num. 28. tertio, in augmento facti à statuto, num. 29. quarto, in matre relinquente legitimam filio naturalibus, nu. 31. quinto, in patre clauico, num. 32. sexto, in nepotibus, quibus pariter debet relinqui legitima titulo institutionis, num. 33. septimo, in filio baptizato, qui legitimam habere debet titulo institutionis, nu. 34. Limitatur verò conclusio multis modis, & primo, si testamentum contineat clausulam codicillarem, vel ut valere debeat omni meliori modo, nu. 35. & 36. sufficit tamen, ut institutio fuerit facta in re minima, ut in quinque solidis, num. 37. & 38. Nec est necessaria institutio, si pater vnicuique portionem suam assignauerit, num. 39. vel si dictum fuerit, ut nil aliud peti possit, nu. 41. vel relictum fuerit pro eorum legitima, nu. 41. vel pro dote, num. 43. vel pro parte sua, nu. 44. idem si extraneus institutus fuerit grauatus restituere, nu. 45. & substitutionis titulo legitimam relinquere sufficit, nu. 46. & quid si iure benedictionis, nu. 47. & quid si Notarius dixerit iure restitutionis, nu. 48. & quid si testamentum extensè debuerit ad consilium sapientis, nu. 49. Parentibus an sit relinquenda titulo institutionis, nu. 50. In testamento militis institutionis titulus non est necessarius, nu. 51. nec in testamento Principis, num. 52. nec in testamento ad pias causas, nu. 53. & quid si relictum sit vnde filio, nu. 54. vel legatum fuerit à filio agnatum, nu. 55. Fratribus non debet relinqui legitima titulo institutionis, nu. 56.  
 Legitima non diminuitur per donationes factas à parentibus, par. 1. c. 33. num. 58.  
 Legitima debet assignari in bonis propriis, par. 1. c. 33. nu. 70. & si in bonis alienis fuerit assignata, cum filius acceptare non tenetur, nu. 71.

Legitima non suppletur volenti, part. 3. cap. 13. num. 154. & 257.  
 Legitima, qua competet fratri, est eadem in quantitate cum ea, qua competit filio, part. 3. c. 2. num. 13.  
 Legitima debetur iure natura, part. 3. c. 3. num. 6. & an per statutum possit tolli, nu. 7. & quomodo dicatur deberi iure natura, part. 3. c. 4. nu. 9. & quod possit à statuto restringi, part. 3. c. 13. nu. 104.  
 Legitima non debetur, nisi post mortem, part. 1. c. 33. nu. 57. quod tamen fallit in multis casibus, vt numeris seqq.  
 Legitima debetur absque vlla dilatione, & onere, part. 1. c. 34. numero 8.  
 Legitima debetur in bonis propriis, part. 1. cap. 33. nu. 70. & 71.  
 Legitima, in quibus bonis sit assignanda, arbitrio iudicis relinquitur, part. 1. c. 33. nu. 72. & 73.  
 Legitima reservatur filio, si bona patris veniant confiscanda, part. 1. c. 33. num. 51.  
 Legitima an debeatur ex bonis feudaliibus, part. 1. cap. 33. n. 74.  
 Legitima quibus actionibus peti possit, part. 1. c. 33. n. 76. & quid si fuerit legata, nu. 78.  
 Legitima patroni suppletur ex his, qua dilationem, vel conditionem non habent, part. 1. c. 33. num. 8.  
 Legitima debet deduci de substantia illius, qui legitimam dare debet, part. 1. c. 40. num. 14. declaratur num. 19.  
 Legitima filio non relinquitur de bonis, in quibus pater successit occiso ab ipsis, part. 3. c. 56. num. 36.  
 Legitimandi potestas dicitur de reservatis Principi, part. 3. c. 25. num. 8. & demandari potest, num. 9. in dubio non extenditur ad casum, in quo adsint legitimi, & naturales, num. 24. nec ad incestuosos, & adulteros, num. 27. & an quis possit proprios filios legitimare, nu. 31. & concessa Comitibus intelligitur de ordinaria, ac idem non possunt prauidicare legitimis hereditibus, num. 93. & 94.  
 Legitimandi filij naturales per subsequens matrimonium, part. 3. c. 23. nu. 1. non autem spurij, & quid de iure civili, num. 2. non requiritur tamen vt mulier fuerit vti concubina domi rente, nu. 6. & legitimatio locum habet etiam si mulier fuerit vilissima persona, nu. 7. nec de iure canonico requiruntur dotalia instrumenta, num. 8. quod procedit etiam quantum ad ius succedendi, nu. 9. etiam in terra Imperij, nu. 10. & etiam constitutus in articulo mortis, potest contrahere matrimonium ad effectum legitimandi filios naturales, nu. 11. nisi tamen fiat in fraudem, num. 12. sic tamen legitimati in articulo mortis non reuocant donationem, num. 13. Nec impedimentum inter mediam impedit legitimacionem, nu. 14. & intelliguntur legitimati etiam si pater protestetur, se nolle legitimare, num. 15. & sufficit, quod matrimonium adesse potuerit, vel tempore conceptionis, vel tempore partus, nu. 16. & 20. & legitimantur existentibus etiam filij legitimi, & naturalibus, num. 17. nec dos est necessaria, nu. 18. & sufficit matrimonium esse putatum, nu. 19. non legitimantur tamen filij, si expressè contradicant, nu. 21. & 22. infidelium filij hoc modo non legitimantur, nu. 23. nec minus nepotes, si totum pater sit mortuum tempore contracti matrimonij, nu. 24.  
 Legitimare qui potest spurios, an possit legitimare incestuosos, part. 3. c. 25. nu. 26.  
 Legitimare, dicitur donum Principis, part. 3. c. 25. nu. 45.  
 Legitimare qui non potest filios nobilium, non potest nec etiam legitimare natos ante adeptam dignitatem, part. 3. c. 25. n. 76.  
 Legitimari possunt illegitimi cuiuscumque generis, part. 3. cap. 25. numero 11. & an sit necesse, quod sint subditi, numero 49. & seqq.  
 Legitimari possunt in vitro existentes, part. 3. c. 25. n. 43.  
 Legitimari non potest filius incestus, part. 3. c. 25. nu. 89.  
 Legitimati an conferre debeant, part. 1. c. 15. nu. 31. & 32.  
 Legitimati non excludunt feminas vigore statuti, part. 3. c. 11. num. 180.  
 Legitimati per subsequens matrimonium, in omnibus, & per omnia aequiparantur legitimis, & naturalibus, part. 3. c. 24. n. 1.

triam quantum ad officium, & conuenit eorum, part. 3. c. 25. n. 2. ac ita succedunt etiam si matrimonium fuerit contractum cum personis vilibus, nu. 7. & de reat. ordi. nu. 3. & 7. & 8. prius, vel si illi dicantur legitimi, num. 6. & quod reat. nu. 10. ac idem possunt ordinari ad sa. ros ordines absque dispensatione, numero 11. etiam respectu dignitatis Episcopalis, nu. 13. & succedunt in feudis, num. 15. excludunt substituentem, n. 16. succedunt in imp. primogenitura, num. 27. & quia si fuerint legitimati post natiuitatem legitimorum & naturalium, nu. 19. & ipsis competunt omnia remedia, qua competunt legitimis, & naturalibus, num. 28. & comprehenduntur sub statuto loquente de natis ex legitimo matrimonio, num. 22. cum aliqua tamen differentia, an situs in dispositione bonorum, vel legi, num. 23. vnde dubitatur, an excludant substituentium hac conditione, si decesserit sine filio de legitimo matrimonio natus, n. 24. & quid si in contrarium adfuit communis vsus loquendi, nu. 25. vel de mente contraria testatoris appareat, num. 26.  
 Legitimati per subsequens matrimonium non prauidicant legitimis, & naturalibus quantum ad hereditatem iam delatam, part. 3. c. 14. num. 27. & quomodo intelligenda sit conclusio, legitimatus per subsequens matrimonium fingi semper fuisse legitimum, num. 28.  
 Legitimati non agnoscuntur agnatis, part. 3. c. 25. num. 13. nec possunt prauidicare agnatis quantum ad hereditatem iam delatam, num. 14.  
 Legitimati rescriptis Principis parentibus vti legitimi succedunt, part. 3. c. 26. num. 1. nec amplius debent appellari spurij, nu. 2. alia iniuria afficiuntur, nu. 3. & dicantur vere legitimi, n. 4. & 27. & ipsis omnia competunt privilegia, qua legitimis, n. 5. & an succedant in iure patronatus, num. 7. an per ipsos rum-patur testamentum prius factum, nu. 8. & succedunt non solum parentibus, sed etiam agnatis, num. 9. an tamen requiratur agnatorum citatio, num. 10. an excludant substituentem, num. 11. 12. & 13. comprehenduntur sub statuto n. excludente possessionem contrariam in hereditate, n. 14. an succedant in iure primogenitura, nu. 15. & 16. an in feudis, nu. 17. 18. & 19. an in emphyteusi, nu. 20. an competat ipsis quaerela inofficisae donationis, nu. 21. Notandum tamen semper quaedam nota, nu. 22. & legitimati ad instantiam patris viuente aui, si pater moriatur non acquirunt ius in bonis aui, nu. 24. & an comprehendantur in statuto excludente feminas ob masculos, nu. 25. non consequuntur tamen aliquid de bonis clericorum, num. 28.  
 Legitimatio per rescriptum fieri potest post mortem patris, si ita ipse dispo. uerit, part. 3. cap. 25. n. 26. vocatur etiam agnatus, n. 16. & ad instantiam procuratoris, num. 32. nec requiritur habitus matrimonij, num. 34. & an dicatur proprie legitimatio, seu potius dispensatio appellari debeat, nu. 46. 47. & 48. & an prauidicet filio postea natus, num. 68.  
 Legitimatio non valet, non expressis omnibus qualitatibus, qua possunt reddere difficiliorem legitimantem, part. 3. c. 25. n. 58. declaratur n. 60. Nec concedi debet, si filij possint legitimari per subsequens matrimonium, n. 67. & facta absque causa potest annullari, nu. 78. nec sufficiant causa generales, n. 80. & an sufficiant merita, & virtutes, n. 81.  
 Legitimatio ratificari potest, part. 3. c. 25. n. 74.  
 Legitimatio per oblationem curia non est in vsu, part. 3. cap. 26. num. 31.  
 Legitimatio inuenta in solatium eorum, qui legitima prole carent, part. 3. c. 25. num. 85.  
 Legitimatio non extenditur vltra intentionem legitimantis, part. 3. cap. 25. nu. 92. nec valet non citatis agnatis, n. 95.  
 Legitimaciones per rescriptum hodie ex stylo cancellaria non prauidicant legitimis successoribus, part. 3. c. 25. nu. 96. & c. 26. nu. 22. vbi quid operatur clausula, sine prauidicio venientium ab intestato.  
 Legitimati per rescriptum legitima debetur, part. 1. cap. 33. nu. 180.

- mero 18. declaratur numero 23.
- Legitimus à Comite Palatino, ab ipso Imperatore legitimatus dicitur, par. 3. c. 25. n. 10.
- Legitimus quantum ad spiritualia, dicitur etiam legitimatus quantum ad alia, par. 3. c. 25. n. 51. declaratur n. 52.
- Legitima supplementum debet capi à manu heredis, & pro ipso non datur retentio, par. 1. c. 33. num. 80. licet secus pro legitima, vt ibi.
- Legitima supplementum semper peti potest, non obstante quocumque pacto in contrarium, par. 1. c. 33. num. 25. & an debeatur culto patrimonio, nu. 69. & non obstante quacumque renunciatione, par. 3. c. 12. n. 28.
- Legitima supplementum qua actione petatur, par. 1. c. 33. nu. 77. & 79. & par. 3. c. 13. nu. 144. & quid si fuerit dictum, vt nihil aliud petere possit, quo casu non dicitur peti ex voluntate testatoris, nu. 145.
- Legitima supplementum peti potest à matre intra 30. annos, secus si petatur respectu inofficiosa dotis, par. 3. c. 13. nu. 122.
- Legitimi alium qui fuerint, & qui tales reputati, par. 3. cap. 18. numero 12.
- Legitimi tantum non excludant feminas vigore statuti, par. 3. c. 11. nu. 178.
- Legitimi tantum in quibus differant à legitimis, & naturalibus, par. 3. c. 10. nu. 31.
- Legitimorum, & illegitimorum an ante legem scriptam fuerit differentia, par. 3. c. 18. n. 1. & de variis opinionibus, nu. 7. Auctoris sententia in hoc, nu. 13. & 21. & seq. & ex proposita dubitatione tres eliciuntur conclusiones, num. 25. & quod semper hac distinctio fuerit necessaria, n. 14.
- Legitimum, vel illegitimum esse, est nomen iuris, par. 3. c. 24. numero 9.
- Lesio enormissima in dote constituta à patre, qualis esse debeat, par. 3. c. 3. nu. 15. & quod nam tempus attendatur in ipsa iudicanda, num. 16.
- Lesio in materia renunciationum filiorum qualis esse debeat, par. 3. c. 12. nu. 90. & seqq.
- Lesio in dote data ob ingressum Monasterij, non consideratur, par. 3. c. 12. num. 94.
- Lex municipalis recipit interpretationem à iure communi, par. 3. c. 14. num. 31.
- Lex qualibet loquens de legitimis, habet locum in legitimis per subsequens matrimonium, par. 3. c. 24. nu. 9.
- Lex impediens filium familiae administrationem, impedit effectum obligationis naturalis, par. 1. c. 5. nu. 71.
- Lex noua corrigens antiquam, non intelligitur corrigens legem aliquid specialiter disponentem, par. 1. cap. 17. n. 7.
- Lex ex causa transgredi potest, par. 2. c. 36. n. 11.
- L. qui Roma, §. duo fratres, quomodo communiter intelligatur.
- L. de his, ff. de transact. quomodo debeat intelligi, par. 3. c. 41. nu. 26. & 73. & an ipsi possit renunciari, nu. 30.
- L. impuberes, §. quæsitum, ff. de carbon. edict. declaratur, par. 3. c. 42. num. 4.
- L. si seruus, ff. de donat. inter virum, & vxor, declaratur, par. 3. c. 43. num. 29.
- L. aduersus, C. fam. ercisc. declaratur, par. 3. cap. 55. numero 8. & 10.
- L. Si Titius, ff. de præscript. verb. inducitur, par. 3. c. 59. nu. 10, declaratur n. 31.
- L. cum duobus, §. damna, ff. pro soc. inducitur, & declaratur, par. 3. cap. 59. num. 13. & rursus in §. quidam sagariano numero 17.
- L. si non fuerint, §. 1. inducitur, par. 3. c. 59. num. 18. declaratur num. 16.
- L. Finalis, ff. de mun. & honor. lib. 10. declaratur par. 2. cap. 3. numero 7.
- L. societatem coira, ff. pro soc. declaratur, par. 2. cap. 2. nu. 26.
- L. secunda, C. pro soc. quomodo intelligatur contra Nat. par. 2. c. 9. num. 15.
- L. si defunctus, C. arb. tut. quomodo veniat intelligenda, par. 2. c. 9. num. 16.
- L. si filia in §. idem scribit, ff. famil. ercisc. declaratur, par. 2. cap. 12. num. 8.
- L. Macedoniani, C. ad Macedon. declaratur, par. 2. c. 11. n. 13.
- L. quod si eo tempore, ff. pro soc. inducitur, & declaratur, par. 2. c. 23. num. 5.
- L. Coiri, ff. pro socio, declaratur, par. 2. n. 2. nu. 13. c. 3. num. 2. & c. 21. num. 10.
- L. societatem in §. dissociamur, ff. pro soc. declaratur, par. 2. c. 38. num. 13.
- L. item queritur, §. qui impleto, ff. loc. non extenditur ad contractus similes, par. 2. c. 42. nu. 25.
- L. in hoc iudicium, §. si conueniat, quomodo intelligatur, par. 2. c. 43. num. 9. & 11.
- L. iure societatis, ff. pro soc. quomodo intelligatur, par. 2. c. 48. numero 5.
- L. Titia, si non nupsit, ff. de condit. & demonstr. declaratur, par. 3. c. 6. nu. 12.
- L. si filius, ff. de coll. quomodo intelligenda, par. 1. c. 14. numero 2. & 5.
- L. pater filium, ff. de Collat. an per iura nouissima hodie sit corrupta, par. 1. c. 14. num. 10.
- L. prima in §. pen. ff. de coniung. cum emancip. lib. declaratur, par. 1. c. 15. num. 24. & 26.
- L. vt liberis, C. de collat. declaratur, par. 1. c. 15. nu. 28. & c. 16. n. 3. & c. 18. n. quarto, & 6.
- L. illud in §. fin. C. de collat. inducitur, & declaratur par. 1. c. 17. nu. 5. & 15.
- L. si donatione in sine, C. de coll. inducitur, & declaratur, par. 1. c. 17. num. 10.
- L. de bonis, §. non solum, ff. de carbon. edict. declaratur, par. 1. c. 25. num. 7. & 9.
- L. cum multa, C. de bon. qua lib. declaratur, par. 1. c. 24. n. 6.
- L. finalis, Cod. de dot. promis. declaratur, par. 3. c. 5. nu. 13.
- L. qua filium, ff. vbi pupill. educare debet, declaratur, par. 1. c. 25. nu. 8. 10. 11. & 12.
- L. qua pater, la 2. ff. famil. ercisc. inducitur, par. 1. c. 27. n. 9.
- L. adspicienda, ff. de donat. inter vir. & vxorem, declaratur, par. 1. c. 28. nu. 14.
- L. famina, Cod. de secund. nupt. non procedit, si ad sine filij primi matrimonij, par. 3. c. 13. nu. 60. & habet locum ab intestato, non autem ex testamento, nu. 61. & quid si ad sine fratres defuncti consanguinei tantum.
- L. femina, C. de secund. nuptiis, non procedit respectu denationis remuneratoria, par. 3. c. 13. num. 30.
- L. etiam, §. si patrono, ff. de bon. lib. declaratur, par. 1. c. 35. nu. 2. & 10.
- L. si quando, §. & generaliter, C. de inoff. test. declaratur, par. 1. c. 37. num. 9.
- L. sed si plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pup. declaratur, par. 1. c. 39. num. 12.
- L. ex parte, §. si filius, ff. famil. ercisc. declaratur, par. 2. cap. 2. numero 12.
- L. tertia, §. cum specialiter, ff. pro soc. declaratur, par. 2. cap. 2. numero 13.
- Legis, hac edictali, C. de secundis, nupt. poena que fit, par. 3. c. 13. num. 161.
- Liberatus à patria potestate per dignitatem, an debeat conferre, par. 1. c. 32. nu. 13.
- Libertus patrono stipulari non potest, par. 3. c. 45. nu. 5.
- Libri rationum, & societatem, & cum naturam demonstrant, par. 2. c. 14. num. 36.
- Libri dati filio vnius ex sociis omnium bonorum remanent communes, par. 2. c. 29. n. 16. contra secundum Ruin. & Mantica. qui reprobanatur, nu. 17. & seqq.
- Libri empti à patre pro filio an debeant conferri, par. 1. c. 27. n. 1. & per casum: & num. 2. ponitur distinctio Burg. & non esse

conferendos, communis videtur opinio, num. 8. 17. duo tamen sunt nonnulli in remissione, num. 18. & 26. limitatur nonnulli modis remissionis, num. 23. quod procedit etiam si fuerint empti à matre, num. 22. & etiam stante statuto disponente, inter filios esse ferendam aequalitatem, num. 24. hac tamen conclusio limitatur pluribus modis, num. 28. 29. 30. 31. 32. & 33.

Libri in dubio favore filij intelliguntur donati, par. 1. c. 27. n. 7. aliter vero res concessa in peculium, num. 16. quod limitatur n. 27. & an hac presumpta donatio librorum sit donatio simplex, vel ed casum, qua duret etiam post mortem, n. 3. & 5.

Libri equiparantur armis militum, parte prima, c. n. 12.

Libri debent estimari secundum valorem tempore mortis patris, par. 1. c. 27. n. 38.

Licentia nubendi data à primo viro tollit omnes penam iuris, par. 3. c. 13. n. 107.

Limitata causa limitatum solet producere effectum, par. 2. c. 2. num. 27.

Littera sociorum probant societatem, parte secunda, c. 14. n. 21.

Litteris edicuntur, par. 1. c. 23. n. 5.

Locatio facta ultra tempus permixtum non valet nec etiam pro temporibus permixto, parte secunda, c. 43. n. 10.

Locatio intelligitur renouata cum eisdem pactis, par. 2. c. 45. n. 2.

Locatio ad tempus pro quo nam tempore intelligatur renouata, par. 2. c. 45. n. 14.

Locatio presumitur renouata, si conductor continet, par. 2. c. 41. num. 9.

Locationem qui afferit fuisse renouatam, debet ostendere adimpleuisse pro eius parte, c. 44. n. 11.

Locator, qui permittit conductorem stare in re locata, relocasse presumitur, parte secunda, cap. 42. num. 2.

Longum tempus in presumenda societate quale dicatur, par. 2. c. 14. n. 2.

Lucra omnia vnde cumque prouenientia debent esse communia inter omnium bonorum socios, par. 2. c. 21. n. 4. & 7. quod procedit etiam si ab vno tantum fuerint facta, par. 2. c. 28. n. 14. & tam presentia, quam futura, dict. c. 21. n. 8. & tam communis nomine acquisita, quam proprio, n. 9.

Lucra acquisita ex pecunia, & operibus simul, quomodo sint diuidenda, par. 2. c. 35. n. 69. 70. 71. & 72.

Lucrum nomen est generale, & comprehendit omnia quocumque titulo acquisita, par. 2. c. 21. n. 5.

Lucrorum communio conuenit solum sociis omnium bonorum, par. 2. c. 21. n. 7.

Lucrorum medietas solet tribui capitali, & medietas operibus, parte 1. c. 6. n. 5. declaratur numeris sequentibus.

Lucrorum communicatio arguit societatis renouationem, par. 2. c. 42. num. 2.

Lucrum dotis an sit commune inter omnium bonorum socios, par. 2. c. 40. n. 43.

Lucrum quatenus quis sentit, eatenus de damno participare debet, par. 3. c. 59. num. 11.

Lucrum dotis detrahendum à secundo viro non prauidetur filiis primi matrimonij respectu legitima, par. 3. c. 13. n. 110. maxime si dos sit inofficiosa, num. 111. & quid si lucrum non ex statuto, sed ex pacto debeatur, n. 112. & quid si aliter expressè disponat statutum, num. 114. & quid si dos sit inofficiosa, num. 116. & an pactum in contrarium possit prauidere, num. 117.

Lucrum dotis mariti prauidetur parentibus in legitima, par. 3. c. 13. n. 117. & quid si dos fuerit inofficiosa, num. 118. debet tamen hac actio intentari intra quinquennium, n. 119.

Lucrum proueniens ex quacumque negotiatione debet esse commune inter omnium bonorum socios, par. 2. c. 7. n. 10. declaratur n. 12.

Lucrum an de proprio, vel communi inter socios factum esse censetur, par. 2. c. 9. num. 1.

Lucrum dotis an veniat communicandum inter bonorum socios, par. 2. c. 11. n. 14. & c. 23. n. 8. & quid si sint socii omnium bonorum, d. c. 23. num. 1. & per totum, & ponitur conclusio,

num. 18. & quod debet esse proprium mariti, communicari non tam societatis instituto, nam. 6. & 10. si socius sustinet contra matrimonij, d. n. 10.

Lucrum dotis acquisitum vniuere patre non debet cum aliis fratribus communicari remissionis, par. 2. c. 23. n. 9.

Lucrum dotis recepta durante societate, acquisitum tamen non est, nisi sit, an debeat cum aliis fratribus communicari, par. 2. c. 23. n. 11. & seqq.

Lucrum proueniens ex maleficio non est commune inter omnium bonorum socios, par. 1. c. 34. n. 7. & eodem est ratio in damno.

Lucrum dotis debetur etiam de dotis promissa, par. 2. c. 23. n. 16. & etiam si fuerit data soluturum, n. 17.

Lucrum dotis factum à filio famulus an sit aduentitium, vel profectitium, par. 1. c. 8. n. 1. de quo & n. 3. 5. 6. & 7.

Lucrum dotis non datur propter onera, sed propter matrimonium, par. 1. c. 8. n. 10. & seqq.

Lucrum dotis, & fructus dotis diuersa ratione dantur, par. 1. c. 8. num. 6.

Lucrum dotis secundum ius a prima era patri, par. 1. c. 8. n. 17.

Ludens cum pupillo, vel filiofamulo, an teneatur ad restitutionem, par. 1. c. 3. n. 61. 62. 66. & 67.

Ludens cum eo, qui non habet administrationem, tenetur ad restitutionem, par. 1. c. 3. n. 68. nec sufficit, quod precedat naturalis obligatio, nisi adsit iustus titulus, n. 70.

Ludare quam quantitatem liceat in ludu licito, par. 1. c. 3. n. 78. & quid de consuetudine, n. 79. & an consuetudo habeat locum in clerici, n. 80. & an in dolo solutio, n. 81.

## M

Maiores nati an debeant diuidere, & dare electionem minori, par. 2. c. 38. n. 10. & an aliter facta diuisio possit impugnari, num. 11. & quid si maior sit etiam melius informatus, num. 13.

Maiores ratione communionis cum minore restituuntur in integrum, par. 2. c. 35. n. 9. & 15.

Maiores an habuerint animum contrahendi societatem cum minore, ex coniecturis desumitur, par. 2. c. 15. n. 54. quarum nulla reconferatur, n. 55. 56. 57. 58. 59. & 60.

Maiores voluisse continuare societatem cum minore, facilius presumitur, quam quod nonam inchoauerint, par. 2. c. 15. n. 61.

Maiores alii qua nos reddant, par. 3. c. 11. n. 157.

Male acquisita non communicantur inter omnium bonorum socios, par. 2. c. 27. n. 3. prout non veniunt in quacumque generali dispositione, num. 3. nec actione mandati, nec communi diuidendo, nec ex stipulatu, n. 8. si tamen fuerint communicata efficiuntur communia, n. 9. an vero ipsorum detur repetitio, ponitur distinctio, n. 10. & 11.

Maris, & femina coniunctio est de iure nature, par. 1. c. 18. n. 2. & quomodo id veniat intelligendum, n. 10.

Maritus lucratur partem dotis, etiam non secuta copula, par. 1. c. 8. n. 12. & 13.

Maritus occidens uxorem amittit lucrum dotis, & illud cum alia dote rediit ad heredes uxoris, par. 3. c. 56. n. 31. & quare contrarium statutum sit in successione, n. 33. non vendicari pariter mortem uxoris, lucrum amittit, n. 32. de quo & n. 34.

Mascardus reprobatum circa acquisitiones factas à fratribus communi nomine, par. 2. c. 9. num. 19.

Masculi, qui non succedunt, non habentur in consideratione in calculanda legitima, parte prima, c. 33. n. 11.

Masculi excludentes feminas temporaliter videntur solum impedire feminas ne agnoscant hereditatem, par. 3. c. 10. n. 13.

Masculi, & femina de iure communis aequaliter succedunt, par. 3. c. 11. num. 1.

Masculi descendentes ex feminis excluduntur feminas, par. 3. c. 11. n. 21. declaratur num. 25.

Masculi vniuere linea non excludunt feminas alterius linea, par. 3. c. 47. n. 39. & quid existente clausula iuris accipiendi, num. 40.

Masculi vocati à statuto possunt de illis bonis ad libitum disponere, par. 3. c. 11. num. 116.

Masculina regulariter continet femininum, par. 3. c. 16. nu. 3. etiam in correctorijs, nu. 4. & an id procedat comprahensivè, vel extensivè, num. 5. & quid in materia differenti, nu. 10. & quid stante statuto, ut verba debeant intelligi ad litteram, par. 3. c. 16. num. 27.

Masculus potest renunciare beneficio statuti, & admittere femininè ad successione, & ita se liberare ab onere dotandi, par. 3. c. 11. num. 173. 174. & 175.

Masculus excludens femininè intelligitur, si sit eiusdem gradus, p. 3. c. 30. nu. 8.

Mater illicite aliquid filijs presumitur donare, p. 1. c. 32. nu. 3.

Mater dicitur exclusa à statuto excludente cognatas, par. 3. c. 11. num. 55.

Mater an possit dare tutorem filijs, par. 3. c. 2. nu. 63. & quid si vivus sit pater, num. 64.

Mater an teneatur dotare filias, p. 3. c. 5. num. 12.

Mater volens transire ad secunda vota, an debeat providere de curatore pro filijs ante sponsalia, vel satum sit id peragere ante matrimonij consumationem, p. 3. c. 13. nu. 85.

Mater volens transire ad secunda vota, si non petierit dari curatorem filijs, licet priuatur eorum successione, non priuatur tamen alijs legatis, & relicto sibi à viro factum, p. 3. c. 13. nu. 86.

Mater volens transire ad secunda vota, si habeat contutores, teneatur id solum iudici denunciare, non autem providere filijs de alio curatore, par. 3. c. 13. num. 87.

Mater, que nunquam suscepit curam filiorum, potest ad secunda vota transire, absque quòd ipsis de curatore provideat, par. 3. c. 13. num. 88.

Mater priuatur successione filiorum, si intra annum à die motu viri non petierit tutorem dari filijs, nisi tamen id ab alijs fuerit petitum, par. 3. c. 13. num. 90. & 91. vel ipsa declaraverit, se nullo esse curatricem, num. 92.

Mater succedit in bonis per filios acquisita etiam si transfuerit ad secunda vota, & alij adsint filij, & tam respectu ususfructus, quam proprietatis, p. 3. c. 13. nu. 48. declaratur secundum aliquos, num. 52. quod improbatum num. 53.

Mater, vel pater si plus relinquat vitrico, vel noverca, quam filijs primi matrimonij, illud plus applicatur filijs primi matrimonij, par. 3. c. 13. num. 85. limitatur num. 86. & 87. de quo & num. 136. & seqq.

Mater potest omnia dare in dotem secundo viro, p. 3. c. 13. nu. 94.

Mater transiens ad secunda vota amittit ipso iure ius succedendi, par. 3. c. 13. nu. 43. & seqq.

Mater transiens ad secunda vota non amittit donationem remuneratorem, p. 3. c. 13. nu. 18. declaratur numeru seqq.

Mater non potest per pactum præiudicare filijs primi matrimonij, p. 3. c. 13. num. 79. & 89.

Matri transiendo ad secunda vota non amittit ius succedendi, si filij sint ingrati, p. 3. c. 13. num. 79.

Mater potest plus relinquere filijs secundi matrimonij, quam primis, p. 3. c. 13. nu. 125. contra num. 128. & seqq. & quod verior sit prima opinio, nu. 133. qua à contrarijs defenditur, nu. 136. 137. & 138. & qui negativè tenuerint sententiam, n. 141. qui verò affirmativè, num. 142. & nullam habet dubitationem, si secundus vir sit mortuus, num. 143. sed non procedit, si relicto fiat filijs nascituris, nu. 144. quod tamen ibi limitatur, nec procedit si fiat contemplatione patris, nu. 146. vel filijs secundi viri ex alia vxore, num. 145.

Mater si reliquerit plus secundo viro, quam vni ex filijs primi matrimonij, quid agendum, p. 3. c. 13. num. 147. & ponitur distinctio, & de primo distinctionis capite, nu. 148. & 149. & de secundo, num. 150. & seqq.

Mater an possit relinquere plus secundo viro, quam filijs primi matrimonij, si fuerit gravatus restituere filijs secundi matrimonij, par. 3. cap. 13. num. 158. & numeru sequentibus ponitur distinctio, & declaratio.

ater transiens ad secunda vota amittit tutelam filiorum, p. 3. c. 13. num. 156.

Mater, qua declaravit, se velle secundo nubere, an si peniteat possit tutelam reassumere, p. 3. c. 13. num. 167. & 168.

Mater retinet tutelam filiorum durante sponsalium, p. 3. c. 13. num. 171.

Mater potest esse tutrix filiorum primi matrimonij, etiam si secunda contraxerit nuptias, si ita primus vir disposuit, par. 3. c. 13. num. 172.

Mater si non transit ad secunda vota, pleno iure succedit in bonis filiorum, p. 3. c. 13. num. 54.

Mater binuba potest impugare testamentum filij, si extraneus instituerit, p. 3. c. 13. num. 58.

Matri binuba legitima debetur in bonis filiorum. Et an hoc sit correctum, p. 3. c. 13. num. 55.

Mater, qua amisit tutelam ob transitum ad secunda vota, an possit ipsam reassumere mortuo secundo viro, p. 3. c. 13. num. 173.

Mater transiens ad secunda vota de consensu filiorum, an amittat ius succedendi, p. 3. c. 13. num. 64. & an sufficiat tacitus consensus, nu. 65. concurrente maxime aliquo actu positivo, n. 66. & de tacita renunciatione, seu remissione, nu. 67. & in minoribus an tacitus curatoris consensus aliquid optretur, nu. 68. & opinio affirmativa reprobatum nu. 69. 70. 71. 72. & seqq.

Mater filio donare potest, p. 1. c. 11. n. 48.

Mater transiens ad secunda vota amittit ius exemplariter substituendi, p. 3. c. 13. num. 174. & prius facta sit irrita, nu. 175. declaratur numeru sequentibus.

Mater nobilis non tenetur filios lactare, p. 3. c. 32. n. 9.

Mater filium pauperem alere tenetur, p. 3. c. 32. n. 27.

Mater administrans bona filiarum, eas dotando non intelligitur donare, p. 3. c. 34. num. 13.

Matrimonij certas leges qui habuerunt, legitimorum, & illegitimorum differentiam habuisse, descendum est, p. 3. c. 18. n. 23.

Matrimonij causa data conferuntur, p. 1. c. 20. nu. 9. & an imputentur, num. 10.

Matrimonium subsequens legitimat omnes filios matris ex contractu non punibili, par. 3. c. 23. num. 4.

Melioramenta necessaria facta in bonis adventiis an sint conferenda, vel imputanda, p. 1. c. 5. nu. 12. ubi numeru sequentibus de melioramentis vilitatis, & voluptuarijs.

Mentis antea quantum ad successionem habentur pro mortui, p. 3. c. 48. num. 2.

Merita quomodo prebentur remissive, p. 1. c. 11. nu. 19.

Merita probari debent, nec statui assertioni, vel specificationi, p. 3. c. 13. num. 24.

Meretrix si instituat fratri instituenti, competit quærela inofficiosi testamenti, p. 3. c. 2. nu. 37. secus si religionem fuerit ingressa, num. 49.

Meretrix, qua meretriciam artem dimisit, an remaneat infans, p. 3. c. 2. num. 45.

Merus in meretricia renunciationum quomodo probetur, p. 3. c. 12. num. 84.

Metus reverentialis vna cum anormi lesione sufficit ad annullandum actum, p. 3. c. 13. num. 51.

Milites dicuntur etiam ministri exercitus, p. 1. c. 1. n. 6.

Milites Hierosolymitani an succedant in feudis, p. 3. c. 48. nu. 34. & seqq. & quid si solum requirant servitia, que per ipsos prestat valent, num. 71. quid si admittant servitia per substitutum, num. 72. quid si fuerint concessa pro quibuscumque hazardibus, nu. 73. quid in feudo franco, nu. 74. quid in feudo improprio, nu. 75. quid stante consuetudine, ut succedere possint, nu. 76. & qui negativè partem tenuerint, nu. 48. qui verò contra nu. 56. & quid de consuetudine, nu. 53. & deinde auctoritas sententia, num. 68.

Milites Hierosolymitani sunt religiosi, Deo dicant, appellentur fratres, & Hospitales, suntque ordinis S. Augustini. ac ided suscipiant habitum, suntque de foro Ecclesiastico, & suis instituta hoc religio ad pugnam contra Turcos, p. 3. c. 48. n. 35.

- & quomodo hac intelligantur, n. 57. & seqq. Ac ideo non possunt se alicui astringere homagio, consideratione, vel iuramento, n. 46. 61. & seqq. emittunt votum castitatis, obedientie, & paupertatis, n. 47. 67. & 69. Non sunt tamen eum aliis Religiosis conferendi, n. 50. Possunt aliis Dominis de licentia Prioris seruire, n. 51. & 59. & in materia adfusa non comprehenduntur appellatione religionis, n. 38.
- Milites Hierosolymitani acquisita retinent eorum vita durante, p. 3. c. 48. n. 55. & 69. & quomodo id procedat, n. 60.
- Milites Dei non debent se secularibus negotiis implicari, part. 3. c. 48. n. 38.
- Militia quadrupliciter considerari potest, p. 1. c. 22. nu. 6. 7. 8. 9. & 16.
- Militia si veniat in collatione, quomodo consideretur, p. 1. c. 22. n. 9. & quid dicendum sit de fructibus ex ipsa perceptis, n. 17.
- Militibus arma non sunt auferenda, part. 1. c. 27. num. 37.
- Militia favore vultu conceduntur, part. 1. c. 22. num. 2.
- Militum labores, & laudes, part. 1. c. 22. num. 3. & 4.
- Militum privilegia, ut plurimum sunt ipsis concessa ob eorum ignorantiam, part. 1. c. 23. num. 7.
- Minor non potest provocare ad divisionem maiorem, part. 3. c. 38. nu. 1. fallit, si maior sit rixosus, num. 2. & ratione fructuum, nu. 3. vel si minor a flatu reputetur maior, nu. 4. & quid si euidenter divisio sit minori utilis, nu. 6. maior tamen factus potest divisionem ratificare, nu. 8. & dividere a maiore provocatus, num. 9.
- Minor 25. annorum non presumitur tacite contraxisse societatem omnium bonorum, part. 2. c. 15. num. 28.
- Minor descriptus in numero mercatorum an possit negociando ea distrabere, in quorum alienatione necessarium est Iudicis decretum, part. 2. c. 15. num. 23.
- Minor cum consensu tutoris, vel curatoris potest societatem contrahere, qui consensus etiam tacite prestari potest, part. 2. c. 15. num. 28. & 29.
- Minor an possit contrahere societatem cum fratre, vel patre, qui sint curatores, part. 2. c. 15. num. 25. 37. & 38.
- Minor maior factus potest societatem ratificare, part. 3. c. 15. num. 50. alij contra n. 52. ponitur distinctio n. 53.
- Minores possunt contrahere societates de rebus illis in quarum alienatione non est necessarium Iudicis decretum, part. 2. c. 15. n. 21. 22. & 24.
- Minores non dicuntur tacite contrahere societatem, etiam si eorum respiciat commodum, part. 2. c. 15. n. 28. & 29.
- Minores an presumantur dimisisse, part. 3. c. 42. n. 18.
- Minores, qui non possunt se obligare, non possunt etiam obligationem contrahere alio consentiente, part. 3. c. 12. n. 13.
- Minoribus minoranda est pena, etiam si sint maiores 14. annorum, part. 3. c. 57. n. 30. & 31. & maxime in delictis carnis, n. 32. & si sit minoranda pena, an minoratio debeat esse citra mortem, & de modo minorandi poenam remissius, n. 33.
- Mobilia an dicantur personam, vel territorium concernere, part. 3. c. 28. num. 13.
- Mobilia mansura ad tempus in loco, illius loci non dicuntur, part. 3. c. 7. num. 31. & personam concernere dicuntur, non locum, num. 32.
- Mobilium, & immobilium appellatione non veniunt iura, & actiones, part. 3. c. 7. num. 45. declaratur num. 48.
- Modus quo visitatur Auditor in hoc tractatu, in prefat. num. 4.
- Modus in institutione non differt a conditione respectu cautionis mutiana, part. 3. c. 13. num. 14.
- Monachi obligatio contracta ante ingressum religionis, transit in ipsum monasterium, part. 3. c. 12. num. 57.
- Monachus post ingressum religionis non habet rerum suarum administrationem, part. 3. c. 12. num. 54.
- Monachus generans filios intra annum professionis, ipsos legitimare potest per subsequens matrimonium, part. 3. c. 23. nu. 5.
- Monachus effectus Episcopus, seu Cardinalis ad huc regulis substantialibus Religionis astringitur, part. 3. c. 48. nu. 31.
- Monachus a summo Pontifice effectus Comes, succedit in feudis, part. 3. c. 48. num. 32.
- Monachus non acquirit Monasterio male acquisita, part. 3. cap. 17. num. 5.
- Monasterij favor non debet impedire voluntatem testatoris, part. 3. c. 6. num. 8.
- Monasterium potest intentare querelam contra fratrem insipientem turpem personam ex persona Monachi fratris testatoris, part. 3. c. 2. num. 21.
- Monasterium potest adire hereditatem delatum Monacho, si post delationem mortuus sit Monachus, part. 3. c. 17. n. 17.
- Monasterium acquirit fructus feudi, quod ad Monachum pervenit, durante tamen vita Monachi, part. 3. c. 48. n. 22.
- Monstruosi an excludant sexum, & an rumpant testamentum, si fuerint prateriti, part. 3. c. 11. num. 116.
- Montes, qui reddunt certum quid singulis annis, firmo etiam remanente capitali, quomodo dicantur iustificati, part. 3. c. 59. n. 44.
- Mora ubi non est, ibi nulla culpa, part. 2. c. 42. num. 28. & idem in c. 14. num. 32.
- Mora non adest ubi non procedit petitio, part. 2. c. 14. n. 33.
- Mors animalis dicitur modus amissionis non culposus, part. 2. c. 47. num. 15.
- Mortem animalis, & carcerati non fuisse culposam, quis probare debeat, part. 2. c. 47. num. 8. & ponitur differentia inter caprivum, & custodem carceris, num. 12.
- Motus proprius tollit subreptionem, sed non potest supplere defectum intentionis, part. 3. c. 25. num. 65.
- Mulier exclusa a statuto ob existentiam masculorum, non admittitur ad ius accrescendi, part. 3. c. 11. n. 81. etiam si statutum aliquo d. ipsis reseruet pro dote, num. 84. vel aliquid ipsis iure legati fuerit relictum, num. 85. & 86. vel etiam iure institutionis, num. 87. quod tamen nonnullum declaratur modis numeris sequantibus.
- Mulier iurans non alienare fundum dotalem, non potest ipsum valide alienare, p. 3. c. 12. n. 68. declaratur n. 69. 70. & 71.
- Mulier, vel uxor instituta sub conditione, si non nupserit, vel si vidualiter vixerit, non potest adire, nisi praestita cautione mutiana, part. 3. c. 13. n. 9. & quid si fuerit instituta per verbum, donec, quamdiu, quousque.
- Mulier transiens ad secunda vota amittit proprietatem omnium rerum sibi a viro relictarum, part. 3. c. 13. n. 25. si tamen adsint filij, vel nepotes primi matrimonij, nu. 26. & idem est in augmento, & omni alio lucro, n. 27. & 28.
- Mulier transiendo ad secunda vota de consensu primi viri, non amittit ius succedendi, part. 3. c. 13. n. 80. vel si sic a Principe impetraverit, nu. 81. vel fuerit minor nu. 82.
- Mulier transiens ad secunda vota non deposita tutela, nec facta provisione de alio tutore, non reddita ratione cum reliquatur restitutione amittit ius succedendi, p. 3. c. 13. n. 83. & an adversus hanc poenam detur restitutio in integrum, n. 84.
- Mulier potest omnia eius bona dare in dotem secundo viro, part. 3. c. 13. num. 83.
- Mulier si non potest nubere honeste absque pacto, ut maritus lucratur certam dotis partem, tale pactum praesudicat filij primi matrimonij, part. 3. c. 13. num. 108.
- Mulier transiens ad secunda vota amittit ius succedendi in bonis filiorum, si alij adsint filij, p. 3. c. 13. n. 43. idem in patre, n. 44. quantum tamen ad proprietatem, n. 45. & procedit etiam respectu legitima, n. 46. & quomodo hoc casu succedere dicatur, n. 47. & quid in bonis per filios aliunde acquisitis, n. 48. Hae tamen poena locum non habet, si alij non adsint filij, n. 49. nec ex testamento, n. 50. & quid si adsint fratres consanguinei tantum defuncti, n. 52.
- Mulier presumitur magis diligere novum coniugem, quam filios primi matrimonij, part. 3. c. 13. num. 131.
- Mulier si reliquerit plus secundo viro, quam vni ex filiis primi matris-



matrimonij, quid agendum, par. 3. c. 13. num. 136. & ponitur distinctio, & de primo capite, num. 137. & 138. & de secundo, num. 139. & seq.

Mulier potest habere bona castrensia, etiam si non militet, p. 1. c. 24. num. 5.

Mulier debet operari in domo, ubi recipit alimenta, p. 2. c. 35. num. 57. & 61.

Mulier, qua quandoque sui copiam amanti fecerit, an sit infamis, vel saltem turpis, p. 3. c. 2. nu. 38. & 40. & an repellatur a testimonio, nu. 39.

Mulier relinquens aliquid amico viri, intelligitur relinquere contemplatione viri, par. 3. c. 13. n. 130. secus si relictum fiat communi filio, nu. 139.

Mulier in dubio ex quibus bonis presumatur dotata, par. 3. c. 11. num. 21.

Mulier exclusa per statutum ob dotem, semper remanet exclusa, licet dotem amiserit, par. 3. c. 11. nu. 59.

Mulier, qua dotem amiserit, an possit petere iterum dotari, remissive, p. 3. c. 11. nu. 60. & 133. n. 10. & 11.

Mulier an participare debeant de societate operarum, par. 2. c. 35. nu. 57. & 61.

Mulieres in delictum carnis mitius puniuntur, quam homines, p. 3. c. 57. n. 27.

Mulieres conjugatae, semel tantum deprehensa in adulterio, sunt infames, p. 3. c. 2. n. 41. declaratur n. 42. & 45.

Mulieres solum ardore libidinis homines admittentes, an sint infames, par. 3. c. 2. nu. 44.

Mulieres maritatae non intelliguntur exclusae a statuto ex eo, quia matrimonium contraxerint, sed quia contrahendo matrimonium dotem habuerunt, par. 3. c. 11. num. 146.

Mulieres regulariter dotari non solent, nisi quando matrimonium contrahunt, p. 3. c. 11. num. 147.

Mulieres rusticae excusantur a penna, leg. feminae, C. de secundis nuptiis, par. 3. c. 13. nu. 89.

Mulieres plures habere viros, est contra ius naturale, p. 3. c. 18. num. 21.

Mulieribus, qui promiscue vti suere, non habuerunt differentiam legitimorum, & illegitimorum, p. 3. c. 18. n. 24.

Mulierum factum ob amorem erga fratrem, recensetur, par. 3. c. 1. num. 14.

Mulierum cur maior sit numerus, par. 3. c. 3. n. 21. & seqq.

Mulierum opera saltem compensari cum alimentis, par. 2. c. 35. num. 58.

Manera capta debent perfici inter fratres de communi, & quomodo id sit intelligendum, p. 2. c. 12. n. 2. & 7.

Mutari non debent, qua longam habuerunt consuetudinem, p. 3. c. 6. num. 14.

Mutata tertio a patre nomine filij, an veniant conferenda, p. 1. c. 32. nu. 2. & 4.

Mutuum acceptum a filio retento in studio a patre, an ab ipso patre restitui debeat, par. 1. c. 26. num. 8. 9. & 19.

N

**N**arrativa causam finalem denotare solet, par. 3. cap. 13. num. 39.

Natiuitas, non conceptio attenditur in primogenitura, p. 3. c. 27. num. 5.

Natura cur fecerit plura membra duplicia, p. 3. c. 1. n. 5.

Natura a principio omnes procreatus legitimo, p. 3. c. 18. n. 4. & quomodo id sit intelligendum, n. 26.

Naturales tantum feminas non excludunt, p. 3. c. 11. n. 179. de quo etiam in c. 19. nu. 33. & seqq.

Naturales qui sunt, p. 3. c. 19. n. 1. & qua requiratur ad hoc, ut quis naturalis dici possit, n. 3. & 5.

Naturales ab intestato non succedunt patri, etiam si pater solum filios legitimos habeat, par. 3. c. 19. nu. 24. & 25. si verd nec filios legitimos habeat, succedunt in duabus vnciis, nu. 27. sed quid si pater habeat ipse parentes, n. 28. sed matri bene succedunt, nu. 29. sed quid si mater sit illustris, nu. 30. & an succedant fratribus, alioque transuersalibus, num. 31.

Naturales an sint de familia, & de domo remissive, p. 3. c. 19. n. 31. & an possint deferre insignia domus, n. 35.

Naturales au, & quando ex praesumpta mente testatoris excludant substitutum remissive, p. 3. c. 19. nu. 36.

Naturales filios habens tenentur relinquere parentibus saltem legitimum, p. 3. c. 19. n. 11.

Naturales ut succedant vna cum legitimis, & naturalibus, nec etiam statuto disponi potest, p. 3. c. 19. n. 12.

Naturales in vltimis voluntatibus non continentur appellationis filiorum, ac ideo non excludunt substitutum, par. 3. c. 22. n. 1. & quid secundum iura Auth. nu. 2. quod ampliat etiam si fuerint legitimati, num. 4. qua conclusio in aliquibus casibus maiorem habet difficultatem, nu. 5. qui casus connumerantur, nu. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. & 16. Secus tamen si testator contrarium expresse vel tacite disposuerit, nu. 17. & nonnulla recensentur coniectura tacita voluntatis, nu. 18. 19. 20. 21. 22. 23. & 24. & idem est, si de ipso fiat mentio, non sub conditione, sed pure, nu. 25. quod ampliat nu. 26. 27. 28. & 29. limitatur n. 31.

Naturales in feudis non veniunt appellatione filiorum, par. 3. c. 22. nu. 35. & quid in Emphyteusi, num. 39.

Naturales regulariter in contractibus non veniunt appellationis filiorum, p. 3. c. 22. n. 39. & quid in statusu, n. 42.

Naturales an excludant substitutum, est questio voluntatis, par. 3. c. 22. nu. 3.

Naturales instituto filio non competit fratri quarela, p. 3. c. 2. n. 45.

Naturales tantum an debeatur legitima, par. 1. cap. 33. num. 16. & 17.

Naturalibus filijs non institutus, non competit quarela, nec in dicendi testamentum nullum, p. 3. c. 19. n. 22.

Naturalis facilius legitimitur, quam spurius, par. 3. c. 25. nu. 91.

Naturalis a patre institui potest, si legitimis non habeat, par. 3. c. 19. nu. 7. licet olim solum in tribus vnciis, nu. 8. sed si duodecim filios legitimos, & naturales habeat, non potest institui, nec etiam in vna vncia, nisi tamen iussu legitimi, & naturales fuerint exheredati, num. 15. vel ipse legitimus consentiant, num. 18. vel naturalis ingressus fuerit religionem, num. 20. bene tamen potest legitimus, & naturalibus substitui, nu. 19. necnon institui ab herede patris, dummodo tamen id non fiat in fraudem, n. 21. non cogitur tamen pater instituire naturales etiam in illis casibus, in quibus potest, nu. 22. ac ideo ipse non competit quarela, nec in dicendi testamentum nullum, nu. 23.

Natus ex ancilla domini retenta an sit naturalis, p. 3. c. 19. nu. 4.

Natus ex coitu non damnato, dicitur naturalis saltem largo modo, par. 3. c. 19. num. 6.

Natura opinio circa testium coacti nem non probatur, p. 3. c. 50. nu. 17.

Necessitas non habet meritum, p. 3. c. 13. nu. 23.

Negotium inceptum a defuncto, debet ab herede perfici, p. 2. c. 40. num. 47.

Nemo prohiberi potest suo iure vti, par. 3. c. 36. num. 18.

Nemo cogitur accipere pretium rei propriae, limitatur in divisionibus, par. 3. c. 38. num. 23.

Nemo in societate permanere cogitur, par. 2. c. 36. num. 4.

Nemo praesumitur suum saltare velle, par. 2. c. 42. num. 16. vel velle delinquere, num. 17.

Nepos ex filio naturali in nepotem legitimari potest, non autem ex legitimo, par. 3. c. 25. num. 25.

Nepotes succedunt vna cum avo, & avia ad successionem patris, par. 3. cap. 14. num. 5. Sed non ultra nepotes, num. 7.

Nepotes quas dotes, & quomodo, & in quibus casibus consari debeant, p. 1. c. 21. num. 11. 12. 14. 15. 16. & 17.

Nepotes quomodo considerentur in calculanda legitima, p. 1. c. 33. num. 6.

Nepotes an dicantur habere dotem maternam ex bonis avi, vel matris, p. 1. c. 40. nu. 20. & an vbi heredes matris nu. 40.

N potes in dote matris sunt quandoque melioris conditionis quam ipsa mater, p.1.c.40. num.38.  
 Nepotibus relicta tam ab avo, quam a patruo, intelliguntur relicta contemplatione ipsorummet nepotum, secundum plures, quos antea sequitur, part.1. c.39. num.11. maximè tamen attendenda sunt coniectura, nu.14.  
 Neptis ex fratre an succedat una cum patruo ad successionem avi, in terminis statuti excludentis feminas ob masculos, part.3. c.11. num.121.  
 Nil est tam naturale, quam unumquodque eo genere dissolvi, quo colligatum est, p.2.c.36. n.3.  
 Nobilitas unius fratris, an, & quando probet nobilitatem alterius, par.2.c.25. nu.30.  
 Nomina debitorum dicuntur esse in loco, ubi destinata est solutio, p.3.c.7. n.39. ampliatur n.40. declaratur n.41.  
 Nomina debitorum an dicantur esse extra territorium, p.3.c.7. num.33.  
 Non probat hoc esse, quod contingit abesse, p.2. c.6. nu.6.  
 Notarij an habeant peculium quasi castrense, p.1.c.2. n.8.  
 Notarius sibi non praeiudicat circa ea, de quibus rogatur, par.3.c.43. nu.19.  
 Novitius, durante novitiatu, monasterio non acquirit, sed fiat in pendendi, p.3. c.48. nu.17.  
 Nullitas ex defectu compromissi nunquam intelligitur remissa à statuto, p.2.c.37. n.4.  
 Numeratione mediante acquiritur in tertio, p.3.c.45. n.12.  
 Nuptiae appellantur etiam spirituales, secus tamen secundum communem usum loquendi; & respectu quantitatis dotis, non valet argumentum à nuptiis spiritualibus, ad carnales, p.3.c.6. n.19. & 20. ubi de rationibus.

O

Obligatio non oritur inter patrem, & filium, p.1.c.2. n.10. fallit respectu bonorum castrensiu, vel quasi, n.11.  
 Obligatio civilis oritur inter patrem, & filium respectu bonorum aduenturorum, p.1.c.3. nu.4.  
 Obligatio simplex obligat in conscientia, p.1.c.3. n.74.  
 Obligatio naturalis licet non pariat actionem, impedit tamen soluti repetitionem, par.1.c.3. nu.75.  
 Obligatio patris pro filio non transit ad heredes, part.2. cap.12. num.11.  
 Obligatio qualibet pro contractu accipitur, p.2.c.15. nu.41.  
 Occidens aliquem cui successione à fisco privatur, etiam in praedictum propriorum filiorum, p.3.c.56. n.35. & praeiudicat existentibus in remotiori gradu, quantum ad successionem, n.40. non autem hi, qui sunt in gradu proximiori, n.41.  
 Occidens eum, cui erat substitutus, qui succedat, part.3. cap.56. num.43.  
 Occidens si non succedat occiso ex forma statuti, portio, in qua aliam successisset, non applicatur fisco, p.3.c.56. n.45. Et idem esse respectu legitima, si filium patrem occideret, nu.46. vel si pater prohibuisset alienationem, n.47. vel priuisset heredes in casu alicuius delicti, n.50. & 51.  
 Offendens Cardinaliam committit crimen laesae maiestatis, p.3.c.56. num.23.  
 Officia vitalitia Curiae Romanae an veniant in collectione, & quid de imputatione, p.1.c.22. n.18. & 21. & quid respectu fructuum, n.20. & valor cuius temporis attendatur, n.19.  
 Officium suum nemini debet esse damnosum, p.3.c.43. n.22.  
 Opera est velamentum pecuniae, par.2.c.35. nu.19.  
 Operas ponens in aliqua societate, an ponenti capitale in aliquo teneatur, si fortuito casu fuerit amissum, vel deterioratum, p.3.c.59. nu.1. & qui pro utraque parte scripserint, nu.3. In qua questione nonnulli distinguunt, nu.2. quae tamen distinctio improbat, n.4. & licet ponens operas in aliquo ponenti capitale teneatur, hinc tamen dici non potest, capitale esse in tuto, nu.28. & an opera dicantur respondere capitali, vel in partem capitalis, nu.25.

Opera hominum dicuntur fructus hominis, par.3. c.59. nu.24. & diurnum officiorum, nu.25.  
 Opera diuisio, in praefat. n.5.  
 Ossa excommunicatorum, admissa cum aliis ossibus, gaudent beneficio cimiterij, p.2.c.25. n.3.

P

Acta in societibus observanda, p.2.c.1. n.17.  
 Pactum venditori factum, prodest etiam emptori, par.3.c.43. nu.45.  
 Pactum perpetuae communionis non valet, p.2.c.37. nu.1. secus si ad tempus fiat, n.2. nec sustinetur per sententiam, nam.5. & quid in pacto numquam diuidendi, vel perpetuo de non diuidendo, nu.9. & 10.  
 Pactum, ut societas duret ad tempus, valet, etiam si expressam non habeat temporis praefinitionem, p.2.c.37. n.7.  
 Pactum de non diuidendo tribus modis fieri potest, part.2.c.27. num.8.  
 Pactum non diuidendi quoad vixerint contrahentes, non valet, p.2.c.37. n.11. idem si simpliciter dictum fuerit de non diuidendo, nam.12.  
 Pactum de non diuidendo an iuramento firmari possit, n.16.17. & 18.  
 Pactum, ut durante vita sociorum, duret communio, an valeat, p.2.c.43. n.6. & 7.  
 Pactum super hereditate viuentis, quatuor modis fieri potest, p.3.c.12. nu.1. & regulariter non valet, nu.5. & 6.41. n.76. ac ideo faciens tale pactum successione privatur, ut in dict. c.12. n.6. & 7. nisi tamen dominus consentiat, n.9. ac propterea sustinetur, si adsit clausula, consentiente tamen domino, n.15. & quid si fiat cum eo, de cuius hereditate agitur, n.16. valet tamen, si fiat solum de certis bonis, n.18. prout etiam fauore matrimonij valere solet, n.19.  
 Pactum de sibi conseruanda successione, in quibus casibus valeat, p.3.c.12. nu.2.  
 Pactum de succedendo tanquam contra bonos mores, non valet, p.3.c.12. n.4.  
 Pactum aequaliter instituendi filiam cum filio, etiam appositum in contractu matrimonij, non valet, p.3.c.12. n.20.  
 Pactum, quando intelligatur appositum per modum ultimae voluntatis, p.3.c.12. n.21. & 40. n.17.  
 Pactum de non succedendo non valet, p.3.c.12. n.22. firmatur tamen iuramento, n.25. & 42. n.79. nec potest peti absolutio, dict. c.12. n.45. & quid si fiat in casu ingressus religionis, num.49. de quo numeris sequentibus.  
 Pactum de non succedendo, si fiat cum alio, quam cum patre, & non respectu successionei paterna, non valet nec etiam cum iuramento, p.3.c.12. num.85.  
 Pactum cum secundo viro, ut filij nascituri lucretur certam dotis partem, an valeat in praedictum filiorum primi matrimonij, par.3.c.13. num.123. & ponitur distinctio, num.127. quae declaratur num.144.  
 Pactum, ut filius debeat esse contentus sumptibus studij, non valet, par.1.c.26. num.17.  
 Pactum de futura successione fieri non potest, par.3.c.40. num.10. nec valet etiam si interueniat iuramentum, num.11. & de rationibus, num.12. si tamen consentiat ille, de cuius hereditate agitur, valet in vim supremi iudicij, num.13. & regulariter non valet tale pactum, etiam si fuerit appositum in contractu matrimonij, num.15.  
 Pactum fieri potest, ut ponens operas non teneatur in aliquo ponenti capitale, si fuerit amissum, vel deterioratum, p.3.c.59. num.37.  
 Papa non succedit in feudo, par.3.c.48. n.11.  
 Par effectus producit à pari potentia causa, par.3.c.19. nu.16.  
 Parentes in statu Serenissimi Ducis Urbini non possunt dare dotem maiorem legitima, p.3.c.3. n.22.  
 Parentes, quod non possunt relinquere plus virrico, vel nouerca, quam

- quomodo filii prius in matrimonio, quomodo intelligendum, part. 2. c. 13. nu. 163. 164. & 165.
- Parentes succedunt una cum filiis ad successionem filiorum, part. 3. cap. 1.4. nu. 3. & procedit etiam in auro, & auro, nu. 4.
- Parentibus reservatur legitima, si filiorum bona veniant confiscanda, part. 3. c. 17. nu. 6.
- Parentibus debetur legitima, & ipsi competit ius potendi supplementum, part. 3. c. 13. nu. 50. & 51.
- Parentium appellations continentur etiam omnes ascendentes per lineam femininam, part. 3. c. 11. nu. 80.
- Paria sunt non posse, vel posse, non tamen absque delectore, part. 3. c. 13. nu. 109.
- Par inferior non dicitur deservire superiori, part. 3. c. 36. numero 48.
- Partem non facit, qui ad partem non admittitur, part. 3. c. 19. nu. 17.
- Partem maiorem habens praesertur in emptione rei communis, part. 3. c. 36. nu. 45.
- Partes separata assignari debent in divisione, part. 3. c. 38. nu. 26.
- Participans de lucro proveniente ex maleficio, an possit puniri, part. 2. c. 27. nu. 11.
- Pater habens filios legitimos, & naturales, non potest instituire naturalem tantum, nisi in una uncia, part. 3. c. 19. nu. 10. etiam si fiat ligatum causa conditionis implenda, nu. 11. & relictiis aufertur ab ipsis, & datur legitimis, & naturalibus, nu. 13.
- Pater non habet usufructum in bonis donatis causa studij, part. 3. c. 11. nu. 40.
- Pater potest uni ex filiis maiorem, vel minorem partem assignare, p. 3. c. 39. n. 4. & cum inaequali divisione debet observari, n. 7.
- Pater, licet promiserit uni ex filiis eum aequaliter instituire cum aliis, vel aequaliter eum tractare, adhuc potest vti inaequalitate, part. 3. c. 40. nu. & seq. & de ratione, n. 18.
- Pater fideiobens pro filio, intelligitur consentire, p. 3. c. 43. n. 68.
- Pater non praesumat filium committendo homicidium respectu bonorum maternorum, part. 3. c. 56. nu. 38. & quid si occidat filium, nu. 39.
- Pater habet usufructum in bonis adventitiis, part. 1. c. 3. nu. 5. & ampliatu nu. 18. & 20. nec tenetur observare ea, quae alij usufructuarij observant, nu. 11.
- Pater transendo ad secunda vota, non amittit usufructum bonorum adventitium, part. 1. c. 3. nu. 19.
- Pater non habet usufructum dotium uxorum filiorum, part. 1. c. 3. nu. 22. declaratur nu. 23.
- Pater negans filij alimenta, amittit omnes effectus patriae potestatis, part. 1. c. 3. nu. 24.
- Pater in multis casibus non habet usufructum bonorum adventitiorum, part. 1. cap. 5.2. nu. 25. v. quae ad nu. 40.
- Pater non potest alienare bona adventitia, part. 1. c. 3. nu. 41. 46. & 48. & quomodo filius succurratur, si male sua substantia veatur, sub nu. 46.
- Pater dicitur legitimus administrator bonorum, & actionum filiorum, part. 1. c. 3. nu. 45.
- Pater potest alienare usufructum bonorum filij, part. 1. c. 3. nu. 46. & 56.
- Pater etsi bonorum adventitiorum non habeat usufructum, habet tamen quandam commoditatem, part. 1. cap. 3. nu. 52. & an ipsa impediatur filij alienationem, nu. 53. & 56.
- Pater tenetur reddere rationem de proprietate bonorum adventitiorum, part. 1. c. 3. nu. 58.
- Pater potest remittere filio usufructum bonorum adventitiorum, part. 1. c. 5. nu. 6. & an id mortis confirmatione indigeat, n. 7. quod procedit etiam in tacita remissione, nu. 8. declaratur nu. 9. 10. & 11.
- Pater non tenetur alere filium, qui ex eius operibus vivere possit, part. 1. c. 6. nu. 5. & si alatur, hinc tamen non facit suas operas industriales filij, nu. 8.
- Pater an teneatur dotare filiam, si ipsam absque dote in matrimonium collocare possit, part. 3. c. 26. nu. 24. & part. 3. c. 5. nu. 8.
- Pater an teneatur dotare filiam divitem, part. 3. cap. 5. nu. 9.
- Pater an teneatur dotare filiam emancipatam, part. 3. c. 5. nu. 10.
- Pater an teneatur dotare filiam, qua nupsit absque dote, part. 3. c. 5. nu. 14. & seq.
- Pater an teneatur dotare filiam quae ipse in se virum duxit, part. 3. cap. 5. nu. 16. vbi affirmativa probatur opinio, in qua minus convenire videntur, si filia excedat vigesimum quintum annum, nu. 17. & quid si nabat indigno, nu. 19. & seq.
- Pater an possit exheredare, vel privare alimentis filios, qui absque eius consensu matrimonium contraxerant, part. 3. cap. 5. nu. 18. & quid si indignè, nu. 19.
- Pater sustinendo onera matrimonij lucratur fructus dotis filij, p. 1. c. 8. nu. 4.
- Pater recipiens dotem filij, eius nomine intelligitur eam recipere, part. 1. c. 8. nu. 14.
- Pater potest donare filio usufructum bonorum adventitiorum, p. 1. c. 11. nu. 11.
- Pater an praesumatur filio donare, si patitur filium aliquam rem possidere, p. 1. c. 11. nu. 55.
- Pater non debet conferre matri, quae a filio accepit, p. 1. c. 15. n. 4.
- Pater olim succedebat filio decedenti absque filio, exclusa matre, sicut de iure notissimo, part. 1. c. 15. nu. 8.
- Pater an teneatur mittere filium ad studium, part. 1. c. 25. & per totum, & quod non teneatur, part. 2. cap. 29. nu. 6. declaratur nu. 14. & id in iure non reperiri certum, dict. c. 25. n. 2. qui contra sententiam, n. 3. & negativam opinionem esse communem, n. 4. sed si eum ad studium mitteret, omnia necessaria ei subministrare tenetur, n. 14. & in dict. c. 29. nu. pariter 14. si tamen litteris operam navit, dict. cap. 25. n. 24. in multis tamen casibus affirmativa opinio videtur satis aequa, n. 16. nisi tamen filius esset ad studendum parum aptus, n. 25. vel ipse pater esset pauper, n. 26. vel filius per se dives, n. 27. & in omnem casum solum contra patrem competere officium iudicis, nu. 28.
- Pater an praesumatur voluisse donare filio, vel potius in pecuniam concedere, part. 1. c. 11. nu. 59.
- Pater tenetur instruere filium in his, quae absque vtriusque ignorantia non possunt, part. 1. c. 25. nu. 13.
- Pater latatur in filio glorioso, part. 1. c. 25. nu. 22.
- Pater dando dotem, vel donationem propter nuptias, donare praesumitur, part. 1. c. 26. nu. 23.
- Pater tenetur filiam in matrimonium collocare, part. 1. c. 26. nu. 24. non autem praesertim facere donationem propter nuptias, n. 25.
- Pater, licet teneatur emere libros pro filio, ipsos tamen donare non tenetur, part. 1. c. 27. nu. 6.
- Pater non potest repetere, quod solvit pro redimendo filio ab hostibus, part. 1. c. 30. nu. 1. & an sit conferendum, nu. 9. de quo & nu. 14.
- Pater negligens redimere filium ab hostibus, ab eo exheredari potest, part. 1. cap. 30. nu. 3. & idem est in filio, nu. 2.
- Pater, quae solvit pro filio sic statuto disponente, an sine conferenda, part. 1. c. 30. nu. 12. & quid de soluti occasione fideiussionis facta pro filio, nu. 15.
- Pater non tenetur regulariter solvere legitimam pro delicto filij, part. 1. c. 33. nu. 60.
- Pater tenetur dare legitimam filio, si monasterium ingrediatur, part. 1. c. 33. nu. 61. & filia loco dotis, n. 63. & pro alimentis, nu. 64. pro redimendo filio a carceribus, nu. 65. & si ipse pater bona dissipet, nu. 67.
- Pater, si vult, potest legitimam dare filio, ipsis iuribus, part. 1. c. 33. nu. 68.
- Pater praesumitur magis cogitare de filiis, quam de negotiis, p. 1. c. 39. nu. 26.
- Pater consentiendo obligationi filij, obligatur tanquam fideiussor, p. 2. c. 12. nu. 9.
- Pater non tenetur subministrare filio expensas studij vsque ad finem studij parte 1. c. 12. nu. 10. 11. & 15.
- Pater tradendo filio libros pro ipso emptos, dicitur donare, p. 1. c. 29. nu. 21.

**Pater tenetur emere libros pro filio, quem in studio retinet.** part. 2. c. 19. nu. 34.  
**Pater redimens filios ab hostibus, presumitur id intuitu pietatis facere,** part. 2. c. 31. nu. 15.  
**Pater socius omnium bonorum, non potest ratione filiorum plerumque de societate participare,** part. 2. c. 35. nu. 18. & de rationibus, numerus sequitur.  
**Pater non tenetur prestare alimentum filio, si operibus ea sibi quaerere possit,** part. 2. c. 35. nu. 29. & quid si habuerit legitimam, eamque consumpserit, nu. 31. & declaratur nu. 32. 33. & 34. nec minus eum alere tenetur, si aliquam artem habet, ex qua vivere possit, n. 36. vel sit ingratus, nu. 40.  
**Pater an possit cogere filium, ut vendat ea, qua habet, ad hoc, ut ex pretio se aliat,** part. 2. c. 35. nu. 44.  
**Pater potest constituere dotem minorem legitimam,** part. 3. c. 3. n. 9.  
**Pater potest granare filiam in dote sibi à statuto reservata,** part. 3. c. 11. nu. 119.  
**Pater, vel mater transiens ad secunda vota non potest magis relinquere nenerca, vel vitrico, quam vni ex filiis primi matrimonij,** part. 3. c. 13. nu. 82. quod procedit etiam si relinquatur filio mariti, vel uxori ex alio matrimonio, nu. 84. & ampliat, & declaratur numeris sequentibus, & quomodo sit intelligendum, nu. 153. & 154.  
**Pater presumitur prius decessisse in naufragio, vel incendio, quam filius,** part. 1. c. 11. nu. 24.  
**Pater non potest pasciscit de sua hereditate cum filia,** part. 3. c. 12. nu. 12.  
**Pater per transitum ad secunda vota non amittit ius exemplariter substituendi,** part. 3. c. 13. nu. 179.  
**Pater transiens ad secunda vota non amittit tutelam, & curam eius filiorum, nec bonorum administrationem,** part. 3. c. 13. nu. 169.  
**Paterna pecunia acquisita an sit profectitium, vel aduentitium,** part. 1. c. 4. nu. 2.  
**Patientia, & tollerantia omnia in communi possideri arguit societatem,** part. 2. c. 14. nu. 23.  
**Patrem perseverasse in donatione facta filia, quando presumatur,** part. 1. c. 11. nu. 28.  
**Patrem tacite prohibuisse donationem, quando presumatur,** part. 1. c. 18. nu. 15. & 16.  
**Patria potestas durat etiam respectu filie conjugate,** part. 1. c. 3. nu. 9.  
**Patrimonium, quod pater tradit filio sacros ordines suscipienti an sit conferendum,** part. 1. c. 20. nu. 8. & an imputandum, nu. 10.  
**Patri consensus an suppleat defectum solemnitatum, qua sunt necessariae in contractibus minorum,** part. 1. c. 10. nu. 25. limitata nu. 26. & declarata nu. 27. de quo & in c. 11. nu. 25. & 26. part. 3.  
**Patri commoditas in bonis aduentitiis absque usufructu, an habeatur in consideratione,** part. 1. c. 10. nu. 11.  
**Patri consensus in alienationibus bonorum aduentitiorum quare requiratur,** part. 1. c. 10. nu. 12. & 16. ponitur distinctio, n. 13. & damnatur in secundo capite, n. 14.  
**Patri consensus in ultimis voluntatibus non operatur,** part. 1. c. 10. nu. 15.  
**Patri consensus semel filio praestitus, ut possit donare causa mortis, vel testari ad pias causas an possit revocari,** part. 1. c. 10. nu. 21. & 22.  
**Patri consensus in legitimatione supplet defectum citationum,** part. 3. c. 52. nu. 22. duo tamen requiruntur, de quibus numerus sequitur.  
**Patri conditio attenditur,** part. 3. c. 31. nu. 4.  
**Patri insipientia dicitur sufficiens causa ad conducendam legitimationem,** part. 3. c. 25. nu. 84. & assertio patri talem esse omnia filium sufficit, nu. 90.  
**Patri insus circa communionem filiorum, quomodo sit intelligendus,** part. 2. c. 15. nu. 49.

**Patri praesentia non inducit matrem, nisi praecedant iura,** part. 3. c. 12. nu. 82. & 83.  
**Patrum negociando cum pecuniis pupillorum, presumitur contraxisse societatem,** part. 2. c. 14. nu. 29. & de rationibus, nu. 30. & tenetur communicare lucra, nu. 35. de quo & in c. 42. nu. 10. eadem part.  
**Patrum dotando neptem, an, & quando presumatur donare,** part. 3. c. 34. nu. 19.  
**Paupertas à quo probari debet,** part. 3. c. 32. nu. 21.  
**Pauperum appellatione in materia clericorum debentium bona ecclesiastica pauperibus distribuere, omnia loca pia continentur,** part. 2. c. 10. n. 17.  
**Pecudes, quae dantur in propriis praediis, cum hoc, quod debeant suppleri ex fetibus, non dicuntur data ad societatem, nec istud pactum est usurarium,** part. 3. c. 59. nu. 47.  
**Peculia quasi castrensia qua persone habiant,** part. 1. c. 2. nu. 4.  
**Peculia quasi castrensia an debeant cum alii fratribus communari,** part. 1. c. 2. nu. 9.  
**Peculia an publicantur publicatis bonis patri, vel filiorum,** part. 1. c. 4. nu. 6.  
**Peculium castrense quid sit,** part. 1. c. 1. n. 1. & dicitur etiam omnne id, quod datur ob militiam, nu. 3.  
**Peculium quasi castrense eadem habeat privilegia, qua castrense,** part. 1. c. 2. nu. 1.  
**Peculium quasi castrense quid sit, & unde dicatur,** part. 1. c. 2. n. 2.  
**Peculium aduentitium quid sit,** part. 1. c. 3. nu. 1.  
**Peculium profectitium quid sit,** part. 1. c. 4. nu. 1.  
**Peculium retinens pro legitima, ipsum imputare debet,** part. 1. c. 37. nu. 14.  
**Peculium clericale an veniat communicandum inter simplices bonorum socios,** part. 2. c. 11. nu. 11. & quid si sint socij omnium bonorum, part. 2. c. 26. nu. 4.  
**Pecunia destinata ad rem immobilem connumeratur inter imobiles,** part. 3. c. 7. nu. 50.  
**Pecunia presumitur solvens, part. 2. c. 9. nu. 5. declaratur nu. 8. & sequitur nec non nu. 18.  
**Pecunia data filio causa emendi libros non confertur,** part. 1. c. 27. nu. 19.  
**Pecunia data filio ad effectum, ut studeat, si eam convertat in malos usus, debet eam conferre,** part. 1. c. 26. nu. 14. in dubio tamen presumitur versa in causas si holicas, n. 15.  
**Pecuniam possidens titulum ostendere non tenetur,** part. 2. c. 9. n. 4.  
**Pecunia possessio dominium arguit,** part. 2. c. 9. n. 17. vbi declaratur nu. 18.  
**Pecunia non habet usufructum separatim à proprietate,** part. 1. c. 6. n. 20. declaratur nu. 11.  
**Pena leg. hac edictali, C. de secund. nupt. in casu, quo relinquatur plus vitrico, vel uoverca, quam filio primi matrimonij, qua sit,** part. 3. c. 13. n. 150.  
**Pena, quam consequitur socius omnium bonorum ob iniuriam ipsi illatam, communis est inter omnes socios,** part. 2. c. 26. numero 1.  
**Pena soluta fisco an debeat esse communis inter omnium bonorum socios,** part. 2. c. 31. nu. 5. & 6. & quid si solvatur ob malefictum, part. 2. c. 34. nu. 2.  
**Pena soluta per filium post mortem patri an debeat conferri,** part. 1. c. 30. nu. 10. & quid si fuerit soluta per patrem, nu. 3.  
**Pena imposita transeuntibus ad secunda vota sunt in duplici differentia,** part. 3. c. 13. nu. 1. & qua dicantur imposita propter festinationem, nu. 2. & de rationibus, nu. 3. & an dicantur per ius canonicum sublata, nu. 4. & 24.  
**Pena contra transeuntes ad secunda vota de quibus in l. famine, C. de secund. nupt. procedunt tam in matre, quam in patre,** part. 3. c. 13. nu. 28.  
**Pensionum an sint capaces illegitimi,** part. 3. capitulo 26. nu. 30.  
**Permutantes tenentur ad invicem de evictione,** part. 3. c. 39. nu. 5.  
**Pignus non intelligitur remissum, non secuta alienatione licet data fuerit potestas alienandi,** part. 3. c. 41. nu. 60.**

- Pythagororum metris circa amicitiam redimendam*, par. 3. c. 1. num. 32.
- Platonii sententia circa mulierum communionem*, par. 3. c. 18. num. 16.
- Pellucis, & Castoris amor*, par. 3. c. 1. nu. 16. eorumque factum recensetur, num. 23.
- Pontifex ad speritalia potest quemcumque legitimare*, par. 3. c. 25. num. 50. dispensando tamen ad dignitates Ecclesiasticas, non dicitur dispensare ad dignitatem Episcopalem, nu. 56.
- Portio portioni non persona accrescere solet*, par. 3. c. 11. n. 83.
- Portio ad quam masculus vocatur, exclusa femina, transmittitur etiam uni agnita*, par. 3. c. 11. nu. 117.
- Possessio bonorum pro indiviso, necessaria est inter socios omnium bonorum*, par. 2. c. 13. nu. 3.
- Possidens sciente eo, qui possessionem tradere erat obligatus, ab eo eam habuisse praesumitur*, par. 2. c. 29. nu. 28.
- Potestas omni a summo Pontifice, & Imperatore pendet*, par. 3. c. 25. num. 2.
- Pragmatica in Scat. Serenissimi Ducu Urbini circa vestimenta*, par. 3. c. 5. num. 20.
- Prælegari possunt acquisita à patre pro se, & filio*, par. 1. c. 38. n. 21.
- Prælegata observari debent*, par. 3. c. 40. nu. 8.
- Præscriptio decennialis non currit contra laicum habentem feudum commune cum Ecclesia*, par. 2. c. 25. n. 34.
- Præscriptio non currit non valenti agere*, par. 1. c. 3. n. 44.
- Præscriptio centenaria non impedit divisionem*, par. 2. c. 37. n. 6.
- Præsentia, & taciturnitas non praeiudicat etiam coniuncta cum sanguinis coniunctione*, par. 3. c. 43. n. 28. quod procedit etiam in eo, qui potest contradicere, nu. 30.
- Præsentia, & taciturnitas illius, qui accedit ad contractum ex debito sui officij, sibi non praeiudicare*, par. 3. c. 43. n. 15.
- Præsentia, & taciturnitas non arguit consensum, quando agitur de obligatione personalis*, par. 3. c. 43. nu. 31.
- Præsentia, & taciturnitas non arguit consensum respectu praeiudicij tertiae personae*, par. 3. c. 43. num. 32.
- Præsentia, & taciturnitas nihil operatur in his, in quibus requiritur consensus expressus*, par. 3. c. 43. nu. 33. quod nonnullis exemplis declaratur nu. 34. 35. & 36.
- Præsentia, & taciturnitas non operatur in his, in quibus requiritur consensus pro forma*, par. 3. c. 43. num. 37.
- Præsentia, & taciturnitas non praeiudicat, quando praesens non intelligit quod agitur*, par. 3. c. 43. nu. 38. vel non est certus de iure suo, nu. 40.
- Præsentia, & taciturnitas in eo, qui tenebatur consentire, praeiudicat*, par. 3. c. 43. nu. 59.
- Præsentia, & taciturnitas in iudicialibus praeiudicat*, par. 3. c. 43. num. 60.
- Præsentia, & taciturnitas in eo, qui loqui debet, praeiudicat*, par. 3. c. 43. num. 61.
- Præsentia, & taciturnitas in praeiudicialibus non arguit consensum*, par. 3. c. 13. num. 73. 77. 78. praecipue in eo, qui impedire non potest, numerus seqq.
- Praesens alienationi rei, in qua ipse habet hypothecam, sibi non praeiudicat quantum ad ipsam hypothecam*, par. 3. c. 43. n. 39.
- Praesens, & tacens sibi praeiudicat, si ultra praesentiam faciat actum consensum denotantem*, par. 3. c. 43. nu. 56. & seqq.
- Praesens, & tacens dicitur consentire, si alias consensum praestitit*, par. 3. c. 43. nu. 62.
- Praesens, & tacens quandoque favore persona, vel causa dicitur consentire*, par. 3. c. 43. n. 64.
- Praesens legato facto de re propria sibi non praeiudicat*, par. 3. c. 43. num. 14.
- Praesens alienationi rei propria non contradicendo, an sibi praeiudicat*, par. 3. c. 43. num. 1.
- Praesens investitura rei propria sibi non praeiudicat*, par. 3. c. 43. num. 26.
- Praesens si possit contradicere, an sibi praeiudicat non contradicendo*, par. 3. c. 43. nu. 6. & 9.
- Præsumptio fortior tollit minorem*, par. 2. c. 18. num. 14.
- Præsumptiones validiores circa renovationem societas debent attendi*, par. 2. c. 44. num. 14.
- Præteritio eorum, quibus legitima non debetur, non vitiat testamentum*, par. 3. c. 11. nu. 95.
- Præter partem recipientis tenetur de evulsionem pro illa rata*, par. 3. c. 45. nu. 54.
- Præter diminutio spectat ad iudicem*, par. 1. c. 38. nu. 51.
- Primogeniti meliores*, par. 3. c. 1. num. 25.
- Primogeniti secundum veterem legem patribus succedebant, alii exclusis*, par. 3. c. 27. nu. 1. quod etiam hodie in aliquibus locis observatur, num. 2.
- Primogenitum relictum, vel cui testator placuerit, respectu primogeniti dicitur parum, respectu vero aliorum conditionale*, par. 3. c. 27. nu. 15.
- Primogenitura statuta, & consuetudine induci potest*, par. 3. c. 28. n. 1. & etiam clericos ligat, nu. 2. & 4. statutum tamen non habet locum respectu bonorum ecclesiarum, & curiarum territorium, n. 5. & quid respectu nobilitatis, nu. 6. quibus respectu aditionum, nu. 7. & diversa afferuntur opiniones, num. 8. & 9. & Salyc. opinionem esse veterem, cum declaratione tamen attentior, nu. 10. & ponitur pulchra distinctio, nu. 12.
- Primogenitura potest vendi, sed, & praescribi*, par. 3. c. 31. nu. 9. & 10.
- Primogenitura an pacto induci possit*, par. 3. c. 28. n. 28. & quid si fuerit appositum in contractu matrimonij, n. 29. & non possit revocari per coniuges, nu. 30. 31. & 32. an à testatore possit induci, n. 33. an ab aliqua familia, n. 34.
- Primogenitura iura, qua filiis proveniunt, an sint conferenda*, par. 1. c. 32. num. 1.
- Primogenitus an possit contra conscientiam retinere totam hereditatem*, par. 3. c. 28. n. 25.
- Primogenitus Regis, dicitur etiam natus ante adoptionem Regni*, par. 3. c. 27. n. 14.
- Primogenitus ille est, qui primus nascitur*, par. 3. c. 27. nu. 3. & est necessarium, ut omnino ex utero exeat, num. 4. sed & ille, qui secundo, vel viciori loco natus est, dicitur primogenitus, si alij decesserint, num. 6. vel sint incogniti à iure civili, n. 12. & sic ille, qui tempore mortis alios antecedit dicitur primogenitus, num. 7. & licet sit natus ex secundo matrimonio, dicitur tamen primogenitus ex primo, si ex primo filij non genuerint, nu. 8. & etiam filius primogeniti dicitur primogenitus, excluso patre, nu. 9. idem est si agatur de successione fratris, nu. 10. ubi de ratione. Et ut qui dicatur primogenitus, attenditur tempus eventus conditionis, n. 11. & natiuitas non conceptis in hac materia attenditur numero 5.
- Primogenitus non Monachus non admittitur*, par. 3. c. 29. n. 2. declaratur nu. 5. & si vitio naturali, & perpetuo labores admittitur secundogenitus, n. 3. factis si vitium fuerit accidentale, n. 4. nec minus succedit exheredatus, n. 11. nec legitima ius per rescriptum, nu. 12. & quid in legitimo per subsequens matrimonium, n. 13. quid in legitimo per oblationem curiae, n. 15. illegitimum autem non succedere certum est, nu. 16. nec minus clericus in primogenitura feudali, nu. 27.
- Primogenitus si ignoretur quis sit, quid agendum*, par. 3. c. 29. n. 14.
- Primogenitus potest renunciare primogenitura*, par. 3. c. 31. nu. 1. & 2. licet renunciare voluisse in dubio non praesumatur, n. 4. & quid si decesserit sine filio ille, cui facta fuit renunciatio, n. 6. & 7. nec post renunciationem admittitur penitentia, nu. 8. Non potest tamen fieri renunciatio tertio genito, in praeiudicium secundi geniti, n. 11. nec minus proprium, si iustum, nu. 12. & si ille, qui renunciavit fuerit minor, potest petere restitutionem, n. 13. nec valet renunciatio, si renuncians erraverit, num. 14.
- Primus acquirere potest alienare in praeiudicium comprehensorum*, par. 1. c. 38. num. 22. quod tamen nonnullis declaratur modis numerus seqq.
- Princeps propriis ligatur legibus*, par. 1. c. 11. n. 129.

Princeps potest vii beneficio statutarum sua civitatis, par. 3. c. 11. num. 130.

Princeps potest illegitimos legitimare, par. 3. capit. 25. num. 1. & procedit in omni Principe superiore non recognoscens, num. 3. ac in Principibus infensatis, num. 5. & 42. & potest legitimare in prajudicium agnatorum patris consentiente, num. 11. licet in dubio factum non presumatur, num. 15. & an possit legitimare filios absque consensu patris, num. 17. & quid quantum ad ordines, & dignitates, num. 19. & an in iuris legitimis, & naturalibus, num. 20. & quando patris vel aliorum requiratur consensus, remissive, num. 21. & non recognoscens superiorem potest proprios filios legitimare, num. 29. & quid in recognoscens superiorem, num. 30. legitimare potest in prajudicium agnatorum antequam hereditas adeatur, num. 31. & etiam post aditam hereditatem de plenitudine Potestatis, num. 40. secus de ordinaria, num. 41. & Princeps non recognoscens superiorem potest legitimare absque causa, num. 86. & in Principe semper presumitur iusta causa, licet non exprimat, num. 88.

Princeps potest absque causa tollere ea, que sunt iuris naturalis, par. 3. c. 25. num. 7.

Princeps pro bono pacis potest vii tantum Regnum concedere, par. 3. c. 28. num. 33.

Princeps potest parentibus concedere, vt, non obstante primogenitura, faciant partes inter filios, par. 3. c. 29. num. 1. nec non concedere ius succedendi in primo genituris, non obstante demerita, num. 7.

Princeps inferiores legitimare non possunt, par. 3. c. 25. num. 44. & si id ipso fuerit concessam, absque tamen causa legitimare non possunt, num. 77. nisi id expresse concessam fuerit, num. 82. & quid si dictum fuerit, vt possint legitimare de plenitudine potestatis, num. 83.

Principes solent eorum decretis nulla declarare testamenta, quibus inseritur prajudicium iuribus fiscalibus, par. 3. c. 56. num. 53.

Principis auctoritate qua sunt, ab ipso Principe facta censentur, par. 3. c. 25. num. 7.

Primitia scriptura probat societatem, par. 3. c. 12. num. 22.

Privilegia personalia sunt in duplici differentia, & quibus possit renunciari, par. 3. c. 31. num. 3.

Privilegia concessa fratribus tertij ordinis, an intelligantur etiam concessa Monialibus eiusdem ordinis, par. 3. c. 16. nu. 30.

Privilegia & immunitates vni ex fratribus concessa, an competant alijs fratribus socijs omnium honorum, par. 2. c. 25. num. 1. & per totum.

Privilegia alia personalia, alia realia, alia mixta, par. 2. c. 35. nu. 16. & que sunt mixta, num. 18.

Privilegia merè personalia vni concessa alijs non prosunt, par. 2. c. 25. num. 17. realia vero, & mixta in conexu prosunt etiam alijs, num. 24. durante tamen societate num. 29. secus in diuidis, num. 28.

Privilegium l. Vnica, C. quando Imper. competens fratri prodest etiam altero possidenti bona in communi, par. 2. c. 25. num. 25.

Procurator non potest renunciare societatis absque causa, par. 2. c. 36. num. 8. nec mutare ea, que specialiter à domino constituta sunt, num. 9.

Procurator presens alienationi an sibi prajudicet, par. 3. c. 43. num. 66.

Procurator generalis potest cum causa prohibere tertis, ne faciat id, quod à domino ipsi fuit impositum, par. 2. cap. 36. numero 10.

Procuratores an dicantur habere peculium quasi castronse, par. 2. c. 2. num. 16.

Profanum quid significet, eiusque triplex appellatio, par. 2. c. 10. num. 16.

Profectitia imputantur, par. 1. c. 40. num. 7. & imputari in legitimam, c. 37. num. 29. secus tamen est in aduentitij, vt ibi.

Profectitia bona an publicentur publicis bonis filij, & quid si bona patris fuerit publicata, par. 1. c. 4. num. 4. & 5.

Profectitia veniunt post mortem patris cum alio fratribus communicanda, par. 1. c. 5. num. 15.

Profusa, & dilapidata à filio veniunt in collatione, par. 1. c. 32. nu. 6. & 7.

Prohibitio alienationis testatorij fortior est, quam prohibitio patriscentium, par. 2. c. 43. nu. 15. & 19.

Prohibitio diuisionis perpetua facta sub poena priuationis hereditatis valet, par. 2. c. 43. nu. 17. contra n. 18. & quid si fiat per viam conditionis, nu. 21. & 22.

Prohibitio diuisionis est prohibitio alienationis, par. 2. c. 43. n. 13.

Promissio de non contrahendo non alterat naturam actus, cui adicitur, par. 3. c. 41. num. 9.

Promissionum natura est, vt sint perpetua, par. 2. c. 37. n. 14.

Promittens tractare aliquem vii filium, non tenetur ipsum mittere ad studium, par. 1. c. 25. num. 33.

Promittens aliquid non facere, perpetuo id non facere tenetur, par. 2. c. 37. num. 15.

Promittens non contrahere, an intelligatur promittere per heredes, par. 3. c. 41. num. 82.

Proprietates verborum non attenditur, si aliter de voluntate testatoris appareat, par. 3. c. 6. num. 6.

Propter quod vnumquodque tale, & illud magis, par. 3. c. 53. n. 3.

Protestatio non requiritur, vbi presens non intelligitur consentire, par. 3. c. 43. num. 8.

Provisio facta in casu simplici, comprehendit etiam casum mixtum, par. 3. c. 11. num. 27.

Proximitas ultimi decedentis attenditur in substitutionibus, & in Emphyteusi, par. 3. c. 22. nu. 31.

Proximitas ultimi decedentis attenditur, non receptoris, par. 3. c. 47. num. 7. idem in fideicommissis, num. 8. precipue si semel ad aliquam lineam illa bona peruenierint, nu. 9. si tamen agatur de renouatione, & non comprehensione, nu. 10. & hac proximitas attenditur, etiam si quarta generatio ex parte veniat renouanda, nu. 11.

Proximitas receptoris attenditur, quando agitur de comprehensione, non autem de renouatione, par. 3. c. 47. num. 13. prout etiam in Emphyteusi concessa ex prouidentia, nu. 14. & 15. reprobatur Gabr. contrarium sentiens, nu. 17. idem in Emphyteusi mixta, num. 16.

Publica vox, & fama probat societatem, par. 2. c. 14. n. 10.

Publicatione bonorum societas extinguatur, par. 2. c. 38. num. 6. & 7.

Pueri quo tempore incipere debeant participare de lucris societatis operarum, par. 2. c. 35. n. 63.

Puerorum opera compensantur cum alimentis, par. 2. c. 35. n. 62.

Pupillaris expressa excludit matrem à legitima, par. 3. c. 13. n. 62.

Pupillus infans proximus, non presumitur tacite contraxisse societatem, par. 2. c. 15. num. 8. nec eam contrahere potest, licet proximus sit pubertati, num. 13.

Pupillus proximus infans non obligatur, nec civiliter, nec naturaliter, par. 2. c. 15. num. 14. secus si sit proximus pubertati, n. 15. & eadem solet fieri distinctio respectu iuramenti, n. 16. & 17.

Pupillus potest acquirere, licet non possit se obligare, par. 2. c. 15. num. 52.

Q

Qualitas à statuto requisita si non verificatur, non habet locum cum eius dispositio, par. 3. c. 11. nu. 139.

Qualitas adiuncta verbo debet verificari secundum tempus verbi, par. 3. c. 47. nu. 29.

Qualitas, qua facit vocatum successibilem, debet interuenire tempore, quo deseratur successio, par. 3. c. 47. nu. 30.

Quasi castronsia non veniunt in collatione, par. 1. c. 23. n. 1.

Querela inofficij testamenti contra fratrem instituentem turpem personam, an rumpat testamentum in totum, par. 3. c. 2. num. 8. & quid si fuerit aliquid fratri relictum, nu. 9. & 10. & an competat sorori, nu. 20. & intra quod tempus debeat intent.

intentari, num. 11. & 22. & an istud ius transeat ad heredes, nu. 23. & 24. & quid si persona turpis radicata sit ad frugem in elioris vita, nu. 26. & quid si ipse frater prateritus sit turpis persona, nu. 27. & quid si illa turpis persona ab intestato fuisse successura, nu. 28. & 29.  
 Quaestualia in proposito sociorum, qua sint, part. 2. c. 7. n. 11.  
 Quaestus appellations qua veniant, par. 2. c. 21. nu. 6.  
 Qui vult antecedens, vult etiam necessarium consequens, par. 1. c. 27. num. 11.  
 Qui consentit in antecedenti, videtur consentire in consequenti, par. 3. c. 13. num. 100.  
 Qui totum dicit, nihil excludit, par. 2. c. 23. nu. 3.  
 Qui non adimplet videtur à contractu recedere, par. 2. c. 44. n. 9.  
 Quietatio generalis an extendatur ad ea, de quibus saltem in genere fuit cogitatum, part. 3. c. 41. nu. 33.  
 Quo nomine insit testator, ita factum esse censetur, part. 2. c. 35. num. 40.  
 Quod iuris est de toto, quo ad totum, idem iuris esse debet de parte, quo ad partem, par. 3. c. 59. num. 7.

## R

**R**ector nouus beneficij non tenetur restituere femina, par. 2. c. 31. num. 7.  
 Reftori nouo an sint relinquenda femina, part. 2. c. 35. nu. 8. & seqq.  
 Redditio rationis inter fratres, arguit non fuisse contractam societatem omnium bonorum, par. 2. c. 18. nu. 6. declaratur n. 7.  
 Redimere si vnus ex fratribus suam portionem rei alienata non curet, an alter frater totam rem redimere possit, par. 3. c. 36. num. 51.  
 Redintegratio ex iure non transmissio peti non potest, part. 3. c. 10. num. 49.  
 Reductio ad arbitrium boni viri à laudo lato ab arbitratoribus laico, & clerico, an debeat peti coram superiori Ecclesiastico, par. 3. c. 49. nu. 6. & numeris seqq. & quid si compromissum fuerit necessarium, num. 13.  
 Reductio ad arbitrium boni viri, coram quo iudice peti debeat, par. 3. c. 49. num. 8. & 12. qua se habet ad inslar appellacionis, n. 9. & 18. & petitur vel iure actionis, vel officio iudicis, num. 14.  
 Reductione petita, causa reducitur ad pristinum statutum, par. 3. c. 49. num. 15.  
 Regula in dubio est standum, par. 2. c. 2. nu. 20.  
 Regulares tertij ordinis S. Francisci succedunt in feudo, par. 3. c. 48. num. 33.  
 Relictum causa aequalitatis seruanda, an imputetur in legitimum, par. 1. c. 36. nu. 6.  
 Relictum factum à patre filio fratru, intelligitur factum contemplatione fratris, par. 1. c. 39. nu. 9. est tamen ratio differentie in auro, num. 10.  
 Relictum nepotibus sub nomine collectiuo, intelligitur relictum contemplatione patris, par. 1. c. 39. nu. 15.  
 Relictum factum nondum natis, intelligitur factum contemplatione parentum, part. 1. c. 39. num. 16. quod ampliat n. 17. 19. & 20. idem si factum fuerit in stirpe, n. 21.  
 Relictum factum filio comprehendit nascituros, part. 1. c. 39. n. 18.  
 Relictum an sit factum contemplatione vnus, vel alterius, amicitia, affinitas, & merita arguunt, part. 1. c. 39. n. 24.  
 Relictum ab vxore amico viri, intelligitur relictum contemplatione viri, par. 3. c. 13. num. 106. secus si fiat comuni filio, num. 115.  
 Relictum factum filio, patris contemplatione factum praesumitur, par. 3. c. 13. n. 132. & 140.  
 Relictum non dicitur, quod suppletur à lege, part. 3. c. 13. n. 154.  
 Religionem ingredienti dicuntur contrahere nuptias cum Christo, par. 3. c. 6. n. 16.  
 Religiosi quicquid acquirunt. Monasterio acquirunt, par. 3. c. 48. num. 4. 39. & 39.

Religiosi officij Episcopi, vel Cardinales, quicquid acquirunt proprio Ecclesie acquirunt, par. 3. c. 48. num. 9.  
 Religiosi in feudis non succedunt, par. 3. c. 48. nu. 36.  
 Religiosus professus in religione bonorum incapax, si ex dispensatione transeat ad religionem bonorum capacem, an succedat, par. 3. c. 24. nu. 32. & seqq.  
 Remissio impeditur propter ignorantiam, part. 3. c. 24. n. 32.  
 Renouata non praesumitur societas, si mutatus fuerit antiquus negociandi modus, par. 2. c. 44. num. 1. & quid si factum fuerit alie ignorantibus, num. 4. limitatur num. 5. & pariter si vnus scriptus fuerit vti debitor, vel creditor, non autem vti socius, num. 6. vel si non fuerit petitum, rationes reuideri, vt ante fieri solium erat, num. 7. vel adimplenda non fuerint adimpleta, num. 8. vel si aliquid concurrere debeat, de quo non appareat, num. 12. vel persone ad contrahendum sint inhabiles, num. 13.  
 Renouatam fuisse societatem, debet probari ab allegante, par. 1. c. 19. num. 12.  
 Renouatio societatis non praesumitur, part. 2. c. 41. nu. 1. & si fuerit renouata, pacta in ipsa apposita obseruari debent, nu. 5.  
 Renouatio societatis ex quibus actibus praesumatur, part. 2. c. 41. n. 15. 15. & 16. & laicus in c. 42. per totum.  
 Renunciatio propter semetipsum non prauidicat filio, part. 3. c. 12. num. 41.  
 Renunciatio successioni cum iuramento non potest ab intestato succedere, par. 3. c. 12. num. 80.  
 Renunciatio hereditati non succedit, par. 3. c. 17. num. 18.  
 Renunciatio non est amplius audiendus, & an id procedat respectu iuris de futuro, par. 3. c. 43. num. 44.  
 Renunciatio hereditatis paternae an possit petere bona Emphyteotica, par. 3. c. 41. num. 81.  
 Renunciatio nulla facta à procuratore, potest à domino ratificari, par. 2. c. 36. num. 12.  
 Renunciatio dolo malo facta non valet, part. 2. c. 36. n. 16.  
 Renunciatio metu extorta non valet, par. 3. c. 12. nu. 81.  
 Renunciatio filiarum facta cum iuramento, nocet etiam tarum filio, par. 3. c. 12. nu. 29. quod nonnullis modis declaratur, & ampliat numeris seqq. nec potest renouari, num. 42. etiam si facta fuerit à minore, nu. 43. nec requiritur insinuatio, n. 44.  
 Renunciatio facta à filia de bonis paternis, an si patri non superuixerit nocet filio, par. 3. c. 12. nu. 37. & 60.  
 Renunciatio successioni ex testamento, nondum facta constitutione, non valet, secus si renunciatio iam fuerit instituta, par. 3. c. 12. num. 47. & 48.  
 Renunciatio cum reservatione iuris succedendi ab intestato quid operetur, par. 3. c. 11. num. 97.  
 Renunciatio quomodo dicatur transferri in tempus delata hereditatis, par. 3. c. 12. num. 55.  
 Renunciatio bonorum non potest remoueri ab ingressu religionis, par. 3. c. 12. nu. 58.  
 Renunciatio facta ob ingressum religionis non dicitur conditionalis, si nempe renunciatio deseratur, part. 3. c. 12. nu. 59.  
 Renunciatio de bonis paternis, & maternis extendatur ad bona fraterna, par. 3. c. 11. num. 99.  
 Renunciatio facta à filia fauore masculorum, non habet locum, si masculi decedant viuo patre, par. 3. c. 12. num. 37. declaratur num. 75. secus si facta sit ob aliam causam, quam fauore masculorum, num. 76. quod coniecturis demonstratur, num. 77. licet in dubio secus censetur, nu. 78. & quid si masculi decedant post mortem patris, num. 79.  
 Renunciatio facta fauore masculorum non auocat patrem ad instituendum masculos, sed potest ipsis prauidicare, par. 3. c. 12. num. 78.  
 Renunciatio non valet, si non extet persona, cuius contemplatione facta fuit, par. 3. c. 13. num. 74.  
 Renunciatio facta à filia, nulla recepta dote, an valet, par. 3. c. 12. nu. 87. & quid si non fuerit dotata de bonis paternis, num. 88.  
 Renunciatio facta à filia stante enormissima lesione, non valet,

par. 3. c. 12. num. 89. & qualis debeat esse lasio in proposito, numeris seqq.

Renunciatio iuri de futuro non valet, par. 3. c. 12. nu. 96.

Renunciatio facta favore vnus, an prauidices quo ad alios, par. 3. c. 43. num. 69.

Renunciatio in dubio non presumitur, par. 3. c. 31. n. 5.

Renunciatio facta cum venditore, operatur etiam respectu emptorū, par. 3. c. 23. nu. 45.

Renunciatio facta de his, qua à testamento dependunt, non valet, nisi habita testamenti speciali cognitione, par. 3. c. 41. n. 23.

Renunciatio generalis ad hoc, ut comprehendat futura, necesse est, vt illa futura habeant censuram de presentis, par. 3. c. 41. n. 45. nec extenditur ad ea, qua dantur in euentum alicuius conditionis, vt dicit, par. 3. nu. 51. & strictè interpretari debet, n. 52. nec transitur ad incognita, nu. 68.

Renunciatio facta fideicommissis, an noceat filii renunciantis, si veniant ex propria persona, par. 3. c. 41. nu. 81.

Renunciatio soluitur societas, par. 2. c. 35. nu. 2. qua potest fieri per procuratorem, n. 5. declaratur n. 6. 7. & 8. & an procuratori facta valeat, n. 15. & quomodo debeat fieri, nu. 13.

Renunciatio facta ab ingredientibus religionem valet, sic Sacerdos Concilio Tridentino disponente, & an, & quando sit necesse, vt fiant per duos menses ante professionem, par. 3. c. 12. n. 62. & 63.

Renunciatio facta à sororibus vni ex fratribus, an alii pro sint, par. 3. c. 12. nu. 100. & 101.

Renunciatio facta patri, vel fratri favore agnationis quid operetur, par. 3. c. 12. nu. 102.

Representans non debet esse melioris conditionis, quam representatus, par. 1. c. 40. n. 3.

Representatio inter descendentes datur vsque ad pronepotes, sed non ultra, par. 3. c. 15. n. 2. 3. & 4.

Representatio inter ascendentes non datur, vnde semper praefertur proximior, par. 3. c. 15. nu. 18. quod exemplis declaratur.

Representatio inter collateralis de iure Digestorum non datur, par. 3. c. 15. n. 5. & 7. secum de iure nouissimo, si nepotes concurrant vna cum patre, nu. 6. & an de iure si concurrant inter se, n. 8. & negatiua opinio fuit Azonū, affirmatiua glose, n. 9. pro qua ponderantur nonnulla iura, nu. 10. 11. 12. & 13. non datur tamen ultra pronepotes, nu. 16. nec minus si agatur ex successione ex testamento, n. 17. declaratur n. 18.

Representationum distinctio, par. 3. c. 15. n. 1.

Res minus valet aliquo onere gravata, par. 1. c. 38. n. 4. 4.

Res aliena legata filio an debeat in legitimam imputari, par. 1. c. 39. num. 5. 8. & seqq.

Res, qua perit, domino perit, par. 3. c. 59. nu. 9. declaratur n. 30.

Reservatio qualibet arguit non fuisse contractam societatem omnium bonorum, par. 2. c. 17. nu. 23.

Reservatio iuris succedendi facta à muliere exclusa per statutum, nihil operatur, par. 3. c. 11. num. 55. nisi tamen consentiant interesse habentes, nu. 56. 57. & 58.

Reservatio facta à filia de succedendo ab intestato quid operetur, par. 3. c. 12. nu. 97.

Reservatio natura, par. 3. c. 12. nu. 98.

Respublica possunt illegitimos legitimare, par. 3. c. 25. n. 4.

Retentio non datur, quando restitutio non debet fieri in continenti, par. 3. c. 53. nu. 10.

Romuli, & Remi odium, par. 3. c. 1. num. 19.

Rustici simul viuentes, & operantes quam societatem contrahere voluisse, censendum sit, par. 2. c. 35. n. 51. & 52.

Rustici operibus acquisita, quomodo inter ipsos diuidere debeant, par. 2. c. 35. nu. 53. 55. & 56.

Rustici retinendo bestias, finita societate, eam continuare voluisse presumitur, par. 2. c. 42. nu. 14. & de ratione, nu. 24.

Salaria, & stipendia omnia communicari debent inter omnium bonorum socios, par. 2. c. 26. nu. 5.

Sanguinis consuetudo, & caritas fraterna arguit societatem, par. 2. c. 14. nu. 16.

Sciens onus, & periculum euictionis, de euictione agere non potest, par. 3. c. 39. num. 11.

Sciens, & tacens in eius prauidicium non dicitur consentire, par. 2. c. 28. num. 26. declaratur num. 27. & 28.

Sciens rem esse aliquo onere gravatam non datur actio quancum minoris, par. 1. c. 38. nu. 48. & quid in emente per affirmatiuam, 44. & 52.

Scientia comentorum in testamento, non arguitur ex eius nominatione, par. 3. c. 41. nu. 28.

Scientia fideicommissi ex quibus arguatur remissio, par. 3. c. 41. num. 37.

Scientia, & patientia regulariter non sufficit ad inducendum consensum, nisi interueniat aliquis actus positivus, par. 2. c. 48. n. 16. de quo etiam in 3. par. 6. 13. n. 52.

Scientiarum laudes, par. 1. c. 23. n. 4.

Scolares dicuntur habere periculum quasi caestense, p. 1. c. 27. n. 10.

Scolares, & Doctores habent privilegium, vt tempore diuisionis possint retinere libros, soluendo pretium, par. 2. c. 29. n. 29.

Scolarium sumptus debent esse mediocres, par. 1. c. 25. n. 30.

Scriptoria apostolica an veniant in collatione, par. 1. c. 23. n. 10.

Secundo genitus exclusus, vel prateritus, stante iure primogenitura, non potest impugnare testamentum, vel ipsam dicere nullum, par. 3. c. 28. n. 17. & quid respectu bonorum existentium extra territorium, nu. 23. potest tamen petere legitimam, vel eius supplementum, num. 20. declaratur nu. 21. & an ipsi factis si relinquere legitimam quocumque titulo, n. 22.

Semel exclusus semper remanet exclusus, par. 3. c. 10. n. 2.

Semen an sit pars, vel instrumentum fundi, p. 2. c. 35. nu. 6.

Semina noua Rectori an sint relinquenda, p. 2. c. 35. n. 8. & seqq.

Separatorum separata ratio, par. 3. c. 36. nu. 44.

Seruitus communis cum pupillo non amittitur per non usum, par. 2. c. 25. nu. 2.

Seruus non acquirit domino male acquisita, par. 2. c. 27. n. 4.

Silentium militiam à patre sibi acquisitam non confert, p. 1. c. 22. n. 15.

Siluanam ceduam incidere potest socius inuito socio, p. 3. c. 35. n. 4.

Societas proprie quid sit, p. 2. c. 1. n. 5. & quid apud iurisconsultos, num. 6.

Societas solo consensu perficitur, par. 2. c. 2. nu. 2.

Societas praesumitur soluta ex actibus contrariis societatis, p. 2. c. 2. num. 19.

Societas omnium bonorum intelligitur contracta tacite etiam inter fratres non negotiantes, p. 2. c. 2. n. 21. & etiam si vnus solum negotietur, n. 22. vel vnus in vna re, & aliter in alia, n. 23. ac etiam si vnus magis lucratur, quam alter.

Societas qualis fuerit, desumitur ex qualitate factorum, p. 2. c. 2. n. 25. & 26.

Societas mensa quando dicatur contracta inter fratres, par. 2. c. 2. n. 7. & qua communia efficiat, n. 8.

Societas bonorum simplex differt à societate mensa, par. 2. c. 6. n. 1. & reddit communes fructus, & quasualia, n. 2. c. 7. n. 1. & 5. & per eorum: ampliatur n. 2. & 3. & qua requiritur ad hoc, vt contracta dicatur, d. c. 6. nu. 4. 5. 7. 8. & 9. & 9. & qua in proposito sunt quasualia, d. c. 7. n. 6. & 11.

Societas intelligitur soluta ex actibus societatis contrariis, p. 2. c. 6. num. 4.

Societas est actus voluntarius, qui se non extendit de vno casu ad alium, par. 1. c. 11. n. 2.

Societas omnium bonorum inter fratres tacite potest intelligi contracta, concurrentibus necessariis, p. 2. c. 13. n. 15. & 16.

Societas omnium bonorum non arguitur ex his, qua fieri possunt citra nomen societatis, p. 2. c. 14. n. 3.

Societas probatur per testes, p. 2. c. 14. nu. 12. quomodo auram hoc casu deponere debeant, n. 11.

S

Sacerdotis filius potest legitimari ab Imperatore, & ab alijs ab ipso potestatem habentibus, par. 3. c. 25. num. 33.



## De fratribus contentarum.

UWB  
Biblioteca de Ciencias Sociales

*Societas presumitur, si alia resultaret delictum, p. 2. c. 14. nu. 28.*  
*Societas tacita cum infans non potest intelligi contracta. par. 2. c. 15. nu. 1.*  
*Societas omnium bonorum non potest nec etiam tacite consignari, par. 2. c. 15. nu. 25.*  
*Societas cum posthumo non potest intelligi contracta. par. 2. c. 15. nu. 27.*  
*Societas cum minore contrahi potest, si sic mandaverit testator, par. 2. c. 15. nu. 39.*  
*Societas omnium bonorum non potest intelligi contracta inter fratres non negotiantes, secundum aliquos. par. 2. c. 16. num. 1. contra n. 5. & ponitur distinctio, nu. 16. & quod ino inter nobiles non negotiantes potest intelligi contracta has societas, nu. 6. & quid si in re particulari ad sit negotiatio, nu. 7. & 11. & quid si unus negotietur in una re, alter in alia, n. 12. & quid si unus negotietur, & alter non, n. 9. & 14.*  
*Societas nulla, ubi nullum commercium, par. 2. c. 16. n. 2. declaratur nu. 13.*  
*Societas non intelligitur contracta, quando unus nihil ponit in societate, par. 2. c. 16. nu. 3.*  
*Societas omnium bonorum potest intelligi contracta inter fratres a quorum unus sit clericus, par. 2. c. 16. n. 8.*  
*Societas omnium bonorum non dicitur contracta, si appareat de liqua reservatione. par. 2. c. 17. nu. 20.*  
*Societas debet probari ab eo, qui eam allegat, p. 2. c. 19. n. 2. probatur autem probato consensu eam contrahendi, n. 3. & tacitus consensus sufficit, nu. 4.*  
*Societas bonorum simpliciter in quibus differat a societate omnium bonorum, par. 2. c. 20. num. 1.*  
*Societas omnium bonorum ad suam equalitatem non requirit, ut tam unus, quam alter in societate ponat, p. 2. c. 21. n. 1.*  
*Societas omnium bonorum comprehendit non solum presentia, sed etiam futura, par. 2. c. 26. nu. 8. diversimode tamen, n. 9.*  
*Societas non est de rebus illicitis, par. 2. c. 27. num. 2.*  
*Societas omnium bonorum iustificatur ratione dubij eventus, par. 2. c. 28. num. 13.*  
*Societas omnium bonorum non attendit, quod unus magis lucretur, quam alter, vel quod unus magis impendat, par. 2. c. 27. 30. n. 2. de quo & in cap. 35. nu. 20. 21. & 23.*  
*Societas operarum contrahitur non solum inter rusticos, sed etiam inter operantes in aliquo alio exercitio, p. 2. c. 35. n. 68.*  
*Societas soluitur etiam tacite, p. 2. c. 36. n. 14. & per lapsum temporis, n. 25. dies enim appositus interpellat pro socio, n. 26. solvitur etiam tacite per actum contrarios societatis, nu. 29. declaratur n. 31.*  
*Societas extinguitur peremptione rei, nec pactum in contrarium valet, par. 2. c. 38. num. 1. & 2.*  
*Societas sociis completo negotio super quo est contracta, par. 2. c. 38. num. 5.*  
*Societas, qua morte unius extinguitur, non transit in fiscum, p. 2. c. 38. num. 8.*  
*Societas operarum non extinguitur amissione bonorum, par. 2. c. 38. num. 16.*  
*Societas morte unius finitur que ad omnes, p. 2. c. 40. nu. 1. etiam si plures super sint, nu. 2. & etiam si omnes in solidum sint obligati, nu. 3. & derogationibus, nu. 9. 10. & seqq. nec transit ad heredes, nu. 7. nec contrarium pacto disponi potest, nu. 12. & de ratione, nu. 13. & 14. ampliatum nu. 24. & quid si certa persona fuerit nominata, d. nu. 14. & quid si dictum fuerit, durare debere inter supradictos, nu. 6. & quid si appositum fuerit iuramentum, nu. 18. 19. & 20. & an idem sit in societatibus particularibus, nu. 21. & quid respectu fideiussorum, nu. 22. & 23.*  
*Societas contracta cum Titio, & heredibus, non solvitur per mortem unius ex heredibus, par. 2. c. 40. num. 4.*  
*Societas contracta ad tempus, solvitur ante tempus, si unus interorum decedat, par. 2. c. 40. nu. 11.*  
*Societas Fideiussorum, alienarumque rerum publicarum transit*

*ad heredes, par. 2. c. 40. n. 26. & 27. pluribus tamen concurrentibus, de quibus nu. 28. usque ad num. 34. quod eadem procedit, si id pacto fuerit declaratum, nu. 29. & persona sint habiles, n. 30. & plures sint contrahentes, nu. 31. & seqq. & ad sit consensus locatoris, nu. 25. Non transit tamen ad heredes heredum, nu. 36.*  
*Societas transit ad heredes respectu lucrorum, & damnorum, par. 2. c. 40. nu. 37. quod declaratur nu. 41. & seqq. & ponitur in hoc distinctio, nu. 44.*  
*Societas transit ad heredes ex mandato testatoris, par. 2. c. 40. nu. 45.*  
*Societas transit ad heredes respectu rerum communium, par. 2. c. 40. nu. 46.*  
*Societas mortis civili extinguitur, par. 2. c. 40. nu. 48. excommunicatione, nu. 51. deportatione, nu. 52. banitione, nu. 54. per ingressum religionis, n. 55. sed non minima capita diminutione, nu. 56.*  
*Societas presumitur finita, si socius agat pro recuperatione capitalis, par. 2. c. 42. num. 5.*  
*Societas non re, sed consensu contrahitur, p. 2. c. 42. nu. 22.*  
*Societas intelligitur renovata modis, & formis solitis, & consuetis, & cum omnibus pactis, & conventionibus antiquis, p. 2. c. 45. nu. 1. & cum pignoriis, nu. 3. an cum fideiussoribus, nu. 4. an cum pena, n. 5. & 6. an cum iuramento, n. 7. an cum eadem obligatione instrumentalibus, nu. 10.*  
*Societas contracta abique tempore, intelligitur pariter absque tempore renovata, p. 2. c. 45. nu. 11.*  
*Societas contracta ad tempus, & ante tempus finita, pro qua tempore intelligatur renovata, par. 2. c. 45. nu. 12. & quid si fuerit finita per lapsum temporis, nu. 13.*  
*Societatem esse finitam libri ostendere possunt, par. 2. c. 36. n. 30.*  
*Societates tacite, & expresse contrahuntur, p. 2. c. 1. n. 8. & quod tacite c. 2. nu. 1. & per totum.*  
*Societates expressa, & tacite differunt, par. 2. c. 3. num. 1. 3. 4. & 8.*  
*Societates quales sint, de quibus tractatur in secunda parte huius tractatus, par. 2. c. 4. nu. 1.*  
*Societates tacite, secundum aliquos comprehendunt solum quasi-alia, par. 2. c. 28. num. 9. contra nu. 15. & 19.*  
*Societates quatuor modis finiuntur, par. 2. c. 36. nu. 1.*  
*Societates contracta super Officio Romanae curie, morte unius ex contrahentibus extinguuntur, par. 2. c. 40. num. 16. solum si solum fideiussor decedat, nu. 17.*  
*Societates possunt revocari & expresse, & tacite, par. 2. c. 41. nu. 3. requiritur tamen consensus utriusque partis, nu. 4. de quo, & nu. 8. & de ratione, nu. 7. & qua requirantur, nu. 11. 12. & seqq. & an idem sit in minore, nu. 10. & c. 42. num. 8. 9. & 12.*  
*Societates ex quibus actibus dicantur renovatae, seu continuatae, & qua requirantur ad hoc, ut renovatio non inferat presumptio, par. 2. c. 42. nu. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12.*  
*Societati plus tribuens, plus de ea participare debet, par. 2. c. 7. n. 8.*  
*Societati contracta ad tempus, ante illud tempus renunciari non potest, par. 2. c. 36. num. 17. & 18. declaratur, & limitatur pluribus modis, nu. 19. 20. 21. 22. & 23.*  
*Societatis plures significationes, par. 2. c. 1. nu. 1.*  
*Societatis distinctio, par. 2. c. 1. num. 7.*  
*Societatis omnium bonorum materia, quo ordine tractetur ab auctore, par. 2. c. 13. num. 1.*  
*Societatis omnium bonorum requisitae necessariae, par. 2. c. 13. num. 2. & requiritur communionem omnium bonorum videremque promerendum, n. 10. nec admittit rationis redditionem, nu. 13. declaratur nu. 14.*  
*Societatis contractus unam parit actionem, nempe directam, p. 2. c. 15. nu. 12.*  
*Societatis operarum natura, par. 2. c. 35. n. 54.*  
*Societatum variae species, par. 2. c. 1. n. 9. & seqq.*  
*Societatum mensa in legibus non sit specialis mentio, par. 2. c. 4. num. 3.*

Socij an tenentur in solidam, part. 2. c. 48. n. 23.  
 Socij omnium bonorum de lucro docti aliter participare debent, part. 1. c. 8. num. 15. remissive.  
 Socij omnium bonorum quomodo differant ab alijs socijs in acquirendo, part. 2. c. 8. num. 1.  
 Socij omnium bonorum omnia habent communia, etiam quo ad proprietatem, part. 1. c. 17. num. 22.  
 Socij omnium bonorum, omnia dicuntur habere communia absque traditione, part. 2. c. 20. num. 2.  
 Socij particulares quando debeant de communi solvere debita ab vno tantum contracta, part. 2. c. 33. nu. 4.  
 Socij si separatim negotia incipiant, presumuntur soluisse societatem, part. 2. c. 42. nu. 4.  
 Socij administrantes bona communia, aliquid pro salario petere non possunt, part. 3. c. 44. num. 13. & 14.  
 Socij bonorum non faciunt communia ea, qua nec fructus, nec que sua sunt respiciunt, part. 2. c. 11. num. 2. & sic nec hereditates, nec legata, nec donationes, num. 5. & quare, num. 6. adque limitatur num. 7.  
 In Socijs omnium bonorum non attenditur, quod unus magis industrius, quam alter, part. 2. c. 16. num. 10. vel quod unus magis lucratur, c. 18. num. 11.  
 Socij omnium bonorum, quando dicatur permixta distractio bonorum, part. 2. c. 33. num. 8.  
 Socios omnium bonorum omnia habere communia, quomodo intelligendum, part. 2. c. 33. num. 42.  
 Socius omnium bonorum habet excusationem a muneribus ob personam socij, part. 2. c. 3. num. 5.  
 Socius omnium bonorum acquirendo communi nomine, statim pro communi acquirit, part. 2. c. 8. num. 2.  
 Socius omnium bonorum emens proprio nomine, rem emptam societati iudicio communicare tenetur, part. 2. c. 8. num. 3. & socio datur actio contra socium, vt illam rem communicet num. 8.  
 Socius acquirens, an possit de rebus acquisitis ante communione disponere, part. 2. c. 8. num. 5.  
 Socius bonorum simpliciter emens communi nomine rem ad societatem pertinentem, eam efficit communem, part. 2. c. 8. nu. 7. secus si ad societatem non pertineat, nec aliorum secuta sit ratificatio, n. 9. que ratificatio ex pluribus arguitur, nu. 10. Emens vero nomine proprio rem ad societatem pertinentem, ipsam societati iudicio communicare tenetur, nu. 20. secus si res empti ad societatem non pertineat, nu. 21. licet emptio fuerit facta de communibus pecunijs, aq; hinc emens eam communicare non tenetur, num. 23. ampliatu n. 24. & solum est obligatum pretium, n. 25. nec non ad inter esse, n. 26.  
 Socius omnium bonorum, omnia communi nomine acquisivisse presumitur, part. 2. c. 8. num. 28.  
 Socius acquirens rem ad societatem pertinentem, presumitur acquisivisse communi nomine, part. 2. c. 8. n. 29. sicum si ad societatem non pertineat num. 30.  
 Socius in dividuis non prodest socio, part. 2. c. 25. nu. 13.  
 Socius non potest agere ex actionibus socij absque cessione, part. 2. c. 26. num. 11.  
 Socius non tenetur communicare acquisita ex ludo illicito, part. 2. c. 17. nu. 7.  
 Socius non potest alienare ultra suam portionem, part. 2. c. 28. nu. 5. & c. 34. nu. 27.  
 Socius socium in quibus casibus possit obligare, part. 2. c. 19. nu. 4. & c. 33. n. 4. de quo latius in c. 48.  
 Socius tenetur socio etiam de levi culpa, p. 2. c. 31. nu. 10.  
 Socius omnium bonorum non potest ad libitum bona communia distrahere, part. 2. c. 34. nu. 11. & si secum factum sit, datur actio contra possidentem, nu. 12.  
 Socius negotiando cum capitali socij, finita societate, an presumatur societatem renovasse, p. 2. c. 41. nu. 13. de quo & nu. 19. & 32. & an patientia socij inducat societatis renovationem, num. 15.

Socius retinens pecunias socij tenetur solum ad usuras, p. 2. c. 42. num. 21. 27. 29. & 30.  
 Socius eam diligentiam adhibere debet in rebus communibus, quam solet in proprijs, p. 2. c. 46. nu. 1. & sic faciendo non dicitur in aliqua culpa, n. 20. si vero contrarium faciat dicitur in latiori n. 26.  
 Socius tenetur de fraude, dolo, culpa latissima, latiori, lata, & levi p. 2. c. 46. n. 16. 17. & 18. & quandoque non teneri nec de lata, nec de levi, an dici possit, num. 19. de levisima tamen non tenetur, nu. 23. ampliatu nu. 24. contra, nu. 25. respondetur, num. 26.  
 Socius non tenetur de casu fortuito, p. 2. cap. 46. n. 27. ampliatu n. 28. limitatur n. 31. & obligatus ad casus fortuitos, non tenetur ad omnino extraordinarios, n. 29. & si aliqui fuerint expressi tenetur solum ad similes, n. 30.  
 Socius regulariter contrahendo alium non obligat, p. 2. c. 48. nu. 1. etiam si nomine communi contrahat, nu. 2. nisi tamen mandatum habeat, nu. 3. vel pecunia versa sint in utilitatem communem, num. 4. 7.  
 Socius dicitur habere tacitum mandatum in rebus ad societatem pertinentibus, part. 2. c. 48. num. 7. idem contrahendo nomine communi alios obligat, num. 8. & qua sine necessaria, num. 9. & 11.  
 Socius in dubio nomine proprio se obligasse presumitur, part. 2. c. 48. nu. 10.  
 Socius omnium bonorum contrahendo an alium obliget, part. 2. c. 48. nu. 16.  
 Socius potest vti re communi ad usum destinatum, part. 3. c. 35. num. 2. & si aliquid faciat in re communi an possit cogi ad ipsam demolendam, num. 6.  
 Socius volens habitare domum communem prefertur volenti locare, part. 3. c. 36. num. 16. nec potest cogi ad conducendam alteram partem a socio, num. 17. & eius indemnitas succurritur per divisionem, nu. 20. & quid si dividi non possit, n. 21.  
 Socius non potest conveniri, nisi in quantum satiare potest, part. 3. c. 35. numero 2. & 8. & an possit iurari suspectus de fuga, num. 12.  
 Socius negotiando cum pecunijs communibus finita societate non dicitur delinquere, p. 2. c. 14. n. 31. & 34.  
 Solemnitates loci, vel origine an observari debeant in contractibus forensibus, p. 3. c. 7. n. 51.  
 Soror accusam fratrem de crimine capitali, comprehenditur sub dispositione tex. in l. si magnam, C. qui accusat. poss. part. 3. c. 16. num. 2.  
 Soror exclusa a fratre vigore statuti, non intelligitur exclusa a naturalis tantum, part. 3. c. 22. n. 43. remissive.  
 Soror si nupter sit absque dote, an petere possit a fratre dotari, p. 3. c. 33. nu. 23.  
 Soror exclusa a successione fratris, alio fratre existente, an intelligatur etiam exclusa a successione sororis existentibus fratribus, p. 3. c. 11. num. 201. remissive.  
 Sororem carnaliter cognoscens incestum committit, part. 3. c. 57. nu. 3. idem est in cognoscente sororem uxoris, num. 10. vel in habente rem cum duobus sororibus, xum. 11. Et perna mortu est inposita ex Bulla Sixti V. contra cognoscentes duas sorores, ac mulierum habentem vim cum duobus fratribus, nu. 24.  
 Sorores de iure communi una cum fratribus succedunt, part. 3. c. 3. num. 1.  
 Sorores proprias a nonnullis carnaliter fuisse cognitae recensentur, p. 3. c. 57. num. 1.  
 Sorori exclusa per statutum, an competat querela contra testamentum fratris, p. 3. c. 2. n. 35.  
 Solvens pensionem domus vni ex fratribus, non potest ab alio conveniri, p. 2. c. 48. nu. 19.  
 Soluta ob malefium voluntarie commissum, non sunt communia inter omnium bonorum socios, part. 2. c. 29. num. 3. & 11.

- Solutio non modo facta presumitur, quo quis tam facere erat obligatus. p. 2. c. 19. num. 25.
- Sponsa donata à consanguineo viri, non sponsa, sed viro acquiritur. p. 1. c. 29. nu. 1. & 6. idem si fiat à socero, nu. 2. quod aliquibus casibus non habet dubitatum, nu. 3. 4. & 5. limitatur eadem, nu. 8. 9. 10. 11. & 12.
- Sponsa Principis donata à Populis sunt ipsius viri, part. 1. c. 29. num. 7.
- Sponsus an possit durante matrimonio repetere data ad usum: Et quid in socero, n. 1. p. 1. c. 18. n. 21. & 22.
- Sponsus non presumitur donare sponso, sed ad usum dare, par. 1. c. 28. n. 5. quia conclusio ampliatur, & limitatur nonnullis modis, nu. 15. & seqq.
- Sponsus potest sponsa donare, & donatio morte confirmatur. p. 1. c. 28. n. 12. & 13.
- Sponsus legitimatur per ingressum Religionis, part. 3. cap. 26. numero 33.
- Sponsus nec ex testamento, nec ab intestato patri succedunt, part. 3. cap. 21. num. 2. nisi tamen sint nati ex coito non prohibibili, nu. 3. & 5. & gener alii eorum exclusio, de qua variis in legibus fit mentio, intelligitur ab intestato, num. 4. Potest tamen aliquid ipsis relinquere pro alimentis, nu. 6. & ipsi mortui ad quem illud relictum pro alimentis revertatur, ibidem declaratur. Et sponsa dos potest relinquere, nu. 7. ubi ad quem redire debeat ipsa mortua. Et que in proposito dicatur dos congrua, n. 8. Si tamen habeat unde se dote, nec dos est relinquenda, nu. 9. & si decedat vir spurio, an ab ipsa heredes patri possint dotem repetere, nu. 10. Et ipsa decedente ad patrem, & eius heredes dos revertitur, num. 11. Succedit tamen spurio, si institutus cum capacitate, num. 12. vel ratione communicationis contracta cum instituto, num. 13. & succedit in medietate relicti, si relictum sibi à patre factum donavit sibi, num. 14. Bene tamen institui potest si religionem ingrediatur, num. 15. & an si spurio fuerit institutus cum hoc, quod hereditatem alteri restituat, si ille repudiat, succedat, num. 16. Institui verò potest à patre, qui non sit solvens, num. 17. & si fuerit huius verus, aliquid ipsi relinquere potest, num. 18. & quid si spurio fuerint legitimi, num. 19. & quod possint institui, plures capita traduntur à Doctoribus remissive, nu. 20. Mater matrem an succedat spurio de iure Digestorum, n. 21. & quid de iure Codicum, n. 22. & quid damnum de iure nonis, nu. 23. 24. & 25. Persona autem Ecclesiastica nihil penitus spurio relinquere possunt, n. 26. declaratur secundum aliquos, n. 27. quid observatur, n. 28. cautela, n. 29.
- Spurio instituto competat fratri querela inofficij si testamento, p. 3. cap. 2. nu. 51. declaratur num. 52. 53. & 54.
- Spuriorum duo genera, p. 3. c. 21. num. 1.
- Spurio an habeat partem hereditatis sibi relicta cum capaci, p. 2. c. 12. nu. 3. & 4.
- Spurio participat de hereditate patris, si instituta fuerit capax, cum quo ipse spurio contraxerit societatem omnium bonorum, par. 2. c. 25. num. 8.
- Statibus masculinis, quod femina non succedat, hæc verba sunt intelligenda, ut non succedat quantum ad effectum, p. 3. c. 10. num. 18.
- Statuta exclusiva femininarum non extenduntur ad bona existentia extra territorium, p. 3. cap. 7. n. 2. & 4. ponitur exemplum, n. 6. etiam si dicantur esse favorabilia, nu. 7. & etiam si in personam loquantur, n. 8. & numeris seq. plures ponuntur ampliationes, & limitationes.
- Statuta excludentia feminas ob masculos, dicuntur favorabilia, p. 3. c. 7. n. 1. & c. 11. n. 13. sunt tamen exorbitantia à iure communi, d. c. 7. num. 5.
- Statuta rei realia non extenduntur, ubi non extenditur iurisdic-tio, p. 3. c. 7. num. 3.
- Statuta loquentia de bonis existentibus intra, vel extra territorium comprehendunt iura, & actiones, part. 3. c. 7. n. 43.
- Statuta excludentia feminas ob masculos quantum ad effectum, semper dicuntur respicere personas, part. 3. c. 7. n. 16.
- Statuta excludentia feminas ob masculos, profunt etiam clericis, p. 3. c. 8. num. 4.
- Statuta temporaliter excludentia feminas ob masculos, non videntur proprie exclusiva, sed suspensiva, part. 3. c. 10. numero 10.
- Statuta passivam recipiunt interpretationem à iure communi, p. 3. c. 10. num. 25.
- Statuta excludentia feminas ob masculos, deficientibus masculis non intelliguntur feminas vocare, p. 3. c. 10. n. 26.
- Statuta excludentia feminas ob masculos, valent etiam respectu eorum, quibus legitima dicitur, p. 3. c. 11. n. 2. & 3. & quid si statutum nihil ipsis referat, n. 4.
- Statuta excludentia feminas ob masculos, ligant etiam forenses respectu bonorum existentium in territorio statuentium, p. 3. c. 11. n. 4. sed contra in c. 7. nu. 9. & seqq. an verò comprehendant bona existentia extra territorium, remissive, in d. c. 11. nu. 15. an comprehendant personas Ecclesiasticas, remissive, nu. 16. an procedant in iudicio, n. 17. an ligent statuentes remissive, n. 19. an excludant matrem à successione filij, n. 29. & 30. In dubio tamen intelliguntur excludere ab intestato, non autem ex testamento, n. 76. ac idem si instituantur, statuta similia nihil operantur, p. 1. c. 16. n. 12. & censendum est excludere etiam à successione in factu fatiosi, vel alterius, qui testamentum facere non possit, d. c. 11. n. 77. non comprehendunt tamen bona domum ipsarum Civitatum, n. 127.
- Statuta correctoria non extenduntur de vna persona ad aliam, p. 3. c. 11. nu. 161.
- Statuta excludentia sorores ob fratres, de quibus fratrum sint intelligende, p. 3. c. 14. n. 29.
- Statuta corrigentia ius commune strictè interpretanda, p. 3. c. 16. num. 11.
- Statuto vici contra alios, & contra se vis debet, part. 3. c. 8. numero 6.
- Statutum mandans solui legitimam pro delicto filij valet, p. 1. c. 33. n. 59.
- Statutum potest minuire legitimam in quantitate, & in tempore, p. 3. c. 4. n. 10. & c. 11. nu. 3. & sic sicut hoc modo prauidetur, p. 3. c. 13. nu. 104.
- Statutum excludens etiam non dotatas, dicitur eas excludere etiam à legitima, unde tunc dos non succedit loco legitima, p. 3. c. 4. num. 13.
- Statutum loci iniviolatum est observandum, part. 3. c. 7. num. 11. & 14.
- Statutum loci, in quo maior pars bonorum reperitur, solet attendi, p. 3. c. 7. nu. 15.
- Statutum non comprehendit actionem ad rem immobilis existentem extra territorium, p. 3. c. 7. n. 49.
- Statutum potest afficere ciues, etiam respectu bonorum existentium in alieno territorio, p. 3. c. 7. n. 30.
- Statutum exclusivum femininarum an ligat forenses respectu bonorum existentium in territorio, p. 3. c. 7. n. 9. & quid si etiam ipsi forenses simile habeant statutum, n. 10. & 11.
- Statutum excludens secundogenitum, etiam secundogenitam excludere dicitur, p. 3. c. 8. n. 1.
- Statutum excludens feminas ob masculos, excludit etiam Moniales, p. 1. c. 8. n. 1.
- Statutum, ut Monachus, vel Monialis non succedat, an valeat, p. 3. c. 8. n. 3.
- Statutum, ut statibus masculis femina non succedat, an locum habeat, si agatur de succedendo clerico, part. 3. c. 8. num. 5. & seqq.
- Statutum, ut bona non alienentur in forenses, ligat etiam clericos, p. 3. c. 8. num. 7.
- Statutum exclusivum femininarum non excludit feminam forenses, nec etiam respectu bonorum existentium in loco statuentium, p. 3. c. 7. n. 9. & quid si ipsi statuentes simile habeant statutum, n. 10. & opinio affirmativa est communis, n. 11.

- Statutum exclusivum femininarum non habet locum respectu forensium, nec etiam in bonis existentibus in territorio, principè si etiam defunctus esset forensis, p. 3. c. 7. nu. 18. sed quid si defunctus sit originarius, vel incola loci statuti, d. n. 18. 19. & 20. & quid si femina sit originaria, masculus verò excludere intendens forensis, n. 21. & quod masculus non habeat à prædicto statuto sui excludendi, n. 22. declaratur, n. 23.
- Statutum exclusivum femininarum an excludat feminam forensi respectu bonorum existentium in territorio, si etiam masculus sit eiusdem territorij, defunctus verò forensis, par. 3. c. 7. n. 24. & affirmativa opinio probatur, n. 25.
- Statutum contententium, & ubi bona sita sunt, non defuncti attendi debet, p. 3. c. 7. nu. 28.
- Statutum exclusivum femininarum, an attendatur in dispositionibus testamentariis, quantum ad bona existentia in alieno territorio, p. 3. c. 7. n. 29.
- Statutum vocans fratres utrinque coniunctos, vel coniunctos ex latere patris tantum, an intelligatur eos vocare copulativè, vel disjunctivè, p. 3. c. 14. n. 36.
- Statutum excludens feminas temporaliter, non videtur mutare ius successioni, sed solum ipsum suspendere, p. 3. c. 10. n. 12.
- Statutum, si in defectum masculorum expressè vocet feminas, descendentes ex feminis semel exclusis reintegrantur deficientibus masculis, p. 3. c. 10. n. 35.
- Statutum loquens de descendensibus non extenditur ad transversales, p. 3. c. 10. n. 57.
- Statutum quando intelligatur privare filios legitima remissionè, p. 3. c. 11. n. 7.
- Statutum non potest privare filios successione ex testamento, p. 3. c. 11. nu. 9. & an dicatur auferre liberam testandi facultatem, nu. 10.
- Statutum excludens dotatas, excludit etiam descendentes ab ipsis, p. 3. c. 11. n. 22. plura ad propositum, n. 25. & excludens dotatam à patre, intelligitur etiam excludere dotatam ab avo, n. 31. & quid si dos fuerit constituta ab avo nepos nondum natus, n. 32. & reprobandus opinio Ruin. n. 33. & excludit etiam suavisam, cui dos fuerit relicta, n. 36. & an excludat Moniales, n. 36. & 38. excluditur etiam per tale statutum mulier, cui solum dos fuerit promissa, nu. 41. vel collata in arbitrium tertij, n. 44. & quid si heredes fuerint masculi, n. 42. & quid si status requirat, dotem cum effectu fuisse datam, n. 43. & quid si fuerit promissa sub conditione, n. 45. vel fuerit aliquid simpliciter relictum, n. 46. & 47. & an tale statutum intelligatur etiam excludere maritatum, nu. 49. 50. 51. & 52. Requiritur tamen, quod fuerit dotata tempore delatæ hereditatis, n. 138. & 140. nisi tamen statutum insuper addat, non dotatam dari, nu. 141. intelligitur autem solum excludere à successione dotantis, n. 164. quod exemplum demonstratur, n. 165. & 166. nisi tamen aliter expressè disponat statutum, nu. 167. & an excludat dotatas ante promulgationem statuti, n. 61. 62. & 195. & quid si dotata sint posthuma, vel infantes, n. 34. & de ratione, nu. 35.
- Statutum excludens maritatas, locum sibi vendicat, etiam aliquibus non maritatis, p. 3. c. 11. nu. 24. & sufficit, quod fuerint desponsata, n. 64. quod procedit etiam in impubere, n. 144. & censetur potius eas excludere ob dotem, quam ob matrimonium numero 69. vnde procedit, etiam si matrimonium duraverit solum per aliquod breve tempus, nu. 70. & an tale statutum intelligatur excludere dotatas, quæ non fuerint maritata, n. 145.
- Statutum excludens unam personam, intelligitur etiam excludere eam ascendentes, p. 3. c. 11. n. 23.
- Statutum excludens unam personam, intelligitur excludere omnes de illa linea, p. 3. c. 11. nu. 25. ubi declaratur, & ponitur distinctio.
- Statutum excludens matrem, & sororem stantibus agnatis, locum habet, etiam si mater, & soror simul adsint, p. 3. c. 11. n. 26.
- Statutum de feminis, & masculis loquens in plurali, locum habet, etiam si una femina, vel masculus solum adsit, p. 3. c. 11. nu. 28.
- Statutum excludens cognatos propter agnatos, excludit etiam sororum filios, p. 3. c. 11. n. 71.
- Statutum excludens simpliciter feminas ob masculos, eos excludere intelligitur ab intestato, non autem ex testamento, p. 3. c. 11. nu. 76.
- Statutum excludens feminas à successione fratrum, intelligitur etiam eas excludere à successione sororum, p. 3. c. 11. n. 110. non autem à contra, nu. 150.
- Statutum excludens lineam maternam, vocando agnatos, non intelligitur vocare agnatos, p. 3. c. 11. n. 151.
- Statutum excludens descendentes à femina, non intelligitur excludere ipsam feminam proximororem, p. 3. c. 11. n. 134.
- Statutum excludens mulieres propter plures qualitates sibi locum non vindicat, nisi illæ omnes qualitates conveniant p. 3. c. 11. n. 148. quod tamen declaratur n. 149.
- Statutum excludens feminas existentes in pari gradu, non intelligitur excludere sororem à successione fratris per existentiam filij alterius fratris, ubi contra nonnulla considerantur, p. 3. c. 11. nu. 168.
- Statutum excludens cognatos propter agnatos, non intelligitur excludere cognatas propter agnatas, par. 3. c. 11. n. 186.
- Statutum vocans agnatos, non intelligitur vocare agnatas, par. 3. c. 11. nu. 187.
- Statutum excludens feminas stantibus fratribus, intelligitur de fratribus ipsarum femininarum, par. 3. cap. 11. nu. 188.
- Statutum excludens feminas ob filios, & nepotes, intelligitur de nepotibus ex filiis, p. 3. c. 11. nu. 189. & quid si eas excludat propter fratres, patruos, & nepotes, nu. 190.
- Statutum excludens feminas stantes hæredes masculo, non verificatur in filio, vel nepote patrem representante, p. 3. c. 11. n. 192.
- Statutum excludens feminas ob plures personas, intelligitur singulari referendo, p. 3. c. 11. n. 193.
- Statutum vocans agnatos exclusis feminis, eos intelligitur vocare ordine successivo. & in stirpes, non in capita, p. 3. c. 11. n. 194.
- Statutum præferens fratrem sorori, non habet locum superfluitate, p. 3. c. 11. nu. 198.
- Statutum vocans masculos ad exclusionem femininarum, an procedat, si agatur de successione feminæ, p. 3. c. 11. nu. 200.
- Statutum disponens, mulieres non posse contrahere sine consensu propinquorum, non habet locum, si filij contrahant cum patri, p. 3. c. 12. nu. 26. de quo in c. 10. nu. 21. & seqq. p. 1.
- Statutum loquens in contractu, procedit etiam in distractu, p. 3. c. 12. nu. 27.
- Statutum potest disponere, ne mulieres intrare possint, par. 3. c. 12. nu. 86.
- Statutum, ut maritus lucratur tertiam partem dotis, an possit præiudicare filio primi matrimonij, p. 3. c. 13. nu. 99. & quid si expressè id disponat, n. 105. vel generaliter loquatur, n. seq.
- Statutum potest filium præiudicare in quantitate legitima, p. 3. c. 13. nu. 91.
- Statutum, ut primogenitus succedat, non comprehendit primogenitam, par. 3. c. 16. nu. 13.
- Statutum, ut mulieres non possint contrahere sine consensu consanguineorum, non comprehendit consanguineas, p. 3. c. 16. n. 14.
- Statutum excludens sorores ob fratres, eas excludit per existentiam fratrum consanguineorum tantum, p. 3. c. 16. nu. 24.
- Statutum vocans sorores, vel fratres, intelligitur etiam vocare eorum filios per sui representationem, p. 3. c. 16. nu. 25. secus si statutum adsit, ut verba intelligi debeant, prout iacent, n. 26.
- Statutum mandans verba, intelligi debere ad litteram, quæ interpretationes admittat, p. 3. c. 16. sub nu. 28.
- Statutum an possit tollere sui succedendi remissionem, p. 3. c. 17. n. 20.
- Statutum loquens de legitimis, procedit etiam in legitimis per subsequens matrimonium, p. 3. c. 24. nu. 5. etiam si mentionem faciat de legitimè natis, nu. 8. & 20.
- Statutum inducens primogenituram, an sit iustum, & an liget foris

forensis, p. 3. c. 28. num. 26. & 27.  
 Stipulari alteri nemo potest, part. 3. c. 45. num. 1. quod etiam pro-  
 cedit ad favorem fisci, num. 2. nisi etiam inter sit stipulatori,  
 nu. 8. interesse tamen debet esse pecuniarum saltem in potentia,  
 nu. 9. servus tamen domino stipulari potest, num. 7. & sibi quis  
 stipulari potest nomine tertij, num. 10. prout alteri stipulari po-  
 test res propria, vel sibi debita de presenti, vel in futurum, num.  
 11. & nu. 27. Tertio vero stipulari potest, si fuerit presens, n. 14.  
 vel si talis fuerit consuetudo, n. 15. prout etiam favore dotis, n.  
 16. Pius pariter locus à tertio stipulari potest, num. 19. tutor  
 etiam, vel curator potest stipulari pupillo, nu. 22. Idem est in  
 Procuratore, Sindico, Iudice, negotiorum gestori, qui alteri sti-  
 pulari possunt, n. 23.  
 Stipulatio generalis limitatur secundum naturam precedentis  
 contractus, p. 3. c. 41. n. 7.  
 Stipulatio facta tertio, valet respectu piana, p. 3. c. 45. n. 17. valet  
 etiam facta cum iuramento, n. 20. & an valeat de iure can-  
 onico, n. 21. ex ipsa oritur obligatio naturalis, n. 18. & licet  
 ex ipsa non oriatur actio, oritur tamen quedam qualitas ad  
 ipsam actionem, n. 13.  
 Succedant ex propriis personis primum locum tenentes, p. 3. c. 10.  
 num. 24.  
 Successio non debetur parentibus, nisi turbato ordine natura, p. 1.  
 c. 15. n. 14.  
 Successionum ab intestato plures ordines, p. 3. c. 13. n. 2.  
 Successionum differentia erant etiam de iure veteri testamenti, p.  
 3. c. 18. n. 6.  
 Successorium edictum cessat in eo, qui aliquid pro sua portione  
 recepit, p. 3. c. 12. n. 38. & etiam quando alij succedunt per ius  
 accrescendi, n. 39.  
 Sui conferunt emancipatis, p. 1. c. 15. n. 12. & suis, n. 30.  
 Sui non differunt ab emancipatis circa collationem donationum  
 ob causam, part. 1. c. 20. num. 2.  
 Suius an intelligatur sublata per statutum successionem tollens,  
 part. 3. c. 10. num. 18.  
 Supplementum legitima, qua actio petatur, part. 3. cap. 13. num.  
 155. & quando non petatur ex voluntate testatoris, num. 156.

## T

**T**acens an dicatur consentire, p. 2. c. 28. n. 26. & seqq. p. 3. c.  
 13. n. 49. 50. & 52. & de materia, p. 3. c. 43. per totum.  
 Tacens cum contumacia sibi preiudicat, p. 3. c. 43. n. 63.  
 Taciturnitas cum temporis duntaxat preiudicat, part. 3. c. 43.  
 num. 58.  
 Tacitus consensus pupilli, vel minoris nihil operatur, part. 3. c. 13.  
 num. 47.  
 Tacitus consensus non sufficit ad venditionem rei propria, p. 3. c.  
 43. num. 2.  
 Tacitus consensus contrahenda societatis ex quibus probetur, p. 2.  
 c. 19. nu. 5.  
 Taxari an possit inter socios à principio quantitatis lucri, p. 3. c.  
 59. num. 45.  
 Tempus conditionis eventus attenditur, quotiescumque oratio re-  
 fertur ad tempus futurum, p. 3. c. 22. n. 30.  
 Tertius possessor molestari non potest, si alienandi prius data fue-  
 rit potestas, p. 3. c. 41. n. 63. idem est in tertio possessore bono-  
 rum Emphyteoticorum, n. 64. licet ad pretium agi possit, n. 87.  
 Testamentum impugnare non potest, qui ab intestato non succo-  
 dit, p. 3. c. 28. nu. 18.  
 Testamentum an habeat locum quantum ad bona alibi sita, p. 3.  
 c. 28. num. 24.  
 Testamentum ab alieno arbitrio pendere non potest, p. 1. c. 9. n. 4.  
 Testamentum clericis testantis de suo peculio quarerari non potest,  
 p. 3. c. 2. nu. 30.  
 Testamentum factum coram duobus testibus valet, etiam si in ip-  
 so femina excludat, part. 3. c. 11. num. 12.  
 Testandi facultas favorabilior est, quam matrimonium, p. 3. c. 40.  
 n. 16. & quando dicatur impediri, vel restringi, n. 19.

Testator dicitur decessisse testatus, licet pro parte corrumpat eius tes-  
 tamentum, part. 1. c. 14. num. 12.  
 Testator potest inducere, & prohibere donationem, part. 1. c. 18.  
 num. 14.  
 Testator potest mandare, societates in heredes continuare debet,  
 licet id pacto fieri non possit, part. 2. cap. 40. nu. 25.  
 Testator potest disponere, ut bona minorum sine solemnitatibus  
 alienentur, p. 2. c. 15. nu. 48.  
 Testator an possit prohibere divisionem inter heredes, p. 2. c. 43.  
 n. 1. & per totum: non potest tamen mandare, ut bona nun-  
 quam dividantur, n. 8. & an id prohibere possit etiam vita  
 durante, nu. 11. & 16. valet tamen prohibitio, si fuerit con-  
 formis prohibitionis legis, n. 14.  
 Testator potest prohibere, ne in perpetuum bona alienentur, p. 2. c.  
 43. num. 14.  
 Testator, qua facere non potest per viam dispositionis, nec etiam  
 per viam conditionis facere potest, part. 2. c. 43. n. 21.  
 Testator disponens de rebus suis ad favorem Ecclesie, potest & le-  
 gem, & conditionem apponere, p. 3. c. 6. n. 7.  
 Testatores presumuntur loqui secundum communem usum lo-  
 quendi, p. 3. c. 6. n. 17.  
 Testatorum voluntates sunt ad unquam observanda, p. 3. c. 40. n. 12.  
 & eorum dispositionibus contravenientes bonis eorum privantur,  
 n. 2. cum possint eorum rebus legem privationis impone-  
 re, num. 3.  
 Testes in criminalibus debent esse omni exceptione maiores, part.  
 3. c. 51. nu. 6.  
 Testes convinguntur ad probandam fraternitatem, p. 3. c. 58. nu.  
 9. & deponentes de fratribus, debent intelligi de consanguini-  
 bus in primo gradu, nu. 10.  
 Testes deponentes societatem fuisse contractam, debent etiam non  
 interrogati rationem reddere, part. 2. c. 19. num. 6. declaratur  
 num. 9.  
 Testis non interrogatus regulariter non tenetur reddere rationem  
 scientia, part. 2. c. 19. n. 7. declaratur n. 8.  
 Testis deponens super dominio debet scientia rationem reddere,  
 etiam non interrogatus, p. 2. c. 19. n. 10. declaratur n. 11.  
 Testis qui non potuit examinari, si sit varius puniri non potest  
 data, p. 3. c. 50. numero 11.  
 Testis in instrumento venditionis adhibitus, sibi non preiudicat, p.  
 3. c. 43. nu. 20.  
 Theauri heredes spectant ad Principes, & fiscum, p. 2. c. 26. n. 7.  
 Tibialis, & Atrei odium, & facinora, p. 3. c. 1. n. 19.  
 Transactio super his, que à testamento pendunt, non valet absque  
 speciali cognitione testamenti, part. 3. c. 41. n. 25. nec sufficit ge-  
 neralis cognitio, credulitas, & opinio, num. 27. non est tamen  
 necesse, ut opponantur illa verba, inspectis, cognitisque ver-  
 bis testamenti, nu. 29.  
 Transitus ad secunda vota non est per se sufficiens ad privandum  
 parentem successionem, & legitima in bonis filiorum, p. 3. c. 13.  
 num. 57.  
 Transiens ad secunda vota non potest magis relinquere nouerca,  
 vel vitrico, quam vni ex filiis primi matrimonij, p. 3. c. 13. n.  
 96. idem si relinquatur eorum filiis ex alio tamen matrimo-  
 nio, vel eorum amicis, n. 95. quod tamen limitatur, n. 97. 98.  
 Transiens ad secunda vota non amittit donationem remunerato-  
 riam, p. 3. c. 13. n. 30. declaratur numeris seqq.  
 Transmissibilia sunt etiam cessibilia, p. 1. c. 32. nu. 15.  
 Transmissio non impeditur, quando defectus est in iure agnoscen-  
 di, p. 3. c. 10. num. 23.  
 Transmissio ad hoc, ut locum habeat, sufficit, quod ius competat,  
 licet non possit experiri, p. 3. c. 10. n. 36.  
 Transmissio presupponit delationem, p. 3. c. 10. n. 38. & 48. &  
 transmitti non potest, quod non est delatum, dict. m. 48.  
 Trebellianica an possit prohiberi in heredibus primi gradus re-  
 missive, p. 3. c. 6. sub nu. 9.  
 Tributum quid sit, p. 2. c. 25. num. 21.  
 Turpes persone, qua sint, ob quarum infamiam competit fra-

tri quærela inefficaci testamenti, part. 3. cap. 2. num. 36. & relinquitur arbitrio iudicis, num. 57. & an sufficiat diffamatio, num. 58 & 59.

Tutela dicitur suscepta ex necessitate, part. 3. cap. 43. n. 21.

Tutela filiorum primi matrimonij, de consensu tutorum potest dari vitrico, part. 3. c. 13. num. 170.

Tutor opinio est amplectenda, part. 3. c. 59. num. 52. declaratur num. 51.

Tutor ex ens simpliciter nomine pupilli, de pænis pupilli emisso præsumitur, part. 2. c. 9. num. 10.

Tutor, vel curator vendens rem pupilli, vel venditioni consentiens, sibi præiudicat, part. 3. c. 43. num. 21.

Tutor acquirens, tutela durante ad hoc, de proprio acquirere præsumitur, part. 2. c. 9. num. 14.

Tutores in præstanda auctoritate loqui debent, part. 2. c. 15. num. 10. declaratur num. 11.

Tutoribus, & curatoribus regulariter salarium non debetur, part. 3. c. 44. n. 16. licet iudex ex causa possit ipsis constituere salarium, nu. 17. sed si non petierint constitui pro tempore, & iterito, psum petere non possunt, num. 18.

Tutela tacite consensus sufficit in contrahenda societate, ubi de rationibus, p. 2. c. 13. n. 32.

V

**V**bi eadem viget ratio, idem ius est statuendum, p. 2. c. 2. num. 7.

Vendere, & venditioni consentire paria sunt, part. 1. cap. 20. num. 10.

Venditio, qua fieri debet iussu testatoris de bonis minorum, non indiget iudicis decreto, part. 2. c. 15. num. 45.

Verba non debent intelligi secundum communem usum loquendi, si statutum ad id, ut verba debeant intelligi, prout tacens, part. 3. c. 16. num. 18.

Verba generalia aliquid operari debent, p. 3. c. 41. n. 44. & ampliant dispositionem, p. 2. c. 46. n. 32.

Verba generalia multa operari solent, part. 2. c. 15. num. 2.

Verbum, habeantur, prolatum ab habente potestatem, importat veritatem, non fictionem, part. 3. c. 14. num. 7.

Verisimilitudo maior tollit minorum, part. 2. c. 18. num. 15.

Veritas magis attenditur quam verba, part. 1. c. 1. num. 2.

Veritatem aliter haberi non posse, quis probare debeat, part. 3. c. 50. num. 25. & quando id dici possit, num. 26.

Vestes, & localia an veniant in collatione, part. 1. c. 28. nu. 3.

Vestes pretiosæ, margaritæ, & similia, sponsa donata non præsumuntur, part. 1. c. 28. n. 8. & 9. & quid in personis nobilitatis, num. 10. & quæ res sint festivæ, & quæ quotidiana, iudicis arbitrio relinquitur, ibidem num. 11.

Vestes, & localia an imputentur in legitimam, part. 1. c. 37. num. 21.

Victus appellatione quid veniat, part. 2. c. 4. num. 2.

Vidua dicitur exclusa à statu excludente dotata, part. 3. c. 11. num. 39. Vidua enim dicuntur habere dotem, num. 40.

Vidua dicuntur exclusa à statu excludente maritali, part. 3. c. 11. num. 67. consentitur enim esse in matrimonio, nu. 68.

Vincula plura magis stringunt, part. 2. c. 18. num. 18.

Vitricus, & nonerca possunt institui cum onere restituendi finis primi matrimonij, part. 3. c. 13. num. 162.

Vniuersalis dispositio regulatur, quo ad quamlibet eius speciem, quantum specialis ad suam speciem, part. 3. c. 13. nu. 106.

Vocati illi in dubio consentunt, quorum ab intestato potior est causa, part. 3. c. 22. num. 36.

Vocatus in aliquo casu particulari, in aliis consentit exclusus

part. 3. c. 11. num. 72.

Voluntas in Principe sufficit pro causa circa id, quæ sunt iudicia de iure prætorio, num. 87.

Voluntas talis præsumitur, qualis ex actibus declaratur, part. 2. c. 2. num. 10.

Voluntas contrahentium desumitur à priori, à posteriori, & ab utroque, part. 1. c. 42. num. 7.

Voluntas testatoris habetur pro lege, part. 2. c. 43. num. 2. declaratur num. 10.

Vota adimplere meritorium est, part. 2. c. 323. num. 2.

Votum quid sit, part. 2. c. 32. num. 9.

Votum an debeat facti fieri de communi inter omnium bonorum socios, part. 2. cap. 52. num. 1. & per istum, & num. 8. improbat ratio Petri de Valdiu pro negativa adducta. & quid in voto facti pro recuperanda sanitate, num. 3. & quid in aliis votis, num. 17. & 18. & quid aliis consentientibus, num. 15.

Votum exequendum de communi, an de communi exequi debeat finita societate, part. 2. c. 32. num. 16.

Votum vnius ex sociis adimpleri debet, etiam si alter socius nollet expensam esse communem, part. 2. c. 32. num. 18.

Vrbini statutum exclusivum foeminarum est generale, & indefinitum, Decretum vero temperale, part. 3. cap. 10. numero 50.

Vsfructuarij tenentur relinquere semina, part. 2. cap. 35. num. 10.

Vsfructus patris in bonis aduentitiis eius morte finitur, part. 2. c. 5. num. 3.

Vsfructus filio relictus an patri acquiratur, p. 1. c. 7. n. 21.

Vtilitas communis in diuisionibus considerari debet, part. 3. c. 38. num. 27.

Vtrinque coniuncti, an, & quando ex testamento excludantur coniunctum ex uno latere tantum, part. 3. c. 14. num. 35.

Vxor tenetur præstare viro etiam operas industriales, part. 1. c. 6. num. 6.

Vxor transeundo ad secunda vota de consensu primi viri, non admittit ius succedendi, part. 3. c. 15. num. 80.

Vxor quomodo possit elemosinam facere, part. 3. c. 32. nu. 13.

Vxor viro operas præstare tenetur, part. 2. c. 35. num. 47. declaratur num. 60.

Vxor transeundo ad secunda vota non perdit legatum sibi factum à viro, si si non extens, part. 3. c. 13. nu. 5. & quid si apposita sit conditio viduitatis, vel quod cum filiis manere debeat, num. 6. & 7.

Vxores plures retinere, non est contra dictamen rationis, part. 3. cap. 18. num. 17. & plures populi hanc habuerunt consuetudinem, num. 18. sed est contra ius diuinum, nu. 19. sed plures habere viros est etiam contra ius naturale, numero 21.

Vxores plures habuere Patres antiqui testamenti ex dispensatione, part. 3. c. 18. num. 20.

Vxor instituta donec, & quousque vitam vidualem tenuerit, an sit perpetua heres, part. 3. c. 13. num. 9. & quod debeat præstare cautionem mutuanam, nu. 12. & 19. etiam nullo dato cohæredæ, vel substituto, num. 20. & si post aliquod tempus transeat ad secunda vota, debet restituere omnes fructus interim perceptos, ubi de rationibus, nec ignorantiæ, vel bona fides in hoc excusat, num. 18.

Vxor relinquens aliquid amico viri, intelligitur relinquere contemplatione viri, secus si relictum sit communi filio, part. 3. c. 13. num. 130. & 139.

Vxor præsumitur magis diligere nouum coniugem, quam filios primi matrimonij, part. 3. c. 13. num. 131.

DECISIONES  
SACRÆ ROMANÆ ROTÆ.

*Nuperrimè recollecta per Excellentiss. D.*

IO. DOMINICVM FANTINI  
IN FORIS ECCLESIASTICIS  
VENETIARVM ADVOCATVM.

*ADDITÆQVE IN HAC NOVA IMPRESSIONE*

Ad Tractatum

BLASII MICHALORII  
DE FRATRIBVS.

*Cum duplici Indice Argumentorum, & Materialium.*



DECISIONES

SACRAE ROMANAE ROTAE

IOHANNIS DOMINICUM FANTINI

IN FORIS ECCLESIASTICIS

VENETIARUM APOCATA

ADDITAEQUE IN HAC ROTAE JURISDICTIONE

Ab Trogiano

BLASII MICHAELORII

DE PRATERIBVS

Cons. hujus. Index et summarius. Et Maximus



INDEX ARGUMENTORVM  
DECISIONVM  
SACRÆ ROMANÆ ROTÆ.

R. P. D. MANZANEDO.

Anagnina Vfurarum.

*Mercurij 4. Martij 1607.*

ARGUMENTVM I.

Contractus societatis, quo quis ponit præconium concorditer ælmatum cum pacto, quod capitale integrum remaneat, & quolibet anno pecora mortua debeant de illius anni fructibus refarciri, an sapiat vfurariam prauitatem.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Donationis.

*Luna 14. Nouembrii 1614.*

ARGUMENTVM II.

Donatio facta à fratre fratri absque consensu patris est nulla; si verò Pater eam insinuauerit adhuc retinet vsumfructum.

R. P. D. REMBOLDO.

Anconitana Pecuniaria.

*Veneris 1. Julij 1622.*

ARGUMENTVM III.

Filiusfamilias qualiter conueniri possit pro contractibus initis, dum esset in patria potestate.

R. P. D. GHISILERIO.

Senogalien. Fideicommissi.

*Veneris 15. Decembris 1628.*

ARGUMENTVM IV.

Conuentio inter Fratres inita de diuidendo cum obligatione Camerali est exequenda.

Coram eodem. In eadem.

ARGUMENTVM V.

Conuentio de diuidendo non retardatur per exceptiones requirentes altiorem indaginem.

R. P. D. DVNOZET.

Firmana Fideicommissi de Carradoris.

*Luna 5. Martij 1629.*

*Decis. Sac. R. R. De Fratribus.*

ARGUMENTVM VI.

Agitur de materia substitutionum, quando fœminæ sunt vocatæ post masculos, quo casu succedant.

R. P. D. VEROSPIO.

Afflicen. Dotis.

*Veneris 22. Iunij 1629.*

ARGUMENTVM VII.

Obligatio Fratris minoris pro dote Sororis à Statuto exclusæ est nulla, si ab auo Dos fuerit relicta.

R. P. D. DVNOZET.

Lucana Successionis.

*Veneris 1. Februarij 1630.*

ARGUMENTVM VIII.

Filij nati, & concepti post capitalem patris condemnationem, an faciant deficere conditionem, si sine filiis, filius conceptus, nec non natus post purificatum Fideicommissum, quando admittatur in præiudicium substituti.

R. P. D. VEROSPIO.

Afflicen. Dotis.

*Luna 19. Aprilis 1630.*

ARGUMENTVM IX.

Legatum relictum à Patre pro dote Filiabus, quæ primò nupserint, debetur tertiæ filiæ, mortuis duabus natu maioribus; Et dos relicta ab Auo imputatur in legitimam, si contemplatione patris relicta fuerit.

R. P. D. GHISILERIO.

Lucana Successionis.

*Luna 21. Iunij 1630.*

ARGUMENTVM X.

Fratri primogenito bannito cum confiscatione bonorum succedit in primogenitura secundogenitus, qui eam teneret restituere filio primogenito nato ex primogenito post bannum.

# Index Argumentorum.

## R. P. D. DVNOZET.

Firmana Fideicommissi de Carradoris.

*Mercurij 11. Nouembris 1630.*

## ARGUMENTVM XI.

Verba posita in substitutione, quando nequam sunt etiam ad institutionem referenda; Fœminæ si sint vocatæ deficientibus masculis, quando dicatur factus locus huic vocationi.

## R. P. D. VEROSPPIO.

Romana Successionis.

*Veneris 15. Nouembris 1630.*

## ARGUMENTVM XII.

Statutum excludens fœminas ab hæreditate Ascendentium propter Masculos, an comprehendat etiam nepotes, & alios descendentes ex fœminis.

## R. P. D. DVNOZET.

Romana, seu Aquilana nullitatis donationis.

*Luna 31. Martij 1631.*

## ARGUMENTVM XIII.

Donatio, & pactum de hæreditate viuentis non valet, & est omni iure improbatum, ita quod nec iuramento roboratur. Et quando dicta donatio, & pactum sustineatur.

## R. P. D. DVNOZET.

Camerien. Donationis de Calcalaris.

*Luna 7. Aprilis 1631.*

## ARGUMENTVM XIV.

Mandatum de associando, licet regulariter datur vigore Clausulæ constituti, tamen quando hoc non procedat Agens ad donationem, vt obtineat, quid probare teneatur.

## R. P. D. DVNOZET.

Camerinen. Donationis.

*Veneris 4. Julij 1631.*

## ARGUMENTVM XV.

Vigore Clausulæ, Constituti, regulariter conceditur Mandatum de associando. Insinuatio in quibus donationibus requiratur, & in quibus non. Donatio, quando dicatur respectiua alicui contractui.

## R. P. D. VEROSPPIO.

Vrbeuetana Successionis.

*Luna 24. Maij 1632.*

## ARGUMENTVM XVI.

Traditur interpretatio Statuti Vrbeuetani, à

quo, data certa forma succedendi ab intestato post lineam descendentium, & Agaturum vsque ad tertium gradum, secundum computationem Iuris Canonici, vocantur proximiores consanguinei ex latere patris in ipsius patrimonio, & in portione matris proximiores matri.

## R. P. D. DVNOZET.

Bononien. Successionis.

*Luna 21. Iunij 1632.*

## ARGUMENTVM XVII.

Renunciatio Filiarum de bonis paternis, maternis, & fraternis est strictè accipienda, & prout iacet interpretanda.

## R. P. D. VEROSPPIO.

Veliterna Fideicommissi.

*Veneris 24. Ianuarij 1633.*

## ARGUMENTVM XVIII.

Filiorum nomine an, stante Statuto fœminarum exclusiuo, veniant filæ, & neptes ad exclusionem extraneorum substitutorum.

## R. P. D. DVNOZET.

Firmana Fideicommissi de Carradoris.

*Veneris 22. Aprilis 1633.*

## ARGUMENTVM XIX.

Interpretatio si sit contraria verbis testamenti non est attendenda, Substitutio, quando non suffragetur, Verborum generalitas, quid operetur.

## R. P. D. DVNOZET.

Romana Legitimæ.

*Veneris 17. Junij 1643.*

## ARGUMENTVM XX.

In hac Decisione declaratur, quando legitima matris sit tertia pars omnium bonorum, & quando tertia eius portionis, quam ipsa habitura esset ab intestato.

## R. P. D. DVNOZET.

Perusina Successionis de Alphanis.

*Mercurij 1. Februarij 1634.*

## ARGUMENTVM XXI.

Statutum Perusinum *sub rubr. 45. de dotat. mulier.* excludens filias dotatas à successione, &c. intelligitur de dotatis iam tempore delatæ hæreditatis, ita vt superueniens dotatio non tollat, nec auferre valeat, ius antea quæsitum, & radicatum in eis, quæ iam aduerunt.

R. P. D.

R. P. D. VEROSPPIO.

Tiburtina Hæreditatis.

*Luna 13. Februarij 1634.*

ARGUMENTVM XXII.

Dos relicta à Patre filiabus à Statuto exclusis non succedit loco legitimæ, & ideo potest grauari fideicommissio.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Bonorum de Barzellinis.

*Mercurij 7. Iunij 1614.*

ARGUMENTVM XXIII.

Fideicommissum relictum sub conditione, si sine filiis, &c. expirat, vno decedente cum liberis. Fideicommissum, cum sit odiosum, vt inducatur, non sufficiunt quælibet conjecturæ, & quid requiratur.

R. P. D. VEROSPPIO.

Bononien. Fideicommissi.

*Veneris 23. Iunij 1634.*

ARGUMENTVM XXIV.

Pœna priuationis imposita à testatore non potest nocere alteri, qui illius voluntati non impugnavit, neque potest hoc modo imponi, vt alium obliget, præter eum, qui eiusdem voluntati non obtemperavit, & qua ratione hoc procedat ad interpretationem *l. paterfam. de hæred. insti.* singularis est Decisio, tanquam extensa ab Auditore magni nominis, & absolutissimi, candidissimique ingenij.

R. P. D. DVNOZET.

Perusina Fideicommissi de Cincij.

*Veneris 19. Ianuarij 1635.*

ARGUMENTVM XXV.

Fideicommissum non censetur inductum in casu mortis, ex verbis consequutius post prohibitionem delicti, &c. Item pariter, quando Fideicommissum non censetur inductum in casu mortis, ex prohibitione alienationis.

R. P. D. VEROSPPIO.

Bononien. Fideicommissi de Turri.

*Luna 18. Iunij 1635.*

ARGUMENTVM XXVI.

Hæc conditio, si decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus natis ex legitimo matrimonio, an de masculis tantum intelligatur, an vero etiam de feminis.

R. P. D. DVNOZET.

Bononien. Fideicommissi de Ramundinis.

*Veneris 25. Februarij 1636.*

ARGUMENTVM XXVII.

Filiatio legitima qualiter probetur, proximior Testatori, quando quis præsumatur. Electio de digno, omisso digniori, quo casu non sustineatur, & in quibus è contra. Fauori suo ante acceptationem quilibet potest renuciare, secus vero post.

In eadem. Coram eodem.

*Veneris 9. Maij 1636.*

ARGUMENTVM XXVIII.

Fideicommissario, quibus concurrentibus datur remedium *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* Fideicommissi derogationis gratia, quando corruat.

R. P. D. DVNOZET.

Sancti Seuerinis Doris.

*Luna 18. Februarij 1636.*

ARGUMENTVM XXIX.

Fideicommissum successiuum, & perpetuum ad fauorem illorum de linea, quando dicitur inductum, Lineæ appellatione, qui veniant, Hæreditas quando dari possit in Codicillis.

R. P. D. DVNOZET.

Romana Successionis.

*Luna 21. Aprilis 1636.*

ARGUMENTVM XXX.

Mater excluditur à legitima per substitutionem pupillarem. Et quando de dicta substitutione dicatur constare, licet verbis expressis non sit concepta.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Fideicommissi.

*Mercurij 21. Maij 1636.*

ARGUMENTVM XXXI.

Testator, si hæredi grauato restituere expressè prohibuerit venditionem, locationem ad longum tempus, donationem, & hypothecam, sub pœna, &c. modo si hæres locauerit bona per decennium an sit factus fideicommissio. Fideicommissum dicitur purificatum, si hæres grauatus emiserit professionem in aliqua Religione, etiam capaci bonorum, stante exclusione super hoc facta à Testatore.

R. P. D. COCCINO DECANO.

Romana Societatis Lignorum.

*Veneris 17. Decembris 1636.*

ARGUMENTVM XXXII.

Socius, si aliquis conducatur, censetur contrahe-

# Index Argumentorum.

re nomine proprio, & non sociorum; sed id fallit stantibus adminiculis, & præsumptionibus in contrarium.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Fideicommissi de Turri.

*Luna 9. Iunij 1636.*

ARGUMENTUM XXXIII.

In ultimis voluntatibus appellatione filiorum semper veniunt Fœminæ, Masculinitatis qualitas posita in vna oratione, quando non censeatur repetita in alia, & quando secus.

R. P. D. DVNOZET.

Romana Alimentorum.

*Veneris 30. Ianuarij 1637.*

ARGUMENTUM XXXIV.

In hac Decisione firmatur, quod patruus Nemetem, & è conuerso Nepos patrum alere tenetur, & demonstratur, quod hoc sancitum non solum est de iure Cæsareo, sed etiam Pontificio, quinimmo iure etiam Diuino. Grauitè, & doctissimè materia ista huic declaratur à tam celeberrimo, & Clarissimo Auditore, Iuris fonte vberissimo.

R. P. D. DVNOZET.

Rauennaten. Emphyteusis.

*Veneris 6. Martij 1637.*

ARGUMENTUM XXXV.

Emphyteusi Ecclesiastica finita, si Ecclesia eam pro se retinere nolit, tunc in noua inuestitura proximiores defuncti sunt præferendi extraneis, & quando constet, Ecclesiam nolle pro se eam retinere. Et alia plura circa concessionem Emphyteusis cum conditione, vt possit reuocari ad beneplacitum, & libitum concedens.

R. P. D. DVNOZET.

Auximana fideicommissi.

*Veneris 13. Ianuarij 1640.*

ARGUMENTUM XXXVI.

Fideicommissarius immissio danda est, concurrente existentia, & purificatione fideicommissi, probataque identitate bonorum Fideicommissi subiectorum. An ob acceptationem Legati relicti cum prohibitione de nihil aliud petendo censeatur fideicommissi renunciatus; & An detractiones legitimæ, Trebellianicæ, dotis, &c. dictam immisionem impediunt.

R. P. D. R O I A S.

Romana Hæreditatis de Gratianis.

*Veneris 7. Februarij 1642.*

ARGUMENTUM XXXVII.

Adducuntur plures coniectura, præsumptiones, & indicia, ex quibus facili negotio deueniri potest in cognitionem, an quis sit Filius alicuius, necne. Quoniam cum in hac materia non possint haberi plenæ, & concludentes probationes, cum sit materia quasi improbabilis, ideoque admittuntur illæ probationes, quæ haberi possunt.

R. P. D. GHISILERIO.

Ferrarien. Legati.

*Veneris 4. Aprilis 1642.*

ARGUMENTUM XXXVIII.

Legatum, quando Testator alicui clarè reliquit, omnino soluendum venit, quod procedit, etiam si hæres institutus vt proximior adiuerit hæreditatem non ex Testamento, sed ab intestato, quia voluntas Testatoris ex quocumque capite adeatur seruanda est omninò voluntas Defuncti.

R. P. D. DVNOZET.

Romana successionis de Comitibus.

*Luna 23. Iunij 1642.*

ARGUMENTUM XXXIX.

Mulier, quæ transit ad secunda vota, an succedat in bonis Nepotum ex primo matrimonio; & An Monialis professa amittat jus succedendi, quid si renunciauerit omnibus bonis; & quando per huiusmodi renunciationem comprehendantur non solum Agnati, & Cognati, sed etiam hæredes, & successores extranei; & an in ipsa requirantur solemnitates statuti.

R. P. D. BICHIO.

Romana Donationis.

*Luna 16. Martij 1643.*

ARGUMENTUM XL.

Renunciationes, vt valeant debent de scientia renunciantis constare in specie, & non in genere, super re, quæ renunciatur, alias non tenet etiam si esset iuramenta firmata. Renunciatio de bonis viuentis, vt valeat, quidnam requiratur, & quando talis renunciatio euanescat.

R. P. D. GHISILERIO.

Bonon. Fideicom. Bartholomæi Bolognini.

*Sabbato 26. Nouembrii 1644.*

ARGUMENTUM XLI.

Substitutio facta fauore Agnationis inducit perpetuitatem Fideicommissi in illis de Familia; Substitutionem verò esse Agnationis con-

# Index Argumentorum.

conseruandæ Causa, colligitur ex coniecturis.

R. P. D. CORRADO.

Farfen. Bonorum.

*Veneris 9. Decembris 1644.*

ARGUMENTVM XLII.

Bona quod sint emphyteutica, ex quo probebetur emphyteusis, quando est finita, tunc Dominus directus ex quadam æquitate tenetur præferre agnatos vltimi inuestiti, quibusuis aliis. Vocatus quando quis est sub qualitate Filiationis, & legitimitatis, tunc vtramque qualitatem tenetur probare ex nominatione Patris facta in actu proportionabili, quod aliquis sit eius filius, quando agitur filiationem.

R. P. D. PEVTINGERO.

Perusina Fideicommissi de Pontanis.

*Veneris 20. Aprilis 1646.*

ARGUMENTVM XLIII.

Descendentes vnius ex hæredibus institutis substituti, in casum deficientiæ omnium descendentium alterius hæredis, quando dicantur vocati per vulgarem, quando verò per fideicommissariam.

R. P. D. BICHIO.

Interammen. fideicommissi.

*Veneris 14. Decembris 1646.*

ARGUMENTVM XLIV.

Testator, si institutis hæredibus tribus filiis, mandauerit, quod in casu, quod aliquis ex dictis filiis decederet sine filiis, succedat vnus alteri, & alter alteri, an neptis ex filio faciat deficere conditionem, si sine filiis, & quando id procedat, & quando secus, & plura deducuntur circa talem conditionem.

R. P. D. ARGVELLES.

Romana Hæreditatis.

*Veneris 14. Decembris 1646.*

ARGUMENTVM XLV.

Celebris, & famigerata dispositio, de qua in Auth. res. quæ, C. commun. de legat. cum loquatur de Fideicommissis ascendentium, an extendatur ad Fideicommissa transfuersalium. Ratio d. Auth. res, quæ si esset fundata in publica vtilitate, id sufficeret, quod quælibet mulier de mundo posset prætere Dorem in quocumque fideicommissis. Dos quando extrahitur ex fideicommissis, quare in fructibus non extrahitur. Et aliqua circa materiam melioramentorum.

R. P. D. MELTIO.

Rauennaten. Saluiani.

*Luna 17. Decembris 1646.*

ARGUMENTVM XLVI.

Hæres grauatus restituere, potest sua vita durante censum imponere super re fideicommissis subiecta. Confessio mariti de dote recepta, an, & quando probe illius solutionem contra ipsum, & contra eius creditores.

R. P. D. ROIAS.

Perusina Reintegrationis.

*Veneris 11. Ianuarij 1647.*

ARGUMENTVM XLVII.

Fœminæ exclusæ à statuto existentibus masculis extincta linea masculina, possunt reintegrari.

R. P. D. ROIAS.

Perusina Reintegrationis.

*Veneris 7. Iunij 1647.*

ARGUMENTVM XLVIII.

Fœminæ exclusæ à Statuto, existentibus masculis, sunt exclusæ temporaliter, & sic finita linea masculina, reintegrantur etiam si essent dotata.

R. P. D. BICHIO.

Carpentoraten. Hæreditatis.

*Veneris 21. Iunij 1647.*

ARGUMENTVM XLIX.

Filij hæredes Fiduciarij non censentur instituti, si pater, eisdem relicto legato, cum expressa prohibitione plus petendi, in vniuersitate bonorum fratrem germanum instituat; nec aliquid amplius de hæreditate petere possunt, ratione legitimæ, quartæ, Trebellianicæ, aut Falcidicæ, quando non constat aperte de institutione fiduciaria.

R. P. D. ROIAS.

Asculana Hæreditatis.

*Luna 7. Iunij 1649.*

ARGUMENTVM L.

In successione fratris, licet de iure communi præferendæ sint sorores vtrinque coniunctæ, excluso fratre consanguineo, non tamen præferuntur, stante statuto fœminarum exclusiuo, aut facta renunciatione à sororibus de bonis Paternis, Fraternalis, & Maternalis.

# Index Argumentorum.

R. P. D. R O I A S.  
Rauennaten. Hæreditatis.

*Luna 19. Iunij 1649.*

ARGUMENTVM LI.

Sorores vtrinq̄e coniunctæ succedunt fratri abintestato, exclusa sorores coniunctæ ex altero latere tantum.

R. P. D. R O I A S.  
Asculana Hæreditatis.

*Luna 24. Ianuarij 1650.*

ARGUMENTVM LII.

Sorores vtrinq̄e coniunctæ in successione fratris præferuntur fratri consanguineo de iure communi, non tamen stante iuris municipalis dispositio contraria; vel facta renunciatione à sororibus de bonis Paternis, Fraternis, & Maternis.

R. P. D. R O I A S.  
Rauennaten. Hæreditatis.

*Luna 28. Martij 1650.*

ARGUMENTVM LIII.

Sorores vtrinq̄e coniunctæ, & mater præferuntur sorori consanguineæ in bonis, tam paternis, quàm maternis.

R. P. D. Z A R A T E.  
Romana bonorum, seu vsusfructus.

*Veneris 19. Ianuarij 1652.*

ARGUMENTVM LIV.

Alimenta, & expensas litis non tenetur quis subministrare sibi sanguine coniuncto, lite pendente super legato illis de familia, & sanguine relicto.

R. P. D. B I C H I O.  
Bononien. Hæreditatis.

*Veneris 28. Iunij 1652.*

ARGUMENTVM LV.

Fratri succedunt frater, & soror in capita de iure communi. Clericus an comprehendatur in statutis conditis à Laicis.

R. P. D. B I C H I O.

Bononien. successione de Zanis.

*Mercurij 9. Decembris 1654.*

ARGUMENTVM LVI.

Egressus è Religione an succedat, si ante ingressum renunciationem fecerat; & An Moniales subiaceant statuto Laicorum feminarum exclusiuo propter masculos.

R. P. D. D V N O Z E T.

Romana fideicommissi de Griffonibus.

*Mercurij 10. Maij 1656.*

ARGUMENTVM LVII.

Legitimus an in fideicommissio veniat nomine masculorum legitimorum, & naturalium ad exclusionem substituti; Item an eorundem appellatione veniant descendentes ex fœminis.

R. P. D. C E L S O.

Beneuentana Hæreditatis.

*Luna 19. Iunij 1656.*

ARGUMENTVM LVIII.

Filij positi in conditione, an censeantur vocati. Prohibitio alienationis, & obligationis ad hoc, vt bona remaneant in familia, an inducat fideicommissum.

R. P. D. C E L S O.

Reatina Fideicommissorum.

*Veneris 8. Iunij 1657.*

ARGUMENTVM LIX.

Hæres grauatus, qui alienauit bona fideicommissaria, tenetur ad pretij restitutionem, & reintegrationem fideicommissi; & an alienationes imputari debeant in legitimam, & Trebellianicam.

R. P. D. P R I O L O.

Romana Legitimæ.

*Veneris 5. Decembris 1659.*

ARGUMENTVM LX.

Legitima est semis, siue filij masculi, siue fœminæ sint numero ultra quatuor. Et quando fœminæ exclusæ à Statuto faciant numerum ad augendam legitimam de triente in semissem.

DECI



# DECISIONES SACRÆ ROMANÆ ROTÆ ADDITÆ AD TRACTATVM BLASII MICHALORII De Fratribus.

R. P. D. MANZANEDO.  
Anagnina vsurarum.  
Mercurij 4. Martij 1607.

## DECISIO PRIMA.

### ARGVMENTVM.

Contractus societatis, quo quis ponit præcodium concorditer æstimatum cum pacto, quod capitale integrum remaneat, & quolibet anno pecora mortua debeant de illius anni fœtibus refarciri, an sapiat vsurariam prauitatem.

### SVMMARIVM.

1. Emptio, & venditio censetur, si præcodium tradatur æstimatum.
2. Pecora æstimata tradenti censetur pastori medietatem vendere, & de illius pretio fidem facere, quo casu dominium pro illa parte transfertur in pastorem, & quilibet pro sua medietate periculum subit.
3. Pactum, quod pecora mortua de fœtibus communibus refarciantur, non est vsurarium.
4. Damnum commune de re communi refarciri debet.
5. Dispositio, qua de grossis animalibus statuit, ex identitate rationis de minutis etiam intelligi debet.
6. Societas, in qua pastor solam industriam ponit, substat.
7. Pactum in societate appositum, quod quolibet anno pecora præcodij mortua de ipsius præcodij fœtibus refarciri debeant, valet.
8. Contractus societatis pecorum cum pacto, quod fœtus omnes ipsorum ad me spectent vsquequo sine de meo capitali redintegratus, & pecora postea sine communia, non est vsurarium.
9. Vsuræ non datur sine mutuo.
10. Pactum, quod pecora peritua quolibet anno de fœtibus illius anni refarciantur, non inducit, quod capitale saluum conseruetur.
11. Poena constitutionis Sixti V. super contractibus ad caput saluum, non habet locum, ubi in eis apponatur clausula, quod partes remittunt se ad illam Constitutionem.



**D**E Anno 1591. fuit ad quinquennium inita societas inter Iulium de Prosperis de Carpinero ex vna, & Ioannem Compagnonius, & Fabritium Ferrarium ex alio; in qua Iulius quoddam præcodium ouium apposuit concorditer æstimatum ad fœtorum 1010. tali pacto. Quod fructus ex præcodio prouenientes pro dimidia quolibet anno dividerentur. Quod si totum præcodium cum lucro vendi contigisset, lucrum æqualiter divideretur, & capitale integrum Iulius haberet.

Item cum pacto, quod quolibet anno pecora præcodij mortua deberent de fœtibus illius anni refarciri.

Ex quo vltimo pacto oritur dubium, An huiusmodi contractus fuerit illicitus, & prohibitus; & an sententia de patribus, illam tanquam illicitum damnans, veniat confirmanda, vel infirmanda. Et causa in Rota per me proposita, Iulio tantum informanti, Domini censuerunt, illum contractum non vsurarium, sed licitum esse, & per consequens prædictam sententiam esse reuocandam.

1. Quia præcodium fuit Ioanni, & Fabritio; traditum æstimatum, quo casu censetur emptio, & venditio, argumento *leg. æstimata ff. soluto matrimonio, leg. plerumque, & si ante matrimonium, ff. de iur. dotul.* & in terminis noſtri casus tradit Angel. de Perigli in *tract. de societate, part. 2. num. 29. ver. in quinto casu,* & Bald. in *leg. pascenda, C. de pact.* vbi Cornel. P. ul. de Castr. & Dec. num. 16. & Alex. in *fin. tradit Am. brosius de Vignate in tract. de vsuris, in cap. salubriter, ante num. 189.*

2. Quo casu isti Doctores considerant, quod quod tradit pecora æstimata, censetur medietatem animalium Pastori vendere, & de pretio illius medietatis illi fidem facere, & tunc dominium per medietate vendita transfertur in Pastorem; de peccis

culum uterque pro medietate subiit; per regulam textus in *l. pignus, C. de pign.* & in terminis nostris est tex. in *l. cum duobus, S. damna, ff. pro societ.* ubi Doctores, & tradunt Bald. & Paul. de Castr. in *d. l. si pascenda, ubi l. l. num. 2.* & Dec. d. num. 16. & Corn. num. 4. & 3. Vign. ubi supra.

- 3 Unde inferitur, quod cum dominium medietatis huius praecodij spectaret ad Ioannem, & Fabritium fuit licitum parisci, quod pecora mortua resarcirentur de fetibus communibus, æquum est enim, quod cum ¶ damnum resarciendum esset ex communi, deberet itidem ex fetibus communibus resarciri.

Quibus non obstat, quod in eodem contractu dicitur, nempe quod si totum praecodium cum lucro vendi contingeret, æqualiter luctum divideretur, & Iulius haberet suum capitale. Quia non ex eo sequitur, medietatem praecodij ex æstimatione à principio Ioanni, & Fabritio venditam non fuisse; nam cum de pretio illius medietatis fuisset habita fides à Iulio, voluerunt partes, quod casu, quo praecodium venderetur cum lucro, quod luctum divideretur, & quod Iulius haberet totius praecodij æstimationem, medietatem namque pro suo capitali, medietatem verò pro pretio, quo medietas praecodij Ioanni, & Fabritio æstimata, & sic vendita fuerat.

- Nec etiam obstat, quod aliqui ex supradictis Doctoribus velint, quæ ¶ dicuntur de pecoribus æstimatis datis, intelligi de animalibus grossis, ut sunt boues. Quia ex identitate rationis idem est dicendum de animalibus minutis, ut bene notat Angel. de Perigl. ubi supra num. 14. in fin.

- 6 Alterius, quia & si prædicta æstimatio non præcessisset, & dominium totius praecodij penes Iulium remansisset, & per consequens omnes periculum ad ipsum spectasset, & supradicti Ioannes, & Fabritius tantummodo in ista societate eorum industriam posuissent, prout isto modo coiti valet, iuxta tex. in *leg. prima, & in leg. societas, ff. pro soc. ff. de illa Institutur. eodem, Corad. de contract. quest. 88. conclus. 6. vers. & quod sit societas, & Sor. de inst. & iur. lib. 6. quest. 6. artic. 1. etiam isto casu prædictum pactum fuisset licitum, cum ¶ oves periturae non venirent redintegranda ex bonis ipsius Ioannis, & Fabritij, sed ex fetibus ipsis, & Iulio competentibus: potuit namque in pactum deduci, ut Ioannes, & Fabritius, pro dimidio lucri concurrerent ad conservationem capitalis Iulij, iuxta doctrinam Corad. ubi supra quest. 97. in quarto casu: ubi distinguit, quod aut Ioannes, & Fabritius tenentur ex pacto oves perituras ex fetibus tantum in eorum parte illis tangentibus redintegrare, & tunc pactum esset illicitum; aut verò ad prædictam redintegrationem tenentur de fetibus tam ipsis, quam Iulio communibus; & tunc pactum erit licitum, quia in illo neuter gravat alterum plus iusto, cum non Ioannes, & Fabritius tantum, sed etiam Iulius ad istam redintegrationem contibuant.*

- 8 Et in fortioribus terminis facit, quod notat Lau. de Rodulf. in *tract. de usur. cap. 2. quest. 12.* & Diu. Anton. *eodem tractat. §. 39. num. 61.* quos refert, & sequitur Lup. *eodem tract. comment. 3. §. 1. num. 14.* nempe valere contractum societatis, quo quis dat alicui pecora cum pacto, quod fetus omnes ipsorum integre ad ipsum spectent, usque quo sit redintegratus de toto suo capitali, & postea pecora sint communia. Quem contractum dicunt supradicti Austo-

res non esse usurarium, & reddunt rationem, quia ex isto pacto quamvis capitale redintegraretur de fetibus gregis, non tamen de spectantibus ad pastorem conferentem in societate suam industriam, sed omnino de spectantibus ex conventionione ad illum, qui contulit gregem in societate, taliter, quod si pereat ad totum grex, antequam de fetibus sit satisfactus, nihil dominus gregis vult habere à socio, & sic non dicitur tradidisse illi gregem immortalem, neque per modum mutui cum usuris, ut declarat Corad. ubi supra dist. cas. 4.

- 9 Ex quibus inferitur, quod si sumus in casu, quo medietas praecodij non obstante æstimatione non fuerit vendita Ioanni, & Fabritio, nec illius dominium in ipsas translatum, sed totum remanserit penes Iulium, quod etiam isto casu, cum Ioannes, & Fabritius ex pacto non teneantur ad redintegrationem ovium, quæ periissent ex proprio, sed ex fetibus communibus; nec in casu, quo omnes oves periissent, ita quod si non essent fetus, ex quibus redintegrari possent, non periissent periculo Ioannis, & Fabritij, nec illi ad aliquod teneantur ex supradictis, sequitur pactum esse licitum, nec alicuiusmodi potest reduci ad mutuum, sine quo non potest dari usura, ex tex. in *capit. consulti, de usur.* Archid. in *cap. 1. num. 14. quest. 7. Abb. in cap. nauiganti, num. 6. eodem titul.* Et ex eadem ¶ ratione colligitur, ex isto pacto non posse dici capitale saluum conservari, cum si in totum periisset, periculo Iulij tantum periisset ex supradictis.

- 11 Et utcumque sit, Iulius excusatur à pena constitutionis Felice. record. Sixti Quinti super contractibus ad caput saluum, ex clausula in fine contractus apposita, in qua partes se referunt, & remittunt ad illam constitutionem, & quod ista societas iuxta illam intelligatur facta, & non aliter, nec alio modo: prout de simili clausula expressa in constitutione census, tenuit Rota in *una Forliuensis census 13. Nouembrii 1589. coram bon. memor. Orano;* & fuit dictum in *alia Beneuentana census 29. Martij 1593. coram Illustrissimo Pamphilio,* quæ fuit confirmata die 3. Decembrii 1595. coram Illustrissimo Mantica, & ad id faciunt tradita à Bast. in *leg. non solum, §. morte, num. 24.* & ibi Alexand. num. 15. & 14. ff. de non oper. nunciat. & à Gab. conf. 47. num. 8. lib. 2. Ex ista namque clausula arguitur præcisa contrahentium intentio non contrahendi dictæ Constitutioni, sed iuxta illam contrahendi, argum. tex. in *leg. non aliter, ff. de leg. 3.*

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Donationis.

Luna 24. Nouembrii 1614.

ARGVMENTVM.

Donatio facta à fratre fratri absque consensu patris est nulla; si verò Pater eam insinuauerit adhuc retinet vsumfructum.

SVMARIVM.

- 1 Vsumfructum habet pater in bonis donatis filio, etiam post ipsius mortem, num. 10.



2. *Donatio facta à filio absque patris consensu est nulla, nec iuramento validatur, num. 8. maxime si super bonis donatis lis sit inter filium, & patrem, num. 9.*
3. *Vfusfructus honorum, super quibus Pater assigna alimenta filiis, intelligitur remissus tantum ad eius nutum.*
4. *Vfusfructus renunciatio per necesse non inducitur ex insinuatione Patris de donatione facta à fratre fratri, maxime si Pater pauper, num. 7. Sed inducitur donationis tantum confirmatio, num. 5.*
6. *Vfusfructus renunciatio debet esse expressa.*

## DECISIO II.

Vincentius Alottus Petri Pauli ex prima vxore filius, antequam religionem ingrederetur donauit bona materna Dominico, & Francisco suis fratribus ex alia Patris vxore, quam donationem idem pater insinuauit, verum post captam à filiis bonorum donatorum possessionem orta fuit inter ipsos, & patrem controuersia, & pater eos in possessorio conuenit coram A. C. quo pendente iudicio Dominicus objit, & Franciscus superstes fauorabilem sententiam reportauit, à qua fuit appellatum, & dum in secunda instantia per viam commissiōis, tam in petitorio, quàm in possessorio coram me causa penderet; Franciscus donauit inter viuos eadem bona Vincentiæ Matri, quam donationem Petrus Paulus uti factam absque ipsius assensu, eam inualidam prætenderet. Dubium in Rota propōsi, quod pro inualiditate fuit resolutum. Hæc enim donatio facta fuit à filiofamilias, absque patris assensu, † qui habebat in bonis donatis vsumfructum, l. fin. §. filius autem, C. de bonisq. lib. & ibi Butrig. col. fin. versic. item quero, Cyn. num. 1. Bald. in princip. Ang. sub num. 1. Cast. num. 1. Corn. num. 1. & l. 1. C. eod. glos. in l. 3. in verbo non potuit, C. de patria potest. Roland. consil. 89. num. 4. ad med. lib. 4. Alex. cons. 106. num. 1. & 2. lib. 7.

2. Vnde non solum quoad vsumfructum, sed etiam respectu proprietatis fuit nulla donatio, vt tradit Cast. & in l. heredi, §. fil. u. familias, m. 4. & ibi Iacob. num. 6. in 1. lect. & num. 3. in 2. lect. Angel. num. 2. ff. de pact. Fulgol. cons. 87. num. 2. ad finem. Bald. cons. 295. lib. 4.

Nec valet dicere, Patrem in bonis donatis amplius vsumfructum non habuisse, cum locasset ante donationem filiorum nomine domos, & eisdem pro alimentis fuissent à iudice pensiones assignatæ, & sic absque patris assensu filium donare potuisse, ex alleg. in vna Perusina donationis coram Reuerendiss. Bononien. Nam fuit responsum ex illis actibus renunciationem vsumfructus non induci, cum locatio fieri tantum potuerit propter dictam alimentorum assignationem, † quæ cum ad patris nutum cessari posset, non dicitur simpliciter, sed de die in diem remissus vsumfructus, vt per Cast. in l. cum oportet, §. fin. autem, num. 4. post Batt. ibidem in fine, & Corn. num. 2. Salicet. in §. non autem, num. 5. in fine, C. de bon. quest. lib. Franc. decis. 385. numero 1. Aymon. cons. 39. num. 9. in fine, versic. ideo aliter respondeo, Menoch. consil. 282. num. 34. lib. 3. Et durat quousque pater consensum reuocauerit. Cast. loco supra citato, Corn. consil. 79. in fin. lib. 2. Anchar. consil. 156. num. 3.

Non obstat, Petrum Paulum insinuasse primam donationem à Vincentio factam aliis fratribus, &

4 sic ipsum videri etiam vsumfructum donasse. † Non enim ex hoc inducitur per necesse vsumfructus renuntiatio, Bart. in l. Titium, & Meuium, ff. de administr. tut. Cum regulariter actus debeat semper interpretari, vt minus præiudicet, l. 1. & 2. de solut. Corn. consil. 338. num. 5. lib. 1. Abb. in cap. super, num. 12. Felin. num. 10. Dec. num. 12. de off. deleg. Cæf. de Grass. decis. 1. de elect. num. 3.

5 Vtcrius actus insinuationis operatur donationis confirmationem, in qua sicut respectu donantis comprehendi non potuit vsumfructus, ita nec dici potest comprehensus in insinuatione, quæ solum tendit ad confirmationem actus, non ad illius augmentum, leg. sancimus, 34. §. alias vero, versic. actus interuenientibus corroborate, de donat. Riminald. Iun. §. 1. num. 207. instit. ead. Socin. cons. 80. num. 13. lib. 1.

6 Præterea, cum vsumfructus renunciatio esse debeat expressa, Ang. de testam. in fine principij ante glos. 1. num. 43. vers. quiniuo non posset: † Nec insinuatio, nec reliqui actus facti per Petrum Paulum illi præiudicant. Et licet idem consenserit bona pleno iure donari, non tamen per hoc remissus censetur vsumfructus, attento præsertim quam sumus in paupere, vt tradit Anchar. cons. 106. per totum.

8 Non obstat, iuramentum validam reddidisse donationem, quia † cum pater haberet in istis bonis vsumfructum, per iuramentum illa conualidari non potuit, Bald. in d. §. filius autem, num. 1. Ang. num. 4. Fulgol. nu. 2. ad fin. & seq. Salicet. num. 25. Cast. num. 4. vers. sed est dubium, Corn. num. 4. Paris. in addit. ad Bart. verbo, disponere, C. de bon. g. lib. idem Cast. in l. & heredi, §. filiusfamilias, num. 4. vers. sed est dubium, ff. de pact. Curt. Inn. consil. 152. numer. 6. & 7. Aymon. cons. 39. num. 3. in fine, & cons. 84. num. 2. ad medium, Cæsar de Grass. decis. 2. num. 7. 8. & 21. de donat. cum aliis per Roland. cons. 89. n. 5. & seq. lib. 4.

Tanto magis, stante Verbis Statuto cap. 151. lib. 1. quo tollitur iuramentum in contractibus filiorum familias appositum, & dolo extortum præsumitur, vt fuit resolutum in vna Romana nullitatis contractus 2. Iunij 1614. coram Reuerendiss. Bononien.

9 Placuit etiam Dominis aliud fundamentum pro donationis inualiditate, † ex quo enim super eiusmodi bonis aderat in possessorio, & petitorio lis inter patrem, & filium, vt apparet ex commissione illa nec donati, nec alienari poterant, l. lite, & l. fin. C. de litig. Peregr. de iure fisci, lib. 4. tit. 6. nu. 19. & seq. Abb. in c. ecclesia, il primo, num. 9. v. l. pend.

Nec releuat pariter si dicitur, Patrem amisisse dictorum bonorum vsumfructum ob domus indicationem, & assensum præstitum illius subhastationi ad fauorem creditorum, ex Pinel. in secunda parte, leg. 1. num. 33. & 36. C. de bon. mar. & sic donationem valuisse.

Nam cum dicta subhastatio effectum non habuerit, nec domus fuerit vendita, pater non dicitur ius suum amisisse, Guidopap. quest. 101. sub num. 1. & seq. & cons. 126. circa finem. Curt. Iun. de feud. part. 4. quest. 13. sub num. 103. post med. & quest. 20. nu. 111. alij per Corb. de caus. priuat. ob alien. iust. 38. & Scraph. de feud. quest. 9. c. 1. num. 32.

Non obstat, quod saltem donatio valeat respectu portionis fratris demortui, ad cuius successionem concurrat pater, & filius superstes, nec in filij portione pater habeat vsumfructum, ex Roland. cons. 95. num. 49. lib. 1. Nam etiam filio mortuo remanet vsumfructus apud Patrem l. si quis, §. fin. vero defuncta

persona, C. ad Tertull. l. fin. C. de usufruct. glos. in l. 3. C. rod. Et ille semel acquisitus non tollitur, Surd. conf. 116. num. 46. & seq. lib. 1. Pincl. in leg. 1. par. 1. num. 39. C. de bon. mat. Gomel. ad l. Tauri. 6. num. 11. & seqq. Alcan. Clement. de patr. potest. effect. 2. num. 34. vers. amplia 6. Cavalcan. de usufructu mulieri relicto, num. 180. & fuit dictum in vna Turritana Bonorum 12. Aprilis 1613. & 14. Maij 1614. coram R. P. D. meo Vbaldo.

R. P. D. REMBOLDO.

Anconitana Pecuniaria.

Veneris prima Iulij 1622.

ARGUMENTVM.

Filiusfamilias qualiter conueniri possit pro contractibus initis, dum esset in patria potestate.

SVMMARIVM.

- 1 Filiusfamilias potest ex quolibet contractu obligari.
- 2 Filiusfamilias qualiter conueniri possit ex contractibus initis, dum esset in patria potestate, n. 3. & 4.
- 3 Renunciatio beneficio legis 2. ff. & C. quod cum eo, requiritur expressa.

DECISIO III.

EXISTENTE Iacobo filiofamilias accessit cuidam obligationi factae a Io. Baptista eius patre, & se in ampliori forma Cameratae pro patre obligauit: & eo deinde sui iuris effectum, fuit contra ipsum vigore d. obligationis decretum, & relaxatum mandatum, a quo cum appellasset, causamque appellationis mihi committi obtinuerit cum clausula, si quid exequendum, &c.

Dubitauit, an d. mandatum sit exequendum contra bona propria, & personam d. Iacobi: & Domini censuerunt esse exequendum contra bona propria Iacobi, quae habebat tempore obligationis per eum factae, non autem contra personam.

- 1 Nam regula est contra d. Iacobum, quod filiusfamilias potest ex quolibet contractu obligari, l. filiusfamilias, la. 2. ff. de act. & oblig. l. item ex contractibus, & ibi Castr. ff. de iud. Ceph. conf. 523. num. 8. & consil. 487. num. 41. Mantica. de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 14. num. 22.
- 2 Et licet conueniri non possit pro contractibus initis dum esset in patria potestate, abstinuitque ab hereditate paterna, nisi in quantum facere potest, & sic deducto, ne egeat, juxta beneficium l. 2. ff. & C. quod cum eo; quod locum habet in filiofamilias se obligante siue ex voluntate patris, siue ex propria voluntate, vt sunt verba d. l. 2.
- 3 Tamen hoc beneficio non gaudet, nec quo ad bona paterna, cum illa sint obnoxia creditoribus usque ad obolum. Imò filius tenetur juxta terminos d. l. 2. penitus se abstinere à paterna hereditate: Nec etiam quo ad bona propria, videlicet castrensis, vel aduentitia, quae habebat tempore obligationis, vt expressè tenet Paul. de Castr. in d. l. 2. in fin. ff. quod cum eo, quem sequitur Franc. decis. 70. num. 2. & 3. cum aliis congestis per Modern. discept. forens. cap. 576. num. 1. & seqq. ita, ¶ quod d. beneficium suffragatur d. Iacobo quo ad personam tantum, ne scilicet possit carcerari, & quo ad bona propria acquisita postquam est effectus sui iuris, non autem

quo ad bona paterna, nec quo ad bona, quae habebat tempore factae obligationis, vt per Castr. loco proxime citato.

Neque obstar, quod praetenditur, Iacobum renunciaisse per obligationem cameralem beneficio d. l. 2. quia ¶ ad hunc effectum requiritur expressa renunciatio, quia in moderna formula obligationis camerale non legitur, vt in puncto fuit decisum in Romana nullitatis obligationis 24. Nouembris 1617. coram R. D. meo Buratto, & in Romana dotis 12. Nouembris 1621. coram R. D. meo Caualerio atque ita, &c.

Et si quis latius hanc materiam per varias conclusiones extensam videre cupit, legat Gratian. discept. forens. lib. 4. cap. 799. per totum.

R. P. D. GHISILERIO.

Senogallien. Fideicommissi.

Veneris 15. Decembris 1628.

ARGUMENTVM.

Conuentio inter Fratres inita de diuidendo cum obligatione Camerale est exequenda.

SVMMARIVM.

- 1 Sententia valida est, si constat de mandatis componentium.
- 2 Conuentionis executio de diuidendo retardari non potest, si est Camerale obligatione vallata.
- 3 Conuentio diuisionis inter fratres locum habeat pro, & contra eorum heredes.

DECISIO IV.

FILIJ, & haeredes Co. Io. Baptistae de Mannellis in vna Apocae cum obligatione Camerale obtinuerunt ab A. C. Mandatum contra DD. Aloysium, & Bartholomaeum pro continuanda diuisione bonorum, cepta cum supraddicto, dum in humanis agebat. Interposita vero appellatione à dicto Mandato, & causa mihi commissa cum clausula, si quid exequendum. Dubitauit an mandatum esset exequendum. Et Dominis, attenda Validitate, & Iustitia, placuit affirmatiuè respondere.

- 1 De validitate non dubitatur, cum hinc inde fuerint producta mandata componentium, & ex actuum reuolutione, ea manifestè apparet, Rot. in Anconitana separationis Thori 9. Iulij 1600. coram Cardinali Lancellotto, & in recent. 545. num. 1. par. 1. & 178. num. 1. par. 2. Caputaq. decis. 260. par. 2.

Iustitia vero probatur ex quo fuit actum vigore conuentionis de diuidendo cum obligatione Camerale, ¶ cuius executio non potest retardari, cum sit Camerale obligatione vallata, Gabr. conf. 67. num. 1. lib. 1. Menoch. de arbit. cas. 17. num. 5. Gallef. ad form. oblig. Cam. par. 1. quaest. 2. num. 11. & 12. Rot. diuers. decis. 741. num. 1. par. 1. & 545. num. 1. par. 1. recent. Pro qua retardanda, non sufficiunt exceptiones turbidae, cum contra eam non admittatur exceptio requitens altiore indiginem, Rot. decis. 13. num. 10. apud Statil. de Salu. decis. 26. num. 2. & 48. num. 1. post Gallef. de oblig. Cam. & ita pluries fuit resolutum.

Et licet conuentio diuisionis fuerit inita inter Io. Baptistam, Aloysium, & Bartholomaeum fratres, 3 ¶ ea tamen procedit tam inter ipsos contrahentes, quam

quam etiam pro, & contra eorum hæredes, Galles. *dist. tract. de oblig. Camerali quest. 4. num. 1. Rot. decis. 630. num. 1. par. 1. recent.* Et propterea bene poterunt agere pro continuanda diuisione.

Exceptiones fideicommissorum Claudij Flamini, & Iuniparæ non videntur obstare, ita vt debeat cessare diuisio, licet in Apoca diuisionis, dicta fideicommissa fuerint expressè præseruata; quia in concordia non solum fit remissio conditioni ducendi uxorem cum consensu, & primogenituræ, sed vltterius dicitur, firmis tamen fideicommissis in Testamento, &c. & non alias aliter, nec alio modo ad effectum, vt decedente aliquo ex dictis Io. Baptista, Aloysio, & Bartholomæo, & cuiuslibet eorum descendentes sine filiis legitimis, hæreditates transeant in prænominatos, & in eorum, & cuiuslibet eorum Posteror, vt in dictis Testamentis, quare cum Io. Baptista decesserit cum filiis, cessat substitutio Aloysij, & Bartholomæi ex propria conuentione.

Neque facit præsentio, quod in supradictis Testamentis, Aloysius, & Bartholomæus essent substituti, etiam si Io. Baptista decessisset cum filiis, quia in concordia voluerunt, substitutionem habere locum, si decesserint sine filiis, & quamuis præseruentur fideicommissa, additur tamen ad effectum, vt decedente sine filiis, &c. Ita vt ad istum effectum sit facta reseruatio, & effectus, & intentio expressa, attendi debet, alias, ista verba, ad effectum, quæ indicant substantiam negotij, essent superflua, & nihil operarentur.

Nec videtur subsistere, quod transactio fuerit facta tantum ad tollendos dumtaxat supradictos duos casus, cum ea sit amplior, quia post renunciationem factam dictis duobus casibus, nempe Primogenituræ, & conditioni ducendi in uxorem, adduntur sequentia verba, & obligant ad standum supra dictæ renunciationi. alijque infra dicendis, eaque omnia, & singula obseruantur, & manententur. Ita vt transactio sit non solum super istis duobus casibus, sed etiam super aliis expressis infra, quotam omnium, & singulorum obseruantia, & Manotentio promittitur. Sed quidquid sit de verò intellectu concordie, supradicta requirunt altiorem indaginem; Et propterea noluerunt Domini horum prætextu retardare diuisionem in vim obligationis Cameralis.

### Coram Eodem. In Eadem.

#### ARGUMENTVM.

Conuentio de diuidendo non retardatur per exceptiones requirentes altiorem indaginem.

#### SVMMARIVM.

1. Exceptiones contra transactionem de diuidendo requirentes altiorem indaginem, non impediunt illius executionem.
2. Vna pars scripturæ declaratur per aliam.
3. Transactiones super rebus fideicommissariis inscribi possunt.
4. Conuentio clara non retardatur per exceptiones surbitas.

### DECISIO V.

Fuerat coram me resolutum 15. Decembris præteriti, esse exequentur mandatum A. C. pro *Decis. Sat. R. R. De Fratribus;*

continuanda diuisione bonorum communium, iam capta inter Comitem Io. Baptistam de Manellis, & DD. Aloysium, & Bartholomæum fratres, quibus non acquiescentibus, dubio iterum proposito super eisdem, Dominis placuerunt fundamenta primæ decisionis, quam confirmandam dixerunt.

Quia cum transactio, inita inter supradictos, sit scriptura Authentica, & executina, & apoca facta in executione prædictæ transactionis clausulam Cameralem contineat, & exceptiones, quæ opponuntur contra eam ¶ visa fuerint DD. requirere altiorem indaginem, executio non debet ex eis retardari, vt præter deducta in alia decisione, docet text. in l. à Dno Pio, §. super rebus, ff. de re iudic. vbi Bart. & Doct. Covar. *practic. quest. c. 15. in princ.*

Nec exceptiones, quæ ex ipsa transactioe deducuntur, ibi, firmis tamen, & ratis remanentibus omnibus, & singulis fideicommissis, &c. obstant. Nam intellectus, & mens contrahentium est clara, & euident, quod prædicti fratres noluerunt à fideicommissis recedere, & illa dissoluere; sed dumtaxat à qualitatibus, conditionibus, & grauaminibus, per quæ inæqualitas inter eos, & eorum descendentes inducebatur; vt constat ex illis verbis transactionis, volueruntque dictæ Partes stipulantes; quod dictæ Hæreditates Claudij, & Gineuræ æqualiter in omnibus, & per omnia extendantur; pottinganturque tam ad præfatos Comitem Io. Baptistam, Aloysium, & Bartholomæum, quam ad eorum, & cuiuslibet eorum filios descendentes, &c. Et ibi, ita vt præmissorum occasione in, & super dictis hæreditatibus Claudij, & Gineuræ nullus ex prænominatis præterdere possit maiusius, maioremque actionem, seu aliquam prælationem contra alium, nec alter contra alterum; peinde ac si dicta conditio ducendi uxorem cum consensu supradicto, non fuisset apposita, &c. ¶ Et vna pars scripturæ debet intelligi, & declarari per aliam, faciunt text. in l. hæredes paulam, §. 1. in fine, ibi, vel ex vniuersi scripturæ, ff. de testam. in l. si seruus plurimum, §. vlt. ibi, item eorum, quæ præcedunt, vel quæ sequuntur, ff. de leg. 1. Neque DD. visa fuit obstare exceptio præsentiois fideicommissorum, ex quorum tenore per obitum Co. Io. Baptistæ ex aduerso prætenditur fuisse purificatum fideicommissum ad fauorem Aloysij, & Bartholomæi fratrum substitutorum, si quidem ex concordia, & conuentione facta inter ipsos fratres reciproce substitutos, deficit conditio substitutionis in fauorem Aduersariorum ad *cons. Oldr. ad. 21.* cum dubium non sit, huiusmodi ¶ facta; & transactiones super rebus fideicommissariis in quantum tangunt interesse fideicommissariorum, iniri posse, Peregr. *de fideicommiss. art. 12. num. 81. & segg.* Mantie. *de tacit. lib. 26. tit. 4. num. 10.* cum aliis per addent. ad S. M. Greg. XV. *decis. 4. §. nu. 16.* Et propterea bene poterunt detogare conditioni de ducen. uxorem cum consensu, obstaculo Primogenituræ, & reciproce ad effectum; vt si quis eorum sine filiis decesseret, hæreditates ad eisdem, eorumque filios peruenirent.

Et licet in dicta concordia fideicommissa fuerint expressè in suo robore præseruata, tamen talis præseruatio intelligitur emanasse ne contingeret dubitari, quod partes sensissent per diuisionem illis renunciare, sed non operatur ad protrahendam successiorem filiorum iuxta seriem fideicommissorum; quia daretur correctio incontinenti eorum, & disposita sunt, & verba prædicta. Ad effectum quod &c. essent vitiosa; & superflua, ad latè tradita per

Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 12. in princ.

Minus obstat, quod exceptio fideicommissorum sit clara, replicatio vero concordiae, & transactionis sit turbida, & ideo veniat attendenda exceptio ad impediendam diuisionem, quia tollitur, cum agatur ꝑ ex clara conuentione fundata in facto de diuidendo, sed exceptio ratione dictae concordiae remanet turbida, & propterea opponentibus Aloysio, & Bartholomaeo de dictis fideicommissis motiuum non intrat, Rot. decis. 237. num. 1. & 2. part. 1. diuers. & in Imolen. Bonorum 8. Martij 1596. coram Cardinali Pamphilio.

Quae autem dicuntur de testamento Flaminij, non sunt praesentis inspectionis; cum non agatur de aliqua diuisione bonorum illius, nec decisio, quae hodie reuideretur, de eo loquatur. Et in omnem casum, cum agatur de iuribus prouenientibus ex diuersis Instrumentis, & sic de materia diuidua, bene poterit exequi mandatum pro continuanda diuisione bonorum haereditariorum, luniparæ, & Claudij, vt nouissimè fuit resolutum in Bononien. de Mansolis 19. Februarij praeteriti coram R. D. M. Decano, ex quibus tollitur obiectum de Indiuiditate Decreti A. C.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

R. P. D. DVNOZET.

Firmata Fideicommissi de Carradotis.

Luna 5. Martij 1629.

ARGUMENTVM.

Agitur de materia substitutionum, quando foeminae sunt vocatae post masculos, quo casu succedant.

SVMMARIVM.

- 1 Substitutio facta de filiis, intelligitur de masculis, & foeminis.
- 2 Clausula, quando non stat de per se, & est appositae ad aliquod qualificandum, tunc illud tantum qualificat.
- 3 Et hoc multo magis procedit in adiectione conditionis facta per modum continuationis, seu coniunctiue.
- 4 Dicitur, Accusis sit natura.
- 5 Dicitur, Ac, est coniuuatiua, & repetit terminos praecedentes.
- 6 Verba, ac etiam, de sui natura stant ampliatiuè, propter diuisionem, etiam, & num. 7.
- 8 Clausula, & omni meliori, &c. posita in substitutione, quid operetur.
- 9 Ex testamento renocato non potest declarari illud reuocans.
- 10 Substitutio fideicommissaria, quando resoluatur in singularitatem, & vide num. 11. & 12.
- 13 Cessio, & renunciatio personalis non egreditur personam.
- 14 Renunciatio facta ad fauorem vnius non prodest, nec suffragatur alteri.
- 15 Et hoc maxime quando non militat eadem ratio.
- 16 Proprietatis quando non censetur renunciatum.

17 Proprietatis in suspensio manere non debet.

DECISIO VI.

Maria Bonacursia condidit Testamentum, in quo Lelium, Philippum, Accursium, ac Iosephum eius ex Baptista fratre nepotes haeredes instituit; Quibus deficientibus sine filiis legitimis, & naturalibus vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum substituit filios Accursij, & filios Ludouici alterius nepotis praetermissi, ita quod proueniente casu mortis praedictorum de bonis sic morientis medietas vna recadat filiis Accursij, & altera filiis Ludouici succedendo in stirpes, & non in capita, ac etiam adiecta conditione, quod deficientibus masculis foeminae succedant, non solum modo praedicto, sed omni alio meliori. Primo loco decesserunt Lelios, & Philippus sine filiis, deinde Accursius relictis Baptista, & Ludouica, tandem vita functo Baptista, ortaque lite inter Ludouicam eius sororem, Iosephum, & filios Ludouici coram bo. me. Buratto 10. Martij 1623. fuit dubitatum, an constaret de fideicommissio, eiusque purificatione ad fauorem Ludouicæ & affirmatiue resolutum cum reseruatione, nisi obstaret super existentia Iosephi, de qua particulariter videri mandarunt. Hodie Ludouica prosequente causam, & filiis Ludouici d. resolutioni non acquiescentibus, dubitavi an esset standum in decisio, & an obstaret super existentia Iosephi, & DD. distinctè procedendo censuerunt Ludouicam hodie non posse agere ad portionem Iosephi, nec ad Ludouici, sed posse agere ad portionem eorundem Lelij, & Philippi, quae peruenit ad Baptistam, de portione vero Accursij mandarunt particulariter videri.

Pro necessario autem huius distinctionis, & vocationis praedictae fundamento firmarunt. Primo dicta verba (ac etiam conditione adiecta, quod deficientibus masculis foeminae non succedant) non referri ad haeredes institutos, sed ad filios Accursij, & Ludouici substitutos discretiue, cum nulla sit inter ipsos filios facta reciproca, vt etiam supponitur in dicta decisione coram bo. me. Buratto, & clarè patet, quia substitutio filiorum dupliciter declarata legitur sub clausula, ita quod; nempe primo, quod proueniente casu mortis haeredum de bonis sic morientis medietas recaderet filiis Accursij, medietas filiis Ludouici succedendo in stirpes; Secundo, quod deficientibus masculis foeminae succedant, & sic verba praedicta ad declarandam substitutionem filiorum adiecta apparent. ꝑ Tum quia cum Testatrix bis substituisset filios, & substitutio intelligeretur de masculis, & foeminis, Rota coram Gregorio XV. decis. 514. num. 1. & seq. ad tollend. concursum foeminatum cum fratribus masculis, ac inducendam eorum successiuam post illos vocationem, opus erat 2 adijcere dicta verba. Tum ꝑ quia clausula praedicta non stat de per se, ac sub clausula, ita quod, ac immediate cohaeret substitutioni filiorum, & proinde illam tantum qualificat, Alex. conf. 48. num. 8. lib. 1. Soc. lun. conf. 118. num. 100 & 101. lib. 1. Gab. de claus. conclus. 9. num. 11. & in claus. par. 4. claus. 27. praeter- 3 tim ꝑ cum versetur in adiectione conditionis Soc. & Gabr. vbi supra, & facta per modum continuationis, seu coniunctiue, Ruin. conf. 114. num. 15. lib. 3. Gabr. d. conclus. 9. num. 26. & d. claus. 27. num. 7. & subesset dicta ratio ita declarandi substitutionem. Tum demum, quia Lelio, Philippo, Accursio, & Iosepho nominatim institutis iam facta fuerat substitutio

tatio de dictis filiis, & declarata, vt intraret in bonis morientis in stirpes. Vnde propterea, & quia circa dictos institutos in applicabilis est distinctio de masculis, & fœminis, clausula non potest ad eos referri, sed ad filios restringitur.

Secundo firmarunt, per dicta verba Ludouicam fuisse vocatam ad portionem, ad quam fuerunt vocati filij Accursij post Baptistam eius fratrem, ne dum per vulgarem, sed etiam per fideicommissariam ex rationibus in dicta decisione coram bo. me. Buratto, quæ DD. placuerunt.

Nec esse faciendam distinctionem, an lectura sit per pronomen, hac, vel per distinctionem, ac, quia etiam per dictionem, ac, verbum, † deficientibus importat, nedum non existentiam, sed & multo magis, & ex propria significatione deficientiam post mortem, Bero. *conf. 66. num. 16. lib. 1. Patil. conf. 18. num. 12. & 13. lib. 2. Card. conf. 49. sub num. 1. Sim. de Præt. de interpret. ult. vol. fol. 268. num. 6.* & fuit dictum in Reatina fideicommissi 14. Martij 1622. coram bo. memoria Vbaldo.

5 Nec obstat, quod dictio, ac, sit continuatiua, & repetat terminos præcedentis substitutionis, Pereg. *de fideicom. artic. 15. num. 31. in fine.* Quia hoc potest considerari, quando præcedens substitutio defecisset, sed in casu nostro substitutio filiorum Accursij purificata fuit in Baptista, ob cuius deinde mortem, & deficientiam intrat sequens vocatio fœminarum, 6 & sic Ludouicæ facta per verba, † ac etiam, quæ stant de sui natura ampliatiuè ob dictionem, etiam, Seraph. *decis. 562. num. 1.* Rebuff. Aret. Menoch. & Bero. in alia decisione citati, & in Bononien. de Malueriis 14. Junij coram R. P. D. meo Pironano, & multo magis stante dicta patiter ampliatiua adiecta, vt in eadem decisione consideratur: præter quam quod (vt in ea subjicitur) subjiceret etiam verba esse 7 dubia, ad hoc, vt verbum † deficientibus dicatur indeterminatum, & non restrictum ex allegatis in ea, & in Ferrarien. fideicommissi de Ralutiis 25. Februarij 1622. coram R. P. D. meo Merlino. Et deum res visa est clarior, dum substitutio filiorum præcedens cantat vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, & subjicitur ista ampliatiua declaratio, & vocatio fœminarum deficientibus masculis cum clausula non solum modo prædicto, sed omni 8 alio meliori, per † quam dicitur reperita fideicommissaria, & vertitur etiam vulgaris in fideicommissariam, vt in dicta decisione coram bona mem. Buratto, & præter in ea relatos, quod habeat vim clausulæ vulgariter, & per fideicommissum, Sim. de Præt. *de interpret. lib. 2. fol. 128. num. 20.* Fufar. *de substit. quasi. 245. num. 67. & 68.*

Non obstat, quod in primo testamento Mariæ substitutio fœminarum restricta sit ad tempus obitus institutorum, vt deducant informantes pro filiis Ludouici ponderando verba (non essendoci figli maschi.) Quia (quicquid sit) semper intrat responsio d. decisionis † ex testamento reuocato non posse declarari illud reuocans, Bar. *in l. statius florius, num. 2. ff. de iura Fisci, in cap. 1. in prima lectura, numero 58. vers. sed ade, & in secunda, num. 14. de constit. Sim. de Præt. de interpret. lib. 1. fol. 20. num. 54. post medium,* idque magis in casu isto, quo in primo testamento legitur institutus Ludouicus, qui non fuit institutus in secundo, & sic apparet in substantialibus, fuisse mutatam voluntatem testatricis.

Tertio firmarunt dicta verba, quibus decedentibus, per quæ concepta legitur substitutio, cum insti-

10 tuti adiuerint hæreditatem, & sic versetur † in fideicommissaria resoluti in singularitatem, ita vt in portione cuiuslibet hæredis decedentis intrat substitutio, l. Lucius 78. §. Caiso, vbi Cast. *num. 2. ff. ad Trebell. Barr. in leg. hæredes mei, §. cum ita, sub num. 4. vbi alij, eod. tit. Pereg. de fideicom. artic. 13. num. 33.* Fufar. *de substit. quasi. 473. num. 22. & 23.* Rota coram Seraph. *decis. 1190. num. 4. & coram Gregorio XV. decis. 296. num. 4. & 5.*

Sicut autem nulla facta fuit reciproca substitutio inter hæredes, ita non potest applicari limitatio; 11 † quando super est persona ex verisimili mente testatoris excludens substitutum, cum talis non sit Ioseph, qui non est de descendantibus Testatricis, vt ex communi firmant, Socin. *in d. §. cum ita, num. 26. post med. vers. contrarium, Rip. num. 132. Zanch. num. 1072. ibid. Patil. conf. 42. num. 28. lib. 2. Mant. de eoniell. lib. 12. tit. 5. num. 19. vers. addo, Menoch. *praf. 186. num. 19. & 20. lib. 4. Pereg. d. artic. 13. num. 36.* Fufar. *quasi. 472. num. 10. 12. & 16. & quasi. 473. num. 32.* Seraph. *vbi supra, vers. neque frater.**

Idque clarius comprobatur per declarationem 12 subjctam, ita quod proueniente † casu mortis prædictorum de bonis sic morientis, &c. ostendentem in cuiuslibet decedentis persona intrare substitutionem, Cast. *d. §. cum ita, num. 4. vbi Ripa num. 83. & 86. Mant. d. tit. 5. in princ. & num. 1. in fine, Menoch. dicta *praf. 186. num. 6. & 7. Pereg. d. artic. 13. num. 29. & 30. Fufar. d. quasi. 473. num. 11. & seq.**

Ex quibus sequebatur distinctio portionum, vt supra facta, & resolutio Ludouicam posse hodie agere ad portionem Lelij, & Philippi, quæ peruenit ad Baptistam.

Quod autem hodie non possit agere ad portionem Iosephi pater, quia ipse est institutus in testamento Mariæ, & adhuc viuit.

Nec obstat, quod idem postea diuidendo bona inter nepotes consignauerit bona Mariæ Baptistæ cedendo eidem vsufructum. Quia consignatio facta fuit respectu bonorum emptorum, & cessio vsufructus fuit personalis ad fauorem nepotum pro pace, & quiete ipsorum: quæ ratio non militat respectu Ludouicæ, idè vt cessio, † & renunciatio personalis non egreditur personas nepotum, Patil. *conf. 11. num. 90. lib. 1. & conf. 11. num. 95. lib. 2. Becc. conf. 74. num. 25. Surd. decis. 163. num. 10. vers. & non extenditur, & ita respectu istius portionis Iosephi 14 non potest † extendi ad Ludouicam, nec ei potest suffragari, l. Iubemus, C. ad Velleian. Surd. *decis. 163. n. 10.* & fuit dictum in Paduana feudi 4. Februarij 151600. coram Lancallotto, maxime † cum in illa non militet ratio quietis, & pacis considerata in nepotibus, Patil. *d. conf. 12. num. 91. lib. 1. Ruin. conf. 240. num. 9. lib. 1.**

Nec obstat, quod Ioseph, & alij fratres fecerint vnionem omnium bonorum paternorum emptorum, & relictorum à Maria, & voluerint, quod omnes fratres, & vtusquisque ipsorum sint domini fructuum bonorum, & quod vltimus superstes sit dominus vsufructuarius, vnde Ludouica inferit, quod fuerit renunciatum proprietati. Quia DD. placuit 16 responsio, quod hic † proptietas fuit posita in communione, & quod de ea non possit disponi, & quod vltimus superstes frater succedat, & demum ista vnio fuit restricta ad fauorem ipsorum fratrum, & filiorum masculorum Ludouici, & Accursij. Vnde Ludouica non nominata, non potest se fundare in ista vnione, maxime cum in *cap. 18. in sum. num. 7. iudicem*

fratres dicant (che non potendo stare insieme possino ripigliare ciascheduno il suo, & viuere da se) vnde apparet non fuisse renunciatum proprietati, quae  
17 † non debet stare in suspenso.

Quod demum non possit agere ad portionem Lelij, & Philippi peruentam ad filios Ludouici visum fuit ex eo, quod cum in testamento Matiae tam filij Ludouici, quam filij Accursij fuerint substituti dictis Lelio, & Philippo, pro aequalibus portionibus, medietas successionis vigore dictae substitutionis spectat ad filios Ludouici, & consequenter Ludouica filia Accursij nihil in ea potest praerendere.

Non obstat, fundamentum informantium pro Ludouica, quod licet etiam filij Ludouici legantur substituti, tamen id fuerit suasionibus Philippi contra voluntatem testatricis, qui proinde Philippus in Instrumento vnionis declarauit, quod filij Ludouici nihil ex Matiae testamento praerendere possent, sed omnia bona spectare deberent ad filios Accursij, quibus alias omnia bona sua relinquebat, quodque ista declaratio dum fuerit ab omnibus fratribus tunc acceptata, sed postea etiam specialiter a filiis Ludouici cum renuntiatione iurium eisdem ex dicto testamento competentium.

Fuit enim responsum dictam declarationem Philippi non esse attendendam, quia est contraria verbis testamenti Matiae, quae voluit, quod filij Ludouici succederent pro medietate vna cum filiis Accursij, vt dictum est supra.

Nec releuat, quod dicta declaratio Philippi fuerit acceptata a filiis Ludouici. Quia cum dicta declaratio fuerit facta in instrumento vnionis bonorum, & sit correspondens ad fideicommissum conuentionale factum inter praedictos fratres, & nepotes in eodem instrumento vnionis bonorum ad fauorem masculorum Domus de Carradoris, acceptatio praedicta debet intelligi cum dicta qualitate fideicommissi conuentionalis ad fauorem masculorum, a quo Ludouica vti foemina remanet exclusa.

Et ita vtraque parte informante, &c.

### R. P. D. VEROSPPIO.

Afflicten. Dotis.

Veneris 22. Iunij 1629.

### ARGUMENTVM.

Obligatio Fratris minoris pro dote Sororis a Statuto exclusae est nulla, si ab auo Dos fuerit relicta.

### SUMMARIVM.

- 1<sup>a</sup> Minoris obligatio facta absque causa a iure requisita, non confirmatur ex alia causa, etiam Dotis, seclusa illius necessitate, num. 2.
- 3<sup>a</sup> Dotandi sororem necessitas in fratre sublata est, si fuerit ab auo relicta dos, pro qua ipsa habet haeres obligatos, num. 4.
- 5<sup>a</sup> Minor haeres pro rata, in solidum conueniri non potest pro dote, etiam quod cohaeres non sit soluendo, & se obligauerit pro rata, num. 6.
- 7<sup>a</sup> Minor ipso iure seruatur illa data nullitate contractus, potest agere ad restitutionem in integrum.
- 8<sup>a</sup> Minor tam contra tutorem, quam rescissionem contractus, & eum cuius fauore est obligatus.
- 9<sup>a</sup> In contractibus minorum requiritur Insinuatio ex Constitutione Aegidiana.

10 Solemnitates statuti ad validitatem contractus sunt seruanda.

21 Nullitate data obligationis dotis, fructus non debentur ob dilatum dotis solutionem.

### DECISIO VII.

**C**VM ex promissione, & obligatione Camerali (qua Bernardinum filium minorem pro Clara germanae sororis dote Palminia mater, & tutrix teneti voluit) Franciscus Mita Clarae vir egerit contra Bernardinum coram A. C. & mandatum obringerit tam pro dote, quam pro fructibus, quos vt eidem debitos propter onera matrimonij idem A. C. taxauit ad rationem sex pro centenario. Domini proposito hodie a me dubio super eorundem mandatorum confirmatione, illa dixerunt reuocanda, cum nulla, & inualida visa fuerit obligatio huius minoris.

Quod enim ex testamento Bernardini Luccatelli senioris haberet Clara eiusdem Bernardini neptis, legatam sibi dotem scutorum trium millium, non poterat considerari causa, † quae de iure requisita eandem obligationem confirmaret, l. non est, l. & si is, C. de praed. minor. Roland. conf. 33. num. 20. lib. 1. Afflicten. decis. 269. num. 1. Rot. decis. 153. num. 11. & 12. & decis. 177. nu. 5. & 6. par. 1. recent. † Et exclusa necessitate, sola dotis causa satis non erat ad sustinendum eiusdem minoris obligationem, Gabr. conf. 20. num. 40. lib. 2. Rota in Anconitana dotis 27. Nov. 1598. coram Card. Lancell. & decis. 177. num. 11. par. 1. recent.

Esquidem ex testamento Aui non solum videre erat eam dotandi necessitatem in fratre sublata, cum † dos intuitu patris praesumeretur ab auo relicta, l. dedit dotem, ff. de collat. bonor. Ang. in l. in quarta, ff. ad l. falcid. Gabr. de iur. dot. conclus. 5. Honded. consil. 30. num. 2. lib. 1. Surd. conf. 361. num. 31. & Statuto Afflicten. excluderet soror ab haereditate paterna, etiam aliunde, & quouis modo dotata, Bart. in l. Titio, §. Titio genero, num. 15. ff. de cond. & demonstr. Bald. in l. si plures, num. 29. C. de cond. insert. Brun. de statut. lib. 6. num. 222. Sociu. lun. conf. 8. num. 2. lib. 2. Becc. conf. 53. num. 1. sed cum in eodem testamento haeres sibi aequaliter Bernardinus institueret Papirium, & Syriacum filios, iniusta fuit oblig. Bernardini Iunioris, dum integram dotem eundem sorori debere tutrix voluit, pro qua ipsa † soror habebat etiam haereses patruum obligatos, l. 1. & ibi not. C. commun. de legat. l. 1. & seq. C. si vnus ex plur. haered. l. pro haered. C. de heredit. actian. Alciat. in l. 1. num. 29. ff. de leg. 1. Negul. de pignor. 1. membr. 8. par. princip. num. 21. vers. tamen puo, Rota, decis. 32. num. 1. & 2. par. 1. diuers.

Et hic sane excessus obligationis cum vim ipsam obligationis perimeret, non licebat obligationem minoris tueri: siue quod non nisi in subsidium eundem tutrix obligauerit, dum scilicet dotem sorori non liceret ab haeresibus Syriaci vindicare, siue quod ratione excessiuitatis dotis vis oblig. Cam. impediti non posset, saltem donec plene probatum fuerit, in quo consisteret excessus, vt in Maceraten. Dotis coram Card. Millino 10. Iunij 1594. post moder. de oblig. cam. decis. 48. Licet enim obligatio non esset pura, sed conditionalis, non idem debuit in eundem minorem transferri, qui † dum erat haeres pro rata, in solidum conueniri non poterat, etiam quod cohaeres soluendo non esset, l. legatorum 34. ff. de leg. 2. Gomel. variar. resol. tom. 2. tit. de indiu. cap. 10. num. 3. Henrig. de fideiuss. c. 24. num. 168. Et excessus non deducit

deducebatur ex quantitate dotis, sed consistebat in ipsa obligatione, † quæ, ut dictum est, non tenebat, nisi pro dimidia, & in quo fines muneris, & officij ipsius pupilli excessit nulla fuit, cum vim donationis haberet, *l. fin. §. cum autem, C. si maior fact. alienat. rat. hab. l. Tutor secundum dignitatem, §. in soluendo, ff. de administr. tut. l. Praeses, & ibi glos. in verb. non sinet, C. de transucl. Mantic. de offic. tut. cap. 32. num. 162. Gutier. de tut. par. 2. cap. 6. Surd. decis. 249 nu. 4. Rota coram Card. Canal. decis. 393. num. 5. & 6.*

Hinc etiam cessabat aliud obiectum, quod minus habebat actionem contra Tutricem, contractum improbare non posset. † Data enim ipsius contractus nullitate ipso iure minor servabatur illæsus, *l. non est, C. de prad. min. l. in causa cognitione 17. §. Pompon. ff. de administr. tut. Gutier. de tut. par. 2. cap. 5. num. 8. Rota in Romana Dotis Mercur. 10. Iunij 1626. coram Reuerendiss. D. meo Decano. Præterquam & in remedio extraordinario † restitutionis in integrum, est etiam in facultate minoris, an velit contra Tutorem agere, an potius ad rescissionem contractus, & contra eum, cuius fauore est obligatus, *l. etiam, & l. fin. C. si tut. vel curat. interu. l. si minoris 26. & ibi glos. ff. de administr. tut. l. Imperatores, ff. de minoribus, Pant. conf. 100. num. 65. lib. 1. Odd. de restit. in integr. par. 1. quaest. 22. art. 3. Surd. decis. 243. nu. 18. Rota decis. 125. num. 3. par. 3. recent.**

Ad defectum causæ addebant Domini aliam nullitatem ob omisam solemnitate in sinuationis in contractibus minorum, etiam requisitam ex constitutione Card. Agidij, quam constitutionem extendit Paul. Tertius ad vniuersam ditionem Ecclesiasticam, vbi particularia statuta de in sinuatione non disponent. Neque enim, quod Statutum Assisien. præscriberet certam formam minorum contractibus, eaque seruata illos haberet pro validis, eadem solemnitas negligi debuit, cum, ut in simili Statuto Perusino declarauit Rota; In sinuatio tanquam solemnitas extrinsecæ, & quæ adhiberi solet post contractum, requiratur ex constitutione Agidiana, præter alias, † quæ ad contractus validitatem, & in ipso contractu ex dispositione particularis Statuti seruandæ essent, ut in Perusino fideiussione 26. Nouembris 1611. coram Cardinale Pamphil. & in recent. decis. 383. par. 2.

Data contractus nullitate, & sublata prima, & præcipua obligatione dotis, neque mandatum relaxatum pro fructibus consistebat, quas tanquam à prima obligatione dependentis Franciscus Mita ob delatam dotis solutionem peribat, *cap. accessorium, de reg. iur. lib. 6. Bald. in Lex testamento, C. de fideicom. Alex. in l. 1. §. si vir, ff. de acquir. poss. Aym. conf. 299. num. 3. Rota lanuen. decis. 61. num. 1. Præter ea, quæ contra hoc idem mandatum obieiebant informantes pro Bernardino, tam quod nulla earundem promissio præcesserit, & oblig. Cam. ultra expressa extendi non posset, quam quod excessiua fuerit ea ratio ad rationem lœx, cessante Statuto, & saltem sustineri non posset, dum neque ad eam fuerat idem minor citatus. Et ita &c.*

condemnationem, an faciant deficere conditionem, si sine filiis, Filius conceptus, nec non natus post purificatum Fideicommissum, quando admittatur in præiudicium substituti.

## SYMMARIUM.

- 1 Filius natus, & conceptus post capitalem patris condemnationem, est incapax eius successionis.
- 2 Filij nati post patris deportationem, non faciunt deficere conditionem, si sine filiis.
- 3 Filius si non sit in rerum natura tempore purificati fideicommissi, & substitutus adsit, an per eius conceptionem, & natiuitatem possit auocari ius quasiuum substituti.
- 4 Text. in l. ex factis, §. ex factis, ff. ad Trebell. declaratur. Banniti nostri temporis non aequiparantur deportatis.
- 5 Natus nemo ingenuè, hodie efficitur seruus pœna.
- 6 Filij banniti nostri temporis nati post bannum faciunt deficere conditionem, si sine filiis.
- 6 Quod procedit etiam, si pater sit declaratus hostis patriæ, & possit impune offendi.
- 7 Bannitorum filij sine dubio sunt capaces fideicommissi, quando sunt vocati dispositiui.
- 8 Filij postea nati an admittantur in præiudicium substituti, cui iam fuit ius acquisitum.
- 9 Filius conceptus, & natus post purificatum fideicommissum, admittitur in præiudicium substituti, sic suadentibus coniecturis.
- 10 In fideicommissis vocatio nasciturorum, tanquam indefinita omnia tempora respicit, & num. 11.
- 12 Filiorum vocatio in testamento facta, quando non possit verificari aliter, quam in filiis postea nascituris.
- 13 Perpetuitas conseruandi bona in familia, & agnatione, implicat vocationem filiorum, quando cunque in posterum nasciturorum.
- 14 Fideicommissum purificatum per alienationem sequentem ex delicto, an faciat incurrere caducitatem.
- 15 Pater non potest priuare commodo successionis filios in fideicommissis vocatos, absque aliqua eorum culpa.
- 16 Dicitio, semper, est vniuersalis, & includit omne tempus.
- 17 Affectio æqualis in testatore sufficit ad præsumendum, quod etiam postea nascituri admitterentur ad fideicommissum.
- 18 Affectio maior præsumitur erga illum, qui primo loco vocatus est, quam in eo, qui secundo loco.
- 19 Testatoris voluntas est pro lege seruanda, & n. 20.
- 21 Testator permittere potest, quod eius bona fideicommissis subiecta per aliquod tempus maneat in suspensio.
- 22 Et hoc maxime, quando probabiliter sperari potest, quod suspensio hac sit cessatura per natiuitatem filiorum.
- 23 Substitutus dicitur acquirere ius reuocabile in bonis fideicommissis subiectis per conditionem subsequenti purificatam, & num. 24.
- 25 Dicitio, liberè, in fideicommissis apposita, commodè refertur ad facultatem capiendæ possessionem bonorum propria auctoritate.
- 26 Dictiones, tunc, & eo casu, in fideicommissis appositæ, stant inclusiue ad substitutos, qui tunc temporis existant.

R. P. D. DVNOZET.

Lucana Successionis.

Veneris prima Februarij 1630.

ARGUMENTVM.

Filij nati, &amp; concepti post capitalem patris

27 *Dictiones, tunc, & eo casu, aliquando flant taxati-  
nò, & limitatiòne, aliquando verò declaratiòne.*

## DECISIO VIII.

**T**homas de Albanis, in casu, quo ipse decederet sine filiis legitimis, & naturalibus, scripsit sibi heredes vniuersales ordine primogenituræ Nicolai, Ludouicum, & Petrum fratres de Thomeis de Petra sancta, cum onere assumendi cognomen, & insignia familiæ de Albanis, & arctissima prohibitione cuiuscumque alienationis, siue voluntariæ, siue necessariæ ex contractu, vel delicto, in quo casu, & casibus substituit alium primogenitum non contrafacientem, vt latius in testamento in actis producto.

Quibus semper saluis, & perpetuò, atque irrevocabiliter observandis, omnia, & singula eius bona pervenire voluit iure Institutionis ad dictum Nicolai, eius vita naturali durante, & post eius mortem ad primogenitum dicti Nicolai, si filios masculos vnum, siue plures legitimos, & naturales habuerit ipse Nicolaus, & eo non extante tempore mortis dicti Nicolai, aut postea decedente quandoque, voluit esse dicta bona primogeniti dicti Nicolai legitimè, & naturaliter nati, & transire de primogenito in primogenitum ex ipso primogenito dicti Nicolai, & postea successivè in alios proximiores in infinitum quousque de linea, & descendibus masculis dicti Nicolai erunt; & sic durante linea dicti Nicolai semper sint dicta bona, & esse voluit primogeniti masculi legitimi, & naturalis dicti Nicolai, & postea primogeniti ex præcedenti primogenito; & sic in infinitum ordine successivo, & postea successivè aliorum proximorum.

Subdens idem Testator, quod in interpretatione præmissorum omnia intelligantur recto sensu absque alia extranea interpretatione: etsi oriretur aliquod dubium, omnia primo interpretentur in favorem lineæ dicti Nicolai, deinde dicti Ludouici, & tertio Petri, semperque præferatur primogenitus ex primogenito ordine successivo in qualibet istarum linearum vna post aliam.

Hæc primogenitura per mortem testatoris sine filio ingressa est lineam Nicolai primo loco vocari, quæ adhuc durat, defuncto enim Nicolao superstitibus Vincètio, Thoma, & Therano eius filiis, Vincentius vti primogenitus Nicolai adeptus est liberam possessionem omnium bonorum suppositorum huic fideicommissio; cumque is fuerit capitaliter bannitus adiecta pœna publicationis omnium bonorum, & Fiscus Florentinus exhibitio testamento omnia restituerit Thomæ fratri germano Vincentij.

Interim durante banno Vincentius prædictus ex eius legitima vxore suscepit filium masculum Ioannem Franciscum, qui cum vti primogenitus ex primogenito Nicolai prætenderet vendicatis bona fideicommissaria de manibus Thomæ patris, & respectivè secundogeniti, fuit coram me dubitatum an fideicommissum fuerit purificatum ad favorem filij primogeniti nati, & concepti post bannum Vincentij patris, & Domini affirmativè resoluerunt.

Non enim controuerti poterat filiatio Io. Francisci ex Vincentio primogenito Nicolai, quam optimè probant testes pro eius parte formiter examinati, neque caducitas incurta per Vincentium ex delicto, & banno subsecuto cum huius occasione Thomas occupauerit omnia bona huic primogenituræ subiecta minusque reuocatur in dubium, quin

Ioannes Franciscus vti primogenitus ex Vincentio primogenito Nicolai sit alias, vt primogenitus primogeniti præferendus, cum hoc expressè in testamento legatur dispositum.

Sed duo tantum dicto Io. Francisco obijciebantur, primo videlicet incapacitas successionis, ex quo natus est, † & conceptus post capitalem Patris condemnationem, arg. Tex. & ibi not. per Scriben. in *l. ex facto, §. ex facto, tit. de Sen. Conf. Trebell.* vbi quod filij nati † post patris deportationem, non faciunt deficere conditionem, si sine filiis.

Secundò, quod cum Ioannes Franciscus tempore delicti, & sic cedentis fideicommissi nondum esset natus, neque conceptus, per subsecutam eius conceptionem, & natiuitatem non potuit auocari ius quæsitum Thomæ patri, qui erat in rerum natura tempore purificari fideicommissi, † & reperiebatur substitutus Vincentio fratri, quatenus is filios non haberet, quæ fuit originis opinio, Lambert. de Rampon. quem refert, & sequitur Io. And. in *rubr. de testam. addit. 1. vers. item Lambertinus*, cum aliis relatis per Peregr. *de fideicom. art. 22. nu. 7.* quorum neutrum Domini obstare dixerunt Ioanni Francisco, quo minus fideicommissum in eius favorem sit purificatum.

4 Nam ad Tex. *in allegata l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Sen. Conf. Trebell.* fuit responsum, bannitos nostri temporis non æquiparari deportatis, quia hodie nemo ingenuè † natus efficitur seruus pœnæ, *auth. sed hodie, C. de donat. inter vir. & vxor.* Ripa in *d. l. ex facto, §. ex facto, nu. 17.* Bald. in *l. 1. in fin. C. de hered. instit. Nat. conf. 472. num. 19.* Peregr. *de iur. fisc. lib. 3. tit. 6. num. 47.* & idè filij banniti nostri † temporis nati post bannum, faciunt deficere conditionem, si sine filiis, etiam si patet sit declaratus hostis patriæ, possitque impunè offendi, Ripa in *d. l. ex facto, num. 13. & 17.* Socin. in *l. cum auus, num. 107. ff. de cond. & demonstr. Petr. de fideic. quest. 3. num. 19. & seq. & 9. 11. num. 611.* Fular. qui testatur se pro hac parte consultuisse, *quest. 424. num. 1. si fideicom.*

Fuit etiam secundo responsum, dispositionem Tex. *in l. ex facto*, loqui solum filiis positus in conditione, Peregr. *de iur. Fisc. lib. 3. tit. 9. num. 7. & 8.* Indeque non applicari casui nostro, vbi primogenitus Vincentij (qualis est Ioannes Franciscus) non fuit simpliciter in conditione positus † sed dispositivè vocatus, quo casu indubitari iuris est, esse capace[m] successionis, siue natus, & conceptus sit ante, siue post Patris condemnationem, Sec. Iun. *conf. 174. num. 19. lib. 4. Gabr. confil. 113. num. 36. lib. 1. Peregr. d. lib. 3. tit. 7. num. 22. & 47. Petr. d. quest. 11. num. 632. & seqq. Rimin. Iun. conf. 464. num. 56. Fular. d. quest. 424. num. 5.*

Quò verò ad secundum, licet ardua, & anceps sit quæstio, an filij postea nati admittantur in præiudicium substituti, † cui iam fuit ius acquisitum tanquam prænati tempore purificatæ conditionis, etenim affirmatiuam per Tex. & iura concordantia in *l. peto, §. fratri, ff. de leg. 2.* sustinent plures relati per Peregr. *de fideicom. art. 22. num. 73. & 74. & per Fular. quest. 418. numero 12.*

Negatiuam autem post Lambert. de Rampon. tenet Alba. *conf. 106. num. 5. 6. & 7.* cum aliis relatis pariter per Peregr. *d. art. 22. num. 72.* Fular. *alleg. quest. 318. num. 57. & 58.*

Tamen in præsentis casu videtur cessare omnis ambiguitas ex vrgentissimis coniecturis suadentibus prælationem Ioannis Francisci filij primogeniti ex Vincen-



9 Vincentio, quibus concurrentibus ¶ eundem esse præferendum, quamuis non extaret in rerum natura tempore purificationis fideicommissi, sed postea sit natus, atque conceptus, tradit Socin. Sen. conf. 11. num. 41. & segg. lib. 4. Peteg. de fideic. art. 22. num. 74. in fin. Petr. de fideic. quest. 11. num. 601. Gratian. discept. cap. 776. num. 17 & 18. Fulat. quest. 118. num. 77. & firmavit Rota in Romana Pecuniaria 30. Aprilis 1629. coram R.P.D. meo Merlino.

Mens autem, & voluntas testatoris in casu nostro determinatur primo, ex quo vocavit primo loco Nicolaum, deinde filios ex ipso nascituros ordine primogenituræ in infinitum subiecta prohibitione alienationis, ut bona conferentur in familia: qua stante vocationem nasciturorum non attenditur existentia de tempore purificationis conditionis, sed quodcumque filius nascatur, dummodo sit primogenitus, & proximior admitti debet Soc. Iun. conf. 172. num. 11. & 12. vol. 2. Rota. conf. 160. vol. 2. sub nu. 11. & 13. vbi quod

10 ¶ vocatio nasciturorum resoluitur in conditionem, si nasceretur, quæ tanquam indeterminata omnia tempora respicit, per l. si sita, la secunda, ff. de cond. & demonstrat. quam esse limitationem indubitatam ad regulam contrariam, censuit Tornell. in §. quidam re-  
11 lè, num. 28. l. gallus de lib. & posthum. Gabr. conf. 101. num. 14. 15. & 16. lib. 2. Peteg. d. cap. 22. num. 76. vbi

11 quod ¶ hæc limitatio est verissima, & menti testatoris multum consona, Suid. conf. 125. num. 30. & 34. & sequuta est Rota in allegata Romana Pecuniaria coram R.P.D. meo Merlino.

Vocatio autem nasciturorum in testamento Thomæ Albiani est certissima, nedum, quia vocavit primo Ludovicum, & Petrum eorumque filios vnum post alium ordine primogenituræ, quorum nullus tunc temporis filios susceperat: Vnde nominatio ¶ filiorum, ex illis non potest aliter verificari, quam in filiis postea nascituris, Soc. Iun. d. conf. 172. num. 28. lib. 2. Peteg. conf. vlt. num. 4. vers. quod igitur, lib. 5. Fulat. d. quest. 318. num. 29.

Verum etiam, quia declaravit se velle constituere perpetuam primogenituram, subiecta prohibitione alienationis, ut bona perpetuo, & in infinitum conferentur in familia, & agnatione, quæ perpetuitas ¶ implicat vocationem filiorum quodcumque in posterum natorum, l. cum ita legatur, §. in fideicommissis in fin. ff. de leg. 1. Soc. Sen. in l. si cognatus, num. 30. in fin. ff. de reb. dub. lat. in l. quatuor, la prima, num. 2. vers. 2. limita, qui dicit, digito l. gandum, Suid. d. consil. 125. num. 20. & seg. & admittit Peteg. d. art. 22. num. 77. & benè ponderavit R.P.D. meus Merlinus in allegata Romana Pecuniaria.

Secunda idem etiam conjicitur ex natura conditionis purificationis, quia non agitur de fideicommissio purificationis per conditionem causalem, & contingentem sine alicuius culpa, sed de fideicommissio purificationis ¶ per alienationem sequentem ex delicto, & caducitatem subindè incursum cum delatione successionis in alium ordinem primogenituræ successivè vocatum, iux. Tex. in l. Imp. ff. de fideic. Libert. Gabr. de delict. in consil. 24. num. 3. Clar. quest. 78. vers. Item quæro nunquid. Fatu. quest. 25. num. 35. Vndè ne admittamus quod fuerit in potestate Vincentij delinquentis private commodo huius successionis ¶ filios ex ipso nascituros absque aliqua eorum culpa dicendum est, eosdem fuisse vocatos quamuis natos post delictum, & commissam caducitatem, Castr. d. conf. 274. num. 4. lib. 1. Peteg. de fideic. art. 22. num. 75. Ceph. conf. 318. num. 67. Rota in acta Romana Pecuniaria coram

R.P.D. meo Merlino.

Tertio cum Ioannes Franciscus sit primogenitus Vincentij primogeniti Nicolai, & testator expressè disposuerit, quod durante linea primogeniti dicti Nicolai hæc semper sit admittenda exclusa linea secundogeniti, quæ solum succedat deficiente linea primogeniti, utique dicendum est, quod testator voluerit admitti primogenitum Vincentij primogeniti Nicolai, quamuis notum post purificationem fideicommissum alias non esset verum, quod durante linea primogeniti ex primogenito hæc semper, & quodcumque succedat, prout testator expressè voluit, ponderando ¶ vim ¶ illius dictionis vniuersalis, (semper) quæ includit omne tempus, l. 1. ff. solut. matrim. l. quia semper, ff. de in l. ius voc.

Quarto, ex prædictis non solum inferitur, testatorem æqualem habuisse affectionem ad filios etiam postea natos cum omni tempore eos vocet, dummodo in iis concurrat qualitas descendentiæ ex primogenito primogeniti dicti Nicolai, quæ sola ¶ æqualis affectio sufficit ad præsumendum, quod testator etiam de postea natis sentierit, Natt. conf. 675. num. 4. & segg. Suid. d. conf. 125. num. 34.

Quinimo ex dictis verbis, & durante linea primogeniti ex primogenito Nicolai semper, &c. & postea succedat linea secundogeniti, &c. aperte conjicitur, magis fuisse dilectam lineam primogeniti, quam lineam secundogeniti, maior enim ¶ semper affectio præsumitur erga lineam primo loco vocatam, quam erga secundo vocatam, l. pupillus, §. lasso, ff. de test. & demonstr. Suid. d. conf. 125. num. 27.

Quinto idem conjicitur, ex quo testator quasi prælagas controuertit, quæ oriri poterat super intelligentia lute dispositionis mandauit verba sui testamenti intelligi ¶ debere recto sensu remotis iuris subtilitatibus facit Rot. decis. 463. num. 22. par. 1. recent. & quatenus contingat aliquis casus dubius, voluit eam capi interpretationem, quæ est fauorabilis primogenito, & successivè primogenitis ex ipso descendentibus, vndè hodie suborta questione inter Io. Franciscum primogenitum ex primogenito Nicolai primo loco vocati, utique in dubio pro ipsius admissione est pronuntiandum, juxta expressam dispositionem ¶ Thomæ testatoris, ¶ cuius voluntas pro lege servari debet, §. disponat, auth. de nuptiis.

Atque ex his visum fuit Dominis non esse inconueniens, quod dominium bonorum subiectorum huic primogenituræ per aliquod temporis spatium steterit in suspensio. ¶ cum hoc voluerit testator, qui id permittere poterat, ad l. qui hæredibus, §. fin. ff. de condit. & demonstr. Peteg. d. art. 22. num. 73. vers. totumque Rota coram Reuerendiss. Domino meo Coccino Decano, decis. 166. num. 3. donec præsertim probabiliter sperari ¶ poterat, quod ¶ suspensio hæc esset cessatura per natiuitatem filiorum Vincentij, Castr. d. conf. 247. num. 31. lib. 1. Peteg. d. art. 22. num. 74. Fulat. quest. 318. num. 66. & 79.

23 Et interim Thomas dicebatur acquisivisse in his bonis jus aliquod reuocabile per subsecutam natiuitatem Io. Francisci primogeniti ex primogenito Nicolai, Petr. de fideicommiss. quest. 11. num. 586. Peteg. d. art. 22. num. 74. & 75. Suid. d. conf. 125. num. 43. 44. & 45. Fachin. controu. iur. cap. 88. vers. Nec difficile, lib. 4. & fuit dictum in præfata Romana pecuniaria coram R.P.D. meo Merlino.

24 Perindeque idem Thomas restituere debet bona filio primogenito Vincentij postea nato, quia per fideicommissum, Bald. & alij communiunt in l. peto, §.

fratre, ff. de leg. 2. Surd. conf. 115. nu. 48 & 49. Nat. conf. 675. num. 8.

Neque obstat, quod testator in casu alienationis, vel delicti priuauerit alienantem, vel delinquentem mandando bona deferti liberè substitutis ordine primogenituræ, quam dictionem (*liberè*) scribentes pro Thoma intelligebant irrevocabiliter.

Placuit enim responsio data per D. Beriolium scribentem pro Ioanne Francisco, nimirum dictionem (*liberè*) † posse commodè referri ad facultatem capiendi possessionem bonorum propria auctoritate absque contradictione, iuxta Tex. in cap. 1. de locat. & cap. statum. de reg. cap. cum plures, ubi glos. in verbo, *liberè*, de offic. deleg. in 6. neque propterea intelligendam esse, ut stet irrevocabiliter, hoc enim esset destruere mentem ipsius Testatoris, qui ex prædictis voluit in omnem casum præferti primogenitum ex primogenito Nicolai in concursu cum secundogenito, qualis est Thomas.

Minus obstat, quod Testator in casu contrauentionis substituerit proximiores tunc extantes, licet enim dictiones † (*tunc, & eo casu*) stent inclusivè ad substitutos, qui tunc temporis extabant, non tamen semper stant exclusivè ad alios, qui postea supernascentur. Magon. decis. Florent. 38. num. 39. Nat. d. conf. 675. num. 12 & 13. prout in his terminis tradit Petr. de fidei-  
27 com. quest. 11. num. 590. & non est † novum dictiones (*tunc, & eo casu*) alioquin taxatiuas, & limitatiuas stare quandoque declarativè, si id suadeat voluntas testatoris. Menoch. conf. 117. num. 29. Soc. Iun. conf. 145. num. 29. lib. 3. Surd. conf. 344. num. 13.

Et ita fuit resolutum pro Ioanne Francisco vtraque parte informante.

R. P. D. VEROSPPIO.

Afflicen. Dotis.

Luna 29. Aprilis 1630.

ARGUMENTVM.

Legatum relictum à Patre pro dote Filiabus, quæ primò nupserint, debetur tertiæ filiæ, mortuis duabus natu maioribus; Et dos relictæ ab Auo imputatur in legitimam, si contemplatione patris relictæ fuerit.

SYMMARIUM.

- 1 Legatum relictum à Patre pro dote filiabus, quæ primò nuberent, an debeatur tertiæ filiæ, mortuis alijs natu maioribus.
- 2 Dos relictæ ab Auo censetur contemplatione patris relictæ, & tenetur filia agnoscere illam in legitimam sibi de iure debitam in bonis patris: secus si esset relictæ contemplatione nepotum, num. 3. & quibus coniecturis probetur, numerus seqq.
- 3 Dos nullam habet prerogativam, ubi solum legati nomine debetur.
- 4 Titulo deficiente solutionis dotis, deficit etiam causa afflictionis subsidiaria.
- 5 Insinuatio requiritur, vigore Egidiana Constitutionis, in quolibet alio, in quo potest esse latio minoris.

DECISIO IX.

**I**n obligatione Bernardini Lucatelli, qua Palmينيا Mater, & Tutrix eum teneri voluit pro integra do-

te Claræ Germanæ sororis geminum defectum notant Domini in Decisione, quæ coram me facta fuit 22. Iunij præteriti. Alterum solemnitatis, cum non constaret servatam fuisse insinuationem, quæ in obligatione Minoris requireretur ex constitutione Cardinalis Egidij. Alterum causæ, cum eam dotem sibi, à Bernardino fratre promissam habuisset. Clara iam diù ex dispositione, & legato Aui sibi relictam vtrumque defectum obesse, etiam hodie dixerunt Domini proposito iterum per me dubio ad instantiam Francisci Mitæ, cum verissimum putauerint, tam primum, ac præcipuum Decisionis fundamentum, ut cogi potuerit Bernardinus ad eam dotem Sorori præstandam, quam ea, quæ fuit eiusdem fundamenti ratio, ut ex dispositione, & testamento Bernardini senioris pro dote eidem Claræ legata æqualiter obligati essent Papyrius, & Seryanus, quos sibi idem Bernardinus æqualiter hæredes instituerat.

Quod enim Clara ex dispositione Aui habuerit eandem dotem scutozum 3000. pro quo Tutrix Bernardinum Minorem obligauerat, verè negari non poterat, cum ex eiusdem Aui Testamento præcisè hæc dos fuerit relictæ duabus Papyrij filiabus, quæ primò nuberent, & eadem conditio verificata fuerit in Clara; Et licet † de simili legato dubitauerit Romanus, qui confil. 408. illud debitum esse negavit tertiæ filiæ post obitum priorum duarum, ut in hoc casu contingerat, & eandem Romani opinionem videantur tenuisse Menoch. confil. 97. num. 87. Tiraq. de iure primogenit. in præfat. num. 140. Tamen, præterquam hæc opinio suos habet contradictores, & contra Romanum consuluit Imol. confil. 113. num. 5. cuius opinionem veriorum testatur Simon. de Præf. de interpret. ult. volunt. lib. 4. dub. 9. num. 14. cum in priorum locum successisset Clara defunctis sororibus superstes; & satis etiam fuerit, ut prima potuerit dici tempore, quo debebat nubere. Honded. confil. 70. num. 16. lib. 2. Tiraq. de iur. primog. quest. 3. num. 6. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 92. num. 3. lib. 4. Rot. decis. 128. nu. 1. par. 2. divers.

Præterea neque visa fuit Dominis applicari Romani opinio, qui præter coniecturas, quibus motus fuit in casu, super quo consuluit, id solum firmavit, ut legatum relictum primæ filiæ, quæ nupserit non deberetur secundo genitæ, si primo nata decesserit, quod est diversum ab hoc legato, in quo non primo natis, sed quæ primo nupserint filiabus Papyrij consulere voluit Testator, ut admittit idem Menoch. d. confil. 97. num. 13. Mant. de consuet. lib. 8. tit. 7. num. 10.

Sic etiam pro eadem dote solus obligari non potuit Bernardinus tanquam Papyrij Patris hæres, dum illa debebatur etiam à Syriato, qui æqualiter cum Papyrio Bernardino seniori communi parenti successerat, licet enim † dotem ab Auo relictam communis sit conclusio, ut Patris contemplatione censeatur Auius reliquisse, ex quo inferebant informantes, ut eandem dotem tanquam à Patre profecticiam, & tenerentur filia agnoscere in legitimam sibi de iure debitam in bonis Patris, Alex. d. in quartam, ff. ad l. Falcid. num. 26. Alciat. reg. 1. præsumptionum, præsumpt. 17. num. 2. Dec. conf. 81. num. 5. Card. Setaph. decis. 440. num. 2. & dum solius patris onus erat dotandi propriam filiam, non nisi ex eius portione dos detrahi debuisset, ut dicebatur fuisse decisum in Romana dotis 12. Nouembrii 1599. coram Mellino. † Eidem tamen conclusioni alioqui verissimæ plures visæ fuerunt resistere coniecturæ, ex quibus neptum commodum potius spectasse idem Auius videbatur, nam illæ iam erant nate, & cognitæ Testatori; Dec. conf. 81. num. 5. lib. 1. Menoch. præ-

presumpt. 17. nu. 5. lib. 3. Simon de Præst. de interpret. ult. volunt. dub. 12. nu. 7. Surd. decis. 322. nu. 49. & decis. 346. num. 16. † Non erant cum dotem eisdem constituit, adhuc nubiles, indeque nulla considerari poterat causa, & obligatio, quæ Patrem, vel Avum vrgeret ad dotandum, Menoch. consil. 183. num. 13. & presump. 17. num. 10. lib. 4. Ruin. consil. 72. num. 7. lib. 2. Malcard. de probat. conclus. 573. num. 8. eandem dotem idem dixerunt expressè se reliquisse, ex quacumque causa, quam habere possent super propria sui ipsius hæreditate, Aym. consil. 84. num. 4. & consil. 543. num. 1. Laderch. consil. 25. num. 4. vers. Quinta est. Alciat. reg. 1. presump. 17. nu. 2. Et de nup, præter dotem neptibus relictam, Papyrium filium, etiam hæredem instituerat, quo casu, † sicut ex titulo hæreditario filio censebatur, voluisse consulete, ita ex legato prospexisse neptis commoditari, Socin. lun. consil. 13. num. 3. lib. 2. Menoch. d. consil. 183. num. 11. & presump. 17. num. 18. lib. 3. Quod vero non etiam ex alterius cohæredis portione Dos nepti deberetur, non dixit Decisio coram Merlino. Ideo enim dos, quam in casu illius Decisionis petebat Mulier, detrahenda erat de portione Patris, quod cum eam consequi vellet, ex remedio Authentica res, quæ, C. commun. deleg. antequam grauantur reliqua bona fideicommissi subiecta excutien. primùm erat portio legitimæ Patri debita; ac si bona, quæ ad Patrem ratione suæ legitimæ, & Trebellianicæ pertuenerunt satis esse non possint, siue onere aliquo fideicommissi eadem bona grauatã non fuerint, † semper legatum inter cohæredes diuidetur, Ceph. consil. 105. num. 18. Sim. de Præst. de interp. ult. volunt. lib. 4. dub. 12. num. 17. & 19. Card. Seraph. decis. 440. num. 4. † Neque sola Patris portio erit pro eo obligata, qui in eo, quod aliorum cohæredum portionem tangit reputatur extraneus Dec. in l. pacta successorum, num. 1. C. de pactis. Bart. post glos. in l. 2. §. sed, & si unus, num. 3. ff. de Prator. stipulat. Gomez. var. resol. tom. 2. cap. 10. num. 3. † Et hoc cum sit de iure præter iuris communis dispositionem diuidentis actiones hæreditarias inter cohæredes, de qua in l. legatorum 34. ff. de leg. 2. l. pro hæreditariis, C. de hæredit. actio. Hoc idem vitus etiam fuerat voluisse Testator, dum relicta dote duabus Papyrij filiabus, quæ primo nuberent, solum mandauit, ut alteri, & tertie, quatenus se ipsa nubere vellet, de proprio dotem Pater augeret, ex quo rectè argui poterat, ut aliarum dotium onus, in quibus id non expressis, voluerit esse vtrique hæredi commune, l. in agris, ff. de acquir. rer. dom. l. age cum Gemin. & ibi Ias. C. de transact. Rom. in l. filiusfam §. quis ex certa, num. 1. ff. de liber. & posthum. & in l. cancellauerat, num. 2. ff. de hæredib. instit.

Ex his itaque videri poterat vindicatum ab impugnationibus primùm decisionis fundamentum, ex delecta causæ, quæ penitus, & omninò cessabat, dum ex propria persona ad aliquam dotem minor non tenebatur, ex persona verò Patris, dum tanquam illius hæres, non nisi pro dimidia consistebat eiusdem Minoris obligatio: Neque contrarium licuisse, dixerunt Domini siue peculiari fauore, & privilegio ipsius dotis, siue quod ad eandem dotem teneretur saltem in subsidium, sicut Tatrix eum obligauit, & sicut eadem dos petebatur, postquam hæredibus Syriati reliquam dotem Franciscus Clæte vir coniecit non potuit. Quia † nulla est in hoc eiusdem dotis prerogatiua, ubi illa solum legati nomine debeat, quidquid dici possit si eadem sibi à viro legatam repetat mulier ab ipsius vii hæredibus, eamque quod iam fuerit à se tradita vindicare velit, non solum tanquam legatum, sed tanquam res alienum, Bart. in leg. cum ab

vno, ff. de leg. 2. num. 1. vers. hanc tenet, Bald. in l. probare ditarius, C. de hered. actio. Surd. decis. 90. nu. 6. Afflic. decis. 332. numero 2. Bald. Nouell. de dote, part. 3. priuileg. 33. in fin. Simon de Præst. de interpretat. ultim. volunt. dub. 12. num. 58.

Quantum verò ad actionem subsidiariam, quæ solum contra fratrem competeat, neque ei locus esse poterat, cum probatum non fuerat, ut hæreditas Syriati præstare hanc dotem non posset. Quas verò diligentias dicebat, se adhibuisse Franciscus, ut eandem dotem consequeretur, vel tales non apparebant, vel certe prodesse non poterant, dum omnis, ac potissima hæredum defensio in hoc erat, ut pro dote Claræ nunquam fuerit Syriatus obligatus: ut propterea cum hæc defensio hodie eisdem hæredibus crepta sit, sublatum quoque dici possit impedimentum, ex quo solutionem causabantur, † & deficiat titulus, & causa huius actionis subsidiariæ, glos. in l. & idè, §. fin. ff. de condit. furtiu. Bald. in l. fin. §. sed cum in securum, num. 1. C. de furt. l. quintus, & ibi Bart. num. 1. ff. de ann. legat. Surd. consil. 528. num. 2. Olasc. decis. pedeus. 40. nu. 7. Rota coram Ludouis. decis. 503. num. 4.

Super altero decisionis fundamento, & ommissa solemnitate insinuationis Domini non immutati fuerunt, cum exclusã dotis necessitate, ex dictis ad obligationis validitatem, fasset hæc solemnitas omninò necessaria, imò neque in dote, ad quam vti Patris hæres tenebatur eadem solemnitas negligi potuit. Quia, & si bona Patris essent pro dote sororis obligata, in obligatione tamen, qua proprium fecit debitum hæreditarium, etiam considerari poterat læsio, ex qua in quocumque actu insinuationem requirit Constitutio Aggidiana. Surd. consil. 191. num. 22. & decis. 77. num. 2. Hippol. Riminal. consil. 189. num. 10. Rota in Perusina fideiussionis 26. Nouembrii 1611. coram Card. Pamphil. coram Ludouisio decis. 260. num. 3.

Et ita fuit decisum vtrique parte informante, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Lucana Successionis.

Luna 21. Iulij 1630.

ARGVMENTVM.

Fratri primogenito bannito cum confiscatione bonorum succedit in primogenitura secundogenitus, qui eam tenetur restituere filio primogenito nato ex primogenito post bannum.

SVMMARIVM.

- 1 Administratio bonorum filij à Patre per bannum amissa, venit Curatori assignanda, donec vel pater restituatur, vel filius denentat ad aetatem legitimam.
- 2 Patriam potestatem non amittit pater bannitus.
- 3 Tutor datur ei, qui non est in potestate alterius.
- 4 Deportati quomodo differunt à bannitis, & num. 8. limitata in bannitis propriat heresim, & delictum læsæ maiestatis, num. 9.
- 5 Pater bannitus potest contrahere, & alia facere, quæ ceteris hominibus competunt de iure communi.
- 6 Sententia in fauorem Minoris, & Pupilli sustinetur, quamuis lata cum procuratore minus legitimo.
- 7 Filius bannitus in pena capitali censetur filius noui hominis, nec ad fideicommissum aspirare potest.
- 10 Contumacia non probat delictum.

- 11 *Factum patrie banniti non potest nocere filio, qui non venit ex persona patris, sed ex propria, uti vocatus à testatore.*
- 12 *Filius, qui tempore fideicommissi purificati natus, aut conceptus non erat, non includitur in fideicommissio; secus si aliae apparet de voluntate testatoris, numero 13.*
- 14 *Primogeniti linea durante, nunquam fideicommissum acquiritur secundo genito.*
- 15 *Voluntates defunctorum non possunt stare in suspensio; procedis ut num. 17.*
- 16 *Secundus genitus capiens bona fideicommissa, tenetur illa restituere postea natus ex primogenito.*

## DECISIO. X.

**P**ER mortem Thomae de Albanis sine filiis fuit factus locus primogenituræ ab eo constitutæ sub arctissima prohibitione cuiuscunque alienationis ad favorem Nicolai primo vocati, qui cum decesserit, relictis tribus filiis, Vincentius primogenitus uti talis successit in dicta primogenitura, & cum à filio Ducali Florentino fuerit in pœnam capitis damnatus cum confiscatione Bonorum amisit Beneficium Primogenituræ: vetum, quia Thomas Testator in casum cuiuscunque alienationis, etiam ex delicto substituit alium Primogenitum non contrahentem: Thomas alter frater Germanus Vincentij exhibitio Testamento à filio Florentino, obtinuit dicta bona subiecta Primogenituræ. Post hæc Vincentius durante dicto banno ex sua legitima vxore suscepit filium masculinum Io. Franciscum, qui præterens ad se, uti Primogenitum Vincentij primogeniti delatam esse successionem, in Rota obtinuit sententiam favorabilem, quæ fuit reolutum, fideicommissum fuisse purificatum ad favorem filij primogeniti concepti, & nati post bannum Patris. A qua cum fuisset interposita appellatio pro parte Thomæ, tam sub prætextu nullitatis, quam iniustitiæ, dubitavi, an esset confirmanda, vel infirmanda, DD. tamen ex rationibus infra deducendis, eam validam, & iustam censuerunt.

Nullitatem deducebant ex eo, quod sententia fuerit lata ad instantiam Procuratoris dati per Patrem durante banno ut legitimum administratorem bonorum filij. † Nam per bannum amisit dictam administrationem, quæ propterea erat assignanda Curatori, quousque vel Pater restitueretur in pristinum, vel filius deveniret ad legitimam ætatem, ex text. in l. fin. §. *minores*, C. de Sentent. pass. ubi Bald. num. 12.

Quæ tamen non obstat, quia etiam si Curator potuisset dare mandatum ad hanc licem in Curia, tamen si Pater retinet patriam potestatem, remanet legitimus Administrator, ut potuerit dare mandatum, nam † per exilium propriæ Civitatis non amittitur ius patriæ potestatis in filium, quia nulla lege hoc cauetur, & licet Pater amittat iura, & bona propriæ Civitatis, tamen non amittit iura communia Civium Romanorum, sicut est patria potestas, firmat Bal. in l. 1. num. 30. C. de hered. instit. & Bursat. conf. 34. num. 2. lib. 1. ex communi sententia, ea enim est de iure communi Civium Romanorum Instit. de Patr. potest. in princ. sic concludunt Bal. Ang. & Alex. in l. si cum Dote, §. si patri ff. solut. matrim. Peregr. lib. 3. tit. 7. num. 23. de iure fisci.

Ideoque filio Banniti non datur Tutor, quia † datur ei, qui non est in potestate alterius, l. fin. in princ. C. de Curat. Furios. & instit. de Tutel. in princ. Sed Curator, ad instar eius, cuius Pater apud hostes est, l. tuto, §. ei cuius, ff. de tutel. Differunt enim † deportati à Bannitis,

Decif. Sac. R. R. De Fratibus.

cum deportato interdicitur totus Orbis, excepta insula, Bannito verò liceat manere in vniuerso Orbe excepta Terra, vnde exolat, facit text. in l. necessarium, ff. de Orig. Iur. Nam Bannum non afficit personam, nisi in territorio vnde est Bannitus, cum sit pœna personæ in loco, & non personæ simpliciter, quia iurisdicctio coarctata quo ad locum, extra ipsum locum se non extendit, l. 1. ff. de off. Proconsul. l. 1. §. initio ff. de off. Praefect. Urban. & l. fin. ff. de Iurisd. omn. Iud. Vnde Bannitus extra territorium reducitur ad instar privati, & propterea cum in hoc casu iudicium agatur Rotæ, quæ non est subiecta sententiæ capitali latæ contra patrem, nil impedit quominus ipse potuerit agere pro filio, cum effectus Banni non porrigatur extra ditionem Bannientis ad l. 3. ff. de off. praesid. l. 3. ff. de iurisd. omn. Iudic. Idque in terminis firmat Vant. de nullis. ex defectu inhabilitatis, nu. 54. Ex quibus apparet, † patrem etiam Bannitum potuisse contrahere, & alia facere, quæ cæteris liberis hominibus competunt de iure communi. Surd. conf. 394. num. 23. Bart. in l. eius qui, §. 3. num. 1. ff. de Testam. & in l. certa forma, C. de iur. fisci, lib. 18. multos allegat Alex. in l. ex fulto, §. ex fulto, num. 7. & seqq. ubi Rip. dicit communem, ff. ad Trebell. & sic agere pro filio, quia ratione patriæ potestatis habet hanc facultatem à lege.

Sed quatenus etiam Vincentius amisisset Patriam potestatem, & legitimam administrationem bonorum spectantium ad filium, non tamen ided corrueret sententia lata pro Io. Franciscio eius filio. Quia favore Minoris Infantis, & Pupilli claudicat Iudicium, & † sententia in eius favorem sustinetur, quamvis lata cum procuratore minus legitimo, l. non eo minus, C. de Procurat. Vant. de Nullis. ex def. mandat. num. 21. ibi lata tamen in eius favorem, &c. Surd. conf. 9. num. 13. ubi quod sententia lata favore minoris sine Curatore est valida, Greg. decif. 574. num. 3.

Nec DD. visa fuerunt releuare; quæ opponebantur contra iustitiam sententiæ sub prætextu, quod Ioannes Franciscus, tanquam † filius Banniti in pœna capitali, censetur filius noui hominis, itaut non potuerit aspirare ad fideicommissum, per text. in allegata l. ex fulto, §. ex fulto, ff. ad Trebell. Quia † Banniti nostri temporis cum publicatione bonorum, & qui impunè offendi possunt, non æquiparantur deportatis per multas differentias, quas contra glos. in §. relegatis, instit. quib. mod. in patr. pot. sol. in verbo, retinet, adducit Bart. in quest. 1. quam disputauit Pisis, quæ incipit Staturo Lucanæ Civitatis, cuius dictum sequitur, & comprobatur Bal. in d. l. 11. C. de hered. instit. num. 30. Ex quo, ut fuit dictum supra, deportato interdicitur totus Orbis, excepta insula, in quam deportatur; Bannito verò in vniuerso Orbe manere licet, dempto territorio, ex quo exolat. Neque controuerti potest, quin plures Doct. sentiant contrariam opinionem, ea tamen, vel est reiicienda tanquam communiter damnata, † vel intelligenda in Bannitis propter hæresim, vel delictum læsæ maiestatis, in quibus terminis loquitur Bart. in l. si adulterium, §. liberto, ff. de adulter. iuxta l. minime, ff. de re legat. l. postliminium, §. filius, ff. de captiu. & postlimin. reuers. Grat. discept. forens. cap. 462. num. 4. Put. decif. 417. num. 5. Secus verò in aliis Bannitis pro alio Crimine capitali, etiam quod impunè possint offendi, cum horum condempnatio non grauet illos, nisi in ære, & iuribus suis, Peregr. de iure fisci, lib. 3. d. tit. 7. num. 13. Fatinac. in prax. quest. 102. num. 19. Salicet. in l. 1. quest. 6. C. de hered. instit. Rip. in l. fin. quest. 26. C. de reuoc. donat. Socin. jun. cons. 34. rub. 3. Ultra quod Vincentius non potest reputari nouus homo, aut nudatus

- 10 tus iuribus, & facultatibus prouenientibus ex iuris communis dispositione, cum Bannum præsumaturn latum in contumaciam, ex quo sententia lata est contra absentem, l. Papinianus, s. meminisse, vbi Bart. ff. de inoff. testam. quia ¶ contumacia non probat delictum, Bart. in l. absentem, n. 1. ff. de pen. Castren. in l. cum filiusfamilias, n. 3. de verb. oblig. etiam si addit statutum, vt Contumax habeatur pro Confesso, talis enim confessio est ficta, notant Doct. in d. l. cum filius, Bero. consil. 202. n. 43. lib. 3. Tunc magis ob contumaciam, quam ob delictum dicitur condemnatus, l. si ideo, ff. de emitt. l. 1. in si. C. de peric. & commod. rei vend. Rot. decis. 369. n. 9. part. 1. diuers. Et in omnem casum ¶ factum patris Banniti non potest nocere filio, qui non venit ex persona, & successione patris, sed ex propria vti vocatus à Testatore, Bar. in l. liberorum, num. 16. de verb. signif. Barlat. conf. 185. lib. 2. Honded. conf. 72. num. 43. & seqq. lib. 1. & sic ex prouidentia, & dispositione Thomæ Senioris instituentis fideicommissam, Socin. lun. consil. 174. n. 29. Gabr. conf. 123. num. 45. in fin. Gozad. conf. 34. num. 14.
- 11 Non etiam concluditur iniustitia, ex quo filius tempore purificationis fideicommissi natus, aut conceptus non erat, vnde non videtur includi in dicto fideicommissio per ea, quæ notat Bart. in l. si cognatis, ff. de reb. dub. bene facit l. qui filius ff. de leg. 1. Ita vt per eius subsecutam natiuitatem bona nequeant auocari ab Adversario, qui erat primogenitus tempore purificationis fideicommissi. Quia prædicta procedunt, ¶ nisi alias apparet de voluntate Testatoris, quæ in ultimis voluntatibus prædominatur, l. in conditionibus primum locum, ff. de condit. & demonstr. l. ex facto, ff. de hered. instit. l. cum virum, C. de fideic. Vnde extantibus coniecturis, ¶ quod Testator voluerit etiam post euentum conditionis natos primogenitos concurrere, & hi admittendi erunt, ita scribunt Ruin. conf. 22. n. 11. & seqq. lib. 2. Rim. lun. conf. 564. n. 14. & seqq. Menoch. conf. 830. n. 18. Pereg. conf. ult. lib. 3. & 7. lib. 5. Soc. Sen. conf. 51. n. 41. & seqq. lib. 4. Fulat. de subst. qu. 318. n. 77. Nec potest dubitari de coniecturis, cum habeamus expressam vocationem omnium descendendum nasciturorum, ex Nicolao Primogenito cum expressa dispositione, ¶ quod donec durat linea Nicolai, non admittatur Secundo genitus, ita vt propterea quousque spes extat, quod ex linea Nicolai Primogeniti, sit nasciturus aliquis filius, successio bonorum non fuerit delata, nec acquisita, Secundogenito, nisi reuocabili ter quousque nascatur filius ex primogenito, iuxta consil. Rom. 134. prout in hoc casu, quando sunt vocati nascituri, videntur conuenire omnes Doct. Petra de fideicommiss. q. 11. nu. 585. qui cumulat concordantes Pereg. de fideic. art. 22. n. 76. testatur de communi Fulat. d. q. 318. n. 86. & 97.
- 12 Non obstat, quod defunctorum voluntates non possint stare in suspenso, l. ultim. in fin. ff. com. pradior. l. si ex duobus, s. sed & Marcellus, ff. de in diem adiect. glof. & Doct. in l. si ego, ff. de solut. Ac si nati post euentum conditionis possent concurrere cum natis illo tempore purificationis conditionis, dominium stecisset in suspenso à tempore purificationis conditionis vsque ad natiuitatem natorum post; Quia placuit responsio Thomæ, non fuisse ius quæsitum irrevocabili ter, sed reuocabili ter sub conditione, donec nasceretur primogenitus ex primogenito, iuxta dispositionem Testatoris, qui vocauit nascituros. Ideoque Io. Franciscus primogenitus superueniens fecit deficere causam successionis, & ¶ Thomæ posterior in gradu occupauit Bona, ne filius illa caperet, sed non in præiudicium

diciam eorum, qui pestes nascuntur, quin pestes reneatur eis restitueret, Fach n. controversiur. lib. 4. cap. 88. per tot. Cast. conf. 247. quem fuerunt secuti Ruin. conf. 22. lib. 1. Nat. conf. 673. nu. 6. Rol. à Valle conf. 70. num. 47. lib. 3. Rot. in Romana Pecuniaria 30. Aprilis 1629. coram R. P. D. n. es Merlino. Et in materia fideicommissorum non est nouum, vt dominium rei vni acquiratur reuocabili ter, vt reuocari possit, l. penult. §. si autem sub conditione, C. communia de legat. idem Fachin. vbi supra vers. Nec difficile est. Præterea hoc casu ¶ dominium de facto non stetit in suspenso, sed solus eius effectus, seu potius continuatio, vt scilicet Thomæ dominium reuocabili ter esset acquisitum, expiratum tamen statim, atque filij nati essent Vincentio. Idque euenit in omnibus conditionibus resolutiuis, ita declarat Ruin. conf. 22. in fin. lib. 2. Decian. conf. ult. num. 4. lib. 1. Menoch. conf. 1213. n. 18. & declarauit Rota in dicta Romana Pecuniaria coram R. P. D. meo Merlino.

Ex quibus vtraque parte informante, pro validitate, & iustitia sententiæ Rotalis fuit resolutum, &c.

## R. P. D. DVNOZET.

Firma fideicommissi de Carradoris.

Mercurij 11. Nouembris, 1630.

## ARGVMENTVM.

Verba posita in substitutione, quando nequam sunt etiam ad institutionem referenda: Fœminæ si sint vocatæ deficientibus masculis, quando dicatur factus locus huic vocationi.

## SVMMARIVM.

- 1 Verba, quando ad immediatè coherentia tantum referenda sint.
- 2 Verba in substitutione, non sunt referenda ad institutionem, si directè relatio commode fieri non possit.
- 3 Per mortem filiorum, quando dicatur purificatum fideicommissum ad snuorem filiarum, &c.
- 4 Verba subsequenti non est inconueniens, vt declarent præcedentem substitutionem, & simul augendo ponant nouam successiuam vocationem.
- 5 Fideicommissum dicitur conditio.
- 6 Verbum, deficientibus, ex sui propria natura successiuam deficientiam per mortem, & vocationem per fideicommissum significat.
- 7 Vocatio alius per fideicommissum, quando clare patet.
- 8 Clausula, & omni meliori modo, veritè etiam vulgarem substitutionem in fideicommissario.
- 9 Testator si disposuerit, quod filia fœmina succederent deficientibus masculis, inter masculos resultat reciproca substitutio.
- 10 Et idem est, ac si dicta substitutio facta esset vitimo in toto eo, quod eis fuit relictum, & vide n. 11. & 12.
- 11 Fœmina si sint vocata deficientibus masculis, non succedunt decedente quolibet ex masculis, sed expectanda est mors omnium.
- 12 Verba illa, deficientibus masculis fœmina succedant, intelliguntur discretiue, & non coniuunctiue, & sic sufficit decedisse filios masculos testatoris, licet adsint filij filiorum, nam tunc fœmina intrant.
- 13 Et hoc sine dubio est verum in transuersalibus, & amplia num. 36.

## DECISIO XI.

Coram bonae memoriae Buratto sub die 10. Martij 1621. fuit in hac causa resolutum, constare de fideicommissio Mariz, eiusque purificatione ad favorem Ludouicæ filiz Accursij, & sororis Baptistæ, nisi obstarat superextantia Iosephi, Proponente me causam super eisdem, & super referuatis sub die 5. Martij 1629. DD. procedendo distincte dixerunt, Ludouicam hodie non posse agere ad portionem Iosephi, nec ad portionem Lelij, & Philippi, quæ peruenit ad filios Ludouici, sed posse agere ad portionem eorundem Lelij, & Philippi, quæ peruenit ad Baptistam; de portione verò Accursij mandarunt particulariter videri. Concessa partibus super eisdem audientia, causa (vt facilius discuteretur) per articulos diuisa, placuit DD. vt prius videretur, An Ludouica posset agere ad portionem Lelij, & Philippi patruorum, quæ peruenit ad Baptistam, ita vt circa hoc esset standum, vel recedendum à decisio, quo dubio proposito DD. steterunt in hac parte indecisio coram bonæ memoriae Buratto, & coram me.

Moueantur, quia verba (ac etiam adiecta conditione, quod deficientibus masculis, fœminæ succedant non solum modo prædicto, sed etiam alio meliori modo) non referuntur ad institutos, sed ad filios Accursij, & Ludouici discretiue substitutos, vt in dicta decisio coram me firmatum fuit, tanquam † immediate coherentia dictæ substitutioni filiorum, ex allegatis in ea, & per Surd. *consil. 315. sub numero 9.* & 10. & quia distinctio, & relatio commode † fieri non potest circa institutos, vt in eadem decisio, & post alios Surd. *d. consil. 315. num. 9.* & ex aliis in ea consideratis, quæ DD. placuerunt.

Nec potest inde inferri, vocationem filiarum fœminatam fuisse restrictam ad idem tempus vocationis filiorum masculorum, imò per dicta verba DD. concluderunt, † filias fœminas Accursij, & Ludouici fuisse discretiue per fideicommissum vocatas post mortem filiorum masculorum cuiusque, atque ita per mortem Baptistæ ultimi filij Accursij, quo ad portionem Lelij, & Philippi, quæ ad eum peruenerat, fideicommissum fuisse ad favorem Ludouicæ purificatum ex rationibus in decisio coram bon. me. Buratto deductis, & in alia coram me confirmatis.

Ultra quod prædicta restrictio clarè tollitur ex verbis, sub quibus vocatio fœminatam concepta legitur, nempe. Primò ex verbis ibi (ac etiam adiecta) quæ † stant argumentatiue, & ampliatiue, vt singula ponderando firmatur in prima, & comprobatur in secunda decisio, nec est inconueniens per illa verba declarari præcedentem substitutionem, & simul augendo poni nouam successiuam vocationem, *l. ea tamen adiectio ff. de leg. 3. & in Rom. fideicom. de Gallis 19. Martij 1596. coram bo. me. Card. Pamph. prout nec repugnat verbum (conditione) cum & fideicommissum dicatur conditio, l. 1. C. de puel. vbi Bart. in 1. not. Fulg. n. 1. in 2. not. Grat. *conf. 9. n. 24. lib. 2.* Secundo tollitur ex verbo ibi (deficientibus) quod † ex sui propria natura successiuam deficientiam per mortem, & vocationem per fideicommissum significat, ex allegatis in vtraque decisio, & per Menoch. *conf. 106. n. 342. Cephal. *conf. 510. n. 15. Rimin. Iun. *conf. 412. n. 73. & seq. Fufar. *consil. 68. n. 4. & consil. 183. num. 27. in fin. & 28.* Tertio tollitur etiam ex verbis, ibi (non solum modo præmissio, sed etiam alio meliori) nam dummodo præmissio vocatur fœminæ, & præmissus in præcedenti clausula continet expressè per fideicommissum † clara patet vocatio illius per fideicommissum, Se-****

raph. *decif. 934. num. 11. cum vigore. huius clausulae* 8 *vertatur etiam vulgaris ipsa † in fideicommissum ex allegatis in decisio coram bo. me. Buratto, vers. ponderabatur, & coram me vers. nec obstat. Et demum clausula prædicta ne dum est ampliatiua, sed habet proprium verbum dispositiuum, succedant, & orationem perfectam.*

Non obstat quod ex Accursio dicantur extitisse Felix, & Baptista, & sic portionem Lelij, & Philippi pro medietate ab initio ab vtrumque peruenisse, & per mortem Felicis ad Baptistam. Quia vbi hoc esset, dum Testatrix voluit, quod filiz fœminæ succederent † deficientibus filiis masculis, inter filios masculos cuiusque, & sic Felicem, & Baptistam resultat reciproca, cum sint vocati, & substitutio facta † illis deficientibus, quod idem est, ac si esset facta vltimo, & in toto eo, quod illis erat relictum bonis diuisis in duas medietates, *l. conf. 33. n. 4. per tot. lib. 1. Menoch. *conf. 397. n. 12. Surd. *conf. 344. n. 17. qui ibi, & n. 18. confirmat reciprocam ab absurdo ex aduerso ponderato, si decedente quolibet † ex filiis masculis admitti debuisset fœmina, & in Romana, seu Ferrariensis. fideicom. 29. Ianuarij 1626. coram bo. me. Buratto. Vnde rueret præsentio, quod portio Felicis libera perueniret ad Baptistam, sed adhuc tota medietas † veniret in restitutione fideicommissi ad favorem Ludouicæ, Menoch. *presumpt. 193. n. 15. & 16. & 21. lib. 4. Fufar. de substit. qu. 440. n. 15. & 16.****

Præterea dicebant aliqui ex DD. etiam vbi posset de reciproca dubitari, & Ludouica non potuisset fortasse admitti ad portionem Felicis viuentis Baptista. Tamen purificata † postea conditione deficientiæ per mortem Baptistæ, Ludouicam admittendam esse ad totum, quasi cuiuslibet fratri substitutam suspenso effectu in tempus mortis omnium, *Ruin. *conf. 134. n. vero 10. vers. quinimo, & ad fin. vers. sed tunc, & num. 11. vers. nec obstat, lib. 3. Zanch. in L. heredes mei, §. cum ita, num. 625. Decian. *resp. 26. num. 59. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 13. num. 9.***

Nec facit extantia filiorum Ludouici, ex quo inter 14 *lineas facta non fuit reciproca, & dicta † verba (deficientibus masculis, fœminæ succedant) intelliguntur discretiue, & non coniuictiue sicque sufficit defecisse filios masculos Accursij, vt admittatur Ludouica illius filia, & non linea Ludouici, vt Rota in vtraque decisio intellexit, & per Mantica. *de consuet. lib. 7. tit. 5. sub num. 17. vers. sed multum, † vbi dicit, esse sine dubio in transversalibus, de quibus hic agit Fufar. de substit. quasi. 579. num. 45. & 56. Rota *decif. 316. numer. 4. par. 1. recent. præcipue cum præcedens substitutio † diuisa fuerit in stirpes, & duas medietates, istaque habeat verba modo prædicto, Crauet. *conf. 68. num. 12.****

Aliis obiectionibus visum fuit sufficienter responsum in dictis duabus Decisionibus, quas in ista portio DD. confirmantur. Et ita vtraque, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Successionis.

Veneris 15. Nouembris 1630.

ARGUMENTVM.

Statutum excludens fœminas ab hæreditate Ascendentium propter Masculos, an comprehendat etiam nepotes, & alios descendentes ex fœminis.

SV M.

## S V M M A R I V M.

- 1 Statutum excludens feminas propter masculos, an comprehendat nepotes, & alios descendentes ex femina exclusa.
- 2 Ad Aui hereditatem de iure communi admittitur filius, siue filia cum nepote ex altero filio.
- 3 Femina, quando est exclusa, censetur etiam exclusi omnes ab eo descendentes, vide distinctionem, num. 4. 5. 35. & 36.
- 6 Statutum excludens matrem à successione, non praeiudicat filio, qui ex propria persona agunt ad successionem, vide num. 51.
- 7 Statutum excludens feminas favore agnationis ab hereditate patris, censetur etiam excludere uniuersam illius progeniem ab hereditate.
- 8 Donationis qualitas non conuenit masculis.
- 9 Successio deferri non debet per saltus.
- 10 Stipulis non debet esse melioris conditionis, quam caput totius linea.
- 11 Inclusio unius est exclusio alterius.
- 12 Statutum excludens aliquas personas à successione aliqui, est stricte accipiendum, nec potest ad alios casus extendi, & num. 13.
- 14 Vocatio unius necessario includit alterius exclusionem.
- 15 Lex dat actionem ei, cuius favore est lata.
- 16 Statutum, quando nihil operaretur in sensu directo, & idem contineret, quod ius commune tunc in eo valet argumentum à contrario sensu, etiam ad correctionem iuris communis, vide num. 17.
- 18 Exclusiuum caput in statutis, semper est correlative ad caput inclusionis, ita ut, quod uni suis concessum, alteri denegatum censetur.
- 19 Causa diuersitas, quando in aliqua re non possit considerari.
- 20 Statutum excludens feminas ab hereditate patris, & matris, censi debent propter eandem causam exclusa ab utraque hereditate.
- 21 Agnatio respectu matris considerari non potest, distinguitur num. 22.
- 23 Femina, ut à masculis excludatur, ex dispositione Statuti Urb. lib. 1. cap. 145. requiritur, ut eadem femina dotem habeant.
- 24 In favorabilibus semper attendi debet persona, qua fuit causa eiusdem favoris.
- 25 Dos feminis exclusis à statuto ad effectum exclusionis, consideratur tanquam causa secundaria inducta per statuentes ad effectum moderandi vigorem statuti.
- 26 Dos feminis exclusis datur quasi in compensationem exclusiones.
- 27 Soror non potest concurrere cum fratre ad successionem Patris, vel Matris propter Statuti Urb. lib. 1. c. 145.
- 28 Statutum Urb. lib. 1. c. 145. necessario non requirit, ut filia dotata sit tempore delatae successionis, sed sufficit, quod frater parata sit eam dotare.
- 29 Frater constituens unicam dotem sorori, vigore statuti exclusiui feminarum, an excludatur dicta soror ab utriusque parentis successione.
- 30 Agnatio est unica, & sola ratio in statutis, qua excludunt feminas ab hereditate paterna.
- 31 Statuta exclusiua feminarum propter masculos, pluri- ma per uniuersam terrarum orbem condita reperiuntur.
- 32 Filij non possunt dici agnati ipsi matri, vel aui.
- 33 Filij sequi debent familiam patri, non autem matri.
- 34 Masculinitatis qualitas, & non agnatio consideratur in statutis exclusiuis feminarum propter masculos ab hereditate matris, vel aui.
- 37 Mater est agnata, licet non possit conseruare agnationem.
- 38 Nepotes ex feminis agnationem conseruare non possunt, cum nec ex eadem agnatione sint.
- 39 Filius, qui sororem exclusit, excludere etiam debet filios eiusdem sororis.
- 40 Mulieres etiam ipse censentur habere affectionem ad familiam sui viri.
- 41 Mulier transeundo saltem ex usu in alienam familiam videtur magis diligere filios masculos, & masculos ab eis descendentes, qui retinere possunt agnationem sui viri, quam feminas, & eius descendentes, qui dictam agnationem conseruare possunt.
- 42 Agnatio in statuto exclusiuis feminarum propter masculos ab hereditate materna, non consideratur respectu ipsius feminae, de cuius successione tractatur sed respectu masculorum agnatorum, quibus hereditas defertur, & num. 43.
- 44 Statuta exclusiua feminarum propter masculos prohibent, ne diuisa unius familia deueniant ad extraneos, siue illa proueniant à masculis agnatis, siue à feminis cognatis.
- 45 Statuta exclusiua feminarum propter masculos, non possunt dici odiosa.
- 46 Masculinitas considerata à statuto exclusiuis feminarum, intelligenda est de descendenti masculorum ex masculis, nulla focumina interposita post primam, & num. 47. & 48.
- 49 Femina est finis paterna agnationis, & caput alterius agnationis sui viri, & num. 52.
- 50 Agnatio, qua primum caput in femina, in eadem retinetur per illius filios, & descendentes masculos.
- 53 Decis. 463. par. 1. in recent. declaratur.
- 54 In decisionibus non est faciendum fundamentum, si causa iterum fuerit proposita, & nihil fuerit resolutum.
- 55 Bart. in l. qui superstitis. ff. de acquir. possess. declaratur.
- 56 Mater, si non sit exclusa ab hereditate Patris, sed si uelis ipsa ab ea abstinere, hoc factum non praeiudicat filio, declaratur num. 57.
- 58 Provisionis facta ab homine, ac iuris à lege constituti non est eadem vis, ac virtus.
- 59 Exclusio feminarum facta à statuto, non habet eam conditionem, quam habet renunciatio facta per eas.

## DECISIO XII.

**I**N hac causa, quam super successione Aui mater-  
nae coram me instituerunt Nepotes ex filia femina  
iam defuncta, cum ad eorundem Nepotum instan-  
tiam proposuissent hodie dubium. An in huiusmodi  
successione ius illis competeret. Vilum fuit Dominis  
questionis istius difficultatem, sicut & resolutionem  
pendere ab interpretatione statuti Urbis. An scilicet  
cum in cap. 145. lib. 1. propter masculos ꝑ excludit  
feminas ab hereditate ascendentium, comprehen-  
deret ipsum Statutum etiam Nepotes, & alios des-  
cendentes ex femina iam inclusa, tanquam positum,  
& fundatum in ratione agnationis, quia si niteretur  
in sola qualitate masculinitatis, res parum haberet  
difficultatis, nec istis Nepotibus, qui masculi sunt,  
obesset qualitas sexus, quae matrem inhabilem fecit,  
& succederent iuxta dispositionem iuris communis,  
ex quo ad hereditatem Aui ꝑ filius, siue filia cum Ne-  
pote ex altero filio pariter admittuntur, & in §. si quis  
igitur, authen. de hered. ab intest. venient. & in §. cum fi-  
lius, Instit. de hered. qui ab intestat. defer.

Et non negabāt conclusionem hi nepotes, ut exclus-  
sa femina censerentur exclusi omnes ab ea Descen-  
dentes in casu, quo illam examinarunt Doctores, &

quotiescumque considerati potest alterius, & linea masculinae fauor, ex cuius causa semel facta fuit exclusio, cum hac distinctione. An ipsa  $\dagger$  exclusio respiciat commodum, & fauorem alterius, siue potius causam, quae diuidi, & separari non possit à persona, quae fuit exclusa, quam primus omnium fecit Bart. in *l. liberorum*, num. 16. ff. de verb. signif. & in *l. 1. §. videri*, num. 3. ff. ad Tertull. sequuti postea fuerint Salicet. in *l. maximum vitium*, num. 5. in fin. & 8. Bald. num. 3. C. de liber. prater. Cast. in *l. illam*, num. 6. C. de collat. & ibidem Dec. num. 13. Ias. in *l. si mater tua*, num. 10. C. de success. edict. Corn. in *l. 1. num. 18. C. de condit. insert.* Bald. consil. 171. num. 2. lib. 2. Cast. consil. 91. num. 1. lib. 2. Ias. consil. 221. col. 3. lib. 2. Dec. cons. 71. num. 2. Rom. consil. 40. num. 4. Nat. consil. 581. num. 26. lib. 2. Socin. Sen. consil. 5. num. 7. lib. 1. Corn. consil. 57. num. 11. lib. 2. Albert. Brun. de Statut. foemin. exclus. art. 6. nu. 90. Io. Campeg. eod. tract. quest. 21. num. 95. Crass. in §. successio, quest. 4. num. 3 & 5. & alij, quos latissime cumulant Tiraq. de iure primog. quest. 12. num. 11. Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. num. 41. Valent. Forster. de success. ab intest. lib. 3. cap. 16. Sed cum hanc exclusionem soli eorum matri officere contenderent, diuersum esse dicebant hoc ius, ex quo debita sibi erat Auiæ successio, à iure eiusdem matris,  $\dagger$  vt quamuis illius gradum occuparent, non tamen eodem modo representate deberent ipsius personam, sed possent præterea ex iure proprio venire, tanquam positi ex legis ministerio in locum, sine gradum filiorum, vt declarat Bart. in *l. 1. §. si sit Nepos*, ante num. 1. vers. unde prima solutio ff. de collat. dot. & in *l. 1. §. si sit Filius*, ff. de coniungen. emancipat. l. ver. exponendo verba illa (in locum sui Patris succedunt) quae habentur in §. cum filius, institut. de hered. qua ab intest. defer. vt intelligenda sint, quasi in gradum sui Patris succedant, atque ita distingueretur locus  $\dagger$  quem tanquam vacantem occupare debet filius, ab eiusdem filij iure, quod etiam dixit idem Bart. in *l. qui superstitis* 93. num. 2. ff. de acq. hered. & in *l. si Auius*, num. 1. C. de liber. prater. & eandem distinctionem vili etiam sicut facere Alex. cons. 4. num. 13. lib. 4. Aret. cons. 14. num. 3. Burlat. consil. 67. num. 24. lib. 1. Berio. consil. 120. num. 82. vol. 1. Mathefil. de success. ab intest. art. 3. num. 11. & alij adducti per Surd. consil. 83. num. 2. Tiraq. de iur. primog. quest. 40. num. 119.

Id vero ex ipsius Statuti dispositione se assequerentiam dicebant, cum in posteriori parte eiusdem Statuti, quae excludebat filiam à successione Matris, & Auiæ, & quae potissimum ad hoc præsentis controuersiæ caput pertinebat, non solum considerati non posset fauor, & causa agnationis, ex qua moueri forte potuerunt Statuentes, vt eandem filiam, & vniuersam illius progeniem excluderet ab hæreditate Patris;  $\dagger$  & idè non censeretur facta in ipsa stirpe exclusio, vt videntur omnes admittere, quotiescumque cessat causa eiusdem agnationis, vt in his terminis allegabatur decis. inter recens. 463. num. 8. part. 2. sed ex ipsa præterea dotationis causa, quae solum in hac posteriori parte fuit per Statutum considerata, & quae in sola eorum matre verificari poterat, dicebant fieri, & reddi eandem exclusionem personalem, dum non poterat porrigi ad Nepotes, quibus nec dos aliqua fuit constituta, nec  $\dagger$  conueniebat qualitas dotationis, vt concludit Bald. in *l. maximum vitium*, num. 20. C. de liber. prater. & in *l. scimus*, nu. 14. in fin. C. de inoff. testam. Corn. consil. 116. num. 12. volum. 2.

Verum his non obstantibus, ad quae potissimum reducebantur omnia horum Neporum fundamenta, contrariam sententiam concordibus suffragis am-

plexi fuerunt Domini, & pro eorundem Neporum exclusionem considerant, quod non solum in parte exclusiua ipsius Statuti, dum nominatim prohibebat, filias foeminas in hæreditate Patris, aut alterius descendentes concurrere cum fratribus, videri poterant in nepotes, & ipsi prohibiti succedere ex rationibus, quas in comprobationem distinctionis allatae per Bart. considerant Doctores, ne successio  $\dagger$  deferatur per saltus, vt præcipue aduertit Bald. in cap. 1. §. quid vidimus, num. 12. qui feud. dar. poss. Tiraq. de iure primog. eadem quest. 12. num. 9. siue ne melioris conditionis sit ipsa stirps,  $\dagger$  quam caput totius lineae, dum maior etiam ratio subesse videtur, vt iidem Nepotes, tanquam magis remoti, quam mater, excludantur ex notat. in *l. si vna matre*, C. de bon. mater. & dixit Speculat. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua, num. 173. quest. 146. idem Ias. in *l. si mater tua*, num. 10. C. de success. edict. & in consil. 141. col. 6. in princ. versic. idem Statutum, vol. 2. Salycet. in *l. maximum vitium*, num. 5. C. de liber. prater. Aret. in *l. Gallus*, §. nunc de lege, nu. 52. ff. de liber. & posthum. & latissime deduxit Surd. d. consil. 85. num. 10. Kub. Alex. in consil. 16. num. 13. sed cum in parte, qua masculos ipsum Statutum includebat, non solum exclusis foeminis vocarentur filij masculi, sed etiam Nepotes ex eodem filio, hæc qualitas, quam in Nepotibus requirebat Statutum, vt descenderent ex masculis, nominatim visa fuit continere,  $\dagger$  aliorum Neporum exclusionem, qui non ex masculis prouenirent, licet enim in capite foeminarum exclusio dicendum videretur, eiusdem Statuti exclusionem non nisi strictè  $\dagger$  concipiendam, neque posse ad alios casus porrigi, vt quae tacitam hæreditationem continebat, Alex. in *l. venia edicti*, num. 6. Ias. num. 4. C. de in ius vocand. Alexand. consil. 7. num. 11. lib. 2. Dec. consil. 13. num. 7. circa med. Corn. consil. 95. num. 20. volum. 2. Alciat. consil. 12. num. 12. lib. 2. aut etiam,  $\dagger$  vt quam minimum ex ea ius commune corrigeretur, vt hac ratione inter alias in terminis similis Statuti mota fuit Rota d. decis. 462. num. 4. part. 1. recens. & notat Bart. in *l. 3. §. hac verba*, ff. de neg. gest. & in *l. omnes populi*, num. 53. ff. de iustit. & iur. Rom. consil. 199. nu. 4. Paris. consil. 110. nu. 32. lib. 3. ex altera tamen parte, ex qua desumebatur vocatio, & dispositio fauore masculorum, non poterat negari quia semper, & perpetuò remaneret exclusio descendentes ex foeminis, quum vnius vocatio necessario  $\dagger$  diceret, & includeret alterius exclusionem, & eadem verba tanquam prolato per Statuentes, qui potuerunt super successione disponere, solis masculis darent actionem,  $\dagger$  quorum fauore lata fuit lex, vt etiam ratiocinatur Bart. in *l. 1. §. videndum*, num. 2. in fin. ff. ad Sen. Conf. Tertull. Bald. in *l. maximum vitium*, num. 2. C. de liber. prater. in *l. quod verò* 14. num. 6. ff. de legib. in *l. illam*, num. 3. C. de collat. & in consil. 171. num. 2. lib. 2. Nat. consil. 581. num. 28. Menoch. consil. 172. num. 32. Socin. Sen. consil. 241. nu. 7. & 9. lib. 2. Capt. consil. 137. num. 3. & 4. Albert. Brun. de Statut. art. 6. num. 90. Et certè nihil operaretur Statutum in sensu dicto, & idem contineret, quod ius commune, si eodem modo Nepotes ex masculo, ac Nepotes ex foemina deberent succedere; quo casu  $\dagger$  valere argumentum à contrario sensu, etiam ad correctionem Iuris communis, communiter receptum est, Bald. in *l. Conuenticula*, numero 4. C. de Episc. & Cleric. Dec. in *l. 1. num. 51. ff. de off. eius, cui mand. est Iurisd.* Aret. in *l. qui testamentis*, num. 8. ff. de testam. Crot. in *l. omnes Populi*, nu. 101. ff. de Iust. & Iur. Ias. in consil. 115. num. 4. lib. 4. Roman. consil. 399. num. 6. & conclusionem in his terminis latè, ac pluribus probat Aldeman. Mascard. de Statut. interpretat. conf.



concl. 4. num. 73. Imò secum inuicem pugnantur verba eiusdem Statuti, si cum vocat Nepotes descendentes ex filio Masculo iam defuncto, † admitteret etiam Nepotem ex filia, quàm à fratre, & eiusdem fratris filio voluit excludi, propter quam rationem etiam in proposito dixerunt Bart. in d. 9. vider. ff. ad Sen. Conf. Tertull. Bald. in d. l. maximum vitium, num. 3. C. de lib. 18 præter. caput exclusiuum † in Statutis semper esse respectiuum ad caput inclusionis, itaut quod vni concessum fuit, alteri denegatum censeatur.

Neque his obesse dixerunt Domini distinctionem factam inter utrumque caput ipsius Statuti, vt cum in posteriori parte, in qua agebatur de Successione Matris, & Auiz, non posset considerari ratio, & fauor agnationis, causa huius exclusionis, quæ in eadem parte continebatur, fuerit aut fauor filiorum masculorum, & sic sola qualitas masculinitatis, aut etiam Dos, quam solui mandabat Statutum filiz exclusæ. Hæc enim distinctio vix poterat considerari in casu huius Statuti, in quo cum vtraque hæreditas non fuisset considerata principaliter, & distinctè dispositio, quæ fæminatam excludebat ab hæreditate Matris, & Auiz, non videbatur dici posse noua, aut diuersa ab ea, quæ continebat exclusionem ab hæreditate Patris, & aliorum Ascendentium Masculorum, quod clarissimè probatum videri poterat ex contextu, & verbis eiusdem Statuti, cum per dictiones relatiuas nominarentur in hac secunda parte eadem filiz, quæ fuerant in prima exclusæ à Patri successione, & continuata, ac non intermissa oratione caueretur, vt eadem filiz, nec matri, nec auiz deberent succedere. Et quamuis hæc solum viderentur concludere respectu effectus, & 19 modi huius exclusionis, ex quibus † non poterat inferre ad diuersitatem causæ, propter quam fuit facta eadem exclusio, vt hanc distinctionem vbi fuerunt facere Dec. consil. 302. num. 7. Iul. consil. 115. num. 4. vers. tertio principaliter, lib. 4. Paril. consil. 49. num. 55. lib. 3. Bero. consil. 120. num. 15. & 62. lib. 2. Pancirol. conf. 188. num. 14. Honded. consil. 1. num. 17. lib. 2. & Rota coram Greg. decis. 293. num. 18. qui omnes concludunt non 20 idèd, quod eodem modo fuerint † fæminatæ exclusæ ab hæreditate Patris, & Matris, censeari debere propter eandem rationem exclusas ab vtraque hæreditate, cum non possit agnatio respectu † Matris considerari. Adhuc tamen hæc distinctio non poterat probari in casu huius Statuti, aut respectu successionis, de qua agebatur.

Et quantum ad Dotem non fuit illa causa huius exclusionis, dum præter hanc dotis qualitatem fuit etiã spectatus fauor filiorum Masculorum, quo casu admittit idem Bald. vt cum simplex fuerit exclusio, afficit 21 non solum Matrem, cui dos data fuit, † sed etiam ipsius filios, & alios ex ea descendentes, & hanc etiam distinctionem sequuti fuerunt Salic. in d. l. maximum vitium, num. 8. Bald. num. 20. C. de liber. præterit. Fulgol. consil. 54. num. 5. Io. Campeg. super tracl. exclus. fæmin. quest. 21. num. 101. Albert. Brun. eod. tracl. art. 6. num. 95. qui dicit, confundi hoc casu causam dotis cum causa ipsius agnationis, Corn. in eadem l. maximum vitium, num. 10. Vbi postquam repetiit omnia, quæ pro contraria opinione ponderauit in consil. 119. lib. 2. dicit, opinionem Baldi esse veriorè, & in praxi sequendam. Nam licet, vt possent fæminatæ à masculis † 22 excludi, requiratur ex dispositione eiusdem statuti, vt dotem habere deberent eadem fæminatæ, tamen solis masculis tribui poterat hæc exclusio, non solum quia sola persona eorundem filiorum spectari poterat, quorum fauore fæminatæ debebant excludi, cum sem-

24 per in † favorabilibus attendi debeat persona, quæ fuit causa eiusdem fauoris, tanquam causa principalis, vt arg. notatorum in l. sed si hæc, §. ultimo, ff. de in ius vocand. tradit Bald. in l. quod verò, num. 3. ff. de legib. & in l. venia editi, num. 4. C. de in ius vocand. Iul. in consil. 115. sub nu. 4. vers. nam persona, quæ excluditur, vol. 4. Nat. consil. 581. num. 26. Albert. Brun. super Statut. exclus. fæmin. art. 6. num. 90. Verum etiam, † quia nec ipsa dos poterat considerari, nisi tanquam causa secundaria inducta per statuentes ad moderandum rigorem Statuti, & † quasi in compensationem exclusionis, dum neque succedere debebat in locum legitimæ, neque eius obligatio esse debebat pura, sed solum in casu matrimonij, & nuptiarum, iuxta distinctionem Cast. in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de cond. & demonstr. quam in his terminis sequutus fuit Cephal. consil. 5. num. 75. & in terminis huius Statuti Gabr. consil. 5. lib. 1. & consil. 139. lib. 2. Rot. decis. 540. num. 1. par. 1. diuers. & poterat in casu huius Statuti videri hæc eo etiam 25 veriora, quia cum satis habuerit ipsum Statutum, ne possit † soror concurrere cum fratre ad hæreditatem, tam Patris, quam Matris, si hanc dotem illi paratus esset dare idem frater, nec illud necessario requisierit, vt tempore delatæ successionis † mulier dotata esset; satis inde colligebatur, quod non poterat eadem dos esse causa huius exclusionis, cum propter vnicam dotem, quæ per fratrem sorori constituta esset excluderetur soror ab vtriusque successione; & 26 hæc vis vnius, ac solius tantum † dotis esse non posset, vt esset loco, & expleret vicem duarum hæreditatum, vt in terminis similis Statuti arguit Cast. consil. 91. nu. 3. lib. 2. Cephal. d. consil. 5. n. 70. & super hoc eodem Statuto dictum fuit in decis. Pat. 277. lib. 1. in cor-rect. & apud Sarnen. decis. 104. lib. 1.

30 Quo vero ad alteram causam agnationis, admittunt illam Doctores, tanquam vnicam, & solam rationem exclusionis fæminatam ab hæreditate paterna, & semper hoc modo interpretati fuerunt similia Statuta, † quæ plurima per vniuersum terrarum orbem condita reperiuntur, vt apparet ex Cyn. in l. publico, in 4. quest. C. ad l. Iul. de adulter. qui hanc esse testator obseruantiam fere omnium Ciuitatum Italiz, & idem dixerunt Bald. in l. quod vero, num. 3. ff. de legib. Cast. conf. 40. num. 4. lib. 2. Iul. conf. 221. col. 3. vers. sic. tertio mouatur, lib. 2. Socin. Sen. conf. 63. num. 17. vol. 3. Menoch. consil. 95. num. 60. Gabr. conf. 10. num. 10. lib. 2. Io. Campeg. de Stat. exclus. fæmin. quest. 21. num. 103. Tiraq. de iur. primog. quest. 13. num. 9. Molin. de primog. lib. 3. c. 5. num. 29. & fuit dictum in Caseraten. fideicommissi 24. Ianuarij 1628. coram R. P. D. meo Durano, & in termini huius Statuti in decis. 770. nu. 4. part. 2. recent. & in Roman. amphiteusis 18. Adij 1601. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & coram Card. Cavalerio decis. 583. num. 1. In hæreditate verò matris, & aliarum fæminatam ascendendum ideo negant, eandem agnationem dici debere eiusdem exclusionis causam, quod 31 filij, † qui successuti sunt, non possunt dici agnati ipsi matri, aut auiz, cum, sicut dicitur in l. familia appellatione 196. ff. de verb. signif. & in §. 1. In fit. de legit. agnat. tutel. & in §. sunt autem agnati, In fit. de legit. agnat. succ. 32 cess. sequi debeant Patris, † non autem Matris familiam. Sed cum plures dari possint casus, in quibus agnatus de concursu masculorum, cum fæminis in hæreditate communis parentis; quorum occasione diuersis modo considerati, & accipi solet à Doct. hæc agnatio, vt apparet ex notatis per Bart. qui hanc casuum diuersitatem considerauit in d. l. liberorum, num. 12. 13. 14. & 15. respectu hæreditatis Auiz, quæ in casu huius

decis. peritur per Nepotes ex filia, duo videntur posse casus contingere, qui etiam fuerunt per Doctores considerati ad interpretationem huius Statuti exclusiui foeminarum. Vel enim agitur, vt nepotes ex filia defuncta succedere debeant in hereditate Auiæ exclusis sororibus, & possunt fortasse vera esse hoc casu, quæ dicuntur, vt non fuerit respectu horum nepotum spectata agnatio, sed sola qualitas masculinitatis, cum eadem qualitas posset illis dare prælationem aduersus foeminas, vt propter hanc rationem ad fauorem masculinorum Consulti responderunt *l. conf. 115. num. 5. versic. sed præmissis non obstantibus, lib. 4. Dec. conf. 102. num. 6.* licet ab illis dissenserint *Ruin. confil. 18. vol. 3. Gratian. confil. 26. num. 18. vol. 1.* qui propter eandem rationem, quod hi nepotes agenti dici non possint, non putant ab illis excludi debere sorores. Vel igitur, vt eiusdem foeminae defunctæ filij, & nepotes Auiæ concurrere debeant cum Auunculo, & hoc casu non potest videri, vt satis esse debeat eisdem nepotibus, quod masculi sint, cum etiam hoc casu, quo agitur de hereditate Auiæ, vigat contra illos ratio, quam respectu Aui, considerauit *Bart. in d. l. liberorum, nu. 14.* vt nullo modo possint venire iidem nepotes; cum, si velint admitti ex persona matris, obstat illis ratio, quæ Matrem exclusit; Si vero venire velint, ex propria persona excludi debeant, tanquam posteriores ab eorum Patruis, aut Auunculis; & hanc *Bart. rationem* secuti fuerunt *Corn. in l. 1. num. 20. C. de condit. infert. Alex. in l. venia edicti, nu. 6. C. de in ius vocan. Io. Andr. in addit. ad Specul. in rubr. de testam. in fin. Rom. confil. 40. nu. 4. l. conf. 221. col. 3. vers. secundo mouetur, lib. 2. Nat. confil. 581. num. 26.* Imo *Rota coram Greg. decis. 293. num. 19.* dixit, maiorem etiam subesse rationem pro exclusione horum nepotum, quam sit in eorum matre, cum eadem mater sit agnata, licet non possit conseruare agnationem, ipsi vero nepotes non solum agnationem conseruare non possint, sed neque ex eadem agnatione sint, quasi duplex in illis videatur concurrere causa exclusionis.

Et licet noluerint Doct. hoc casu, Auunculum præferri in hereditate suæ matris, eo quod illi dici deberet agnatus, aut quod eadem mater hanc rationem agnationis spectasse videretur, nemo tamen dubitauit, quia ipse filius, qui sororem exclusit, excludere deberet etiam filios eiusdem sororis, licet variis rationibus ad id moti fuerint. Nam aliqui dixerunt id procedere propter affectionem, quam videtur habuisse mulier ad familiam sui viri, quam rationem sequuta fuit *Rota coram Greg. decis. 514. nu. 10.* & tenuerunt *Socin. lun. confil. 56. num. 4. lib. 4. Decian. conf. 127. nu. 25. lib. 3. Panciroli. confil. 188. num. 14. Honded. confil. 1. num. 28. lib. 2. Mantici. de consuet. lib. 6. tit. 10. num. 7. Franch. decis. 182. num. 11.* cum ipsa mulier transeundo saltem ex usu in alienam familiam, videatur magis diligere filios masculos, qui & masculos ab eis descendentes, qui retinere possunt agnationem, & familiam eiusdem viri, quam foeminas, & filios, ac nepotes eorundem foeminarum, per quos eadem agnatio conseruari non potest; Aliqui voluerunt, agnationem considerandam esse non respectu ipsius foeminae, de cuius successione tractatur, sed respectu masculinorum agnatorum, quibus delata est successio per statutum, vt in specie voluerunt *Ruin. d. confil. 18. sub num. 5. volum. 3. Gratian. eodem confil. 26. num. 53. lib. 1.* cum eorundem masculinorum, & familiae conseruationi prospicere censeantur huiusmodi Statuta, quatenus in vniuersam prohibent, ne diuitiæ deueniant ad extraneos, siue illæ proueniant à masculis agnatis,

44 siue à foeminis cognatis, ut hanc interpretationem ad litteram posuisse visus est *Alciat. in l. liberorum, nu. 12. ff. de verb. signif. Bart. confil. 68. num. 2. lib. 2. Curt. lun. confil. 150. num. 2. Honded. confil. 1. num. 27. & 28. lib. 2.* Ex quo neque dici posse ut odiosa, quamuis foeminarum exclusionem contineant, voluerunt inter ceteros *Bald. in l. venia edicti, num. 4. Alex. num. 6 Dec. num. 5. & 8. C. de in ius vocan. Castr. confil. 40. num. 4. lib. 2. Curt. Sen. confil. 9. num. 18. Socin. lun. conf. 3. num. 20. lib. 1. Gabr. confil. 15. num. 3. lib. 2. Albert. Brun. qui hanc dicit communem, & veriore super Statut. exclus. foemin. art. 4. num. 6. & fuit dictum in *Amerina successione 19. Ianuarij 1594. coram Pena.* Alij detumum voluerunt, vt idem descendentes ex foeminis, licet masculi admitti non possent, quod masculinitas considerata per Statutum intelligenda sit de descendencia masculinorum ex masculis, nulla foemina interposita post primam, de cuius successione agitur, vt *1010 Conf. 91. lib. 2. probat Castr. l. son. confilio 115. num. 2. vol. 4. Ruin. dicto confil. 18. sub eodem num. 5. vers. ultra prædicta, volum. 3. Gratian. d. confil. 26. num. 7.* quod, vel idem est in effectu atque ipsa agnatio, vt concludit idem *Castr. eodem confil. 91. num. 4.* qui idem dicit, respectu successione foeminae ut idem esse masculos, atque agnatos, & *confil. 412. num. 5. lib. 1. Curt. lun. confil. 150. nu. 2. Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. concl. 6. num. 47.* vel certe parum prodesse potest hoc casu rationis diuersitas, quæ posset considerari pro causa exclusionis inter vtramque hereditatem, si semper, & eodem modo excludi debent hi nepotes ex foemina, siue quia ipsi non sint de agnatis, siue quia non descendant ex masculis. Et quod in casu huiusmodi, & similibus Statutorum non possit distingui hæc qualitas masculinitatis ab ipsa agnatione, ex eo præterea argui poterat, quia eadem foemina, quæ est filia paternæ agnationis, dicitur etiam caput alterius agnationis sui viri, & ad hanc agnationem videntur necessario, respectum habuisse eadem Statuta, dum constituendum est primum aliquod eiusdem agnationis initium, & non id agitur, vt suam, ac paternam agnationem conseruare debeat foemina, de cuius successione tractatur, sed vt ea agnatio, quæ primum capit in eadem foemina, retineatur per illius filios, & descendentes masculos.*

Ex his sublati videri poterat altera distinctio, quæ etiam afferebatur super diuersitate Iuris, quod in hac successione habebant Nepotes à lute Matris, vt tanquam ex propriis persona vementibus non obesset, quod ipsa Mater fuisset ab eadem successione exclusa. Huius enim vis argumenti, quod captiolum ostendit, & pluribus refellit. *Surd. in confil. 8. num. 12.* posset fortasse procedere, si solam matris personam peteret hæc exclusio, non autem illa consideraretur tanquam principium, & caput totius lineæ, quo casu admittunt omnes, infici vniuersam Matris stirpem, ac descendenciam, & fuit resolutum in propriis terminis huius Statuti, de nepote ex filia in *Romana Supplementi, legitima 8. Februarij 1583. coram Card. Aragonio inter impress. parte 4. diuers. decis. 415.* & in his terminis dictum fuit ut procedere decisionem in causa *Spolethana hereditatis inter recens. decis. 463. part. 1.* in qua suæ defensionis potissimum fundamentum constituiebant hi nepotes, cum sicut videre est ex eadem decis. tota illa sit in probando, vt ad hanc qualitatem non videretur respexisse Statutum, de cuius interpretatione in casu illius Decis. agebatur, & hoc præcipue defunderetur, cum foeminam, quæ dotata esset, mandaret excludi per Masculum, qui esset de progenie Aui, Patris

tris. Matris. Fratris, aut Sororis, quibus verbis, vt conficit eadem decis. etiam masculi ex Matre, aut Sorore nati continebantur; Præterquam neque super eadem decis. dixerunt Domini, constituit posse fundamentum, cum causa iurum proposita nihil resolutum fuisset propter rationes Bart. quæ non obstantibus illis verbis etiam visæ fuerunt virgere

Solum autem non oberit filiis qualitas Matris, & distingueretur vnus ab alterius iure, si idem ius non habeant filij à Matre, & sicut apparet in casu, in quo loquitur Bart. in l. qui supersit, ff. de acquir. hered. si Mater non sit exclusa, sed velit ipsa abstinere à sui Patris hæreditate; cum enim à ius à lege delatum sit eisdem filiis, non debet illis obesse factum suæ Matris, & fuit ratio Bart. in d. l. liberorum, num. 16 ff. de verb. signif. & bene, & in proposito consideratur Menoch. consil. 318. num. 28. qui etiam respondet auctoritati eiusdem Bart. in l. si sit nepos, ff. de collat. dot. Surd. d. consil. 85. num. 13. Atet. in l. gallus, §. nunc de lege, num. 53. ff. de liber. & posthum. Ruin. consil. 110. num. 15. lib. 1. Alex. in l. pactum, 3. num. 7. & 8. C. de Collat. Et facit etiam altera ratio, quam considerat Alex. in d. l. pactum ne eisdem filiis obesse debeat hæc matris i renunciatio, quia scilicet videatur habere tacitam conditionem, si hæreditas eidem Matri deferretur, quæ effectum habere non potuit, dum ipsa Mater mortua fuit antequam decederet illius Pater, & Auis filiorum, de cuius successione tractatur, cuius contrarium omnino contingit in casu, quo femina per Statutum expressè prohibita sit succedere, vel quia non i eadem sit vis, ac virtus prouisionis factæ ab homine, ac Iuris à lege constituti, vt pluribus probat Surd. consil. 85. num. 29. Ruin. consil. 49. num. 4. volum. 1. & latè declarat Imol. in l. si vero (quam legit cum l. dotalem seruum) §. de viro, ff. solut. matrim. & præcipuè ex num. 51. Bald. in l. maximum vitium, num. 19. C. de liber. prateris. vel quia exclusio, quam quandam quasi legem in ipsius Matris ortu videtur i Statutum præscripsisse, non habet eam conditionem, quam habuit renunciatio facta per Matrem, vt voluit idem Surd. d. consil. 85. num. 34. Ruin. consil. 18. num. 10. consil. 27. num. 8. & consil. 51. num. 13. vol. 3. Aym. consil. 127. num. 4.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. DVNOZET.

Romana, seu Aquilana nullitatis donationis.

Luna 31. Martij 1631.

ARGVMENTVM.

Donatio, & pactum de hæreditate venientis non valet, & est omni iure improbatum, ita quod nec iuramento roboratur. Et quando dicta donatio, & pactum substineatur.

SVM MARIVM.

- 1 Pactum de hereditate viuentis non valet, nisi ille viuentis consensiat, & in eodem consensu vsque ad obitum perseverauerint.
- 2 Et ex tali consensu nullum ius parti acquiritur, & quando censetur reuocatum, num. 3. & an sufficiat tacita reuocatio, num. 4. & vtrum ista procedant stante iuramento, num. 5.
- 6 Pactum de hereditate viuentis sunt inualida etiam inter fi-

- lios, & quoad filios, quamuis sint iuramento firmata.
- 7 Pactum de hereditate viuentis est omni iure improbatum, idè iuramento validari non potest.
- 8 Iuramentum non potest esse vinculum malitiæ, & iniquitatis.
- 9 Pactum affirmatiuum ad differentiam renunciationis super hereditate viuentis, non validatur iuramento.
- 10 Delicta de iure non præsumuntur, nisi probentur.

DECISIO. XIII.

Domini resolverunt donationem, seu renunciacionem factam per Alexandrum Bonannum ad fauorem fratrum non sustineri, quia illa est facta de bonis sibi obuenturis post mortem eius patris, & matris, & sic de hæreditate viuentis; vnde bene intrat conclusio, quod i donatio, & pactum de hæreditate viuentis non valeat, nisi ille viuentis consensiat, & in eodem consensu vsque ad obitum perseverauerit l. fin. C. de pact. vbi Castren. nu. 8. vers. sed hic non obligat, Atet. nu. 8. Corn. nu. 4. in fin. Ial. nu. 12. vbi quod ex tali i consensu, nullum ius parti acquiritur, Dec. num. 6. Fulgos. num. 52. in 3. notabili, Roman. num. 5. vers. non obligare Dominum, l. ex eo, C. de inutil. stipul. Bertran. consil. 197. volum. 3. part. 1. & consensus censetur reuocatus, i quando ille, qui consensit, fecit testamentum, & heredem instituit, Anchar. cons. 404. nu. 3. Bertran. dist. consil. 197. vers. sic non perseverauerit, Gozadin. cons. 98. num. 3. vers. sed clarum, Bero. consil. 3. num. 18. & 21. lib. 3. sufficit enim tacita i reuocatio disponendo contra formam pacti etiam inter viuos, Aquil. d. l. fin. num. 8. Cagnol. num. 88. & prædicta procedunt etiam in i donatione facta mediante iuramento, Peregr. de fideicommiss. art. 51. sub num. 24. vers. hæc autem pacta, vbi i quod huiusmodi pacta sunt inualida inter filios, & quoad filios, quamuis sint iuramento firmata, ea ratione, quia censentur contra bonos mores, vt de communi opinione post alios testatur Viu. opin. 578. num. 4. Thesaur. decis. 225. num. 6. vbi conciliando opiniones, dicit, hoc procedere, quando sumus, prout in casu nostro, in pacto super alterius hæreditate interposito, iuxta tex. in d. l. fin. C. de pact. tunc enim i cum tale pactum sit omni iure improbatum, iuramento conuolidati non potest, quia i iuramentum non potest esse vinculum malitiæ, & iniquitatis, cap. cum contingat, de iureiur. & per istas rationes, quod i pactum affirmatiuum ad differentiam renunciationis super hæreditate viuentis non validetur iuramento, tenent Doctores in l. pactum, quod dotale, & in d. l. fin. vbi Bald. nu. 22. vers. sic nec iuramento, Cagnol. num. 92. & 95. C. de pact. Anchar. Imol. & Gemin. in cap. quamuis pactum, de pact. in 6. Alexand. cons. 165. num. 10. lib. 7. Surd. consil. 480. nu. 21. & fuit dictum in causa Romana de Margania 17. Decembris 1584. & prima Decembris anni sequentis coram Robusterio, & in Asculana honorum 13. Junij 1618. coram bene memoria Card. Sacratio.

Et cessate visa fuit omnis difficultas, ex quo fratres Donatarij post mortem patris recesserunt à dicta donatione, eidemque Alexandro donanti retrocesserunt, & licet dicta retrocessio fuerit facta aliquibus pactis obseruandis per Alexandrum, tamen, cum pro parte dictorum fratrum non probetur inobservantia dictorum pactorum, & dicta pacta contineant i delicta, quæ de iure non præsumuntur, nisi probentur, l. cum pater, §. rogo. de leg. 2. Mandol. consil. 516. num. 2. satis tenet dicta retrodonatio, nec probatur fuerit dicta contrauentio, in pactum deducta.

Et ita, &c.

R. P. D. DVNOZET.

Camerinen. Donationis de Calcaris.

Luna 7. Aprilis 1631.

## ARGUMENTVM.

Mandatum de associando, licet regulariter detur vigore Clausulae constituti, tamen quando hoc non procedat Agens ad donationem, ut obtineat, quid probare teneatur.

## SUMMARIUM.

- 1 Mandatum de associando regulariter conceditur vigore Clausulae constituti.
- 2 Mandatum de associando, ex clausula constituti, denegatur, quando Constituaris post mortem constituentis est negligens in apprehendendo possessionem naturalem, & patitur per alium occupari.
- 3 Ex negligentia censetur amissa possessio, qua in solo animo contrahentium suam habet essentiam.
- 4 Ad donationis executionem non sufficit, ut quis agat, nisi probet illam esse validam.
- 5 Donatio ex defectu insinuationis est nulla.
- 6 Donatio, quando est impropria, non eget insinuatione.
- 7 Donatio pura, & gratuita dici non potest facta ob causam.

## DECISIO XIV.

Cum D. Andreas Calcalarius vigore cessionis sibi factae ab Esilia, & sororibus de Calcalariis de bonis eisdem mulieribus donatis à q. Io. Baptista Calcalario praeponderet mandatum de associando, vel de immittendo in possessionem bonorum, ut supra donatorum. Proposui dubium, an eidem Andrae esset dandum alterum ex dictis mandatis, & Domini resolverunt, mandatum de associando ei non esse dandum, ea moti ratione.

- Quia licet dictus Andreas ad illud obtinendum nitatur clausula constituti, apposita in praedicto instrumento donationis, † cuius vigore regulariter conceditur mandatum de associando, ad tradita per Bart. in l. 3. in 4. quaest. principali, C. de pignor. Alex. cons. 131. sub num. 4. lib. 4. Afflic. decis. 326. Attamen conclusio non procedit, † quando Constituaris post mortem constituentis est negligens in apprehendendo possessionem naturalem, & patitur illam per alium occupari, ut in praesenti casu, cum praedictae mulieres donatae, & constitutariae post mortem Io. Baptistae donatoris, & constituentis neglexerint apprehendere possessionem, illamque passae fuerint per D. Venantium, & alios eiusdem Io. Baptistae filios apprehendi, quia tunc ex huiusmodi negligentia censetur amissa possessio, † quae in solo animo contrahentium suam habebat essentiam, ad tex. in l. si de eo. §. 1. & ibi Bart. ff. de acq. poss. glof. in c. cum venisset, in fine, & ibi Doctores de restit. spoliat. Tiraq. de consil. par. 3. limit. 21. num. 9. Rota decis. 694. num. 8. part. 1. recent.

- Præterea ex alio quoque capite dixerunt Domini, Andream non posse iuvari dicta clausula constituti, quia donatio est nulla, non enim sufficit † quis agere ad executionem donationis, nisi probet illam esse validam, Gratian. discept. forens. cap. 895. num. 9. & 10. Rota dicta decis. 694. numero 9. in Perusina hereditatis 10. Decembris 1628. coram Eminentissimo D. meo Cardinalis Virili.

- Nullitas enim dictae donationis visa fuit clara ex

defectu insinuationis, quae omnino requirebatur, tam ex dispositione Statuti Camerini, quam Constitutio. nis Marchiae, prout alias firmavit Rota decis. 694. nu. 9. part. 1. recent. & in Camerinen. Transactionis coram sancta mem. Greg. XV. decis. 160. num. 1. 2. & seq. & in Montis Alti donationis 18. Iunij 1618. coram bon. mem. Cardinale Sacrato.

- Non obstat, quod donatio fuerit ob causam transactionis, & propterea tanquam impropria donatio non indigeret insinuatione, Roman. consil. 126. num. 2. Tiraq. in l. si unquam, in verbo, donatione largitus, num. 12. C. de reuoc. donat. Seraph. decis. 416. num. 7. & decis. 1170. num. 4. Fuit enim responsum, quod cum dicta donatio fuerit facta in capitulo particulari, & ibi dicatur facta, ex mera, † pura, & gratuita voluntate, & quia sic voluit, &c. non potest referri ad actum correptiuitatis, & sic non potest dici ob causam, Surd. consil. 161. sub num. 14. Seraph. decis. 181. num. 8. Et ita vtraque, &c.

R. P. D. DVNOZET.

Camerinen. Donationis.

Veneris 4. Iulij 1631.

## ARGUMENTVM.

Vigore Clausulae, Constituti, regulariter conceditur Mandatum de associando. Insinuatio, in quibus donationibus requiratur, & in quibus non. Donatio, quando dicatur respectiua alicui contractui.

## SUMMARIUM.

- 1 Mandatum de associando regulariter vigore clausulae constituti conceditur.
- 2 Clausula constituti, inuisibilis efficitur propter negligentiam.
- 3 Donatio ex defectu insinuationis, est nulla.
- 4 Insinuatio in donationibus puris, & simplicibus est necessaria, non autem in factis ob causam, & num. 5.
- 6 Donatio, ex quo resultat, quod non sit simplex.
- 7 Donatio si sit facta alicui, & donataris eodem die se obligat ad dandum donanti decem singulis annis, censetur hoc fecisse contemplatione praecedentis donationis.
- 8 Donatio, quando est facta in eodem contractu, & coram eodem Notario, & testibus, censetur facta ex causa ob contractum, & num. 13.
- 9 Donatio facta in aliquo contractu, censetur facta contemplatione illius contractus, etiam si donatio fuerit posita in articulo separato.
- 10 Clausula, ex mera, pura, & gratuita voluntate, &c. ex stylo Notariorum solet apponi in qualibet donatione.
- 11 Clausula, ex mera, pura, & gratuita voluntate, &c. non facit donationem puram, non solum quando causa donandi est expressa.
- 12 Sed etiam quando non est specialiter expressa, dummodo aliter assignari possit causa.

## DECISIO XV.

Fuit dictum 7. Aprilis proximè praeteriti D. Andrae Calcalario cessionario Heresiliae, & aliorum sororum de Calcalariis, non esse dandum mandatum de associando ex secundo capite.

Primo, quia licet in instrumento donationis factae à Io. Baptista dd. sororibus cedentibus adesset clausula

1. sola constituti, † cuius vigore regulariter mandatum de associando conceditur, ex traditis per Bart. in l. 3. in 4. *quasi princip. C. de pignor. cum aliis allegatis in Decisione*, atramen illa d. Andreae suffragari non poterat propter negligentiam dd. sororum constitutariaum, quæ ne dum neglexerant apprehendere possessionem bonorum, de quibus agitur, sed etiam passæ fuerant illam à Venantio, & alius Io. Baptiste donantis filiis apprehendi, ex qua negligentia † d. clausula constituti effecta fuit inutilis etiam respectu d. Andreae cessionarij, Rota *decis. 694. num. 8. par. 1. recent. cum aliis in Decisione allegatis.*

2. Secundo, quia donatio facta dd. mulieribus erat nulla propter defectum insinuationis, † quæ ex constitutione Marchie, nec non ex dispositione Statuti Camerini omnino requirebatur, Gregor. XV. *decis. 260. num. 1. & seqq.* Hodierna die posita causa super iisdem, recessum facta secundo capite decisionis, ea ratione, quia licet Statutum Camerini, & Constitutiones Marchie requirant insinuationem in donationibus, atramen debent intelligi † de puris, & simplicibus donationibus, l. *Aquilinus Regulus ff. de donat. Albetic. in l. par. Statut. quest. 121. de prædicta materia, Sord. de alim. tit. 8. priusl. 71. num. 4. & seqq. Scraph. decis. 416. num. 17. non autem de factis ob causam, † in quibus de iure communi insinuatione non requiritur, Oldr. *consil. 139. num. 14. Curt. lun. consil. 142. num. 5. Roman. consil. 26. num. 3. Clar. in §. donatio, quest. 3. num. 1. & quest. 16. num. 6. Guidop. decis. 95. num. 1. Tiraq. in l. si unquam, in verbo, donatione largitus, num. 127. C. de reuoc. donat.**

3. Quod autem donatio, de qua agitur, facta ob causam, satis intelligitur ex instrumento transactionis inter d. Io. Baptista, & Heresiam, aliasque sorores initæ, ex qua apparet eos ad illam deuenisse occasione diueriarum præensionum, super quibus iniicem se plenissime quietarunt. † Unde resultat, donationem non fuisse simplicem, Socio. *consil. 273. num. 4. lib. 2.* vbi in fortioribus terminis post Castrensem infert, quod si mulier aliquid † donat Hospitali, & eodem die Hospitalale se obligat ad dandum mulieri decem singulis annis, censetur Hospitalale hoc fecisse contemplatione præcedentis donationis, Dec. in l. petens, num. 3. C. de pact. sol. in l. secta, num. 24. & seqq. ff. si cert. pet. Grammat. *decis. 103. num. 156. & seqq. Rota in Parmen. Daty 27. Junij 1612. coram Reuerendissimo D. meo Decano apud gloriad Galles. decis. 113. num. 113. & seqq.* & quod vbi eodem in contractu coram † eodem Notario, & Testibus est facta donatio illa censetur ex causa d. contractus fuit dictum in Romana Societatis 16. Decembris 1619. coram bon. mem. Vbaldo, præcipue ex Menoch. *presumpt. 12. num. 4. & seq. lib. 4.*

4. Non obstat, quod donatio fuerit facta in Capitulo separato, quis ex hoc non sequitur, quin d. donatio † fuerit facta contemplatione d. transactionis, ac proinde d. donatio censetur correspondere ad d. transactionem, ad tradita per Surd. *consil. 217. num. 19. vers. his verò non obstantibus lib. 2. Aym. consil. 98. num. 12.*

5. Nec releuat, quod donatio facta fuerit per hæc verba, *ex mera pura, & gratuita voluntate, & quia sic voluit, &c.* quia itea quod † d. clausula ex stylo Notariorum in quilibet donatione apponitolei, Scraph. *decis. 1184. num. 2.* illa non facit † donationem simplicem, ne dum quando causa donandi expressa est in ipsa donatione, Dec. in l. si donatione, nu. 4. C. de collat. Alex. *consil. 40. num. 14. lib. 4. Becc. consil. 20. num. 21. lib. 1. Surd. consil. 407. num. 11. lib. 3. Gratian. discip. 96. num. 34. Fontanell. de pact. nupr. claus. 4. glosa num. 38. Matefc. var. cap. 27. num. 8. & 9. lib. 2.* sed etiam quando spe-

6. cialiter † expressa non est, dummodo alias assignari possit causa resultans ex transactione, in qua plura correspondentia, & vicissitudinaria sint conuenta, Rim. Sen. *consil. 383. num. 24. 29. 32. 37. lib. 2.*

7. In presenti autem causa licet non fuerit expressa causa donandi, atramen ex qualitate transactionis factis apparet donationem fuisse ob causam, non solum quia, vt dixi supra, donatio † fuit facta in eodem instrumento, sed etiam quia eadem res, quarum iura fuerunt donata, erant litigiose, & super illis inter donantem, & donatarias vertebat lis, vnde clarè colligitur donationem fuisse factam ex causa transactionis, idque clarius resultat ex exordio ipsius transactionis, vbi contrahentes affirmant ad effectum obtinendi liberos se ad d. transactionem deuenisse.

Et ita vtraque, &c.

## R. P. D. VEROSPPIO.

### Vrbeuctana Successionis.

Luna 24. Maij 1632.

### ARGVMENTVM.

Traditur interpretatio Statuti Vrbeuctani, à quo, data certa forma succedendi ab intestato post lineam descendendum, & Agnatorum vsque ad tertium gradum, secundum computationem Iuris Canonici, vocantur proximiores consanguinei ex latere patris in ipsius patrimonio, & in portione matris proximiores matri.

### SVM MARI VM.

- 1 Statuto ad successionem vocante, eueniente vocationis casu, vocato competit inter dictum quorum bonorum.
- 2 Consanguinei, vox ista variam habet in iure significationem, in lata sui significatione continet quancumque cognationem, siue illam proveniat à masculis, siue à feminis, sed in stricta, non nisi solis fratribus conuenit, & quare, num. 2. & 3.
- 3 Fratres tantum dicuntur eodem sanguine geniti.
- 4 Agnati soli sub appellatione consanguineorum comprehenduntur.
- 5 Cognati, reprobata sententia Inula, non continentur sub appellatione consanguineorum, & num. 6. & 9.
- 7 Linea vix qualiter sit interpretanda.
- 8 Diuino, ex, quid significet.
- 10 Agnati dies non possunt, qui sunt positi in aliena familia.
- 11 Avunculus respectu nepotis ex sorore non est consanguineus, & quare, & num. 12. & 13.
- 14 Agnationis, & cognationis differentia de iure communi non considerantur inter pariter in gradu.
- 15 Arestinus in consil. 99. declaratur, & num. 23.
- 16 Mater iuris benignitate non excluditur à luctuosa filij successione.
- 17 Agnatorum, & cognatorum ad successionem alicuius concurrentium, qua ratio habenda sit, vbi statutum disponit, adhibita distinctione bonorum paternorum à maternis.
- 18 Statutum, quando in successione diuidit bona paterna à maternis, ea videtur mens statuentium, vt bene conseruantur in eadem agnatione, & familia.
- 19 Agnationis iura non nisi à patre descendunt.
- 20 Agnationis nomen descendentiibus ex femina non conuenit.

- 21 Statutum vocans proximiores ad successionem Patris, an loquatur de proximioribus ex parte, an vero ex linea Patris.
- 22 Proximiorum ex parte Patris appellatione, tunc omnino soli agnati veniunt, quando illis opponuntur consanguinei ex parte matris.
- 24 Femina familia, in qua nubit, principium facit.
- 25 Femina ad intestatorum successionem admitti possunt, & tanquam proximiores, & tanquam agnata defunctorum.
- 26 Filij in successione, quando nequeant occupare locum matris per representationem.
- 27 Representationis sui in transversalibus non porrigitur ad ulteriorem gradum à tertio.
- 28 Statutum vocans proximiores ad successionem alicuius, intelligi debet de proximitate vera, non autem de ea, qua fidei inducitur per representationem, & nu. 29.
- 30 Femina non solum possunt retinere denominationem agnationis, & fratris, sed & eiusdem agnationis dignitatem conservare.
- 31 Status una pars alteram declarat.
- 32 Agnatorum nomine intelliguntur comprehensa etiam femina, qua sunt de agnatione.
- 33 Cessionario competunt omnia iura, qua competebant cedenti.
- 34 Cessionarium hereditatis potest cedentis nomine obtinere immisionem illi debitam, & postquam sibi fuerit restituta hereditas, potest illam retinere.
- 35 Minor in pupillari aetate decedens non potest proprie dici decessisse sine testamento, sed intestabile  
Statutum Vrbenarum loquens de successione defunctorum ab intestato locum habet, & in successione decedentium in pupillari, num. 35. vbi de ratione remissionis

## DECISIO XVI.

**A**Crum fuit in hac causa super interpretatione Statuti Vrbenarum, a quo data certa forma succedendi ab intestato, post lineam Descendentium, & Agnatorum usque ad tertium gradum (qui tamen gradus numerati deberet secundum computationem iuris Canonici) vocabantur proximiores consanguinei ex latere Patris in patrimonio ipsius Patris, & in matrimonio, & portione Matris proximiores eidem Matri. Cum enim mortuo Iosepho de Aviamontis ab intestato super illius successione quatuor contenderent, & introducta coram me causa peterent omnes sibi concedi immisionem in possessione bonorum eiusdem Iosephi, siue ex Interdicto, quorum bonorum, & quod competere ad favorem vocati ex Statuto, dictum fuit in *Ferrariensis de Tassonis* 18. Maij 1630. coram R. P. D. meo Pirouano, in *Ravennaten. hereditatis* 14. Aprilis 1606. coram Cardinali Pamphilio, & in *Ravennaten. bonorum* 22. Aprilis 1616. coram bono mem. Vbaldo, siue ex conditione eiusdem Statuti, quod aliis exclusis dabat hanc successionem proximioribus consanguineis, cum ea qualitate, vt essent ex latere Patris; Ex duobus pendere visa fuit resolutio huius dubij, quod hodie proposui super Immisionem concedenda in possessione bonorum dicti Iosephi. Quid scilicet intelligi deberet sub eo nomine Proximiorum ex parte Patris, quos inuitabat Statutum ad paternam hereditatem defuncti in casu, quo non existeret aliquis ex agnatis intra tertium gradum: & quibus ex his, qui eandem Immisionem petebant, conveniret ea qualitas requisita à Statuto.

Et quantum ad primam inspectionem, à qua po-

sterioris resolutio etiam dependebat, quamvis notio, siue vis, atque usus huius vocis, Consanguinei, varia sit in iure nostro, & possit eadem vox in lata sui significatione continere quamcumque cognationem, siue illa proveniat à masculis, siue à feminis, & hoc modo communis usus loquendi consanguineos appellat, vt dixit Bart. in l. cum quidam, §. quod dicitur, num. 1. ff. de acquir. hered. Cut. lun. consil. 46. num. 4. & consil. 5. num. 16. Beto. consil. 93. num. 10. vol. 2. & pluribus autoritatibus relatis firmat Peregr. de fideicom. art. 22. num. 35. Tiraquell. de retr. sign. §. 1. glof. 9. num. 4. cum plurib. seq. Capr. consil. 37. sicut strictius sumptum idem nomen solis fratribus videtur convenire, qui solum dici possunt eodem sanguine geniti, & vt in hoc sensu usurpatum reperitur idem nomen in Auth. de consang. & veterin. & in l. post consanguineos, ff. de suis, & legit. in princ. & in §. 1. & per glof. in l. 1. §. post suos, ff. eod. tit. & in l. Amia, C. comm. de success. Quod tamen soli Agnati sub ea appellatione & proprie continentur, fuit Paul. sententia in l. Iurisconsultus, §. 1. ff. de gradib. & Vlpian. in l. si Spurius, ff. unde Cognati, vt illum text. ponderat Peregr. de fideicom. art. 22. num. 35. vbi circumscripto communi usu dubitat, quæ sit vera huius vocis significatio in iure; & dicit non contineri & in ea Cognatos, reprobata sententia Imolæ in l. cum quidam, §. quod dicitur, ff. de acquir. hered. quam etiam dicit reiecisse Aretin. in d. l. cum quidam, notab. 2. Mandell. consil. 69. nu. 2. Bero. eod. consil. 93. num. 10. & in terminis Statuti vocantis consanguineos, ita hoc nomen intellexerunt Corn. consil. 13. num. 15. lib. 2. & consil. 222. num. 2. lib. 3. Brun. super statuto fern. exclus. art. 12. num. 169. Sim. de Pract. de interpret. ult. volunt. lib. 3. solut. 11. num. 12. quod in casu, de quo agitur visum fuit Dominis, multo magis firmari posse, tum propter eam diuisionem Patrimoniorum, ex & qua videtur quoque distincta utraque linea agnationis, & cognationis, ex latere deductis per Bald. consil. 104. lib. 2. tum propter aliam qualitatem, quæ fuit etiam ex Statuto requisita in his consanguineis, qui in patrimonio, & paterna defuncti hereditate succedere debebant, vt scilicet essent ex latere Patris, cum sub ea descriptione non posset venire, & nisi sola eiusdem Patris linea, interpretando hanc vocem lineæ, vel quatenus convenire potest his solum, qui ab eodem Patre descendunt, prout illam interpretatus fuit Bald. in consil. 321. lib. 1. cum hoc offendere videatur dictio illa, Ex, per quam significatur & quædam quasi origo, & principium in ipso Patre, vt loquendo hoc idem consil. Bald. voluerunt Ias. in rubr. ff. de oper. nou. nunciat. num. 5. Ruin. consil. 23. num. 5. versic. videndum est, lib. 3. Paris. consil. 20. num. 38. lib. 3. Menoch. consil. 234. num. 7. & 12. Vel si etiam extendi debeat ad alios transversales, qui quamvis non sint ex eadem linea, continentur tamen in ea linea, sub qua etiam est ipse Patens, vt non egrediatur illius familiam, & agnationem, cum ea adjectio non solum restringere possit nomen Consanguinei, sed etiam declarare nomen Cognati, & quasi vnum sit expositiuum alterius, vt considerauit Curt. consil. 5. num. 16. & 21. & consil. 176. num. 6. arg. tit. Instit. de legit. agnat. tutel. & de legit. agnat. success. in princ. Ruin. consil. 15. num. 4. & 11. in princ. lib. 3. Gratian. consil. 27. num. 24. lib. 1. Gabr. consil. 20. num. 1. lib. 2. vbi quod ex eadem adjectione confectur penitus remota omnis dubitatio, & in propriis terminis huius Statuti Vrbenarum consuluit Ang. consil. 99. num. 4. Corn. consil. 224. vol. 2.

Cum ergo quaereretur quibus ex his, qui dictam Immisionem petebant, conveniret hæc qualitas, quam requirebat Statutum, excludebantur primo secundum

dum hanc distinctionem fratres de Testaticis, qui cum non nisi ex persona Lucretiæ matris Iosephi, & cuius ipsi erant fratres, essent isdem Iosepho coniun-  
 10 & i, non solum non poterant dici illius agnati † tanquam positi in aliena Familia, § *ult. Instit. de patr. potest. §. 1. Instit. de legit. agnat. success.* & in propriis terminis de Avunculo, quod respectu Nepotis, & filij suæ sororis non sit illi Consanguineus, dixit, Bald. con-  
 11 sil. 269. num. 2. vol. 3. Ang. consil. 263. num. 4. † ubi considerat optimam huius rei rationem, † quod cum ipse Avunculus sit ex aliena Familia non possit in eo considerari ratio, ex qua videntur moti statuentes, Peregr. de fideicom. art. 22. num. 35. sed neque etiam dici poterant eidem Iosepho proximiores ex latere  
 12 Patris, habito scilicet respectu ad Patrem † eiusdem Iosephi, de cuius successione agebatur, prout similia Statuta interpretanda esse, dixit idem Ruin. in addu-  
 13 Eo consil. 15. num. 18. cum plurib. seqq. lib. 3. Mandell. consil. 495. num. 12. cum hæc proximitas, quam habebant cum ipso Iosepho derivaretur à Lucretia illius matre, quæ in eodem Statuto expressè distinguebatur à proximitate, quæ à persona Patris causaretur.

Neque hæc proximitas requisita per Statutum cum ea qualitate, ut esset ex latere Patris, poterat intelligi in paritate gradus, ut erat præsentio eorundem fratrum de Testaticis ea potissimum ratione, ut quam minimum fieri posset, derogaretur dispositioni Iuris communis, † ex quo non servatur hæc differentia agnationis, & cognationis inter pares in gradu, ut in *Amb. post fratres, la secunda, C. de legis. hered.* & in terminis similibus Statutorum adducebant hoc idem tenentes Cast. consil. 47. lib. 1. Gratian. consil. 19. num. 42. & 43. lib. 1. Honded. consil. 1. num. 33. lib. 2. Surd. consil. 316. num. 12. & alij relati per Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. num. 71. Contrarium enim in terminis similis Statuti, ex quo fiat hæc divisio bonorum paternorum, & maternorum voluit Bald. consil. 104. lib. 2. cum data ea bonorum distinctione censeantur statuentes constituere voluisse duas successionum causas omnino diversas, & separatas, inter quas non poterat dari hic concursus. Nec † in contrarium erat  
 14 autoritas Ang. qui ita consuluisse dicebatur super hoc Statuto Vrbicuetano in consil. 99. cum solum ibi concludat ad favorem Matris, ne illa excluderetur à  
 15 lucuosa sui filij successione, † in quam partem inclinavit etiam tanquam in partem humaniorem; In concursu verò agnatorum, & cognatorum inter se  
 16 † tenet præferti ordinem agnatorum, ut videre est ex num. 5. quod etiam consideravit Brun. super stat. form. exclus. art. 6. num. 163. & hoc idem visum fuisse Paris. consil. 20. num. 40. volum. 2. Ruin. consil. 15. num. 18. lib. 3. Honded. consil. 12. num. 6. & 16. lib. 2. & in terminis consuetudinis Neapolitanæ huic Statuto omnino similis Malphel. ad dictam consuetud. par. 4. sub tit. de success. ab intest. quasi. 45. num. 25. & consil. 50. num. 12. & toto eo consil. 10. Franc. à Ponte consil. 61. num. 63. & Consuetudinis Dolanæ Griuell. decis. 109. num. 20. & 25. qui omnes moventur vna ea ratione, quod scilicet propter eam distinctionem patrimoniorum ea vide-  
 17 tur fuisse † mens statuentium, ut bona conferrentur in eadem agnatione, & familia; & hanc rationem consideravit etiam Rot. coram Greg. decis. 293. num. 7. & inter recent. decis. 417. num. 4. par. 1.

Excludebatur secundo loco Galeatius Albericus, qui licet tanquam frater Alphonse vxoris Artlij de Aviamontis, ipse etiam contenderet se esse proximotem Iosepho ex parte Patris, cum esset idem Ioseph nepos Artlij, & Franciscus pater Iosephi, filius

Decis. Sac. R. R. De fratribus.

eiusdem Artlij, & Alphonse; non tamen habebat eam proximitatem, quam requirebat Statutum. Quod enim proximitas, quam ab Alphonse derivabat Galeatius, non posset dici eadem cum illa, quam visum fuit considerasse statuentes in casu huius Statuti præter hæc, quæ dicta jam sunt, ex eo præterea visum fuit Dominis, quod deduci posset, quia quando sub eo nomine proximiorum ex parte Patris intelligi possent vocari Descendentes ex feminis, atque ita etiam  
 19 Cognati, cum agnationis lura † non nisi à Patre descendant, ut in §. *un. go, instit. de cognat. success. in l. Jurisconsultus, §. 1. versic. cognationis origo. ff. de gradibus*, hoc tamen in omnem casum non poterat intelligi, nisi de his, qui ex feminis agnatis descenderent, in quorum numero sunt filij Amitæ, quæ est Patris soror, siue filij sororum Aui, aut Proavi, quæ Amita magna, aut Proamita dicuntur, non autem de his, qui eidem Patri, Avo, aut Proavo coniuncti sunt per feminas cum illis nuptas, ut erat Galeatius, cum hoc casu non solum non posset dictis descendentes convenire nomen agnationis, sed neque etiam dici possent iidem Descendentes ex linea, siue ex parte Patris, dum persona, per quam iunguntur ipsi Patri, aut Avo, ne-  
 20 que etiam erat eidem agnata, ut bene † declarat Napodanus super ea Constitut. Neapolit. cuius initium si quis, vel si qua, in rubr. de success. ab intest. verb. ex parte Patris, numer. 167. Rota decis. 326. num. 1. & 8. par. 1. divers.

Neque contrarium videbatur, quod colligi posset ex eodem Statuto, quatenus hos consanguineos, quos voluit succedere in portione bonorum paternorum defuncti ab intestato posuit, post expressam agnatorum vocationem, & in casu, quo iidem agnati non extarent. Etenim quatuor successionum casus, & gradus apparet consideratos fuisse in eodem Statuto: Primum, Descendentium, in quo voluit, ut masculi feminis præferti deberent, sub ea tamen conditione, ut eadem feminas dotare tenerentur. Secundum, in quo sola feminæ descendentes superessent, & ab illis voluit excludi tam agnatos, quam cognatos. In tertio casu, in quo nulli Descendentes extarent siue masculi, siue feminæ, vocavit agnatos usque ad tertium gradum, ea etiam adjecta conditione, ut feminæ in paritate gradus deberent à masculis excludi. Post agnatos verò usque ad tertium gradum, & in quarto casu vocavit in bonis paternis, & patrimonio defuncti proximiores consanguineos ex parte Patris: In matris omnino, seu bonis maternis proximiores consanguineos ex parte Matris. Vnde quod in eo tertio casu, & gradu successionum fuerint vocati agnati, non bene inferitur, quod eosdem agnatos noluerint comprehendere statuentes sub eo nomine proximiorum consanguineorum ex parte Patris, de quibus, ut dixi, mentionem fecerunt in quarto gradu, & capite successionis cum illis solum viderentur convenire verba, quibus visum fuit, ad quem effectum præter iam dicta considerantur Domini, quod non solum non poterat constitui discrimen aliquod. Virum ex Statuto vocati essent  
 21 † proximiores ex parte, an verò ex linea Patris, ut supponit Bart. in consil. 10. quem in hoc sequuti fuerunt Curt. Iun. in adducto sapient. consil. 5. num. 4. Ruin. consil. 23. num. 4. lib. 3. & reprobat Cast. in consil. 111. tenuit Rot. coram Card. Canaler. decis. 9. num. 2. Sed quod ij, qui in casu huius Statuti vocati erant ad bona paterna sub ea descriptione, & periphrafi, ut esse deberent ex parte Patris, fuerunt oppositi aliis consanguineis ex parte Matris: sub quo nomine cum non possent contineri nisi soli cognati, ita etiam nomine ipsorum

ximorum ex parte Patris soli agnati intelligi poterant, † vt arguit in his terminis idem Curt. *in eodem conf. 3. num. 16. & 21. Rot. in Mediolanen. Jurispatronatus 10. Nouembrii 1616. coram R. P. D. meo Prouano, & explicando verba huius Statuti sensit Angel. in conf. 99. num. 5. Et in hoc visum fuit, quod posset postremus hic gradus successionis distingui à superiori, quod scilicet eidem gradui non omnia bona defuncti resequata fuerint, sed solum ea bona, quae idem defunctus haberet à Patre, atque etiam, quia qui in eodem gradu futuri erant, non poterant eodem modo excludere Matrem, sicut agnati intra tertium gradum, † qui est casus super quo consuluit Angel. *in add. conf. 99. interpretando hoc idem Statutum.**

Non poterant tertio loco admitti Flaminii, & Faustus de Manéinis, qui ex persona Portiae eorum matris, & ipsi se iunctos dicebant Iosepho, cum eadem Portia fuisse soror Hectoris, qui fuit Pater Attilij, & proauus eiusdem Iosephi; Nam & haec illorum parentela tanquam ea, quae descendebat à foemina, quae nupta in aliena familia, † eidem familiae principium fecerat, neque poterat dici, quod haberet qualitates requisitas à Statuto, vt haberet in *l. pronuntiatio in fin. & in l. familia appellatione, §. foeminarum, ff. de verb. signif. & in l. assumptio, §. filius, ff. de municipal. Quidquid dici posset respectu ipsius Portiae, quae licet foemina † potuisset admitti ad hanc Iosephi hereditatem ex utroque capite, & tanquam proximior, & tanquam agnata, vt in verbis decidit text. *in l. consanguinitatis, C. de legit. hered. & dicitur infra cum ageretur de iuribus Flaminiae de Auimontis, quae pariter aspirabat ad hanc Iosephi hereditatem.**

Neque in hac successione poterant hi filij iuuari ex persona suae Matris, itaut quamuis iure proprio excluderentur tanquam alterius agnationis, occupare † tamen possent per repraesentationem locum, & gradum eiusdem suae Matris iuxta not. *in §. cum filius, insit. de heredit. qua ab intest. deferentur.* Non enim poterat esse locus huic Iuri repraesentationis, tum quia illud non datur † in transuersabilibus in vltiori gradu à tertio, vt haberet in *Auth. post fratres, C. de legit. hered. & declarat praeter alios Angel. in §. reliquorum. Auth. de hered. & falcid. num. 6. Menoch. praesumpt. 95. num. 13. lib. 4.* tum quia in contractum erat dispositio ipsius Statuti, tam dum vocabat proximiores, cum eo casu tradunt Doctores communiter, non posse attendi, nisi naturalem proximitatem, † non autem eam, quae fictè inducitur ex repraesentatione, vt apparet ex relat. per Couar. *praes. quae. cap. 38. num. 4. Crass. in §. fideicommissum, quae. 11. num. 9. Cardin. Mantica. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 9. num. 10.* quam dum apparerebat spectatam ab eo fuisse paternam lineam defuncti, vt respondit in terminis Grat. *conf. 97. num. 8. lib. 1.* & est generale, quando praeter gradum, † in quo succeditur, assumi etiam debet altera qualitas, quam habebat persona, quae repraesentatur ex ratione considerata per Bart. *in l. liberorum, num. 13. ff. de verb. signif. quam sequuti fuerunt Castren. in conf. 47. in 2. dubit. num. 1. Ial. consil. 121. in 2. col. vers. secundo mouetur lib. 1. Socin. Sen. consil. 296. num. 4. lib. 2.*

Vltima inter hos omnes competitorum erat Flaminia de Auimontis, quae Nepos ex fratre alterius Hectoris senioris, qui fuit Auis Hectoris patris Attilij, sexto gradu distabat à Iosepho: Et huic Domini dixerunt, dandam esse Immissionem, sine ex illius persona Com. Petro de Auimontis, cui eadem Flaminia iura sua cesserat, postquam adis omnibus exclusis, in ipsa solum verificari poterat ea qualitas Proxi-

mioris, quam primo loco requirebat Statutum in persona, cui non existen. agnatis intra tertium gradum, deferebat hereditatem defuncti, & alteri qualitati etiam requisitae ex eodem Statuto; vt ea proximitas esse deberet ex latere Patris, obstat non poterat sola qualitas sexus, dum per eandem Flaminiam, licet foemina, † poterat non solum retineri denominatio agnationis, & familiae, sed & eiusdem agnationis dignitas conseruari, ex cumulatis per Peregr. *in fideicom. art. 12. num. 34. & art. 14. num. 37. Brun. de Statut. exclus. foemin. art. 6. num. 75. & 80. vbi de vetiori, & magis communi opinione, & per Rot. in decis. 587. numero 1. par. 1. & decis. 282. num. 2. par. 2. recent. & coram Greg. decis. 293. num. 7. & 13. vbi Adde. alias complures referunt. Quod cum generaliter procedat vbi-cumque mandata reputatur indifferens, sicut constat esse hanc causam successionis, quae non magis continet masculis, quam foeminis, clarius etiam fiebat hoc casu ex verbis ipsius Statuti, quatenus in tertio capite, & gradu successionis, in quo soli agnati vocabantur, concedebatur praeratio masculis aduersus foeminas: Hinc enim bene argui poterat, quae fuerit mens eiusdem Statuti in hoc quarto gradu successionis, in quo considerati fuerunt omnes alij agnati, qui essent post tertium gradum, dum in superiori capite, in quo mentio fiebat etiam de agnatis, non fuit dubitatum. Vtrum sub ea appellatione venire posset linea foemina agnatarum, & vna pars Statuti † alteram declarare poterat, vt in his terminis, ad effectum scilicet vt sub nomine agnatorum † intelligantur comprehensae etiam foeminae, quae sint de agnatione, considerauit Bald. *consil. 97. lib. 5. Soc. Iun. consil. 10. num. 12. vol. 1.* His vero iuribus Flaminiae, & omnibus illius praetogatiuis, quorum causa † debebatur illi haec successio, poterat etiam iuuari Comes Petrus, cum ex ea iurium cessione, quam obtinuerat, non abdicauerit à se Flaminia directas actiones, sed solum illarum exercitium transulisset in ipsum Petrum, ex quo potuit idem nomine ipsius Flaminiae cedentes obtinere † Immissionem illi debitam, sicut ex vtilibus, quas etiam ex eadem cessione fuit consequutus, poterit hanc eandem Iosephi hereditatem retinere, posse quam illa sibi fuerit restituta, vt declarat Angel. *in l. si usus fructus, ff. de nouation. Bart. in l. qui ita 66. §. etiam, num. 2. ff. ad Sen. Consult. Trebell. Alexand. in l. apud Iulianum 11. §. vtrum, num. 1. Imol. num. 10. ff. eod. tit. Peregr. de fideicom. art. 31. num. 33. & fuit dictum in Tiburtina Castrorum, 15. Martij 1619. coram bo. me. Buratto, & in Romana Fideicommissi de Guidis 28. Iunii 1630. coram me.**

Nec dubitarunt Domini, vt habere posset locum id Statutum in hac Iosephi hereditate, quia quamuis loqueretur idem Statutum de decedentibus ab intestato, & ipse Iosephi, qui in pupillari aetate deceffit, proprie non posset dici † decessibile sine testamento, sed potius intestabilis, vt videtur voluisse I. C. *in l. 1. §. plane, ff. de suis, & legit. adhuc tamen in eo locum habebat dispositio ipsius Statuti propter rationes, quas considerauit Bart. in eadem l. 1. num. 2. & in consil. 141. lib. 1. In quo respondit super hoc eodem Statuto Vrbeuerano Angel. qui pariter interpretatus fuit hoc Statutum *in consil. 99. lib. 2. & in consil. 211. num. 4. & hanc opinionem magis communem, & veriorem esse attestati fuerunt Gabr. consil. 14. num. 14. & 19. lib. 1. Roman. in consil. 32. num. 4. & in consil. 4. num. 5. Crass. in §. successio ab intestato, quae. 1. num. 2. Menoch. plures referens pro eadem opinione in consil. 569. num. 12.**

Et ita omnibus informantibus, &c.



R. P. D. DVNOZET.

Bononien. Successionis.

Luna 21. Junij 1632.

ARGUMENTVM.

Renunciatio Filiarum de bonis paternis, maternis, & fraternis est strictè accipienda, & prout iacet interpretanda.

SVMMARIVM.

- 1 Renunciatio materia strictè venit interpretanda.
- 2 In renunciatioe ea tantum veniunt, qua sunt expressa.
- 3 Hereditas per additionem desinit esse, & efficitur proprium patrimonium heredu.
- 4 In renunciatioe filiarum de bonis paternis, & maternis non veniunt ea, qua per additionem sunt effecta proprium patrimonium fratrum, &c.
- 5 Pater, quando censeatur adire hereditatem maternam filio delatam.
- 6 Hereditas solo animo aditur.
- 7 Renunciatio sororis de bonis fratrum nominatorum non extenditur ad non nominatos.
- 8 Verbum, dictum, est personalissimum, & num. 10.
- 9 Renunciatio bonorum debet tantum referri ad bona, & per specificatas.

DECISIO XVII.

Comes Ferdinandus Barbatius de Mangiolis ex persona Blanchæ Bentiuolæ eius matris prætendebat ratam partem bonorum, quæ ex hereditate Peregrinæ Capellæ perueniant ad Georgium eiusdem Blanchæ fratrem ab intestato prædefunctum. Ex aduerso autem Comes Alexander Bentiuolus frater prædictæ Blanchæ excipiebat de renunciatioe facta à Blanca occasione dotis sibi à patre constitutæ; vnde propositio à me dubio. An prædicta renunciatio obstaret, DD. vnanimiter negatiuè responderunt.

Licet enim renunciatio amplissimis verbis legatur facta tum in narrativa ibi. Dummodo ipsa quoque renunciet, & cedat omnia, & quæcumque iura præsentia, & futura sibi competentia, vel competitura in bonis, vel hereditate olim D. Peregrinæ eius matris, & DD. Francisci, & Alexandri eius fratrum vttrinque coniuutorum, & omnium, & singulorum aliorum eius ascendentium, tam ex causa successionis ab intestato, &c. Tum etiam in dispositiua, ibi cessit, renunciavit Comiti Vlixii eius patri pro se, suisque hæredibus, &c. omnia, & quæcumque iura, actiones cuiuscumque qualitatæ, & conditionis, omneque edictum, & interdictum, quæ, quas, & quod ipsa habuit, habet, & habitura est in futurum ex causa successionis ab intestato, &c. sibi debita, seu debent in bonis, & hereditate, seu hereditatibus dd. patrum, & fratrum, & cuiuslibet eorum ex causa legati, &c. quæ iura, & alia sic, vt supra. Et propterea videatur comprehendere etiam bona, quæ ex hereditate Peregrinæ perueniant ad Georgium eius filium, tamen cum agatur de

- 1 materia renunciatioe, quæ strictè venit interpretanda, Putpur. consil. 372. num. 4. Gabr. conf. 60. num. 6. lib. 1. Gozad. consil. 1. num. 7. Surd. conf. 431. num. 2. Causal. decis. 340. num. 1. tantum censetur per eam renunciatum, quantum fuit in ea ¶ specificatum, quapropter cum de ista portione Georgij nulla fuerit facta mentio, non potest dici in renunciatioe comprehensa, Surd. d. conf. 431. num. 13. & segg. Setaph. decisio. Decis. Sac. R. R. de Fratribus.

638. num. 2. Rot. decis. 624. num. 1. & segg. par. 1. diuers.

Nec obstare visum fuit, quod ista portio Georgij pronentrit ex hereditate Peregrinæ, quia cum per mortem eiusdem Peregrinæ hereditas illius statim delata fuerit ad singulos filios, & sic enim ad Georgium pro rata sequuta; deinde aditione facta per eundem Georgium non dicitur ¶ amplius hæreditas, & patrimonium peregrinæ, sed efficitur proprium patrimonium filiorum, Menoch. conf. 114. nu. 5. Cephal. consil. 489. num. 73. & 74. Surd. conf. 562. in princ.

- 4 Vnde licet in renunciatioe fuerint comprehensa bona materna, non tamen veniunt ista bona, quæ per aditionem fuerunt effecta proprium patrimonium Georgij filij. Alber. in l. si quam, §. illud, nu. 7. C. de inoff. testam. Dec. in l. hereditas, num. 8. ff. de reg. iur. Bald. consil. 48. lib. 2. Alba. conf. 7. num. 16. Afflict. decis. 178. nu. 4.

Quod Georgius paternam hereditatem adiuuere satis iustificatur. Nam cum de tempore obitus matris esset infans, pater retinendo dotem, & bona mulieris, illorumque fructus exigendo ¶ censetur nomine filiorum hereditatem mulieris adiuuere, iuxta doctrinam Bart. in l. gerit, num. 28. in fin. ff. de acquir. heredit. Surd. dicit consil. 562. num. 7. & decis. 140. num. 1. & 10. ver sic sed quia alias.

Quod in præsentis casu absque difficultate procedit. Ex quo pater circa aditionem dictæ hereditatis plures actus positiuos fecit nomine Georgij filij, semper ipsum matris hæredem renunciando, quod ad hunc effectum ¶ sufficit, cum hereditas solo animo adeatur, l. pro hærede, ff. de acquir. heredit. glos. in l. posuit, in var. voluntat. C. de iur. delib. cum aliis relatis per Mart. de success. par. 4. quæst. 14. art. 2. & 3.

Minus obstat, quod Blanca renunciauerit hereditatibus, & bonis fratrum, & sic censetur renunciauere etiam bonis Georgij fratris, quia cum in dicta renunciatioe fuerint specificata nomina fratrum, scilicet Comitum Francisci, & Alexandri, ¶ renunciatio facta de bonis fratrum nominatorum non potest extendi ad bona Georgij fratris non nominati. Dec. consil. 379. num. 3. & 4. & consil. 429. num. 9. Bald. consil. 48. per totum lib. 2. Arct. consil. 161. num. 5. Eugen. consil. 88. num. 82. lib. 1. Cualet. decis. 340. num. 3. Gregor. decis. 15. num. 3.

- 7 Comitum Francisci, & Alexandri, ¶ renunciatio facta de bonis fratrum nominatorum non potest extendi ad bona Georgij fratris non nominati. Dec. consil. 379. num. 3. & 4. & consil. 429. num. 9. Bald. consil. 48. per totum lib. 2. Arct. consil. 161. num. 5. Eugen. consil. 88. num. 82. lib. 1. Cualet. decis. 340. num. 3. Gregor. decis. 15. num. 3.
- 8 Ponderato maxime verbo, Dictorum, quod est personalissimum, & demonstratiuum personarum prius nominatarum, ad quarum portiones restringitur renunciatioem, Iaf. in l. si filiusfamilias, §. Dini in secunda lectura, nu. 51. de leg. 1. Mandos. conf. 201. num. 34. Surd. conf. 464. num. 2. Rot. coram Gregor. decis. 495. numero 1. & 7. & decis. 607. num. 6.

Denique non obstant verba generalia, ibi, Pro eo, & toto, quod prætere posse, quæ verba sunt apta comprehendere etiam hereditatem Georgij, quia ¶ nihilominus referuntur ad bona, & personas specificatas. Surd. conf. 431. num. 12. Maxime stantibus verbis restrictiuis, & repetitiuis, ibi, Dictorum vt supra, & similibus, quæ restringunt dispositionem ad superius specificata, prout de dictione, seu verbo, ¶ Dictorum, tenent DD. proximè relati, & de altera, vt supra, firmat Surd. decis. 291. num. 13. Rota decis. 125. in fin. par. 1. vacent.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. VEROSPPIO.

Veliterna Fideicommissi.

Veneris 24. Ianuarij 1633.

## ARGUMENTVM.

Filiorum nomine an, stante Statuto foeminarum exclusiuo, veniant filiae, & neptes ad exclusionem extraneorum substitutorum.

## SUMMARIVM.

- 1 Femina exclusiua à statuto non veniunt nomine filiorum, intellige, vt num. 6.
- 2 Testes inter alios examinati, an alii praiudicent.
- 3 Statutum Vrbis non habet locum, quando in districtu est aliud particulare Statutum.
- 4 Statutum, excludens foeminas à successione ab intestato, non habet locum in successione testamentaria.
- 5 Testatoris voluntas praesumitur: conformis dispositioni Statuti.
- 7 Foeminarum exclusio proueniens ex coniectura voluntatis Testatoris desumpta à Statuto, non debet extendi ultra dispositionem eiusdem Statuti.
- 8 Foeminae quemadmodum masculi debent praeferrri extraneis substitutis.
- 9 Masculinum concipit foemininum ex identitate rationis.
- 10 Filiarum exclusio non est coniectura, vt excludatur neptis, adduntur rationes diuersitatis, num. 11.

## DECISIO XVIII.

Proposui iterum idem dubium, quod fuit in hac causa resolutum 10. Iunii praeteriti, an scilicet constaret de Fideicommissio Pauli Petruccij, & cum vocatione Euphrasiae, & Flaminiae, & quantum fauorem resolutum fuit, quod purificatum esset idem Fideicommissum, desumpta fuisset in decisione tunc facta ex conditione, si sine filiis, sub qua positae fuerant in testamento sui patris, tam propter expressam dispositionem Statuti Vrbis praesumentis vocationem ex ea conditione, quam propter alias coniecturas in dicta decisione consideratas; Impugnabatur hodie eadem decisio in ea parte, in qua dispositio Pauli dicebatur purificata ad fauorem Euphrasiae, & Flaminiae. Ex duobus enim capitibus negabatur constare posse de hac illarum vocatione, cum neque legitima esset eadem legitimatio ad hoc, vt dici posset, quod dispositio Testatoris de ipsa Euphrasia, & sorore loqueretur, & negaretur esse locum dispositioni Statuti, aut admitti posse alias coniecturas ad praesumendam hanc vocationem propter contrariam dispositionem Statuti Veliterni exclusiuo foeminarum, & qua stante sub ea appellatione filiorum, qui fuerant in conditione positi ad exclusionem substituti, non poterant venire haec neptes Pauli Testatoris tanquam foeminae, vt videtur communis, & ab omnibus recepta conclusio, quam inter caetera probant Bart. in l. haeres mei, §. cum ita, num. 4. Alex. num. 8. ff. ad Senat. Consult. Trebell. in l. haeres, §. qui filius, num. 35. ff. de leg. 1. Rip. qui de communi attestatur in d. §. cum ita ad Senat. Consult. Trebell. num. 75. Mantica. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 7. num. 8.

Vtrum, & haec datae objectiones visae fuerant Dominis tolli, & quantum ad effectum legitimacionis, illa etiam ex facto cessabat, cum ex testibus, quorum depositiones datae fuerant, probatum fuisset, quod ex Tullio, qui fuit vnus ex filiis Pauli testatoris natæ fuerint ipsa Flaminia, & Euphrasia, quas idem Tullius moriens post se reliquit, ex Salvatore vero altero Pauli filio, qui antea decessit nulli filij nati fuerint, vt fuit suppositum in decisione, de cuius confirmatione agitur, dum has Tullij filias dictum fuit, vocatas fuisse

non solum ad portionem patris, sed patri. Et licet his testibus objiceretur, quod si dum inter alias personas examinati fuerant, non possent illorum depositiones officere iis, cum quibus causa nunc tractatur, tamen haec etiam obiectio tollebatur, quia eadem probationes tanquam receptae in causa status ius faciebant, quo ad omnes, ex notatis in l. ingenuum, ff. de stat. hom. & per Bald. in l. 2. C. quibus res Iud. non noi. Alex. in l. sepe, num. 62. ff. de re iudic. Achil. decis. 5. eodem tit. Crelocent. decis. 18. de probat.

Quo vero ad alteram objectionem, quamuis ad hoc, vt esse possent locus dispositioni Statuti Vrbis requireretur, vt nihil caueretur in contrarium ex Statuto alterius Ciuitatis, in qua procedere deberet dispositio eiusdem Statuti, vt fuit late resolutum in Camerinae transactionis 24. Maij 1606. coram Greg. inter impress. decis. 260. & magis in specie decis. 169. num. 3. & coram Mantica. decis. 259. num. 2. Non tamen dabatur haec contraria dispositio, & Statutum Ciuitatis Veliternae, quia illud, quod in cap. 23. lib. 1. legebatur super exclusione filiae dotatae à successione patris, tanquam loquens de successione ab intestato, non poterat intelligi de successione testamentaria hoc caso, quo haec filiae Tullij, & neptes Testatoris non veniebant contra eiusdem Testatoris dispositionem illam impugnando, sed deducebant ex illius testamento suam vocationem, vt alias distinxit Rota in Bononien. transactionis de Capacellis 14. Maij 1616. coram bon. mem. Andrea, in Recanaten. successione 26. Iunii 1611. coram bon. mem. Buratto, & in decis. 449. par. 4. in nouiss. diuers.

Et licet ex ea diuersa dispositione Statuti saltem constare videretur de coniectura mente Testatoris, vt sub ea appellatione filiorum, qui fuerant à se positi in conditione noluerit intelligere, aut comprehendere foeminas, dum si voluntas Testatoris debebat praesumi conformis cum dispositione eiusdem Statuti, cum non alia ratio, quam haec vna consideretur à Doctores, qui volunt, vt foeminae filiorum appellatione venire non possint stante Statuto foeminarum exclusiuo, vt patet ex Bart. in d. l. haeres mei, §. cum ita, ff. ad Senat. Consult. Trebell. num. 4. & fuit dictum coram me in Ferrarisen. successione 27. Nouembrijs 1630. & in Auxinana fideicommissi 4. Maij eiusdem anni 1630. coram R. P. D. meo Merlino. Haec tamen conclusio, quae vera poterat esse in suis terminis, & vbi cumque scilicet filij masculi extarent, non poterat extendi ad alium casum, quo idem filij non superessent, cum tunc illis, aut non extantibus, aut etiam non successibilibus filiorum appellatione veniant foeminae, tanquam successiuè vocatae post eosdem masculos, vt voluerunt idem Bart. in l. §. qui habebat, num. 3. ff. de bon. poss. contra tabul. & in l. 2. §. sed si sint, ff. ad Senat. Consult. Tertull. Bald. in l. Gallus, §. & quid sit tantum, ff. de li. & posth. Cephal. consil. 22. num. 16. Nat. consil. 74. num. 12. Becc. consil. 107. num. 18. Surd. consil. 89. numer. 10. & consil. 138. num. 17. Peregrin. de fideicom. art. 27. num. 20. & fuit dictum in Bononien. hereditatis de armis 18. Aprilis 1621. coram R. P. D. meo Merlino, & in dicta Ferrarisen. successione coram me. Et potest huius rei illa esse ratio, quia si exclusio proueniens ex coniectura voluntatis Testatoris desumpta à Statuto, non debet extendi ultra dispositionem eiusdem Statuti, & ultra quem de necessitate inferatur ex ipso actu, iuxta doctrinam Bart. in l. §. his interdicto, ff. de itin. actus. priuat. & in auth. qui veni, num. 8. C. de sacrosanct. eccles. quam in his terminis adducit Surd. consil. 52. num. 73. & decis. 84. num. 9. teno. quia poterat hoc casu considerari & eadem ratio in terminis,

minis, quæ vigeat in masculis, dum ab omnibus de-  
 bebat eodem modo excludi substitutus, & extraneis  
 præferri propria soboles, & descendencia, ad not. in l.  
*cum aui, ff. de condit. & demonstr. & in l. cum acutissimi,*  
*C. de fideicom. & aduertit Natta dicto consil. 74. num. 12.*  
 9 † propter identitatem huius rationis erat locus Re-  
 gulæ, vt masculinum fœmininum conciperet, iuxta  
 doctrinam Bald. in l. si ita scriptum 46. ff. de leg. 2. quam  
 in fideicom. & substi. præsertim receptam esse Testa-  
 tor, Butlat. consil. 157. num. 45. Menoch. consil. 435. num. 4.  
 & 5. propter d. l. si ita scriptum, & l. si quis ita, in princ. ff.  
 de testam. tutel. Alex. consil. 53. num. 14. vel. 4.

Non etenim dici poterat, vt constaret de hac con-  
 10 traria voluntate Testatoris, ex eo, quod † propriam  
 filiam in testamento excluderet, hanc enim coniectu-  
 ram voluntatis communiter Doctores rejiciant, &  
 semper minimi fecer. Rota, vt patet ex decis. Card. Se-  
 raphin. 880. num. 3. & decis. 1216. num. 10. & fuit dictum  
 in Florentina fideicom. de Guidaccio 21. Februarij, &  
 21. Junij, 1628. coram R. P. D. meo Duno Zetto, cum plures  
 11 possint considerari, & adduci † diuersitatis ratio-  
 nes ad hoc, vt non debeat eodem modo dici exclusi  
 neptis à successione aui, sicut fuit exclusi filia ex  
 testamento sui patris ab eiusdem hereditate: & præci-  
 pue, quod dos, quæ communiter relinqui solet filiz,  
 quæque fuit relicta hoc casu, & existentia fratrum, si-  
 cut sunt causæ exclusionis eiusdem filiz, ita nec pos-  
 sint conuenire exclusioni harum filiarum Tullij, quæ  
 nec dotem ab aho habuerunt, neque id agunt, vt ma-  
 sculos, & descendentes Testatoris excludant, sed so-  
 lam, vt præferantur substituto extraneo, quas duas ra-  
 tiones consideratur inter ceteros, Castr. consil. 409.  
 num. 1. in fin. vel. 2. Cephal. consil. 45. num. 21. & 23. &  
 consil. 46. num. 3. Curt. Sen. consil. 63. num. 13. Mantic. de  
 coniect. ult. volunt. lib. 11. tit. 14. numer. 6. Gabr. de fideic.  
 conclus. 6. num. 5. Præterquam illud etiam satis esse po-  
 test hoc casu, vt substitutio facta sit ad aliorum fauo-  
 rem, quam ipsius filiz Testatoris iam exclusæ, vt ei-  
 dem satis sit dicere, substitutio de se non loquitur.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. DVNOZET.

Firmana Fideicommissi de Carradoris.

Veneris 22. Aprilis 1633.

ARGVMENTVM.

Interpretatio si sit contraria verbis testamenti  
 non est attendenda, Substitutio, quando  
 non suffragetur, Verborum generalitas, quid  
 operetur.

SVMMARIVM.

- 1 Interpretatio de directo contraria verbis testamenti non  
 est attendenda.
- 2 Relatum censetur in referente cum omnibus suis qualita-  
 tibus.
- 3 Substitutio non suffragatur vocato post obitum alicuius,  
 si casus nondum euenit.
- 4 Verborum generalitas nihil incomprehensum reliquit.
- 5 Dicitio, supraddicti, cuius sit natura.

DECISIO XIX.

PER binas Decisiones emanatas in hac causa resolu-  
 tum fuit, Ludouicam filiam Accutij vigore testa-  
 menti Mariæ non posse agere ad portionem Lelij, &  
 Philippi, quæ peruenit ad filios Ludouici, ea ratione,  
 Decis. Sat. R. R. De fratribus.

quia cum in dicto testamento fuerint vocati, tam Ac-  
 curtius, quam Ludouicus, eorumque filij æquis por-  
 tionibus, sequitur, Ludouicam filiam Accutij esse  
 vocatam ad portionem, quæ peruenit ad eundem Ac-  
 curtium, non autem ad alteram portionem peruen-  
 tam ad Ludouicum, & eius filios, vt firmatur in vtra-  
 que decisione; cui resolutioni non acquiescente Lu-  
 donica; placuit DD. pro tertia vice audientiam con-  
 cedere; quæ propter repropósito hodie eodem dubio,  
 DD. in decisis perstiterunt ex iisdem rationibus in  
 vtraque decisione deductis.

Quibus non visum fuit obstare, quod substitutio ad  
 fauorem filiorum Ludouici fuerit addita à testatrice  
 suasionibus Philippi, qui in Instrumento communio-  
 nis bonorum, factæ cum fratribus pro exoneratione  
 suæ conscientiz declarauit, mentem testatricis fuisse,  
 vt filij Ludouici nihil habere deberent ex bonis Mariæ  
 testatricis, quæ declaratio fuit postea à Ludouico, &  
 eius filiis acceptata pro vera, vnde iuxta illius teno-  
 rem substitutio prædicta perinde habetur, ac si facta  
 non fuisset, & sic Ludouicam ad vtramque portionem  
 esse admittendam.

Nam quoad declarationem Philippi separatim  
 sumptam, placuit responsio alias data in dictis dua-  
 1 bus decisionibus, quod † cum illa sit de directo con-  
 traria verbis testamenti, non veniat attendenda, ad  
 tradita per Tiraq. in l. si unquam, in verbo, liberti, num.  
 13. C. de reuoc. donat. Surd. consil. 179. numer. 47. Crauet.  
 consil. 84. num. 13. & consil. 194. num. 4. Rota decis. 129. nu.  
 4. par. 2. recent.

Quo vero ad acceptationem responderetur, quod,  
 cum non sit facta simpliciter, sed relatiuè ad fidei-  
 commissum conuentionale factum ad fauorem ma-  
 2 sculorum domus de Carradoris, † debet intelligi iux-  
 ta tenorem dicti fideicommissi conuentionalis, ad  
 text. in l. cum quarit, ff. de administrat. tut. Gratian. de-  
 scriptat. forens. c. 301. num. 57. Dec. consil. 47. num. 1. Ruin.  
 consil. 127. num. 4. Greg. XV. decis. 522. num. 10. & conse-  
 3 quenter non potest Ludouicæ suffragari, † cum in eo  
 sint vocatæ fœminæ post obitum masculorum, qui ca-  
 sus nondum euenit, l. ex facto, §. si quis autem, ff. ad Tre-  
 bell. l. in testamento, vbi gloss. & Bart. ff. de condit. & de-  
 monstrat. Peregr. de fideicommiss. art. 16. num. 116.

Nec obstat, quod in dicto fideicommissio conuen-  
 tionali non sint comprehensa bona relicta per Ma-  
 riam testatricem. Quia imò contrarium apparet, non  
 4 solum † ex generalitate verborum, ibi, tutto li beni in  
 qualsiuoglia luogo, quæ nihil incomprehensum reliquit,  
 Pedroch. consil. 6. num. 48. & consil. 7. num. 98. Alex. consil.  
 118. num. 5. lib. 3. Decian. consil. 84. num. 13. lib. 3.

Verum etiam ex specifica mentione facta de illis  
 ibi, mettano in unione tutti li beni, che si trouassero, tan-  
 to stabili, &c. come quelli lasciatili da Maria, & infe-  
 rius. Item, che tutti li sopraddetti beni non si possino alie-  
 5 nare, ma che debbano stare perpetuamente per li figli ma-  
 schi della sopraddetta casa de Carradori, ponderata di-  
 ctione, † li sopraddetti, quæ operatur, vt bona Mariæ su-  
 pra nominata censeantur individualiter in dicto fi-  
 deicommissio conuentionali repetita, l. i. §. hoc edicto,  
 & ibi Bart. ff. de postul. Bart. in l. alse scriptura, §. fin.  
 vers. quare ergo, ff. de leg. 1. Crauet. consil. 98. num. 8. Ruin.  
 consil. 55. num. 4. lib. 3. Rot. decis. 713. num. 1. & seqq. par.  
 1. diuers. Seraph. decis. 384. num. 8.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. DVNOZET.

Romana Legitima.

Veneris 17. Junij 1633.

## ARGUMENTVM.

In hac Decisione declaratur, quando legitima matris sit tertia pars omnium bonorum, & quando tertia eius portionis, quam ipsa habitura esset ab intestato.

## S V M M A R I V M.

- 1 Ad partem, qui admittitur facit partem.
- 2 Legitima matris est tertia totius, non autem tertia eius portionis, quam habitura esset ab intestato.
- 3 Quod procedit in casu, quo sorores, vel fratres sunt omnino prateriti, vel totaliter exclusi; Secus vero si aliquid fuerit relictum, num. 4.
- 5 Legitima matris non est tertia totius, quando fratribus, & sororibus aliquid relinquatur.
- 6 Legatum relictum fratribus, vel sororibus non titulo institutionis habentur tanquam extranei, & ideo non faciunt partem in legitima matris.
- 7 Frater, vel soror, ut faciat partem in legitima matris sufficit, ut aliquid sit ei relictum, sine titulo institutionis, sine titulo legati.
- 8 Filij, & ceteri, qui sunt necessario instituendi, dicuntur prateriti, etiam si eis factum sit legatum.
- 9 Fratres, & alia persona, qua non sunt necessario instituenda, non possunt dici prateriti, si aliquid ei etiam solo titulo legati relinquatur.
- 10 Frater, quando est necessario instituendus, ut non dicatur prateritus, sufficit, quod aliquid etiam solum titulo legati relinquatur.
- 11 Legitima parentibus est de iure debita.
- 12 Mater quando non defraudetur sua legitima.
- 13 Legatum, uti debitum voluntarium, detrahi debet post legitimam, uti costum necessarium quando hoc procedat, num. 14.
- 15 Legitima matris in tantum illa augetur, in quantum excluditur succedens cum matre ab intestato, non autem in quantum eidem relinquatur.
- 16 Decisiones in causa Romana de Vrsinis declarantur.
- 17 Frater ex vno latere tantum coniunctus, de iure non concurrat in successione matris.
- 18 Legitima matris non habentis concurrentem in successione, est tertia totius.
- 19 Soror à Statuto exclusa propter existentiam masculorum, si aliquid ei relinquatur, non tamen admittitur, ut faciat partem in legitima matris; secus vero si masculi non extarent, num. 20.

## DECISIO XX.

**D**ecessit Maria condito testamento, in quo instituto vniuersali hærede Alexandro Cherubino eius marito, legauit sorori scuta 1000. & alia nonnulla mobilia, matri vero scuta 1000. in institutionis pro sua legitima reliquit: Cumque de mater ageret pro supplemento legitimæ; Dubitavi quanta illa esse debeat, & an illa sit detrahenda ex tota hæreditate; an vero prius sit detrahendum legatum sorori relictum; & DD. legatum prius esse detrahendum responderunt, & sic legitimam esse trientem residui.

Ratio resolutionis fuit. Quia cum soror non fuerit à testatrice omnino praterita, vel totaliter exclusa, sed fuerit agnita mediante legato illi relicto, non potest haberi pro mortua, & sic necesse est, ut matri partem faciat in eo, quod recipit, licet diuerso iure accipiat, quia si qui admittitur ad partem, facit partem, §. sed nostras Instit. de success. liber. l. plane, §. si duobus, l. huiusmodi, §. si Tertio, ff. de legat. 1.

Cessat etenim in hoc casu fundamentum Butrigarij dicentis contra Bartolum, legitimam matris esse tertiam totius, non autem tertiam eius portionis, quam habitura esset ab intestato; nam eius opinio, quam alias, reiecta opinione Butrigarij, Rota sequitur, procedit in casu, quo sorores, vel fratres sunt omnino prateriti, vel totaliter exclusi, tunc enim, quia habentur pro mortuis, nec admittuntur ad partem non faciunt partem ex iuribus supra allegatis: sed in casu, de quo agitur, in quo soror non fuit omnino praterita, aut totaliter exclusa, sed fuit aliquid ei relictum, negari non potest, quin sit agnita uti soror, ac propterea res eodem modo se habet ex testamento, prout se haberet ab intestato, aded ut sicut d. soror matri partem faceret in causa intestati, ita partem faciat in causa testati, & matrem impediatur, ne integram tertiam omnium bonorum habeat, sicut eam impediret, si ab intestato successisset, ita Bald. in auth. nouissima, in fin. vers. & per hoc in quasi. C. de inoff. test. Corn. qui Baldum explicat in consil. 197. num. 7. lib. 3. Gabr. consil. 94. num. 20. & segg. lib. 1. ubi testatur de communi, & opinionem Butrigarij explicat Beretti. consil. 85. num. 3. & segg. Decian. cons. 2. num. 128. ante med. vers. praterita, lib. 5. Butsat. cons. 115. num. 6. & segg. lib. 1. Pe. regr. de fideicom. art. 3. num. 13. vers. tertius casus, The. saur. decis. 172. num. 6. latè Marefcote. var. lib. 1. cap. 10. num. 8. ad fin. ubi de communi Gratian. discept. 178. numero 9. & 448. num. 10. & segg. Mart. de success. par. 1. quest. 23. art. 2. num. 23. Pascal. de patr. potest. par. 2. cap. 4. num. 41. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 4. quasi. 7. nu. 17. Card. Tulf. tom. 5. prael. conclus. litt. L. conclus. 185. numero 10. vers. secus si aliquid ei est relictum, Matth. Berlich. conclus. 12. lib. 3. num. 54. vers. deinde hac assertio limitatur, & hanc opinionem tenuit Rota in Romana Legitima de Menichellis 13. Aprilis 1579. coram Vicecomite, & in Asculana legitima 2. Decembris 1588. coram Bubalo apud Merlin. de legit. decis. 39. & in decis. 421. nu. 8. par. 4. diuers. & in Romana Legitima 8. Nouembris 1593. coram Card. Arrigonijs apud eiusdem Merlin. decis. 69. num. 1. & in Perusina de Oddis 23. May 1594. coram Card. Millino.

Non obstat, quod d. legatum non fuerit relictum titulo institutionis, & sic d. soror habeatur tanquam extranea, qua non facit partem in legitima, Pancirol. cons. 143. numer. 4. & seg. Fabian. de Gnocch. in Auth. nouiss. num. 42. in 4. quasi. C. de inoff. test. Surd. cons. 404. num. 8. cum alijs in contrarium alleg. Quia ad hoc, ut soror dicatur agnita, & faciat partem, non attenditur, quo iure accipiat, sed iure, scilicet, institutionis, aut iure Legati, nam etiam si capiat iure diuerso à matre, non tamen habetur pro mortua; sed matri partem facit, cuiusque legitimam minuit, ita ut tanto minus dicatur esse in hæreditate, quantum importat legatum, Gabr. d. cons. 94. num. 23. lib. 1. Beretti. & Butsat. ubi supra, Theaur. d. decis. 172. num. 6. in 1. casu, Corn. d. cons. 150. num. 2. ad med. & in specie ponderauit Rota in d. Asculana Legitima coram Bubalo, & in d. Romana de Menichellis coram Vicecomite. Quamuis enim filij, & ceteri, qui sunt necessario instituendi, dicantur prateriti, etiam si eis factum sit legatum: Attamen fratres, alique personæ, quæ non sunt necessario instituendæ, non possunt dici prateritæ, si aliquid eis etiam solo titulo legati relinquatur, Dec. in l. 2. num. 5. vers. & vltimus considerandum, C. de bon. poss. contr. tab. Tob. Non. in §. 1. Instit. de exheredat. num. 8. Carr. de success. leg. par. 1. quasi. 16. art. 2. nu. 20. Marefcote. & Gratian. ubi supra. Imò etiam quando frater esset necessario instituendus, ut potè quando est instituta turpis per-

10 sona, † quod non requiratur titulus institutionis, & non dicatur præteritus, etiam si aliquid solum titulo legati ei relictum fuerit, tenent Natr. *conf. 478. nu. 13. lib. 3.* Merlin. *de legit. lib. 5. tit. 2. quæst. 20. per tot. Argel. de acquir. poss. quæst. 3. num. 964.*

Nec obstat obliuio ab informantibus pro matre ponderatum, nempe, quod aliqui esset in posse filiorum priuare parentes legitima † illis de iure debita relinquendo fratribus, vel sororibus pingue legatum; Quia pro responsione sufficit dicere, legatum, de quo agitur, esse longe infra portionem ipsi sorori ab intestato debitam; unde bene potest deduci ante legitimam matris, quia eo deducto, matris adhuc remanet tertia pars eius, quam habuisset ab intestato, ut bene ad propositum Gabr. *d. consil. 94. num. 23. ad med. vers. quia dispositio testatoris, & Thelaut. d. decis. 172. num. 6. in quarto casu.*

11 Nec obstat, quod d. f. legatum uti debitum uoluntarium detrahi debeat post legitimam uti debitum necessarium, Bertrand. *consil. 224. nu. 2. lib. 4.* Gratian. *discept. forens. cap. 751. nu. 15.* Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 1.*

14 *quæst. 10. num. 3.* Quia hoc † procedit in legato factio extraneo, non autem in legato factio, prout hic, succedenti ab intestato cum matre intra portionem ipsi succedenti debitam, quia in hoc casu legitima matris non minuitur regulando eam à successione ab intestato, sed solum unpeditur augmentum illius, ex quo in tantum illa augetur, † in quantum excluditur succedens cum matre ab intestato, non autem in quantum eidem relinquitur, ut tradunt Doctores supra allegati, & dixit Rotam *d. decis. coram V. scecomite.*

16 Denique non obstant decisiones in Romana *de Vrsinia 91. 92. & 38.* post Merlin. *de legit. in quibus licet soror fuerit agnita titulo legati, tamen Rota censuit, legitimam matris esse tertiam totius hereditatis.* Quia in casu duorum priorum institutus erat frater

17 ex vno tantum latere coniunctus, † qui cum de iure non concurreret in successione cum matre, iuxta *authent. defuncto, C. ad Tertull.* legitima matris non habentis, concurrentem in successione, erat tertia † totius, quæ proinde præseruata intelligitur, ut illis respondendo aduenit Rota *in dict. Asculana Legitima,* post Merlin. *de legit. decis. 39. num. 17. firmans num. 18.* contrarium, quando fuissent instituti utrinque coniuncti. In tertia uero fuit relictum legatum sorori à

19 † Statuto exclusæ propter existentiam fratrum, ac propterea cum soror non potuisset ab intestato una cum matre in successione concurrere, stantibus masculis, habebatur pro mortua, & sic non poterat minuire legitimam matris, ut fuit consideratum *in d. Asculana Legitima.* Secus autem est in casu nostro, in

20 quo cum non adessent masculi, † soror non erat exclusæ, sed una cum matre ab intestato concurrebat, ac proinde quia d. legatum succedit loco portionis debite ab intestato, merito uiget paritas testari, & intestati supra considerata.

Et ita utraque parte informante fuit resolutum.

R. P. D. DVNOZET.

Perusina Successionis de Alphans.

Mercurij prima February 1634.

ARGUMENTVM.

Statutum Perusinum sub rubr. 45. de dotat. mulier. excludens filias dotatas à successione, &c.

intelligitur de dotatis iam tempore delatæ hereditatis, ita ut superueniens dotatio non tollat, nec auferre valeat, ius antea quæsitum, & radicatum in eis, quæ iam adiuuerunt.

SYMMARIVM.

- 1 Sententia contra sententiam lata est nulla, contraria non reuocata.
- 2 Sententia contra sententiam lata est ualida, etiam contraria non reuocata, si de eius inuicta appareat ex actu, & num. 3.
- 4 Sorores aequaliter cum fratribus succedunt in bonis matris.
- 5 Statutum excludens mulieres dotatas à successione parentum censetur eas excludere ob habitam dotem, ante delatam hereditatem, num. 6. & 7.
- 8 Heres, postquam adiuu hereditatem, si ab eo illa auferatur, non dicitur exclusus à successione, sed hereditatem iam acquisita uere priuata.
- 9 Pater retinendo bona materna, censetur nomine filiorum infantium hereditatem matris eiusdem admissio.
- 10 Consensus præsumitur ex cursu longi temporis.
- 11 Pater, ex quibus præsumatur uoluisse adire hereditatem matrem nomine filiorum.
- 12 Possidentis assertioni statuitur, quo iure, uel nomine possideat.
- 13 Statuti censetur qui se conformasse.
- 14 Exclusionis qualitas, quando cessat, pariter cessat ipsa exclusio.
- 15 Statutum Perusinum sub rubr. 45. de dotat. mulier. § item si aliquis declaratur, in. 16. & 17. 22. 23. & 24.
- 18 Hereditatis fructus, non nisi post eam aditam, debentur.
- 19 In statutis exclusiuis feminarum propter masculos ab hereditate parentum, non debet fieri extensio.
- 20 Ita quod non sufficiat identitas, sed requiratur maioritas rationis.
- 21 Exceptio firmam regulam in non exceptis.
- 22 Fructus à die mortis ueniunt in petitione hereditatis.
- 23 Specificatio aliqua non dicitur superflua, etiam si tacite iussit.
- 24 Singula singulis congruè referenda sunt.
- 25 Testes, ut probent aliquam obseruantiam, quid deponere debeant.
- 26 Obseruantia in materia exclusionis feminarum ab hereditate parentum, ut releuet, debet esse certa, clara, uniformi in casu, de quo agitur, & in contradictorio iudicio obtenta.

DECISIO XXI.

Obit ab intestato Dianora Lamberta de Alphans superstitibus Senero, Martia, & Hortensia eius filiis, ac Capiteo Raphael eius viro, qui quidem Raphael retinendo dotem dictæ uxoris longè post decennium nuptui tradidit Capiteo Balthasari de Alexandris, Martiam eius filiam cum dote scutorum 2000. postmodum ipse decessit instituto hærede uniuersali Senero filio.

Vetum cum dicta Martia portionem sibi tangentem ex hereditate Dianoræ matris prætenderet, Immissionis Iudicium contra Senerum fratrem eiusdem hereditatis possessorem intentauit eoram Locumtente Gubernatoris Perusie, à quo lata fuit sententia absolutoria, sed commissa causa appellationis in Rota Perusina fuit non facta mentione prioris sententiæ pronunciatum, prout in prima eidem Martiæ dan-

dam esse Immissione[m], à qua quidem sententia appellavit Severus, & obtinuit à Signatura causam mihi committi cum clausula (Confito, quod sit locus Aegidianae) Unde dato dubio. An esset locus Aegidianae, cum pro parte Severi deduceretur etiam nullitas ex eo, quod non fuit revocata prima sententia, l. i. c. *quand. pronoc. non est necess. cum alijs allegat.* Domini decima Majj 1632. mandatuc informari strictè super Iustitia, quia si deberet successio, & consequenter est ex eisdem iniusta prima sententia, valida est secunda illa non revocata, & intrat Aegidiana, vt in terminis tenet Rota coram Pat. decis. 4. de Aegid. & in Rannematen. coram bo. me. Iusto post Pacif. de Salu. decis. 144. nu. 4. & 5. præsertim stante clausula, ¶ quam, & quas, in Commissione appellationis, adjecta Rota decis. 201. n. 1. & 2. lib. 2. par. 3. diuers. coram Cardinali Canalerio, decis. 42. num. 3. & 5. & decis. 69. nu. 1. & 2. & in Spoletana bonorum 20. Martij 1628. coram Eminentissimo Cardinali Virili, & hodie firmando etiam iustitiam locum esse Aegidianae responderunt.

Instituta enim dictæ sententia fundatur in dispositione Iuris communis, qua attentata non poterat eidem Martiæ, vt hæredi ab intestato suæ matris Immissio denegari, ¶ cum ea æqualiter cum fratribus esset admittenda, ad tex. in l. maximum vitium, C. de liber. præter. cum concord.

Tota difficultas reducebatur ad intelligentiam Statuti Perusini exclusiuæ feminatum sub rubr. 45. de dotat. mulier. An scilicet illud pro exclusione filiarum à successione matris requirat dotationem ante delatam, & aditam hereditatem, vel sufficiat dotatio superueniens, quia si requiratur dotatio ante delatam, & aditam hereditatem, non potuit Martia per dotationem factam à Patre post delatam, & aditam hereditatem maternam eadem hereditate priuari, secus versò si dotatio superueniens sufficiat.

Circa quam inspectionem DD. ponderatis verbis eiusdem Statuti in principio ibi, (si qua mulier fuerit, vel erit dotata, &c.) & inferius (ipsa mulier dotata) & postea (exclusa muliere dotata, &c.) habita dicta dote, &c. censuerunt ¶ Statutum non excludere nisi dotata propter dorem, vt in terminis Statuti Perusini tenent Corn. consil. 300. n. 7. lib. 4. Eugen. cons. 4. nu. 55. & seqq. lib. 2. Rota coram sancti. mem. Greg. XV. decis. 565. num. 4. in Perusina bonorum 27. Junij 1597. coram Gipsio, & in Perusina Fideicommissi de Gratiano 28. Junij 1630. coram Reuerendissimo D. meo Decano. Quo casu ad hoc vt sit locus Statuto requiritur dotatio ¶ ante delatam hereditatem, vt in terminis Statuti Perusini tenent Bart. consil. 31. num. fin. lib. 1. Corn. consil. 74. nu. 7. & 8. versic. quod etiam alia ratione, lib. 1. cons. 94. nu. 12. lib. 2. & cons. 300. nu. 2. lib. 4. & generaliter Cephal. cons. 5. num. 69. Becc. cons. 102. num. 20. Roland. cons. 96. num. 10. & seq. lib. 4. Surd. cons. 95. nu. 33. in fin. 40. & 41. Sebast. Medic. decis. Marchia 42. §. præterea, aliique cumulat.

Multo magis dicendum est fuisse necessariam, antequam adita esset hereditas materna, vt firmant Curt. Sen. cons. 44. num. 21. Corn. cons. 188. num. 16. lib. 2. Becc. d. cons. 112. num. 2. versic. quid sine dubio, Thefaur. decis. 101. num. 1. & 9. Sebast. Medic. d. decis. 42. in fin. & in terminis dicti Statuti Perusini tenent Corn. d. cons. 300. nu. 2. post med. vers. & dato, quod non sufficiat, & num. 3. cum seqq. lib. 4. ea ratione, quia post aditam

¶ hereditatem non esset exclusio à successione, de qua solum loquitur Statutum, sed esset vera priuatio hereditatis iam acquisitæ, vt explicat Iaf. in l. 1. §. vereres, num. 31. & 33. ff. de acq. poss. Rota in Bononien. de

Arms post Merlin. de legit. decis. 47. num. 6. Quod autem ante dotationem adita fuisset hereditas materna pro Martia visum fuit iustificati ex eo, quod de tempore obitus matris, erat in Infantili ætate constituta, quapropter pater retinendo bona materna ¶ censetur nomine Infantis hereditatem matris eiusdem adiuille, ad tex. in l. si Infanti, C. de Iur. delib. Surd. decis. 140. nu. 10. Medic. d. decis. 42. vers. nam respondetur, Morot. resp. 11. nu. 1. Greg. XV. decis. 421. nu. 10. 7. cum præcipue ¶ retentio fuerit per longè vltra decem annos ante nuptias Martiæ, ex quo tempore præsumitur etiam consensus ipsius Martiæ, Bart. cons. 129. num. 2. lib. 1. Corn. d. cons. 94. num. 12. & 15. lib. 2. Morot. d. resp. 11. num. 11. cum alijs allegatis per informantes.

Maximè attentis declarationibus factis ab ipso Patre, dum in duobus instrumentis vocauit Martiam, & alios filios hæredes matris, & vti legitimus administrator illorum tanquam hæredum contraxit, quæ licet tunc temporis inducere non possent aditionem pro Martia tunc non infante, demonstrant tamen ad sensum patrem retinendo bona ¶ materna vsque à principio habuisse animum ad eundem hereditatem nomine filiorum, Rota coram Greg. XV. decis. 247. nu. 18. & in recent. decis. 448. num. 4. par. 3. & in propria materia aditionis in Rom. hered. & paragi dotis, 20. Nouembris 1617. coram bo. me. Buratto. Et quod stetur 12. assertioni ¶ possidentis, quo Iure, vel nomine ipse possideat tenent Alex. cons. 129. n. 4. ad fin. lib. 7. Greg. XV. decis. 460. nu. 126. & firmatur in Auximana Spoletij 10. Februarij 1620. coram bo. me. Buratto.

Necteleuar, quod pater, stante Statuto exclusiuo feminatum, cui censetur se conformante, censeatur adiuille pro masculino, non autem pro femina à dicto Statuto exclusa, Quia hoc procederet, si Statutum simpliciter vsque à principio filias excluderet, secus quando (prout hic) illas non excludit, nisi dotatas, & post dotationem, tunc enim cum ¶ cesset qualitas exclusionis, & hereditas de Iure tam feminae, quam masculo deferatur præsumitur patrem tam pro masculino, quam pro femina hereditatem adiuille, vt in terminis similis Statuti, patrem censei etiam pro femina adiuille, firmant Corn. cons. 94. nu. 14. lib. 2. Nat. cons. 74. num. 10. Morot. d. resp. 11. num. 12. Medic. loco supra citato. Et destruitur prorsus obiectum attentis declarationibus patris vt supra factis.

Non obstat, quod Statutum in §. Item si quis etiam pater disponat, quod mulier dotata de bonis paternis, & maternis exclusa remaneat ab hereditate vtriusq; ¶ Quia ibi Statutum loquitur tantum de dotata à patre de bonis paternis, & maternis viuente, non autem (prout hic) mortua matre, vt patet ex verbis subsequen- 15. tibus, ibi (declarantes, quod mater per talem dotacionem non possit cogi ipsa viuente, &c.) quæ verba per viam declarationis emanata clarè ostendunt, ¶ Itatuentes disposuisse in eisdem terminis dotacionis factæ matre viuente, non autem ea, mortua, Calder. consil. 16. in princ. de prob. Castr. cons. 338. num. 5. vers. quanto quarto, lib. 1. Dec. resp. 8. nu. 211. lib. 1.

Munus obstat, quod statutum in §. Item si aliquis pater mandet, quod feminae etiam inuitæ possint à fratribus dotari, & sic videatur comprehendere dotacionem non solum post delatam, sed etiam post aditam hereditatem, ponderatis præsertim verbis subsequen- 16. tibus vbi (excludatur à successione, &c.) ac etiam à facultate pendenti fructus pro rata suæ hereditatis pro tempore tunc præterito, quæ verba videntur com- 18. prehendere etiam calum aditionis, cum ¶ fructus non

non nisi post aditam hereditatem debeantur.

Nam placuit responsio, quod Statutum ibi loquitur particulariter de successione in bonis patris, vel aui, & ideo non potest trahi ad successionem in bonis matris, cum in his statutis exclusionis non debeat fieri extensio, Soc. *conf. 9. num. 7. & seq. lib. 3. Honded. conf. 1. num. 13. & seq. & 37. lib. 1. Rota decis. 461. num. 20. 4. vers. & mouebantur, par. 2. recent. ubi quod non sufficit identitas, sed requiritur maioritas rationis, & in Narnien. successione 26. Nouembrii 1619. coram R. P. D. uico Merlino, & in simili Statuto Medic. dist. decis. 42. vers. ubi patet, sed exceptio à supra firmata regula non excludi nisi dotatas, & sic de tempore delatae hereditatis facta in casibus ibi expressis firmat regulam predictam in casibus non exceptis, & ex permissione dotationis post delatam pro excludendo in dictis expressis censetur prohibere in aliis, Hond. *conf. 9. num. 4. lib. 1. Gabr. conf. 108. num. 52. lib. 1.**

Nec releuant verba subsequencia, ibi (& habita dicta dote) ex tunc excludatur à successione predictorum patris, aui, & aliarum personarum, de quibus, & prout supra dictum est. Quia verba predicta ibi (& aliarum personarum) debent intelligi in casu dotationis, ibi à Statuto expressae, & de personis descendentes à patre, vel auo, de quorum bonis mulier dotata fuit, à quorum descendendum successione Statutum in principio limitare, prout ibi dicit, excludit, non autem ubi sumus extra casum dictae dotationis ibi expressae, & de matre, vt in terminis Statutum in hoc §. declarat Corn. *conf. 74. num. 8. in fin. lib. 1. conf. 156. num. 1. vers. & materia videtur differens, lib. 2. & d. 20. f. 300. sub num. 4. & per tot. lib. 4.*

Ideo non videbatur opus insistere in alia responsione, quae placebat nonnullis ex Dominis, Statutum neque in casu mortis patris, vel aui, in quo loquitur, in hoc §. concedere facultatem dotandi post aditam hereditatem, cum non exprimat, & longè minor sit ratio excludendi post aditionem, per quam bona fuerunt effecta filiis, vt in puncto per plura firmat Corn. *d. conf. 300. n. 2. vers. & dato, & seq. lib. 4. non obstante dicta exclusione à facultate petendi fructus, quia cum fructus à die mortis veniant in petitione hereditatis, si item veniant, fructus, ff. de posit. hered. ita tuentes ad maiorem cautelam specificauerunt exclusionem ab illis, quae specificatio etiam, quod tacite inesset, non dicitur superflua, Mantio. de tacit. lib. 2. tit. 12. num. 30.*

Neque facit §. & si casus euenierit. Quoniam dum loquitur quocumque masculino, vel femina decedente, dicendo obsecuetur, prout in praesenti Statuto, intelligitur iuxta diuersitatem calum supra expressorum & singula singulis congruè referendo, vt dixit in specie Eugen. *d. lib. consil. 4. num. 16. & 32. lib. 1. adeo ut quoad successionem maternam excludatur, si dosata fuerit iuxta principium Statuti; ex quo subsistere non potest dicta verba (prout in praesenti Statuto, & c.) intelligi de praecedenti, §. Item si aliquis Pater, cum in §. praecedenti contineantur casus speciales mortis patris, vel aui, & iste §. loquatur decedente quocumque masculino, vel femina, vt dictum est; Praeterea, quia statuentes, ubi voluerunt se referre ad certum §. id exprimebant, vt patet ex §. Item declaratur in fin. ex §. sicutem aliquis, & alibi.*

Nec demum obstat visum fuit praesentia contraria observantia. Quia non probatur ex testibus, cum non specificent casus, vt opus est, Alex. *confil. 45. num. 1. lib. 1. Patil. consil. 27. num. 37. lib. 1. Rota in Casar. augustana fructuum, 10. Ianij 1600. coram Corduba, & lo-*

quatur si acceptata à muliere sit dotatio de bonis paternis, & maternis, vel si dotatio non acceptata excedat portionem dotatae tangentem, cum tamen observantia, vt releuet in hac materia, debeat esse certa, clara, uniformis, in casu, de quo agitur, & in contradictorio obsecuta, iuxta plenè firmata in dicta Narnien. Successione 22. Maij 1628. coram R. P. D. uico Merlino, & sufficiat, observantiam dici posse difformem, ne suffragetur, vt in facto, & in iure deducebatur per informantes, per quos alias exceptiones contra immisionem tolli visum fuit Dominis. Et ita vitaeque, & c.

R. P. D. VEROSPIO.

Tiburtina Hereditatis.

Luna 13. Februarij 1634.

ARGUMENTVM.

Dos relicta à Patre filiabus à Statuto exclusis non succedit loco legitima, & ideo potest grauari fideicommissio.

SVMARIVM.

- 1 Legitima omne grauamen à se rejicit.
- 2 Dos potest pati onus fideicommissi solum in casu, quo non sortietur naturam legitimam, & de ratione, num. 3. declarata, vt num. 14.
- 3 Dos non succedit loco legitima, quando agitur de personis, quibus legitima non debetur ex Statuto.
- 4 Legitima, tanquam portio successione ab intestato, saltem peti potest ab eis, quibus sunt reseruatà iura successione.
- 5 Dos non succedit loco legitima, si Statutum excludat filias, & postea mandet eas dotari.
- 6 Datis obligatio fratrum erga sorores exclusas à Statuto, dependet à causa matrimonij.
- 7 Filia exclusa per Statutum ab intestato, non potest venire contra testamentum Patris ratione legitimae, & numero 15.
- 9 Pater potest filiam exclusas à statuto reintegrare ad suam suam, & quid requiratur, num. 10.
- 11 Pater in dubio sequitur dispositionem Statuti, & relicta ab eo filia nomine dotis, censetur relicta ad formam Statuti.
- 12 Dos à Patre legata filiae, tam si nubant, quam si non nubant, censetur relicta loco legitima, contrarium, num. 15.

DECISIO. XXII.

Proposui hodie dubium reseruatum in decisione facta in hac causa sub die 27. Iunij proximè praeteriti 1633. Vtrum Hieronymae petenti successionem in bonis, & hereditate Victorae sine sororis obstatet exceptio fideicommissi Francisci communis parentis, qui relicta congruenti dote eidem Hieronymae, & aliis duabus suis filiabus, in quibus illas haeredes instituit, substituit deinde cuilibet illarum decedentium popillati aetate, sine etiam quando cumque sine tamen filius legitimis, naturalibus earum fratres, & suos filios masculos superstitibus, quando iidem filij extarcat tempore, quo pontificati debebat haec successio. Et respondentunt Doctores, obstat dictum fideicommissum, cum non visum fuerit dubitari posse, vel de voluntate testatoris grauidi hoc onere dicitur dotis, vel etiam de potestate.

Et incipiendo à potestate, sine qua illius voluntas

potuisset videri nullius efficaciam. An licuerit Francisco hoc onus imponere super dictis dotibus, visum fuit dependere ab altera questione, vtrum eadem dotes succedere deberent loco legitimae, quia cum legitima omne grauamen à se rejiciat, vt habetur in l. *omni modo*, & in l. *quoniam in prioribus*, C. de inofficijs. *testam.* & notant ibi post glou. Doctores. § solum pati potuissent hoc onus eadem dotes in casu huic contrario, vbi cumque scilicet non fortirentur naturam legitimae, vt notant ibidem Doctores, & in *Auth. nouissima*, C. eodem tit. Bart. in l. *Titio centum*, § *Titio genero*, ff. de condit. & demonstrat. num. 6. Castren. num. 8. idem Bart. in l. *Lucius*, § *maritus*, num. 2. ff. ad Sen. Conf. *Trebellian.* & tenuit Rota in *Bononiens. successione* 11. *Februario* 1598. coram Cardinali Pamphilo, & in *Perusina restitutione dotis* 10. *Martij* 1602. coram Card. Melino, & in *decis. 540. par. 1. diuers.* Et negarunt Doctores potuisse in casu huius decisionis legitimum dorem succedere loco legitimae, cum ageretur de personis, quibus eadem legitima non erat debita. Cum enim ex dispositione Statuti *Vrbis in cap. 145. lib. 1.* quod comprehendit etiam *Tiburtinos*, vt fuit resolutum in hac eadem causa sub die 17. Iunij anni praeteriti, excluderentur filiae à successione parentum favore solius agnationis, prout etiam saepius interpretata fuit, Rota hoc idem statutum, vt in *decis. 142. num. 3. par. 2. diuers.* & in *decis. 770. num. 4. par. 2. recens.* & in *Rom. supplementi legitima* 28. *Iunij* 1613. coram Card. Sacro, & alias saepissimè, non poterat agi ex earum persona de legitima, § quae tanquam portio successione ab intestato solum peti potest ab iis, quibus sunt reseruata iura eiusdem successione. Vnde merito dicebat Angelus in *conf. 362.* non esse disputandum de legitima in persona eius, qui ab intestato, & exclusus, cuius dictum sequuta fuit Rot. apud Caesarem de Grassis *decis. 159. num. 5.* Et licet eidem filiabus, § quas Statutum mandat excludi à successione parentum assignari deberet sua dos, ex dispositione eiusdem Statuti non tamen dici poterat, quod illa succederet in locum legitimae, cum in exclusione feminatum non fuerit habita ratio à statuentibus eius dotis, sed solius agnationis, & fauoris filiorum masculorum; quo casu tenent Doctores, nihil conferre posse ad huiusmodi effectum, quod postea fuerit eadem dos relicta, quasi illa censerit tunc debeat solum causa remota, non autem proxima, & immediata ipsius exclusionis, vt considerauit, & distinxit Castren. in d. *l. Titio centum*, § *Titio genero*, num. 8. ff. de condit. & demonstrat. cuius distinctionem communiter à Doctores approbatam, testatur Albert. Brun. *super Statut. exclus. feminatum*, art. 11. num. 33. in *solutione tertiae questionis*, eamque saepius etiam sequuta fuit Rota in terminis diuersorum statutorum Italiae, vt in *Perusina fideicommissi de Alphanis* 15. *Iunij* 1612. coram Gregor. antea impressa *decis. 565. num. 4.* & in *eandem causam coram Reuerendiss. D. meo Decano* 17. *Martij* 1621. in *Firmana legitima* 10. *Octobris* 1617. coram bona memoria *Vbaldo*, in *Callien. dotis* 11. *Decembri* 1598. & 24. *Maij* 1599. coram *Orano*, & in *Albanens. legitima* 22. *Maij* 1592. coram *Blanchetto*, qua est in *prima parte diuersorum decis. 540.* & coram Cardinali *Seraphino* *decis. 919. num. 5.* & patet ex his, quae interpretando hoc Statutum tenuit Rota in *adducta decis. 540.* & in *decis. 538. eadem parte. 1. diuers.* dum § obligationem huius dotis, ad quam tenentur fratres erga sorores, quas volunt excludere à successione communis parentis, censuit dependere debere à casu matrimonij, & nuptiarum, cum hæc etiam conditio deberet reputari aliena ab eadem, quando illas haberi de-

beret loco legitima; & eandem rationem considerauit Castren. pro fundamento suae distinctionis in d. § *Titio Genero*, *super eodem nu. 4.* Albert. Brun. *super Statut. exclus. femin. dicto art. 11. quest. 3. num. 20.* Gabr. de *legitima conclus. 1. num. 26. & 27.*

Neque obitare his visum fuit, quod in casu huius decisionis ageretur de successione ex testamento, ad effectum, ne posset habere locum dispositio eius statuti, in quo agebatur de successione ab intestato: quia § ex quo filia ab intestato excluderetur, neque poterat venire contra testamentum Patris, aut illud impugnare ratione legitimae sibi debitae, ex notatis in l. cum *quaritur*, & in *l. omni modo*, C. de inoff. *testam.* tradunt Doctores in l. *Gallus*, § *quid si tantum*, & ibi Bart. num. 8. ff. de *liber. & posthum.* & in l. *ultima*, num. 5. ff. ad *Sen. Conf. Tertull.* Et tenuit Rota apud Caesarem de Grassis in *addit. decis. 159. num. 6.* & *decisio. 1799. num. 6. & 14.* quod etiam expressè tenuit in terminis huius Statuti in *vna Romana supplementi legitima coram Cardinali Arigano sub die 8. Februario* 1593. vbi pro ratione considerauit, quod non debeat esse melioris conditionis filia veniens contra voluntatem Patris impugnando tabulas testamenti, quam si veniret praeter illius voluntatem, eo quia vellet admitti ad successionem ab intestato.

Ex his verò confirmatur id, quod à principio constitutum fuit, licuisse Patri grauare onere fideicommissi eas dotes, quas reliquit tuis filiabus, § dum nullo iure cogebatur in dictam legitimam illis relinquendam, quam conclusionem pluribus prosequutus fuit Gabriel. *confil. 116. lib. 1. à num. 19. & conf. 140. lib. 2. num. 22.* & fuit resolutum in *vna Romana dote de Nargano* 16. *Martij* 1585. coram *Robustiero*, in qua causa scripsit Gabriel. d. *conf. 140. lib. 1.* eamque referunt moderni Romani *variarum resolut. lib. 1. cap. 28. num. 11.* Et licet ab ea *decis. visa* fuerit Rota recessisse proposita causa, coram *bo. me. Buratto sub die 10. Decembri* 16. 6. tamen id accidit cum supposito, quod in casu eius decisionis non ageretur in terminis cap. 145. statuti, cuius dispositionem aestimatum fuit habere debere locum in casu huius decisionis ex rationibus superius relatis, quia non constituenda sit differentia, vtrum in eo capite agatur de successione ab intestato, dum id, quod in eodem capite constitutum fuit satis esse poterat ad excludendam filiam à successione ex testamento, quod etiam videtur admittere *decis. coram Buratto*, vt patet in fine eiusdem decisionis, & aduertit Gabriel. in *add. conf. 140. num. 23.*

Et hæc visa fuerunt dici posse respectu potestatis. Quod verò attinet ad voluntatem Francisci grauandi hoc onere dictas dotes, visa fuit etiam illa reddi indubitata, cum idem grauamen non defumeretur, vel ex coniecturis, quae aliquam dubietatem reciperent, sed expressè legeretur in illius testamento, dum post dispositionem factam ad fauorem suarum filiarum, in qua voluit earum fratres, & suos filios teneri ad dotandas sorores, constituit, vt in dictis dotibus succedere deberent iidem filij, decedente altera ex suis filiabus, vel in pupillari ætate, vel sine filiis legitimis.

Neque hæc voluntas visa fuit reuocari posse in dubium ex eo, quia illis pater reliquisset eas dotes iure institutionis, quasi visus sit eas agnouisse in filias, quibus postea ex dispositione iuris legitimam reseruare tenebatur. Hæc enim obiectio potius respiciat potestatem, quam voluntatem Testatoris, sed cum adduceretur pro coniectura eiusdem voluntatis non visa fuit illa aliquid concludere, quia licet verum sit, quod § pater possit filias exclusas à statuto reintegrare



grate ad suavitatem, cum solam censeantur exclusæ, quatenus Pater id velit, ut censuit Gabriel. *in add. conf. 140. num. 8. lib. 2.* sequendo auctoritatem Castrensi. *in confil. 52. nu. 2. volum. 1.* quam etiam sequutus fuit Ruin. *in conf. 118. num. 24. lib. 3.* & tenuit Rota coram Greg. *10 decis. 565. num. 7.* tamen † non poterat ad hunc effectum satis esse solus titulus institutionis, sed requirebatur, quod fuisset ea dos relicta nominatim loco legitimæ, vel quod fuisset facta institutio in aliqua quota hæreditatis, ut censuit Rota coram Greg. *in add. decis. 565. nu. 9.* & *in Firmana legitima, 30. Octobris 1617. coram bo. me. Vbaldo,* & tenuerunt relati per Mangil. *de imputat. quæst. 52. num. 79. Honded. confil. 53. num. 25. lib. 2.* Theclaur. *decis. 159. num. 17.* & huius rei ratio assignatur ab eisdem Doctoribus statuto exclusiuo

**11** fœminarum, cum † illius dispositionem videatur Pater in dubio sequi voluisse, ut dum filix reliquit certam portionem, aut quantitatem nomine dotis, videatur reliquisse eo modo, & forma, quo illa fuisset illam consequuta ex dispositione eiusdem statuti, & considerauit Gabriel *in add. conf. 140. & dixit Rota in d. Firmana legitima, 30. Octobris 1617. coram bo. me. Vbaldo,* & *in decis. 60. num. 3. part. 1. diuers. & coram Cardinali Seraphino decis. 959. num. 5.* Et hæc Patris voluntas ex eo præterea colligi poterat, dum dotes, quas ipse reliquit suis filiabus, voluit illis constitui arbitrio suorum fratrum, habita ratione conditionis, ac dignitatis propriæ familiæ, cum ex dotis æstimatione, quæ de paragio dicitur non posset non dici diuersa à natura ipsius legitimæ, dum illa tanquam certa ex dispositione iuris non admittebat hanc distinctionem qualitatis familiæ, aut personarum, ut notat. *in l. quaso, ff. de iur. dot. & tradit ibi Barr. post glos. in antb. res que, C. commun. de legat. Doc. conf. 16. num. 4.* & in terminis statuti Urbis constituentis eodem modo dotem filiabus, quas excludit à successione paterna, hoc idem tenuit Rota *decis. 381. par. 1. recent. in terminis consuetudinis Regni Afflicti. decis. 160. num. 3. Molfes. super consuetud. eiusdem Regni in sit. de success. ex testamen. par. 3. quæst. 2. num. 7. & 11.* Neque contrariam Patris voluntatem succedere visa sunt ea verba testamenti,

**12** in quibus apparebant † legatæ eadem dotes, tam si dictæ filix nuberent, quam etiam si non nuberent, quasi remouendo ab aliis dotibus conditionem temporis visus sit habuisse eandem dotes loco legitimæ, super qua non potuisset postea consistere grauamen fideicommissi, ex sententia Castrensi *in d. §. Titio Genero, ff. de condit. & demonstrat. & considerauit in proposito Peregr. in conf. 79. nu. 30. lib. 1. Rot. apud Cardinalem Seraphin. decis. 959. nu. 4.* Non enim poterant

**13** † ea verba tollere dispositionem, quæ expressè legebatur in eodem testamento, & in quo fuerant eadem filix grauata restituere fratribus dictas dotes, quando decessissent innuptæ, aut siue filiis, quia cum non teneretur Pater dotem filix constituere, nisi in casu, quo Matrimonium contractaheret, adeo ut ante nuptias nihil illis acquiri posset, ex bonis parentum, iuxta distinctionem eiusdem Castren. *d. §. Titio Genero, ff. de condit. & demonstrat. & fuit resolutum in hac eadem causa coram me sub die 27. Iunii anni præteriti 1633. multo magis potuit in constitutione dotis opponere legem, quam voluit, & in specie, quod illam filia restituere teneretur, quando innupta decederet, ut considerauit in proposito Peregr. *in add. confil. 27. num. 3. & supra num. 25. Gabriel. confil. 116. num. 17. lib. 1. Castrenl. confil. 6. num. 2. & conf. 9. num. 5. lib. 2. & in l. quoniam in prioribus, num. 7. & in Antb. nouissima, nu. 2. C. de inoffic. testam. & ita licet cadere potuisset aliqua**

dubitatio, an post contractum matrimonium subsisteret onus fideicommissi, eo quia dos data filix videtur esse illius patrimonium; quam tamen rationem tanquam nullam, & inuicem reprehendit Gabriel. *in add. confil. 116. sub num. 26.* tamen si antea superueniat obitus filix, prout contigit in hoc casu, in quo Victoria decessit prius, quam in matrimonium collocaretur, tunc fideicommissum sustineri debet saltem respectu temporis, quo Pater non tenebatur illi dotem assignare, sicut id ipsum seruetur respectu quantitatis,

**14** quia etiam in casu, quo † dos succedit loco legitimæ fideicommissum præseruetur in ea parte, in qua legitimam excedit, itaut vtile non vitietur per inotile, ut declarat glos. *in l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam. in verbo, tollatur, Barr. in l. ultim. §. filia, ff. de legat. 2. & in l. Lucium, §. maritus, ff. ad Trebell. Castrenl. in eodem §. filij, num. 1. ff. de legat. 2.* Quibus accedebat, quod iam Victoria acceptauerat assignationem sibi factam in exequutionem testamenti Paterni, ut fuit firmatum coram me sub eadem die 27. Iunii. Vnde cum illius vigore petierit dotem, quæ circumscripto dicto legato illi debita non fuisset, sequebatur hoc explicitus consensus, & approbatio paternæ dispositionis, † quam non poterat contra illius voluntatem impugnare Hieronyma, obtinendo, ut ab ea remoueretur grauamen; ut probat tex. *in l. Imperator §. si centum, ff. de legat. 2. & in l. Titia cum testamento, §. qui in vitam, ff. eodem tit. & notat ibi glos. in verbo, non consenseris, Castrenl. confil. 266. num. 2. lib. 1. Peregr. in add. confil. 79. num. 30. Et ita, &c.*

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Bonorum de Barzellinis.

Mercurij 7. Iunii 1634.

## ARGUMENTVM.

Fideicommissum relictum sub conditione, si sine filiis, &c. expirat, vno decedente cum liberis. Fideicommissum, cum sit odiosum, ut inducatur, non sufficiunt quælibet coniecturæ, & quid requiratur.

## SUMMARIVM.

- 1 Fideicommissum factum pluribus substituti, cum conditione, si sine filiis aliquis obierit, &c. tunc si vnus decedat relictis filiis, fideicommissum expirat, & nu. 4. & 5.
- 2 Sed ista opinio non habet locum, quando adsunt coniectura pro fideicommisso.
- 3 Fideicommissum, ut inducatur, cum sit onus, non omnes coniectura sufficiunt, sed illæ dumtaxat, quæ necessario concludunt, & ex verbis a Testatore prolatis colliguntur.
- 4 Fideicommissum perpetuum non inducitur ex grauamine dotandi feminas in infinitam.
- 5 Coniectura vnica non est sufficiens ad inducendum fideicommissum perpetuum, vbi sint alia verba testamenti repugnans.
- 6 Prohibitio particularis alienationis non extendit genericam, stante diuersitate rationis.
- 7 Fideicommissum sine necessitate, & vi verborum non est inducendum.
- 8 Institutio cadit in Hæredibus primi gradus, & respectiue substitutio, datus ad inuicem, & reciproce, &c. suorum substituti.
- 9 Nepotes non veniunt in capite separato substitutionis,

quando adsunt verba restrictiua per dictiones (dictos)  
& relatiuas (eius.)

- 12 Fideicommissi extensio non potest fieri de filiis grauatis ad Nepotes non grauatos.
- 13 Copula (&) regulariter ponitur inter diuersa.
- 14 Materia odiosa non debet intelligi extensiuè, sed restrictiuè, & qualificatiuè.
- 15 Copula (&) natura est repetere omnes qualitates precedentia dispositionis.
- 16 Heredis confessio non est attendenda, si ex testamento constet, rem aliter se habere.
- 17 Confessio nocere debet confidenti, & habentibus causam ab eo.
- 18 Confessio, si detegatur erronea, non obstat.

### DECISIO XXIII.

**I**terum proposita causa super iisdem tertio fuit dictum, esse dandam immisionem Cosmo Barzellino in bonis ex Testamento Alphonsi fideicommittentis, quæ nunc possidentur per D. Vincenium Barzellinum, vt in decisionibus coram me factis in hac causa 12. Decembris 1633. & 22. Martij præteriti, ex quarum lectura probatur interuenire requisita necessaria ad hoc, vt competat remedium, l. fin. C. de edict. Diui Adriani tollen.

Nec obstare fideicommissum Virgilij senioris fuit dictum, quia dum instituit Gasparem Bartholomæum, & Laetantium filios, & eos inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, ita quod vno decedente quodcumque sine filiis masculis, portio illius sic decedentis deueniat ad alium, seu alios superiuuantes, & ipsis non extantibus, ad eorum filios in stirpes, & non in capita. Vnus tamen ex dd. filiis institutis, & substitutis obierit cum filiis, expirauit fideicommissum, l. ex factis, §. si quis autem, vbi Castrenf. ff. ad Trebell. l. cum vxorem, quando dies legat. cedat, Oldrad. conf. 21. Alex. consil. 139 lib. 6. Dec. conf. 218. num. 6. & seqq. Patil. qui de communi conf. 31. num. 2. circa med. lib. 2. & Aym. conf. 67. num. 8.

- 1 Neque obstat, quod huiusmodi communis opinio locum non habeat, quando pro fideicommissio adsunt coniecturæ, Dec. conf. 480. num. 5. Aym. conf. 31. 6. num. 16. Gabr. de fideicommiss. conclus. 7. num. 4. si quidem ad inducendum fideicommissum, quod est onus, tamen non omnes coniecturæ sufficiunt, sed illæ dumtaxat, quæ necessariò concludunt, & ex verbis à Testatore prolatis colliguntur, l. huius, §. tres heredes ad Trebell. Paril. conf. 14. num. 12. lib. 3. Mantie. de coniect. ult. vol. lib. 8. tit. 1. num. 23. in decisionibus autem factis nec ex verbis, nec ex mente Virgilij firmatur colligi coniecturas pro perpetuo fideicommissio, cum singulis deductis per Vincenium fuerit abundè responsum, quia verè non concludant continuationem fideicommissi
- 2 tamen per susceptionem filiorum à Gaspare eiusdem fideicommittentis filio, & existentiam de tempore eius mortis iam extincti.

- 3 Illa enim deducta ex vocatione filiorum, & descendendum Ioannis Galeatij in infinitum tollitur, ex eo, quod procedit tamen data existentia, & purificatione illorum substitutionis. Ea vero deficiente ob defectum conditionis, sub qua fuit concepta, non habet locum, qua ratione cessat, tamen & altera desumpta ex grauamine dotandi feminas in infinitum, vt in puncto respondet Dec. conf. 513. ad fin. vers. ultimo non obstat, & facit Fusar. de substit. quest. 480. num. 18. neque ex se sola sufficiens tamen est ad inducendum perpetuum fideicommissum, vbi præsertim tot alia verba testamenti repugnant.

Prohibitio autem alienationis stat accessoriè, & consecutiuè ad substitutionem, si sine filiis, & alia particularis prohibitio super Domo non extendit antecedentem tamen genericam prohibitionem super aliis bonis, stante diuersitate rationis ob particularem affectionem Testatoris, vt Domo conseruaretur in agnatione, iuxta ponderata in aliis decisionibus, in quibus etiam responderetur digressioni ad plures gradus substitutionum.

- 4 Non obstat, quod dictum fideicommissum Virgilij non expirauerit per obitum filiorum cum filiis, dum prætenditur. Nepotes etiam fuisse grauatos restituere descendentibus Io. Galeatij, si decederent sine filiis masculis, ponderando verba illa testamenti (& successiuè dictis eius filiis, vt supra hæredibus institutis, & substitutis, decedentibus quodcumque sine filiis masculis legitimis, & naturalibus) quæ prætenditur non restringi ad filios hæredes Testatoris, qui non substituit solum filiis hæredibus institutis, sed etiam Nepotibus substitutis, quoniam imò magis cõgruum est, vt dictum verbum substitutis referatur ad ipsos filios, qui fuerant innicem, & reciprocè substituti. Tum quia per hanc interpretationem excluditur onus fideicommissi, quod sine necessitate, & vi verborum non est inducendum, tum quia verba illa (dictis, ut supra, &c.) tanquam restrictiua ad supranominatos non debent inducere ampliacionem, sed potius limitationem ad filios primi gradus, iuxta tradita per Dec. consil. 377. num. 4. in fine. & glol. in l. Lucius, ff. de hered. instit. Decian. respons. 47. num. 28. vers. quia respondeo, lib. 3. Menoch. consil. 610. num. 2. & seqq. Surdus consil. 230. num. 35. Fusar. consil. 98. num. 6. & consil. 99. num. 1. & seqq. & maior est superfluitas, quod Testator vsus fuerit verbo institutis, dum de filiis filiorum intellexit, quam quod verbum substitutis adijunxerit eisdem filiis, in quibus benè verificabatur ob reciprocam substitutionem, quia in filiis primi gradus tamen cadit institutio, & respectiue substitutio, dum adinnicem, & reciprocè vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum fuerint substituti altero ex dd. filiis quodcumque decedente sine filiis masculis, & idèd contra Decian. consil. 84. num. 10. lib. 3. præter Peregr. de fideicommiss. art. 29. num. 41. & Fusar. consil. 98. num. 6. allegatos in alia decisione 22. Martij in hac causa tenuerunt Dec. Menoch. & Surd. in locis supra alleg. & propterea, dum in eodem Testamento sequitur (& successiuè dd. eius filiis, vt supra hæredibus institutis, & substitutis, decedentibus quodcumque sine filiis masculis) clarè patet Sermonem fuisse ex dictione (dictis,) & relatione (eius) de propriis filiis, qui verò erant instituti, & substituti, non autem de filiis filiorum, qui sunt Nepotes tantummodo vocati actiue, non autem reciprocè inter ipsos; Nepotes enim non grauatur, sed filij tantum, & quando adsunt verba restrictiua per dictiones tamen demonstratiuas (dictos) & relatiuas (eius) tunc Nepotes non veniunt in capite separato substitutionis, & ad hoc benè facit, quod notat Bart. in l. Gallus, §. Instituant, circa finem, de lib. & posthum. Abb. consil. 40. lib. 1. Alex. consil. 51. in princ. lib. 3. Dec. consil. 117. num. 9. vers. & ista conclusio, Surd. consil. 464. num. 2. Honded. consil. 60. num. 55. & seqq. ex Ruin. Burfat. & Rimin. Iun. per cum alleg. extensionem autem fideicommissi tamen non posse fieri de filiis grauatis ad Nepotes non grauatos, fuit firmatum in aliis duabus decisionibus, quæ reuidentur in prima in §. nam fideicommissum Virgilij, in secunda verò in §. Neque obstat coniecturæ, in quibus per DD. fuit resolutum, quod quando verba possunt aliquid operari, nunquam

fit extensio, prout bene operantur in proposito casu, dum, vt fuit demonstratum supra filij Virg. liij Senioris respectiue sunt instituti, & adinuicem reciproce substituti, instituti, respectu ipsius Testatoris, substituti respectu reciproce substitutionis inter ipsos filios decedentes quandocumque sine filijs masculis.

Pariter nihil faciunt deducta ex copulatiua, &, ibi (vt supra heredibus institutis, & substitutis decedentibus, &c.) sub pretextu, † quod regulariter ponatur inter diuersa; Quia cum versemur in materia fideicommissi odiosa, non potest † intelligi extensiue, sed restrictiue, & qualificatiue, vt late per Honded. *conf. 2. num. 25. & seqq. & consil. 8. num. 48. lib. 1. Ruin. cons. 112. num. 3. lib. 5. Rol. à Val. consil. 79. num. 45. & seqq. lib. 3. Rot. in recent. decis. 596. num. 4. par. 1. & sic dicendum est positam inter verba institutionis, & substitutionis copulatiue tamen ad repetendas omnes † qualitates precedentis dispositionis, iuxta naturam ipsius Copulae (&c.) ad text. in *L. Seia, §. Caiso*, vbi Bart. & DD. ff. de fund. instruel.*

Tandem declarationes Horatij, & Alphonij super perpetuitate fideicommissi nihil concludunt in præjudicium Cosmi, quia cum ex Testamentis constet rem aliter se habere, † quam ex dictis confessionibus confessi fuerint Horatius, & Alphonus non sunt attendendæ, quinimò ipsis confitentibus non nocent, *l. ornamentorum, ff. de auro, & argen. leg. Bart. in l. prima, ff. si cert. pet. Suid. conf. 403. num. 76. & seqq. Socin. lun. consil. 180. num. 82. lib. 2. & in omnem calum, quatenus † assertio Horatij posset nocere, noceret habentibus causam ab eo, non autem Cosmo, qui non est hæres Horatij, & ita procedunt iura in contrarium relata, in quibus restringitur præjudicium ad confitentes, & ejusque successores, assertio † verò Alphonij emanauit in alia causa, & ad alium effectum, & ex deductis in decisionibus detegitur erronea, & idèd non obstat.*

Ex quibus DD. vtraque parte informante, confirmantur supradictas duas decisiones.

R. P. D. VEROSPPIO.

Bononien. Fideicommissi.

Veneris 23. Junij 1674.

ARGVMENTVM.

Pœna priuationis imposita à testatore non potest nocere alteri, qui illius voluntati non impugnavit, neque potest hoc modo imponi, vt alium obliget, præter eum, qui eiusdem voluntati non obtemperauit, & qua ratione hoc procedat ad interpretationem *l. paterfam. ff. de hered. insti.* singularis est Decisio, tanquam extensa ab Auditore magni nominis, & absolutissimi, candidissimique ingenij.

SVMMARIVM.

- 1 Hereditati nemo alligari debet, vel exheredare factis alterius.
  - 2 Priuationis pœnam non incurrit ob contrauentionem Patris, Filius institutus propria contumeliatione, non Patris.
  - 3 Contrauentionem voluntati testatoris excusare solet protestatio, quia dicitur non credi, quod ex tali actu, qui geritur, voluntas impugnetur.
- Decis. 3. R. De substitutis.

- 4 Contumacia, & animus delinquendi cessat, non existit de dolo.
- 5 Causa qualibet etiam iniusta excusat à dolo, & pœna priuationis.
- 6 Priuationis pœna ob contrauentionem facta, considerari non potest, vbi non precedat habitus, hoc est antecedens contrauentio.
- 7 Vocatio alicuius substituti per modum rationis, & causa facta, non videtur expressa, & absoluta dispositio, præsertim si verba rationis, seu causa non essent directa in personam heredis grauari.
- 8 Contrauentio ultra expressa non extenditur.
- 9 Fideicommissum pœnale non inducitur, nisi verbis expressis, quæ omnem aliam interpretationem excludant.
- 10 Copula, & de illa est natura, vt precedens cum sequenti capitulo coniungat, & omnes illius qualitates repetat.
- 11 Dicitio, perche, ostendit causam precedentis dispositionis, & vide num. 12.
- 13 Pronomen, quæsti, refertur ad proxime dicta, illaque ad oculum refert.
- 14 Sequentia declarant precedentia.
- 15 Voluntatis mutatio, & contrarietas præsumenda non sunt.
- 16 Priuationis pœna à Testatore adiecta favore substituti in casu contrauentionis, si ante heredis nominationem fiat censetur adiecta ad ostendendam personam, quam illam tangere debeat, & si post heredis institutionem repetatur, adhuc probabiliter dicitur repetita ad eundem effectum.
- 17 Geminatio prohibitionis tanquam, qua enixam prohibentis voluntatem ostendit, reprobari nequit, vt superflua.
- 18 Priuationis pœna facta filio in casu contrauentionis præcepti Testatoris mandantis bona sua non alienari, & prohibentis usufructum patri acquiri, restringenda est ad casum, in quo filius permisit Patri sui usufructum, ne porrigatur ad casum, in quo filius priuaretur hereditate propter contrauentionem alterius.
- 19 Priuationis pœna semper intelligitur facta in, qui contraueniunt, quando id commodè fieri potest, ne sequatur absurdum, vel tuerfionis fideicommissi, vel quod in alterius potestate sit, heredem priuare hereditate.
- 20 Vocatus in casu contrauentionis primi heredis, si sit positus post secundum, vel ulteriorem gradum heredum, non potest instare pro declaratione deuolutionis propter contrauentionem ante aduentum sua vocationis.
- 21 Pœna fieri debet tenere aulheres.
- 22 Ody præempta ratio ob contrauentionem, propter quam versimilis redditur priuatio successianæ, cessat in eo, qui non contrauenit.
- 23 Causa status pœna, vt existetur, facienda est omnia interpretatio possibilis.

DECISIO XXIV.

Proposui hodie dubium super confirmatione sententia, quæ data fuerat in partibus, & in qua declaratum fuit, quod factus erat locus fideicommissi Comitis Sigismundi Maluasia, ad favorem Comitis Innocentij, & Cornelij de Maluasia filiorum Herculis, quos idem Sigismundus dicebatur vocasse in suo testamento sub duplici conditione, videlicet in defectu filiorum Constantij, qui secundum gradum hæredum tenebat in eodem testamento, & in casu, quod dispositis in eodem testamento contrauenissent, tam ipse Constantius, quam Franciscus Maria eiusdem Constantij frater, ac Neapolio communis Patris, ac frater testatoris. Cum vero casus huius vocationis ad favorem dictorum filiorum Herculis deducatur in ea

sententia ex secundo hoc capite, quod scilicet eidem testamento contrauenisse videretur, ipse Neapolio, dum vna cum filiis comparauit coram Iudice, & sibi adjudicari obtinuit domum, & alia bona emphyteutica, quae licet fuissent possessa à Sigismundo, dum viveret erant tamen subiecta alteri fideicommissio Constantij, cuius filij erant ipse Sigismundus, ac Neapolio. Visum fuit DD. constare de iniustitia ejusdem sententiae ex duplici fundamento, & quia ea instantia, quam fecit Neapolio vna cum filiis, & ex qua dicebantur impugnasse voluntatem Sigismundi, non videbatur, quod potuisset nocere haeredi instituto, qui cum eo tempore, quo iudicium intentauit Neapolio natus nondum esset, neque contrauenire potuit voluntati Testatoris. Et quia neque hoc visum erat voluisse ipse Sigismundus, vt casu, quo Neapolio, siue alter ex illius filiis rescindere tentasset, quae ipse in suo testamento statuerat, censeretur deuoluta haereditas ad filios Herculis.

Et quantum attinet ad iudicium motum per Neapolionem non visum fuit, quod potuerit ex eo fieri aliquod praedictum haeredi, quem primo loco vocauerat Sigismundus. Tres enim gradus appatebat illum constituisse, & in eorum, primo voluit, vt succederet filius, qui primo nasceretur ex Constantio, siue Francisco Maria suis nepotibus ex Neapolione fratre. In secundo, cui locus fieri debebat per mortem sine filiis dicti filij nascituri, vocauit Constantium alterum filium Neapolionis, & illius filios, ac descendente, & in eorum de factu vocauit in tertio gradu Cornelium, & Innocentium filios Herculis Maluasie, ad quorum fauorem lata fuit sententia. Vnde non solum videbatur, quod locum habere deberet hoc casu regula, quae constituitur in *l. pater familias. ff. de haered. inst. vt propter factum alterius* † nemo haereditari alligari, neque exhaereditari possit, vt notat ibi Bart. *num. 2.* quem alij sequuntur, Bald. in *l. unica, C. de his, qua pœna nomine*, sed cum filius, qui nasci debebat ex Constantio, seu Francisco Maria non fuisset institutus contemplatione proprij Parentis, aut Aui, quinimò fauore eiusdem filij, & haeredis ademerit Testator eiusdem Parentibus, & Auo vsufructum suae haereditatis, probabatur hinc potius contraria voluntas Testatoris, quod noluerit sua haereditate priuare haeredem † propter contumaciam, quam ostendissent illius Parentes impugando suam voluntatem, iuxta doctrinam Bart. in *l. liberorum, nu. 16. ff. de verb. signific. & in his terminis tenuerunt Nat. conf. 470. num. 25. Honded. conf. 72. num. 40. lib. 1. Bursatt. conf. 13. num. 67. lib. 1. Cæphal. consil. 281. num. 35. lib. 2. & fuit consideratum in *Cesarien. Primogenitura* 26. Junij 1630. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in *Auenionen. Haereditatis* 16. Ianuarij 1632. & 18. Martij 1633. coram R. P. D. meo Ghislerio. Et hæc Domini considerantur super hoc primo fundamento, ommissis illis, quae dici possent pro excusanda eadem contumacia, quia ex protestatione, quam iidem fecerunt, † dum intentarunt iudicium immissionis, quod scilicet petendo bona subiecta fideicommissio Constantij, non credebant se impugnare voluntatem Testatoris, videbatur in illis cellare omnis dolus, sine quo non poterat considerari aliqua contumacia, † aut animus contraueniendi, *l. si Seruum, §. Prator ait, ff. de acquirend. haered.* & notat ibi Gloss. in verbo, non videri, Bald. in *l. unica, C. de his, qua pœna nomine*, Dec. conf. 273. nu. 2. in fin. & conf. 581. nu. 11. Verall. decis. 233. num. 7. par. 1. praeteritum attentio effectu, qui erat, vt censeretur in cursa pœna priuationis imposita à Testatore, à qua solet † excusari quaelibet causa, etiam in-*

justa, vt per eundem Verall. *decis. 233.* & probat *tex. in l. Plagij criminis 14. cum glos. ibi, in verbo, iusta, C. ad l. Flavianam de Plagiariis, l. igitur, vers. Et generaliter, ff. de liberal. caus. Honded. conf. 58. num. 37. & seq. lib. 11. Rot. decis. 289. num. 8. par. 1. recent. & coram Gregorio decis. 288. num. 4.*

Sed neque id visum fuit colligi ex testamento Sigismundi, & hoc erat alterum fundamentum, quod Domini considerantur in dubio proposito, vt scilicet propter contrauentionem Neapolionis fratris, siue illius filiorum, commodo suae haereditatis, & institutionis caderet haeres scriptus, vel quod eadem haereditas deuolueretur ad filios Herculis, quod vt clarius percipi, & intelligi possit, recensenda est dispositio Sigismundi in ea parte, in qua dicitur fuisse impositam hanc pœnam priuationis, contra eos, qui illius voluntate impugnantur. Hoc igitur primo apparebat fuisse constitutum in ejusdem testamento, vt filius, qui primo nasceretur ex Constantio, siue Francisco Maria suis nepotibus, quique primo loco faerat haeres institutus habitare deberet vna cum suis filiis Domini Testatoris seorsum ab aliis suis consanguineis, & illis, ac aliis substitutis prohibuit quamcumque alienationem, siue permutationem bonorum. Itaque nullus eorum, siue ex se, siue simul cum aliis vocatis contra eandem dispositionem facere, aut venire auderet declarans, vt censeretur incurta ea contrauentio, & caducitas per quamuis compartitionem, aut actum iudicalem, ex quo impediretur, vel aliquo modo retardaretur executio dictae voluntatis, etiam ex capite cuiuscumque anterioris fideicommissi, aut Inuestiturae, & in singulis his casibus priuauit tam eundem haeredem, quam alios vocatos omni commodo suae haereditatis, perinde ac si non fuissent in eodem testamento scripti, aut nominati, instituendo haeres alios substitutos, quos eisdem oneribus grauauit.

Voluit praeterea testator, vt fructus suae haereditatis cumulari deberent, quousque praedictus haeres, qui natus tunc non erat xiv. suae ætatis annum expleuisset, & idem priuauit vsufructu haereditatis, tam Neapolionem Aua ejusdem haeredis nascituri, quam Constantium, siue Franciscum Mariam illius Parentes, & post hanc prohibitionem rogauit Cornelium, & Innocentium Maluasiam, quos tertio loco substituerat, vt vellent curare, vt hæc sua voluntas executioni mandaretur, adducendo rationem, quia in casu, quo Neapolio, vel illius filij suae voluntati contrauenirent illos haeres instituerat, & ne videretur ipsa haereditas interim pendere, quousque nasceretur filius ex Francisco, aut Constantio. Idem Sigismundus pendente conditione hujus natiuitatis, tam respectu vsufructus, quam respectu proprietatis, durante eodem vsufructu, instituit tres haeres fiduciarios, quibus commisit administrationem suae haereditatis ad fauorem futuri haeredis.

Ex hoc testamento Sigismundi duas illius partes considerabant Innocentius, & Cornelius filij Herculis Maluasie, in quibus dicebant contineri illorum vocationem, sed respectu primae partis, in qua prohibitus fuerat omnis actus ex quo deueniretur ad alienationem haereditatis, adjecta pœna priuationis contra eos, qui hoc facere tentarent nullum visum fuit constitui posse fundamentum ad fauorem dd. filiorum Herculis. Quia cum ea lectura testamenti colligeretur solum Testatorem voluisse suae haereditate priuare eos, qui illius voluntati se opponerent, satis erat, quod nulla daretur contrauentio haeredis nascituri, ne dici deberet eundem commodo dictae haereditatis cecidisse.

adisse, & quod huic consequens erat factus fuisset locus substitutioni aliorum heredum, dum non poterat dari pena privationis, nisi præcederet ꝑ habitus, hoc antecedens contrauentio heredis, ex reg. l. decem, ff. de verb. oblig. notat Bald. in l. sub conditione, num. 2. ff. de solution. & in l. 1. ff. de diuor.

Respectu secundæ partis poterat cadere aliqua dubitatio, quia vocatio Cornelij, & Innocentij, videbatur in ea supponi pro indubitata in casu contrauentionis, quam fecissent, siue Neapoliio frater, siue Franciscus, & Constantius illius filij, & Nepotes Testatoris, sed cum dici possent, quod nihil visus sit in hac parte Testator disponere, dum solum per modum rationis, & causæ declarauit, se vocasse ꝑ eos filios Herculis in casum, quo suæ voluntati contrauenerent frater, ac Nepotes, non autem absolute, & expresse illas in eodem casu vocauit, præsertim cum ea verba non essent directa in personam heredis grauati, ex his, quæ post gloss. notant DD. in l. toto, §. fratre, ff. de leg. 2. Bart. ibi num. 5. Imol. num. 2. Castren. num. 1. & alij relati per Peregr. de fideicom. art. 1. num. 48. Card. Mantice. de consuet. ultim. volunt. lib. 3. tit. 12. num. 2. Aliam præterea visam fuit esse scilicet, & interpretationem eorundem verborum. Quia fuit prohibitio, quam in ea parte testamenti fecerat Testator eidem fratri, ac Nepotibus erat respectu ꝑ usufructus suæ hereditatis. Cuius fructus voluit integrè conseruari, & inuestiri ad fauorem futuri heredis, ita contrauentio, ob quam esse debebat locus substitutionis filiorum Herculis, intelligi debebat respectu usufructus.

Et hac quidem interpretatione plura visa fuerunt suadere. Nam præter rationes, quæ vigeant in fauorem eiusdem heredis, dum agebatur de fideicommissio pœnalis, quod nõ nisi per verba expressa induci debet, & quæ omnem aliam ꝑ interpretationem rejiciant, ex notat per Bart. in l. Pater seuerinam, num. 2. & in l. multa, num. 3. ff. de condit. & demonstr. Bald. in l. cum proponas, nu. 23. C. de hered. instit. Alciat. reg. 3. præsumption. præsumption. 45. & in his terminis considerauit Peregr. de fideicom. art. 18. nu. 29. in fin. Rot. decis. 429. num. 3. par. 4. diuers. Præterea non poterat alia interpretatio admitti, considerato contextu eorum verborum, in quibus dicebatur contineri hæc vocatio. Et perche contrauenendo questo mio fratello, e Nepoti chiamo heredi il Signor Cornelio, & Innocentio Malausina, li prego à voler sapere come passa il gouerno, & aiutare questa mia voluntà, quia non solum erat de natura eius copulæ. Et coniungere ꝑ præcedens Capitulum testamenti, in quo actum fuerat de usufructu cum sequenti, & in eo repetere omnes illius qualitates, ex notatis in l. Seta, §. Cais, ff. de fundo instr. & instr. legat. & Bart. ibi nu. 1. & 2. & in l. si heredi, num. .... ff. de cond. instit. Felyn. in cap. 2. in verb. copula, num. 22. de descript. sed hoc idem ostendebat illa dictio (Perche) siue illa videretur reddere causam eius dispositionis, ꝑ & vocationis filiorum Herculis, vt in l. hac actio, ff. de calumniatoribus, & in l. si is, qui animo, ff. de acquir. possess. notat Bart. in l. demonstratio, §. quod autem, num. 6. Socin. num. 3. ff. de condit. & demonstr. Bald. in cap. quia propter, nu. 26. de elect. siue accipi deberet pro dictione, quando, secundum declarationem ꝑ Ang. l. in consil. 193. num. 2. & voluit gloss. in l. ultima in verb. quando, C. de edend. Bald. in l. nec eam, C. de postlim. reuers. itaut Gerundium, contraueniendo, quod fuit immediatè positum resoluatur in verba futuri temporis, præsertim iuncta proprietate illius pronominis, quis, quod deinde sequabatur in eodem Testamento, quodque referri solum poterat ad ea, quæ proximè dicta fuerint

13 eaque ꝑ ad oculum referte, vt dixit idem Bart. in l. 1. ff. de nou. oper. nunciat. num. 2. Dec. in l. vnic. C. de sent. qua pro eo, quod interest, in prima lectura, num. 13. & in 2. num. 45. Paris. cons. 19. num. 7. & cons. 35. num. 20. vol. 2. Surd. cons. 308. num. 16. & decis. 125. num. 1.

Et demum coadiuuabatur hæc interpretatio ex alio fundamento, quod delumebatur ex verbis immediatè sequen. ꝑ in quibus rogauit testator filios Herculis, vt curate vellent administrationi suæ hereditatis, ac scire quomodo ea administratio procederet. Id enim non poterat intelligi, nisi de tempore, quo hæres expleto anno XIX. frui deberet hereditate, & consequenter posset à Patre, vt suo turbati in perceptione usufructus, quia ante id tempus administratio eiusdem hereditatis commissa fuerat heredibus fiduciariis, de quorum diligentia, & fide non solum apparebat plurimum testatorem confidisse, sed quod plus est, in eorum solum defectum voluit testator, vt Cornelius suscipere administrationem hereditatis. Vnde non poterat alia interpretatio admitti, ꝑ nisi etiam admittatur, aut mutatio voluntatis, aut manifesta contrarietas in iplo testatore contra leg. non ad eam, ff. de condit. & demonstrat. & l. cum qui, ff. de probat.

Nec visæ fuerunt obistere diæ coniecturæ, quæ pro euitanda hac interpretatione in contrarium ponderatz fuerunt ab informantibus pro filiis Herculis. Nam quod primo loco dicebatur, vt etiam in alia parte testamenti prohibuerit testator Parenti futuri heredis usufructum suæ hereditatis non concludebat, quod contrauentio, ob quam voluit fieri locum vocationi dictorum filiorum Herculis non etiam esset intelligenda respectu eiusdem usufructus. Quia ex pluribus ostendi poterat necessitas huius nouæ prohibitionis. Cum enim prior ea prohibitio legeretur facta ante nominationem, & institutionem ꝑ heredis, atque ita dum adhuc erat incerta persona, quam illa tangere debebat, poterat probabiliter dici, quod repetita fuerit post institutionem heredis, vt sciretur, quas personas comprehendere deberet, idque ex duplici ratione. Primo ne contingeret dubitari, An voluerit testator illa etiam teneti Constantium, alterum filium Neapoliionis, quem substituerat in defectum nascituri.

Secundo, quia in hac posteriori prohibitione, fuit non solum nominata persona Parentis dicti futuri heredis, quod factum fuit in prima, sed etiam personæ Patris, & Aui, de quibus nihil in alia dictum fuerat, quibus duabus rationibus poterat, & tertio addi, vt ex hac noua, & geminata prohibitione clarius, & magis enixè ostenderetur voluntas testatoris, quæ ꝑ sola ratio sufficere poterat, vt non posset eadem repetitio reprobari, tanquam superflua ex his, quæ notat Alciat. in l. hac verba, num. 3. ff. de legat. 1. Peregrin. de fideicom. art. 14. num. 21. Card. Mantice. de consuet. ultim. volunt. lib. 3. tit. 6. n. 6. & lib. 8. tit. 18. n. 14. & probat tex. in l. quasitum, §. ultimo, ff. de fund. instr. & l. predictus, §. Sabes, ff. de auro & argento legatis.

Altera coniectura, quam considerabant informantes erat, quod non potuissent Pater, aut Auius huius heredis nascituri consequi usufructum ex hereditate, nisi postquam hæres expleuisset 14. annum, de quo tempore incipere debebat ius filij, & consequenter ius patris, & aui super dicto usufructu; vnde nec dici posset, vt ante id tempus nulla fuisset pœna imposita contra impugnantem voluntatem Testatoris, hinc inferebatur, quod vocatio filiorum Herculis non poterat censeri restricta ad solum casum contrauen-

tionis respectu usufructus, sed quod potius intelligenda erat generaliter, & in quocumque casu, quo eadem voluntati impugnasset Neapolio, & illius filij.

Sed ex hoc fundamento, quod ante decimum quintum annum hæredis non possent illius parentes petere usufructum dictæ hæreditatis, visum fuit potius coadiuvati, quam tunc certi interpretationem superius datam, ut scilicet ea contravenio, cui nominatim adiecta fuit pœna privationis, intelligenda esset respectu usufructus, cuius supra facta fuerat mentio, nam cum intra id tempus posset considerari aliqua contravenio hæredis in permittendo, quod Pater, aut Avus eundem usufructum perciperet rationabilior ex hoc reddebatur voluntas Testatoris in privando sua hæreditate hæredem, qui ex ea patientia, ac permissionem, ut Pater dicto usufructu fruere, aliquo modo contravenisse videbatur eisdem voluntati, quam si propter alterius culpam, cuius ille particeps non fuisset, intelligi deberet eadem hæreditate privatus, ut similem prohibitionem ita interpretata fuit, *Rota in Nepefina hæreditatis 26. Januarij 1609. coram Cardin. Lancellotto*, quam in his eisdem terminis sequuta fuit *in Cesenaten. Primogenitura 26. Januarij 1630. coram Reverendiss. D. meo Decano*, quia quando etiam tunc id facere potuisset testator, tamen ea pœna privationis intelligi debebat imposita solum iis, qui alienarent, si hoc commodè fieri poterat, quod etiam notavit Mogon. *in decis. Florentina 138. num. 20. & 21. Moderni Mantuan. controvers. forens. lib. 2. cap. 289. nu. 2.* Imò tollebat ex hoc absurdum, quod videretur testator voluisse, ut pendere deberet ex arbitrio fratris, aut nepotum privare hæredem à se primo loco electum, ac totam illius descendentiæ hæreditate cum eversione fideicommissi, ut consideravit in specie Ruin. *conf. 122. num. 8. vol. 2. Argum. text. in l. si ita quis, §. is cui ff. de leg. 2. & l. fideicommissum, ff. de cond. & demonstr.*

Sed quando etiam hæc omnia viderentur pati aliquam difficultatem. Itaque ea pœna privationis debet intelligi imposita generaliter contra omnes, à quibus testatoris voluntas non servaretur, adhuc visum fuit non posse ex hoc dici, quod extiterit conditio fideicommissi in favorem filiorum Herculis, quia in omnem casum illorum vocatio intelligenda erat in locum Neapolionis, siue Constantij Mariæ illius filij, & ita cum post filium nasciturum ex eodem Constantio, aut Francisco Maria, qui primum gradum tenere debebant in hæreditate Sigismundi vocatus fuisset idem Constantius, & illius descendentiæ poterunt filij Herculis tertio loco vocati occupare locum, & gradum Constantij, non autem succedere in locum primi hæredis. Quod comprobari videbantur ex eodem testamento Sigismundi. Nam in prima illius parte, in qua prohibitioni alienationis bonorum adiecta fuit pœna privationis, tunc eam pœnam apparebat solum fuisse impositam contra alienantes. Unde ex ea parte testamenti debebat hæc posterior interpretacionem recipere, in qua propter casum contravenionis filiorum Neapolionis dicebantur vocari filij Herentis, tunc iuxta regulam, quæ generaliter ponitur in *l. si filius in principio, & in l. si servus plurimum, §. ultimo, ff. de legat. 1.* quam in his terminis adducit Mandell. *conf. 479. num. 6. Cephal. conf. 281. nu. 12. Moderni Mantuan. controvers. forens. dicto cap. 289. num. 2. & suaderi videbatur etiam hæc interpretatio. Tum ex eo, quod cessabat ratio odij præsumpti erga filium Constantij, siue Francisci Mariæ futurum hæredem, tunc ex qua reddi potuisset verisimilis illius privatio, propter*

delictum patris, aut Avij, ut fuit in specie ponderatum in *d. Cesenaten. Primogenitura 26. Januarij 1630. coram Reverendissimo Domino meo Decano, & in Avenionen. Hæreditatis 16. Januarij 1632. coram R. P. D. meo Ghislerio.* Tum ex quo agebatur de pœna caducitatis, pro cuius exclusione sumi debebat omnis interpretatio possibilis, *Ligatur, §. generaliter, ff. de liberat. caus. & fuit dictum in Romana fideicommissi de Jacobatis 12. Maij 1606. & 5. Decembrii 1608. coram Gregorio inter impress. decis. 256. num. 2. & decis. 288. num. 4. & in Macevagn. hæreditatu 3. Iunij 1619. coram bon. memor. P. Baldo.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D. DVNOZET.

Perusina Fideicommissi de Cincij.

Veneris 19. Januarij 1635.

ARGUMENTVM.

Fideicommissum non censetur inductum in casu mortis, ex verbis consequutivis post prohibitionem delicti, &c. Item pariter, quando Fideicommissum non censetur inductum in casu mortis, ex prohibitione alienationis.

SVMMARIVM.

- 1 Fideicommissario immissio denegari non potest, si doceat de Fideicommissio, de identitate bonorum, & de possessione Fideicommittentis.
- 2 Fideicommissum non censetur inductum in casu mortis ex verbis consequutivis ad substitutionem.
- 3 Verba, vendere, & alienare, simul posita, faciunt, ut sicut vendere significat actum inter vivos, ita pariter alienare, de eodem actu intelligatur, non autem de ultima voluntate.
- 4 Et hæc procedit, siue verbum vendere sequatur, siue prædat verbum alienare.
- 5 Alienationis prohibitio, quando non fiat principaliter, & de per se, sed continuativè ad præcedentem substitutionem, non potest ex ea resultare fideicommissum in casu mortis.
- 6 Quodque multo magis procedit, quando adest in casu mortis particulare Fideicommissum præcedens.
- 7 Legatarius non potest uti beneficio universalis Hæredis.
- 8 Hæres institutus in re certa, & determinata, comprehenditur sub reciproca in defectum hæredum universalium.
- 9 Fusar. *quæst. 261. num. 7. cum alijs ab eo allegatis, in quo casu loquantur.*
- 10 Pluralitas in substitutionibus potest verificari in filijs uno ex substitutis.
- 11 Dispositio corrumpitur, conditione deficiente.
- 12 Alienationis prohibitio, quando fiti posita continuativè per viam qualificationis præcedenti substitutionis, debet intelligi, retento eodem ibemate.
- 13 Fideicommissi casus, quando venit, cessat illius effectus.
- 14 De iure tertij, quis dare non potest.

DECISIO XXV.

Cum per tres decisiones in hac causa emanatas, duas coram bonæ memoriæ Cardinali Virili, & alteram coram me fuerit firmatum D. Ludouico Cincio, vocato ad fideicommissum q. Petri Hieronymi, dandam esse immisionem in possessionem quarundam Domorum, & Censuum per dictum fideicommissum.

mittentem acquiritorum, reservato tamen videre de reliquis bonis tunc in controversiam deductis, super quibus sub die 19. Aprilis 1630. DD. dixerunt, et etiam esse dandam Immissionem, ea moti ratione, quia docebatur ꝑ de fideicommissio, de identitate bonorum, de quibus agitur, & de possessione dicti Petri Hieronymi usque ad eius obitum: Cumque hodie reassumpta causa, & firmato per binas decisiones illi non obstare exceptionem Compromissi iniri ad componendam litem inter ipsum, & DD. de Columbibus hæredes ex testamento q. Olimpiz sororis, & hæredis grauatæ dicti Petri Hieronymi, iidem de Columbibus intersterint pro revisione dictæ decisionis, & super eisdem audientiam obtinuerint; iterum proposui causam super iisdem, & DD. steterunt in decisio ex rationibus, & fundamentis in decisione deductis.

Non obstant præsentia fideicommissa q. Francisci Patris, & Herculis patris Olimpiz, super quibus Columbi, alias magnam vim faciebant.

Nam quoad fideicommissum Francisci patris, aut prætenditur illud deducti ex verbis adiectis post prohibitionem delicti, ibi (& hoc fecit ad hoc, ut bona sua conferentur, &c.) & subsistere visa fuit responsio decisionis, videlicet; Ex illis verbis tanquam consequentiis ad substitutionem in casu ꝑ delicti induci non posse fideicommissum in casu mortis, ut ultra allegata in decisione tenent Odd. *de fideicom. quest. 11. numer. 175. Rota decis. 30. numer. 20. & 21. par. 1. recent. & fuit decisum in Bononien. de Barzellinis 12. Decembris 1633. & 22. Martij 1634. coram R. P. D. meo Ghislerio.*

Aut verò ex prohibitione alienationis ex verbis, ibi (casu, quo dd. Instituti, & substituti venderent, vel alienarent, voluit bona vendita, vel alienata deuenire ad alios institutos, vel substitutos, ut supra) & nullum exinde resultat fideicommissum ad fauorem d. Olimpiz sub prætextu, quod Petrus Hieronymus hæres alienauit in extraneum illum instituendo hæredem, ex quo verbum alienate subiectum legit, verbo vendere, & sic prohibitio non comprehendit alienationem per viam institutionis, ꝑ & substitutionis testamentarium, sed solum per actus inter viuos; ad text. in l. Pater filium 36. Fundum, ff. de leg. 3. *Ruin. consil. 126. numer. 15. in fin. & seqq. lib. 2. Odd. de fideicom. d. quest. 11. numer. 116. & quest. 18. numer. 132. Gratian. disceptat. 594. numer. 7. & fuit dictum in Romana fideicommissi de Malesio 15. Nouembris 1624. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Quod procedit siue verbum (vendere) sequatur, siue (prout hic) præcedat verbum alienare, Alexand. *consil. 155. numer. 1. & seqq. lib. 2. Curt. lun. consil. 45. numer. 22. vers. ergo illa verba, Socin. consil. 13. sub numer. 8. & 9. lib. 3. Ruin. consil. 7. numer. 10. ad fin. vers. nec obstat. & consil. 116. numer. 13. in fin. & 16. lib. 2. Rimm. lun. consil. 621. numer. 50. & 51. & consil. 673. numer. 27. & seqq. lib. 6. Gratian. disceptat. 594. numer. 7. Rota decis. 49. numer. 2. par. 1. recentior.* Cumque ista ꝑ prohibitio non stet principaliter, & de per se, sed continuatiue ad præcedentem substitutionem, non potest ex ea resultare fideicommissum in casu mortis, Rota *decis. 568. numer. 9. par. 1. & decis. 473. sub numer. 2. par. 4. diuers. cum aliis in dist. Bononien. de Barzellinis*, cum præsertim in casu mortis adit particulare ꝑ fideicommissum præcedens, eaque sit personalis facta institutis, & substitutis, Seraph. *decis. 482. numer. 2. Rota decis. 316. numer. 6. par. 1. diuers.*

Et quatenus etiam censeretur prohibita alienatio per viam institutionis, & substitutionis, adhuc tamen non esset comprehensa d. Olympia, ex quo testator

*Decis. Sac. R. R. De Fratibus.*

vocauit alios hæredes institutos, & substitutos, quorum appellatione cum veniant solum hæredes, & substituti vniuersales, non fuit in hac vocatione ipsa Olympia comprehensa tanquam hæres in re certa, & in determinata quantitate instituta pro eius dotatione cum ampla prohibitione nihil amplius petendi, ideoque ꝑ vti legataria: non potest frui beneficio vniuersalis hæredis, *Bait. in l. fin. n. 1. ff. ad Trebell. Ruin. consil. 158. numer. 9. & consil. 90. numer. 11. lib. 2. Menoch. consil. 125. numer. 1. & seqq. lib. 6. Honded. consil. 63. numer. 15. lib. 2. Curt. lun. consil. 14. numer. 2. Gabr. consil. 152. numer. 42. ad med. vers. Naxid procedit, & seqq. lib. 1. & firmavit Rota in Perusina fideicommissi de Baptistis 15. Decembris 1628. coram R. P. D. meo Pirouano, & in eadem causa 17. Martij 1631. coram me.*

Nec dicatur comprehendendi sub reciproca in defectum hæredum vniuersalium, ut per Bald. & alios, quos refert, & sequitur *Falar. quest. 261. numer. 7.* Quia ratio, qua dicti auctores mouentur, non applicatur casui nostro, ꝑ quod scilicet ratio relictæ sermonis non admittat institutionem ad masculos, Nam in præsentis casu post institutionem hæredum vniuersalium cum substitutione decedente Carolo ad fauorem Petri Hieronymi, & filiorum fuit subiecta prohibitio alienationis ibi (& quod dona in casu alienationis deueniant ad alios hæredes institutos, & substitutos, ut supra) & sic verba restringuntur necessario ad Petrum Hieronymum, & filios, nec Olimpiz conuenire possunt tanquam supra non substituta, ꝑ & pluralitas potest in filiis Petri Hieronymi verificari, ut in his ferè terminis tenent *Cuman. consil. 15. numer. 1. vers. Cæterum, Tob. Non. consil. 40. n. 10. & seqq. Menoch. consil. 198. sub nu. 27. Intrigl. de subst. cent. 2. quest. 68. numer. 15.*

Minus vilius fuit obitare fideicommissum Herculis patris d. Olimpiz, quia licet testator institutus hæredibus vniuersalibus Francisco, & Ludouico fratribus, alteri eorum sine prole decedenti substituerit superuentem, & præmortui filios, tamen Olympia nihil potest exinde prætere ex fideicommissio in casu mortis, postquam per obitum Ludouici fideicommissum ꝑ expirauit per superuentiam Francisci alterius cohæredis instituti, cuius filij dici non possunt vocati, quia vocantur filij præmortui, non filij superuentis, *Decian. resp. 1. numer. 191. vers. Item vocauit, & 192. lib. 1. Georg. X V. decis. 107. numer. 1.*

Non obstat prohibitio alienationis in casu contrauentionis deducta, ex illis verbis ibi (quod dd. hæredes, & filij; ac descendentes ipsorum in infinitum non possint vendere, neque alienare, vocando in casu contrauentionis Hospitale Misericordie, Nam ista prohibitio non potest suffragari Olimpiz, & causam ab ea habentibus; Tum quia non sumus in casu alienationis, ut fuit supra firmatum, tum etiam, quia prohibitio fuit posita ꝑ continuatiue per viam qualificationis præcedentis substitutionis, & sic debet intelligi retento eius thémate, *Dec. consil. 191. sub numer. 2. vers. non obstat, & consil. 384. numer. 6. vers. non obstant. Gabr. consil. 138. numer. 25. & 26. lib. 2. Rota decis. 473. numer. 3. par. 4. diuers.* & sic cum non venerit casus præcedentis substitutionis ꝑ cessat illius effectus, *Dec. & Rot. in locis prox. citat.* Tum demum, quia vocatione ex d. testamento esset ad fauorem tertij, scilicet Hospitalis, ꝑ de cuius iure nec Olympia, nec ab ea causam habentes dare possunt, *Alex. in l. fin. numer. 23. post med. vers. Et isto casu, C. de edict. Diu. Adr. toll. Rota in Romana fideicommissi 9. Junij 1617. coram Rambaldo.*

Et ita vna tantum parte Informante, & altera licet sæpius citata informare recusante fuit resolutum.

R. P. D. VEROSPPIO.

Bononien. Fideicommissi de Turri.

Luna 18. Iunij 1635.

## ARGUMENTVM.

Hæc conditio, si decefferit sine filiis legitimis, & naturalibus natis ex legitimo matrimonio, an de masculis tantum intelligatur, an vero etiam de fœminis.

## SYMMARIVM.

- 1 *Fœmina veniunt sub conditione, & nomine filiorum in successione, maxime si testator noluit prospicere conseruationi sua familiæ, num. 11.*
- 2 *Qualitas masculinitatis censetur repetita, ubi ante in substitutione testator fecit mentionem de masculis; declarata, & limitata, vt num. 3, 4, 5, & 6.*
- 7 *Dictio, vt supra, an repetat qualitatem masculinitatis in secunda substitutione, si eadem qualitas fuerit apposta in prima, & num. 8, & 9.*
- 10 *Vna pars testamenti aliam declarat, quando est eadem ratio.*
- 11 *Vocatio fœminarum facta in testamento est coniectura, vt testator voluerit impedire effectum conseruationis agnationis.*
- 13 *Coniectura, quod fœmina proximior testatori dici debeat magis accepta, non sufficit ad excludendam remotiorem.*
- 14 *Testator censetur se confirmare cum dispositione Statuti, si adest Statutum, si vero non adest, cum dispositio in iuris communi.*

## DECISIO XXVI.

**E**X testamento Ludouici de Turri scriptus fuerat hæres Sigismundus frater, quem postea idem Ludouicus grauauit fideicommissio ad fauorem Claræ communis sororis sub duplici conditione; nempe quandocumque ipse Sigismundus decederet non relicto ex se aliquibus filiis masculis legitimis, & naturalibus, qui nati essent ex legitimo matrimonio, non autem legitimati, siue in ius legitimationis translati, vt sunt præcisa verba testamenti, vel si eundem Sigismundum (& hæc fuit altera conditio) contingeret decedere cum filiis masculis prædictis, qui postea morentur sine filiis legitimis, & naturalibus natis ex legitimo matrimonio, non autem legitimatis, vt supra. Contingit, quod Sigismundus obiit relicto Hieronymo filio, ex quo nata fuit Anna. Et hinc orta fuit controuersia inter eam, & filias Claræ, quæ moto Iudicio prius in partibus, & deinde in Tribunali A. C. super iure huius successionis, obtinuerunt mandatum de immitendo in possessionem bonorum Ludouici. Cum verò ab eodem mandato appellasset Anna, deuoluta ad me causa, dubitanti, An esset confirmandum dictum mandatum. Et proposito hodie dubio Domini responderunt, non fuisse purificatam conditionem fideicommissi ad fauorem filiarum Claræ, ex quo deinde sequebatur iniustitia mandati A. C. cuius confirmatio petebatur.

Et huius quidem resolutionis ea fuit ratio, quia dum Hieronymus filius Sigismundi deceffit superstitere Anna filia sua legitima, non poterat dici, quod exiisset conditio fideicommissi ad fauorem filiorum, aut descendentium Claræ, quorum vocatio in testamento Ludouici legebatur facta in casu huic contrario, quando scilicet filij masculi Sigismundi deceffis-

- 1 sent sine filiis, cum sub ea conditione, & nomine filiorum, qui nasci debebant ex filiis Sigismundi, & in quibus non fuit repetita qualitas masculinitatis, intelligi deberet comprehensa Anna, quamuis fœmina, vt est receptissima in iure sententia, tam si versemur in conditione tacita, & subintellecta à lege, ex tex. in l. cum acutissimi, C. de fideicommissis & in l. generaliter, §. cum autem, C. de insti. & substi. quàm si in conditione expressa, eo quia nomen illud, filiorum ex germana iuris interpretatione ad vtrumque sexum referatur, vt habetur in l. si ita scriptum 46. de leg. 2. & in l. si quis ita ff. de testam. tutela, & in terminis huius conditionis appositæ in testamento apertissimè determinat tex. in l. 1. C. de condit. insert. vt notat ibi Coeneus num. 16. & tradunt Doct. in cap. Raynaldus, de testam. & scripserunt latissimè id comprobantes Cephal. consil. 306. num. 3. Menoch. consil. 725. numer. 3. & consil. 1070. num. 2. Honded. consil. 57. num. 25. lib. 1. & hanc sententiam tanquam ab omnibus receptam pluribus confirmat Card. Mantica de coniect. ult. volunt. lib. 11. tit. 14. num. 7. Crall. in §. fideicommissum, quest. 35. numer. 1. Thelaur. decis. 188. num. 9. eamque sæpius sequuta fuit Rota, vt in decis. 316. par. 1. recent. quæ etiam testator de veriori, & magis communi opinione, & in Camerinen. fideicommissi 29. Maij 1580. coram Card. Seraph. inter impress. decis. 880. num. 1. & rursus in eadem causa coram Pensa sub die 13. Nouembrii, & coram Gregor. XV. decis. 514. num. 3. & in Florentina fideicommissi de Guidaccis 25. Februarij 1628. coram R. P. D. meo Dunozeo, & in Spoletana fideicommissi 7. Nouembrii 1619. & 3. Iunij 1630. coram R. P. D. meo Gbiferio.

- 2 Neque obstare his visum fuit, quod filij Sigismundi fuerint positi in conditione sub qualitate masculinitatis, vt et eadem qualitas ceteri deberet repetita in nepotibus, qui nascerentur ex eisdem filiis, qualis est Anna, præsertim cum secundus hic gradus substitutionis, in quo fuerunt positi in conditione dicti nepotes fuerit comprehensus sub vnica oratione, & periodo verborum, qua terminabatur in vocatione Claræ, ita vt verbum, instituit, sub quo Clara vocata fuit, regeat tam eam dispositionem, sub qua venire debebant filij Sigismundi, quàm alteram, in qua comprehendebantur filij eorundem filiorum, in quibus non legebatur repetita eadem qualitas, atque. *Liam hoc iure ff. de vulgar. & pupill. & l. si legataria, §. cum ita, ff. de leg. 3. & notat ibi Bart. & in l. Seia, §. Caio, ff. de fund. instr. & visa fuit tenuisse Rota in vna Perusina fideicommissi coram Sanctiss. Aldobr. in 1. part. diuers. decisio. 374. num. 4. †* Contrarium enim visum fuit statuen-  
- 3 dum in casu huius decisionis stante diuersitate graduum, & personarum, quæ impediatur, ne fieri posset ea repetitio, iuxta regulam propositam per glos. in l. in repetendo, de leg. 3. quàm pluribus prosequitur Bart. & in terminis nostris tradiderunt Roman. in consil. 503. num. 4. Ruit. consil. 124. num. 19. & consil. 140. nu. 6. lib. 2. & consil. 124. num. 3. in fin. lib. 3. Patil. conf. 38. num. 26. vol. 1. Molina de primog. lib. 3. cap. 5. num. 59. Et huius rei rationem considerauit Rota in adducta Florentina de Guidaccis, quia cum hæc duæ dispositiones non possint simul, & eodem tempore concurrere, debent iudicari tanquam diuersæ dispositiones. Et est ita solida, ac certa hæc opinio contra repetitionem masculinitatis expressa in diuerso gradu substitutionis, aut genere personatum, vt retroqueantur coniecturæ ad inclusionem filiarum, sub alia dispositione, in qua facta fuerit mentio, simpliciter de filiis, arguendo, quod sicut † testator vbi contemplatus fuit masculinitatem in aliis filiis eam expressit, ita censetur illam negle-
- 4 xisse



xiste in casu, quo dictam qualitatem non adiecit; argum. tex. in l. unica, §. fin. autem, C. caduc. toll. quo argumento usus fuit Ioannes de Anania in consil. 22. num. 3. quem sequuti fuerunt Iaf. in consil. 142. num. 5. & in l. qui filiiabus, num. 3. de leg. 1. Ruin. consil. 93. num. 15. & consil. 140. num. 6. lib. 2. & consil. 168. num. 14. lib. 3. Parif. consil. 38. num. 25. lib. 2. & consil. 35. num. 19. lib. 3. Soc. Iun. consil. 158. num. 39. lib. 2. & eandem opinionem tanquam magis communiter receptam contra Dec. consil. 15. testati sunt Soc. Iun. in consil. 500. num. 20. lib. 1. Honded. consil. 57. num. 32. lib. 1. prout etiam de ea mentionem fecit Rota coram Gregorio in adducta decisio. 51. num. 6. & coram Card. Seraph. decisio. 880. num. 2. Et concurrebat præterea in casu, de quo agitur, quod qualitas illa masculinitatis, quæ dicebatur repetita, non erat adiecta ante, vel post nominationem vtriusque substitutionis; † quo casu dubitati fortasse potuissent, An illa complecti deberet vtramque dispositionem, vt erat in casu decisionis 334. part. 1. diuers. sed legebatur post casum primæ substitutionis filiorum Sigismundi, quæ nulla ratione diffundi poterat extra personam eorundem filiorum, quibus cohererebat, vt fuit distinctio Alex. consil. 158. num. 2. lib. 6. & antea considerauit Bart. in l. mulieri, & Titio consil. 33. in princ. ff. de condit. & demonstr. & in l. Iulius Paulus, ff. eod. tit. Auctoritate illius textus, & Luitime, §. Seia, ff. de leg. 2. Et in hoc visum fuit distingui posse casum huius Decisionis à decisione Aldobrandini, atque etiam ex pluribus † coniecturis quæ concurrebant in casu eius decisionis pro repetitione masculinitatis, quas coniecturas omnino necessarias existimauit Rota in Florentina fideicommissi de Guidaccis coram R. P. D. meo Dunozet referendo hunc esse stilum huius tribunalis, vt non credat huic soli coniecturæ.

Neque visa fuit aliquid operari posse ad effectum inducendæ huius repetitionis dictio illa, vt supra, quæ legebatur in fine secundæ substitutionis, seu conditionis, sub qua fuerunt vocati nepotes Sigismundi, quasi propter eam dictionem, cuius † natura erat repetendi res superius expressas, videretur repetita in eisdem nepotibus, & hæc qualitas masculinitatis per text. in l. 1. §. deinde ex hoc edicto. ff. de postulat. & tradunt ibi Bart. & Doct. & in terminis huius conditionis considerant Menoch. consil. 274. num. 19. Ceph. consil. 163. num. 4. & alij relati à Pereg. consil. 41. num. 16. lib. 5. & in tract. de fideicommiss. art. 16. num. 33. † Cum enim plura completi, ac repetere potuisset testator sub ea dictione, nempe qualitatem masculinitatis, & legitimatis satis erat, quod illa vim suam operaretur respectu legitimatis, cui immediatè adharebat. Etenim in prima substitutione, in qua positi fuerunt in conditione filij Sigismundi sub duplici illa qualitate, additum fuit respectu legitimatis, quod iidem filij non possent esse legitimati, siue quocumque modo translari ex iure filiorum legitimorum: in secunda verò substitutione, in qua positi fuerunt in conditione filij, qui nati essent ex eisdem filijs Sigismundi, considerata fuit in his nepotibus eiusdem Sigismundi sola qualitas legitimatis cum exclusione legitimatorum cum dictione, vt supra. Vnde apparebat effectus eius dictionis in repetitione qualitatis filiorum legitimatorum, quæ sola expressa fuit in secunda substitutione omiſſa priori qualitate filiorum masculinorum, prout in his omnino terminis considerauit Decian. in consil. 1. num. 213. lib. 2. Bero. consil. 115. num. 22. lib. 1. & in terminis non multum dissimilibus Surd. consil. 200. num. 26. † Imo probari videbatur causa, propter quam addita fuerat dictio illa, vt supra, nempe vt explicaret latitudinem præce-

dentis formulæ, sub qua testator ad inclusionem filiorum legitimatorum non putauit satis esse excludere legitimatos, sed voluit excludere etiam eos, in quos translata essent iura filiorum legitimatorum, quæ causa tanquam conueniens soli qualitati, sub qua vocati fuerunt filij legitimi visa fuit etiam esse impedimento, ne censeri deberet repetita alia qualitas masculinitatis, quasi tunc solum † vna pars testamenti aliam interpretari possit, quando non potest assignari probabilis ratio differentie inter vtramque, ob quam ea interpretatio fieri non debeat, vt scripsit Ruin. consil. 93. num. 15. lib. 2. Soc. Iun. consil. 158. num. 48. vol. 2. & tradit Card. Mantica de coniect. ult. vol. lib. 6. tit. 13. num. 8. in fin. Ita concordantes contrarias Doctorum opiniones, qui non sequuti fuerunt consil. de Anan. & adducta Farsen. fideicommissi coram Gregorio, & in Romana fideicommissi de desinte 1. Decembris 1613. coram bo. me. Remboldo.

Et hæc omnia visa fuerunt eo magis admittenda in casu proposito, quod non poterat dici, † testatorem prospicere voluisse conseruationi, suæ familiæ, quasi non alias derogari potuerit præsumptæ voluntati Testatoris includendi sub nomine filiorum etiam feminas, quam ex hac vna coniectura, ex qua probari videatur, quod sub eo nomine solos filios masculos intellexerit, licet illud sit commune etiam filiis, vt declarat Bart. in l. 1. ff. de verb. signif. & notant Doctores communiter in cap. Raynaldus, de testam. & scripserunt latissime id comprobantes Menoch. consil. 95. num. 25. lib. 1. & consil. 565. num. 10. & in tract. præs. lib. 4. præs. 85. num. 9. Surd. consil. 564. num. 1. lib. 4. Hond. consil. 65. num. 49. lib. 1. Id verò apertissime probatum visum fuit ex eadem vocatione Claræ, propter quam volunt hodie admitti feminæ ab ea descendentes, cum nihil equè impedire possit hunc effectum conseruationis agnationis, quam hæc vna coniectura † vocationis feminarum facta in quacumque parte Testamenti, vt solent considerare Doctores in terminis huius substitutionis, & vocationis filiorum, & notauit Socin. Senior in l. gallus, §. nunc de lege, nu. 6. in fin. ff. de liber. & posthum. & in l. cum auus, num. 81. ff. de condit. & demonstr. Alex. consil. 38. num. 2. lib. 6. Menoch. consil. 1030. num. 6. & in tract. præsumpt. præsumpt. 85. num. 3. 16. Gabr. consil. 93. num. 15. lib. 1.

Neque obſtare visum fuit, quod Clara præfetti debuisset in concursu filiarum feminæ, quæ fuisset nata ex Sigismundo, quia licet hæc † filia tanquam proximior testatori dici debuisset illi magis accepta, quam Anna, quæ est vno gradu inferior, quam fuisset eadem filia, non tamen satis hæc esse possunt ad exclusionem eiusdem Annæ, cum plures causæ existere potuerunt, ex quibus moveri potuit testator, tam vt excluderet filios Sigismundi, quam vt includeret Annam, vnde videre est hanc coniecturam passim relectam à Doctoribus, vt testatur Gabr. in consil. 97. nu. 15. lib. 1. Mant. de coniect. ult. volunt. lib. 11. tit. 14. num. 16. prout illam maximè fecit Rota de isf. 790. num. 2. & decis. 526. num. 4. part. 1. diuers. In quibus licet fuisset ponderata hæc coniectura pro exclusione feminæ, tamen resolutum fuit, illam per se non sufficere, quod etiam tantum fuit in Florentina de Guidaccis 21. Februarij 1628. coram R. P. D. meo Duno Zetto, & coram Card. Seraphino decis. 880. num. 1. coram Greg. decis. 514. num. 13. & in Nucerna fideic. 16. Ianuarij 1595. & 14. Nouemb. 1595. coram Mantica inter impressas decis. 503. & decis. 351. Inter ceteras verò rationes, quæ visæ fuerunt considerari posse in hoc casu pro Anna, ad hoc, vt illa non posset dici exclusa à Clara, secuti exclusa fuisset illius mater;

ant Amita, vna erat, quae colligebatur ex dispositione statuti Bononien. nam cum in eo caueretur, vt in hereditate fratris excluderentur sorores per fratres, & eorum filios masculos; hinc poterat deduci eadem ratio, quia sicuti in casu, quod ex dispositione statuti excludi debebat soror à successione fratris propter existentiam alterius fratris, aut filij ex eo nati censebatur

14 **†** testator sequi voluisse dispositionem eiusdem statuti, quando hoc verbis non expressisset. Ita in casu contrario, super quo statutum non disponebat videtur voluisse sequi dispositionem iuris communis, ex quo nomen filiorum est commune, tam masculis, quam feminis; & hinc illud obseruatum est à DD. in hoc articulo, quod vt per existentiam femininarum dicatur defecisse conditio ad fauorem substituti, persona eiusdem substituti debet esse talis, quae posset excludere filiam grauati, vt deducit Card. Mantica eod. lib. 11. tit. 14. num. 6. Craius in 5. fideicommissum, quest. 35. num. 4. Alex. cons. 38. num. 6. lib. 6. Ruin. cons. 93. num. 16. lib. 2. & cons. 142. num. 2. & cons. 143. num. 8. eod. lib. Theaur. decis. 188. num. 14 & hanc coniecturam considerate solent Doctores etiam in fortioribus terminis, nempe in casu, quo filia Testatoris fuerit substituta filio masculino eiusdem Testatoris, ac suo fratri decedenti sine filijs, & velit concurrere cum nepte superstiti ex eodem fratre, cui fuerit relictum onus fideicommissi.

Et ita vtraque parte informante.

### R. P. D. DVNOZET.

Bononien. Fideicommissi de Ramundinis.

Veneris 15. Februarij 1636.

### ARGUMENTVM.

Filiatio legitima qualiter probetur, proximior Testatori, quando quis praesumitur. Electio de digno, omisso digniori, quo casu non sustineatur, & in quibus e contra. Fauori suo ante acceptationem quilibet potest renunciare, secus veropost.

### SVMMARIVM.

- 1 *Ad Fideicommissum admittitur, qui probat, se esse in casu fideicommissi purificati.*
- 2 *Filiatio legitima, probatur per testes, si deponant de nominatione, tractatu, ac publica reputatione, & fama.*
- 3 *Partita extrahit ex libris Matrimoniorum, & Baptismatum à Parocho, concurrentibus adamiculis, probant legitimam filiationem.*
- 4 *Filiatio probatur, si quis uti filius haeres vniuersalis fuerit institutus.*
- 5 *Sororem alicui probatur aliquam esse, si in testamento eam nominauit, & uti tali legatum reliquit.*
- 6 *In gradu successibili si quis est, & alius non concurrat, qui pretendat se proximiorum, habet intentionem fundatam, quod sit proximior.*
- 7 *Qualitas quando requiritur ad certum effectum, non est curandum de modo, dummodo habeatur effectus.*
- 8 *Iuuenis, vel senex, ad hoc, vt quis dicatur, relinquuntur arbitrio Iudicij, secundum subiectam materiam.*
- 9 *Iuuenes vocantur in Ciuitate Bononia, potius respectu sexus ad differentiam femininarum, quam respectu aetatis.*
- 10 *In Parochialium concursu, si plures sint admissi, & approbati, dum sit electio digni, omisso digniori, non substituitur, & hoc ex iure speciali.*

- 11 *Dignum sufficit eligere, omisso digniori, quando sumitur extra casum de concursu ad Parochialem.*
- 12 *Fauori suo quilibet potest renunciare.*
- 13 *Iuri renunciandi, quando habet aliquam mixturam cum honore, & voluntate Testatoris, tunc dicto iuri renunciandi non potest.*
- 14 *Haeres, vel fideicommissarius postquam hereditatem acceptauerit, non possunt amplius illi renunciare.*
- 15 *Citari, & vocari illi debent, si de eorum interesse agatur.*
- 16 *Executor ad aliquem eligendum, si potest se extrajudicialiter informare, potest etiam eligere nomine citato.*
- 17 *Exceptio de iure tertij non suffragatur ad impediendam immissionem.*

### DECISIO XXVII.

**Q**Vondam Io. Baptista Ramundinus testamentum condidit, in quo instituta haerede omnium suorum bonorum Ludouica eius Vxor, grauauit eam restituere dicta bona filijs masculis legitimis, & naturalibus Melchioris eiusdem Testatoris ex Francisco fratre nepotis, quibus decedentibus absque simili prole legitima, & naturali, voluit, quod Exequutores testamentarij quatenus de tempore purificationis superuenerunt, sin minus Priores quatuor Ordinum Mendicantium Ciuitatis Bononiae pro consecrationibus agnationis, & familiae de Ramundinis eligerent iuuenem ex legitimo matrimonio conceptum, & natum de proximioribus cognationis ipsius Testatoris, qui teneretur assumere nomen & insignia familiae de Ramundinis, quem sic eligendum ex tunc instituit, & substituit vulgariter, papillariter, & per fideicommissum, vt latius in dicto testamento dato in Summ. nu. 1.

Decessit Ludouica haeres, ac successit Aloysius Franciscus filius dicti Melchioris vltimus haeres grauatus absque filijs, Vnde dicti Priores praedecessoris alij Exequutoribus in testamento deputatis eligerunt Antonium Mariam Beliossum d. Testatoris ex Cornelia sorore pronepotem, qui nomen, & insignia eiusdem Testatoris assumptus cepit agere coram Auditore Generali Bononiae, pro recuperatione quorundam bonorum, dicto fideicommissio subiectorum contra Lucarellos, illorum possessores à quo tenuerunt contrariam reportauit, Causa ad Rotam delata, & mihi commissa, dubitavi, An constet de fideicommissio ad fauorem dicti Antonij Mariae Beliossi, seu Io. Baptistae de Ramundinis, & DD. responderunt affirmatiue.

Existencia siquidem dicti fideicommissi non controuertebatur, & de illo satis apparet ex tenore eiusdem testamenti.

Quod autem illud sit purificatum ad fauorem ipsius Antonij Mariae; seu Io. Baptistae clarè desumitur ex praefata serie facti, in qua partes non discrebant. Cum enim per obitum Aloysij Francisci vltimi haeredis grauati ex linea Melchioris, nulla relicta prole factus fuerit locus electioni iuuenis proximioris de cognatione Testatoris, dictique Priores ob defectum Exequutorum in testamento nominatorum, elegerint ipsum Antonium Mariam habentem omnes qualitates ab eodem Testatore fideicommittente requisitas, utique dictum fideicommissum fuit purificatum ad fauorem ipsius Antonij Mariae electi, qui docet se esse in casu vocationis Glor. in l. qui duos. verbo. super suis. ff. de reb. dub. Crau. consil. 108. num. 1. vers. Rursus alleganti, Peteg. de fideicommiss. art. 42. num. 17. Rot. decis. 167. num. 1. par. 2. recent.

Quod verò dictus Antonius Maria habeat qualitates à fideicommittente requisitas dubitari non po-

rest; Nam quod ipse sit ex legitimo matrimonio conceptus, & natus, probatur ex testibus formiter examinatis, qui aperte deponunt, dictum Antonium Mariam esse filium ex Carolo Belliosso, & Valeria Scarpi Coniugibus, constante matrimonio susceptum, qui testes cum deponant ꝑ de nominatione, tractatu, ac publica reputatione, & fama dictam legitimam filiationem sufficienter probant, iuxta doctrinam Bart. in l. filium, num. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Surd. cons. 1. num. 46. & seqq. Rot. decis. 766. num. 1. par. 2. recent.

Concurrentibus præsertim partitis formiter extractis à Parocho ex libris Matrimoniorum, & Baptismatum, ex quibus apparet, Matrimonium inter prædictos Carolum, & Valeriam contractam præcessisse per 11. menses natiuitatem dicti Antonij Mariæ eorum filij, ꝑ quæ partitæ iunctis depositionibus dictorum testium legitimam filiationem Antonij Mariæ benè probant Rot. in recent. decis. 132. num. 1. par. 1. & inter impres. per Farinac. post 2. lib. 2. cons. decis. 285. num. 2. in fin.

Quod autem idem Antonius Maria sit pronepos Cornelie sororis Io. Baptistæ fideicommittentis, & sic quod sit proximior de cognatione eiusdem fideicommittentis probatur ex eo, quod Carolus d. Antonij Mariæ fuit filius d. Cornelie, vt elicitur ex testamento eiusdem Cornelie, quæ d. Carolum ꝑ vti eius filium hæredem vniuersalem instituit. Paris. cons. 29. num. 10. lib. 2. Cephal. cons. 48. num. 18. lib. 1. Peregr. de fideicom. artic. 43. nu. 77. Reuerendiss. D. meus Decanus decis. 105. num. 3. S. mem. Greg. XV. decis. 349. num. 5. Rot. in recent. decis. 472. num. 8. par. 1.

Quod verò d. Cornelia esset soror. Io. Baptistæ fideicommittentis, desumitur ex eo, quod idem Io. ꝑ Baptista illam in d. testamento sororem nominauit, & vti tali legatum reliquit, Rot. coram Gregorio XV. decis. 422. num. 1.

Non obstat, quod Antonius Maria non probauerit se proximiorum de cognatione d. Testatoris; Quia cum ipse sit in gradu certo, & successibili, neque alius concurrat, ꝑ qui prætendat se proximiorum, habet intentionem fundatam, quod sit proximior, Surd. consil. 241. num. 25. circa fin. & seqq. Rot. decis. 575. num. 7. & fuit dictum in Ferrariorum bonorum de Tassonis 6. Aprilis 1615. coram Eminentiss. D. meo Cardinale Pamphilio.

Non obstat, quod Testator voluerit eligi aliq. em iuuenem, qualis non videtur d. Antonius Maria excedens ætatem annorum 50. Nam DD. omiſſa quæſtione, quisnam in iure dicatur iuuenis, vel senex, considerabant, quod qualitas iuuentutis in casu, de quo agitur, fuit contemplata à Testatore ad certum effectum, nempe pro conseruatione agnationis, & familie de Ramundinis, & sic habitatis ad suscipiendam prolem; Vnde cum d. Antonius Maria de tempore electionis esset vxoratus, ac plures haberet filios, & in dies alios etiam suscipiat, visum fuit satis constare de illius iuuentute, ad hoc, vt dicatur consultum voluntati Testatoris, ꝑ nam vbi requiritur qualitas ad certum effectum, non est curandum de modo illam adimplendi, dummodo habeatur effectus, Couar. pract. quasi. cap. 39. num. 7. Mantica. de consuet. lib. 11. tit. 16. num. 4. Peregr. cons. 51. num. 17. lib. 5. Felat. cons. 50. num. 11. Pat. decis. 488. num. 7. lib. 2. in correct. Seraphin. decis. 589. num. 9. & 11. Rot. in Romana domus 5. Nouembrii 1582. coram Robuſſerio.

Præsertim cum ad hoc, vt quis dicatur iuuenis, vel senex relinquatur arbitrio Iudicis, secundum subiectam materiam, iuxta veriorum opinionem, de qua

Menoch. de arbitr. cas. 39. num. 3. & seqq. Gail. obseru. 92. num. 7. lib. 1. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 8. num. 249. & seqq. Ioseph. Ludouic. decis. Lucen. 13. num. 55. Peguer. decis. 57. num. 21. Rot. in Bononien. bonorum de Muletis 26. Iunii 1602. coram bo. me. Card. Pamphilio.

9 Quibus accedit communis vsus loquendi Ciuitatis Bononiæ, in qua iuuenes vocantur potius respectu sexus ad differentiam femininarum, quam respectu ætatis, vt fuit ponderatum in eadem decis. Bononien. de Muletis.

Non obstat, quod d. Antonius Maria de tempore electionis haberet duos fratres iuniores, & sic habiliores ad suscipiendam prolem, vnde infertur electionem factam de d. Antonio Maria iuvene, omiſſis aliis fratribus iunioribus, fuisse inuvalidam, prout in simili dicitur de pluribus admittis, & approbatis in concursu Parochialium, ꝑ quod electio digni omiſſo digniori non subſtineatur Gatz. de benef. par. 7. cap. 16. num. 2. & seqq. Rot. decis. 613. num. 6. par. 1. recent. Gregor. XV. decis. 11. num. 8.

Non fuit responſum, id procedere in concursu Parochialium ex dispositione Concilij Tridentini in sess. 24. cap. 18. & particulari Constitutione S. me. Pij V. super prouisione Parochialium, non autem in aliis electionibus, ꝑ in quibus sufficit electores elegiſſe dignum, etiam omiſſo digniori, vt declarat Adden. ad Greg. d. decis. 11. num. 8. idem Gatz. de benef. par. 7. cap. 16. num. 16. Paris. de resign. lib. 4. quæst. 16. num. 4. Et in terminis facultatis eligendi datæ in testamento, Bart. in l. cum quidam, num. 6. ff. de legat. 2. Molin. de primog. lib. 2. cap. 5. num. 46. vers. v. alibi tamem, Molin. de iust. & iur. tom. 3. par. 1. tit. de maior. disp. 593. sub num. 2. Sanch. cons. moral. lib. 4. c. 1. dubit. 60. nu. 11. vbi alios cumulat.

Et visa fuit cessare difficultas, quia dd. fratres d. fideicommissum non agnouerunt, nec voluerunt concurrere in d. electione, quinimò illi expresse renunciarunt, atque electionem factam ad fauorem d. Antonij Mariæ eorum fratris approbarunt, vnde perinde haberi debent in consideratione, ac si non extarent, ꝑ cum quilibet possit suo fauori renunciare, l. si quis in conscribendo, C. de pact. c. si de terra. in fin. de priuile. Surd. consil. 318. num. 3.

Non obstat, quod quando ius renunciantis habet aliquam mixturam cum honore, & voluntate Testatoris, ꝑ tunc d. iuri renunciari non potest, iuxta cons. Castr. 259. sub num. 5. circa med. vers. de dit. enim ipse Testator, lib. 1. Caldci. cons. 2. prope fin. vers. si vero esset in introductionem.

14 Nam prædicti Doct. loquuntur in hærede, vel fideicommissario, qui Testatoris hæreditatem acceptarunt, ac per consequens eius factum, seu voluntatem impugnatæ ꝑ non possunt, ideoque non applicantur presentis casui, in quo cum fratres d. Antonij Mariæ non sint hæredes Testatoris, liberè d. iuri renunciare potuerunt, ex allegat.

16 Denum non obstat, quod dd. fratres debuerint saltem vocari, seu citari in d. electione, ex quo de illorum interesse agebatur, iuxta cons. Zabarell. 139. num. 2. Cuman. cons. 7. num. 2. Quia cum d. electio non esset actus iudicialis, dd. Priores deputati ad eligendum in testamento, potuerunt se extraiudicialiter informare, ac d. Antonium Mariam conſanguineum Testatoris eligere, etiam non citatis dd. fratribus, vt in terminis tenebantur Guttier. canon. quasi. lib. 2. quæst. 67. num. 13. Sanch. consil. Moral. lib. 4. cap. 1. dub. 62. num. 1. in fin.

Et in omnem euentum dicta exceptio tanquam de iure tertij non suffragatur Lucatellis ad impediendam ꝑ immiſſionem dicti Antonij Mariæ, Socin. Sen. consil.

78. nu. ... lib. ... Ruin. consil. 35. nu. 31. lib. 1. Rota coram  
Martin. Andrea decis. 87. nu. 14. cum aliis ibi relatis.  
Et ita utraque, &c.

In eadem. Coram eodem.

Veneris 9. Maij 1636.

ARGUMENTVM.

Fideicommissario, quibus concurrentibus de-  
tur remedium l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. Fi-  
deicommissi derogationis gratia, quando  
corruat.

SVMMARIVM.

- 1 Fideicommissario etiam competis remedium l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.
- 2 Bona probantur adesse in hereditate fideicommissitenti ex instrumento divisionis facta inter cohæredes.
- 3 Item etiam ex instrumento bonorum hereditatis facta per hæredem grauatum.
- 4 Confessio non solum probat contra confitentem, sed etiam contra habentes causam ab eo.
- 5 Fideicommissorum derogatio impedit fideicommissario immisionem.
- 6 Verba, volumus, & in primis, & ante omnia, important conditionem.
- 7 Fideicommissi derogationis gratia remanet inualida, si forma in ea data non adimpleatur.
- 8 Index delegatus sine presentatione Commissionis, nul- lam habet iurisdictionem.
- 9 In instrumento, si renunciatur aliqua solemnitate, & solemnitas aliqua necessaria reperitur promissa, ex hoc non solum eliditur presumpcio dalla solemnitatis, sed immo oritur contraria presumpcio, quod illa non pre- cesserit. & num. 10.
- 11 In prescriptionibus temporis litis est demendum.
- 12 Prescriptio longi temporis non sufficit in his, qua sunt grauis prauidicij, sed requiruntur saltem 30. anni.

DECISIO XXVIII.

Postquam in hac causa sub die 15. Februarij proxi-  
mè præteriti fuit resolutum constare de fideicom-  
missio q. Io. Baptistæ Ramundini ad fauorem Io. Ba-  
pistæ Ramundini alias Antonij Mariæ Beliossi dedi-  
dubium, An ei danda esset immisio in possessionem  
prædij Cadriani, de quo agitur, quo hodie proposito  
fuit per DD. affirmatiuè responsum.

Etenim cum existentia dicti fideicommissi purifi-  
cari ad fauorem dicti Ramundini non controne-  
tratur, dictumque prædium Cadriani fuerit in bonis, &  
hereditate d. q. Io. Baptistæ fideicommissitenti, illud-  
que sit idem, quod hodie detinetur à DD. Lucatellis  
aduersariis vtrique prædictis concurrentibus immisio  
vigore l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. d. Ramundino † fi-  
deicommissario denegari non debet, cum remedium  
d. Letiam fideicommissatio competat. Peregr. de fidei-  
commiss. art. 48. num. 5. & seqq. Menoch. de adipse. re-  
med. 4. num. 166. & seqq. Fulat. de subliuui. quest. 611.  
num. 12. Honded. consil. 64. num. 56. lib. 1. Rot. decis. 472.  
num. 1. par. 3. recent. Reuerendiss. D. meos Decanus de-  
cis. 167. num. 2. & seqq.

Hoc autem prædium fuisse in hereditate d. q. Fidei-  
commissitenti satis probatur, ac dum ex instrumento  
divisionis † factæ inter ipsum fideicommissitentem, &  
Melchiorrem eius ex fratre nepotem, in qua dictum  
prædium fuit eidem fideicommissitenti pro sua portio-

ne assignatum. Peregr. consil. 48. n. 6. & seqq. lib. 1. & in  
tract. de fideicommiss. art. 44. nu. 4. & 5. Fulat. de subliu.  
qu. 618. n. 17. & fuit dictum in Romana fideicom. de Vi-  
llorisi 9. Decembris 1626. coram R. P. D. meo Merlino,  
& in Bononien. fideicom. de Desiderio 5. Martij 1626.  
coram eodem. Et ex inuentatio bonorum hereditatis d.  
3 Io. Baptistæ † fideicommissitenti facta per Ludonicam  
uxorem hæredem grauatum, in quo dictum prædium  
reperitur descriptum. Natt. consil. 275. n. 15. Peregr. d.  
tract. de fideicom. art. 44. n. 5. & 6. Rot. in d. Romana fi-  
deicom. de Villorisi, & in d. Bononien. de Desiderio pro-  
ximè alleg. Verum etiam ex confessione eiusdem Fran-  
cisci Aloysij emanata in precibus parrectis Clementi  
VIII. & Paulo V. pro alienatione huius prædij cum  
derogatione fideicommissi, quæ confessio † probat  
etiam contra Lucatellos ab eo causam habentes, Are-  
tin. consil. 36. n. 3. Mascard. de probat. conclus. 778. n. 16.  
in fin. Fulat. d. qu. 618. num. 34. & 35. Reuerendiss. D.  
meos Decanus decis. 120. n. 2.

Nec releuat, quod d. Io. Baptistæ fideicommissitenti  
de anno 1564. assignauerit hoc prædium quibusdam  
suis creditoribus cum clausula constituti: Quoniam  
prædicta assignatio non fuit perpetua, sed temporari-  
lis, donec scilicet ipsi creditores fuissent de eorum  
credito ex fructibus dicti prædij satisfacti, qua satis-  
factione postmodum subsequuta idem prædium ite-  
rum deuenit ad ipsum fideicommissitentem, ut constat  
ex instrumento dictæ venditionis factæ de anno 1606.  
& aliis iuribus supra ponderatis.

Non obstant Breuia Clementis VIII. & Pauli V. ob-  
tenta à dicto Francisco Aloysio ultimo hærede grauato  
pro derogatione dicti fideicommissi, † quæ impe-  
dit fideicommissario immisionem, Caus. decis. 430.  
num. 2. cum alijs allegatis. Etenim fuit responsum dicta  
Breuia non suffragari, quia Breue Clementis VIII.  
emanauit sub certa forma, & conditione, ut patet ex  
illis verbis, ibi: Volumus, &c. quod in primis, & ante  
omnia ex pretio prædij huiusmodi scuta monetæ  
1500. in tot locis Montium non vacabilium de Vrbe  
inuestiantur, & subinde illorum, & aliorum, ut infra  
emendorum fructus in emptionem tot aliorum simi-  
lium locorum per emptorem, eiusque successores, &c.

annuatim conuertantur, &c. dicta enim verba, † Vo-  
lumus, in primis, & ante omnia, important formam,  
& conditionem, ut de verbo, Volumus, dixit Rot. co-  
tam Caus. decis. 612. num. 17. & coram Seraph. decis.  
1474. nu. 2. & in Placentina Decimarum 18. Maij 1629.  
coram Reuerendiss. Vrgellen. & de verbis, in primis, &  
ante omnia Rot. in recent. decis. 345. num. 1. par. 2. Quæ  
tamen forma in dicto Breui præscripta seruata non  
fuit, quia Saunianus emptor dicti prædij ratam dicti  
pretij non inueituit, quinimò venditio vigore eius-  
dem Breuis subsequuta non habuit effectum, ut con-  
stat ex instrumento retrovenditionis eiusdem prædij  
factæ ad fauorem Francisci Aloysij venditoris, ut in  
7 Summ. num. 2. ideoque † gratia derogationis dicti fi-  
deicommissi remanet nullius roboris Thestut. decis.  
99. num. 13. Rimini. Iun. consil. 256. num. 39. & seqq. Cæf.  
Massent. decis. 31. num. 24. & seqq. Ciriac. controu. 103.  
num. 71. Rot. decis. 621. num. 6. & decis. 773. num. 9. par.  
3. recent.

Paciter non suffragatur Breue Pauli V. in quo man-  
datur fieri Bononiæ inuestimētum in locis Montium,  
vel in stabilibus: Quia illud fuit in forma commissaria  
directum Vicario generali Bononien. cui non apparet  
fuisse præsentatum, sine qua † presentatio nullam  
habuit iurisdictionem: Card. Seraph. decis. 1010. num.  
2. & fuit dictum in Burgen. Canonatus coram bo. mem.

*Card. Pamphilio impress. apud Marches. par. 1. fol. 369. num. 2. & in Messanen. feudi 5. bini mensis coram R. P. D. meo Merlino.*

Non obstat allegata præsumptio dictæ præsentationis desumpta ex lapsu temporis 20. annorum, & ultra, nam illa excluditur ex inspectione instrumenti venditionis d. prædij factæ D. Comiti Ranuccio, in quo ad vnguem recensetur omnes aliæ solemnitates, hac vna præsentationis Breuis, & licentiæ à d. Vicario obtentæ excepta; Vnde cum ex lectura d. instrumenti appareat, quod in enunciatione aliarum solemnitatum, 9 fista præsentationis reperitur omissa, non solum eliditur præsumptio d. præsentationis, sed imò oritur contraria præsumptio, quod illa non præcesserit. Crauet. *de antiq. temp. par. 3. num. 30. Gabr. de præsumpt. conclus. 1. num. 57.*

Neque est verisimile, quod contrahentes, qui fuerunt aded diligentes, ædum in enunciandis, sed etiam in justificandis aliis solemnitatibus mediante insertione copix Breuis Clementis VIII. & sententiæ vigore illius latæ, & Breuis Pauli V. voluerit magis substantialia omittere, nempe præsentationem eiusdem Breuis, & licentiæ à Vicario reportatam.

Præterea dicebant DD. non posse fieri vim in asserta obseruantia, diuturnitate temporis cum non ad- 11 sint 30. anni dempto tempore litis, prout de iure demendum esse, tenuit Rot. *in recent. decis. 568. num. 5. in fin. par. 4. & coram Reuerendiss. D. meo Decano 362. nu. 6. & in Valentina Baronia 4. Iulij 1607. coram Ortembergo, & in Messanen. seu nullius feudi 15. Februarij lousii anni coram R. P. D. meo Merlino*, vbi duo anni tantum, deficiebant ad complendum tempus 30. annorum ante motam litem; Et quod non sufficiat longum tempus in his, quæ sunt grauis præiudicij, sed requirantur saltem 30. anni, post alios tradunt Surd. *conf. 28. num. 98. Gabr. conf. 36. num. 49. & seqq. lib. 1. vbi testatur de veriori. Et ita vtræque, &c.*

R. P. D. DVNOZET.

Sancti Seuerini Dotis.

Luna 18. Februarij 1636.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum successiuum, & perpetuum ad fauorem illorum de linea, quando dicitur inductum. Lineæ appellatione, qui veniant, Hæreditas quando dari possit in Codicillis.

SVMMARIVM.

- Obligacioni Camerali alicuius, quando est factus locus, contra eum relaxatur mandatum.
- Libere ad aliquem, vt aliqua res dicatur tradita, quid requiratur.
- Alienacionis prohibitio facta inter vocatos, inducit fideicommissum.
- Fideicommissum clarum ad fauorem illorum de linea, dicitur inductum, si Testator voluit, quod finita linea bona reuertantur ad aliquam Ecclesiam, & num. 5.
- Testator, quando deficiente linea vocatis Ecclesijs, ex hoc resultat successiuum, ac perpetuum fideicommissum inter illos de linea.
- Alioquin dicta vocatio locum habere non possit, nisi omnes de linea vocati essent, num. 6.
- Linea appellatione regulariter venit solum linea affecti-

ua vocatorum.

- 8 Linea appellatione veniunt omnes descendentes.
- 9 Hæreditas in Codicillis nec dari, nec adiuui directo potest.
- 10 Sed quando processis hæreditis institutio in testamento, secundum substitutio facta in Codicillis subsistit in vim fideicommissi.
- Ad eo vi hæredes in testamento scripti censeantur grauati communicare hæreditatem cum hærede dato in codicillis.
- 11 In Legatorum reuocatione regulariter non comprehenduntur legata conditionalia, & disformia.
- 12 Ecclesie, & loci pii favor in dubio attendendus est.
- 13 Demonstrationes duæ sufficiunt ad probandam identitatem.
- 14 Alio competis vigore promissionis facta in apoca Matrimonialis deponendo in tuto Dotem.
- 15 Res in alios acta non præiudicat ei, qui in ea non interuenit.
- 16 Contra donatarium non potest procedi via executiua, si donans erat obligatus in forma Camera.
- 17 Contra hæredem potest procedi via executiua propter obligationem testatoris in forma Camera.

DECISIO XXIX.

Quondam Camillus Seruantius cum interuentu Alphonsi, Gregorij, ac Virgilij eius filiorum de anno 1605. nupti, tradidit Deciam filiam Palmilio Seruantio, filio quondam Fuluij cum dote scut. 3000. soluenda in annuis paghis scut. 300. & cum pacto, quod illa poni deberent in tuto. Vice versa Fuluius, cum interuentu dicti Palmij filij, nuptui quoque tradidit Liniam Clearcho Seruantio alteri filio dicti quondam Camilli, ac dd. Alphonsi, Gregorij, & Virgilij, respectiue fratri cum simili dote scut. 3000. soluenda in annuis paghis scut. 300. quæ pariter dicti Alphonsi, & alij fratres de Seruantis in solidum promiserunt ponere in tuto.

Ortis hinc inde diffidiis super solutione dd. dotium prædictæ partes de anno 1610. fecerunt compromissum in bo. me. D. meum Archiepiscopum Seleucien. tunc ciuitatis Sancti Seuerini Gubernatorem, qui de anno 1611. laudum tulit, in quo inter alia condemnauit d. Palmilium ad ceden. ratam scut. 1300. dotis sibi promissæ pro Decia vxore dicto Clearcho, cui pro eadem rata dotis sibi promissæ pro Linia vxore assignauit quandam domum, quam d. Alphonsus vna cum eodem Clearcho, & alijs prædictis fratribus de Seruantis possidebat, ea tamen lege, quod Alphonsus teneretur illam tradere liberam ab omni fideicommissio, etiam respectu portionis spectantis ad Clearchum.

Defuncta Linia, Clearchus etiam maritus conuolauit ad secundas nuptias, & postea decessit relictis quibusdam filiis masculis, cui cum occupauerint d. domum vti subiectam fideicommissio, quondam Laurentij Lauri, Maria filia, & hæres d. Linix conuenit Constantiam vti hæredem dicti Alphonsi pro recuperatione dotis maternæ, vel ad docendum dotem pro dicta rata scut. 1300. fuisse positam in tuto iuxta obligationem Alphonsi eius auctoris, alias viden. relaxari mandatum executiuum pro eadem rata causaque ad Rotam delata, & mihi commissa, dubitavi. An dictum mandatum esset relaxandum, & Domini responderunt affirmatiue.

Clara si quidem est obligatio dicti Alphonsi, qui vna cum alijs fratribus de Seruantis in solidum, ac in forma Camere promisit ponere in tuto dotem dictæ Linix vxoris Clearchi fratris, & apoca matrimoniali data in summario, num. 1. Cumque idem Alphonsus

dictam ratam scut. 1300. cessam à Palmilio dicto Clearcho pro dote ejusdem Liuiæ non posuerit in tuto utriusque factus est locus stipulationi, † & sic jure merito venit contra eius bona relaxandum mandatum pro dicta rata loco damnorum, & interesse. *Marescott. var. resol. cap. 90. lib. 1. Gratian. discept. cap. 301. num. 1. Rot. decis. 741. num. 1. par. 1. diuers. & decis. 139. nu. 1. post Cenc. de cens. & coram. Gregorio XV. decis. 88. num. 3.*

Non obstat, quod Alphonfus pro dicta rata scut. 1300. jam assignauerit d. Clearcho domum, de qua agitur vigore dicti Laudi. Etenim cum filij ejusdem Clearchi ex secundo matrimonio eandem domum occupauerint, tanquam vocati ad fideicommissum quondam Laurentij Lauri, & contra Mariam filiam, & hæredem d. Liuiæ obtinuerint etiam inhibitionem ab A. C. ne eos molestarer in possessione ejusdem domus, satis deprehenditur, dotem maternam pro dicta rata non esse in tuto, neque domum traditam esse liberam à dicto Alphonso, juxta formam dicti Laudi, † cum ad utrumque effectum requiratur, vt nullum præsterur impedimentum. *Abb. in cap. 2. nu. 2. de pact. Imol. ibid. num. 2. Strac. de asscur. In rubr. num. 6. Glos. in cap. Romanam, §. deinde, in verb. liberè, de censib. in 6. Ruin. conf. 219. num. 3. lib. 1.*

Quod autem d. domus fuerit subiecta fideicommissio quondam Laurentij, satis desumitur ex ejus testamento, in quo, institutis hæredibus Alphonso, Antonio, Francisco, Virgiliis, ac Seuerino de Seruantis de Lauris, per hæc verba disposuit.

*L'infra scritti saranno li miei heredi nominati da me, cioè il Signor Alfonso, Seruanto, & c. alli quali lascio tutto il mio stabile, cioè la casa mia, doue io habito, nel modo, che si troua hoggi fabricata da me, Orto, e cortile, con conditione, che traloro non si possa diuidere, nè darla per dote à qualsiuoglia Donna giouane, maritata, non maritata, ouero Religiosa, ò vedoua, nè per qualsiuoglia eccesso, che loro facessero, ò commetteressero, ò possa esser confiscata, nè manco Orti di detta casa, che non vi si possa far censi, nè compagnie d'officio, & c.*

Deinde subdit. *Eperche la casa della Palombara è del mio patrimonio, non voglio, che sia compresa nello stabile, che io lascio in questo presente testamento, lo lascio à M. Clearco Seruanto de Lauri, & c. con patto, che sia sottoposta al fideicommissio, come stà specificato in questo presente testamento.*

Et inferius. *Intorno al regresso, che voglia ordinare per la santissima Madonna de' Lumi, mia auocata, e di tutta questa famiglia, & c. Dico, che il regresso s'intenda sopra la casa vecchia finita la linea de Seruantij de Lauri, che li successori siano di legitimo matrimonio nati, cioè padre, e madre, & loro figlioli medesimamente nati. Escludo figlioli naturali, e donne, & c.*

Ex quibus liquido constat de fideicommissio super d. domo, nedum quia testator † prohibuit illius alienationem, & diuisionem inter ipsos de familia, quæ prohibitio regulariter inducit fideicommissum, *Go. zad. conf. 52. num. 5. Dec. conf. 584. num. 8. & conf. 637. num. 6. & 9. Sim. de Præt. ult. vol. fol. 263. num. 10. Gabr. de fideic. concl. 9. num. 26. Fufar. de subst. quæst. 688. num. 109. Verum etiam, quia deficiente linea de Seruantis testator voluit, quod domus reuenteretur ad Ecclesiam Diuæ Mariæ Luminum, quo casu resultat † clarum fideicommissum ad fauorem illorum, qui sunt de linea, *Decian. conf. 3. num. 64. lib. 1. Cephal. conf. 386. nu. 14. Fufar. de subst. d. q. 688. num. 89.**

Hinc non obstat, quod dictum fideicommissum fuerit extinctum, ex eo, quod hæredes primo loco vocati decesserint absque filiis. Quandoquidem cum te-

stator in tota eius ferè dispositione vsus fuerit verbis collectiuis, familia, linea, & successores ibi: *Peresser mutato l'ordine della mia famiglia, & c. Dico, che il regresso à fauore della Santissima Madonna de' Lumi s'intenda, finita la linea de' Seruantij de Lauri, & c. Che li Successori siano di legitimo matrimonio nati, & c.* Sicque appareat, Testatorem vocasse familiam, lineam, & successores, bene desumitur, d. fideicommissum non expirasse inter ipsos vocatos, sed omnes de familia, ac linea de Seruantis † ad illud vocatos fuisse, vt in terminis vocationis familie tradunt *Pereg. de fideic. art. 22. num. 26. vers. verum, Mant. de coniect. ult. vol. lib. 8. tit. 12. num. 12. & seqq. Fufar. de subst. quæst. 351. num. 1. & num. 9. vers. Ego in puris, & in terminis lineæ idem Pereg. de fid. d. art. 22. num. 24. Fufar. de subst. quæst. 345. num. 1. & seqq.*

Præsertim cum testator deficiente dicta linea de Seruantis vocauerit Ecclesiam Diuæ Mariæ Luminum, quo casu resultat successuum, ac perpetuum fideicommissum inter illos de linea, nam alioquin † d. vocatio locum habere non posset, nisi omnes de linea vocati essent, *Decian. d. conf. 3. num. 64. lib. 1. Fufar. de subst. quæst. 382. num. 44.*

Non obstat, quod regressus intelligatur super domo della Palombara, & non super domo con orto, e cortile, ex eo, quia dixit Testator, *che il regresso s'intenda sopra la casa vecchia.* Quoniam fuit responsum, quod ex supradictis verbis ibi: *Con patto, che stia sottoposta al fideicommissio, come stà specificato in questo presente testamento,* liquet utramque domum subiectam esse fideicommissio ad fauorem familie de Seruantis, & ex aliis etiam rationibus per informantes deductis.

Non obstat, quod neque Clearchus, neque eius filij fuerint instituti hæredes in testamento, sed dumtaxat Alphonfus, Antonius, Franciscus, Virgilius, ac Seuerinus, sicque cesset fideicommissum ad fauorem dicti Clearchi, ejusque filiorum, cum † appellatione lineæ veniat regulariter linea effectiua vocatorum, *Bal. conf. 321. per tot. lib. 1. Menoch. conf. 234. num. 8. lib. 3. Pereg. de fideic. art. 22. num. 24. cum aliis cumulatim per Fufar. de subst. quæst. 345. num. 1. & seqq.*

Etenim Testator in codicillis per eum deinde factis d. Clearchum hæredem instituit eodem modo, & cum eisdem prærogatiuis, quibus alij fratres fuerunt instituti hæredes in testamento ibi: *Che il S. Clearco figliolo di M. Camillo Seruanto sia nominato herede, e s'intenda nominato, quanto, e come, e nel medesimo modo dell' altri heredi in detto testamento nominati, e con tutte quelle prerogatiue.* Vnde tam Clearchus, quam ejus filij, qui sunt de illius linea effectiua, vocati censentur † cum appellatione lineæ veniant omnes descendentes, *Fufar. dict. quæst. 345. num. 1. & 6. Pereg. de fideic. d. art. 22. num. 24.*

Non obstat, quod hæreditas in codicillis dari, nec adimi directo possit *l. 2. C. de codicil. §. codicillis, instit. cod. tit.* Nam cum præcesserit hæredis institutio in testamento, secunda institutio facta in codicillis, sustinetur in vim fideicommissi, adeout hæredes in testamento † scripti censentur grauati communicare hæreditatem cum hærede dato in codicillis *d. l. 2. vers. verbis tamen, C. de codicil. l. 2. §. fin. vers. Sed ex fideicommissio peitur, vbi Bart. & alij, ff. de iur. codicil. d. §. codicil. Nam per fideicom. inst. de codicil. l. scruola, ff. ad Trebel. Molin. de primog. Hisp. lib. 2. cap. 8. num. 38. latè Castil. quotid. controu. par. 4. cap. 22. num. 73. & seqq.*

Non obstat, quod testator in eisdem codicillis reuocauerit omnia legata pia, & non pia duobus exceptis, & per consequens fideicommissum super domo,

de qua agitur, ad quod fuit vocata Ecclesia S. Mariae Luminum, finita linea de Seruantii, sit itidem reuocatum.

11 Nam contrarium Domini censuerunt ex eo, quod in reuocatione legatorum regulariter non comprehenduntur legata conditionalia, & difformia, juxta tradita per Ruin. conf. 13. sub num. 20. lib. 2. Franc. decif. 167. num. 3. & cum ademptio in aliis legatis verificari possit, non videtur trahenda ad fideicommissum, Seraph. decif. 1409. num. 4. praesertim in praedictum Ecclesiae, & loci pii, cuius fauor in dubio attendi debet, Bald. in c. in praesentia col. pen. de prob. Tirac. de pia caus. priuileg. 98. in fin. Gratian. cap. 88. num. 6. & cap. 131. nu. 2.

Non obstat, quod domus, super qua fuit impositum fideicommissum non sit illam, quae fuit assignata Clearcho pro dote Luitae, Quoniam illius identitas satis apparet ex combinatione demonstrationum, & confinium expressorum in testamento cum illis, quae in instrumento dictae assignationis expressae fuerunt.

In testamento namque ista domus hisce finibus enunciatur, *Alli quali lascio tutto il mio stabile, cioè la casa mia, dove io habito nel modo, che hoggi si ritroua fabricata da me con orto, e cortile, &c.* & in clausula (Actum) praedicta domus cum istis finibus enunciatoribus: Actum ciuitate S. Severini, in Quatterio S. Marci in domo praedicti D. Laurentij juxta bona D. Scipionis Lazzarelli, vias publicas, & alia latera. In instrumento autem assignationis domus vigore d. laudi dicitur: *Diamo, e concediamo, & assegnamo al detto Sig. Clearco per pagamento della detti scudi 1300. che gli ha conceduti il detto Sig. Palmilio la casa, che hora tengono, e possiedono li sopradetti Signori, Virgilio, Alfonso, Antonio, Francesco, Clearcho, e Scuerino fratelli nella città di S. Severino, nel Quatterio di S. Marco in contrada della Gadetta, presso li beni a casa di M. Scipione Lazzarelli da una parte, & da altri suoi notissimi confini con orto ad esso contiguo, e Palombara alle mura della città, &c.* Demum Seruantij filij dicti Clearchi, qui obtinuerunt inhibitionem pro manutentione in hac domo vigore dicti fideicommissi illam cum eisdem ferè confimbis descripserunt ibi: Pro parte, & ad instantiam Caroli, Camilli, &c. exponentium ipsos instantes esse in pacifica, & quietà possessione vnus domus positae. In ciuitate S. Severini, Quatterio S. Marci, & contrada nuncupata la Gadetta con orto contiguo, e cortile juxta bona Scipionis Lazzarelli ab vno viam communitaris, & alia latera.

23 Ex quibus satis apparet de identitate istius domus, cum ad hunc effectum etiam tunc duae demonstrationes sufficiant, juxta theoreticam, quam tradit Bart. in l. de uoluntate falsa, num. 14. & seq. ff. de cond. & demonstr. Crau. conf. 112. num. 3. Sued. conf. 44. num. 10. Greg. XV. decif. 575. num. 4. & seq.

Non obstat, quod in dicto laudo fuerit conuentum, quod Palmilius deberet cedere jura Clearco, quae cessio cum adhuc facta non fuerit, actio competens contra Alphonsum, seu illius heredem repellitur exceptione non adimpleti. Quoniam ultra quo de dicta cessione satis constare videbatur ex assignatione praedictae domus facta vigore dicti laudi, eodem Palmilio ratificante, fuit responsum Luitae, seu Mariam illius heredem non egere vigore dicti laudi, sed vigore promissionis tunc factae per Alphonsum in apoca matrimoniali de ponendo in tuto dotem eiusdem Luitae, ratione cuius promissionis bene competit actio contra bona Alphonfi ex supra alleg.

Minus obstat transactio iniuta de anno 1618. inter Alphonsum, & Clearchum, in qua fuerunt cessata

Decif. Sac. R. R. de Fratribus.

priora instrumenta, & actiones hinc inde remissa.

15 Nam, quicquid sit, an comprehendat, nec non apocam matrimonialem, cuius vigore hodie agitur, illa tanquam res inter alios acta non tunc praedictat Luitae, quae in ea non interuenit, *Inter alios, C. res inter alios acta, l. Modestinus, ff. de excep. c. inter delictos, de fid. inst.*

16 Demum non obstat, quod Constantia non sit haeres, sed Donataria Alphonfi, ideoque tunc contra ipsam agi non possit via executina. Quoniam in duobus instrumentis datis in *summario Maria, num. 7.* apparet ipsam Constantiam se vocasse haerem Alphonfi, & sic videtur contra tunc ipsam posse agi executiue propter obligationem in forma Cameracae praestitam per Alphonsum eius auctorem, *Gallel. de obl. cam. quest. 4. num. 1. & 11. Rot. decif. 630. num. 1. par. 1. recent.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. DVNOZET.

Romana Successionis.

Luna 21. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

Mater excluditur à legitima per substitutionem pupillarem. Et quando de dicta substitutione dicatur constare, licet verbis expressis non sit concepta.

SVMMARIVM.

- 1 Substitutio pupillaris excludit matrem à legitima, & num. 4. & 6.
- 2 Filio debetur legitima ex bonis paternis, & ea non potest fideicommissis grauari.
- 3 Matri debetur legitima in bonis filij.
- 4 Mater succedit filio ab intestato morienti.
- 5 Substitutio quando dicatur compendiosa, licet non sit adiecta dicitio, quandocumque.
- 6 Substitutio compendiosa, si sit facta per verba civilia directa continet pupillarem etiam matre existente in medio, num. 7.
- 8 Substitutio pupillaris excludit matrem, si sit facta per verba directa, siue civilia, siue non civilia.
- 9 Verba, *heredem suum institui, tanquam prolata à Notario in tertia persona, referantur ad testatorem, non ad heredem, vide num. 11.*
- 10 Substitutio compendiosa non continet pupillarem, quando verba non sunt directa. Per pupillarem substitutionem succeditur pupillo, & non Testatori, num. 10.
- 11 Dicitio, *suum, & similes, quando non excludant pupillarem substitutionem, vide rationem num. 13. & 16.*
- 12 Verba praecedentia declarantur ex subsequentiis.
- 13 Per fideicommissarium substitutionem succeditur dumtaxat in bonis Testatori.
- 14 Testator, quando certum sit, quod voluit facere pupillarem substitutionem.
- 15 Verba directa civilia sunt apta comprehendere pupillarem substitutionem.
- 16 Condicio, si sine filius decesserit, non potest conuenire pupillari substitutionem, vide num. 10.
- 17 Pupillarem substitutionem, quando dubium est, an pater voluerit facere etiam matre in medio recurrendum est ad coniecturas.
- 18 Testator praesumitur filio infanti substituisse pupillarem si non uxorem, sed alterum ei substituit, & nu. 15.
- 19 Matri, quando est relicta usufructus hereditatis filij

*restringitur ad alimenta, secundum opinionem Bulgari communiter approbatam.*

24 *V usufructus relictus uxori, sub conditione vita vidualis, per transitum ad secundas nuptias affectio mariti erga eam cessat.*

26 *Pater, si faciendo filio infanti substitutionem pupillarem disponat, quod tota hereditas ad aliquem perveniat, si detraheretur legitima pro matre, non tota hereditas ad illum perveniret, num. 27.*

DECISIO. XXX.

Quondam Iulius Perinthius in testamento, sub quo decessit relicta herede usufructuaria D. Comitissa Imperia Incalata eius uxore, donec vitam vidualem duceret, atque instituto in legitima D. Lelio eius filio primogenito, heredem universalem instituit Vincentium alterum filium in infanti aetate constitutum, cui cohæredem dedit filium masculum nasciturum ex dicta D. Imperia, eosque ad invicem substituit, & ambobus decedentibus sine filiis legitimis, & naturalibus, heredem suum instituit prædictum D. Lelium, eique pariter decedenti sine filiis, alios substituit, & tandem voluit, quod ultimo vocato decedente absque filiis masculis, tota hereditas devolueretur ad Archiconfraternitatem Sanctissimæ Trinitatis de Ponte Sixto.

Cumque decesserit dictus Vincentius, adhuc in infanti aetate constitutus, & post humo non nato; contigit coram me dubitari, An d. D. Imperiæ deberetur legitima bonis d. Vincentij filij.

Cuius dubij resolutio pendebat ex eo nempe videre, An substitutio dicti Vincentij facta ad favorem Lelij fratris esset pupillaris, vel fideicommiss. tantum.

1 Etenim si est pupillaris excludit Matrem à legitima, *cap. si Pater, de testam. in 6. l. Papinianus, §. sed nec impuberis, ff. de inoffic. testam. Crall. de success. §. substitutio, quest. 30. num. 2. latè Fular. de substitut. quest. 156. num. 1. & seqq.*

2 Si verò est fideicommiss. legitima, quæ filio debetur ex bonis Patris, §. 1. *Auth. de trient. & semiss. & in Auth. novissima, C. de inoffic. testam. cap. Rastrius, vers. cum autem, de testam. non potuit fideicommiss. grauari, l. cohæredi, §. cum filio, ff. de vulg. & pupill. l. omni modo, & l. quoniam, la. 2. C. de inoffic. testam. & consequenter*

3 Matri debetur legitima, quia ipsa succedit filio ab intestato, *Auth. de iuncto, C. ad Tertull. Mantie. decis. 367. num. .... & seqq.*

4 Examinata igitur diligenter serie testamenti dicti Iulij, Domini censuerunt dictam substitutionem esse pupillarem, & per consequens Matri deberi legitimam. Verba siquidem testamenti sunt hæc: Instituit Vincentium eius filium legitimum, & naturalem adhuc in infanti aetate constitutum, & instituit etiam filium masculum nasciturum ex uxore, quatenus gravida appareret, & dd. masculos invicem substituit, sed si ambo decesserint absque filiis legitimis, & naturalibus heredem suum instituit prædictum D. Lelium eius filium, &c. Quæ verba faciunt substitutionem compendiosam, etiam quod non fuerit adjecta dictio, quandocumque, *glos. in d. cap. si Pater, verb. absq. deductione, vers. sed ad ultimam, de testam. in 6. Bart. in dict. l. centurio, n. 32. post me d. vers. Item si non est apposita, Curt. lun. conf. 172. num. 1. Neuz. conf. 33. nu. 3. Menoch. lib. 4. præsumpt. 51. num. 7. Peregr. de fideic. art. 33. num. 9. Fular. de substit. quest. 234. num. 6. Rota decis. 732. num. 10. par. 2. recent.*

6 Quæ quidem substitutio compendiosa cum sit facta per verba directa civilia qualia sunt, heredem in-

stituit, *lat. in d. l. Centurio, n. 62. ff. de vulg. & pupill. Bald. rubr. C. de impub. & alius substit. num. 3. Odd. de comp. subst. par. 4. quest. 2. artic. 1. verb. instituo, in principio, & in vers. Retenta regula. Inrigl. de subst. cent. 3. quest. 11. num. 4. continet substitutionem pupillarem, etiam Matre in medio existente, d. c. si Pater, de testam. in 6. d. l. centurio, & ibi Doct. ff. de vulg. & pupill. Odd. de compend. subst. par. 5. g. 3. de comp. fact. à pagan. art. 1. num. 3. Crall. de success. d. 3. substitutio, quest. 30. num. 3. Menoch. lib. 4. præsumpt. 56. num. 2. Peregr. de fideicommiss. art. 34. num. 21. vbi quod*

8 substitutionem pupillarem, si facta sit per verba directa, siue civilia, siue non civilia, Fular. de substit. quest. 240. num. 1. & seq. & num. 12. vbi, & alios refert.

9 Non obstat, quod dicta verba, heredem suum instituit, tanquam prolata à Notario in tertia persona, referantur ad Testatorem, non ad Pupillum, *in d. Doct. Rip. in l. ex facto, num. 5. ff. ad Trebell. Dec. cons. 371. num. 4. vers. Et hoc in casu isto, Ruin. cons. 103. num. 15. lib. 2. cum aliis, quos refert Fular. de substit. quest. 106. num. 8. sicque appareat testatorem sibi, & non pupillo substituere voluisse, quo casu substitutio compendiosa non continet pupillarem, cum per hanc Succedatur pupillo, non testatori. Castren. consil. 142. num. 2. vers. unum tamen in casu nostro, lib. 1. Dec. d. consil. 371. num. 4. vers. Et hoc in casu isto, Ruin. d. cons. 103. num. 14. & seq. lib. 2. Paris. consil. 73. num. 18. & 19. lib. 2. Odd. de comp. subst. d. par. 5. quest. 3. de comp. fact. à pag. art. 1. num. 43. Menoch. lib. 4. præsumpt. 34. num. 6. Fular. dist. quest. 106. num. 6.*

11 Quoniam fuit responsum, d. limitationem procedere, vel si quando non est facta mentio pupillaris aetatis, vel substitutio non est facta verbis directis civilibus, in quibus terminis loquantur iura, & Doctores ex allegatis. Secus autem, quando, prout hic, Testator fecit mentionem pupillaris aetatis, aut substituit per

12 verba directa civilia, quia tunc dictio, suum, & similes non excludunt pupillarem, Bald. in l. præcibus, num. 59. & num. 60. vers. Præterea attende, C. de impub. & alius substit. & ibidem Angel. & Salicet. Alciar. in l. 1. num. 6. ff. de vulg. Paris. consil. 73. num. 54. lib. 2. Honded. consil. 73. num. 35. & seqq. lib. 1. Menoch. conf. 362. ante num. 23. & præsumpt. 54. numero 23. lib. 4. Fular. de substitut. quest. 109. num. 8. & seq. & quest. 241. num. 65.

13 Et ratio est, quia vbi Testator facit mentionem pupillaris aetatis, vel usus fuit verbis aptis ad pupillarem comprehendendam, ut sunt verba directa civilia, liquidò constat, ipsum voluisse pupillariter substituere, & idèò verba heredem suum, in bonis suis sibi substituit, & similia non immutant formam Pupillaris. At quando Testator simpliciter nulla facta mentione pupillaris aetatis substituit per verba communia, ut pote quando sub involucre verborum dixit, quandocumque decesserit substituo, non apparet quam substitutionem facere voluerit, & idèò hæc verba declarantur tunc ad alios verbis subsequentibus, mihi substituo, in

14 hereditate mea, heredem meum substituo, vel sibi, in bonis suis substituit, & similibus, tunc enim apparet, voluisse facere solam fideicommiss. per quam Succeditur in bonis dumtaxat Testatoris, non autem pupillarem, per quam Succeditur etiam in bonis Pupilli. Honded. d. consil. 73. num. 35. lib. 1. Menoch. d. præsumpt. 54. num. 23. Fular. de substit. quest. 241. num. 65.

15 In proposito autem Testatur vocavit Vincentium eius filium in infanti aetate constitutum, sicque fecit mentionem Pupillaris aetatis, eique substituit Lelium fratrem per verba directa civilia, quæ sunt apta comprehendere pupillarem aetatem, ut supra dictum fuit, & idèò



16 & idem illud ꝑ pronomen suum, non impedit quominus d. substitutio censetur pupillaris, & per consequens excludat Matrem à legitima; *l. si ita scriptum, §. qui filio, ff. de bon. possess. secund. tabul. vbi Bart. num. 12. Bald. in d. l. precibus, nu. 44. C. de impub. Corn. conf. 152. num. 31. lib. 2. D. c. d. conf. 371. num. 3. late Peregr. c. 5. §. 1. num. 42. lib. 3. Menoch. de presump. lib. 4. p. 1. presump. 34. num. 12. Fufar. quest. 141. num. 63. & pluribus cum talis fuit resolutum in *Perusina de Baptista 18. Maj 1617. coram R. P. D. meo Pirvano.**

Non obstat, quod prædict. iura loquantur in casu, quo Testator expressè substituit pupillarem, ut potè quando dixit, Et si filius meus decesserit in pupillari ætate, aut alias ꝑ quodcumque, quasi tunc certum sit, Testatorem voluisse facere substitutionem pupillarem. Nam fuit responsum id procedere etiam quando Testator, prout hic, substituit per verba apta comprehendere pupillarem, ꝑ qualia sunt verba directæ civilia, Mant. de consell. lib. 5. tit. 2. num. 12. vers. vel nisi facta sit, Fufar. dist. quest. 242. num. 65.

19 Nec relevat, quod d. substitutio sit facta sub conditione, si ambo decesserint sine filiis, quæ non potest habere locum in pupillari ætate. Etenim d. conditio non ꝑ excludit pupillarem iuxta tempus pubertatis, Bart. in d. l. Centurio numer. 17. ff. de vulg. & pupill. cum aliis, quos late congerit Fufar. d. quest. 240. num. 5. & seqq.

Sed quatenus versaremur in dubio An dicta substitutio contineret pupillarem etiam Matrem in medio existente, ista dubietas videtur tolli ex coniecturis, quæ hic concurrunt, ꝑ quibus in dubio defertur ad effectum dignoscendi Testatorem voluisse facere substitutionem pupillarem, Rota decis. 181. n. 1. & seq. par. 2. d. vers. Mantie. d. decis. 367. num. 10.

Prima autem coniectura in presenti casu desumebatur ex eo, quod Testator dicto ꝑ Vincentio Infanti substituit Lelium alterum filium, quem propterea magis dilexisse censetur, quam Vxorcm, & idem censetur voluisse pupillariter substituere, Bart. in d. l. precibus nu. 14. C. de impub. & alius substit. Alex. in d. l. Centurio, nu. 90. & idem Rip. num. 137. Corn. conf. 28. num. 3. vers. 2. coniectura, lib. 4. cum aliis cumulatis per Menoch. d. presump. 34. n. 14. & Fufar. d. quest. 242. n. 60.

Secundo, quia eundem Lelium substituit in prioritate. ꝑ Martij verò reliquit solum vsum fructuum, qui extantibus filiis restringitur ad alimenta, secundum opinionem Bulgari communiter approbatam, & quidem sub conditione viræ vidualis, ꝑ adeo per transitum ad secundas nuptias affectio erga illam cessauerit, Mantie. d. decis. 367. num. 14. Corn. conf. 28. num. 3. lib. 4. Menoch. d. presump. 56. num. 39.

25 Tertio, quia dicto Lelio, & aliis vocatis Testator non substituit Matrem, sed piam causam, quæ excludit fauorem Matris d. capit. si P. ver. de testam. in 6. lal. in d. l. Precibus nu. 8. Odd. de compend. substit. part. 5. quest. 1. nu. 4. Rolan. cons. 69. nu. 7. lib. 1. Menoch. d. presump. 56. nu. 18. vers. Quartum est exemptum, Fufar. d. quest. 242. num. 87.

Quarto denique, quæ apud Dominos non leuiter urgebat desumebatur ex eo, quod ultimo vocato decedente absque filiis Testator voluit, quod tota hæreditas deuolueret ad Archiconfraternitatem de Ponte

Nec dicatur, quod Archiconfraternitas fuit substituta sub conditione omnino incerta, nimirum in casu obitus, ne dum filiorum Testatoris sine filiis, sed etiam dicti Lelij, eiusque filiorum, aliorumque vocatorum absque filiis, adeo per obitum cuiuslibet ipsorum cum filiis substitutio d. Archiconfraternitatis protius euauillet.

Etenim DD. casum huius substitutionis non metiebantur à futuro euentu, sed à voluntate Testatoris, qui tandem voluit totam hæreditatem deuenturam 17 ad causam piam, quod certe ꝑ contingere non potest, si legitima Matris esset detrahenda.

Et ita vtraque parte informantem resolutum fuit, & c.

## R. P. D. GHISILERIO.

### Bononien Fideicommissi.

Mercurij 21. Maj 1636.

### ARGUMENTVM.

Testator, si hæredi grauato restituere expressè prohibuerit venditionem, locationem ad longum tempus, donationem, & hypothecam, sub pœna, & c. modo si hæres locauerit bona per decennium, an sit factus locus fideicommissi. Fideicommissum dicitur purificatum, si hæres grauatus emiserit professionem in aliqua Religione, etiam capaci bonorum, stante exclusione super hoc facta à Testatore.

### S Y M M A R I V M.

- 1 Locatio facta ad decem annos, dicitur locatio facta ad longum, & magnum tempus.
- 2 Hæres Grauatus, si voluntati Testatoris contrauerit, qui aliquid prohibuit cum expressa annullatione illius, tunc sine dubio fit locus purificationi fideicommissi.
- 3 Locatio si sit facta ad vitam locatoris, vel conductoris, dicitur facta ad longum tempus, & num. 6.
- 4 Locatori ad longum tempus competit ius petende renouationis locationis.
- 5 Verba, quando sunt clara, non est opus alia interpretatione.
- 7 Fructus, & commoditas rei prohibita alienari, quando non possit alienari ad longum tempus.
- 8 Interpretatio, ut actus sustineatur, ea capienda est.
- 9 Pro actus validitate tunc capienda est interpretatio, quando sumus in dubio secus si versetur in claris.
- 10 Donataris omnium bonorum tenetur seruare factum donationis, & e contra.
- 11 Fideicommissarius viens iure suo, potest agere ad vindicandum rem nulliter alienatam, nec stringitur obligatione sui auctoris.
- 12 Hæres grauatus alienans bona fideicommissaria, quando ex defectu scientia excusetur, & num. 13.
- 14 Hæres grauatus si locauerit bona fideicommissi subiecta, stante super hoc prohibitione Testatoris, nulliter agit, & in conductorem non transfertur dominium.
- 15 Hæres grauatus, si exiit professionem in aliqua Religione capaci successionis, quando dicta Religio non possit præstare ad se spectans bona fideicommissaria durante vita dicti Monachi, & num. 16. 17. 18. 19. & 20.
- 18 Testatoris enixa voluntas debet verificari, & numero 21.

21 Fideicommissario, quibus concurrentibus est concedenda  
in fine C. de edict. D. Ad. toll. etiam  
contra verum possessorem.

## DECISIO XXXI.

Præsentibus Iosepho, & Virgilio Maria de Bauois vocatis in Testamento Iohannis de Bauois Anno 1609. immissionem in possessionem vnius Prædij positi in Comuni Sancti Vitalis, non solum ob locationem per Ioannem alterum fratrem factam de dicto prædij per decennium, & illo finito, per aliud decennium, & ulterius, donec dictus Ioannes viveret, itant quando moteretur, locatio diceretur finita, verum etiam ob emissam à dicto Ioanne professionem in Congregatione Canonicoꝝ Sancti Georgij in Alga, per renunciationem amplissimam, omnium bonorum præsentis fideicommissi subiectoꝝ, contra expressam prohibitionem testatoris, de qua in verbis testamenti, ibi, *perche vuole, & intenda, cheli suoi beni, e facultà perpetuarmente siano conseruate, & si conseruino, e peruenghino alli sudetti suoi heredi, & c. accio si conseruino nella famiglia, & c. espressamente vietata, e comanda à tutti li suoi heredi, & c. la venditione, locatione à longo tempo, donatione, hipotheca, & c. respectu vero ingreſſus in Religionem, ibi, perche dichiara, che non s'intenda, che il Monasterio, o Chiesa sia, e succeda in luogo de' figliuoli, dichiarando, e protestando, che la detta provisione sia non principalmente per escludere il Monasterio, o Chiesa, ma per conseruatione delli suoi beni nelle persone, come sopra, & c. ad eorum fauorem fuit reſolutum.*

Quia stante locatione supradicta, & professione emissa in Religione à dicto Ioanne fuit purificatum fideicommissum ad fauorem supradictorum, & factus locus substitutionis reciproce inter dictos Ioannem, Iosephum, & Virgilium Mariam à testatore reciproce substitutos.

Nam respectu locationis, cum locatio facta ad decem annos, dicatur locatio facta ad longum, & magnum tempus, *l. si cum fideicommissaria, §. Aristo, ff. qui, & à quibus, l. penult. & l. fin. C. de præscript. longi tempor. Glol. in l. secunda, ff. si ager veligalis, vel emphyt. pet. & facit, quod notat Glol. in l. si filius, C. de test. hered. Alexand. consil. 17. in princ. lib. 4. Dec. consil. 103. Bertrand. consil. 126. num. 3. Peregr. de fideicommiss. art. 40. num. 93. Patil. consil. 118. num. 3. Fular. de substitut. quæst. 525. num. 5. eaque fuerit hæredibus prohibita à testatore cum expressa annullatione illius in hunc casum contrauentionis, ex locatione prædij facta per Ioannem grauatum, tunc dum ad decennium, sed ad aliud decennium, & donec ipse vixerit, indubitatum est purificari fideicommissum, Peregr. d. art. 40. num. 109. Mantie. de tacit. & ambig. comment. lib. 5. tit. 4. num. 11. & tit. 45. n. 12. Fular. vbi supra, vers. idem esset, vbi firmat idem esse, si facta fuisset ad vitam, vel locatoris, vel conductoris, tunc quia ad longum tempus dicitur facta, ex Ancharan. Imol. & Card. in cap. 1. de rebu. Eccl. non alien. cum aliis ibi adductis.*

Nec facit, quod cum in Instrumento locationis adjectum sit pactum, quod eueniente casu fideicommissi locatio statim censetur finita, sequatur, vt partes noluerint conductori aliquod ius acquiri continuandæ locationis, vel petendæ renouationis, sicut tunc competere solet conductori ad longum tempus, sed tantum voluisse transferre commoditatem percipiendi fructus durante vita grauati, quia cum verba locationis sint clara de ipso Prædij, & possessione Sancti

5 Vitalis, tunc non potest applicari, quod intelligatur tantum locata commoditas percipiendi fructus, Berro. consil. 189. numer. 2. in fin. lib. 1. & magis stante illa clausula, ponens in locum suum, necnon altera clausula, conſtituti, & cum testator perpetuis voluerit bona conseruari penes institutos, & substitutos cum speciali prohibitione locationis ad longum tempus, tunc locatio ad longum tempus etiam restricta ad vitam locantis est contra eius voluntatem, & ipso iure nulla, nec pactum, quod eueniente morte, intelligatur finita, illam sustinere potest: & hinc patet non applicari conclusionem, tunc quod fructus, & commoditas rei prohibita alienari, possint locari ad longum tempus.

6 Minus obstat, quod licet Instrumentum sonet in locationem rei, tamen, vt valeat actus, & non dicatur factus contra prohibitionem, debeant tunc verba intelligi de commoditate fructuum, non autem de re ipsa, vt tenuit Rota in Tudertina Officij, 19. February 1598. coram Lancellotto, impressa per Marches. de commiss. part. 1. fol. 756. numero 3. & 4. quia interpretatio desumpta pro validitate actus procedit in dubio ad euitandam caducitatem, tunc secus autem quando versamur in claris, vt in isto casu ex prohibita alienatione à testatore, vt colligitur ex ipsamet decisione in Tudertina Officij coram Lancellotto.

7 Non obstat, quod ex donatione vniuersali omnium bonorum facta à Ioanne, possit inferri, Iosephum, & Virgilium Mariam, tenere ad locationis defensionem tanquam successores Ioannis donantis, qui locationem fecerat, ex quo Donatarius tunc omnium bonorum, tenetur seruare factum donantis, & è contra, dum competunt actiones, quæ contra donantem poterant exerceri tam reales, quam personales, Gul. de Benedictis in cap. Ramutius, vers. cetera bona, num. 46. vers. vbi vero donator de testam. entis, Cellus Vgo cõf. 13. num. 22. Gerius Spinus consil. 75. nu. 31. & seqq. cum aliis, quia supradicti Iosephus, & Virgilius Maria fideicommissarij bona non conſequuntur à grauato, sed à grauante, & propterea cum omnia donata sint supposita fideicommisso, non intret obiectum, tunc sed fideicommissarius vtens suo iure potest agere ad vendicandam rem naturaliter alienatam, nec adstringitur obligatione sui auctoris, Berro. consil. 129. num. 5. & 15. lib. 2. Laderich. consil. 58. per tot.

8 Pariter non obstat, quod non constet, quod Ioannes habuerit specificam scientiam huius prohibitionis penalis, & generalis scientia testamenti non sufficit. Quia defectus tunc scientiæ procedit quando alienans vult recuperare, & se excusare, Rota de off. 22. num. 2. part. 1. diuers. & coram Canaler. decis. 96. num. 4. non tunc autem ad effectum auocandi à tertio possessore bona nulliter alienata, vt bene distinguit Rota decis. 268. num. 1. part. 1. recent. & hoc summa ratione, quia stante expressa prohibitione locationis ad longum tempus facta per testatorem tunc locatio fuit nulla, & in conductorem non fuit translatum dominium, l. cum Pater, §. libertus, vbi glol. ff. de leg. 2. l. 1. C. pro emptore, & idem est locus rei vendicationi, Barbat. consil. 24. in fin. lib. 2.

9 Et ex alio capite conseruentur DD. resultare purificationem fideicommissi ex professione per Ioannem emissam, in dicta Congregatione, prout ex publico Instrumento, & attestatione Superioris, autentis verbis testatoris, qui expresse voluit vt bona conseruentur in personis institutis, & substitutis, excluso Monasterio, asserendo, sed id non facere ad effectum excludendi

15 Monasterium principaliter, nec in eius odium, sed propter conseruationem bonorum suorum in personis vocatis, quod sufficit † pro exclusione Monasterij etiam capacis bonorum, in puncto Molin. *de primog. lib. 1. cap. 13. num. 91. Peregr. de fideicom. art. 28. num. 82. Intrigitol. de substit. cens. 3. quæst. 63. num. 42. Sanchez in præcepto Decalog. lib. 7. cap. 15. num. 19. & cap. 16. numer. 32. Couar. variat. cap. 19. num. 12.*

16 Nec facit, quod cum Ioannes emiserit professionem in Congregatione capaci successionis, Congregatio possit retinere bona, donec ille naturaliter vixerit, itaut non dicatur purificata conditio substitutionis † conceptæ sub conditione mortis, ut præter allegatos tenuit Rota in *Vrbeneta hereditatis 14. Aprilis 1614. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo. & in Bononien. fideicommissio de Blanchettis 26. Ianuarij 1631. & 9. Decembris 1633. coram R. P. D. mes Verospio*, quia supra dictæ decisionem procedunt in terminis exclusionis Monasterij desumptæ, vel ex coniecturis, vel ex qualitate bonorum, non autem ex dispositione expressa testatoris, ex qua resultat exclusio † Monasterij, itante ratione adducta à testatore in testamento, ut bona perpetuo conseruentur inter personas institutas, & substitutas, eo quia præcipua ipsius intentio fuit, ut bona sua perpetuo nedum conseruentur, sed etiam perueniant ad institutos, & substitutos, ut in familia testatoris conseruentur, quo casu licet Ioannes sit agnatus, & retineat iura familiæ, tamen cum ipse sit incapax retentioni bonorum, eaque interim non conseruentur in familia, sed penes Monasterium  
18 non verificaretur † enixa voluntas testatoris, ut bona perpetuo conseruentur in familia, & inter personas vocatas. Ideoque cum in isto casu mors civilis æquiperetur naturali, & eodem operetur effectus, quos mors naturalis attendit voluntate testatoris, inde resultat, Ioannem licet professum in Congregatione capaci, esse excludendum à successione fideicommissi  
19 itante expressa prohibitione testatoris, † quod Monasterium non possit succedere loco filiorum, non in odium Monasterij, sed propter conseruationem bonorum in vocatis, atque ita omnia in contrarium deducta, non applicantur huic casui, cum loquantur, & procedant, quando ex verbis testatoris contrarium non apparet, quando verò constat de enixa voluntate testatoris, ut bona perpetuo conseruentur in familia,  
20 & inter personas vocatas, † tunc neque viuento Monacho potest Monasterium retinere, ex Molin. Peregr. Intrig. & alijs supra allegatis, quia interim quando bona sunt penes Monasterium non conseruantur in  
21 familia, nam † Monasterium possit retinere, perpetuo non remaneret in familia.

Probata autem purificatione substitutionis, ex professione emissa per Ioannem, & ex locatione per eum facta Prædij, de quo agitur ad vitam ipsius, cum inter partes non conueneretur existentia fideicommissi, nec non identitas Prædij, consequenter Iosepho, & Virgilio Mariz † fideicommissarius debetur immis-  
22 sio vigore *l. fin. C. de edict. Diu. Adv. toll.* etiam aduersus relictus possessorem, ut pluries resoluit Rota, ut in *decis. 201. num. 9. par. 2. diuers. decis. 237. numer. 1. part. 1. recent. & decis. 167. num. 2. coram Reuerendissimo Domino meo Decano cum alijs relatis in Bononien. fideicommissi de Glauarini 23. Ianuarij præteritū confirmata 5. currentis mensis coram me.*

Et ita vtraque parte informante, & c.

*Decis. Sac. R. R. De Fratibus.*

R. P. D. COCCINO DECANO.

Romana Societatis Lignorum.

Veneris 17. Decembris 1636.

A R G V M E N T V M.

Socius, si aliquis conducat, censetur contrahere nomine proprio, & non sociorum; sed id fallit stantibus adminiculis, & præsumptionibus in contrarium.

S V M M A R I V M.

- 1 Socius, si aliquid conducat, censetur conduxisse nomine proprio, etiam si pecuniis societatis negotiatus sit.
- 2 Persona extrinseca in contractu non censetur comprehensa.
- 3 Socius, quod aliquid contraxerit nomine proprio, & sociorum, id ex coniecturis, & præsumptionibus elicitur.
- 4 Socius, quando non censetur acquisiuisse nomine proprio, sed etiam sociorum, ita ut cesset præsumptio, quod persona extrinseca in contractu non sit comprehensa.
- 5 In contractu societatis, quando persona subintellacta non reddat contractum nullum.
- 6 Socius censetur contraxisse aliquid etiam nomine sociorum, si id in libris socialibus fuerit annotatum, & num. 7.
- 8 Frater, si acquirat multa bona cum communibus hereditarijs cum alio fratre, quando censeantur quæsita communi nomine.
- 9 Illatio ad diuersa non fit.

DECISIO XXXII.

- M**arcus Menicuccius vnus ex socijs primæ societatis adhuc illa durante 15. Iulij conduxit tenuitatem Puteoli nomine proprio, & illius affectus incipiebat in die Sancti Angeli de Mense Septembris sequentis, & sic biduo, postquam erat finita dicta prima Societas; quare dubitatum die 18 Aprilis huius anni, An dictus affectus spectaret ad dictam primam societatem; & difficultatem faciebat, quia Menicuccius dictam tenuitatem conduxit † nomine proprio, prout etiam in dubio præsumeretur etiam, quod cum pecunijs societatis negotiatus fuisset, Bald. in *l. si patruus, sub nu. 5. C. commun. vtriusque iudic. per tex. in l. eo magis, ff. de solut. & in l. Titium, & M. auum, §. profectus, & ibi Barr. ff. de administr. tutor. Felicius de societ. c. 3. num. 43. & seqq. Franc. Anton. Costa consil. 34. num. 35.*
- 2 & hoc eadem ratione, † ne extrinseca persona in contractu comprehensa dicatur, *l. si ita stipulatus, §. Christianus, ff. de verb. oblig.*
- 3 Ceterum cõtrarium fuit resolutum in casu, de quo agitur, quia ex coniecturis, † & præsumptionibus de facili elicitur, quod communi nomine actum fuerit, Bald. in *d. l. si patruus, num. 5. C. commun. vtriusque iudic.* & ibi etiam Barr. Felicius *d. l. c. 3. num. 45.* Franc. Anton. Costa loco allegato *num. 37.* Coniecturæ autem, & præsumptiones euidentijsimè hic adsunt, nam etiam, quod affectus inciperet post biduum à societate finita, attamen est aduertendum, quod remanebant effectus societatis, videlicet ligna scilla, quæ debebant vehi ad Naues, & adhuc effectum necessaria erant animalia, quibus concederentur pascula, ut ex computarentur in vecturis, ut constat ex libro sociali in *Sunt.*
- 4 num. 3. Ex hoc enim cessat ratio, quod quis † censetur acquisiuisse nomine proprio, videlicet ne extrinseca

persona in contractu comprehensa dicatur, *dist. l. si ita stipulatus, §. Chryfogorus, ff. de verb. oblig.* Bart. in d. l. si patrum, & in d. l. Titium, & Manium, §. Altero, Alex. *conf. 132. num. 8. & conf. 134. in fin. lib. 5.* Petr. de Vbald. *de Societ. par. 1. num. 3. Menoch. praesumpt. 46. num. 5. lib. 3.* Felicius *de Societ. diet. cap. 3. num. 4.* Franc. Anton. Costa *dist. conf. 84. num. 16.* in hoc enim casu non dicitur extrinseca persona comprehensa in contractu, immo ipsimet socij, qui durebant tales quo ad effectus societatis, etiam ea finita; vnde cessat ratio supradicta, cum persona subintellecta non reddat hunc contractum nullum, Bald. in *dist. l. si patrum, num. 5.* Felicius *loco allegato num. 45. in fin. & num. 46.*

6 Secunda est evidens coniectura, quia ista affectus fuit annotatus in libris socialibus in eodem computo pasculi creato ab initio contractus societatis, & continuato vsque ad consumationem effectuum pendentium, in quo annotati sunt affectus herbarum consimiles, & ipsemet Menicuccius in eo annotari fecit tractum dictae tenutae, vt in *Summar. num. 1. & 2.* quare elicitur evidens coniectura, quo conductio illius sociali nomine fuerit facta, Bart. in *dist. l. si patrum, vbi in quaestione de facto sibi obuenta de quodam fratre maiore, qui acquisuerat multa bona cum pecuniis hereditariis communibus cum fratre pupillo ad cognoscendum: An fuissent per acquisita proprio, vel communi nomine, refert fecisse sibi ostendi librum rationum, & quia in eo dicebatur; hic est liber Mercantiae mei talis, & mei Fratris, determinasse dicit, ex hoc apparere, bona fuisse acquisita communi nomine, argum. *l. Nefennius, ff. de negot. gest.* & hanc Bartoli determinationem approbant etiam ibi Bald. & ceteri, Alex. *confil. 132. sub numer. 9. & num. 12. lib. 1.* Menoch. *dist. praesumpt. 46. numer. 7. lib. 3.* Felicius *loco supra allegato num. 46. versic. Et ita tenet, cum seqq.**

Nec obstat, quod Rota resoluit non esse computandum in societate tres Sylvas emptas post diuisionem, quia quo ad dictas Sylvas non concurrerunt coniecturae, quae concurrunt in casu isto; sunt enim negotia noua, quae nullam habent dependentiam a pristina societate, & propterea a praedictis Syluis per ad tenutam, de qua agitur, non est inferendum, *l. Papiannus, ff. de minor.*

Ex quibus, vtrique parte audita, Domini persistenter in resolutis.

R. P. D. GHISILERO.

Bononien. Fideicommissi de Turri.

Luna 9. Iunij 1636.

ARGUMENTVM.

In vltimis voluntatibus appellatione filiorum semper veniunt Feminae. Masculinitatis qualitas posita in vna oratione, quando non censetur repetita in alia, & quando secus.

SUMMARIVM.

- 1 Instrumentum facit rem certam, & manifestam.
- 2 Filiorum appellatione in conditione positorum veniunt indistincte tam masculi, quam feminae.
- 3 Masculinum semper conceptum foemininum in testamento, neque ad hoc reciditur propter coniecturas, nisi sint valde urgentes, & evidentes.
- 4 Ad repetitionem inducendam, non est sufficiens vicini-

tas orationis, quando oratio diuersa per personas comprehendit, & in vnaquaque earum potest diuersa ratio considerari.

- 5 Repetitio conseruanda agnationis quando cesset.
- 6 Masculinitatis qualitas non praesumitur repetita etiam posita in eadem oratione, nisi ratio conseruanda agnationis fuerit expressa a Testatore.
- 7 Testator, si in vno casu expressit qualitatem masculinitatis, & in alio vno non, si ratio probabilis differentia reddi non potest, cur magis in vno casu, quam in alio expresserit qualitatem, tunc mentio filiorum in alia parte non est restringenda ad masculos.
- 8 In Femina non est consideranda agnatio.
- 9 Testator praesumitur voluisse vocare neptes, quando non habuit rationem conseruanda agnationis, sed secus si contemplant agnationem.
- 10 Clausula, vt supra, repetit qualitatem.
- 11 Masculinitatis qualitas non tenetur a Testatore repetita, si verba, quae importabant repetitionem ad alias qualitates referri possunt.
- 12 Superfluitas potius est toleranda, quam vt propter eam filia vltimi grauati excludatur a successione transuersales.

DECISIO XXXIII.

Domini concorditer tenuerunt, confirmandum esse sententiam Rotaalem, reuocatoriam aliarum extra Rotam, in quibus adiudicata fuit Clarae immisio in possessionem bonorum Ludouici de Turri, quia contra eius validitatem nihil obicitur, & iustitia est patens, cum fundetur in voluntate dicti Ludouici, de qua constat per publico instrumento, quod facit rem certam, & manifestam, Bart. in *l. in princ. num. 9. ff. de nou. oper. enunc.* Bald. in *l. interest, in vlt. notab. C. de solut. Dec. conf. 36. num. 4. Ruin. conf. 128. num. 1. lib. 4.*

Fundamentum huius resolutionis deducitur ex verbis testamenti dicti Ludouici, in quo, in casum obitus Sigismundi fratris haeredis instituti, substituit per haec verba, & si contingat ipsum Sigismundum eius fratrem quocumque decedere, & naturaliter mori nullis superstitibus, aut relictis masculis legitimis, & naturalibus natis ex legitimo matrimonio, & nullo modo legitimatis, ac in his legitimationis translatis, seu etiam contingat dictum Sigismundum cum filiis masculis praedictis, & postmodum contingat dictos omnes filios masculos dicti Sigismundi decedere, & mori sine filiis legitimis, & naturalibus natis ex legitimo matrimonio, & non legitimatis, vt supra, tunc, & alijs casibus, & eorum quolibet suam haeredem vniuersalem instituit, & substituit supradictam honestam Iuuenem D. Claram ipsius testatoris sororem, & filiam dicti quondam Tidei, ipsa tunc superextante, & ea non superextante, instituit, & substituit omnes filios legitimos, & naturales dictae Clarae, vulgaciter, & pupillariter per fideicommissum, & alias omni meliori modo, quo fieri potuit, & potest, & hanc suam vltimam voluntatem dixit, asseruit, & affirmavit dictus D. Ludouicus testator esse, & esse velle, quam valere voluit, &c. ex quibus verbis constat, Claram fuisse tunc demum vocatam si filij Hieronymi nepotis Ludouici testatoris ex Sigismundo fratre, haerede instituto decederent sine filiis, & propterea existente Anna filia legitima Hieronymi defectu condicio, sub qua vocata est Clara, regula enim est, per quod appellatione filiorum in conditione positorum veniant indistincte, tam masculi quam feminae, si filij appellatione, & iusta interpretatione, ff. de verb. signif. Gabr. de verb. signif. conclus.

cluf. 6. num. 8. Peregr. de fideic. art. 25. num. 1. præsertim in ultima voluntate l. si iia scriptum, ff. de leg. 2. l. si quis et a. ff. de testam. tutel. Dec. conf. 236. num. 5. Cephal. conf. 45. num. 10. Quia in testamentis ꝑ masculinum semper concipit femininum, Soc. lun. conf. 180. num. 3. lib. 3. Nec ab ea receditur propter coniecturas, nisi sint valde vtgentes, & euidentes, vt est Tex. clarus in l. 1. in fin. C. de condit. infertis, & tradunt Com. conf. 230. num. 61. in fin. & seq. lib. 3. Tib. Decian. conf. 1. num. 43. vers. prætere a. & seq. lib. 2. Gabr. conf. 97. num. 11. lib. 1. Sim. de Præc. conf. 90. num. 30. Peregr. de fideic. art. 25. num. 24. in fin. Rota diuers. decis. 485. num. 3. par. 4. in Florentina fideicommissi de Guidacchi 15. Februarij 1628. coram R. P. D. meo Dunozeo, in Spoletana fideicommissi 7. Nouembrii 1629. & 3. Iunii 1630. coram me, & in aliis cumulatis per R. P. D. meum Verospium in decisione in hac causa facta 18. Iunii 1635.

Et licet qualitas masculinitatis apposita in prima substitutione facta ad fauorem filiorum Sigismundi, censetur in sequenti repetita propter dictiones, & seu, etiam si contingeret ipsum decedere cum filiis masculis prædictis, & postea contingeret dictos omnes filios masculos moti sine filiis legitimis, & naturalibus natis ex legitimo matrimonio, & non legitimitatis, vt supra, &c. cum vtraque sit posita in eadem oratione, & regatur ab eisdem verbis, tunc, & his casibus & eorum quolibet suam hæredem vniuersalem instituit, & substituit supradictam honestam iuuentem D. Claram, ipsius testatoris sororem; at tamen in præfenti casu, repetitio admitti non potest, quia ad inducendam repetitionem non est sufficiens vnitas orationis, quando ꝑ oratio diuersas personas comprehendit, & in vnaquaque eorum, possit diuersa ratio versari, & propterea cum versetur in diuersis gradibus substitutionum, nec possent simili, & eodem tempore verificari, & personæ etiam sint diuersæ, nisi concurrat eadem ratio conseruandi agnationem, ꝑ in qua consistit tota vis huius repetitionis, non potest ab vna inferri ad aliam pro inducenda repetitione, vt in specie deducit Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 5. num. 59. vsque ad 62. in quo loco disputat hanc questionem, & concludit, magis veram opinionem esse, qualitatem masculinitatis non ꝑ esse repetitam, etiam positam in eadem oratione, nisi quando conseruandæ agnationis expressa ratio habita fuerit a testatore, vt d. num. 59. vers. sed quamuis, Tib. Decian. d. conf. 1. num. 152. lib. 2. Ruin. conf. 124. num. 19. lib. 2. Vltra quod testator volens in præfenti substitutione filios Sigismundi præferre feminis, requisitum masculinitatem, cum verò videret debere vocari feminas in defectum dictorum masculorum, tunc sine distinctione vocauit filios ultimi masculi, & ꝑ vbi probabilis ratio differentia reddi potest, cur magis in vno casu, quam in alio expressa fuerit qualitas masculinitatis, mentio filiorum in alia parte non est restringenda ad masculos, Ruin. conf. 93. num. 15. lib. 2. Socin. lun. conf. 158. num. 48. & seq. lib. 2. Gabr. conf. 97. num. 6. lib. 1. Mantio. de consell. vltim. volunt. lib. 6. tit. 13. num. 8.

Neque ratio agnationis considerata in filiis Sigismundi potest repeteri in sequenti substitutione ex tacita mente testatoris, cum non sit verisimile, quod voluerit excludere filias ultimi grauati ad fauorem alterius femine, & illius lineæ, ꝑ in quibus non potest conseruari agnatio, & hac eadem ratione non contemplatæ agnationis cessat coniectura, quod testator excludendo filias feminas Sigismundi proter Claram, multò magis propter eandem censetur voluisse excludere neptes, quia tunc tantum ꝑ habet locum,

quando contemplata fuit agnatio, secus autem quando, vt in casu nostro, nulla fuit habita ratio agnationis vt larè deducunt Gabr. dicto conf. 97. num. 2. & seq. lib. 1. Rot. diuers. decis. 726. num. 4. par. 1. & decis. 483. num. 3. par. 4. coram Seraph. decis. 880. num. 2. coram S. mc. Gregorio XV. decis. 514. num. 3. & seq. & in dicta Spoletana fideicommissi 7. Nouembrii 1629. & 3. Iunii 1630. coram me.

10 Non obstat, quod clausula illa, vt supra operetur repetitionem qualitatis masculinitatis, quia, vt bene probatur ex deductis in supradicta decisione R. P. D. meo Verospij, refertur tantum ad qualitatem legitimitatis, quam testator supra amplioribus verbis expresserat, nempe nullo modo legitimitatis, aut in ius legitimationis translatis. Ideo non ꝑ repetit qualitatem masculinitatis, vt ex Bero. Cephal. Surd. & aliis allegatis in dicta decisione, & dum reperit qualitatem legitimitatis, non subsistit, quod hæc clausula remaneat 11 superflua, & potius ꝑ tolerari debet superfluitas, quam vt filia ultimi grauati excludatur à successione propter transuersales, vt notant Doctores in l. fin. §. in computatione, C. de Iur. deliberandi, Com. conf. 275. Ctauet. consil. 127. num. 8.

Cum igitur ex supradictis remaneat fundata intentio femininarum ex regula generali, quæ pro eis assistit, dum de contraria mente testatoris non apparet per coniecturas necessarias, & indubitatas, pro exclusione Claræ ad fauorem Annæ fuit resolutum, vtraque parte informante, &c.

R. P. D. DVNOZET.

Romana Alimentorum.

Veneris 30. Ianuarij 1637.

ARGUMENTVM.

In hac Decisione firmatur, quod patruus Nepotem, & è conuerso Nepos patruum alere tenetur, & demonstratur, quod hoc fancitum non solum est de iure Cæsareo, sed etiam Pontificio, quinimmo iure etiam Diuino. Grauius, & doctissime materia ista hic declaratur à tam celeberrimo, & Clarissimo Auditore, Iuris fonte vberissimo.

SUMMARIVM.

- 1 Alimenta præstandi annis in linea collateralis non excidit primum gradum.
- 2 Patrum Nepotem, & è contra Nepos Patrum alere non tenetur, & hoc ea ratione, quia id nullo iure cauetur, num. 3. contrarium vide num. 44.
- 4 Patrum nepotem, & è conuerso Nepos patruum egenam alere tenetur.
- 5 Hæc opinio est iuri, & equitati consentanea, & est verior, & equior, immò æquissima, vt num. 6. & 7. & ita varia suprema Tribunaalia tenuerunt, vt num. 8. 9. 10. 11. 12. & 13. atque pluribus testimonijs fulcitur, num. 14. 15. in l. si quis à liberis, ff. de liber. agnoscent. verbum illud (parantes) omninò refertur ad patrum, & vide num. 25.
- 16 Verbum (ceterosque) alias personas præter expressas includit.
- 17 Abauus, vel atauus, atque abnepos, vel atnepos, impossibile videtur, quod superuiuant.
- 18 Pronepos proaua viuente nasci, seu concipi non solet.
- 19 Patrum nomen illud parentis opusnicè adaptatur.

- 20 Nepos parricidii dicitur perpetrasset, poenaeque parricidii puniatur si patruum occidat.
- 21 Parentis nomen tripliciter sumitur, primo strictissime, & sub eo veniunt tantum ascendentes, usque ad tertium; secundo stricte, & comprehendit agnatos; Tertio large, & veniunt agnatos, & cognatos.
- 22 Parentis nomen in collateralibus consanguineis verificatur.
- 23 Parentis nomen etiam ad consanguineos, & ceteros coniunctos refertur.
- 24 In alimentis praestandis Iudex perpendere debet vota singularum, in quibus aequitas, & charitas concurrat.
- 26 Ratio legis, quando est generalior dicto, illud semper extendit.
- 27 Ampliatio ex generalitate rationis admittitur etiam in odiosis, & exorbitantibus.
- 28 Alimentorum materia favorabilis est, & ideo in ea est admittenda ampliatio.
- 29 In alimentorum materia potius est admittenda superfluitas, quam quod quis debitus privetur alimentis, etiam quod interpretatio contra ius fuerit.
- 30 Alimentorum legatum relictum alicui, quoad cum aliquo moratur fuerit, debetur etiam moroso eo, cum quo Legatarius morari tenebatur.
- 31 Alimenta à Nepote eius patruo, & è conuerso debentur ex dispositione iuris Canonici.
- 32 Clericorum bona pauperum esse dicuntur.
- 33 Clericis alimenta praestare tenetur sua amita pauperi, non quidem ex eo, quod bona Clericorum sint pauperum, sed ratione propinquitatis, & sanguinis coniunctionis.
- 34 Coniuncti ad vita subsidia inter se praestanda tenentur.
- 35 Proximi sanguinis proprii non sunt despiciendi, si eger cognoscatur.
- 36 Coniunctis melius est, ut quis subueniat, quibus pudor est ab alijs sumptum deponere, aut alicui postulare subsidium necessitatis.
- 37 Nepos patruo alimenta etiam in foro conscientiae praestare tenetur.
- 38 In alimentorum materia etiam in foro civili, & in terra Imperij ius Canonicum seruandum est.
- 39 Ex Familia sua nato, qui non subuenit, idem negat, ac infidelis deterior efficitur.
- 40 Patruus est persona valde coniuncta.
- 41 Patruus in sacris litteris sapissime sub nomine fratris nuncupatur, & num. 43.
- 42 Soror etiam dicitur, quae est filia fratris.
- 43 Lex, si in aliquo casu non prospexisset, tunc ratio naturalis ipsaque rei aequitas vim legis habet, ac pro lege allegari potest.
- 44 In iudicando magis aequa est tenenda sententia, quamuis contraria sit magis communis.
- 45 Rota ex inueterato stylo in opinionum conflictu aequo rem solent amplecti sententiam.
- 46 Nepos, à quo alimenta petuntur, si sit Comes, vel Marchio, tunc emenda patruus in Comitatus, seu Marchionatus opprobrium mendicare cogatur, alimenta sunt omnino concernenda, & num. 61.
- 49 Personae legitimatio iura minus fauent, quam legitimis.
- 50 In successionis materia legitimus naturalis praefertur: in alimentorum materia illegitimus non differt à legitimo.
- 51 Patruo etiam naturalis debentur alimenta, & hoc praecipue quando procedit ex nobili prosapia, num. 52.
- 53 Patruus non tenetur dotare nepotem, sed ista opinio est admodum controuersa.
- 54 Alimentorum materia est magis privilegiata, & urgentior, quam causa dotis.
- 55 Dos, quibus non debeatur, multa sunt personae, & tamen debentur alimenta.
- 56 Filius non tenetur dotare matrem.
- 57 Filius matri tenetur praestare alimenta.
- 58 Dotare tenetur, ergo tenetur alere, hoc argumentum sic affirmatiue sumptum validum est, sed secus si negatiue concipiatur, veluti non tenetur dotare, ergo nec tenetur alere.
- 59 Opinio eorum Doctorum, contra quos fiat verior, e- quior, & receptior sententia non est attendenda.
- 60 Doctores, qui afferunt, quod patruum alimenta nepoti praestare non tenentur, & è conuerso, rejiciuntur.
- 62 Alimenta nepoti, quod non debeantur à patruo, fuit decisum Bononia.
- 63 Siluan. in conf. 33. rejicitur.
- 64 Exemplis non est iudicandum.
- 65 Alendi onus transit ad heredem, & quemcumque possessorem bonorum.
- 66 Ob alimentorum specialem favorem sola triennis praestatio obligat ad eadem alimenta in futurum praestanda.
- 67 Alimenta, quando quis alicui tenetur, & è conuerso rejiciuntur.
- 68 Alimenta, quando sunt praestanda non attenditur, an quis aliquo exercitio possit sibi victum quaerere, & hoc propter fragilitatem humanae potentiae. Sed videndum est, an habeat tot in bonis, ex quibus decenter vivere possit, & num. 68.
- 69 Alere, quando quis aliquem tenetur, Iudex potest illum condemnare ad assignanda bona, ex quorum redditibus alimenta ille percipiat.
- 70 In alimentorum quantitate taxanda, quid sit considerandum.

## DECISIO XXXIV.

Cum alias Dominus Marcus Bonellus egisset coram A. C. contra Dominum Antonium Pium Marchionem Cassani praefunctum eius germanum fratrem pro alimentorum praestazione, obtinuit ea decerni ad mensura scuta duodecim, sed in gradu appellationis sententiam Rotalem reportauit, qua Dominus Marchio fuit condemnatus ad praestandum sibi dicta alimenta ad rationem scutorum viginti mensuorum, quae sententia uti in iudicatum transacta fuit etiam coram me executioni demandata pro alimentis decursis usque ad obitum eiusdem Marchionis.

Cumque Dominus Marcus instaret sibi assignari aliquod corpus pro dictorum alimentorum consecutione, versaque vice Modernus Marchio filius, & haeres dicti q. Marchionis Antonini praedictae assignationi se opponeret, quinimò contenderet se ad praestationem dictorum alimentorum non teneri, dubitauit, an, & ad quam summam esset faciendum dictum assignamentum.

Et quo ad primam inspectionem attinet, Domini praemittebant, dictum Modernum Marchionem teneri praestare alimenta dicto Marco eius patruo; Nam licet iuxta quorundam Doctorum sententiam onus praestandi alimenta in linea collateralis praetendatur non excedere primum gradum, sicque Patruus Nepotem, & è conuerso filius Patruum alere non tenetur, prout tenebant Odofred. in l. 2. num. 2. post med. versic. sed inter collaterales, C. de alend. liber. Cordub. in l. si quis a liberis, §. idem rescripsit, num. 108. & seqq. vbi de Patruo erga filios fratris praefuncti, & num. 125. vers. ex superiori, & num. 126. vbi de filiis fratris erga Patruum, ff. de liber. agnosce. Molin. de Prima-

*Hisp. lib. 2. cap. 15. num. 67. iuncto versic. sed quatuor*, Emanuel à Costa *select. interpr. lib. 2. cap. 25. num. 2. Garz. de expens. & melior. cap. 3. num. 35. versic. sed utrimque* Barbof. in l. 1. quest. 4. nu. 142. *versic. quiniob. ff. sol. matrim. Siluan. caus. 35. num. 12. versic. quidquid tamen sit*. Riminald. in. *conf. 777. num. 15. vers. pradiitis tamen non obstantibus*, vol. 7. Vincent. de Franch. *decis. 178. à num. 2. usque in finem*. Matilian. *decis. 99. num. 2. & 1. Mastil. decis. 85. num. 29. & 30. lo. Bapt. Laitr. decis. Granaten. disp. 47. num. 15. & seq. Qui omnes eo precipuo mouentur fundamento, quod nulla lege cautum reperiatur, quod Patruus Nepotem, & e conuerso Nepos Patrum alere cogatur, eamque sequuta fuisse videtur Rota in Romana domus 20. Nouembri 1630. coram R. P. D. meo Ghislerio, qua est decisio 408. num. 12. vers. quia contrarium, par. 5. recent.*

Contrarium tamen sententiam egregie defensam à Domino Aduocato Eusebio de Eulebus vnam inter à Dominis commendato, vti veriore, & quietiore, ac magis receptam, nimirum, quod Patruus † Nepotem, & e conuerso Nepos Patrum egentem alere teneatur, Domini absque difficultate amplexi fuerunt, quam communiter sequuntur Croc. in l. filiusfamilias, §. Diuis, num. 30. in fin. ff. de legat. 1. Rip. ibid. num. 43. Ferdinand. Loaz ibidem num. 96. Bolognet. in l. 1. nu. 134. in fin. ff. solut. matre. Honded. *consil. 97. num. 15. in fin. vbi etiam veriore testatur, & num. 27. lib. 2. Marcamb. conf. 110. num. 62. Pontan. de alimen. cap. 10. num. 2. in fin. vers. eademque de causa. Colet. eodem tract. de alim. lib. 1. cap. 9. num. 28. & seq. vbi lex efficacibus comprobatur rationibus, & nu. 30. iuri, † & æquitati consentaneam sententiam appellat. Surd. *pariter de alim. tit. 1. quest. 28. num. 1. & 6. propè fin. veriore testatur, & num. seqq. usque ad finem questionis. Roderic. Aluatad. de consuet. ment. defuncti. lib. 1. cap. 2. §. 1. sub num. 73. vers. moueor etiam, idemque sentit lib. 3. cap. 1. num. 2. vbi etiam in foro animæ ipsum teneri comprobatur Fachin. *controu. iur. lib. 12. cap. 61. à versic. contrariam sententiam*, vbi etiam hæc † æquissimam appellat sententiam, ad objectaque contrariæ opinionis responder lo. Bapt. Costa *de remed. subsid. remed. 66. num. 4. in fin. à versic. qui vero loquitur. Attili. super 3. lib. feud. rubr. 28. de natura success. feud. sub n. 40. circa med. sub versic. item si iure francorum, & sub vers. nec obstat, quod dictum est supra. Odd. de fideicom. & prohibis. alienat. quest. 39. num. 15. Castil. *quest. controuers. lib. 4. part. 4. de consuet. ult. vol. c. 61. num. 52. & 53. usque ad versic. quod quartum vero; vbi latissime comprobatur, & ad objecta Partis aduersæ respondet, ac veriore, † & æquiore affirmat Mart. de iurisd. 4. par. casu 23. num. 22. & seqq. Ioseph Ludouic. *decisio. Lucens. 62. nu. 16. par. 5. Martin. Monter. à Cueva decis. Aragon. 16. à num. 6. versic. secundo pro hac sententia, & plurib. nu. seqq. & serè per tot. decisio. Giurb. *decisio. 5. nu. 14. & seqq. vbi pluribus rationibus & auctoritatibus confirmat, ac veriore testatur, idemque sentiunt Aloyf. Rice. in Addit. ad Vinc. de Franch. d. decis. 178. ante versic. ex supradictis igitur, in verb. & nota quod non tantum, in fine additionis Angel. in autb. res que, sub n. 2. versic. & ideo non marum, C. comm. de legat.******

Et pro hac sententia pluries iudicatum fuisse in variis Tribunalibus, vt in supremo Castellæ conuentu testatur Monter. à Cueva. *d. decisio. 16. nu. 11. in fine, & num. 12. Giurb. d. decisio. 5. nu. 14. Molin. de Primog. Hispan. d. lib. 2. cap. 15. num. 71.*

In alio supremo Castellæ Senatu iudicatum affirmat Castill. *de consuet. ult. volunt. d. cap. 63. sub num. 53.*

In Regia Aragonen. Audiencia testantur Monter. à Cueva. *d. decisio. 16. num. 11. & 12. & Castil. de consuet. d.*

*cap. 61. num. 53. à versic. que Senatus illius.*

11 In supremo Concistorio Regni Sicilia omnium voto decisum testatur Giurb. *dict. decis. 5. num. 14. & in fine decis.*

12 In Sacro Consilio Neapolitano decisum ex rescripto Cesareæ Maiestatis affirmat Mart. *de iurisd. 4. par. casu 23. num. 22. & seqq.*

13 Et hæc sententiam fuit amplexum hoc factum Tribunal, & signanter in Romana alimensorum 13. Iulij 1613. coram bo. me. Patriarcha Manzanedo, & vobisssimè in Romana datis 14. Marty 1635. coram R. P. D. meo Merlino.

14 Quæ sententia pluribus quoque fulcitur textibus, tam iuris ciuilibus, quam Canonici, iuris liquidem ciuilibus in l. si quis à liberis, sub vers. utrum autem, ff. de liber. agnos. ibi *caeterosque virilis sexus parentes alere cogatur*, quod verbum *parentes*, ad patrum † omnino refectum visum fuit, quandoquidem Domini aduertebant, Imperatorem de parte, uo, vel proauo ibi non intellexisse, ex quo illos nominatim expresserat; vltra quod verbum illud, cæterosque, † alias personas præter expressas includit, ad abauum vero, & atauum refectum minime posse, quia impossibilis videtur casus, quod abauus, † vel atauus, atque abnepos, vel atnepos eodem tempore superuiuant, vt in minus fortioribus terminis, quod nec quidem pronepos proauo viuente † nasci, seu concipi soleat, bene considerat Socin. *Sen. consil. 10. sub num. 10. & 11. vol. 3.*

Vnde pernecessè ad patrum referri debet, præsertim dum patruo † illud nomen parentis optimè adpreetur, vt est textus claus in l. sororis proneptem, qua est 39. ff. de rit. nuptiar. & de amita est textus in §. item alimentum, l. insti. de nupt.

15 Hinc videmus, quod nepos patricidium dicitur perpetrasse, pœnaque patricidij punitur si patrum occidit, l. 1. ff. ad l. Pompe. de patricid. Menoch. *conf. 810. n. 1. & faciunt tradita per Alex. Tsentacioq. conf. 72. vol. 2. vbi tripliciter nomen parenti intelligi ait, † primò sub eo strictissime venire solos ascendentes vique ad tritauum, secundo strictè comprehendit agnatos, tertio largè venire agnatos, & cognatos, & nomen parentis quandoque, etiam † in collateralibus consanguineis verificari; Et quod nomen parentis etiam † ad consanguineos, & cæteros conjunctos referatur tradunt Aym. *consil. 80. nu. 12. Inf. in l. 2. §. prætor aut, nu. 1. ff. de in iur. voc. Angel. in §. æconomus, versus finem, versic. ultimo nota. Aub. de alien. & emphy. Rota decisio. 492. num. 1. versus finem, part. 3. recent.**

Qui intellectus fortius comprobatur ex aliis sequentibus verbis eiusdem text. in d. l. si quis à liberis, ibi; *Et cum ex æquitate hæc res descendat, charitateque sanguinis singulorum desideria perpenderè Iudicem oportet; vnde cum iudex in præstandis † alimentis perpendere debeat desiderium singulorum, in quibus æquitas, & charitas sanguinis concurrat, vtrique patruo tam conjuncto, erunt alimenta per eum decernenda, & propterea quando etiam patruus præcedenti verbo, † parentum, non esset comprehensus, nihilominus sub hæc ratione æquitatis, & charitatis sanguinis ab Imperatore allata comprehendere deberet, nam quando ratio legis est generalior † dicto, illud semper extendit, & ampliat Surd. *conf. 67. num. 21. & consil. 96. num. 20. Tiraq. in tract. cessan. caus. part. 1. num. 154. & seqq. Rota in Vuerbien. Castrorum 21. Iulij 1628. coram Reuerendiss. D. meo Decano. Cumque ampliatio propter generalitatem † rationis admittatur etiam in odiosis, & exorbitantibus. Surd. d. conf. 67. sub eodem num. 21. Tiraquell. ibidem num. 158. facilius in hac ma-**

28 tertia alimentorum, † quae favorabilis est admitti debet. Decian. *conf.* 48. *nu.* 22. *lib.* 5. *Peregrin. de fideicom.* art. 42. *sub num.* 87. Cum in ea potius sit admittenda  
29 superfluitas, † quam quod quis debitis priuatur alimentis, etiam quod interpretatio contra ius fieret, vt per optimum textum in *l. 1. C. de legat.* tradit Gratian. *discept.* 104. *num.* 65. Rota *decis.* 203. *num.* 5. *part.* 2. *diuers.* & facit textus in *l. Caio. Seio. §. Imperator, ff. de alim. & cib. legat.* Vbi legatum alimentorum † relictum alicui quo ad eum aliquo moratus fuerit, Imperator fuit interpretatus, debet etiam mortuo eo, cum quo legatarius morari tenebat.

Ex dispositione etiam iuris Canonici haec alimenta  
31 † nepoti eius Patruo, & e conuerso debent, probata primo text. in *cap. 1. verb. amitam, de cohabit. cleric. ibi,* eis, quae sunt necessaria subministrant, qui textus licet  
32 loquatur † de clerico, cuius bona pauperum esse dicuntur, nihilominus illum teneri praestare alimenta  
33 suae amitae, non † quidem ex eo quod bona clericorum sint bona pauperum, sed ratione propinquitatis, & sanguinis coniunctionis, iura in eodem cap. & gloss. allegata satis demonstrant, vt aduertit Coler. *de alim. d. lib. 1. cap. 9. num. 28. sub vers. secundo probatur,* vbi refellit Cordub. de Lara, qui in *d. l. si quis a liberis, §. idem rescripsit, num. 97. d. text. in cap. 1. eludere conatur.*

Secundo probat textus in *cap. cum quidam, §. final. de iur. iurand.* vbi Bald. *num.* 3. Felin. *num.* 9. *in fin.* aiunt  
34 coniunctos † ad vitae subsidia inter se praestanda teneri, vt per hanc etiam text. alimenta patruo debere firmat Surd. *de alim. d. tit. 1. quast. 28. num. 3.* Monter. à Cuen. *d. decis.* 16. *num.* 10. & seq. Giurb. *d. decis.* 5. *num.* 17. *vers. in e autem Canonice,* & dixit Rota in *d. Romana alimentorum, vers. quibus non obstat, coram Patriarcho Manzanedo.*

Tertio, & clarius id probat text. in *cap. est probanda*  
35 *distin.* 86. ibi, proximos † seminis tui non despicias,  
36 tui egere cognoscas, melius est enim, vt ipse subuenias  
37 tuis, quibus † pudor est ab aliis sumptum deposcere aut alicui postulare subsidium necessitati, sper quem alimenta praestare debere, docet Roderic. Aluata *d. textum etiam in foro conscientiae nepotem patruo coniecl. ment. defunct. d. lib. 3. cap. 1. num. 2.*

Quod ius Canonicum in hac materia alimentorum  
38 † seruandum esse etiam in foro civili, & tertis Imperij firmant in specie, Giurb. *d. decis.* 3. *num.* 17. & 24. Monter. à Cuen. *d. decis.* 16. *sub num.* 14. & in *d. Romana alimentorum coram Patriarcha Manzanedo, & in dist. Romana datus coram R. P. D. meo Merlino.*

His accedat auctoritas sacrarum litterarum, quae iubent, vt cuiuslibet egeno subueniamus, vt in *proverb. 5. vers. 16. & Luca 6. vers. 38.* nec non auctoritas Apostoli  
39 *1. ad Timoth. 5.* dum ait, eum, † qui ex sua familia nato non subuenit, fidem negare, ac nisi deli. deteriorem effici, prout per dictas auctoritates hanc sententiam comprobatur idem Coler. *d. cap. 9. num. 28. vers. quinto adduci potest.*

Potissime cum versetur in persona aded coniun-  
40 † & a, qualis † est patruus, qui in ipsis sacris litteris saepissime sub nomine fratris nuncupatur, vt signanter videmus in *Genes. cap. 13. num. 8.* vbi cum Abraham loqueretur cum Loth, qui erat filius sui praefuncti fratris, vt patet ex *cap. 11. sub vers. Tulisque Sarai uxorem*  
41 *suam,* ait, ne quae sit iurgium inter me, & te, † & inter Pastores meos, & Pastores tuos, fratres enim sumus. Et in eadem *Genes. cap. 29. num. 15.* Vbi cum Laban patruus loqueretur cum Iacob nepote, inquit, num quia frater meus es, gratis mihi seruias? Idem. que probatur ex *cap. quaritur, 12. quast. 2.* ibi, foroz

42 enim dicitur quia filia fratris erat: † Vnde si iura sunt clara, quod fratrem pauperem quis alere teneatur, & ad fauorem D. Marci firmavit Rota *decis.* 92. *par. 5.*  
43 *diuers.* Cur non idem dicendum de patruo, † qui etiam in sacris litteris tanquam frater recognoscitur, & nuncupatur?

Et hinc conuenit praecipuum contrariae opinionis fundamentum ex eo desumptum, quod nulla lege  
44 † cautum sit à Patruo Nepoti, & e conuerso haec alimenta debent, cum id, ne dum iure Caesareo, sed etiam Pontificio, quinimo iure etiam Diuino appareat esse sancitum.

Praeterea & quando ius scriptum in huiusmodi ca-  
45 su in specie non prospexisset, ipsa ratio † naturalis, ipsaque rei aequitas vim legis haberet, ac pro lege allegari posset vt in poncto aduertunt Fachin. *controuers. iur. d. lib. 12. cap. 61. vers. sine finem, vers. ideo non obstat.* Castill. *de coniecl. vlt. vol. cap. 61. sub num. 53. sub vers. & non obstat, quod lex. & sub vers. cuses etiam rationem.* Surd. *de aliment. d. tit. 1. quast. 28. nu. 7. & seqq.* Monter. à Cuen. *d. decis.* 16. *num. 9. & sub nu. 12. & seqq.* Giurb. *d. decis.* 5. *num. 16. & num. 23. & aliis omis. Rota in d. Romana datus coram Domino meo Merlino.*

Quapropter ab hac sententia non minus iuribus fulcita, quam rationibus à praedictis Doctoribus, & signanter à Colerio relatis, quamve Doctores communiter, inter alios Pontanus, Colerius, & Surdus, qui ex professo hanc materiam alimentorum tractarunt, vt veriores, & aequiores sequuntur, & iuxta quam tot suprema Tribunalia iudicarunt, visum fuit  
46 non esse recedendum, maxime † cum in iudicando magis aequa sit tenenda sententia, quamuis contraria esset magis communis, Honded. *conf.* 39. *num.* 67. *lib. 1.* Post. *Imol. conf.* 42. *num.* 3. Cephal. *conf.* 93. *num.* 6. *lib. 1.* & *conf.* 766. *num.* 17. *lib. 2.* Lancell. *conf.* 122. *nu.* 10.

Tanto magis in hoc Sacto Rotae Auditorio, quod  
47 ex inueterato stylo in opinionum conflictu † aequiorem solet amplecti sententiam, vt dixit Rota in *Arimin. legitima de Scarponibus 5. May 1627. coram Reuerendissimo Vegellen.*

Additur ex abundantia; multo magis praefata opinio recipiendam, quando vt in huiusmodi casu Nepos, à quo alimenta petuntur, est Comes, vel Marchio, tunc enim † ne patruus in Comitatu, seu Marchionatus opprobrium mendicare cogatur, alimenta esse omnino decernenda admittunt, etiam contrariae opinionis sequaces, vt in specie declarat Castill. *de coniecl. vltim. vol. d. cap. 61. sub num. 53. vers. sciatim tamen.* vbi idem sentisse testatur Cordub. de Lara. *in d. l. si quis a liberis, §. si mater, nu. 53. de liber. agnosc.* & idem ex contrariae partis sequacibus sentiunt Late. *d. decis. Granaten.* 47. *sub num.* 23. *post med. vers. nec habeat adsumptam dignitatem,* & 50. *in fine,* & Mastri. *d. decis.* 85. *num.* 35. & *seqq. lib. 1.* vbi etiam quod Concistorium determinauit patruo naturali annua scuta trecenta, & vltorius, quod resolutio ab vtraque parte fuit approbata.

Et sic non obstat, quod versetur in patruo naturali legitimo, cui † iura minus fauere solent, quam legitimo, quoniam omisso, quod iura, & Doctores supra allegati indistincte loquuntur, fuit responsum,  
50 id procedere in materia successionis, in qua † legitimus naturali praefertur, secus autem in materia alimentorum, in qua naturalis à legitimo non differt. Lup. *de illegit. & natur. restit. liber. comen.* §. 1. *num.* 8. & *sub num.* 28. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* §. gloss. 8. *par. 1. num.* 77. Surd. *de alim. tit. 1. quast. 2. num.* 51. *ad finem,* & *tit. 7. quast. 9. num.* 3. Paleott. *de noth. & spuv. cap.*



38. *in fine*, Gratian. *disceptat.* 567. num. 26. tom. 3. & in  
 51 specie, quod etiam patruus naturaliter debeantur ali-  
 menta, firmat Mastrell. *d. decis.* 85. num. 35. & *seq. lib. 1.*  
 & fuit resolutum in *d. Romana alimentorum*, 15. Junij  
 1613. *coram Patriarcha Manzanedo*. Præcipue quan-  
 52 do prout hic patruus ex nobili prosapia descendit,  
 ut ponderat idem Mastrell. *d. decis.* 85. num. 35. & *seq.*  
 ubi *sup. num. 79.* ait idem procedere ex maxima æqui-  
 tate.

Minus obstant Doctores in contrarium allegati,  
 nempe Alex. in *l. 1. num. 10. versic. quid de patruo*, Rip.  
 ibidem post Angel. & Imol. num. 86. *ff. solut. matrim.*  
 Afflict. in *Constit. Regni, lib. 3. de success. nobil. rubr. 24.*  
 num. 39. Bald. Nouell. *de dot. 6. part. princ. 16. special. nu.*  
 5. *vers. quid autem in patruo*, Campeg. *de dot. par. 1. quest.*  
 29. *Patil. conf. 16. num. 79. lib. 2.* Quia prædicti non lo-  
 quuntur in casu alimentorum, sed in casu dotis, ex  
 53 quo asserunt, quod patruus non tenetur dotare ne-  
 prem, quæ conclusio ultra quod est admodum con-  
 trouersia, cum non desint contrarium sentientes, ut si-  
 gnanter Bolognæ in *d. l. 1. num. 134. in fine. ff. solut. ma-*  
*trim.* & alij, ac tanquam talis à Rota non admittitur in *d.*  
*Romana dotis coram D. meo Merlino, & in alia Romana*  
*dotis 16. Junij 1635. coram Domino meo Prouano.*

Ex ea malè inferitur ad casum alimentorum, quo-  
 rum præ causa magis privilegiata est, & vigentior,  
 54 quam causa dotis, Peregrin. *de fideicommiss. art. 42. nu.*  
 87. *Dec. in l. si certis annis, num. 8. C. de part. Nat. consil.*  
 410. num. 15. Gratian. *discept.* 832. num. 31. Giurb. *d. de-*  
*cis. 5. sub num. 40. vers. sed diuersa*, Monter. à Cucu. *d.*  
*decis. 16. num. 16.*

Et argumentum de alimentis ad dotem, quo dicti  
 Doctores contrariæ opinionis sequaces vtuntur, mul-  
 tis confunditur exemplis, nec semper concludit, cum  
 55 præ multæ sint personæ, quibus non debetur dos, & ta-  
 men debentur alimenta; filius enim non tenetur præ do-  
 tare matrem, *l. 1. §. prætere. ff. de tutel. & ration. distrab.*  
*l. tutor secundum, §. fin. de administr. tutor. lal. in Auth.*  
*res qua, num. 9. C. commun. de legat. Sord. de aliment. tit.*  
*1. quest. 28. num. 9. in fin. & nu. 10.* Monter. à Cucu. *d. de-*  
 57 *decis. 16. sub num. 20.* Eam tamen præ tenetur alere, *d. l. si*  
*quis à liberis, ff. de liber. agnosce. l. tutor. §. fin. ff. de admi-*  
*nistr. & periculi. tutor.* cum aliis similibus casibus, qui  
 per dictum D. Advocatum asserantur.

Propterea licet valeat argumentum affirmatiuè  
 58 sumptum, tenetur dotare, præ ergo tenetur etiam alere,  
 non tamen valet negatiuè sumptum, videlicet non te-  
 netur dotare, ergo nec alere, ut in terminis affirmant  
 Fachin. *controuers. iur. lib. 12. cap. 61. in fin. Sord. de alim.*  
*tit. 1. quest. 28. sub num. 9. à vers. secundo respondeo. Io.*  
 Bapt. Costa, *de remed. subsid. remed. 66. num. 5.* Monter. à  
 Cucu. *d. decis. 16. num. 11. & 20.* Giurb. *decis. 5. num. 42.*

Et sic minus releuant ceteri prædicti Doctores;  
 59 Tum quia contra ipsos stat verior, magis æqua, præ &  
 magis recepta sententia, ut ex prædictis apparet; Tum  
 quia mouentur ea non subsistenti ratione, quod non  
 reperiatur iure cautum patruus alimenta à Nepote, &  
 è conuerso deberi, cuius contrarium liquet ex dedu-  
 ctis, vel mouentur auctoritate prædictorum, qui in  
 terminis dotis loquebantur, non autem alimentor-  
 um, quæ vrgentiora sunt, & magis privilegiata; Tum  
 60 demum cum illi communiter rejiciantur, nam præ Odo-  
 fredus ultra quod perfunctoriè loquitur, & solum tan-  
 git jus alendi, etiam inter Collaterales primi gradus  
 procedere, nec ali id asserit, communiter rejicitur à  
 Colerio, Surdo, Fachinco, Giurba, Monterio supracita-  
 tis. Emanuel à Costa confutatur à Colerio *de alim.*  
*lib. 1. cap. 9. num. 27. & à Giurba decis. 5. num. 21.* Molina

*de primogen. rejicitur à Roderico Aluarado de conie-*  
*ctur. ment. de sancti. lib. 2. cap. 2. §. 1. sub num. 73.* à Costillo  
*de coniect. vit. volunt. cap. 61. sub num. 33. præsertim vers.*  
*& ita tenendo, & à Giurba, & ab aliis pluribus. Præter-*  
 ea idem Molina in loco superius citato sub *vers. his ta-*  
*men non obstantibus quo ad alimenta ad fauorem patruus*  
*in supremo Castella conuentu dictum fatetur.* Garzia re-  
 jicitur à Colerio *de alim. d. cap. 9. nu. 27.* & à Giurba *de-*  
*cis. 5.* Vincentius de Franchis confutatur à pluribus,  
 & signanter à Monterio *d. decis. 16. num. 8. & à Giurba*  
*præcis. decis. 5.* & à Castillo *d. cap. 61. sub eodem num. 33.*  
 Corduba de Lara reprobatum à Giurba *d. decis. 5. num.*  
 23. à Surdo *de aliment. tit. 1. quest. 28. sub num. 12. à Cole-*  
 61 *rio Castillo, & aliis in locis supracitatis.* Ultra quod Coc-  
 duba contra ipsum Dominum Marchionem retor-  
 quetur, nam iste, ut adducit Castellus loco supracitato  
 à sua sententia recedit quando, ut in hoc casu Nepos,  
 62 qui alere tenetur, præ est vel Comes, vel Marchio, ne in  
 opprobrium talis dignitatis patruus mendicare cog-  
 gatur.

Denique minus obstat, quod alimenta Nepoti non  
 deberi, decisum Bononiæ dicat Siluan. *conf. 33.* quem  
 refert Rota *d. decis. 408. nu. 17. part. 5. diuers.* Nam Sil-  
 uanus *d. conf. 33. vsque ad num. 12.* ex pluribus efficaci-  
 bus rationibus comprobat hæc alimenta deberi, & li-  
 cèt *d. num. 12. sub vers. quidquid tamen sit,* asserat con-  
 trarium decisum Bononiæ, hoc non teleuat. Tum quia  
 pro fundamento talis decisionis Siluanus duas dedu-  
 63 cit rationes, præ videlicet, quod non reperiatur iure  
 cautum, illa deberi, & quod valeat argumentum de  
 dote ad alimenta, quarum vtraque corruit ex pluri-  
 bus superius deductis; Tum etiam, quia si esset judi-  
 64 candum exemplis, præ licèt Bononiæ fuerit semel deci-  
 sum, alimenta Nepoti à Patruo non deberi, contra-  
 rium postea pluries fuit decisum in Regno Aragoniæ,  
 Siciliæ, & aliis supremis Tribunalibus supra relatis, &  
 etiam in hoc Sacro Rotæ Auditotio, ut in præfatis deci-  
 sionibus, ex quibus patet etiam responso *ad dictam*  
*decisionem 408. part. 5. diuers.*

Quæ sententia, quod D. Marchio teneatur alere di-  
 65 ctum D. Marcum suum patruum, multò magis reci-  
 pienda videtur in huiusmodi casu, cum ille sit etiam  
 hæres tam Marchionis Hieronymi, quam Cardinalis  
 Alexandrini, quam etiam Marchionis Antonini, qui  
 tanquam Pater patruus, & frater respectiue D. Mar-  
 cum alere tenebantur, & semper aluerant, dum vive-  
 bant, vnde illis defunctis modernus Marchio ad ali-  
 66 menta eidem præstanda tenetur, cum præ onus alendi  
 transeat ad hæredem, & quemcumque possessorem  
 bonorum, *l. 1. §. alimenta, & l. libertu. quot testamen-*  
*to, §. manumissis ff. de alimen. & ciu. legat. Alex. consil.*  
*18. num. 17. versic. sic videndum in alimentis, lib. 5. Negu-*  
*lan. respons. 490. num. 7. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 9. num.*  
*1105. vers. declarauimus, Rota in Bononiens. alimentorum*  
*18. Martij 1594. coram bo. mem. Penta & in Romana al-*  
*imentorum 13. Junij 1608. coram Cardinali Pamphilio.*

Maximè cum D. Marcus apud dictum clar. mem.  
 Cardinalem Alexandrinum fuerit nobiliter educatus,  
 67 ut in *decis. 92. num. 15. part. 5. diuers.* Et ob specialem præ  
 66 alimentorum fauorem sola triennalis præfatio obli-  
 get ad eadem alimenta in futurum præstanda, Bart. in  
*ir all. de alimen. num. 3. Albertic. in l. non dubium, num. 1.*  
*C. de testam. Alexan. in l. si certis annis, num. 5. C. de part.*  
 Guidop. *quest. 576. num. 5. Gratian. discept. 208. num. 13.*  
 tom. 2. *Matthæil. singul. 122. in fine.*

Eoque magis cum nec sit curandum, vnde bona  
 67 proueniant, præ quando ea, ut in huiusmodi casu ratio-  
 ne sanguinis debentur. *Matthæ. var. resolut. lib. 2. cap.*

83. num. 4. *versic. dicit quod cum frater*, Gratian. *discept. forens.* 563. num. 22. *versus finem, versic. ubi etiam non est querendum*, tom. 3. Molin. *de primog. Hispan. lib. 2. cap. 15. sub num. 59.* Rota *decis.* 58. num. 4. & 5. *part. 1. in recent. & ad fauorem D. Marci dixit Rota d. decis.* 92. num. 11. *part. 5. diuers.*

68 Quibus stantibus non obstat alterum objectum, quod D. Marcus possit, vel militare, vel alio simili exercitio sibi victum quaerere; Quoniam in hoc casu non attenditur talis industria propter fragilitatem humanae potentiae, sed an quis habeat tot in bonis, ex quibus decenter vivere possit, ut alias firmavit Rota ad fauorem eiusdem Marci *coram Reuerendiss. Vrgellen.* & tradunt Aldobrand. *conf.* 28. num. 26. & *seq. lib. 1. Caball. consil. civil.* 154. num. 28. & *seq. Aym. conf.* 199. num. 5. & *seq.* & Io. Bapt. Lup. *in tract. de illegitim. & natur. restit. liber. comment. 2. §. 1. num. 35.* Vbi etiam decisum testatur Mantuz rejecto consilio Curt. lun. contrarium sententis, Matiscot. *var. resolut. lib. 2. cap. 83. num. 40.* & dixit alia Rota *in Romana alimentorum* 17. Junij 1608. *coram Card. Pamphilio, in Viterbien. alimentorum* 22. Junij 1615. *coram Card. Vercosio, & decis.* 628. num. 3. *par. 4. recent.*

69 Firmato igitur, D. Marchionem teneri praestare alimenta dicto Marco eius patruo, Domini resolverunt pro eisdem alimentis esse faciendum assignamentum super Palatio magno, quod possidetur a Domino Marchione hic in Urbe in platea SS. Apostolorum, ad hoc, ut dictus Marcus ex illius pensionibus quantitatem alimentorum sibi designatam liberè, ac pacificè percipere valeat; Nam ubi quis tenetur aliquem alere, Iudex potest illum condemnare ad assignandum bona, ex quorum redditibus alter alimenta percipiat, prout in hisce casibus fieri conuictum testantur Bald. *in l. 1. sub num. 4. versicul. sed pone pater. C. si in fraud. patron.* Alex. *in l. Imperator, num. 13. ff. ad Trebell. l. al. in l. si constante, num. 199. ff. solut. matrim.* Cagnol. *in l. fin. num. 290. C. de post. Paul. de Castr. in d. l. 2. num. 6. C. si in fraud. patron.* Zali. *in l. ai pater, §. sed & si quis, num. 2. versus fin. ff. de usur. Perregiu. de fideicom. ar. 16. num. 16. Matiscot. var. resolut. lib. 2. cap. 83. num. 41. Sord. de alim. ut. d. privileg. 88. num. 3. Molin. de primogen. d. lib. 2. cap. 15. num. 72. & dixit Rota *in Romana alimentorum* 11. Februarij 1605. *coram bo. mem. Penia.**

70 Quo verò ad secundam inspectionem attinet, quae respicit quantitatem alimentorum, Domini conuenerunt dictum assignamentum esse faciendum ad rationem scutorum duodecim pro quolibet mense; hoc modo, videlicet, quod scuta quatuor praestentur super bonis hereditatis Marchionis Antonini fratris dicti Marci, & scuta octo super bonis primogeniturae institutae à bo. mem. Card. Alexandrino patruo eiusdem Marci, quamuis enim dicta alimenta fuerint alias eidem D. Marco taxata ad rationem scutorum viginti menstruorum. Nihilominus quia ex dicto Marchione praedefuncto, cuius hereditas praetenditur non leuiter diminuta, extant hodie quinque filij legitimi, nempe tres masculi, inter quos adest dictus modernus Marchio, ac dux feminae, status verò bonorum moderni Marchionis, qui possidet omnia bona, tam hereditaria Marchionis Antonini, & Marchionis Hieronymi, quam primogeniturae dictae clar. mem. Card. Alexandrini adhuc hodie non liquet; Ideò Domini pro nunc arbitrati sunt dictum assignamentum esse faciendum iuxta modum superius expressum ad praedictam rationem scutorum duodecim menstruorum. Et ita resolutum vtraque, &c.

R. P. D. DVNOZET.

Rauennaten. Emphyteusis.

Veneris 6. Martij 1637.

## ARGVMENTVM.

Emphyteusi Ecclesiastica finita, si Ecclesia eam pro se retinere nolit, tunc in noua inuestitura proximiores defuncti sunt praeferendi extraneis, & quando constet, Ecclesiam nolle pro se eam retinere. Et alia plura circa concessionem Emphyteusis cum conditione, ut possit reuocari ad beneplacitum, & libitum concedentis.

## SVMMARIVM.

- 1 Emphyteusi Ecclesiastica finita, si Pralatus inuestiat extraneum, oritur declaratio sufficiens, ipsum noluisse retinere pro Ecclesia.
- 2 Proprietarius finita emphyteusi debet consanguineos, & heredes ultimi possessoris in inuestitura praeferre agnatis.
- 3 Pacta irrelevantia non sunt attendenda.
- 4 Pactum in inuestitura appositum, quod ea possit resolui ad libitum concedentis, non potest poni in voluntate resolutiva vnius, & num. 28. *declar. a num. 29.*
- 5 Contractus essentia, sicut non potest poni in alterius voluntate contrahentes, ita nec essentia distractus, vel resolutionis propter identitatem rationis.
- 6 Ecclesia, si statim finita emphyteusi declarat nolle pro se retinere inuestiendo extraneum, statim acquiritur ius pralationis proximioribus, & num. 26.
- 7 Itaut dicatur eis debita inuestitura cum eisdem pactis contentis in antiqua inuestitura, & iuxta illius formam, & num. 31. & 32.
- 8 Pactum in contractu appositum in prauidicium tertij non subsistit.
- 9 Proprietarius, quod voluerit emphyteutam perpetuo inuestire de bonis ei datus in emphyteusim, ex quibus appareat, & num. 11. & num. 37. & 39.
- 10 In contractu pactum in prauidicio tertij appositum, pro non appposito habetur.
- 12 Pacta insolita appositum in contractibus arguunt fraudem.
- 12 Pactum in contractu Emphyteusis appositum, quod possit reuocari ad libitum concedentis, debet intelligi, si iuxta, & legitima causa supervenerit.
- 14 Sumptum desumpto regulariter non probat.
- 15 Ecclesia, finita Emphyteusi, potest illam pro se retinere, vel illam precario, vel alio pacto reuersivo alicui concedere ad beneplacitum, & sic quandocumque illam ita concessam pro se reuocare potest.
- 16 Conuentio, qua voluntatem concedentis respicit, ex ipsa sola potest reuocari.
- 17 Ecclesia, si velit pro se retinere emphyteusim finitam, non tenetur proximiores inuestire, & num. 20.
- 18 Emphyteusis concessio facta cum eisdem pactis apposis in antiqua inuestitura, non dicitur noua concessio, sed reuocatio prioris inuestiturae.
- 19 Emphyteusis reuocatio, si prouenerit ex mera liberalitate concedentis, pro nouo titulo habetur, licet sit facta cum eisdem pactis.
- 21 Emphyteusis contractus à conuentione partium recipit formam, cum à iure nulla eis praescripta forma sit,

fit, ita ut quacumque pacta etiam insolita possunt apponi in eis.

- 22 Feudum, & Emphyteusis possunt concedi ad tempus concedenti bene viso. Et hoc pactum non aduersatur regulis iuris, num. 23.
- 24 Feuda antiquitus concedebantur cum pacto, ut essent ad beneplacitum reuocabilia.
- 25 Feuda hodie vassallis auferri possunt ad beneplacitum Dominorum, nisi adsit tale pactum.
- 27 Ecclesia tunc finita Emphyteusi inuestiendo extraneum, dicitur declarare nolle pro se retinere, quando sumus in concessione pura, & simplici, sed secus in precario concessa.
- 29 Contractus emphyteutici nullam habent à iure prescriptam formam.
- 30 Ex consensu desitile utile per inutile vitatur.
- 32 Emphyteusi finita, si Ecclesia extraneum inuestiat, si agnati illius, ob cuius mortem fuit finita emphyteusis, pretendant, se esse inuestiendos, tunc iuxta pacta illius extraneus inuestiti, non autem iuxta tenorem antiqua inuestitura est eis concedenda Emphyteusis.
- 33 Ecclesia conditio est deterior efficienda.
- 34 Prælati conditionem Ecclesia meliorem facere debet.
- 35 Concessio aliqua si sit reuocata, dicuntur reuocati quoque omnes effectus ab ea prouenientis, perinde ac si facta non fuisset.
- 36 Ecclesia, Emphyteusi finita, potest à principia totaliter proximioribus præiudicare retinendo eam pro se.
- 38 In Scriptura eadem non datur prius, vel posterius.
- 40 Actus subsæcutus, qualitatem voluntatis primordialis demonstrat.
- 41 Voluntas declarata in concursu est potius attendenda, quam præsumpta ad excludendam simulationem.
- 42 Simulationis suspicio, ut excludatur ex pacto insolito, satis est, ut sit permissum à iure.
- 43 Prælati Imperatur, ut utilitatem Ecclesia perquirantur.
- 44 Prælati celebrans contractum pro Ecclesia, tunc ex pactis insolitis in illo appositis cessat omnis suspicio simulationis, si ea utilitatem Ecclesia respiciunt, & conueniant iuris dispositioni.
- 45 Prælati præsumendum est utilitati Ecclesia voluisse prospicere.
- 46 Concessio, quando fuit facta precario, potest reuocari absque causa, amplia num. 47.
- 48 Menochio cons. 804. num. 47. & alij declarantur.
- 49 Feudorum concessiones ex conuentionibus partium declarantur, seu accipiunt.
- 50 Feudum concessum ad beneplacitum potest sine causa reuocari, amplia num. 53.
- 51 Contractus ex conuentione legem accipiunt.
- 52 Beneficia, & officia concessa à Principe, sine iusta causa non possunt reuocari.
- 54 Feudi concessio facta pro libito voluntatis, ut reuocatur, sufficit simplex animi motus.
- 55 Clausula pro libito voluntatis, latius patet, quam clausula ad beneplacitum.  
Clausula pro libito voluntatis importat liberum, & absolutum arbitrium nulla iuris regula limitatum, nu. 55.
- 56 In contractibus, nec etiam syllaba debet esse frustratoria.
- 57 Emphyteusis, tunc multo magis potest reuocari, si sit concessa pro libito voluntatis, quando adest iusta causa.
- 58 Instrumenti sumptum, quando fuit extractum ab Archiueo, & ab illius Præfeto, dicitur in forma probantis.

DECISIO XXXV.

Cum per obitum Comitis Francisci Mariz Manzoli absque filiis masculis deuolutum esset Cas Decis. Sac. R. R. De Fratribus,

strum Tuderani cum illius Territorio, & Villis annexis eidem Comiti in Emphyteusim ad tertiam generationem Masculinam à Mensa Archiepiscopali Rauennaten. concessum, Eminentissimus Cardinalis Capponius eiusdem Ecclesie Archiepiscopus infra annum de dicto Castro, & Territorio Marchionem Philippum Capponum eius fratrem inuestiuit, in corpore cuius inuestituræ declarauit, ac pacto expresso conuenit sub his verbis. Volens experimento cognoscere utrum melius regnantur, Populi per huiusmodi infeudationem, an melius à se, per suos Ministros immediate gubernentur, pacto expresso conuenit, & declarauit, quod præsens concessio, aut infeudatio sit, atque intelligatur reuocabilis ad beneplacitum sue dominationis Eminentissimæ; itaut si pro bono ipsius Archiepiscopatus, vel Vassallorum sibi videbitur dictum Castrum, & Villas, ac alia supra concessa ad suam Rauennaten. Ecclesiam reuocare, & incorporare ipsum Castrum, Villas, &c. possit liberè, & ex sui animi dispositione reuocare, applicare, & incorporare prædictæ sue Rauennaten. Ecclesie, &c. absque aliqua contradictione, & sine aliqua obligatione reddendi causam huiusmodi reuocationis, & applicacionis; Volens liberè, & sine aliquo impedimento sibi hoc facere licitum esse de facto, declarans tamen huiusmodi facultatem durare ad ipsius vitam tantum, & non alias, aliter, nec alio modo.

A qua quidem inuestitura D. Ducissa, & Sorores filiarum antedicti D. Comitis Francisci reclamauerunt, & infra legitima tempora ab eodem Eminentissimo Archiepiscopo renouationem tanquam proximioribus sibi de iure debitam petierunt, & deinde ab illius denegatione appellauerunt. Interim Eminentissimus prædictus experientem facultatem sibi in prædicta inuestitura reseruatam, declarauit Castrum prædictum cum suis pertinentiis velle pro se, & eius Ecclesia retinere, illudque Mensæ Archiepiscopali vniuit, & incorporauit possessione subsequuta.

Hinc propterea introducta causa iactationis in Rota, mihi commissa. Proposui dubium. An dd. Sorores de Manzolis essent inuestiendæ.

Pro cuius affirmatiua resolutione informantes pro Sororibus in eo principaliter insistebant, quod cum Eminentissimus Archiepiscopus Castrum prædictum Marchioni Capponio fratri concesserit cum possessione subsequuta, ¶ ex quo oritur declaratio sufficienti ipsam noluisse retinere pro Ecclesia. Rip. in l. 1. num. 10. in fin. ff. de primil. credit. Mar. rescot. var. resol. lib. 2. cap. 3. num. 11 in fin. Mant. decis. 10. sub num. 9. tenebatur D. Ducissam, & Sorores vi. filias, & hæredes ¶ ultimi possessoris de æquitate prædicto Marchioni Capponio præferre, iuxta doctrinam Batt. in l. 1. §. permittitur. ff. de acq. quorid. & alij.

Nec obstat allerebant, quod dicta inuestitura fuerat concessa cum pacto resolutio ad beneplacitum concedentis. Quia pactum prædictum tanquam irreleuans ¶ iidem informantes dicebant non esse attendendum

Pro irreleuantia plura allegabantur. Primò, quia tale pactum videtur contra substantiam, & essentiam infeudationis, quæ licet contineat obligationem recipiam ex parte ¶ inuestitorum, non tamen poni potest in voluntate resolutiua vnitis, secundum Bald. in l. inuendens, num. 10. versic. præsertim, C. de conerab. emp. Salicet. ibid. num. 2. post med. vers. præsertim. Vbi quod sicuti essentia, vel in essentia contractu ¶ non potest poni in alterius voluntate. Ita nec essentia distractus, vel resolutiois propter identitatem rationis, idque

confirmat *Surd. conf. 136. num. 22. in fin. vers. utique cum seq. lib. 1.*

Secundo, quia statim atque Ecclesia declarat nolle pro se retinere inuestiendi tunc extraneum statim acquiritur ius praelationis proximioribus. *Abb. in cap. bone, il. 2. num. 28. de post. pralat. Caputaq. decis. 303. par. 1. Mantie. decis. 10. num. 6. in fin.*

Adeout dicatur eis debita inuestitura, cum eisdem pactis contentis in antiqua inuestitura, & juxta illius formam, & non alio modo, *Calder. de renou. Emphyt. lib. 1. quest. 3. num. 7. Mascott. variar. resol. lib. 1. cap. 3. num. 6. Rot. decis. 176. num. 29. part. 5. recens.*

Alias si Praelaturae vigore dicti pacti posset ad sui libitum inuestituram reuocare, esset in potestate illius tollere ius consequendi reuocationem proximioribus, in quorum praedictum pactum praedictum subsistere non debet, ad text. in *l. id quod nostrum, ff. de reg. iur. Tiraquel. de retract. conuent. §. 1. glos. 7. nu. 20. Bald. in l. si constante, 19. num. 3. in fin. & num. 4. C. de donat. aut. nupt.*

Tertio pariter allegabatur, quod in corpore dictae inuestiturae apparet, concessionem fuisse perpetuam ad tertiam generationem, ut colligitur ex verbis ibi. *Volens Castrum praedictum, & Emphyteusim concedere hinc est, &c. sponte, &c. in feudum, & Emphyteusim, & titulo feudi, & perpetua Emphyteusim, &c. dedit, &c. D. Philippo Capponio, &c. de Primogenito in Primogenitum usque ad tertiam ipsius Aloysii generationem Masculinum inclusiue finitum, & completam, &c.* quae verba videntur demonstrare animum tunc Eminentissimi fuisse concedere inuestituram perpetuam, pactumque resolutionem addidisse solum ad excludendos proximiores, in casu, quo inuestiturae huic contradixissent, & reuocationem, ac praelationem petuissent, quapropter tunc pactum praedictum in praedictum dd. Sororum pro non apposito haberi debet, ut in similibus *Anchar. conf. 160. sub num. 4. post med. vers. contrarium sentio, Afflict. de iur. postb. §. 4. sub num. 15. Corn. conf. 29. num. 23. lib. 3. Capic. decis. 138. in fin. Carp. ad Stat. Mediolan. par. 1. cap. 417. num. 884. & seq.*

Praedictamque voluntatem concedendi inuestituram perpetuam, non autem resolutionem tunc ad beneplacitum comprobant conjecturae desumptae, tum ex causa impensae benemerentiae considerato in persona dd. Philippi, & Aloysii de Capponibus, ac narrata in Chirographo obtento à Sanctissimo, vigore cuius emanauit confessio. Tum etiam ex erectione praedicti Castri in titulum Marchionatus ad fauorem eiusdem Capponij. Tum denique ex notabili impensa facta pro obtinendo dictum titulum.

Considerato praesertim, quod pactum praedictum tanquam insolitum praetendebatur inducere praesumptionem, tunc quod fuerit appositum ad praedictandum dd. Sororibus. *Bald. conf. 75. num. 5. lib. 2. Curt. Iua. conf. 178. num. 12. Menoch. conf. 260. num. 40. & seq. Rota in recens. decis. 452. num. 7. part. 3. & decis. 3. num. 8. part. 5.*

Quarto allegabatur, quod data etiam validitate pacti resolutioni, non ided potuit Eminentissimus pacto praedicto utri, suumque beneplacitum reuocare tunc abique iusta, & legitima causa, de qua dicebatur non constare, ut in terminis dicti beneplaciti tenent *Menoch. conf. 304. in 4. dub. sub nu. 62. & seq. vol. 2. post Herm. Capic. Bolognet.*

Pro quinto, & ultimo fundamento dicebatur pactum praedictum non justificari, quia scriptura unde sumitur tunc est in formis, cum sit sumptum desumpto, quod regulariter non probat, *l. 3. cum ibi notat. C. de di-*

*uers. rescripti. d. c. in Auth. si quis in aliquo, num. 30. C. de eden. Alex. conf. 138. num. 4. lib. 1. Greg. XV. decis. 432. num. 1.*

Praedictis tamen minimè obstant. contrarium dd. resoluerunt, praedictas scilicet sorores non esse inuestiendas. Et ratio resolutionis fuit, quia cum Ecclesia, & pro ea Eminentissimus Archiepiscopus ante tunc concessam dictam inuestituram potuerit Castum pro se retinere, vel illud praecario, vel alio pacto reuersiuo ad beneplacitum concedere, sequitur ipsam semper, & quodcumque illam ita concessam reuocare potuisse, juxta doct. *Bald. in l. qui se Patrio, num. 33. vers. & seias, C. und. liber. arg. l. Lucius, ff. de donat. Intrigl. de feud. cent. 1. quest. 18. num. 24. & 25. Ludou. de Calaner. consil. 43. num. 54. lib. 1. & facit etiam quod Couentio, quae tunc voluntatem concedentis respicit, ex ea sola potest reuocari, *l. 1. cum simil. ff. de praear. Adeo ut per reuocationem cum incorporatione, & possessione subsequens dicitur utile cum directo dominio irrevocabiliter consolidatum. Taliter quod Ecclesia, seu Praelatus non tenetur amplius inquam inuestituram concedere ex communi Doct. opinione, juxta tunc quam Ecclesia si velit pro se retinere, non tenetur proximiores inuestire, ut in terminis firmant *Valasc. de iur. Emphyt. quest. 2. num. 7. Add. ad Rot. conf. 22. sub littera K, vers. quinto limita, ubi de magis communi latissimè Mascott. var. resol. lib. 1. cap. 3. Gratian. discept. for. cap. 477. num. 17. & cap. 813. num. 35. Afflict. decis. 238. num. 3. vers. sunt ergo conclusum. Benintend. decis. 19. per tot. Et hanc opinionem sequuta fuit Rot. coram Caputaq. decis. 303. & 304. num. 1. par. 1. Et in puncto de Ecclesia Rauennaten. adest Magistralis decisio in Rauennaten. bonorum coram M. antic. inter impress. decis. 10. per tot.***

Quod autem Ecclesia concedendo inuestituram extraneo potuerit illam praecario, & cum pacto resolutionis ad beneplacitum concedere pariter visum fuit dd. de iure subsistere.

Nam, quidquid sit, si ista concessio provenisset ex aliqua causa impulsiva, vel necessaria, quo casu non aliter fieri potuisset, quam juxta tenorem, & cum iisdem pactis apposis in antiqua inuestitura. Ea ratione, quia tunc non fuisse noua concessio, vel nouus titulus, sed reuolutio, siue continuatio prioris inuestiturae. *Valasc. de iur. Emphyt. quest. 11. num. 15. vers. septimus casus, uncto vers. nec etiam reuolutio. Caldal. de renou. Emphyt. quest. 3. num. 1. usque ad 6. lib. 1. Gratian. discept. forens. cap. 915. num. 21.*

Verumtamen cum illa non prouenerit ex aliqua causa necessaria, sed ex mera liberalitate tunc concedentis pro nouo titulo, & noua concessione habetur. *Menoch. consil. 459. num. 18. lib. 5. cum pluribus, quos refert, & sequitur Gratian. discept. for. cap. 724. num. 3. & 4. & seq. & cap. 913. num. 20.*

Esque propterea potuit praecario concedi, vel quodcumque pactum concedenti bene visum in illa apponi. Quoniam si Ecclesia potuit à principio pro se retinere, & sic totaliter tunc praedictare proximioribus, multo magis potuit inuestituram extraneis concedere, & praecarium, vel pactum adjicere de reuocando quodcumque, & postea reuocare, nec tale pactum, seu praecarium naturae contractus resistit, cum nulla in isto contractu reperiat a iure praescripta forma, sed illam tunc à conuentione partium recipiat, taliter quod possunt quaecumque pacta etiam insolita, & à communi natura similium concessionum exorbitantia apponi, *cap. 1. de feud. non habens. propr. natur. feud. Menoch. consil. 1. num. 347. Rolan. à Vall. consil. 16. num. 8. lib. 3. Mantie. de iacis. lib. 23. tit. 22. num. 8. usque*

usque ad 19. Gratian. *discept. for. cap. 719. num. 19.* Surd. *decis. 95. num. 16. & 17.* Valalch. *de Iur. Emphyt. quest. 11. num. 16. in princ. & circa fin. versic. unde sequitur.* Et quod feudum, & Emphyteusis ꝑ possint concedi ad tempus concedenti bene visum, tenent Bald. *in tit. de feud. guard. §. 1. num. 5.* Iacob. de Ardez. *super v. s. b. feud. in Sum. cap. 34. versic. item potest ad certum tempus, argum. l. 2. C. de donat. qua sub mod.* Andr. Ifern. *tit. de feud. success. num. 9. versic. feudum etiam datur ad diem firmat de Amic. in repet. cap. de his, C. quod feud. dar. poss. num. 3. fol. mibi 83.* Feder. Scanchen. *in repet. c. 1. de feud. guard. num. 2. & in cap. 1. de feud. pignor. dat. §. 2. num. 1.* Et in indiuiduo tale pactum ꝑ non aduersare regulis iuris communis, & ob id validissimum esse, dixerunt Zaf. *in Epithom. de feud. part. 2. num. 23.* Card. Mantica. *de iacri. lib. 23. tit. 12. num. 31.* Quinimod conuenit antiquis ipsis feudorum legibus, cum non nisi cum hoc ipso pacto, (vt essent ad beneplacitum reuocabiles) concedi ꝑ cõsueuissent, vt est text. *in cap. 1. §. & quia vidimus, de his, qua feud. dar. poss. vbi propterea Bald. num. 2. vers. nota,* postquam dixit, quod hodie non est in potestate Dominorum reuocare feuda, & Vassallis auferre, ꝑ prout olim fiebat, singulariter subdit, nisi feudum fuisset concessum ad beneplacitum, quem ibi sequuntur Add. *in littera B. & Moderni Neap. tract. de claus. part. 2. claus. 1. num. 1. & num. 8.*

Nec obstare censuerunt DD. præcipuum fundamentum in contrarium allegatum, quod scilicet Ecclesia statim atque declarat ꝑ nollet pro se retinere inuestiendi extraneum quærat ius prælationis proximioribus, iuxta doctrinam Batt. ab omnibus approbatam *in l. 1. §. permittitur, ff. de acq. quousd. est in.*

Quia conclusio bene procedit in concessione pura, & simplici, secus in præcario concessa, quæ semper, & ꝑ quodcumque potest à concedente reuocari, vt præter supetius allegatur in terminis feudi reuocabiler concedi, tenent Bald. *in leg. qui se Patriæ, num. 33. vers. & sciat. C. vnd. liber. & conf. 345. nu. 6. vers. sed sine vlla, lib. 1.* Alex. *consil. 16. num. 5. lib. 2.* Ruin. *consil. 1. num. 12. lib. 1.* vbi ait, hoc casu non procedere doctrinam Batt. *in d. l. permittitur.*

Pariter nec visa fuerunt obstare allegata contra dictum præcarium, seu pactum reuerisium, quod non possit fieri concessio reuolutiua ad voluntatem alterius, cum sit contra substantiam ꝑ concessionis, quæ debet esse reciproca, iuxta opinionem Bald. Salic. Surd. & aliorum. Quia prædicta possunt procedere in contractibus emptionis, & venditionis, & aliis merè, vltrocitroque obligatoriis, Secus verò in concessionibus gratuitis, & in contractibus ꝑ Emphyteuticis, qui nullam habent à iure præscriptam formam, sed ea mera voluntate concedentis dependet, vt supra firmatum fuit.

Quamuis admissa etiam nullitate, nihil releuaret, quia cum concessio emanauerit sub illius respectiuitate. Idè totus contractus annullaretur, quoniam in hac materia ꝑ velle per inutile vitatur ex defectu consensus, iuxta allegatur Lap. 80. *per tot. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 16. nu. 5. versic. tandem,* Afflict. *decis. 107.* Rota *in Rauennaten. Emphyteusis coram Reuerend. ff. D. meo Decano decis. 126. num. 44. par. 5. recent.*

Prout non releuat secundum, quod per inuestituram concessam extraneo statim quærat ius ꝑ proximioribus petendi renouationem cum iisdem pactis, & conuentionibus comprehensis in antiqua inuestitura. Quia obiectum potest sibi locum vindicare in concessione necessaria, nempe in renouatione antiquæ inuestituræ, quando scilicet Ecclesia non potuit

set pro se retinere; Secus verò in noua concessione quando, prout hic, Ecclesia potuit pro se retinere, & concessionem non facere, tunc enim etiam si proximioribus debita esset inuestitura, ꝑ ea tamen concedi deberet iuxta tenorem inuestituræ, & cum eodem pacto reuolutiuo, quo fuit concessa Capponio, non autem iuxta tenorem antiquæ inuestituræ, vt in terminis firmant Rip. *in l. 1. col. 3. post princ. num. 13. versic. quinto intellige, ff. de priuil. credit. Gabr. de Iur. Emphyt. concl. 1. num. 28.* Surd. *consil. 181. num. 9.* Alex. *consil. 9. num. 2. lib. 3.* Marefc. *var. resol. lib. 3. cap. 3. num. 24.* Gratian. *discept. for. cap. 88. num. 36. cap. 358. num. 18. cap. 813. num. 36. & cap. 913. num. 8.* Cæf. de Graf. *decis. 4. numer. 11 & per tot. de reb. Eccles. non alien.* Seraph. *decis. 610. nu. 11. & decis. 630. num. 4.* Ne alias deterior ꝑ hac conditio Ecclesiæ, vt post alios optime Concludit Honded. *cons. 51. num. 59. lib. 1.* Et in feudo Ecclesiæ iterum concedendo non debet Prælati attendere formam antiquæ concessionis, ꝑ sed meliorem facere Ecclesiæ conditionem, secundum text. *in extranag. ambrosia, de reb. Eccles. non alien. & in cap. ex parte, de feud. & latè tradit Rota decis. 390. per tot. par. 1. nouiss. & decis. 193. num. 9. vers. deinde dictum,* Clar. *part. 2. recent. Redoan. de reb. Eccles. non alien. quest. 51. cap. 6. num. 16. & 21.* Et idè ne ex vfu huiusmodi inutilis reddatur inuestitura ex aduerso petita, videtur illa ad circuitos vitandos deneganda.

Præterquam quod renouatio cum pactis initis cum Capponio, tunc demum concedi debuisset; Si Eminentissimus adhuc non declarasset, velle pro se retinere. Cæterum cum per dictam declarationem res deueniret ad casum, à quo incipere non potest, & Ecclesia pro se retineat, non est amplius locus nouæ concessionis, quia reuocata, ꝑ vel resoluta concessione, dicuntur quoque reuocata, & resoluti omnes esse & ab ipsa concessione reuocata prouenientes, perinde ac si facta non fuisset, Aldouin. *consil. 4. nu. 28.* Franc. Aret. *Cost. consil. 66. nu. 75.* Dec. *consil. 108. per tot.* Giuib. *decis. 24. nu. 11. & decis. 55. num. 19.* Albigan. *decis. March. 35. num. 63.*

Nec afficit, quod si Ecclesia posset concessionem reuocare, esset in potestate illius tollere ius consequendi renouationem proximioribus. Quia cum ꝑ Ecclesia potuerit à principio totaliter proximioribus præiudicare, retinendo Castrum pro se, non videtur per concessionem factam reuocabiler, & per subsequutam renouationem maius præiudicium intulisse, quam si à principio Castrum pro se retinuisset.

Ad tertium obiectum, quod ex lectura inuestituræ appareat illam fuisse primo concessam ad tertiam generationem completam, ꝑ & deinde addit cū pactum reuolutiuum, fuit responsum non inde sequi, quod concessio possit per se solam sine dicto pacto subsistere; Quia imò pactum prædictum totam concessionem qualificat, etiam quod non à principio, sed in fine concessionis sit appositum. Sat enim est, quod omnia sint comprehensa in eodem instrumento, ꝑ vel scriptura, in qua non datur prius, vel posterius, *l. 2. §. per Ius, cum ibi notat. ff. de vulg. & pupill. lal. in l. fin. post num. 3. ff. quod quisque Iur. Soc. lun. cons. 78. num. 38. lib. 3.* Gratian. *discept. forens. cap. 646. num. 38. lib. 4.*

Ad id autem, quod dicebatur Eminentissimum Archiepiscopum habuisse animum concedendi ꝑ inuestituram perpetuam, non autem resolutibilem, hinc resolutum hoc nullibi iustificari; Immo contrarium manifestè apparere ex veritate causæ in instrumento expr. s. scilicet maioris Ecclesiæ utilitatis. Iuncta præsertim reuocatione subsequuta, quæ demonstrat

Eminentissimum eandem voluntatem habuisse vique  
40 a principio; Actus enim ꝑ subsequutus qualitatem  
voluntatis primordialis demonstrat, Menoch. *praesumpt.* 35. num. 20. & *segg. lib. 6.* Card. Mant. *de iacis. lib. 1. tit. 17. num. 40. & decis. 313. num. 7.*

Nec relvant coniectura ponderatae ad demon-  
strandum dictum pactum simulare fuisse appositum.  
Quia nec repugnant concessioni resoluibili ad tem-  
41 pus, nec concludunt simulationem, ꝑ & in concursu  
potius attendi debet voluntas expresse declarata,  
quam praesumpta, vt ad excludendam simulationem  
latet *Becc. conf. 52. num. 1. & plurib. segg.* Bardellon. *conf. 34. num. 21. lib. 1.*

Prout ne aliqua suspicio simulationis oriri potest  
ex eo, quod pactum resolutiuum sit insolitum. Quia  
42 sat est, ꝑ quod sit permittum a Iure, vt suspicio exclu-  
datur, *l. qui autem, in princ. ff. de his, qui in fraud. credit.*  
Gregor. XV. *decis. 195. numer. 10. cum seq. & decis. 459.*  
*num. 9. & alias sapē.* Et a Iure non solum est licitum,  
43 sed etiam imperatur Praelato ꝑ perquirere utilitatem  
Ecclesiae, iuxta *d. extranag. ambitiosa.* Vnde cessat om-  
nis suspicio simulationis, cum pactum sit ad utilita-  
44 tem ꝑ Ecclesiae appositum, & conueniat Iuris dispo-  
sitioni.

Et cessate videbatur omnis suspicio ex qualitate  
tantum Praesulis, qui dum inuestituram cum dicto pacto  
resolutiuo concessit, non aliam a principio habuisse  
45 voluntatem praesumendum est, ꝑ quam suae Ecclesiae  
utilitati prospicere, quod exitus comprobauit, dum  
competro, quod Ecclesiae expediret, Castrum, & alia  
annexa pro Ecclesia retinere, illud a proprio fratre  
adhuc viuente auocauit, mensaque Archiepiscopali  
vniuit, & incorporauit.

Neque subsistere putarunt DD. quod dictus Emi-  
nentissimus non potuerit dictam concessionem, suam  
que beneplacitum reuocare sine legitima causa, iuxta  
46 doct. Menoch. *conf. 804. nu. 74.* Quia ꝑ contractum est  
verius, quando concessio fuit facta praecatio, tunc  
enim abique causa reuocari potest, vt in termini, tenent  
Bald. *in d. l. qui se Patru;* num. 33. *vers. & scias, C. vnd. lib. quem sequitur Intrigl. de feud. cent. 1. g. 18. num. 24. & 43.* Ludouic. Casanat. *conf. 34. num. 54. lib. 1. & alij*  
47 *supra citati.* Praesertim quando ꝑ intercedit aliquod  
temporis interuallum, iuxta Molin. *de contract. dispu-  
tat. 298. numer. 3.* Valasch. *de iur. Emphyt. quasi. 34. nu-  
mero 1.*

Nec obstat Menoch. *d. conf. 804. nu. 72.* cum ibi alle-  
48 gatis, nempe Isern. Capic. & Bolognet. ꝑ Quia dd.  
Doct. non loquantur in contractibus, sed in conces-  
sione officiorum Isern. enim loquitur de iurisdictione  
ad vniuersitatem causarum Capic, loquitur de officio  
49 praepetoris in Aprutio. Bolognet. loquitur de cohorte  
60. militum concessa ad beneplacitum Regiae Maie-  
statis, & propterea non applicantur contractibus, qui, vt  
hic, ex conuentione legem accipiunt, vt in terminis  
50 ꝑ de concessione feudi facta ad beneplacitum, est *conf.*  
Bald. 345. *num. 6. vers. sed sine vlla causa, lib. 1.* vbi quod  
sine causa feudum concessum ad beneplacitum potest  
reuocari. Et ratio differentiae est inter contractus, & be-  
51 neficia concessa a Principe, quia contractus ꝑ vt dixi,  
ex conuentione legem accipiunt, officia autem, & si-  
52 milia beneficia non possunt reuocari sine iusta causa,  
vt considerat Bald. *in l. Iurisperitos, ff. de excusat. tutor.*  
& *in cap. 1. qui success. teneant.*

Et quando in facultate reuocandi concessionem  
feudalem adest clausula non tantum pro beneplacito,  
53 ꝑ Sed etiam pro libito voluntatis, vt in hoc casu, cessant  
tradita per Menoch. & alios, quia nulla requiritur cau-

54 sa, sed simplex motus ꝑ animi sufficit, vt in termini  
tradit Modern. Neap. *de claus. d. part. 2. claus. 1. num. 12.*  
Cum clausula pro libito voluntatis latius pateat,  
quam clausula ad beneplacitum, & importet liberum,  
55 & absolutum arbitrium ꝑ nulla iuris regula limita-  
tum, Gabr. *conf. 143. numer. 10. lib. 1.* Suid. *decis. 272.*  
*num. 15.* Modern. Lusitan. *de claus. claus. 6. numer. 1. &*  
*claus. 3. num. 8.*

Vltra quod in proposito cessare visum fuit obie-  
ctum. Tum quia in praedicta inuestitura legitur reuer-  
nata facultas libera reuocandi concessionem, absque  
aliqua obligatione reddendi causa reuocationis, quae  
verba essent poenitus frustratoria, si Eminentissimus  
56 aliquam causam deducere debuisset, ꝑ quod non est  
dicendum, cum in contractibus etiam Sillabae debeant  
aliquid operari, Alex. *conf. 36. num. 5. lib. 2.* Dec. *conf. 48.*  
*num. 4.* Paris. *conf. 21. num. 58. lib. 4.* Mant. *de iacis. & am-  
big. lib. 2. tit. 12. num. 1. & 2.* Tum etiam quia in praesenti  
57 casu concurret legitima causa, ꝑ quae est utilitas Ec-  
clesiae, cum experimento compertum fuerit, quod plu-  
res, ac maiores redditus praecipiantur ex Castro im-  
mediate possessio, quam in Canone.

Quintum denique, & vltimum obiectum, quod  
scriptura continens dictum pactum non sit in forma  
58 probanti, ꝑ tollitur ex eo, quod sumptum fuit extra-  
ctum ex Archivio, & ab illius Praefecto, *l. ad in. l. ad ino-  
mend. in 2. l. ell. num. 355. vers. si intelligi tamen. ff. de iur. iur.*  
Et fuit decisum in Romania Iurisdictionatu 6. Nouem-  
bris 1598. coram Orano.

Et ita vtraque, &c.

## R. P. D. DVNOZET.

Auximana fideicommissi.

Veneris 13. Ianuarij 1640.

### ARGUMENTVM.

Fideicommissariis immissio danda est, concur-  
rente existentia, & purificatione fideicom-  
missi, probataque identitate bonorum Fi-  
deicommissorum subiectorum. An ob accepta-  
tionem Legati relictum cum prohibitione de  
nihil aliud petendo censeatur fideicommissum  
renunciatum; & An detractiones legiti-  
mae, Trebellianicae, dotis, &c. dictam immis-  
sionem impediunt.

### SVMMARIVM.

- 1 Legatum relictum cum conditione, Quod Legatarius ni-  
hil aliud de bonis hereditatis petere possit, arguitur  
fuisse compensatum cum fideicommissum.
- 2 Legatarius acceptans legatum cum prohibitione de nihil  
amplius petendo censetur tacite fideicommissum venun-  
ciare, limita vt num. 6.
- 3 Fideicommissarius probare tenetur bonorum identitatem  
ad effectum immissionis.
- 4 Detractiones legitima, Trebellianica, Dotis, Legata pia,  
ac alia impediunt fideicommissarij immissionem; sed  
est si statutum in contrarium disponat, nu. 23. vel si sint  
turbida, & illegitima, num. 24.
- 5 Fideicommissarius debetur immisso concurrente existen-  
tia, & purificatione fideicommissi vt ab bonorum iden-  
titate.
- 7 Dispositio facta ab herede grauato non comprehendit bo-  
na reservationi subiecta.



- 1. *Dictio, nominati, uti personalis non comprehendit nisi personas expresse nominatas.*
- 2. *Dictio, eiusdem, est personalis, & non comprehendit nisi bona eius, ad quem refertur.*
- 3. *Renunciatio legatarij de fideicommissio, non praeiudicat fideicommissariis.*
- 4. *Locatio probat in antiquis aliquid fuisse in bonis locantis, item possessionem eiusdem, num. 13.*
- 5. *Enunciatio in antiquis probat aliquid fuisse in bonis alicuius.*
- 6. *Bona patris praesumuntur in filium pervenisse.*
- 7. *Instrumentum emptionis cum clausula constituti probat possessionem acquirentis.*
- 8. *Possessio semel probata, continuata praesumitur usque ad obitum possidentis, nisi contrarium probetur, praecipue si fuerit continuata, etiam per heredem, num. 17.*
- 9. *Possessio, & desentio bonorum ab herede probatur ex litis sustentatione, iunctis praesertim administrulis, de quibus num. 19.*
- 10. *Probationes in antiquis non ita rigide exquiruntur, sed leniores admitti solent.*
- 11. *Immissio bonorum est deneganda ratione incertitudinis possessionis limitata, ut num. 22.*
- 12. *Es alienum non iustificatur per assertionem heredis gravati in actu solutionum.*
- 13. *Solutiones statim post mortem fideicommissentis per heredem gravatum facta, supponuntur non de proprio, sed de pecunia fideicommissariis.*
- 14. *Inventarij ommissio facit praesumere, vel heredem detractiones consumpsisse, vel alia bona, ex quibus fieri debebant, subtraxisse.*
- 15. *Alienationes bonorum facta fideicommissio subiectorum, praesumuntur aequare omnes detractiones, donec contrarium constet.*
- 16. *Immissio fideicommissario non retardatur sub praetextu detractionum, si sunt alia bona testatoris.*

## DECISIO XXXVI.

**P**ER binas decisiones sub diebus 22. Martij, & 2. Iunij 1638. emanatas firmatum fuit Constare de fideicommissio q. Federici Sinibaldi, eiusque purificatione ad favorem DD. Francisci Cui, & Federici de Simonettis descendendum ex Laura, & Portia filiabus dicti Federici fideicommissentis, ex rationibus in eisdem decisionibus fuse deductis, quibus hodie praesuppositis, reassumpta fuit disputatio. An dictis fideicommissariis danda esset immissio. In cuius dubij positione informantes pro Alexandro iuniore filio naturali Alexandri senioris filij, & haeredis gravati eiusdem Federici fideicommissentis, tria praecipue ad impediendam dictam immissionem opponebant.

Primo, quod praedictus Alexander Senior haeres gravatus in eius Testamento legavit iure institutionis partem cuiusdam praedij Laurae suae sorori, & Annibali de Simonettis ex Portia altera sorore Nepoti, cum amplissima prohibitione, quod dd. Legatarij quacunque de causa, & occasione, quomodocumque, & qualitercumque nil aliud de bonis, & haereditate eiusdem Alexandri Testatoris petere possent; Vnde et inferebatur d. Alexandrum senioretem iura fideicommissi, de quo agitur, eiusdem Laurae, & Annibali competentia cum d. legato eis relicto compensare voluisse, Aym. consil. 131. num. 16. Abb. consil. 17. num. 7. Sim. de Prae. de interpr. ult. vol. lib. 4. dub. 6. nu. 16. fol. 164. Mant. de consil. lib. 10. tit. 2. num. 15. & seq. Et consequenter dictis legataris ob acceptationem eiusdem legati cum onere dictae prohibitionis, eidem fideicommissio tacite renunciante, ex regula, Quod semel, de reg. iur. an 6. Decis. Sac. R. R. De Fratibus.

*& text. in Imperator, de leg. 1. Caste. in l. si cum dotem, §. si Patre, n. 3. Alex. n. 2. ff. sol. matr. Citiac. centrou. 118. nu. 17. Peregrin. de fideic. art. 33. nu. 40. & seqq.*

Secundo allegabant defectum probationis, quo ad identitatem bonorum eidem fideicommissio subiectorum, et quam ad effectum immissionis fideicommissarij Actores concludere et probare tenentur, *l. verum, ff. de probat. Peregr. de fideicommissio, art. 44. nu. 1. Rot. decis. 599. num. 1. par. 1. recent. & in Senogation. fideicommissi 5. Iulij 1627. coram Card. Vrsili.*

Tertio opponebant detractiones competentes praedicto Alexandro iuniore ex persona Alexandri teoioris eius Authoris super bonis d. q. Federici Patris, scilicet Legitimam, Trebellianicam, Dotes dd. Laurae, & Portiae totorum, Impensas funerum, Legata pia, & alientum eiusdem Federici, Dotem Corneliae matris Alexandri gravati, & Melioramenta. Quae detractione impediunt fideicommissariis immissionem, ut dixit Rota in Romana de Spinosis 10. Maij 1623. coram R. P. D. meo Pirouano, & in Bononien. legati de Marefcottis 24. Aprilis 1626. coram R. P. D. meo Merlino, adeo ut haeredit gravato, vel ab eo causam habenti competat retentio usque ad integram satisfactionem. Rolan. consil. 28. num. 2. & seq. lib. 1. Rot. decis. 599. num. 2. par. 3. recent. in Forolusen. fideicommissi 9. Maij 1651. coram bo. me. Card. Pamphilo, & in Camerinen. bonorum 5. Maij 1626. coram R. P. D. meo Merlino.

Quibus tamen non obstantibus, DD. pro immissione respondunt, quia cum existentia, & purificatio d. fideicommissi fuerint concludenter firmatae in praedictis decisionibus. De identitate vero bonorum satis superque in praesenti doceatur, utique praedictis concurrentibus deberet immissio fideicommissariis, vel ex remedio *l. si C. de edict. Diu. Adr. toll. vel ex vtili Salviano Interdicto*, prout passim Rota respondit, & singulenter in decis. 131. num. 1. par. 3. recent. decis. 472. num. eod. par. 3. recent. decis. 167. num. 2. coram Reuerendiss. D. meo Decaro, in Parmen. Statutus 14. Decemb. 1629. coram eodem, in Verulan. fideicommissio. 26. Iunij, & 20. Novembris 1634. coram R. P. D. meo Merlino, in Bononien. fideicommissi de Glauariniis 25. Ianuarij 1636. coram R. P. D. meo Gloufario, & in Bononien. fideicommissi de Ramundinis 9. Maij eiusdem anni coram me.

Nec obstare visa fuerunt exceptiones ex aduerso deductae. Nam ad obiectum, quod d. Laurae, & Annibal acceptauerint legatum eis relictum ab Alexandro seniore cum prohibitione aliud non petendi, multipliciter fuit responsum; Primo, Alexandrum gravatum in suo Testamento nullam fecisse mentionem fideicommissi, de quo agitur, nec legatarios scientiam illius habuisse, et qui proinde non censentur ob acceptationem dicti legati praedicti fideicommissio eis ignoto renunciate voluisse, cum nemo presumatur iuri, quod ignorabat, renunciante, *l. mater, §. praeerea, ff. de inoffic. testam. l. legitim. ff. de pec. hered. l. de hic ff. de transact.* & in terminis, quod renunciatio fideicommissi non inducitur absque explicata scientia, & mentione expressa verborum eiusdem fideicommissi, firmat Rot. decis. 382. num. 4. par. 1. recent.

Secundo fuit responsum, quod licet legitimum factum fuerit cum prohibitione amplissimis verbis concepta, nihilominus dicta prohibitio non extenditur ad bona fideicommissaria dicti Federici, quia et dispositio facta ab haerede gravato quantumvis generalis non comprehendit bona restitutioni subiecta, *l. vtrum ex familia 67. §. fin. iuncta l. seq. ff. de leg. 2. Peregr. de fideicommissio, art. 6. num. 1. & 11. & consil. 37. num. 5. & seq. lib. 1. Mant. de consil. ult. vol. lib. 9. tit. 6. num. 9. Suta.*

consil. 354. num. 33. & seq. lib. 3. & decis. 93. num. 17. Rota decis. 575. num. 2. & 3. par. 1. recent.

Tertio ponderabatur DD. verba dicti legati data in Summario Alexandri num. 2. ibi, *Cum conditione, quod nominati Laura, & Annibal legatarii non possint, nec valeant de bonis, & hereditate eiusdem Alexandri aliud petere, &c.* ex quibus verbis duo resultant. Alterum,

8 quod dicta prohibitio restringitur ad Lauram, & Annibalem legatarios, vigore dictionis, *nominati*, quae uti personalis non comprehendit, nisi personas expressè nominatas, Rota in Romana fideicommissi de In- coronatis 13. Ianuarij 1637. coram R. P. D. meo Peronano. Alterum, quod dicta prohibitio fuit restricta ad bona propria eiusdem Alexandri grauati, vigore alterius dictionis, *eiusdem*, quae pariter uti personalis non comprehendit, nisi bona eiusdem Alexandri prohibentis, ut in similibus terminis de dictione, *ipsius*, firmat Gratian. discip. 104. num. 13. Mantie. de consuet. ult. vol. lib. 9. tit. 6. num. 11. Rot. decis. 300. num. 21. & decis. 619. num. 3. par. 1. recent.

9 Denique fuit responsum, quod praedictis fideicommissariis debetur immissio ex eorum propria persona, ac uocatione à Rota iam approbata, ut in decisione facta coram me sub die 22. Martij 1638. in §. 9. quo ad existentiam fideicommissi, non autem, ( ut dicebatur ex aduerso ) ex persona dictorum Laurae, & Annibalis, qui dictum legatum acceperunt: Vnde est, quod ad legatarij uiderentur aliquo modo dicto fideicommissario tenenciae, adhuc talis transmissio praedictis fideicommissariis praedicare non posset, ut in proximo terminis firmavit Rota coram Seraph. decis. 848. numero 4.

10 Quo uero ad probationem identitatis super bonis, de quibus agitur, DD. de illa non dubitarunt, etenim respectu Domus sitae Auximi in Platea Noua Patochiae Episcopatus, iuxta domum aliorum de Sinibaldis, illam fuisse bonis d. Federici fideicommittentis, probatur ex Instrumento locationis eiusdem domus factae ab eodem Federico, & Prospero de Sinibaldis sub die 19. Nouembrijs 1528. quae transmissio, cum uerse in antiquis, probat dictam domum fuisse in bonis eiusdem Federici fideicommittentis, Menoch. consil. 704. num. 7. & 14. Petr. de fideicommiss. quest. 12. nu. 29. Peregr. trad. tract. art. 44. num. 4. Fular. de subst. quest. 6. §. num. 5. Rota in allegata Bononien. fideicommissi de Glauarinijs 13. Ianuarij 1636. coram R. P. D. meo Ghislerio.

11 Iunctis praesertim alijs Instrumentis in eadem Domino celebratis de annis 1532. & 1535. cum enunciatiuis, quod illa esset DD. de Sinibaldis, quae transmissio cum pariter sint antiquae probant praedictam domum fuisse in bonis eiusdem fideicommittentis. Soc. Sen. consil. 187. num. 2. vol. 2. Isc. consil. 114. num. 1. lib. 1. Menoch. consil. 207. num. 10. Peregr. d. art. 44. num. 19. Fular. d. g. 618. num. 5. & 26.

12 Respectu uero Molendini positi in Territorio Auximano in flumine Mulcionis, Neapolionis, nuncupati, quod illud fuerit in bonis eiusdem fideicommittentis probatur ex alio Instrumento locationis factae ab eodem fideicommittente una cum alijs Sinibaldis Condominis sub die 6. Martij 1522. quae pariter transmissio cum sit antiqua, probat possessionem eiusdem Federici locantis, ut ultra allegatos dixit Rota decis. 828. nu. 4. coram Seraph. decis. 407. num. 2. par. 5. diuers. Magon. decis. Florent. 34. num. 5. & d. Bononien. de Glauarinijs coram R. P. D. meo Ghislerio.

13 Idque confirmatur ex alio praecedenti Instrumento sub die 14. Decemb. 1517. in quo dictum Molendinum fuit appellatum, prout etiam hodie appellatur, Nea-

pollionis Sinibaldi, qui fuit pater d. Federici fideicommittentis, cum transmissio bona patris praesumantur in filium peruenisse, l. 2. ubi Bald. nu. 1. C. de patr. potest. Menoch. consil. 207. num. 12. Surd. decis. 15. num. 10. Rot. decis. 129. num. 1. par. 5. diuers.

14 Respectu denique Praedij septem salmarum, & trium quattarum terrae aratiuae, pratiuae, & oliuatae positi in eodem Territorio Auximi, in Contrada Montis Freddi, iuxta viam nuncupatam la Trauersa, bona DD. Florentis, & alia latera, quod illud pariter fuerit in bonis eiusdem fideicommittentis iustificatur ex Instrumento emptionis eiusdem Praedij factae per eundem Federicum sub die 21. Iunij 1530. quod 15 transmissio cum habeat Clausulam Constituti, bene probat possessionem eiusdem Federici acquiritis, vulg. l. quod meo 18. ff. de acquir. vel amitt. hered. l. quadam mulier 76. ff. de res vendic. l. 2. C. de acquir. possess. Fular. d. g. 618. num. 4. Peregr. d. art. 44. nu. 4. Petr. de fideicommiss. art. 12. num. 36. & seq. Rot. decis. 360. num. 6. par. 5. diuers.

16 Quodque idem Federicus continuauerit in possessione dictorum bonorum usque ad eius obitum, ultra praesumptionem iuris, iuxta quam transmissio semel probata continuata praesumitur usque ad obitum possidentis, nisi ex aduerso contrarium probetur, l. 3. §. in amittenda, ff. de acquir. possess. Natt. consil. 400. num. 6. Peregr. de fideicommiss. art. 44. num. 16. Rot. decis. 4. de probat. in nou. & decis. 401. num. 4. par. 2. recent. decis. 575. nu. 9. coram Greg. XV. decis. 129. nu. 2. par. 5. diuers. & in Bononien. fideicommissi de Desiderijs 4. Maij 1627. coram R. P. D. meo Merlino, aperte suadetur transmissio ex continuata possessione eorundem bonorum à d. Alexandro Seniore filio, & haerede grauato eiusdem Federici fideicommittentis, ut infra liquebit, quae probat d. Federicum eius authorem praedicta bona usque ad obitum possidisse, Rota decis. 706. nu. 2. par. 2. recent. & in allegata Bononien. fideicommissi de Glauarinijs coram R. P. D. meo Ghislerio & in d. Bononien. de Desiderijs 14. Iulij 1627. & 24. Maij 1628. coram R. P. D. meo Merlino, & in Senogallien. fideicommissi 29. Nouemb. 1627. & 31. Ianuarij 1628. coram Card. Virali.

17 Dicta autem bona hodie detineri ab Alexandro Iuniori filio naturali, & haerede d. Alexandrini grauati, probatur ex substantiatione litis, quae sola ad hunc effectum sufficere solet, Verall. decis. 369. nu. 1. part. 2. Rot. decis. 407. nu. 4. part. 5. diuers. & inter impress. per Pacific. de Suluian. decis. 20. nu. 6. & in Florentina fideicommissi de Cambic. 9. Iunij 1627. coram me.

18 Iunctis praesertim pluribus adminiculis cum eisdem denominationibus, & confinibus superius enunciatis respectu desumptis, nimirum ex Inuentario per Tutorem Alexandri Iunioris confecto, de anno 1589. & ab eodem Alexandro in actis producto, de anno 1626. ex possessione in communi cum alijs Sinibaldis quo ad Domum, & Molendinum; ex Catastro Communitatis Auximi, quoad Praedium Montis Freddi; ex confessione eiusdem Alexandri Iunioris iudicialiter emanata; ex Articulis ab eodem medio iuramento datis contra D. Franciscum Cinum, vnum ex fideicommissariis, ac demum ex pluribus Testibus super eisdem articulis ad instantiam d. Alexandri examinatis, quae omnia cum concordent cum demonstrationibus, & ad inuicem adminiculentur, in proposito bene probant, prout de Inuentario Rota in Rom. fideicommissi de Villarij 9. Decemb. 1626. coram R. P. D. meo Merlino, in allegata Bononien. de Desiderijs 5. Maij eiusdem anni coram eodem, & in d. Bononien. fideicommissi de Ramundinijs 9. Maij 1636. coram me.



De Communione, in Romana deuolutionis 26. Iunij, & 14. Nouemb. 1625. coram R.P.D. meo Pirouano, & in Verulana fideicommissi 26. Nouemb. 1633. coram R.P.D. meo Merlino.

De Catastro, in Ferrariensi de Taffanis 1. Iunij 1615. coram bo. mem. Card. Pamphilio, & in allegata Senogal- lien. fideicommissi coram Verulo.

De cōfessione Patris in libello, vel articulis emanata facit decisio bon. mem. Burat. 273. num. 10. d. Senogal- lien. fideicommissi 24. Nouemb. 1627. coram Verulo. & d. Bononien. de Desiderijs 24. Maij 1628. coram R.P.D. meo Merlino.

Et de Testibus, fuit dictum in prædicta Verulana fideicommissi 26. Nouemb. 1633. & 7. Iunij 1634. coram R.P.D. meo Merlino in decis. 131. num. 5. par. 1. ræcent. & alias.

Eoque magis cum simus in antiquis ultra centum annos, † quo casu probationes non ita rigidè sunt ex- quivendæ, sed etiam leuiiores admitti solent, Soc. Sen. conf. 86. num. 2. lib. 1. Add. ad Greg. XV. decis. 173. nu. 10. Rot. dec. 360. nu. 10. par. 5. diuers. coram Seraph. dec. 462. num. 9. in Bononien. fideicommissi de Rubis 12. Februarij 1618. coram Valdo, & in sapius allegata Bononien. fidei- commissi de Desiderijs 5. Maij, & 14. Iunij 1627. & 24. Maij 1628. coram R.P.D. meo Merlino.

Nec obstat visum fuit, quod non fuerit speciali- ter iustificatum, quæ portio dictorum Domus, & Mo- lendini fuerit à Federico fideicommittente possessa, † ideoque ratione incertitudinis sit deneganda im- missio iuxta decisionem in Verulana fideicommissi 28. Ianuarij 1633. coram me. Quia sat esse dicebant DD. † quod fuerit probatum, Federicum fideicommittentem possedisse aliquam ratam dictorum Domus, & Molendini, ad hoc ut rata, quæ per Alexandrum hære- dis grauati successorem in prædictis Domus, & Mo- lendino hodie possidetur, in bonis fideicommittentis fuisse præsumatur, nisi aliunde acquisita doceatur, Pe- regr. de fideic. d. art. 44. num. 22. & conf. 48. num. 13. lib. 1. Rot. decis. 131. nu. 5. vers. & satis dicitur par. 1. decis. 407. num. 4. & decis. 706. num. 2. par. 2. ræcent. decis. 41. nu. 4. & decis. 129. num. 2. par. 5. diuers. & coram Greg. XV. de- cis. 375. num. 9.

Denique non visæ fuerunt obstat detractiones. Nam quoad legitimam, & Trebellianicam præten- sas ab Alexandro iuniore, ex persona Alexandri Senioris sui patris, & hæredis grauati, aduertebant DD. in præ- senti casu sgi de fideicommissio ascendenti facto per substitutionem directam, † quo casu ex dispositione, Statuti Auximani lib. 3. Rubr. 14. de substit. à Sede Apo- stolica confirmati, omnia bona fideicommissaria abs- que aliqua detractione, retentione, & diminutione etiam legitimæ, & Trebellianicæ veniunt substitutis restituenda.

Quoad dotes Laure, & Pottigiorum d. Alexandri Senioris non probatur dictas Dotes fuisse solutas ex bonis propriis eiusdem Alexandri fratris, sed potius ab eodem Federico patre in Testamento relictas. Im- pensæ funecum non iustificatur. Legata pia ascen- dentia (ut dicebatur) ad florenos 98. tanquam modicæ summx non fuerunt habita in consideratione. Quo ad prætensum æs alienum Federici fideicommittentis solum de annis 1535. & 1534. illius existentia non iustificatur, nisi ex assertione eiusdem Alexandri gra- uati in actu solutionum, † quæ in proposito non at- tenditur, Rota in Ravennaten. Saluani 26. Maij 1634. & in d. Bononien. de Glauariniis 23. Ianuarij 1636. coram R.P.D. meo Ghislerio. Præsertim cum dictæ solutiones asserantur factæ non longè post mortem fideicom-

mittenris ( qui obierat de anno 1532. ) à d. Alexandro grauato tunc minore, qui hæreditatem opulentiam aduerat, nam † hinc præsumitur dictum grauatum non de proprio, sed de pecunijs fideicommissariis dictas solutiones fecisse, Fasar. quæst. 627. num. 39. Quo ad Dotem maternam, illa non spectabat ad Alexandrum seniore pro tota summa, sed solum pro tertia parte, cum reliquæ duæ spectarent ad Lauram, & Portiam Germanas sorores, iuxta dispositionem tex. in Aush. Defuncto, vbi Bald. num. 7. & 8. ad S.C. Trebell. Quo de- nique ad melioramenta, illa uti non iustificata non merentur attendi; Ideoque præten- † detractiones tanquam turbidæ, illiquidæ, irrelevantes, vel altiore indagine requirentes non visæ fuerunt impedire posse immisionem à dictis fideicommissariis petitam, Seraph. decis. 321. num. 17. Rota in Ferrariensi de Taffo- nis 17. Iunij 1630. coram R.P.D. meo Pirouano, & fuit de- cisum in dicta Bononien. fideicommissi de Glauariniis co- ram R.P.D. meo Ghislerio, & in eadem 5. Iulij 1637. & 10. Decembris 1638. coram R.P.D. meo Roias.

Et quatenus etiam supradicta cessarent, dicebant DD. quod cū Alexander Senior hæres grauatus † nul- lum confecerit Inventarium, præsumitur vel præten- sas detractiones consumpsisse, vel alia bona, ex quibus ille fieri potuissent, subtraxisse, Giouagn. consil. 20. nu. 15. & seq. lib. 2. Add. ad Gregor. XV. decis. 266. num. 16. vers. & prædicta verò, & fuit dictum in allegata Romana fideicommissi de Victoris 10. Martij 1627. coram R.P. D. meo Merlino, quæ est dec. 47. n. 11. & in eadem 2. Iunij eiusdem anni coram eodem, quæ est decisio 77. num. 3. par. 5. diuers. & in sapius allegata Bononien. fideicom. de Gla- uariniis 23. Ianuarij, & 9. Iunij 1636. coram R.P.D. meo Ghislerio, & in eadem 5. Iulij 1637. & 10. Decembris 1638. coram R.P.D. meo Roias.

Eoque magis cum idem Alexander Senior plures fecerit alienationes bonorum fideicommissio subje- ctorum, ut constat in Instrumentis datis in Summa- rio, † quæ de iure præsumuntur equate omnes, & quæcumque detractiones donec ex aduerso probetur, easdem alienationes pro præten- sis detractionibus non suffecisse. Add. ad Greg. XV. decis. 185. num. 6. Rot. in d. Verulana fideicommissi 26. Iunij 1634. coram R.P.D. meo Merlino, & in d. Bononien. fideicom. de Glauariniis 23. Ianuarij, & 9. Maij 1636. coram R.P.D. meo Ghislerio.

In quam sententiam procliuiores iuerant DD. quia ex iuribus hinc inde datis in Summario apparet, Fe- dericum fideicommittentem alia bona, tam stabilia, quam mobilia in eius hæreditate reliquisse, super qui- bus hodie non petebatur immissio, quæ proinde super bonis, de quibus agitur, prætextu detractionum impediri non valet, ut pluries Rota resoluat, & signan- ter in d. decis. 47. num. 13. & d. decis. 77. num. 16. & decis. 391. num. 5. par. 5. diuers.

Et ita vtraque parte informante fuit decisum, &c.

R. P. D. ROIAS.

Romana Hæreditatis de Gratianis.

Veneris 7. Februarij 1642.

ARGUMENTVM.

Adducuntur plures coniecturæ, præsumptio- nes, & indicia, ex quibus facili negotio de- ueniri potest in cognitionem, an quis sit Fi- lius alicuius, necne. Quoniam cum in hac materia non possint habere plenæ, & con-

cludentes probationes, cum sit materia quasi improbabilis, ideoque admittuntur illae probationes, quae haberi possunt.

*SVMMARIVM.*

- 1 Nepoti non potest denegari inmissio in bonis Patris, & quidem in stirpe, dum concurrunt alij patris.
- 2 Filiationis probatio respectu genitoris, & concludens, vel est impossibilis, vel saltem difficilima.
- 3 Filiatio Paterna, cum non possit plenè probari, ideoque ad eam iustificandam admittuntur sola praesumptiones, & coniectura.
- 4 Filius praesumitur, eius, à quo, sacro Baptismate ablutus fuit, uti progenitore, & in libro Baptizatorum descriptus fuit, uti eius Pater. Et insuper ab eodem fuit educatus, & publicè denominatus uti filius.
- 5 Filius alicuius, quando quis publicè denominatur ex hoc remanet administrata Filiatio, & Filius constituitur in quasi possessione filiationis.
- 6 Filiatio probatur ex publica voce, & fama incussa apud vicinos, quod talis erat filius, & num. 7.
- 8 Similitudo effigiei, & aspectus Patris, licet non probet filiationem, ista tamen probatio iuncta cum alijs coniecturis non videtur contemnenda.
- 9 Filius potest cognosci esse illius, cuius faciem, firmamque refert.
- 10 Patris, quando recognoverunt aliquem, uti Nepotem, & maxime si alicui fuerint iudiciales, tunc non possunt controuertere amplius an sit talis, & num. 11.
- 11 Filius constituitur in quasi possessione filiationis, respectu eorum, qui illum, uti talem agnoverunt, & conueniunt.
- 12 Filiationis nominatio iuncta alicui proportionali, probat filiationem, etiam cum extraneis.
- 13 Quod multo magis procedat contra consentem, & nominantem.
- 14 Filiationis confessio, non simpliciter facta, sed explicita emanata in actu iudiciali, qui non nisi, uti filius, ac haeres conueniri poterat, probat filiationem.
- 15 Filiatio ex Testibus, qualiter probatur, & num. 17.
- 16 Natus quis praesumitur ex eo, qui aliquam pro concubina retinebat, & num. 19.
- 17 Filius legitimatus per subsequens matrimonium, quo ad omnem effectum, reputatur filius legitimus, & naturalis.
- 18 Confessio alicuius eorum rerum, quae non sunt in potestate consentis, non releuat, declarata, uti num. 22.
- 19 Confessio, licet non sit apta ad transferendum dominium, attamen apta est ad illud probandum.
- 20 In Haereditate transiens omnia iura, alicui, & passiva Testatoris.
- 21 Haereditas patris, non conuenit nisi filio legitimo.
- 22 Confessio emanata, quoad unum effectum, releuat etiam quoad alicui, qui venit in consequentiam illius. Et praesertim dicitur remanet administrata, ac in merum praesudicium consentis, num. 26.
- 23 Exceptiones, quae dantur contra Testes, uti releuent, debent esse iustificatae.
- 24 Testes omni exceptione maiores, quando haberi non possunt, admittuntur illi, qui haberi possunt.
- 25 Testes, qui non percussus tempore actus, de quo conuertiuntur, non attenduntur, & num. 32.
- 26 Testes non informati, vel verisimilia non deponentes, non releuant, maxime in concursu informatorum, & verisimilia deponentium.
- 27 Testis, quando non veniat habendus in consideratione.
- 28 Testis deponens per verbum, in circa, quid certum non probat.

- 29 Testis, si non appareat informatus de re, super qua deponit, non releuat.
- 30 Testis dictum restringitur, & declaratur à ratione scientia per ipsum de delecta.
- 31 Testis deponens extra tempus articulationum in nihilo releuat, & num. 37.
- 32 Testis, qui remanet unicus, non iuuat.
- 33 Testis, qui conuincitur de mendacio, per alios plures Testes, est rejiciendus.
- 34 Decisio in causa Romana filiationis 1. Iulij 1639. coram R. P. D. Carillo declaratur.
- 35 Ad filiationem probandam tunc rejiciuntur coniectura adducta, quando sunt interfecta in suo genere.
- 36 Coniectura lenissima, & aequiuoca non releuant.
- 37 Aelius, quando sunt iudiciales, tunc eo magis probant, & nocent facientibus.
- 38 Probationes imperfectae quando iungantur ad faciendam plenam probationem.

DECISIO XXXVII.

Vita functo ab intestato Octauio Gratiano, super cuius haereditate orta controuersia inter Lelium fratrem germanum, & Franciscum uti filium Horatij fratris praefatorum Octauij, & Laelij, causa commissa Reuerendiss. Virgellen. fuit datum dubium. An Franciscus esset danda inmissio in possessionem bonorum haereditariorum q. Octauij, & pro qua rata. Quod fuit pluries discussum, sed propter discrepantiam Dominorum nunquam fuit capta resolutio, hodie tandem ab omnibus Dominis maturè discussa causa, fuit coram me in locum Reuerendiss. Virgellen. suffrago resolutum, Franciscus dandam esse inmissione m.

Tota difficultas materiz re ducebatur ad unicam ferè inspectionem, videlicet. An Franciscus probauerit esse filium Horatij, quia quatenus sic inmissio pro medietate haereditatis Octauij patris in concursu cum Laelio patruo non poterat ei denegari succedendo in stirpe vim representationis Horatij patris, iuxta tex. in §. si igitur defunctus in authent. de haered. ab intest. vbi Bart. in sum. in sine princ. Angel. nu. 5. & 6. & in §. reliquum, & in Authen. ut pater filij, Rot. decis. 17. nu. 4. par. 1. recent. Baratt. decis. 309. num. 2. & in Tusculana fides commissi 15. Aprilis 1619. coram Coccino.

Sed quia non fuit apud Dominos in dubium reuocatum, quin probatio filiationis respectu progenitoris certa, & concludens, vel sit impossibilis, vel difficilima, ut est bonus, tex. in l. Lucius ff. de condit. & demonstrat. Cin. in l. filium, [de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Bal. in l. 1. nu. 2. C. quor. bon. conf. 437. n. 1. lib. 7. Menoch. de arbitrar. iudic. cas. 89. num. 11. lib. 2. Bertrandus conf. 26. nu. 1. lib. 2. Vbi dicit, quod paterna filiatio non potest bene probari inde ad illam iustificandam solas praesumptiones, & coniecturas esse admittendas: docet, glo. in d. l. Lucius, idem glo. in l. 1. ff. de probat. Ancharan. conf. 225. num. 6. Sald. conf. 1. num. 39. & 40. Menoch. de arbitrar. d. cas. 89. nu. 11. lib. 2. cum alijs per Rot. par. 5. recent. decis. 409. num. 2. Ad easque esse recurendum. Adductae autem in praesenti pro Francisco, & quae DD. placuerant fuerunt infra scriptae.

Prima desumpta fuit ex eo, quod statim, atque Franciscus in lucem prodit de anno 1613. ex Olympia de Mercadantibus, fuit sacro Baptismatis lauacro ablutus ab Oratio uti progenitore, & in libro Baptizatorum descriptus tanquam filius Horatij, & educatus, ac publicè denominatus illius filius, quae nominatio quamuis non videatur prodesse Francisco in praesudicium Laelij, vbi agitur de haereditate alterius, quam Patris illum filium denominantis, plurimum tamen ex

5 tali denominatione remanet ꝛ adminiculata filiaro  
etiam in aliorum præiudicium, ita & taliter, vt Fran-  
ciscus constituatur in quasi possessione filiationis, *l.*  
*quidam, & ibidem glos. 1. ff. de probat. Angel. in l. liberor.*  
*num. 2. ff. de hie. qui notant. infam. Menoch. de arbitrar.*  
*iud. cas. 109. num. 72. & præsumpt. 53. num. 23. cum seqq.*  
*lib. 6. Paris. conf. 10. num. 62. lib. 2. Surd. conf. 1. num. 62.*  
*Gratian. discept. 653. num. 71. Palcott. de not. & spur. cap.*  
*22. num. 9.*

6 Secunda ex publica voce, & fama inconcussa apud  
vicinos, cum Franciscus ꝛ ab omnibus reputaretur fi-  
lius Horatii, vt testes comprobant, quæ benè illi suffra-  
gatur ad effectum constituendi illum in quasi posses-  
sione ꝛ filiationis, Menoch. *de arbitrar. cas. 89. nu. 88.*  
*cum seqq. lib. 2. Palcott. de not. & spur. c. 23. vers. ultimo.*  
*Bursatt. conf. 88. num. 5. Alex. conf. 88. num. 9. lib. 7. Paris.*  
*conf. 10. num. 57. lib. 2. Rot. decis. 472. nu. 8. par. 1. recent.*  
*& facit bonus. text. in l. si mater. C. de statu defunct.*

7 Tertia ex simile effigie, ac aspectu Patris, quæ licet  
non sit probatio necessaria ꝛ concludens filiationem,  
est tamen præsumptio, quæ, iunctis aliis præsumptio-  
nibus, non venit contemnenda, de qua benè deponunt  
testes, ex cuius similitudinis typo posse dignosci filius  
esse illius, cuius faciem ꝛ formam vè referat, dixerunt,  
8 *Bald. conf. 390. lib. 2. Decian. conf. 1. nu. 17. lib. 3. Tiraq.*  
*ad l. 7. connubial. nu. 52. cum alijs per Rota par. 6. recent.*  
*decis. 314. num. 10.*

9 Quarta, & quæ omnes alias superat, & de per se so-  
lùm sufficeret, desumpta fuit ex eo, quia Lælius ipse, &  
Octavius Pattui dictum Franciscum vti filium Hora-  
tij, ac respectuè proprium Nepotem agnouerunt,  
10 dum post mortem ꝛ Horatii communis patris eius  
tutelam affectarunt, de qua affectatione deponunt  
quatuor testes *summ. Francisci. num. 11. Vterius, &*  
*quod facit cessare omnem scrupulum, sunt plures*  
*actus iudiciales, ꝛ in quibus fuit pluries conuentus*  
*per præfatos Lælium, ac Octavium vti filius, ac hæres*  
*Horatii summ. nu. 13. & contra Franciscum dictus Læ-*  
*lius mandatum executiuum obtinuit, & executionem*  
*consumauit pro debito hæreditario Horatii, ex quibus*  
*actibus indubitanter remanet ꝛ Franciscus con-*  
*stitutus in quasi possessione filiationis in præiudicium*  
*confitentium, siue denominantium, Alex. conf. 25. num.*  
*12. lib. 4. Menoch. præsumpt. 53. num. 23. cum seq. lib. 6. &*  
*de arbitrar. cas. 89. num. 72. Palcot. de not. & spur. cap. 22. in*  
*fin. Gratian. discept. 653. num. 71. & seqq. & discept. 754.*  
*num. 32. & 33. Rot. decis. 199. num. 2. par. 3. recent. Præ-*  
*sertim quia dicta confessio ꝛ Lælij secuta fuit in actu*  
*iudiciali ex actionis debiti hæreditarij, quæ non nisi*  
*contra filium, & hæredem fieri potuisset. Inde ipsa no-*  
*minatio vti adiuncta actui proportionabili filiatione*  
*nem probat etiam cum ꝛ extraneis, & multo magis*  
*contra Lælium confitentem, ac nominantem, Gozad.*  
*conf. 13. num. 52. cum seqq. Bursatt. conf. 88. num. 5. Rota*  
*decis. 472. num. 8. par. 1. recent. & fuit resolutum in Bono-*  
*nien. fideicommissi 22. Junij 1639. coram R. P. D. meo Bi-*  
*chio. Vnde non verisimur in simplici enuntiativa, sed in*  
*confessione explicita Lælij emissa in actu, sub quo*  
*13 ꝛ Franciscus, non nisi, vti filius legitimus, ac hæres Ho-*  
*ratij possit conueniri, quoniam in spurcius esset Horatii*  
*hæreditatem præterdere non valuisset, Auth. ex com-*  
*plexu. C. de natur. liber. Peregr. de iur. fisc. lib. 3. tit. 18. nu.*  
*16. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. g. 5. num. 55. Rot. par. 3. re-*  
*cent. decis. 154. in fin.*

14 Quinta elicitur fuit ex eo, quia benè conuincitur per  
plures testes pro Francisco examinatos tempore con-  
ceptionis, & natiuitatis illius secutæ de anno 1613. ad  
15 ꝛ Olimpiam eius matrem, neminem habuisse accessum

præter Horatium Gratianum, qui eam domi ab eo-  
dem conductæ, & sitæ è conspectu propriæ habitatio-  
nis ad meliorem illius custodiam amore maritali reti-  
nebat, ibique alimenta, & necessaria dietam submini-  
strabat sub spe illam in uxorem ducendi, prout tan-  
dem in articulo mortis eam ꝛ duxit, & exitus hoc be-  
nè comprobauit. Qui actus indicant maximum amo-  
rem ac beneuolentiam inter ipsos, demonstrantque  
Olimpiam in posterum non habuisse ab altero de pen-  
17 dentiam, quam à dilecto Horatio, ꝛ quo casu intrat  
iuris præsumptio, quod quis præsumatur natus ex eo,  
qui illam pro concubina retinuit, vt est *glos. magistra*  
*in cap. Michael. de filiis præb. Alex. conf. 157. num. 1.*  
*versic. nisi illa fuisset, lib. 5. Anchar. conf. 221. Alciat. de*  
*præsumpt. regul. 3. præsumpt. 37. num. 1. & 4 Paris. conf. 10.*  
*num. 33. lib. 2. Surd. conf. 1. num. 44. Rota decis. 332. num.*  
*3. post 2. vol. conf. Farinac. prout benè testes compro-*  
*19 bat verbis rotundis deponentes, Olimpiam ꝛ matrem*  
*Francisci è statu meretricio transiitum fecisse ad con-*  
*cubinatum cum solo Horatio.*

20 Quod verò Franciscus sit legitimus, ita vt veniat  
admittendus ad successionem Octauij vna cum Lælio  
Pattui, satis remanet probatam ex subsecuto matri-  
monio inter Horatium, & Olimpiam, ꝛ per quod  
Franciscus filius legitimus effectus fuit ad omnem ef-  
fectum, talemque legitimationem valere, dixerunt *l. f.*  
*conf. 234. per tot. lib. 2. Costren. conf. 419. col. 2. lib. 2.*  
*Abb. in cap. innotuit, de elect. Soc. in l. sed si quis sum de*  
*liber. & posth. Rip. in l. si vnaquam, C. de reuoc. donat. nu-*  
*mero 55. Gabr. conf. 21. a num. 5. vsque ad 12. lib. 1. Cal-*  
*lad. decis. unica num. 6. & 7. de sponsal. & matrim. Gabr.*  
*de legitim. conclus. 1. nu. 52. Mant. de consecr. ultim. lib.*  
*11. tit. 12. num. 9. Gail. præct. obseru. lib. 2. cap. 141. num. 4.*  
*Boer. decis. 240. nu. 16. in fin. Qui omnes pluribus au-*  
*thoritatibus, ac rationibus probant hanc opinionem*  
*esse veriore.*

21 Nec obstat, quod confessio Lælij non suffragetur  
ꝛ in his, quæ non pendent à potestate confitentis,  
prout est filiaro. Fuit enim responsum obiectum be-  
22 nè, ꝛ procedere ad effectum veritatis realis ex parte  
rei, videlicet, quod filius verè efficiatur, qui talis non  
est, sed non ad effectum probationis, prout dicimus,  
quod confessio, licet non sit apta ad transferendum  
23 ꝛ dominium, est tamen apta ad illud probandum, Cra-  
uett. *conf. 157. num. 6. cum seqq. Ruin. conf. 128. num. 5.*  
*& 18. lib. 2. Paris. conf. 77. num. 59. lib. 3. Rip. in l. si al-*  
*quam rem, nu. 44. ff. de acquiren. possess. & fuit dictum in*  
*Neapolitana domus 16. Decembris 1605. coram Ortem-*  
*bergo.*

24 Minus obstat, quod altera confessio Lælij circa filia-  
tionem Francisci emanauerit ad alium effectum, ac  
respectu alterius hæreditatis, nempe Horatii, ꝛ quia  
cum effectus actionis debiti, & iuris passiuu hæ-  
reditarij in personam vnus non possit superari à iure  
actiuo, cum ad hæredem transeant omnia iura, tam  
actiua, quam passiuu, *l. cum hæredes, ff. de acquiren. pos-*  
*sess. l. 1. ff. de bon. poss. l. hæredes, la 2. ff. de acquir. hered.*  
*Canal. decis. 536. nu. 3. Idem constituto, quod Franciscus*  
*sit filius, & hæres Horatii, quod nisi filio legitimo con-*  
*gruit ex prædictis, & in alio iudicio idem Lælius falsus*  
*25 fuit, venit in necessariam consequentiam, quod idem*  
*Franciscus tanquam ꝛ nepos succedat Octauio Pa-*  
*truo in concutu cum Lælio confitente. Confessio au-*  
*tem emissa ad vnum effectum releuat etiam quo ad*  
*alium, qui venit in consequentiam illius, præsertim*  
*26 dum remanet ꝛ adminiculata, ac in merum præiudi-*  
*cium confitentis, Pacian. de probat. lib. 1. cap. 6. num. 27.*  
*Felin. in cap. per tuum, de probat. num. 12. versic. & licet*  
*contrarium.*

Nec obstant exceptiones adductae contra personas  
 27 testium pro filiatione examinatorum, nempe quod  
 sint persone viles, pauperes, feminae, ac similes quia  
 fuit per DD. responsum, haec omnia non iustificari in  
 facto, & in omnem casum in hac materia, in qua non  
 28 est ita facile reperire quod alios testes, admittuntur ad  
 eam comprobendam etiam testes, qui alias essent in-  
 habiles, cum veritas aliter haberi non possit, *cap. ve-*  
*ment, si 2. in fin. de testib. Lupus allegat. 94. col. 1. vers. &*  
*ideo insurgit. Gabr. de testib. conclus. 7. per totam, & cen-*  
*suit Rota in Romana filiationis coram bo. me. Pironano,*  
*post 2. vol. consil. Farinac. decis. 332. num. 12. in fin. & in*  
*Romana docti coram reuerendiss. D. meo Decano, part. 6.*  
*recent. decis. 314. num. 27.*

Minus obstat, quod probatio filiationis desumpta  
 ex testibus destruat ex depositionibus quatuor te-  
 stium examinatorum pro Laetio dum illi conantur de-  
 ponere, dictam Olimpiam Francisci matrem extitisse  
 publicam meretricem, & in lupanariis inuolutam,  
 29 quia fuit responsum, vel quod praefatos testes non percu-  
 tere tempus conceptionis Francisci, secuta de anno  
 1613, vel detegi non informatos, ac deponere inuer-  
 30 milia, quod praeteritum in concursu cum aliis testibus de-  
 ponentibus verisimilia, quibus magis esse credendum  
 censuerunt Abb. in *cap. in nostra de testibus. & ibi Imol.*  
*& Felin. col. 1. in fin. & col. 3. Ruin. consil. 67. col. 1. vol. 1.*  
*Alex. consil. 90. col. fin. vol. 4. & consil. 171. vol. 5. Atlicet.*  
*decis. 363. num. 6.*

Etenim primus deponens ab anno 1599. usque ad  
 31 annum 1612. 15. & 18. per dictionem, quod in *circu*, & cum  
 alia, ibi, *se ben mi ricordo detta Olympia tenue sempre l-*  
*istessa vita. Quae depositio potest verificari, etiam ante*  
 annum 1613. cum illa sit concepta per verba praefata,  
 32 *se ben mi ricordo*, & cantent quod in genere de toto tem-  
 pore, non inde concludit pernecessesse, praeteritum in  
 concursu cum aliis testibus Francisci bene concluden-  
 tibus tempore conceptionis illius, Olimpiam in lupanariis  
 33 non extitisse inuolutam, quod imò potius in con-  
 cubinatu cum Horatio non inde praedictus testis venit  
 habendus in consideratione, Caputaq. *decis. 247. num.*  
*12. par. 3. Gregor. XV. decis. 344. nu. 6. cum seqq. & 290.*  
*num. 3. & par. 2. recent. decis. 774. num. 6. quae alias cu-*  
 mulat.

Secundus verò testis quamvis eodem modo depo-  
 nere conetur de inhonestate Olimpiae ab anno 1599.  
 usque ad annum 1613. attamen quia subdit, id totum  
 scire, ex quo vidit cum ea homines ratiocinari, nec  
 34 non quod habere commercium tempore, quo moram ge-  
 rebat super hospitio Gaembari, quod fuit longè ante  
 tempus conceptionis Francisci, cum per biennium, &  
 ultra probetur, Horatium asportasse Olimpiam ad  
 alteram domum è conspectu propriæ Horatii, ad ma-  
 iorem custodiam. Inde deponit praefatus testis debet  
 restringi ad tempus habitationis Olimpiae super dicto  
 Hospitio, & consequenter de tempore diuerso à tem-  
 pore conceptionis Francisci, cum bene verum sit di-  
 35 cere, quod dictus testis restringatur, quod & declaratur à  
 ratione scientiae deducta, ita Bald. in *l. solum nu. 2. ver-*  
*sic. ultimo sciens, C. de testib. Farinac. qui alios congerit*  
*de testibus, quest. 70. cap. 1. num. 12.*

Praeteritum quia idem testis deponit, quod de anno  
 1612. 13. & 14. nonquam accessit ad domum Olimpiae,  
 prout etiam videtur restringenda depositio tertij te-  
 stis, dum eius scientiam circa vitam lupanariam Olim-  
 36 piae, quod ac accessum ad eius domum terminet ad an-  
 num 1610. subdens haec verba, *& dall' Anno 1610. in*  
*poi non sono più stato in casa sua*, non inde percutit tem-  
 pus conceptionis Francisci, sed tempus praecedens,

37 cum quod deponat post dictum annum 1610. amplius  
 cum Olympia non fuisse allocutum, nec eam vidisse.

Nec pariter obstat quartus testis, quamvis deponat  
 38 omni peiori modo, quod tum quia remanet vnicus, *cap.*  
*nihilominus, & ibi glos. quest. 9. cap. tam letteru de testi-*  
*bui, vbi glos. in verb. sol. Paris. consil. 57. col. 2. vol. 1. tum*  
 etiam quia conuincitur de mendacio per contrariam  
 39 depositionem decem testium quod Francisci, nec non se-  
 cundi, ac tertij testis eiusdem Laetij, Clar. in *§. falsum,*  
*versic. conuincitur etiam testu de falso in princ. Farinac.*  
 qui alios cumulat *consil. 278. num. 16. lib. 2. Greg. XV.*  
*deis. 100. nu. 3. Inde bene remanere firmam probatio,*  
 nem factam per testes pro filiatione Francisci.

Ultimo non obstat decisio in *Romana Filiationis 1.*  
*July 1639. coram R. P. D. meo Carrilo*, in qua rejiciuntur  
 plures coniecturae ad effectum probandi filiationem,  
 cum in casu illius decisionis idem coniecturae fuerint  
 41 reiectae pro filiatione adductae quod tanquam imperfectae  
 in suo genere ex defectu validae probationis singula-  
 42 ritatem, quod ac etiam quia in ea coniecturae erant  
 leuissimae, ac æquiuocae, secus verò in casu nostro, in  
 quo sunt plures, & adlunt perfectissimae, & efficaces  
 praesumptiones de sumptae tam ab actibus, & factis, ne-  
 dum Horatii Parris, Fide Baptismi, sed etiam à propria  
 43 iudiciali, ac extrajudiciali quod denominatione Octauij,  
 ac Laetij, de cuius praedictio agitur, cui idem tantò  
 magis nocent probationes ex illis resultantes, Giouan-  
 go. *conf. 21. num. 12. lib. 1. Iunctis etiam depositionibus*  
 tot testium filiationem bene probantium. Unde praedi-  
 44 cta omnia quatenus singula paterentur aliquam  
 difficultatem, negari non potest, quod quin simul iuncta  
 perfectam, & concludentem constituent probationem,  
 cum in hac materia probationes imperfectae iun-  
 gantur ad efficiendam plenam, & perfectam proba-  
 tionem, Anchar. *conf. 225. num. 6. Rim. lun. conf. 611. nu.*  
 41. *Surd. conf. 1. nu. 53. & par. 6. recent. decis. 314. num. 15.*  
 Et ita resolutum vtraque parte pluries informan-  
 te, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Ferrariensis Legati.

Veneris 4. Aprilis 1641.

ARGUMENTVM.

Legatum, quando Testator alicui clarè reli-  
 quit, omninò soluendum venit, quod procedit,  
 etiamsi haeres institutus vti proximior  
 adiuerit haereditatem non ex Testamento,  
 sed ab intestato, quia voluntas Testatoris  
 ex quocumque capite adeatur seruanda est  
 omninò voluntas Defuncti.

SVMMARIVM.

- 1 Legatum, quando claris verbis alicui est relictum omni-  
 nò soluendum venit.
- 2 Haeres abeundo haereditatem, dicitur quasi contrahere  
 cum creditoribus, & Legatariis.
- 3 Iura tam actiua, quam passiva dicuntur translata in ha-  
 redem, cum haereditatem adit.
- 4 Haeres institutus, si vti proximior adiuerit haereditatem  
 ab intestato, non ideo excusatur à solutione Legatorum.
- 5 Haeres Defuncti, siue adeat haereditatem ex Testamento,  
 seu ab intestato, semper tenetur seruare ientem De-  
 functi.

- 6 Nec potest ab eius placitis recedere.
- 7 Vidua, quod fuerit reddita gemma, vestes, iocalia, ceteraque, ex quibus probetur. & num. 8.
- 9 Compensationis exceptio, quando non possit intrare.
- 10 Compensationis exceptio cessat, quando constat de contraria mente Testatoris.
- 11 Veritas, quando in contrarium apparet, tunc cessant presumptiones, & coniectura.
- 12 Presumptionibus, & coniecturis non est locus, quando sumum in claris.

DECISIO XXXVIII.

PRout aliàs fuit dictum coram bo. me. Buratto, bo. mr. Gibertus Pius uxorem duxit bon. mem. Margaritam Columnam, cui in vltimo testamento per eum condito in Terra Zagaroli Martij 1619. iure legati reliquit scuta 12. mill. monetæ vltra omnem, & quamcumque summam in capitulis matrimonialibus promissam, & ex eis quouis modo debitam; Et cum ei petenti judicialiter ab hæredibus defuncti viri supra dictum legatum scut. 12. mill. fuerit oppositum de satisfactione ex eo, quod ad eius manus peruenerint iocalia, vestes, & alia ornamenta ingentis valoris, partim pro vsu proprio ipsius D. Giberti, partim ad muliebrem ornatum, quæ D. Gibertus dedit D. Margaritæ sponsæ, Defunctæ d. D. Margarita, & reassumpta causa per Excellentiss. Ducem Martinæ eius secundum virum, & hæredem, de duobus contigit dubitari in Rota. Primum, An supradictum legatum scutor. 12. mill. debeatur: Secundò, An constet ad manus D. Margaritæ peruenerit iocalia, & alia bona, & pro qua summa.

Et quoad Primam partem dubij legatum deberi satis patet, quia de eo satis constat ex claris verbis Testamenti, in quibus legitur ¶ legatum scut. 12. mill. ad fauorem Margaritæ Columnæ ipsius Testatoris ¶ dilectissimæ uxoris, illudque debetur ab Illustrissimo D. Alcano Pio vniuersali successore claræ me. Cardinalis Pij cohæredis D. Giberti Testatoris, quia hæredes adeundò hæreditates dicuntur quasi contrahere cum creditoribus, & legatariis hæreditatem, l. apud Iulianum, §. fin. ff. quib. ex caus. in possess. eat. §. heres quoque, Instit. de obligat. quæ ex quali contract. Et ratio est, quia omnia iura ¶ tam actiua, quam passiuia in hæredes dicuntur translata, vt tenuit, Rota decis. 232. in fin. p. 6. & decis. 306. num. 33. p. 7. recent. & aliàs sapè.

Nec Supradictus vniuersalis successor potest excusari ex eo, quod vnà cum defuncto Cardinali adierit hæreditatem fratris ab intestato, non autem ex testamento, ¶ omiſſa causa testati, quia non idèd excusatur à solutione legatorum l. in princ. & tot. tit. ff. si quis omiſſ. caus. testam. & tot. tit. C. si omiſſ. sit caus. testam. & si gnauerit decidit, text. in l. fin. semper enim tenentur ¶ hæredes defuncti, siue adeant ex testamento, siue ab intestato, seruare facta defunctorum, l. cum à matre, Cod. de rei vend. nec à placitis defunctorum recedere, ¶ Rota decis. 48. num. 5. & 165. num. 38. p. 7. recent.

Quo vtro ad secundam partem dubij etiam si exte. stibus deponentibus de vltu, cum interfuertint consignationi factæ ab eodem Giberto Margaritæ vxori, ¶ quorum depositiones, coadiuuantur ex attestatone iurata bon. mem. Petri Francisci Columnæ Ducis Zagaroli, quod D. Margaritæ eius germanæ sorori fuerint consignata iocalia, gemme, & vestes, & quod illa, ac supellectilia, & vestimenta D. Giberti remanserunt penes eam ex depositione Pauli Boschi defuncti anno 1622. examinati ad perpetuam rei memoriam, necnon ex Instrumento dotali sub die 19. Maij 1627.

facto cum Duce Martinæ secundo viro, vbi nedam assignantur plures gemmæ valoris scut. 1926. Sed vltorius creditum scut. 3000. aliarum venditarum de Petro Francisco Columnæ fratri, probaretur ad manus eiusdem Margaritæ ¶ peruenerit iocalia, & alia bona prætenſa, attamen ex alio legato facto eidem Margaritæ ab eodem Giberto viro, in quo iure legati reliquit vxori gemmas controuersas per hæc verba. Item legauit, & similiter iure legati reliquit eidem Illustriss. D. Margaritæ eius vxori, ¶ n. centorino di diamanti da capello, vna bottoniera de diamanti d'vn vestito di esso Testatore, & tutte le altre gioie, che sono in casa, & in suo potere, tanto quelle, che seruivano per esso Testatore, quanto ancora tutte quelle, che seruivano ad uso, & ornamento di essa Signora Legataria; cessant omnia deducta ¶ super prætenſa à satisfactione, nec intrat exceptio compensationis ex latè traditis per Barbol. in l. diuortio §. ob donationes, num. 3. ff. solut. matrim. Quia non potest objici D. Margaritæ compensatio de rebus propriis, & dum constat de explicita voluntate Giberti, quod vel donauerit, ¶ vel legauit gemmas, iocalia, & alia bona non est amplius locus contrariis presumptionibus, seu coniecturis, quæ conuunt in claris, & cessant, ¶ dum veritas in contrarium apparet l. in rebus, C. de iur. dot. l. penult. §. mulier, ff. de probat. Menoch. de presump. lib. 1. presump. 31. num. 4. Rota decis. 64. num. 3. p. 1. diuers. & decis. 203. num. 12. p. 5. recent.

Vnde Domini respondendo ad vtrumque Dubium propositum, censuerunt vtrumque legatum deberi: Primum scut. 12. mill. & secundum continens gemmas, & iocalia quæcumque.

Et ita vtraque parte audita resolutum.

R. P. D. DVNOZET.

Romana successionis de Comitibus.

Luna 23. Iunij 1642.

ARGUMENTVM.

Mulier, quæ transiit ad secunda vota, an succedat in bonis Nepotum ex primo matrimonio; & An Monialis professæ amittat ius succedendi, quid si renunciauerit omnibus bonis; & quando per huiusmodi renunciationem comprehendantur non solum Agnati, & Cognati, sed etiam hæredes, & successores extranei; & an in ipsa requirantur solemnitates itanti.

SVMMARIVM.

- 1 Ascendentes proximi vocantur pro virili vnà cum fratre, & sorore vtriusque coniunctis ad successionem Defuncti ab intestato sine liberis, & num. 12. fallit, si fuerit facta renunciatio, num. 13.
- 2 Mulier transiens ad secunda vota non succedit Nepotibus ex primo matrimonio, nisi quoad vfumfructum sua vitæ durante; neque legitimam retinere potest quo ad proprietatem, num. 3. sed tenetur eam seruare liberis ex primo matrimonio procreatis, num. 11.
- 4 Religiosus professus in Monasterio capax retinet ius succedendi Parentibus, agnatis, & cognatis, hæreditatis tamen immediatè Monasterio defertur, num. 3.
- 6 Monialis videtur mortua mundo, præsertim iquo ad ius prosequendi iniuriam sibi illatam ob transiitum, & Matris 3 & Maij; ad seruandam vltimam Resolutionem ob

num.7. resoluitur obiectio, num.8.

- 9 Legitima debetur Ascendentibus, aut Descendentibus in bonis professi statim à die professionis, non expectata illius morte naturali.
- 10 Mater si essentia fuerit legitimam in bonis filiorum professorum, illam non amittit per transitum ad secunda vota.
- 14 Hæredum, & successorum quorumcumque appellatione, venit etiam extraneus, declaratur exemplis, n. 15. & 16.
- 17 Renunciationes bonorum tanquam ediose strictam recipiunt interpretationem, neque excedunt personas in eis nominatas; & an, & quando comprehendat hæredes, & successores extraneos, vide nu. 18. 19. 20. 22. 24. & 27.
- 21 Illatio in casibus diuersis non est faciendâ.
- 23 Renunciatio Emphyteusis non suffragatur, nisi pacifcentibus, eorumque hæredibus, & successoribus, pro quibus facta reperitur.
- 25 Verba, quibuscumque hæredibus, & tam ab intestato, quam ex testamento, & c. successoribus induunt equiparationem, & equalitatem.
- 26 Aequalium equalis est determinatio.
- 28 Verba, quando sunt clara, non est locus presumptionibus, & coniecturis.
- 29 Renunciatio facta pro se hæredibus, & successoribus quibuscumque non dicitur facta ratione conseruanda agnationis.
- 30 Renunciatio secunda non censetur facta ratione conseruanda agnationis, si hac ratio fuerit expressa in prima, & in secunda omissa.
- 31 Coniectura, quod pater presumatur filiam præferre voluisse extraneo, cessat, si filia renunciauerit pro omnibus hæredibus, & successoribus quibuscumque.
- 32 Successio ab intestato non impeditur ex odio, vel ingratitude.
- 3 Renunciatio facta à filia volenti ingredi Monasterium, censetur facta ob ingressum Religionis, quam ratione conseruanda Agnationis.
- 4 Filia, qua renunciauit, deficientibus omnibus parentibus, & proximioribus venientibus ab intestato, succedit patri, non autem illis existentibus.
- 5 Solemnitatis requisitis à statuto, ommissis in contractu renunciationis, renunciatio non valet; prout alij contractus, num. 38.
- 6 Ecclesiastica persona non subiacet statutis Laicorum; procedit si tempore renunciationis fuisset nouitia, nu. 37.
- 39 Ad descendantiam probandam ad effectum successionis admittitur probatio per coniecturas, & indicia.
- 40 Proximiorum in Verbo fuisse, probatur ex alibiis, quibus eadem die interfuit; & ex citatione enunciata in instrumento, num. 43.
- 41 Proximiores interuenisse contractui probatur ex testibus deponentibus de habilitate naturali eadem die.
- 42 Habilitas interueniendi potuisse contractui inter medio, probatur ex habilitate antecedenti, & subsequenti eadem die.
- 44 Per productionem instrumenti censentur approbari omnia in eo contenta.
- 45 Citatio suffragatur quando est legitime facta cum expressione loci, horæ, & qualitatis contractus.
- 46 Negatiua non existentia probatur per diligentias factas seruatis seruandis.
- 47 Statutum si mandet, tunc deputari Curatorem, quando nullus consanguineus exstaret, debent vocari omnes proximiores ante deputationem Curatoris.
- 48 Curator, deputari non potest pro auctorizando alterius contractui minor 25. annorum.
- 49 Statutum directum in personas Urbis, non habilitat forenses.

Cum hodie revideretur secunda decisio emanata in hac causa sub die 15. Ianuarij proximè præteriti, in qua dictum fuit constare de bono iure D. Comitissæ Cornelie pro medietate, & pro alia medietate de bono iure Reuerendarum Monialium Monasterij Sanctæ Catharinæ de Senis, quoad bona reperia in Vrbe in hæreditate q. Balthassaris de Comitibus Iunioris defuncti ab intestato sine liberis; DD. vtraque parte examinata recesserunt à decisio.

Nam quoad primam, quamuis vera sit conclusio firmata in prædicta decisione, nempe quod si quis dedit ab intestato sine liberis, † ascendentes proximi vocantur ad successionem illius pro vitili vna cum fratre, & sorore vtrinque coniunctis ipsi defuncto, & sic deficientibus Patre, & Matre, Auus, vel Aua superstites, qualis est D. Comitissa tanquam ascendentes proximi non excluduntur à successione talis defuncti ob existentiam eius fratris, aut sorores, sed æqualiter ad illam vocantur ex dispositione text. in §. si igitur defunctus, vers. si verò cum ascendentibus, auth. de hered. ab intest. venien. vnde sumpta est auth. defuncto, C. ad Sen. consult. Tertul. quam sic interpretatur glos. in dicto §. igitur defunctus verbo proximus in fin. vers. sed secundum primam, auth. de hered. ab intest. venien. & in d. auth. defuncto in eodem verbo proximus, vers. sic. vel dic secundum Ioannem. C. ad Sen. consult. Tertull. & ibidem Bart. num. 1. vers. alij dicunt contra Bald. nu. 9. vers. dicas ergo, Cast. num. 3. in fin. vers. glossa tamen cum aliis allegat. in decis. §. & quoad primam partem, nihilominus dicta conclusio non visa fuit applicari simpliciter casui, de quo agitur, quia † cum dicta Comitissa transierit ad secunda vota, non potest succedere pro medietate dicto Balthassari nepoti ex primo matrimonio, nisi quo ad vsum fructum sua vita durante; secus verò quo ad proprietatem, cum istam teneatur reseruare aliis liberis ex eodem matrimonio procreatis, iuxta dispositionem Tex. in l. fœmina 3. §. illud etiam, C. de secund. nupt. & ibidem Bart. nu. 1. vers. sic. hoc est hodie decisum, Bald. num. 2. & 4. Salic. num. 1. in fin. cum aliis, quos refert, & sequitur Bologn. ad Mattheil. de success. ab intestato, art. 2. princip. num. 18. inter tract. diuers. tit. 8. fol. 326. Socin. lun. conf. 71. num. 1. in fia. lib. 2. Gabr. de secund. nupt. conclus. 3. num. 1. & seqq. Castil. de usufruct. cap. 2. num. 35. & seqq. Sanch. de matrim. lib. 7. disput. 89. num. 12. & 18. Cancr. var. resol. lib. 1. cap. 5. nu. 15. Cytiac. controu. 139. num. 23. Cavaler. decis. 189. num. 1. Bur. dec. 82. num. 1. Mattin. Andr. dec. 51. num. 2. Rot. dec. 80. num. 3. par. 6. recent. Aded v: † mulier binuba, nec etiam legitimam sibi debitam in bonis filij, aut nepotis prædefuncti retinere valeat quo ad proprietatem, sed vsum fructum dumtaxat consequatur, Bald. consil. 5. circa fin. vol. 4. plenè Menoch. consil. 237. nu. 7. & seqq. vbi hanc sententiam pluribus fundamentis, & rationibus comprobatur Pereg. conf. 78. num. 5. lib. 1. & conf. 17. nu. 4. lib. 3. Gabr. de secund. nupt. d. conclus. 3. num. 8. Ludouic. conclus. 35. ampliat. 2. Sanch. de matrim. d. lib. 7. disput. 89. num. 19. Merlin. de legit. lib. 4. tit. 2. quæst. 1. nu. 5. Cytiac. d. controuers. 139. num. 23. & seqq. Mangil. de imp. glos. 7. disput. 89. num. 19. Molfes. ad consuetud. Neapol. par. 3. quæst. 22. num. 3. vers. sic. quoad legitimam. Gucci. de matrim. cap. 109. num. 6. & hanc etiam sententiam amplexa fuit Rota d. dec. 80. num. 6. vers. sic. quoad aded verum, par. 6. recent.

Neque applicantur duæ limitationes ponderatæ in eadem decisione; Non quidem prima nempe quod dispositio l. fœmina procedat, quando extant alij liberi

ex primo matrimonio suscepti, qui succedere valeant, secus autem illis non extantibus, quia in presenti adhuc existit D. Cleria ex Balthasare seniore primo viro Comitissæ altera descendens, quæ licet fuerit ingressa Monasterium, ibique professionem emisit, non idcirco redditur incapax dictæ successionis pro medietate,

† cum Religiosus professus in Monasterio capaci, prout hic, bonorum in communi retineat ius succedendi parentibus, & cæteris agnatis, vel cognatis, perinde ac si adhuc in seculo existeret *l. Deo nobis 14. §. hoc etiam, & ibidem glos. in verbo. parentum. Bart. per tot. Bald. numero 4. & seqq. Castr. num. 3. C. de Episc. & Cleric. Archid. in cap. statutum, num. 3. 18. quasi. 1. Lap. allegat. 101. num. 11. Rot. decis. 47. num. 1. post Merlin. de legit. ad favorem tamen, & utilitatem eiusdem Monasterij, † cum hæreditas, quæ obuenit Monaco post emissam professionem deferatur immèdiatè non ipsi Monaco, sed Monasterio, in quo ille professionem emisit, iuxta communem Canonistarum opinionem, quam tenent Innocent. in cap. in presentia 8. num. 6. circa fin. vers. hoc autem. Hostien. num. 3. vers. hoc tamen. Io. Andr. sub num. 21. vers. illud autem. Butr. num. 28. vers. unde capacitas, iuncto vers. & omnia. Abb. num. 76. & seqq. Berro. consil. 557. Anchar. nu. 18. vers. Ioannes Andreas tit. de probat. Barbat. consil. 20. num. 19. Ruin. consil. 204. numero 12. & consil. 205. num. 1. vers. tamen communis, & consil. 206. in fin. vol. 1. Beiran. consil. 68. num. 3. in fin. vers. quia si hæres, vol. 6. Socin. Sen. consil. 183. post prime. vers. tamen communis opinio, lib. 2. Curt. Iun. consil. 48. num. 8. lib. 1. Hond. consil. 94. num. 15. lib. 1. & consil. 76. num. 11. lib. 2. Molin. de iustis. & iur. tom. 1. disput. 140. col. 3. sub §. non solum bona, cum aliis cumulatis à Sanch. in precept. decal. lib. 7. cap. 12. nu. 36. Ferdin. à Castrop. in oper. moral. de oblig. Relig. disput. 3. punct. 8. num. 3. Gratian. discept. 163. num. 17. & seqq. quam etiam opinionem tenuit Rota decis. 128. num. 3. par. 2. recent. & coram Caualer. decis. 346. num. 2. & coram Buratto decis. 294. num. 3. & decis. 639. num. 14. & seqq.*

Nec releuat, quod prædicta D. Cleria tanquam Religiosa videatur mortua Mundo, præsertim quo ad ius prosequendi iniuriam, quam D. Comitissa ob transitum ad secunda vota videbatur ei intulisse, cum tale ius non minus morte civili, quam naturali extinguatur, iuxta decis. in Nouarien. legitima coram bo. mem. Pironano, & R. P. D. meo Ghislerio allegatis in eadem decisione, quæ sunt decis. 116. num. 19. & 223. num. 6. par. 5. recentior. Quia fuit responsum, † dictam conclusionem procedere posse in Moniali professa in Monasterio incapaci, secus autem in professa in Monasterio capaci bonorum in communi, quia tunc non habetur pro mortua Mundo, sed adhuc dicitur vivere, ad effectum, vt Monasterium ex persona illius succedere possit in ea portione, quæ tali Moniali, siue ex testamento, siue ab intestato defertur, Bald. in d. l. Deo nobis, §. hoc etiam, num. 5. & ibidem Salicet. sub num. 3. in fin. vers. & hoc, ubi Monasterium, C. de Episcop. & Cleric. Bart. in l. cum pater, §. hæreditatem, sub num. 3. ff. de leg. 2. Alex. consil. 139. num. 9. lib. 2. Hond. consil. 62. num. 37. lib. 1. & consil. 76. num. 12. vers. & quia hæc conclusio lib. 2. Surd. consil. 238. num. 4. & seq. lib. 2. & consil. 557. num. 9. & seqq. lib. 4. Peregr. de fideicom. art. 28. sub numero 64. vers. nam data, Fusar. de substit. quasi. 428. num. 11. & seqq. Rot. decis. 151. nu. 2. & seq. par. 3. recent. & in terminis d. l. formina sensit Rip. in ead. l. formina num. 15. quasi. 8. quem refert, & sequitur Sanch. de matrim. d. disput. 88. num. 25. vers. unde inferitur.

Neque aduersari vise fuerunt prædictæ decisiones in Nouarien. legitima coram bo. me. Pironano, & R. P. D. Decis. Sac. R. R. De Fratribus,

meo Ghislerio, ex eo, quia licet ille loquantur in terminis Monasterij capacis bonorum in communi; Nihilominus casus illarum differt à casu, de quo agitur, quandoquidem ibi mater transiit ad secunda vota, postquam eius filij professi fuerant Religionem Clericorum Regularium Sancti Pauli, & sic de tempore, quo illa iam acquisuerat legitimam sibi debitam in bonis dictorum filiorum, etiam quo ad proprietatem, † cum legitima debeat ascendentibus, aut descendantibus in bonis Professi statim à die emissæ professionis illius morte naturali non expectata, juxta veriore opinio-nem, quam tenent glosa in cap. cum simus 14. in verbo, & bona paterna, & ibidem Anchar. num. 4. vers. si autem impubes, Anton. de But. num. 5. de regul. Abb. in d. cap. in presentia 8. num. 59. vers. sed respectu legitima filiorum de prob. Couar. in cap. 2. num. 7. vers. quibus refragatur textus tit. de testam. Fachin. controuers. iur. lib. 6. cap. 13. vers. ego priorem sententiam. Hond. consil. 60. num. 18. & seq. lib. 2. quam etiam opinionem amplexa fuit Rota in prædictis decisionibus; Ideoque cum dicta † mater semel allequa fuisse legitimam in bonis dictorum filiorum professorum, non potuit illam amittere per transitum ad secunda vota postea subsequutum, Merlin. de legit. d. lib. 4. tit. 2. quasi. 1. num. 14. At in præ-senti casu dicta Comitissa transiit ad secunda vota, antequam d. Cleria professa fuisset in dicto Monasterio S. Catherinæ de Senis, & sic de tempore, quod dicta D. Cleria adhuc vivebat tam civiliter, quam naturaliter, quæ propterea licet fuerit ingressa dictum Monasterium, ibique professionem emisit, non idcirco censetur mortua Mundo, sed pro viua reputatur ad hoc, vt Monasterium ex persona illius succedat in portione dictæ successionis, quæ ab intestato ei delata fuit, ex iuribus superius allegatis.

Minus applicatur altera limitatio eiusdem dispositionis *l. formine*, nimirum, quod illa procedat quo ad bona, quæ petuenerunt ad filium, seu nepotem, de cuius successione agitur ex substantia patris, vel aui prædefuncti, secus autem quo ad bona, quæ idem filius, aut nepos aliunde acquisiuit; Quoniam talis limitatio suffragari posset quo ad bona, quæ dictus Balthasar Iunior, de cuius successione agitur, acquisiisset ex hæreditate fratris; vel aliunde, secus autem quo ad bona pet cum acquisita ex hæreditate patris, vel aui, quia respectu istotum D. Comitissa succedit solum quo ad vsumfructum, † proprietatem verò tenetur referuare aliis liberis ex eodem matrimonio, iuxta distinctionem, quam tradunt Ripa in d. l. leg. formine, num. 9. vers. scilicet. constat. autem, Ancharan. consil. 347. num. 1. vers. & hoc quantum ad ea, Corn. consil. 186. num. 1. & 2. vers. scilicet. ex quibus omnibus, lib. 1. Gutierrez. de matrimonio, cap. 169. num. 7. Sanch. de matrimonio d. l. disputat. 89. num. 12. vers. hoc tamen intelligendum est, & num. 22. circa med. Boet. decis. 192. num. 1. & sequentibus. quos refert Merlin. de legit. d. lib. 4. tit. 2. quasi. 1. num. 6.

Quo verò ad secundam partem, in qua fuit dictum constare de bono iure Monialium pro altera medietate, licet vera pariter sit conclusio firmata in eadem 12 decisione, nempe quod † frater, aut soror eius, qui decessit ab intestato sine liberis æqualiter vocatur ad illius successionem vna cum ascendentibus eiusdem defuncti, d. §. si igitur defunctus, vers. si verò cum ascendentibus, aub. de hæred. ab intestat. venien. & in aub. de functo, ibi etiam Salicet. num. 3. C. ad Sen. Conf. Tertull. 13 nihilominus † illa in proposito non applicatur propter amplissimam renunciationem ab eadem D. Cleria factam, quæ maturius considerata, visa fuit com-

prehendere casum, de quo agitur, sicque suffragari D. Comitissæ.

- Clarissima si quidem sunt verba Instrumenti dictæ renunciationis, in quo D. Cleria (Hippolyta Maria de Comitibus in eo enonciata) titulo patæ, & perfectæ donationis cessit, & renunciavit irrevocabiliter omnia, & singula, tam paterna, quam materna, & alia quæcumque bona, & iura sibi quomodolibet competentia, & competitura ratione cuiuscumque successionis, tam ascendentium, quam transversalium Euandro patri, & successivè Balthassari germano fratri, necnon omnibus, & quibuscumque illorum, & singulorum hæredibus, tam ab intestato, quam ex testamento, & alias quomodocumque successoribus, itaut dicti Euander, & Balthassar, & eorum cuiuslibet ipsorum hæredes, & successores de omnibus bonis, & iuribus liberè disponere possint, & ab intestato dispositum censeatur, perinde ac si ipsa renuncians nunquam fuisset in rerum natura ad fauorem quarumcumque personarum, &c. Vnde cum euenerit obitus dicti Balthassaris fratris ab intestato sine liberis, utique dicta renuntiatio sicuti quo ad bona, quæ fuerunt renunciata claris, & explicitis verbis, comprehendit bona, & hæreditatem eiusdem Balthassaris, quamvis ab intestato deferendam, ita pariter quo ad personas, quarum fauore facta fuit, comprehendit dictam Comitissam Auiam maternam, tanquam eiusdem Balthassaris hæredem ab intestato, cum illa fuerit stipulata pro hæredibus, & successoribus quibuscumque, † quorum appellatione in materia indifferenti, qualis est hæc, de qua agitur, veniunt etiam extranei, prout in terminis renunciationis factæ patri à filia tradunt Molin. *de rit. nupt. lib. 3. quest. 85. nu. 60. & seqq.* Cutell. *de donat. contemplat. matrim. fol. 179. num. 127. versic. sin autem renuntiatio*, Anton. Faber *in suo Cod. lib. 2. tit. 3. definit. 22. versic. sed si, ut plerumque sit*, vbi indubitatum dicit esse opinionem, prout etiam † in terminis renunciationis factæ fratri ab altero fratre, dixit Rota *decis. 251. num. 6. par. 5. recent.* Exempla emphyteusis, seu feudi, cuius † concessio facta alicui, & suis hæredibus, & successoribus quibuscumque comprehendit etiam extraneos, qui alias non venirent, Bald. *in cap. in presentia 8. num. 20. versic. secus si apponeretur terminus vniversalis, de probat.* Felin. *in cap. quia 9. num. 5. versic. fallit autem hoc, de iudic.* Rip. *in l. ex factis, §. si quis ita, nu. 16. versic. contra riam opinionem, ff. ad Sen. Conf. Trebell. Roland. conf. 96. num. 28. & 45. lib. 1.* Alex. *consil. 195. num. 4. lib. 2.* Gabr. *consil. 76. num. 12. lib. 2.* Berro. *consil. 102. num. 15. lib. 1.* Mart. *de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 19. num. 22.* Mart. *de claus. part. 1. claus. 102. num. 1. versic. & ideo operatur*, Olasc. *decis. 26. num. 18. versic. neque subsistit*. Gratian. *discept. forens. cap. 351. num. 14.* Afflict. *decis. 386. num. 5.* Seraphin. *decis. 325. num. 8.* Rota *decis. 251. num. 6. par. 5. recent.*
- 17 Nec refragatur, quod huiusmodi, renunciationes tanquam odiosæ strictam recipiant interpretationem, adeo ut extendi non valeant ultra personas in eis expressè comprehensas, Bald. *conf. 437. sub num. 2. versic. item ista renunciatio, lib. 1.* Cast. *consil. 86. num. 6. lib. 1.* cum aliis allegatis in dicta decisione, quoniam quidquid esset dicendum in casu, † quo renunciatio esset stipulata, vel simpliciter, vel pro se, & hæredibus suis absque adiectivo quibuscumque, aut alio vniversali, in quibus terminis loquuntur Doctores allegati in prædicta decisione, cum etiam in istis terminis non desint Doctores sentientes renunciantem excludi, etiam ab hæredibus extraneis, ex eo quod proprietatis verbi eos comprehendat, & ideo ad hæredes sanguinis

restringi non debeat, prout in specie tradunt Paris. *consil. 26. num. 38. & seqq. lib. 3.* Afflict. *decis. 161. num. 3. versic. eandem limitationem*, Capic. *decis. 190. num. 2.* Rouit. *conf. 42. num. 11. lib. 1.* Mart. *de success. par. 1. quest. 14. art. 1. num. 11. & seqq.* Sanch. *ad præcept. decal. lib. 7. cap. 7. num. 27.* Merlin. *Pign. contr. 5. num. 5.* prout etiam sentit Rota coram Butatt. *decis. 894. num. 4. decis. 587. num. 2. & 3. par. 1. recent.* & in *Perusina hæreditatis 26. Junij 1628. coram bo. me. Card. Virili impress. per Giltan. post compend. ad stat. Perusina. decis. 96. num. 7.*

- 19 Cessat difficultas, quando (prout hic) renuntiatio stipulata fuit pro hæredibus, & successoribus quibuscumque, quia tunc illa comprehendit indistinctè omnes hæredes, etiam extraneos, prout in terminis declarat Molin. *de rit. nupt. d. quest. 85. num. 60.* Ioan. Pab. *in suo Cod. d. lib. 2. tit. 3. definit. 22. versic. sed si, ut plerumque sit*, vbi ait, nullum præsumptioni relinquere locum, nec proinde dubitationi, quin etiam pro hæredibus extraneis talis renunciatio stipulata fuerit.
- 20 Neque applicantur decisiones in Bononien. hæreditatis de Armis coram bo. me. Merlino post Merlin. *de legit. d. decis. 47. num. 7. & in Romana Renunciationis de Perottis coram me*, post Tambur. de Abbatiss. *decis. 6. num. 8.* si quidem decisio in Bononien. de Armis loquitur in renunciatione, quæ erat restricta ad bona paterna, & materna, & propterea Rota iure merito censuit illam tanquam stricti iuris non comprehendere bona fraternalia, quæ in ea non fuerant expressa; Decisio verò in Romana renunciationis de Perottis emanauit in casu, quo renuncians non fecerat mentionem hæreditatis illius, ad cuius fauorem renunciabatur, & neutra ex illis facta fuit etiam pro hæredibus, & successoribus quibuscumque; At in præsentis casu D. Cleria expressè renunciavit bonis, etiam fraternalibus, & sic Balthassaris, de cuius successione agitur, dictamque renunciationem fecit tam Euandro patri, quam ipsi Balthassari fratri, & cuiuslibet eorum hæredibus, & successoribus quibuscumque; Vnde à dictis decisionibus emanatis † in casibus diuersis non est faciendæ illatio vulg. l. Papinianus. ff. de minor.
- 21 Minus applicatur decisio 182. numero 6. & num. 10. *versic. nec minus obstat clausula par. 6. recent.* quoniam illa non loquitur in terminis successionis, sed deuolutionis ad Dominum directum, quem propterea Rota dixit, non esse comprehensum in renunciatione emphyteusis facta ad fauorem stipulantis pro se, hæredibus, & successoribus quibuscumque, & merito, quia Dominus directus non dicitur hæres, aut successor illius, qui renunciationem procurauit, neque ab eo causam habet, sed vigore sui dominij rem emphyteoticam ad suas manus retinuit, ideoque non valet allegare ad sui fauorem dictam renunciationem, cum † renuntiatio emphyteusis, quamvis amplissimis verbis concepta non suffragetur, nisi paciscentibus, eorumque hæredibus, & successoribus, pro quibus illa facta reperitur, prout in terminis explicant, Alex. *in l. qui Roma. §. duo fratres num. 60.* & ibidem Soccin. *Iun. nu. 41. ff. de verbor. obligat. Bart. conf. 58. num. 4.* Gabr. *conf. 89. num. 11. vol. 1.* Hond. *conf. 36. nu. 25. & seqq. & nu. 35. lib. 1.*
- Prædictaque fortius elucelcant ponderatis supra dictis prægnantissimis, ac geminatis verbis, quibus eadem renunciatio facta fuit, ubi, *Necnon omnibus, & quibuscumque illorum, & singulorum hæredibus, & tam ab intestato, quam ex testamento, & alias quomodocumque successoribus, itaut ad. Euander, & Balthassar, ac eorum cuiuslibet ipsorum hæredes, & successores de omnibus bonis, ac iuribus liberè disponere possint, & ab intestato dispositum censeatur, perinde, ac si dicta D. Hippolyta Maria*



via nunquam fuisset in rerum natura, ad favorem quarumcumque personarum. &c. Que verba satis aperte demonstrant, prædictam renunciationem suffragari, etiam hæredibus extraneis dicti Balchassaris, qualis est D. Comitissa, tum quia illa cõcepta fuit pro omnibus, & quibuscumque hæredibus, & tam ab intestato, &c. & alias quomodolibet successoribus, quæ t̄ verba, iunctis aliis inferioribus ad favorem quorumcumque personarum tanquam universalia, & geminata, in triplicata ostendunt magis certam voluntatem contrahentium includendi in prædicta renunciatione non solum descendentes, sed etiam cuiuscumque generis hæredes, & successores, argum. l. Balista 32. ff. ad Treball. Rota de ill. 702. num. 2. part. 3. & decis. 368. num. 4. vers. & prædicta, eo magis, par. 6. recentior. Tum etiam, quia dicta verba t̄ quibuscumque hæredibus, & tam ab intestato, quam ex testamento, &c. successoribus inducunt æquiparationem, & æqualitatem, Menoch. consil. 973. nu. 2. 22. & 25. Unde sicuti illa comprehendunt hæredes extraneos ex testamento prout omnes admittunt, ita pariter hæredes extraneos ab intestato includere debent, ad hoc, t̄ vt equalium æqualis sit determinatio, Surd. consil. 384. nu. 22. & 23. Rota dec. 379. num. 8. in fin. par. 3. recentior.

Tum denique, quia eadem renunciatio facta fuit cum expressa declaratione, vt censeretur dispositum ab intestato ad favorem quorumcumque personarum, ac si ipsa renuncians nunquam fuisset in rerum natura, quæ verba operantur, vt renunciatio dicatur realis, & indistincte excludat renunciantem perinde, ac si illa in rerum natura nunquam extitisset, Io. Andr. de Georg. alleg. 25. num. 2. Gabr. conf. 89. num. 15. vers. nisi ex alijs lib. 1. Molfes. in consuet. Neap. tit. de renunciat. g. 2. num. 14. Merlin. Pignatell. controu. 19. nu. 14.

Nec releuant coniecturæ ponderatæ in eadem decisione ad probandum prædicta verba quamvis amplissima comprehendere illos dumtaxat hæredes, & successores, qui ex præsumpta mente tam Euandri patris recipientis renunciationem, quam D. Cleriæ filiz renunciantis contemplati fuerunt, non autem omnes hæredes, & successores in definitæ, & sic etiam extraneos, Quia vltra quod t̄ vbi verba, prout hic, sunt clara, & literalia, non videtur esse locus præsumptionibus, & coniecturis, lalle aut ille 25. §. cum in verbis ff. de leg. 1. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor. obligat. Menoch. de præsuppt. lib. 1. g. 31. num. 5. Rota decis. 203. n. 12. par. 5. recentior. adhuc singularis consideratis videatur corrui.

Respectu siquidem Euandri patris prima ducta ex præsumptione, iuxta quam pater censeretur recipere renunciationem à filia favore conservandæ agnationis non adaptatur præfenti casui, t̄ quia vestram in amplissima renunciatione pro se, hæredibus, & successoribus quibuscumque, quæ verba non conveniunt rationi conservandæ agnationis, Rota decis. 132. sub n. 4. par. 5. recent. Montec. decisio. Arag. 10. nu. 54.

Alterâ desumpta ex alijs duabus renunciationibus, quas Euander pater recepit ab eius germanis sororibus ingressis in idem Monasterium sub expressa ratione conservandæ agnationis visa fuit potius retorqueri, t̄ quia sicuti in illis rationem conservandæ agnationis, quam voluit, expressit, ita pariter in ista expressisset, si idem voluisset l. unica, §. fin. autem ad desponsat. Cod. de caduc. tollen. Alex. cons. 70. sub nu. 12. l. 7. Menoch. consil. 85. num. 110. & seqq.

Tertis, quod pater præsumatur filiam vt magis dilectam voluisse præferri hæredi extraneo minus dilecto, t̄ cessat in proposito ex apertis verbis, quibus renunciatio stipulata fuit pro omnibus hæredibus, & suc-

cessoribus quibuscumque, & sic etiã extraneis perinde, ac si filia renuncians nunquam in rerum natura extitisset, præsertim quia non admodum viget dilectio erga filiam, sed ad Monasterium peruenient, vt in proposito advertit, Rota decis. 480. nu. 4. part. 2. recent.

Quarta, quod dicta D. Comitissa esset odiosa Euandro filio, vltra quod in factò non iustificatur, adhuc hoc probatum non releuaret cum verlemur in successione ab intestato, t̄ quæ non impeditur ex odio, vel ingratitude, Barr. in l. fratres 27. n. 6. vbi etiam Bald. num. 11. Ius. num. 9. vers. iene primam opinionem, Cod. de iust. testam. Peteg. de iur. fisco. lib. 2. tit. 3. nu. 14. vers. ab intestato vero, Belion. iun. de iur. accresc. c. 7. g. 57. n. 37. in 5. casu, & dixit Rota in Romana domui 12. Nouembr. 1638. coram R. P. D. meo Carrillo.

Coniecturæ quoque ex parte D. Cleriæ renunciantis non sunt magni momenti, Nam illa desumpta ex simili præsumptione, iuxta quam filia censeretur facere huiusmodi renunciationem patri, aut fratri contemplatione masculorum ex eis descendentium ad hoc, vt bona conferrentur in agnatione, procedere posset in filia, quæ nupsit in saculo, in quibus terminis loquuntur serè omnes Doctores ex aduerso allegari, t̄ secus autem in filia, quæ (prout hic) ingressura in Monasterium fecit amplissimam renunciationem, asserens apertis verbis in proemio eiusdem renunciationis, se velle vitam sanctimonialem in eo docere, professionem emittere, & Altissimo perpetuo familiari, & propterea de rebus, quæ sibi quomodolibet obuenire possent disponere ad hoc, vt ab humanis rebus omnino libera Deo Optimo Maximo inservire valeret. Ex his enim verbis colligitur causam finalem talis renunciationis fuisse potius ingressum in Religionem, quam rationem conservandæ agnationis, prout in terminis advertunt, Natt. consil. 180. n. 5. vers. propterea, Socin. Sen. consil. 183. num. 3. vers. postremo dico, vol. 2. Becc. consil. 74. Trentacinq. consil. 13. num. 1. & 6. lib. 2. Decia. consil. 86. num. 5. ad med. Rouit. consil. 44. nu. 13. & seqq. lib. 1. Couarr. in cap. quamvis, part. 3. §. 2. num. 2. vers. tertia ratio, Molin. de rit. nupt. li. 3. g. 29. num. 33. & seqq. Caput. in consuet. Neapol. par. 3. §. 3. num. 12. post princip. Gratian. de sept. 508. nu. 9. vers. quia verius est, & seqq. & discept. 971. num. & seqq. idem Gratian. decis. 42. n. 1. in fine, & seqq. Matril. decis. 65. nu. 12. & seqq. Antz. decisio. honon. 25. nu. 68. Rota decis. 587. nu. 4. & 5. & n. 10. part. 5. recentior. & decis. 714. ante finem, part. 2. & dec. 109. n. 1. & par. 5. recentior. & in Romana domui sine spolijs 15. Decembri 1605. coram Lancelotto.

Altera verd, quod D. Cleria, si voluisset renunciare ad favorem cuiuscumque hæredis, etiam extranei, Filium quoque ad sui, siue Monasterij exclusionem admisisset, facile corrui, quandoquidem D. Cleria deficientibus non solum omnibus parentibus, eorumque liberis, & descendentibus, verum etiam agnatis, & alijs proximioribus venientibus ab intestato successisset patri aut fratri ab intestato, etiam excluso Fisco non obstante dicta renunciatione, at t̄ extraneis, (prout hic) proximioribus venientibus ab intestato non ipsa filia renuncians, sed illi succedere debent, prout in terminis advertunt, Guidop. decisio. 129. nu. 2. ante med. vers. sed dixit, quod credit, & c. Papo. lib. 6. tit. 4. arrest. 18. cas. 5. Franc. Baris. tract. de success. lib. 11. tit. 23. qui repudi. poss. sub num. 27. vers. item casu.

Verum dicebant Domini, prædictam renunciationem suffragari D. Comitissæ supposita validitate eiusdem renunciationis, quam tamen non subsistere dixerunt vt facta absque solemnitatibus requisitis à Statuto Vrbis cap. 113. & cap. 151. l. 1. t̄ quarum defectus

inficit contractum eiusdem renunciationis, Baratt. *decif. 410. num. 1. Rota decif. 678. num. 2. par. 1. & dec. 98. num. 4. & decif. 190. num. 3. par. 6. recentior. & apud Pic. decif. 39. num. 19. & in Romana redditionis rationis 20. Maij 1616. §. neque suffragatur coram hon. mem. Coccino cum alijs relatis in eadem decifione in §. quoad primam.*

Neque aduersari dicebatur fundamentum eiusdem decisionis, nempe, quod huiusmodi renunciationses uti factae ad ingressum in Religionem non requirant Statuti solemnitates, praesertim quando fiunt à puella post ingressum in Monasterium de tempore scilicet Nouitatus intra duos menses ante emissam professionem, cum illa tali tempore reputetur persona Ecclesiastica, † quae propterea non subjacet statutis laicorum, prout Sacra Congregatio censuit in declaratione relata per Aldan. *in compend. Canon. resolut. lib. 4. tit. 9. §. 11. & D. Sperell. decif. 16. nu. 47. & alios relatos in decifione in §. & videbatur cessare difficultas.* Quoniã † illud bene procederet, ubi constaret D. Cleriam de tempore dictae renunciationis fuisse Nouitiam, qualis tamen non probatur tunc temporis existisse, immo praesumitur fuisse adhuc saecularis, ex eo, quod illa in Instrumento dictae renunciationis eodem nomine, quo in saeculo, scilicet Hippolyta Maria nuncupatur, non autem soror Cleria, qualis denominata fuisset, si talis renunciatio post susceptum habitum Nouitatum ab ea facta fuisset, arg. text. in l. labeo ait, 7. vers. sed. & si magnopere, ff. de suppellect. legat. l. plenum, §. equitis, de usu, & habitat. Bero. *consil. 64. num. 28. lib. 2.*

Defectus autem dictarum solemnitatũ resultat ex eo, quia in dicta renunciatioe non fuerunt adhibiti coniuncti proximiores ex latere matris, quos dicta D. Cleria habebat in Vrbe de tempore celebrati contractus, prout ex dispositione Statuti Urbis cap. 152. li. 1. erant adhibendi pro forma, † qua non seruata contractus remanet nullus, prout in terminis dicti Statuti firmat, Pic. *ad Statutum Urbis eodem cap. 151. gloss. 17. nu. 1. & Fenzon. super eodem statuto num. 13.* cum alijs pluribus ab utroque cumulatis, Verall. *decif. 205. in princ. par. 3.*

Quod autem D. Cleria tunc temporis haberet plures coniunctos ex latere matris, nempe R. P. D. Farnesium, & DD. de Capranica, & Cuppis commorantes in Vrbe, qui poterant commodè interuenire patet.

Nam, quod praedicti essent coniuncti ex latere matris respectu R. P. D. Farnesij, & DD. de Capranicis probatur ex testamento, & alijs pluribus enunciatiuis defunctorum ex publicis Instrumentis in facto ponderatis, quae omnia simul iuncta, utique probant consanguinitatem, & descendentiam praedictorum, † cum ad hunc effectum admittatur probatio, etiam per coniecturas, & inditia, Aret. *cons. 37. sub num. 1. vers. unio igitur, Gemin. cons. 27. num. 8. Rota decif. 331. num. 14. par. 6. recentior.*

Quodque praedicti de tempore contractus existerent in Vrbe, † probatur ex actibus ab utroque gestis in Vrbe eadem die contractus, & respectiue per diem antea, & post contractum, qui quidem actus absque dubio probant existentiam illorum in Vrbe, iuxta gloss. in elem. dudum §. Statuimus etiam vers. ac deinde in verbo presentari de sepul. Dec. in cap. cum parati 19. nu. 10. de appellat. Tiraq. *de leg. connub. gloss. 6. num. 31.* ubi alios cumulat.

Quod potuerint contractui quoque interuenisse respectu R. P. D. Farnesij probatur ex testibus deponentibus † de habilitate naturali eadem die, quod sufficit; absque eo, quod probetur habilitas accidentalis, vel carentia impedimenti eadem die, ut firmanit, Rota

*decif. 713. per tot. par. 2. recentior. quam refert, & sequitur, Adden. ad Greg. XV. decif. 406. num. 19. vers. aduertendum tamen est, & in Romana donationis de Carrariis 3. Aprilis 1620. coram Sacrato.*

Respectu vero D. de Capranica probatur ex eo, quod die immediatè praecedenti contractui, & die immediatè subsequenti interuenit in Capitulo Lateranen. ex quo sequitur, potuisse etiam interuenire contractui celebrato in die intermedia, cū † ex habilitate de tempore antecedenti, & subsequenti, dicatur quoque probata habilitas de tempore intermedio, Bald. *cons. 247. num. 2. li. 2. & cons. 26. num. 2. vers. praeterea lib. 3. Greg. XV. decif. 26. nu. 5. vel quatenus constaret de aliquo impedimento in die celebrati contractus, non ideo sequitur, quod potuerit ad stipulationem deueniri, quia cum illud non esset diu duraturum, stipulatio debuit ad sequentem diem differri, iuxta tradita per Tiraq. *de leg. connub. gloss. 8. nu. 6. & seqq. Rot. d. decif. 713. nu. 4. in fine par. 2. recentior. Greg. XV. d. decif. 406. num. 19. vers. aduertendum tamen est in fin.**

Prout idem videtur dicendum de existentia, consanguinitate, & habilitate D. de Cuppis, quem cum in eodem Instrumento renunciationis asseratur fuisse citatum, utique † ex hac enunciata citatione remanet probata existentia in Vrbe, & habilitas ad interendum adeo non sit opus alia probatione, ut dixit, Rota in Romana donationis de Carrariis 3. Aprilis 1620. coram Sacrato; Praesertim contra D. Comitissaro, quae se fundat in d. Instrumento, † per cuius productionem censetur fateri, & approbare omnia contenta, & enunciata in illo l. publica 26. §. Titius, ff. de posit. cap. cum olim 19. de cens. Paris. *cons. 125. num. 20. lib. 1. cum alijs relatis à Surd. cons. 5. num. 37. Greg. XV. decif. 238. num. 15. & ibi. Adden. nu. 15. Rota in Albanen. vinea, 19. Decemb. 1618. coram Rembaldo.*

Deum non subsistit, quod fuerit satisfactum statuto per deputationem Curatoris in locum D. de Cuppis citati, & recusantis comparere, quia talis deputatio non visa fuit suffragari ex pluribus.

Primo, quia citatio tunc demum suffragatur, quando est facta legitimè cum expressione loci, horæ, & qualitatis contractus, de qua doceri debet concludenter, vel per registrum factum in eodem Instrumento, ut fieri solet, Pic. *ad stat. urbis d. cap. 151. gloss. 19. num. 16. Rot. in Praenestina bonorum 6. Iunij. 1616. coram Card. Sacrato; Vel saltem aliandè, quam per assertionem contractuum, quibus in hac materia non creditur, etiam cum iuramento, Rot. post Pic. decif. 3. num. 7. & decif. 22. num. 14. & inter rec. decif. 97. num. 3. par. 6. rec.* In proposito autem tantum abest, quod dicta citatio probetur facta cum dictis qualitibus, quinimò pro parte dictae D. Clericæ nullam interuenisse citationem, docetur per diligentias factas seruatis seruandis, per quas † bene remanet probata negatiua non existentia, Caputaq. *decif. 45. nu. 2. & 3. par. 3. Rot. coram Greg. XV. decif. 139. num. 5. & inter recent. decif. 216. num. 9. & 10. & decif. 168. num. 9. par. 5.*

Secundo quia supposito, quod D. de Cuppis fuisset legitimè citatus adhuc non sufficeret, † sed debuissent quoque citari ceteri proximiores superius nominati, quia statutum tunc demum mandat deputari Curatorem, quando nullus consanguineus existit, vel interuenire potest, vel recusat: Secus quando plures existunt, qui facile interuenire possent, quia tunc omnes vocari debent, ut in terminis tenet, Corn. *cons. 241. nu. 7. lib. 2. Boccac. ad Constit. Marchiae gloss. 3. v. 100. Pic. ad stat. gloss. 13. num. 2. & gloss. 16. num. 3. & 10. & 17. Rot. post Statil. ad Saluan. decif. 122. num. 3.*

Tertio

Tertio denique dato etiam, quod omnes fuissent vocati, ac legitimè citati, adhuc deputatio Curatoris sustineti nequit ex defectu inhabilitatis personæ ele-  
 48 &æ, † quæ erat minor 25. annorum, & forensis: Vnde quemadmodum non poterat per se ipsum validè contrahere minus potuit validè pro authorizando contractu alterius in Curatorem deputari, iuxta text. in l. ultima, vers. cui enim, & vers. discretus, C. de leg. ius. glos. in l. 2. in verbo Curatorem, vers. est etiam in hoc ius, ff. de Curator. bon. & facit text. in l. cuius bonis, 9 ff. de Curat. furios. Alex. cons. 221. nu. 6. lib. 6. vbi quod iudex debet aduertere, vt det Curatorem maiorem 25. annorum, Dec. cons. 575. num. 4. vers. Secunda ratio, idque procedere debet etiam, quod dictus Curator excederet 10. annum, quia non idè pro maiori 25. annis haberi potuisset, iuxta Seat. Urbis cap. 47. qui pro maioribus habeantur, quia Statutum prædictum, † cum sit directum in personas non habilitat forenses contrahentes in Vrbe, Fenzon. ad stat. cap. 47. in prin. Gratian. discept. for. cap. 824. num. 32. Gabr. de stat. concl. 8. num. 22. Rot. decis. 709. num. 5. part. 2. recent. & decis. 63. num. 17. post Pie. ad stat. & in Vrbeniana census 23. Iulij 1634. coram ben. mem. Motomanno.  
 Et ita vtraque, &c.

R. P. D. B I C H I O.

Romana Donationis.

Luna 16. Martij 1643.

A R G V M E N T V M.

Renunciationes, vt valeant debent de scientia renunciantis, constare in specie, & non in genere, super re, quæ renunciatur, alias non tenet etiam si esset iuramenta firmata. Renunciatio de bonis viuentis, vt valeat, quid nam requiratur, & quando talis renunciatio euascat.

S V M M A R I V M.

- 1 Fideicommissio non censetur, quis voluisse renunciare, si de eo non fuit certioratus.
- 2 Text. in l. de his, ff. de transact. habet locum inter quas-  
 cunque personas, & in omni actu, per quem inducitur renunciatio.  
 Et etiam in fideicommissio purificato, & purificando.
- 3 Mulier renuncians de tempore Matrimonij bonis paternis, & maternis, vt dicatur renunciatum bonis subiectis fideicommissio, requiritur eius scientia.
- 4 Consensus nunquam porrigitur ad ignorantem.
- 5 Iuramentum non operatur ultra intensionem, & consensum iurantis.
- 6 Fideicommissio, vt dicatur renunciatum non sufficit scientia generalis, sed specialis notitia Fideicommissi est necessaria.
- 7 Et contraria opinio forsitan posset procedere quando alia coniectura pro scientia concurrerent.
- 8 Fideicommissio, vt dicatur renunciatum per aliquem, requiritur eius scientia specialis, ita vt non sufficeret, si adessent verba de futuro.
- 9 Decis. in causa Romana Diuisionis 10. Iulij 1639. coram ben. mem. Bichio quo casu loquatur.
- 10 Scientia minus presumitur in muliere, quam in masculo, & maxime si mulier est puella.
- 11 Ex Renunciationis serie apparet, an renuncians habuerit

specificam scientiam rei renunciata.

- 12 Renunciatio de bonis viuentis valet, si accedat consensus ipsius persona viuentis, & requiritur perseverantia eius vsque ad obitum.
- 13 Et non dicitur perseverasse vsque ad obitum, si illum, qui renunciavit, instituit heredem, & num. 14.
- 15 Pactum de non succedendo alicui, ideo non valet, quia auferit liberam testandi facultatem eius, de cuius hereditate agitur, nam alius non potest renunciare heredem facere, & vid. num. 16. 17. & 18.
- 16 Duo, quando simul concurrunt, quorum alter prodest, & alterum nocet, preualeat, quod nocet.
- 20 Pactum, quo disponitur de Hereditate viuentis, non valet, nisi ille viuentis consenserit, & in eodem consensu perseverauerit vsque ad mortem.  
 Vnde rauocato consensu, desinit permissa obligatio pacti, & iuramenti, tanquam deficiente conditione, à qua pendebat.
- 21 Affili, decis. 350. sub num. 12. rasuntur.
- 23 Consensu rauocato, in terminis dispositionis consistentis in perseverantia consensus omnia reducuntur in pristinum, & num. 24.
- 25 Surd. in decis. 14. circa fin. non dicatur adherere Affili. decis. 359. num. 11. cuius opinio est reprobata.
- 26 Expressio aliqua si fuerit facta ad maiorem cautelam non immutat naturam precedentis dispositionis.
- 27 Verba apposta ad maiorem cautelam in aliquo contractu, si ille sortitus est effectum, prout contrahentes voluerunt dicta verba non habentur pro appostis.

DECISIO XL.

Q Voniã Cæciliæ matri acceptanti pro Siluestra, & Elisabeth filiabus, nec nõ ipsi Siluestræ, & Elisabeth sororibus Virginia in instrumento dotis ab eadem Cæcilia vt tutrice receptæ renunciavit hereditati q. lo. Baptistæ patris cum testamento defuncti in illa parte in qua successit, vel succedere potuit, & potuisset item hereditati dictæ Cæciliæ matris quando-  
 cunque ab intestato, vel cum testamento decesserit.

Elisabet defuncta Cæcilia petiit associari ad eius censum hereditarium possessum per Virginiam, qua excipiente, quod ipsa quoque fuit in testamento matris instituta hæres, ideoque sibi renunciatio non obest; A. C. ad illius fauorem tulit sententiam absolutotiam, & vterius ei concessit immiſsionem in bonis communis matris reseruato iure agendi, pro consecutione suæ portionis in hereditate paterna.

Ab hac sententia commissa mihi causa appellationis dubitauim, an Virginie obster renunciatio, & donatio, & non obitare resolutum fuit, tam in bonis paternis, quam maternis. Quo enim ad paterna, quæ subiecta erant fideicommissio purificato per obitum fratris

- 1 ad fauorem omnium sororum, Virginia non † fuit de eodem fideicommissio certiorata, vt debuit ex dispositione l. de his, ff. de transact. quæ locum habet inter quas-  
 2 cumque personas, & in omni actu per quem † inducatur renunciatio contentis in testamento, Soc. Iun. consil. 18. num. 3. lib. 4. Peregr. de fideicom. art. 52. num. 23. & cons. 52 sub. num. 20. lib. 5. Fulat. de substis. quæst. 594. num. 1. & tam in fideicommissio purificando, quam purificato, Ruin. cons. 139. num. 7. in fin. vbi de comma. lib. 2. Odd. in repet. l. qui Roma. §. duo fratres, ff. verb. obligat. quæst. 2. art. 5. num. 55. impress. post tract. de probib. alien.
- 3 fideicom. Capiç. Latio, in puncto † renunciationis puellæ tempore contracti matrimonij decis. 2. n. 42.  
 Nam semper alioquin deficit renunciantis consensus, qui non porrigitur ad † Ignorata Bart. in d. l. qui Roma. §. duo fratres, num. 11. de verb. oblig. & ibid. Alex.

num. 27. Isf. num. 21. Capra conf. 103. nu. 5. Thob. Non. conf. 41. num. 21. Ceph. conf. 455. num. 81. Pereg. de fideic. art. 51. num. 20. non obstante iuramento renunciationi appolito, quia non operatur t̄ vitra voluntatem, & consentium renunciantis, l. fin. C. de non num. pecun. cap. quintanallio, de iure iur. Rip. in d. l. qui Roma, §. duo fratres, num. 73. in fin. Soc. Iun. conf. 14. nu. 23. lib. 4. Siluan. conf. 49. num. 18. Cardinal. Iun. conf. 54. nu. 18. Menoch. confil. 355. num. 21. Fufar. confil. 39. num. 60. Capic. Lattro d. decis. 2. num. 44.

Nec sufficit, quod in renunciatione facta fuerit m̄tio testamenti, quia solum enunciatiue ibi dicitur, quod pater deceffit cum testamento, & necessaria fuit t̄ necdum generalis, sed specialis notitia fideicommissi in testamento contenti, quae ad hunc effectum ex sola enunciatiua testamenti non probatur, nisi aliae coniecturae concurrant, Aret. in d. l. qui Roma, §. duo fratres, sub num. 18. & ibidem Rip. num. 68. Corn. conf. 153. sub num. 4. lib. 4. Ayr. conf. 195. num. 8. vers. illud tamen, Soc. Iun. conf. 98. num. 5. lib. 2. Patil. confil. 12. num. 83. lib. 2. Bero. conf. 177. num. 8. lib. 1. Port. confil. 19. num. 38. Sim. de Prax. confil. 162. num. 2. Becc. confil. 111. num. 20. Fufar. conf. 39. sub num. 52. Pereg. de fideic. art. 51. num. 21. vbi quod haec est verior reiecta contraria sententia Nomij, & Hondedei, & conf. 57. sub num. 22. circa fin. lib. 5. Odd. de fideicom. quest. 2. num. 60. 65. & 67. vbi t̄ quod contraria opinio Hondedei conf. 33. nu. 35. lib. 1. obtinere posset quando aliae coniecturae concurrerent, & quest. 3. num. 124. quest. 4. num. 179. Capic. Lattro de magis communi d. decis. 2. num. 49. & num. 43. ampliat etiam t̄ si adessent verba respicientia iura de futuro.

Atque hinc non applicatur decisio ex aduerso allegata in Romana diuisionis 10. Iunij 1639. coram me, t̄ quia ibi concurrebant aliae coniecturae, & praeterea agebatur de scientia masculi, hic t̄ verò de femine, ac puellae tunc minoris, in qua eo minus scientia praesumitur Bald. in l. cum in iure, num. 17. vers. & unum, de off. deleg. Signorol. conf. 250. num. 9. Alex. conf. 89. nu. 11. vers. & licet, lib. 1. Becc. conf. 111. num. 15. vers. & quod in minore. Odd. de fideicom. quest. 3. num. 90. & 114. vers. sic contrarium, & num. 226. attento praesertim, quod non fluxit pedem in certa portione hereditatis paternae, sed alternatiue renunciauit illi portioni, in qua successit, vel succedere potuit, ac potuisset, & sic ex ipsa renunciationis serie t̄ ignorantia contentorum in testamento adstruitur, vt potest Soc. confil. 214. sub num. 5. lib. 2. Odd. de fideicom. d. quest. 4. num. 238.

Quo verò ad bona matris tunc viuentis renunciatio non obest, quia licet renunciationi accesserit matris tunc viuentis consensus, cuius vigore valida fuit à principio, t̄ ille tamen non perseverauit vsque ad obitum, vt requiritur l. fin. vbi notant omnes, C. pañ. Bart. in l. stipulatio. hac modo concepta, nu. 4. ff. verb. oblig. Bal. in cap. ad nostram il. 2. num. 7. de iure iur. Molfes. conf. 38. num. 18. Gomel. ad leg. Taur. 21. sub num. 31. Molin. de primog. lib. 2. cap. 3. num. 4. cum enim mater t̄ filiam renunciantem instituerit heredem, dicitur eo ipso à d. consensu recessisse, Anchar. confil. 103. num. 3. Gozad. conf. 98. num. 3. vers. sed clarum, Bero. conf. 3. num. 18. & 21. lib. 3. Menoch. in terminis institutionis factae à matre conf. 806. num. 1. & seqq. vsque ad 13. Surd. conf. 100. num. 18. conf. 113. num. 34. Cyriac. t̄ in terminis renunciationis filiae dotatae à matre de bonis paternis, & maternis contr. 351. num. 1. Rot. decis. 33. num. 1. & 3. par. 6. recent.

Non obstat, quod Virginia renunciauerit in specie futurae successionis matris ex testamento, quia vis non

est in voluntate renunciantis, sed in resistentia legis, quae huiusmodi renunciationibus resistit, quamuis factae fuerint ad fauorem sororum, & in manibus ipsius matris, cuius hereditati renunciat, nisi mater in eo consensu perseveret vsque ad obitum, idque quia cum contineant virtualiter pactum affirmatiuum de succedendo inter eos, ad quorum t̄ fauorem fiunt, auferunt ei, de cuius hereditate agitur liberam facultatem testandi, cum alias non posset renunciantem heredem facere, Suar. in repet. l. quoniam in prioribus, limit. 5. ad l. Regni, num. 7. C. de inoff. testam. Menoch. d. conf. 806. numero 13. Franch. Ant. Cost. conf. 7. num. 23. & seqq. Afflict. decis. 350. num. 8. & seqq. Surd. decis. 14. num. 8. ac per tot. Seraph. decis. 350. num. 2. Rot. in Romana laudi 16. Iunij 1589. coram bo. me. Gipsio, relat. per add. ad san. mem. Gregor. X V. decis. 85. sub num. 31. & per add. ad Buratt. decis. 894. num. 12. & 13.

Non obstat, quod licet renunciatio non potuit auferre matri facultatem instituendi filiam renunciantem, non idèd filia prohibita sit quicquid ex testamento matris t̄ accepit cedere fororibus, ad quarum fauorem renunciauit, quibus propterea cedere tenetur, cum libertas testandi respectu matris iam habuerit effectum per liberam institutionem filiae, ac si non renunciauisset, Afflict. decis. 350. sub num. 12. vers. sed ego dicebam, quem sequitur Thel. Iun. quest. foren. 98. sub num. 3. & 9. & per tot. lib. 1. vbi distinguit inter renunciationem factam soli matri, de cuius hereditate agitur, vel simul fratribus, nam secundo casu continet t̄ pactum de non succedendo ad fauorem fratrum, quod iuramento firmatur, & proinde licet reuocato consensu matris per testamentum euanescat pactum t̄ affirmatiuum respectu testatricis, manet tamen pactum negatiuum respectu fratrum, quibus ex eo fuit ius quæsitum, Cyriac. controu. 361. num. 11. & 21.

Imòd enim sicuti facto testamento corruit pactum respectu matris, ita respectu fratrum; tum quia utrumque resultat ex vno, & eodem verbo renunciauit, & quando t̄ simul concurrunt duo, quorum alterum prodest, alterum nocet, praevalet, quod nocet l. 3. §. fin. & ibi glos. & Bart. ff. ad Sullan. Ias. in l. si is ad quem, num. 28. ff. acquir. hered. Alb. conf. 20. num. 9. tum etiam quia renunciano simul, & in eadem oratione fratribus, ac matri viuenti videtur renunciassè sub hac virtuali, & subintellecta conditione, si mater in eadem voluntate t̄ perseverauerit, iuxta terminos l. fin. C. de pact. nam id venit ex natura rei, argum. l. fin. C. non nu. pecun. vnde reuocato consensu desinit prorsus obligatio t̄ pacti, & iuramenti tanquam deficiente conditione, à qua pendebat, vt in puncto per has rationes Franc. Ant. Cost. conf. 7. num. 15. & seqq. vbi reprobat contrariam t̄ opinionem Afflict. Molfes. confil. 36. num. 18. Surd. decis. 14. num. 4. & seqq. vbi circa finem aduertit, quod Afflict. in dicta opinione fuit singularis, & contra ipsum fuit iudicatum Vasq. de success. creat. lib. 2. §. 18. requis. 29. limit. 2. num. 199. & seqq. Batt. Kellembeimb. de renunc. succession. quest. 31. sub num. 9. Sanch. in praecept. Decalog. lib. 7. cap. 2. nu. 18. qui omnes firmant, quod reuocato consensu per matrem renuncians liberatur prorsus ab obligatione renunciationis, & iuramenti, t̄ & negant ex renunciatione ius aliquod quæsitum fuisse fratribus, quorum fauore fuit renunciatum, quia pendebat à conditione praesuerantiae consensus, sic etiam Vrsill. ad Afflict. decis. 356. num. 4. & in fortioribus terminis Suar. in repet. l. quoniam in prioribus limit. 5. ad leg. Regni, Cod. inoff. testam. ait ad eò vitari renunciationem t̄ reuocato consensu eius, de cuius hereditate agitur, vt nec etiam ad fauorem fratrum com-

mittatur stipulatio p̄onae à renunciante promissae in casu, in quem contra renunciationem veniret.

Et quamuis Surd. d. decis. 14. circa fin. videatur admittere opinionem Afflicti, quando renunciatio continet donationem, seu iurium cessionem; tamē præter quod Surd. reprobatur Franc. Ant. Cost. d. consil. 7. nu. 16. eo quia renunciatio, & donatio in effectum deferunt; Dec. in l. postquam liti, num. 11. Cod. pact. Covac. var. res. sel. cap. 4. nu. 8. Menoch. in addit. ad tract. de arbitr. cas. 436. num. 10. versamur extra quæstionem, quia Virginia renunciauit purè, & simpliciter, & licet postea via fuerit verbo, donavit, quia hoc fecit ad maiorem cautelam, & t̄cum clausula, quatenus opus sit, exindè non immutatur natura procedentes renunciationis, Bero. consil. 176. num. 51. lib. 1. cumque contractus renunciationis propter consensum matris valuerit à principio absque adminiculo donationis t̄verbum, donavit, habetur pro non appposito, vt in punto Rota decis. 12. nu. 36. & 4. seqq. decis. 320. num. 46. & 47. par. 6. recent. Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Fideicom. Bartholomæi de Bolognini.

Sabatto 26. Nouembris 1644.

ARGUMENTVM.

Substitutio facta favore Agnationis inducit perpetuitatem Fideicommissi in illis de Familia; Substitutionem verò esse Agnationis conseruandæ Causa, colligitur ex coniecturis.

SUMMARIVM.

- 1 Substitutio proximiorum de familia, vno semel admissa, an euanescat quo ad alios, ponitur distinctio.
- 2 Substitutio Agnationis favore inducit perpetuitatem fideicommissi in Familia.
- 3 Substitutionem fuisse factam Agnationis favore, colligitur ex coniecturis simul iunctis.
- 4 Substitutio proximiorum cum qualitate Masculinitatis, præsumitur facta Agnationis intuitu.
- 5 Substituere proximiores Masculos de parentella, idem est ac substituere Agnatos.
- 6 Substitutio si fuerit facta de proximioribus Masculis de Agnatione, contemplatione ipsius agnationis facta præsumitur.
- 7 Substitutio de proximioribus Masculis in numero plurali, comprehendit omnes proximiores ordine successiuo, & num. 10.
- 8 Clausula, seruata graduum prerogatiua, in substitutione denotat tractum temporis successiuum; referuntur opinioniones, num. 13.
- 9 Prælatio in substitutione supponit vocationem eorum, inter quos locum habet.
- 11 Clausula, seruata graduum prerogatiua, excludit representationem, non autem extendit fideicommissum.
- 12 Representatio datur tantum in filius fratrum, & sororum.
- 14 Testator si grauauit magis dilectos, censetur eodem modo grauasse minus dilectos.
- 15 Fideicommissum restituere si fuerint grauati descendentes primo loco vocati, consentur etiam grauati ad id alij proximiores secundo loco vocati.

Decis. Sac. R. R. De Fratibus.

DECISIO XLI.

Decisiones in hac causa factæ coram R. P. D. Carrillo, tunc nostri huius Sacri Tribunalis Auditore sub diebus 22. Iunij 1643. & 29. Februarij 1644 firmant, constare de fideicommissio Bartholomæi de Bolognini purificato ad fauorem Horatij, & Valerij fratrum de Bolognini, à quibus DD. de Zambeccariis causam habent, & vltius dicunt prædictum fideicommissum expirasse in personis dd. Horatij, & Valerij, & vltima decisio addit, Bartholomæum Iuniorum, & Thadæum fratres pariter de Bolognini, esse admittendos ad fideicommissum pro æquali portione cum dd. Horatio, & Valerio, & in hac parte declarandam esse primam decisionem, Reproposita causa coram me subrogato in locum d. R. P. D. Carrilli electi Præfidis Vallisolectani, resolverunt DD. supradictas decisiones quoad primam partem, in qua fuit firmatum constare de fideicommissio Bartholomæi, subsistere, quo verò ad secundam partem, in qua fuit dictum, fideicommissum expirasse in personis dd. Horatij, & Valerij fratrum, esse recedendum à decisis. Et per consequens substitutionem factam in testamento Bartholomæi non expirasse in primis proximioribus, nempe in personis dd. fratrum Horatij, & Valerij, sed ad esse fideicommissum gradatim inter omnes de parentela, & agnatione reseruato, quod particulatim videatur an dd. Bartholomæo Iuniori, & Thadæo fratribus de Bolognini suffragetur legitimatio per subsequens matrimonium, itaut sint admittendi ad exclusionem Hieronymi, & eius filiorum, à quibus Palmerij causam habent.

Resolutio difficultatis pendet ab eo, an in substitutione facta à Bartholomæo per hæc verba (& deficiente linea masculorum dicti Io. Maria, quem substituereat Emilio ab ipso testatore adoptato) prædictis omnibus vltimis eius heredibus sic deficientibus, & c. substituit proximiores masculos de parentela, & agnatione ipsius testatoris, seruando tamen inter eos gradum prerogatiuam, & c. t̄ adsint verba tractum temporis successiuum perpetuitatem, & continuatiuam explicitè, vel implicitè significatiua, siquidem conclusio indubitata ea est, & à Rota recepta, quæ passim sequitur doctrinam Cuman. in l. cum ita, §. in fideicom. num. 4. ff. de leg. 2. quod vocatis simpliciter proximioribus de familia absque verbis importantibus tractum temporis successiuum in futurum, vno semel admissa, substitutio penitus euanesceat quo ad alios. Si vero adsint verba tractum temporis perpetuitatem, & continuationem denotatiua, seu conseruationem agnationis inducentia, substitutio non terminetur in primis admissis, sed successiuo ordine de vno in alium per fideicommissum transferatur, ad tex. in l. peto, §. fratre, & in l. cum ita, §. in fideicom. ff. de leg. 2. Anchara. consil. 27. Castr. in terminis in d. l. peto ita distinguendo dixit Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 8. nu. 34. vers. & quidem ego breuiter sic puto distinguendum, Crass. in §. fideicom. q. 16. nu. 1. in fin. Fulac. de substit. q. 382. num. 52. Vbi quod hoc admittunt omnes nemine dissentiente, & allegat innumeros concordantes, Rouit. consil. 5. num. 9. & 10. lib. 2. eandemque distinctionem amplexa fuit Rota in pluribus decisionibus relatis per Add. ad san. mem. Greg. XV. decis. 207. sub. num. 9. versic. prædicta opinio Rota coram eodem san. mem. Greg. XV. dec. 464. n. 18. in res. dec. 164. nu. 2. part. 4. & eleganter hanc distinctionem firmavit, Rota coram bon. me. Franc. Valdo in Reatina fideicom. 14. Martij 1622. Vbi quod hoc procedit, siue verba tractum temporis significant explicitè, siue implicitè.

Ponderata autem supradicta substitutione facta à Bartholomæo censuerunt DD. in ea adesse verba, 2  
 † agnationis conseruationem inducentia, & perpetuitatem denotantia ad perpetuandum fideicommissum à d. Bartholomæo constitutum, quia testator etiam in hac substitutione proximiorum habuit rationem agnationis, quæ comprehendit omnes personas cuiuscumque gradus per virilem sexum coniunctas, ita vt omnes successiue vocati sint, nedum per vulgare, sed etiam per fideicommissariam, vt in terminis, Alba. *consil. 51. sub num. 13.* Bellon. *Iun. consil. 111. sub num. 6.* Ger. Spin. *consil. 66. num. 10.* Mantie. *de coniect. vit. vol. lib. 6. tit. 15. num. 11.* Rota coram san. mem. Greg. XV. *dec. 464. sub num. 20. decis. 282. num. 7. part. 2. & decis. 264. num. 3. part. 5. recent.* vbi, quod ratio conseruandæ agnationis trahit secum implicitum statum futuri temporis & ratio est, quia non possunt bona conseruari in familia, nisi vnus sit grauatus de restituendo alteri.

3 Quod habita fuit ratio conseruandæ agnationis satis colligitur ex pluribus coniecturis in hoc casu concurrentibus, quæ simul iunctæ, certum est illas concludere, etiam si singulariter sumptæ non sufficerent, Curt. Sen. *consil. 69. num. 2. in fin.* Bero. *consil. 104. num. 12. vers. & quatuor, & num. 13. lib. 2.* Rota coram san. mem. Greg. XV. *decis. 315. num. 9. in rec. dec. 453. nu. 7. part. 1. dec. 155. num. 12. dec. 355. nu. 10. par. 5. in Bonon. fideicom. de Bonaterijs 13. Martij 1641. coram bo. mem. Merlino, & in Rom. fideicom. de Spiritibus 12. Ianuar. 1643. coram R. P. D. meo Bichro.*

4 Prima quatum est, quod Bartholomæus deficiente linea masculorum Io. Mariæ prædictis omnibus eius hæredibus deficientibus substituit proximiores, cum qualitate masculinitatis, vt in terminis de substitutione de proximioribus masculis, Ceph. *consil. 132. nu. 12.* Peregr. *de fideicom. ar. 19. num. 17. & consil. 52. num. 10. lib. 4. & dec. Patavin. 111. num. 2.* Molin. *de primog. lib. 3. cap. 5. num. 25. & in puncto Alba. d. consil. 51. sub num. 8. versic. sicut etiam, Bellon. Iun. d. consil. 111. sub num. 6. Par. decis. 438. num. 2. lib. in correct. Rota d. decis. 135. num. 7. par. 5. recent.*

5 Secunda, quia non substituit simpliciter proximiores masculos, sed proximiores masculos de parentela idem enim est dicere masculos de parentela, quod agnatos, Alba. *d. consil. 51. nu. 4.* Peregr. *de fideic. ar. 22. sub num. 31.* Surd. *consil. 69. nu. 29.* Fusar. *de substit. q. 499. num. 4. 7. & 9.* & quod plus est non his contentus addidit, & de agnatione, ibi, substituit proximiores masculos de parentela, & agnatione ipsius testatoris, † quæ verba clarè probant non fuisse vocatos proximiores, nisi contemplatione ipsius agnationis, Socin. Sen. *in l. cum aiunt, num. 85. versic. quatuor casus, ff. de condit. & demonstr. Surd. consil. 96. num. 29.* Ger. Spin. *consil. 74. n. 15. versic. in quibus in puncto, Alba. d. consil. 51. num. 8.*

7 Tertia coniectura est, quia substitutio legitur facta in numero plurali, ibi substituit proximiores masculos, quo casu cum pluralis numerus plures personas desideret, tunc substitutio sub nomine plurali concepta comprehendit omnes proximiores † ordine successiuo, itaut gradatim omnes succedant per fideicommissum, donec extent, sicque per fideicommissum de gradu in gradum admittantur ex congettis per Peregr. *de fideic. ar. 19. sub num. 164. vers. & in fideicom. Petr. de fideicom. q. 5. nu. 140.* in his terminis Fusar. *consil. 28. n. 9.* Menoch. *consil. 220. nu. 140.* & fuit firmatum in Reatina fideicom. 14. Martij 1622. coram bon. mem. Francisco Vbaldo, & quamuis dicatur, hanc coniecturam rejici, cum dari possit casus, quod tempore purificari fideicommissi ad sint plures in pari gradu, Bertaz. *consil. 98.*

*num. 3. in fin. & nu. 31. vol. 1.* vel primus succedere possit ex fideicommissaria substitutione, alij verb per vulgarem, vt ponderat, Ceph. *consil. 446. num. 26. & 27.* attamen cum non loquantur in casu, quo concurrant aliz coniecturæ, illorum dicta non applicantur proposito casu.

8 Quarta, quia in testamento adest clausula seruando tamen inter eos gradum prærogatiuam, quæ denotat tractum temporis successiuum ex deductis per Fusar. *de substit. q. 358. num. 2. iuncto, num. 18.* Ruin. *consil. 164. num. 3. lib. 3.* Surd. *consil. 554. sub num. 39. versic. & idem probatur.* Odd. *consil. 69. nu. 71.* Peregr. *d. decis. Patavin. 111. num. 6. in fin.* Seraphin. *decis. 934. num. 4.* Rota *decis. 152. num. 6. par. 6. recent.* Si enim seruanda est gradus prærogatiua inter proximiores successiue, ergo omnes sunt successiue eodem modo vocati, cum † prælatio supponat vocationem eorum, inter quos locum habet, vt in terminis eiusdem clausulæ ratiocinatur Bellon. *Iun. consil. 72. nu. 30. & seqq.* Est enim maxime ponderandum, quod Bartholomæus non dixit seruando tamen inter eos gradus prærogatiuam, sed gradum, † quod denotat non vnum gradum, sed plures substituisse, vt aduertit Fusar. *de substit. q. 476. nu. 8. & Peregr. de fideicom. ar. 18. num. 17.*

9 Neque obstat responsio primæ decisionis coram R. P. D. meo Carrillo, quo † d. clausula excludat quidem representationem, non autem extendat fideicommissum, ex Decia. Surd. & Honded. quos sequitur Ger. Spin. *d. consil. 74. nu. 12. in fin. & 13. lib. 1.* Quoniam 12 termini † representationis hic non possunt applicari, cum non sint in filiis fratrum, & sororum, in quibus tantum representationi est locus, s. sit igitur defunctus, versic. huiusmodi verò privilegium, & 3. si verò neque fratres, Auth. de hered. ab intest. venient. Auth. de defuncto, & Auth. post fratres, la secunda, C. de legit. hered. & propterea 13 rea Surd. *in consil. 554. num. 34. in decis. adductus,* † expressè firmat d. clausulam, designare ordinem successiuum, Decian. verb, & Honded. inquit tantummodo, quod per d. clausulam filius non intrat in locum patris, & Ger. Spin. admittit hanc coniecturam, quando vocati fuerunt proximiores, de agnatione, vt patet sub num. 15. vers. quia responderet.

14 Quinta coniectura consistit in eo, quod Emilius, qui fuit dilectus à Bartholomæo fuit grauatus restituere suis descendentes, & Io. Maria, qui secundo loco prædilectus fuit pariter grauatus fuit restituere suis descendentes. Vbi autem † magis dilecti fuere grauati, tunc inducitur euidens coniectura, quod testator eodem modo voluerit grauare minus dilectos, Anchar. *consil. 152. nu. 3. in fin.* Grat. *consil. 5. nu. 1. lib. 2.* Menoch. *consil. 197. num. 8.* Rota *decis. 125. num. 6. par. 1. rec.* ita fuit resolutum in Viterbien. *Castroreum 21. Iunii 1628.* 15 23. Martij 1635. coram bon. mem. Coccino, & † ex grauamine iniuncto descendentes Io. Mariæ primo loco vocatis, sequitur fideicommittentem grauasse fideicommissis proximiores de modo minus dilectos, & posteriori loco vocatos ad restituend. successiue aliis proximioribus de domo, Rub. *in l. Gallus, s. quidem re. lib. nu. 70. ff. de liber. & posth. Menoch. consil. 277. n. 13. & consil. 575. num. 12.* Decia. *consil. 1. num. 232. l. 1. Alba d. consil. 51. num. 15.*

Vnde cum ex supradictis simul iunctis perpetuitas & tractus successiuus remaneat satis probatus, intrat supradicta distinctio à Rota semper approbata, quod vbi extant verba tractum temporis perpetuitatem, & continuationem denotantia, seu conseruationem agnationis inducentia, indubitatam sit, substitutione non terminari in primis admissis, sed successiuo ordi-

ne de vno in alium per fideicommissum transferri, & consequenter est dicendum, Bartholomæum noluisse restringere substitutionem ad primos proximiores.

Et ita, auditis omnibus interessere habentibus, fuit resolutum, in prædictis proximioribus, nempe in personis Horatij, & Valetij non expirasse fideicommissum Bartholomæi, sed adhuc durare inter omnes de parentela, & agnatione.

## R. P. D. CORRADO.

Farsen. Bonorum.

Veneris 9. Decembris 1644.

### ARGVMENTVM.

Bona, quod sint emphyteutica, ex quo probeatur emphyteusis, quando est finita, tunc Dominus directus ex quadam æquitate tenetur præferre agnatos ultimi inuestiti, quibusuis aliis. Vocatus quando quis est sub qualitate Filiationis, & legitimitatis, tunc vtramque qualitatem tenetur probare ex nominatione Patris facta in actu proportionabili, quod aliquis sit eius filius, quando arguat filiationem.

### SVMMARIVM.

- 1 Bona, quod sint emphyteutica, probatur ex instrumentis inuestitura, iunctis solutionibus Canonum, ampliat. n. 2.
- 2 Partio confessio, quando adest, cessat omnis scrupulus.
- 3 Identitas bonorum bene probatur ex sententiis in causa prolatis.
- 4 Mors alicuius, si in Hospitali sit mortuus, iustificatur ex partita libri eiusdem Hospitalis formiter extracta.
- 5 Proximitas alicuius potest iustificari ex publico instrumento, ex quo Pater in eo aliquem in actu proportionabili, cum vocavit talem, & num. 7.
- 6 Emphyteusi finita, Dominus ex æquitate Iuris debet proximorem ultimi inuestiti in noua inuestitura, alicuique præferre.
- 7 Quod multo magis procedit si super hoc adestat Statutum loci, prout in Abbacia Farsen.
- 8 Inuestito, ex Iudicio officio datur inmissio.
- 9 Filius Legitimus per subsequens matrimonium intrat in locum legitimi.
- 10 Vocatus, quando quis est uti filius, debet probare se tale.
- 11 Quod procedit siue agat, siue excipias.
- 12 Vocatus, quando quis est sub qualitate filiationis, & legitimitatis vtrumque debet probare.
- 13 Illegitimi non succedunt in emphyteusi Ecclesiastica.
- 14 Ex nominatione Patris alicuius in filium facta in actu proportionabili, constituitur ille in quasi possessione filiationis.
- 15 Itant contrarium afferenti incumbat onus probandi.
- 16 Ex Patris nominatione facta in filium, quis constituitur in quasi possessione filiationis in ipsius tamen præiudicium, & habentium causam ab eo.  
Secus verò in præiudicium tertij velati substituti, seu alterius inuestiti, ac etiam ipsius Domini directi, quoniam in his casibus aliunde est probanda filiatio.
- 17 Filiationis quasi possessio non attenditur, nisi alia concurrant, quando sumus in decisorio, ubi principaliter agitur de ipsa filiatione.
- 18 Et sine dubio procedit, quando non agitur de bonis illius,

- qui constituit filium in quasi possessione filiationis.
- 21 Filius spurius dicitur natus de incerto patre.
- 22 Liber Baptismi, licet non sufficiat pro plena probatione filiationis, facit tamen presumptionem qualitatis in eo descripta.
- 23 Legitimitas per subsequens matrimonium, quando dicitur intrare.
- 24 Filius natus à Patre incerto, non potest per subsequens matrimonium legitimari.
- 25 Ad legitimitatis effectum sufficere videtur certitudo filiationis ex parentum agnitione resultans.
- 26 Quæ tamen conclusio procedit quando agitur de succedendo in propriis bonis eorundem parentum, non autem in illis, quæ ex inuestitura fideicommissa, &c. procedunt, & num. 27.

### DECISIO XXXII.

**D**Efuncto Octauiano de Soldatis, qui de anno 1612. fuerat inuestitus iure emphyteutico de nonnullis bonis directi dominij Abbacie Farsen. pro se, & eius filijs, & nepotibus masculis, legitimis, & naturalibus, &c. ei successit Tiberius eius filius, post cuius obitum ea bona concessa fuerunt eodem iure, & forma Catharine illius sorori, ac præfati Octauiani filie legitime, & naturali, ac subinde fuit lata sententia pro illius inmissione in possessionem eorundem descriptorum in ipsa Inuestitura contra Octavianum Camillum dicti Tiberij heredem, ac eorum detentorem: Quam hodie proposito dubio in causa appellationis mihi commissa dandam esse Domini responderunt.

- Nam qualitas bonorum, de quibus agitur, probatur non solum ex instrumentis prædictis quæ iunctis annui canonis in eis contenti solutione ultra triginta annos scilicet à d. anno 1612. citra facta, & ab his administratis sufficerent ad legitimam probationem, præsertim contra heredes d. Octauiani, & Tiberij, & ad fauorem proximioris, Rota penes bon. mem. Card. Seraphin. decis. 869. num. 2. & seqq. vers. tamen hac probatio, & decis. 190. par. 1. & decis. 117. num. 10. vers. de Dominio autem, & decis. 359. num. 10. & seqq. vers. secundo concurrunt, & decis. 613. num. 8. vers. Quarta, & seqq. par. 5. & decis. 164. num. 4. & seqq. vers. At tamen concurrentibus administratis, par. 6. & decis. 36. num. 3. vers. ea tamen, ac decis. 117. numer. 1. & 2. par. 7. recent. sed ab ipsis partibus admilla fuit in processu, & signanter in petitione facta sub nomine Octauiani die 16. & 27. Februarij 1644. sicque cessat omnis difficultas, Rota penes Seraph. d. decis. 869. num. 2. & decis. 193. numer. 3. vers. Accedit etiam confessio part. 2. & decis. 69. num. 9. vers. unde ex ipsarum confessione, & c. par. 5. recent.
- Identitas verò euidenter apparet ex collatione eorundem inuestiturarum cum petitione, ac sententia in causa prolatis. † Mors autem Tiberij probatur ex partita libri Hospitalis † Sanctissimi Saluatoris (vbi decessit) formiter extracta, Rota penes san. me. Gregor. decis. 78. num. 2. vers. concurrunt fides, &c. & bon. mem. Butat. decis. 563. sub num. 1. & decis. 605. sub num. 4. vers. obitus, &c. par. 2. recent. Atque etiam ex concordia vtriusque partis suppositione in eodem processu, Proximitas demum dictæ Catharine non controuertitur, imò iustificatur in hoc casu, † tam ex publico Instrumento, ex quo apparet d. Octavianum illam tanquam eius filiam nuptiæ dedisse Angelo Roscetto, eique honestam dotem constituisse, quam ex Testamento eiusdem, in quo illam vtrigermanam sororem dicti Tiberij substituit, † ac ad eius hereditatem vocauit, glos. in cap. series in verb. instrumentum, ibiq. e. Bal. sub nu. 4. vers. extra not. extra de testib. But. in l. 5. quod
- 1
  - 2
  - 3
  - 4
  - 5
  - 6
  - 7

- Senatus Consulto, sub num. 3. vers. & ultra D.D. & c. ff. de liber. agnoscend. & fuit dictum in Romana fideicommiss. de Epit. 18. Iunij 1623. coram bon. mem. Buratto decif. 719. sub num. 1. & seq. versic. quod autem Elisabeth, & c. & prius decif. 201. num. 3. versic. de filiatione autem, & c. & decif. 260. num. 6. & seq. versic. secundo, & c. ac turtus decif. 925. num. 5. & seq. vers. & eorum depositiones, & c. & penes san. mem. Gregor. decif. 349. sub nu. 4. & seq. vers. & probatur, & c. & in recen. decif. 472. num. 8. vers. ex pradicto Iacobo, & c. par. 1. & decif. 578. sub nu. 1. vers. Nam quod Camillus, & c. & seq. par. 4. & c. comprobatur Modern. Rom. discept. 633. a num. 70. & seq. vers. Ad datur quod, & c.
- 8 Et predictis planè iustificatur Inuestitura ipsi Catherinz concessa, vt potè debita. † Tum ex æquitate iuris, quam probauit Bart. communiter receptus in l. 1. §. permittitur, num. 1. vers. Et hoc nat. pro Emphyteusis, ff. de acq. quotid. & alijs. Rom. in cons. 22. sub nu. 5. vers. Quo ad vltimum, & c. & sequitur Rota decif. 198. num. 1. & seq. par. 2. diuers. & c. penes Seraph. decif. 610. numer. 1. & seq. ac Reuerendiss. Vrgellen. decif. 251. num. 1. & seq. & decif. 334. num. 1. ac seq. & in Imolen. bonorum, siue emphyteus. 19. Iunij 1618. coram bo. me. Coccin. & in Rannentaten. emphyteus. 22. Maij 1628. coram eodem, ac in Mutinens. emphyteus. 26. Iunij 1630. coram Reuerendiss. mo Domino meo Decano, & sapè in alijs. Tum etiam ex præcisa dispositione Statuti † dictæ Abbatiæ cap. 69. §. si contingat, & cap. 70. §. si per euidentem.
- 9 Et præterea danda est illi immissio, quæ Iudicis officio conceditur inuestito, Rol. consil. 1. nu. 54. & seq. versic. vel officio Iudicis, & c. & prius sub num. 49. & seq. vers. confirmatur hæc opinio, & c. lib. 1. & fuit dictum in Hispanen. dimid. par. 17. Decembris 1635. & 14. Ianuarij 1636. coram bo. me. Coccin. & in Bonduen. bonorum 10. Martij 1637. coram Eminentiss. D. meo Cardin. Vrespio, in recent. decif. 585. sub num. 22. & seq. versic. siue etiam dimissio, & c. par. 5. & decif. 204. sub num. 5. & seq. vers. suffragatur etiam, & c. ac decif. 214. num. 13. & seq. versic. secunda verò, & c. par. 7. recent. & c. probatur Rosental. de stud. cap. 7. conclus. 8. num. 3. versic. verum id, & c.
- 11 Nec impediri potest per Octavianum Camillum, qui asserit filius Tiberij per subsequens matrimonium inter illum, & Annam eius matrem contractum legitimatus.
- 12 Quia non probat se filium, vt tenetur l. 1. & seq. ff. de prob. l. 1. §. sed si maritus, versic. si mulier se pregnantem, & c. ibique glos. in verb. ei quod editur, ff. de liber. agnosc. l. 3. C. de alen. lib. & l. 1. C. quor. bonor. siue agar, siue excipiat, quod Aduersarius fundauit † intentionem suam in casu quo filij non extarent, vt declarat, Castr. in l. liberorum, sub nu. 5. vers. Et similiter si ab eo petitur, & c. & Angel. ibid. sub num. 2. versic. idem si agnatus, & c. ff. de his, qui not. infam. Natt. cons. 421. num. 1. & seq. & consil. 473. sub num. 11. versic. sed quantum est, & c. & sub nu. 12. in fin. versic. si quod autem grauamen, & c. Burlat. consil. 88. sub num. 4. & 5. versic. quia respondetur, & c. Malcard. de prob. concl. 786. sub num. 1. & 2. & alij relati per Falu. de prob. in similit. tract. lib. 2. cap. 6. a num. 1. & plur. seq. Rota penes san. mem. Gregor. decif. 221. num. 2. vers. & filiatione, & c. Et quidem cum qualitate legitimitatis,
- 14 Tum quia vbi aliquid profertur cum aliqua qualitate, vt factum fuit in Inuestitura Octauiano concessa pro se, & eius filiis, & nepotibus masculis legitimis, & naturalibus, vtrumque probati debet, ad l. prior. ait. §. hoc autem edicto, vers. docereque ff. de vi. bon. rups. Bart. in l. 1. §. 1. sub num. 1. versic. item nota, ff. ne quid in sum. pub. & in l. fulecinius, §. cum hoc, nu. 2. versic. quando lex, ff. ex quibus caus. in possess. eat. Ial. cons. 106. speculabilis, &
- clarissime Domine, sub num. 5. & seq. versic. sed in casu nostro, & c. lib. 1. Rota penes Seraph. decif. 1081. sub nu. 1. versic. duo enim, & c. & sub nu. 5. vers. Neque obstat, & c. & decif. 48. num. 16. par. 6. recent. Natt. d. consil. 421. sub num. 1. & seq. & d. consil. 473. a num. 30. & seq. versic. Post hæc, & c. Burlat. consil. 88. sub d. num. 5. Decian. cons. 24. num. 54. & seq. vers. Tertio dico, & c. lib. 1. Rim. Iun. consil. 494. num. 21. vers. Quinimo, & c. & seq. Malcard. de prob. dist. concl. 786. num. 7. vers. Tertio ampliari potest, & c. & num. 11. versic. secundo limita, & c. Pacian. de prob. lib. 2. cap. 16. num. 58. versic. Iterum ampliatur, & c. & sub nu. 70. vers. Caterum si actor, & c. Tum quia † illegitimi in huiusmodi emphyteusis Ecclesiastica non succedunt neque de iure communi, vt probat Bart. in l. lex factio, §. si quis rogatus, sub num. 8. in fin. vers. Prædicta possunt esse vera, & c. & ibi, Alex. sub num. 17. versic. subdens tamen, & c. ff. ad S. C. Trebell. & alij relati per Clar. in §. emphyteusis, q. 3. neque Constitutione Pij V. in ordine 117. incip. Quæ ordini Ecclesiastico, de qua Rota apud Card. Seraph. decif. 478. num. 1. & sub nu. 3. vers. prout verum, & c. & decif. 474. n. 1. & seq. vers. Natura- liu enim, & c. ac decif. 703. n. 3. vers. Quibus stantibus, & c. par. 1. & decif. 244. num. 1. vers. Quia aderat solus, & c. p. 2. diuers. & c. latius decif. 359. sub nu. 19. & seq. versic. Cessat omnis difficultas, & c. par. 5. recent. & fuit dictum in Romana emphyteus. 19. Aprilis 1630. penes Reuerendiss. Vrgellen. decif. 251. nu. 4. & seq. vers. unde cum in casu nostro, & c.
- 15 Non enim visa fuit Dominis in hoc casu sufficiens assertio ipsius Tiberij, qui in eius Testamento declarauit d. Octavianum Camillum suum esse filium, cumque, vt talem hæredem vniuersalem instituit.
- 16 Quia licet ex huiusmodi nominatione principaliter facta propter se (vt inquit Doctores) in actu filio apprimè congruo, & proportionabili ille constitui solet in quasi possessione filiationis, ita ut contrarium.
- 17 asserenti † incumbat onus probandi, iuxta gloss. in cap. lator in verb. probare legitime ext. qui fil. sint legitimi, & in l. neque professio in verb. præiudicat in fin. C. de Testam. Bart. in dicta l. 1. §. quod Senatus Consulto, num. 3. versic. breuiter tu habes tenere, ff. de liber. agnoscend. Rota dec. 1. num. 2. & sequen. versic. secunda difficultas, & c. par. 1. diuers. & c. sequuntur Doctores, relati à Pacian. de prob. li. 2. dicto cap. 16. sub num. 73. versic. Parro, & c.
- 18 Hoc tamen Domini censuerunt procedere in præiudicium ipsius nominantis, & causam habentium ab illo in ius, de quibus liberè disponere potest, non † autem quando agitur de præiudicio tertij veluti substituti, seu vltetius inuestiti, ac etiam Domini directi, quoniam his casibus aliundè comprobari debet filiatio, Ial. in d. consil. 106. num. 2. & seq. vers. secundo, & c. lib. 1. Gozad. consil. 13. sub num. 21. versic. decimo quinto, & c. Grat. consil. 140. nu. 44. versic. Nec obstat, & c. lib. 1. Alciat. consil. 5. sub num. 57. versic. Et licet confessio, & c. li. 4. & in rubr. ff. de liber. & posth. sub nu. 46. versic. sane, quod supradictis, & c. Burlat. consil. 88. sub n. 5. vers. verum, & c. Natt. consil. 473. sub n. 24. in fin. vers. Ad contraria, & c. Panzicoll. cons. 66. sub nu. 19. & seq. vers. nec obstat, & c. Surd. consil. 553. sub n. 20. & seq. versic. Et quamuis vbi agitur, & c. Peregrin. consil. 16. n. 15. versic. nec etiam, & c. lib. 5. Rustic. ad l. cum Anus, lib. 2. cap. 16. nu. 109. & seq. versic. Diæque conclusio, & c. Rot. penes Put. decif. 435. lib. 1. & penes, Card. Seraphin. dicta decif. 1081. sub nu. 2. versic. Quæ nominatio, & c. & decif. 167. num. 16. versic. secundo, & c. par. 1. ac decif. 597. nu. 12. & seq. versic. Quoniam assertio, & c. par. 5. recent. & in Romana de Bonellit 29. Nouembri 1613. & 28. Nouembri 1614. coram bon. mem. V. baldo, & in Benon. Alimentorum 16. Decembris 1630.



1630. coram bon. mem. Merlino, cum alijs relatis per Modern. Roman. discept. 267. nu. 19. vers. Quidquid aliud sit, & latius discept. 744. n. 9. & 10. vers. nec facit, &c. & sub num. 31. vers. maxime quia intelliguntur, &c. & per Marefcott. res. 18. sub num. 24. vers. non credo verum, &c. & vers. Et maxime ubi agitur de praiudicio tertij, &c. lib. 3. Præsertim in decisorijs, ubi de illa principaliter agitur, atque contenditur, † in quibus eiusmodi quasi possessio filiationis non sufficit, nisi alia concurrant, Bart. in l. non nudis, in 2. lect. vers. Respondeo, &c. de prob. l. d. conf. 106. n. 10. & seq. vers. quinto. & ultimo, &c. lib. 1. & consil. 102. in casu prædicto, num. 10. vers. quinto ad idem facit, &c. lib. 4. Menoch. consil. 581. sub num. 4. vers. nec sufficit, &c. Malcard. de prob. dicta conclus. 786. num. 3. & 4. vers. vel si essent in decisorijs, &c. sub num. 6. vers. versor tamen, & magis communis, &c. & conclus. 799. nu. 18. & seqq. vers. sextus, &c. lib. 1. & num. 16. vers. Præterea, &c. dicens hanc sententiam maxime tenendam esse quando non agitur de

20 † bonis illius, qui constituit filium in quasi possessione filiationis post Alciat. in dicto consil. 5. sub num. 57. vers. Immo cum presens questio, &c. lib. 4. Barlat. dicto conf. 88. sub num. 5. vers. quia respondetur, &c. & sequitur Rot. dicta decis. 289. sub num. 5. vers. Non obstant coniectura. part. 1. recent.

Eoque magis in proposito casu cum assertioni Tiberij aduerfetur liber Baptismalis, in quo legitur Octavianum Camillum ad sacrum fontem fuisse susceptum

21 † tamquam spurium filium Anne, idest ex incerto Patre progenitum, iuxta l. vulgo concepti, ff. de stat. hom. §. si aduersus eos, insit. de nupt. Didac. de spons. par. 2. capit. 8. §. 5. sub num. 1. Paleo. de North. & spur. cap. 16. sub num. 4. vers. In specie verò, &c. Cuius quidem libri fides licet non sufficiat ad plenam probationem facit tamen præ-

22 sumptionem illius † qualitatis in eo descriptæ, vt post Cauale. tradit ad rem nostram, Modern. Roman. discept. 744. sub num. 6. & sequen. vers. Et magis, &c.

Hincque infertur non applicari præsentem eiusdem Octavianiani Camilli legitimationem per subsequens matrimonium nonnullos annos post eius natiuitatem contractum inter d. Annam, & Tiberium.

Quoniam illi dumtaxat filij per subsequens matrimonium legitimantur quos † constat ex ipso viro fuisse progenitos, cum quo mulier illud deinde contraxit, iuxta text. in cap. tanta extra qui fil. sint legitim. non autem alij quorum incertus est Pater, nam ij per subsequens matrimonium legitimari † non possunt, Bart. in dicta l. fin. sub num. 1. vers. Et ergo filij ff. de Concub. Roin. consil. 103. sub num. 16. vers. Quod patet, &c. & infr. lib. 3. Nat. d. Elo. consil. 473. num. 25. vers. secundo respondens potest, &c. Ceph. consil. 48. nu. 22. vers. Verum est, &c. Mantica. de coniect. vii. volunt. lib. 11. tit. 12. nu. 10. vers. Illud verò sine controuersia, &c. Ludouic. Sard. in eius tract. de natural. liber. cap. de legitimatone per vers. n. arriu. sub num. 21. vers. septimo queritur, Nicol. de Vbald. de success. ab intestat. sub nu. 62. vers. Quod verò intelligerem, &c. Phanoc. de lucr. dot. in gloss. per mortem, sub num. 37. in fin. vers. Et conclusio hæc procedit, &c. Trenacing. de subst. par. 4. cap. 7. sub nu. 47. vers. Sexto, & ultimo, &c. Rustic. ad l. Cum Annus, lib. 2. dicto cap. 16. nu. 106. & seq. vers. Quinto, &c. Menoch. consil. 10. sub num. 10. vers. Quandoquidem, &c. Petr. Duçen. Reg. 350. vers. Quarto fallit, &c. Marefcott. d. Res. 18. nu. 23. vers. & primo quidem, &c. & Modern. Rom. d. discept. 744. num. 5. & seq. vers. Quorum ratio est, &c.

Et licet ad effectum dictæ legitimatone videatur sufficere certitudo filiationis ex † parentum agnitio-

23 ne resultans, vt notat Bald. in l. eam quam sub num. 24.

vers. considera tamen, &c. C. de fideicommiss. & l. si qua Illustriss. sub num. 3. vers. vulgo concepti, &c. C. ad S. C. Orfician. & explicat latius in l. 2. sub num. 33. vers. Quo ad secundum, &c. in fin. & sub num. 34. vers. præsumptiua verò, &c. & vers. cum ergo, &c. C. qui accus. non pess. & sequitur l. d. conf. 234. Pro parte negatiua sub n. 4. & seq. vers. Et istam partem, &c. lib. 2. Honned. conf. 72. sub nu. 36. vers. Et licet quando, &c. lib. 2. & alij. Hæc tamen

26 opinio procedit, quando agitur † de succedendo in proprijs bonis eorundem parentum, non aut in illis, quæ ex fideicommissio inuestitura, vel aliter post illorum mortem peruenire debent ad alios, vt sentit Rota penes Put. dicta decis. 435. sub num. 1. ibi, Ex quo tantum de praiudicio eius agebatur lib. 1. & latè probat Rim. lun. conf. 222. à nu. 49. & seqq. vers. sed hæc à communi sententia, &c. iuncto num. 43. & seq. vers. Accedit, &c. Mantica. dicto tit. 12. sub num. 11. vers. sed aduerte, &c. & vers. verum planè, &c. Rustic. dicto cap. 16. sub num. 109. vers. & quod certioratio non proficit, &c. & post alios declarat Modern. Rom. d. discept. 633. sub num. 4. vers. Quando agitur, &c. & d. discept. 744. num. 9. & seq. vers. Nec facit, &c. ac probant alij supra relati. in vers. Hoc tamen Donami, &c.

Atque ita fuit resolutum sola Catherina infotmatte, &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Perusina Fideicommissi de Pontanis.

Veneris 20. Aprilis 1646.

ARGVMENTVM.

Descendentes vnus ex hæredibus institutis substituti, in casum deficientiæ omnium descendentium alterius heredis, quando dicantur vocati per vulgarem, quando verò per fideicommissariam.

SVMMARIVM.

- 1 Vocatio descendentiũ filia per nomen collectiuum pluriũ graduum, & personarum, comprehendit omnes descendentes in infinitum.
- 2 Succedere quando quis dicatur per fideicommissariam; quando verò per vulgarem, num. 3. ubi de ratione, & limita vt num. 4. & 5.
- 6 Verba tractum temporis respicientia apposita in prima substitutione, non sufficiunt ad effectum succedendi per fideicommissariam, nisi sint etiam repetita in secunda; fallit quando est eadem ratio, & præsumpta repetitio; num. 7.
- 8 Præsumptio repetitionis qualitatum substitutionis præcedentis regulatur à mente testatoris.
- 9 Dicitio, Vel, posita in substitutione demonstrat, descendentes fuisse vocatos per vulgarem, intellige, vt nu. 10.
- 11 Vna pars testamenti aliam declarat.
- 12 Vocatio masculorum in pluribus gradibus substitutio- num adiecta qualitate; quod masculis sint legitimo matrimonio nati; denotat, quod fuerit contemplata Agnatio.

DECISIO XLIII.

Gvilielmus Pontanus, hæredibus in omnibus suis bonis institutis Hieronymo, & Alberto fratribus siue eorum filiis, quatenus aliquis fratrum tempore mortis Testatoris non superuinceret, aliam substitutionem in hæc verba subiunxit: Et pari modo frater

gat quodcumque omnes masculos descendentes alicujus dd. Hieronymi, & Alberti deficere, substituit alterum eorum superiuventem, vel p̄mortui descendentes masculos, ex legitimo matrimonio natos. Et cum contigisset omnes descendentes Hieronymi p̄decessisse, atque tempore eorum deficientiæ adhuc in humanis existeret ex Ludouico Alberti filio Gulielmus Iunior, qui genuit Carolum, & fratres de Pontanis, quæstio exorta fuit, an in persona Gulielmi, vel eius filiorum saltem fideicommissum expirauerit, vel non. Et Domini hodie responderunt fideicommissum non expirasse.

Resolutio verò quæstionis pendet ex eo, an descendentes vnus ex hæredibus institutis substituti in casum deficientiæ omnium descendentium alterius hæredis sint vocati per vulgarem, an etiam per fideicommissariam; nam primo casu per agnitionem Gulielmi Iun. fideicommissum statim expirauit secus verò secundo casu.

- 1 Et quamuis in hoc articulo magis communis, ac recepta sit distinctio Cumani in *Leum ita*, §. in fideicommissis, ff. de leg. 2. si vocatio scilicet facta fuerit per nomen collectiuum plurium graduum, & personarum absque aliqua dictione, tractum temporis adnotante, siue absque contemplatione agnationis, tunc vocatio descendentium comprehendat quidem omnes descendentes in infinitum, ita vt etiam † remotissimus succedat per fideicommissariam si tempore purificatæ conditionis per deficientiam alterius lineæ à nullo præcedatur; Quod si verò † dicto tempore aliquis in gradu eum præcedat, tunc solummodo succedat per vulgarem, quatenus nimirum ille, qui eum præcedit, hæres esse nolit, vel non possit, & ratio est, quia descendentium vocatio intelligitur actiue, non autem passiuè, & substitutio, quæ tam per modum vulgaris, quam per modum fideicommissariæ potest accipi; si necessitas aliqua non urgeat, debet accipi per modum vulgaris, vt dicta sit, quia hæc nemini grauis est, *cap. si pater, de testam. in 6.* & tradit in puncto vocationis descendentium, *Ruin. in consil. 19. num. 9. & seq. lib. 3. Soc. Iun. consil. 81. num. 12. lib. 3. Cephal. c. n. fil. 326. num. 26. & seq. Menoch. consil. 318. num. 56. & 68. Fulcr. consil. 3. & in tract. de substit. quæst. 382. num. 19. & seq. Rot. decis. 266. num. 12. & decis. 357. num. 2. & 11. par. 1. recent.*
- 4 Limitatur tamen in hoc casu propter verba adjecta, successiuum temporis tractum importantia; nam Testator substituit, quodcumque omnes descendentes vnus ex hæredibus deficerent, ponderando non solum verbum, quodcumque, complexiuum omnis temporis, etiam longè remotissimi, *Corn. consil. 199. num. 17. lib. 1. Honded. consil. 55. num. 42. lib. 1. Menoch. consil. 399. num. 32. & 34. Natc. consil. 232. num. 3. Surd. consil. 460. num. 58.* Verum etiam, quia † substitutio est facta omnibus descendentibus deficientibus; & sic inter omnes descendentes in infinitum est inducta reciproca fideicommissaria substitutio, cum alias verificari non possit, quod vltimo descendenti altera linea sit substituta, *Rot. decis. 158. num. 9. coram Reuerendissimis Vrgellen. & in Auximana fideicommissi 4. Maij 1640. coram bon. mem. Merlino.*
- 6 Neque refert, quod † dicta verba, tractum temporis respicientia legantur esse apposita in præcedentibus substitutionibus, non autem in ipsa vltima substitutione descendentium alterius lineæ, de qua hodie agitur, nec regulariter sufficiat ad hunc effectum, verba huiusmodi in præcedenti substitutione apposita esse, illi etiam in alia fuerint repetita, vt pluribus probat, *Peregr. consil. 53. num. 13. lib. 3. Menoch. consil. 328.*

- 7 *num. 68. & seq. Ladetich. consil. 68. num. 31. Rota dec. 357. num. 6. par. 1. recent.* Quia obiectum procederet, si in vtraque substitutione vocarentur personæ, erga quæ maior, vel minor dilectio Testatoris militaret; & in his terminis loquuntur Doctores ex aduerso allegati: Verum † vbi adest ratio dilectionis, vt potè, quia eadem personæ, de quibus loquitur prima substitutio sine vocatæ etiam in secunda tunc intrat præsumpta repetitio qualitatam, in præcedenti substitutione positatum, ad tradita per *Ruin. consil. 134. nu. 29. lib. 2. Soccin. Iun. consil. 90. nu. 16. lib. 2. Surd. consil. 21. num. 9. in fine, & num. 10. Mantie. de consil. lib. 6. tit. 13. num. 9. Rota in Romana fideicommissi de Vespera 24. Ianuar. 1629. coram bon. mem. Card. Virili, cum alijs alleg. per Add. ad Burat. dec. 272. sub nu. 19. versic. item Rota.* Hoc ipsum applicatur casui præsentis, ponderando quod in prima substitutione Testator non vocauit descendentes alicuius nominatim V. G. Alberti, vel Hieronymi primo loco institutorum, sed vocauit descendentes alterius eorum, qui primo deficerent, quod, cum verificari poterat, tam in descendentibus Alberti, quam Hieronymi, sequitur, quod sicut de descendentiã vtriusque voluit Testator in infinitum in præcedenti gradu vocare, pariter quoque voluerit vocare in subsequenti, dum erga vtrumque concurrat eadem verisimilis dilectio, & mens Testatoris, † à qua præsumptio repetitionis qualitatam substitutionis præcedentis regulatur, vt post *Soccin. & alios tradit, Garz. Spin. consil. 13. num. 10. Rim. Iun. consil. 112. n. 48. Mantie. de consil. lib. 10. tit. 6. num. 15. & 22. Peregr. de fideicom. art. 16. num. 34. & bene ad proposit. Rot. dec. 310. num. 13. versic. nam prædicta par. 1. recent.*
- 8 Non obstat, quod in vltima substitutione Gulielmus Testator fratrem superstitem vocauerit, vel eius descendentes, † & dictio, vel, demonstrat, descendentes fuisse vocatos per vulgarem, *Alciat. consil. 89. nu. 5. lib. 9. & alij relati per Altograd. consil. 49. num. 23.*
- 10 Hoc enim verum esset, si frater, hæres institutus, tempore purificatæ conditionis superuixisset, attamen, cum non superuixerit, illius descendentes dicuntur vocati per fideicommissariam, & quidem in infinitum, quia eodem modo in reciproca substitutione, ipsis hæredibus institutis, vocauit alterum cohæredem, siue eius descendentes, & tamen infra apparet, quod vocauerit per verba tractum temporis denotantia omnes descendentes in infinitum, & regula est, † quod vna pars testamenti aliam declaret, *l. qui filiabus, ff. de leg. 1. cum vulg.*
- 11 In quibus, visum fuit Dominis clarè resultare fideicommissum trahi ad omnes descendentes masculos Ludouici, nec expirasse, tantò magis, quia † Testator digressus fuit ad plures gradus substitutionem, & semper masculos vocauit, adjecta qualitate, quod sint de legitimo matrimonio nati, ex quo vehemens coniectura desumi potest, quod fuerit contemplata agnatio ex fusè allegatis in *Romana fideicommissi de Spiritibus 12. Iunij 1643. coram D. meo Bichio.*

Et sic vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. BICHIO.

Interamnen. fideicommissi.

Veneris 14. Decembris 1646.

ARGVMENTVM.

Testator, si institutis hæredibus tribus filiis, mandauerit, quod in casu, quo aliquis ex di-

Atis filiis decederet sine filiis, succedat vnus alteri, & alter alteri, an neptis ex filio faciat deficere conditionem, si sine filiis, & quando id procedat, & quando fecus, & plura deducuntur circa talem conditionem.

## SUMMARIVM.

- 1 Neptes regulariter comprehenduntur sub conditione, si sine filiis.
  - 2 Testator, quando declarauit ad Fideicommissum non venire feminas, tunc sine dubio ad illud aspirare nequeunt.
  - 3 Cippi appellatione, veniunt descendentes masculi, ex filiis Testatoris.
  - 4 Nomine hereditum, & successorum, qui veniant.
  - 5 In odium eius, non debet resorgeri id, quod in eius fauorem factum est.
  - 6 Absurda sunt euitanda.
  - 7 In substitutione fideicommissaria ex praesumpta mente Testatoris pluralitas resoluitur in suas singularitates.
  - 8 Quod ampliatur, quando non superest persona, qua ex praesumpta mente Testatoris excluderet substitutum.
  - 9 Ablativus absolutus licet faciat conditionem, non tamen inducit formam oblatiuam resolutioni pluralitatis in singularitates.
  - 10 Condicio, non extantibus Masculis, stat collectiue, omniumque Masculorum deficientia requiritur.
  - 11 Testamenti vna pars aliam declarat, & num. 12.
  - 13 Substitutio, quando dicatur facta distributiue.
  - 14 Verba non extantibus Masculis indeterminate prolata, quid importent, & num. 15.
  - 16 Filiorum appellatione, non veniunt Nepotes, etiam in fideicommissis ascendentiis.
  - 17 Testator, quando substituit simpliciter filios superviuentes, tunc saluatione relictis sermonis id restringit, nequit ad filios heredes institutos.
  - 18 Cuman. in consil. 13. & eius sequaces, in quibus terminis loquuntur.
  - 19 Verba, filios superviuentes, quare censeantur adiecta substitutionibus.
  - 20 Verba, filios superviuentes, habent vim expressionis proprii nominis filiorum supra institutorum.
  - 21 Verba, ne sint superflua facienda est interpretatio.
  - 22 Ad Fideicommissum nouum inducendum non sufficit ratio euitanda superfluitatis.
  - 23 Verbum, Masculos, operatur exclusionem Femina.
  - 24 Pater si aliquid reliquit Filiis, cum hoc, quod super eius bonis plus petere non valeant, id non ligat manus Patris, quin aliud eis relinquere valeat, & num. 25.
  - 26 Filia censetur vocata sub appellatione filiorum superviuentium, nisi addita reperitur qualitas Masculinitatis.
  - 27 Argumentum a discretiuo modo loquendi valet in iure.
  - 28 Inclusus quo ad vnum, quo ad reliqua censetur exclusus.
  - 29 Nepotum ab exclusione non potest inferri ad grauamen filiorum restituendi nepotibus.
  - 30 Nepotes non debent esse melioris conditionis, quam neptes.
  - 31 Substitutiones non sunt amplianda, vt inducatur nouum fideicommissum contra mentem testatoris.
  - 32 Honestati, & indemnitati mulierum, vt consulatur, Iudicis officium implorari potest.
  - 33 Substitutio facta sub conditione, si vocati decesserint sine filiis, an neptis ex filio faciat deficere talem conditionem.
  - 34 Ex Fideicommissis vniuersali non est arguendum ad particulare, quando testator diuersimode disposuit.
  - 35 Filiorum appellatione veniunt etiam nepotes, quando agitur de excludendo fideicommissis.
- Decis. Sac. R. R. de Fratribus.

- 36 Fideicommissum ne extendatur facienda est interpretatio, cum sit odiosum.
- 37 Tempus quale sit addendum, & effectum eliciendi affectionem testatoris erga aliquam rem.
- 38 Periti, quando non valent facere relationem super statu alicuius domus, & num. 39.
- 39 Arma, & insignia Domini domus, solent apponi, non solum in domibus antiquis, sed & etiam in non antiquis.
- 40 Fideicommissum non est extendendum ad praesumptam affectionem testatoris erga aliquam domum, & nu. 41.
- 42 Eugen. consil. 81. lib. 1. Fusar. de substit. q. 688. num. 75. in quo casu loquantur. Put. dec. 438. lib. 1. in correct. & Rota in Maceraten. fideicommissi 26. Iunij 1634. coram Card. Panzirolo, in quibus terminis loquantur, & num. 4.
- 43 Testatoris voluntas conseruandi bona in testatore, ex quo arguatur.
- 44 Coniectura quando sunt turbida non releuant.
- 45 Vocatio superviuentium repugnat transmissioni fideicommissi conditionalis, vel saltem efficit, vt urgentiores coniectura requirantur.
- 46 Burat. dec. 568. num. 6. in quibus terminis loquatur.

## DECISIO XLIV.

Vniuersale alterum super omnibus bonis, alterum particulare fideicommissum super Domo reliquit Petrus Benedictus Spada Senior, & vtrumque per obitum Ioannis filij testatoris defuncti sine filiis masculis superstitibus tamen Arpalice, & Antonina neptibus, cum peterent descendentes masculi aliorum filiorum testatoris, nempe Prosper natus ab Angelo filio Bartholomæi, & Petrus Benedictus Iunior filius Iosephi reportarunt ab A. C. sententiam fauorabilem in vniuersali, contrariam verò in particulari, eodemque ordine seruato Rota in gradu appellationis respondit, constare ad eorum fauorem de fideicommissis vniuersali, non autem particulari ex rationibus egregie deductis in decisione edita sub die 10. Febr. 1642. coram Reuerendiss. D. meo Dunoza Decano, quæ hodie causa super eisdem sexies propòita, confirmata fuit coram me subrogato in locum D. Decani absentis.

Quo enim ad fideicommissum vniuersale, illius purificatione per obitum Ioannis vnus ex filiis testatoris negari non potest; quia testator instituit sibi hæredibus Bartholomæo, Iosepho, & Ioanne filiis, mandauit, quod casu quo aliquem ipsorum mori contingeret sine filiis succedat vnus alteri, & alter alteri, & eorum hæredes, & successores, qui casu euenit in portione Ioannis, quia decessit sine filiis masculis, & quamuis reliquerit neptes ex filio masculino prædefuncto, quæ regulariter comprehenduntur in conditione, si sine filiis, Ceph. consil. 107. num. 16. Honded. consil. 94. num. 70. lib. 2. Fusar. consil. 78. nu. 3. regula hæc non applicatur casui nostro, quia testator infra declarauit, quod filia femina ex suis filiis natæ, vel nascituræ non succedant, nisi non existentibus masculis, & tunc solum in medietate portionis patris sui; Alia verò medietas vadat ad proximiores Cippi, quorum tamen appellatio veniunt etiam descendentes masculi ex aliis filiis testatoris, Ioannes de Gatonibus in l. i. sub nu. 92. C. secund. nupt. Corn. consil. 41. num. 3. & 8. lib. 4. Fusar. consil. 107. num. 5. & in tract. de substit. q. 348. num. 4. Per regt. de fideicommiss. art. 32. sub num. 81. Rota in Narnien. fideicommissi prima Martij 1638. coram Eminenss. D. Card. Hieronymo Verospio.

Ed magis quia sunt expressè vocati in prima parte substitutionis ibi, succedat vnus alteri, & alter alteri, & eorum hæredes, & successores, nec infra Testator fecit

nouam dispositionem fauore foeminarum in praedictum descendendum masculorum supra vocatorum, sed imò animaduertendo, quod nomine hæredum, & successorum, quos, vt supra vocauerat in prima parte etiam foeminae descendentes se comprehensas esse pretendere potuissent ad tradita per Ioseph. de Rusticis in l. cum Anus lib. 2. cap. 5. & lib. 6. cap. 8. ff. de condit. & demonstrat. Peregr. de fideicom. art. 52. nu. 43. Fufar. consil. 79. num. 9. declarauit per verba negatiua, quod foeminae descendentes non succedant extantibus masculis, & illis non extantibus non succedant nisi in medietate, alia verò medietas vadat ad proximiores Cippi, aded quod nullatenus retorqueri possit in odium descendendum masculorum, quod ipsorum fauore dispositum est, ipsique admitti debeant, vel tanquam proximiores Cippi, vel tanquam hæredes, & successores filiorum Testatoris, præsertim ne sequatur absurdum, quod foeminae à medietate portionis paternae excludantur potius à remotissimo Agnato transuersali, quam à descendentibus masculis ipsius Testatoris, vt bene aduertit decisio reuerendissimi D. mei Decani sub §. Minus obstat, vers. alias enim.

Ex quibus gratis dicitur non fuisse purificatam per obitum Ioannis sine masculis substitutionem, eo quod proximiores Cippi sunt vocati non extantibus masculis, extant masculi descendentes ex aliis filiis Testatoris; nam hoc admisso, nec pariter purificata esset substitutio foeminarum de alia medietate in eundem casum non existentium masculorum concepta, & descendentes masculi totum caperent ex reciproca substitutione apposita inter filios hæredes substitutos, eorumque hæredes, & successores in casum obitus alterius eorum sine filiis, verius est vocationem proximiorum Cippi purificari per obitum cuiuslibet filij Testatoris sine filiis masculis, quoad portionem sic decedentis accipiendo conditionem illam, non extantibus masculis, non collectiuè, sed distributiue, ac si proximiores vocati fuissent in medietate portionis cuiuslibet filij decedentis sine masculis; quia in substitutione fideicommissaria ex præsumpta mente testatoris pluralitas resoluitur in suas singularitates, vt præter allegatas in prima decisione tradit, Bartol. in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 3. ff. ad Trebell. Mant. de coniectur. lib. 11. tit. 5. num. 17. Rota dec. 145. num. 3. & 4. Vbi hoc ampliatur, quando vt in casu nostro non superest persona, præterquam ex præsumpta mente Testatoris excluderet substitutos, part. 1. recent. & dec. 246. num. 4. coram Sancti. mem. Gregorio XV. & in terminis conditionis conceptæ per ablatium absolutum non extantibus masculis, Ruin. consil. 52. num. 3. lib. 3. alique relati ab Altrogrado consil. 64. num. 10. & 11. nam ablatium absolutum, licet faciat conditionem, non tamen inducit formam obstatiuam resolutioni pluralitatis in singularitates, nec attenditur vis verborum, sed iuris interpretatio, Fufar. de substit. 9. 473. num. 81. Peregr. de fideicommiss. art. 13. num. 62. Menoch. præsumpt. 186. num. 12. lib. 4. Rota Bononien. penes Giouagn. respons. 82. n. 45. lib. 1. & in fortioribus terminis Alexand. consil. 92. nu. 5. & 7. lib. 1. Rota dec. 804. num. 1. & segg. par. 1. diuers.

Admittitur quod prædicta conditio non extantibus masculis stat collectiuè, omniumque masculorum præ deficientia requiritur, quando ex aliis constat sic voluisse Testatorem, vt tradit, Rim. consil. 297. n. 66. lib. 3. Castill. quæst. contr. lib. 5. cap. 121. n. 28. & 29. puta quia in alia parte testamenti Testator conditionem conceperat exprimendo nominatim in ipsa conditione casum deficientiæ omnium Institutorum, & alicuius ex eis, in quibus terminis loquitur Honded. consil. 60. sub

num. 36. lib. 1. quem sequitur Hieronymus Palus consil. 94. sub num. 72. sed in casu nostro de tali voluntate non apparet, quin potius ex quo in prima parte testamenti facta est substitutio distributiue collibet ex Institutis decedenti sine filiis, colligitur aliam partem loquentem de foeminis, & de vocatione proximiorum Cippi, cum stet consecutiue ad primam, & illam, vt dicebam, declarat, amplièque fauore descendentiæ masculorum, intelligendam pariter esse præ substitutiue, neque exinde remanet superflua, quia vitra descendentes masculos, & casum obitus Institutorum sine filiis comprehendit etiam masculos transuersales, & casum deficientiæ Institutorum tam sine filiis, quam cum filiis quodcumque filij deficient; hoc enim præ important verba illa non extantibus masculis indeterminatè prolata, Socin. in l. solemus, num. 6. ff. de condit. & demonstrat. Ruin. consil. 132. num. 5. lib. 1. Dec. conf. 594. num. 5. & 6. Casanatt. conf. 4. nu. 105. & 106. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 6. num. 19. Castill. controuers. lib. 5. cap. 89. num. 31. & 32. Baratt. decis. 689. num. 1. & segg.

Quo verò ad fideicommissum particulare super do. mibus, ad quod in casum obitus præ alicuius hæredum Institutorum sine filiis masculis vocantur filij masculi superuiuentes. Ratio resolutionis fuit, quia illud non egreditur personas filiorum primi gradus, cum appellatione filiorum non veniant præ nepotes etiam in fideicommissis ascendentiis, l. quod si nepotes, ff. de testam. tutel. §. fin. instit. qui testam. tutor. dar. poss. Bald. Alex. Rimin. & alij allegati in prima decisione in §. quo verò, & segg. quibus additur Menoch. conf. 215. nu. 97. Seraph. decis. 1486. n. 9. Rot. in Auenionen. fideicommissis 7. May 1638. coram bo. me. Pirouano.

Ponderando maximè, primò, quod instituti fuerunt hæredes plures filij, & cuiuslibet præ eorum decedenti sine filiis substituti filij superuiuentes, nam quidquid sit, quando Testator substituit simpliciter filios superuiuentes, vel alias verbum illud superuiuentes salua ratione recti sermonis restringi non potest ad filios hæredes institutos, in quibus terminis præ loquitur Cuman. conf. 13. eiusque sequaces, vt aduertit Natta consil. 551. sub num. 28. vers. similiter respondeo, Paris. conf. 47. num. 56. lib. 2. Honded. conf. 63. sub num. 15. lib. 2. Menoch. conf. 225. num. 107. Sanè vbi vt in casu nostro, non duo tantum, sed tres filij fuerunt hæredes instituti; Verbum præ filios superuiuentes censetur adiectum relatiue ad personas filiorum Institutorum superuiuentium, & priuatiue, quo ad nepotes, quamuis alia dictio relatiua, vel taxatiua non adsit, vt in puncto distinguendo vtrumque casum declarat Peregr. de fideicommiss. art. 21. num. 17. vers. priuatiue est, & num. 28. Ioseph. de Rusticis in l. cum Anus lib. 2. cap. 14. num. 69. & 77. & præter allegatos in prima decisione, §. qua regula, tradit Hond. Menoch. & Natta loco supra allegato, Soc. Iun. conf. 133. nu. 11. lib. 1. Iacob. Gall. conf. 14. nu. 8. Surd. conf. 395. sub num. 37. Giouagn. conf. 80. sub num. 30. lib. 1. Fufar. de subst. quæst. 321. num. 77. & segg. Roblet. de represent. lib. 3. cap. 9. num. 15. Rot. decis. 667. num. 7. vbi dicit, quod verbum filios superuiuentes præ habet vim expressionis proprii nominis filiorum supra Institutorum, & decis. 693. sub num. 4. vers. tamen in casu par. 1. recent.

Nec obstat, quod Testator vitra verbum filios superuiuentes addiderit masculos ibi succedant filij masculi superuiuentes, quo casu præ ne verbum masculos sit superfluum comprehendi nepotes voluit Gabr. conf. 121. sub num. 30. & num. 31. vers. confirmatur lib. 1. quem sequitur Ioseph. de Rust. conf. 2. sub nu. 82. vers. quinto dicebam; nam præter quod ratio emittenda super-

11 perfluitatis, † quandoque non fufficit ad inducendum nouum fideicommissum, Fufar. *confil.* 10. num. 25. *confil.* 189. num. 76. Cyriac. *contr.* 522. num. 79. Rot. *decif.* 490. num. 7. *verfic. nec etiam obstat, par. 4. diuers. cellat in casu nostro*, quo testator ultra filios masculos habebat  
 12 etiam filiam feminam; quia tunc verbum † masculos operatur exclusionem filie, vt bene ad propositum ponderat Coin. *confil.* 290. nu. 6. *in fin. & num. 7. lib. 4.* animaduertendo, quod licet Testator initio testamenti legasset filie feminie ducatos centum † cum hoc, quod in suis bonis aliquid plus petere non possit, hæc prohibitio sicuti non ligabat manns Patris, quominus posset deinde vocare filiam ad fideicommissum particulare, ita non excludebat filiam ab eiusdem fideicommissi petitione, quatenus ad illud † vocata reperiretur, vt simili Alex. *confil.* 131. num. 2. *verfic. Vnde praterca lib. 1. Rot. decif. 449. num. 2. par. 4. diuers. decif. 58. num. 4. coram Sanctæ mem. Greg. XV. vbi add. num. 6. decif. 175. nu. 2. par. 7. recent. & in Romana hereditatis de Fabis 19. Iunij 1643. S. hie postis coram me, & vocata dicitur sub † appellatione filiorum superuenientium, nisi addita fuisset qualitas masculinitatis l. iuxta, l. non est, ff. *verb. signif.* Menoch. *confil.* 496. nu. 36. Fufar. *confil.* 168. num. 1. Rot. *decif.* 132. num. 1. par. 4. diuers. decif. 316. num. 2. par. 1. recent.*

Secundo, quod in fideicommissio particulari noluit Testator succedere omnes personas vocatas ad vniuersale, sed solum filios masculos, cum ergo ad vniuersale vocati sint, etiam nepotes illos à particulari exclusos esse dicendum est, ducto etiam argumento † à discretiuo modo loquendi, quo in vtroque fideicommissio Testator vltus fuit quodque in terminis ad exclusionem Nepotum adducunt Soc. Sen. Peregr. *Surd.* & alij allegati in prima decisione. S. *sum etiam*, necnon Decian. *confil.* 47. num. 16. lib. 3. Odd. *confil.* 90. num. 6. Berett. *confil.* 130. num. 3. *verfic. apparet ex hu*, Caball. *confil.* 181. num. 5. lib. 1. Ruff. *ad l. cum Anu lib. 6. cap. 14. num. 44. Seraph. decif. 1486. num. 12. Rot. decif. 279. nu. 9. & seqq. par. 6. recent. & in Bononien. Transactiois 27. Februarij 1640. coram Eminentiſſ. Card. Hieronimo Verospio.*

Nec obstant coniecturæ in contrarium adductæ, & signanter ex eo, quod Testator filiabus feminis natis, & nascituris ex suis filiis reliquerit regressum ad domos fideicommissio particulari suppositas in casu necessitatis, aut viduitatis; † Vnde inferitur, quod licet nepotibus ex filiis Testatoris relictus est, solum regressus ad domos, & de cætero sunt exclusæ à fideicommissio particulari, ita ad idem sint vocati nepotes ex eisdem filiis, vt ad propositum ratiocinatur Simon de Prætis *confil.* 167. num. 14. Anguissol. *confil.* 134. sub nu. 2. *verfic. quinto, & vltimo, & num. 5. Præsertim* quia inuenerimile est, quod Testator voluerit domos esse liberat à fideicommissio, & sic dari posse casum, quod ab extraneo possideantur de tempore, quo neptes ad illas regrederentur; † cum honestum non sit neptibus habitare cum extraneo, Aym. *conf.* 268. sub num. 3.

Nam ab exclusione neptum non potest inferri ad grauamen filiorum restituendi nepotibus, cum nepotibus videri possit reseruatæ legalis successio ab intestato; † & sic dicantur melioris conditionis, quam neptes, vt bene aduertit Socin. *confil.* 116. num. 6. *post med. verfic. & ad primum dico, & num. 7. lib. 3. ex text. in l. Lucius la secunda, ff. hered. insti.* Sim. de Præti. *confil.* 167. sub num. 47. *verfic. sed in testamentis*, Franc. Vegg. *confil.* 65. num. 77. Regressus autem Neptum cum possit verificari viuentibus filiis Testatoris, aut saltem absque  
 31 alio † fideicommissio non operatur extensionem su-

deicommissi ad personas, vel casus alioquin non comprehensos, vt in puncto respondit Rota in *Arminen. fideicommissi* 18. Maij 1618. *coram bon. mem. Remboldo impressa inter recent. par. 4. tom. 2. decif. 24. num. 13. & coram bon. mem. Buratto decif. 387. nu. 11. & satis est, quod Testator cogitare potuerit futurum, quo filij domum non alienarent, vt cesser inuenerimilitudo ex aduerso ponderata, quæ vltro cessat, quia esto quod domus transirent ad extraneos, cum quibus cohabitare Neptes Testatoris honestas non pareretur; † possent ædem Neptes implorare officium Iudicis, vt suæ honestati, & indemnitati consuleret. *Natt. conf.* 245. per tot. *Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 4. num. 19.**

Alteræ patiter coniectura resultans, ex quo Testator non existentibus masculis iusserit filias non succedere, nisi pro medietate, pro alia vero medietate succedere proximiores Cippi, argumento exinde, quod non secus, ac † in dicta conditione non extantibus masculis comprehenduntur nepotes, Rota *decif.* 317. num. 1. par. 5. *recent. censeantur* quoque comprehensæ in præcedenti vocatione filiorum nullius est momenti; Tum quia à fideicommissio vniuersali non est bonæ illario ad particulare, dum ex contextu † testamenti apparet Testatorem diuersimodè disposuisse, vt tradit in specie Hond. *conf.* 60. nu. 81. lib. 1. Rota coram Greg. *decif.* 433. num. 19. & *inter rec. dec. 249. num. 33. & 272. num. 17. par. 6.* Tum etiam quia diuersa est ratio in conditione, & dispositione, si quidem † in conditione filiorum appellatione veniunt etiam Nepotes, quia agitur de excludendo substitutos, & exonerando hæredem, quod est fauorabile; at in dispositione si Nepotes comprehenduntur, adderetur grauamen Parentibus, & fideicommissum † extenderetur, quod est odiosum, vt aduertit, Mantica. *de coniect. lib. 31. tit. 8. num. 20. verfic. sed diligenter*, Peregr. *de fideicom. art. 12. nu. 46. & 47. Grat. disc. 765. nuso. 2. Cyriac. contr. 8. num. 58. Rot. in his terminis decif. 667. sub num. 3. verfic. item in omnibus iuentum. par. 2. recent.*

Tertia deducta ex nobilitate, & antiquitate Domorum non subsistit in facto, quia Planta ad id probandum delineata à Peritis iuxta præsentem statum domus, Antiquum de tempore testamenti, seu mortis testatoris sequitè de Anno 1560. quod tempus debet attendi ad eliciendam ex qualitate rei † affectionem Testatoris erga ipsam, l. *si ita l. fin. in princ. ff. de aur. & argent. legat. Bart. in l. fin. §. 1. nu. 1. & seq. ff. de legat. 2.* Non probat; cum Periti statum antiquum non viderint, & quatenus de eo fuissent aliundè informati desuper non tanquam Periti, † sed tanquam testes examinari debuissent; vt bene aduertit, Rot. *dec. 251. nu. 19. & tribus seqq. dec. 278. nu. 5. & 6. par. 4. tom. 2. recent. & in Romana Domus, seu appartamenti 17. Decemb. 1655. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Eoque minus probat Planta, quia nec in Testamento, nec in Instrumento inter filios iuito de anno 1561. dum diuiserunt bona paterna, vlla notabilis qualitas huius Domus describitur, imò ex illo constat, Domum tunc temporis fuisse diuisam in plures, quarum vna pars erat noua, altera vetus altera domuncula, & esto quod in aliqua ex illis adessent insignia, & nomen  
 39 Testatoris, † cum hæc soleant apponi etiam in Domibus non antiquis aut nobilibus, vt experientia docet, ex hoc solo, siue etiam ex quo domus esset Maiorum, præsumi non posset voluntas Testatoris extendendi fideicommissum ad Nepotes, cum simul Testator, nec prohibuerit alienationem domus, vt conseruaretur in familia, nec se fuisse motum ad fideicommittendum  
 40 † ex causa nobilitatis, seu antiquitatis Domus, & affe-

etionis erga ipsam, expresserit, ut requiri tradit, Alex. in l. filiusfam. §. Diui, num. 1. in glo. 26. in fine vers. sed hoc limitatio, Crot. ibidem num. 7. ff. de legat. 1. Berou. consil. 84. num. 11. lib. 2. Soccin. lun. consil. 13. num. 14. lib. 4. Marcab. consil. 85. num. 115. Riminald. lun. consil. 632. n. 113. Grat. discept. forens. 280. nu. 22. & seq. Surd. dec. 225. nu. 8. ubi dicit communem esse opinionem, quod excepto exemplo de Turri requiritur cautela expressio, alias sufficeret semper, quod res esset Maiorum, & est tex. in l. Pater filium 36. §. Iulius Agrippa, & in l. Lucius 91. ff. de leg. 3. quidquid dicendum, quando ex alijs verbis, vel demonstrationibus apparet maxima affectio Testatoris, & voluntas conseruandi Domum in familia, † in quibus terminis loquitur Eugen. consil. 81. li. 1. Fufar. de substit. quæst. 688. nu. 75. & seq. Put. dec. 438. lib. 2. in correct. Rot. in Maceraten. fideicommissi 26. Ian. 1634. coram Eminentiss. Card. Panziolo.

Alii coniecturis in contrarium adductis facisfacit prima decisio, & signanter negat, ex sola uocatione masculorum in vno gradu substitutionis argui posse 43 † voluntate conseruari dicta bona in agnatione, nisi illa ex alijs colligatur; aut Testator digressus fuerit ad plures gradus substitutionem semper vocando masculos, ut præter ibi allegatos, tradit Decian. consil. 1. n. 183. vers. 8. etiam lib. 2. Giouagn. consil. 11. num. 33. li. 2. Rota coram Greg. dec. 464. num. 17. & in rec. 316. num. 5. part. 1. & in Rom. fideicom. de Colenis 10. Decemb. 1635. coram D. Card. Macchiavello. Vtque ponderat eadem prima decisio in §. final. Coniecturæ exaduerso deducuntur, vel conuassantur ex † alijs pro exclusione Nepotum, vel saltem redduntur turbidæ, & in dubio inhzrendum est illis, quibus fauet regula contra Nepotes, ut notat, Bar. in l. cum Auum in fin. ff. de condit. & demonstrat. Post. Imol. consil. 43. num. 13. & seq. Barlat. consil. 1. num. 11. & 12. Petegr. consil. 138. num. 8. & consil. 149. nu. 11. lib. 5.

Non obstat, quod nepotes saltem succedant per viam transmissionis, nam uocatio † superviuentium repugnat transmissioni fideicommissi conditionalis, ut saltem efficit, ut vigentiores coniecturæ requirantur. Bald. in l. quidem elogio, num. 23. C. de iur. deliberan. Alex. consil. 152. num. 1. lib. 6. Natl. consil. 551. num. 15. & seq. Soccin. lun. consil. 300. num. 7. lib. 4. Menoch. consil. 200. n. 102. & seqq. Mantica. de coniect. lib. 11. tit. 20. nu. 28. Rota dec. 501. in si. principy par. 4. diuers. quales visæ non fuerunt adductæ pro masculis, præsertim cum non agatur de excludendo extraneo, † in quibus terminis loquitur Baratt. dec. 568. num. 6. & per eum allegati, sed descendentes ab eodem Testatore, contra quos pleræque coniecturæ non admittuntur, Gabr. consil. 91. nu. 14. & seqq. lib. 2. Menoch. consil. 200. nu. 111. Fufar. quæst. 490. n. 49. vers. intellige 30. Addent. ad Greg. dec. 551. nu. 26. in fin. Rot. dec. 100. sub num. 6. par. 1. recent. Et ita decisum vtraque parte in formante, &c.

R. P. D. ARGVELLES.

Romana Hæreditatis.

Veneris 14. Decembris 1646.

ARGUMENTVM.

Celebris, & famigerata dispositio de qua in Auth. res, quæ, C. commun. de legat cum loquatur de Fideicommissio ascendentium, an extendatur ad Fideicommissa transuersalia, Ratio d. Auth. res, quæ si esset fundata in publica utilitate, id sufficeret, quod quæ-

libet mulier de mundo posset prætereundere Dotem in quocumque fideicommissio, Dos quando extrahitur ex fideicommissio, quare in fructibus non extrahitur. Et aliqua circa materiam melieramentorum.

SVMMARIVM.

- 1 Sententia iniusta non transit in rem iudicam.
- 2 In Fideicommissio transuersali non intrat Auth. res, quæ C. commun. de legat.
- 3 Rota, in causa Romana Dotis 23. Iunij 1645. & 4. Iulij 1646. coram Card. Ottobon. quo casu loquatur.
- 4 Auth. de restit. dot. collat. 4. nouell. 39. de quod loquatur.
- 5 Auth. res quæ, C. commun. de legat. licet non loquatur in fideicommissio transuersali, tamen quando in eo casu, etiam intrat.
- 9 In dispositionibus clarissimis, non est dubitandum.
- 7 Bona in dotem data, non videntur omni respectu alienata, cum ratione promiscus vsus dicitur naturaliter permanere in dimisso mulieris, & num. 14.
- 8 Bona fideicommissaria, si sint extrahenda pro dote, aliud est, si de constitutione dotis, & aliud si de eiusdem restitutione, & num. 9.
- 10 Doctores loquentes de suo capite, & sine auctoritate Doctorum, & plenissima argumenta, non sunt attendendi.
- 11 Dos ex bonis fideicommissi si ex causa publicè utilitatis esset extrahenda, quale absurdum sequeretur.
- 12 Doctores consulentes solent ad gratificationem respondere.
- 13 Doctores, sine fundamento loquendi non est credendum.
- 15 Inter transuersales, & descendentes est differentia, ad effectum, ut ex eorum fideicommissio extrahatur dos.
- 16 Extraneos, quando quis instituit, & substituit sub conditione, si sine liberis, videatur voluisse pro eorum dotibus quod alienetur fideicommissum.
- 17 Vocatio tacita multum differt ab expressa.
- 18 Filia nomine filiorum continentur.
- 19 Id tamen non procedit ex propria verbi natura, sed ex interpretatione, & coniectura.
- 20 Verbum, videtur, denotat improprietatem.
- 21 Testatores non solent multum curare de faminarum successione. Formina sunt finis familia, num. 21.
- 22 Interpretatio non est admittenda maxime late, in præiudicium causa pia.
- 23 Fideicommissariis descendentes, non sunt ita relaxanda habere, ut valeant, aliquo colore subvertere fideicommissa.
- 24 Sed ad Iudicem est recurrendum.
- 25 Ex bonis fideicommissariis, quando est extrahenda dos, prudens, & oculatus Iudex ad quid animaduertere debeat, & num. 26.
- 27 Dos scutorum quinque mill. non tamen pro Ciuibus, sed etiam pro Nobilibus excessiua est.
- 28 Dos scutorum 10000. aureorum est congrua magno Comitibus, & an hoc sit verum de antiquo tempore, num. 29.
- 30 Dos scutorum 3700. non est excessiua inter Nobiles Ciuitatis Patania.
- 31 Sixtus V. prohibuit sub grauibus pænis, ne dotet in Vrbe excederent scuta 55000.
- 32 Dotis causa, sine legis facultate non possunt alienari fideicommissaria.
- 33 Alienatio, quæ fit ex causa Dotis, de bonis fideicommissariis, est iusta.
- 34 Tutor, vel curator non valet extrahere ex bonis fideicommissariis dotis.
- 35 Dos quando extrahitur ex bonis fideicommissariis Iudex ani-

- animaduertere debet, ne fiat aliqua fraus.*
- 36 Bona libera, quod non adsint ad effectum, ut dos sit extrahenda ex fideicommissio, quis debeat probare.
- 37 Dos, quod non sit excessiua, quamuis totum fideicommissum fuerit euersum, quis teneatur id probare.
- 38 Bona subiecta fideicommissio in dubio presumuntur alienata ad euertendum fideicommissum.
- 39 Presumptio transferri onus probandi in aduersarium.
- 40 Bona fideicommissaria data in dotem, censentur assignata cum suo onere.
- 41 Fideicommissi onus eri alieno comparatur.
- 42 Fructus fideicommissi sufficientes uidentur ad hoc, ut obest solum sine fideicommissi alienatione mulier possit honestum virum allicere.
- 43 Auth. res. qua, C. commun. de legat. & l. 22. §. cum proponeretur, C. de administr. iur. loquuntur de illa muliere, cuius liberi, non erant dispositiue vocati.
- 44 Dotes in usufructu constitui, uulgatissimum nunc est, & antea fuit dictum.
- 45 Dos, etiam in fructibus potest constitui, sed de fructibus existentibus, sed non futuris, & quando id sit verum, & quando non, num. 46.
- 47 Bona omnia fideicommissi quando non sunt necessaria ad congruam dotem, fructus illorum bonorum, qua supersunt quid faciendum sit.
- 48 Trebellianica si pertinebat ad uxorem, ea mortua, nullo iure cauetur, quod pertineat ad Maritum.
- 49 Quarta ex bonis mariti debetur uxori inopi, quando ipsa est uidua.
- 50 Mulier habens pro dote summam 1250. negari non potest, quod non habeat congruam dotem.
- 51 In Trebellianicam sunt imputandi fructus, & quando sit verum.
- 52 Dies incertus, quando habeatur pro conditione, & num. 53 & 54.
- Melioramenta, quando sunt estimanda, quid sit supponendum.
- 56 Domus, quando estimanda venit, quanti valeat, quid ueniat considerandum, & num. 56 & 57.
- 58 Periti non concludunt estimationem melioramentorum, nisi probent statum precedentem rei meliorata.
- 59 Melioramentorum estimatio debet fieri, secundum tempus, quo ea facta sunt.
- 60 Estimatio ualio 12 resultantis in re meliorata, de quo tempore si facienda.
- 61 In melioramentis dicitur superflue impensum, si quis ad ea facienda non tenebatur.
- 62 Quod procedit non solum in bona fidei possessoribus, sed etiam in omnibus, quamuis iure domini possideatur.
- 63 Melioramentorum refectio ut fiat, probandum venit, quod erat necessarium.
- 64 Expense illa dicuntur necessariae, qua si non fuissent facta, aut res periisset, aut deterior facta fuisset.
- 65 Expense quando dicantur utiles.
- 66 Melioramenta sufficit, quod sint turbida, ut non retardetur inuissio fideicommissario.
- 67 Melioramenta, quod fuerint facta in aliqua re, quis teneatur probare, & num. 68.
- 68 Melioramenta quando sunt turbida, tunc conceditur inuissio fideicommissario data cautione de illis restituendis quando erunt liquida.
- 69 Fideicommissum, quando semel est extinctum propter constitutionem dotis amplius non renouiscit.
- 70 Maritus teneatur ad expensas infirmitatis sua uxoris.
- 71 Maritus, quando habuit pinguem dotem, tenetur ad expensas infirmitatis uxoris etiam si infirmitas longa, grauis, & incurabilis fuerit.
- 72 Funeris impensa est ad alienum dotis, & est anterius, n. 74.

- 75 Funeris impensa uxoris, à quo ueniant persoluenda, & num. 75.
- 76 Infirmitatis impensa habent idem privilegium, quod habent impensa funeris.
- 77 Dos extenuatur ex debitis.
- 78 Melioramenta necessaria ipso iure dotem minuunt.
- 79 Dos quanti est minor, per consequens minor quoque est quantum dotale.
- 80 Statutum Urbis de quarto dotali non concedit aliquod privilegium circa pralationem quarti dotalis.

## DECISIO XLV.

**I**oannes Baptista Pontinus Carlotæ uxori legata suppellectili, & omnium bonorum usufructu (eo tamen adjecto tenore, ut Petro Paulo teneretur victum, vestitum, & communem secum habitationem exhibere.) Ipsum Petrum Paulum suum nepotem, & suos filios nascituros hæredes instituit vniuersales, cum onere retinendi cognomen, & arma Testatoris, quibus sine filiis decedentibus substituit Ven. Societatem S. Angeli in Borgo summ. num. 1.

Mortuo Ioanne Baptista, & post 15. menses, & dies 21. Carlotta exhibitis (ut supponitur) id temporis alimentis summ. num. 2. & 3. Ingressus P. Paulus hereditatem, quam possedit per quatuor annos, & menses 11. obiit suppellectili uxori legata relicta Iulia, & Victoria filiabus, inter quas pro æquali hereditate diuisa ascendente ad summam scut. 10. mill. Octauius de Astecarum Viëtricus, Tutor, & Curator Victoræ patrem assignauit in dotem Ioanni Baptistæ Ciampino, cui nupsit. Qua uita facta Iulia soror tãquam facto loco fideicommissio petiit immisionem coram A. C. qui eam concessit, solatis tamen prius Ciampino scut. 1250. pro quarto dotali scut. 370. pro melioramentis factis in una ex domibus in fideicommissio contentis, scut. 115. pro expensis funeris, & vltimæ infirmitatis, & scut. 52. bon. 53. pro quodam legato à fideicommittente relicto Bernardinæ Gallæ, & per Ciampinum soluto, & pro istis summis idem A. C. declarauit ei retentionem competere super domibus fideicommissio suppositis, qui pretendit non esse locum appellationi extra tempus factæ. Vnde dubitatum fuit, An constet de re iudicata. Et negatiue Domini responderunt. Nam stante iniustitia res iudicata non habet locum.

1. Secundum receptam Rotæ sententiam penes fam. mem. Greg. XV. decif. 317. ubi multa citantur. Præsertim quando est notoria.

Iniustitia vero deducebatur, ex eo, quod concedit retentionem pro quarto dotali, quæ minimè competit dum ¶ uersamus in transversali fideicommissario, in quo non intrat auth. res. que, C. comm. deleg. ubi Barr. num. 4. & in l. filiusfamilie 118. §. Dni 12. in ord. 14. num. 4. ff. de leg. 1. & in l. mulier 22. §. cum proponeretur, post princ. ff. ad Treb. Caslr. in d. auth. num. 4. Inf. num. 33. Beluif. d. auth. de rest. & ea, quæ patit in 11. mense col. penult. Padil. d. auth. res. que. num. 62. & 114. Molin. lib. 4. de primog. cap. 6. num. 3. & ibi Addent Donell. d. auth. num. unico. Cuiac. nouell. 39. columna. rubri 171. Fontanell. de pact. nupt. claus. 3. gloss. 1. par. 2. num. 3. 5. & 6. & 62. Fusar. de subst. §. 531. num. 95. & cons. 156. num. 1. & 2. & in fortionibus Castil. lib. 5. contr. par. 2. cap. 161. nu. 39. Cultelli de donat. & tract. 1. discurs. 3. part. 6. num. 66. quod bene probatur ex d. l. mulier, §. cum proponeretur, ubi de dotæ filie idem in l. a filia, 62. ff. ad Treb. & d. auth. res. que. ubi speire loquitur de libertis, & ibi Gottofr. uerbo, sed liberi dicitur a G. cum alijs, & in d. auth. de restit. & col. 6. nouell. 39. in princ. iuncto §. quam ob rem unde sumitur auth. res. que. Aut. Faber. in C. de 6. tit. 16. defm. 10. Pereg.

dec. 16. num. 2. Thefaur. in addis. dec. 193. littera B. post Zacch. de oblig. Cameratis dec. 150. ubi alia habentur.

3 Cui doctrinae non obstat † Rota in Romanae dotis 23. Junij 1645. coram Reuer. P. D. meo Ottobono confirmata

4 Julij 1646. coram eod. quia ibi agebatur de fideicommissio à matre relicto, & licet qui recepit dotem, pro cuius restitutione concessa fuit alienatio fideicommissi, nec successor erat † in fideicommissio, immo nec vocatus, erant tamen vocati eius filij (quod summè notandum est propter d. nouell. 39. §. quam ob rem in fin. quae solum loquitur de granato, & grauata, & eorum liberis.)

5 Minus facit exceptio, Fufar. ubi sup. num. 103. nempe regulam supradictam † non intrare, si testator instituat extraneam, & est multum mirandum, quod ad id citat Socin. in d. §. Dini, num. 156. tenentem aperte contrarium. Nam ibi in vers. aut loquimur ita inquit, & tunc videtur res clarissima, † & nemo dubitat, & vers. seq. ibi considera, quod disputatiuè posset contrarium teneri, & num. 154. vers. posset, ibi cogita super istis, quia in disputatione pulchra essent, sed hæc sua argumentatio non est attendenda. † videlicet, quod res in dotem data non videatur omni respectu alienata, cum ratione promiscui vsus dicatur naturaliter in dominio mulieris permansisse; nam quantum ad substitutos, non videtur omni † respectu alienata, & tandem n. 58. ipse suis argumentis respondit pro contraria, quam testatur communem, & sequen. in iudican. Adducit etiam ipse Fufar. pro se, Belois. in d. auct. de rest. &c. sed male, quia in col. 6. in princ. vers. quarto quarto, dicit, quod si extraneus est rogatus de restituend. respondit gloss. quod retinere potest pro dote, & donatione constituen. non autem pro reddend. sed hoc videtur esse † contra, text. in d. §. quam ob rem, qui loquitur in filio, & in filia, &c. pluribus prosequitur, & terminat, & hoc verius puto, & idem repetit in ead. column. in fi. vers. queritur decimo, Riminald. vero à d. Fufar. adductus

10 conf. 324. n. 2. li. 3. loquitur de suo † capite, & sine doctorum auctoritatibus & leuissima argumentatione, ibi quia ratio, auct. resq. est propter publicam vtilitatē, & ideo comprehendit Collaterales, & extraneos, sed si hoc sufficit, quolibet femina de mundo posset præten-

11 dere † dotem ex quocumque fideicommissio, quia de omnibus loquitur l. 1. ff. solut. matrim. cum similibus: Solent Consules † ad gratificationem respondere, vt ait, Cuiac. controu. 114. n. 38. vers. primo, Suarez in l. quoniam in prioribus ampl. 10. nu. 17. Doctore sine fundamento † loquenti non est creden. Et tandem communis ferè omnium contraria sententia est, Peregr. cum multis, art. 42. nu. 49. & 50. Mairnard. dec. 21. n. 3. lib. 3.

14 Thefaur. in addis. d. dec. 192. n. 11. & ita sepè sæpius † decifum in Sebastianiano Senatu, licet sibi, & aliis contrariū videretur dicit Faber. ubi sup. latè Fontanell. d. n. 6. vbi etiam, si grauatus sit sub cōditione si sine liberis, multos adducens d. nu. 6. 7. & 8. vbi quod in iisdem Senatibus, vbi erant aliqui dissentientes, † semper fuit ita decifum, nec repugnare d. §. cum proponeretur, ibi ex voto, quia illud erat votum patris, & differentia inter descendentes, & transfuersales, seu extraneos in pūcto, quando hi fuerunt instituti, & reprobatur illam consequentiam, videlicet, quod vbi quis instituit extraneos,

16 & substituit † sub cōditione, si sine liberis videatur voluisse pro eorum dotibus alienare fideicommissum.

17 Quamuis aliquo modo posset contraria sustineri sententia, adhuc tamen hic locum non haberet, quia illi pauci Doctores (dicebat vnus ex Dominis) loquuntur † aperte, quando femina transfuersalis fuit expressè instituta, in nostro verò casu, per nomen col-

lectium, filiorum quod multum differt ab expressa

18 vocatione; Nam filia, † licet nomine filiorum contineantur, vulgari l. si quis ita 16. ff. de testam. tutel. §. si quis 4. inst. eod. cum similibus per gloss. & DD. ubi Fufar. 7. 311. à num. 1. cum multis. Hoc tamen non fit ex propria significacione verbi, sed † ex interpretatione, & coniectura l. iusta 201. ff. de verbor. signif. & d. l. 16. ibi videtur

20 (quod † denotat improprietatem l. 1. §. deieciisse, ff. de vi, & vi arm.) Fufar. ubi sup. nu. 6. Castil. tom. 5. cap. 65. nu. 19. qui plures citant.

21 Quae omnia coadiuuantur, ex eo, quod Testatores non solent multum curare de feminarum successione, quia sunt finis familiae, l. pronuntiatio 195. §. si. ff. de verb. signif. §. 1. inst. de legitima agnatorum success. & Gellius lib. 3. noctium Atticarum c. 10. referens verba Labeonis D. Melchior. de Valenz. tract. illustr. tom. 3. tra. 3. de suorum hered. success. cap. 4. num. 13. Et eo magis quia in

22 præfenti fuit opus pium † substitutum, in cuius præiudicium caderet tam larga interpretatio.

Et supradicta communis doctrina confirmatur, ex eo, quod non oportet, tam effusas habenas in hac materia, etiam de descendibus relaxare, vt pro libito omne fideicommissum valeant hoc colore subvertere, † illudere testatoribus, ac fideicommissarios miseros supplantare; sed hoc tantum boni viri arbitrio dispensan. est quod intelligitur † Iudicis arbitrio, vt ait Mat. de coniect. lib. 3. tit. 1. n. 18. l. sed si vnus 17. §. & prator, §. ff. de iniur. optimus tex. in l. cotinus 137. §. cum ita 2. ibi,

25 † eam rem ad Iudicē, id est ad virum bonum remittimus, ff. de verb. oblig. vbi Gottofred. littera R. qui iudex statuer, quod honestum est l. si curatores, Cod. de administr. tut. ibi, quod moderatum est rescipiens † qualitatem personatum, quantitatem bonorum, & quod ædum est, cum alijs feminis eiusdē familiae l. C. Papin. in l. cum post 70. §. genero 4. vbi Cuiac. lib. 4. resp. Papin. Terent. Clem. in l. siue generalis 62. Celsus in l. quare 61. ff. de iur. dot. & l. si filia 41. ff. de leg. 3. Imper. Iustinian. in l. tam de monis, 21. C. de Episcopali audient. Iustinianus in l. si furio 25. C. de nupt. facit etiam, text. in d. l. 22. §. 1. ff. ad Trebell. not. Cuiac. d. nouell. 39. Fufar. de substit. d. 9. 531. num. 164. cum seqq. Cultell. de donat. vbi sup. num. 110. Menoch. de arbitr. cap. 149. numer. 34. & 35. Thefaur. d. dec. 192. num. 4. Rota decif. 131. nu. 10. par. 4. diuers.

Et si diceretur illud boni viri arbitrium, suppleri per A. C. dum respectu scut. 5. mill. quantum iubet deduci, vtique iniustum hoc arbitrium detegitur, † cum dos scut. 5. mill. non tantum pro ciuibus, sed etiam pro nobilibus excessiua videatur, ex Dec. cons. 26. Siluan. consil. 2. num. 39. fil. 40. Ceph. consil. 165. num. 25. & ex Bald. Fulgos. & alijs, Burfat. consil. 23. num. 18. lib. 2. qui

28 tennerunt 12, & nomine † magnam esse 1000. aureorum, & congruam magno Comiti, quae sunt verba formalia Burfatti: Et ne dicatur hoc de antiquo tempore

29 idem † nuper tenuit, Amat. decif. March. 28. num. 2. & Peregr. decif. 62. nu. 2. defendens (egre tamen) dotem scut. 3700. non esse excessiuam inter nobiles Ciuitatis

30 † Patruiz, & Thefaur. qui d. decif. 192. n. 11. vers. quibus similibus assignauit pro dote Illustriss. feminarum singula scut. 3500. reprehendit Viuius decif. 260. num. fin. & tandem san. mem. Sixtus V. in sua Bulla 52. quae incipit, Vnaqueque, &c. grauibus penis prohibuit † dotem, & magnatum vltra scuta 5500. extendi, ideo iniustum arbitrium erit scut. 5000. Victoriz assignari, maximè quia Petrus Paulus eius pater nulla probatur habuisse bona, nisi mobilia vxori relicta.

32 Et quicquid sit, An ad alienan. pro dote fideicommissum Iudicis decretum requiratur, quod tenuit Fufar. d. 9. 531. nu. 14. allegans Peregr. de fideicommiss. art.



41. *num. fin.* qui vacillat, sed firmat *decif. 96. num. 1. Rod. decif. Pisan. 31. num. 266.* cum aliis citatis, sicut Fontanell. *vbi sup. nu. 111.* ibi, non permetteret Iudex, & *nu. 9.* ibi, Viduae petenti licentiam faciunt tradita à Molin. *d. lib. 4. de primog. cap. 6. num. 15. & 26.* Mierex de maior. *4. par. 9. 1. limit. 2. num. 1. cum seqq.* vbi quod nec causa  
 33 dotis sine ↑ legis facultate bona maioratus alienari possunt, licet hec iusta, & necessaria sit alienationis causa, quod in presenti sine dubio procedit, quia Octavius, Vitricus, tutor, & curator Victoriz, & Iuliz process. fol. 141. à tergo tanquam talis assignavit, & tradidit dotem præstiturque Victoriz auctoritatem  
 34 ad promittentem. ↑ & traden. processu, fol. 58. à tergo, quod facere non poterat tutor, vel curator, *l. 1. §. sed si non mortis 2. ff. de tut. & rat. distrab. text. in l. lex 9. 22. C. de admin. sur.* vbi in terminis dotis, ibi scilicet per inquisitionem Iudicis, & probationem causa, ↑ interpositionemque decreti, ut fraudi locus non sit *d. l. sine generalis 62. vers. iste autem curator,* ibi, apud eundem Iudicem impetrare ad fin. ff. de iure dot. optimus text. in *d. l. tam demeritis 21. C. de Episcopali audientia d. l. 25. C. de nupt. ante fi.*  
 Et licet in dubium reuocari non debeat, quod probationis onus, non adesse bona libera, non imponatur viro, & uxori, sed fideicommissario probandi affirmatiuam, ↑ vt ex Pereg. *d. art. 42. numer. 73. Fufar. vbi sup.* quos sequuta est Rot. *decif. 66. n. 4. par. 1. rec.* pro querente tamen Fontanell. post longam disputationem ad partes, vbi supra *num. 12.* Qualitas autem illa, quod  
 37 dos non sit excessiua, & quod mulier aliter, ↑ quam totum fideicommissum alienari, honestè collocari haud possit, videtur ab ipsa proban. coram iudice, argum. text. in *d. l. sine generalis 62. in si. ibi, sin autem non aliter contrahere matrimonium vir patiatur, nisi pecuniæ in dotem datis, tunc officium est Curatoris apud Iudicem (intrare, secundum vnam lectionem, vel impetrare Iudicem, secundum alteram,)* & ita tenuisse videtur Rota *d. decif. 131. num. 5.* ibi, sed ex deductis placuit Dominis  
 38 id non probari, & rationem reddit *n. 9.* ibi, quia ↑ in dubio bona subiecta fideicommissum intelliguntur alienata causa subiectæ fideicommissum, & idem tenuit, Fufar. cum aliis ab eo relatis vbi *sup. nu. 169.* & sic intrat illa vltimis regula, quod præsumptio ↑ transfert onus probandi in aduersarium *l. fin. in princ. ff. quod metus causa cum vulgatis.*  
 Quod magis procedit, quando totum fideicommissum alienatur, & omnibus supradictis conuenit ratio *d. l. lex 9. 22. ibi, interpretationemq. decreti, ut fraudi locus non sit.* Et præsertim quia, nec Octavius, nec Victoria in dotis resignatione declararunt, an vellent ipsum fideicommissum alienare, & proprietatis dominium in Ciampinum transferte pro dotis constitutione. Vnde cum suo ↑ onere videntur assignasse *l. mulier 73. ibi, sed non plus esse in promissione, quam quod superesse deducto are alieno, ff. de iure dot.* & in terminis tenuit Rota multis citatis in Romana casalis 27. Aprilis 1644.  
 41 coram R. P. D. Ghislerio. ↑ Nec est dubitan. quod onus fideicommissi æti alieno comparatur *l. irriuum 8. Cod. ad l. falcid.* Rota vbi proximè Fontanell. *de pall. & nup. tom. 2. claus. 8. 210f. 8. p. 11. nu. 25.* Præcipue cum fructus fideicommissi sufficientes videantur, ad hoc, vt pro  
 42 pter eos solum sine fideicommissi alienatione Victoria posset honestè vitam allicere, in puncto tenet, Greg. Lopez *lib. 6. tit. 11. partita 6. verbo, que non la pudisse vender,* ibi quia non querunt viri, an mulier habeat bona libera, sed an sit diues in redditibus *col. 4. 9. 5. fol. 83.* vbi etiam quod *d. auth. res 9. & d. l. 22. §. cum proponeretur* loquuntur de illa muliere, cuius liberi nõ  
 43 essent ↑ dispositiuè vocati, & probat, Molin. *lib. 4. de Decif. Sac. R. R. de Fratibus.*

*primog. c. 6. n. 28. vers. in primo autem in princ.* Dotes autem  
 44 tem in usufructu constitui, vulgarissimum ↑ non est, & antea fuit *l. si usufructus 67. l. cum in fundo 81. ff. de iure dot. l. usufructu 58. ff. solut. matrim.* Molin. vbi prox. n. 15. dicens dotem in fructibus posse constitui, sed de  
 45 fructibus ↑ existentibus non de futuris, habet locum quando alius tenetur mulierem dotare, qui est possessor fideicommissi, non vero, quando ipsa est possi-  
 46 dens, ↑ & grauata, vt ex Greg. Lopez vbi sup.

Iuuantur hæc etiam ex doctrina Iacobi de Beluis. *in d. auth. de res. & c. colum. penult. vers. finem, vers. quare undecimo,* quod quando omnia bona fideicommissi  
 47 ↑ non sunt necessaria ad congruam dotem fructus illorum bonorum, quæ superflunt, vbi superesse debent impurantur in dotem; & negari non potest, quin Victoria posset honestè nubere absque alienatione totius fideicommissi.

Nec facit pro iustitia sententiæ, si dicatur, posse bona retineri pro rata Trebellianicæ patri Victoriz debite, nam tanquam Trebellianicam non potest retinere, quia nullo iure canetur, quod Trebellianica per-  
 48 tinens ↑ ad uxorem, ea mortua remanet penes maritum, si vult dotem in illa Trebellianica fuisse constitutam, solum deducat Trebellianicæ quartam partem, quia tantum illi quarta pars dotis cedit conjugi inopi;  
 49 ↑ text. auth. præterea, C. unde vir. & uxor. vel etiam diuiti, ex *Verbis Stat. lib. 1. cap. 131.* Et si Victoria habebat illam quartam Trebellianicam, cuius summa ascendere ad scuta 1250. non videtur posse ↑ negari congruam habere dotem, ideo non intrat *auth. beneficium,* ad quod imp. voluit non aliter deueniri, quam si ad congruam dotem quarta non sufficeret.

Eoque fortius, quia in Trebellianicam fructus imputantur *l. in fideicommissaria 18. d. l. mulier 22. §. si heres, vers. sic. alia causa est l. deducta 58. §. ante diem 5. ff. ad Trebell. l. quod de bonis 15. §. fructus, l. filius suus 18. §. fin.* vbi Goueanus, *vers. sic. fin. l. sed si non seruus 36. §. fin.* (iuxta vulgarem lectionem, quam emendat ibi Gouean.) *l. si is, qui quadragesima 79. §. cum eni inducitur, ff. ad l. falcid. l. subemus, 6. C. ad treb. in iudicio ↑ Testatoris percipiantur d. vers. alia causa, vel iure hereditario, vt loquitur, text. in l. in quartam 90. ff. ad l. falcid.* Nempe quando in diem, vel sub conditione relictum est fideicommissum, vt allegatis iuribus in quibus, *gloss. Alex. d. l. 18. num. 2. Inol. in d. §. si heres, Cuiac. & Donell. d. l. 6. idem Cuiac. d. l. 18. vers. sic. altera questio. Ranchio. in c. Rainutus de testam. gloss. insuper allegabat *col. mibi 172. num. 105. Menoch. de arbitr. cas. 256. Amaga lib. 3. obser. cap. 1. nu. 13.* vt in presenti casu, in quo dies ↑ incertus continetur (qui pro conditione est) nempe mortis, *l. 1. §. dies 2. l. heres meus, 78. ff. de cond. & demonst. l. si cum heres, 4. ff. quando dies leg. ced. cum similibus.* Qui fructus deducti etiam quartæ fructibus, (vt fieri debet) ex *d. vers. alia causa* simul iunctis cum scuris 94. quæ Petrus Paulus exegit, & donauit respectiuè à Fratibus S. Honuphtij ↑ *summ. nu. 9.* & alia 490. accepta à q. Pannello solente pro Bernardino Rata debitore hereditario *summ. num. 11.* non solum æquant, sed valde superant Trebellianicam, Præcipue iunctis alimentis præstitis à Carlotta Petro Paulo, quæ cum iudicio Testatoris habuerit, cedunt in quartam, ex supradictis iuribus.*

Nec magis iusta sententia visū fuit, dum iubet etiam retentionem pro scuris 370. monetæ expensis in domo dotali. Nam nulla datur probatio, neque ex relatione Petiti dicentis, domum nunc esse maioris valoris, ↑ quam tempore diuisionis, infertur perneceesse hoc esse impensis Ciampini processisse, cum ex aliis

causis, & ipsa temporum, & pretiorum mutatione  
 provenire potuerit ex vulgari regula, non probat hoc  
 esse, &c. Nec dicit, quod domus tantum communiter  
 56 valeat, & vendi possit, † nec fuit per eos extimatus va-  
 lor materiz, & cementorum, Rota in Romana de Spi-  
 ritibus 12. I. Januarij 1641. §. penul. & 11. Decembris 1644.  
 §. quod vero melioratum coram R. P. D. meo Bichio, quia  
 ratio expensarum debet fieri sigillatim de singulis re-  
 57 bus, & vera cuiusque † extimatione, Garz. de expens.  
 cap. 10. num. 11. versio. id tamen, & cap. 6. num. 5. versio.  
 praeterea loquens de Peritis, ibi, qui tabula, pavimen-  
 ta, rigna, lateres, trabes, lapideae, &c. denique omnia  
 aperte extimabunt particulariter, & sigillatim, Peregr.  
 de fideicom. art. 50. num. 58. in med. Iason. l. 2. C. de iure  
 eophyt. num. 23. & 30. Tiraq. in 2. retract. §. 7. glos. 4. nu.  
 6. & interminis, quod Periti non concludant proba-  
 58 tionem melioramentorum, nisi probent statum præ-  
 cedentem † rei melioratae, dixit Rota in Auximana  
 fideicommissi 28. I. Januarij 1641. §. minus obstat titulus ex  
 causa melioramentorum coram Reverendiss. P. meo De-  
 cano.  
 59 Immo, & extimationem facien. esse secundum tem-  
 pus, quo factae fuerunt expensae, teneantur Imol. &  
 Ang. in l. pretia verum 73. ff. ad l. falcid. num. 6. Garz. dict.  
 num. 5. licet extimatio valoris resultantis in re melio-  
 60 rata † secundum præsens tempus facien. est, nempe  
 ex præsentis statu collato cum anteriori, quem res ha-  
 buit tempore facti sumptus, Peregr. ubi supra num. 73.  
 & 78. Garz. d. cap. 6. nu. 19. in fin. & tunc expectandum  
 esse, quod minimum est, & declarat tex. in l. in fundo  
 39. ff. de rei vind. ibi, si nge, & Dominum ea facturum suis-  
 se reddat impensam, ut fundum recipiant eo usque duntaxat,  
 quo pretiosior factus est, & si plus pretio fundi accessit  
 solvum quod impensum est. l. sumptus 49. ff. eod. in finalibus  
 verbis, ibi, superfluum sumptuum meliore pradio facto Do-  
 minum restituere cogitur, (vbi superfluum dixit sum-  
 61 ptum, quem possessor non tenebatur facere, † neque  
 cum fructibus computare (facit l. si fundum 102. ff. de in  
 rem verso, ibi, ita tamen, ut siue minoris sit, quam est em-  
 ptus tantumdem videatur in rem versum, quantum dignum  
 sit, siue pluris sit, non plus videatur in rem versum, quam  
 emptus est, congruit text. in cap. 1. de rest. spol. iuncto ibi  
 Abb. num. 4. Capic. Lat. decis. 93. num. 9. Ruin. cons. 24.  
 num. 10. lib. 1. Burlatt. consil. 15. numer. 140. vol. 2. Garz.  
 d. cap. 6. num. 1. versio. ad qua multa in fin. & ultra ab eo  
 citatos Menoch. de recuperan. rem. 55. num. 557. Peregr.  
 de fideicom. ubi supra nu. 71. & decis. 7. num. 4. Falax. quest.  
 169. n. 4. Doctores allegati Posth. de manut. observ. 12.  
 & post eundem tract. Rota decis. 196. nu. 8. & 429. num.  
 7. & in terminis meliorationis factae in re dotali Pe-  
 regr. vbi proximè multis congestis paulo ante med.  
 Rot. decis. 650. num. 2. par. 2. recens. Communiter enim  
 sententia est, doctrinam d. l. in fundo, & similitum pro-  
 62 cedere non solum in † bonae fidei possessoribus, sed in  
 omnibus etiam si iure dominij possideant, latè Garz.  
 plurimis cumulatis d. cap. 6. num. 3. & 4.  
 Nec probat Ciampinus impensas fuisse necessarias,  
 63 videlicet si ædificium tuens, † quod habere mulieri  
 vile erat refecit, vt totidem verbis Vulp. in l. 1. §. fin.  
 & l. impensa 14. per hæc verba, Impensa necessaria sunt  
 quibus non factis dos imminuitur, & paulo inferius adifi-  
 cia vetera falcire itaque reficere, ff. de impens. in rebus  
 dot. fact. l. C. Paulus in l. impensa 79. cuius hæc sunt ver-  
 64 ba, expensa † necessaria sunt, que si facta non sint, aut res  
 peritura, aut deterior futura sit, ff. de dub. signis.  
 Nec etiam probat (vt debet) Matelcort. lib. 2. var.  
 65 cap. 100. num. 16. quod impensae † fuerunt utiles vide-  
 licet ex quibus redditus mulieri acquiratur, tex. ex-

pressus in d. l. 79 §. 1. l. quod dicitur §. §. fin. iuncta l. seq. ff.  
 de impens. in reb. dot. fact. Vulp. in fragm. tit. 6. §. 1. ibi, vti-  
 les sunt, quibus non factis quidem deterior dos non fuerit,  
 factis autem fructuosior dos effecta est, & ita explicavit  
 Gottofred. verbum, melior em in d. l. 5. littera O, & apud  
 Hispanor. est l. fin. tit. 11. partita 4. Rota decis. 750. num.  
 40. & in Parusina successione de Albanis 19. Iunij 1654.  
 coram Reverendiss. D. meo Decano, §. fin. impress. in com-  
 pen. stat. Perus. verbo, successio ab intestato, pag. mihi 259.  
 Peregr. de fideic. art. 50. nu. 25. Garz. d. cap. 6. num. 5. ver-  
 sio. idem Dominus in prænt.

Et sufficeret, quod saltim turbidæ redderentur im-  
 66 pensae ne possint retardare † immissionem l. statu li-  
 ber, la prima in ord. 5. de stat. liber. maximè ex remedio  
 l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. Menoch. consil. 704. nu. 11.  
 & 11. & 747. num. 16. Surd. de alim. tit. 8. privileg. 62. nu-  
 mero 2. 7. & 9. Iuttigl. de subst. cent. 3. num. 107. Garz. ubi  
 supra cap. 6. nu. 19. versio. fin. Put. decis. 471. lib. 2. Raud.  
 decis. Pisan. 30. num. 211. ad med. Rota post modern. de  
 manut. decis. 140. num. 11. & 12.  
 67 Præcipue cum Ciampinus id teneatur probare, Pe-  
 regr. ubi supra num. 54. cum vulgatis R. P. D. Argelus de  
 acq. poss. quest. 2. num. 196. & seq. & de legitimo contrad.  
 quest. 3. art. 7. num. 92. vbi in addit. multas Rotæ deci-  
 68 siones congerit, quæ † sunt intelligen. ex allegat. per  
 Modern. de manut. d. observ. 12. num. 51. & 52. vt saltim  
 debuit R. P. D. Argelus concedere immissionem data  
 69 † cautione de solven. impensis liquidan. d. decis. 140.  
 num. 12. Garz. ubi supra prox. d. num. 19. post. med. usque ad  
 finem.  
 Minus suffragabitur Ciampino, quod hic non pos-  
 sit agi de restitutione fideicommissi, sed de restitutio-  
 70 ne dotis, cuius constitutione fideicommissum † extin-  
 ctum non amplius reuiuiscit, Ex Burlat. consil. 76. nu. 1.  
 vol. 1. qui dicit communem Fontanell. d. claus. 5. glos. 1.  
 par. 2. num. 49. Peregr. de fid. art. 42. nu. 20. Nam obita-  
 re videntur verba Iustin. in l. unica, §. taceat 5. ad med.  
 versio. Sed neque sic se habent, sed nec ob impensas in res  
 dotis factas retentio nobis satis videtur esse idonea, C. de  
 rei uxor. act. l. dote 6. ff. de dote praleg. Matelcort. d. lib. 2.  
 d. cap. 110. num. 5. & cap. 112. num. 24.  
 Alia etiam iniustitia ostenditur ex retentione pro  
 71 impensis vltimæ infortuitatis. † Hoc enim non admit-  
 titur in l. quod in uxorem 13. C. de neg. gest. vbi glos. in fin.  
 versio. nota, Bald. num. 1. Cordub. de Lara de alim. in l. si  
 quis à liberis 5. §. si quis ex iu. nu. 20. ff. de lib. agnose. Viu.  
 decis. 179. num. 14. Surd. de alim. tit. 5. quest. 33. per tot.  
 Thelant. quest. forens. 52. num. 1. & 5. per tot. lib. 2. Fon-  
 tanell. ubi supra claus. 6. glos. 2. par. 5. num. 2. & 4. adductis  
 sui Senatus Decisionibus. Vbi quod si dos erat pinguis,  
 72 & sufficiebat † eius fructus ad impensam etiam si  
 infirmitas sit longa, & grauis, & incurabilis, res, inquit,  
 est clara, nec vllum continens dubium, vt ex Garz. &  
 aliis ibi coenumeratis, vbi etiam ponit sui Senatus  
 decisiones.  
 Vltcrius apparet iniustitia ex retentione pro sum-  
 ptibus funeris, qui simul cum impensa infirmitatis  
 ascendunt ad scuta 115. Primò, quia Ciampinus reti-  
 nebat scuta 180. recepta ex pretio cuiusdam domus  
 venditæ summo. num. 5. littera A, & scuta 100. sibi soluta  
 ab Andrea Factorio pro redemptione cuiusdam cen-  
 sus hereditarij eod. summo. num. 5. paulo ante litteram A.  
 73 Secundo, quia impensa funeris res alienum dotis est, vt  
 istis verbis l. impensa 18. ff. de relig. & sumpt. fun. immò  
 quod omni rei alieno præferatur l. & si quis 14. la 2.  
 45. in ord. ff. eod. tit. Garz. ubi supra cap. 8. nu. 18. & 23. Fon-  
 tanell. d. claus. 7. glos. 2. par. 5. num. 26. & 18. & si credi-  
 tam sit dotale nu. 29. adducens Senat. decisionem, &  
 etiam

etiam si sit fiscale, vel quodcumque aliud, siue anterior, siue posterior, et tacitam, vel expressam hypothecam habens, Garz. d. num. 18. & 23. Add. ad Molin. de primog. lib. 1. cap. 10. num. 33. in fin. Fontanell. d. num. 20. debuit ergo preferri quarto dotali à Ciampino prætenso dato, quod hic intraret statutum quarti dotalis.

Tertio, quia funeris impensa solui debet pro rata inter eum, qui lucratur, et vel dotem, vel partem, et successores mulieris, l. in eum 16. l. Neratius 20. l. Celsus 22. l. sic pro rata 27. l. fin. §. 1. ff. de relig. & sumpt. fun. Cost. de part. rata, §. 57. num. 4. cum seqq. Fontanell. vbi sup. n. 25. Ioseph. Ludouil. decis. 28. num. 3.

Et hæc tria iniustitiæ capita communia sunt etiam ad iniustitiam retentionis pro infirmitatis impensis, et quæ habent idem privilegium, quod sumptus funeris, Bart. Bald. & Castr. in l. in restituendo. C. de petit. hered. Fontanell. vbi sup. num. 26.

Pater etiam eadem iniustitia ex concessa retentione scilicet. bon. 53. cum tamen ex pecuniis receptis à Ciampino etiam solutis impensis infirmitatis, & funeris postet etiam hoc deducere, & ex fructibus fideicommissi perceptis post mortem Victoriz.

Et tandem legatum est grauamen, & onus fideicommissi, seu dotis, quod ante quartum deducen. est sicut, & impensæ infirmitatis, & funeris, & idem dic. est de melioramentis, et sed necessariis, quia ipso iure dotem minuunt, l. quod dicitur 5. in princip. §. 1. l. 1. §. 20. ff. de impens. in reb. dotal. fact. l. unica, §. tacet, versic. sed nec ob impensas, C. de rei vxor. act. d. l. dote §. ff. de dote præleg. & si hæc omnia probarentur, facerent saltem, vt minor esset dos, et per consequens minus etiam quartum dotale. Immo, & si vtilis tantum fuissent impensæ posset forte, & non sine fundamento contendere, cum statutum nullam det huic quarto et dotali antelationis privilegium; sed tantum videtur generaliter concedere, quod coniugi tantum pauperi concedatur per auct. præterea, C. unde vir. & vxor.

Et ita fuit per Dominos decisum vnica parte tantum informante, altera pluries citata, & diu expectata.

- 7 Confessio Mariti de Dote recepta cum expressione modi, & qualitatis solutionum, non presumitur facta animo donandi, sed ad ignoscendam veritatem numerationis.
- 8 Dote non numerata exceptio tollitur per admissa concurrentia pro reali constitutione eiusdem.
- 9 Instrumentum constitutionis Dotis cum subsequuta confessione receptionis probat illius solutionem, præsertim si confessio sit cum iuramento, num. 10.
- 11 Solutio maioris partis Dotis præsumitur in totum sequuta.
- 12 Quietantia facta à Marito pro residuo Dotis denotat ab ipso totam fuisse receptam; præsertim si fuerit facta non fuerit ad suorem vxoris, sed patri ipsius, num. 13.
- 14 Dos præsumitur soluta ex continuata cohabitatione Coniugum, & ex præstatione alimentorum per Virum vxori.
- 15 Sententia graduatoria in iudicio diuisionis lata probat.
- 16 A sententia si quis non appellauerit, censetur eandem fuisse approbatam.
- 17 Saluianum non datur ad instantiam creditoris posterioris contra anteriorem.
- 18 Solutio censetur facta in causam determinatam, in quam apparebat præcedens obligatio.
- 19 A fructuum perceptorum restitutione, seu imputatione excusat bona fides, imò sufficit abesse malam fidem.

## DECISIO XLVI.

**D**ix emanarunt decisiones coram nobis in hac causa; quarum prima sub 18. Iunij 1642. informatibus tantum Erminio, & Paulo fratribus de Rayssiis, in qua fuit resolutum tornaturas 18. cuiusdam patris dicti Sans' Erno, non potuisse per Simonem Patrem dd. Erminij, & Pauli perpetuè hypothecari, & censui supponi ad fauorem Hieronymi Rugini, & cuius persona veniunt Moniales S. Stephani Civitatis Ravennaten. quibus data fuit immissio ab æs alienum eiusdem Simonis in præiudicium vocatorum, cum huiusmodi prædium fuerit prius suppositum perpetuè fideicommissum à Ioanne Patre dicti Simonis instituto. Altera verò emanauit sub die 17. Iunij 1644. in qua fuit recessum à prima, & firmatum dictas tornaturas 18. potuisse per Simonem alienari; & censui supponi ad fauorem dicti Hieronymi occasione detractionum legitimæ, & Trebellianicæ illi competentium, non solù ex propria persona, verum etiam ex personis fratrum, quibus prædefunctis ipse successerat; sub hac autem die proposito dubio, An esset standum, vel recedendum ab vltimo loco decisus, per Dominos responsum fuit esse standum in primo loco decisus, quia licet grauatus possit censum imponere super re, quam tenetur restituere, non tamen perpetuè duraturum, sed tantum durante vita ipsius hæredis imponentis, sicut in sua præctia censuar. in verb. huiusmodi, numer. 33. Bened. Don. in suo tract. de cens. act. 39. nu. 55. Ludou. de Aued. in suo tract. de cens. cap. 69. num. 6. Intsigl. super bull. de cens. quest. 19. num. 1. Duard. in suo tract. de cens. tituli. de re cens. subing. §. 1. quest. 7. num. 54. per tot. & num. 55. ibi, & durante vita imponentis, & versic. ex dictis. Cenc. de Cens. in suo tract. par. 2. cap. 2. quest. 1. art. 6. num. 1. Eular. de subdit. quest. 706. nu. 1. Rota in Romana fideicommissi de Bonadeis 17. Decembrii 1604. coram Litto in ordine post tract. Cenc. de cens. 42. num. 1. vers. Non obstat. Vnde in presenti casu defuncto Simone dicti census impositore, & et purificato fideicommissum ad fauorem dd. Erminij, & Pauli fratrum ex iuncta pariter dicatur hypotheca per ipsum constituta ad fauorem dd. Monialium tanquam causam habentium ab eodem Ruginio, text. in l. & ibi Bart. & Salyc. & alij, ff. de pignori. si ex duobus, §. fin. ff. de iudic. ad dict. lal. in l. quoties in præ-

R. P. D. MELTIO.

Rauennaten. Saluiani.

Luna 17. Decembrii 1646.

ARGVMENTVM.

Hæres grauatus restituere, potest sua vita durante censum impunere super re fideicommissum subiecta, Confessio mariti de dote recepta, an, & quando probet illius solutionem contra ipsum, & contra eius creditores.

SVM MARIVM.

- 1 Hæres grauatus potest censum imponere super re, quam tenetur restituere, duraturum tamen durante vita ipsius hæredis imponentis.
- 2 Fideicommissum purificato extinguitur hypotheca constituta super re fideicommissaria.
- 3 Hæres grauatus censetur pro sua legitima elegisse fundum primo loco ab ipso alienatum.
- 4 Dos Mulieris habens hypothecam præfertur quibuscumque detractionibus, etiam legitime.
- 5 Confessio mariti constante matrimonio non probat in præiudicium creditorum Dotis numerationem, procedit si non appareat de præcedenti promissione Dotis, nu. 6.

ma, Cod. de fideicom. Intrigliol. dicta quest. 19. num. 2. Cenc. de Cens. loco supra citato num. 4. Viterbien. Census 6. Aprilis 1590. num. 10. coram Platto post d. r. aff. Cenc. de Cens. in ordine 15. & decis. 182. num. 8. coram Eminenti. D. Card. Panziolo, & decis. 189. num. 11. coram bon. mem. Motimanno, maxime cum de Constitutione fideicommissi Ioannis, ac de eiusdem purificatione ad fauorem dd. fratrum, atque de existencia dicti praedij in hereditate Ioannis inter partes non dubitetur, ut iam fuit resolutum in hac causa coram me sub die 18. Iunij 1641. & ideo non sit super his institutum.

Non obstat, quod talis in positio quamuis facta in bonis fideicommissis subiectis, saltem videtur sustinenda ratione legitimae detrahendae, non solum ex persona Simonis, sed etiam suorum fratrum, quibus praedefunctus ipse successerat, & ideo immisio Monialibus concessa, reuocari non possit, ut fuit resolutum in hac eadem causa coram me sub die 17. Iunij 1644.

Quia cum appareat per eundem Simonem ante impositionem dicti Censu ad fauorem Ruginei, auctoris Monialium, fuisse impositos tres alios Census, videlicet, vnum de anno 1595. 18. Nouembris venditum Dionysio Luparello, pretio scutorum 300. Alterum die 4. Septembris 1596. venditum Rodulpho de Stornatis, pretio scutorum 300. tertium autem die prima Aprilis 1598. venditum Innocentio de Cattis, pro scutis 200. vti distincte apparet ex Summario dd. Fratrum num. 5. per consequens censendum est, eundem Simonem esse praedium, seu fundum primo loco alienatum, mediantibus dictis tribus Censibus, pro sua legitima elegisse, ad text. in l. Marcellus. §. res qua. ff. ad Senat. conf. T. rebel. Cinos in auth. resque. C. com. delegat. Modera. Foroliuicn. de leg. li. 2. tit. 2. qu. 1. n. 8. Crall. in §. legitima quest. 17. num. 4. Giouagn. consil. 9. n. 5. lib. 2. Peregr. consil. 19. num. 14. versic. verum. Rota in Perusina fideicommissi de Almeris 16. Februarij 1586. coram bon. mem. Orano. penes Cenc. de Cens. decis. 49. n. 1. & seqq. decis. 13. nu. 1. decis. 55. nu. 17. & decis. 59. num. 4. post d. Foroliuicn. Monis Falsci fideicommissi 21. Aprilis 1627. versic. ratio secundi dicti. & c. coram Coccino Duran. decis. 71. sub nu. 3. versic. praeterea, & seq.

Sed esto etiam, quod fandus, de quo agitur ratione detractionum ad Simonem spectaret; nihilominus Ermio, & fratribus de Raisiis eius filius competere illius hereditio est ex causa dotis Siluae, eorum matris, quos dos fuit scut. 2100. pro qua habent anteriorem hypothecam, nempe ab anno 1600. ut apparet ex eorum Summario n. 6. Batt. in l. geret 87. nu. 21. ff. de acq. her. Bald. in l. 1. num. 4. C. de seru. fugit. Mant. de tac. & ambig. li. 10. tit. 26. num. 38. ibi diuersum est Grat. disc. for. c. 964. n. 8. Cephal. consil. 397. nu. 83. & seq. Rim. lun. consil. 16. nu. 3. Coccin. decis. 237. nu. 1. Duran. decis. 141. n. 4.

Minusque releuat, quod de tali Constitutione dotis non constet, nisi per confessionem viti emanatam, constante matrimonio, quae in praedijudicium creditorum non probat veram dotis numerationem, immo ex tali confessione resultet prohibita donatio inter virum, & uxorem, Rota decis. 78. n. 1. ibi, & quod confessio dotis, par. 5. Duran. dec. 409. n. 4. Gratian. disc. for. c. 693. num. 11. quia est hac conclusio procedit, dum nullibi apparet de praecedenti promissione dotis, ut firmatur in decis. 61. nu. 1. ubi alij allegantur, par. 2. recent. verum quia hic de praecedenti promissione dotis, constat ex apoca in d. Instrumento inserta, & quietantia subsecuente, est cum expressione modi, & qualitate solutionum, talis confessio dotis receptae non solum non praesumitur facta animo donandi, sed potius ad effectum cognoscendi veritatem habitae dotis, & ideo mulieri

nulla potest opponi exceptio non numeratae dotis, nec à Marito, nec ab eius haeredibus medio tempore factis, l. in contrahibus, §. sed quoniam, Cod. de non num. pecun. vbi Cyn. Fulgol. & alij, Soccin. in l. 1. num. 78. & 95. ff. solut. matr. Cot. in suo memor. incip. dos habet. Tira. de retract. conuens. §. 4. glof. 6. num. 14. Grat. disc. forens. c. 362. num. 16. & seqq. Cratett. conf. 44. num. 1. Suid. conf. 397. num. 4. & consil. 489. num. 7. & seqq. Rot. decis. 162. num. 2. & 644. num. 1. par. 4. rec. Duran. decis. 409. nu. 6. Buratt. decis. 108. & ibi ad ten. lit. D. versic. quando autem Cimitatis Vtula dotis 27. Februarij 1643. coram R. P. D. meo Cerro, quod eo magis videtur firmandum, et quando pro reali Constitutione dotis concurrunt adminicula, quae in praesenti casu non desunt, & pariter tollunt dictam exceptionem non solutionis, Bald. in l. 1. num. 4. versic. vnde queritur, C. de priuileg. dot. Socin. consil. 122. post num. 1. lib. 3. Gabr. consil. 163. numer. 3. lib. 2. Rot. decis. 62. num. 2. coram Papa Gregor. XV.

Primum enim adminiculum, quod valde vrgens est, defumitur ex Instrumento Constitutionis dotis stipulato sub die 9. Augusti 1600. in scutis 2100. per acta, & c. ut apparet ex summario eorundem fratrum, dato sub hac die num. 7. vnde cum postea secuta fuerit talis confessio receptionis dictae dotis etiam constante matrimonio, probatur illius vera solutio, & tollitur suspicio d. prohibita donationis inter virum, & uxorem, d. l. in contrahibus, §. sed quoniam, versic. illud etiam, C. de non num. pecun. Bald. Nouell. in l. 1. & Socin. ibi num. 78. ff. solut. matr. Couar. var. lib. 1. cap. 7. nu. 6. Menoch. praesum. 12. num. 20. & 53. lib. 3. Aym. conf. 40. num. 1. versic. secundo, & seqq. Roland. consil. 20. nu. 18. lib. 4. Bellon. consil. 4. num. 7. Afflict. decis. 402. num. 2. versic. sed uti processit promissio, & seqq. Seraph. dec. 795. num. 1. ibi, cum enim praesens, & c. Greg. d. decis. 62. nu. 6. & 14. decis. 419. num. pariter 6. coram Durano, et quae confessio eo magis vrget, & probat talem solutionem, quia fuit iuramento vallata, Bald. & Salicet. post Batt. in l. fin. ff. de non nu. pecun. Soccin. Sen. conf. 82. nu. 2. versic. secundo ratio est, lib. 3. Gozzadin. consil. 42. col. 3. versic. 3. Rol. conf. 93. nu. 34. lib. 1. Ioseph. Ludou. decis. Perusina decis. 66. num. 6. ibi, & confessio ista, Rota decis. 24. num. 8. par. 7. recent.

11 Resultat secundum adminiculum non solum ex solutione maioris partis istius dotis, quo casu ea praesumitur in totum sequuta, glof. & Doct. in l. 1. C. de non nu. pecun. Menoch. praesumpt. 63. num. 3. Gratian. disc. forens. cap. 362. num. 16. Soccin. Sen. consil. 82. numer. 2. versic. tamen ex quo in casu nostro, lib. 3. Greg. XV. d. dec. 62. num. 7. Duran. d. decis. 409. nu. 21. ibi prima decurritur, & c. & decis. 24. num. 11. par. 7. diuersi. Verum etiam est ex quietantia facta pro residuo à marito, quae denotat ab ipso totam d. dotem fuisse receptam, Angel. in l. quod si Menius. ff. de hered. instit. l. Pater tuus. C. eodem tit. Alex. consil. 99. num. 2. vbi, & pro complemento lib. 7. Rot. decis. 257. num. 5. & ibi adden. num. 13. coram Papa Gregor. decis. 335. nu. 7. par. 6. rec. Romana d. de Crescentis 13. Iunij 1616. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Firmiana Prady 1. Februar. 1641. versic. quomodo coram bon. me. Pirouano, et quod eo magis videtur probatum, dum talis confessio, seu quietantia non emanauit ad fauorem uxoris, sed patris ipsius uxoris, Marefcott. var. resolut. lib. 1. cap. 8. num. 8. & coram Datano decis. 409. num. 15.

14 Tertium etiam deducitur adminiculum ex conuata cohabitatione dictorum coniugum, necnon ex praestatione alimentorum, facta per virum uxori, quae solet vride pondi rari ad effectum, ut dos praesumat viro soluta ut ultra deducta in Perusina Saluani 3. De-

3. *Decembris prateriti, versic. tertia deduci solet, &c. coram me, bene explicat Mant. de iuris. lib. 11. tit. 20. n. 17. & decis. 409. num. 22. Purpur. conf. 461. num. 11. Butatt. decis. 108. nu. 19. Ioseph. Ludou. decis. 66. nu. 22. part. 2. & d. Romana dotis de Crescentiis, &c. & demum cessat difficultas circa veritatem huius crediti, cum concludenter probatum remaneat † ex sententia graduatoria in iudicio diuisionis lata, in qua Emilius, & fratres fuerunt graduati in secundo loco ante dictum Hieronymum Rosinum, Seraph. decis. 145. numero 5. à qua,*

15 † cum non fuerit appellatum, itaue transiuerit in iudicatum, censendum est, illum fuisse approbatum à Labro, Cod. quomod. & quand. Iud. Dec. consil. 618. num. 2. ad mod. Aym. consil. 108. num. 3. Rota in Camerinen. Pensionis 21. Iunij 1594. coram Gypcio, & decis. 24. numer. 13. par. 7. diuers.

Vndè cum ex supradictis argui possit de vera, & reali dotis solutione, ac illa sit anterior credito Monialium, semper erit verum dicere, primo loco esse illam detrahendam ex hereditate d. Ioannis in præiudicium immisionis per eandem Moniales præsentæ, cum † Saluanum non detur ad instantiam Creditoris posterioris contra anteriorem, & habentem priorem hypotheam, vt in superiori, §. quia cum appareat, & firmat Gabr. consil. 41. numer. 1. lib. 2. Rota decis. 539. num. 16. ibi præsertim, &c. & d. decis. 609. numer. 4. ibi nec D. Doralicis, &c. par. 4. recent. Butatt. decis. 286. num. 15. 844. num. 1. 858. eodem num. 1.

Cessat pariter aliud objectum, quod in extinctionem d. dotis maternæ dd. fratres teneantur imputare pretium gregis equarum, quæ existebant in hereditate eiusdem Simonis, & quæ ab illis alienatæ suppnantur, quia cum constet, huiusmodi gregem fuisse datum in solutum à tutoribus istorum fratrum, vsque de anno 1632. pro pretio scut. 600. Leonardo de Leonardis marito Pantafileæ, filiz d. Simonis, pro integra solutione dotis, sibi à Patre promissæ, vt ex eorum summa. num. 11. & 12. † apparet causa determinata solutionis, & cum constet etiam de præcedenti obligatione in eam causam, talis solutio præsumitur facta, & hæc venit omnino attendenda, l. 2. C. de acquir. poss. l. quadam mulier cum gloss. ff. de rei vend. Pitt. Maur. de solut. cap. 9. num. 25. Rota decis. 602. num. 8. circa finem, par. 4. recent. Romana Subcollecloria, 2. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Bichio.

Prout neque etiam obesse videtur, quod Exminius, & fratres in extinctionem assestæ dotis maternæ imputare debeant fructus, quos perceperunt ex bonis liberis eiusdem Simonis, quia, cum illos perceperint iusto titulo fideicommissi Ioannis, & dotis maternæ, pro qua comperit ipsis retentio bonorum d. Simonis

19 † excusantur ab eorum restitutione, siue imputatione, ratione bonæ fidei, licet ad istum effectum sufficiat, etiam quod nulla possit in ipsis considerari mala fides, l. sed. & si lege, §. seire, & ibi, Doctores communiter præsertim Bart. num. 4. Bald. num. 1. & Castrensi. num. 7. ff. de petis. hered. Rota decis. 740. num. 15. & 16. par. 4. recent. tom. 3. & decis. 5. num. 4. par. 7. vbi plures referuntur.

Et ita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. ROIAS.  
Perusina Reintegrationis.  
Veneris 11. Ianuarij 1647.  
ARGUMENTVM.

Fœminæ exclusæ à statuto existentibus mascu-

lis, extincta linea masculina, possunt reintegrari.

### S V M M A R I V M.

- 1 Fœminis exclusis à statuto simpliciter, non autem temporaliter, existentibus masculis, non datur reintegratio extincta linea masculina.
- 2 Statuti ad obseruantiam, & existentiam probandam, in antiquis admittuntur leuioris probationes.
- 3 Obseruantia pro comprobanda attestationi magistratus venit deferendum.
- 4 Possibilitate admissa cessat contrarietas.
- 5 Copia statuti obseruati existentis in Archiuo vim habet originalis.
- 6 Fœmina transmittere valet ad suos descendentes ius reintegrationis, ea viuente purificatum.
- 7 Statutorum aliquorum effectuatione, & obseruantia probata, resultat inde presumptio effectuationis omnium aliorum in eodem libro existentium.
- 8 Statutorum confirmatio cursu 30. annorum interuenisse præsumitur.
- 9 Extremis probatis, media præsumuntur, præsertim si sint eiusdem generis.
- 10 Statutorum pluralitas non præsumitur, nisi probetur.
- 11 Statuto, seu scriptura publica, & authentica non existenti in Archiuo, sed per priuatum manus venit semper adhibenda fides.
- 12 Statuti ad obseruantiam probandam multum conferunt actus extraiudiciales.
- 13 Filius grauatus ad faciendam reintegrationem non potest legitimare bastardum, & tollere ius fœminis.
- 14 Clausula, sine præiudicio venientium ab intestato, impedit immisionem legitimatis, existentibus filiabus legitimis, & præseruat ius questuum, & querendum, nu. 15.
- 15 Legitimitas filia à Principe non suffragatur, quoad bona non existentia in statu Ecclesiastico in aliorum præiudicium.
- 16 Pater potest præiudicare omnibus, quoad sua bona, non vero quo ad bona alterius.
- 17 Filij naturales non comprehenduntur sub statuto loquente de descendantibus masculis, licuitatur, num. 18.
- 19 Prescriptio tricennaria currit contra viuos 25. annorum copta contra suos auctores defunctos, sed aduersus illam comperit restitutio in integrum.
- 20 Restitutio in integrum petenda tempus non incipit currere, nisi postquam factus est maior.
- 21 Transactio non admittit extensionem de re, ad rem.

### DECISIO XLVII.

**E**Xtinctâ linea masculina Benueniatii Ramazzani, Adriana Bruna, ac litis consortes descendentes Catandæ Ramazzanæ filiz eiusdem Benueniatii petierunt reintegrati ad bona eiusdem contra Lucam de Angelis habentem causam à Iulio filio naturali Christiani filij d. Benueniatii, & bis fait coram me resolutum sub diebus 21. Iunij 1641. & 13. Iunij 1644. non competere reintegrationem præteritæ Adriane, & litis consortibus tribus potissimum fundamentis. Primum ex defectu existentie secundi libri Statuti Latini Perusini manuscripti conditi de anno 1366. in quo sub rubrica 33. de dotibus, & dotatis fœminæ, siue fuerint dotatæ à progenitoribus, siue à fratribus sunt temporaliter exclusæ quousque extant masculis, & ab eis descendentes, eaque existentia admissa, adhuc illud non esse in forma probanti, nec habere signum authenticitatis non publicatum, non vsu receptum, non confirmatum à Sancta Sede Apostolica, non custoditum in publico Archiuo, sed in concursu esse potius atten-

dendum *Statutum antiquum Perusinum manuscriptum, vulgari sermone compositum, promulgatum anno 1342. in § item si aliquis pater*, in quo habetur, quod quando pater decedit relicta filia indotata, mandatque per fratres dotati ꝛ cam simpliciter, non autem temporaliter excludit, in quibus terminis non est locus reintegratiōni, juxta Bar. *consil. 20. versio. concluditur ergo. lib. 1. Corn. consil. 7. num. 5. & 6. lib. 2. cum aliis in dicta prima decisione 21. Junij 1641. §. & cessat omnis serupulus*. Secundum fundamentum decisionum erat, quod stante existentia filiorum masculorum legitimatorum dicti Christiani descendentes Caissandræ remanere exclusas. Tertium, quod jus petendi dictam reintegratiōnem fuerit præscriptiōne sublatur, quibus decisionibus hodie reuicis, & per binas inspectiōnes ad Rotæ Trutinam redactis, cum dicta tria fundamenta, aliaque ibidem deducta, vti non subsistentia, non placuerint à decisio, fuit hodie recessum.

Nam primum fundamentum decisionum denegans existentiam dicti Statuti Latini conditi de anno 1366. indiçione 4. tempore Urbani Papæ Quinti 13. Februarij visum fuit Dominis vacillare, dum præfatum statutum fuit Dominorum oculis exhibitum, idèd non potest dubitari de illius existentia, & cum agatur de materia antiqua, quæ longè excedit centenariam ꝛ admittuntur pro illius probanda obseruantia, ac existentia leuiore probationes, & sic conjecturæ inditia, ac præsumptiones, Bald. *in ausb. quas actiōnes. nu. 18. C. de sacrosanct. Eccles. & in l. cum super. nu. 2. C. de rei vendic. Dec. consil. 42. num. 2. in fin. & 146. nu. 14. Paris. consil. 104. num. 42. lib. 1. Decian. respons. 76. nu. 19. lib. 3. Hond. consil. 17. num. 55. lib. 1. Guidopap. decis. 357. num. 1. Rot. decis. 353. num. 82. par. 5. recent.*

Concurrunt enim attestatiō Magistratus Perusini, quod prædicta statuta Latina condita de anno 1366. sint vera, & realia, ac vti talia publicè, & in publica Cancellaria conseruata, ꝛ cui attestatiōni pro comprobanda obseruantia multum venit deferendum, Surd. *consil. 424. num. 38. Olasch. decis. Pedemont. 71. numer. 30. Seraph. decis. 1088. num. 4. & 1390. num. 2. Rot. in recent. decis. 252. num. 13. par. 2. & decis. 64. nu. 10. par. 6. & decis. 98. num. 6. & 7. par. 7. Buratt. decis. 910. nu. 8. & 930. num. 11. præsertim cum dictæ attestatiōnes factæ fuerint à pluribus diuersis etiam temporibus Magistratuum, Socc. *consil. 194. numer. 2. lib. 2. Gabr. coneluf. 6. in princ. de testibus, Buratt. decis. 706. n. 2. accedente etiam fide Cancellarij publici eiusdem Cinitati deponentis apud ipsum sub custodia inter alios libros conseruasse dictum statutum spatio 25. annorum. quibus in officio permansit; quæ multum operatur, Oldrad. *consil. 100. num. 5. cum seqq. Pat. decis. 465. lib. 2. in correct. Mantic. decis. 91. num. 9. Rot. in rec. decis. 525. num. 5. par. 1. & decis. 75. num. 1. par. 6. Buratt. decis. 606. num. 13.***

Nil facit, quod dictus liber statutorum fuerit appositus in dicto Archiuio de anno 1641 nam ex hoc non extat probatum, quod ex aliqua causa non poterit ex eodem Archiuio prius abluari, & iterum ibidem reportari, qua possibilitate ꝛ admittitur cessat contrarietas, Surd. *consil. 95. num. 13. & 14. Rot. decis. 531. num. 2. par. 3. & decis. 88. nu. 6. in fine, par. 4. & decis. 282. num. 12. & 290. num. 4. par. 6. recent. Buratt. decis. 266. num. 2. Ultra, quod ad effectum probandi obseruantiam non requiritur de necessitate, quod extaret in Archiuio dictum statutum, dum etiam sola ꝛ copia statuti obseruati vim habet originalis, Rot. *decis. 243. num. 1. versio. sit standum. par. 4. rec.**

Vtcrius fuit probata existentia, ac obseruantia statuti controuersi, & in quo multum Domini insiste-

bant ex eo, quod super illo met Capitalo statuti, rebr. 33. de dotibus, & dotatis, consuluerit, Bald. *in consil. 69. lib. 1. cum Statutum Civitatis Perusij, quod est repetitum consil. 426. lib. 3. antiquum statutum, vbi in principio illorum refert verba præcisa dicti statuti correfpondentia punctualiter statuto; de quo agitur, ibi, si qua mulier fuerit, vel erit dotata à patre, &c. & in fine, ibi, saluo, quod femina possint venire ad successionem parentum, &c. nec est dicendum, quod Baldus somniauerit dictum statutum, aut falsè supposuerit existentiam dicti statuti, cum Doctor insignis, ac pater veritatis, & juris lucerna sit, & vltra Baldi consilia adsunt alia insignum Doctorum consilia, nempe Cornei *consil. 75. nu. 3. qui refert verba dicti statuti in §. item si aliquis pater, vel amicus, & sub num. 9. versio. his minime refragantibus, lib. 1. affirmatque huiusmodi statutum tantummodo excludere ad tempus non autem perpetuè, idem, Corn. *consil. 300. lib. 4. Iaf. consil. 105. vbi in principio ponit per extensum verba illa statuti, saluo, quod femina, &c. & circa medium verba præfati, §. item, si aliquis, lib. 4. Rot. in Perusina successiōnis de Alphanis 19. Junij 1634. coram Reuerendiss. Decano, par. 5. recent. decis. 547. num. 1.***

Vnde dicebant Domini satis apparere de existentia statuti Latini loquentis de reintegratiōne temporali sceminarum quodque illas non perpetuè, sed temporaliter excludit, nec constat esse illud met vulgari idiomate prius editum de anno 1344. & cum pro parte Lucæ de Angelis non doceatur de alio statuto Latino disponente in casu super quo DD. Doctores consuluerit certè intelliguntur eorum dicta perneceffe de hoc statuto condito de anno 1366. adducto ab Andriana Bruna, vt per Bart. *in l. qui Roma, §. duo fratres, num. 19. ff. de verbor. obligat. Roman. in l. si constante, num. 33. versio. hoc limitarem, ff. solut. matrim. Suid. consil. 267. nu. 31. & seqq.* Idcirco cum Doctores tam clari nominis, ac tam solidæ veritatis, & doctrinæ, de huiusmodi secundo libro statutorum expressam mentionem fecerint, de illius existentia non fuit multum dubitatum.

Nec est verum dicere, quod Bald. *d. consil. 69. lib. 1. repetito consil. 426. lib. 3. & alij, loquantur de statuto non amplius in vsu, & abrogato, nam ex illorum lectura patet eos consuluisse super statuto tunc vigente, dum vtuntur his verbis, Statutum Civitatis Perusij dilebat, illique Doctores floruerunt de anno 1400. circiter, vt ex Historicis, dum Baldus obiit de anno 1420. Corneus verò fuit illius contemporaneus, vt ex eisdem Historicis, ac ex illorum vitis.*

Nec obstat, quod Gabr. *consil. 42. nu. 47. lib. 2. dixerit statutum conditum de anno 1342. fuisse vulgari, ac latino idiomate conscriptum, nam semper virget responsio, quod statutum latinum, de quo loquuntur prædicti Doctores non probatur conforme statuto anni 1342. immò idem, Gabr. *d. consil. 42. num. 46. refert supradicta consilia Baldi, ac Cornei super dicto statuto, quamuis enim replicatum fuerit, quod Baldus, & Corneus, alij supradicti Doctores loquantur de statuto reintegrante filias, non autem illarum descendentes respondebant tamen Domini, hoc esse diuinare, & argumentum potius retorqueri, dum in casu nostro tempore deficientis linæ masculinæ per obitum Hieronymi, supocuiuebat Cassandra senior filia Benuenientis, de cuius successiōne agitur, ꝛ quæ proinde transmittere valuit ad suos descendentes ius reintegratiōnis ea viuente purificatum, Alex. *in l. cum antiquioribus, C. de iur. deliber. Iaf. in l. si arrogator, ff. de adopt. Crauet. *consil. 185. n. 3. Dec. *consil. 245. & 250. & 331. nu. 5. Menoch. *consil. 2. n. 491. Pinel. *in l. 1. nu. 36. C. de bon.*******

mar. Surd. *decis.* 138. num. 9. & 15. Tiraq. in *tract. de morte de factis*, par. 2. *declarat.* 5. num. 22. *Crass. in §. transmissio*, qu. 14. nu. 1. Anton. Gomez. *var. resolut.* cap. 9. n. 10. cum aliis congestis per Nicolaum Noali *de transmissio. cas.* 8. nu. 12. nec fuit habita in consideratione responsio *decisionis* 21. Junij 1641. *coram me*, §. *quia eis*, ubi quod statutum reintegrat solum filias dotatas à patre, nam replicatum fuit hoc esse verum in terminis alterius statuti antiqui, de quo loquitur dicta decisio, non autem in terminis dicti statuti anni 1366. de quo hodie est quæstio.

Accedit etiam, quod super aliis statutis in eodem secundo controuersio volumine statutorum, de quo est quæstio, videlicet super titulo de executione instrumentorum, consuluerunt Bald. *consil.* 144. lib. 5. Angel. *consil.* 36. n. 5. Corn. *consil.* 30. lib. 3. Montesperell. *consil.* 110. & super alio de fide danda libris, & scripturis artificum idem Montesperell. *consil.* 75. cui obiecto nil respondebant informantes pro Luca, neque constat, quod eadem statuta reperiantur etiam in aliis libris statutorum. Idcirco cum probetur ¶ effectuatio, & obseruantia aliquorum statutorum in dicto secundo libro contentorum, resultat inde præsumptio effectuationis omnium aliorum ibidem existentium. Ad ad san. mem. Greg. XV. *decis.* 557. n. 9. in fine, *Causal. decis.* 449. n. 7. & *suis delictum in Barcinonen. iurisdictionis* 4. Iulij 1646. *coram R. P. D. meo Bichio*.

Nec fuit amplius dubitatum de confirmatione præsumpta Sanctæ Sedis Apostolicæ prælatorum statutorum (spatio tanti temporis, dum ¶ cursu 30. annorum interuenisse præsumatur, Seraph. *decis.* 671. n. 1. & 792. n. 1. *Ad. ad Greg. XV. decis.* 354. n. 18. *Bucar. decis.* 45. n. 8. *Rot. decis.* 11. n. 9. part. 4. *rec. tom.* 2. & *par.* 7. *decis.* 5. n. 6. & 102. n. 5. *Duran. decis.* 56. n. 2.

Ponderatum etiam fuit, quod *Gulianus glossator statuti Perusini*, fil. 249. & 250. attestatur adfuisse Perusij secundum volumen statutorum, & in totum fuisse quatuor volumina, dum igitur pro parte eiusdem Lucæ admittitur existentia primi, & tertij, ac quarti libri negari non debet existentia secundi, quia sine secundo non datur tertius, nam ¶ probatis extremis media præsumuntur, præsertim cum sint eiusdem qualitatis, *Alciat. regul.* 2. *præf.* 22. num. 3. *Seraph. decis.* 1141. num. 3. *Mantic. decis.* 23. num. 3. & *par. 1. diuers. decis.* 545. num. 1. *Butatt. decis.* 875. num. 3. & 903. num. 10. & 926. num. 5. At vero secundus liber statutorum dictæ Civitatis alius non est, quam statutum exhibitum oculis Dominorum, dum de alio non fuit doctum, nec ¶ pluralitas præsumitur tali casu *cap. in presenti de probat. Dec. consil.* 146. num. 9. in fine. *Crasset. consil.* 73. numer. 38. *Rot. in rec. decis.* 628. num. 6. *par.* 2. & *decis.* 132. num. 8. *par.* 7. *Greg. XV. decis.* 344. num. 4.

Minus fuit facta vis in puerilibus cancellationibus, ac lineamentis extantibus in eodem secundo libro, sed solidæ veritati, cui per illas non censetur præiudicatum, nec eiusdem libri legalitati, Rota *coram Comitulo decis.* 43. num. 17. & 18. præsertim cum dictus secundus liber reperitur scriptus in charta ædina, & adest adhuc confamilis repertus penes hæredes Herculani, cui compilandi noua statuta fuerat onus iniunctum, nec sit in iure nouum, quod ¶ scriptura etiam publica, & authentica aliquando non adsit in Archiuio, sed penes priuatorum manus, & veniat semper ei adhibenda fides, vt de simili statuto, *Rot. decis.* 243. *par.* 4. *rec.*

Prædictis omnibus addebant Domini, quod vsque ab initio fuit semper inter partes præsupposita existentia dicti statuti latini conditi de anno 1366. dum in pluribus disputationibus hinc inde, datum fuit, qui

*Decis. Sac. R. R. De Fratibus*

12 factus licet extraiudicialis, multum tamen conferunt ad effectum probandi obseruantiam dicti statuti; *Alex. in l. dies cautionum, §. hoc autem, nu.* 16. ff. *de damno infest.* Ripa. in l. 2. nu. 12. *C. de eden.* & ibi *Dec. nu.* 20. *Rot. decis.* 723. n. 3. *par.* 4. *tom.* 2. *rec.* ex quibus omnibus remanet sublaturum dictum primum fundamentum decisionum à quibus fuit hodie recessum.

Fuit pariter reiectum secundum fundamentum præfatarum decisionum pro excludendis descendentes Casandæ ob existentiam filiorum Christiani legitimatorum nepotum respectiue Benueniatis, cui obiecto respondebant Domini, quod cum legitimatus non adesset de tempore delatæ successionis, ad filij fauorem dum legitimatio facta legitur post delatam hæreditatem Benueniatis non poterat ¶ filius grauatus ad faciendam reintegrationem, legitimare bastardum & tollere ius scemini, *Surd. consil.* 552. n. 35. & 16. vltimus legitimatio nõ fuit habita in consideratione ex eo, quod altera Militum Lauretanorum continet clausulam ¶ *sine præiudicio venientium ab intestato*, quæ impedit inmissionem legitimatis, existentibus filiabus legitimis, *Castren. consil.* 180. num. 2. lib. 1. *Gabr. consil.* 22. n. 7. & 12. lib. 2. *Cyriac. contr.* 236. nu. 16. *Rota in rec. decis.* 38. n. 1. & *per tot. part.* 4. *recent.* cum talis clausula præseruet ius venientium ab intestato nedum quæsitum, verum etiam quærendum, licet in spe, *Ruin. consil.* 106. n. 10. in fine. lib. 3. *Rota decis.* 667. n. 5. *par.* 1. *rec.* & *par.* 4. *decis.* 38. n. 1. & 2. & in *Bononien. de Bolognensi* 29. Febr. 1644. *coram D. Carillo, §. quidquid.*

13 tam hæreditatem Benueniatis non poterat ¶ filius grauatus ad faciendam reintegrationem, legitimare bastardum & tollere ius scemini, *Surd. consil.* 552. n. 35. & 16. vltimus legitimatio nõ fuit habita in consideratione ex eo, quod altera Militum Lauretanorum continet clausulam ¶ *sine præiudicio venientium ab intestato*, quæ impedit inmissionem legitimatis, existentibus filiabus legitimis, *Castren. consil.* 180. num. 2. lib. 1. *Gabr. consil.* 22. n. 7. & 12. lib. 2. *Cyriac. contr.* 236. nu. 16. *Rota in rec. decis.* 38. n. 1. & *per tot. part.* 4. *recent.* cum talis clausula præseruet ius venientium ab intestato nedum quæsitum, verum etiam quærendum, licet in spe, *Ruin. consil.* 106. n. 10. in fine. lib. 3. *Rota decis.* 667. n. 5. *par.* 1. *rec.* & *par.* 4. *decis.* 38. n. 1. & 2. & in *Bononien. de Bolognensi* 29. Febr. 1644. *coram D. Carillo, §. quidquid.*

14 talis clausula præseruet ius venientium ab intestato nedum quæsitum, verum etiam quærendum, licet in spe, *Ruin. consil.* 106. n. 10. in fine. lib. 3. *Rota decis.* 667. n. 5. *par.* 1. *rec.* & *par.* 4. *decis.* 38. n. 1. & 2. & in *Bononien. de Bolognensi* 29. Febr. 1644. *coram D. Carillo, §. quidquid.*

15 Altera vero legitimatio, quæ est Comitum Palatinum ex defectu potestatis, minus potest suffragari quoad bona existentia in statu Ecclesiastico, in aliorum præiudicium, *Lapus de illegitim. comment.* 3. §. 3. n. 30. *Rota coram Comitulo, decis.* 36. n. 3. 8. & 9. & *decis.* 74. num. 17. *Fusat. de substit.* 7. 408. n. 129. ubi quamplures congerit quamuis legitimaciones emanauit ad instantiam Christiani patris, ex tamen benè suffragarentur si ageretur de bonis eiusdem patris, secus verò est in præfenti casu quo agitur de successione Benueniatis Aui;

16 & ratio est, quia ¶ pater potuit quidem omnibus præiudicare quoad bona sua bona, non verò quoad bona alterius, vt per *Anchar. consil.* 427. n. 3. *Dec. consil.* 85. num. 7. *Surd. consil.* 552. n. 53. & 54. ubi allegat concordantes, aliosque refert *Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 2. §. 9. sub n.* 7. in fine, & *lib. 3. tit. 1. §. 10. n.* 38. 39. & 40.

17 Circumscriptis verò legitimacionibus, filij naturales certè non comprehenduntur sub statuto loquente de descendentes masculis, quia licet statutum vtatur verbo naturalibus, non autem ciuilibus, indeque comprehendat etiam illegitimos, iuxta text. *§. si quis sanè Auth. quibus modis naturales efficitur legitim.* *Cyriac. contr.* 9. num. 2. & *seqq.* *Surd. de aliment. tit. 1. §. 10. nu.* 6. ¶ hoc tamen limitatur quotiescunque habita fuit ratio conseruandi agnationem, cum per illos illegitimos agnatio non conseruetur, *Capra consil.* 9. numer. 4. & *seqq.* *Mantic. de consuet. lib. 8. tit. 7. nu.* 6. *Peregr. de fid. art.* 22. num. 79. *Fusat. de substit.* 7. 314. nu. 14. & habitam fuisse rationem agnationis non est habiendam in casu nostro, quo agitur de statuto exclusiuo sceminarum propter masculos, *Rota in rec. decis.* 547. num. 2. & *dec.* 582. num. 14. *par.* 5. & *par.* 6. *decis.* 206. num. 22. cum aliis congestis per *Aluograd. consil.* 86. nu. 27. & in *Romana supplementi legitima* 15. Aprilis 1644. *coram R. P. D. meo Cerro;*

Demum fuit reiectum tertium fundamentum præscriptionis, dum licet ab anno 1565. quo per obitum Hieronymi venit casus reintegrationis sceminarum, vsque ad annum 1602. quo mota fuit litis, effluerit 37. anni tamen dum ex datis in rhoderis summario A-

drianæ num. 4. & 5. constat, quod Casandra soror dicti Hieronymi, & Benueniatii filia ad cuius fauorem fuit factus locus reintegrationi obiit de anno 1577. & Io. Baptista dictæ Casandræ filius obiit de anno 1591. inde in eorum vita solum effluerunt anni 16. ipsis verò successerunt Virginia annorum 16. & Casandra iunior annorum 12. contra quas ¶ vii minores 15. annis currebat quidem præscriptio tricennaria cæpta contra illorum auctores defunctos, sed illis aduersus præscriptionem competit restitutio in integrum, l. si. C. in quib. caus. restitutio non sit necessaria, Glor. in l. si erit, verbo seruanda, C. de præscript. 30. vel 40. annorum, Odd. de restitut. in integrum, par. 1. g. 90. nu. 3. & segg. Rot. dec. 489. nu. 14. coram sanct. mem. Greg. XV. præsertim cum minoritas Casandræ iunioris perdurauerit etiam post litem motam idcirco non potest ei aliqua negligentia imputari in petenda restitutione in integrum ¶ ad quam petendam non incipit currere tempus, nisi postquam maior facta fuerit l. si. ubi notant omnes, Cod. de tempor. in integrum restit. l. interdum, ff. de minor. Castrén. conf. 299. n. fin. lib. 1. Odd. de restitut. in integrum, par. 1. quæst. 20. n. 1. usque ad 5. Rotam in Romana Palazetti, 11. Martij 1619. coram Patriarcha Manzanedo, & in Montisfalsisci supplementi legitima, 18. Iunij 1642. & 23. Iunij 1643. coram R. P. D. meo Bichio, & in Romana de Mellinis 15. Ianuar. 1644. §. obiectum præscriptionis coram R. P. D. meo Cerro.

Fundamentum transactionis iuræ inter Iulium, & Casandram Seniore non fuit habitum in consideratione, dum idem Iulius transactionem impugnavit, eaque legitur restricta ad hæreditatem Hieronymi, at verò hodie agitur de portione hæreditaria Benueniatii, quæ deuenerat ad Christianum Hieronymi fratrem, nec ¶ dicta transactio valet admittere extensionem de re, ad rem, iuxta tex. in l. si de certa 31. C. de transact. Nat. conf. 546. num. 13. Crauet. conf. 407. num. 30. Putpur. conf. 336. num. 5. Surd. conf. 418. num. 11. & fuit resolutum in Recanatén. prædij 14. Aprilis 1614. coram S. D. N. Innocentio X.

Quibus stantibus, dum præfatum secundum volumen statuti latini conditum de anno 1366. sub rub. 33. excludit temporaliter solum fœminas dotatas, & fuerit extincta linea masculina, vt supra dictum est, reintegrationo dictæ Adrianæ nequit denegari, vt in dicto statuto expressè cautur.

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. ROIAS.

Perulina Reintegrationis.

Veneris 7. Iunij 1647.

ARGUMENTVM.

Fœminæ exclusæ à Statuto, existentibus masculis, sunt exclusæ temporaliter, & sic finita linea masculina, reintegrantur etiam si essent dotatæ.

SVMMARIVM.

- 1 Statuti antiqui obseruantia, ac existentia probatur per leuiorés probationes.
- 2 Statuti existentia probatur ex attestacione magistratus Ciuitatis.
- 3 Statuti obseruantia iustificatur, dum super eodem consuluerit Dollores.

- 4 Extremis probatis media præsumuntur.
- 5 Fœmina transmittere valet ad suos descendentes ius reintegrationis ea viuente purificatum.
- 6 Fratres succedentes progenitori tenentur dotare sorores de bonis paternis, & censentur dotasse vti heredes, numero 7.
- 8 Liber æstimè bene probat contra descendentes.
- 9 Reintegratione peissa, illius ius ad heredes transmittitur.
- 10 Legitimatío facta per filium grauatum ad faciendam reintegrationem non valet tollere ius fœminis legitimandis hæredes.
- 11 Clausula, sine præiudicio venientium ab intestato, impedit immisionem legitimatatis existentibus filiabus legitimis.
- 12 In præscriptionibus non consideratur ius, prout est in habitu, sed prout est in exercitio.
- 13 Restitutio in integrum in omnem casum competit ex capite minoris ætatis, & ignorantie.

DECISIO XLVIII.

STERUNT hodie Domini in decisio vltimo loco coram me sub die 11. Ianuarij præteriti, in qua (recedendo à duobus prioribus decisionibus sub diebus 21. Iunij 1641. & 13. Iunij 1644.) firmatum fuit, concurrere existentiam, & obseruantiam secundi libri statuti antiqui Perulini manuscripti conditi de Anno 1366. Indictione 4. sub Urbano V. 15. Februarij, in quo sub rubrica 33. de dotibus; & dotatis fœminæ, siue fuerint dotatæ à progenitoribus, siue à fratribus sunt temporaliter exclusæ quousque extant masculi, & ab eis descendentes, cuius Statuti existentia remansit bene comprobata, tam ex illius oculati DD. inspectione, ex qua de eiusdem apparet antiquitate, ¶ in quibus terminis pro obseruantia, ac existentia comprobanda leuiorés admittuntur probationes, Dec. consil. 42. nu. 2. & conf. 146. nu. 14. Paris. conf. 104. nu. 42. lib. 1. Guidop. decis. 387. num. 1. Cassad. decis. 3. num. 2. de procur. Seraphin. decis. 462. num. 9. Rot. decis. 353. num. 82. par. 5. recent. quam etiam ¶ ex attestacione Magistratum Ciuitatis Perusiæ super eiusdem Statuti realitate, & quod vti vera, & realia fuerint conseruata in publica Cancellacia, cui attestacioni multum Domini detulerunt, Seraph. decis. 1088. num. 4. & conf. 1390. num. 2. Rot. in recent. decis. 252. num. 13. par. 2. & par. 6. decis. 64. num. 10. Baratt. decis. 706. num. 2. in Terracinen. fideicommissi 14. Decemb. 1641. vers. addebant coram R. P. D. meo Ottobono, ¶ hæcque obseruantia remansit indubitanter iustificata, dum super eodemmet Capitulo 33. dicti Statuti antiqui consuluerit, Bal. conf. 69. lib. 1. cum Statutum Ciuitatis Perusiæ, quod est repetitum consil. 426. lib. 5. antiquum Statutum, vbi refert punctualiter verba dicti Statuti, ibi, si qua mulier fuerit à matre, vel patre dotata, &c. nec est dicendum, quod Baldus somniauerit Statutum huiusmodi, aut eius existentiam falsò supposuerit, aut scripserit super re, aut statuto extraneo, præsertim cum Baldus sit ex omnium consensu pater veritatis, præfatum etiam existentiam, & obseruantiam confirmarunt consilia aliorum DD. Insignium, nempe Cornei conf. 75. lib. 1. num. 3. vbi refert pariter verba eiusdem Statuti firmando, illud excludere temporaliter, non autem perpetuò, ideam Corn. conf. 300. lib. 4. Ias. conf. 105. lib. 4. vbi in themate, & argumento consilij referuntur eademmet verba rubricæ de dotibus, &c. idcirco cum tot DD. tanti nominis, qui perperam consilia non reddebant, neque absque causa super statutis in d. secundo libro contentis responderant, prout consuluerit etiam alij primarij I. C. su-



C. super aliis rubricis eiusdem secundi libri Statut. nempè idem Bald. *conf. 140. lib. 5. Angel. conf. 36. num. 5. Corn. conf. 30. lib. 3. Montesper. conf. 110. & prius consil. 75.* quo fit, vt non amplius fuerit dubitatum de existentia, & obseruantia dicti statuti.

Ponderabant etiam Domini, quod cum adfint libri dd. statutorum primus, tertius, & quartus, de quorum existentia nulla adest hæsitatio, propterea non visum fuit posse de secundi libri existentia dubitari, † cum probatis extremis media præsumantur, Seraph. *decis. 114. num. 5. Mantie. decis. 13. num. 3. Butar. decis. 875. num. 3. & 903. num. 10. & 926. num. 5.*

Quæ vero hodie fuerunt recantata contra d. existentiam præfati secundi libri statutorum cessant ex supradictis, & alias fuerunt deducta, & in decisione hodie confirmata sublata remanserunt, quæ Dominis placere, itaut alia non indigeant responsione. Quia existentia admissa tergiversari nequit, quin feminis, qualis est Andriana competat reintegratio, eo quod deficit linea masculina Benueniatis Ramazzani, à quo descendit d. Andriana Bruna, dum hoc expressè cautum extat in d. secundo libro statutorum, rubr. 33. §. *item si aliquis pater, vbi femine excluduntur temporaliter per illa verba, ibi. Ex tunc excludatur à successione prædictorum patris sui, & aliarum personarum, de quibus, prout supra dictum est, quæ etiam verba continentur hodie in nouo statuto impresso lib. 2. rubr. 45. ex quibus verbis certè censetur repèta qualitas exclusionis temporalis in præcedentibus capitulis eiusdem statuti expressa, vt in propriis terminis ponderauit Rota in alia Perusina reintegrationis 6. Nouembris 1595. coram Penia impressa apud Gilsanum ad Statut. Perus. *decis. 11. num. 8. in fin. & seqq.* in qua respondetur omnibus contrariis hodie decantatis, & in puncto, quod hæc exclusio d. statuti sit temporalis; Bald. d. *consil. 426. nu. 1. col. 2. versic. dicunt enim lib. 3. Iaf. conf. 105. nu. 2. versic. tale statutum, lib. 4.**

Nil obstant Bart. *conf. 20. lib. 1. Corn. conf. 7. nu. 5. & 7. lib. 2.* Adducti in contrarium in decis. hodie confirmata in principio, nam remansit firmum, vt in eadem decisione dicitur, eos non loqui in terminis huius statuti latini cõditi de anno 1366. sed alterius statuti vulgari sermone compositi, & sic eorum opinio fuit per DD. reiecta, prout reiecit idemmet Bart. in l. fin. §. fin. *num. 1. ff. ad Trebell. Petr. de Anchar. conf. 220. Gabr. conf. 7. num. 8. & seq. lib. 2. Viu. decis. vlt. num. 1. & alios congerit Merlin. de legit. lib. 1. tit. 1. quest. 1. nu. 26. Rota d. *dec. 11. num. 7. & seq. apud Gilian. ad stat. Perus. Butar. decis. 796. num. 1. & 930. num. 9.**

Nil facit, quod d. statutum Perusinum reintegret solu dotatas à progenitoribus, at Cassandra, à qua descendit d. Andriana fuit dotata à fratribus, inde non locum in hoc casu sibi vindicet statutum præfatum. Primo, quia in terminis alterius statuti antiqui excluditur solum dotata à patre, vt aduertit d. *decis. 11. Ianuarij præteriti in §. nec obstat in fin. ibi, quod tempore deficientiæ lineæ masculinæ superuiebat Cassandra Senior filia Benueniatis Ramazzani, de cuius successione agitur, † quæ proinde voluit transmittere ad suos descendentes ius reintegrationis, ea viuentē purificatum, Crauett. *conf. 185. num. 3. Dec. conf. 245. & 250. & 331. num. 5. Anton. Gomez var. resol. cap. 9. num. 10. Noual. de transmiss. cas. 8. numer. 22. Honded. consil. 16. num. 47. lib. 1. & in puncto Bald. d. *consil. 69. nu. 3. lib. 1. & per tot.***

Secundo, quia cum fratres d. Casandræ, qui successerunt progenitori tenerent eandem Casandram sororem dotate de bonis parentis tam ex dispositione

iuris communis, quam dicti statuti Perusini, ibi, *teneantur, & debebant dotare ipsam mulierem de bonis paternis, &c.* Idcirco petinde haberetur ac si ipse pater illam dotaret cum † fratres censentur dotasse sororem de bonis patris vti illius hæredes, Mantie. *de tacit. lib. 12. tit. 19. num. 41. Rota decis. 28. num. 5. & seq. & dec. 58. nu. 2. & seqq. par. 5. rec. & par. 6. decis. 329. num. 43. & 48. vbi quod frater censetur nudum tantum præbuisse dotandi ministerium, idemque fuit resolutum in Romana domini 4. Maij 1646. versic. non obstat il primo in fin. coram R. P. D. mea Mellio, vltra quod ex instrumento dotali apparet d. Casandram fuisse dotatam de bonis paternis, dum ad computum dictæ dotis inter alia legitur data certa quantitas Terræ laboratiuæ in pertinentiis*

Castri Vgolini in vocabulo Roncale, quod prædictum est hereditarium d. Benueniatis, vt ex libro æstimati, † qui liber benè probat contra descendentes, & habentes causam ab eodem Benueniate, Rot. *decis. 706. nu. 6. par. 2. rec. & in Auximana fideicom. 13. Ianuar. 1640. versic. de catastro verò coram Reuerendissimo Domino meo Decano.*

Sed Domini etiam aduertebant remanere sublata in præfati quæstionem, an statutum reintegret solum sorores exclusas propter fratres, an verò etiam earum descendentes, quia casus reintegrationis ob deficientiam omnium masculorum purificatus fuit viuentē ipsa Cassandra sorore, per quos fuit exclusa ab hæreditate Benueniatis progenitoris, super qua stat quæstio, & quamuis d. statutum Perusinum mandet per feminas in casu reintegrationis conferri dotes receptas, inde inferebant informantes pro Luca, quod nisi Cassandra declarauerit se velle dotem conferre, & reintegrari ad hæreditatem paternam non transmiserit ius reintegrationis ad hæredes hodie agentes ad prædictam reintegrationem, quod obiectam retorquetur dum ex ipsa transactione inita inter Casandram, & alios apparet, illam petisse reintegrationem, qua propter † dubitari nequit, quin ius reintegrationis ad hæredes transmiserit, vt in fortioribus terminis, Bald. in *auth. res. qua. C. com. deleg. Gozz. d. consil. 97. num. 10. in fin. Rol. consil. 85. num. 33. lib. 1. Canc. var. resol. part. 1. cap. 9. num. 175. Fular. de substit. 9. 331. num. 45. Rota in Romana dotis 29. Nouemb. 1641. coram bon. inem. Adertino, §. fin. in fin. ex quibus remansit inconcussum primum fundamentum decisionis hodie confirmatæ.*

Adducta pro secundo fundamento d. decisionis 11. Ianuarij præteriti in §. fuit pariter reiectum secundum fundamentum circa existentiam filiorum legitimatorum Dominis hodie pariter placuerunt, dum ibi firmatur, quod talis legitimatio facta per filium grauatum ad faciendam reintegrationem non valuit tollere ius feminis legitimando bastardos, vt per Sued. *consil. 532. num. 35. & 36.* dum illa legitimatio Militum Lautanum continet clausulam † sine præiudicio venientium ab intestato, quæ immisionem legitimatis impedit existentibus filiabus legitimis, Rota *decis. 38. num. 1. per tot. par. 4. rec. & tale ius consideratur nedum quæsitum verum etiam quærendum, iuxta Ruin. *conf. 106. num. 10. lib. 3. Rota decis. 607. num. 5. par. 1. rec. & in d. decis. 38. num. 1. & per tot. par. 4. rec.* legitimatio verò Comitissæ Palatini ex defectu potestatis quoad bona existentia in Statu Ecclesiastico fuit reiecta in aliorum præiudicium, vt per Rot. coram Comitulo *decis. 56. n. 5. & decis. 74. num. 17. Fular. de substit. 9. 408. nu. 124. & seqq. & in fortioribus terminis legitimatis Apostolicæ, Menoch. *consil. 119. num. 43.***

Ad tertium motinum præscriptionis fuit pariter responsum in decisione hodie confirmata in §. de-

- 12 *vetl. item non obstat praescriptio temporis, ubi quod in praescriptionibus non consideratur ius prout est in habitu, sed prout est in exercitio, iuxta eum notissimi,*
- 13 *S. illud, & S. ex his de praesc. 30. annorum, † in omnem casum semper competit restitutio in integrum ex capite minoris aetatis, & ignorantiae, Rot. in Romana de Mellinis 15. Ianuarij 1644. S. obiectum praescriptionis coram R. P. D. mozo Cerro, & in terminis reintegrationis, Odd. consil. 13. num. 31.*

An autem Calandra sit satisfacta, de quo informantes pro Luca de Angelis objiciebant Domini reseruarunt particulariter videre in alia disputatione interim vero reterunt in decisio vtraque parte informante, &c.

R. P. D. BICHIO.

Carpentoraten. Haereditatis.

Veneris 28. Iunii 1647.

ARGUMENTVM.

Filij haeredes Fiduciarij non censentur instituti, si pater, eisdem relicto legato, cum expressa prohibitione plus petendi, in vniuersitate bonorum fratrem germanum instituatur; nec aliquid amplius de haereditate petere possunt, ratione legitimae, quartae, Trebellianicae, aut Falcidiae, quando non constat aperte de institutione fiduciaria.

SYMMARIVM.

- 1 *Haeres fiduciarius, ut quis institutus dicatur, qua requiratur, & an sufficit allegare, quod filij essent impubes, num. 5.*
- 2 *Haereditatem fiduciarium esse aliquem, alleganti incumbit onus probandi.*
- 3 *Legatum si factum fuerit à Patre filiis cum prohibitione plus petendi, dicuntur exclusi ab vniuersali successione nec villo casu possunt plus habere, num. 4.*
- 6 *Fiduciaria institutio non censetur quo ad aliquos filios, & quo ad aliquos libera.*
- 7 *Fiduciaria institutionis causa debet esse certa, non dubia.*
- 8 *Fiducialitas probatur ex verbis prolatis etiam prout testamentum à testatore.*
- 9 *Appellatio à Decreto admissionis articulorum non impedit, quominus Iudex à quo possit procedere ad vltiora in examine, donec per iudicem appellationis fuerit inhibitus, limitatur num. 10. & quando tale examen dicatur attentatum, num. 11.*
- 12 *Voluntas patris inter liberos duobus testibus probatur.*
- 13 *Conuentio inter testatorem, & haereditatem de restituenda haereditate filij testatoris probatur per duos testes.*
- 14 *Testatoris declaratio facta post testamentum debet probari per septem testes.*
- 15 *Verba generica, honorifica, & curialia non obligant.*
- 16 *Fiducialitas probatur per testes singulares; item per coniecturas, num. 19. declara, ut num. 18 & num. 20.*
- 17 *Confessio extrajudicialis regulariter non probatur per testes singulares, etiam singularitate administratiua.*
- 21 *Pater, ultra legitimam filiorum, ad libitum potest disponere.*
- 22 *Testamentum primum reuocatur per secundum.*
- 23 *Ignorantia allegari non potest, si per publicam vocem, & famam constat.*

24 *Observantia subsecuta confidentiam excludit.*

25 *Coniectura confundunt coniecturas.*

26 *Pro possessore in dubis est pronunciandum.*

DECISIO XLIX.

**C**Vilibet ex filiis tam natis, quam nascituris Bernardus Fabre in testamento, quod condidit de anno 1584. legauit iure particularis institutionis florenos 600. certis temporibus soluendos. Et vltius mandauit illos enutriti, vestiri, & educari in omnibus bonis, motibus, & virtutibus, maribusque de bona arte prouideri sumptibus haereditatis; addito quod nihil aliud habere, aut petere possint super eius bonis, & haereditate siue iure legitimae, quartae, Trebellianicae, Falcidiae, aut quocumque alio iure, quia vult dicto legato esse contentos.

Deinde scripsit haereditatem vniuersalem Claudium fratrem germanum, solum & pro toto, per quem voluit, & ordinavit supradicta legata realiter solui, & satisfieri. Qui Claudius ab anno 1596. quo decessit testator bona haereditaria tanquam verus, & solus haeres pacifice possedit vsque ad annum 1620. & successiue possederunt eius filij, & haeredes vsque ad annum 1641. tunc enim, & sic elapsis 45. annis Ioanna filia Bernardi testatoris, & Franciscus eiusdem nepos ex Teofredo filio contra illos petierunt immitti sub praetextu, quod Claudius, ut supra institutus haeres vniuersalis à Bernardo fuerit dumtaxat haeres confidentialis, seu fiduciarius; cum onere restituendi haereditatem filiis testatoris.

Prodiit hac lis coram Iudice de partibus in Ciuitate Carpen. donec per appellationem à decreto admissionis articulorum à D. Vicelegato ad vtrumque effectum admittam deuoluta ad Curiam finem primae instantiae recepit à sententia absolutoria contra actores lata, & nunc secundam instantiam sortitur in Rota, ubi propositum à me hodie dubio, an actoribus sit danda immissio, non esse dandam Domini censuerunt.

Ut enim haeres fiduciarius quis institutus dicatur copulatiue inter caetera requiritur causa, ob quam testator proprios filios, non potius recta via, sed mediante alio haerede fiduciario ad suam haereditatem vocauerit, & verba testamenti, ex quibus fidei haereditis instituti haereditatis restitutionem committere voluisse deducatur, ut notat Bald. in l. in fideicommissis 3. §. cum Pollidius ff. usur. ibidemque Cuiac. versic. ergo dupli. Bertaz. consil. ciuil. 8. num. 8. Honded. consil. 51. numero 88. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 3. num. 19. versic. & fiduciarius, & de iure Fife. lib. 3. tit. 19. num. 3. Rot. decis. 381. numer. 2. coram bon. mem. Card. Casaler. decisio. 616. num. 13. & 23. coram bon. mem. Buratt. decis. 351. num. 13. par. 4. tom. 2. recent. & in Bononien. Iurispr. oratus 4. Iulij 1640. coram me, §. 1. Desumiturque ex tex. in d. l. fideicommissi, §. cum Pollidius. ff. usur. in l. quidam cum filium familias 46. ff. haeredit. instit. in l. sius Saturninus 46. ff. ad Trebell. in quibus vtrumque concurrebat; Probandum autem † vtrumque est ab allegante, ut habetur in d. l. quidam cum filium familias, ibi, non aliter ab eo fideicommissum peti posse, quam si & ipsum testatorem fidem eius secutum esse probaretur.

At in casu nostro non probatur actores, immò verba testamenti excludunt penitus fiduciarium, siue attendamus institutionem haereditis, ibi, instituit haereditatem vniuersalem Claudium Fabre eius fratrem dilectum solum, & pro toto ponderando praesertim verba illa solum, & pro toto, quae importare videntur plenum dominium tam in proprietate, quam in fructu, & per conse-

consequens plenariam, ac liberam institutionem, ut ad propositum ponderat Ioseph. Ramon. *consil. 67 sub numer. 17.* quamvis hoc solum non sufficit si alia adessent signa fiduciae, Bertazz. *d. consil. civili lib. 8. num. 17. versic. secundo per facultatem.* Cancet. *var. resol. tom. 1. capit. 1. num. 219. & seqq.* Siue attendamus praecedens  $\dagger$  legatum factum filiis cum expressa prohibitione plus petendi, per quam dicuntur penitus exclusi ab vniuersali successione, Batt. *in h. quosdam, §. si dicit, nu. 1. & §. ff. de hered. inst. Ruin. conf. 90. n. 11. lib. 2. Gabr. conf. 131. num. 42. lib. 1. Rouit. conf. 47. nu. 14.* vbi ait ex dicta prohibitione resultare claram mentem testatoris, quod taliter  $\dagger$  instituti in nullo casu possint plus habere *lib. 1. Rot. decis. 635. num. 4. par. 1. recent.* Praesertim quia prohibiti sunt petere ex causa legitimae, Trebellianicae, & Falcidia, aut quocumque alio iure, atque ita nec iure fiduciariae institutionis, quod ac omne aliud sub vniuersalitate verbi, *quocumque*, comprehenditur, Ruin. *conf. 98. num. 11. lib. 2. Ceph. conf. 13. num. 2.* cum tamen sufficeret non adesse aliquod verbum confidentiae indicatum, Buratt. *d. decis. 616. num. 18. versic. maxime, Rota d. decis. 351. num. 13. versic. nam de verbis, par. 4. tom. 2. recent.*

Causa pariter non est exaduerso probata; Nec allegata sufficit  $\dagger$  quod filij testatoris essent impuberes, ad tradita per Peregr. *de fideic. art. 3. num. 19. versic. quia impubes.* Negul. *quast. 350. num. 53. versic. minor atar.* Moder. Neapol. *in l. hac edictali, quast. 28. sub num. 35. versic. item potest, C. de secund. nupt.* Aut quod testator hoc modo prouidere voluerit filiis de administratore, eidemque Claudio administratori filiorum successiuam obedientiam, de qua olim querebatur conseruare.

Quia cum non omnes filij essent impuberes (aderat enim Franciscus aetate maior tempore testamenti) in omnibus non militabat causa pupillaris aetatis, siue timoris inobedientiae, qui in impuberibus cadere non poterat, & per consequens ne eadem  $\dagger$  institutio quo ad aliquos filios censeatur fiduciaria, libera verò quo ad aliquos filios, dicendum est, nullatenus fiduciariam esse, ut in his terminis aduertit Buratt. *d. decis. 616. sub num. 23. versic. causa non conueniebant, & num. 24.*

Eo minus quia testator aliter poterat Claudio fratri haeredi institutio filiorum administrationem, ac gubernium, & filiis obedientiam eiga Claudium iniungere, Bertand. *consil. 47. sub num. 7. versic. si enim vel. 3. par. 2. Cuman. consil. 108. sub num. 1. versic. iustitiam tamen.* Gratian. *discept. 4. 46. nu. 5.* Prout specialiter per Capitulum separatum iniunxit; Vnde instituendo postea Claudium haeredem vniuersalem tanquam fratrem dilectum, ibi, *eius fratrem dilectum*, praesumitur non ex alia causa quam dilectionis motus ad instituendum, ut in proximis terminis Decius *consil. 601. sub numer. 4. versic. & in fauorem, & in puncto Rot. in supracitata Bononien. iurispatronatus coram iudic. neque pro causa, versic. quem potius.* Vel in omnem euentum negari talem non potest, quin allegata  $\dagger$  causa simulandi institutionem fratris, ac fiduciae sit dubia, sed certa requiritur, Abb. *conf. 9. num. 1. & 8. Natt. conf. 618. num. 17. & seqq. Honded. consil. 46. num. 3. & 4. lib. 1. Fatinac. consil. 40. sub nu. 60. lib. 1. & fuit dictum in Bononien. bonorum de Monterennie 27. Iunij 1611. coram bon. mem. Penia.*

Hinc non obstat testes exaduerso examinati: Quia nemo deponit de causa fiducialitatis, nec interfuerunt testamento, & quatenus deponunt de verbis longè post testamentum prolatis à Bernardo testatore, vel à Claudio haerede,  $\dagger$  ex quibus fiducialitas probari potest, Castill. *quosdam. contr. li. 5. cap. 69. col. 8. & 9. Rot. decis. 765. num. 10. par. 2. recent.* non merentur fidem.

*Decis. Sac. R. R. De Fratribus.*

Primo quia aliqui ex illis examinati fuerunt vigore monitorialium absque citatione partis, *Surd. conf. 129. num. 23. Giurb. decis. 95. num. 1. Rot. decis. 256. numer. 25. par. 6. recent.* Alij examinati fuerunt post interpositam appellationem à decreto admissionis articulatorum,  $\dagger$  quae licet quando tale decretum interlocutorium est, non impediatur, quominus Iudex à quo possit ad vltiora in examine procedere, donec per Iudicem appellationis fuerit inhibitus, Lancell. *de attent. par. 2. 6. 12. limit. 1. n. 1. & seqq. Rot. decis. 17. de appellat. in antiq. & in Mantuana bonorum 20. Maij 1611. coram Vbaldo seniori impress. apud Marches. de commiss. par. 1. fol. 122. num. 1.* obest in casu nostro, quo  $\dagger$  decretum est definitiuum, ut patet ex lectura, ibi, *seruatis terminis, & conclusione in causa, & c. Christi nomine, & c. Summ. Ioannes, & Iuris cons. num. 11.* Et vltro verificata fuit causa appellationis coram Iudice superiori, nempe V. Legato Auenionen. ad cuius signaturam spectant appellationum admissiones, illeque appellationem ad vtrumque effectum admisit; Nam  $\dagger$  talis admissio vi retrotractionis ad diem decreti reddit, attentatum examen testium, & quicquid medio tempore gesit Iudex à quo, Lancell. *de attent. par. 2. cap. 12. ampliat. 9. num. 1. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 96. num. 4. cum aliis allegatis ad adden. ad Buratt. decis. 902. num. 6. & in Collen. Decanatus 7. Maij 1640. coram R. P. D. mo Rota.*

Secundo, quia esto, quod sufficerent duo testes, eo quod agitur de probanda, siue voluntate patris inter liberos,  $\dagger$  quae duobus testibus probatur, *l. hac consuetissima, §. ex imperfecto, vbi Ias. num. 6. C. de testam. Gabr. de testam. conclus. 7. num. 1. & 2. Michaeli Crafs. in §. testamentum, q. 11. num. 4. Seraph. decis. 1302. nu. 6. siue conuentione inter testatorem, & haeredem de restituendo haereditatem filiis testatoris,  $\dagger$  quae pariter non vltra duos testes requirit, ut in his terminis Ias. *in l. fin. num. 17. & 18. Cod. fideic. Alb. conf. 529. num. 5. & 6. Grat. discept. par. 4. q. 3. ar. 4. n. 19. & 20. Moder. Bonon. de acq. poss. q. 15. sub num. 69. Buratt. decis. 616. num. 7. prout plures non requiruntur si probatio tendit ad declaranda verba testamenti vbi dubia sunt; Nam vbi sunt clara, ut in casu nostro non est locus declarationi, sed inducitur ex verbis post testamentum,  $\dagger$  ad quam probandam septem omnino testes necessarij sunt, non secus ac ad illam inducendam, iuxta magistralem distinctionem, quam alius relatis tradit, *Surd. consil. 129. num. 19. Hond. consil. 51. num. 76. & seq. lib. 2. Io. Franc. à Ponte conf. 63. num. 9. & seq. lib. 1. Cancet. var. resol. par. 3. c. 20. nu. 408. & seqq. & in his terminis secutus est Grat. d. discept. 650. num. 25. & seqq. Rot. coram Buratt. d. decis. 616. num. 4. & par. 2. recent. decis. 765. nu. 6. & 7.* Licet in eo casu Rota duos tantum testes admisit, quia in testamento aderant verba confidentialia, ut patet n. 13.**

Esto, inquam, quod duo testes sufficerent; Tot in casu nostro non adlynt; Nam solum sextus testis deponit audiuisse longè post testamentum à Bernardo testatore, & Claudio haerede, ipsius Claudij factam fuisse institutionem sub promissione restituendi filiis testatoris.

Tertius autem testis deponit audiuisse à Claudio, quod quamuis teneret, & possideret bona Bernardi fratris nihilominus redderet contentos, & satisfactos eius filios & poneret illos in quiete, & pace, quae verba non impoſtant perneceſſe promissionem restituendi bona cum verificari possint respectu supplementi legitimae, quod deinde Claudius soluit filius testatoris, cumque sint admodum  $\dagger$  generica, & fere honorifica, & tutalia non obligant, aut deponunt, *cap. cum vniuers.*

*sent circa med. versipse vero de inst. lal. in l. ita stipulatus, num. 5. ff. de verb. oblig. Seraph. decis. 135. num. 3. Andr. decis. 92. num. 8.*

Secundus patet testis nullius est momenti, quia ait, Bernardum, & Claudium fratrem conuenisse simul de faciendo donationem reciprocam, & Claudium recepta per publicum instrumentum donatione à fratre, sibi se agrotum, ne similem fratri faceret, de quo instrumento donationis Bernardi erga Claudium nullibi constat, & quatenus dicatur de perditum, non probatur eius tenor per testes, non docto de instrumenti amissione, *Cast. in l. 1. n. 3. C. fid. instr. Bart. in auth. si quis in aliquo, nu. 6. C. eden. Ceph. consil. 171. n. 48. Surd. consil. 109. num. 10. Affli. decis. 174. nu. 4. Rota in Bituntina consil. 24. Maij prox. prat. §. 1. quia coram R. P. D. meo Corrado.*

- 16 Unde non videtur, quod ad probandam fiducialitatem admittuntur etiam testes singulares, *Cast. consil. 395. num. 1. vers. si quidem testes. part. 2. Aym. consil. 75. num. 33. Simon. de Præ. consil. 67. num. 12. Mant. de consil. lib. 12. tit. 16. nu. 20. Seraph. decis. 1302. num. 1. Rot. decis. 765. num. 7. & 8. par. 2. recent.* Quia, ut dicebam, vnicus testis, nempe sextus deponit de confessione extrajudiciali, ad quam probandam regulariter, nec sufficientes testes singulares etiam singularitate adminiculati, *Alex. consil. 68. num. 8. lib. 3. Pat. decis. 466. num. 1. lib. 2. in corr. Barat. decis. 117. num. 8. Et præterea quamuis testes deponent de ipsa dispositione, seu pacto*
- 17 confidentiali, eorum singularitas non posset admitti, nisi verba testamenti essent dubia, *ut in puncto respondendo contrariis, declarat Barat. d. decis. 616. num. 16. Grat. discept. 650. nu. 24. & plur. seqq.* Et testes deponent de diuersis actibus tendentibus ad eundem finem, secus vero quando deponunt de eodem actu, sed diuersimodè; prout in casu nostro deponit secundus, & sextus testis, & ratio diuersitatis est, quia primo casu singularitas est adminiculatiua, secundo vero obstat, quæ dicta restium destruit, ita ut nullam omnino faciant probationem, *Facinac. de testib. q. 64. n. 5. & 6. & n. 54. Cyriac. contr. 487. nu. 1. & 2. sequ. vbi allegat concord.*

- 19 Rursus non obstat, quod etiam coniecturis fiducialitas probari possit, *Salyc. in l. etiam numer. 7. vers. item dico, C. ad leg. Falc. Rot. d. decis. 765. num. 11. par. 2. recent.* cum aliis alleg. à Moder. Bononiensi *de acq. possess. q. 15. nu. 70. & sic concurat.* Tum præsumptio maioris dilectionis erga proprios filios, quam erga fratrem, quam in puncto ponderat *Bertaz. consil. civil. 8. nu. 9. Pacian. consil. 66. num. 14. & seqq. Alb. consil. 529. nu. 37. Cancer. var. resol. tom. 1. cap. 1. nu. 217.* Tum successiua declaratio facta per Bernardum testatorem, quod Claudius scuta 600. quæ ei debet Bernardus detrahere in primis possit, si quando mortuo Bernardo ad diuisionem cum eius filiis deueniret; id quod supponit bona Bernardi ad filios esse deuoluenda; Tum obseruantia, nam Claudius postea in suo testamento æquè instituit cum propriis filiis filios Bernardi, ut in his terminis ponderat *Bertazz. consil. 8. nu. 12. vers. quarto, & num. 13. & idem Claudius viuens soluit filiis Bernardi ultra quantitatem florenorum 600. à patre legatam.*

- 20 Coniecturæ enim admittuntur vbi verba testamenti clara non sunt, et in claris non est locus coniecturis, *l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig. l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff. leg. 3. & in his terminis, Joseph. Ramon. consil. 67. n. 17. Præter quod aduerso adductæ non relevant.*

- Nam patet amoris, & obligationis erga filios factum fuit mediante Legato in causam legitimæ, 21 ultra quam potuit pater ad liberum de bonis dispo-

nete, *Dec. consil. 246. sub nu. 4. consil. 547. nu. 1. Paris. consil. 34. n. 24. li. 2. Menoch. consil. 685. n. 4. & seqq. & in reliquis bonis præsumitur magis, quam filios dilexisse eum, quem hæredem vniuersalem instituit, Simon de Præ. de interpret. vlt. volunt. dub. 2. lib. 4. num. 7. Grat. discept. 565. n. 11. aliter dicendum esset, quod testamentum patris semper esset fiduciale, quando filios hæredes vniuersales non instituit.*

Declaratio debiti detrahendi in casum diuisionis procurata fuit à Claudio, ut sibi suffragaretur in euentum, in quem Bernardus institutionem de eo factam reuocaret, ut poterat, *Oldrad. consil. 174. num. 2. Gutier. consil. 2. num. 6. Cyriac. contr. 168. num. 5. & per tot.*

- 22 Obseruantia est pro Claudio, quia prius testamentum, in quo ille etiam nepotes ex Bernardo fratre hæredes instituerat, non habuit effectum, sed per se- cundum continens dumtaxat institutionem propriorum filiorum reuocatum fuit, *l. 1. §. pen. ff. si tabu. testam. null. ex tab. Bald. in l. Sancimus n. 2. C. testam. Bart. in l. si iure 18. n. 3. ff. leg. 3. cum aliis allegatis in N. epifina hereditatis 27. Martij 1626. coram hon. mem. Remboldo.*

Quodque Claudius soluit filiis Bernardi ultra quantitatem legatam à patre cessit in causam supplementi legitimæ eisdem filiis debiti, non obstante patris prohibitione, *l. quoniã in prioribus, C. inof. testam. Dec. consil. 495. num. 22. & consil. 688. nu. 7. Peregr. de fideic. ar. 39. nu. 2. alique allegati per Modern. de legit. lib. 3. tit. 3. q. 6. nu. 3. & per hanc solutionem factam à Claudio tanquam hærede Bernardi ipsum dicti filij in verum hæredem agnouerunt, ad tradita per *Surd. consil. 212. num. 10. & decis. 104. num. 7. & 8. Rot. decis. 338. num. 8. par. 4. tom. 2. recent.* Quo magis contrahendo pluries cum Claudio tanquam vero hærede, ac permittendo, quod ille hæreditario titulo omnia alia bona Bernardi possideret per 45. annos, intra quos gratis negatur eos*

- 23 ignorasse assertum pactum confidentiale, hoc testes exaduerso inducunt deponant, fuisse de hoc publicam vocem, & famam, *Peregr. de fideic. art. 52. nu. 104. vers. quintus. Facinac. in fragment. litt. 1. nu. 138. Trentacinq. var. resolut. lib. 3. tit. de transact. resol. 1. num. 26.*
- 24 Hæc autem obseruatia subsecuta confidentiam excludit, *Barat. d. decis. 616. nu. 10. concurrentibus præsertim in idem aliis coniecturis, nempe quod Bernardus certos executores sui testamenti reliquit, nec reliquisset, si de fide hæredis integrè confidisset.* Quod Claudium hæredem filijs in quantitate illis legata substituit, nec è conuerso eosdem in hæreditate substituit Claudio in certum tempus, aut euentum, ut solet, quando institutio est fiduciaria; ita ut nõ sufficiat substitutio in euentum incertum, *Alex. in l. Seius Saturninus 46. num. 3. & 4. ff. ad Trebell. Ial. in l. si cui legatur, §. hoc autem, num. 10. ff. leg. 1. Negul. q. 310. num. 31.* Quod licet Claudius tempore testamenti conditi à Bernardo, filiis, & vxore careret, nupsit tamè postea, & filios suscepit, nec Bernardus, qui diu superuixit testamentum reuocauit, aut aliquam declarationem fauore filiorum ipsius Bernardi à Claudio fieri procurauit, ut verisimiliter fecisset, si fidei Claudij hæreditatis restitutionem secreto commisisset, cum eadem fides suspecta reddita esset ob superuenientiam filiorum,

- 25 Ex quibus coniecturis, necnon obseruantia, & verbis testamenti initio ponderatis confunduntur coniecturæ in contrarium adductæ, *l. diuus. ff. præsump. Surdus consil. 16. num. 23. & in his terminis Gratian. discept. 650. num. 33. Barat. decis. 616. num. 23. & in dubio pronunciantum est pro possessore, Callan. consil. 45. sub nu. 165. vers. quia in dubio iudic. aduers.*

- 26 Et ita decusum vtraque parte informant.

R. P. D. ROIAS.

Asculana Hæreditatis.

Luna 7. Iunij 1649.

ARGUMENTVM.

In successione fratris, licet de iure cõmuni præferendę sint sorores vtrinque coniunctę, excluso fratre consanguineo, non tamen præferatur, stante statuto fœminarum exclusiuo, aut facta renunciatione à sororibus de bonis Paternis, Fraternalis, & Maternalis.

SVMMARIVM.

1. *Manutentio non denegatur immisso in possessionem auctoritate iudicis rite & recte procedentis.*
2. *In successione fratris præferenda sunt illius sorores vtrinque coniunctę, excluso fratre consanguineo.*
3. *Frater consanguineus succedit fratri in bonis quæsitis à linea paterna, vterinque vero à linea materna.*
4. *Dispositio Statuti præualet iuri communi in territorio statuentium.*
5. *Sorores non sunt admittenda ad successionem fratris prædefuncti, ubi generaliter renunciarunt omnibus bonis paternis, maternalis, & fraternalis, & nu. 6. & 7.*
8. *Insinuatio non est necessaria in renunciatione, si est de re incerta, & iure non dum quæsitæ adhuc in spe.*
9. *Odiu conceptum contra virum ob transitum ad secunda vota non extenditur ad filios ex eodem matrimonio procreandos.*
10. *Renunciatio quantumuis ampla non excludit renunciantem à lucro sibi obuento ob transitum parentum ad secunda vota.*
11. *Renunciatio facta à matre, recepta dote, nocet filiis, quantumuis veniant ex propria persona.*

DECISIO L.

**Q**uamuis à mandato de manutenendo per A. C. ad fauorem Fulchi de Fulchis decreto, fuerit infra legitima tempora interposita appellatio, cum tamen illa non fuerit infra biennium prosequuta, idè resolutum fuit constare de re iudicata prætati decreti ad tex. in cap. persona, & cap. cum sis Romana de appellat. clauent. sicut eodem tit. A. lex. consil. 164. num. 2. lib. 2. Cassal. decis. 6. nu. 18. de appell. C. xlc. decis. 8. eodem tit. Rota decis. 11. num. 2. & decis. 69. nu. 8. part. 6. recent. attempta præsertim illius validitate, & iustitia, validitas enim non reuocatur in dubium, iustitia vero oritur ex eo, quod dum dictus Fulchus in possessionem honorum, de quibus agitur immissus fuerit ꝑ auctoritate iudicis rite, à recte procedentis eidem denegari non poterat manutentio, *l. ius sic possidet*, ubi DD. de acquir. possess. Rota decis. 589. num. 7. par. 2. recent. & part. 5. decis. 229. numer. 1. & decis. 27. post Pacif. de Saluiari interd. Cauat. decis. 24. num. 1. & dictum fuit in Romana manutentionis de Cocchiniis 8. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Othobono, & coram me in Romana Saluiari 18. Februa. 1647. & 15. Iunij 1648.

2. Nec prætendi potest, quod huiusmodi immissio Fulcho cõcessa fuerit iniusta, dum agebatur de successione fratris, in qua prætendere erant illius sorores vtrinque coniunctę, excluso d. Fulcho fratre consanguineo, vt expressè cautus in *auth. defuncto*, & ad Senat. Conf. Tertull. *auth. cõstante*, C. de legit. hered. & *auth. itaq. re commun. de success.* Batt. in *l. coniunctę* num. 62. ff.

*de legat. 3. lal. consil. 143. nu. 8. vers. 2. lib. 4.* & dixit Rot. coram Duran. *decis. 36. num. 27.* & *decis. 111. num. 9.* ac in Firmiana fideicommissi 28. Nouemb. 1646. coram R. P. D. meo Othobono, & coram me in Rauennaten. hereditatis 23. Ianuarij præteriti. Eoque magis, ꝑ quia d. bona proueniunt ex hæreditate materna, & idè intrat regula generalis, quod frater consanguineus succedat fratri in bonis quæsitis à linea paterna, vterinque vero à linea materna, iuxta gloss. communiter receptam in *Auth. post fratres. in verbo, filij, C. de legit. hered.* Batt. in *tract. de success. ab intest. num. 18.* Roman. *conf. 4. num. 6.* Couart. in *equitum success. num. 8. ad fin.* & Duran. *d. decis. 36. num. 27.* idcirco in dictis bonis prouenientibus ex linea materna prædictus Fulchus vt frater consanguineus nullam prætendere poterat successionem, cum illa deferenda esset ad sorores vtrinque coniunctas fratris prædefuncti.

4. Quoniam, stante dispositione Statuti Asculani *li. 1. cap. 5.* vbi fœminę dotatę, vel à patre, vel à fratre, siue ex illorum bonis excluduntur ab illorum successione, cuius vigore hæreditas Vincentij intestati defuncti defertur ad Fulchum fratrem consanguineum, exclusis sororibus, illud attendi debet, ac præualet iuri communi in territorio statuentium, *l. omnes populi, ff. de instit. & iur. Cephal. consil. 291. num. 9. vers. cum statutum, & seq. Rot. Bonon. diuers. decis. 1. num. 2. vers. nam ubi adest statutum, & decis. 14. num. 46.* ac dictum fuit in *decis. 36. num. 43. par. 5. recent. cum vulgariibus.* Et licet inter scribentes diceretur, an sub huiusmodi exclusione comprehendantur bona, quę ex materna linea proueniunt, nam negatiuam opinionem tenuit Castr. in *auth. itaque mortuo. sub num. 2. vers. in contrarium, C. commun. de success. & conf. 291. num. 1. lib. 2.* Gabr. *consil. 6. num. 5.* circumscriptis prædictis cum seq. Ciardin. *controvers. foren. lib. 1. cap. 80. numer. 2. vers. & quantumuis Peregr. decis. Patav. 75. num. 1. & seqq. Matt. de success. legal. p. 3. q. 4. art. 4. num. 5.* Donat. Anton. de Marinis *quosid. resolut. lib. 1. cap. 7. num. 9. & 10.* Blas. Michaloz *tract. de fratr. p. 3. cap. 13. num. 33.* Franc. *decis. 99. num. 1. & 2. & per tot.* & tenuit Rota coram Cauat. *decis. 30. nu. 2. & decis. 167. num. 18. & 19. p. 6. rec.*

Contrariam vero sententiam late tueretur Anton. de Rossell. *de success. ab intest. num. 167. vers. ad unum.* Soccin. *Sen. conf. 89. num. 5. & per tot. lib. 4.* Riminald. *Sen. consil. 251. per tot.* Rain. *consil. 37. numer. 10. & 13. lib. 3.* Minad. *decis. 36. num. 11.* Couart. *de success. ab intest. nu. 8. vers. verum extante.* Capriol. *cod. tract. lib. 3. num. 131.* Batt. *cod. tract. lib. 18. tit. quomodo collater al. succed. num. 5. vers. cerio si per statutum.* Flau. Torr. *ad stat. Papie, cap. 96. num. 25. & seqq. vsque ad num. 47.* Latrat. *conf. 9. num. 18. vers. & licet.* Peregr. *decis. 13. nu. 6. post uer. d. vers. que ratione, & admittit Rota decis. 206. num. 27. vers. & Castr. par. 6. rec.* Nihilominus quicquid sit de veritate vtriusque opinionis, DD. existimauerunt nullo modo ꝑ ad sorores admittendas esse ad successionem fratris prædefuncti, attempta illarum amplissima tenunciatione, vbi expressè, & generaliter renunciarunt omnibus bonis paternis, maternalis, & fraternalis, quę quomodo-cumque, & qualicetcumque, tam ex testamento, quàm ab intestato, ac alia quavis causa prætendere possint ad fauorem Galeatij patris, & Vincentij fratris, ac illorum hæredem quo circa dum agitur de successione Vincentij prædicti, cui expressè renunciatum fuit vtiq. ambigendum non est quid non sint dictę ꝑ sorores ad illam admittendę, stante dicta renunciatione amplissimis verbis concepta, quę cum fuerit facta ad fauorem patris, & fratris tunc viuentium resolutur in pactum de non succedendo eidem in quor.

rum hære ditare nullum ius di&is fororibus tunc com-  
petebat, nec competere poterat ob dotem receptam,  
*l. post emancipationem, §. illud, vbi Bart. num. 2. & 3. ff. de  
liber. caus. idem Bart. in l. fin. in ultima questione, nu. 18.*

7 *C. de pact. Buratt. decis. 333. num. 1. quæ renuntiatio  
cum stipulata fuerit etiam pro hæredibus illis etiam  
suffragari debet, Rota decis. 393. num. 1. & 2. part. 1. di-  
uers. & par. 1. rec. decis. 587. num. 2. & 3. Greg. decis. 85.  
num. 1. & seq. Burat. decis. 310. num. 7. ac decis. 894. nu. 4.*

8 Nec dicatur huiusmodi renunciaciones corruiere ex  
defectu inuinationis, quia cum in ipsis renunciatorum  
non fuerit hæreditatibus certis, & iam delatis, sed in-  
certis, & nondum quæ sitis, super quibus renuncianti-  
bus nullum ius competebat, nec in re; nec in spe, opus  
non erat aliqua inuinatione, vt tradit Bald. in *l. illud,*  
*n. 41. vers. quid ergo, C. de sacr. Eccles. Gabr. consil. 6. n. 3.  
& seqq. vol. 2. Grat. disc. 132. num. 20. & seq. & alij con-  
gesti per Burat. decis. 333. num. 3. & 4. & decis. 12. nu. 12.  
ac decis. 310. pariter num. 12. p. 6. rec.*

Nec refert, quod mater iuxta cuius voluntatem renun-  
ciaciones factæ fuerint, odio habuit secundas nup-  
tias Galeatij viri, adeo vt hac de causa illum priuauit  
medietate vsusfructus bonorum eidem reli&ti, proinde  
dicendum est di&æ renunciaciones suffragari  
non posse Fulcho ex dicto secundo matrimonio pro-  
creato, ac sub eodem odio comprehenso, quia  
9 †odium conceptum contra virum ob transitum ad  
secunda vota non extenditur ad filios ex eodem ma-  
trimonio procreandos, vt firmat Thesaur. *decis. 170.  
num. 26. & 31. vers. & ex hoc videtur mulieri de legit. lib.  
3. tit. 1. §. 21. num. 24. Greg. decis. 173. num. 4. & admissio  
etiam, quod odium prædictum considerari possit in  
Fulcho ex dicto matrimonio suscepto hoc tamen non  
efficit, vt renunciaciones illi non suffragentur dum sti-  
pulatæ fuerant ad fauorem Vincentij, & eius hære-  
dum prout est Fulchus, qui ab intestato succedit ex  
supra adductis.*

10 Minus obstat, quod renunciatio quantumuis am-  
pla non excludat renunciantem à lucro sibi obuento  
ob transitum parentum ad secunda vota, & bene de-  
clarat Faber. in *C. lib. 5. tit. 5. de secund. nupt. diffinis. 15. n.  
7. Fontanell. de pactis nupt. claus. 5. gloss. 3. par. 4. nu. 40.  
& seqq.* qui alios refert, quia lucrum proueniens ex  
transitu ad secunda vota consistens in medietate vsuf-  
fructus non spectabat ad sorores renunciantes, sed ad  
Vincentium fratrem, ideo effectum fuit dictum lu-  
crum de hæreditate ipsius, cui dum expressè renun-  
ciarunt remanserunt inhabiles ad succedendum, &  
animaduertit Fontanel. *loc. cit. num. 44. in fin. Merlin.  
de legit. lib. 3. tit. 1. §. 21. num. 24.*

Demum non afficit, quod hodie Corinda filia Vir-  
ginis renunciantis ob præcedentiam matris veniat  
ex persona propria, ideo illi nullo modo obstat de-  
beret renunciatio materna, ex adductis per Grat. *di-  
scip. 785. num. 21.* quia non procedit † quando mater  
renunciavit excepta dote hoc enim casu renunciatio  
per ipsam facta nocet filiis quamuis ex propria per-  
sona, & mater decesserit antequam sit delata succes-  
sio, vt tradit Roman. in *l. qui superstitis, vol. 4. vers. quod  
limita, ff. de acquir. hered. Castr. consil. 419. in fin. versic. 4.  
principalis, Ruin. consil. 181. num. 7. Surd. consil. 335. nu.  
42. vers. seruo respondetur, & num. 43. Michalor. de fra-  
tribus, par. 3. cap. 12. num. 38. eoque magis dum renun-  
cians promissit pro se, & hæredibus, vt firmat Surd.  
*d. consil. 335. num. 40. & 41. Thesaur. iun. lib. 2. §. 90. nu. 5.  
Noal. de transmiss. consil. 73. nu. 5.**

Et ita, &c.

R. P. D. ROIAS.

Rauennaten. Hæreditatis.

Luna 21. Iunii 1649.

ARGVMENTVM.

Sorores vtrunque coniunctæ succedunt fratri  
ab intestato, exclusa sorore coniuncta ex al-  
tero latere tantum.

SYMMARIVM.

- 1 Sorores vtrunque coniunctæ succedere debent fratri ab  
intestato, exclusa sorore consanguinea.
- 2 Mater vocatur ad successionem filij cum vtrunque con-  
iunctis, exclusa coniuncta ex altero tantum latere.
- 3 Ablatiui important, & inducunt conditionem.
- 4 Fœmina per statum conditionaliter vocata venire non  
potest deficiente conditione.
- 5 Statutum excludens feminas, & vocans ad successionem  
proximiores agnatos masculos, cessat dum deficiunt  
Agnati.

DECISIO LI.

Ioannæ denegandam esse immisionem in posses-  
sionem bonorum hæreditarioem q. Io. Francisci  
Zabaroni iunioris resolutū fuit, eo quia ipsa vti soror  
consanguinea defuncti ab huiusmodi hæreditate ex-  
clusa remaneret ab aliis sororibus vtrunque coniu-  
ctis; † quæ superstitis succedere debent fratri ab inte-  
stato defuncto exclusa sorore consanguinea, iuxta dis-  
posita in auth. itaque, *C. commu. de success. §. vult autem  
auth. de consang. & vter. §. si igitur il 2. auth. de hered. ab  
intest. venient. Bart. in l. post consanguineos, §. legitime in  
princip. ff. de suis, & legitim. Cephal. consil. 323. num. 14.  
Mart. de success. legal. par. 2. quest. 1. art. 2. num. 3. vers. sed  
iste, Rot. decis. 107. num. 1. par. 5. & decis. 43. nu. 1. par. 7.  
recant. Quam à matre dicti Io. Francisci, † quæ ad suc-  
cessionem filij vocatur cum vtrunque coniunctis ex-  
clusa coniuncta ex altero tantum latere auth. defuncto,  
*C. ad Senat. Conf. Tertull. auth. cessante, & auth. post fra-  
tres, C. de legit. hered. Merlin. Pignatell. controu. cap. 32.  
num. 11. lib. 1. Rota decis. 219. num. 17. par. 6. recant. & d.  
decis. 43. num. 1. & 6. part. 7. recant. ac dictum fuit in Ro-  
mana successionis de Comitibus 23. Iunii 1642. coram Re-  
uerendiss. D. meo Decano.**

Nec huiusmodi dispositio Iuris communis deroga-  
ta fuit per statutum versus Rauennæ sub rub. 25. lib. 3.  
disponens, quod possessiones, quæ proueniunt ex par-  
te Patris cuiuslibet decedentis ab intestato deuenire  
debeant propinquioribus ex eadem patre Patris; ita-  
que hoc stante dicta Ioanna vti soror consanguinea  
admittenda esset ad successionem in bonis prouen-  
ientibus ex parte communis Patris.

Tum quia dictum statutum non loquitur simplici-  
ter, & absolutè, sed deficientibus ascendentibus, & de-  
ficientibus defuncti; prædicti enim † ablatiui abso-  
luti important, & inducunt conditionem *l. a Testato-  
re, ff. de condit. & demonstr. cum aliis latè cumulatim per  
Burat. decis. 696. num. 2. Vnde dum dicta conditio ces-  
sat extante matre defuncti, † Ioanna per statutum  
conditionaliter vocata venire non potest deficiente  
conditione, *Leedere diem, ff. de verb. significat. §. ex con-  
ditionali. Instit. de verb. obligat. ac plures alij in termi-  
nis huius statuti adducti per Paril. consil. 39. num. 31. &  
seqq. lib. 3.**

Tum etiam quia idem statutum vetus abrogatum, & correctum fuit per statutum nouum eiusdem Ciuitatis in cap. 123. lib. 5. vbi sancitum est, quæcumque statuta, decreta, prouisiones, ac reformationes in eo volumine non comprehensa, cassa, & irrita esse, ac pro cassis, ac annullatis pieno iure haberi; adeo ut si aliqua in dicto statuto decisa non essent, ea sub iuris communis dispositione remaneant. Et licet in eodem statuto nouo sub rubr. 13. lib. 3. canonizato per Rotam decis. 644. num. 1. par. 2. recent. excludatur mater defuncti ab illius successione fauore solum Agnatorum, iuxta sancita in rubr. 11. Quod possessiones, qua vocantur proximiores agnati masculi hæc tamen exclusio cessat in præsentidam deficient agnati, ad quorum fauorem restricta fuit, vt firmant Dec. consil. 318. num. 2. Angel. Aret. consil. 63. num. 9. Surd. consil. 83. num. 9. Rota decis. 59. num. 2. par. 1. & decis. 43. num. 14. par. 7. recent. ac resolutum fuit in Assisten. successione 14. Iunij 1630. coram Reuerendissimo Terracinen. S. non obstat statutum.

Et ita vnica tantum parte informante resolutum, &c.

R. P. D. ROIAS.

Aacula Hæreditatis.

Luna 14. Ianuarij 1650.

ARGUMENTVM.

Sorores vtrinque coniunctæ in successione fratris præferuntur fratri consanguineo de iure communi, non tamen stante iuris municipalis dispositione contraria; vel facta renunciatione à sororibus de bonis Paternis, Fraternalis, & Maternalis.

SVMMARIVM.

1. *Manutentio concedenda est possessori auctoritate iudicis vti, & rectè procedentis.*
2. *Sorores vtrinque coniunctæ in successione fratris, præferuntur fratri consanguineo.*
3. *Dispositio iuris communis cessat, stante vti municipalis dispositione.*
4. *Exceptio requirens altiore indaginem non admittitur in possessorio summarissimo, nec impedire potest immisionem, ac manutentionem.*
5. *Bona hereditaria per aditionem fiunt patrimonium hæreditis.*

DECISIO LII.

Inter DD. confirmando decisionem coram me factam sub die 7. Iunij præteriti resoluerunt, mandatum de manutenendo in possessione bonorum q. Vincentij Fulchi concessum per A. C. ad fauorem Fulchi fratris consanguinei transiisse in iudicatum, ex quo licet ab illo fuerit infra legitima tempora appellatum, dicta tamen appellatio non fuit infra legitima tempora prosequuta, per text. in cap. personas, & cap. tempus in Romana de appellat. clerici, sicut eodem tit. Alexan. consil. 164. num. 2. lib. 2. Cassad. decis. 6. nu. 8. de appellat. Rota decis. 11. ac decis. 69. vtrobique nu. 2. par. 6. recent. maximè cum A. C. in prædicta concessione validè, & iustè processerit; Et enim super validitate nulla cadit hæsitatio; Iustitia verò desumitur ex eo, quia dictus Fulchus ꝑ auctore prætoris ritè, & rectè procedente reperiebatur in possessione prædictorum bonorum, quo casu iure merito eidem concedenda erat manu-

tentio iustè possidet, vbi DD. ff. de acquir. possess. Rot. decis. 589. num. 7. par. 2. recent. ac par. 5. decis. 129. nu. 1. cum aliis adductis coram me in Romana Saluiani 18. Februarij 1647. & 15. Iunij 1648. ac in præterita decisione in principio.

Et licet denique exponeretur, prædictam immisionem concessam Fulcho, cuius vigore possessionem bonorum acquisiuit, fuisse notoriè iniustam; quia ꝑ dam dd. bona erant de hæreditate prædicti Vincentij ab intestato defuncti nullo modo super illis concedenda erat immissio Fulcho fratri consanguineo; sed potius illius sororibus vtrinque coniunctis, quæ in huiusmodi successione præferendæ erant, vt disponitur in auct. defuncto, C. ad Senat. Conf. Tertul. auct. cessante, C. de legit. hæred. auct. itaque, C. commun. de success. & dixit Rota Coram Duran. decis. 36. nu. 27. ac decis. 111. num. 9. & coram me in Rauennaten. hæreditatis 23. Ianuarij 1649. sub 3. nec refert, quod in fideicommissis, & 21. Iunij eiusdem anni in principio.

Nihilominus, vt in præterita decisione responsum fuit in præsentis casu ꝑ non applicatur hæc disputatio iuris communis, dum adest dispositio iuris municipalis Statuti Aculani lib. 1. sub cap. 5. vbi sancitum fuit, quod feminae dotatae vel à patre, vel à fratre, siue ex illorum bonis; exclusæ semper remanent ab eorum successione, adeo ut hæreditas dicti Vincentij deferenda sit ad Fulchum fratrem consanguineum exclusis sororibus vtrinque coniunctis, dictaque dispositio statutaria attendi debet, cum præualeat iuri communi in territorio statutum L. erroris populus ff. de iust. & iur. Cephal. consil. 291. num. 2. versic. cum statutum, & seq. Rota Bonon. diuers. decis. 1. num. 2. versic. nam vbi adest statutum, & Rota Romana decis. 36. num. 43. par. 5. recentior.

Nec releuat si dicatur, quod huiusmodi bona vti prouenientia ex linea materna comprehensa non sint sub dispositione dicti statuti, tum quia super hac questione adsunt diuersæ DD. opinioniones, ex relatis in præterita decis. sub 3. quoniam stante dispositione, versic. & licet inter scribentes, tum etiam quia in decreto immisionis, & manutentionis habita fuit sola mentio de bonis Vincentij; Quo circa ꝑ exceptio, quod illa proueniant ea materna hereditate vti requirens altiore indaginem, & sit exceptio facti dabit à summariissimo possessionis rejicienda erat, adeo ut illa nec impedire posset immisionem, ac manutentionem, nec illarum iustitiã lædere, vt aduertit Perlon. de adipisc. possess. num. 408. versic. feris erit si per Testes, Argel. eod. iur. quest. 2. num. 215. & seq. ac dixit Rota coram Seraph. decis. 271. sub num. 6. versic. nam etiam, ac decis. 187. nu. 5. versic. quæ omnia, cum seq. ac decis. 924. num. 11. & seq. par. 4. tom. 2. recent. ac in Romana consil. 22. Maij 1648. cor. Reuerendiss. Terracinen. & in eadem 17. Martij 1649. coram Reuerendiss. D. meo Dscano sub 3. fin. & in Hispanen. decimarum 26. Iunij 1649. sub 3. & quamuis contrariam circa fin. etiam R. P. D. meo Bichio.

Vltra, quod admissio etiam, quod bona controuersa proueniant ex hereditate materna; tamen dum Vincentius dictam hæreditatem adiuuit, desierunt esse bona maternas, ac effecta de illius patrimonio per l. sed si puberes ff. de vulg. & pupill. & l. fin. C. de inoff. test. ac in l. 1. §. veteris, vbi glos. in verb. per vnum, & communitar DD. ff. de acquir. possess. Alex. consil. 198. num. 8. lib. 6. Dec. consil. 31. col. fin. & consil. 230. col. 2. Gozzad. consil. 9. nu. 60. cum aliis adductis per Rolan. consil. 95. num. 44. li. 1. & per Rotam decis. 247. nu. 5. par. 3. recent. Itaque dum dd. bona ceteri debent ipsius Vincentij ultimi defuncti locum sibi vendicari dispositio prædicti statuti ad-

mittens ad illius successionem Fulchum consanguineum exclusis sororibus utrinque coniunctis. Concurrente praesertim amplissima renunciatione per dd. sorores facta de bonis paternis, maternis, & fraternis, quae quomodocumque, ac qualitercumque, tam ex testamento, quam ab intestato, ac alia quavis causa ipse praetendere possint ad favorem ipsius Vincentij, illiusque haeredum, à quo dotem receperunt ad formam materni praeccepti, ex adductis in praeterita decisione; Quapropter cum manutentio concessa fuerit in bonis eiusdem Vincentij, super quibus attentata dicta statutaria dispositione nulla cadit dubitatio, quin spectet ad Fulchum clara remanet iustitia decreti, tam immissionis, quam manutentionis.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. ROIAS.

Rauennaten. Haereditatis.

Luna 28. Martij 1650.

ARGUMENTVM.

Sorores utrinque coniunctae, & mater praesentur sorori consanguineae in bonis, tam paternis, quam maternis.

SVMMARIVM.

- 1 Sorores utrinque, coniunctae, & mater praesentur sorori consanguineae in omnibus bonis, tam paternis, quam maternis, & nu. 2.
- 2 Statutum Rauenna sub rubrica 25. lib. 3. declaratur.
- 3 Mater excluditur secundum dictum statutum à legitima extantibus fratribus, vel sororibus eiusdem Patris, & nu. 5.
- 4 Merum factum inspicitur in conditionibus voluntariis, licet iuris effectum non sortiatur.
- 5 Statutum nouum vetus corrigat.
- 6 Statutum, de quo hic, sufficit, quod confirmetur à Papa in forma communi, & quare, nu. 9.

DECISIO LIII.

- Cessante dispositione Statuti Rauennae sub rub. 25. lib. 3. ubi disponitur, quod possessiones, quae proueniunt ex parte Patris cuiuslibet decedentis ab intestato deuenire debeant propinquoibus ex eadem parte Patris: Et considerata dispositione iuris communis DD. denuo confirmando aliam decisionem coram me sub die 21. Ianij praeterita emanatam, dixerunt Ioannae denegandum esse immissionem in possessionem bonorum haereditariorum q. Io. Francisci Zabaroni ea ratione, quia ipsi & uti sorori consanguineae praesentendae sunt, tam aliae sorores utrinque coniunctae, quam mater dicti Io. Francisci, iuxta dispositionem, auth. itaque, C. comm. de success. §. vult autem, auth. de consang. & uer. in. §. si igitur il. 2. auth. de hered. ab intest. veniens. in un. auth. de fin. lo. Cod. ad Senat. Consul. Tertull. auth. cessante, & auth. post fratres, Cod. de legitim. hered. cum alijs late adductis in altera decis. in princ. Quod & locum sibi vendicat in omnibus bonis vndeunque peruentis, siue ex parte Patris, siue Matris nulla facta bonorum distinctione, à quo proueniant secundum Bald. & alios communiter in d. auth. itaque, C. comm. de success. & auth. post fratres, C. de legitim. hered. Alex. consil. 5. numer. 3. lib. 6. cum alijs relatis per Paris. consil. 59. num. 17. lib. 3.
- 1 Cessat itaque dispositio dicti statuti, quia illud lo-

quitur cum conditione dummodo aliqui non extant ascendentes, vel descendentes defuncti, quae tamen conditio verificari minimè potest in casu praesenti, in quo superstes remansit mater dicti Io. Francisci. Ideò praedictae Ioannae nullo modo suffragari potest dispositio statuti, ex quo conditio sub qua vocata est, non debet dici adimpleta, & purificata ob existentiam matris, ad text. in l. cadere diem, ff. de verb. signific. §. ex conditionali, insit. de verb. oblig. & notant Barr. & alij in l. 1. §. filium, ff. de honor. poss. contra tabul. & plures relati in terminis huius statuti per Paris. d. consil. 59. nu. 30. & 31.

- 4 Nec refert, quod mater in sequenti Capitulo dicti Statuti excludatur etiam à legitima extantibus fratribus, vel sororibus eiusdem Patris, quo stante dum illa succedere non potest; sed exclusa remaneat, operatur defectum conditionis; vt bene firmat Bar. in l. filiusfamilias, §. cum quis, nu. 2. vers. praedicta omnia, ff. de legat. 1. per text. in l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Sen. Conf. Rebel. l. 1. §. filium, ff. de honor. poss. con. tab. Menoch. consil. 48. num. 11. & dixit Rota decis. 267. num. 4. par. 2. recent.

- 5 Quoniam ad hoc vt supra dicta conditio non dicatur deficere & sufficit dumtaxat existentia matris, quamuis alias succedere nequeat, per text. in d. l. filiusfamilias, §. cum quis, ff. de leg. 1. Paul. de Cast. cons. 449. num. 3. lib. 1. Soccin. Sen. conf. 28. numer. 20. vers. sed & in casu nostro, lib. 4. in terminis Paris. d. consil. 59. num. 40. ac Menoch. de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 89. num. 105. vers. & hinc. & dixit Rota decis. 43. numer. 12. cum seq. part. 7. recent. ea ratione, & quia in conditionibus voluntariis merum factum inspicitur, licet iuris effectum non sortiatur l. qui heredi, & l. Mausiu, ff. de condit. & demonstr. itaut existentia matris non excludat d. Ioannam, sed defectum conditionis. Rip. in d. l. ex facto, §. ex facto, nu. 10. vers. & si dixeris ff. ad Senat. Conf. Rebel. & late explicat Mantica. de consec. vltim. volunt. lib. 11. tit. 6. n. 15. vers. verum his obiectis, ubi sub vers. neque officis, respondit auctoritatibus supra allegatis.

Et ex praedictis patet responsio ad decis. 1. Mohed. de success. ab intest. quia in ea nullum sit verbum de existentia matris, & sic nullatenus fuit considerata existentia Ascendentis, & consequenter defectus conditionis, vt in hoc casu.

- 7 Vterius dispositio praedicti statuti abrogata fuit per statutum nouum eiusdem Ciuitatis in cap. 123. li. 5. ubi annullantur, & reducuntur ad terminos iuris communis omnia in veteri statuto disposita, quae in nouo dicenda non essent, vt dictum fuit in praeterita decis. sub §. fin.
- 8 Nec dicatur, quod dictum statutum non sit attendendum, dum non fuit confirmatum in forma specifica à Sede Apostolica, sed solam à Cardinali Gallo Legato, qui non poterat constitutiones contrarias statutis à Papa approbatis confirmare, vt notat Bartol. in l. hocq; necessario, §. sed si que, ff. de offic. praes. praes. Roman. consil. 37. num. 2. & 3. & dictum fuit in Bonon. bonorum 4. Maij 1659. coram Reuerendiss. D. Terracinen.
- 9 Nam dum Paulus V. de anno 1605. omnia statuta, confirmationes, decreta, ac reformationes eiusdem Ciuitatis à praedicto Cardinali Legato factas generaliter confirmauit, & haec confirmatio, quamuis dicatur in forma communi, tamen videtur sufficere in casu praesenti, in quo dispositio veteris statuti reducitur ad ius commune, ad negata per Felin. in cap. que in Ecclesiarum num. 5. vers. an declarationem, de constit. l. in l. omnino, num. 10. C. de testam. Matiscott. variat. resolut. lib. 2. cap. 38. num. 4. Villadiego de legat. quest. 10. nu. 15. Rota decis. 84. num. 11. par. 7. recent. & dictum fuit in

Cam-



*Camerinen. domus 10. Decembris 1635. coram Merlino, & coram R. P. D. meo Bichio in Tiburtina hereditatis 24. Februarij 1644. Et ita utraque, &c.*

R. P. D. ZARATE.

Romana bonorum, seu vsusfructus.

Veneris 19. Ianuarij 1652.

ARGUMENTVM.

Alimenta, & expensas litis non tenetur quis subministrare sibi sanguine coniuncto, lite pendente super legato illis de familia, & sanguine relicto.

SVMMARIVM.

*Alimenta, & sumptus litis, ut præsentur, paupertas, & bonum ius simul concurrere debent.*

*Pauper dici non potest, qui ex domus redditu, & ex artificio secundum suam conditionem vivere potest.*

*Paupertas non censetur sufficienter probata, quando quis potest operando aliquid lucrari.*

*Bonum ius non iustificatur ex sententia fauorabili, vel ex decisionibus, quas quis pro se habet, num. 5.*

*Dispositio testatoris interpretationem recipit ex alterius declaratione facta etiam absque iuramento, declarata, ut num. 7.*

*Ad declarandam voluntatem testatoris sufficiunt duo testes, qui fuerunt presentes.*

*Testator, sub generalis vocatione consanguineorum, non supponitur comprehendere voluisse consanguineos sibi odiosos.*

*Testatoris mens, & intentio frustrari non debet.*

DECISIO LIV.

**E**dita decisione in hac causa die 4. Maij 1646. coram bo. me. Arguelles, quæ declarationem Patris Probi in testamento Adriani Commissam, ad mentem, & voluntatem Testatoris reduxit, exprimendo dimidiam partem vsusfructus relicti Patri Probo assignari debere pro collocandis Virginibus Familæ, cum in sua dispositione suum sanguinem commendasset. Nunc Franciscus Coppa Testatoris frater Patruelis, Catherinam suam filiam tanquam de familia, & sanguine sub hoc legato comprehensam contendit: sub prætextu verò, quod gestate, & inopia laboret, & quod ipsi bonum ius suffragetur interim pro alimentis, & litis expensis insitit, quare præsertim dubium proposui. An, & ad quam summam debeantur alimenta, & sumptus litis, & neutrum deberi Domini responderunt.

Deficiunt siquidem duo necessaria requisita, ut alimenta, & sumptus litis præsentur, paupertas scilicet, & bonum ius, quæ simul ad hunc effectum concurrere debent, iuxta text. in l. si Insitima 27. §. de inoff. test. vbi glol. & Faber, ff. de inoff. test. l. fin. §. ei, & §. cum sitales, C. de ordin. cognat. l. penult. ff. ut in poss. leg. Rota coram Card. Seraph. decis. 426. nu. 1. decis. 617. nu. 6. par. 4. tom. 3. recent. in Anconitana alimentorum 4. Iunij 1646. in princ. coram bo. me. Arguelles.

Paupertas etenim Francisci non satis iustificatur, cum è conuerso dicatur domum possidere, & sororem

esse Calceorum, quare ¶ pauper dici non potest, cum ex dictæ domus redditu, & ex artificio secundum suam conditionem vivere possit, glol. in l. si quis argentum, C. de donat. Add ad Barr. in l. spadonem, §. est autem, nu. 1. ff. de excus. iur. Leoncil. de privileg. paup. par. 1. quest. 3. numero 45. Ad effectum enim consequendi alimenta, ¶ non censetur paupertas sufficienter iustificata, quando quis potest operando aliquid lucrari, Leoncil. vbi proximè num. 61. Sard. de alim. lit. 7. quest. 6. nu. 1. cum segg. Rot. coram Barrat. decis. 41. nu. 7. & in annot. ad d. decis. 617. nu. 112. par. 4. tom. 3. recent.

Neque enim sufficeret paupertas quandoquidem; nec bonum ius ex parte Francisci, & eius filie iustificatur, vel ex sententia fauorabili, iuxta tradita per Co. uat. præll. quest. cap. 6. nu. 6. Rot. decis. 250. nu. 2. par. 1. & in allegata decis. 617. nu. 8. par. 4. tom. 3. recent. vbi late in adnot. nu. 123. ¶ vel etiam ex decisionibus, quas pro se habeant, quæ boni juris præsumptionem inducent, Rot. decis. 34. nu. 3. par. 7. recent. & coram sancto. Greg. XV. decis. 524. nu. 3. & in dicta Anconitana alimentorum, 4. Iunij 1646. §. præsumptio etiam coram bon. mem. Arguelles.

Ex dispositione verò Testatoris suum sanguinem commendantis, talis præsumptio desumi non potest, nam illa ¶ ex declaratione Patris Probi interpretationem recipit, quæ licet lite pendente absque iuramento facta fuerit, prout alias requiritur, ex traditis per DD. in l. Theopompus. ff. de dote præleg. Et omissa distinctione, quod Pater Probus assumptus fuerit tanquam Testis voluntatis Testatoris, vel tanquam arbitrator

¶ quo casu non est necessarium iuramentum, ut distinxit Barr. in d. l. Theopompus, nu. 7. Afflicti. decis. 371. numero 6. & 7. Rota Romana legatorum 27. Maij 1639. coram clar. me. Card. Verospio. Certum est, quod in præfenti hac declaratio Patris Probi fidem meretur uti roborata ex depositione duorum Testium pro Antonio examinatorum, ut in eius Sum. nu. 3. & 4. Ex quibus constat Testatorem in actu testandi nusquam fecisse mentionem de aliis consanguineis, quam de Antonio, eiusque sororibus, quodque proximus morti dictas sorores Margaritam, & Agnetem nuncupatas commendauit Patri Probo. Ex istis enim depositionibus voluntas Testatoris declaratur, atque illa verba Patri Probo directæ, *Raccamandandoli sempre il sud sangue*, referti debere ad sorores Antonij, ad quam

¶ voluntatem declarandam benè sufficiunt duo Testes, qui fuerunt presentes, licet satis non essent ad probandam ex integro voluntatem, Sord. conf. 119. nu. 19. Hond. conf. 31. nu. 79. & segg. lib. 2. Ioan. Franc. à Ponte consil. 63. n. 9. & seg. lib. 1. Cances. var. resol. par. 3. cap. 20. nu. 408. & seg. Rot. decis. 761. nu. 13. par. 2. recent. Carpentorat. heredit. 28. Iunij 1647. §. secundo quia coram R. P. Damo Bichio, & in Pisaurin. iocalium, 22. Iunij 1648. §. Et prædicti Testibus, versic. & in firrioribus terminis coram bo. me. Arguelles. Maxime cum sint contestes, & deponant de eisdem verbis à Testatore prolatis, eaque fuisse emissa pluribus personis presentibus, quamuis se ad inuicem non nominent, Gratian. dicepi. forens. cap. 948. nu. 23. Et quamuis singulatas essent, nihilominus probarent, ex doctrina Casti. consil. 395. nu. 1. vers. isti quidem Testes postmod. lib. 1. Rot. coram Card. Seraph. decis. 1302. nu. 1. & decis. 765. nu. 7. par. 2. recent. in allegata Pisaurin. iocalium eodem §. & prædictis coram bon. mem. Arguelles.

Vnde non solum prædictum Antonium, & eius sorores appetat, verum etiam alios consanguineos non ita acceptos, atque aliquo modo odiosos Testatori fuisse, ut iidem Testes deponunt, quare ¶ non præ-

fumitur, quod sub illa commendatione generali sui sanguinis voluisset Testator ceteros contanguineos comprehendere, vt probauit Socin. *Sen. in l. vltim. §. cum quidam col. 1. ff. de reb. dub. Fufar. de subst. quast. 317. num. 10. Molin. lib. 1. de primog. cap. 9. num. 13. Surd. decis. 41. num. 1. Et consequenter, quamuis facultas eligendi ex consanguineis Patri Probo relicta fuisset, non possit eligere Franciscum, qui Testatori erat odiosus.*

Stante verò decif. bo. mem. Arguelles assignante dimidiam partem vsusfructus Patri Probo pro suffragio Animæ Testatoris, & pro collocandis Virginibus, nullo iure Franciscus in alimenta sui, & familiaris ipsius conuertendam partem vsusfructus tanquam in alienam causam prætereendere potest, nam ¶ mens, & intentio Testatoris frustraretur contra text. in §. disponat. *Auth. de nupt. Rot. decis. 17. num. 6. par. 6. recent.*  
Atque ita vtraque parte, &c.

R. P. D. BICHIO.

Bononien. Hæreditatis.

Veneris 18. Iunij 1652.

ARGUMENTVM

Fratri succedunt frater, & soror in capita de iure communi. Clericus an comprehendatur in statuti conditis à Laicis.

SVMMARIVM.

- 1 Fratri succedunt frater, & soror in capita de iure communi.
- 2 Succedentibus ab intestato competit interdictum, quorum bonorum.
- 3 Statutum præferens fratrem sorori in successione non habet locum in hereditate Clerici, & de ratione, num. 4. amplius vt num. 5.
- 6 Bona patrimonialia superueniente Clericatu exant de potestate Laicorum.
- 7 Statuti exclusi effectus confertur ad tempus mortis tantum.
- 8 Statuta Bononia sunt confirmata à Papa verbis tam amplis, vt noua legis vim confirmatio habere videatur.
- 9 In statuto nisi sit expressa mentio de Clericis, eorumque bonis non censetur, statuentes voluisse illa comprehendere.
- 10 Confirmatio statuti non supplet defectum voluntatis, nec illud extendit ad ea, qua in eo non includuntur.
- 11 Confirmatio statuti licet vim habeat noua legis, tamen operari non potest contra voluntatem legislatoris.

DECISIO LV.

Valeriaz Catanzæ, eiusque cessionariis decifum hodie fuit dandam esse immiffionem in medietate bonorum hæreditatorum Bernardini Catanei fratris ab intestato superstitibus tum dicta Valeria sorore, tum Bartholomæo fratre defuncti, nam ¶ fratri succedunt in capita frater, & soror ex dispositione iuris communis in §. 1. *Auth. de hered. ab intest. in Auth. cessante, Cod. legis. hered. cum aliis allegatis in Auxinnana prædij 28. Iunij 1646. §. fin. coram me, & ¶ succedentibus ab intestato competit interdictum quorum bonorum, Menoch. de adipisc. remed. 1. num. 33. & seqq. & in his terminis Baratt. decis. 262. num. 10. decis. 309. num. 21.*

Nec obstat statutum Bononia, lib. 4. de successione. *Ascenden. & Collater. §. dieli vere fratres*, præterens fratrem sorori in successione communi fratris prædefuncti, quia ¶ statuta huiusmodi à laicis condita hæreditate Clerici qualem fuisse Bernardinum, probant testes dati in Summ. Valeriaz, non habere locum Rota censuit articulo maturè discussio, & omnibus contrariis reje&is in *Rauennaten. hereditatis 5. Iunij 1648. coram Eminentissimo D. Card. Ottobono*, vbi allegantur innumeri concordantes, & affectat solidissima ratio, quod ¶ scilicet hisce statutis nullo modo comprehendendi potest illud, de quo in specie statui, atque disponi à statuentibus non potuit; laici verò non possunt in specie statuere de personis Ecclesiasticis, neque de eorum bonis directè, aut indirectè, quia illorum iurisdictioni non subiunt, *capit. Ecclesia Sancta Maria de const. cap. decernimus, de iudic. cap. fin. de vit. & honest. Cleric. cap. 1. de immunit. Eccles.*

Quæ ratio militat, siue statutum dirigat verba in personam defuncti, siue disponat tantum de eius bonis, siue agatur de bonis quæ sitis ante, vel post Clericatum; sen per enim decif. subiectio bonorum iurisdictioni statuentium, quæ sola sufficit ne statuto exclusiuo fæminarum sit locus, vt sequendo doctrinam, *Bar. in l. 1. num. 32. & 33. Cod. Summ. Trinit. & fid. ca. 1b. sepius dictam fuit in decisionibus relatis à san. mem. Greg. XV. decis. 255. num. 1. & seqq. ibique adden. num. 7. à Baratt. decis. 188. num. 2. & ab add. ibidem num. 14. ac decis. 262. num. 13. Et ¶ superueniente Clericatu etiam bona patrimonialia antea quæ sita exeunt de potestate laicorum, *Imol. consil. 55. num. 7. Honded. de communi cons. 3. nu. 12. lib. 1. Lancell. Gallia cons. 59. num. 14. aliique relati à modern. Pedemontano disquisit. Clerical. par. 1. tit. de exempt. cleric. & eor. bonor. §. 5. num. 6. attendique debet solum ¶ tempus mortis in quod statuti exclusiuus effectus confertur, Salyc. in auth. c. §. num. 14. C. de sacros. Eccles. Dec. in cap. Ecclesia S. Maria num. 207. num. 212. & seq. de consil. Abb. ibid. num. 25. Anchar. consil. 107. num. 2. consil. 108. nu. 1. & 2. aliique plures quos in terminis statuti exclusiuus fæminarum secuta est, Rota in *Tudertina successione 19. Maij proximi præteritis coram R. P. D. meo Melisso*, & magis in puncto, *Modern. Neapolitanus de iurisdictione par. 4. cas. 5. num. 15. Modern. Manicalciatenus ad Bull. Cena Domini lib. 2. can. 15. quast. 17. num. 27. Reuerendissimus Episcopus Eugubinus decis. furi Eccles. 11. num. 14. & 21.***

Nihil suffragante, quod Statuta Bononia confirmata fuerint à Sede Apostolica in forma specifica verbis tam amplis, vt nouæ legis vim ipsa confirmatio habere videatur, vt ponderatum fuit in *decif. 438. nu. 54 & seqq. par. 4. tom. 2. recent. relata in Bononien. bonorum 17. Martij 1649 §. gratis vero in fin. coram me*; quia id esset momenti si statutum eliminaretur à successione Clerici ex defectu dumtaxat potestatis statuentium; hunc enim defectum dicta confirmatio substitulisset: verum vrget vl etius defectus voluntatis, quia nempe ¶ nisi in statuto fiat expressa mentio de Clericis, eorumque bonis, vel adsint verba vniuersalia apta Clericos includere, statuentes non censetur voluisse illa comprehendere, *Honded. cons. 10. num. 6. vers. sed etiam, & sub num. 7. vers. qua conclusio lib. 2. & aliis allegatis aduertit, Rota in Romana doct. 11. Februarij 1647. §. addebant coram me*. Hunc autem ¶ voluntatis defectum confirmatio quamuis in forma specifica non supplet, cum natura confirmationis sit robur addere confirmato, non autem illud ad ea, quæ in confirmato non includuntur extendere, *cap. 1. & 2. de confirmat.*

*firmat. util. vel inutil. Decius in l. more, num. 31. ff. de iurisd. omni. iud. c. Bero. conf. 7. num. 37. lib. 3. Menoch. conf. 75. num. 32. Rota in Romana scutorum quatuor millium 26. Novembris 1618. coram clar. memor. Cocchino decif. 604. nu. 1. par. 4. recent. & in puncto statuti confirmati à Sede Apostolica, decif. 58. num. 29. & 30. par. 6. recent. in Spalatana bonorum 13. Aprilis 1646. §. Cum in ea coram Eminentiff. D. Card. Corrado, in d. Ravensaten. hereditatis, §. neque suffragatur, ibi, nec in statuto facta esset expressa mentio Clericorum coram eminentissimo D. Card. Ottobono, & in d. Tudertina successione coram R. P. D. meo Marlino, quæ loquitur in terminis confirmationis ex certa scientia amplissimis clausulis conceptæ.*

11 *Et facilius attentis præcis verbis confirmationis Iulij II. ibi, dummodo contra libertatem Ecclesiasticam non sint, quibus ille Pontifex satis declaravit non intellexisse aliquid disponere contra Clericos, & libertatem Ecclesiasticam, quæ etiam in exemptione bonorum Clericorum à Iurisdictione laicali consistit; unde viget quoque defectus voluntatis confirmantis, & esto quod confirmatio vim haberet novæ legis, operari non potest contra voluntatem legislatoris, vt per Bart. in l. Iulianus verum debitorem, num. 15. ff. de iud. indeb. Dec. conf. 43. num. 4. Buratt. decif. 52. numer. 5. aut egredi terminos confirmati, cui famulatur, Cassad. decif. 1. num. 2. de confirmat. util. vel inutil. quem cum aliis ibi allegatis refert, & sequitur, Rota decif. 176. num. 36. par. 5. rec.*

Et ita decifum vtraque parte informante.

R. P. D. BICHIO.

Bononien. successionis de Zanis.

Mercurij 9. Decembris 1654.

ARGUMENTVM.

Egressus è Religione an succedat, si ante ingressum Renunciationem fecerat; & An Moniales subiaceant statuto Laicorum femininarum exclusiuo propter masculos.

S V M M A R I V M.

- 1 *Egressus è Religione non est licitus siue iusta causa, & aliter dimissus non liberatur à nexu Religionis, num. 2.*
- 3 *E Religione non dicitur exire, qui exit animo redeundi.*
- 4 *Afferenti Patri Generalis Religionis fides est adhibenda.*
- 5 *Probationes Actoris, nec suffragantur, satis est dubios reddere.*
- 6 *Votum Religiosi, nisi sit cognitum, & acceptatum à Superiore, non obligat ad redeundum in Religionem.*
- 7 *Factum solum sufficit ad purificandam conditionem patris resoluti.*
- 8 *Votis Religionis probatio coadjuvatur, si Religiosus curaverit absolutionem de non regrediendo in Religionem.*
- 9 *Proximioritas gradus præfert sororem patrui in successione intestata fratris.*
- 10 *Statutum femininarum exclusiuum non suffragatur in præiudicium Monialium, & Monasterij, & quare, num. 11. 12. 13. & 19. intellige, vt num. 15. & 18. Contraria opinio, & iura rejiciuntur, nu. 21.*
- 14 *Statutum præferens primogenitum secundogenito locum habet etiam si secundogenitus postea Clericus efficiatur.*
- 16 *Differentia iuris successione à iure primogenitura traditur.*

Decif. Sac. R. R. De Fratribus.

- 17 *Habilitatem in persona succedere volenti non metimur à tempore antecedenti, sed dumtaxat delata successione.*
- 20 *Statutum femininarum exclusiuum non habet locum in successione Clerici.*
- 22 *Confirmatio Apostolica statuti intelligitur, dummodo contra libertatem Ecclesiasticam non tendat.*
- 23 *Statutum excludens Moniales tendit contra libertatem Ecclesie, & de rationibus, infringit præiudicium Ecclesie, num. 24.*
- 25 *Laici non est fauendum cum laesione immunitatis Ecclesiasticæ.*
- 26 *Statutum locum habet ab intestato dumtaxat, nec tollit libertatem testandi.*
- 27 *Monialis renunciatio ad ingressum religionis tollit omnem præiudicium Laicis circa successiones.*

DECISIO LVI.

**C**ensuerat Rota sub die 17. Maij 1641. immisso-  
nem in possessionem bonorum hereditariarum  
Comitis Angeli de Zanis non esse dandam Fabronie,  
siue Monasterio Monialium Sanctissimæ Trinitatis  
in quo professa erat, sed Carolo defuncti nepoti, licet  
illa tanquam Sotor Germana proximior esset defun-  
cto, & Carolus ingressus Religionem Societatis I.E.  
S.V. quibuscunque hereditatibus renunciasset, & in  
eadem Societate tria vota, quæ simplicia vocant, emi-  
sisset, quia concursus Sororis tollit statutum Bono-  
niæ exclusiuum femininarum propter masculos sub ru-  
br. de success. ascenden. & Collater. §. d. verò Fratres;  
quod fauet etiam masculis legitimatis qualis erat Ca-  
rolus; missio autem trium votorum simplicium jux-  
ta Constitutiones Societatis Iesu non resistit acquisi-  
tioni tam ex testamento, quam ab intestato ad nutum  
Superioris, eo minus postquam Carolus cum licentia  
Patris Generalis fuerat è Religione egressus; Vnde  
etiam emanat ipsa renunciatio cum esset concepta  
sub expresso pacto resolutiuo in casu egressus è Reli-  
gione, vt latius hæc omnia comprobantur in decisio-  
ne edita coram me dicta die, & anno 1641.

Quam partes approbarunt mediante transactione  
paulo post inita, & ferè hæc entus obseruata, cuius effe-  
ctus extinctiuus litis cum fuerit nuper euacuatus spe-  
ciali rescripto Sanctiss. D. Nostri emissio in plena Si-  
gnatura Gratiz, Monasterium præfatarum Monia-  
lium, vna cum Co. Carolo Antonio Zano primam li-  
tem, etiam vigore novæ commissionis prosequendo,  
duo, vt à decius recederetur, objecit, nempe pactum  
resolutiuum supra memoratæ renunciationis non fuisse  
purificatum per egressum Caroli è Societate Iesu,  
& Moniales non subiacerent statuto exclusiuo femina-  
rum propter masculos.

Primum objectum eduxit, negando egressum Ca-  
roli fuisse licitum, † quia nulla concurrebat ex causis  
ad hunc effectum requisitis, & enumeratis à Castro-  
pal. oper. moral. tom. 1. disput. 4. punct. 10. num. 7. & seqq.  
2 *qui num. 9. subdit † aliter dimissum non liberat à nexu  
Religionis, Sanchez ad præcept. decal. lib. 6. cap. 9. n. 66.  
Suarez, de Relig. tom. 4. lib. 3. cap. 9. numer. 11. & seqq.  
necnon asserendo Carolum tempore egressus vovisse  
coram Patre Provinciali reditum ad Religionem sta-  
tim ac negotia quædam temporalia, ob quæ egredie-  
batur complevisset, & sic egressum fuisse simulatum  
sub colorato prætextu utilitatis, neque exinde purifi-  
catam conditionem adjectam pacto resolutiuo re-  
nunciationis, quia † non dicitur exire, qui exit animo  
redeundi, quid sit fugitium, ff. de edict. dicit. Bald. in l. 1.  
num. 17. Cod. de ser. fugit. Gonz. super reg. 8. Causæ cl. Passi*

43. num. 5. & seqq. Rot. coram san. memor. Gregor. XV. decis. 70. num. 5.

Verum informantes pro Collegio respondebant de  
4 iustis causis egressus constare ¶ ex assertione Patris  
Generalis, cui iuxta suas facultates adhibenda est fides,  
Sanch. d. lib. 6. cap. 9. nu. 62. & seqq. Suar. de relig. d.  
lib. 3. cap. 9. num. 15. in princ. Castrop. d. punct. 20. num. 8.  
assertam autem votum redeundi non probari scripturis  
informibus in id productis, eo minus pugnantibus  
hinc inde testibus, & concurrente contrario facto  
decennalis, perseverantiae Caroli in saeculo, in quo  
obit, declarato sapissimè animo ducendi uxorem,  
adeoque fidenter de susceptione liberorum, vt ex se  
nascituros in ultimis tabulis mortis proximis hæredes  
5 instituerit, ¶ satisque est dubias reddere probationes  
actoris ne suffragentur, cap. in presentia de probat.  
Castri. in l. penult. §. docere, num. 45. ff. ne quis eum, Dec.  
consil. 37. sub num. 9. cum aliis allegatis in Asten. Coad-  
iutoria 21. Junij 1652. coram R. P. D. meo Celso.

Nec idem votum (esto quod probaretur) releuaret,  
6 nisi ¶ cognitum, & acceptatum fuerit à Superiore suf-  
ficienti ad hoc potestate suffulto; nam alioquin non  
obligaret ad redeundum; quippe obligatio, quam in-  
ter Religionem, & Religiosum vota simplicia pepe-  
rerant non suspensa, sed omnino sublata semel ex  
vtrialque libero consensu reuiuiscere præcisè, & ar-  
ctate ad ingressum non potuit, nisi utroque iterum  
consentiente, vt. distinguendo inter votum Religio-  
nis in vniuersum, & aliquius Relig. onis determinatæ,  
probat D. Thomas in 2. 2. qn. 189. art. 7. in respon-  
sione ad 2. & ibidem Caietanus versicul. ad hoc dicitur,  
Azor. Inst. moral. par. 1. lib. 11. cap. 23. quest. 5. Castropo.  
oper. moral. tom. 3. tract. 16. disp. 1. punct. 3. nu. 10. & seqq.  
Sanch. in precept. Decal. lib. 4. cap. 15. num. 28.

Vt propterea fieri semper oporteat constare de ve-  
7 ro egressu, tam de iure, quam de facto, licet ¶ ad puri-  
ficandam conditionem pacti resolutioni solum factam  
sufficeret, l. Menius, ff. de cond. & demonst. l. filius fami-  
liar. §. cum quis rogatus, ff. de leg. 1. Castren. in l. si maritus,  
§. 1. num. 2. ff. solut. matrim. Rot. in Romana fideicommissi  
de Sorotis 22. Maij 1643. coram Reuerend. ff. D. Episco-  
po Salamantino, quamvis modico tempore durasset, l.  
si quis hæredum, C. instit. & subst. Rota coram san. me.  
Greg. XV. decis. 5. num. 10. aliique relati ab Altograd.  
consil. 54. num. 100. consil. 60. num. 1. & 4. lib. 1. & in pun-  
cto Moder. Placentinus, e Societate Iesu in Manual.  
Regular. tract. 1. cap. 9. num. 62. quest. 30. & num. 63.

Replicabant informantes pro Monasterio, scriptu-  
ras ad probandum votum productas esse in forma  
8 probanti, coadiuvari, ex quo Carolus vinens ¶ curauit  
absolutionem à voto regrediendi ad Religionem ani-  
mo post absolutionem ducendi uxorem, idemque  
probari posse coniecturis, neque testes esse discordes.

His, & aliis diligenter ponderatis concordia non  
fuerunt super hoc objecto suffragia Dominorum, &  
9 ex solo secundo capite proximioritatis gradus ¶ præ-  
ferente sororem patris in successione intestata fratris  
l. consanguinitatis, C. legit. hæred. §. si quis de functo il 2.  
10 Aub. de hæred. ab intest. recessum fuit à decis. ¶ non  
suffragante statuto exclusiuo feminarum in præjudi-  
cium Monialium, & Monasterij, etiam si longè post il-  
lud conditum Soror Monasticam professio-  
nem emiseric, vt enim statutum laicorum officiat per-  
sonas Ecclesiasticas emanasse ab publicam utilitatem,  
& honestum, ac favorabile esse, quale cõsenti statutum  
exculiuum, dixit Rota in Spoletana successione 19. Junij  
11 1651. coram R. P. D. meo Celso, non sufficit cum ¶ sem-  
per deficiat potestas, immo, & voluntas statuentium

in Ecclesiasticos copulatiuè necessaria, Dec. in cap. Ec-  
clesia Sancta Maria num. 186. & 187. de const. Gritz. de  
ult. fin. num. 159. in fin. ver sic. nec obstat ratio. Sord. consil.  
301. num. 18. Ambrosin. de summi. Eccles. cap. 121. num.  
12 13. & seqq. usque ad 29. & proinde nec dici potest ¶ sub-  
latum à statuto ius commune quo ad successionem,  
ita vt hæreditas non deferatur amplius iure commu-  
ni, sed municipali, vt ratiocinatur Cõst. consil. 304. col.  
13 penult. lib. 1. quia hoc ¶ non militat, nisi quo ad perso-  
nas laicas, quas statuentes voluerunt, & potuerunt ex-  
cludere, vt in specie respondet Albertus Brun super  
statut. extan. masc. art. 6. num. 47. quodque dicit, iura ci-  
uilia ligare Clericos, vbi ius Canonicum aliter non di-  
sponit, procedit ab expressa approbatione Papæ relata  
in c. 1. de iuram. calum. in c. 1. de oper. nou. nunc. c. vt in-  
quisitionis de hæret. in 6. quæ non porrigitur ad leges  
potestatas, & multo minus ad statuta, vt distinguen-  
do inter ius civile Romanorum, & statuta, tradit Ho-  
stiensis in cap. fin. nu. 11. de solut. quem sequitur Rebuff.  
in Const. Reg. tom. 1. in precept. gles. in num. 62. & 72. Cott. in  
mem. verb. Clericis legantur, ver. sed. ita. deberent; vbi ait  
hoc esse illud dictum Sord. d. consil. 300. num. 31. Valq.  
de success. tom. 1. lib. 3. §. 26. num. 71.

Prout neque releuat, quod mulier ante ingressum  
in Monasterium fuit subiecta potestati statuentium,  
& propterea ex tunc statutum iniecit vinculum ex-  
clusionis, quod per ingressum in Religionem non dis-  
solutum, ob quam rationem habemus in simili, quod  
14 ¶ statutum præterens primogenitum secundogenito  
locum habet etiam si secundogenitus secunda Clericus  
efficiatur, Abb. in cap. quod Clericus, nu. 39. & 40. de for.  
compet. Azor. in st. moral. par. 1. lib. 5. cap. 13. quest. 8. ver.  
item solet, aliique relati à Carol. de Grass. de effect. Cle-  
ric. effect. 2. num. 122. & 123. & num. 169. cum 2. seqq.

Nam objectum videret, si ante ingressum fuisset  
hæreditas delata, alias si statuti verba diriguntur in  
tempus delatæ successionis, nullum antea fuisse vincu-  
lum iniectum colligitur; et ex verbis in illud tempus  
collatis, qualia esse verba initio statuti Bononiensis  
apposita, vbi, si quis intestatus decesserit, &c. notant infra  
allegandi, tum ex eo, quod antea effectum non erat,  
aut applicabilis exclusio, cum ad successionem Fra-  
tris videntis Soroti nullum ius competeret nec re, nec  
spe probabili, Batt. in l. qui Roma, §. duo fratres, num. 3.  
& 4. ff. de verb. oblig. Rip. in l. 1. num. 25. C. pact. Bextaz.  
consil. civil. 57. nu. 4. & seqq. Cephal. consil. 526. num. 71.

16 & seqq. & in hoc ¶ dicitur ius successionis à iure pri-  
mogenituræ, quod ex die natiuitatis, etiam in vita Pa-  
tris, quia à Patre aliter disponi non potest, dicitur sal-  
tem spe quaeritum, Mandel. consil. 525. sub num. 19. Ti-  
taquel. de iure primogenituræ quest. 23. num. 14. ac trans-  
missibile, Molin. de primogen. lib. 3. cap. 6. num. 36. & 37.  
Gtavian. discept. 456. num. 80. & 81. Cytac. controuerf.  
23. num. 34. Giub. de success. feud. cap. 118. §. 2. glof. 6. num.  
27. Matth. ad leg. Fleissan. lib. 5. tit. 7. glof. 5. num. 6. Rot. in  
Ariminen. secundogen. 18. Maij proximi præteriti, §. non  
assento coram me. Tunc tertio, quia regulate est, quod  
17 ¶ potentiam, seu habilitatem in persona succedere  
volentis non metimur à tempore antecedenti, sed  
dumtaxat delatæ successionis, Bald. in l. 2. C. iur. emphit.  
Menoch. consil. 220. num. 127. Peregr. consil. 33. sub num.  
22. lib. 2. Valer. consil. 83. num. 31.

Adeo quod, quicquid sit in terminis primoge-  
niture, vel statuti excludentis simpliciter feminas pro-  
pter masculos, absque verbis in tempus mortis dire-  
ctis, in quibus terminis loquuntur plerique contrariæ  
opinionis sectatores, & signanter Bursat. consil. 93. nu-  
mero 39. Cancr. var. resol. tom. 3. cap. 11. num. 197. alii-  
que

querelari à Modern. *Pedem. disquisit. Cler. par. 1. tit. de exemp. Cleric. à stat. §. 5. num. 23.* à Moder Neapolit. *de Immunit. Eccles. cap. 8. dub. 11. sect. 4. numer. 5.* Carol. de Grass. *supra cit. effect. 1. num. 12. in fin. & num. 269.* Celsat proflus ꝛ ratio vinculi iniecti ante monachatum in terminis statuti in tempus delatæ hereditatis concepti, & per consequens ex defectu potestatis laicalis non excluditur, quæ tempore mortis, ac delatæ successione Monialis, est vt originaliter tradit in puncto *Salic. in Auth. Cassa 14. C. Sacrosan. Eccles. Ruin. conf. 200. num. 8. & 9. lib. 2. Roland. consil. 57. num. 29.* vbi benè distinguit inter ingressum Monasterium ante, vel post delatam hereditatem, & subdit, quod si attendenda esset præcedens iniectio vinculi, semper Clerici subicerentur statutis laicalibus, quia laici nati fuerant *lib. 2. Ceph. consil. 95. num. 14. & seqq.* vbi respondendo contrariis ait Socinum, Decium, & alios intelligi non posse de statuto, quod suam effectum confert in tempus successione delatæ, quia cum illud ante, nec feminam excludat, nec masculum includat, dici nequit iniectisse vinculum exclusionis, neque sibi contrarium in *consil. 146. num. 16.* quia ibi loquitur de statuto excludere simpliciter feminas propter masculos, sic etiam Mart. *de iuris. par. 5. cas. 5. num. 1.* qui sibi contrarius non est, in *consil. 118. num. 15.* quia eo casu statutum simpliciter excluderat, *Surd. decis. 10. num. 8.* Sperell. *decision. 11. nu. 20. & seqq.* vbi latè comprobatur, & hanc communem, & magis veram opinionem ait, eandemque opinionem favore Monialis amplexa fuit, Rota in *Spaletana Bonorum 13. Aprilis 1646. 3. visa fuit,* vbi signanter ꝛ ponderatur defectus potestatis, & voluntatis statutum, & dicitur hæc opinio verior, atque tenenda, quicquid alij senserint, quorum rationes verè non subsistunt, *coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Corrado in Tudertina Successione 29. Maij 1632. per tot. coram R. P. D. meo Meltio, & favore clerici, in Ravenaten. hereditatis 5. Junij 1648. coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Orthobono in Bononien. Hereditatis 28. Junij 1652. coram me, & in eadem 30. Maij 1653. coram eodem Domino meo Meltio, vbi, & ꝛ si agatur de successione passiva Clerici, idem militat ibi ponderatus potestatis, ac voluntatis defectus in successione activa, ex allegatis per add. ad *Surd. d. decis. 10. num. 4. Mart. conf. 18. sub num. 16. vers. quia in iura.**

21 Neque contrarium aliquando sensit Rota, nam decisionem Antonij Augustini expressam inter *decif. Putei decis. 99. lib. 3. in antiq. mendosam esse, & in nouiter impressis exemplatis, ex ipso originali manu Putei conscripto non repetiri monemur in Montisfulfici fideicommissi 16. Decembris 1629. coram clar. memor. Cocchino Decano relata à Moderno postulat. de iur. Abbatis. decis. 29. sub num. 5. vers. attamen, decis. 1. Bisign. de consuetud. ait, quod per tres sententias conclusum fuerat contra feminam, quæ nusquam fuit Monialis vocata, aut naminata, & quod postea de hoc fuit in Cancellaria questio, quam non dicit fuisse resolutam. In *Ciuitatis Castellis legitima 15. Martij 1604. coram Cardinali Lancelotto,* non agitur de statuto habente verba explicite directa in tempus mortis, nec disputatur articulus principalis exclusionis contra feminas, sed solum firmatur, quod femina facit partem ad augendam legitimam masculorum, *Decif. pariter 63. coram san. memor. Gregor. XV. habet dumtaxat, quod Monialis debet dotari stante statuto exclusiuo, atque ita supponit Monialem acquiescere exclusioni, an autem acquiesceret teneatur non discuit. Et animaduertendum est, quod post has omnes decisiones exaduerso recensitas, Rota in *supra citata decis. 29. sub Decif. Sac. R. R. De Fratibus.***

numer. 5. apud Modern. *de iur. Abbatis. dixit, quod in sententia Rotæ fundari non potest exclusio Monialium, & quo ad magis communem opinionem, Doctores, & eorum rationes esse ponderandas, quibus deinde maturè ponderatis in supradictis decisionibus coram Eminentiſſimis Dominis Cardinalibus Orthobono, & Corrado, & coram R. P. D. meo Meltio, & me, fuit pluries pro Monialibus, & Ecclesiasticis personis responsum.*

Non obstat, quod statuto Bononiæ obijci nequeat defectus statutum, aut voluntatis, quia in verbis loquitur de ingressu Religionem, ibi, *Et si tales femina, &c. Religionem intrassent, aut potestatis, quia munitur amplissimis confirmationibus Apostolicis.* Ex ipsa enim petitione portecta à statutibus pro obtinenda confirmatione, & ex verbis expressis confirmationis Iulij II. iuxta quàm subsequentes sunt in hac parte intelligendæ apparet noluisse illos statuendo, & Pontifices ꝛ confirmando ledere libertatem Ecclesiæ, vt legitur, ibi, *dummodo contra libertatem Ecclesiasticam non tendat, quod in puncto ponderant præmemoratae decisiones in Bononien. hereditatis 28. Junij 1652. §. fin. coram me, & 29. Ianuarij 1654. §. eoque terminus, & 2. seqq. coram R. P. D. meo Meltio, & tradit Engen. conf. 99. num. 38. lib. 1.* Hoc verò ꝛ statutum si Moniales excluderet, tendere contra libertatem Ecclesiæ, patet, quia Moniali facultatem succedendi, quam haberet de iure communi tollerit iuxta teoriam communiter traditam à Doct. in *cap. Ecclesia Sancta Maria de const. Engen. dicto conf. 99. num. 38. vers. nec dicatur, & num. 40. lib. 2. Carol. de Grass. effect. Cleric. 2. num. 68. & 2. seqq. nec non, quia exerceret potestatem in personam Monialis de tempore quo iam Monialis est, contra textus apertissimos in *cap. significasti de for. compet. in d. c. Eccles. Sancta Maria de Const. in cap. discernimus de iudic. cap. fin. de vit. & honest. Cler. cap. 1. de Immunit. Eccles. in 6. Nec enim vt supra dicebam attendi debet tempus, ne status laicalis ante delatam hereditatem, quia non nisi post delatam statutum voluit masculum includere, & feminam excludere.**

24 Atque hinc gratis etiam dicitur nullum infertè præiudicium Ecclesiæ, eo quod femina nisi Monialis esset adhuc excluderetur ab hereditate vigore statuti, vt ratiocinatur, *Brun. super stat. stant. masc. art. 6. num. 52.* quia cum de tempore in quod confertur exclusio statutaria illi mulier nõ subiaceret, & per consequens posset de iure communi succedere, graue sentiret præiudicium si à statuto excluderetur, non secus, ac si post ingressum in Religionem, & delatam hereditatem conditum esset statutum, quo casu Monialem non excludi affirmat ipse *Cast. consil. 104. lib. 1. & alij allegati à Carol. de Grass. effect. Cler. 2. num. 121.* Facendum ergo est, quod statutum in capite exclusiuo Ecclesiam lederet, licet secus sit in capite inclusiuo masculorum, quod etiam personis Ecclesiasticis fauere vtile est Ecclesiæ, & in his terminis loquitur *Rot. in ex aduerso alleg. decis. 428. num. 59. & duob. seqq.* vbi quærebatur an naturam Bononiæ includens Patrum feminis exclusio proderet Patrio in aliqua Religione professo *par. 4. rom. 2. recent. vel si de hereditate contenderent solum laici, qui est casus exaduerso allegata, decis. 51. par. 1. res.*

Tandem momenti non est declaratio felic. record. Greg. XIII. quod à statuto exclusiuo deleatur clausula sine præiudicio locorum priorum, & personarum ibi existentium eo, quod iuris, & equitatis ratio expulset, vt par sit conditio feminatum pia loca ingrediendum, quum nubentium; quia ea declaratio emana-

uit super statuto Perusino, & ex quo ille Pontifex voluit id indulgere Civibus Perusis, inferri non potest, quod alij Pontifices idem concedere voluerint Bononiensibus. Praesertim dum contraria voluntas evidentissimè resultat ex clausula non delata, sed replicata, cum in petitione, tum in confirmatione statuti, ibi, *in modis contra libertatem Ecclesiae non tendant*. Exaggeratum verò praesudicium † quod fit laicis excipiendo Moniales, non meretur allegari, quia nemini facit iniuriam, qui vitat facultate sibi à iure communi concessa, nec laicis fauendum cum laesione immunitatis Ecclesiasticae, pro qua etiam in dubio est pronuntiandum, *l. sunt persona, ff. relig. & sumpt. funer. Alex. consil. 190. in fin. lib. 6. Decian. cons. 89. num. 22. lib. 3. Bott. consil. 87. num. 32. Carol. de Grass. effect. Clar. 3. num. 160. & facile † laicis est id evitare reportando ab ingressuris renunciationem futuri successionibus, ut aduertit Specell. *dista. decis. 11. numer. 23. circa fin.* nec non, quia non tollitur Patri, & Matri facultas ad libitum testandi de bonis suis, & statutum locum habet ab intestato dumtaxat, *Alex. consil. 131. num. 2. vers. unde propter, lib. 1. Curt. Sen. cons. 37. num. 17. Rota coram san. mem. Greg. in XV. decis. 38. num. 1. & 2. & coram Butacc. decis. 26. in 14. ubi allegantur concordantes. Et ita decisum utraque parte informante.**

R. P. D. DVNOZET.

Romana fideicommissi de Griffonibus.

Mercurij 10. May 1656.

ARGUMENTVM.

Legitimatus an in fideicommissio veniat nomine masculorum legitimorum, & naturalium ad exclusionem substituti; Item an eorundem appellatione veniant descendentes ex feminis.

SVMMARIVM.

- 3 Legitimatus venit in successione nomine filiorum masculorum legitimorum, & naturalium, etiam si Testator esset Ecclesiasticus, num. 6. Praecipue si non sint legitime nati, num. 7.
- 2 Filiatio respectu patris probatur coniecturis, de quibus, ibidem.
- 3 Filiatio ex multis simul iunctis probatur ad effectum succedendi in fideicommissio.
- 4 Naturalitas, si qualitas probatur ex eo, quod quis natus est ex soluta, ad quem alij non poterant habere recessum.
- 5 Legitimatus excludit substitutum in successione fideicommissi.
- 8 Testator invitans descendentes illegitimos, videtur admittere etiam legitimatos, immò multo magis, num. 9.
- 10 Bulla Pij V. excludit legitimatum in bonis, & personis Ecclesiasticis quoad successiones de iure communi, non iure speciali.
- 11 Bona, si non probantur esse Ecclesiastica, in dubio praesumuntur Patrimonialia.
- 12 Bulla Pij V. non est reuocatoria legitimatum in praesudicium substitutorum, ubi legitimatio non est contra voluntatem Testatoris.
- 13 Legitimorum, & naturalium appellatione non comprehenduntur descendentes ex feminis, quae non sunt filia fratrum.

14 Masculorum descendendum à filiabus fratrum nomine veniunt descendentes ab ipsis filiabus, non à neptibus eandem filiarum distingue, ut num. 15.

DECISIO LVII.

**M**attheus, instituitur haeredibus suis Antonio fratre, Francisco ex Datio secundo fratre Nepote, & alio Francisco, & Leonardo ex Pierotio tertio fratre nepotibus in stirpes, ordinavit, quod in portione, quae cuilibet stirpi obuenit succedant filij masculi legitimi, & naturales eiusdem stirpis in infinitum, exclusis semper feminis, & deficientibus masculis legitimis, & naturalibus vnus, vel plurium dd. stirpium succedant masculi legitimi, & naturales stirpium, quae supererant, & deficientibus descendentes masculi legitimis & naturalibus omnium trium stirpium succedant Descendentes masculi legitimi, & naturales filiarum ipsorum fratrum Testatoris in stirpes, & non in capita, exclusis semper feminis, ut supra, substituendo in omnes, & singulos casus praedictos eos, qui ut supra vocantur, semper reciprocè in qualibet stirpe, ut vnam stirpem alteri, ut supra in perpetuum, pupillariter, vulgariter, & per fideicommissum, prohibita omnibus detractio legitimae, Trebellianicae, & Falcidiae.

Et quia mortuo Francisco filio Datio, & alio Francisco, & Leonardo filiis Pierotij, successit Carolus filius Antonij, qui suscepit Ioannem Mattheum, à quo natus est Antonius Iunior viuens Pater Ioannis Matthei Iunioris eius filij legitimati, qui fideicommissum post mortem Patris ad sui fauorem purificandum esse praetendit; contra verò Leonini, uti descendentes ex Margarita abnepte ex Antonio fratre Testatoris, & filia dicti Ioannis Matthei Senioris ex vna; & Bulgartij tanquam Descendentes mediati à Lucretia Seniore nepte ex Datio fratre fideicommissitenti ex altera, contendunt se esse vocatos ad dictum fideicommissum per mortem dicti Antonij Iunioris purificandum; Proposui dubium, *An, & ad cuius fauorem fideicommissum sit purificandum*, quod Domini ad fauorem dicti Ioannis Matthei Iunioris affirmatiuè resolverunt; hac motivatione, quia † dum verba fideicommissi clarè inuitant omnes filios masculos legitimos, & naturales, quorum appellatione veniunt etiam legitimati, *Giouagn. cons. 21. num. 2. & seq. lib. 1. Cyriac. controu. 21. num. 81. Fular. de substit. quasi. 403. numer. 1. Rota decis. 388. n. 8. & 9. & decis. 600. num. 2. & 3. part. 3. rec.* dictus Ioannes Mattheus Iunior probat se filium naturalem ex soluta, & sufficienter legitimatum.

Filiatio licet respectu Patris sit difficilis probatio; In casu tamen † euincitur ex multis coniecturis concludentibus, quia non solum concurrunt tractatus, & recognitione f. & ab utroque Parente, sed vltimius Testes deponunt de commercio Antonij cum Hieronyma de tempore conceptionis dicti Ioannis Matthei, ut in eius Sum. num. 9. coarctant negatiuum accessus alterius viri ad dictam mulierem, omnesque deponunt per publicam vocem, & famam, quae in hac materia multum solent considerari ad tradita per Gozad. cons. 15. num. 29. & 30. Rot. decis. 47. num. 2. decis. 472. numer. 8. par. 2. rec. Immo ex causa dicti commercij, & filiationis Victoria Antonij Iunioris Vxor mouit iudicium separationis thori, ut asserunt Testes Sum. Ioannis Matthei num. 14. Quibus † simul iunctis satis probata remanet filiatio etiam ad effectum succedendi in fideicommissio, ut per Rot. decis. 472. num. 8. par. 1. & decis. 430. num. 14. par. 5. in Romana hereditaria de Gratianis 18. Maij 1649. cor. R. P. D. meo Cerro, & in Bo-

in Bonon. fideicommissi Bartholomaei de Bologniniis 3. Iulij 1651. coram Eminentissimo D. Card. Otthobono.

Qualitas naturalitatis probatur, ex quo Ioannes Mathias natus est ex soluta, ad quam alij non poterant habere accessum, Bald. *conf. 438. nu. 3. lib. 1.* Aym. *conf. 168. num. 1.* Nec refert, quod Antonius Pater tunc esset uxoratus, quia hoc obstaculum etiam ꝑ ad effectum succedendi in fideicommissio de medio substulit legitimitas, Rota *dicta decis. 388. num. 8. par. 1. & decis. 600. num. 8. par. 3. rec.*

Ac demum qualitas legitimitatis colligitur ex ipsa legitimatione obtenta a Campeggis ad id facultatem habentibus ꝑ cui non obstat, quod Testator esset Episcopopus, quia non ideo videtur abhoruisse filios naturales legitimos; *Gionagn. d. consil. 21. numer. 40.* Rota *Bononiensis apud eundem num. 30.* Praecipue tamen, ꝑ quia non adsunt legitime nati, in quibus agnatio mixta eius praescriptum perpetuum possit conservari, *Gionagn. d. consil. 21. num. 11.* & Rota *Bononiensis ibidem num. 17.* Tum etiam quia Testator ꝑ invitans descendentes vnus ex fratribus, qui erat in Sacris, & non nisi filios illegitimos poterat suspicere, videtur satis indicasse, se velle filios legitimos ad fideicommissum admitti, *Menoeh. praesumpt. 79. n. 19. lib. 4.* *Fular. de substit. quasi. 408. num. 60.* Tum demum quia ꝑ fideicommissum expressè professus fuit, se testari vigore quoque Constitutionum Sixti IV. Leonis X. Iulij III. & aliorum similium (quae tunc vigeabant) admittentium illegitimos; unde conformando se cum dd. Bullis, multò magis admitti center voluisse legitimos, *Rolan. conf. 67. nu. 29. & seqq. li. 3.* quem cum aliis refert, & sequitur *Lup. de illegitim. comment. 1. §. 4. num. 23.*

Minusque obstat, quod Bulla Pij V. prohibeat, ne legitimi succedant in bonis Ecclesiasticis, vel Ecclesiasticis personis; quia Bulla procedit solum quoad successiones competens de iure speciali, non verò quoad eas, quae de iure communi devoluuntur, vt late comprobatur *Gionagn. resp. 37. num. 10. & seq. lib. 2.* Immodò, dum ꝑ non probatur, bona esse Ecclesiastica in dubio praesumuntur esse Patrimonialia, *Roman. consil. 159. num. 5.* *Menoeh. de arbit. cas. 195. numer. 10.* Rota *apud Pzn. decis. 1015. num. 3. & sequen.*

Nec denique obstat, quod Bulla Pij IV. sit reuocatoria legitimationum in praedictum substitutorum, non solum quia dicta Bulla non procedit, vbi legitimitas non est contraria voluntati fideicommissitantis, *Gionagn. d. respons. 21. nu. 14.* *Marescott. var. lib. 3. cap. 20. num. 20. & 87. & seq.* *Rot. d. decis. 388. num. 5. & seqq. par. 1. & dicta decis. 600. numer. 11. par. 3. recent.* Verum etiam quia nec Leonini, nec Bulgartutij sunt vocati; sique non agitur de praedictum substitutorum.

Quod autem non sint vocati, patet; quia dum Testator, deficientibus descendentes masculis omnium stirpium substituit descendentes masculos legitimos, & naturales filiarum fratrum dicti Testatoris, quorum appellatione veniunt quidem Descendentes in infinitum, sed ꝑ tamen non comprehenduntur Descendentes ex feminis, quae non sint filiae dictorum fratrum, vt per *Alex. consil. 36. num. 3. lib. 5.* *Cephal. conf. 330. num. 39.* *Menoeh. consil. 595. num. 3. & seq.* Rota *in Romana fideicommissi de Victoris 20. Martij 1651. §. ad hoc ostendendum. & 9. Ianuarij 1651. §. neque releuat coram Eminentissimo D. Card. Otthobono,* Bulgartutij non descendunt immediatè Lucretia prima filia Dario fratris Testatoris, nec à masculis dictae Lucretiae primae, prout requireretur, sed à Lucretia secunda ex dicto Dario Testatoris fratre abnepre, cuius Descendentes in fideicommissio non comprehenduntur, ꝑ cum vo-

catio masculorum descendentiæ à filiabus fratrum Testatoris intelligatur de Descendentibus immediatè à dictis filiabus, non autem de iis, qui mediatè descendunt à nepre dictarum filiarum, *Fular. consil. 70. num. 3. vers. & hoc procedit.* *Menoeh. conf. 172. nu. 21. conf. 774. num. 7. conf. 878. num. 10. & seqq. ac in tract. de fideicom. art. 26. num. 19.* vbi refert ita iudicatum: Leonini verò non sunt descendentes sicutius filiae fratrum Testatoris, sed Mugaritæ ex Antonio fratre Testatoris abnepre, à fideicommissio consequenter exclusi.

Nec applicatur Decisio in Bononiensis successione 4. Maij 1646. coram R. P. D. meo Bieho, & in Nucerna fideicom. 1. Iulij 1650. coram R. P. D. meo Molito, quibus firmatur, quod appellatione Descendentium masculorum veniunt etiam masculi descendentes ex feminis, quia non procedunt quando simpliciter vocatio est restricta ad masculos descendentes ex certis feminis, & in eorum descendentiæ adest implicita exclusio descendentiæ ab vterioribus feminis resultans ab ipsarum feminarum expressa exclusione. Et ita vtraque, &c.

R. P. D. CELSO.

Beneuentana Hereditatis.

Luna 19. Iulij 1656.

ARGUMENTVM.

Filij positi in conditione, an censentur vocati. Prohibitio alienationis, & obligationis ad hoc, vt bona remaneant in familia, an inducat fideicommissum.

SUMMARYM.

- 1 Substitutio sub conditione, si sine filij, expirat deficienti conditione, vna cum fideicommissio.
- 2 Filij conditione positi non censentur vocati cessantibus coniecturis, & procedit etiam in conditione si positi fuerint legitimi, & naturales, num. 3.
- 4 Prohibitio alienationis non adiecta casui vocationis, & obitus, sed in oratione separata, non inducit fideicommissum in casum mortis.
- 5 Prohibitio alienationis personalis facta filio, non extenditur ad nepotes etiam si d. illum fuerit, ad hoc, vt bona remaneant in familia, num. 6.
- 7 Prohibitio alienationis per rationem generalem an inducat fideicommissum, est magna dissensio DD. sed inducit vt num. 8. estque verior opinio, num. 9. & pluries à Rota amplexa, num. 10. opiniones discrepantes conciliantur distinctione, num. 11.
- 12 Prohibitio sola alienationis, ad hoc, vt bona remaneant in familia, censetur inducere fideicommissum, distingue vt num. 13. soluentur obiectiones, num. 14. & 15.
- 16 Prohibitio sola alienationis facta filio non egreditur illius personam, si nulla concurrant coniecturae.
- 17 Prohibitio alienationis eodem modo expirat, sicuti expirat substitutio, amplia vt num. 18.
- 19 Prohibitio alienationis censetur facta propter substitutiones subsequentes, non è conuerso.
- 20 Fideicommissum in dubio excludi debet.

DECISIO LVIII.

Lucius Senior de Leombis institutio hærede vniuersali Camilio filio, illo sine filiis decedente vo-

luit, quod in eius bonis succederent filiae suae eorumque filij pro aequali portione.

Vnde licet ex Camillo nati fuerint quatuor filij, nempe Cesar, & Lucius Iunior, qui obierunt; Magdalena nupta in Domo de Bilottis, & Beatrix Monialis professsa in Monasterio S. Victorini. Nihilominus quia eadem Beatrix, siue Monasterium ex eius persona, accipit possessionem praedij della Cancellaria, & sententiam favorabilem super purificatione dicti fideicommissi ad sui fauorem reportauit, reuocata per Rotam in gradu appellationis; Dubitauit, an dicta sententia reuocatoria esset confirmanda, vel infirmanda, & DD. pro confirmatione responderunt.

1 Cum enim Camillus decesserit relictis filiis, defecit conditio, sub qua haeres reperitur grauatus, & expirauit fideicommissum, iuxta text. in l. Lucius 85. ff. de hered. instit. Bart. in l. si cum dotem 23. numer. 10. ff. solut. matrim. & est celebre consilium Oldrad. 21. passim in Rota receptum, ut in decis. 486. num. 1. & seqq. par. 1. recent. & decis. 632. num. 2. par. 4. tom. 3.

2 Nec refert, quod Beatrix tanquam filia Camilli, fuerit posita in conditione, quia cessantibus coniecturis, filij in conditione positi non censentur vocati, iuxta gloss. in d. l. Lucius, ff. de hered. instit. Rot. in rec. decis. 389. num. 3. part. 4. tom. 2. cum alijs adductis per Adden. ad Buratt. decis. 385. num. 10. quam glossam procedere etiam in descendentijs, firmatum fuit coram eod. Buratt. decis. 347. nu. 1. & 2. in recent. decis. 221. n. 2. par. 5. & in Auenionen. fideicommissi 22. Aprilis 1652. coram me.

3 Coniecturae uero ex aduerso deductae, non uidentur tales, ut a superiori regula sit recedendum, nam quod positi fuerint in conditione filij legitimi, & naturales ex suo corpore descendentes est valde debilis, prout notat Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 24. numero 13. The laut. decis. 96. nu. 26. illamque reiecit Rot. decis. 385. num. 8. coram Buratt. cum concordantibus adductis in dicta Auenionen. fideicommissi 22. Aprilis 1652. coram me.

4 Prohibitio alienationis, & obligationis bonorum, non reperitur adiecta casui uocationis, & obitus Camilli sine filiis, sed in oratione penitus distincta, & separata, immo cum in dictum casum facta fuerit per Lucium expressa prouisio, uocando scilicet filias suas, non potest ex huiusmodi prohibitione alienationis praetendi inductum fideicommissum in casum mortis, ut bene per Zanch. in l. haeres mei, §. cum ita, num. 675. & seqq. ff. ad Trebell. Honded. consil. 78. nu. 47. & seqq. lib. 1. & consil. 69. num. 21. lib. 2. Card. Alban. consil. 1. num. 13. Gabriel. consil. 132. num. 68. lib. 1. & plures cumulat Fufar. de substit. quasi. 688. nu. 104. & dixit Rota coram Greg. decis. 433. num. 12. & in recent. decis. 8. num. 5. & 6. par. 7.

5 Maximè quia dicta prohibitio est merè personalis, ibi prohibuit d. eius haeredi. Ideoque ex ratione quantumuis generali non potest extendi ad nepotes per text. in l. Pater filium 36. §. fundum, Titianum, ff. de legat. 3. & docet Ripa in l. filius familias, §. Diui, num. 108. & 111. de legat. 1. Marta uoto decisiuo 222. num. 33. & seqq. Caualcant. decis. 5. num. 70. p. 3. Griuel. dec. Dolan. 22. nu. 33. & 34. & ultra plures cumulat per Fufar. de substit. 9. 437. num. 174. & 9. 673. numer. 9. 17. & seqq. firmavit Rota in Bonon. fideicom. de Populis 27. Iunij 1562. coram Oradino post Giouagnon. consil. 97. num. 12. & seqq. lib. 1. in recent. decis. 316. num. 6. par. 1. & in Romana fideicommissi de Coronis 28. Ianuarij 1647. coram D. meo Gerro.

6 Et uerba immediatè apposita, & ideo hoc fecit, ut omnia bona praedicta remaneant & conseruentur pro ipso

haerde, eiusque familia, & successoribus, tanquam conseruentur, & adiecta per uiam rationis, & per modum causae enunciatiue prolatae, non immutant qualitatem prohibitionis, nec inducunt nouam dispositionem, aut extensionem fideicommissi, iuxta consil. Dec. 636. num. 6. & seqq. & est bonus text. in auth. de restit. fideic. Peregr. qui late materiam tractat, art. 14. num. 1. & seqq. & praesertim num. 18. Fufar. 9. 673. num. 9. ubi, quod non obstante d. ratione, adhuc prohibitio dicitur personalis, Marfcott. uar. resol. lib. 2. cap. 103. num. 4. & seqq. relati per Altograd. consil. 60. num. 10. & seqq. lib. 1. Surd. dec. 85. per tot. & reprobat opinione Petri de fideicom. firmavit Rota coram Seraph. dec. 883. nu. 4. & seqq. & inter diu. dec. 698. num. 16. & 17. p. 1. in Bononien. fideicom. de Elephansuccis coram Bubaio, penes Giouagnon. consil. 39. num. 46. & seqq. lib. 1. quae loquitur in fortioribus terminis in Perusina fideicom. de Finimaggiolis coram Litta apud eundem ubi supra, num. 74. & seqq. ubi, quod talis prohibitio etiam si sit uestita à causa dicitur stare ad maiorem fideicommissi corroborationem, in d. Bonon. de Populis post d. Giouagn. consil. 97. num. 11. & seqq. & coram Coc. decis. 294. num. 7.

7 Et licet magna sit dissentio Doctorum numquid per rationem generalem iudicatur simplex, & in absolutum fideicommissum, & illud locum habeat etiam non sequuta alienatione, in qua quaestione veteres, & recentiores ualde torquentur, adeunt quamplures etiam uariauerint, teste Curt. Iun. consil. 43. nu. 9. uers. secundo principaliter, Mant. de coniect. lib. 6. tit. 14. n. 24. & seqq. cum alijs pluribus adductis per Franciscum Redanasc. consil. 29. num. 16. & seqq.

8 Attamen quando haec ratio generalis subijcitur post nudam, & simplicem prohibitionem alienationis, quae de per se nihil operaretur per text. in l. fil. fam. 118. §. Diui il. 2. & l. Pater filium 36. §. Duobus, & §. Iulius de legat. 3. Tunc talis ratio confirmat quidem prohibitionem antecedentem, sed non inducit nouum fideicommissum, nisi casu quo alienatio fuerit subsequuta, quicquid secus si prohibitio ipsa esset uestita, vel facta fauore certae personae, & esset ualida, ut late probant, Soccin. Sen. consil. 227. à num. 1. & praesertim sub numer. 3. uers. quibus tamen non obstantibus uol. 2. Dec. consil. 117. sub. num. 13. & seqq. & consil. 286. num. 11. uers. ultimo non obstat, & 412. per tot. praesertim à n. 7. Ruin. consil. 89. nu. 14. & seqq. uol. 2. Rolan. consil. 34. num. 64. & seqq. uol. 4. Paril. consil. 75. num. 33. & seqq. lib. 2. Curt. Iun. d. consil. 43. num. 9. & consil. 145. nu. 10. uers. quartus principalis casus, & alios refert Gabr. de fideic. conclus. 9. num. 7. & 37. & seqq. ubi num. 41. reddit rationem, & tradit Mart. uot. decisiuo 222. n. 36. & seqq.

9 Et hanc opinionem ueriores dicit Alc. in l. Pater filium 36. §. fundum, num. 6. de legat. 3. & de communi testatur Soccin. Iun. consil. 97. nu. 51. & 52. & consil. 163. num. 8. lib. 2. Siluan. consil. 6. nu. 26. & 31. alique plures relati per Mart. consil. 43. num. 24. & per Fufar. de substit. 9. 588. num. 14. uers. Ego certè, ubi firmat, hanc opinionem esse magis receptam, & ueriores, & ab ea in consulendo, & iudicando non esse recedendum.

10 Illamque pluries amplexa fuit Rota, ut in decis. 568. num. 7. & 8. par. 1. diu. in recent. decis. 300. nu. 20. & seqq. & praesertim numer. 27. par. 1. ubi respondendo ad doctrinam Bart. in l. Pater filium, §. fundum, de legat. 3. firmat, quod huiusmodi uerba non sunt apta ad inducendam nouam dispositionem, neque extensionem fideicommissi de persona ad personam, decis. 284. nu. 8. & 9. par. 6. & decis. 15. num. 1. & seqq. par. 7. repetita inter decis. Merlin. dec. 669. num. 1.

11 Et cum hac distinctione opiniones inter se discrepantes



pantes conciliat, & ad concordiam reducit Soccin. in l. qui Roma, §. Coharades, col. 6. num. 15. & seqq. ff. de verb. oblig. Rip. in l. filiusfamilias, §. Diuis, numer. 122. & seq. de leg. 1. Decian. consil. 94. num. 21. versic. & postremo lib. 5. Houded. consil. 78. num. 33. lib. 1. Curt. Iun. d. consil. 43. num. 9. & pluribus comprobatur Mandell. consil. 200. num. 2. Menoch. consil. 197. num. 29. versic. secundus est casus, Surd. decis. 125. num. 7.

12 Non obstat, quod ex sola prohibitione alienationis, ad hoc ut bona remaneant in familia, censetur inductum fideicommissum, tam in casu alienationis, quam in casu mortis, ex Dec. consil. 23. num. 4. versic. sexto mouet, Aretin. in l. qui Roma, §. Coharades, versic. ubi autem de verb. oblig. Quia prædicti, & alij DD. loquuntur quando nullum præcedit fideicommissum, à quo prohibitio dependeat, tunc enim talis prohibitio tanquam indefinita, & nullo casu coarctata, locum sibi vendicat perpetuo, quandiu superest aliquis de familia, secus vero quando præcedit aliud fideicommissum, nam tali casu prohibitio recipit limitationem à casibus in fideicommissio comprehensis, ut bene respondet, Rot. dec. 473. sub num. 2. versic. & sic cessat, p. 4. diu. & ita videtur sentire, Dec. in allegat. consil. 636. num. 212. & distinguendo, ac enumerando plures casus firmat Bellon. Iun. consil. 1. à num. 85. & præsertim sub num. 82. & seqq.

14 Nec applicatur dec. in Perusina fideicom. de Bigazzini 14. Nouembr. 1605. coram Litt. apud Giouagnon. consil. 75. num. 71. & seqq. lib. 1. nam ibi prohibitio non erat personalis, aderat dictio, in perpetuum; & ratio conseruandi bona in agnatione stabat de per se, concepta per verba dispositiua, & in casu alienationis datus fuerat substitutus, ut respondendo dictæ decisioni firmavit Rota coram Ian. mem. Greg. dec. 433. num. 18. cum adductis per Altograd. consil. 79. nu. 25. & 26. li. 2. Nam sola pœna nullitatis in casu alienationis non est sufficiens ad vestiendam prohibitionem, dum non adest substitutus, cuius fauore nullitas inducitur, ut in præfenti ex not. per Rot. decis. 284. num. 10. & seqq. par. 6. rcc.

15 Minus decis. 481. coram Caualerio, quia ibi pariter prohibitio erat realis, stabat de per se, & fuerat concepta per verba habentia tractum id tempus futurum, & apta comprehendere etiam nepotes, & alios in infinitum, ut habetur in dicta decis. num. 7.

16 Vnde cum nullæ concurrant coniecturæ, sola prohibitio alienationis facta Camillo filio, ut supra dictum fuit, non egreditur personam illius, ut not. Bald. consil. 304. num. 1. vol. 5. Cagnol. in l. 2. num. 46. versic. secundo principaliter, Cod. de pact. inter empt. & vendit. Tiraq. de retract. conuent. §. 5. glos. 6. num. 25. Rolan. cons. 59. num. 28. & 29. lib. 3. Surd. cons. 448. num. 29. & decis. 125. num. 1. & 2.

17 Immo eodem modo expirat, sicut expirauit substitutio, ut aduertit Alex. consil. 99. num. 8. & 9. lib. 3. Dec. consil. 136. num. 11. & 12. & consil. 635. numer. 17. & 18. Ruin. consil. 136. num. 16. lib. 3. & firmavit Rota coram Seraph. decis. 482. num. 3. Dictamque opinionem late comprobatur Grat. forens. discept. cap. 774. numer. 15. vbi

18 num. 16. & 17. ampliat siue substitutio præcedat, & prohibitio subsequatur, siue è conuerso, cum in eodem Testamento non de tut prius, & posteriùs, per ea quæ tradit Cephal. consil. 282. num. 11. & seqq. Alique relati per Altograd. consil. 79. num. 9. & seqq. vol. 2. vbi quod vis non est in ordine, sed in coniunctione, & correspondente prohibitionis, & substitutionum, semperque præualet ordo intellectus, secundum quem prius concipitur substitutio, quam prohibitio, ad eum

19 prohibitorum censetur facta propter substitutiones subsequentes, non autem substitutiones propter prohibitionem, & bene firmavit Rota coram Seraph. decis. 883. num. 2. & seqq. & præsertim num. 5. & 6.

Ex quibus causa his proposita, & vtraque parte accerrimè informante, censuerunt Domini sententiam Rotalem esse conformandam. Nec esse opus ingredi articulum renunciationis factæ à Beatrice occasione ingressus in religionem, cum ex prædictis constet non adesse fideicommissum, pro cuius exclusione in dubio pronunciandum esse, firmavit Rot. decis. 179. num. 31. par. 6. recent. & in Auenionen. fideicommissi, 22. Aprilis 1652. coram me.

R. P. D. CELSO.

Reatina Fideicommissorum.

Veneris 8. Iunii 1657.

ARGUMENTVM.

Hæres grauatus, qui alienauit bona fideicommissaria, tenetur ad pretij restitutionem, & reintegrationem fideicommissi; & an alienationes imputari debeant in legitimam, & Trebellianicam.

SVM MARIYM.

- 1 Hæres grauatus, qui alienauit bona fideicommissaria, tenetur ad pretij restitutionem, & reintegrationem fideicommissi, tam si fuerit secuta alienatio scienter, num. 2. quam ignoranter, num. 3.
- 2 Trebellianica prohiberi potest à Testatore, etiam filiis primi gradus.
- 3 Cautela, qua legitima prohiberi potest à Patre filio, traditur.
- 4 Legitima detraclio prætendi non potest, si fuerit prohibita in testamento, quod acceptatum, & a probatum fuit, & num. 7.
- 5 Identitas bonorum probatur ex combinatione cum bonis contentis in instrumento.
- 6 Confessio hæredis facta in diuisione probat, bona diuisa esse supposita fideicommissio.
- 7 Obligations Cameralis stante, competit via executiua.
- 8 Rota executiue procedere potest, sicuti A. C. quando ab ipso fuerint eidem communicata facultates.
- 9 Productio instrumenti potest fieri per repetitionem tantum eius partis, qua facti ad causam.
- 10 Hæres potest petere reintegrationem fideicommissi alienati ab eo, à quo independenter est vocatus ad idem.

DECISIO LIX.

CVM Pompeius de Vecchiarellis grauatus fideicommissio, tam Bartholomæi Ani, quam Vincentij Patris plura alienauerit bona eisdem fideicommissis supposita. Dubitauit an, & pro qua rata pro illorum reintegratione esset relaxandum mandatum, & DD. pro nunc sine præiudicio maioris summæ relaxandum esse censuerunt in scutis septem millibus ducentis viginti quatuor, & bai. 37. — quia pro eadem summa constat ipsum alienasse bona consistentia, in corporibus viginti octo, ut latius habetur in folio particulari exhibitio in Rota, & per Instrumenta publica, aliaque iura in actis producta in omnibus iustificato cum expressione, & ipecificatione temporum, notariarum, necnon personarum, quibus fuerunt vendita.

1 De iure enim si hæres grauatus, qui alienat bona fi-

2 Jecommiffaria tenetur ad pretij restitutionem, & reintegrationem fideicommissi siue scienter, siue ignoranter alienatio sequuta fuerit, prout in primo casu, quando alienauit scienter, est Text. in l. *guidam* 25. §. *fin. ff. ad Senat. Consult. Trebell. & tradit Cognol. in l. qui dolo, num. 1. ff. de reg. iur. Paris. consil. 5. num. 26. lib. 2. Menoch. de adipsien. remed. 1. nu. 65. Peregr. de fideicommiss. art. 45. num. 15. vbi ait esse in facultate fideicommissarii agere pro restitutione pretij, vel pro recuperatione bonorum alienatorum, quod reperit art. 46. num. 26. Et in secundo casu, quando ignoranter, l. *finali*, §. *ultimo*, ibique Bart. *Castrens.* & *aly*, ff. de leg. secundo, Ioseph. Ludouic. *commun. opin. conclus. 14. illat. 91. versic. declarata secundo*, Petr. de fideicommiss. *quast. 3. num. 37.* Fusat. qui plures cumulat, de *substit. quast. 556. num. 22. & quast. 558. num. 1. & 2.* & de *commun. testatur Alex. consil. 3. num. 3. lib. 3.* Barfatt. *consil. 13. num. 75. lib. 1.* Gabr. *consil. 44. num. 9 & 12. lib. 2.* Miscard. de *probat. conclus. 779. num. 3.* Crast. §. *fideicommissum, quast. 56. num. 4.* Olafch. *decis. Pedemont. 73. nu. 1. & seqq.* Et de utroque Cyriac. alios referens *controuer. 5. num. 12 & seqq.* & firmavit Rota coram Merlino *decis. 831. num. 1. & 2. & dec. 844. eodem num. 1 & in Bononie. successionis 4. Maij 1646. coram bon. me. Bichio, & 18. Martij 1652. coram me.**

3 Et frustra opponitur, alienationes predictas deberi imputari in legitimam, & Trebellianicam; nam Bartholomaeus Testator prohibuit expressè illarum detractionem, iussitque heredibus approbationem huiusmodi dispositionis, quam postea reiterauit Vincentius per relationem ad testamentum predictum. Certum est autem, Trebellianicam prohiberi posse etiam si iis primi gradus iuxta opinionem Rotae à qua non esse recedendum propter illius auctoritatem, firmat Matzar. de *fideicommiss. quast. 49.* Marefcott. *var. resol. li. 1. cap. 100. num. 10.* Molin. de *primog. lib. 1. cap. 17. num. 12. & seqq.* & firmatum fuit coram san. me. Greg. *decis. 421. num. 10.* ibique Adden. *num. 16 in Casenaten. bonorum 17. Martij 1648. coram bon. mem. Peutingerio in Romana fideicommissi 8. Iunij eiusdem anni coram bon. mem. Arguelles, & coram Eminentissimo Card. Orthobono decis. 16. num. 3.*

4 Legitima vero prohibita fuit cum solita cautela, quod recusantibus heredibus testamentum, & prohibitionem acceptare, consentiret institui in sola legitima, quam cautela, tradit Socin. *Iun. consil. 122. numer. 8. & seqq. lib. 1.* Dec. *consil. 787. num. 1. & approbat Rota decis. 206. num. 4. decis. 479. num. 8. & decis. 653. num. 13. par. 1. recent.* Coram Merlino *decis. 642. num. 5. & in Fanen. bonorum 19. Iunij 1648. coram bon. mem. Arguelles.*

5 Cumque postea Pompeius vna cum aliis Fratribus per instrumentum publicum de anno 1602. & 1608. promiserit adimplere omnia in dictis Testamentis contenta, & quod tota hereditas integrè conseruaretur in familia vsque ad minimum quadrantem supponendo iisdem fideicommissis legitimam, necnon praelegata, ac omnia, & singula bona, cessat penitus praesens huiusmodi, quia concurrunt non solum acceptatio, & approbatio generalis Testamenti, & oneris in illo iniuncti cum clausulis amplissimis, quam sufficere firmavit Rota in *Romana fideicommiss. de Ceulis 16. Novembrii 1639. & 16. Maij 1642. coram Reuerendissimo Compositellano, cum aliis per Adden. ad san. mem. Greg. decis. 489. num. 27. versic. & vs siluis, & per Gratian. cap. 983. nu. 3. & seqq.* sed etiam specifica, & individualis respectu ipsius legitimae, vt disponit rex. in l. *si quando 35. §. & generaliter, C. de inofficioso Testamento, & voluit Rot. decis. 342. num. 9. par. 5. recent. & coram Eminentissimo*

Orthobono *decis. 100. nu. 5. & per totam, & decis. 110. num. 1.*

6 Non obstat, quod de tempore acceptationis secutae nempe de anno 1602. Pompeius esset minor, nam ultra quod acceptatio erat utilis, & necessaria eidem Pompeio ad effectum consequendi pinguem hereditatem, & apparet facta coram Iudice, cuius cessat difficultas, quia factus maior de anno 1608. Testamentum auitum, & paternum de nouo approbavit, & acceptauit supponendo illis legitimam necnon praelegata, &c. adeo, vt detractio huiusmodi nullo modo praetendi possit contra formam praedictae acceptationis, ad text. in l. *vnica, C. si de maior. saluus rat. hab.* Rota coram san. mem. Greg. *decis. 86. num. 4. & in terminis dixit Rota d. decis. 110. per totam, & praesertim num. 16. coram Eminentissimo Card. Orthobono.*

7 De identitate vero bonorum alienatorum nullo modo dubitari potest, quia illa colligitur ex combinatione cum bonis contentis in Instrumento diuisionis factae à Pompeio, & fratribus, vt dixit Rota *decis. 88. num. 12. par. 7. rec. & coram Merlin. decis. 548. num. 17. cum alijs pluribus in Fanen. bonorum 19. Iunij 1648. coram bon. me. Arguelles.*

8 Et cum idem Pompeius in dicta diuisione de anno 1615. passus fuerit non solum bona diuisa esse supposita praedictis fideicommissis, sed etiam alia empta post patris obitum in dicta diuisione descripta, tanquam acquisita ex pecunijs hereditarijs talis confessio, & declaratio sicuti praedicit ipsi Pompeio, vt notat Matzar. de *fideicommiss. quast. 38.* Peregr. *eodem tractatu articulo 44. num. 5.* Rot. coram Merlin. *dec. 161. nu. 1. & decis. 294. in principio,* ita etiam probat contra haeredes, & habentes ab eo causam, ad text. in l. *cum à matre, C. de rei vendic.* Rota coram Buratt. *decis. 229. nu. 10 & seqq. & in Romana fideicommissa 8. Iunij 1648. & in diela Fanen. bonorum 19. Iunij eiusdem anni coram bon. me. Arguelles.*

9 Minus dubitari potest, quod pro illorum reintegratione competat via executio, & mandatum relaxari valeat, nam itante obligatione Camerali res transit sine difficultate, Cephal. *conf. 439. nu. 16.* Thefaur. *decis. 26. num. 12.* Rot. *in rec. decis. 258. num. 1. p. 6. & in Romana Domorum de Incoronatio 18. Martij 1650. coram Reuerendissimo D. meo Decano;* Et cum per commissarium particularem fuerit mihi communicata facultates A. C. eodem modo potest Rota executiuè procedere sicuti procederet idem A. C. Rota *decis. 415. sub num. 10. par. 1. recent.* Baratt. *decis. 752. in fin. & fuit dictum in Esina Pecuniaria 17. Febr. 1648. coram bon. mem. Peutingerio.*

10 Quod Instrumenta diuisionem, & alia iura fuerint mutilata in Rota producta nullo modo subsistit in facto, nam Instrumenta sunt integra, & per compullum in actis exhibita, quamuis, vt ad effugendum expensas, & tollendam prolixitatem fuerit repetita illa tantum pars, quae facit ad causam prout fieri posse tradit Vestr. *in prax. lib. 6. cap. 1. de produel. iur. num. 6. & admittit Rota d. decis. 439. num. 6. & seqq. p. 4. tom. 2. rec. & decis. 304. num. 21. par. 5. & coram san. mem. Greg. decis. 432. num. 7. cum alijs per Add. ad eundem decis. 238. nu. 15. vers. *limitatur secundo.**

11 Quod R. P. D. Odoardus de Vecchierelis R. C. A. Generalis Auditor necnon illius fratres hodie agentes sint etiam pro medietate heredes beneficiati Pompeij, & sic pro dicta rata debeant concurrere ad reintegrationem fideicommissi, ab eisdem non controuentur;

12 Et cum veniant ex persona propria independentes, à dicto Pompeio vti vocati ad eadem fideicommissa pos-

possunt instare pro reintegracione non obstante, quod alienatio facta fuerit per ipsam Pompeium, Natt. *consil.* 470. num. 13. Rot. *divers. decis.* 110. per 101. par. 2. & coram Meelin. *decis.* 716. nu. 11. & coram Eminentiss. Octobono *decis.* 180. num. 12. & *seqq.* & *decis.* 270. à num. 11.

Vnde cum fideicommissa sint literalia, & iam per sententiam Rotalem canonizata coram R. P. D. meo Verospio, ad favorem eorundem responderunt DD. pro mandati relaxatione contra bona hereditaria Pompeij utraque parte informante.

R. P. D. PRIOLO.

Romana Legitimæ.

Veneris 5. Decembris 1659.

ARGUMENTVM.

Legitima est semis, si filij siue masculi, siue feminae sint numero ultra quatuor. Et quando feminae exclusæ à Statuto faciant numerum ad augendam legitimam de triente in semissem.

SVMMARIVM.

- 1 Legitima est semis, stante numero filiorum ultra quatuor, siue masculorum, siue feminarum: quod si feminae sint exclusæ à statuto, num. seqq.
- 2 Feminae exclusæ à statuto computantur in numero liberorum ad augendam legitimam, quatenus ipsis masculis magis expediat.
- 3 Legitima est triens, si filij remaneant quatuor, ut puta si soror non faciat numerum.
- 4 Feminarum exclusio propter masculos ratione conservanda Agnationis respicit commodum fratrum eiusdem matrimonij, non verò veterinorum.
- 5 Feminae exclusæ, ut faciant numerum non pendet à voluntate fratris veterini, sed à voluntate utrinque coniuncti.
- 6 Statutum exclusivum feminarum stantibus masculis idem operatur, ac si feminae essent mortuæ, vel non exarent.
- 7 Feminae exclusæ si aliquando connumerantur, id fit volentibus fratribus, ad quorum favorem est inducta exclusio, vel quando Dos, succedit loco legitima, nullis quando sunt instituta, & Agnita, num. 8. & cessante statuto, num. 9.
- 8 Statutum Urbis disponens super successione ab intestato, quando locum habeat etiam condito testamento.
- 9 Filia exclusæ ex testamento non debet esse melioris conditionis contra voluntatem testatoris, quam illa ab intestato præter eius voluntatem.
- 10 Statutum exclusivum feminarum ab intestato non habet locum condito testamento, quando feminae sunt aliquo modo instituta, de ratione num. 13. amplius, siue institutio sit modica, siue pinguis, nu. 16.
- 11 Statuti Urbis vigore cap. 141. disponens super successione ex testamento, Dos succedit loco legitima.
- 12 Feminae faciunt numerum pro impinguenda legitima de triente in semissem, quando vigore statuti dos succedit loco legitima.
- 13 Feminae faciunt numerum siue agatur de hereditate patris, siue matris, dummodo dos, vel legatum relinquatur in compensationem legitima.
- 14 Testator filia legatum relinquendo pro eo toto, quod pos-

set præcedere etiam loco legitima, præsupponit eadem legitimam deberi.

15 Femina per legatum sibi relictum in re institutionis, & pro legitima dicuntur agnita, opinio contraria est contra communem.

DECISIO LX.

Defuncta Aurelia Grana relictis ex primo matrimonio Hiacinto Antonio, & Veronica de Vitalibus, & ex alio Antonio Francisco, Carolo Camillo, & Brigitta de Ferrinis. Cumque Aurelia confirmaverit, in eius Testamento Donatorem, quam fecerat inter viuos ad favorem Caroli Camilli vnus ex filiis secundi matrimonij reservata Hiacinto filio primi matrimonij legitimam deberetur in Triente, vel potius in Semisse.

1 Et pro parte Hiacinti præcedentis illam ad ratam semissis adjucebatur regula in §. si ultra quatuor, Auth. de Trient. & Semiss. & d. Auth. nouissima, C. de inoffic. testam. Iure à quam in præsentis casu inspecta numero quinq; filiorum tam præcedentis, quam sequentis matrimonij legitima est Semis, cum omnes siue masculi, siue feminae computentur in capita pro æquali portione, ut sequendo dispositionem d. Auth. in §. si ultra quatuor, dixit Rota in Ravennaten successione 7. Maij 1657. coram me, & hoc autem portio.

Vtrum quia Veronica, & Brigitta tanquam feminae existentibus masculis videbantur exclusæ ab hereditate Aureliae maritis ex dispositione Statuti Urb. cap. 145. lib. 1. conabantur informantes pro Carolo Camillo contendente, Brigittam eius sororem utrinque coniunctam non esse computandam ad augendam legitimam de triente in Semissem pluribus rationibus eadem regulam prædictam. Et primo, quia feminae exclusæ per statutum eatenus computantur in numero liberorum ad augendam legitimam masculorum quatenus ipsis masculis magis expediat, & ita postulat eorum interesse, C. in §. legitima q. 6. nu. 7. Grat. *discept. for.* c. 594. n. 22. & cap. 676. nu. 11. Modern. *Foroluien. de legit. lib. primo, tit. 4. q. 3. num. 16. & 31. Rota in Firmana legitima 30. Octob. 1617. coram Vbaldo post eund. Foroluien. decis. 74. nu. 1. & dec. 157. num. 15. & 180. num. 18. p. 6. rec.* vnde & cum Carolo Camillo, ut pote Donatario, & heredi omnium bonorum Aureliae expediat, quod Brigitta eius soror non faciat numerum, ea non connumerata remaneant quatuor filij, adeo ut legitima si triens, non autem semis, Socin. *Sen. consil.* 84. num. 5. lib. primo, Bellou. *de Iure Accrescen. cap. 5. q. 49. nu. 13. & 14. Michalor. de Fratribus, par. 3. cap. 9. num. 7. Rota d. decis. 137. num. 16. & 17. par. 6. rec.*

2 Secundo, quod exclusio feminarum propter masculorum rationes, conservanda agnationis respectu, favorem, & commodum dumtaxat fratrum eiusdem matrimonij, non autem fratrum veterinorum, uti alterius familiae, & agnationis, iuxta deducta in firmana pecuniaria *decis.* 461. num. 6. & 7. part. 2. rec. & in d. illa *decis.* 137. num. 15. & *decis.* 160. num. 26. & 27. part. 6. Ideo & computationem Brigittæ ad faciendum, vel non faciendum numerum, non pendere à voluntate, & commodo Hiacinti fratris veterini, sed à voluntate, & arbitrio Caroli Camilli fratris utrinque coniuncti, Gabr. *consil.* 108. num. 8. versic. nam hoc casu lib. primo, Honded. *consil. primo, num. 105. lib. primo. Eugen. consil.* 33. num. 6. & *seqq.* & *consil.* 35. num. 9. lib. primo, cum pluribus relatis per Gratian. *d. ill. cap. 676. num. 23. & Rota decis.* 87. num. 4. Post d. Foroluien. *de legit. & d. ill. decis.* 137. nu. 13. par. 6. rec.

6 Tertio, Statutum Urbis exclusivum feminatum extantibus masculis idem operari, ac si feminæ essent mortuæ, vel non existerent ad not. per Bald. *consil.* 492. à *num.* 1. *lib.* 4. Gabr. *de legitimam, concl.* 2. *nu.* 4. dictum Foroliviens. *lib.* 1. *ti.* 4. *quæst.* 3. *nu.* 29. Bellon. *de Iur. Accresc. cap.* 6. *quæst.* 15. *n.* 74. Crass. *dicti.* §. *legitimam, quæst.* 7. *num.* 14. *versic. quid dicendum.* Propterea de illis nullam habent rationem quinimò reputati prorsus exclusus ad faciendum numerum in computatione legitimæ, quod si aliquando connumerantur, illud euenire solum volentibus fratribus quorum favore est inducta exclusio, vt supra probatum fuit, vel quando dos succedit loco legitimæ, secus vbi dos non sortitur naturam legitimæ, prout in terminis dicti Statuti, Urbis, cum incipiat ab exclusione, non autem à dote iuxta magistralem distinctionem Castrensis. in *l. Titio Centum §. Titio genero num. ff. de condit. & demonstrat.* quam semper approbavit Rota veluti coram Card. Millin. *decis.* 317. *num.* 4 & 5. apud dict. Forolium. *de legis. decis.* 74. *num.* 1. & 3. in *rec. decis.* 405. *per tot. par.* 5. & vltimo loco cum alii in *Romana Transactionis* 2. *May prateriti coram R. P. D. meo Celso, §. nec resistit.*

7 His tamen non obstantibus DD. responderunt, Brigittam esse computandam in numero liberorum, & consequenter legitimam esse Semissem; Et moti sunt ex eo, quod Aurelia reliquerat in Testamento Brigittæ & Veronicæ filiabus legitimam in legato rei certæ titulo institutionis, & pro quavis alio iure, ac pro omni ex toto eo, quod pretendere possent ex eius hereditate. Vnde cum filiz fuerint à matre institutæ, & agnitæ tanquam in suas non intrat statutum prædictum pro earum exclusione, quod solum vindicat sibi locum ab intestato, non autem ex Testamento, vt aduertit Rub. Filet. in *l. Pater filium, num.* 174. *ff. de inoffic. Testam. Socc. consil.* 73. *num.* 3. *lib.* 3. Gabr. *consil.* 140. *nu.* 8. & 9. *lib.* 2. & respon. *decis.* 266. *nu.* 3. & 4. *par. prima, Divers. & coram san. mem. Greg. decis.* 565. *num.* 6. & *segg.* & *decis.* 100. *vers.* 2. *dubitat. post Fenzon. ad stat. Urb.* & ideo cessante statuto non applicatur conclusio, quod feminæ faciant numerum, vel non faciant, prout masculis expedit, vel non expedit, sed absolute faciunt numerum ad commodum masculorum, perinde ac si exclusæ à Statuto non essent, vt notat Angel. in *d. l. Pater filium vers. quod autem esset, ff. de inoffic. testam. Petr. de Ancaran. in l. tres fratres, ff. de part. Cost. de rat. *quæst.* 37. *num.* 5. Castrensis. *consil.* 52. in *fin. lib.* 1. Soccin. *d. consil.* 75. *num.* 3. *eum segg. lib.* 3. tradunt Cysiac. *contr.* 75. *num.* 16. & 72. *num.* 16. Bellon. *de Iure Accresc. d. cap.* 6. *quæst.* 15. *circa fin. vers. licet frequentius, & seg.* Rota apud dict. Foroliviens. *de legitima, decis.* 106. *num.* 9. & *decis.* 157. *eadem num.* p. 6. *rec.**

8 Non obstat, quod Statutum Urbis disponens super sola successione ab intestato habeat etiam locum, condito Testamento, quia licet hoc verum sit, quando institutis masculis feminæ in Testamento sunt præteritæ, ne si melioris sit conditionis filia exclusa ex Testamento contra voluntatem defuncti, quam illa ab intestato præter voluntatem Testatoris, iuxta tradita per Batt. in *l. prima, §. sciendum, ff. de suæ, & legit. & Baldum in l. maximum vitium, Cod. de lib. præter. & considerauit Rota in *Romana supplementi legitima post d. Foroliviens. dec.* 36. *per tot. in Romana legitima, decis.* 316. *num.* 12. *eum segg. par.* 6. & *decis.* 175. *num.* 1. p. 7. *rec.* Attamen vbi, (prout hic) si feminæ non sunt præteritæ, & exheredatæ, sed agnitæ tanquam in suas, & oneratæ titulo institutionis etiam ratione legitimæ tunc Statutum excludens ab intestato non extenditur ad casum conditi Testamenti, vt distinguendo tradit*

*Alex. consil.* 131. *nu.* 2. *vers. unde propter hoc lib. priusum, Paris. consil.* 53. *num.* 79. *lib.* 3. & ita declarauit Rota in *Ceseraten. legati. decis.* 449. *num.* 1. & *per totum par.* 4. Diuersorum san. mem. Greg. *decis.* 358. *num.* 4. *ubique sed d. num.* 6. & in *rec. dicti. decis.* 316. *num.* 14. *par.* 6. *decis.* 60. *num.* 16. & *d. decis.* 175. *num.* 2. *vers. secus vero, & nu.* 17. & 18. *par.* 7. & in *Romana heredit. de Fabyz* 19. *nu.* 13. 1643. *coram bon. mem. Dichto, §. his positæ.* Ratio tamen concorditer adducta est, quod sicuti Testator ex præteritione filiarum suarum, censetur voluisse statutarie exclusioni adherere, ita ex legato factio iure institutionis in causam earum legitimæ censetur noluisse se cum statuto conformare; sed ab eius dispositione voluisse recedere.

14 Hinc fuit consideratum potius intrare aliud Statutum in antecedenti cap. 141. particulatiter disponens super successione ex Testamento. Cuius vigore pluries firmavit Rota, dotem succedere loco legitimæ, vt distinguendo inter verumque Statutum coram Butar. *decis.* 215. *num.* 10. *eum segg. in Romana Domus* 4. *May* 1649. *coram R. D. M. Episcopo Papien §. quia licet, & nouissimè in d. Romana Transactionis coram R. P. D. meo Celso, §. quomodo idem, vers. I deo doteis, & optimè prius firmavit in *decis.* 266. *num.* 3. & 4. *par.* 1. *d. decis.* 15. quo posito non est dubitandum, quia feminæ faciunt numerum pro impingenda legitima de Triente in Semissem, cum id sit inconuertibile, quando dos debita vigore Statuti succedit loco legitimæ, ex adductis per Bellon. *de Iure accresc. cap.* 6. *quæst.* 15. *num.* 9. *circa fin. & segg.* Rota post d. Foroliviens. *decis.* 106. *num.* 9. & *decis.* 157. *eadem numero par.* 6. *recogit. cum alijs supra allegatis.**

15 Neque obstat, quod Statutum prædictum loquatur expresse de dote constituta à Patre, vel Auo, cui filiz, vel nepes debet acquiescere, & ita cum nos versemur in Testamento materno illius dispositionem non facere ad punctum, nam ultra, quod satis est, quod nec minus intret exclusio disposita in *seq. c.* 145. à qua Testator relinquitur legatum filiabus pro earum legitimam omnino voluit recedere cessat difficultas, quia si sine agatur de hereditate Patris, siue Matris, dummodo dos, vel legatum relinquatur in computationem legitimæ feminæ faciunt numerum, vt legitima masculorum transeat de Triente ad Semissem, ita reiecta contraria opinione fuit pluries decisum, vt in *Constatu Castellæ supplementi* 4. *May* 1614. *coram Card. Lancel. & relatis alijs in Romana fideicommissi de Mariana* 9. *May* 1655. *coram R. P. D. meo Alberto, §. hoc igitur vers. sine agatur, & in sape citata decis.* 137. *num.* 13. p. 6. *rec.*

16 Nec prædictis resistere, quod legatum sit modicum, & potius relictum ad cautelam excludendi, quam includendi feminas, quia dum si feminæ in Testamento fuerint agnitæ, & reintegratæ aduersus exclusionem Statuti legatum, utcumque sit, vel modicum, vel pingue, dummodo fiat iure institutionis, & pro legitima, operatur, vt feminæ computentur in numero liberorum, vt vltis adductos comprobant *Grac. consil.* 160. *num.* 35. *lib.* 2. *Marcioc. var. resol. lib.* 1. *cap.* 28. *sub num.* 6. *vers. securi si Pater reliquit filia, d. Foroliviens. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 8. *sub nu.* 59. *versic. si autem Pater. Sui d. de alim. tit.* 3. *quæst.* prima. *nu.* 64. *eum segg.* Cysiac. *contr. for. capit.* 71. *num.* 16. & *segg.* Rota *decis.* 60. *num.* 1. *eum segg. p. prima diuersorum.*

17 Cumque legatum conceptum fuerit in hæc verba, *ibi. Per ragione di Institutore, & in ogni altro miglior modo per tutto quello, che la Sig. Brigida potesse pretendere nella sua heredità per qualsivoglia causa, & occasione, etiam*

etiam per rationem di legitima, excluditur pro fus praeten-  
ta cautela, & exclusio, atque clare educitur, quod  
Testatrix filiam agnouerit, vt in suam, eamque volue-  
rit consequi legitimam pro rata tantum sibi relictam:  
8 Alias enim t perperam legatum ei reliquisset iure In-  
stitutionis pro toto eo, quam posset pretendere, etiam  
ratione legitime, nisi legitimam sibi deberi praesup-  
posuisset, vt bene firmavit Rota in d. decis. 266. nu. 4.  
vers. hic autem, p. prima diuers.

6 Demum nihil referte, quod Thefaur. relatus à Gra-  
tiano discipulat. 676. num. 15. in decis. 159. num. 7. firmet,  
quod per legatum relictum etiam iure Institutionis,  
& pro legitima feminae non videantur agnita in fi-  
lias, quia loquitur contra communem, vt patet ex ad-  
ductis, & singulariter aduertit Cost. de port. var. quast.  
37. in fin. & tamen non negat, quod feminae faciant

numerum, sed tantummodo, quod non faciant partem,  
de quo hic non est questio, & in hanc sententiam, atque ad  
illam effectum, & recte interpretatur, loquitur Rota  
apud Berlin. ubi supra decis. 74. num. 1. & 9. cum aliis in  
contrarium allegatis.

Fuit itaque, causa quibuscumque proposita, partibus in-  
formantibus conclusionem, debere Hiacinto Antonio  
Vitali duas vncias cum quibus quintis partibus, alte-  
rius vnciae, cum ratione propriae portionis, quam Ve-  
ronicae eius sororis germanae, ex omnibus bonis Au-  
reliae Matris, siue dotalibus, siue extradotalibus, iuxta  
auth. nouissima, C. de inoff. test. & in corpore vnde lumi-  
tur, §. prohibemus, ibique Mos. verb. relinquit, in auth. de  
Triente, & Semisse, & §. disposuimus, vt cum de appell.  
cognosc. & in proposito dictum fuit in supradicta Ra-  
neunaten. Successionis 7. Maij 1657. coram me.

F I N I S.





# INDEX MATERIARVM.

A



**A**banus, vel atavus, atque abnepos, vel atnepos, impossibile videtur, quod supervivant. Decis. 34. numer. 17.

**Ablatus** impartant, & inducunt conditionem. Dec. 51. n. 3.

**Ablatus** absolutus licet faciat conditionem, non tamen inducit formam oblativam resolutioni

pluralitatis in singularitates. Dec. 44. num. 9.

**Absurda** sunt custanda. Dec. 44. num. 6.

**Actio** competit vigore promissionis facta in apota Matrimonialis deponendo in tuto Dotem. Dec. 29. num. 14.

**Actus**, quando sunt iudiciales, tunc eo magis probant, & nocent facientibus. Dec. 37. num. 43.

**Actus** subssecutus, qualitatem voluntatis primordialis demonstrat. Dec. 35. num. 40.

**Pro actu** validitatis tunc capienda est interpretatio quamvis sumus in dubio, secus si versemur in clara. Dec. 31. n. 9.

**Ad Aui** hereditatem de iure communis admittitur filius, siue filia cum nepote ex altero filio. Dec. 12. num. 1.

**Administratio** honorum filij à Patre per bannum amissa, venit Curatori assignanda, donec vel pater restituatur, vel filius deveniat ad aetatem legitimam. Dec. 10. num. 1.

**Ad partem**, qui admittitur facit partem. Dec. 20. num. 1.

**Affectio** aequalis in testatore sufficit ad praesumendum, quod etiam postea nascituri admitterentur ad fiduciam. Dec. 8. num. 17.

**Affectio** maior praesumitur erga illum, qui primo loco vocatus est, quam in eo, qui secundo loco. Dec. 8. num. 18.

**Affili**. decis. 350. sub num. 11. refutatur. Dec. 40. num. 12.

**Agnati** dici non possunt, qui sunt positi in aliena familia. Dec. 16. num. 10.

**Agnati** soli sub appellatione consanguineorum comprehenduntur. Dec. 16. num. 4.

**Agnatio** est unica, & sola ratio in statutis, qua excludunt feminas ab hereditate paterna. Dec. 12. num. 30.

**Agnatio** in statuto exclusivo foeminarum propter masculos ab hereditate materna, non consideratur respectu ipsius foeminae, de cuius successione tractatur, sed respectu masculorum agnatorum, quibus hereditas defertur. Dec. 12. num. 42. & 43.

**Agnationis**, & cognationis differentia de iure communi non consideratur inter partes in gradu. Dec. 16. num. 14.

**Agnatio** respectu matris considerari non potest. Dec. 12. num. 21. distinguitur num. 22.

**Agnatio**, qua primum capit in foemina, in eadem retinetur per illius filios, & descendentes masculos. Dec. 12. n. 50.

**Agnationis** iura non nisi à patre descendunt. Dec. 16. n. 19.

**Agnationis** nomen descendentiis ex foemina non convenit. Dec. 16. num. 20.

**Agnatorum**, & cognatorum ad successionem alicuius concurrentium, qua ratio habenda sit, ubi statutum disponit, adhibita d. distinctione bonorum paternorum à maternis. Dec. 16. num. 17.

**Agnatorum** nomine intelliguntur comprehensa etiam foeminae, quae sunt de agnatione. Dec. 16. num. 32.

**Alere**, quando quis aliquem tenetur, Iudex potest illum condemnare ad assignanda bona, ex quorum redditibus alimenta ille percipiat. Dec. 34. num. 69.

**Patrum Nepotem**, & è contra Nepos Patrum alere non tenetur. Dec. 34. num. 1. & hoc ea ratione, quia id nullo iure cavetur, num. 5. contrarium vide num. 44.

**Patrum Nepotem**, & è converso Nepos patrum egentem alere tenetur. Dec. 34. num. 4.

**Et ista opinio** est iuri, & aequitati consentanea, & est verior, & aequior. Dec. 34. num. 5. immo aequissima, ut num. 6. & 7. & ita vario Suprema Tribunalia tenuerunt, ut num. 8. 9. 10. 11. 12. & 13. atque pluribus testibus fulcitur, num. 14. 15. in h. si quis à liberis, ff. de liber. agnoscent. verbum illud (parentes) omnino refertur ad patrum, & vide num. 25.

**Alendi** onus transit ad heredem, & quemcumque possessorem honorum. Dec. 34. num. 65.

**Alimenta** à Nepote cito patris, & è converso debentur ex dispositione iuris Canonici. Dec. 34. num. 31.

**Alimenta**, & sumptus litis, ut praesentur, paupertas, & bonum ius simul concurrere debent. Dec. 54. num. 1.

**Alimenta** nepoti, quod non debeantur à patre, fuit decisum Bononiae. Dec. 34. num. 62.

**Alimentum** praestandi onus in linea collateralis non excedit primum gradum. Dec. 34. num. 1.

**Alimenta**, quando quis alicui tenetur, & è converso rejiciuntur. Dec. 34. num. 67.

**Alimenta**, quando sunt praestanda non attenditur, an quis aliquo exercitio possit sibi victum quarere, & hoc propter fragilitatem humanae potentia. Dec. 34. num. 68. Sed videndum est, an habeat res in bonis, ex quibus decenter vivere possit, & num. 68.

**Alimentorum** legatum relictum alicui, quod cum aliquo moratus fuerit, debetur etiam mortuo eo, cum quo legatarius morari tenebatur. Dec. 34. num. 30.

**Alimentorum** materia est magis privilegiata, & urgentior, quam causa dotis. Dec. 34. num. 54.

**Alimentorum** materia favorabilis est, & ideo in ea est admittenda ampliatio. Dec. 34. num. 28.

**Ob alimentorum** specialem favorem sola triennialis praestatio obligat ad eadem alimenta in futurum praestanda. Dec. 34. num. 66.

**In alimentis** praestandis Iudex perpendere debet vota singulorum, in quibus aequitas, & charitas concurrunt. Dec. 34. num. 24.

**In alimentorum** materia etiam in foro civili, & in terris Imperij ius Canonicum servandum est. Dec. 34. num. 38.

# Index Materiarum.

In alimentorum materia potius est admittenda superfluitas, quam quod quis debitis priuatur alimentis, etiam quod interpretatio contra ne fuerit. Dec. 34. nu. 29.

In alimentorum quantitate taxanda, quid sit considerandum, Dec. 34. nu. 70.

Alienatio, quae sit ex causa Dotis, de bonis fideicommissariis, est iusta. Decis. 45. nu. 13.

Alienationes bonorum facta fideicommissis subiectorum, presumuntur aequare omnes detractiones, donec contrarium constet. Dec. 36. nu. 28.

Alienationis prohibitio facta inter vocatos, inducit fideicommissum. Dec. 29. nu. 3.

Alienationis prohibitio, quando sinit continuatim per viam qualificationis precedentis substitutionis, debet intelligi, retento eodem themate. Dec. 25. n. 12.

Alienationis prohibitio, quando non sinit principaliter, & de per se, sed continuatim ad precedentem substitutionem, non potest ex ea resultare fideicommissum in casu mortis, Dec. 25. nu. 5.

Quodque multo magis procedit, quando adest in casu mortis particulari fideicommissum precedentem. Dec. 25. nu. 6.

Ampliatio ex generalitate rationis. Amittitur etiam in odiosis, & exhorbitantibus. Dec. 34. nu. 27.

Appellatio à Decreto admissionis articulo non impedit, quominus Iudex à quo possit procedere ad ulteriora in examine, donec per iudicem appellationis fuerit inhibitus. Dec. 49. n. 9. limitatur n. 10. & quando tale examen dicitur attentatum, nu. 11.

Argumentum à discretio modo loquendi valet in iure. Dec. 44. nu. 27.

Arctius in conf. 99. declaratur. Dec. 16. n. 15. & 23.

Arma, & insignia Domini domus, solent apponi, non solum in domibus antiquis, sed & etiam in non antiquis. Dec. 44. nu. 39.

Affertioni Patris Generalis Religionis fides est adhibenda. Dec. 36. nu. 4.

Ascendentes proximi vocantur pro virili una cum fratre, & sorore utriusque consuetudis ad successionem Defuncti ab intestato sine liberis. Dec. 39. nu. 1. & nu. 12. fillus, si fuerit facta renuntiatio, num. 15.

Auth. de restit. dot. collat. 4. nouell. 39. de quo loquitur. Dec. 45. nu. 4.

Auth. res, quae C. commun. de legat. & l. 22. §. cum proponeretur, C. de admistr. iur. loquuntur ne illa muliere, cuius liberi, non erant dispositiue vocati. Dec. 45. nu. 43.

Auth. res, quae C. commun. de legat. licet non loquatur in fideicommissis transuersalis, tamen quando in ea casu, etiam intret. Dec. 45. nu. 5.

Auunculus respectu nepotis ex sorore non est consanguineus, & quare. Dec. 16. nu. 11. & n. 12. & 15.

## P

**P**annitorum filij sine dubio sunt capaces fideicommissi, quando sunt vocati dispositiue, Dec. 8. nu. 7.

Barl. in l. qui superstitis. ff. de acquir. possess. declaratur. Dec. 12. n. 55.

Beneficia, & officia concessa à Principe, sine iusta causa non possunt reuocari. Dec. 34. nu. 32.

Bona fideicommissaria data in dotem, censentur assignata cum suo onere. Dec. 45. nu. 40.

Bona fideicommissaria, si sint extrahenda pro dote, aliud est, si de constitutione dotis, & aliud si de eiusdem restitutione. Dec. 45. nu. 8. & nu. 9.

Bona omnia fideicommissi quando non sunt necessaria ad congruam dotem, fructus illorum bonorum, quae super sunt quid faciendum sit. Dec. 45. nu. 47.

Bona subiecta fideicommissis in dubio presumuntur alienata ad euertendum fideicommissum. Dec. 45. nu. 38.

Bona probantur adesse in hereditate fideicommissaria ex instrumento dimissionis facta inter coharedes. Decis. 28. nu. 1.

Item etiam ex instrumento bonorum hereditatis facta per heredem grauatum. Dec. 28. n. 3.

Bona hereditaria per aditionem sunt patrimonium heredis. Dec. 52. nu. 5.

Bona in dotem data, non videntur omni respectu alienata, cum ratione promissus usus dicitur naturaliter permanere in dominio mulieris. Dec. 45. numero 7. & numero 14.

Bona libera, quod non adfuit ad effectum, ut dos sit extrahenda ex fideicommissis, quis debeat probare. Dec. 45. numero 36.

Bona patris presumuntur in filium peruenisse. Decis. 36. nu. 14.

Bona patrimonialia superueniente Clericatu exeunt de potestate Laicorum. Dec. 55. nu. 6.

Bona, si non probantur esse Ecclesiastica, in dubio presumuntur Patrimonialia. Dec. 57. nu. 11.

Bona, quod sint emphyteutica, probatur ex instrumentis inuestiturae, tunc soluituribus Canonum. Dec. 42. num. 12. amplia, num. 1.

Bonum ius non iustificatur ex sententia fauorabili. Dec. 34. nu. 4. vel ex decisionibus, quas quis pro se habet, n. 5.

Bulla Pij V. excludit legitimatum in bonis, & personis Ecclesiasticis quoad successionem de iure communi, non iure speciali. Dec. 57. n. 10.

Bulla Pij V. non est reuocatoria legitimacionem in praedictis substitutorum, ubi legitimatio non est contra voluntatem Testatoris. Dec. 57. num. 12.

Burat. dec. 568. num. 6. in quibus terminis loquitur. Dec. 44. nu. 46.

## C

**C**aducitatis poena, ut euitetur, facienda est omni interpretatio possibilis. Dec. 24. nu. 23.

Cappi appellatione, veniunt descendentes masculi, ex filiis Testatoris. Dec. 44. nu. 3.

Causa quaelibet etiam iniusta excusatur à dolo, & poena priuationis. Dec. 24. nu. 5.

Causa denegata, quando in aliqua re non possit considerari. Dec. 12. nu. 19.

Cancela, quae legitima prohiberi potest à Patre filio, traditur. Dec. 50. nu. 5.

Cessionario competunt omnia iura, quae competebant cedenti. Dec. 16. num. 33.

Cessionarium hereditatis potest cedentis nomine obtinere immisionem illi debitam, & postquam sibi fuerit restituta hereditas, potest illam retinere. Dec. 16. nu. 31.

Cessio, & renunciatio personalis non egreditur personam. Dec. 6. nu. 13.

Citari, & vocari illi debent, si de eorum interesse agatur. Dec. 27. num. 15.

Citatio suffragatur quando est legitime facta cum expressione loci, horae, & qualitatis contractus. Dec. 39. n. 45.

Clausula, quando non sinit de per se, & est appositae ad aliquod qualificandum, tunc illud tantum qualificat. Decis. 6. nu. 2.

Et haec multo magis procedit in adiectione conditionis factae per modum continuationis, seu conuentionis. Dec. 6. n. 3.

Clausula constituta, inutilis efficitur propter negligentiam. Dec. 15. n. 2.

Clausula, & omni meliori, &c. posita in substitutione, quid operetur. Dec. 6. num. 8.

Clausula, & omni meliori modo, veris etiam vulgarem substitutionem in fideicommissariam. Dec. 11. nu. 8.

Clausula, ex mera, pura, & gratuita voluntate, &c. ex stylo

- Notariorum soles apponi in qualibet donatione. Dec. 15. num. 10.
- Clausula, ex mera, pura, & gratuita voluntate, &c. non facit donationem puram, non solum quando causa donandi est expressa. Dec. 15. num. 11.
- Sed etiam quando non est specialiter expressa, dummodo aliter assignari possit causa. Dec. 15. num. 12.
- Clausula pro libito voluntatis, latius patet, quam clausula ad beneplacitum. Dec. 35. num. 55.
- Clausula pro libito voluntatis importat liberum, & absolutum arbitrium nulla iuris regula limitatum, num. 55.
- Clausula, servata graduata prerogativa, in substitutione denotat tractum temporis successivum. Dec. 41. num. 8. referuntur opinioniones, num. 13.
- Clausula, servata graduata prerogativa, excludit representationem, non autem extendit fideicommissum. Decis. 41. num. 11.
- Clausula, sine praeiudicio venientium ab intestato, impedit immisionem legitimatis existentibus filiabus legitimis, Dec. 48. num. 11.
- Clausula, sine praeiudicio venientium ab intestato, impedit immisionem legitimatis, existentibus filiabus legitimis. Dec. 47. n. 14. & praeferuat ius quasitum, & quarandum, num. 15.
- Clausula, ut supra, repetit qualitatem. Dec. 33. num. 10.
- Clericorum bona pauperum esse dicuntur. Dec. 34. num. 32.
- Clericus alimenta prestare tenetur sine amica pauperi, non quidem ex eo, quod bona clericorum sint pauperum, sed ratione propinquitatis, & sanguinis coniunctionis. Dec. 34. num. 34.
- Cognati, reprobata sententia Inola, non continentur sub appellatione consanguineorum. Decis. 16. num. 5. & num. 6. & 9.
- Compensationis exceptio, quando non possit intrare. Dec. 38. num. 9.
- Compensationis exceptio cessat, quando constat de contraria mente Testatoris. Dec. 28. num. 10.
- Concessio aliqua si sit revocata, dicuntur revocati quoque omnes effectus ab ea provenientes, perinde ac si facta non fuisset. Dec. 35. num. 15.
- Concessio, quando sicut facta precario, potest revocari absque causa. Dec. 35. num. 46. amplia num. 47.
- Conditio, non extantibus masculis, sicut collectivè, omniumque masculinorum deficientia requiritur. Decis. 44. num. 10.
- Conditio, si sine filio decesserit, non potest convenire pupillari substitutioni. Dec. 30. num. 19. vide num. 10.
- Confessio alicuius earum rerum, quae non sunt in potestate consentientis, non relevat. Decis. 37. num. 21. declara, ut num. 22.
- Confessio emanata, quoad unum effectum, relevat etiam quoad alium, qui venit in consequentiam illius. Decis. 37. num. 26.
- Et praesertim dum remaneat adimniculata, ac in merum praeiudicium consentientis, n. 16.
- Confessio extrajudicialis regulariter non probatur per testes singulares, etiam singularitate adimniculativa. Dec. 49. num. 17.
- Confessio heredis facta in divisione probat, bona diuisa esse supposita fideicommissis. Dec. 59. num. 9.
- Confessio, licet non sit apta ad transferendum dominium, at tamen apta est ad illud probandum. Dec. 37. num. 23.
- Confessio mariti constante matrimonio non probat in praeiudicium creditorum Dotis numerationem. Dec. 46. num. 5. procedit si non appareat de praecedenti promissione Dotis, num. 6.
- Confessio Mariti de Dote recepta cum expressione modi, & qualitatis solutionum, non presumitur facta amico donandi, sed ad ignoscendam veritatem numerationis. Dec. 49. num. 7.
- Confessio non solum probat contra consentientem, sed etiam contra habentes causam ab eo. Dec. 28. num. 4.
- Confessio nocere debet consentienti, & habentibus causam ab eo. Dec. 23. num. 17.
- Confessio, si detegatur erronea, non obstat. Dec. 23. num. 18.
- Confirmatio Apostolica statuti intelligitur, dummodo contra libertatem Ecclesiasticam non tendat. Dec. 56. num. 21.
- Coniectura confundunt coniecturas. Dec. 49. num. 25.
- Coniectura leuissima, & aequivoca non relevat. Dec. 37. n. 43.
- Coniectura quando sunt turbida non relevat. Decis. 44. num. 44.
- Coniectura, quod femina proximior testatori dici debeat magis accepta, non sufficit ad excludendam remotiorem. Dec. 26. num. 13.
- Coniectura, quod pater presumatur filiam praeferre voluisse extraneo, cessat, si filia renunciauerit pro omnibus heredibus, & successoribus quibuscumque. Decis. 39. num. 31.
- Coniectura unica non est sufficiens ad inducendum fideicommissum perpetuum, ubi tot alia verba testamenti repugnant. Dec. 23. num. 7.
- Coniuncti ad vitia subsidia inter se prestanda tenentur. Dec. 34. num. 34.
- Coniunctis melius est, ut quis subveniat, quibus pudor est ab alio sumpsum deprecare, aut alieni postulare subsidium necessitate. Dec. 24. num. 36.
- Consanguinei, vox im variam habet in iure significationem, in lata sui significatione continet quaecumque cognationem, sine illam proveniat à masculis, sine à feminis, sed in stricta, non nisi solum fratribus convenit. Dec. 16. num. 2. & quare, num. 3.
- Consensus revocato, in terminis dispositionis consentientis impersenerentia consensus omnia reducuntur in pristinum. Dec. 40. num. 13. & num. 24.
- Ex consensus defectu vitis per inutile vitatur. Decis. 35. num. 20.
- Consensus nunquam porrigitur ad ignorata. Decis. 40. numero 4.
- Consensus presumitur ex cursu longi temporis. Decis. 21. num. 10.
- Contractus essentia, sicuti non potest poni in alicuius voluntate contrahentis, ita nec essentia distractus, vel resolutionis propter identitatem rationis. Dec. 35. num. 5.
- Contractus emphiteutici nullam habent à iure prescriptam formam. Dec. 35. num. 29.
- Contractus ex conventionione legem accipiunt. Dec. 35. num. 51.
- In contractibus minorum requiritur insinuatio ex Constitutione Aegidiana. Dec. 7. num. 9.
- In contractibus, nec etiam sillaba debet esse frustratoria. Dec. 35. num. 56.
- Contractus societatis pecorum cum pacto, quod factus emnes ipsorum ad me spectent usquequo sim de meo capitali re-integratus, & pecora postea sine communia, non est usurarius. Dec. 1. num. 8.
- Contra donatarium non potest procedi via executiva, si donans erat obligatus in forma Camera. Dec. 29. num. 16.
- Contra heredem potest procedi via executiva propter obligationem testatoris in forma Camera. Dec. 29. num. 17.
- Contraventionis ultria expressa non extenditur. Dec. 24. num. 8.
- Contraventionem voluntatis testatoris excusare solet protestatio, quia dicitur non credi, quod ex tali actu, qui geritur, voluntas impugnetur. Dec. 24. num. 3.
- Contumacia, & animus delinquendi cessat, non existente dolo. Dec. 24. num. 4.
- Contumacia non probat delictum. Dec. 10. n. 10.
- Conventus clara non retardatur per exceptiones turbidas, Dec.



- Decis. 5. numero 4.  
 Conuentio diuisionis inter fratres locum habeat pro, & contra eorum heredes. Dec. 4. num. 3.  
 Conuentio inter testatorem, & heredem de restituenda hereditate filij testatoris probatur per duas testes. Dec. 49. num. 13.  
 Conuentio, que voluntatem concedentis respicit, ex ipsa sola potest venocari. Dec. 35. nu. 16.  
 Conuentio executionis de diuidendo retardari non potest, si est Camerali obligatione vallata. Dec. 4. nu. 2.  
 Copia statuti obseruati existenti in Archivio vim habet originalis. Dec. 47. nu. 5.  
 Copula, & de illa est natura, ut precedens cum sequenti capitulo coniungat, & omnes illius qualitates reputat. Dec. 24. num. 10.  
 Copula (&) regulariter ponitur inter diuersa. Decis. 23. num. 13.  
 Copula (&) natura est repetere omnes qualitates precedentis dispositionis. Dec. 23. nu. 15.  
 Curator, in consil. 13. & eius sequentes, in quibus terminis loquantur. Dec. 44. num. 18.  
 Curator, deputari non potest pro auctorizando alterius contractu minor 25. annorum. Dec. 39. num. 48.

## D

- D** Annuum commune de re communi resarciri debet, Dec. 1. num. 4.  
 Decisiones in causa Romana de Vrsinis declarantur. Dec. 30. num. 16.  
 Decis. in causa Romana Diuisionis 10. Iulij 1630. coram bonem. Bichio quo casu loquatur. Dec. 40. num. 9.  
 Decisio in causa Romana filiationis 1. Iulij 1639. coram R. P. D. Carillo declaratur. Dec. 37. num. 40.  
 Decis. 463. par. 1. in recent. declaratur. Dec. 22. nu. 53.  
 In decisionibus non est faciendum fundamentum, si causa iterum fuerit proposita, & nihil fuerit resolutum. Dec. 12. num. 54.  
 De iure tertij, quis dare non potest. Dec. 25. num. 14.  
 Delicta de iure non presumuntur, nisi probentur. Dec. 13. num. 10.  
 Demonstrationes dua sufficiunt ad probandam identitatem. Dec. 29. nu. 13.  
 Deportati quomodo differunt à bannitis. Dec. 10. nu. 4. & nu. 8. limita in bannitis propter heresim, & delictum laesam maiestatis, nu. 9.  
 Ad descendendam probandam ad effectum successoriae admittitur probatio per consueturas, & iudicia. Decis. 39. num. 39.  
 Detractiones legitima, Trebellianica, Dotis, Legata pia, ac alia impediunt fideicommissariae iurisdictionem. Dec. 36. n. 4. secus est si statutum in contrarium disponat, num. 23. vel si sint turbide, & illiquida, num. 26.  
 Dicitio, Ac, cuius sit natura. Dec. 6. nu. 4.  
 Dicitio, Ac, est continuatiua, & repetit terminos precedentis. Dec. 6. nu. 5.  
 Dicitio, eiusdem, est personalis, & non comprehendit nisi bona eius, ad quem refertur. Dec. 36. num. 9.  
 Dicitio, ex, quid significet. Dec. 16. nu. 8.  
 Dicitio, liberè, in fideicommissio apposta, comenodè refertur ad facultatem capiendae possessionem bonorum propria auctoritate. Dec. 8. nu. 25.  
 Dicitio, nominati, uti personalis non comprehendit nisi personas expressè nominatas. Dec. 16. nu. 8.  
 Dicitio, peiche, ostendat causam precedentis dispositionis. Dec. 24. nu. 11. & vide n. 11.  
 Dicitio, semper, est vniuersalis, & includit omne tempus. Dec. 8. num. 26.  
 Dicitio supradictum, cuius sit natura. Dec. 16. nu. 5.  
 Dicitio, suum, & similes, quando non excludant papillarem substituentem. Decis. 30. num. 11. vide ratiocem nu. 13. & 16.  
 Dictionis, tunc, & eo casu, in fideicommissio apposta, sunt inclusiue ad substitutos, qui tunc tempore existant. Dec. 8. num. 26.  
 Dictiones, tunc, & eo casu, aliquando sunt taxatiue, & limitatiue, aliquando verò declaratiue. Dec. 8. nu. 27.  
 Dicitio, Vel, posita in substitutione demonstrat, descendentes fuisse vocatos per vulgarem. Decis. 3. num. 9. intellige, ut num. 10.  
 Dicitio, ut supra, an repetat qualitatem masculinitatis in secunda substitutione, si eadem qualitas fuerit apposta in prima, Dec. 26. nu. 7. & nu. 8. & 9.  
 Dies incertus, quando habeatur pro conditione. Dec. 45. num. 52. & num. 53. & 54.  
 Differentia iuris successoriae à iure primogenitura traditur. Dec. 36. nu. 16.  
 Dignus sufficit eligere, omisso digniori, quando sumus extra casum de concursu ad Parachalem. Dec. 27. nu. 11.  
 Dispositio corrumpitur, conditione deficiente. Dec. 25. nu. 11.  
 In dispositionibus clarissimis, non est dubitandum. Dec. 45. num. 6.  
 Dispositio facta ab herede grauato non comprehendit bona relictionem subiecta. Dec. 36. nu. 7.  
 Dispositio iuris communis cessat, stante iuris municipalis dispositione. Dec. 52. nu. 3.  
 Dispositio, que de grossis animalibus statuit, ex identitate rationis de manutis etiam intelligi debet. Dec. 1. n. 5.  
 Dispositio Statuti preualet iuris communis in territorio statutum. Dec. 50. n. 4.  
 Dispositio testatoris interpretationem recipit ex alterius declaratione facta etiam absque iuramento. Dec. 54. nu. 6. declarata, ut num. 7.  
 Doctores consulentes solent ad gratificationem respondere, Dec. 45. nu. 12.  
 Doctores loquentes de suo capite, & sine auctoritate Doctorum, & plenissima argumenta, non sunt attendendi. Dec. 45. nu. 10.  
 Doctores, qui asserunt, quod patris alimenta nepoti prestare non tenetur, & è conuerso, rejiciuntur. Decis. 34. num. 60.  
 Doctori, sine fundamento loquenti non est credendum. Dec. 45. num. 13.  
 Donum, quando estimanda venis, quanti valeat, quid veniat considerandum. Dec. 45. n. 56. & n. 57.  
 Donarius omnium bonorum tenetur seruare factum donationis, & è contra. Dec. 31. nu. 10.  
 Donatio ex defectu insinuationis est nulla. Dec. 14. nu. 5. & Dec. 15. nu. 3.  
 Donatio, ex quo resultat, quod non sit simplex. Decis. 25. num. 6.  
 Donatio facta à filio absque patris consensus est nulla. Dec. 2. num. 2. nec iuramento validatur, num. 8. maxime si super bonis donatis sit inter filium, & patrem, nu. 9.  
 Donatio facta in aliquo contractu, censetur facta contemplatione illius contractus, etiam si donatio fuerit posita in articulo separato. Dec. 15. num. 9.  
 Donatio pura, & gratuitum dici non potest facta ob causam. Dec. 14. nu. 7.  
 Donatio, quando est facta in eodem contractu, & eorum eodem Notario, & testibus, censetur facta est causa ob contractum. Dec. 15. nu. 8. & nu. 13.  
 Donatio, quando est impropria, non eget insinuatione. Dec. 15. nu. 6.  
 Donatio sit sit facta alicui, & donarius eodem die se obligat ad annuum donanti decem, singulis annis, censetur hoc se-

- esset contemplatione precedentis donationis. Decis. 13. num. 7.
- Ad donationis executionem non sufficit, ut quis agat, nisi probetur esse validam. Dec. 14. nu. 4.
- Dos a Patre legata filio, tam si nubant, quam si non nubant, censetur rei. In loco legitima. Dec. 22. nu. 12. contrarium, num. 13.
- Dos, etiam in fructibus potest consistere, sed de fructibus existentibus, sed non de futuris, & quando id sit verum. Dec. 45. num. 45. & quando non, num. 46.
- Dos ex bono fidei commissi si ex causa publica utilitatis esset extrahenda, quae absurdum sequeretur. Dec. 45. numer. 11.
- Dos extenuatur ex debitis. Dec. 45. nu. 77.
- Dos feminis exclusis a statuto ad effectum exclusionis, consideratur tanquam causa secundaria inducta per statuentes ad effectum moderandi rigorem statuti. Dec. 12. num. 25.
- Dos feminis exclusis datur quasi in compensationem exclusionis. Dec. 12. nu. 26.
- Dos Mulieris habens hypothecam praefertur quibuscumque detractionibus, etiam legitime. Dec. 46. nu. 4.
- Dos non succedit loco legitima, quando agitur de personis, quibus legitima non debetur ex Statuto. Dec. 22. nu. 3.
- Dos non succedit loco legitima, si Statutum excludat filios, & postea mandet eas dotari. Dec. 22. nu. 5.
- Dos nullam habet prerogativam, ubi solum legati nomine debetur. Dec. 9. num. 4.
- Dos potest pati omni fideicommissi solum in casu, quo non sortitur natum legitima. Dec. 22. nu. 2. & de ratione, nu. 8. declara, ut nu. 14.
- Dos praesertitur solum ex continuata cohabitatione Coniugum, & ex praesertione alimentorum per Virum Vxor. Dec. 46. nu. 14.
- Dos, quibus non debeatur, multa sunt persona, & tamen debentur alimenta. Dec. 34. nu. 55.
- Dos quanti est minor, per consequens minor quoque est quantum dotale. Dec. 45. nu. 79.
- Dos, quando extrahitur ex bonis fideicommissariis Index animadvertere debet, ne fiat aliqua fraus. Decis. 45. num. 35.
- Dos, quod non sit excessiva, quantum totum fideicommissum fuerit eversum, quis teneatur id probare. Dec. 35. n. 37.
- Dos relicta ab Avo censetur contemplatione patris relicta, & tenetur filia agnoscere illam in legitimam sibi de iure debitam in bonis patris. Dec. 9. num. 2. secus si esset relicta contemplatione nepotum, nu. 3, & quibus consuetudis probetur, numeris sequentibus.
- Dos scutorum quinque millium non tamen pro Civibus, sed etiam pro Nobilibus excessiva est. Dec. 45. nu. 27.
- Dos scutorum 1000. aureorum est congrua magno Comiti, Dec. 45. num. 28. & an hoc sit verum de antiquo tempore, num. 29.
- Dos scutorum 3700. non est excessiva inter Nobiles Civitatis Pataviae. Dec. 45. nu. 30.
- Dotationis qualitas non convenit masculis. Dec. 12. nu. 9.
- Dotandi sororem necessitas in fratre sublata est, si fuerit ab avo relicta Dos. Dec. 7. nu. 3. pro qua ipsa habet haeres obligatos, nu. 4.
- Dotare tenetur, ergo tenetur alere, hoc argumentum sic affirmativè sumptum validum est, sed secus si negativè concipiatur, veluti non tenetur dotare, ergo nec tenetur alere, Dec. 34. nu. 58.
- Dotis in usu-fructu constitui, vulgarißimum nunc est, & antea fuit dictum. Dec. 45. nu. 44.
- Dotis causa, sine legis facultate non possunt alienari fideicommissaria. Dec. 45. nu. 32.
- Dotis non numerata exceptio tollitur per adminicula concurrentia pro reali constitutione eiusdem. Dec. 26. num. 8.
- Dotis obligatio fratrum erga sorores exclusas a Statuto, dependet a casu matrimonii. Dec. 22. num. 6.
- Dos, quando simul concurrunt, quorum alter prodest, & alterum nocet, praevalet, quod nocet. Dec. 40. num. 19.

## E

- E**cclesia, Emphyteusi finita, potest à principio totaliter proximioribus privari revivendo eam pro se. Dec. 35. num. 36.
- Ecclesia finita Emphyteusi, potest illam pro se retinere, vel illam praecario, vel alio pacto reversionis alicui concedere ad beneplacitum, & sic quaecumque illam ita concessam pro se revocare potest. Dec. 35. nu. 15.
- Ecclesia tunc finita Emphyteusi investiendo extraneum, dicitur declarare nolle pro se retinere, quando factus in concessione pura, & simpliciter, sed secus in praecario concessa, Dec. 35. num. 27.
- Ecclesia, si velit pro se retinere emphyteusim finitam, non tenetur proximioribus investire. Dec. 35. nu. 17. & nu. 20.
- Ecclesia, si statim finita emphyteusi declarat nolle pro se retinere investiendo extraneum, statim acquiritur ius praedationis proximioribus. Dec. 35. nu. 6. & nu. 26.
- Ita ut dicatur eis debita investitura cum eiusdem pactis contentis in antiqua investitura, & iuxta illius formam. Dec. 35. nu. 7. & nu. 31. & 32.
- Ecclesia condicio non est deterior efficienda. Decis. 35. numero 33.
- Ecclesia, & loci p̄ favor in dubio attendendus est. Dec. 29. num. 12.
- Ecclesiastica persona non subiacet statutis Laicorum. Dec. 30. nu. 36. procedit si tempore renunciationis fuisset novitia, num. 37.
- Egressus à Religione non est licitus sine iusta causa. Dec. 56. nu. 1. & aliter dimissus non liberatur à nexu Religionis num. 2.
- Emphyteusi Ecclesiastica finita, si Prelatus investiat extraneum, oritur declaratio sufficiens, ipsum noluisse retinere pro Ecclesia. Dec. 35. nu. 1.
- Emphyteusi finita, Dominus ex aequitate Iuris debet proximioribus ultimis investitis in nova investitura, alij cuique praeferre. Dec. 42. nu. 8.
- Quod multo magis procedit si super hoc adesset statutum loci prout in Abbacia Farsen. Dec. 42. nu. 9.
- Emphyteusi finita, si Ecclesia extraneum investiat, si agatur illius, ob cuius mortem fuit finita emphyteusis, praetendant se esse investendos, tunc iuxta pacta illius extranei investitis, non autem iuxta tenorem antiquae investiturae est eis concedenda Emphyteusis. Dec. 35. nu. 32.
- Emphyteusis concessio facta cum eiusdem pactis appositis in antiqua investitura, non dicitur nova concessio, sed renovatio prioris investiturae. Dec. 35. nu. 18.
- Emphyteusis renovatio, si proveniat ex mera liberalitate concedentis, pro novo titulo habetur, licet sit facta cum eiusdem pactis. Dec. 35. nu. 19.
- Emphyteusis, tunc multo magis potest revocari, si sit concessa pro libito voluntatis, quando adest iusta causa. Dec. 34. num. 57.
- Emphyteusis contractus à conventionione partium recipiunt formam, cum à iure nulla eis praescripta forma sit, ita ut quaecumque pacta etiam insolita possunt apponi in eis. Dec. 35. num. 21.
- Empio, & venditio censetur, si praecedunt tradatur aestimatum. Dec. 1. num. 1.
- Enunciativa in antiquis probat aliquid fuisse in bonis alicuius. Dec. 36. nu. 12.
- Aequalium aequalis est determinatio. Dec. 39. nu. 26.
- Es alienum non sufficit atur per assertionem haereditatis

nati in actu solutionum. Decis. 36. numer. 24.  
 Estimatio valoris resultantis in re meliorata, de quo tempore sit facienda. Dec. 45. nu. 60.  
 Eugen. consil. 81. lib. 1. Fusar. de substit. quest. 688. num. 75. in quo casu loquantur. Pus. decis. 438. lib. 2. in correct. & Rota in Maceraten. fideicommissi 26. Iunii 1634. coram Card. Panzirolo, in quibus terminis loquantur. Dec. 44. nu. 42.  
 Exceptio de iure tertij non suffragatur ad impediendam immisionem. Dec. 27. nu. 17.  
 Exceptio firmat regulam in non exceptis. Dec. 21. num. 21.  
 Exceptio requirens altiore indaginem non admittitur in possessario summarissimo, nec impedire potest immisionem, ac mantentionem, Dec. 52. nu. 4.  
 Exceptiones contra transactionem de dividendo requirentes altiore indaginem, non impediunt illius executionem, Dec. 5. nu. 1.  
 Exceptiones, quae dantur contra Testes, ut releuent, debent esse iustificatae. Dec. 37. nu. 27.  
 Exclusio foeminarum facta à statuto, non habet eam conditionem, quam habet renunciatio facta per eas. Decis. 12. num. 59.  
 Exclusio qualitas, quando cessat, pariter cessat ipsa exclusio. Dec. 21. num. 14.  
 Exclusivum caput in statuto, semper est correspondivum ad caput inclusionis, ita ut, quod uni fuit concessum, alteri denegatum censeatur. Dec. 11. nu. 13.  
 Executor ad aliquem eligendum, si potest se extrajudicialiter informare, potest etiam eligere nemine citato. Dec. 25. num. 16.  
 Exemplis non est iudicandum. Dec. 34. nu. 64.  
 Ex negligentia censetur amissa possessio, qua in solo animo contrahentium suam habet essentiam. Dec. 3. nu. 3.  
 Expense illae dicuntur necessariae, quae si non fuissent factae, aut res periisset, aut deterior facta fuisset. Dec. 45. nu. 64.  
 Expense quando dicantur utiles. Dec. 46. nu. 65.  
 Expressio aliqua si fuerit facta ad maiorem cartellam non immutat naturam precedentis dispositionis. Dec. 40. n. 26.  
 Extranis, quando quis instituit, & substituit sub conditione, si sine liberis, videatur voluisse pro eorum dotibus quod alienetur fideicommissum. Dec. 45. nu. 16.  
 Extremis probatis mediae presumuntur. Dec. 48. nu. 4.  
 Extremis probatis, mediae presumuntur, praesertim si sint ejusdem generis. Dec. 47. nu. 9.

F

Factum patris hanniti non potest nocere filio, quo non venit ex persona patris, sed ex propria, ut vocatum à testatore. Dec. 11. nu. 11.  
 Factum solum sufficit ad purificandam conditionem parti resoluti. Dec. 56. nu. 7.  
 Ex familia sua natus, qui non subuenit, idem negat, ac infidelis deterior efficitur. Dec. 34. n. 39.  
 Panor. suo quilibet potest renunciare. Dec. 27. nu. 12.  
 Feuda antiquius concedebantur cum pacto, ut essent ad beneplacitum revocabilia. Dec. 35. nu. 24.  
 Feuda hodie vassallis auferri possunt ad beneplacitum Dominorum, nisi adsit tale pactum. Dec. 35. nu. 25.  
 Feuda concessio facta pro libito voluntatis, ut revocetur, sufficit simplex animi motus. Dec. 35. nu. 34.  
 Fe idorum concessiones ex conventionibus partium declarantur, seu legam accipiunt. Dec. 35. nu. 49.  
 Feudum concessum ad beneplacitum potest sine causa revocari. Dec. 35. n. 50. amplius, nu. 53.  
 Feudum, & Emphyteusis possunt concedi ad tempus concedenti bene viso. Dec. 35. nu. 22. Et hoc pactum non adversatur regulis iuris, n. 23.  
 Fideicommissarius debetur immisere concurrente existentia,

& purificatione fideicommissi, ac bonorum identitate. Dec. 36. nu. 5.  
 Fideicommissarius descendens, non sunt ira relaxanda habens, ut valeant, aliquo colore subvertere fideicommissum. Dec. 45. nu. 23.  
 Sed ad iudicem est recurrendum. Dec. 45. nu. 24.  
 Fideicommissarius etiam competit remedium l.ii. C. de ed. & D. Ad. toll. Dec. 28. nu. 1.  
 Fideicommissario immisio denegari non potest, si doceat de fideicommissio, de identitate bonorum, & de possessione fideicommissaria. Dec. 25. nu. 1.  
 Fideicommissario, quibus concurrentibus est concedenda immisio vigore l.ii. C. de ed. & D. Ad. toll. etiam contra tertium possessorem. Dec. 31. nu. 12.  
 Fideicommissarius probare tenetur bonorum identitatem ad effectum immisionis. Dec. 36. nu. 3.  
 Fideicommissarius viens iure suo, potest agere ad vindicandam rem nulliter alienatam, nec firmitur obligatione sui auctoris. Dec. 31. nu. 11.  
 Ex bonis fideicommissariis, quando est extrahenda dos, prudens, & oculatus iudex ad quid animadvertere debeat. Dec. 55. num. 25. & 27.  
 Fideicommissi casus, quando venit, cessat illius effectus. Dec. 25. num. 11.  
 Fideicommissi derogationis gratia remanet invalida, si forma in ea data non adimpleatur. Dec. 28. num. 7.  
 Fideicommissi extensio non potest fieri de filio gravatis ad Nepotes non gravatos. Dec. 23. num. 12.  
 Fideicommissi onus a alieno comparatur. Dec. 45. nu. 11.  
 In fideicommissis vocatio nasciturorum, tanquam indefinita omnia tempora respicit. Dec. 8. num. 10. & 11.  
 Fideicommissio non censetur, quis voluisse renunciare, si de eo non fuit certioratus. Dec. 40. num. 1.  
 Fideicommissio purificatio extinguitur hypotheca constituta super re fideicommissaria. Dec. 46. num. 2.  
 In fideicommissio transuersali non intrat Auth. res. quae, C. commun. de legat. Dec. 45. num. 2.  
 Ex fideicommissio univ. non est arguendum ad particulare, quando testator diversimode disposuit. Dec. 44. n. 34.  
 Fideicommissio, ut dicatur renunciatum non sufficit scientia generalis, sed specialis notitia fideicommissi est necessaria. Dec. 40. num. 6.  
 Et contraria opinio forsitan posset procedere, quando alia coniectura pro scientia concurrent. Dec. 40. num. 7.  
 Fideicommissio, ut dicatur renunciatum per aliquem, requiritur eius scientia specialis, ita ut non sufficeret, si adessent verba de futuro, Dec. 40. nu. 8.  
 Fideicommissorum derogatio impedit fideicommissario immisionem. Dec. 28. nu. 5.  
 Ad fideicommissum admittitur, qui probat, se esse in casu fideicommissi purificati. Dec. 27. nu. 1.  
 Fideicommissum clarum ad finem illorum de linea, dicitur inductum, si Testator voluit, quod finita linea bona revertantur ad aliquam Ecclesiam. Dec. 29. nu. 4. 5.  
 Fideicommissum dicitur conditio, Dec. 31. nu. 5.  
 Fideicommissum factum pluribus substitutis, cum conditione, si sine filio aliquis obierit, &c. tunc si unus decedat relicto filio, fideicommissum expirat. Dec. 23. nu. 1. 4. & 5.  
 Sed ista opinio non habet locum, quando adsunt coniecturae pro fideicommissio. Dec. 23. nu. 2.  
 Fideicommissum in dubio excludi debet. Dec. 8. nu. 10.  
 Fideicommissum non censetur inductum in casu mortis ex verbis consequentibus ad substitutionem. Dec. 25. nu. 2.  
 Fideicommissum ne extendatur facienda est interpretatio, cum sit odiosum. Dec. 44. nu. 36.  
 Fideicommissum non est extendendum ad praesentiam offensionem Testatoris erga aliquam domum. Dec. 44. nu. 40. & 41.

- Ad Fideicommissum novum inducendum non sufficit ratio entis in superfluitate.* Dec. 44. num. 21.
- Fideicommissum perpetuum non inducitur ex gravamine dotandi feminas in infinitum.* Dec. 23. num. 6.
- Fideicommissum periale non inducitur, nisi verbis expressis, quae omnem aliam interpretationem excludant.* Decis. 24. num. 9.
- Fideicommissum purificatum per alienationem sequentem ex de. llo, an faciat incurrere caducitatem.* Dec. 8. num. 14.
- Per mortem filiorum quando dicatur purificatum fideicommissum ad favorem filiarum, &c.* Dec. 11. num. 3.
- Fideicommissum, quando semel est extinctum propter constitutionem dotis, amplius non reinviscit.* Dec. 45. num. 70.
- Fideicommissum restituere si fuerint gravati descendentes primo loco vocati, censetur etiam gravati ad id alij proximiores secundo loco vocati.* Dec. 41. num. 15.
- Fideicommissum sine necessitate, & ut verborum non est inducendum.* Dec. 23. num. 9.
- Fideicommissum, ut inducatur, cum sit onus, non omnes conjecturae sufficiunt, sed ille dumtaxat, quae necessario concludunt, & ex verbis à Testatore prolatis colliguntur.* Dec. 23. num. 1.
- Fiducialitas probatur ex verbis prolatis etiam prout testamentum à testatore.* Dec. 49. num. 8.
- Fiducialitas probatur per testes singulares.* Dec. 49. num. 16. item per conjecturas, num. 19. declarata, ut num. 18. & num. 20.
- Fiduciaria institutio non censetur quo ad aliquos filios & quo ad aliquas liberae.* Dec. 49. num. 6.
- Fiduciaria institutionis causa debet esse certa, non dubia.* Dec. 49. num. 7.
- Filia censetur vocata sub appellatione filiorum supervenientium, nisi addita reperiat qualitas masculinitatis.* Dec. 44. num. 26.
- Filia exclusa ex testamento non debet esse melioris conditionis contra voluntatem testatoris, quam illa ab intestato prater eum voluntatem.* Dec. 60. num. 11.
- Filia exclusa per Statutum ab intestato, non potest venire contra testamentum Patris ratione legitima.* Dec. 22. num. 17. & num. 15.
- Filia, quae renuntiavit, deficientibus omnibus parentibus, & proximioribus venientibus ab intestato succedit patri, non autem illis existentibus.* Dec. 39. num. 34.
- Filia nomine filiorum continentur.* Dec. 45. num. 28. Id tamen non procedit ex propria verbi natura, sed ex interpretatione, & conjectura, num. 19.
- Filiarum exclusio non est conjectura, ut excludatur neptis.* Dec. 18. num. 10. adduntur rationes diversitatis, num. 11.
- Filiatio ex multis simul iunctis probatur ad effectum succedendi in fideicommissis.* Dec. 37. num. 3.
- Filiatio ex Testibus, qualiter probetur.* Decis. 37. num. 16. & 17.
- Filiatio legitima, probatur per testes, si deponant de nominatione, tractatu, ac publica reputatione, & fama.* Dec. 27. num. 2.
- Filiatio paterna, cum non possit plene probari, ideoque ad eam iustificandam admittuntur sola praesumptiones, & conjectura.* Dec. 37. num. 3.
- Filiatio probatur ex publica voce, & fama incussa apud vicinos, quod talis erit filius.* Dec. 37. num. 6. & 7.
- Filiatio probatur, si quis viri filius hares universalis fuerit institutus.* Dec. 26. num. 4.
- Filiatio respectu patris probatur conjecturis, de quibus, ibidem.* Dec. 37. num. 2.
- Ad filiationem probandam tunc rejiciuntur conjectura adductae, quando sunt imperfectae in suo genere.* Decis. 37. num. 41.
- Ex nominatione Patris alicuius in filium facta in actu proportionabili, constituitur ille in quasi possessione filiationis.* Dec. 42. num. 16.
- Itam contrarium asserenti incumbat onus probandi.* Decis. 42. num. 17.
- Ex Patris nominatione facta in filium, qui constituitur in quasi possessione filiationis in ipso tamen praedictum, & habentem causam ab eo.* Dec. 42. num. 18.
- Secus vero in praedictum tertij veluti substituti seu alterius inestitit, ac etiam ipsius Domini directi, quod tam in his casibus aliunde est probanda filiatio.*
- Filiationis confessio, non simpliciter facta sed explicita emanata in actu iudiciali, qui non nisi, viri filius, ac hares conveniri poterat, probat filiationem.* Dec. 37. num. 15.
- Filiationis nominatio iuncta actui proprio naturali, probat filiationem, etiam cum extraneis.* Decis. 17. num. 13.
- Quod multo magis procedit contra consuetudinem, & nominationem.* Dec. 37. num. 14.
- Filiationis probatio respectu genitoris, & concludens, vel est impossibile, vel saltem difficilima.* Dec. 37. num. 2.
- Filiationis quasi possessio non attenditur, nisi alia concurrant quando sumus in decisorio, ubi principaliter agitur de ipsa filiatione.* Dec. 42. num. 19.
- Et sine dubio procedit, quando non agitur de bonis illius, qui constituit filium in quasi possessione filiationis.* Dec. 42. num. 20.
- Filij hannis nostri temporis nati post hannum faciunt deficere conditionem, si sine filijs.* Dec. 8. num. 6.
- Quod procedit etiam, si pater sit declaratus hostis patriae, & possit tamen offendi.* Decis. 8. num. 6.
- Filij, & ceteri, qui sunt necessario instituti, dicuntur praeteriti, etiam si eis factum sit legatum.* Dec. 23. num. 8.
- Filij in conditione positi non censentur vocati cessantibus conjecturis.* Dec. 38. num. 2. & procedit etiam in conditione si positi fuerint legitimi, & naturales, num. 3.
- Filij in successione, quando nequeant occupare locum matris per representationem.* Dec. 16. num. 26.
- Filij nati post patris deportationem, non faciunt deficere conditionem, si sine filijs.* Dec. 8. num. 2.
- Filij naturales non comprehenduntur sub statuto loquente de descendensibus masculis.* Dec. 47. num. 17. limitatur, num. 18.
- Filij non possunt dici agnati ipsi matri, vel aviae.* Decis. 11. num. 31.
- Filij postea nati an admittantur in praedictum substituti, cui iam fuerit acquisitum.* Dec. 8. num. 8.
- Filij sequi debent familiam patriae, non autem matris.* Dec. 11. num. 32.
- Filio debetur legitima ex bonis paternis, & ea non potest fideicommissis gravari.* Dec. 30. num. 2.
- Filiorum appellatione in conditione positorum veniunt indistincte tam masculi, quam foeminae.* Dec. 35. num. 2.
- Filiorum appellatione, non veniunt Nepotes, etiam in fideicommissis ascendentium.* Dec. 44. num. 16.
- Filiorum appellatione veniunt etiam nepotes, quando agitur de excludendo fideicommissis.* Decis. 44. num. 55.
- Filiorum vocatio in testamento facta, quando non possit verificari aliter, quam in filijs postea nascituris.* Dec. 8. num. 12.
- Filius alicuius, quando quis publice denominatur ex hoc tenet admiculata Filiatio, & Filius constituitur in quasi possessione filiationis.* Dec. 37. num. 5.
- Filius hannis in pona capitali censetur filius novi hominis, nec ad fideicommissum aspirare potest.* Dec. 10. num. 7.
- Filius conceptus, & natus post purificatum fideicommissum, admittitur in praedictum substituti, sic suadentibus conjecturis.* Dec. 4. num. 9.
- Filius constituitur in quasi possessione filiationis, respectu eorum, qui illum, viri talem agnouerunt, & conauerunt.* Dec. 37. num. 12.

Filius familias potest ex partibus contractu obligari. Dec. 3. num. 1.  
 Filius familias qualiter conveniri possit est contractibus iniuriis, dum esset in patria potestate. Dec. 3. num. 2. 3. & 4.  
 Filius gravatus ad faciendam reversionem non potest legitime habere & tollere in feminis. Dec. 4. 7. n. 13.  
 Filius legitimus per subsequens matrimonium, quo ad omnem effectum, reputatur filius legitimus, & naturalis. Dec. 37. num. 20.  
 Filius legitimatus per subsequens matrimonium intrat in locum legitimi. Dec. 42. num. 11.  
 Filius in atri tenetur prestare alimenta. Dec. 34. num. 57.  
 Filius natus à Patre incerto, non potest per subsequens matrimonium legitimari. Dec. 42. num. 24.  
 Filius natus, & conceptus post capitalem patris condemnationem, est incapax eius successionis. Dec. 8. num. 1.  
 Filius non tenetur dotare matrem. Dec. 34. num. 56.  
 Filius potest cognosci esse illius, cuius faciem, formamque refert. Dec. 37. num. 9.  
 Filius presumitur eius, à quo sacro Baptismate ablatus fuit, uti progenitor, & in libro Baptizatorum descriptus fuit, uti eius Pater. Et insuper ab eodem fuit educatus, & publice denominatus uti filius. Dec. 37. num. 4.  
 Filius, qui sororem exclusit, excludere etiam debet filios eiusdem sorori. Dec. 12. num. 39.  
 Filius, qui tempore fideicommissi purificatus, aut conceptus non erat, non includitur in fideicommissio. Dec. 10. n. 12. secus si aliis appareret de voluntate testatoris, n. 13.  
 Filius si non sit in rerum natura tempore purificati fideicommissi, & substitutus ad sit, an per eius conceptionem, & natiuitatem possit auocari in questum substituto. Dec. 8. num. 1.  
 Filius spurcius dicitur natus de incerto patre. Dec. 42. nu. 21.  
 Femina est finis paterna agnationis, & caput alterius agnationis sui viri. Dec. 11. num. 49. & num. 52.  
 Femina familia, in qua nabit, principium facit. Dec. 16. num. 24.  
 Femina, quando est exclusa, censentur etiam exclusi omnes ab eo descendentes. Dec. 12. num. 3. vide distinctionem, nu. 4. 5. 35. & 36.  
 Femina transmittere valet ad suos descendentes in reintegrationis, eo vivente purificatum. Dec. 47. num. 6.  
 Femina transmittere valet ad suos descendentes in reintegrationis ea vivente purificatum. Dec. 48. num. 5.  
 Femina ad institutorum successionem admitti possunt, & tanquam proximioris, & tanquam agnatae desanctorum, Dec. 17. num. 24.  
 Femina exclusa à statuto non veniunt nomine filiorum, Dec. 18. nu. 1. intelligi, ut nu. 6.  
 Femina exclusa à statuto computantur in numero liberorum ad augendam legitimam, quatenus ipsi masculi magis expedit, Dec. 60. num. 2.  
 Femina exclusa, ut faciant numerum non pendet à voluntate fratris vicinii, sed à voluntate utriusque coniuncti. Dec. 60. nu. 5.  
 Femina exclusa si aliquando connumerantur; id fit volentibus fratribus, ad quorum fiduciam est indenta exclusio, vel quando dos succedit loco legitime. Dec. 60. num. 7. fallit quando sunt instituta, & agnata, nu. 8. & cessante statuto, num. 9.  
 Feminatum exclusio proveniens ex conjectura voluntatis Testatoris desumpta à Statuto, non debet extendi ultra dispositionem eiusdem Statuti. Dec. 18. nu. 7.  
 Feminatum exclusio præter masculos ratione conservanda Agnationis respicit commodum fratrum eiusdem matrimonii, non vero viciniorum. Dec. 60. nu. 4.  
 Feminis exclusis à statuto simpliciter, non autem temporali-ter, existentibus masculis, non datur reintegrationis, extinta

linea masculina. Dec. 47. nu. 1.  
 In Familias non est considerande agnatio. Dec. 13. nu. 3.  
 Femina facit numerum, & impugnanda legitima de-terminat in feminis, quod de viro & filius dos succedit loco legitime. Dec. 60. nu. 13.  
 Femina facit numerum verum siue agatur de hereditate patris, siue matris, dummodo dos, vel legatum relinquatur in compensationem legitime. Dec. 60. num. 17.  
 Femina non solum possit retinere denominationem agnationis, & familiae, sed & eiusdem agnationis dignitatem conservare. Dec. 16. nu. 20.  
 Femina per legatum sibi relictum iure institutionis, & pro legitima, dicitur agnata, opus contracta est contra communem. Dec. 60. nu. 19.  
 Femina per statum conditionaliter vocata venire non potest deficiente conditione. Dec. 51. nu. 4.  
 Femina quemadmodum masculis debent præferri extraneis substitutis. Dec. 18. nu. 5.  
 Femina si sit vocata deficientibus masculis, non succedunt decedente quolibet ex masculis, sed expectanda est mors eorum. Dec. 11. nu. 13.  
 Femina vivunt sub conditione, & nomine filiorum in successione. Dec. 16. nu. 1. maxime si testator voluit prospicere conservationi suae familiae, num. 11.  
 Femina, ut à masculis excludantur, ex dispositione Statuti Vrb. lib. 1. cap. 145. requiritur, ut eadem femina dotem habeant. Dec. 12. nu. 23.  
 Frater consanguineus succedit fratri in bonis quasitis à linea paterna, vicinior vero à linea materna. Dec. 50. nu. 3.  
 Frater constituens viciniam dotem sorori, vigore statuti exclusi femininam, an excludatur dicta soror ab universis que parentis successione. Dec. 11. nu. 29.  
 Frater ex uno latere tantum coniunctus, de iure non concurrat in successione matris. Dec. 20. nu. 17.  
 Frater, quando est necessario instituendus, ut non dicatur præteritus, sufficit, quod aliquid etiam solum titulo legati relinquatur. Dec. 20. num. 10.  
 Frater, si acquirat multa bona cum communibus hereditariis cum alia fratre, quando censentur quesita communi nomine. Dec. 32. num. 8.  
 Frater, vel soror, ut faciat partem in legitima matris sufficit, ut aliquid sit ei relictum, siue titulo institutionis, siue titulo legati. Dec. 20. num. 7.  
 Fratres, & alia persona, qua non sunt necessario instituenda, non possunt dici præterite, si aliquid ei etiam solo titulo legati relinquatur. Dec. 20. nu. 9.  
 Fratres succedentes progenitori tenentur dotare sorores de bonis paternis. Dec. 58. nu. 6. & censentur dotasse uti heredes, num. 7.  
 Fratres viciniam dicuntur eodem sanguine geniti. Dec. 16. nu. 5.  
 Fratres succedunt frater, & soror in capita de iure communi. Dec. 55. nu. 1.  
 Fructus à die mortis veniunt in petitione hereditatis. Dec. 21. nu. 25.  
 Fructus, & commoditas rei prohibita alienari, quando non possit alienari ad longum tempus. Dec. 31. nu. 7.  
 Fructus si de eadem si sufficientes videntur ad hoc, ut ebe-rit solum sine fideicommissi alienatione, mulier possit honestum virum allicere. Dec. 45. nu. 41.  
 Fructuum perceptio restitutionis seu imputatione excusat bona fides, non sufficit abesse malam fidem. Dec. 46. n. 19.  
 Fumus in parte est alienum dotis. Dec. 45. num. 73. & est a vicinis, nu. 74.  
 Fumus in parte uxoris, à quo veniant persolvenda. Dec. 45. num. 75.  
 Fumus in parte uxoris, cum aliis ab eo allegatis, in quo ad sit legitime. Dec. 45. num. 9.

## G

**G**emino prohibitionis tanquam, que eorum prohibitionis voluntas em ostendit, ut probari ne possit, ut superflua. Dec. 24. nu. 17.

## H

**H**abiletas instruendi potuisse contractum intermedium, probatur ex habilitate antecedenti, & subsequenti eisdem die, Dec. 39. nu. 42.

Habiletas in persona succedere volenti non metimur à tempore antecedenti, sed dimittat delata successionis. Dec. 56. nu. 17.

Hereditas confessio non est attendenda, si ex testamento constet, ut n. el. ter se habere, Dec. 23. nu. 26.

Hereditatis in Codicillis nec dari, nec adimi directo potest, Dec. 29. nu. 7.

Se quando praeceptum heredis institutio in testamento, secunda substitutio facta in Codicillis substat in vim fideicommissi.

Ades ut heredes in testamento scripti conseantur gravati communicare hereditatem cum herede dato in Codicillis, num. 10.

Hereditas solo animo aditur. Dec. 17. num. 6.

Hereditas patris, non convenit nisi filio legitimo. Decis. 37. num. 15.

Hereditas per aditionem desinit esse, & efficitur proprium patrimonium heredis. Dec. 17. num. 3.

Hereditati nemo obligari debet, vel exheredari factis alienis. Dec. 14. num. 1.

Heres ad eundem hereditatem, dicitur quasi contrahere cum creditoribus, & Legatariis. Dec. 38. num. 2.

Heres defuncti, siue adeat hereditatem ex testamento, seu ab intestato, semper tenetur servare mentem defuncti, Dec. 38. num. 5. Nec potest ab eius placitis recedere, & num. 6.

Heres fiduciarius, ut quis institutus dicatur, qua requirantur. Dec. 49. n. 1. & an sufficit allegare, quod filij essent impuberes, nu. 5.

Hereditatem fiduciarium esse aliquem, alleganti incumbit onus probandi. Dec. 49. num. 2.

In hereditatem transiunt omnia iura, activa, & passiva Testatoris. Dec. 17. nu. 24.

Hereditatis fructus, non nisi post eam aditam, debentur. Dec. 21. nu. 18.

Heres gravatus celetur pro sua legitima elegisse fundum primo loco obispo alternatum. Dec. 46. nu. 3.

Heres gravatus alienans bona fideicommissaria, quando ex defectu scientia excusetur. Dec. 31. nu. 12 & 13.

Heres gravatus si locaverit bona fideicommissa subjecta, stante super hoc prohibitionem Testatoris, nulliter agit, & in conductorem non transfertur dominium. Decis. 31. numero 14.

Heres gravatus, si emittat professionem in aliqua Religione capaci successionis, quando dicta Religio non possit pretendere ad se spectare bona fideicommissaria durante vita dicti Epi Monachi, Dec. 31. nu. 16. 17. 19 & 20.

Heres gravatus potest censum imponere super re, quam tenetur restituere, durante tamen durante vita ipsius heredis imponentis. Dec. 45. num. 1.

Heres gravatus, si voluntati Testatoris contravenierit, qui aliquid prohibuit cum expressa annullatione illius, tunc sine dubio sit locus purificationi fideicommissi. Dec. 31. n. 1.

Heres gravatus, qui alienavit bona fideicommissaria, tenetur ad pretium restitutionem, & reintegrationem fideicommissi. Dec. 59. nu. 1. tam si fuerit secuta alienatio scienter, nu. 1. quam ignoranter, nu. 1.

Heres institutus in re certa, & determinata, comprehenditur

sub reciproca in defectum heredum universalem. Dec. 14. num. 8.

Heres institutus, si vti proximior adierit hereditatem ab intestato, non iaco excipitur à solutione Legatorum. Decis. 38. num. 4.

Heres, postquam adivit hereditatem, si ab eo illa auferatur, non dicitur exclusus à successione, sed hereditatis iam acquisita vere privatus. Dec. 21. nu. 8.

Heres potest petere reintegrationem si fideicommissi alienati ab eo, à quo independenter est vocatus ad idem. Dec. 59. num. 13.

Heres, vel fideicommissarius postquam hereditatem acceptaverunt, non possunt amplius illi renunciare. Dec. 27. n. 14.

Hereditas, & successorum quorumcumque appellatione, veniunt etiam extranei. Dec. 30. nu. 14. declaratur exemplis, n. 15 & 16.

Nomine hereditas & successorum, qui veniant. Dec. 44. n. 4.

Honestatis, & indemnitas mulierum, ut consulatur, Iudicium officium implorari potest. Dec. 44. nu. 32.

## I

**I**dentitas bonorum bene probatur ex sententiis in causa prolatis. Dec. 42. nu. 4.

Identitas bonorum probatur ex combinatione cum bonis contentis in instrumentis. Dec. 59. n. 8.

Ignorantia allegari non potest, si per publicam vocem, & summam constat. Dec. 49. num. 23.

Illatio ad diversa non fit. Dec. 32. nu. 9.

Illatio in casibus diversis non est facienda, Dec. 39. nu. 21.

Illegitimi non succedunt in emphyteusi Ecclesiastica. Dec. 4. num. 15.

Immissio bonorum est detegenda ratione incertitudinis possessionis. Dec. 56. n. 21. limita, ut nu. 22.

Immissio fideicommissario non retardatur sub pretextu detractionum, si sunt alia bona testatoris. Dec. 36. nu. 29.

Inclusio unius est exclusio alterius. Dec. 12. nu. 11.

Inclusio quo ad unum, quo ad reliqua censetur exclusio. Dec. 44. nu. 28.

In favorabilibus semper attendi debet persona, que fuit causa eiusdem favoris. Dec. 12. nu. 24.

Infermitatis impensa habent idem privilegium, quod habent impense funeris. Dec. 45. n. 76.

In gradu successibili si quis est, & alius non concurrat, qui pretendat se proximior, habet intensionem fundatam, quod sit proximior. Dec. 27. nu. 6.

In iudicando magis aqua est tenenda sententia, quamvis contraria sit magis communis. Dec. 34. nu. 46.

Inodium cum, non debet retorqueri in, quod in eius favorem factum est. Dec. 44. nu. 5.

In Parochialium concursu, si plures sint admissi, & approbati, dum sit electio digni, omisso digniori, non substat, & hoc ex iure speciali. Dec. 27. nu. 10.

Insinuatio in donationibus pura, & simplicibus est necessaria, non autem in factis ob causam, Dec. 14. nu. 4 & 5.

Insinuatio non est necessaria in renunciatione, si est de re incerta, & iure nondum acquisita adhuc in spe. Dec. 50. n. 8.

Insinuatio requiritur, vigore Regidiana Constitutionis, in quolibet actu, in quo potest esse laesio minoris. Decis. 9. numero 10.

Institutio cadit in Heredibus primi gradus, & respectu substitutio, cum ad invicem, & reciproce, & c. fuerint substituti. Dec. 23. nu. 10.

Instrumenti sumptuum, quando sunt extractum ab Archivio, & ab illius Praefecto, dicitur in forma probantis. Dec. 35. nu. 58.

In instrumento, si renunciatur aliqua solemnitas, & solemnitas aliqua necessaria reprobatur omnia, ex hoc non solum eliditur presumpcio dicta solemnitas, sed immo

oritur contraria presumpcio, quod illa non praeceperit. Dec. 28. nu. 9. & nu. 10.  
Instrumentum constitutionis Dotis cum subsequuta confessione receptionis probat illius solutionem. Dec. 46. nu. 9. praesertim si confessio sit cum iuramento, nu. 10.  
Instrumentum emptionis cum clausula constituti probat possessionem acquirentis. Dec. 36. nu. 15.  
Instrumentum facit rem certam, & manifestam. Dec. 33. n. 1.  
Interpretatio de directo contraria verbis testamenti non est attendenda. Dec. 19. nu. 1.  
Interpretatio non est admitenda maxime lata in praedictum causa pia. Dec. 45. nu. 22.  
Interpretatio, ut alius suscipiatur, ea capienda est. Decis. 31. nu. 8.  
Inuestio ex Iudicio officio datur immissio. Dec. 42. nu. 10.  
Inventarij ommissio facit presumere, vel heredem deractiones consumpsisse, vel alia bona, ex quibus fieri debebant, subtraxisse. Dec. 36. nu. 27.  
Iudex delegatus sine presentatione Commissionis, nullam habet iurisdictionem. Dec. 28. n. 8.  
Iura tam actiua, quam passiva dicuntur translata in heredem, cum hereditatem adiit. Dec. 38. nu. 3.  
Iuramentum non operatur ultra intentionem, & consensum iurantis. Dec. 40. nu. 5.  
Iuramentum non potest esse vinculum malitiae, & iniquitatis. Dec. 13. nu. 8.  
Ius renuncianti, quando habet aliquam mixturam cum honore, & voluntate Testatoris, tunc dicto iuri renunciari non potest. Dec. 27. nu. 13.  
Iuuenis vocantur in Civitate Bononia, potius respectu sexus ad differentiam foeminarum, quam respectu aetatis. Dec. 27. nu. 9.  
Iuuenis, vel senex, ad hoc, ut quis dicatur, relinquitur arbitrio Iudicis, secundum subiectam materiam. Dec. 27. n. 8.

L

**L**icitia non est sciendum cum lesione immunitatis Ecclesiasticae. Dec. 56. nu. 25.  
Legatarius acceptans legatum cum prohibitione de nihil amplius petendo censetur tacite fideicommissum renunciare. Dec. 36. nu. 2. limita, ut nu. 6.  
Legatarius non potest usi beneficio universalis Heredis. Dec. 25. nu. 7.  
Legatum relictum à Patre pro dote filiabus, qua primò nubent, an debeatur tertiae filiae, mortuis aliae natu maioribus. Dec. 9. nu. 1.  
Legatarius relictum fratribus, vel sororibus non titulo institutionis habentur tanquam extranei, & ideo non faciunt partem in legitima matris. Dec. 20. nu. 9.  
Legatum relictum cum conditione, quod Legatarius nihil aliud de bonis hereditatis petere possit, arguitur fuisse compensatum cum fideicommissis. Dec. 36. nu. 1.  
Legatum, quando clare verbis alicui est relictum omnino solvendum venit. Dec. 38. nu. 1.  
In Legatorum revocatione regulariter non comprehenduntur legata conditionalia, & difformia. Dec. 29. n. 11.  
Legatum si factum fuerit à Patre filiae cum prohibitione plus petendi, dicuntur exclusi ab universalis successione. Dec. 40. nu. 3. nec ullo casu possunt plus habere, nu. 4.  
Legatum, uti debitum voluntarium, detrahi debet post legitimam, uti debitum necessarium. Dec. 20. nu. 13. quando hoc procedat, nu. 14.  
Legitima debetur Ascendentibus, aut Descendentibus in bonis professi statim à die professionis, non expectata illius morte naturali. Dec. 39. nu. 9.  
Legitima est semis, stante numero filiorum ultra quatuor, sunt masculorum sine foeminarum. Dec. 60. n. 1. quid si foeminae sint exclusae à statu, nu. 699.

Legitima est triens, si filij remaneant quatuor, ut puta si soror non faciat nuptiarum. Dec. 60. n. 3.  
Legitima matris est tertia totius, non autem tertia eius portionis, quam habitura esset ab intestato. Dec. 20. nu. 2.  
Quod procedit in casu, quo sorores, vel fratres sunt omnino praeceperit, vel totaliter exclusi. Dec. 20. nu. 3. secus vero si aliquid fuerit ei relictum, nu. 4.  
Legitima matris non est tertia totius, quando fratribus, & sororibus aliquid relinquitur. Dec. 20. nu. 5.  
Legitima matris in tantum illa augetur, in quantum excluditur succedens cum matre ab intestato, non autem in quantum eidem relinquitur. Dec. 20. nu. 5.  
Legitima matris non habentis concurrentem in successione est tertia totius. Dec. 20. n. 18.  
Legitima omne gravamen à se rejicit. Dec. 22. nu. 1.  
Legitima parentibus est de iure debita. Dec. 20. nu. 11.  
Legitima tanquam portio successione ab intestato, solum potest ab eis, quibus sunt reservata iura successione. Dec. 22. nu. 4.  
Legitima deractionis praetendi non potest, si fuerit prohibita in testamento, quod acceptatum, & approbatum fuit. Decis. 59. nu. 6. & 7.  
Legitimatio facta à Principe non suffragatur, quoad bona non existentia in statu Ecclesiastico in aliorum praedictum. Dec. 47. nu. 15.  
Legitimatio facta per filium gravatum ad faciendam reintegrationem non valet tollere ius foeminae legitimandi bastardos. Dec. 48. nu. 10.  
Legitimatio per subsequens matrimonium, quando dicatur intrare. Dec. 42. nu. 23.  
Ad legitimatam effectum sufficere videtur certitudo filiationis ex parentum agnitione resultans. Dec. 42. nu. 25.  
Qua tamen conclusio procedit quando agitur de succedendo in propriis bonis eorumdem parentum, non autem in illis, qua ex inuestitura fideicommissis, &c. procedunt. Dec. 42. nu. 26. & 27.  
Legitimatus excludit substitutum in successione fideicommissi. Dec. 57. n. 5.  
Legitimatus venit in successione nomine filiorum masculorum legitimorum, & naturalium. Dec. 37. n. 1. etiam si Testator esset Ecclesiasticus, nu. 6. Praecipue si non sine legitime nati, nu. 7.  
Legitimorum, & naturalium appellatione non comprehenduntur descendentes ex foeminis, qua non sunt filia fratrum. Dec. 57. nu. 13.  
Liber est imi probat contra descendentes. Dec. 48. nu. 8.  
Liber Baptismi, licet non sufficiat pro plena probatione filiationis, facit tamen praesumptionem qualitatis in eo descripta. Dec. 42. nu. 22.  
Libere ad aliquem, ut aliquares dicatur tradita, quid requiratur. Dec. 29. nu. 2.  
Locatori, ad longum tempus competit ius petenda renouationis locationis. Dec. 31. nu. 4.  
Lex dat actionem ei, cuius favore est lata. Dec. 12. nu. 15.  
Lex, si in aliquo casu non prospexisset, tunc ratio naturalis ipsaque rei aequitas vim legis habet, ac pro lege allegari potest. Dec. 34. nu. 45.  
Linea appellatione regulariter venit solum linea effectiva vocatorum. Decis. 29. nu. 7.  
Linea appellatione veniunt omnes descendentes. Dec. 29. n. 8.  
Linea vox qualiter sit interpretanda. Dec. 16. n. 7.  
Locatio facta ad decem annos, dicitur locatio facta ad longum, & magnum tempus. Dec. 31. nu. 1.  
Locatio si sit facta ad vitum locatoris, vel conductoris, dicitur facta ad longum tempus. Dec. 31. nu. 3. & 6.  
Locatio probat in antiquis aliquid fuisse in bonis locantis. Decis. 36. numero 11. item possessionem eiusdem, numero 10 & 13.

M

**M**andatum de associando regulariter vigore clausula constituti conceditur. Dec. 1. num. 1.  
*M*andatum de associando regulariter conceditur vigore clausulae compositi. Dec. 14. nu. 1.  
*M*andatum de associando, ex clausula constituti, denegatur, quando Constitutus post mortem constituentis est negligens in apprehendendo possessionem naturalem, & patitur per alium occupari. Decis. 14. nu. 2.  
*M*anutenio concedenda est possessori auctoritate iudicis vite, & recte procedentis. Dec. 52. num. 1.  
*M*anutenio non denegatur immisso in possessionem auctoritate iudicis vite, & recte procedentis. Dec. 50. nu. 1.  
*M*aritus, quando habuit pinguem dotem, tenetur ad expensas infirmitatis uxoris etiam si infirmitas longa, gravis, & incurabilis fuerit. Dec. 45. num. 72.  
*M*aritus tenetur ad expensas infirmitatis suae uxoris. Decis. 4. nu. 71.  
*M*asculinitas considerata à statuto exclusivè femininarum, intelligenda est de descendenti masculinorum ex masculis, nulla femina interposita post primam. Dec. 12. num. 46. 47. & 48.  
*M*asculinitatis qualitas, & non agnatio consideratur in statutis exclusivè femininarum propter masculos ab hereditate matris, vel aviae. Dec. 11. nu. 34.  
*M*asculinitatis qualitas non censetur à Testatore repetita, si verba, qua importabant repetitionem ad alias qualitates referri possunt. Decis. 33. nu. 11.  
*M*asculinitatis qualitas non praesumitur repetita etiam possit in eadem oratione, nisi ratio conservanda agnationis fuerit expressa à Testatore. Dec. 33. nu. 6.  
*M*asculinum concepti femininum ex identitate rationis. Dec. 18. nu. 9.  
*M*asculinum semper concepti femininum in testamentis, neque ad hoc reciditur propter coniecturas, nisi sint valde urgentes, & evidentes. Dec. 33. nu. 3.  
*M*asculinorum descendendum à filiabus fratrum nomine veniunt descendentes ab ipsis filiabus, non à neptis eandem filiarum. Decis. 57. nu. 14. distingue, ut nu. 15.  
*M*ater est cognata, licet non possit conservare agnationem. Dec. 12. nu. 37.  
*M*ater excluditur secundum dictum statutum à legitima extantibus fratribus, vel sororibus eiusdem Patris. Dec. 53. num. 4 & 5.  
*M*ater iuris benignitate non excluditur à luctuosa filij successione. Dec. 16. nu. 16.  
*M*ater, quando non defraudetur sua legitima. Dec. 10. nu. 11.  
*M*ater si affecta fuerit legitimam in bonis filiorum profectum, illam non amittit per transitum ad secunda vota. Dec. 39. nu. 10.  
*M*ater, si non sit exclusa ab hereditate Patris, sed si velit ipsa ab ea abstinere, hoc factum non praedicit filijs. Dec. 12. nu. 56. declara nu. 57.  
*M*ater succedit filio ab intestato morienti. Dec. 30. nu. 4.  
*M*ater vocatur ad successionem filij cum utrinque coniunctis, exclusa coniuncta ex altero tantum latere. Dec. 51. num. 1.  
*M*atri debetur legitima in bonis filij. Dec. 30. nu. 3.  
*M*atri, quando est relictus usufructus extantibus filijs restringitur ad alimenta, secundum opinionem Bulgari communiter approbatam. Dec. 30. nu. 23.  
*M*ateria odiosa non debet intelligi extensivè, sed restrictivè, & qualificativè. Dec. 23. nu. 14.  
*M*elioramenta necessaria ipso iure dotem minuant. Dec. 45. num. 7.  
*M*elioramenta, quando sunt aestimanda, quid sit supponendum. Dec. 45. nu. 55.

*M*elioramenta sufficiunt, quod sint turbida, ut non retardetur commissio fideicommissarii. Dec. 45. nu. 66.  
*M*elioramenta, quod fuerint facta in aliqua re, qua teneatur probare. Dec. 45. nu. 67. & 68.  
*M*elioramenta quando sunt turbida, tunc conceditur immisio fideicommissario data cautione de illis rescipiendis quando erant liquida. Dec. 45. nu. 69.  
*M*elioramenta dicitur superflua impensum, si quis ad ea facienda non tenebatur. Dec. 45. nu. 61.  
*Q*uod procedit non solum in bona fides possessoribus, sed etiam in omnibus, quatenus iure domini possideatur. Decis. 43. num. 61.  
*M*elioramentorum aestimatio debet fieri, secundum tempus, quo ea fuerunt facta. Dec. 45. nu. 59.  
*M*elioramentorum rescissio ut fiat, probandum venit, quod erat necessarium. Dec. 45. nu. 63.  
*M*enochus conf. 804. n. 42. & alij declarantur. Dec. 35. nu. 48.  
*M*erum factum inspicitur in conditionibus voluntariis, licet iuris effectum non sortiatur. Dec. 53. n. 6.  
*M*inor haeres pro rata, in solidum conveniri non potest pro dote, etiam quod cohaeres non sit solvendo. Dec. 7. nu. 5. & se obligaverit pro tota, nu. 6.  
*M*inor ipso iure servatur illius data nullitate contractus, potest agere ad restitutionem in integrum. Dec. 7. nu. 7.  
*M*inor in pupillari aetate decedens non potest proprie dici decessisse sine testamento, sed intestabilis. Dec. 16. nu. 35.  
*M*inor tamen contra iurorem, quam rescissionem contractus, & cum eius favore est obligatus. Dec. 7. nu. 8.  
*M*inoris obligatio facta obsequio causa à iure requisita, non est si nascitur ex alia causa, etiam Dotis. Dec. 7. nu. 1. sed clausa illi in necessitate, nu. 2.  
*M*onialis renunciatio ob ingressum religionis tollit omnes praedictas Laxas circa successiones. Dec. 56. nu. 17.  
*M*ortuus videtur mortuus mundo, praesertim quo ad eius prosequendum iuriam sibi illatam ob transitum Matris, & Aviae, ad secunda vota. Dec. 39. nu. 6. declara ut nu. 7. resoluitur obiectio, nu. 8.  
*M*ors alienus, si in Hospitali sit mortuus, iustificatur ex parva libri eiusdem Hospitalis formiter extracta. Dec. 41. num. 5.  
*M*ulier habens pro dote summam 1250. negari non potest, quod non habeat congruam dotem. Dec. 45. nu. 50.  
*M*ulier renuncians de tempore Matrimonij bonis paternis, & maternis, ut dicatur renunciatum bonis subiectis fideicommissis, requiritur eius scientia. Dec. 40. nu. 3.  
*M*ulier transiens ad secunda vota non succedit Nepoti ex primo matrimonio, nisi quoad usufructum sua vita durante. Dec. 39. nu. 2. neque legitimam retinere potest quo ad proprietatem, n. 3. sed tenetur eam reservare liberis ex primo matrimonio procreatis, n. 11.  
*M*ulieres etiam ipse censentur habere affectionem ad familiam sui viri. Dec. 12. nu. 40.  
*M*ulier transendo saltem ex usu in alienam familiam videtur magis diligere filios masculos, & masculos ab eis descendentes, qui retinere possunt agnationem sui viri, quam feminas, & eius descendentes, qui dictam agnationem conservare possunt. Dec. 12. nu. 41.

N

**N**aturalitatis qualitas probatur ex eo, quod quis natus est ex soluta, ad quam alij non poterant habere recesum. Dec. 57. num. 4.  
*N*atus nemo ingenuè, hodie efficitur servus pœna. Decis. 8. num. 5.  
*N*atus qui praesumitur ex eo, qui aliquam pro concubina recesserat. Dec. 38. nu. 18. & 19.  
*N*egativa non existentia probatur per diligentias factas servandis, Decis. 39. nu. 46.



Nepotes ex feminis agnationem conservare non possunt, cum nec ex eadem agnatione sint. Dec. 12. n. 38.  
 Nepotes non debent esse melioris conditionis, quam nepotes. Decis. 44. nu. 30.  
 Nepotes non veniunt in capite separato substitutionis, quando ad sunt verba restrictiva per dictiones (dictos) & relatives (num.) Dec. 13. nu. 11.  
 Nepos, à quo alimenta petuntur, si sit Comes, vel Marchio, tunc etiam ne parvus in Comitatus, seu Marchionatus opprobrium mendicare cogatur, alimenta sunt omnino concernenda. Dec. 34. num. 48. & 61.  
 Nepos parricidium dicitur perpetrasse, penaque parricidii puniatur si patrum occidat. Dec. 34. num. 20.  
 Nepos patrio alimenta etiam in foro conscientia prestare tenetur. Dec. 34. num. 37.  
 Nepoti non potest denegari iurmissio in bonis Paterni, & quidem in stipulis dum concurrunt alij patrii. Dec. 37. num. 1.  
 Nepotum ab exclusionis non potest inferri ad gravamen filiorum restituendi nepotibus. Dec. 44. num. 29.  
 Nepotes regulariter comprehenduntur sub conditione, si sine filijs. Dec. 44. nu. 1.  
 Nullitate data obligationis dotis, fructus non debentur ob dilatarem dotis solutionem. Dec. 7. num. 11.

O

Obligatio Camerali stante, competit via executiva. Dec. 59. num. 10.  
 Obligatio Camerali alienis, quando est factus locus, contra eum relaxatur mandatum. Dec. 29. n. 1.  
 Observantia in materia exclusionis seminarum ab hereditate parentum, ut relevet, debet esse certa, clara, uniformis in casu, de quo agitur, & in contradictorio iudicio obienta. Dec. 21. nu. 29.  
 Observantia pro comprobanda attestationsi magistratus venis deferendum. Dec. 47. nu. 3.  
 Observantia subsecuta confidentiam excludit. Dec. 49. n. 24.  
 Odij presumpsa ratio ob contraventionem, propter quam verisimilis redditur privatio successione, cessat in eo, qui non contravenit. Dec. 24. nu. 22.  
 Odium conceptum contra virum ob transitum ad secundam vota non extenditur ad filios ex eodem matrimonio procreandos. Dec. 50. nu. 9.  
 Opinio eorum Dollum, contra quos stat verior, equior, & receptor sententia non est attendenda. Dec. 34. nu. 59.

P

Pacta insolita apposita in contractibus arguunt fraudem, Dec. 35. nu. 12.  
 Pacta irrelevantia non sunt attendenda. Dec. 35. num. 3.  
 Pactum affirmativum ad differentiam renunciationis super hereditate viventis non validatur iuramento. Dec. 13. n. 9.  
 Pactum de hereditate viventis non valet, nisi ille vivens consentiat, & in eodem consensu usque ad obitum perseveraverint. Dec. 13. nu. 1.  
 Et ex tali consensu nullum res parti acquiritur. Dec. 1. n. 2. & quando censetur revocatum, nu. 5. & an sufficiat tacita revocatio, nu. 4. & vitium ista procedant stante iuramento, num. 5.  
 Pacta de hereditate viventis sunt invalida etiam inter filios, & quoad filios, quamvis sint iuramento firmata. Dec. 13. num. 6.  
 Pactum de hereditate viventis est omni iure improbatum, ideo iuramento validari non potest. Dec. 13. num. 7.  
 Pactum de non succedendo alieni, ideo non valet, quia aufert liberam testandi facultatem eius, de cuius hereditate agitur. Dec. 40. nu. 35. nam alias non potest renunciantem heredem facere, & vid. nu. 16. 17. & 18.  
 Pactum in contractu appositum in preiudicium tertij non

subsistit. Dec. 35. num. 8.  
 Pactum in contractu Emphyteusis appositum, quod possit renovari ad libitum concedentis, debet intelligi, si iuxta, & legitima causa supervenerit. Dec. 35. num. 12.  
 Pactum in investitura appositum, quod ea possit resolvi ad libitum concedentis, non potest poni in voluntate resolutiva vovis. Dec. 35. nu. 4. & num. 28. declarata nu. 19.  
 In contractu pactum in preiudicium tertij appositum, pro non appposito habetur. Dec. 35. nu. 10.  
 Pactum in societate appositum, quod qualibet anno pecora praeodij mortua de ipsius praeodij factibus refarciri debeant, valet. Dec. 3. nu. 7.  
 Pactum, quod pecora mortua de factibus communibus refarciantur, non est usurarium. Dec. 1. nu. 3.  
 Pactum, quod pecora petitur a qualibet anno de factibus illius anni refarciantur, non inducit, quod capitale saluum conservetur. Dec. 1. nu. 10.  
 Pactum, quod disponitur de Hereditate viventis, non valet, nisi ille vivens consenserit, & in eodem consensu perseveraverit usque ad mortem. Dec. 40. nu. 20.  
 Unde revocato consensu, desinit penitus obligatio pacti, & iuramenti, tanquam deficiente conditione, à qua pendebat. Dec. 40. nu. 21.  
 Parentis nomen in collateralibus consanguineis verificatur. Dec. 34. nu. 21.  
 Parentis nomen etiam ad consanguineos, & ceteros consanguinos refertur. Dec. 34. num. 23.  
 Parentis nomen tripliciter sumitur, primo strictissime, & sub eo veniunt tantum ascendentes, usque ad tritavum, secundò stricte, & comprehendit agnatos, Tertio large, & veniunt agnatos, & cognatos. Dec. 34. nu. 21.  
 Patris confessio, quando adest, cessat omnis serupulus. Dec. 42. num. 3.  
 Partita extralla ex libris Matrimoniorum, & Baptismatum à parochis concurrentibus administrata, probant legitimam filiationem. Dec. 27. nu. 3.  
 Pater bannitus potest contrahere, & alia facere, quae ceteris hominibus competunt de iure communi. Dec. 10. num. 5.  
 Pater, ex quibus praesumatur voluisse adire hereditatem maternam nomine filiorum, Dec. 21. num. 11.  
 Pater in dubio sequi videtur dispositionem Statuti, & reliquum ab eo filia nomine dotis, censetur relictum ad formam Statuti. Dec. 22. num. 11.  
 Pater non potest privare commodo successione filios in fideicommissis vocatos, absque aliqua eorum culpa. Dec. 8. numer. 15.  
 Pater potest filios exclusos à statu reintegrare ad suavitatem. Dec. 22. num. 9. & quid requiratur, num. 10.  
 Pater potest praevindicare omnibus, quo ad sua bona, non verò quo ad bona alterius. Dec. 47. num. 16.  
 Pater retinendo bona materna, censetur nomine filiorum infantium hereditatem matris eiusdem admisisse. Decis. 21. num. 9.  
 Pater si faciendo filio infanti substitutionem pupillarem disponat, quod tota hereditas ad aliquem perveniat, si detraheretur legitima pro matre, non tota hereditas ad illum perveniet. Dec. 30. num. 26. & 27.  
 Pater, quando censetur adire hereditatem maternam filie delatam. Decis. 17. num. 5.  
 Pater si aliquid reliquit filijs, cum hoc, quod super eius bonis plus petere non valeant, id non legat manus Patri, quin aliam eis relinquere valeat. Dec. 44. num. 24. & 25.  
 Pater, ultra legitimam filiorum, ad libitum potest disponere. Dec. 49. num. 21.  
 Patris potestatem non amittit pater bannitus. Decis. 10. num. 2.  
 Patrii, quando recognoverunt aliquem, uti Nepotem, & maxime si alij fuerint iudiciales, tunc non possunt con-

- trouarete amplius an sit salis. Dec. 37. nu. 10. & 11.  
 Patris nomen illud parentis optime adaptatur. Dec. 34. nu. 11. & 12.  
 Patris etiam naturali debentur alimenta. Dec. 34. num. 51.  
 & hoc precipue quando procedit ex nobili prosapia, n. 52.  
 Patrum non tenetur dotare nepotem, sed ista opinio est admodum controuersa. Dec. 34. nu. 53.  
 Patrum est persona ualde conuicta. Dec. 34. num. 40.  
 Patrum in sacris litteris sepiissime sub nomine fratris nuncupatur. Dec. 34. nu. 41. & 43.  
 Pauper dici non potest, qui ex domini reddito, & ex officio secundum suam conditionem viuere potest. Dec. 54. nu. 2.  
 Paupertas non censetur sufficienter probata, quando quis potest operando aliquis lucrari. Dec. 54. nu. 3.  
 Pecora a tradenti censetur pastoris medietatem vendere, & de illius pretio fidem facere, quo casu dominium pro illa parte transfertur in pastorem, & quilibet pro sua medietate periculum subit. Dec. 1. num. 1.  
 Periti non concludunt estimationem melioramentorum, nisi probent statum præcedentem rei meliorate. Dec. 45. n. 58.  
 Periti, quando non ualent facere relationem super statu alienius domus. Dec. 44. nu. 38. & 39.  
 Perpetuitas conferendi bona in familia, & agnatione, implicat uocationem filiorum, quandocumque in posterum nasciturorum. Dec. 8. nu. 13.  
 Persona extrinseca in contractibus non censetur comprehensa. Dec. 32. num. 2.  
 Personis legitimatis iura minus fauent, quam legitimis. Dec. 34. num. 49.  
 Prelatio in substitutione supponit uocationem eorum, inter quos locum habet. Dec. 41. n. 9.  
 Prelatis Imperatur, ut uililitatem Ecclesie perquirantur. Dec. 35. num. 43.  
 Prelatis conditionem Ecclesie meliorem facere debet. Decis. 35. num. 44.  
 Prelatus celebrans contractum pro Ecclesia, tunc ex pactis inscriptis in illa appositis cessat omnino suspicio simulationis, si ea utilitatem Ecclesie respiciunt, & conueniant iuris dispositioni. Dec. 35. nu. 44.  
 Prelatus presumendum est utilitati Ecclesie uoluisse prospicere. Dec. 35. nu. 45.  
 Prescriptio longi temporis non sufficit in his, qua sunt grauis præiudicij, sed requiruntur saltem 30. anni. Dec. 25. numer. 12.  
 In præscriptionibus non consideratur ius, prout est in habitu, sed prout est in exercitio. Decis. 48. nu. 12.  
 In præscriptionibus tempus litis est demendum. Decis. 28. num. 11.  
 Presumptio repetitionis qualitatum substitutionis præcedentis regulatur à mente testatoris. Dec. 45. nu. 8.  
 Presumptio transfert onus probandi in aduersarium. Decis. 45. nu. 39.  
 Prescriptio tricenaria currit contra minores 25. annorum, capta contra suos auctores defunctos, sed aduersus illam competit restitutio in integrum. Dec. 47. nu. 19.  
 Presumptionibus, & coniecturis non est locus, quando sumus in claris. Dec. 38. nu. 12.  
 Pluralitas in substitutionibus potest verificari in filiis unius eorum substituta. Dec. 25. nu. 10.  
 Primogeniti linea durante, nunquam fideicommissum acquiritur secundo genito. Dec. 10. nu. 14.  
 Priuationis penam non incurrit ob contrauentionem Patris, Filius institutus propter contemplationem, non Patris. Dec. 24. nu. 2.  
 Priuationis pena facta filio in casu contrauentionis præcepti Testatoris mandantis bona sua non alienari, & prohibentis usufructum patri acquiri, restringenda est ad casum, in quo filius permisit Patri frui usufructu, ne porrigatur ad casum, in quo filius priuaretur hereditate propter contrauentionem alterius. Dec. 24. nu. 18.  
 Priuationis pena semper intelligitur facta iis, qui contraueniunt, quando id commode fieri potest, ne sequatur absurdum, uel euersionis fideicommissi, uel quod in alterius potestatem sit hereditas priuare hereditate. Dec. 24. num. 19.  
 Priuationis pena ob contrauentionem factam, considerari non potest, ubi non præcedat habitus, hoc est antecedens contrauentio. Dec. 24. num. 6.  
 Priuationis pena à Testatore adiecta fauore substituti in casu contrauentionis, si ante heredis nominationem fiat, censetur adiecta ad ostendendam personam, quam illam tangere debeat, & si post heredis institutionem repetatur, adane probabilius dicitur repetita ad eundem effectum. Dec. 24. num. 16.  
 Pena constitutionis Sixti V. super contractibus ad caput saluum, non habet locum, ubi in eis apponatur clausula, quod partes remittunt se ad illam Constitutionem. Dec. 1. num. 11.  
 Pena suos debet tenere auctores. Dec. 24. num. 21.  
 Possessio semel probata, continuata presumitur usque ad obitum possidentis, nisi contrarium probetur. Dec. 36. num. 16.  
 Præcipui si fuerit continuata, etiam per hereditatem, numer. 17.  
 Possessio, & detentio honorum ab herede probatur ex liti sustentatione. Dec. 36. num. 18. unctis præsertim adamiculis, de quibus num. 19.  
 Pro possessore in dubio est pronuntiandum. Dec. 49. num. 26.  
 Possibilitate admissa cessat contrarietas. Dec. 47. num. 4.  
 Possidentis assertioni statuitur, quo iure, uel nomine possideat. Dec. 21. num. 11.  
 Probationes Acliorie, ne suffragentur, satis est dubias reddere. Dec. 36. num. 5.  
 Probationes in antiquis non ita rigide exquiruntur, sed leuius admitti solent. Dec. 36. num. 20.  
 Probationes imperfecte quando iungantur ad faciendam plenam probationem. Dec. 37. nu. 44.  
 Productio instrumenti potest fieri per repetitionem tantum eius partis, qua facit ad causam. Dec. 59. num. 12.  
 Per productionem instrumenti censentur approbati omnia in eo contenta. Dec. 39. num. 44.  
 Prohibitio alienationis non adiecta casui uocationis, & obitu, sed in oratione separata, non induci fideicommissum in casu mortis. Dec. 48. num. 4.  
 Prohibitio alienationis personalis facta filio, non extenditur ad nepotes. Dec. 58. num. 5. etiam si dictum fuerit, ad hoc, ut bona remaneant in familia, num. 6.  
 Prohibitio alienationis per rationem generalem an inducat fideicommissum, est magna discussio DD. Dec. 48. num. 7. sed inducit, ut num. 8. estque uerior opinio, num. 9. & pluries à Rota amplexa, numer. 10. opiniones discrepantes conciliantur distinctione, num. 11.  
 Prohibitio sola alienationis, ad hoc, ut bona remaneant in familia, censetur inducere fideicommissum Dec. 58. num. 12. distinguit, ut num. 13. soluntur obiecta, num. 14. & 15.  
 Prohibitio sola alienationis facta filio non egreditur illius personam, si nulla concurrant coniectura. Decis. 58. numer. 16.  
 Prohibitio alienationis eodem modo expirat, sicut expirat substitutio. Dec. 58. nu. 17. amplius, ut n. 18.  
 Prohibitio alienationis censetur facta propter substitutiones subsequentes, non è conuerso. Dec. 58. nu. 19.  
 Prohibitio particularis alienationis non extendit genericam, stante diuersitate rationis, Dec. 23. num. 8.  
 Proponos proauo uiuentis nasci, seu concipi non solet Dec. 34. num. 18.  
 Pronomen, quædam, refertur ad proximè dicta, illaque ad uerbum refert. Dec. 24. num. 13.

Proprietarius finitri emphyteusi debet consanguineos, & ha-  
redes ultimi possessoris in inuestitura praeferre agnata. De-  
cis. 35. num. 2.  
Proprietarius, quod voluerit emphyteusim perpetuo inuestire  
de bonis et datus in emphyteusim, ex quibus appareat. Dec.  
35. num. 9. 11. 37. & 39.  
Proprietati quando non censeatur renunciatum. Decis. 6.  
num. 16.  
Proprietati in suspensio manere non debet. Decis. 6. num. 17.  
Provisionis facta ab homine, ac iuris à legi constituti non est  
eadem via, ac virtus, Dec. 12. num. 58.  
Proximi sanguinis proprii non sunt despiciendi, si egere co-  
gnoscatur. Decis. 34. num. 35.  
Proximiorum in Vrbe Suisse, probatur ex actibus, quibus ea-  
dem die interfuit. Dec. 39. num. 40. & ex estimatione enun-  
ciata in instrumento, nu. 43.  
Proximiores intervenisse contractui probatur ex testibus de-  
ponentibus de habilitate naturali eadem die. Decis. 39.  
num. 41.  
Proximiorum ex parte Patris appellatione, tunc omnino soli  
agnati veniunt, quando illis opponitur consanguineos ex  
parte matris. Dec. 16. nu. 22.  
Proximiorum gradus praefert sororem patrum in successione  
intestato fratris. Dec. 56. n. 9.  
Proximitas alicuius potest iustificari ex publico instrumento,  
ex quo Pater in eo aliquem in actu proportionabilis, cum  
vocavit talem. Dec. 42. num. 6. & 7.  
Pupillarem substitutionem, quando dubium est, an pater vo-  
luerit facere etiam matre in medio recurrendum est ad  
coniecturas. Decis. 30. n. 11.

Q

Qualitas masculinitatis censetur repetita, ubi ante in-  
substitutione testator fecit mentionem de masculis.  
Decis. 26. numero 2. declarata, & limitata, ut num. 3. 4. 5.  
& 6.  
Qualitas quando requiritur ad certum effectum, non est cu-  
randum de modo, dummodo habeatur effectus. Decis. 27.  
num. 7.  
Quarta ex bonis mariti debetur uxori inopi, quando ipsa est  
vidua. Dec. 45. n. 49.  
Quietantia facta à Marito pro residuo Dotis denotat ab ipsa  
totam fuisse receptam. Decis. 46. num. 12. praesertim si fue-  
rit facta non fuerit ad favorem Vxoris, sed patrii ipsius.  
num. 13.

R

Ratio legis, quando est generaliter dicto, illud semper  
extendit, & ampliat. Dec. 34. n. 26.  
Reintegratione petita, illius ius ad heredes transmittitur.  
Dec. 48. nu. 9.  
Relatum censetur in referentis cum omnibus suis qualitati-  
bus. Dec. 19. nu. 2.  
Religiosus professus in Monasterio capaci retinet ius succe-  
dendi Parentibus, agnatis, & cognatis. Dec. 39. n. 4. ha-  
reditas tamen immediatè Monasterio deservit, num. 5.  
E Religione non dicitur exire, qui exit animo redeundi  
Dec. 56. nu. 3.  
Renunciatio beneficio legis 2. ff. & C. quod cum eo, requiritur  
expressa. Dec. 3. nu. 5.  
Renunciatio honorum debet tantum referri ad bona, & per-  
sonas specificatas. Dec. 17. n. 9.  
Renunciatio de bonis viventis valet, si procedat consensus ip-  
sius persona viventis, & requiritur perseverantia eius us-  
que ad obitum. Decis. 40. n. 12.  
Es non dicitur perseverasse usque ad obitum, si illum, qui

renunciavit, instituit heredem. Dec. 40. n. 11 & 14.  
Renunciatio Emphyteusis non suffragatur, nisi pacis emphyteusis  
totumque heredibus, & successoribus, pro quibus facta re-  
peritur. Dec. 39. n. 21.  
Renunciatio facta ad favorem, unius non prodest, nec suffra-  
gatur alteri. Dec. 6. n. 14.  
Et hoc maxime quando non mittat eadem ratio. Decis. 6.  
num. 15.  
Renunciatio facta à filia volenti ingredi Monasterium, cen-  
satur facta ob ingressum Religionis, quam ratione conser-  
vanda Agnationis. Dec. 30. n. 33.  
Renunciatio facta à matre, recepta dote, nocet filiis, quamvis  
veniant ex propria persona. Dec. 50. n. 11.  
Renunciatio facta pro se heredibus, & successoribus quibus-  
cumque non dicitur facta ratione conservanda agnationis.  
Dec. 39. nu. 29.  
Renunciatio legatarij de fideicommissio, non praevincit fidei-  
commissarius. Dec. 36. num. 10.  
Renunciatio quantumvis ampla non excludit renunciantem,  
à lucro sibi obveniente ob transsumum parentum ad secundam  
vota. Dec. 50. nu. 10.  
Renunciatio favoris de bonis fratrum nominatarum non ex-  
tenditur ad non nominatos. Dec. 17. num. 7.  
Renunciatio secundam non censetur facta ratione conser-  
vanda agnationis, si haec ratio fuerit expressa in prima, & in  
secunda amissa. Dec. 39. nu. 30.  
Renunciatio bonorum tanquam odiosa strictam recipiunt  
interpretationem, neque excedunt personas in eis nomina-  
tas, Dec. 39. num. 17. & an, & quando comprehendat ha-  
redes, & successores extraneos, vide nu. 18. 19. 20. 22. 24  
& 27.  
Renunciationis materia strictè venit interpretanda. Dec. 17.  
num. 1.  
In renunciatione ea tantum veniunt, quae sunt expressa.  
Dec. 17. num. 1.  
In renunciatione filiarum de bonis paternis, & maternis  
non veniunt ea, quae per additionem sunt effecta propria  
patrimonium fratrum. Dec. 17. nu. 4.  
Ex Renunciationis serie apparet, an renunciatus habuerit  
specificam scientiam rei renunciata. Dec. 40. nu. 11.  
Repetitio conservanda agnationis quando cesset. Decis. 33.  
num. 5.  
Ad repetitionem inducendam, non est sufficiens vicinitas  
oratorum, quando oratio diversas personas comprehendit,  
& in unaquaque earum potest diversa ratio considerari.  
Dec. 33. nu. 4.  
Representatio datur tantum in filiis fratrum, & sororum.  
Dec. 41. nu. 12.  
Representatio ius in transversalibus non porrigitur ad vi-  
teriorum gradum à tertio. Dec. 16. nu. 27.  
Res in alios nulla non praevincat ei, qui in ea non intervenit.  
Dec. 19. nu. 15.  
Restitutio in integrum in omnem casum competit ex capite  
minoris aetatis, & ignorantia. Dec. 48. n. 3.  
Restitutio in integrum petenda tempus non incipit curre-  
re, nisi postquam factum est maior. Dec. 47. nu. 20.  
Rota executione procedere potest, sicuti A. C. quando an ip-  
so fuerint eadem communicata facultates. Decis. 39. nu-  
mero 11.  
Rota ex inueterato stylo in opinatum consilio equiorem so-  
let amplecti sententiam. Dec. 34. nu. 47.  
Rota in causa Romana Dotis 23. Iunij 1643. & 4. Julij 1646.  
coram Card. Octobon. quo casu loquatur. Dec. 45. n. 3.

S

Solutio non datur ad instantiam creditoris posteritatis  
contra anteriorem. Dec. 46. nu. 17.

- Scientia minus presumitur in muliere, quam in masculo, & maxime si mulier est puella. Dec. 40. num. 10.
- In Scriptura eadem non datur prima, vel posterior. Dec. 35. num. 38.
- Secundus genitus capiens bona fideicommissa tenetur illa restituere postea natus ex primo genito. Dec. 10. n. 16.
- Sententia contra sententiam lata est nulla, contraria non reuocata. Dec. 21. n. 1.
- Sententia contra sententiam latam est valida, etiam contraria non reuocata, si de eius iniustitia appareat ex aliis. Dec. 21. num. 2. & 3.
- Sententia in fauorem Minoris, & pupilli sustinetur, quantumvis lata cum procuratore minus legitimo. Dec. 10. num. 6.
- Sententia graduatoria in iudicio diuisionis lata probat. Dec. 46. num. 15.
- A sententia si quis non appellauerit, censetur eadem fuisse approbatam. Dec. 46. n. 16.
- Sententia iniusta non transit in rem iudicam. Dec. 45. n. 1.
- Sententia valida est, si constat de mandatis comparentium. Decif. 4. n. 1.
- Sequentia declarant precedentia. Dec. 24. n. 14.
- Siluan. in conf. 32. reijcitur. Dec. 34. n. 63.
- Similitudo effigiei, & aspectus Patris, licet non probet filiationem, ista tamen probatio iuncta cum aliis coniecturis non videtur contemnenda. Dec. 37. n. 8.
- Simulationis suspicio, ut excludatur ex pacto insolito, satis est, ut sit permixtum a iure. Dec. 35. n. 42.
- Singula singulis congrue referenda sunt. Dec. 21. n. 17.
- Sixtus V. prohibuit sub precibus panis, ne dotes in Vrbe excederent scuta 3000. Dec. 45. n. 31.
- Societas, in qua pastor solam industriam ponit, sustinetur. Dec. 1. num. 6.
- Socius, quod aliquid contraxerit nomine proprio, & sociorum, id ex coniecturis, & presumptionibus elicitur. Dec. 32. num. 3.
- Socius, quando non censetur acquisiuisse nomine proprio, sed etiam sociorum, ita ut esset presumptio, quod persona extrinseca in contractum non sit comprehensa. Decif. 32. num. 4.
- In contractu societatis, quando persona subintelligita non reddat contractum nullum. Dec. 32. num. 5.
- Socius censetur contraxisse aliquid etiam nomine sociorum, si id in libro socialibus fuerit annotatum. Dec. 32. num. 6. & 7.
- Socius, si aliquid conducat, censetur conduxisse nomine proprio, etiam si pecuniis societatis negotiatus, sit. Dec. 32. num. 1.
- Solemnitates statuti ad validitatem contractus sunt seruanda. Dec. 7. num. 10.
- Solutio censetur facta in causam determinatam, in quam appareret precedens obligatio. Decif. 46. num. 18.
- Solutio maioris partis Dotis presumitur in totum sequuta. Dec. 46. num. 11.
- Solutiones statim post mortem fideicommissentis per heredem grauatum factae, supponuntur non de proprio, sed de pecuniis fideicommissariis. Dec. 36. num. 25.
- Solemnitatum requisitiis a statuto, omisissis in contractu renuntiationis, renuntiatio non valet. Dec. 39. num. 35. prout alij contractus, nu. 38.
- Soror a Statuto exclusa propter existentiam masculorum, si aliquid ei relinquatur, non tamen admittitur, ut faciat partem in legitima matris. Dec. 20. num. 19. seuu vero si masculi non extarent, n. 20.
- Soror etiam dicitur, qua est filia fratris. Decif. 34. numero 41.
- Sororem aliqui probatur aliquam esse, si in testamento eam commemorauit, & uti talis legatum reliquit. Decif. 27. numero 5.
- Soror non potest concurrere cum fratre ad successionem Patris, vel Matris propter Statut. Vrbe lib. 1. cap. 145. Dec. 12. num. 27.
- Sorores aequaliter cum fratribus succedunt in bonis maternis. Dec. 21. num. 4.
- Sorores non sunt admittende ad successionem fratris praedicti, ubi generaliter renunciarunt omnibus bonis paternis, maternis, & fraternis. Dec. 50. n. 5. 6. & 7.
- Sorores utrinque coniunctae, & mater praeseruntur sorori consanguinea in omnibus bonis, tam paternis, quam maternis. Dec. 53. num. 1. & 2.
- Sorores utrinque coniunctae in successione fratris, praeseruntur fratri consanguineo. Dec. 52. n. 2.
- Sorores utrinque coniunctae succedere debent fratri ab intestato, exclusa sorore consanguinea. Dec. 51. num. 1.
- Specificatio aliqua non dicitur superflua, etiam si tacite iussu. Dec. 21. n. 16.
- Statuta Bononiae sunt confirmata à Papa verbis tam amplis, ut non a legibus viua confirmatio habere videatur. Decif. 55. num. 8.
- Statuta exclusiua foeminarum propter masculos prohibent, ne dotes vnus familiae adueniant ad extraneos, sine ille proueniant à masculis agnatis, siue à feminis cognatis. Dec. 12. n. 44.
- Statutum excludens feminas propter masculos, an comprehendat nepotes, & alios descendentes ex foemina exclusa. Dec. 12. n. 1.
- Statutum excludens aliquas personas à successione alicuius, est stricte accipiendum, nec potest ad alios casus extendi. Dec. 12. num. 11. & 15.
- Statuta exclusiua foeminarum propter masculos, plurima per vniuersum terrarum orbem condita reperiuntur. Dec. 12. num. 31.
- Statuta exclusiua foeminarum propter masculos, non possunt dici odiosa. Dec. 12. num. 45.
- Statutum excludens feminas favore agnationis ab hereditate patris, censetur etiam excludere vniuersam illius progeniem ab hereditate. Dec. 12. num. 7.
- Statutum excludens feminas ab hereditate patris, & matris, censeri debent propter eandem causam exclusae ab utraque hereditate. Dec. 12. num. 10.
- Statutum excludens feminas à successione ab intestato, non habet locum in successione testamentaria. Decif. 18. numero 4.
- Statutum excludens feminas, & vocans ad successionem proximiores agnatos masculos, cessat dum deficiunt Agnati. Dec. 51. num. 5.
- Statutum foeminarum exclusiuum non suffragatur in praedictum Monialium, & Monasterij. Dec. 56. num. 10. 11. 12. 13. & 19. intellige, ut numer. 15. & 18. Contraria opinio, & infra reijcitur, nu. 21.
- Statutum foeminarum exclusiuum non habet locum in successione Clericis. Dec. 56. num. 20.
- In statutis exclusiuis foeminarum propter masculos ab hereditate parentum, non debet fieri extensio. Decif. 21. numero 19.
- Ita quod non sufficiat identitas, sed requiratur maioritas rationis. Dec. 11. n. 20.
- Statutum exclusiuum foeminarum ab intestato non habet locum conditis testamento, quando foemina sunt aliquo modo instituta. Decif. 60. numer. 12. de ratione, numero 13. amplius, siue institutio sit modica, siue pinguis, nu. 6.
- Statutum exclusiuum foeminarum, stantibus masculis, idem operatur, ac si foemina essent mortuae, vel non extarent. Dec. 60. num. 6.
- Statutum excludens Moniales tendit contra libertatem Ecclesiae, & de rationibus. Dec. 56. num. 23. inferoque praedictum Ecclesiae, nu. 24.

# Index Materiarum.

- Statutum excludens matrem à successione, non praeiudicat filio, qui ex propria persona agunt ad successione.** Dec. 12. num. 6. vide nu. 11.
- Statutum excludens mulieres dotatas à successione parentum, censetur eas excludere ob habitam dotem.** Dec. 21. n. 5. ante delatam hereditatem, num. 6. & 7.
- Statuti exclusi effectus censetur ad tempus mortis tantum.** Dec. 55. nu. 7.
- Statutum directum in personas Urbis, non habilitat forenses.** Dec. 39. nu. 49.
- Statutum locum habet ab intestato dumtaxat, nec tollit libertatem testandi.** Dec. 56. nu. 26.
- Statutum novum vetum corrigit.** Dec. 53. n. 7.
- Statutum, de quo hic, sufficit, quod confirmetur à Papa in forma communi.** Dec. 53. nu. 8. & quare nu. 9.
- Statutum Perusinum sub rubr. 45. de dotat. mulier. 5. item si aliquis declaratur.** Decis. 21. num. 15. 16. 17. 22. 23. & 24.
- Statutum preferens fratrem sorori in successione non habet locum in hereditate Clerici.** Dec. 55. num. 3. & de ratione, nu. 4. amplia ut nu. 5.
- Statutum preferens primogenitum secundogenito locum habet, etiam si secundo genitum postea Clericum efficiatur.** Dec. 56. num. 14.
- Statutum, quando in successione dividit bona paterna à matris, ea videtur mens statui, ut bona conferuntur in eadem agnatione, & familia.** Dec. 16. n. 18.
- Statutum, quando nihil operaretur in sensu directo, & idem contineret, quod iam commune tunc in eo valet argumentum à contrario sensu, etiam ad correctionem iuris communis.** Dec. 12. nu. 16. vide nu. 17.
- Statutum Ravenna sub rubrica 25. lib. 3. declaratur.** Dec. 53. nu. 3.
- Statutum si mandet, tunc deputari Curatorem, quando nullus consanguineus extaret, debent vocari omnes proximiores ante deputationem Curatoris.** Dec. 39. nu. 47.
- Statutum vocans proximiores ad successione Patrie, an loquatur de proximioribus ex parte, an vero ex linea Patrie.** Dec. 16. nu. 21.
- Statutum vocans proximitatem ad successione alicuius, intelligi debet de proximitate vera, non autem de ea, qua fidele inducitur per representationem.** Decis. 15. numer. 28. & 29.
- Statutum Urbis tanquam loquens de successione defunctorum ab intestato locum habet, & in successione defendentium in pupillari, ubi de ratione remissive.** Decis. 16. num. 35.
- Statutum Urb. lib. 1. cap. 143. necessario non requirit, ut filia dotata sit tempore delatae successione, sed sufficit, quod frater parata sit eam dotare.** Dec. 12. nu. 18.
- Statutum Urbis de quarto dotalis non concedit aliquod privilegium circa praelevationem quarti dotalis.** Decis. 45. numero 80.
- Statutum Urbis disponens super successione ab intestato, quando locum habeat etiam conditio testamento.** Decis. 60. numero 10.
- Statutum Urbis non habet locum, quando in districtu est aliud particulare Statutum.** Dec. 18. nu. 3.
- Statuti Urbis vigore cap. 141. disponens super successione ex testamento, dos succedit loco legitima.** Decis. 60. numero 14.
- Confirmatio Statuti non supplet defectum voluntatis, nec illud extendit ad ea, quae in eo non includuntur.** Dec. 55. num. 10.
- Confirmatio Statuti licet vim habeat novae legis, tamen operari non potest contra voluntatem legislatoris.** Decis. 55. num. 11.
- Statuti ad observantiam, & existentiam probandam, in antiquis admittuntur leviores probationes.** Dec. 47. n. 2.
- Statuti antiqui observantia, ac existentia probatur per leviores probationes.** Dec. 48. nu. 1.
- Statuti observantia infirmatur, dum super eodem consulere Doctores.** Dec. 48. nu. 1.
- Statuti ad observantiam probandam multum conferunt actus extrajudiciales.** Dec. 47. nu. 12.
- Statuti existentia probatur ex attestacione magistratus Civitatis.** Dec. 48. nu. 2.
- Statuti una pars alteram declarat.** Dec. 16. nu. 31.
- Statutus censetur quis se conformasse.** Dec. 21. nu. 13.
- Statuto ad successione vocante, euentis vocationis casu, vocato competit interdictum quorum bonorum.** Decis. 16. num. 1.
- In Statuto nisi sit expressa mentio de Clericis, eorumque bonis non censetur, statuentes voluisse illa comprehendere.** Dec. 55. num. 9.
- Statutorum pluralitas non praesumitur, nisi probetur.** Decis. 47. num. 10.
- Statuto, seu scriptura publica, & authentica non existenti in Archivio, sed pennis principum manus venis semper adhibenda fides.** Dec. 47. n. 11.
- Statutorum aliquorum effectuacione, & observantia probata, resultat inde praesumptio effectuacionis omnium aliorum in eodem libro existentium.** Dec. 47. n. 7.
- Statutorum confirmatio cursu 30. annorum intervenisse praesumitur.** Dec. 47. n. 8.
- Stirps non debet esse melioris conditionis, quam caput totius lineae.** Dec. 12. nu. 19.
- Substitutio compendiosa non continet pupillarem, quando verba non sunt directa.** Dec. 30. nu. 10.
- Per pupillarem substitutionem succeditur pupillo, & non Testatori.** nu. 10.
- Substitutio quando dicatur compendiosa, licet non sit adiecta dictio, quandoque.** Dec. 30. nu. 5.
- Substitutio compendiosa, si sit facta per verba civilia directa continet pupillarem.** Dec. 30. nu. 6. etiam matre existente in medio, num. 7.
- Substitutio fideicommissaria, quando resolvatur in singularitatem.** Dec. 6. nu. 10. & vide nu. 11. & 12.
- Per fideicommissariam substitutionem succeditur dumtaxat in bonis Testatoris.** Dec. 30. nu. 15.
- In substitutione fideicommissaria praesumptim mente Testatoris pluralitas resolvitur in suas singularitates.** Dec. 44. num. 7.
- Quod ampliatur, quando non superest persona, qua ex praesumpta mente Testatoris excluderet substitutum.** Decis. 44. num. 8.
- Substitutio pupillaris excludit matrem à legitima.** Dec. 30. num. 14. & 16.
- Substitutio pupillaris excludit matrem, si sit facta per verba directa, siue civilia, siue non civilia.** Dec. 30. nu. 8.
- Substitutio facta sub conditione, si vocati decesserint sine filio, an neptis ex filio faciat deficere talem conditionem.** Dec. 44. num. 33.
- Substitutio facta de filiis, intelligitur de masculis, & feminis.** Dec. 6. n. 1.
- Substitutio non suffragatur vocato post obitum alicuius, si casus nondum evenit.** Dec. 19. n. 3.
- Substitutio proximiorum de familia, uno semel admisso, an evanescat quo ad alios, ponitur distinctio.** Decis. 41. numero 1.
- Substitutio Agnationis favore inducit perpetuitatem fideicommissi in familia.** Dec. 41. nu. 1.
- Substitutionem fuisse factam Agnationis favore, colligitur ex coniecturis simul iunctis.** Dec. 41. nu. 3.
- Substitutio proximiorum cum qualitate Masculinitatis, praesumitur facta Agnationis in favorem.** Dec. 41. nu. 4.

Substituere proximiores Masculas de parentella, idem est ac substituere Agnatos. Dec. 41. num. 5.  
 Substitutio si fuerit facta de proximioribus Masculis de Agnatione, contemplatione ipsius Agnationis facta presumitur. Dec. 41. num. 6.  
 Substitutio de proximioribus Masculis in numero plurali, comprehendit omnes proximiores ordine successivo. Dec. 42. nu. 7. & num. 10.  
 Substitutio, quando dicitur facta distributive. Decif. 44. num. 11.  
 Substitutiones non sunt ampliande, ut inducatur novum fideicommissum contra mentem testatoris. Decif. 44. numero 31.  
 Substitutio sub conditione, si sint filii, expirat deficiente conditione, una cum fideicommissis. Dec. 58. nu. 1.  
 Substitutus dicitur acquirere res renovabile in bonis fideicommissis subiectis per conditionem subsistentiam purificatam. Dec. 8. nu. 13. & 14.  
 Succedere quando quis dicitur per fideicommissariam. Decif. 43. nu. 2. quando vero per vulgarem, num. 3. ubi de ratione, & limita vi nu. 4. & 5.  
 Succedentibus ab intestato competit interdicitam, quorum bonorum. Dec. 55. nu. 2.  
 Successio ab intestato non impeditur ex odio, vel ingratitude. Dec. 39. num. 31.  
 Successio defarra non debet per saluta. Dec. 12. nu. 9.  
 In successione fratris preferenda sunt illius sorores utriusque coniuncta, excluso fratre consanguineo. Decif. 50. num. 2.  
 In successione materia legitimus naturalis preferatur: in alimentorum materia illegitimus non differt à legitimo. Dec. 34. num. 50.  
 Sumpsum defumptio regulariter non probat. Dec. 35. nu. 14.  
 Superstitias potius est tolleranda, quam ut propter eam filia ultimæ generati excludatur à successione transuersales. Dec. 37. n. 12.  
 Surd. in decif. 14. circa fin. non dicitur adhaerere Affili. decif. 359. numer. 12. cuius opinio est reprobanda. Decif. 40. numero 25.

T

**T**empus quale sit addendum, & effectum eliciendi affectionem testatoris erga aliquam rem. Decif. 44. numero 37.  
 Testamenti una pars aliam declarat. Decif. 44. numer. 11. & 12.  
 Testamentum primum renovatur per secundum. Decif. 49. num. 12.  
 Testator censetur se conformare cum dispositione Statuti, si adest Statutum, si vero non adest, cum dispositione iuris communis. Dec. 26. n. 14.  
 Testator filia legatum relinquendo pro eo toto, quod posset præterdere, etiam loco legitime, presupponit eisdem legitimam deberi. Dec. 60. n. 18.  
 Ex Testamento renovato non potest declarari illud renovans. Dec. 6. n. 9.  
 Testator inuitans descendentes illegitimos, videtur admittere etiam legitimos. Decif. 57. num. 8. in modo multo magis, num. 9.  
 Testator, quando declaravit ad Fideicommissum non venire feminas, tunc sine dubio ad illud aspirare nequeunt. Dec. 44. num. 2.  
 Testator, quando deficiente linea vocavit Ecclesiam, ex hoc resultat successivum, ac perpetuum fideicommissum inter illos de linea. Dec. 29. num. 6. Alioquin dicta vocatio locum habere non posset, nisi omnes de linea vocati essent, numer. 6.

Testator, quando substituit simpliciter filios superviventes, tunc salva ratione recte sermone id restringit, ne quis ad filios heredes institutos. Dec. 44. n. 17.  
 Testator permittit potest, quod eius bona fideicommissis subiecta per aliquod tempus maneat in suspensio. Decif. 8. num. 11. Et hoc maxime, quando probabiliter sperari potest, quod suspensio hac sit cessatura per naturam filiorum, numer. 22.  
 Testator presumitur filio infanti substituisse pupillariter, si non uxorem, sed alterum ei substituit. Decif. 30. num. 12. & 25.  
 Testator presumitur voluisse vocare neptes, quando non habuit rationem conservandæ agnationis, sed secus si contemplantur agnationem. Dec. 31. n. 9.  
 Testator, quando certum sit, quod voluit facere pupillarem substitutionem. Dec. 30. n. 17.  
 Testator si disposuerit, quod filia femina succederent deficientibus masculis, inter masculos resoluta reciproca substitutio. Dec. 11. n. 9.  
 Et idem est, ac si dicta substitutio facta esset ultimo in toto eo, quod eis fuit relictum, Dec. 11. num. 10. & vide nu. 11. & 12.  
 Testator si gravavit magis dilectos, censetur eodem modo gravasse minus dilectos. Dec. 41. n. 14.  
 Testator, si in uno casu expressit qualitatem masculinitatis, & in alio vero non, si ratio probabilis differentia reddi non potest, cur magis in uno casu, quam in alio expresserit qualitatem, tunc mentio filiorum in alia parte non est restringenda ad masculos. Dec. 33. n. 7.  
 Testator, sub generali vocatione consanguineorum, non supponitur comprehendere voluisse consanguineos sibi odiosos. Dec. 54. num. 9.  
 Testatores non solent multum curare de feminarum successione. Dec. 45. n. 21.  
 Femina sicut finis familia, ibid. nu. 21.  
 Testatoris aucta voluntas debet verificari, Dec. 31. num. 18. & 21.  
 Testatoris declaratio facta post testamentum debet probari per septem testes. Dec. 49. n. 14.  
 Testatoris mens, & intentio frustrari non debet, Decif. 54. num. 10.  
 Testatoris voluntas conservandi bona in testatore, ex quo arguatur. Dec. 44. n. 31.  
 Testatoris voluntas est pro lege servanda. Dec. 8. nu. 19. & 20.  
 Testatoris voluntas presumitur conformis dispositioni Statuti. Dec. 18. num. 5.  
 Testes omni exceptione maiores, quando haberi non possunt, admittuntur illi, qui haberi possunt. Dec. 37. n. 28.  
 Testes, qui non percipiunt tempus actus, de quo controversatur, non attenduntur. Dec. 37. n. 29. & 32.  
 Testes non informati, vel verisimilia non deponentes, non retenant, maxime in concursu informatorum, & verisimilia deponentium. Dec. 37. nu. 30.  
 Testes inter alios examinari, an aliis præiudicent. Decif. 18. num. 2.  
 Testes, ut probent aliquam observantiam, quid deponere debeant. Dec. 21. n. 28.  
 Testes, quando non veniat habendus in consideratione. Decif. 37. num. 31.  
 Testis deponens per verbum, incerta, quid certum non probat. Dec. 37. n. 33.  
 Testis, si non appareat informatis de re, super qua deponit, non retenant. Dec. 37. n. 34.  
 Testis dictum restringitur, & declaratur à ratione scientia per ipsum deducta. Dec. 37. n. 35.  
 Testis deponens extra tempus articulatam in nihilo retenant. Dec. 37. nu. 36. & 37.  
 Testis, qui remanet unicus, non iuvat. Dec. 37. n. 38.

**T**estis, qui convinsitur de mendacio, per alios plures Testes, est r. jictendus. Dec. 37. n. 39.

**T**ext. in l. de his, ff. de transact. habet locum inter quascumque personas, & in omni actu, per quem inducitur renunciatio. Dec. 40. num. 2. Et etiam in fideicommissio purificatio, & purificando.

**T**ext. in l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Trebell. declaratur. Ban. niti nostri temporis non equiparantur deportatio. Decif. 8. numero 4.

**T**itulo deficiente solutionis dotis, deficit etiam causa actionis subsidiaria. Dec. 9. n. 9.

**T**ransactiones super rebus fideicommissariis iniri possunt. Dec. 5. nu. 3.

Inter transversales, & descendentes est differentia, ad effectum, ut ex eorum fideicommissa exiraturus dos. Dec. 45. num. 15.

**T**ransactio non admittit extensionem de re, ad rem. Decif. 47. nu. 21.

**T**rebellianica prohiberi potest à Testatore, etiam filio primi gradus. Dec. 59. num. 4.

**T**rebellianica si pertinebat ad uxorem, ea mortua nullo iure cavetur, quod pertineat ad Maritum. Decif. 45. numero 48.

In Trebellianicam sunt imputandi fructus, & quando sit verum. Dec. 45. nu. 51.

**T**utor datur ei, qui non est in potestate alterius. Decif. 30. numero 5.

**T**utor, vel curator non valet extrahere ex bonis fideicommissariis dotis. Dec. 45. nu. 34.

V

**V**erba, ac etiam, de sui natura sunt ampliativè, propter dictionem, etiam. Dec. 6. nu. 6. & 7.

**V**erba apposita ad maiorem cautelam in aliquo contractu, si ille sortitus est effectum, prout contrahentes voluerunt dicta verba non habentur pro appositis. Dec. 40. num. 27.

**V**erba adiecta civilia sunt apta comprehendere pupillarem substitutionem. Dec. 30. nu. 18.

**V**erba, filios superuiventes, quare conseantur adiecta substitutionibus. Dec. 44. nu. 19.

**V**erba, filios superuiventes, habent vim expressionis proprii nominis filiorum supra institutorum. Dec. 44. nu. 20.

**V**erba generica, honorifica, & curialia non obligant. Decif. 49. num. 15.

**V**erba, heredem suum instituit, tanquam prolata à Notario in certa persona, referuntur ad testatorem, non ad heredem. Dec. 30. nu. 9. vide nu. 11.

**V**erba illa, deficientibus masculis femina succedant, intelliguntur discretivè, & non conjunctivè, & sic sufficit decessisse filios masculos testatoris, licet adsint filij filiorum, non tunc femina intrant. Decif. 11. nu. 14.

Et hoc sine dubio est verum in transversalibus. Decif. 11. num. 15. & amplia nu. 16.

**V**erba in substitutione, non sunt referenda ad institutionem, si dicta relatio commodè fieri non possit. Dec. 11. n. 2.

**V**erba, ne sint superflua, faciendae est interpretatio. Decif. 44. num. 21.

**V**erba, non extantibus Masculis, indeterminatè prolata, quid importent. Dec. 44. nu. 14. & 15.

**V**erba precedentia declarantur ex subsequentibus. Dec. 30. num. 14.

**V**erba, quando ad immediatè coherentia tantum referenda sint. Dec. 11. num. 1.

**V**erba, quando sunt clara, non est opus alia interpretatione. Dec. 31. num. 5.

**V**erba, quando sunt clara, non est locus presumptionibus, & coniecturis, Dec. 39. num. 28.

**V**erba, quibuscumque heredibus, & tam ab intestato, quam ex testamento, & successoribus induunt equiparationem, & equalitatem. Dec. 39. n. 25.

**V**erba subsequencia non est inconueniens, ut declarent praecedentem substitutionem, & simul augendo ponant novam successivam vocationem. Dec. 11. n. 4.

**V**erba tractum temporis respicientia apposita in prima substitutione, non sufficiunt ad effectum succedendi per fideicommissariam, nisi sint etiam repetita in secunda. Dec. 43. num. 6. fallit, quando est eadem ratio, & praesumpta repetitio, n. 7.

**V**erba, vendere, & alienare, simul posita, faciunt, ut sicut vendere significat actum inter vivos, ita pariter alienare, de eodem actu intelligatur, non autem de ultima voluntate. Dec. 25. n. 3.

Et hoc procedit, siue verbum vendere sequatur, siue precedat verbum alienare. Dec. 25. n. 4.

**V**erba, volumus, & in primis, & ante omnia, important conditionem. Dec. 28. n. 6.

**V**erborum generalitas nihil incomprehensum reliquit. Decif. 19. num. 4.

**V**erbum (ceterosque) alias personas praeter expressas includit. Dec. 34. nu. 16.

**V**erbum, deficientibus, ex sui propria natura successivam deficientiam per mortem, & vocationem per fideicommissum significat. Dec. 11. n. 6.

**V**erbum, dictum, est personalissimum. Dec. 17. num. 8. & 10.

**V**erbum, Masculos, operatur exclusionem Feminae. Decif. 44. num. 21.

**V**erbum, videtur, denotat improprietatem. Dec. 45. nu. 10.

**V**eritas, quando in contrarium apparet, cum cessant praesumptiones, & coniectura. Dec. 38. nu. 11.

**V**idua, quod fuerit reddita gemma vestes, localia, ceteraque, ex quibus probetur. Dec. 38. nu. 7. & 8.

**V**na pars scriptura declaratur per aliam. Dec. 5. n. 2.

**V**na pars testamenti aliam declarat. Dec. 43. n. 11.

**V**na pars testamenti aliam declarat, quando est eadem ratio. Dec. 26. num. 10.

**V**acatio alicuius per fideicommissum, quando clarè pateat. Dec. 11. num. 7.

**V**ocatio alicuius substituti per modum rationis, & causa facta, non videtur expressa, & absoluta dispositio, praesertim si verba rationis, seu causa non essent directè in personam heredis gravati. Dec. 24. n. 7.

**V**ocatio descendendum facta per nomen collectivum plurium graduum, & personarum, comprehendit omnes descendentes in infinitum. Dec. 43. n. 1.

**V**ocatio femininarum facta in testamento est coniectura, ut Testator voluerit impedire effectum confirmationis agnationis. Dec. 26. nu. 12.

**V**ocatio masculorum in pluribus gradibus substitutionum, adiecta qualitate, quod masculi sint de legitimo matrimonio nati, denotat, quod fuerit contemplata Agnatis. Dec. 41. n. 11.

**V**ocatio superuiventium repugnat transmissi fideicommissi conditionali, vel saltem efficit, ut urgentiores coniectura requirantur. Dec. 44. num. 45.

**V**ocatio tacta multum differt ab expressa. Dec. 45. num. 17.

**V**ocatio unius necessario includit alterius exclusionem. Dec. 12. num. 14.

**V**ocatus in casu contraventionis primi heredis, si sit positus post secundum, vel ulteriorem gradum heredum, non potest instare pro declaratione devolutionis propter contraventionem ante aduentum suae vocationis. Dec. 24. nu. 20.

**V**ocatus, quando quis est uti filius, debet probare se talem. Dec. 42. num. 12.

Quod procedit siue agat, siue excipiat. Dec. 42. n. 13.

**V**ocatus, quando quis est sub qualitate filiationis, & legitimis

## Index Materiaram.

*tatis utrumque debet probare. Decis. 52. numero 14.*  
*Voluntas declarata in concursu est potius attendenda, quam presumpsa ad excludendam simulationem. Decis. 35. num. 41.*  
*Voluntas patris in earum liberos duobus testibus probatur. Dec. 49. num. 12.*  
*Voluntates defunctorum non possunt stare in suspensio. Decis. 10. num. 15. procedit ut nu. 17.*  
*Ad declarandam voluntatem testatoris sufficiunt duo testes, qui fuerunt presentes. Dec. 34. num. 8.*  
*Voluntatis mutatio, & contrarietas presumenda non sunt. Dec. 24. num. 15.*  
*Voti Religioſi probatio coadiuuatur, si Religioſus curauerit absolutionem de non regrediendo Religionem. Decis. 56. num. 8.*  
*Votum Religioſi, nisi sit cognitum, & acceptatum à Superio-*

*re, non obligat ad redendum in Religionem. Decis. 38. num. 6.*  
*Vsufuctus honorum, super quibus Pater assignat alienentis filio, intelligitur remissus tantum ad eius nutum. Decis. 2. num. 3.*  
*Vsufuctus relictus uxori, sub conditione vita vidualis, per transitum ad secundas nuptias, affectio maris erga eam cessat. Dec. 30. n. 24.*  
*Vsufuctus renunciatio per necesse non inducitur ex insinuatione Patrie de donatione facta à fratre fratri. Dec. 2. num. 4. maxime si Pater sit pauper, num. 7. Sed inducitur donationis tantum confirmatio, n. 5.*  
*Vsufuctus renunciatio debet esse expressa. Dec. 2. n. 6.*  
*Vsufuctum habes pater in bonis donatis filio. Dec. 2. nu. 1. etiam post ipsius mortem, nu. 10.*  
*Vsura non datur sine mutuo. Dec. 1. n. 9.*

F I N I S.





# REGESTVM

\* A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, V, X, Y, Z,  
sunt terniones præter \* qui est duernio.

Aa, Bb, Cc, Dd, Ee, Ff, Gg, Hh, sunt terniones præter Hh, qui  
est duernio.

Index, in Tractatu de Fratibus, L, M, N, sunt terniones præter N,  
qui est quaternio.

Decisiones \* A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, omnes sunt ternio-  
nes præter \* & M, qui sunt duerniones.

## BENEVOLO LECTORI.

**V**ltimus duernio, quo totum opus perficitur ac clauditur est  
Hh.

Index verò adjectus Operi incipit à ternione L, qui sequitur  
immediatè vltimum duernionem Operis Hh, & desinit in qua-  
ternione N.

Si inquiras, Lector beneuole, quò factum sit vt signaturæ Indi-  
cis tam malè cohæreant cum signaturis Operis, monitum te ve-  
lim merum esse Operariorum errorem, non tamen deesse quip-  
piam nec in Opere, nec in Indice.

REGESTVM

A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, V, X, Y, Z.  
In hoc Index tractantur quae sunt de  
A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, V, X, Y, Z.  
In hoc Index tractantur quae sunt de  
A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, V, X, Y, Z.

BENEVOLO LECTOR

Vltimus fuerit, et sic opus istud non clauditur  
In hoc Index tractantur quae sunt de  
A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, V, X, Y, Z.  
In hoc Index tractantur quae sunt de  
A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, V, X, Y, Z.  
In hoc Index tractantur quae sunt de  
A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, V, X, Y, Z.

BLASII  
MICHALORII  
LC. VRBINATIS  
TRACTATUS  
*DE*  
POSITIONIBVS  
*ET*  
DE COECO, SVRDO, ET MVTO.  
Tomus Secundus.

1711  
BASII  
MICHAELIS  
IC VRRBINARIS  
TRACIATVS  
DE  
ROBERTO MIBVS  
ET  
DE COECO SVARDO ET MVTO  
Tomas Secundus

BLASII  
MICHALORII

I. C. VRBINATIS

Ac Rotæ Collegialis Urbini Iudicis Ordinarij.

TRACTATUS

DE

POSITIONIBVS,

VNA CVM NONAGINTA DECISIONIBVS;

*de quibus fit mentio in ipso Tractatu: & in hac quarta editione auctus  
alijs vigintiocto Decisionibus diuersorum Tribunalium  
de Materia Positionum loquentibus.*

IN QVO EARVM ORIGO, ET FORMA, ET EFFECTVS

ostenditur, & quæ partes sint Actoris ponentis, Iudicis admittentis,  
& Rei respondentis satis dilucidè explicatur.

Annexo **INDICE** omnium Capitulorum, Rerum, ac Verborum memorabilium pro studiosi  
Lectoris memoria, & usu apprimè concinnato.

Editio quarta, mendis innumeris quibus prior scatebat repurgata.



GENEVÆ,

Sumptibus & Typis Samuelis Chouët.

M. DC. LXVII.

BLASII

# MICHALORII

ICVRBINATIS

Ac Rote Collegialis Vrbinatidis Ordinarij

TRACTATVS

DE

## POSITIONIBVS

IN ANNO DOMINI MDCCLXXII

et quibus sit mentio in ipso Tractatu. Et infra quatuordecim dies

ante originalem Discussionem huiusmodi Tractatus

de Materis Positionum huiusmodi

IN OVO ERVIT OMNIO ET SOLVM ET EFFECTVS

ostenditur. et per quos sit Actus potestatis. Habent autem

de Relatione huiusmodi huiusmodi

quatuordecim dies ante originalem Discussionem huiusmodi

Actus potestatis. Et per quos sit

Actus potestatis huiusmodi huiusmodi



GENEVE

Sempiternus et Typis Sanctis Chouet

M. DCC. LXXII



AD EMINENTISSIMUM, ET  
*Reuerendissimum Dominum*

CARDINALEM  
COSTAGVTVM.

*Blasius Michalorius I. C. Urbinas.*

**M**IRVM forsan tibi, Eminentissime Princeps, videri poterit, me, cui nulla suppetunt merita famulatus, lucubrationes hasce meas, tibi dedicare fuisse ausum. Verum quia Legationis tuæ vix allato nūto, certa peruagari cepit fama, de tua alloquendi facilitate, audiendi lenitate, ac sermonis comitate: Teque, præter magnificentiam, ac beneficentiam, quæ Heroum peculiare sunt ornatus, omnis virtutis genere, omniumque exquisitarum litterarum peritia, quæ viros magni nominis conspiciendos reddere consueuere; enixè semper procurasse, claritati Purpuræ nitorem addere: ita vt facilis vnicuique in tuam gratiam aditus impartiat. Hac patenti fama cohortatus, libellum hunc de Positionibus, qui, si non nouiter, nouis tamen additamentis, ac indumentis in lucem prodit, tuo nomini inscribere non sum veritus. Te igitur, Princeps Eminentissime, supplex imploro, vt meam expurges audaciam, animique mei potiùs deditionem, quàm libelli deditionem benigno intuearis aspectu.



BENIGNO LECTORI.



*A*M elapsi sunt triginta anni, quod hunc de Positionibus Tractatum Venetiis imprimendum curavi; & cum plurimum, etiam Excellentissimorum Virorum testimonium, factus fuerim certus, non displicuisse: & de noua editione ex longinquis etiam partibus sepius requisitus, Edito iam Tractatu de Fratibus, ac libello de Cæco, Surdo, & Muto, decreueram huic de Positionibus tractationi, duas alias similes adiungere, de Capitulis nempe, seu articulis, & interrogatoriis: Verum cum nondum ipsis, ob varias occupationes, ultimam manum imponere potuerim, diutius differre nolui, hanc de Positionibus nouam Editionem auctam, & recognitam, unâ cum nonaginta Decisionibus diuersorum Tribunalium de materia loquentibus, & de quibus in dicto Tractatu fit mentio, pro maiori legentium commoditate: Et si omnipotens, & misericors Deus longiorem vitam mihi impartiri dignabitur; non solum, amice Lector, de Capitulis, & interrogatoriis lucubrationes habebis: sed in super Volumine satis amplum questionum magis vsu frequentium, Interim his fructe, & Vale, &c.







# INDEX CAPITVLORVM.

- D**E definitione, origine, ac nomine positionis. Cap. I.  
Positiones quare fuerint iuuentæ. Cap. II.  
Positiones in quibus differant ab interrogationibus. Cap. III.  
Positiones in quo differant à libello, & articulis. Cap. IV.  
Qui possint facere positiones, & an Reus admittatur ad ponendum ante Actorem. Cap. V.  
Procuratores, & Aduocati an possint facere positiones. Cap. VI.  
De positione obscura, & incerta. Cap. VII.  
De positione conditionali. Cap. VIII.  
De positione alternatiua. Cap. IX.  
De positione generali. Cap. X.  
De positione superflua. Cap. XI.  
De positione callida, captiosa, & cauillosa. Cap. XII.  
De positione multiplici, & implicita. Cap. XIII.  
De positione impossibili. Cap. XIV.  
De positione negatiue concepta. Cap. XV.  
De positione facti alieni. Cap. XVI.  
De positionibus contrariis. Cap. XVII.  
De positionibus criminosis. Cap. XVIII.  
De positionibus impertinentibus, & irrelevantibus, & earum admissione. Cap. XIX.  
Positiones debent continere tempus, & causam. Cap. XX.  
Positiones debent fieri in scriptis, coram Iudice, & cum citatione partis. Cap. XXI.  
Positio an possit reuocari, mutari, vel declarari. Cap. XXII.  
Ponens debet iurare, verum esse, quod ponit, & idem in respondente, & an sit differentia inter hæc duo iuramenta. Cap. XXIII.  
Ad ponendum, an requiratur specialissimum mandatum ad ponendum sic, & sic, vel sufficiat generale. Cap. XXIV.  
Ponens quod ponit fateri dicitur. Cap. XXV.  
Positione negata, & impugnata, an quis uti possit. Cap. XXVI.  
Positiones in qua parte Iudicij fieri possint. Cap. XXVII.  
Qui suscepit in se onus aliquid probandi, an possit facere positiones. Cap. XXVIII.  
Qui renunciat probationibus, an possit facere positiones. Cap. XXIX.  
An in iudiciis criminalibus, & mixtis possint fieri positiones. Cap. XXX.  
In Beneficialibus an fiant positiones. Cap. XXXI.  
Iudex an possit cogere Reum ad respondendum positionibus, & quemodo. Cap. XXXII.  
Positionum an sit danda copia. Cap. XXXIII.  
An debeat dari terminus ad deliberatè respondendum positionibus. Cap. XXXIV.  
Circa positiones quodnam forum debeat attendi. Cap. XXXV.  
Tempus ad probandum an currat, dum disputatur de admissione positionum. Cap. XXXVI.  
Consultor an possit aliquid pronuntiare circa positiones. Cap. XXXVII.  
Clausula, saluo iure impertinentium, & non admitteudarum, quid operetur. Cap. XXXVIII.  
Purè, & simpliciter est respondendum positionibus, & quid importent ista verba, purè, & simpliciter. Cap. XXXIX.  
Responsio per verbum, credere, an sit simplex responsio. Cap. XL.  
Iurans falsum respondendo positionibus, an possit puniri, & qua pœna. Cap. XLI.  
De positione qualificata, duplici, conditionali, modificata, dubia, incerta, & alternatiua. Cap. XLII.  
Positionibus an possit responderi per verbum æquipollens. Cap. XLIII.  
Mutuum, si fuerit secreto restitutum, quomodo tute responderi possit. Cap. XLIV.  
Nego me habuisse pecuniam, & si apparebit habuisse, dico, restituisse, vel expendisse in tuis negotiis, an sit legitima responsio. Cap. XLV.  
An requiratur pronuncia Iudicis, ad hoc, vt positiones habeantur pro confessatis. Cap. XLVII.  
An detur appellatio à declaratione, positiones haberi pro confessatis. Cap. XLVIII.  
Pronuncia, positiones haberi pro confessatis, an noceat, si de veritate in contrarium appareat. Cap. XLIX.  
Qui habet auctorem an teneatur respondere positionibus. Cap. L.  
Positionibus an iterum sit respondendum. Cap. LI.  
Positionibus, ob quas in periculum, vel contrarietatem quis incidere posset, non est respondendum. Cap. LII.  
Positio partim vera, & partim falsa, an in totum negari possit. Cap. LIII.  
Qui responsum dedit positioni generali, an teneatur respondere speciali. Cap. LV.  
Positionibus iuris an sit respondendum. Cap. LVI.  
Responsio facta, respondendo positionibus, an præiudicet. Cap. LVII.  
Responsio facta positionibus, quibus non erat respondendum, non præiudicat. Cap. LVIII.  
Confessio seu responsio facta, respondendo positio-

## Index Capitulorum.

- |  |  |
|--|--|
| <p>nibus, an possit in parte acceptari, &amp; in parte reiici. Cap. LIX.</p> <p>Confessio, vel negatio an trahatur ad omnes partes positionis. Cap. LX.</p> <p>Contumax in respondendo positionibus an, &amp; quando habeatur pro confesso dilucidè declaratur. Cap. LXI.</p> <p>Actor, &amp; reus, si fuerint contumaces in respondendo positionibus contrariis, quis eorum obrinere debeat. Cap. LXII.</p> <p>An confessio vnus ex correis facta respondendo positionibus, aliis correis præiudicare possit. Cap. LXIII.</p> <p>Responso facta respondendo positionibus an possit reuocari. Cap. LXIV.</p> <p>Procurator, &amp; Aduocatus an possint respondere positionibus. Cap. LXV.</p> <p>Procuratores, &amp; Aduocati an possint instruere prin-</p> | <p>cipales ad respondendum positionibus. Cap. LXVI.</p> <p>Procuratores an possint cogi ad respondendum positionibus, saltem in animam propriam. Cap. LXVII.</p> <p>Minor, Tutor, Curator, Restores Ecclesiarum, Sindi- ci Vniuersitatum, Confraternitatum, &amp; Mona- steriorum, an teneantur respondere positionibus. Cap. LXVIII.</p> <p>Si reus fuerit absens, à quo, &amp; cuius expensis debeant procurari responsoes: &amp; an, hoc casu, admittan- tur Procuratores ad respondendum. Cap. LXIX.</p> <p>Respondendo positionibus, an contestetur lis. Cap. LXX.</p> <p>An detur restitutio in integrum aduersus confes- sionem factam in ponendo, aduersus responsoem datam positionibus, &amp; aduersus pronuntiam, po- sitiones haberi pro confessatis. Cap. LXXI.</p> |
|--|--|

F I N I S.





# TRACTATUS DE POSITIONIBVS.

Authore

BLASIO MICHALORIO  
I. C. VRBINATE.

SUMMARIUM.

- 1 Omnis nostra institutio à definitione debet proficisci.
- 2 Definitio rei definitæ naturam demonstrat.
- 3 Positio quomodo à Doctoribus diuersimodè fuerit definita.
- 4 Definitio Auctoris.
- 5 Positionum origo.
- 6 Leges iuris Ciuili de Positionibus mentionem non faciunt.
- 7 In iure Canonico de Positionibus fit expressa mentio.
- 8 Positiones à consuetudine fuerunt inuenta.
- 9 Positionis nomen vnde originem traxerit.
- 10 Positiones dicuntur etiam si sub nomine articuloꝝ producantur, dummodo petatur à parte responderi.

De definitione, origine, ac nomine positionis.

CAP. I.



VM de Positionibus nostra debeat esse disputatio, ab eius definitione exordium sumendum esse duxi, iuxta illud ritum Ciceronis axioma in princip. offic. *† omnem nostram institutionem à definitione debere proficisci, vt sciamus,*

- 1 quid sit id, de quo disputatur, † definitio namque rei definitæ naturā, ac vim demonstrat, vt habetur ex Philosopho 7. Metaph. Olofe. Beneuent. qui breuissimum de Positionibus scripsit tractatum in hunc modum definiuit. † Positio est, quæ loco interrogationis ponitur: eandem securus fuit Iacob. de Aten. in simili Tractatu de Positionibus in proemio, & Vbert. de Robio pariter de Positionibus m. 2 hanc definitionem fuit amplexus. Verum hanc, nec definitionem, nec descriptionem esse constat, primo, quia non fiunt Positiones loco interrogationum, vt infra dicitur in cap. 3. vltimis dato, quod essent loco interrogationum, hinc tamen non declaratur, quid sit istud, quod loco interrogationum ponitur. Curt. de positionib. in princip. refert, à Joan. Andr. sic fuisse definitam; Positio est breuis narratio, factum continens, ad eliciendam veritatem

concepra, quam sequitur Mascard. de probation. conclus. 1176. nu. 1. & Tule. in l. tit. P. conius 386. in princip. Eadem etiam mutatis verbis, tenet Specul. in princip. de positionib. §. 1. Papin. in form. positio. act. in verbo postquam n. 3. addit esse verborum formulam iudicalem, & ad eruendam veritatem per aduersarij responsonem, aliter enim satis defectiua videbatur, cum non sit simplex narratio facta in iudicio; eruit vero, atque elicit veritatem per aduersarij responsonem, & hec est definitio, quæ placet Curt. in dict. tract. nu. 2. refert tamen, à Batt. aliter fuisse definitam; vt sit alicuius particularis rei pertinentis ad causam assertio: & vere assertio appellari debet, cum ille, qui ponit fateatur, vt suis locis infra dicitur, ac propterea Bald. in l. 1. §. huius studij, ff. de iust. et iur. dixit, positionem esse orationem cum assertionem, prout etiam congruunt illa verba, pertinentis ad causam, de re namque impertinenti non admittantur positiones; vt infra in particulari capitulo dicitur. Clarius ipsam describere voluit Bald. in l. generaliter, §. 1. ff. de reb. cred. his verbis. Positio est pars intentionis continens id, super quo quis petit ab aduersario responderi; quæ definitio placet Marant. in suo Specul. in 6. part. in tit. de position. sub n. 1. Salic. verb. hoc modo eam definiuit. Positio est particularis facti assertio producta coram Iudice, vel arbitro, super qua petitur, aduersarium interrogari, vt ponens ab onere probandi releuetur. Alij aliter definire videntur, licet in idem incidant, quos refert Catpan super stat. Medial. in rub. de posit. n. 1.

- 2 Et si unicuique iustum est, suam proferre sententiam, Sic ego positionem definiem, vt † sit assertio facta in scriptis de re pertinente ad causam, & in iudicio exhibita ad obtinendam aduersarij responsonem. Dixi prius, esse assertionem, quoniam ille, qui ponit, asserit, & fateatur, cum positio, nec dubitatio, nec interrogatiue concipi possit: addidi, facta in scriptis, quoniam positiones in scriptis redigi debent, subionxi, de re pertinente ad causam, cum de re impertinenti non possit fieri positio; adiunxi, in iudicio exhibita, cum necessaria sit positionum coram Iudice productio; vltimo dixi, ad obtinendum aduersarij responsonem; nam id solum ab aduersarij responsonem;

fario peritur, vt scilicet positionibus respondeat: quod autem hinc veritas eliciatur, & quod ponens releuetur ab onere probandi, est potius effectus ipsius confessionis, vel negationis partis, quam natura ipsarum positionum, ex quibus nil aliud prætendi potest, quam ipsius partis responsio.

Originem autem ꝑ vnde traxerit, dupliciter quæri potest. Primo, quo iure inuentæ fuerint positiones. Secundo, vnde hoc nomen Positio originem duxerit. Et quantum ad primum: animaduertendum est ꝑ in Legibus Iuris Ciuilis nullam expressam fieri de positionibus mentionem: licet enim multi allegare soleant, text. in l. Officius, §. ex aduerso de leg. 3. & in leg. Claudius, ff. qui potior. in pign. habeant. in illis verbis, Pone, &c. (tamen verè ibi non fit mentio aliqua de positionibus,) sed solum de interrogationibus factis à Iudice, & illud verbum, Pone, significat similitudinem, seu exemplum, hoc est, Finge, de quo Neuizant. conf. 5. nu. 26. & de intelligentia text. in l. non solum, ff. de procurat. quem de positionibus loqui existimant nonnulli, dixerunt infra in cap. 67.

In iure ꝑ verò Canonico pluribus in locis de positionibus fit mentio, vt in cap. statuimus de confess. in 6. vbi habetur, Iudicem admittere posse positiones negatiuas, quæ probari non possint, nisi per confessionem Aduersarij in cap. vnico de litis contestat. pariter de positionibus est sermo, de quibus etiam in cap. dudum il 2. de elect. in cap. presentium de testam. in 6. & in cap. 1. de iur. iur. de nonnullis aliis iuribus dicitur infra in dict. cap. 67. Verum hinc dici non potest, à Iure Canonico fuisse inuentas, cum de ipsis fiat mentio, vt de re ordinaria, solita, & iam in tribunalibus introducta. Ac propterea potius, vna cum aliis dicendum est, ꝑ à consuetudine ipsas fuisse inuentas ad hoc, vt ponens releuetur ab onere probandi, Bart. in l. 2. §. quod obseruari, nu. 18. C. de iur. propt. calum. & in l. vbi cumque nu. 14. & 17. ff. de interrogat. action. Bald. in cap. dudum il 2. n. 5. versic. tandem de election. Math. sing. 37. num. 2. Marfil singul. 625. in princip. Vbert. de Rub. de positio. nu. 4. Lud. decis. Perus. 8. n. 1. & n. 25. par. 1. Hieron. de Mont. de finib. regend. cap. 46. n. 5. & 13. Carpan sup. Statut. Mediolan. rubr. de posit. n. 2. & 3. Cabal. in glos. cap. 19. constit. Masch. l. 5. n. 1. quam consuetudinem postea Ius Canonicum approbavit, vt tradit Franc. Curt. de positionib. n. 2. & addentes ad Specul. in tit. de positionib. §. 1. Arim. in sua praxi, §. 19. cap. 24. nu. 7. & alij passim.

Nomen ꝑ autem hoc positionis habuisse originem à supradictis legibus Iuris Ciuilis, vt existimantur Odofred. Iacob. de Aren. Vbert. de Rub. & Specul. locis citatis, dicendum nulla ratione venit, cum ibi de positionibus mentionem non fieri, supra dixerimus, vnde cum alia opinione eorundem, ac aliorum multorum transeundum puto; nempe ita appellatas fuisse positiones à verbo pono, cum consuetudo, quæ usum positionum adinuenit, modum etiam ipsas consiciendi introduxerit, per hoc verbum pono, hoc est, pono, quod talis. (Item pono) vt per Speculat. locis citatis.

Benè ꝑ verum est, quod licet quis in componendis positionibus non vtatur hoc verbo, pono, &c. imò licet positiones vocauerit articulos, attamen, si insteterit in Iudicio ipsis per partem aduersam responderi medio iuramento, adhuc pro positionibus erunt habendæ, vt per Rot. decis. 227. nu. 2. recent. par. 2. qua est in calce operis decis. 5.

S V M M A R I V M.

1. Positiones inuentæ sunt, vt partes releuentur ab onere probandi.

2. Positiones loco probationum succedunt.

3. Testes non requiruntur, si pars fateatur contenta in positionibus.

4. Urbini statutum adest, vt positionum copia detur.

Positiones quare fuerunt inuentæ.

CAP. II.

V Sum positionum à consuetudine fuisse inuentum, diximus in capite præcedenti: sed quare id factum fuerit, non incongruum est inquirere: & vt vno ore omnes affirmant, dicendum est ꝑ inuentum fuisse ad hoc, vt ponens ab onere probandi releuetur per aduersarij confessionem, Odofred. de positionibus n. 3. Iacob. de Aren. de positionib. §. 4. n. 2. Vbert. de Rub. de positionib. nu. 4. Franc. Curt. de positionib. nu. 2. Speculat. in rubric. de positionib. §. 2. Addit. ad Papin. de forma posit. art. in verbo postquam, Ioan. Anan. conf. 55. n. 2. Math. singul. 37. num. 2. Marfil singul. 625. in princ. Ludou. decis. Perus. 8. n. 1. & n. 25. par. 1. qua est in calce operis decis. 31. Hier. de Mont. in tract. de fin. regend. cap. 46. num. 5. & 13. Ros. à Vall. conf. 90. n. 6. l. 3. Riminald. conf. 43. nu. 3. Neuizant. conf. 42. nu. 7. Cauagn. super Constitut. Mont. Ferrat. in rubric. de positionib. §. 1. nu. 2. alios citat Carpan. super statut. Mediolan. in rub. de positio. num. 3. Gayl. pract. obseruat. obseru. 79. nu. 2. litt. I. March. Ant. Thomat. decis. Rotæ Mercer. 70. neque, & in calce operis decis. 74. Rot. Kom. nouiss. tom. 3. decis. 276. in calce operis decis. 79. n. 1. & sic ad facilitorem litium exitum, Abb. consil. fin. lib. 2. Tusch. in lit. P. 2. conclus. 386. n. 2. Succedunt enim ꝑ loco probationum, si pars fateatur in ipsis contenta, cap. statuimus de confess. in 6. Mascard. de probat. conclus. 1176. n. 2. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 7. nu. 84. graue namque est onus, aliquid per testes probare, quod absque temporis intervallo, & absque expensis fieri non potest, & sæpenumero contra testes tot competunt exceptiones, vt idonei vix reperiantur. ꝑ Si verò pars in ipsis positionibus contenta fateatur, alij non requiruntur testes cap. præterea, de transact. cap. 2. de confess. l. vnica, C. eod. cum, vt diu solet, nulla maior reperiat probatio, quam proptij oris confessio, quæ facit rem notoriam, cap. fin. de cohabit. cler. & mal. capit. cum olim, de verbor. significat. & nil aliud venit expectandum, quam sententia, circa quam dicere potest Iudex illud Euangelicum, ex ore tuo te iudico, Iacob. de Aren. in dict. §. 4. n. 2. Specul. loco supra citato: Licet cum Cauagn. super Constit. Mont. Ferrat. in rub. de positionib. §. 3. nu. 39. dici possit; hodie positionum vsus, præcitantium culpa lites, & Iudicia potius in longum protrahere, ob varia emergentia, quæ inde oriuntur; & præcipuè vbi positionum datur copia, vt in Ciuitate ꝑ Urbini patria mea, vbi statutum adest, positionum dandam esse copiam. Procuratores enim, & Aduocati client. s. ad respondendum instruant, imò ipsi et responsiones scribunt, licet ab ipsis, qui respondere tenentur, producantur: & quæuis statutum mandet, simpliciter responderi per verbum credere, vel non credere, attamen ita eas concipere procurant, vt vel ex ipsis nulla oriatur legitima confessio, quæ possit releuare ponentem ab onere probandi, vel vt nouæ lites, & controuersie super legitima responsione oriuntur, quæ iudicia in longum protrahunt, vt Cauagnin. dicit, loco supra citato. Verum Procuratores, & Aduocati ea præ oculis habere deberent, quæ dicam infra in capit. 65.

S V M M A R I V M.

1. Interrogatoria que sunt.

2. Interro-

- 2 Interrogatoria sunt ad detegendam veritatem.
- 3 Interrogatorum non datur copia parti.
- 4 Interrogatorie actiones qua sunt.
- 5 Interrogationes qua sunt.
- 6 Positiones ab interrogacionibus in quibus differant, & num. seqq.

- 7 Interrogationes à iure fuerunt inuenta.
- 8 Positiones inuenta fuerunt à consuetudine.
- 9 Interrogationes sunt circa preparatoria iudicij, & sic ante litem contestationem, & nu. 26.
- 10 Positiones sunt in termino probatorio, & nu. 25.
- 11 Interrogationes sunt quandoque à iudice.
- 12 Positiones iudex facere non potest.
- 13 Interrogationes fiunt per verbum interrogo.
- 14 Positiones fiunt per verbum pono.
- 15 Ponens intelligitur fatere.
- 16 Interrogans non fatetur, quod tamen declaratur, num. 17. 18. & 19.

- 10 Interrogationes fiunt regulariter ab alore agere volente.
- 21 Positiones fieri possunt tam ab alore, quam a reo.
- 22 Positionibus non respondens intelligitur fatere omnia in ipsis contenta.
- 23 Interrogacionibus non respondens habetur pro negante, vel confitente, prout vtilius erit interroganti.
- 24 Ponens tenetur iurare, positiones esse veras, scilicet interrogans.
- 25 Positiones fiunt super meritis.
- 27 Interrogationum datur copia, non autem positionum.
- 28 Positiones debent fieri in scriptis: interrogaciones quandoque non.

- 29 Positioni sine tempore quis respondere non tenetur, secus interrogacioni.
- 30 Respondens positionibus non habet terminum ad deliberatè respondendum, & num. 49.
- 31 Interrogacioni respondens habet terminum ad consulto respondendum, & num. 49.
- 32 Positioni criminosa non est respondendum, & n. 44.
- 33 Interrogacioni criminosa an sit respondendum, & nu. 45.
- 34 Interrogatorio criminoso testes respondere non tenentur.
- 35 Statutum loquens de positionibus in interrogacionibus locum non habet.

- 36 Positiones cum interrogacionibus, in quibus conveniant, & num. seqq.
- 37 Confessio facta respondendo positionibus nocet, remissive.
- 38 Confessio facta respondendo interrogacioni nocet.
- 39 Positiones si aliquo casu non admittantur, an debeant admitti interrogaciones.
- 40 Positionibus respondeas debet iurare de calumnia.
- 41 Interrogacionibus respondens debet iurare de calumnia.
- 42 Ponens, & interrogans debet iurare de calumnia.
- 43 Depositiones facte positionibus, & interrogacionibus releuant ab onere probandi.

- 46 Positiones, & interrogaciones non possunt reuerari.
- 47 Iudicij admissio requiritur, tam in positionibus, quam in interrogacionibus.
- 48 Interrogaciones debent esse clare rei positiones.
- 50 Positiones, & interrogaciones possunt quandoque mutari.
- 51 Positio, & interrogacio potest declarari.
- 52 Mandatum speciale requiritur in respondendo positionibus, & interrogacionibus.
- 53 Pronuncia iudicis requiritur, ut positiones, & interrogaciones habeantur pro confessatis, vel negatis.
- 54 In criminali causa possunt fieri interrogaciones, & quandoque positiones, remissive.

## Positiones in quibus differant ab interrogacionibus:

## CAP. III.

**A**liqua videtur esse similitudo inter positiones, & interrogaciones, licet vt plurimum differant. Sed antequam ad differentias deveniam, de quibus per Doctores, opere pretium fore dixi, hic adnotare tria, quæ inter se admodum differunt, licet in verbis convenire videantur; interrogatoria nempe, interrogaciones, & interrogatorie actiones.

1 Etenim ¶ interrogatoria sunt illæ interrogaciones, quas in iudicio pars exhibet, ad hoc vt super ipsis interrogentur testes, ex ducto inducti respicientes varias qualitates, & circumstantias contentorum in capitulis, vt probat textus in cap. presentium, §. testes de testam. 6. & declarat Specul. in rubric. de teste, §. 6. & ¶ fiunt ad magis detegendam veritatem, ac certum quandoque falsitatem, Marant. in 6. part. in 7. membro. 3 nu. 18. ac postinde ¶ interrogatorum parti non datur copia, Specul. loco citato, Marant. loco pariter citato num. 10. aliter enim daretur ansa instruendi, ac tuborandi testes, Asim. in sua prax. §. 24. cap. 7. n. 1. de quibus interrogatoris, Bald. in cap. per tuas de testib. Butrig. in l. testium, C. de testib. vbi etiam Bald. num. 2. & post alios Fachin. de testib. quest. 73. n. 1. & seqq. Sed de his interrogacionibus nostra pro nunc non est disputatio, quæ nihil commune habent cum ipsis positionibus.

4 Actiones verò ¶ interrogatorie dicuntur illæ, quas actor contra rem intentabat per viam interrogacionum super meritis: qui quidem agendi modus ab Aulæ prioris recessit, vt colligitur, ex prima rubrica libri undecimi Digestorum, quæ inscribitur de interrogacionibus subliaris, & expressè habetur in l. in §. interrogatoris eiusdem tituli. vbi assignatur ratio, quia nemo cogitur de iure suo aliquid respondere.

5 Interrogaciones verò, ¶ quæ in vñ permanent, sunt quedam preparatoria iudicij, quæ ab alore fiunt, ne iudicium reddatur elusorium, merita autem cause non respiciunt, & ante litem contestationem fieri solent: exempli gratia, aliquis vult agere contra aliquem, vti alicuius hæredem, potest eum prius interrogare, an illius personæ sit hæres: & cum hæredes non teneantur insolitum, potest etiam interrogari, ex qua parte sit hæres, vt habetur in d. l. l. & in nonnullis seqq. ff. de interrogacione action. & docet Marant. in 6. part. Specul. in 7. membro nu. 1. Prout etiam volens agere rei vindicatione, potest prius eum interrogare, an talem rem possideat, vt per eundem Marant. loc. cit. num. 3. de quo late Pappo. in forma interrogacionis faciende cum reo conuenio actione reali, qui in declarationibus subsequenter bene materiam declarat, & addentes plura cumulant. De eisdem interrogacionibus Specula. in rubric. de interrogacionibus, quæ fiunt ante litem contestationem, qui vna cum aliis praxim iudicalem tradentibus, docet, quando sint admittendæ, & an quandoque fieri possint post litem contestatam, & in calculo ferendæ sententiæ, saltem ex officio iudicis, & alia huiuscemodi: quæ omnia hic prætermitto, vt ad nostram materiam non pertinentia, & apud ipsos videri possunt, de quibus etiam la. è Carpan. super statut. Mediolanen. in rubric. de interrogacionibus.

6 His sic breuiter ¶ præmissis, prius sciendum est, Positiones ab his interrogacionibus multum differre;

etiam in essentialibus, vt exemplis infra demonstra-  
bitur, ita vt non sit dicendum, vt aliqui asserere vi-  
dentur, differre solum formam, non essentia, vt respon-  
det Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 7. nu. 36. & primo differunt  
origine: si quidem † interrogaciones à iure fuerunt  
inuentæ; vt tot. tit. de interrogat. action. in ff. † Positi-  
ones verò à consuetudine, Franc. Curt. de positioib. nu.  
2. Addent. ad Speculat. in tit. de positioib. §. 2. Alin. in  
sa a praxi, §. 19. cap. 2. imm. 7. & cap. 24. Carpan. sup. stat.  
Mediol. in rubric. de posit. num. 2. & in rubr. de interrog. in  
fin.

Secundo differunt, † quia interrogaciones sunt  
regulariter circa præparatoria iudicij, seu circa ali-  
quem articulum emergentem ante contestationem  
litis, vt superius dictum fuit, & tradit optimè Franc.  
Curt. de positioib. nu. 3. de quo etiam Odofred. de posi-  
tioib. nu. 4. Iacob. de Aren. de positioib. nu. 16. Vbert. de  
Rob. pariter de positioib. nu. 5. Specul. in rubric. de posit. §. 3.  
circa princ. Vrsul. ad Afflic. in decis. 7. n. 10. Carp. sup. statut.  
Mediol. in rubr. de interrogat. non 37. Cauagn. sup. Decret.  
Mont. Ferrat. in rubr. de posit. §. 3. nu. 12. & 27. † Positiones  
verò in termino probatorio, & circa merita fieri de-  
bent, vt per supracitados Doctores, & infra dicetur  
suo loco.

Tertio differunt, quia † interrogaciones sunt etiã  
quandoque à iudice, vt per Odofred. Iacob. de Aren.  
Vbert. de Rob. Franc. Curt. & Speculator locis citatis.  
Positiones verò semper fiunt à parte, cum Iudex non  
possit facere † positiones, vt per supradictos Docto-  
res, & dicetur infra suo loco, & tradit Carpan. super  
statut. Mediolan. in rubric. de interrogat. nu. 40. Cauagn. di. 3.  
§. 3. n. 8. & docet Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 7. n. 35. & seqq.

Quarto differunt quantum ad formam, nam † in-  
terrogaciones fiunt per verbum interrogo, leg. voluit  
cum siml. de interrog. action. Positiones † verò per ver-  
bum pono, Papiens. de forma positio. actio. in verbo ponit  
sub num. 2. & tradunt supracitati Doctores, Carpan.  
loc. cit. sub n. 37. vers. 3. differunt.

Quinto differunt, quia † ille, qui ponit, intelligitur  
fateri contenta in positionibus, Papin. loc. citat. nu. 2.  
& tradunt omnes supra citati Doctores, & alij, quos  
citant Addentes ad Papin. loci citati in litt. A. Carp.  
super stat. Mediolan. in rubr. de interrogat. n. 13. & seqq. Cauagn.  
sup. Decret. Mont. Ferrat. in rubric. de positioib. §. 3. num. 2.  
Mastrill. decis. 231. n. 10. par. 3. in calce operis decis. 1. Rot. Ro-  
man. dec. 119. n. 5. recent. par. 1. in calce operis dec. 2. & dec. 227.  
nu. 2. recent. par. 2. in calce operis decis. 5. & dictum fuit su-  
pra in cap. 1. & latius infra dicetur suo loco. † Ille ve-  
rò qui interrogat, dubitat, & sic non fatetur conten-  
ta in interrogacionibus, cap. fin. de iur. iuran. in 6. Papin.  
& aliis locis supra citatis, Maraut. in 6. par. sui specul.  
in 7. membro num. 8. Franch. decis. 220. num. 9. par. 1. in calce  
operis decis. 45. Et hanc differentiam ponit etiam Scacc.  
de iudic. lib. 2. cap. 7. num. 466. ac propterea inferunt cau-  
tius esse facere interrogaciones, quam positiones,  
cum ponens obligetur, ex sua positione tanquam ex  
propria confessione: interrogans verò ad nihilum  
obligatur, sed solum interrogatus, ex sua responsio-  
ne obligatus remanet, vt ex aliorum mente dicit  
Scacc. loci citati. Verum hæc cautela nullius est mo-  
menti respectu probationum, quæ respiciunt meri-  
ta causæ, de quibus passim interrogari non potest, vn-  
de necessario ad positiones est deueniendum, vt suis  
locis dicetur.

Quod autem dictum fuit, † interrogantem non  
fateri, nonnullis declaratur modis, primo secundum  
Cauagn. super Decret. Montu Ferrat. in rubric. de positioib.  
§. 3. nu. 4. & 5. si interrogatio alterius interrogacionem

sequatur: vt si quis interroget aliquem, vtrum sit  
hæres, & interrogatus respondet, Cur non? rursus  
enim intelligitur fateri, ad text. in l. 1. §. si quis etc. ff. de  
verb. obligat. & notat Franc. Aretin in cap. quoniam con-  
tra de probat. num. 6. vbi etiam Dec. nu. 14. Sed hoc non  
procedit ex eo, quod interrogans fateatur, sed quia  
hæc interrogatio supponit confessionem prius in-  
terrogationis.

- Secundo declaratur † non habere locum in inter-  
rogacione facta per dictionem, nonne, ad text. in cap.  
quod autem ait 22. quest. 2. sed in hoc pariter casu inter-  
rogatio supponit affirmationem rei, de qua sic inter-  
rogatio: & ad idem plura alia possent considerari,  
quæ tamen non debent dici limitationes ad regula-  
ram, cum non proveniant ab interrogacione, sed ab  
affirmacione ex ipsa interrogacione resultantem.
- Tertio, & magis ad propositum, declaratur, vt  
† interrogans fateatur, si interrogatio fiat affir-  
mative, ita vt contineat in se aliquam assertionem, vt per  
Scacc. loc. cit. n. 468.
- Sexto † interrogaciones fiunt regulariter ab acto-  
re agere volente. † Positiones verò tam ab actore,  
quam reo, cap. dudum de elec. cap. vnico de litis contest. &  
dicetur infra, traditque Odofred. de posit. n. 6. Cauagn.  
in di. 3. nu. 16.
- Septimo notabiliter differunt, quia † non respon-  
dens positionibus intelligitur fateri omnia in ipsis  
contenta. † Non respondes verò interrogacionibus  
habetur pro confitente, vel negante, prout vtilius  
erit interroganti, vt per Franc. Curt. de positioib. n. 4.  
Cumann. de rit. Magnæ Curis. cap. 37. n. 67. & 69. & docet  
Carpan. sup. stat. Mediol. in rubric. de interrogat. nu. 41. & in  
rubr. de positioib. cap. 23. n. 17. licet Ocian. de positioib. n. 4. &  
14. teneat idem esse in positionibus, vt dixit Carpan.  
loc. cit. n. 179. & n. 200. vers. etiam manu: quod tamen intel-  
ligendum est, iudicis præcedente comminatione, &  
pronuncia, Cauagn. in di. 3. n. 12. & seqq. & ita intelli-  
gi debent infra posita in cap. 61. n. 24.
- Octavo differunt, † quia ille, qui ponit, tenetur iu-  
rare, se credere positiones esse veras, vt tradit Ias. in  
l. iudices ad finem, C. de iud. de quo in cap. 23. Secus tamen  
est in eo, qui interrogat, & ratio differentie est, quia  
ponens fatetur, non autem interrogans.
- Nono differunt, † quia positiones sunt circa meri-  
ta causæ, & circa proposita, & contenta in libello,  
vt infra dicetur Interrogaciones † vero circa præpa-  
ratoria iudicij, ad hoc, vt agere volens, fiat certior  
de eo, quod facere debeat, & si interrogaciones me-  
rita causæ respiciant, interrogatus eis respondere  
non tenetur, Cauagn. in di. 3. n. 11. & seqq. & hæc est  
illam differentia, quam ibi ponit Cauagn. nu. 29.  
de qua aliqua superius dicta sunt.
- Decimo differunt, quia † interrogacionum debet  
dari copia parti, secus autem positionum, vt infra  
suo loco dicetur, & tradit Cauagn. in di. 3. nu. 27. &  
seqq.
- Vndecimo differentia in hoc consistit, quod † po-  
sitiones debent fieri in scriptis, ad hoc, vt certus sit  
respondere debens, quibus respondere debeat, & ad  
hoc, vt Iudex cognoscere valeat, an sint admittendæ,  
vel reiiciendæ, vt infra dicetur in cap. 21. & tradit Ca-  
uagn. in di. 3. nu. 31. nisi tamen essemus in casu, in  
quo sine scriptis esset procedendum, Bald. in l. qui in-  
terrogatur in fin. ff. de interrogat. & ait Cauagn. loc. cit. n. 33.  
Interrogaciones verò circa præparatoria iudicij etiã  
sine scriptis quandoque fieri solent, Bald. in l. si  
actores, C. de iur. delib. Cauagn. loc. cit. n. 32.
- Duodecimo differunt, quia † positioni factæ sine  
tempore

tempore quis respondere non tenetur, secus autem in interrogationibus, Bald. in leg. 3. in fin. C. si plures una sentent. Cauagn. loc. cit. n. 34.

Decimo tertio dicitur, quia regulariter, et debens respondere positionibus non habet terminum ad deliberatè respondendum; ut infra dicitur suo loco. et Sed aliter est in interrogationibus, quarum datur copia, et terminus ad deliberatè respondendum, leg. qui interrogatur, ubi glos. et Bart. ff. de interrog. action. Cauagn. in dict. §. 3. n. 49.

Aliam ponit differentiam Carpan. loco supra citato nu. 38. quod scilicet positioni criminosa non sit respondendum, Olasc. dec. 66. n. 2. et dicitur infra suo loco: cum tamen et interrogatori criminosa respondere oporteat, ut per Olascum dict. dec. 66. nu. 11. Neuzantium conf. 5. num. 18. Verum animaduertendum est, hanc potius esse convenientiam, cum imo et nec in interrogationi criminosa sit respondendum: nisi iudex ex merito eius officio interroget, ut per Neuzantium, et Olascum loco citato: de quibus interrogationibus nostra non est disputatio: unde quemadmodum et positioni criminosa non est respondendum, ita etiam de crimine à parte quis interrogari non potest, ut pariter testes interrogatorio criminoso respondere non tenentur, Farinac. de test. quaest. 73. n. 53.

Quibus stantibus differentis et statarum loquens de positionibus, in interrogationibus locum non habet, Paul. de Cast. conf. 57. n. 2. et seqq. lib. 2. Alin. in prax. §. 19. cap. 24. Ex diuersis enim non inferitur Vulg. leg. Papiamus, ff. de iur. leg. fin. ff. de calum. si maritus la. ff. de donat. inter vir. et vxor. cum vulg. Cauagn. in dict. §. 3. num. 36.

Conuenire tamen et videntur in aliquibus. Et primo, quia sicut et responsio facta positionibus consenti nocet, ut suo loco infra dicitur, ita etiam et confessio facta respondendo interrogationibus nocet consenti, ut per Papiens. loco supra citato: nam ex his responsionibus quasi contrahere dicuntur Cauagn. loco citato n. 55.

Secundo in hoc conueniunt secundum Papiens. ubi supra, quod et si positio aliquo casu non admitatur, nec etiam de eadem re debent admitti interrogationes. Hoc tamen de tempore intelligendum non est; cum post conclusum in causa regulariter non admittantur positiones, et tamen iudex potest interrogare, ut infra dicitur. Non procedit tamen haec regula à contrario: hoc est, admittuntur positiones, ergo etiam interrogationes admitti debent, exempli gratia, admittuntur positiones super meritis, super quibus non admittuntur interrogationes, ut supra fuit dictum.

Tertio in hoc conueniunt, quod et quemadmodum respondens positionibus debet iurare, et ita etiam respondens interrogationibus, Papiens. loco citato, de quo latius suo loco.

Quarto tamen et produens positiones, quae interrogationes debet iurare de calumnia scribentes in 2. §. quod obseruari, C. de iuram. calum. Cauagn. dict. §. 3. n. 40.

Quinto dici potest, etiam positiones, quam interrogationes per aduersarij responsionem releuare ab onere probandi, Cauagn. loc. cit. n. 37.

Sexto conueniunt, quod et quemadmodum criminosa positioni non est respondendum: ita etiam et de crimine quis à parte interrogari non potest, ut dictum fuit suo loco, et tradit Cauagn. in dict. §. 3. n. 61.

Septimo conueniunt in hoc, quod et sicut positiones non possunt reiterari, ut infra suo loco dicitur, ita etiam nec interrogationes, leg. ampliozem, §. 1. C. de

appell. Bald. in dict. §. obseruari, vers. sed in iuxta praedicta quare, Cauagn. loc. cit. n. 42. et seqq. nisi tamen aliqua adit causa, ut de positionibus infra dicitur, et de interrogationibus, ibidem Cauagn. n. 14.

47 Octauo etiam in interrogationibus, quam in positionibus requiritur admissio iudicis, ad hoc, ut fiant de actis, Bald. in l. generaliter, §. sed iuramento, C. de reb. cred. §. praesentium de test. in 6. Cauagn. in dict. §. 3. n. 45.

48 Nono et sicut positiones debent esse clare, et certae, ut suis locis infra dicitur, ita etiam interrogationes, Bald. in l. vi responsionem n. 1. C. de transact. et in l. precibus in 1. notabili, C. de impub. et aliu. subdit. Cauagn. loc. cit. n. 47.

49 Decimo et sicut respondens interrogationibus habet terminum ad deliberatè respondendum, ut supra dictum fuit, sic etiam quandoque respondens positionibus potest petere terminum ad consulto respondendum, ut particulari capitulo dicitur.

50 Undecimo et positio aliquando mutari potest, et maxime constituto de errore, de quo in cap. 12. et in eisdem casibus etiam interrogationes possunt corrigi, et emendari Cauagn. in dict. §. 3. n. 51.

51 Duodecimo et quemadmodum positio potest declarari à ponente, sic etiam interrogatio ab interrogante declarari potest, Cauagn. loc. cit. n. 53.

52 Decimo tertio et procurator non potest respondere positionibus absque speciali mandato, ut infra in cap. 65. latè demonstrabitur, et idem dicendum est, si quis per procuratorem in interrogationibus vellet respondere, cap. fin. de iuram. in 6. cap. 2. de iuram. calum. in 6. Bart. in leg. non solum, ff. de procurat. Cauagn. loc. cit. n. 57.

53 Decimo quarto et positiones, quibus non fuerit responsum, non habentur ipso iure pro confessis, sed requiritur pronuncia iudicis, ut dicitur infra in 2. 45. et idem est in interrogationibus, Cauagn. loc. cit. n. 59.

54 Decimo quinto dicuntur conuenire, quia et in causa criminali possunt fieri interrogationes, Bald. in leg. legis virtus, ff. de legib. Cauagn. loc. cit. num. 62. et etiam in criminalibus positiones, quandoque fiunt; quod autem an sit verum dicitur infra in cap. 29.

## S Y M M A R I V M.

- 1 Libellus in quo differat à positionibus: et in quo conueniat; num. 2.
- 2 Confessio facta in libello praedicit, et n. 6.
- 3 Articuli an differant à Capitulis.
- 4 Terminus datus ad capitulandum, intelligitur datus ad ponendum, et articulandum simul, et n. 24.
- 5 Terminus datus ad ponendum non comprehendit terminum ad articulandum, et è contra, de quo, et n. 33.
- 6 Positiones, et articuli in quo conueniant, et in numeris seqq.
- 7 Articuli impertinentes non admittuntur. Et stante eorum notoria impertinentia, non debent admitti, nec etiam cum clausula: saluo iure impertinentium, et non admittendorum. Et etiam stante statuto, ut cum hac clausula omnes articuli deberent admitti, ut n. 9. et 10.
- 8 Positiones, et capitula indigent iudicis admissione, et admissa dicuntur de actis.
- 9 Capitula contraria non admittuntur.
- 10 Positiones, et capitula fieri possunt, etiam in secunda instantia.
- 11 Ponens fatetur contenta in positionibus.
- 12 Articulus, seu capitulum non intelligitur fateri contenta in articulo, et de ratione, num. 26. et maxime in criminalibus, nu. 22.
- 13 Confessio facta in libello, et exceptionibus praedicit, et est secus in confessione facta in articulo.

- 18 Capitulum licet non intelligatur fatere in capitulis propo-  
 19 sita; attamen maximum faciunt adminiculum, & presum-  
 20 ptionem, n. 20. & 25.  
 21 Articuli iurati plene probant contra articulantem.  
 22 Articulus cum iuramento contraria, an sit peturus, & n. 23.  
 24 Articulus contraria potest repelli.  
 25 Articulus aliquid vti verum, illud fatere dicitur.  
 26 Articuli possunt mutari, & corrigi.  
 27 Capitula non possunt negativè concipi, nisi fuerint coarctata:  
 28 vbi de ratione.  
 29 Articulus non debet iurare.  
 30 Capitulum datur copia; secus est regulariter in positionibus.  
 31 Terminus ad probandum comprehendit etiam terminum ad  
 32 ponendum, & articulandum; vbi de ratione.  
 33 Positiones in termino probatorio, quomodo produci soleant,  
 ad effectum, vt ipsis negati, test. s. super ipsis examinari  
 possint.

## Positiones in quo differant à libello, & ab articulis.

### CAP. IV.

**V**idimus in primo capite quid sit positio: Verum,  
 vt magis, magisque eius natura, vis, modus, ac  
 effectus appareat, considerandæ sunt nonnullæ dif-  
 ferentiæ, quæ inter positiones, & quosdam alios si-  
 milis actus iudiciales reperiuntur.

- 1 Et primo † differunt à libello: sed tam parva est  
 2 dissimilitudo inter libellum, & positionem, vt potius  
 in quo conveniant querendum sit; quam in quo dif-  
 ferant, præsertim cum non conveniant in modo, ac  
 forma: nam libellus continet totam facti seriem, &  
 sic plura facta, ac plures res absque vlla separatione,  
 coniunctim, promiscuè, & quandoque confusè: Po-  
 3 sitiones verò continent vnicum factum distinctè, &  
 clarè, aliter enim, vel vti multiplices, vel implicite,  
 vel obscurè non essent admittendæ, vt suis locis in-  
 fra diceretur. Differunt etiam in conclusione, si quidem  
 libellus habet conclusionem eius, quod petitur; se-  
 4 cùs tamen est in positionibus, vt considerat Bald. in  
 l. 2. §. obseruari n. 23. Marant. in suo specul. par. 6. de posit. n. 3.  
 Tuscus in lit. P. conclus. 386. n. 1. Et per responsionem factam  
 libello lis contestatur, l. 1. C. de lit. contest. Cauagn.  
 sup. Decret. Mont. Ferrat. rubric. de positionib. §. 3. n. 11. & seqq.  
 secus tamen per responsionem factam positionibus,  
 de quo tamen infra cap. 70.

- Et omissis aliis pluribus dissimilitudinibus, in hoc  
 5 solum convenire videntur, quod veluti † confessio facta  
 in positionibus præiudicat, vt infra diceretur, sic  
 6 etiam † nocet confessio facta in libello, l. cum præcumb.  
 vbi glos. C. de lib. caus. & tradunt plures, quos citat Ma-  
 scard. conclus. 348. n. 48. qui apud ipsum videri possunt.

- Maiores verò habent similitudinem cum articu-  
 7 lis, seu capitalis: dixi cum articulis, seu capitulis: quia  
 8 † articuli à capitulis non differunt, nisi quatenus hoc  
 nomen, capitulum, magis generale videtur, ita vt po-  
 sitiones, & articulos comprehendere sit aptum, Bald.  
 9 in l. generaliter, §. sed iuramento, C. de reb. cred. † ac pro-  
 pterea articuli pluribus in locis capitula vocantur,  
 Abb. in cap. per tuas colum. fin. de testib. Vnde Bald. loc. cit.  
 sub nu. 5. dicit, quod terminus alicui datus ad capitu-  
 landum, intelligitur etiam datus ad ponendum, &  
 articulandum simul, cum sub genere omnes eius spe-  
 10 cies continentur: sed cum spectes sub se aliam non  
 11 contineant speciem, † terminus datus ad ponendum  
 non contineret sub se terminum ad articulandum,  
 vt per Bald. loc. cit. & sequitur Marant. in suo specul. par. 6.

tit. de positionib. n. 2. Cauagn. sup. Decret. Mont. Ferr. in rubr.  
 de positionib. §. 3. n. 87.

- 7 Conveniunt † igitur positiones cum articulis, quia  
 tam positiones, quam articuli tendunt ad proban-  
 dam actoris intentionem: Positiones tamen per par-  
 tis responsionem, articuli verò per testium depo-  
 sitiones. Ac ideo dici solet, quod positio est pars in-  
 8 tentionis continens id, super quo pars petit ab ad-  
 versario responderi, vt per Bald. in dict. §. sed iuramento  
 n. 7. articulus verò est pars intentionis continens id,  
 quod quis per testes, vel scripturas probare intendit  
 Bald. loc. cit. n. 6. Curt. de posit. n. 6. Marant. loco præter cita-  
 to sub n. 1. Vnde tam articuli, quam positiones in ter-  
 mino probatorio produci debent, vt infra suis locis  
 diceretur, & tradit Cauagn. loc. cit. n. 107.  
 9 Et quemadmodum † positio impertinens non ad-  
 mitteretur, ita etiam articuli impertinentes admitti nõ  
 debent, l. si duo patroni, §. item Iulianus, vbi Barr. ff. de iur.  
 iur. Bald. in cap. cum contingat de offic. deleg. Albert. Malet.  
 de testib. cap. 7. n. 97. & articulos impertinentes esse reij-  
 ciendos, Franc. in dec. 200. n. 1. que est in calce operæ dec. 41.  
 & ab eorum admissione datur appellatio, Paris. cons.  
 97. n. 131. & seqq. lib. 2. late Mascard. conclus. 132. n. 1. † & si  
 sint omnino impertinentes datur appellatio, etiam  
 si fuerint admissi cum clausula, salvo iure imperti-  
 10 nentium, & non admittendorum, vt per Mascard.  
 loc. cit. † & etiam si ad esset statutum, vt omnes articu-  
 li cum dicta clausula admitti deberent, vt per ipsum  
 Mascard. loc. cit. nu. 2. & 3. & tradit optimè Paris. in dict.  
 cons. 97. n. 131. & seqq. huiusmodi enim statuta de articu-  
 lis notoriè impertinentibus intelligi non debent, vt  
 per Paris. loc. cit. n. 136. Mascard. conclus. 132. nu. 2. Vrill. ad  
 Afflic. dec. 7. n. 6. & tradit Cauagn. loco supra citato n. 100.  
 & dicitur infra circa positiones.  
 11 Conveniunt præter, quia † tam positiones, quam  
 articuli iudicis admissione indigent, vt per Doctores  
 in cap. cum contingat de offic. deleg. & tradit Ba'd. in leg.  
 generaliter, §. sed si iuramento, C. de reb. cred. & admissi  
 sunt de actis, qui propterea non petunt perempta  
 instantia, vt per Cauagn. loc. cit. nu. 91. & seqq. & quem-  
 12 admodum † positiones contrariæ non admittuntur,  
 vt infra diceretur, sic etiam capitula contraria admit-  
 ti non debent, Cauagn. vbi sup. n. 103. & seqq. quod ge-  
 neraliter intelligendum est in omnibus terè aliis ca-  
 sibus, in quibus suis locis dicemus, positiones non  
 esse admittendas; vt in eisdem nec capitula admitti  
 13 debeant. Et † tam capitula, quam positiones in vtra-  
 que instantia fieri possunt, leg. per hanc, vbi Doctores, C.  
 de appellat. possent nonnulla alia convenientia con-  
 siderari, sed hæc attingere sufficiat, cum de articulis  
 nostra pro nunc non sit disputatio.  
 14 Differunt tamen in hoc notabiliter, quod † ille,  
 qui ponit, fatetur contenta in positionibus cap. cum  
 in positionibus de iure in 6. Lop. alleg. 120. n. 1. in fin. Ruvit.  
 Junior cons. 172. n. 31. lib. 2. Tusc. in lit. P. conclus. 386. n. 10. &  
 15 13. Speculat. in rubr. de position. §. 8. n. 1. & §. 10. sub n. 8. Alex.  
 dict. cons. 71. lib. 3. & cons. 172. n. 1. lib. 6. Marant. in specul. par.  
 6. rubr. de posit. nu. 6. Pap. in forma positionis actoris in verbis  
 ponit, vbi addit. in lit. A. Mascard. conclus. 176. n. 3. Carpan.  
 super stat. Mediol. in rubr. de interrogat. nu. 34. & seqq. & in  
 rubr. de posit. n. 8. & docet Curt. de posit. n. 4. Cauagn. su-  
 per Decret. Mont. Ferrat. in rubr. de posit. §. 3. num. 66. & in  
 rubric. seq. §. 2. num. 2. Gail. præc. obseruat. lib. 1. obseruat. 79.  
 nam..... Gab. de confess. conclus. 1. n. 12. Rot. apud Ludovis.  
 decis. 408. n. 1. & dicitur infra suo loco.  
 16 Ille verò † qui articulat, non fatetur, Abb. in cap.  
 venerabilis in fin. de except. Maranta loc. cit. num. 7. & docet  
 Alex. in dict. cons. 172. num. 1. & in cons. 80. n. 10. lib. 2. Curt. de  
 position.



positio n. 6. Mascard. post alios conclus. 388. num. 14. plures alios allegat additio ad Felin. in cap. examinata sub n. 2. de iud. Gayl. loc. cit. num. 7. V. s. ill. ad Blic. decis. 7. num. 9. Mantie. decis. 198. n. 3. Seraph. dec. 1054. nu. 2. Magon. decis. Inenz. 45. num. 39. in calce operis dec. 43. Scacc. de iud. lib. 2. cap. 7. sub n. 685. Sala. sup. Const. Sab. in tit. de positio. n. 6.

Et licet addentes ad Alexan. in preallegat. cons. 172. in litt. A. quam additionem de verbo ad verbum refert Tusc. in d. conclus. 386. num. 8. videantur asserere, quod etiam articulans, licet ponens, & libellans fateatur, moti, quia articuli sunt ad probandum: attamen id esset de directo contra id, quod omnes alij asserunt, & contra rationem ab omnibus consideratam; ille enim ¶ qui ponit fateatur, quia positio non potest fieri, nisi ponens asserat, & fateatur contenta in positionibus, nam quemadmodum ille, qui respondet, tenetur absolute respondere, & illa responsio sibi præiudicat, ita etiam positio ponenti præiudicare debet, ut inter ponentem, & respondentem æqualitas tenetur, ut infra suo loco dicetur. Ille verò qui articulatur, non fateatur, quoniam nihil pro certo asserit, sed solum proponit, & articulatur id, quod probare posse confidit: ac ideo articuli dicuntur partes intentionis, quam quis probare intendit, ut per Bald. in dist. §. sed iuramento n. 6. Curt. in dist. tract. de positionibus n. 6. nec tenet consequentia, sicut ad probandum, ergo eos producens fateatur in ipsis contentis; nam imò ille, qui producit articulos probandos per testes, dicitur quodammodo eos conditionaliter proponere, & sic fatetur, quatenus nempe probentur, unde si non probentur, illa productio, & confessio pro non facta habetur.

Et hinc rationem differentie colligere possumus, quare ¶ confessio facta in libello, & exceptionibus præiudicat, ut docent plures, quos citat Mascard. conclus. 347. n. 16. & conclus. seq. nu. 43. secus si fiat in articulis: ille enim, qui aliquid in libello, seu exceptionibus proponit, illud absolute, & non conditionaliter asseruit, unde tanquam confessio facta in iudicio præiudicat, cap. fin. de restit. spol. cap. per tuas de prob. l. i. C. de Confes. l. 2. C. de custod. reor. l. cum te, C. de transact. l. generaliter, C. de non num. pecun. cum vulg. & tradant plures, quos longa serie citat Mascard. de probat. cons. 348. in princip. Ille verò, qui aliquid proponit in articulis, illud proponit solum uti probandum; ac ided si non probetur, illa productio, non habet vim confessionis.

18 Quod autem diximus ¶ capitulanti non intelligi fateri, pluribus declaratur modis, & primo, ut licet non plenè probent, maximum tamen faciant adminiculum, cum articuli dari non soleant absque magna consideratione, Rot. dec. 320. n. 2. in fin. inter impres. per Farinat. post eius consilia, & habetur in alia manuscripta, Spoleta. prædij 1617. coram Pamphilio, Beltramin. in addit. ad dec. 143. Ludouisi n. 5. de quo etiam infra n. 27.

19 Secundo declaratur, ut ¶ articulans fateri dicatur, si in fine capitulorum fuerit dictum, omnia in capitulis contenta fuisse, & esse vera, notoria, manifesta, de eisque extare publicam vocem, & famam, ut docet Surd. in cons. 105. nu. 18. lib. 1. quem sequitur Cauagn. sup. Decret. Montis Ferr. in rubr. de positio. §. 3. n. 67.

20 Tertio declaratur, ut ¶ licet capitulans verè non fateatur, tamen præsumptivè fateri dicatur, cum enim proposita in capitulis probare intendat, censendum est, ipsum præsupponere, omnia in articulis proposita esse vera, ut considerat Cauagn. in dist. rubr. de posit. §. 3. n. 43. idemque prius dixerat in §. 3. n. 68.

21 Quarto limitatur, si ¶ articuli fuerint dati, & producti cum iuramento, quo casu plenè probarent contra articulantiem, Caput. decis. 145. lib. 3. Rot. coram

Ludouisi. dec. 215. Beltram. in addit. ad dist. dec. 143. Ludouisi. n. 5. que est dec. 25. in calce operis, quod tamen intelligendum est de iuramento veritatis, ut si articulans iurauerit proposita in articulis esse vera, ut supra citati Doctores asserunt, & docet Cauagn. in dist. rubr. de positionibus n. 68. & seqq. secus tamen si simpliciter iurarum fuerit de calumnia, de quo iuramento loquuntur Doctores in cap. examinata de except. potest enim evenire, ut proposita in capitulis non sint vera, & tamen quod articulans non sit calumniator; existimans ipsa esse vera, & probari posse.

Quinto Scac. de iud. lib. 2. cap. 7. sub num. 687. vers. capio 22 primam, dicit, conclusionem, quod ¶ articulans non fateatur, indistinctè procedere in criminalibus; in quibus nec etiam positiones admittuntur: In civilibus verò esse distinguendum, quod aut agitur, ut ille, qui dedit articulos iuratos incidat in peritium; & vera est conclusio supra firmata, quod articulans non fateatur, quando ad confessionem, ex qua resultet peritium, & allegat Ioan. Andream, & Abbatem in dist. cap. examinata, ubi etiam Felyn. sub n. 2. dicens, 23 quod ¶ quamvis articuli sint iurati, attamen si articulans reperitur in eis sibi contrarius, non habet peritium, licet secus in positionibus. Verum animadvertendum est, hanc Scacc. declarationem esse omnino contrariam his, quæ dicta fuerunt superius num. 21. dum diximus articulos iuratos plenè probare contra articulantiem; cum articulans intelligatur fateri omnia contenta in articulo iurato, ut per Caput. Ludouisi Beltram. & alios supra citatos; ac propterea quemadmodum ponens cum iuramento contraria, est periturus; sic etiam periturus erit articulans cum iuramento contrariis; cum articulans cum iuramento intelligatur fateri, quemadmodum ponens, ut supra dictum fuit. Nec obstant Doctores à Scacc. allegati in dist. l. examinata, nam citatus text. & ibi scribentes loquuntur de iuramento calumnie, non autem de iuramento veritatis, quod si in productione capitulorum fuerit præstitum, non solum capitulans intelligitur fateri; verum si contrarium appareret, periturus dici posset, ut tradit Cauagn. loco supra citato nu. 68. & seqq. contra id, quod Scacc. asserere videtur; qui subiungit, non obstat ea, quæ Felyn. dicit in dist. cap. examinata n. 2. de iudic. cum loquatur de simplici iuramento calumnie, & credulitatis, non autem veritatis.

Sexto supradicta conclusio, quod articulans non intelligatur fateri, limitatur secundum Scacc. loco citato, ut non procedat quantum ad hoc, ut articulans non possit repelli, si sit in aliis articulis sibi met 24 contrarius, tunc enim, uti ¶ articulans contraria posset repelli, etiam si articuli non essent iurati, ut late per ipsum n. 687. quod eo magis asserendum esse dicit, si primi articuli essent iurati. Verum si essent iurati, mediante iuramento veritatis, esset etiam uti periturus repellendus: ut dictum fuit superius n. 21. & 23.

25 Septimo limitari generaliter potest conclusio ¶ in omnibus casibus, in quibus articulans aliquid proponeret non simpliciter uti probandum, sed ut verum; nam tunc cessaret ratio supra considerata, quare articulans non fateatur: & altera subintraret conclusio, confessionem factam in iudicio præiudicare, proot quando præstitum est iuramentum veritatis, ut in limitatione Cauagn. loco citato.

26 Nono limitatur, ut ¶ licet capitulans verè non fateatur; præsumptivè tamen fateri dicitur, cum enim proposita in capitulis probare intendat, censendum est, ipsum existimare omnia capitulata esse vera, ut considerat Cauagn. in dist. rubr. de positio. §. 5. num. 43.

idemque prius dixerat in §. 3. nu. 68. faciunt dict. sup. in 7. & 3. limitatione nu. 18. & 20.

Et ex supra dicta differentia, de qua supra n. 14. & 27. nonnullæ aliæ desumi possunt, ut illa, quod positio non possit reuocari, nec mutari, non constito de errore, ut in particulari capitulo dicitur: secus tamen est in capitulis, quæ mutari, & corrigi possunt, cum capitulans nihil fateatur, ut in terminis infert Cauagn. loc. cit. nu. 73. & seqq.

28 Altera est differentia, quod positio quandoque negatiuè concipi potest, & est ratio, quia negatiua potest probari per partis confessionem, ut in alio capitulo dicitur, secus tamen est in capitulis, nisi fuerint coarctata, cum negatiua loco, & tempore non coarctata sit improbabilis, unde tanquam quid improbabile admitti non debet, Speculat. in tit. de teste, §. nunc videndum nu. 18. quem refert, & sequitur Alex. in leg. inter stipulantes n. 3. ff. de verb. oblig. Bart. in leg. de etate in 2. quest. ff. de minor. & in l. nec codicillos, C. de codicil. quod sequitur Cauagn. loc. cit. n. 77. & seqq.

Ex eadem prima differentia alia colligitur, quod 29 articulus non debeat iurare, cum nihil certi asserat, licet secus sit in ponente, Doctores in l. 2. §. obseruari, C. de iuram. calum. Gayl. pract. obseruat. lib. 1. cap. 79. num. 10.

30 Different, quia regulariter positio non datur copia, ut suo loco infra dicitur, capitulorum verò parti copia datur, ad faciendum interrogatoria.

Nonnullas alias differentias annuam in cap. 17. n. 14. & in cap. 50. nu. 8.

Et quoniam positiones, ut dictum fuit in superiori capite, inuentæ sunt ad hoc, ut ponens ab onere probandi relinqueretur, videtur positio prius dandum esse terminum ad ponendum, & eo elapso, alium terminum ad probandum. Vetum practica inualuit, ut vnicus datur terminus, nempe ad probandum; in quo termino, & positiones produci possunt, & articuli, cum iam positiones, quam articuli fiant ad probandum; positiones per responsionem partis, & articuli per testes, atque scripturas, ut per Marant. in suo specul. par. 6. tit. de positionibus, nu. 5. Scacc. de iudic. part. 2. cap. 60.

31 nu. 6. Imo cum negatis positionibus super eisdem examinari possint testes; Aduocati in eorum productione dicunt, ponit, & quatenus opus sit, probare intendit, ut per Specul. in tit. de teste, §. 1. circa prim. Marant. loco proxime citato. Vel clarius in eorum productione dicunt, & si negari contigerit, quod non credit, eas statim ex nunc, prout ex tunc, in vim capitulorum exhibet, & producit, & petit super ipsis testes suis loco, & tempore nominandos examinari in forma.

32 Si tamen dumtaxat positio datus esset terminus ad ponendum, cum non comprehendat terminum ad articulandum, ut supra dictum fuit, nouus deberet dari terminus: prout etiam terminus ad articulandum non comprehendit terminum ad ponendum; licet terminus ad capitulandum vtrumque comprehendat, ut supra, ex Bald. in leg. generaliter, §. sed in iuramento n. 5.

33 fuit dictum. Et de termino ad probandum, vtrumque comprehendere, tam nempe ad ponendum, quam articulandum, nulla est dubitatio.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Positiones facere possunt ipsæ partes litigantes, & tantum actor, quam reus, & de ratione, nu. 2.
- 2 Iudex non potest facere positiones, licet possit interrogare, & de ratione nu. 4. & quomodo possit dici iudicem facere positiones, num. 5.
- 3 Positiones non potest facere, qui in iudicio stare non potest.

7 Reus an possit facere positiones ante actorem, & nu. seqq.

8 Qui prior appellat, prior agit.

9 Positionibus actoris prius respondendum videtur.

10 Actore non probante reus absolvitur.

11 Positiones tam actoris, quam rei promiscuè admitti debent.

12 Reus in exceptionibus dicitur actor.

13 Reus in exceptionibus dicitur prior, quemadmodum actor in petitione.

14 Positiones rei, actore non probante, an possint dici superflue, & num. 17.

15 Positiones rei si sint de directo contra petitiones actoris non debent prius admitti, vbi de ratione.

16 Positionibus contrariis positionibus à se factis ad respondendum quis cogi non potest, & quomodo id procedat, n. 18.

17 Positiones rei si sint praiudiciales petitioni actoris, an sit respondendum.

18 Positiones tam rei, quam actoris si fuerint pronuntiate haberi pro confessis, quis succumbere debet.

Qui possint facere positiones: & an reus admittatur ad ponendum ante actorem.

#### C A P. V.

1 Positiones faciunt ipsæ partes litigantes, cap. prefertim de test. in 6. & licet tam reus, quam actor, cap. vnico de litis contest. capit. dandum il. 1. de election. Bart. in l. vbiicumque nu. 21. ff. de interrog. action. Corpan super statut. Mediolan. in tit. de position. cap. 52. nu. 54. & est ratio, quia

2 positio loco probationum succedunt. Et sunt inuentæ ad releuandum partes ab onere probandi per testes, ut supra dictum fuit. Vnde cum etiam reus debeat probare suas exceptiones, in quibus dicitur actor, l. 1. & l. in exceptionibus, ff. de except. non est mirum, etiam reum positiones facere posse. Specul. de posit. §. 3. n. 2. Scacc. de iudic. part. 2. cap. 7. n. 547. vbi alios citat.

3 Iudex autem positio facere non potest, licet enim iudex ad eruendam veritatem possit partes ipsas interrogare, voluit Prætor. & l. de etate, §. qui tacuit, & §. qui interrogat, ff. de interrogat. act. positio

4 tamen facere non potest ex eadem ratione supra posita, nempe fuisse inuentas loco probationum; & iudici partes sint indicare, non autem probare, ac ideo positiones facere non potest: Et ad idem tendit alia ratio considerata per Scacc. de iudic. part. 2. cap. 7. nu. 33. facere positiones nil aliud esse, quam supplere in facto, cum circa factum, non circa ius formentur positiones: sed supplere in facto non spectat ad iudicem, ergo ad ipsum non spectat formare positiones, aliter diceretur assumere partes Aduocati, & Procuratoris, & suspectus redderetur, ut per Scacc. loc. cit. n. 34. Præterea qui ponit fatetur, ut supra in capitulo præcedenti fuit dictum, & sæpius dicitur infra: & illa confessio præiudicat; sed iudex non potest partibus præiudicare; Vnde infallenter dicendum est, positiones facere non posse: non solum quia id vltus non paritur, ut dixit Scacc. loc. cit. nu. 35. sed quia iuri, & rationi repugnat, ut supra dictum fuit: nec potest fieri illatio ab interrogationibus ad positiones, nam quicquid sit, quod iudex possit quandoque interrogare, interrogationes à positionibus in pluribus differre, etiam in substantialibus, diximus supra in cap. 3. ut respondet Scacc. loco citato n. 36. Nisi tamen dicere velimus, positio iudicem positiones facere, in quantum debet partes cogere ad respondendum positionibus; & ipsos interrogare super positionibus productis,

dictis, Odofred. de positionibus. n. 5. Jacob. de Aren. de positionibus. n. 16. Vbert. de Robio pariter de positionibus. n. 6. & in istis terminis intelligere oportet Gayl. lib. 1. practice. obseruat. obseruat. 107. sub nu. 6.

Et cum litigantes tantummodo facere possint positiones, sequitur tunc, qui in iudicio stare non potest, nec positiones facere posse, Specul. de posit. §. 7. sub n. 45. & cum inter patrem, & filium, seruam, & dominum non possit esse iudicium, l. his nulla, l. non idcirco, §. cum postea, ff. de iud. leg. cum seruus leg. sine §. si seruus. ff. de interrogat. ali. plii positiones facere non poterant, Robert. de posit. sub n. 55. Specul. in dict. §. 7. n. 14. & num. 45.

Cum igitur tam actor, quam reus possint facere positiones, dubitant Doctores, quisnam eorum prius debeat admitti ad ponendum: & prima fronte dicendum videretur, si prius actorem positiones facere debere, tunc ex regula, qui prior appellat, prior agat, l. qui prior ff. de iud. & regulariter tunc prius respondendum esse positionibus actoris, quam rei, Bald. in add. ad Specul. in rubr. de dilationib. versic. 1. responderetur: cum agens sit prior, & nobilior patientes, & videtur id esse de mente aliorum, quos citat Beninc. in dec. 32. nu. 10. que est dec. 14. in calce operis. Tertio non videtur audiendus reus, ad ponendum ante actorem, quia tunc actor non probante reus absoluitur, leg. qui accusare, C. de edem. cum vulg. vnde non est, quod reus aliquas faciat positiones, antequam actor probet.

Quibus non obstantibus communiter omnes dicunt, tunc iudicem positiones tam actoris, quam rei promiscue admittere debere, vt per Jacob. de Aren. de posit. in princip. sub nu. 17. Vbert. de Rob. de posit. n. 7. & tradit Specul. in tit. de posit. §. 4. nu. 10. & seqq. & voluit alij, quos citat, & sequitur Scacc. de iudic. lib. 2. c. 7. n. 547. Idque pronuntiat ex eadem ratione supra positum, quod tunc reus in exceptionibus dicitur actor, & tanquam actor suas debet probare exceptiones, & ad ipsas probandas, positionibus loco probationum inueniuntur vt potest.

Nec potest inter actorem, & reum considerari aliquid qua temporis prioritas; nam tunc in exceptionibus ipse reus est prior, quemadmodum ipse actor prior est in petitione. Non obstat altera ratio, tunc actor non probante, superfluas videri positiones rei. Primum, quia fieri posset, actorem habere aliquam presumptionem pro se, quae sufficiens esset ad victoriam, vel saltem ad concedendum iuramentum in supplementum: vel ad liberandum ipsum actorem a condemnatione expensarum; ac idem conueniens est, ipsam reum posse facere positiones, saltem ad illam presumptionem elidendam: ac propterea alij, distinguendo, dixere, quod si actor habeat aliquam pro se presumptionem, reus admittatur ad ponendum ante actorem: secus si nil prorsus ad fauorem actoris considerari possit: tunc enim superfluum esset, reum ad ponendum ante actorem admittere.

Verum melius alij generaliter asserunt, tunc reum quoad eumque admitti debere ad ponendum, ne dubia reddatur eius victoria. Si quidem posset in fine litis aliqua pro parte actoris considerari presumptio prius non animaduersa, nec probationes sunt coangustandae: Secundum dato, quod pro actore nulla adesset presumptio, attamen actor succumberet vt praesumptus calumniator; quod nempe calumniosam presumptionem fecerit petitionem. At multo vtilius esset res, ratione expensarum, damnorum, & interesse, probare actorem verum calumniosam fecisse petitionem, vnde non debet hoc commodo priuari; vt calumniam per positiones probare valeat:

concludamus igitur, in ponendo nullam inter actorem, & reum considerari prioritatem, vt supra dictum fuit; & tradit Scacc. in dict. cap. 7. n. 547.

Quae conclusio supra firmata, promiscue tam actorem, quam reum cogi posse ad respondendum positionibus, nonnullis declaratur modis. Et primum si positiones rei essent de directo contrariae petitioni actoris, & narratis in ipsa, ac contra factum ab ipso actore propositum. Et est ratio, quia hoc modo actor priuaretur commodo probandi suam petitionem per positiones, & responsiones rei contentas; nam si reus fecisset positiones contrarias petitioni actoris, & fuissent admittas; si postea actor veller ponere secundum suam petitionem, Reus potest contradicere, & se opponere dicendo, se non teneri ad respondendum positionibus, quia positionibus tunc contrariis positionibus a se factis, qui respondere non tenetur, Franc. in cap. 2. de confess. in b. Lanfranch. in cap. quoniam contra, in verbo responsiones n. 7. de probat. Curt. in tract. de positionibus nu. 14. 15. & 20. Benintend. decis. 32. nu. 17. que in calce operis est dec. 14. & dicam infra in cap. 17. nu. 6. & seqq. ac igitur sequatur hoc absurdum, vt actor, qui onere probandi grauetur, non possit ponere secundum suam petitionem, non debet admitti reus ad ponendum prius de directo contra petitionem ipsius actoris, & in istis terminis procedere possent tradita per Benint. in dict. decis. 32. nu. 10. & declarat Surd. in decis. 196. in fin. Id tamen intelligendum est, si positiones rei sint omnino, & de directo contrariae petitioni ipsius actoris, ita vt actor secundum eius petitionem postea ponere non posset, in istis enim terminis procedit conclusio supra posita, tunc contrariis positionibus non esse respondendum, & de qua in dict. cap. 17. Secus vero si compariantur, ita vt tam vnum, quam alterum dictum possit esse in se verum, licet vnum perimat indirecte intentionem alterius; vt in dict. dec. 32. Benintend. n. 20. & latius dicitur in dict. cap. 17.

19 Dicunt tamen alij, quod tunc si positiones rei essent omnino praesudiciales intentioni, & positionibus actoris, prius admittenda essent positiones rei, quam actoris; & prius actor ad respondendum cogi deberet, vt annuere videretur Specul. in rubric. de posit. §. 4. n. 12. & seqq. Benint. in dict. dec. 32. n. 4. & posset dari exemplum, si quis in libello dicit, mortuam esse centum Scio, & Titius excipiat, inter ipsos de datis, & receptis fuisse posita computa, & factam fuisse quietationem de omnibus hinc inde datis, & receptis vsque ad talem diem, tam ratione mutui, quam aliorum negotiorum, quae insimul habuerunt, ipse Titius prius deberet admitti ad ponendum hanc suam exceptionem, cum omnino interimat intentionem actoris; dato enim, quod mutuauerit; nihilominus ob quietationem nullam habet actionem ad petendum mutuum, vt per Specul. loc. cit. Ex hoc tamen non existimo ego, posse impediri actorem ad ponendum simul cum reo, nam actor debet probare eius intentionem mutui; reus vero eius exceptionem quietationis; vnde cum vnusquisque probare teneatur, omnes insimul ad probandum admitti debent, per ea, quae dicta fuerunt superius n. 11. & sequentibus.

Vnum pro explemento illius capituli non omitto tam, quod tamen non probat, vt si tunc actor, quam reus fecerint positiones contrarias; & omnes fuerint pronuntiatas pro conf. factis, succumbere debet actor, ad tex. in cap. cum sint partium de reg. iur. in b. ea ratione, quia magis nocet confessio actoris actori, quam rei reo, Alexand. in leg. si non fuerint, ff. de iur. iur. Benint. in dict. decis. 32. num. 2. & 3. de quo tamen vide infra in

cap. 62. vbi hæc proponitur, & deciditur quæstio.

S Y M M A R I V M.

- 1 Aduocatus dicitur testis iuris.
- 2 Ponens debet iurare saltem de calumnia, & n. 5.
- 3 Ad ponendum requiritur mandatum: & an sufficiat generale, vel sit necessarium speciale, vel specialissimum, & nu. 21. & seqq. necnon & nu. 29.
- 4 Aduocatum non posse facere positiones, quomodo sit intelligendum.
- 5 Procurator an possit facere positiones; & quid in procuratore in rem suam, n. 18. & 31.
- 6 Procurator absque speciali mandato non potest iurare de calumnia.
- 7 Ponens debet iurare, se credere positiones esse veras.
- 8 Ponens fatetur.
- 9 Procurator non potest aliquid fateri in præiudicium eius principalium.
- 10 Positiones in prima instantia productæ per procuratorem, possunt in secunda instantia per principalem reuocari.
- 11 Procurator non potest respondere positionibus.
- 12 Correlatiuum eadem est disciplina, declaratur n. 15.
- 13 Statutum disponens, vt personaliter debeat responderi positionibus, etiam in ponente locum habet, quod tamen reprobatum non est.
- 14 Ponens, & respondens non possunt dici correlatiui, & n. seq.
- 15 Correlatiua quæ sint.
- 16 Procurator cum speciali mandato potest facere positiones: limitatur si adsit statutum, vt positiones personaliter fieri debeant, & nu. 32.
- 17 Procurator si producat positiones absque speciali mandato, potest fieri instantia, ratificari per principalem, alius poni ad partes.
- 18 Mandatum ad ponendum an debeat esse specialissimum ad ponendum sic, & sic, de quo & nu. 23. & 24.
- 19 Positionum finis est, vt ponens fateatur, & quod confessio respondentis præiudicat.
- 20 Mandatum speciale ad ponendum, & iurandum de calumnia esse necessarium omnes admittunt, & sufficere absque alio specialissimo mandato probatur n. seq. & sic observari n. 29.
- 21 Iuramentum ponentis quid continere debeat, & quid debeat continere iuramentum respondentis positionibus n. 27.
- 22 Verbum credere in respondente positionibus est expressiuum veritatis.
- 23 Procuratores non est necesse, quod habeant specialissimum mandatum ad ponendum, saltem ex stylo, & obseruantiâ.
- 24 Positiones, quæ faciunt procuratores, præsumuntur ipsis subministrata à principalibus.
- 25 Positiones ratificari per principales instari quandoque potest.
- 26 Verbum personaliter quid importet.
- 27 Procurator, principalis absente, an possit facere positiones, & ponitur distinctio num. 37.
- 28 Procurator an possit respondere positionibus pro principali absente, & n. 39. & 40. tres referuntur opiniones, & n. 41. affirmatiua probatur.
- 29 Procurator si potest respondere positionibus pro absente, tanto magis pro ipso ponere poterit.

Procuratores, & Aduocati an possint  
facere positiones.

CAP. VI.

**A**ctorem, & reum positiones facere posse, diximus supra in superiore capite, sed dubitant Doctores, an eorum Aduocati, & procuratores eas pariter facere possint. Et licet Doctores id promiscue disputare videantur, attamen in hoc inter Aduocatum, & Procuratorem maxima adest differentia, cum Pro-

curatores à principalibus mandato habeant; Aduocati vero ex simplici requisitione principalium causas patrocinantur. Et quantum ad Aduocatos absolute videretur respondendum, positiones facere non posse; cum enim respiciant factum, ab ipsis partibus est proponendum, & Aduocatus enim dicitur solum testis iuris, l. quisquis C. de post. Specul. in rubric. de post. §. 3. sub n. 4. Mascard. conclus. 1176. n. 48.

Secundo & producens positiones debet iurare saltem de calumnia, vt infra dicitur in cap. 23. & de calumnia non iuratur absque mandato, quo cum careat Aduocatus, non poterit per consequens facere positiones.

Tertio & ad ponendum certum est requiri mandatum, & solum est differentia inter Doctores, an mandatum generale sufficiat, vel sit necessarium speciale, & vt alij volunt, specialissimum, vt infra dicitur: sed Aduocatus nullum habet mandatum, ergo ponere nullo modo poterit, vt post alios concludit Seac. de Iudic. lib. 2. cap. 7. n. 37. & seqq.

Quæ tamen intelligenda sunt, & vt Aduocatus non possit exhibere positiones nomine eius principalis, sed bene eas dicere, & componere potest. Imò ad eius officium spectat libellum parpendere, naturam intentaræ actionis considerare, propositas exceptiones animaduertere, & quid in facto sit iustificandum indicare, & singula ad causam facientia principaliter, vel adminiculatorie in breues, & claras positiones reducere, easque principalibus ostendere, ipsosque monere, confessionem ponenti præiudicare: & demum eas principalibus, vel Procuratori consignare, ad effectum, vt exhibeantur: & hoc modo dici potest Aduocatos ponere, vt per Specul. de position. §. 3. sub nu. 5. & 5. 6. n. 5. Iacob. de Aten. de position. §. 4. n. 4.

Sed maior est difficultas in Procuratore, & an ipse tanquam Procurator possit facere positiones, non dico, an eas componere possit, de quo non est dubitandum, vt de Aduocato diximus, sed an eas exhibere possit absque principali.

Et pro negatiua multæ considerari possunt rationes. Primo & ponens debet saltem iurare de calumnia, vt infra suis locis dicitur, vt Procurator non potest iurare de calumnia, nisi de hoc in mandato sit expressa mentio, ergo non poterunt facere positiones, ita argumentatur Iacob. de Aten. de positionib. in princip. num. 6.

Secundo & ponens debet iurare, se credere positiones esse veras, vt dicitur suo loco: at Procurator non potest veritatis iuramentum præstare, ergo ad ponendum admitti non debet, ita ratiocinatur Specul. loco supra citato num. 5. de quo iuramento loquitur Olasc. decis. 113. n. 8. & 9. in calce operis decis. 22.

Tertio & ponens fatetur, & confessio facta in positionibus nocet ponenti, vt supra dictum fuit in cap. 2. & larius dicitur infra suis locis, sed & Procurator non potest aliquid in iudicio fateri in præiudicium eius principalium absque speciali mandato, ergo nec etiam positiones facere potest: ac propterea Rota in antiquo in tit. de corruptione positionum, decis. 505. que est in calce operis decis. 61. & in nouissimo in tit. de positionibus decis. 60. dicit, quod & si in prima instantia fuerint productæ positiones per Procuratorem mediante eius iuramento, in secunda instantia poterunt per principalem reuocari, absque vlla probatione erroris, & rationes assignat, quia iuramentum procuratoris non est veritatis, sed credulitatis, secundo, quia Procuratores non sunt plene de veritate informati, prout sunt principales.

Quarto,

Quarto, nonnullis aliis prætermisissis, sunt qui  
 11 aliam adducunt rationem ꝛ ad probandum, procuratores ponere non posse; Procurator non potest respondere positionibus, ut suis locis dicitur, ergo non poterit nec etiam eas facere; correlatiuorum enim eadem est disciplina, & vnum per alium declarari solet, *leg. 1. C. de cupress. leg. 1. & 2. & leg. fin. C. de ind. vid. toll. vbi l. f. nu. 20. leg. non tantum ff. de re iud. cum vulg.*  
 12 ac ideo ꝛ dispositum in ponente, censetur etiam dispositum in respondere debente, & è contra, maxime vt æqualitas seruetur, *leg. fin. C. de fruct. & lit. expens.* ita in terminis censuit O. sic in *dec. 113. n. 10. que est in calce operis decis. 22.* Qui propterea infert, quod ꝛ si ad sit statutum, vt ipsa pars personaliter debeat respondere positionibus, ponens etiam personaliter ipsas positiones ponere debet, per antedictam correlatiuorum regulam. Et Cauagnin. *super Decret. Montis Ferrat. in rubr. de responsione positionum, & interrogatorio n. 5. 2. nu. 2.* dicit ita per excellentissimum Senatorem Montis Ferrati, fuisse in quadam causa iudicatum. Verum Senatus censuit, necessarium esse speciale mandatum ad ponendum, per alias rationes supra consideratas; non ex regula correlatiuorum; imò ipse tenet, ꝛ statutum aliquid disponens, seu requirens in respondente, non extendi ad ponentem, ob rationis diuersitatem: Procurator enim, vti de causa instructus, quid ponendum cognoscere, & animaduertere poterit: secus est in respondere debente, qui non habens peculiarem notitiam prætionum partis aduersæ, quid respondendum ignorabit, præcipue vbi positionum non datur copia: qua ꝛ rationis diuersitate stante cessat regula correlatiuorum, Doctores in *rubr. ff. de acquiren. possess. Cauagnin loc. cit. num. 4. Euerard. in sua centuria in loco à correlatiuis sub n. 8. Pezzeret. à*  
 16 ꝛ nõ video quomodo ponens, & respondens possint dici correlatiui: ꝛ correlatiuum enim, vt declarat Bald. in *leg. conuenticula. C. de Episc. & Cleric.* est duorum, vel plurium ad inuicem mutua relatio, ita vt positio vno necessario, ponatur & alterum, vt pater & filius, maritus & vxor, venditor & emptor, locator & conductor, & huiusmodi, vt per Euerard. *loc. cit. n. 2.* At ponens stare potest absque respondente, veluti, si ille, contra quem producuntur positiones, non respondeat. Nec dicatur, tunc habebitur pro confesso: & sic dicitur sic respondere: nam adhuc non venit similitudo, cum positio sit vera, responsio verò ficta: nisi tamen diceremus, eum posse cogi ad respondendum, etiam si sint positiones haberi pro confessis, vt infra suo loco dicitur: Verum dato, quod respondere teneatur, tamen non potest dici correlatiuum cum ponente; nam illa necessitas respondendi non prouenit à natura ipsius positionis, ita vt positio absque responsione de sui natura stare non possit, vt in exemplis supra positis, sed prouenit ex dispositione iuris, mandantis positionibus responderi; ac propterea potius essem cum Cauagn. statutum loquens de vno, ad alium non extendi.

Sed redeundo ad præstam questionem, in qua communiter dicunt Doctores per alias rationes supra allatas, ꝛ Procuratores absque speciali mandato ponentes facere non posse: quod ampliant etiam in Procuratore in rem suam, quia licet iuret de calumnia, vt notatur in *leg. non solum de procurat.* attamen, obstant alie rationes, de quibus supra, quicquid dicit Robius de *position. n. 20.*

19 Cum speciali vero mandato ad ponendum dicunt communiter Doctores, Procuratorem admitti, tunc enim principalis ponere dicitur *capit. qui per alium de*

*reg. iur. in 6. leg. Diuini, §. 1. ff. ad leg. Corn. de fals. & ipsum principalem iurare per Procuratorem, tamquam per organum in cap. presentium de testib. in 6. cap. fin. de iur. iur. l. 1. lib. 8. & docet Bar. in leg. qui bona, §. si alieno, ff. de damn. infest. Vnde si procurator absque speciali mandato produceret positiones, ille, contra quem essent productæ, ꝛ posset instare, vt principalis declarare deberet, an illis positionibus veller, uti Specul. in *dist. §. 3. sub n. 5.* ne postea se tueri posset, dicendo se non potuisse, nec positionum à Procuratore productarum notitiam habuisse.*

Verum circa mandatum Procuratoris ad ponendum maxima est altercatio inter Doctores, ꝛ an mandatum generale sufficiat, vel debeat esse speciale, vel, vt alij dicunt, specialissimum ad ponendum sit, & sic, Rot. enim in *dec. 779. recent. par. 2. que in calce operis est dec. 7.* tenet, nec minus speciale mandatum ad ponendum, & iurandum esse sufficiens, ꝛ sed; equit specialissimum, & indiuiduum ad ponendum materias in actis specificatas: finis enim positionum est, vt ponens statatur, & quod fateatur cum effectu, ita vt illa confessio ponenti præiudicet; quod verificari non potest in confessione Procuratoris absque specialissimo, & indiuiduo mandato, vt per Rot. *loc. cit. nu. 2.* ex quo infert, quod vel ipse principalis debet ponere, 23 vel Procurator ꝛ cum specialissimo, & indiuiduo mandato, vt n. 3. & sic non esse sufficiens mandatum ad ponendum, & iurandum simpliciter, vt per eandem Rotam *loc. cit. n. 2.* aliter enim positiones eorum effectum sortiri non possent, vt in *dist. decis. n. 5.* & Burat. in *decis. 307. num. 4.* dicit, positiones absque speciali mandato non esse attendendas, & mandatum esse debere ad sic ponendum, Burat. *dec. 127. n. 12.* vbi Ferentillius in *add. nu. 20.* pariter asserit, mandatum debere esse specialissimum, & in indiuiduo: idem dicit Beltram. in *add. ad Ludou. decis. 16.* aliter ille, contra quem producuntur, non posset cogi ad respondendum, Burat. *dec. 466. nu. 3.* Scac. pariter de *in lib. 2. cap. 7. nu. 41.* plures allegat asserentes specialissimum esse necessarium mandatum ad ponendum.

24 Sed quantum ad mandatum generale, quod non sufficiat, & sit saltem necessario speciale ad ponendum, & iurandum de calumnia, omnes admittunt; sola est differentia inter scribentes, an sit necessarium mandatum specialissimum, ad ponendum materias specificatas in positionibus; & sic mandatum in indiuiduo ad ponendum sit, & sic, vt in *dist. decis. 779. recent. par. 2.* Verum non solum de stylo, & consuetudine, sed etiam de iure, dicendum existimo, mandatum ad ponendum, & iurandum simpliciter de calumnia esse sufficiens ad hoc, vt Procurator positiones facere possit, & ratio est, quia ꝛ ad ponendum sufficit mandatum ad iurandum de calumnia; de quo latè dicam in *cap. 23.* sed Procurator de calumnia iurare potest absque specialissimo mandato, ergo non est necessarium specialissimum mandatum ad ponendum: ratio autem rationis est, quia maxima est differentia inter iuramentum ponentis, & iuramentum positionibus respondentis ꝛ ponens enim debet solum iurare, se credere, verum esse, quod ponit, & sic calumniosè non ponere; ac propterea sufficit iuramentum calumniæ, quod iuramentum hoc solum in se continet, se credere verum esse, quod ponit, nec calumniosè petere ꝛ respondens verò positionibus, dicitur absolute iurare, veras esse eius positiones: & sic iuramentum ponentis est credulitas, iuramentum verò respondentis positionibus est veritatis: vt dixi ex alio in *dist. cap. 23.* Nec dicatur, etiã respondentem positionibus

per verbum credere, respondere solitum esse: nam  
28 hoc casu † verbum credere, est expressivum veritatis, vt dixi in *diel. cap. 23.* & latius in *cap. 40.* quam distinctionem Rota Maceraten. apud Thoma. in *decis. 70. qua est in calce operis decis. 73.* expressè approbat, & allegat dictum meum tractatum de positionibus in *diel. cap. 23. secundum primam impressionem.*

Secundo quicquid dicendum esset de iure, certum est, de stylo, & consuetudine, secundum opinionem Cyn. in *Auth. principales. §. quod obseruari. nu. 21. C. de iur. 29 calum.* † Procuratores generales, cum auctoritate iurandi de calumnia posse facere positiones, & sic obseruari in Vrbe, per ea, quæ scribit Vestr. in *sua praxi lib. 5. cap. 16. sub n. 5.* dixit Scacc. in *diel. cap. 7. n. 44.* Procuratores enim sunt, qui habentes informationes à partibus formant positiones, ipsasque producunt, & instant, per aduersarium responderi: & iudex responderi mandat, & in casu contumaciæ pronunciat haberi pro confessis, absque alio specialissimo mandato; aliter necessarium esset opponere in mandato præcisè, & in individuo verba ipsarum positionum, quod numquam obseruatum vidi: vt enim dicit Rota apud Borat. *dec. 566. nu. 11. qua in calce operis est decis. 74.*

30 † cum fiant positiones de rebus magis notis principalibus, quam Procuratoribus, & quas Procuratores absque instructione principalium verisimiliter ignorassent, præsumuntur ab ipsis subministratæ; & de ipsis principales certiorati, vt per Rot. *loc. cit. n. 12.* vbi ad propositum alix allegantur Rotæ decisiones.

31 Et cum in ponendo sufficit iuramentum de calumnia, vt dicitur infra in *diel. cap. 23.* Procurator in rem suam poterit ponere absque alio mandato, cum possit de calumnia iurare, vt notatur in *l. non solum de procurat. Bab. de position. nu. 20.* Scacc. in *diel. cap. 7. nu. 43.* quod tamen dicit procedere in Procuratore ex parte actoris, non rei.

32 Bene verum est, quod animaduertentes interdum illi, contra quos producantur positiones, in ipsis aliquid contineri, quod ponenti possit esse damnosum, instant per principales declarari, an velint vti positionibus exhibitis; ad tollendam omnem dubitationem; an præiudicent ponenti, vel non: quæ cautela solet esse quandoque damnosa: cum aperiat mentem ponenti, corrigendi, ac emendandi positionem.

33 Id tamen, quod diximus, Procuratorem cum mandato speciali ponere posse, limitat Olasc. in *decis. 113. qua in calce operis est dec. 22.* si adsit statutum, vt personaliter id fieri debeat: verbum enim † personaliter importat, actum fieri debere per propriam personam, & non per aliam, & in ipso actu productionis positionum, vel responsionum, quod ipse latissimè variis rationibus, ac similibus probat, & tandem concludit, ita per Senatam fuisse iudicatum: quod sequitur Thesaur. *decis. 17. n. 1. & 2. in calce operis, decis. 9.* Hoc tamen intelligendum esset de statutis expressè requirentibus id personaliter fieri debere, vt in Statuto Sabaudix, per plura verba considerata ab Olasco in *diel. dec. 113.* & declarat Thesaur. *loc. cit. nu. 3.* de quo iam infra in *cap. 65.*

34 Sed stante simili statuto, requirente personalitatem in ponente, & pars sit absens; & Procurator existimet, necessarias esse facere positiones: quid erit agendum? hanc dubitationem monet Olasc. in *diel. dec. 113. n. 1.* & dicit, quod Procurator potest, vel petere terminum ad præsentandum principalem; vel producere positiones, & postea apud iudicem instare, vt committatur ordinario loci, vbi ille committatur, vt possit coram ipso illas positiones confirma-

re, reproducere, ac iurare, ipsas esse veras; & quod omnia demum remittantur ad Iudicem causæ, ad tradita per Batt. in *leg. generaliter. §. hu. present. n. 2. C. de iur. iur.* vt per eundem Olasc. *sub diel. n. 11.*

36 Sed quid, si principalis moto Iudicio, relicto Procuratore, eoque instructo discedat, & in longinquas partes proficiscatur, vel ignoretur vbi degat, quid erit agendum; si eius Procurator positiones facere intendat? animaduertendum puto, id dupliciter contingere posse; † vel quod reliquerit Procurator cum speciali mandato ad ponendum, & iurandum de calumnia; & poterit procurator positiones facere; si sequatur illorum opinionem, qui tenent, ad ponendum non esse necessarium mandatum specialissimum, & in individuo: de quo supra dictum fuit: & sufficere, ponentem iurare de calumnia, vt patet supra fuit dictum, & latius dicitur infra in *cap. 23.* Si verò Procurator habeat solum mandatum generale, absque vlla speciali auctoritate ad iurandum, saltem de calumnia, maior certe est difficultas, omnes enim admittunt, vt ponens debeat saltem iurare de calumnia, vt in *diel. cap. 23.* quod facere non posset Procurator non habens ad hoc mandatum speciale, videtur absolute dicendum, ponere non posse. Hanc questionem non inueni ab aliquo in individuo tractam:

37 sed bene id disputant † in Procuratore respondere volente, pro principali, qui moto Iudicio se absentavit, in longinquas partes profectus fuit; ita vt, vel ignoretur vbi de præsentem permaneat vel impossibile sit, in illas partes Litteras remissoriales transmittere, de quo Thesaur. in *diel. dec. 17. nu. 4.* & tres refert

38 opiniones. Vna est eorum, qui existimant, † esse dandum curatorem bonis omnibus, qui poterit iurare de calumnia, vt per gl'os in *cap. ceterum in verb. ab vtraque de iur. calum.* & respondere positionibus Gyn. post Iacob. de Aren. in *leg. 2. §. hoc etiam in fine de iur. propter calum.* Bald. in *diel. leg. 2. §. fin. autem, vers. sed pone,* & reprehendit Batt. contrariam sententiam, & contra ipsum esse veritorem, & communem opinionem asserit Alexand. in *leg. qui bona, §. si alieno, ff. de damn. infect.* & hanc sententiam contra Batt. defendit Neuz. in *cons. 70. num. 30.*

39 Verum huic sententiæ nonquam acquiescerem; vt enim dicit Thesaur. in *diel. decis. 17.* non debet dari curator bonis omnibus contra voluntatem principalis, qui Procuratorem reliquit, vt per Abb. in *diel. cap. ceterum nu. 7.* Secundo quid plus facere posset ille curator datus bonis omnibus, quam Procurator à Domino relictus? Imo censendum est, Procuratorem à Domino relictum, & instructum meliorem habere notitiam, quam quilibet alius esset habiturus: & sic nec minus videretur amplectenda altera opinio, † dandum esse curatorem non omnibus bonis, sed ad illum actum tantum, vt dixerunt Marian. Barbof. & alij, quos citat, licet non sequatur Neuzant loco supra citato, nam nec ille curator datus ad illum actum posset melius iura principalis tueri, quam Procurator ab ipso instructus, & ad tuendum eius iura specialiter deputatus, facere posset; & dicam etiam infra in *cap. 69.*

40 Vnde tertia sequitur opinio Batt. in *diel. l. 2. §. fin. autem nu. 5.* & in *diel. qui bona, §. si alieno,* † Procuratoris responsionem hoc casu admitti debere, & sufficientem esse, quam sequitur Abb. in *diel. cap. ceterum num. 6.* & in *cap. in pertractandis num. 5. de iur. calum.* Nec Bartol. se restringit ad calumniæ iuramentum, sed quod etiam hoc casu præstare valeat iuramentum veritatis, dum in *diel. §. fin. autem,* allegat Specul. in

41 materia

materia positionum loquentem, & in dict. §. si alieno, expressè de iuramento mentionem facit, & de Procuratore instructio dubitare non videtur in l. si actor, ff. de Procurat. idem Specul. in tit. de positionib. §. 6. n. 16. Et hanc Bart. sententiam sequitur Theaur. in dict. decis. 17. & ita ipsum iudicasse asserit, & eius sententiam fuisse à Senatu confirmatam, quem simpliciter sequitur Cauagn. loco supra citat. n. 5. de quo vide etiam in cap. 65. & 69.

Si igitur in casu supra proposito Procurator admittitur ad respondendum positionibus exhibitis contra eius principalem, tanto magis admitti debet ad ponendum: cum ad ponendum sufficiat iuramentum calumnie; ad respondendum verò positionibus, necessarium sit iuramentum veritatis, ut supra, & alibi clarius fuit dictum.

## S V M M A R I V M.

- Positiones debent esse certa, clara, & non obscura; & de rationibus numeris seqq.
- Ponens fatetur.
- Testis obscurè deponens non probat.
- Positionibus est clarè respondendum.
- Positiones obscuras declarari, quancumque instari potest ante responsionem: etiam si producantur post conclusum in causa, num. 6.
- Respondens positioni obscura sibi præiudicat.
- Obscura positiones quando dicantur.
- Obscuritas positionum, vel ex verbis, vel ex oratione oriri potest.
- Positionum obscurarum duo ponantur exempla, & n. 12.
- Edere non dicitur, qui totam stipulationem non edit.
- Dies solutionis est pars stipulationis.
- Positio continens promissionem absque vlla temporis præiudicatione dicitur obscura.
- Positio præsumptivè concludens non potest dici obscura.
- Positionum verba, non est, quòd secundum iuris regulas interpretentur, cum ab ipso ponente declarari possint.
- Ponens propria auctoritate absque vlla iudicis decreto potest positionem obscuram declarare.
- Positioni obscura respondens potest illam declarare.
- Confessio facta in respondendo positionibus, ad favorem respondentis est interpretanda.

## De Positione obscura, &amp; incerta.

## CAP. VII.

SI partis igitur Procuratores, & Aduocati positiones facere intendant, id prius animadvertere debent, ut si eas certa, & clara, non autem obscura oratione componant: idque duplici ratione, vna ex parte ponentis, altera ex parte respondere debentis. Ex parte ponentis, quia si ille, qui ponit, fatetur, ut suis locis supra fuit dictum, & dicitur infra in cap. 24. at qui obscurè, & ambiguè loquitur, non potest dici, quod magis vnum, quam aliud fateatur: prout dicimus de teste obscurè deponente, qui non probat; cum non appareat, quid vere asserere voluerit, cap. in presentia de probat. cap. clamor de testib. Farinac. de testib. quest. 68. nu. 1. hancque rationem considerat Mascard. conclus. 1763. 22. Altera respectu respondentis; cum enim si positionibus sit clarè, & purè respondendum, ut suis locis dicitur, non absolute, & clarè possit obscuræ positioni responderi, ut igitur reus scire possit, quid congruè respondendum; clara, & certa, non autem obscura, & ambigua debet esse

positio, ut voluerunt Vbert. de Rob. de position. nu. 49. Curt. de position. nu. 21. in quo omnes concordare asserit Specul. in tit. de position. cap. 13. sub num. 41. & seqq. Cauagn. ad Decret. Mont. ferr. Decret. n. 5. 3. nu. 47. Pacian. de probat. cap. 21. num. 20. & seqq. Gabal. in glos. ad Constit. Marti. lib. 5. cap. 19. ac propterea si obscura producatur positio, reus; eò contra quem producitur, aut equam respondere cogatur, potest excipere, positionem esse obscuram, & ideo per ponentem prius esse declarandam, ut bene docet Specul. loc. cit. Bald. in leg. vt responsum tuum. l. C. de transact. & in l. precibus in 2. notabili, C. de impub. & aliu substit. Paul. de Castro in Controuersum ff. de transact. Pacian. de probat. cap. 21. num. 13. lib. 1. Cauagn. loc. cit. Mancin. de iuram. par. 2. art. 2. num. 22. & 24. Ro. decis. 29. alios 730. de test. in antiq. alios plures citat, & sequitur Scacc. de iud. lib. 2. cap. 7. n. 180.

5. Quæ instantia, ut si ponens declarat positionem obscuram, si non potest quancumque antequam concludatur in causa, & antequam reus cogatur respondere, Bald. in leg. res denunciatiues, sub nu. 3. vers. extra queritur, C. quomod. & quand. iudic. id enim, quod venit ad declarationem, non dicitur quid nouum, Scacc. post alios loc. cit. n. 181.
6. Imò si producantur positiones post conclusum in causa, ille, contra quem sunt productæ, si sint obscuræ, instare poterit pro declaratione, ut per Scacc. loc. cit. sub dict. nu. 181.
7. Bene verum est; quod si ille, contra quem productæ sunt positiones obscuræ, non instaret pro declaratione, & ipsis responderet, sibi præiudicaret; Scacc. loc. cit. sub dict. n. 181. vers. aduerte.
8. Exempli autem si positionum obscurarum plura assignari possent, verum cum non possit ad omnia individua deueniri, generaliter dicendum est, positionem obscuram, & incertam illam esse, ex qua certitudinaliter non potest cognosci, quid verè positiones affirmare voluerint, ut si positio plures, & diuersos contineat intellectus, ut de certium depositione declarat Alens. in cons. 218. n. 10. lib. 1. quem post alios sequitur Farin. dict. quest. 68. n. 2. Quod oriri potest, vel ex verbis, vel ex oratione, ut per Specul. loco supra citat. Jacob. de Aren. de positio. in prima part. n. 29. Vbert. de Rob. pariter de position. nu. 44. & probat text. in leg. si quis intentione, ff. de iud. vbi Bart. asserit; ambiguitatem esse posse, vel in vna dictione, vel oratione.
10. Et si duo præcipue exempla circa obscuritatem, seu incertitudinem positionum adducere solent Doctores; Primum, si ponens dicat Titium sibi promississe decem; non declarando an in diem, vel sub conditione, id promiserit; Vnde fieri tunc potest instantia, ut declarat, an in diem, vel sub aliqua conditione promiserit, Specul. de position. §. 10. n. 15. si non dicitur enim edere, vel ponere, qui totam stipulationem non edit, si & dies solutionis est, sicut summa pars stipulationis, leg. 1. §. edere, & 5. editiones ff. de edend. nec certa hoc casu potest dici positio, cum aliud sit promittere simpliciter, aliud sub conditione, Scacc. in dict. cap. 7. sub nu. 180. vers. quod si actor.
11. Secundum exemplum est, si ponens dicat sibi fuisse promissa centum absque vlla temporis præiudicatione; potest enim tunc instari, ut tempus addatur, Curt. de position. breui. 11. n. 31. & sequitur Scacc. loc. cit. sub dict. nu. 180. in fine.
14. Non potest tamè si positio dici obscura, & incerta; licet concludat solum præsumptivè, non autem absolute, ut post alios dixit Menoch. de præsumpt. quest. 66. & est ratio, quia licet concludat præsumptivè tantum, certum tamè est factum, quod in positione ponitur;

an verò illud factum præsumptiue tantum, vel absolute probet intentionem ponentis, respicit merita causæ, non formam positionum.

- 15 Et præterea ad præpositum; circa positiones obscuras, conferunt ea, quæ considerate solent Doctores circa verba obscura, an nempe sint intelligenda secundum intentionem proferentis, de quo Bart. in *dist. leg. si quis intentione. ff. de iud. an naturaliter, vel civiliter, an secundum tubiectam materiam, an in benigniorem sententiam an secundum consuetudinem, an in potentioris significationem, an secundum materiam actus, & similia, de quibus Tuse. in *lit. V. consul. 98. & seqq. & sparsim per Doctores*; nam cum ipse ponens, possit has tollere difficultates, debet à iudice cogi, ut verbis claris, certa que oratione suam declararet positionem, & sic cessabunt etiam, quæ de restituum interpretanda obscura de positione, docet Farinae. in *dist. quest. 68. n. 43. & seqq.**
- 16 Et potest ponens præ propria auctoritate absque vilo iudicis decreto positionem obscuram declarare, Cagnia. *super Decret. Montis Ferrati. in rubr. de positionibus, §. 2. num. 54.*
- 17 Et si reus nollet instare pro alia declaratione positionis obscuræ, ipsemet illam declarare posset eius responsionem, addendo, puta, diem, vel conditionem, & eius confessio in totum, vel reijci, vel acceptari deberet, ut dicitur infra in *cap. 18.* Et si ex ipsa responsione possit oriri aliqua dubietas, interpretari deberet ad favorem rei, ut post Butr. Bart. Dec. & alios respondet Vetal. *decis. 139. part. 1. qua est in calce operis decis. 35.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Positio conditionalis reijcitur, & quart.  
2 Qui loquitur sub conditione non fatetur.

## De Positione conditionali.

## CAP. VIII.

EX eo, quia respondens positionibus debet clarè, & absolute respondere, ut suis locis infra dicitur, etiam ponens, quid certum ponere debet, ut par sit utriusque conditio, ac ideo præ conditionales positiones esse reijciendas Doctores volunt, Spec. *de positione §. 10. n. 10.* ubi dicitur, quod non admittitur positio, si res tua fuit, præscripti, vel à te emi, vel si debui solui, nam nec præscriptio, nec emptio, nec solutio dicitur absolute posita, sed conditionaliter, quatenus res tua sit, & quatenus debuerim.

- 2 Secunda adduci potest ratio, quod si qui ponit fatetur id, quod ponit, ut infra in *cap. 24.* sed qui loquitur sub conditione non fatetur, nisi quatenus probeatur conditio, ergo verè non ponit, ac propterea similis conditionalis locutio in positionibus reijcitur, licet in aliis iudicialibus actibus admittatur, ut per Spec. *loc. cit.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Alternatio qualibet dicitur incerta.  
2 In alternatiuis sufficit alteram partem esse veram.  
3 Positio alternatiua reijcitur, & quart.  
4 Positio alternatiua quis respondere non cogitur.  
5 Positio alternatiua respectu obligationis, seu facti in positio, ne positio admittitur: quod exemplum declaratur.  
6 Positio alternatiua in se qua sit.  
7 Positio alternatiua admittitur, quando incertitudo provenit ex facto respondere debentis.

- 8 Libellus incertus sustinetur, quando incertitudo provenit ab adversario.  
9 Positio alternatiua circa factum alioquin sustinetur.  
10 Positio alternatiua admittitur etiam in facto proprio, quando factum non est de recenti, sed antiquum, in quo tamen verisimilitudo obviat.

## De Positione alternatiua.

## CAP. IX.

EX regula supra posita, positionem claram, & non obscuram esse debere, altera subsequitur exceptio, positionem esse alternatiuam, quælibet enim alternatio est incerta, leg. *prætor dixit. §. quod aliter. ff. de iur. leg. ubi autem. §. illum. ff. de verb. oblig. cum sufficiat in alternatiuis, alteram partem esse veram, ut dixit Menoch. de *presumpt. lib. 1. presump. 90. n. 5. & presump. 106. n. 2. lib. 4.* & probat text. in *cap. in alternatiuis de reg. iur. in 6. cap. inter ceteras de rescript. l. si ita quis stipulat. ff. de verb. obligat. vnde reus scire non potest, quam partem esse veram ponens affirmet, ac propterea tanquam positio incerta, & obscura reijcitur, Specul. in *tit. de posit. §. 7. n. 45.* Jacob. de Aren. *de posit. in presat. nu. 38.* Curt. *de posit. nu. 22.* Carp. *sup. stat. Mediol. rub. 13. sub nu. 41.* nec alternatiua positioni quis respondere cogitur, ut per supercitatios Doctores, & alios, quos citat Seacc. *de iud. lib. 2. cap. 7. n. 288.***

5 Quod tamen intelligendum est, quod quando alternatiua est in ipsa positione, secus quando est in ipso facto posito, vel in ipsa obligatione, de qua fit mentio in positione, sit exemplum, tu mihi promissisti, vel equum restituere, vel solvere quinquaginta aureos, alternatiua hoc casu est in obligatione, vnum enim, vel alterum facere promissisti, vnde possum hanc obligationem alternatiuam in positione ponere, & positio erit alternatiua, sed certa, & absoluta, à te nempe fuisse factam hanc alternatiuam obligationem, ut Jacob. de Aren. declarat *dist. n. 38.* & tradit Seacc. *loco supra citato nu. 289.* qui dat aliud exemplum, petij à te, ut mihi tradas scuta decem, vel triginta operas; ad probandum hanc petitionem possum ponere, quod tu mihi promissisti tradere vel scuta decem, vel triginta operas; nec hoc casu positio potest dici alternatiua, sed absoluta, te nempe illam fecisse promissionem alternatiuam; & sic alternatiua est in obligatione à te facta, non autem in positione, ac propterea ipsi est respondendum, ut per Seacc. & alios supra citatos

6 Doctores. Alternatiua verò erit in positione, si ponas exempli gratia, me promississe vel vnum, vel aliud, non alternatiue, sed simpliciter; quo casu reddatur obscura positio, quia ponens non affirmat magis vnum promississe, quam aliud, & sic non potest dici, quod ponens magis vnum, quam aliud fatetur, quod non est, quando alternatiua est in facto positio in positione, tunc enim ponens fatetur fuisse factam illam alternatiuam positionem, ut supra dictum fuit.

7 Secundò præternatiua positio admittitur, quando incertitudo provenit ex facto respondere debentis, sive, tu habuisti à me rem aliquam, sed ignoro an amplius apud te reperiat; possum ponere, te habere illam rem à me receptam; vel eam alienasse, quo casu sustinetur positio, quamvis alternatiua, & incerta, quia illa incertitudo provenit ex facto respondere debentis, sic docet Curt. *loco supra citato, & sequitur Seacc. loco pariter citato num. 289.* Prout etiam  
8 si libellus incertus sustinetur, quando incertitudo causatur ex facto rei, ut notat Bart. in *leg. §. 1. ff. quot. legat. & dicit Curt. de posit. sub nu. 22.*



- 9 Tertiò † alterutina sustinetur positio in facto alieno, puta, scio fuisse factam promissionem vno ex duobus modis, sed quia præsens non fuit, & dubito vel vno, vel altero modo, pono fuisse factam talem, vel talem promissionem tali, vel tali modo. Quo casu ob probabilem ignorantiam incerta admittitur positio, secundum *Curt. loc. cit. n. 22.*
- 10 Quartò † in facto proprio non recenti, sed antiquo, in quo verisimiliter potest cadere obliuio, erit quandoque admittenda alterutina positio, prout, ob eandem rationem etiam obscuram responsio admitti solet, de quo infra in *cap. 11.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Positio generalis in genere generalissimo non admittitur: de quo duo dantur à Doctores exempla, vt num. 2. quæ in proposito reprobantur nu. 7. & 8.
- 3 Genus ob suam generalitatem est incertum.
- 4 Obscuritas ex generalitate oritur.
- 5 Obscura positioni non est respondendum, remittend.
- 6 Promissio de dando aliquid, an sit valida, & quid in promissione de dando agrum nu. 7. 8. 10. 12. & 13.
- 9 Promissio de equo an valeat.
- 11 Legatum de fundo simpliciter factum ab eo, qui plures habebat fundos, an sit validum.
- 14 Promissio in genere, qua sit.
- 15 Promissio in genere sub alterno valet.

## De Positione generali.

### CAP. X.

- 1 **N**on absimilis est altera oppositio † generalem esse positionem, vt nostri dicunt in genere generalissimo: de quo Doctores duo offerunt exempla.
- 2 † Primum, si quis ponat, Titium aliquid dare debere, vel aliquid dare promississe. Secundum exemplum, si quis ponat, Titium dare promississe agrum, vel ad ipsum præstandam se obligasse, vt per *Specul. de posit. §. 7. nu. 15. Odofr. de posit. nu. 15. Vbert. de Rob. de posit. sub nu. 50. Iacob. de Aren. de posit. in præfat. num. 36. Mascard. conclus. 1177. n. 34. quos sequitur Scacc. de iud. lib. 7. cap. 7. n. 190.* Cuius rei duas præcipue supracitati Doctores solent adducere rationes: prima fundata est in obscuritate; † genus enim ob suam generalitatem est incertum, † ex qua incertitudine, & generalitate oritur obscuritas, *leg. na. fidei. ff. de iur. sisc. & † obscuræ, & incertæ positioni non est respondendum, diximus supra in 7. cap. †* Secunda ratio est inutilitas rei præstandæ: nam in primo exemplo dando festugam, daret aliquid, & sic liberatus esset à promissione. In secundo vero exemplo dando agrum vnius digiti, vel terræ glebam pariter diceretur promissionem adimpleuisse, & sic inutilis proferus, & delusoria esset hæc promissio, vt post alios declarat *Scacc. loc. cit. num. 191. & seqq.*
- 7 Hæc omnia in supradictis exemplis proposita vera esse non inficior, sed parum conclusioni propositæ conuenire videntur: conclusio est † positioni generali non esse respondendum: sed exempla proposita non consonant. Non primum de eo, qui promissit aliquid; nam tunc non potest dici, promississe genus, cum illud aliquid de speciebus non prædicetur: sed est solum promissio incerta, & ob eius incertitudinem; inanis est obligatio, & inutilis positio, & sic reiicienda, vt supra citati Doctores dicunt; non autem quod ista sit promissio in genere generalissimo, vt ipsi asserunt. † Nec minus conuenit secundum

exemplum, de eo, qui promiserit agrum; nam hæc est potius promissio in specie, quam in genere, ager enim non nisi de agro prædicatur.

- Imò hæc secundam promissionem, nec omnino incertam, nec inutilem esse, existimarem ego; prout dicimus † de eo, qui alicui equum promiserit; licet enim aliqua adesset incertitudo, cum posset intelligi de equo magno, paruo, magis, vel parui valoris, vnius, vel alterius qualitatis, at tamen ad præstandum equum diceretur obligatus: equi autem qualitas à boni viri arbitrio penderet: idque arbitrari posset ex causa, ob quam fuit facta promissio, ex personarum qualitate, ex facultatibus, ex loci consuetudine, ex numero equorum, quos haberet ille, qui hæc fecisset promissionem, & ex aliis pluribus, nisi tamen diceremus, electionem regulariter esse debitoris. Idem videtur dicendum in eo, qui promiserit agrum,
- 10 † nam si quis habens plures agros, agrum promittat, à præstatione vnius agri, arbitrio boni viri, non diceretur liberatus: Prout in simili communi est scriptum sententia, quod † si testator habens plures fundos, simpliciter legat fundum, certis finibus non designatum, quod adhuc legatum valeat, & debeat præstari vnius ex fundis per testatoré possessis, *Ruin. cons. 83. nu. 6. lib. 1. & docet Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 2. nu. 4.* Nec est verum, quod *Specul. Scacc. &*
- 11 alij asserunt, † præstando agrum vnius digiti, vel terræ glebam, esse liberatum; nam nemo sanæ mentis, agrum vnius digiti, vel terræ glebam agrum appellaret, præterquam quod *Mant. loc. supr. cit. dicit ex communi sententia, præstandum esse fundum eo modo, quo erat à testatore possessus, & absque vlla diminutione: quæ omnia, vti extra propositam materiam prætermitto; cum mea fuerit intentio, solum demonstrare, exempla proposita nihil commune habere cum conclusione, positionem generalem in genere generalissimo non esse admittendam, & nullitas, quæ considerari posset in dictis exemplis, prouenit ex incertitudine rei promissæ: quæ incertitudo solet regulariter inefficacem reddere quamcumque dispositionem, ad text. in *leg. si fuerit, ff. de reb. dub. leg. cum ex pluribus, ff. de man. testam. Bart. in leg. si quis seruum, & si inter, ff. de leg. 2. & docent alij, quos citat Gratian. discept. forens. cap. 1000. num. 19.**

Primum etiam exemplum in aliquibus casibus, nõ

13 posset dici omnino insertum: † nec ille, qui promissit aliquid, dando festucam posset dici liberatus: vt in facti contingencia declaratum vidi de vno, qui, quibusdam rogantibus, vt subscriberet folium, in quo plures se obligauerat de dando aliqua, vel maiori, vel minori pecuniarum summa, casu quo quoddam inceprum opus executioni demandaret; foliū subscripserat in hæc verba: *ambio dædò qualibe cosa.* Et dum postea ad dandum fuit requisitus, obulum non obtulit; dicendo quod obulum erat aliquid. Sed summæ prudentiæ superior, declarauit, obligationem, ad dandam eandem summam, quam alij communiter eiusdem conditionis, & facultatum, dare promiserant, quod eo magis procederet, si ageretur de pia causa ex æquitate canonica, *Tiraq. de priuil. pie causa priuil. 55. in fin. & stante iuramento Grat. discept. forens. 534. nu. 16. & 17.*

- 14 Sed † de positione in genere posset dari exemplum in eo, qui animal promississet, quæ promissio non valeret ob incertitudinem in genere generalissimo, cum animal prædicetur de omnibus speciebus animalium: esset etiam obligatio inutilis, quia dando muscam, seu muscæ, daret animal, & sic ab obligatione esset liberatus.

15 Et ꝑ quæ dicunt de positione generali, intelligunt, quando generalitas fundatur super genere generalissimo, secus si fundetur super genere subalterno, quod habeat fines limitatos à natura, vel factò hominis, vt per Pap. in forma excipiendi contra positiones, in verbo generales, & sequitur Scacc. loc. cit. nu. 194. in quo latius insistendum non potò.

## S V M M A R I V M.

- 1 Positiones superflua reijciuntur.
- 2 Superfluitas reijcitur.
- 3 Ad probandum superflua quis admitti non debet.
- 4 Positiones retinent naturam probationum.
- 5 Positionis superflua exempla adducta per Doctores.
- 6 Positioni, quæ sit eadem cum prima non est respondendum: sed non ratione superfluitatis, sed quia positionibus semel tantum est respondendum.
- 7 Positio quæ sit eadem cum prima, licet non sit admittenda, id tamen non prouenit à superfluitate.
- 8 Positionibus semel tantum est respondendum, & quare.
- 9 Positioni alias confessata, non est amplius respondendum: nec minus negata, num. 10.
- 11 Positiones contraria concessa, vel negata, non sunt admittenda, non ratione superfluitatis, sed per alias rationes, de quibus ibi.
- 12 Positionibus circa concessa, vel negata non est amplius respondendum, & quare.
- 13 Positio contraria alteri positioni non dicitur superflua. & quare non admittenda.
- 14 Positionibus, qui responsum dedit in prima instantia, non tenetur respondere in secunda, & quare.
- 15 Positiones fieri possunt etiam circa ea, quæ fuerunt negata in iudicio absque tamen iuramento.
- 16 Reus potest cogi ad respondendum positionibus contrariis his, quæ ipse dixit respondendo libello, & quare.
- 17 Positionibus semel tantum est respondendum, etiam si fuerit responsum per verbum credit, vel non credit, contra sexum, & quare.
- 18 Superflua positiones quæ dicantur, & nu. 19.
- 20 Positionibus non tenetur respondere, qui habet intentionem fundatam, & quare.
- 21 Superfluitas debet esse manifesta ad hoc, vt quis respondere non teneatur.

## De Positione superflua.

## CAP. XI.

1 **O**pponitur ꝑ quandoque, positionem esse superflua, ac ided reijciendam, Odofr. de posit. nu. 10. Vbert. de Rob. de posit. num. 39. Iacob. de Aren. de posit. num. 26. Spec. in tit. de posit. §. 7. nu. 1. Curt. de posit. num. 18. Mascard. de probat. conclus. 1177. n. 16. & seqq. Carpan. super flatus. Mediol. in tit. de position. nu. 44. Neutz. cons. 30. nu. 15. Gabal. in glos. cap. 10. Constitut. March. lib. 5. Scacc. de iud. lib. 2. cap. 7. num. 173. & 174. vñ cum aliis supradictis allegatis: & rationem afferunt, ꝑ quia superfluitas reijcitur, 3 leg. fin. C. de prec. imp. offer. Et ꝑ sicut quis non admittitur ad probandum superflua, sic etiam ad ponendum admitti non debet, capit. cum contingat de offic. deleg. cap. dilecti de except. vt per Specul. & Mascard. locis citatis: 4 cum enim ꝑ positiones sint loco probationum, earum in hoc retineat naturam, Cauagnin. super Decret. Montis ferrat. in tit. de positionib. §. 1. nu. 10. Benint. decis. 32. num. 14. in calce operis decis. 14. Olasc. decis. 10. num. 3. in calce operis decis. 18. & alij passim, imò in hoc nemo est, qui contradicat; vnde solùm videndum est de variis ca-

sibus, in quibus hanc conclusionem Doctores exemplificant.

5 Cuius plura adducunt exempla. Primum ꝑ si sit eadem cum alia, si sit eadem cum concessa, sic sit eadem cum negata, si sit contraria concessis, si sit contraria negatis, & si idem iam fuerit positum in prima instantia, vt per Specul. Odofr. Iacob. de Aren. Rob. Curt. Mascard. Scacc. & alios locis citatis.

Verùm exempla prædicta non multum quadrare 6 fateri oportet. Quantum enim ad primum, ꝑsi positio sit eadem cum prima, non cogitur profectò reus respondere, sed non ratione superfluitatis, sed quia semel tantum positionibus est respondendum, vt dicitur infra in cap. 50. cum igitur semel positioni fuerit responsum, alia idem incontinenti, non est respondendum, nulla alia superfluitatis considerata ratione: & licet Scacc. loco supra citat. nu. 173. ꝑ positionem superflua eam appeller, quæ sit eadem cum prima, aliorum opinionem secutus, reddens rationem n. 174, quia aut respondens confirmaret optimam respon- 7 sionem; aut ei contradiceret, si confirmaret, confirmatio esset superflua, si contradiceret incideret in peritium: attamen hæc aliquam non demonstrat superfluitatem, sed benè probant, positionem, quæ sit eadem cum prima, non esse admittendam, ob aliam præcipuam, & peculiarem rationem, quia semel tantum eisdem positionibus est respondendum, vt infra dicam in dict. cap. 50. & ratio rationis est, ne quis incidat in peritium, prout de facili euenire posset, si quis ad respondendum pluries cogereetur; non est igitur, quod recurramus ad superfluitatem, si peculiarem rationem habemus, ob quam positio, quæ sit eadem cum prima non sit admittenda.

9 Secundum exemplum pariter non subsistit, ꝑ positioni enim alias confessata, non est respondendum, non ratione superfluitatis, sed primò, quia semel fuit responsum, ac ideo ad respondendum iterum cogi non potest, vt in d. cap. 50. Secundò, quia iterum respondendo posset incidere in peritium; tertio, quia de facili in contrarietatem aliquam posset incur- 10 re, quibus in casibus, diximus in cap. 51. non est respondendum.

10 Et ꝑ eisdem rationibus ad respondendum positioni alias negata reus non debet cogi: non autem quia sit superflua.

11 Quantum, & quintum exemplum ꝑ de positione contraria concessis, vel contraria negatis, sunt omnino extra propositam conclusionem, potest enim esse contraria concessis, vel negatis, itaut reus respondere non teneatur, non ob superfluitatem, sed quia contrariis positionibus, non est respondendum, vt dicam in c. 17.

Nec dicatur, Doctores in his duobus exemplis intelligendos esse de positione contraria non aliis positionibus concessis, vel negatis, sed contraria rebus in positionibus concessis, vel negatis, respondeatur namque, quod tunc nulla potest considerari superfluitas, sed ad iterum respondendum quis cogi 12 non potest, ꝑ quia fatendo alias negata, vel negando id, quod prius fallus fuerat, posset in peritium, vel contrarietatem incidere, in quibus casibus, diximus, non esse positionibus respondendum, vt in dict. cap. 51. & Scacc. etiam sub n. 175. dicit, ineptam esse Do- 13 ctorum considerationem, ꝑ quod positio contraria alteri positioni sit superflua, cum ob aliam rationem, & particularem qualitatem admitti non debeat: quia nempe contrariis positionibus non est respondendum, vt infra dicam in cap. 17. non est igitur, quod

quod ad repellendam contrariam positio-  
 nem recurramus ad superfluitatem : alias omnes positiones,  
 quæ non sunt admittendæ , possent dici superfluz.  
 Imo fieri posset, vt positio contraria non esset super-  
 flua, sed ad causam plurimum conferens, & tamen  
 non admittenda, non ratione superfluitatis, sed quia  
 contrariæ positiones non debent admitti.

Ultimum exemplum non mihi admodum aridet:  
 14 nam ¶ qui posuit in prima instantia, non potest co-  
 gere reum, vt iterum respondeat in secunda, idem  
 ponendo non ob superfluitatem, sed quia semel tan-  
 tum positionibus est respondendum, vt in d. cap. 50.

Et licet verum sit, quod dicit Bald. in leg. ampliore,  
 §. in refutatoris, C. de temp. appell. Secutus à Doct. bonis,  
 de quibus supra in principio præsentis capituli, quos  
 refert etiam Scacc. loc. cit. nu. 176. quod positio facta in  
 causa principali, non debeat iterum admitti in cau-  
 sa appellationis: attamen id non procedit à superflui-  
 tate, sed quia semel tantum est positionibus idem  
 continentibus respondendum, vt supra sæpius fuit  
 dictum, & latius dicitur in d. cap. 50.

Declarationem etiam ad regulam prædictam,  
 quam Specul. Odofr. Vbert. Rob. Mascard. & alij po-  
 suere, crederem non esse exceptionem de regula,  
 15 dum dicunt, quod ¶ si reus negauit petitionem, ad-  
 huc contra negata poterunt fieri positiones: in hoc  
 enim ex parte ponentis nulla potest considerari su-  
 perfluitas; imo cum reus petitionem negauerit, actori  
 incumbit onus probandi, quod per positiones, ca-  
 ponendo, quæ fuerant proposita in petitione, facere  
 potest. Nec obstat, petitionem fuisse negatam, nam  
 illa negatio fuit facta excipiendo absque iuramento,  
 ac propterea fieri potest, vt reus respondendo posi-  
 tionibus ab actore distinctè factis medio eius iura-  
 mento, aliquid fateatur, & cessant hoc casu illæ con-  
 trarietates, & petiurij rationes à Doctoribus consi-  
 deratæ, & de quibus supra; quæ omnia sequitur Scac.  
 16 de iudic. lib. 2. cap. 7. num. 178. dicens, quod ¶ reus potest  
 cogi ad respondendum positionibus contrariis his,  
 quæ negauit respondendo libello, quia propter re-  
 uerentiam iuramenti posset concedere, quod prius  
 sine iuramento negauerat; subdens, quod posset etiã  
 negare, quod prius concesserat. Verum hæc negatio  
 parum ipsi prodesset, si concessio, seu confessio fuis-  
 set facta in iudicio; cum confessio facta in exceptio-  
 nibus præindictet, vt supra fuit dictum in cap. 4.

Cauendum tamen puto à Scacc. loc. cit. nu. 179. dum  
 17 existit, ¶ conclusio, quæ habet, semel tantum  
 respondendum esse positionibus, procedere, si fuerit  
 responsum per verbum assertiuum veritatis, secus si  
 per verbum credulitatis, iuxta communem stylum,  
 tunc enim existimat ipse, posse cogi ad iterum res-  
 pondendum, cum fieri possit, vt heri crederem vnum,  
 hodie aliud; nec hoc casu posse dici, positionem esse  
 superfluam: quod cerè est prorsus à veritate aliq-  
 num; nam licet, secundum communem stylum, po-  
 sitionibus respondeatur per verbum credere, vel non  
 credere, attamen illud verbum credere hoc casu di-  
 citur veritatis, & assertiuum, vt dicam infra in cap. 17.  
 & in l. 39. aliter nunquam esset vera conclusio, semel  
 tantum positionibus esse respondendum; vt supra di-  
 ctum fuit, & sæpius dicitur infra: semper enim pos-  
 set dici fuisse responsum per verbum credulitatis,  
 cum secundum communem stylum positionibus so-  
 lum respondeatur per verbum credere; quod, vt dixi,  
 est expressiuum veritatis: & docet Sord. in dec. 17. n. 9.  
 in calce operis de iur. 63. & dicam infra in cap. 39. vbi multa  
 ad propositum.

Vnde superfluitatis exempla, in positionibus ego  
 18 considerarem primo. ¶ Si reus in aliqua parte iudi-  
 cij fallus fuisset deducta in positionibus: tunc enim  
 vtique excipi posset, positionem esse superfluam: ad  
 quid enim cogere reum, vt respondeat, si iam iudicia-  
 liter, a actoris intentionem libentissimè fallus fuit.

19 Secundo, ¶ si controuersia iam esset terminata per  
 iuramentum litis decisiuum, vel per sententiam, su-  
 perfluz essent positiones, ad text. in leg. qui iurasse, §. si  
 pater, vbi scribentes, ff. de iur. iur. Mascard. in citata conclus.  
 1177. sub nu. 61. & docent plures, quos citat, & sequitur  
 Scacc. loco supra citat. nu. 227. si enim iam lis fuit fini-  
 ta, ad quid cogere partes ad respondendum positi-  
 onibus, & idem esset, si esset lis terminata non per  
 sententiam, sed per accordium, vel transactionem,  
 vel aliquo alio modo, tunc enim super meritis causæ  
 non possent amplius fieri positiones: dixi super me-  
 ritis causæ: nam super hoc, quod lis esset finita, per  
 iuramentum, per sententiam, per transactionem, vel  
 alio modo bene fieri possent positiones, si pars ali-  
 qua vellet iterum de meritis causæ disputare: prout  
 etiam ex aduerso posset fieri positiones, quod trans-  
 factio non habuit effectum, quod partes recesserunt  
 à sententia, vel quid simile.

20 Tertium exemplum ¶ superfluz positionis ponunt  
 in habeute intentionem fundatam, vel per proba-  
 tiones iam publicatas, vel per Instrumenta, vel per  
 alia probationum genera; tunc enim excipere posset  
 reus, positiones esse omnino superfluz, nec eis indi-  
 gere actorem, vt per Doctores, quos citat Olasc. de  
 iur. 10. n. 7. qui dicit, id esse rationi naturali consenta-  
 neum: ne quis superfluis probationibus grauetur.  
 Quod ampliat Olasc. etiam in reo habente eius in-  
 tentionem fundatam, qui posset excipere, se non  
 respondere positionibus cum habeat intentionem  
 fundatam, vel in instrumentis, vel in aliis probatio-  
 num generibus: & eo maxime, quia, vt considerat  
 Olasc. loco citat. sub n. 3. posset incidere in contrarieta-  
 tem, & declarare, se calumniosè egisse, si aliquid fa-  
 teretur contra deducta, proposita, & probata per ip-  
 sum, quem sequitur Mant. de iuram. par. 2. art. 2. num. 18.  
 Neuz. conf. 7. n. 6. qui limitat, si ponatur aliquid, quod  
 se compatiatur cum intentione fundata; vt per ipsum  
 num. 7.

21 Non omitto tamen, quod ¶ ea, quæ considerant  
 Doctores de superfluitate debent esse ita clara, &  
 aperta, vt in dubium reuocari non possint: aliter  
 enim non esset arctanda probationum via sub præ-  
 textu superfluitatis; multa enim prima facie superflua  
 videri possunt, quæ in cursu causæ necessaria omni-  
 no apparent.

## S V M M A R I V M.

- 1 Positiones callida, captiosa, & cauillosa non sunt admittendæ.
- 2 Callida positio quæ sit.
- 3 Callidus quis dicatur.
- 4 Captiosa positio quæ sit.
- 5 Captiosus quis dicatur.
- 6 Cauillatio quid sit, & vnde dicatur.
- 7 Cauillatio apud Iurisperitos in nullam accipitur partem; eiusque varie significationes.
- 8 Laurentius Valla reprehendit Caium Iuriconsultum in l. si calumniator. ff. de verb. signif. sed defenditur n. 10.
- 9 Calumniari quid sit.
- 11 Cauillationis sophistica natura.
- 12 Laurentius Valla reprehendit Vlpianum in l. ea est natura, ff. de reg. iur. qui tamen ab Alciato defenditur.

- 13 *Caullationis diffinitio secundum Vallam.*
- 14 *Quantum ad finem nulla est differentia inter callidam, captiosam, & cauillosam positionem.*
- 15 *Positiones callida, captiosa, & cauillosa cur rejci debeant.*
- 16 *Simplicitas est amica legum.*
- 17 *Laqueum nemini esse immittendum: nec ad peierandum ali- quod induci debet.*
- 18 *Caullationes à iure reprobantur.*
- 19 *Advocato iustam causam fouenti licitum est, aduersarium caullationibus conuincere.*
- 20 *Positionibus cauillosis nunquam vti licet.*
- 21 *Cauillosis positionibus non esse respondendum: quod ampliatur, etiam si petatur responderi cum deliberatione nu. 22. & tam de iure, quam de consuetudine n. 23.*
- 24 *Captiosa positionis exemplum, quod tamen reprobatur. Aliud captiosa positionis exemplum, quod pariter reproba- tur num. 25.*
- 26 *Captiosam positionem eandem esse cum positione, per quam quis incideret in periurium secundum Stacc. quod tamen reprobatur.*
- 27 *Captiosa an dicatur positio; qua continet factum verum: quod elidere posset reus per exceptionem; quam tamen probare non potest, & quomodo hoc casu possit responderi, remissuè.*
- 28 *Captiosa positionis conueniens exemplum.*
- 29 *Cauillosa positionis exempla.*

## De Positione callida, captiosa, & cauillosa.

### CAP. XII.

1 **S**æpe dubitare contingit † de positionibus callidis, captiosis, seu cauillosis, quas non esse admittendas omnes vno ore asserunt Odofred. *de position. nu. 18.* Vbert. *de Rob. de posit. num. 54.* Iacob. *de Aren. de posit. nu. 43.* Spec. *in tit. de posit. §. 7. num. 20. 33. & 37.* varios allegat Carp. *super statut. Med. cap. 23. n. 40. & seqq.* Gabal. *in glos. cap. 19. lib. 5. Constit. March. Matcard. conclus. 1177. nu. 36.* Surd. *decis. 196. nu. 9. in calce operis nu. 66.* Franc. March. *decis. 789. par. 2. in calce operis decis. 70.* Caput. *decis. 327. nu. 3. par. 2.* Gayl. *pract. obseru. lib. 1. obseru. 82. nu. 12.* Scacc. *de iud. plures citans l. 2. cap. 7. nu. 281.*

Et antequam ad exempla similibus positionum deueniamus, videre oportet, quænam sint positiones callidæ, quæ captiosæ, & quæ cauillosæ.

- 2 **C**allida dicitur positio, quæ quadam astutia, ac malitia plena reperitur, † prout callidus ille dicitur, qui admodum astutus, versutus, maliciosus, ac artificio simulationis eruditus existit, & cuius manus opere, animus vsu concalluit. Vnde in genere callidam dicemus illam positionem, qua ponens quouis modo conatur aduersarium decipere.
- 4 **C**aptiosa magis in specie illa dicitur positio, qua ponens quærit aduersarium in sermone capere: † prout captiosus ille est, qui fallacibus, ac interrogationibus duplicibus aliquem fallere procurat: vnde quando positio ita laqueis irretita est, vt quocumque modo quis respondeat, contra se respondere sit coactus, dicitur propriè captiosa positio, Grauat. *ad Vestr. lib. 5. cap. 14. nu. 20.* prout illa positio, quæ aduersarium ad id fatendum inducit, quod alias negauit, captiosa dici debet.

Positio verò cauillosa, quænam sit, si scire volumus, animaduertere prius oportet, † quidnam sit Cauillatio, & vnde dicatur, si enim à verbo Latino cauillari, eam deducere volumus, quod nil aliud est, quam iocari, & iocose ludere, erit facetia, iocus, ridi-

culum, & in hunc sensum locutus fuit Cic. *in 2. de Orat.*

- 7 **V**erum Iurisconsulti cauillationem in malam accipiunt partem, & eam etiam in varios significatos vsurpare solent: ita vt cauillari idem sit quandoque, quod calumniari, & in hanc significationem dicunt locutum fuisse Iurisconsultum Caium *in leg. si calumniatur. ff. de verb. signific.*
- 8 **Q**uod propterea occasionem dedit Laurentio Valla *in suis allegat. lib. 6. cap. 49.* norandi Caium Iurisconsultum, qui in dicta lege si calumniatur asserere videtur, idem esse calumniari, & cauillari, & Alciat. *in dict. leg.* dicit Caium interpretatum fuisse, vt † calumniari idem sit, quod per moras, & frustrationes negotiū differre, vel per fraudem alios litibus vexare, idemque etiam cauillari, & vtrumque verbum ab antiquo verbo caluire, deduci: & *lib. 4. de verb. signif.* defendit Iurisconsultum, quod licet à verbo caluire deducatur cauillatio, & calumnia, hinc tamen non sequitur idem significare, vt de quo verbo verito, à quo fit versus, & versura, quæ in idem non sonant, Cagn. *in leg. ea est natura n. 4. & seqq. ff. de regul. iur.* & Vallam, & Alciat. damnat: nam quicquid sit de verbo caluire, de eo mentionem non facit Iurisconsultus, qui voluit, & calumniatores, & cauillationem à verbo calumniari deduci, non autem vtrumque à verbo caluire.

Ego autem existimo, aliam fuisse mentem Iurisconsulti, nec docere voluisse, † calumniatores à verbo calumniari dictos esse, quod difficultate carebat, nec minus inde dictam fuisse cauillationem. Sed calumniatores eos fuisse appellatos, qui per fraudem, & frustrationem alios vexant litibus, & inde cauillationem esse dictam, hoc est, hanc pariter vexationem factam per fraudem, & frustrationem dictam fuisse cauillationem. Nec dicatur fateri igitur oportet, Caium Iurisconsultum fuisse interpretatum calumniari, & cauillari idem esse, vt Valla dixit: nam propriè illi, qui per fraudem, & frustrationem alios litibus vexant, appellati fuerunt calumniatores: & latè sumpto vocabulo, etiam cauillatores dicti fuere, vt Iurisconsultus ait: sed hinc non sequitur, vt propriè calumniari, & cauillari idem sit; nec Caius asserit, vt Valla existimauit, sed solum eos, qui per fraudem, & frustrationem alios litibus vexant, fuisse etiam dictos cauillatores, nam vere qui in litibus verborum tendiculis vtuntur, vt cauillatores, aduersarium per fraudem, & frustrationem, litibus quodammodo vexare dici possunt: vnde licet propriè appellentur calumniatores, quod maximè in criminalibus procedit, dum quis falsa crimina intendit, & cauillatores tamen dici possunt, vt Iurisconsultus annuit *in dict. leg. si calumniatur.*

- 11 **V**ipianus verò *in leg. ea est natura. ff. de regul. iur.* dicit naturam † cauillationis esse ab euidenter veris per breuissimas mutationes, disputationem ad ea, quæ euidenter falsa sunt, producere; & idem habetur *in l. natura cauillationis, ff. de verbor. signif.* quem pariter
- 12 † Valla *loc. cit.* notat, cum diuersus sit à Caio *in dict. l. si calumniatur*, qui de euidenter veris, & euidenter falsis nullam facit mentionem; subiungens, nec conuenire, quod de breuitate dixit Vlpianus, cum cauillator plerumque multis, longisque ambagibus vtatur. Verum, vt Alciat. animaduertit, Vlpianus non describit cauillationem in genere, sed naturam sophisticæ cauillationis, & sic quatenus cauillator sophistico vtatur argumento, ac propterea dicit, ea est natura cauillationis, quam Græci sophisticam appellant;

- tant: & quando argumentum sophisticum peccat in materia, optima est Vlpian. descriptio, vt Alciatus demonstrat. † In genere verd, secundum Vallam, posset describi cauillatio, vt sit subdola oratio, quam nos consilij nobis mendacij, vincendi tamen causa proferimus: ducta ab antiquo verbo caluite, quod est decipere, à caluis sumpra metaphora, qui eos frustratur, à quibus præ capillis prehendi videntur.
- 13 Ex quibus apertè dignosci potest, † nullam quantum ad effectum, seu finem, esse differentiam inter callidam, captiosam, & cauillosam positionem. Callidæ enim positionis finis est, decipere quouis modo: captiosæ decipere capiendo aduersarium in sermone, prout fuit illa interrogatio, quam fecerunt Iudæi Nostro Redemptori; an esset licitum dare censum Cæsari: cauillosæ pariter positionis, finis est decipere, sed mediante fallacia.
- Contra quas positiones exclamare solent Doctores, & longe magis contra Procuratores, & Aduocatos, qui ipsis vtuntur: cuius rei plures possunt adduci rationes: prima, † quia certa, & clara debet esse positio, vt diximus supra in cap. 7. Secunda, quia fraudibus est obuiandum; tertia, quia neminem decipere licet: quarta, quia est contra vulgatum axioma; simplicitatem esse amicam legibus, §. & hac Inst. de legit. agnat. Success. §. sed quia de fideic. hered. leg. fin. §. tales, C. de furt. cap. veritatis, de iur. iur. quinta, quia † iniquum nemini est immittendum cap. de viduis 12. quest. 1. Sexta, quia † ad petendum quis induci non debet; vt enim inquit Imper. in l. i. C. si aduers. vend. non spectabis me auctorem petiurij.
- 18 Et cauillationes reptobari, probat text. in cap. venerabilis de iud. & à Iudice rejici debere text. in l. i. in l. actio de neg. gest. in l. si cut, §. si debitori, ff. quib. mod. h. poth. soluat, & in l. penult. ff. ad exhib. Cagn. post Dec. in dict. l. ea est natura nu. 7. & seqq. ff. de reg. iuris. Et quamuis Doctores afferant † quandoque licitum esse Aduocato iustam causam fouenti, aduersarium cauillationibus conuincere, Abb. in cap. 1. quod mot. caus. & viderit sequi Dec. in dict. l. ea est natura nu. 3. & multa ad propositum Mascard. singul. 157. declaratque Cagn. in dict. l. ea est natura nu. 11. & seqq. de quo etiam Iacob. Ben. de priuil. Doct. cap. 72. nu. 1. attamen positionibus cauillosis vt nonquam licebit: † nam si ponens, eiusque Aduocatus sciret iustam fouere causam: Iudicem tamen id ignorate, necessarium esset: vnde non posset cauillosas admittere positiones, sub prætextu, quod ponens iustam foueret causam. Præterea, cum positiones sint loco probationum, & falsis probationibus vti non liceat Procuratori, & Aduocato iustam causam fouenti, vt docet post alios Benius loc. cit. n. 2. non poterunt etiam cauillosis positionibus vti.
- 21 Ac propterea cauillosis positionibus, non esse respondendum, omnes affirmant, Odofred. de positionib. sub nu. 18. vers. decima quarta, Iacob. de Aren. de positionib. nu. 43. Vbert. de Rob. sub nu. 54. Specul. in tit. de position. §. 7. vers. 10. num. 20. plures alios citat Scacc. de iud. lib. 2. cap. 7. nu. 181. & tradunt Doctores, quos supra citauimus in principio.
- 22 Quod ampliant procedere, etiam si peteretur responderi cum deliberatione; adhuc enim cauillosis, & captiosis positionibus non esset respondendum, per eandem rationes supra allatas, nam si positionibus non est respondendum, nec etiam cum deliberatione, quando quis in petiurium incidere posset, nec etiam cauillosis, & captiosis positionibus erit respondendum, quarum positionibus quis de facili posset incurtere in petiurium: vt dixit Scacc. loco

cit. num. 184. qui reprobat Odofr. Iacob. de Aren. & Robium, contrarium annuentes, & nu. 25. dicit adeo magis procedere, si examinandus esset rusticus, vel alia idiota persona.

- 23 Secundo id ampliandum existimo, tam de iure, quam de consuetudine, quicquid dicat Scacc. loc. cit. nu. 186. qui restatur vidisse fieri huiusmodi positiones captiosas, & intricatas, & aduersarios cogi ad respondendum: quod forsitan procedere posset in interrogatoriis reorum: vt ipse dicit, quod nec minus admitto, cum nec etiam rei sint laqueandi interrogatoriis captiosis: sed in positionibus nunquam admittendæ essent similes captiosæ assertiones, non obstante quacumque consuetudine in contrarium, quæ inuvalidam existimarem, vti nutriri peccati; & induciunt ad petendum.
- 24 Exempla autem similium positionum plura adduci solent à Doctoribus, ego nonnulla annuam, vt eorum natura satis superque declarata magis elucescat. Speculator in dict. §. 7. n. 20. dat exemplum, si pater iurauerit nihil esse in peculio, & postea fuerit repertum aliquid adesse, si aduersarius ponat, res illas adfuisse in peculio, pater non tenetur respondere, si enim fateatur, erit petiurus; si negabit pariter petiurus erit. Verum similem positionem nec callidam, nec captiosam, nec cauillosam esse crederem: non callida, quia nullum habet in se decipiendi modum: non captiosa, quia non potest ipsum in sermone capere: non cauillosa, quia nulla fallacia. Fateor tamen in casu proposito esse respondendum, sed alia ratione; quia nempe semel responsum dedit, dum generaliter iurauit, nihil adfuisse in peculio; sub enim illa generalitate comprehenduntur omnes illæ res, quas postea adfuisse in peculio fuit repertum; ac ideo de facili in petiurium incidere posset, quo casu quis ad respondendum cogi non potest, vt dicitur infra in cap. 51.
- Nec minus ad propositum confert exemplum Mascard. in dict. conclus. 1177. num. 36. † si dixerit, te esse vsurarium, nam in hoc nulla calliditas, nulla captiosa interrogatio, nulla cauillatio considerari potest, cum simpliciter dixerim, te esse vsurarium: non poteris tamen cogi ad respondendum, quia criminosis positionibus non est respondendum, cum nemo teneatur suam detegere turpitudinem, de quo latè in cap. 18.
- Nec minus assentio his, quæ tradit Scacc. loco cit. 26 to nu. 283. † positionem captiosam in effectu eandem esse cum positione, per quam quis incidere in petiurium, & allegat Specul. loco supra citato: nam si fiat positio, exempli gratia asserendo aliquid, quod alias cum iuramento, pars aduersa negauerit, non potest dici positio nec captiosa, nec callida, nec cauillosa: cum sit simplex, absoluta, clara, certa, nec verborum ambagibus inuoluta: non erit tamen ipsi respondendum, ob periculum petiurij, vt in cap. 51. & dictum fuit supra nu. 24. circa exemplum à Specul. allatum. Nec minus verum est, quod loco citato subiungit Scacc. existimans captiosam positionem confundi cum positione criminosa; quia si negat, incidit in petiurium, si fateatur detegit eius turpitudinem: nam similis positio, licet contineat crimen, nullam tamen in se habet fallaciam, nec deceptionem, sed respondere non tenetur, quia nemo cogitur suam detegere turpitudinem, vt clarè dicitur infra in cap. 18. aliter omnes positiones, quibus non esset respondendum, hoc modo possent dici captiosæ.
- 27 Et tanto minus captiosa dici poterit positio illa, in

qua actor absolutè poneret factum; quod si reus fateatur, succumberet indebitè: stante, quod eius exceptiones probare non posset: quo casu reus potest illud factum negare, vt per Scacc. loco citato nu. 287. & in cap. 9. mon. 87. de quo dicam latius in cap. 43. nam id procedit, ne ad soluendum quis indebitè cogatur; non autem quod positio in se sit captatoria.

28 Sed captiosæ positionis quadrat exemplum, de quo Odofred. loc. cit. nu. 18. Vbert. de Rob. loco pariter citato nu. 54. Iacob. de Aren. de position. num. 43. Specul. in dist. 5. 7. n. 33. Si tu iurasti, Titium non fuisse tuum procuratorem, non poterit Aduersarius ponere, quod Titius tua gerebat negotia, quod tua bona administrabat: nam cum procurator sit, qui aliena negotia gerit, si tua gerebat negotia, ergo tuus erat Procurator, contra id, quod iurasti, & sic vellet te in sermone capere, quod proprium est captiosæ positionis, nonnulla ad propositum infra in cap. 20.

29 Cauillosæ verò positionis exempla possunt poni in quolibet argumento sophistico: quæ omnia callidæ etiam positioni erunt communis; cum, vt dixi, hæc calliditas ad quamcumque deceptionem trahatur. Vnde, vt Specul. ibidem dicit nu. 37. inuigilare debent Procuratores, & Aduocati, ne clientes similibus interrogacionibus decipiantur. Sed longè cautiore debent esse, qui ipsis vtuntur; ne dum alios decipere conantur, ipsi perpetuo decepti remaneant. Sed iam animus abhorret de similibus cauillationibus amplius loqui, cum à mea natura alienæ proflus esse soleant.

## S V M M A R I V M.

- 1 Positiones multiplices, & implicita rejiciuntur.
- 2 Multiplex positio, qua sit.
- 3 Iudex debet iurare, vt certum quid ponatur, ad hoc vt certa possit dari responsio.
- 4 Multiplici positioni non est respondendum, etiam si dictum fuerit in positione: & si non credit coniunctum, pono disiunctum: vel quid simile, vt nu. 5. & 6.
- 5 Positionem multiplicem diuidere non tenetur ille, contra quem producat.
- 6 Positio contraria summam non veram in totum, sed solum in parte potest absolutè negari, etiam si dictum fuerit, & si non credit de tanto, dicat de quanto.
- 7 Implicita positio qua sit.
- 8 Implicita positionis nonnulla exempla.
- 9 Iudex, instans parte, debet mandare positionem implicitam diuidi, & declarari; & idem est in positione multiplici, num. 10.
- 11 Multiplici positioni continentis plura dicta distinctè est respondendum, secundum Scacc. quod tamen improbat.
- 12 Iudex non potest cogere partes ad respondendum positioni continentis plura dicta: ipsam oretem diuidendo, contra Scacc. vbi de rationibus.
- 13 Contra multiplicem positionem, qua reo competant remedia.

## De Positione multiplici, &amp; implicita.

## CAP. XIII

1 **C**ONTRA positiones opponitur sæpe esse multiplices, seu implicitas, Odofred. de positionib. nu. 10. Iacob. de Aren. de position. nu. 38. & §. 4. nu. 16. Vbert. de Rob. de positionib. nu. 51. Curt. de positionib. nu. 30. & nu. 42. Specul. in tit. de positionib. §. 7. nu. 21. & nu. 37. Mascard. de probat. conclus. 1177. num. 38. & seqq. Mancin. de iur. par. 2. art. 2. nu. 29. Neutz. conf. 7. nu. 9. & 10. Oñal. decis. 178. nu. 1.

qua in calce operis est decis. 23. plures alios citat Scacc. de Iud. lib. 2. cap. 7. nu. 196.

Et quamuis Doctores his nominibus promiscuè vtantur, est tamen inter multiplicem, & implicitam positionem maxima differentia. † Multiplex enim positio est, quæ duo, vel plura facta diueria æque principaliter continet; vt si dicatur pono, quod tu mihi promissisti centum, & casu, quo centum non daret, promissisti reficere omnia damna, & interesse, hæc enim positio duo habet capita, primum promissionis centum, secundum refectionis damnum, & interesse: & fieri potest, vnum esse verum, aliud falsum: ac propterea volunt Doctores, positionem esse diuidendam, ad hoc vt distinctè aduersarius respondere valeat, † curare enim debet Iudex, vt certum quid ponatur, & vt distinctè respondeatur, ad text. in leg. de etate, §. quod autem, ff. de interrog. actio. vt ideo instante parte, membratim debet diuidi positio, antequam mandet Iudex responderi, Specul. in dist. 5. 7. n. 24. & docent alij supra citati.

4 Quod ampliant procedere, etiam si ponens addat clausulam disiunctiuam, puta, & si non credit coniunctum, pono disiunctum, vel si dictum fuerit, pono responderi coniunctum, & diuisum, & omni meliori modo, Specul. loco supra citato n. 24. & 25. Neutz. conf. nu. 9. & 10. Mascard. alios citans in dist. conclus. 1177. nu. 38. alios plures adducit Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 7. num. 196.

5 † non tenetur enim ille, contra quem produciuntur positio, ipsam positionem multiplicem diuidere respondendo, fatendo exempli gratia vnum caput, negando aliud. licet id sciret, vt supra citati Doctores dicunt: prout videmus in positione contrarietate quantitatem, † in qua licet ponens addat, & si non credit de tanto, dicat de quanto, attamen respondens non tenetur diuidere illam summam in positione positam, cum absurdum reputetur; vt ille, qui debet respondere, teneatur aduersarij positiones diuidere, vt dixit Menoch. casu 251. nu. 9. etiam si à ponente addatur, faciens de vnaquaque re vnã positionem, & dicam infra in cap. 41. nu. 4. & seqq. in cap. 52. n. 16. vel si dictum fuerit, & si non credit de omnibus, dicat, de quibus, per ea, quæ tradit Surd. in decis. 51. n. 10. & dicam infra in cap. 53. n. 9.

7 Implicita verò positio est illa, quæ vna orationis periodo vnicum continet factum, habet tamen annexam quandam qualitatē à facto diuersam, ita vt fieri possit factum esse verum, qualitatē verò adiunctam falsam; sed ita implicitam, ita vt rite responderi non possit, vt per Scacc. dist. cap. 7. n. 197. cuius

8 rei plura dari possunt exempla, † vt si dicatur, pono quod talis Rector talis Ecclesie mihi debet centum: fieri enim potest, quod ille mihi debeat centum, non autem quod sit Rector illius Ecclesie: vel pono quod talis, cuius tu es hæres, debebat mihi centum: potest enim esse verum debitum, non autem quod tu sis hæres debitoris: vel pono me possidere talem Ecclesiam pertinentem ad tale Monasterium; vera namque potest esse possessio, sed non quod Ecclesia pertinet ad illud Monasterium; vel pono, quod tu possides Domum, quam Meuius emit à Titio, qui Titius eam permutauerat cum Scio viuente Sempronio: potest enim esse verum, te illam Domum possidere, sed falsam emptionem, vel permutationem; vel falsum factam fuisse eliciente Sempronio. Hæc, & similia exempla referunt Specul. in dist. §. 7. nu. 21. & seqq. alia Iacob. de Aren. de position. nu. 38. Vbert. de Rob. loc. cit. n. 51. nonnulla Mascard. dist. conclus. 1177. n. 38. & seqq. de quibus Scacc. in dist. cap. 7. n. 197.

Et quoniam aduersarius negando simpliciter positionem implicitam posset in aliqua parte iurare falsum, ut si verum esset debitum, falsum verò quod esset rector illius Ecclesie, ut in exemplo supra posito: & fatendo, posset sibi præiudicare, si solius Ecclesie non fuisset Rector. Vnde, ut securè responderi possit, debet Iudex, instante parte, mandari plures fieri positiones, vnam facti principalis, alias adiectarum qualitarum, ut per Iacob. de Aren. *loc. cit.*, n. 39. & alios Doctores supra citatos.

Idque Doctores asserunt tam in positione implicita, quam in multiplici, utroque enim casu dicunt, instari posse, ut positio diuidatur, ut per supracitatos Doctores, quos generaliter loqui facetur etià Scacc. *loc. cit.*, n. 197. Verum ipse tenet, id procedere solum in positione implicita: secus verò in positione multiplici, † quæ licet contineat duo facta, si tamen sint distincta, & ita disposita, ut distinctè percipi possint, teneri ad respondendum: & an facta sint distincta, relinquendum esse arbitrio Iudicis. Quæ Scacc. declaratio quemadmodum est contra ea, quæ alij supracitati Doctores generaliter asserunt; ita etiam falsa dici debet: nam aut volumus, quod simpliciter respondeat negando, vel fatendo; & si vna pars est vera, altera falsa, necessario incidet in periculum: aut volumus, quod verum à falso distinguat, fatendo verum, & negando falsum: & licet id facere possit, ut infra dicetur, attamen id facere non tenetur; cum non sit obligatus diuidere positionem aduersarij, ut supra dictum fuit: nulla igitur in hoc est differentia inter positionem multiplicem, & implicitam; utroque enim casu potest fieri instantia, positiones diuidi, secundum receptam omnium aliorum Doctorum opinionem.

Nec minus verum existimo, quod Scacc. subiungit *num. 201.* † Iudices cogere posse partes ad respondendum positionibus continentibus plura dicta; diuidendo, ac sciendo oretenus positiones; & interrogando: hæc enim esset praxis contra ea, quæ omnes asserunt: nempe ad respondendum neminem cogi, nisi positio sit clara, & aperta; quia qui ponit facetur; ut supra dictum fuit *in cap. 7.* vnde ante positionem debet precedere confessio ponentis; quod non est, si Iudex ipse positiones diuidere; semper enim ponens posset dicere non sic p̄dusse, vltra quod Iudex non potest facere positiones, ut dictum fuit supra *cap. 3. nu. 12.* & *cap. 5. nu. 4.* prout hoc modo diuidendo positiones ponentis, faceret: non potest igitur Iudex ipsas positiones diuidere; sed parte instante, mandare positiones diuidi; si sint multiplices, vel implicitæ.

Verum partes tardè, vel nunquam petunt positiones diuidi, vel melius declarari: ut enim dicit Scacc. *sub dict. n. 201.* hodie litigantes non sunt adeo timoratae conscientia, ut ad fugiendum periculi reatum, querant perfectam positionum diuisionem, & intelligentiam: sed ad destruendam ponentis intentionem, alio vtuntur remedio, negandi totam positionem: tribus enim reo succurritur modis, † quando contra ipsos multiplicæ, & implicitæ positiones producantur: Primo petendo positiones, per ponentem diuidi, ac declarari; ut supra dictum fuit. Secundo diuidendo ipsimet positiones, & sic fatendo factum, verum negando falsum, ac falsas qualitates adiunctas. Tertio ob vnam partem positionis falsam, vel ob falsas qualitates adiunctas, negando totam positionem: quod an facere sit licitum, videbimus infra *in cap. 13.* Et an simplex, & absoluta responsio trahatur

ad omnes partes positionis, dicetur infra *in cap. 19.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Positio facti impossibilis, non admittitur.
- 2 Probari quæ non possunt, nec etiam ponere licitum est.
- 3 Impossibilis positio in esse, nullum sequitur contingenti.
- 4 Positio facti impossibilis de iure, an sit admittenda.
- 5 Positio facti impossibilis admittitur, si dicatur id miraculose fuisse factam, & quare.

## De Positione impossibili:

## CAP. XIV.

- A**liud genus positionum reieciunt Doctores; quos vocant † impossibiles, & contra naturam; ut si quis ponat, virginem peperisse, mortuum vivere, patrem esse ætate minorem filio: hæc, & similia exempla refert Specul. de position. §. 7. n. 36. Rob. de positionib. nu. 44. Carpan. super statut. Mediol. in tit. de position. sub nu. 46. Mascard. *conclus. 177. nu. 68.* alia similia exempla ponit Scacc. de iudi. lib. 2. cap. 7. num. 224. qui alios citat Doctores, in quibus exemplis referendis non est, quod tempus conteratur cum infinita fingi possint: & si Iudex similes admitteret positiones, fatuè diceretur, non obstante clausula, saluo iure impertinentium, & non admittendarum, tanquam notoriè impertinentes, Scacc. *loc. cit. in fin.* nec à simili fatuitate essent exempti principales, & Procuratores, quæ eas exhiberent: cuius dicti potest esse ratio, quia positiones sunt loco probationum; ac ideo † quæ non possunt probari, nec etiam poni valent; ut infra suis locis dicemus; & quod est impossibile, probati non potest: † impossibili enim positio in esse, nullam sequitur necessarium contingens, *leg. filium, §. primo, ff. qui sunt sui, vel alieni iur.*

Hanc conclusionem ampliat Scacc. *loc. cit. nu. 225.* non solum procedere in rebus naturaliter impossibilibus, ut in exemplis supra allatis: sed etiam † si positio sit impossibilis de iure: puta, quod pater ducat filiam in vxorem, quod liceat habere plures vxores, quod pater possit exheredare filium sine causa, & similia, verum falsam esse hanc ampliationem, dubitari non potest: nam aut volumus, quod ponatur ius, & non tenetur quis respondere, ut dicetur infra *in cap. 15.* aut quod ponatur factum, prout loquitur conclusio supra firmata, positionem impossibilem non esse admittendam, hoc est positionem ponentem, ac affirmantem factum impossibile admitti non debere, & tunc etiam si illud factum sit contra ius admitti deberet; non est enim impossibile, homines aliquid fecisse contra ius, & sic ponere poterò, me fuisse exheredatum à patre absque causa; causam ab ipso allegatam non fuisse veram: prout si contentio sit super natalibus, ponere poterò, Titium habuisse in vxorem Bertam, ipsam vixisse vsque ad talè tempus; & ante eius mortem, & sic de tali anno dictum Titium duxisse in vxorem aliam mulierem: quæ licet fieri non possint de iure, non sunt tamen impossibiles de facto. Solum interdum posset esse dubitatio, si illud, quod esset contra ius, esset etiam punibile ad respondendum, cum criminosis positionibus respondere quis non teneatur, ut dicam *in cap. 18.* non autem ratione alicuius impossibilitatis, ut Scacc. asserit.

Quæ conclusio supra firmata, impossibilem posi-

tionem esse reiiciendam, esset licitanda, si quis probare vellet, † illud impossibile fuisse miraculose factum: tunc enim cessaret ratio supra considerata, nam cum id omnipotenti Deo tribuatur, & non sit impossibile apud Deum omne verbum, non potest amplius aliqua impossibilitas considerari, ob quam dicunt Doctores, similes positiones non esse admit- tendas, prout aduenire posset in processibus, qui fabricantur pro canonizatione Sanctorum: in quibus proponuntur, & probantur miracula per ipsos gesta, quæ naturaliter fieri non possunt, & idem esset, si illud naturaliter impossibile poneretur factum fuisse, opera Incantatoris, vel Dæmonis, in his tamen, in quibus, Deo permittente, operari possent Dæmones.

## S V M M A R I V M.

- 1 Positio an negatiuè possit concipi, & nu. 6. 8. 23. 24. & per totum.
- 2 Positiones sunt inuenta ad hoc, vt ponens releuetur ab onere probandi.
- 3 Punibile id solum est, quod potest probari.
- 4 Negatiua nulla est directa probatio.
- 5 Qui negat, non ponit, nec affirmat, sed remouet: de quo tamen num. 28.
- 7 Positio verbis affirmatiua, significata vero negatiua, habetur pro negatiua.
- 8 Positiones negatiuae esse admittendas ius canonicum statuit.
- 9 Positionibus negatiuis esse respondendum, hodie omnes admittunt.
- 10 Positionibus negatiuis esse respondendum, quomodo sit arbitrium iudicis, & num. 31.
- 11 Positionibus negatiuis non esse respondendum aliqui sunt, qui tenent.
- 12 Positionibus negatiuis est saltem respondendum, vt interrogationibus.
- 13 Index licet admittere prius debeat positiones, antequam reus teneatur respondere; at tamen non potest dici, quod Index interroget.
- 14 Index in multis casibus potest ex officio reum interrogare.
- 15 Ad Iudicem spectat veritatem inquirere.
- 16 Negatiua in facto proprio admittitur.
- 17 Negatiua indirectè potest poni.
- 18 Negatiua habens implicitam affirmatiuam poni potest.
- 19 Negatiua coarctata loco, & tempore poni potest: & potest etiam probari.
- 20 Negatiua alicuius qualitatis poni potest.
- 21 Negatiua in re licet sit probabilis, non est tamen punibile.
- 22 Negatiua in casibus, in quibus potest probari, poterit etiam poni.
- 25 Positio negatiua est probabilis per confessionem partis.
- 26 Inter positiones affirmatiuas, & negatiuas nulla est differentia quantum ad earum admissionem.
- 27 Positiones negatiuae differunt ab articulis negatiuis quantum ad eorum admissionem, vbi de ratione, & nu. 32. & 33.
- 28 Qui facit positionem negatiuam affirmat.
- 29 Negatiua positio non admittitur, quando ponens non habet necesse probare negatiuam.
- 30 Positio negatiua per confessionem partis non probabilis, non admittitur.
- 32 Articuli negatiui, non admittuntur, & quare; limitatur n. 33.

## De Positione negatiuè concepta.

## CAP. XV.

1 **A**N positio possit negatiuè concipi, solet esse disputatio inter Doctores, dicunt enim multi,

positiones non posse concipi negatiuè: & varias rationes adducunt, quas omnes tamen ad infrascriptas duas reduci posse videntur. Prima, † quia positiones sunt inuenta ad hoc, vt ponens releuetur ab onere probandi, *Clem. sapi. §. verum de verb. signif. & loco probationum succedunt Specul. in tit. de positionib. §. 3. nu. 3. Abb. consil. vltim. nu. 2. par. 2. & docent Doctores, quos citans, & securus sum in cap. 2. quæ hic non repetam: vnde † id solum videtur punibile, quod est probabile, sed † negatiuè nulla est directa probatio, ergo nec etiam positio de ea fieri poterit, sic argumentatus fuit Specul. de positio. §. 7. num. 16. Odostr. de posit. nu. 13. Iacob. de Aren. nu. 34. & §. 4. nu. 5. Mascard. de probat. conclus. 1177. n. 30. Mancin. de iur. par. 2. artic. 2. n. 20. Gabal. in glos. cap. 19. lib. 5. Consil. March. Scacc. plures alios citans de Iud. lib. 2. cap. 7. n. 298.*

5 Secundo † qui negat, non ponit, nec affirmat, sed remouet; ergo super negatiua non poterit formari positio; cuius est ponere, & affirmare Specul. loc. cit. & tradit Bald. 101. consil. 340. nu. 7. lib. 1. relatus à Tusc. in lit. P. conclus. 394. qui propterea constituit regulam, † negatiuæ positioni non esse respondendum, Iacob. de Aren. loco sup. cit. Mascard. loco pariter citato nu. 29. & voluit Io. Ordelaf. in l. fin. n. 181. ff. de rei vend. alios citat Scacc. loc. cit. n. 298. 299. & 300.

7 Quæ conclusio, si vera esset † procederet etiam in verbis esset affirmatiua, significata vero negatiua, vt de statuto Florentino, in quo disponitur, negatiuæ positioni non esse respondendum, dicit Arim. in sua praxi, §. 19. cap. 14.

8 Verum hodie † contrarium est asserendum, per textum expressum in cap. statuius de confess. lib. 6. cum hac sunt verba. Statuius, vt positiones negatiuae, quæ probari non possunt, per confessionem aduersarij iudices admitti possint, si æquitate suadente viderint expedire: Ac ideo Curt. de positio. num. 36. dicit hodie expeditum, † positioni negatiuæ esse respondendum, quod etiam fatetur Specul. dict. §. 7. n. 7. Odostr. de positio. nu. 14. & sequitur Abb. in consil. vlt. 27. part. 1. sub nu. 1. in fin. & ita reperiri decium per dict. text. in cap. statuius, asserit Benint. in decis. 32. nu. 12. quæ est decis. 14. in calce operis, & esse rem claram, dixit Hercul. de proband. neg. nu. 209. licet Accurs. qui hunc text. videre non poterit, de hoc quandoque dubitauerit, vt per Barr. in leg. 2. §. obseruari, C. de iur. calum. & sequitur Mascard. dict. conclus. 1177. nu. 33. & seqq. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 38. nu. 4. & 5. alios citat Scacc. loco cit. num. 301. vbi dicit, quod cum habeamus textum apertum res non eget disputatione.

Sed quoniam dicto cap. statuius dicitur, si æquitate suadente videbitur expedire, occasione dedit Menoch. de arbitr. iud. cas. 485. dicendi, † id arbitrio Iudicis esse tribuendum; & iudicem se regulare debere ex his, quæ tradit Hercul. loc. cit. n. 209. de quo infra.

Ex quibus clarè dignoscitur, quod si dicti text. non adesset clara dispositio, passim Doctores constituerent regulam in contrarium, positionibus nempe negatiuis non esse respondendum, per rationes supra allatas. Imo suprascripti text. dispositione non obstante, adhuc nonnulli idem affirmant, & dictum text. dicunt † solum procedere in aliquibus casibus æquitate suadente Iudicis arbitrio, tam si negatiua sit explicita, quam implicita, vt in exemplis, de quibus per Specul. loc. citat. num. 16. relatus à Mascard. dict. conclus. 1177. num. 29. quos casus ego per limitationes ad eorum regulam, seu conclusionem positionibus negatiuis non esse respondendum, tanquam ad effectum, vt videri possit, in quibus casibus nulla sit inter



inter scribentes controversia, positionibus negativæ conceptis esse respondendum.

- 11 Et primo limitant, ut si licet reus non teneatur respondere positionibus negativæ conceptis, tanquam positionibus, teneatur tamen respondere, tanquam interrogationibus, B. id. in *dict. cons. 349. n. 7.* qui ita declarat videtur *dict. text. in capit. statumus*, relatus, & secutus à Tusc. in *dict. conclus. 394. n. 2.* & in idem inclinare videtur Mascard. in *dict. conclus. 1177. num. 31. & seq.* Verum verba Pontificis in *dict. capit. statumus*, sunt ita clara, ut non possint aliquo modo gloriari, & positiones nempe negativas Iudices admittere posse: nec interpretari, ut intelligantur de interrogationibus, quæ fiant à Iudice. Nec dicatur, Iudex positiones admittit; ergo Iudex interrogat: nam omnes positiones cuiuscumque generis prius à Iudice admitti debent, antequam pars respondere teneatur, ut infra suo loco dicitur: & tamen non potest dici, quod Iudex interroget. Fateor tamen, quod si Iudex multis in casibus potest ex officio reum interrogare, leg. *ultim. ff. de interrog. act. cap. cum Iohannes de fide instrum.* & ad Iudicem enim spectat inquirere veritatem modis omnibus *capit. afferte de presumpt. & cuncta rimari con. iudicantem 30. quest. ult. can. occidit 23. quest. 8. cap. super questionum, & intentionu de offic. Iud. de leg. sed de istis interrogationibus nostra non est disputatio: nec de ipsis loquitur text. in *dict. cap. statumus*.*
- 16 Secundo limitant, si de negativa in facto proprio, ut per *Ag. Bell. cons. 33. n. 31.* dummodo cum facto proprio non habeat annexum factum alienum, tunc enim tanquam multiplici positioni non esset respondendum; ut per ipsum *n. 33. Iacob. loc. cit. n. 3. & 4.*
- 17 Tertio limitant, si si negativa ponatur indirectè, ad text. in *cap. ex tenore de testib. in leg. optinam c. de contr. stipul. Spe. ul. loco citat. num. 17.* Rottus *loc. cit. Iacob. de Aren. loco pariter citato*: & est ratio, quia licet negativa directè probari non possit, indirectè tamen probabilis dicitur, ut docet *Hercul. de prob. negat. num. 194.* unde cum possit probari, etiam poni poterit.
- 18 Quarto limitant, si si negativa habet implicitam affirmativam, ut per eundem *Specul. Rob. & Iacob. de Aren. loco citatis*, & docent alij, quos citat, & sequitur *Scacc. loc. cit. nu. 307.* qui etiam ponit exemplum de positione negativa habente implicitam affirmativam: & omnes rationem adducunt, quia negativa habens implicitam affirmativam bene probari potest, *Hercul. loc. cit. n. 177.* & per consequens poni.
- 19 Quinto si limitatur in negativa coarctata loco, & tempore, quæ cum sit probabilis, est etiam possibilis: prout si velim probare aliquem non fuisse præsentem Instrumentum tali die, & loco, possum probare, quod illa die erat absens ab illo loco; ita ut impossibile profus existat, illum fuisse præsentem: quæ non dicitur simplex probatio negativæ; sed est probatio facti affirmativi, ex quo in necessariam consequentiam dicitur probata negativæ, ut per *Scacc. loc. citat. num. 303.*
- 20 Sexto si limitatur in negativa qualitatis, quæ sicut potest probari, poterit etiam poni: prout si quis probare vellet aliquem non esse testem idoneum, non esse legitimum, non esse diligentem, non esse solvendo, & similia, quæ etiam poni possunt *Scacc. loc. cit. nu. 306.* nisi tamen ponerentur de eo, qui respondere deberet, alia enim ratione tunc essent rejiciendæ positiones, uti criminosa, vel lædentem famam respondere debentis; cum nemo eius turpitudinem detegere cogatur, ut dicemus infra in *cap. 18.*
- 21 Septimo si limitat *Scacc. loco pariter citato nu. 307.* in

negativa iuris. Verum licet negativa iuris sit probabilis, non est tamen ponibilis, quia positionibus iuris quis respondere non tenetur, ut dicam in *cap. 15.*

Sed ne singulos casus percurram, in quibus admittitur probatio, negativæ generaliter conclusio eorum, qui tenent si positionem negativam non esse admittendam, veniret limitanda in illis omnibus casibus, in quibus negativa probari potest; quia enim possit probari, poterit per consequens poni, nisi aliquid aliud repugnet, omne enim probabile, est ponibile, ut supra dictum fuit, & docet *Abb. in consil. ultimo secunda parte nu. 1.*

Verum non est, quod limitationes ad regulam adducamus; si ipsam regulam falsam esse diximus supra per claram dispositionem, text. in *dict. cap. statumus de confess. in 6.* vbi habetur si positiones negativas, quæ probari non possunt per Iudices esse admittendas, ad hoc, ut per patris confessionem probari valeant.

24 Imo circumscripta etiam citati text. dispositione; ego existimo, attentò iure communi, positiones negativas esse admittendas. Nec me movent rationes in contrarium consideratæ: imò potius hanc nostram confirmant sententiam: fateor enim positiones inuentas esse, ad hoc, ut ponens releveretur ab onere probandi, & succedere in locum probationum: concedo etiam id, quod non est probabile, non esse ponibile: sed necesse est etiam, ut concedatur, quod omne probabile est ponibile, per text. in *Clem. sept. §. verum de verb. signif. & docet Abb. loco supra citato. et in luj. et ponibile esse omne id, quod venit ac fundandam, seu adiuvandam intentionem ponentis, vel ad experientiam adam intentionem aduersarij, ut per *Abb. loco citato, & dicitur sæpè infra vatiis in locis.* Modò sic arguuntur, si de iure omne probabile est ponibile, sed negativa est probabilis, ergo est ponibilis: Minorem aduersarij, vno ore negabunt: sed animadvertant, quod positiones inuentæ sunt ad probandum intentionem ponentis per confessionem partis, ut in *dict. Clem. sept. ac idè licet multa per testes probari possint, poni tamen non possunt, quia per partis confessionem probari non valent, ut sunt ea, quæ factum alienum respiciunt, de quibus in *cap. seq.* unde argumentum sic formati debet, omne probabile per confessionem partis est ponibile, sed negativa est probabilis per confessionem partis: ergo ponibilis: & minor est per se clara, de qua *Hercul. de prob. neg. num. 196.* *Specul. in tit. de posit. §. 7. vers. Beniam. decis. 32. nu. 13. que in calce operis est decis. 14.* Et hac ratione credo, motum fuisse Pontificem ad generaliter statuendum in *dict. cap. statumus*, Iudices positiones negativas, admittere posse; quod non erat expresse decretum; licet per supradictas rationes, idem absolute fuisset dicendum, etiam iure civili inspecto, de quo modo, stante dicta Pontificia dispositione, dubitari non potest; nisi tamen aliter positiones negativæ essent impertinentes: Nec dicatur ergo nulla erit differentia inter positiones negativas, & affirmativas, si cum etiam affirmativæ, si fuerint impertinentes, rejiciantur, ut iuis *locus* fuit dictum; nam id est libentissimè concedendum: & est ratio, quia tam positiones affirmativæ, quàm negativæ possunt probari per confessionem partis: sed solum remanet differentia inter positiones negativas, & articulos negativos; si positiones enim negativæ admittuntur, quia per partis confessionem probari possunt: articuli vero negativi non admittuntur, quia negativæ per testes regulariter est improbabilius, nisi tamen sit coarctata, & in aliis casibus, de quibus per *Hercul.***

de probanda negativa, de quo modò nostra non est disputatio; & dicam forsitan, si anni non decurrunt, in incepto tractatu de articulis, & interrogatoriis: & hanc differentiam inter positiones, & articulos ponit Scacc. loc. supra cit. nu. 209. qui nu. 310. eodem modo respondet suprad. Et primo argumento eorum, qui tenuerunt, positiones negativas non esse admittendas.

Ad secundum argumentum, de quo supra, responderetur habere in se fallaciam. Verum enim est, quod ille, qui negat, nihil ponit; sed ¶ qui facit positionem negativam ponit, & affirmat: sit exemplum, volo contra instrumentum probare, non fuisse factam numerationem pecunie: & pono sic: quod tu non numerasti illam pecuniam summam, quæ positio, licet sit super negativa, est tamen respectu ponentis affirmativa: ponit enim, & affirmat non fuisse factam numerationem, quæ negativa cum possit etiam per confessionem partis probari, admitti debet: & sic non est verum, esse contra naturam positionis, quod formeretur positio super negativa: & in idem incidit responsio, de qua per Scacc. loc. cit. n. 311.

Quæ regula supra firmata, super nempe negativa posse formari positiones: ¶ limitatur à Benint. in dict. de iur. 32. n. 13. non procedere, quando ponenti non esset necessarium, negativam probare, tunc enim debet reiici uti impertinens, & uti superflua. Eandem declarationem videtur facere Curt. de position. num. 36. quem sequitur Pacian. de probat. dict. cap. 38. nu. 7. & 8. & prius in cap. 16. nu. 11. Quæ tamen limitatio parum ad propositum convenire viderur: si enim deberet reiici uti impertinens, & superflua, id à negativis in positione contenta non procederet, sed vel ab impertinentia, vel superfluitate, de quo dictum fuit superius suis locis, ac ideo speciale esset respectu negativarum, ut dixit Hercul. de probat. negat. n. 209.

Vnde melius hæc regula generaliter limitari debet, ut non procedat, quando aperte constaret, illam negativam per confessionem partis esse improbabilem, ut enim supra dictum fuit, ¶ id, quod non est probabile, non est possibile: vnde si clarè, & aperte constaret, adversarium de illa negativa non posse habere aliquam cognitionem, & sic ponentem per confessionem partis illam probare non posse, admitti non deberet, uti improbabilis. Et ¶ in hoc versatur arbitrium iudicis, in dignoscendo nempe, an illa negativa possit per confessionem partis probari, vel non: & secundum prædicta debet ipsas admittere, vel reiicere: & in his terminis intelligendus est Menoch. d. casu 485. prout si esset negativa facti alieni, quæ in cognitionem ipsius rei devenire nulla ratione posset, & in his pariter terminis iudicis arbitrium considerat, Pacian. dict. cap. 38. nu. 11. in dubio tamen ipsam admittere deberet iudex favore probationum; & etiam quia in dubio, id fieri debet, quod minus nocet, Hercul. dict. num. 209. Pacian. loc. citat. num. 15.

Quæ tamen ¶ regula supra firmata, positionem negativam esse admittendam, procedit solum in positionibus, non autem in capitulis, seu articulis: & est ratio differentie, quia negativa potest probari per partis confessionem, non autem per testes; vnde positio, super qua debet pars respondere, debet admitti uti probabilis; & capitula, super quibus debent examinari testes, debent reiici uti non probabilia, ut dixit Cauagn. super Decret. Mont. Ferrat. in tit. de posit. §. 3. num. 77. & seqq. Quod tamen ¶ declarandum est, non procedere in illis casibus, in quibus nega-

tiva potest etiam per testes probari: quæ uti extra nostram materiam prætermitto.

## S Y M M A R I U M.

- 1 De facto alieno, an possit fieri positio, & nu. 12. & per totum.
- 2 Possibile non est, quod non est probabile.
- 3 In facto alieno probabilis est ignorantia.
- 4 Curiosus quis esse non debet de rebus alienis.
- 6 Positiones formantur ex corpore libelle.
- 7 Positiones fieri possunt super omnibus concernentibus merita cause, tam ad adiuvandam intentionem actoris, quam ad elidendam intentionem adversary, & tam si principaliter, quam adincuratim, & tam si directe, quam indirectè.
- 8 Positio facti alieni potest respicere merita cause.
- 9 Positioni facti alieni, cui annexum sit factum proprium est respondendum, cuius rei ponitur exemplum.
- 10 Positio facti alieni non facientis ad causam rejicitur uti impertinens.
- 11 Positio facti alieni non facientis ad causam non rejicitur uti positio facti alieni, sed uti impertinens, quod est generale in omnibus positionibus, etiam facti proprii.
- 12 Positio regulariter de facto alieno fieri potest.
- 13 Factum alienum potest cadere sub aliquo sensu respondendi debentis.
- 14 Positio continens scientiam facti alieni, dicitur positio de facto proprio, & quare.
- 15 Positioni continens factum alienum est respondendum, certitudinaliter, quando in respondere debente concurrens presumpta scientia.
- 16 Consanguineus presumitur scire iura sanguinis.
- 17 Consanguineus presumitur scire mortem consanguinei.
- 18 Consanguineus presumitur scire, quæ bona consanguineus possideat.
- 19 Vicinus potest interrogari de eo, quod scire presumitur.
- 20 Hares de facto defuncti, quod scire presumitur, interrogari potest.
- 21 Interrogari de facto proprio, vel de facto alieno, in quo cada presumpta scientia, paria sunt.
- 22 Respondere debet certitudinaliter super facto alieno, de quo respondens de facili se informare potest; quod tamen declaratur num. 25.
- 23 Terminus ad deliberatè respondendum debet assignari respondere debenti super facto alieno.
- 24 Terminus ad deliberatè respondendum debet assignari, etiam respondere debenti super facto proprio, si sit antiquum, vel valde implicitum.
- 25 Positioni facti alieni, qui respondere non tenetur; si de illo facto de facili se informare non possit, nec id facere valeat absque sumptibus.
- 26 Positioni super facto alieno, in quo non cadat verisimilitudo scientia, nec de ipso se informare valeat, potest responderi per verbum ignoro, vel fuisse.
- 27 Mancin. de iuram. par. 2. art. 2. num. 39. reprobat.
- 28 Non credo, cum vivum, vel non credo, cum mortuum, quid importent respondendo positionibus.
- 29 Quando in facto proprio, vel alieno, probabilis sit ignorantia, est iudicium arbitrarium.
- 30 Responsio per verbum ignoro non admittitur, etiam si addatur, ideo non credo, & dicitur continuo contrarietatem n. 31.

## De Positione facti alieni.

## CAP. XVI.

- 1 Subtilis est investigatio, ¶ an possit formeri positio super facto alieno; qua in re Doctores variè locuti fuere: multi enim tenent, de facto alieno positionem

tionem fieri non posse. *Egid. Bell. in cons. 33. nu. 29. re-*  
*latus à Tusc. in lit. p. conclus. 396. nu. 1. Specul. de posit. §.*  
*7. num. 12. Vbert. de Rob. de posit. sub num. 50. Mascard.*  
*de probat. conclus. 1177. nu. 24. Nat. cons. 59. n. 2. lib. 1. Mantie.*  
*de iur. par. 2. artic. 2. num. 19. G. 91. pract. obseru. lib. 1. obseru.*  
*82. num. 8. Myul. obseruat. 54. cens. 5. alios citat Scacc. de*  
*iudic. lib. 2. cap. 7. num. 181. Cytac. contron. iur. contron. 13.*  
*num. 1. & alij plures: e ratione moti videntur, quia*

1 quod non est probabile, non est ponibile, vt dictum  
 2 fuit superius in cap. precedenti; sed positio facti alieni  
 3 per confessionem partis non est probabilis, cum ¶ in  
 4 facto alieno probabilis sit ignorantia, *leg. qui in alter-*  
*ius, ff. de reg. iur.* & ¶ in rebus alienis quis curiosus  
 esse non debeat, *leg. doli mali in fin. de nouat. leg. si fideius-*  
*sor, §. si debitor, ff. mand. ergo non est ponibilis.*

5 Alij verò sentiunt, imò ¶ etiam de facto alieno  
 fieri posse positiones, & ipsis esse respondendum:  
 6 quia positiones formari debent ex corpore libelli,  
 vt dixit *Specul. de posit. §. 5. n. 4. Vnde ¶ Procuratores,*  
 & Aduocati debent libellum præ oculis habere, &  
 ex ipsis considerare, quæ veniant probanda, & om-  
 7 nia, quæ probatione indigeant in positiones redige-  
 re; cum enim positiones sint inuentæ ad hoc, vt pars  
 releuetur ab onere probandi, *Clem. sepè, §. caterum de*  
*verb. signif.* & dictum fuit superius suo loco, ¶ posi-  
 tiones fieri poterunt super omnibus concernentibus  
 merita causæ, tam si veniant ad fundandam intentionem  
 actoris, quàm si ad extendendam intentionem  
 8 aduersarij, *glos. in cap. 1. & 2. de confess. lib. 6. & docet*  
*Abb. in consil. ultimo secunda partis nu. 1. & 2. Specul. in*  
*tit. de posit. §. 5. n. 11. Mascard. d. conclus. 1177. nu. 25.* & tam si  
 prin. ipaliter, quàm adminiculatiuè, & tam si directè,  
 quàm per obliquum faciant ad causam, *Abb. dicit. consil.*  
*ultim. sub n. 3. & dicitur infra suo loco. Quibus stanti-*  
 9 bus, ¶ nullus erit libellus, qui facti alieni probatione  
 non indigeat, vt in exemplis, de quibus per *Spec. loc.*  
*cit. relatus in multis à Mascard. d. conclus. 1177. n. 25.* ergo  
 etiam de facto alieno fieri poterunt positiones.

10 Illi verò, qui tenent, ¶ positionem de facto alie-  
 no non esse admittendam, nec ipsi respondendum,  
 declarant: non procedere quando factum alienum  
 esset de sui natura annexum facto proprio, tunc  
 enim admittenda esset positio, & ipsi respondendum:  
 de quo ponit exemplum *Specul. loco citato,* quod re-  
 fert *Mascard. in d. conclus. 1177. nu. 25.* de eo, qui petebat  
 confirmari suam electionem, & volens docere illam  
 fuisse canonicam: ponit non solum fuisse electum,  
 sed electionem fuisse factam vacante illa Ecclesia,  
 vel Canonatu, ad quem fuit electus, & ipsum ele-  
 gisse Canonicos habentes auctoritatem, & existen-  
 tes in possessione eligendi: vna cum alijs necessarijs;  
 quæ licet respiciant factum alienum, sunt tamen an-  
 nexa cum facto proprio, & per consequens admit-  
 tendam secundum supradictam declarationem, de  
 qua per *Scacc. in dict. cap. 7. num. 184.*

11 Secundò *Mascard. qui in dicta conclus. 1177. n. 24.* ne-  
 gatiua constituit regulam, positiones tunc negatiua  
 non esse admittendas, nec ipsis respondendum, im-  
 12 mediè *nu. 25.* ipsam declarat, ¶ non procedere, si il-  
 lud factum alienum faciat ad causam, *Tusc. etiam in*  
*dicta conclus. 396.* ponit regulam negatiuam, *nu. 1. & n. 2.*  
 ipsam declarat non procedere, si factum alienum ad  
 causam faciat: & hæc omnium nostrorum videtur  
 sententia, de facto alieno fieri posse positiones, si ta-  
 men faciant ad causam. Quæ declaratio certè in to-  
 13 tum destruit conclusionem negatiuam. Si enim ¶ posi-  
 tio facti alieni est reiicienda solum, si non faciat ad  
 causam, id non procedit ex eo, quod ponatur factum

alienum; & sic quod sit positio de facto alieno; sed  
 ex eo, quia non facit ad causam; & ita reiicitur, vt  
 impertinens, quod generale est in omnibus positio-  
 nibus, tam proprijs, quam alieni facti: impertinentes  
 enim positiones, & ad causam non facientes non es-  
 se admittendas, dicemus infra in cap. 19.

12 Ac propterea potius regula generalis est consti-  
 tuenda: ¶ positiones de facto alieno fieri posse, &  
 ipsis esse respondendum: & sic etiam *Mascard.*  
*Tusc. & alios pro contraria parte allegatos,* tenuisse  
 dicendum est, stante supradicta declaratione, vt et-  
 iam animaduertit *Scacc. loc. citat. n. 185. & 186.* hæc ipse  
 tenet contrariam opinionem, de qua *nu. 183.* cum de-  
 claratione tamen, vt *nu. 184.*

13 Nec obstat ratio in contrarium superius conside-  
 rata: non est enim verum, positionem de facto alieno  
 per confessionem partis esse improbabilem: nam et-  
 iam ¶ factum alienum potest cadere sub aliquo res-  
 pondentis sensu, puta, pono, quod talis possidet ta-  
 lia bona, istud est factum alienum, sed eadem sub sen-  
 su respondere debentis, fieri namque potest, quod il-  
 lum viderit illa bona possidentem, vel pono, quod ta-  
 lis promisit talem rem, hoc certè est factum alienum:  
 sed aduersarius forsitan illam audiuit promissionem,  
 vel aliquo alio modo de facto alieno in positione  
 posito scientiam, & notitiam habet, ac i. l. eo ad res-  
 pondendam cogi potest, ad hoc, vt ponens releuetur  
 ab onere probandi. Est tamen animaduertendum,  
 14 quod ¶ si in positione deducatur expressè scientia  
 aduersarij de aliquo facto alieno, dicitur positio de  
 facto proprio, non autem facti alieni: exempli gra-  
 tia: pono quod tu fuisti præsens, quando talis fecit  
 hanc, vel illam rem, vel pono, quod tu audiuisti talè  
 sic loquentem, ac promittentè, vel quid simile: tunc  
 enim in positione dicitur principaliter deducta sci-  
 entia, quæ est propria, non factum, quod est alienum, vt  
 bene declarat *Abb. in dict. consil. ultim. sub nu. 3.*

Sed quid si ponatur factum alienum: & Aduersa-  
 rius dicat, factum alienum, & ignoro: Ex in hoc stat  
 tota difficultas, quam per infrascriptas conclusiones  
 ad mentem Doctorum breuiter declarare conabor.

15 Prima sit conclusio, quod ¶ si tale sit factum, in  
 quo cadat præsumpta scientia, aduersarius tenetur  
 respondere certitudinaliter per verbum credere, vel  
 non credere: sit exemplum, si consanguineus inter-  
 rogetur circa iura sanguinis, debet absolutè respon-  
 16 dere, nam ¶ consanguineus iura sanguinis, & pro-  
 cessum naturæ scire præsumitur, *leg. si filium, C. de lib.*  
*cons. Bald. in leg. quoniam sororem, C. de iur. delib. leg. octau.*

17 ff. vnd. cogn. *Nat. cons. 59. nu. 4.* Aliud sit exemplum, ¶ si  
 consanguineus interrogetur de morte ipsius consan-  
 guinei, cum enim præsumatur, coniunctum scire  
 mortem ipsius coniuncti, *Barr. in leg. si potest vers. nunc*  
*vide. ann. ff. de acquir. hered.* hoc pariter casu absolutè  
 18 respondere tenetur, *Nat. d. cons. 59. n. 5.* Vel ¶ si consan-  
 guineus interrogetur de possessione honorum ipsius  
 consanguinei, cum præsumatur consanguineum de  
 hoc habere notitiam, sunt enim res, quæ in cog-  
 nitionem aliorum consanguineorum deuenire solent;  
 iuxta communem distinctionem, de qua *Menoch. de*  
*presumpt. lib. 3. presumpt. 224. n. 27. & latius lib. 6. presumpt.*  
*24.* ac ideo certitudinaliter respondere tenetur, vt  
 pariter dixit *Nat. d. consil. 59. n. 7. & idem esse dicitur*

19 dum ¶ si vicinus interrogetur de re, quam vicini re-  
 gulariter scire solent, quod quando vetum sit, docet  
 20 *Menoch. post alios de presumpt. lib. 6. dict. presumpt. 24.*  
 Idem ¶ si hæres interrogetur de facto defuncti, cum  
 præsumatur eius facta scire. Et inter terminis de hærede

- 21 Emphyteuzæ consuluit Bald. in *conf. 225. lib. 1.* † paria enim videntur interrogari de facto proprio, vel de eo, quod lex præsumit, me scire, vt latè probat Natr. in *dict. conf. 50. num. 2.* Sic igitur firma prima conclusio, quod si in positione ponatur factum alienum, in quo cadat præsumpta scientia, certitudinaliter per verbum credere, vel non credere sit respondendum; nec admittatur responsio, ignoro.
- 22 Secunda sit conclusio, quod † si aduersarius interrogetur de facto, in quo non cadat ista scientiæ præsumptio; sed de facili respondere debens possit certiorari, & de ipso se informare, quod pariter certitudinaliter per verbum credere, vel non credere respondere sit obligatus, Cyriac. loco supra citato nu. 2. & nu. 7. hoc tamen addito, vt eidem hoc calu † ad deliberatè respondendum assignari debeat terminus, ita voluit Bald. in *conf. 225. circa fin. lib. 1.* Curt. de *position. nu. 21.* Tusc. in *lit. P. conclus. 386. n. 32. conclus. 388. n. 4. & conclus. 396. n. 5. & 11.* Agid. Bell. in *conf. 33. nu. 30. prope finem,* vbi de communi Ludou. *decis. Perus. nu. 29.* Iacob. de Aren. de *positionib. nu. 12. & seqq.* Vbeit. de Rob. de *position. nu. 35.* Specul. in *tit. de position. §. 6. sub num. 13.* Carpan. *super statut. Mediol. capit. 37. nu. 95.* Mysing. *dicta obseruat. §. 4.* & esse communem opinionem, dixit Mascard. *dict. conclus. 177. n. 28.* licet Scacc. de *iudic. loco supra citato nu. 187.* teneat hoc tempus ad deliberatè respondendum peti posse: sed ipsum petere non esse necessarium, cum ad respondendum positioni de facto alieno nullatenus cogi possit: quod tamen verum est, quando agitur de facto alieno, in quo non cadat scientiæ præsumptio; nec de facili respondere debens, possit se informare, vt *infra in 3. conclus.* sed quando potest de illo facto alieno se informare, certitudinaliter respondere tenetur; assignato tamen ipsi prius termino ad deliberatè respondendum; si illud petat; secundum supradictas Doctrinas: quod eo magis asserendum esset, vbi positionum non datur copia: si enim prius positionum copiam habuisset; & de contentis in eis se informare potuisset, alius terminus non esset assignandus.
- 24 Et † quod Doctores dicunt de termino assignando ad deliberatè respondendum, procedit non solum quando ponitur factum alienum, sed etiam si ponatur factum proprium, sed antiquum; vel si recès admodum implicitum, & inuolutum: tunc enim reus potest petere terminum ad deliberatè respondendum, prout post alios declarat Curt. de *position. sub num. 21.* Specul. *dict. §. 6. num. 15.* Iacob. de Aren. de *positionib. num. 12. & seqq.* Rob. de *positionib. num. 37.* Ludou. *decis. Perus. par. 1. num. 30. in calce operis decis. 31.* imò in his solum terminis existimat Scacc. procedere, quæ dicunt Doctores, de termino assignando ad deliberatè respondendum: & maxime si essemus in sene septuagenario, in quo de facili possit præsumi obliuio; quo casu Iudex posset admittere responsionem per verbum, non recordor, si probabilem iudicaret obliuionem.
- 25 Id tamen, † quod Doctores dicunt super facto alieno certitudinaliter esse respondendum, si de facto alieno possit se informare, procedit, si id de facili facere possit, vt omnes dicunt: & si dictam informationem habere possit absque eius sumptibus, vt dixit Ludou. in *dict. decis. 3. sub nu. 30.*
- 26 Tertia, & vitima sit conclusio, quod † si aduersarius de facto alieno interrogetur, in quo non cadat verisimilis scientia; nec de facili possit se informare, quod tunc possit respondere per verbum ignoro, vel per aliud simile, Iacob. de Aren. *loc. cit. Rob. loco cit.*

nu. 34. Curt. loco pariter citato sub nu. 21. & in his terminis bene procedunt ea, quæ tradunt Doctores supra citati nu. 1. & procedit opinio Scacc. *loc. cit. n. 187.* & aliorum passim, qui dicunt, quod in facto proprio debet iurari de veritate, in facto vero alieno, iuxta suam scientiam, & conscientiam, vt per Mohedanum de *iuran. calum. decis. alias 211. in calce operis decis. 30.*

Ex quibus breuiter habes, quando in facto alieno & etiam in facto proprio admittatur responsio per verbum, ignoro, vel non recordor, & ex his dicendum est, malè sensisse, † Mancin. qui de *iur. iur. par. 2. art. 2. nu. 39.* generaliter tenet in facto alieno admitti responsionem per verbum nescire: cum in multis casibus, de quibus supra in prima, & secunda conclusione, etiam super facto alieno debeat certitudinaliter responderi, & tradita per ipsum solum procedat in terminis tertie conclusionis, de qua supra nu. 26.

Prout etiam falsa debet reputari eius cautela, vt interrogatus, an ille, qui est ultra mare, vel apud Turcas viuat, possit respondere, † non credo eum mortuum, vel non credo eum viuum: cum hinc non sequatur, respondentem fateri, vel vitam, vel mortem, simul namque stare possunt, vt non credat eum viuum, vel non credat eum mortuum, sed dubitet quidquid dicat, Tondel. in *leg. final. num. 784. ff. de iudic. licet enim hæc verba prolata non respondendo positionibus, sed ad aliud propositum possint habere sensum, de quo per Mancin. loco citato; attamen verbum, credere, vel non credere, in respondente positionibus, est expressiuum veritatis, vnde ille, qui respondendo positionibus continentibus vitam, vel mortem, dicit credo esse viuum, idem est, ac si diceret fateor esse viuum; & si dicat non credo esse mortuum, idem importat, quod si assereret verè non esse mortuum, & sic certa, non dubia deberet reputari similis responsio.*

29 Quando verò, † in facto proprio, vel alieno probabilis cadat ignorantia, non est præsentis indaginis, & Iudicis arbitrium esse, dixit Balb. *dict. conf. 33. num. 3.* secutus à Tusc. in *dicta conclus. 396. nu. 4. & 5.* de quo post alios latissime locutus fuit Menoch. de *presumpt. lib. 6. præsumpt. 23. per tot.* nec generaliter est vera conclusio, in facto proprio, dubiam non admitti responsionem, vt Mancin. dixit loco citato, cum etiam in facto proprio probabilis sit, quandoque ignorantia, siue obliuio, vt per Menoch. *d. præsumpt. 23.* in quibus casibus Iudex posset dubiam admittere responsionem.

Vnum pro complemento huius cap. non omitto, quod † in illis omnibus casibus, in quibus non admittitur responsio per verbum, ignoro, vel dubito, vel non recordor, non debet admitti, etiam si addatur ignoro, idè non credo, dubito, idè non credo, non recordor, idè non credo, & est ratio, quia illa responsio secunda, non credo, videtur data ab illa præcedente, ignoro, dubio, non recordor: maxime, stante illa dictione, idè, quæ est illatiua, vnde principaliter videtur responsum, ignoro, dubito, non recordor: quæ principalis responsio cum non admittatur, non debet etiam admitti cum illa illatione, idè non credo, vt declarat Natr. in *dict. conf. 59. n. 9.* cui rationi addi potest, quod dixit Io. Ordel. *loc. cit. num. 262. & seqq.* † hanc responsionem ignoro, idè non credo, continere contradictionem, responsio enim per verbum credere in positionibus dicitur absoluta, vt dictum fuit in *cap. 39* per verbum verò ignorare, dicitur dubitativa: vnde simul stare non potest, quod sit certus, & dubitet. Et licet sub *versic. cond.* id existimet esse

limitandum in facto alieno, vel remoto: id tamen non provenit ex eo, quod ista adiectio hoc casu sustineatur; sed quia in facto alieno, & remoto illa prima dubitativa responsio admittitur, ut supra fuit dictum.

## S V M M A R I U M.

- 1 Positiones esse contrarias tripliciter considerari potest.
- 2 Sibi contrarius non auditur.
- 3 Ponens contra positiones alias exhibitas est periurus.
- 4 Proprium revocare dictum est indecens.
- 5 Ponens non admittitur ad ponendum contraria: nam aliter adversarius esset obligatus respondere contrariis positionibus, & sic de facili in periurium incidere posset.
- 6 Ponens si erravit, docto de errore, potest ponere contrarium.
- 7 Positionibus contrariis positionibus adversarij, an sic respondendum, & num. seqq.
- 8 Positionibus solet responderi per verbum credulitatis, non veritatis.
- 9 Positionibus contrariis positionibus adversarij, non esse respondendum, communis est sententia; & de rationibus numeris seqq.
- 10 Iuramentum non debet praestari, quando suspicari potest, ne incurrat in periurium.
- 11 Qui ponit contrarium, videtur iam contraria positioni respondisse.
- 12 Ponens si credit, quod ponit, ergo contrarium non credit.
- 13 Positionibus non est respondendum, si in contrarietatem ille, qui debet respondere, posset de facili incidere.
- 14 Frustra petitur responsio ab eo, qui contrarium iuravit.
- 15 Verbum, credere, in respondente positionibus est expressivum veritatis.
- 16 Positionibus etiam indirecte contrariis non est respondendum.
- 17 Articuli contrarij admittuntur.
- 18 Positionibus prima facie contrariis est respondendum, si contrarietas possit aliquo modo concordari.
- 19 Minor mediante restitutione in integrum potest ponere contraria: sed non potest cogere adversarium ad respondendum contrariis positionibus, ubi de ratione.
- 20 Responsio data positionibus admissis iam clausula, salvo, &c. non praeiudicat, si non erat respondendum.
- 21 Reus an possit ponere ante actorem: vel prius actor ponere debeat.
- 22 Principalis potest revocare positiones procuratoris, non docto etiam de errore, & ponere contrarium.
- 23 Contrariis positionibus qui responsam dedit, potest facere positiones contrarias, quod tamen reprobatur.
- 24 Nemo potest se iurare ex eo, quod semel impugnavit, & quando id sit verum, nu. 26. remissive.
- 25 Positionibus continentibus contrarium his, quae respondendo aliis positionibus dixit, non est respondendum.
- 26 Principalis potest responderi contrarium his, quae Procurator dixit, respondendo absque speciali mandato.

## De Positionibus contrariis.

## CAP. XVII

**P**roponitur saepissime contra tres positiones, ipsas esse contrarias, ac idem reiiciendas, quod tripliciter contingere potest: primo, ut sint contrariae aliis positionibus ipsiusmet ponentis: secundo, ut sint contrariae positionibus adversarij: tertio, ut sint contrariae responsionibus iam datis, dum aliis positionibus fuit responsum.

De prima contrarietate Curt. de posit. num. 32. Specul. in tit. de posit. §. 7. num. 17. sub num. 1. quod transit sine difficultate, sibi enim contrarius non auditur. *l. i. C. de*

2. *fieri. cap. nullus puerib. de reg. iur. in 6. & t. maxime Rauter* iuramento, quod debet à ponente praestari, de quo  
3. variis in locis, & praecipue in cap. 23. t. si enim contrarium poneret his, quae alius posuit, de necessitate esset periurus: cum tam in primis, quam secundis positionibus sit necessarium iuramentum. Nec dicatur iuramentum, quod praestatur à ponente, esse credulitatis, non veritatis, ut infra dicitur in dict. capit. 23. nam respectu periurij, hoc parum refert; in primis enim positionibus iuravit, se credere verum esse, quod posuit; unde ponendo contrarium, iuraret se credere contrarium; & sic prius calumniose posuisse, quod esset de directo contra primum iuramentum: ac ideo non audiendus: secundò qui ponit fatetur, ut saepe supra fuit dictum, & dicitur infra:  
4. unde t. indecens admodum esset, ipsam admittere ad inficandam id, quod proprio ore asseruit, cap. per tuas de probat. leg. generaliter, C. de non numer. pecun. leg. si patronus, ff. de dot. Specul. in tit. de donat. §. 2. Iacob. de Aren. de posit. §. 1. n. 5. & §. 3. sub nu. 6. alios citat, & sequitur Scacc. de iud. lib. 2. cap. 7. nu. 234. qui eisdem movetur rationibus periurij, & contrarietatis.

Quibus ego tertiam addo rationem, ex parte respondere debentis tres positiones nulla alia ratione sunt, nisi ad effectum, ut adversarius ipsis respondere cogatur: modo si quis admittebatur ad ponendum contraria, adversarius esset coactus respondere contrariis positionibus, & sic de facili posset incidere in periurium, negando id, quod prius confessus fuerat, vel fatendo, quod prius negaverat, & tamen certum est, neminem ad peccandum induci debere, ut saepe in discursu fuit dictum.

Quam tamen conclusionem Specul. in dict. §. 7. n. 39. declarare videtur, non procedere. t. si ponens in prima positione errasset, & errorem demonstraret, allegando iustam causam prioris ignorantiae, ad ext. in leg. de atate, §. interdum, §. ex causa, & §. fin. ff. de interrog. act. & sequitur in §. 2. nu. 3. Sed an, & quando possit positio corrigi, vel mutari, videbimus in cap. 22.

7. Sed maior est difficultas, t. si positiones sint contrariae positionibus adversarij, iam in iudicio exhibitis: nonnulli enim existimant ipsas esse respondendum, ut Corn. in leg. 2. §. quod observari, C. de iur. calum. cum tendant ad faciliorem litium finem.

8. Secundò ad id dicendum moventur, quia tres positionibus responderi solet, per verbum credulitatis, non veritatis, unde fieri potest, quod hodie creditam, quod heri non credebam leg. qui bona, §. si quis stipulatus, ff. de damn. infect. ac ideo teneretur aliqui, quod; qui contrarium affirmat respondendo positionibus, his; quae alias ponendo confessus fuit, non sit periurus, Cald. conf. 4. de confess. alios citat Surd. in dict. decis. 17. n. 6. & seqq. qua est decis. 62. in calce operis.

9. His tamen non obstantibus tres contrarium, secundum receptissimam ferè omnium opinionem, est asserendum, quam tenuerunt Barr. in d. §. quod observari nu. 26. Curt. in tract. de posit. nu. 34. Iacob. de Aren. de posit. §. 1. nu. 5. Franc. in cap. 1. de confess. in 6. Lanfr. in cap. quoniam contra in verbo responsiones, n. 6. de probat. & hoc siue contrarietas resultet ex parte ponentis, quam respondere debentis, Curt. loco supra citato, & alij passim: positiones enim actoris, & rei, si sint inter se contrariae, nemo ipsorum respondere tenetur, Benint. decis. 32. nu. 11. & 20. in calce operis decis. 14. & docet post alios Surd. in decis. 17. per tot. in calce operis decis. 65. ubi Hod. in addit. n. 11. necnon in decis. 190. in calce operis decis. 65.

Cuius conclusionis si rationes quaeramus, plures res adduci possunt: t. Prima aut ponens in suis posi-

- tionibus; iurando verum posuit, aut falsum: si verum, non est credendum, quod contrarium sit iuraturus, respondendo positionibus contrariis aduersarij; si falsum, non est ei præstanda occasio, vt iterum falsum iuret, *cap. paruli 22. quest. 5. scribentes in cap. questioni de appellat. Surd. dict. decis. 17. n. 4.*
- 11 Secundo ¶ non sunt admittendæ positiones contrariæ, stante quod ipsis respondendum sit cum iuramento, & iuramentum præstari non debeat, quando suspicari potest, ne iurando quis incurrat in perjurium, *Bart. in leg. iurandandum, §. Procurator nu. 4. ff. de iur. iur. & in l. manifeste nu. 5. ff. eod. vbi Ias. cæterique scribentes; O. alc. decis. 11. n. 3. At in casu proposito vti que de perjurio suspicari posset, cum ille, qui debet respondere contrarium, prius iurauerit, eius positiones exhibendo, ergo ad respondendum non poterit cogi, & sic contrariæ positiones erunt reiiciendæ, *Surd. dict. decis. 396. n. 8. ac ideo Specul. de posit. §. 7. n. 20. similes positiones contrarias captiosas appellat, de quo dictum fuit supra in cap. 11.**
- Tertiam Bald. subtilem adducit rationem in *leg. 2. §. quod obseruari non. 15. C. de iuram. calum.* dicens, quod
- 12 ¶ quando duo contrarium ponunt, non debent cogi ad respondendum; quia ponendo contrarium, videtur sine alia interrogatione iam respondisse; puta, actor ponit, quod tali die, dum hæc agebantur, in tali loco, Titius aduersarius erat præsens: Titius vero ponit, quod illa die, dum illa agebantur, non erat præsens, sed absens: certè nec ex parte vnius, nec alterius aliqua alia est necessaria responsio; vnusquisque enim ipsorum dicitur per contrariam positionem negasse, quod aduersarius ponit. Et eodem modo argumentatus fuit Menoch. in *cap. 1. de confess. in 6. ¶ si quilibet credit*, quod ponit, ergo contrarium non credit, ac ideo contrariæ positioni iam videtur respondisse, de quo per *Surd. in dict. decis. 196. n. 10.*
- 14 Quartam desumunt rationem ex contrarietate, ¶ positionibus enim, ob quas aliquis in contrarietate incidere posset, non est respondendum, *Bartol. in dict. §. quod obseruari nu. 26. Angel. in l. in speciali, ff. de rei vind. Franc. in cap. 2. de confess. in 6. Surd. in dict. decis. 196. sub dict. n. 10. & alibi dicitur: ac de facili illi, qui ad inuicem contraria posuerunt, respondendo, possent incidere in contrarietatem; ergo merito ad respondendum cogi non debent.*
- Non obstant rationes in contrarium propositæ:
- 15 non prima, quia ¶ frustra videtur peti responsio ab eo, qui contrarium iurauit ponendo, vt per *Surd. in dicta decis. 17. nu. 2. præterquam quod facilis litium exitus, non debet aliquem nec in contrarietatem, nec perjurium inducere, vt supra dictum fuit.*
- 16 Non secunda, quia imo ¶ verbum credere, in respondendo positionibus, dicitur expressiuum veritatis, *Bald. in leg. 1. C. de falsis iur. adiect. leg. & qui responderet per verbum credere, sibi præiudicat, prout si per verbum veritatis responderet, Glos. in cap. ex literis, vbi scribentes de iur. iur. Glos. & alij scribentes in dict. §. quod obseruari, C. de iur. calum. Magon. decis. Eucens. 17. nu. 22. vbi addentes in lit. A. qua in calce operis est decis. 41. Surd. in dict. decis. 17. n. 9. & 14 & in dict. decis. 196. nu. 9. & seq. de quo latius infra in cap. 49.*
- 17 Quæ conclusio supra firmata, ¶ ampliatur, etiam si positiones fuerint contrariæ solum indirectè, vt si ego posui tali die Titium Urbini fuisse, tu ponere nõ poteris eadem illa die fuisse Romæ, quæ dicitur contrarietas indirecta, vt docet *Abb. in cap. fraternitatis nu. 11. de test. vbi etiam Marian. nu. 17. & 18. Pacif. nu. 70. & 73. Bald. in leg. per hanc sub nu. 23. C. de temp. appell.*
- Albert. de test. cap. 7. nu. 129. respondendo etiam in eandem contrarietatem; & peritium, de quibus supra, possem incidere, cum ob loci distantiam non potuerit Titius eadem die esse Urbini, & Romæ; &*
- 18 *in hoc ¶ positiones differunt ab articulis, qui debent admitti, non obstante contrarietate indirecta, vt per Abb. Marian. Paris. & alios in dict. cap. Fraternitatis, Fatim. de test. quest. 75. nu. 129.*
- 19 Limitatur modo ¶ conclusio supra firmata, & ampliata, vt non procedat, si contrarietas possit aliquo modo concordari: conclusio namque locum habet in positionibus ita contrariis, vt ad inuicem se perimant; secus si ad concordiam reduci valeant, quo casu ipsis esset respondendum *B. n. in dict. decis. 32. n. 20. Hodier. in add. ad d. Surd. decis. 17. n. 13. Surd. in d. decis. 196. circa fin. in quo omnes concordant.*
- Secundo conclusionem limitare videtur *Hodier. n. 20 in add. ad d. decis. 17. n. 15. ¶ in minore, qui per viam restitutionis in integrum etiam post didicita testificata potest ponere idem, & contraria articulis, & testibus partis aduersariæ. O. Id. de restit. in integ. quest. 61. art. 11. vna cum alij per ipsum citatis, Verum licet minor etiam post didicita testificata possit ponere contra articulos, & examina testium per viam restitutionis in integrum secundum tamen declarationes, de quibus per Odd. Hinc tamen nõ sequitur, vt minor possit cogere aduersarium ad respondendum ipsius positionibus, si sint contrariæ positionibus exhibitis per aduersarium: rationes enim, quibus mouentur Doctores, ad dicendum contrariis positionibus non esse respondendum, respiciunt personam ipsius respondere debentis, & sic non tenent ad respondendum; ne ipsi detur occasio ad iterum iurandum falsum, vt supra nu. 10. ne incurrat in perjurium, vt nu. 11. tenent non tenent ad aliquam aliam responsionem cum iam fuerit sufficienter responsum, dum contrarium posuit, vt nu. 12. & demum ne in contrarietatem aliqua incurrat, vt nu. 14. quæ rationes militant, tam si positiones fiant à minore, quàm à maiore, ac ideo tam si maior, quàm si minor ponat positiones contrarias positionibus iam ab aduersario exhibitis, ipsis non erit respondendum: secundum regulam supra positam, & ¶ si fuerint admittæ saluo iure impertinentium, & non admittendarum, & ipsis fuerit responsum cum protestatione, saluo iure impertinentium, & respondens sibi non præiudicabit, *Cust. de position. n. 20. Alin. §. 19. cap. 9. Hodier. loc. cit. nu. 12.**
- 22 Tertio *Bald. in dict. l. vnica nu. 41. C. de confess. ¶ dicit, regulam non procedere, quando reus posuisset ante actorem, nam tunc actor contrarium ponendo, posset instare, positiones rei reiici, cum prius actor ponere debeat, quam reus. Sed, vt dictum fuit supra in cap. 5. cum reus in exceptionibus sit actor, poterit & ipse ante actorem ponere, secundum tamen declarationem, de qua in dict. cap. 5. nu. 17. quod Surd. in dict. decis. 196. in fin. declarare videtur, si reus ponat de sua exceptione, secus si de actione actoris, de qua prius per reum non videtur posse poni: quod tamen intelligere oportet, si illa positio nil præter commune haberet cum ipsa exceptione, secus si saltem secundario, vel adminiculatiuè ad ipsam exceptionem pertineret, secundum ea, quæ superius dicta fuere in dict. cap. 5. pro nunc enim ad propositum latet generaliter asserere, regulam, quod contrariis positionibus non sit respondendum, non procedere in casibus, in quibus reus non admittitur ad ponendum ante actorem: tunc enim reus debet respondere positionibus actoris, etiam si essent contrariæ positionibus ipsius*

- ipias rei; in casibus tamen, quod rei positiones essent reiiciendae, iuxta ea, quae dicta fuere in *dict. cap. 5.*
- 23 Quarto limitatur, si positiones non fuerint formatae ab ipso principali, sed ab eius procuratore absque eius mandato, tunc enim principalis posset ponere contrarium & reuocare positiones procuratoris, non docto etiam de errore, ut per *Surd. d. de off. 17. in fin.*
- 24 Quinto nonnulli hanc limitant conclusionem, si contrariis positionibus non esse respondendum, si ille, qui facit positiones contrarias, iam contrariis positionibus responsum dedit, & mouentur, quia ratio praecipua, ob quam non admitti positiones contrarias, est periculum perituri; at hoc casu de perituro non est curandum, nam ille, qui facit positiones contrarias, non poterit arguere de perituro aduersarium, stante quod positiones negauerit, si nemo enim potest se iuuare ex eo, quod iemel impugnavit, *capit. ex eo, de regul. iur. in 6. leg. Papinianus, §. maminiße, ff. de inoff. testam. leg. quasitum, ff. de acquir. hered. leg. 1. C. de furt. nec potest quis suam fundare intentionem in positione negata, Gab. lib. 6. comm. opin. in tit. de reg. iur. consil. 1. n. 2. Surd. lat. in d. decis. 196. n. 2. & seqq.*
- 25 Sed vno verbo responderetur, quod si dato, quod ponens non posset aduersarium in foro fori de perituro arguere: tamen si contrarium responderet, verè quantum ad Deum esset periturus, ut per *Surd. loc. cit. num. 11.* Imò si non ponens, saltem si quis de perituro ipsum arguere, & punire posset, ut dicitur infra *in cap. 40. & quòto quis possit se iuuari facto impugnatione, tradit Hod. in add. ad d. decis. 196. n. 2. & seqq.*
- Tertia, & vltima contrarietas nullam habet dubitationem, si quis enim iam medio eius iuramento respondendo aliis positionibus contrarium dixerit, non poterit cogi ad respondendum positionibus continentibus contrarium; & contra ea, quae iam ipse medio eius iuramento asseruit: posset enim hoc modo incidere in peritum, & contrarietatem: per ea, quae supra dicta fuerunt *num. 10. & militat illaemet rationes, de quibus num. 11. & 12.* quas hic non repetam.
- 28 Quod tamen si limitandum esset, si non principalis, sed procurator absque speciali mandato positionibus responderet, posset enim principalis eius positionem, & confessionem reuocare, non docto etiam de errore; & ipsemet respondere, ut per *Surd. in d. decis. 17. num. 15.*

## S. V. M. M. A. R. I. V. M.

- 1 Positionibus criminosis, an sit respondendum, diuersimodè Doctores respondent.
- 2 An quis possideat, vel dolo deserit possidere est respondendum, & quomodo, & in quibus terminis num. 11.
- 3 Positione, ob quam quis delegitur possessor rei alienae, est respondendum, & num. ....
- 4 Positioni criminosa, non est respondendum, si agatur de repellenda persona.
- 5 Super crimine delato iuramento decisiuo est respondendum, & num. 13. & num. 26.
- 6 Accusatus de crimine, super crimine respondere tenetur, declaratur num. 14. & 28.
- 7 Obiiciens crimen, ipsum probare debet.
- 8 Nemo tenetur detegere propriam surpitudinem.
- 9 Criminosa positioni non est respondendum ob periculum perituri.
- 10 Positionibus criminosis non esse respondendum, Doctores magis communiter affirmant.
- 11 Preparatoriis necessariis ad hoc, ne iudicium reddatur elu-

- forium, est respondendum, & nu. 25.
- 12 Positionibus continentibus aliquem commisisse vsuram, vel furtum, non est respondendum, etiam si solum de interesse cuius ageretur.
  - 13 Positioni criminosa non est respondendum, tam si continet crimen proprium, quam alienum.
  - 14 Positiones criminosas produens non tenet poenam statariam, etiam si ipsas retractet.
  - 15 In iudiciis criminalibus non admittuntur positiones, vbi de rationibus.
  - 16 In causis mixtis an admittantur positiones, venisud.
  - 17 Criminosis positionibus non est respondendum, etiam si quis non respondendo posset lucrari cum aliena reatura.
  - 18 Super crimine notorietate an sit respondendum.
  - 19 Positionibus criminosis an sit respondendum, si crimen ponentem releuet, & interrogato non noceat, de quo plura considerantur exempla.
  - 20 Si in positione non ponatur crimen, sed criminis sententia, an sit respondendum.
  - 21 Penes, ad impedendum iudicium, aliquem esse excommunicatum, an sit audiendum.
  - 22 Poni an possit, aliquem esse excommunicatum: vbi ponitur distinctio, sed reprobatur.
  - 23 Positionibus criminosis respicientibus ordinaria iudicij est respondendum.
  - 24 Circa positiones criminosas, an sit differentia inter ius civile, & Canonium.
  - 25 Iudex de crimine interrogari potest, & reus tenetur respondere.
  - 26 Positioni criminosa est respondendum, si crimen impediatur ordinis executionem, ac Beneficij retentionem, duobus tamen concurrentibus, ut ibi.
  - 27 Positioni criminosa est respondendum, si exceptio illius criminis proueniat ex litteris in contrarium exhibitis.

## De Positionibus criminosis.

## CAP. XVIII

**P**ositiones esse criminosas opponitur sepius in Pulchra enim est questio apud nostros; si an criminosis positionibus sit respondendum; in quo scribentes fuerunt admodum varij. Multi namque Bart. opinionem in *l. 2. §. quod obseruari de iur. propt. calum. n. 32.* sequi videntur, sentientes positionibus criminosis esse respondendum: dummodo non agatur simpliciter de repellenda persona: quo casu esse reiiciendas ipsemet fatetur: addunt hac Bart. opinionem esse tenendam, cum eius maxima auctoritas Baldo praualere debeat, qui in *dict. §. quod obseruari*, absolute tenet, criminosis positionibus non esse respondendum. Alij se opponunt, & testantur, opinionem Bald. esse veriorum, & magis communem: Multi varias adducunt distinctiones, & ad regulam declarationes multas. Nec desunt, qui opinati fuerit, esse differentiam inter ius Canonicum, & civile. Itaque, quid pro veritate in re tam controuersa iudicandum, non facile sit inuenire. Ego prius pro vtraque parte nonnullas adducam rationes, quibus praecipue scribentes vtuntur: & postea regulam constituam: respondebo contrariis: & ampliationibus, & limitationibus rem magis elucam reddere curabo.

Pro affirmatiua opinione Bart. in *dict. §. quod obseruari num. 32. & in consil. 19. n. 3. & 4. lib. 3.* adducitur textus in *leg. quoties, §. Prator, ff. de noxal. & in leg. qui petitorio, ff. de rei vend.* quibus cum locus probatur, quod quis respondere cogitur, an possideat, vel dolo deserit possidere: & sic super crimine, si cum crimine sit dolo

- 3 possessionem dimittere: prout  $\dagger$  respondendum est, an quis alterius sit debitor, vel rei alienae possessor; nisi per sententiam fuerit res decisa, *leg. qui iurasset, §. si pater, ff. de iur. leg. si à te in princip. ff. de except. rei iud. & rem alienam possidere est crimen: ergo criminosis positionibus est respondendum. Eandem distinctionem facit Bart. in l. Marcellus, ff. rer. amot. & concludit,*
- 4  $\dagger$  criminose positioni non esse respondendum, solum si agatur de repellenda persona: secus verò, si etiam de rebus sit inter partes contentio. Et sequuntur alij, quos citat Mascard. in *dist. conclus. 1277. num. 91. & seqq.* eosdem sequi videtur Myling *observat. 92. num. 5.*

Secundò adducunt text. in *dist. leg. Marcellus*, & notata in *leg. Maritus, ff. de quast.* quibus in locis probat,

5  $\dagger$  reum respondere debere super crimine, delato sibi iuramento decisivo: ergo verum erit affirmare, etiam super crimine, mediante iuramento esse respondendum.

- 6 Tertio adducunt simile, quod  $\dagger$  accusatus de crimine, tenetur respondere super crimine, *l. neganda, C. qui accusat. non poss. l. qui ff. de publicis iud. cap. cum dilectus de accusat.* Sic etiam videtur dicendum, quod si fiat positio de crimine, reus respondere teneatur.

Pro contraria parte, quod indistincte, etiam si non agatur simpliciter de repellenda persona, positionibus criminosis non sit respondendum, quam veriorum, communem, & in praxi receptam affirmant Doctores, quos infra citabo; tres patiter adducuntur rationes, quarum duæ mihi concludere videntur, tertia verò parum, aut nihil, de qua Bald. in *dist. §. quod observari sub n. 23.* dicens, positiones inventæ sunt, ut sæpius fuit dictum, ad hoc, ut ponens releveretur ab onere probandi, sed  $\dagger$  obijciens crimen non debet relevari ab onere probandi, imò ipsum probare debet, *leg. sciant cuncti, C. de probat.* ergo obijciens crimen non poterit positionibus uti; & sic criminosas facere positiones: quæ subtilis ratio habet in se fallaciam, positiones enim sunt inventæ ad hoc, ut auctor releveretur ab onere probandi, non quia probatio in ponente non sit necessaria, sed quia id, quod ponit, probare potest per confessionem partis: & obijciens crimen non debet relevari ab onere probandi, hoc est, debet crimen appositum probare, ut in *dist. leg. sciant cuncti*, prout etiam ponens quod ponit, probare debet: sed non sequitur, crimen probare debet, ergo non potest facere positiones, nam vult crimen probare, sed per confessionem partis, prout ille, qui ponit factam, illud factam per confessionem partis probare intendit.

Secunda melior est ratio, & ab omnibus Doctores infra citandis adducta, & præcipuè à Canonistis in *cap. dudum de elect.*  $\dagger$  nemo tenetur detegere propriam turpitudinem: sed si reus posset cogi ad fatendum delictum, vel respondendum super delicto utique propriam detegeret turpitudinem; ne ergo hoc absurdum sequatur, dicendum est cum communi opinione, positionibus criminosis non esse respondendum.

Tertio Bald. loco citato. Sic argumentatur; captiosæ positioni non est respondendum, quia ipsi absque periculo respondeti non potest; ut dictum fuit supra *cap. 11.* ergo  $\dagger$  nec etiam criminose positioni ob idem periculum erit respondendum, nam si crimen fatetur, suam detegit turpitudinem, & se quodammodo infamat; si negat incidit in periculum: unde in hoc discrimine nulla ratio poni debet, ac propterea inter captiosas positiones, multi ponunt etiã positiones criminosas, ut per Scacc. de *Iud. par. 2. cap. 7. nu. 283.*

quod tamen nõ approbo, ut supra in *cap. 11. n. 25. & 26.*

10 Ex quibus generalis est constituenda regula, positionibus criminosis non esse respondendum, quam firmant Canonistæ in *cap. dudum de electio.* Bald. in *dist. §. quod observari n. 25. & in cons. 326. n. 2. lib. 2. lal. in leg. irat. fact. finita in vit. notabilis, C. de transact. in leg. 1. ff. de eff. test. ubi dicit hanc opinionem indistinctè esse tenendam, & Cauagn. *sup. Decret. Mont. Ferrat. Decret. 12. §. 1. nu. 57.* de veriori, & communi opinione testatur. hanc regulam ponit Tusc. in *lit. P. conclus. 397. in princ.* plures alio antiquiores citat Mascard. *conclus. 1277. nu. 60. & nu. 64.* de communi etiam Oasc. *de off. 66. nu. 2. in calce operis decis. 20.* alios citat Carpan. *sup. stat. Mediol. cap. 23. n. 46. Mancin. de iur. par. 2. art. 2. nu. 14.* plures Magon. *decif. Lunen. 25. n. 31. in calce operis decis. 42.* Myling. *d. observ. 92. n. 1. Sola sup. cons. Sabaud. in tit. de posit. gloss. n. 1. Vestr. in prax. lib. 5. cap. 14. sub n. 5. Curt. de posit. breuil. 21. n. 45.* qui de communi testatur Caput. *decif. 327. alias 330. de posit. sub n. 4. & 5. par. 2.* Scac. plures alios citans de *Iud. lib. 2. cap. 7. n. 229. Egid. decif. 274. Rota Roman. decif. 377. nu. 6. ro. par. 2. in calce operis decis. 6.* Capel. Thoiol. *decif. 69. nu. 2.* ubi plures antiquiores citat, ut Ioan. Andr. Innoc. Salic. Anton. de Barr. Specul. & alios. *qua est in calce operis decis. 11. Rot. Rom. decif. 749. n. 1. par. 3. divers. in calce operis decis. 16. Vetal. decif. 327. par. 2. nu. 5. in calce operis decis. 39. Franc. Marc. decif. 789. n. 3. & 5. par. 2. in calce operis decis. 69.* plures alij videri poterunt apud Lud. *decif. 563. n. 14.* & apud Doctores supra citatos.*

Et rationes in contrarium allatæ parum concludere videntur, non prima, quia  $\dagger$  citati textus nu. 2. non loquuntur in positionibus, sed in præparatoris iudicij necessariis ad hoc, ne iudicium reddat exhoratorium, ut enim scire possim, an contra te reale iudicium debeam inchoare, possam reinterrogare, an possideas talem rem, vel dolo delictis possidere: si enim possides, vel dolo delictis possides, contra te dirigi debet iudicium, & formari libellus, alias contra possidentem, Tusc. in *dist. conclus. 395. num. 5.* & idem est in eo, qui velle agere ad spohum, ut dixit Old. in *cons. 331. in fin.* & sequitur Tusc. loco citato *num. 12.* sed hinc ad positiones inferri non potest, ut per Bald. in *dist. §. quod observari: quem sequitur Scacc. loc. cit. num. 242.*

Et si vera esset distinctio Bartol. respondendum esse positionibus criminosis, quando non agitur de repellendis personis tantum, sed etiam de interesse

12 civili,  $\dagger$  de pluribus delictis posset interrogari reos; puta, si quis vellet ab aliquo recuperare usuram, posset ponere, ipsam usuram commisisse, quia usurarius tenetur ad restitutionem: vel volens recuperare rem furatam, ponere, ipsam commisisse furtum, cum etiam fur teneatur ad restitutionem: & sic de multis aliis similibus delictis, de quibus respondere non debet reus, cum propriam turpitudinem detegere non teneatur, licet solum de interesse civili agatur, perarationem, de qua supra *num. 1.* & docent Doctores, de quibus supra *num. 10.*

13 Non obstat secunda, cum  $\dagger$  aliud sit in iuramento litis decisivo, in quo interrogatio imponit finem litis: nec de aliquo est vltetias quærendum, quod non est in positionibus, unde ab vno ad aliud inferri non potest.

Vltima ratio, seu simili nullo pariter modo obstat:  $\dagger$  reus enim debet respondere de delicto iudici legitime interroganti: sed hinc non potest dici, teneri ad fatendum delictum parti, quæ nullam habet auctoritatem, nec reum constituendi, nec puniendi: imò respectu iuramenti est diversa ratio, fallunt



enim iurans respondendo positionibus puniri positionibus puniri potest, de quo infra suo loco, qui vero iurat falsum de crimine accusatus, saltem in foro fori puniri non potest. Imò si delictum sit occultum, non tenetur eius detegere turpitudinem. Nec peccat quandoque negando, ut per Capell. Tholof. *decis. 69. nu. 20.* ac propterea dictum simile nullo modo obstat ut per Olaf. *d. dec. 14. nu. 11.* concludamus igitur absolute, positionibus criminosis non esse respondendum.

15 Quæ conclusio ꝑ ampliatur primò, tam si positio contineat crimen proprium, quam alterius, Franc. *Malcarr. d. dec. 789. par. 2. in calce operis decis. 70. n. 5.* nec dicatur hoc casu cessat præcipua ratio Doctorum supra allegatorum, ob quam dicunt criminosis positionibus non esse respondendum, quia nempe nemo propriam turpitudinem detegere tenetur: nam si propriam turpitudinem quis detegere non tenetur; turpitudinem aliorum detegere nec tenetur, nec potest, cum sit contra præceptum Evangelij, vade, & cotripe eum inter te, & ipsum solum. Imò detegens aliorum crimina occulta, eorum famam lædit; & tenetur ad restitutionem; quæ uti extra nostram materiam prætermitto.

16 Secundò ꝑ ampliatur, ut si statutum imponeret poenam portigentibus positiones criminosas, in poenam incidere, etiam si ipsas postea retractarent, ut per scribentes in *leg. quamvis, ff. de in ius vocand.* & rationem esse dicunt, quia delictum fuit perfectum ex sola portitione ipsarum, quod sequitur Alia. in *sua praxi, §. 19. capit. 16.* vbi responderi his, quæ in contrarium conderari possent.

17 Tertio ꝑ ampliatur, ut non solum positiones criminose non sint admittendæ; sed generaliter in iudiciis criminalibus positiones admitti non debent; tam si fierent ab accusatore reo, quam à reo accusatori; cum in criminalibus partes non interrogent; sed id ad officium Iudicis spectet; ut per Bart. in *dist. leg. Marcellus, ff. de actio. rer. amot. & in d. §. quod observari:* non placeat tamen mihi prima ratio Bart. dicentis, in criminalibus non admitti positiones, quia ipsis responderetur per verbum credit: & reum responderi debere per verbum veritatis; nam, ut suis locis fuit dictum, verbum, credere, in respondente positionibus dicitur expressivum veritatis; sed duæ aliæ rationes considerantur, una ex parte accusatoris, altera ex parte rei: ex parte accusatoris, quia super crimine non admittuntur positiones, ut supra dictum fuit; ex parte vero rei, quia actor possit colludere cum reo, & sic rei positionibus respondendo, aliquid fateri in præiudicium fisci; sed de his latius infra in *cap. 30.*

18 Quarto ꝑ ampliatur in causis mixtis, ut damnorum datorum, & similium, in quibus pariter dicunt si non posse positiones, sed de hoc pariter infra in *dist. cap. 30.* vbi magis ad propositum.

19 Quintò ꝑ ampliatur, etiam si illè, qui respondere recusat, cum aliena iactura locupletari possit, licet enim Bart. in *leg. Marcellus, §. 1. sub nu. 3. ff. de act. rer. amot.* quicquid dicat Sola super *Const. Sabaudia in tit. de posit. gloss. 11. & in d. §. quod observari sub n. 32. C. de iur. calum.* securus ab aliis, quos citat Scacc. de *iud. lib. 2. capit. 7. n. 236.* videatur asserere, conclusionem supra firmatam, procedere solum quando reus interrogatus de crimine, non locupletatur cum iactura alterius, secus si cum alterius iactura locupletari possit: at tamen eius opinio damnatur à Bald. in *eodem §. quod observari sub n. 23.* securus communiter ab aliis, de quibus supra *nu.*

10. provt respondet Scacc. in *d. c. 7. n. 241.* nam ratio, ob quam præcipue Doctores moventur ad dicendum, positionibus criminosis non esse respondendum, ea est, quia nemo propriam turpitudinem detegere tenetur, ut dictum fuit supra *nu. 8.* quæ militat etiam in casibus, in quibus ille, qui rel. ondere deberet, cum iactura alterius possit locupletari: ut in exemplis supra positis, quod commiserit usuram; quod rem aliquam furaverit: si enim negat commisisse usuram illam rem non furasse: utique locupletatur cum iactura illius, cum quo usuram commisit; & cum iactura Domini rei furatæ, & tamen respondere non tenetur, quia fatendo eius detegeret turpitudinem; declarando se esse usurarium, se esse furem; ut dixi supra *n. 22.* & tradit post alios Scacc. *loc. sup. cit. n. 235.* qui n. 399. impugnat contrariam Bart. opinionem; & eius rationibus respondet *n. 242.* de quibus supra *n. 11. 22. & 23.*

Limitatur modo supradicta conclusio, criminosis positionibus non esse respondendum, variis modis: 20 & primò ꝑ si in positione non ponatur crimen, sed notorietas criminis, ut si dicatur, pono esse publicam vocem, & famam, aduersarium commisisse tale delictum, Bart. in *d. l. Marcellus, Neviz. conf. 7. n. 10. vers. non obstat.* Tusc. in *dist. conlus. 395. n. 14.* hæc enim non videtur positio criminosa, quia non ponitur delictum, sed publica vox, & fama, quæ fieri potest, ut sit falsa. Verum quoniam per publicam vocem, & famam, saltem eius opinio gravatur eisdem rationibus, crederem simili positioni non esse respondendum, continet enim crimen quatenus pro criminoso publicè haberi ponitur, ut tenuit Bald. in *d. §. quod observari sub n. 23. circa finem,* & fuit opinio Innoc. in *dist. cap. dudum.*

21 Secundò magis rationabiliter ꝑ limitari potest conclusio, quando crimen est tale, quod possentem relenat, & interrogato non nocet, ut dicunt Doctores, quos citat, & sequitur Scacc. in *d. c. 7. n. 243.* ut si de illo crimine fuerit ex propria confessione condemnatus per sententiam, cum enim iam delictum falsus fuerit; iterum ipsum fatendo, respondendo positionibus, non magis eius opinio gravatur, & ponentem releuat ab onere extrahendi sententiam, ac eius confessionem. Idem esset si præcis potrexisset pro obtinenda gratia alicuius delicti, ipsum fatendo; tunc enim diceretur de ipso apparere ex confessione propria. Alia verò exempla, de quibus per Scacc. *loc. citat.* non mihi admodum strident; pro vt si solum præciserit sententia condemnatoria in contumacia; tunc enim super delicto contento in sententiam non posset interrogari, nam licet contumacia reddat ipsum confessum, illa tamen est confessio ficta; unde semper se excusare posset dicendo, se fuisse in contumacia condemnatum; sed si respondendo positionibus fateretur, se illud delictum commisisse; magis apud probos viros remaneret gravata eius opinio, cum nulla sit maior probatio, quam proprioris confessio. Nec minus posset cogi ad respondendum super crimine notorio; nam fieri posset, quod illa notorietas, ut ita loquar, illa communis opinio; illa publica vox, & fama esset in aliqua parte falsa; sed si delictum fateretur, non remaneret de quo amplius dubitari posset; & sic magis eius opinio per propriam confessionem remaneret gravata: Nisi tamen esset ita notorium delictum, ut nulla tergiversatione posset celari; provt si quis de die, coram populo, & omnibus videntibus; enaginato gladio aliquem interfecisset; tunc enim eius confessio non posset ipsam magis gravare. Nec minus existimo aliquem tenei ad

- respondendum super delicto, de quo fuerit punitus; nisi eius præcesserit confessio; fieri enim potest, fuisse punitum indebitè, & per falsas testium depositions; sed si delictum fateatur, nulla remanet excusatio: & cum nemo teneatur eius opinionem grauare, non poterit cogi ad respondendum super delicto, vt per Doctores, de quibus *sup. nu. 10.* nisi tamen eius responsio nullo modo possit ipsum grauare; nec honorem lædere; nec eius opinionem diminuere: & in his terminis loquuntur, & intelligi debent Doctores, quos citat Scacc. in *dict. cap. 7. sub nu. 245.*
- 21 Tertiò aliqui ¶ limitant, si non crimen, sed criminis sententia ponatur, vt pono talem fuisse de tali delicto condemnatum, tunc enim dicunt non poni delictum, sed sententiam, quæ fieri potest, quod fuerit iniusta. Verum quia c. sententia oritur præsumptio, quod condemnatus verè illud delictum commiserit, & si in iudicatum transuerit, habetur pro veritate, & non potest negari, eius honorem lædi; ac propterea nec simili positioni esset respondendum, ne respondens cogatur fateri, se habere contra se hanc delicti præsumptionem, vt per Bald. in *dict. §. quod obseruari in fin. dict. num. 23.*
- 22 Quarto Roman. in *conf. 349.* ¶ limitat conclusionem in ponente ad impediendum iudicium, aliquem esse excommunicatum, tunc enim, cum de modico præiudicio agatur, similis positio debet admitti, sequitur Mascard. *dicta conclus. 1177. num. 64.* Tusc. *dict. conclus. 395. num. 17.* & corroborari posse videtur opinio Rom. ex his, quæ dicta fuerunt superius in responsionibus ad primum argumentum, *num. 11.* Verum id procedere posset, si fieret similis interrogatio in præparatoriis necessariis ad iustificandum iudicium, vt dictum fuit *dict. nu. 11.* & dicitur in sequenti limitatione, sed cum generaliter asserere videatur Rom. poni posse, aliquem esse excommunicatum, merito damnatur à Scacc. *loc. cit. num. 246. & seqq.*
- 23 In qua dubitatione, ¶ si generaliter queratur, an possit poni, aliquem esse excommunicatum, adest distinctio Specul. in *tit. de positio. §. 7. n. 43.* Aut ponitur de excommunicatione lata à Canone, & respondere quis non tenetur, quia sententia Canonis semper est iusta, vnde fateretur se iuste fuisse excommunicatum: si verò ponatur de excommunicatione lata ab homine, dicit ipse, tenetur respondere, quia fieri potest, quod fuerit iniusta, & hanc distinctionem sequitur Capell. Tholol. in *decis. 69. n. 1. & 2. qua est in calce operis decis. 11.* & eandem approbat Scacc. in *dict. cap. 7. nu. 232.* Verum hanc rationem parum concludere mihi videtur, nam licet fieri possit, sententiam excommunicationis latæ ab homine, esse iniustam; attamen donec iniustam esse non appareat, habet præsumptionem pro se, ob quam præsumptionem, fatendo, se fuisse excommunicatum, eius opinio grauata remaneret; ac ideo ad respondendum cogi non posset, per ea, quæ supra dicta fuere circa primam, secundam, & tertiam limitationem.
- 24 Quintò ¶ limitatur in his, quæ respiciunt ordinatiora iudicij, vt si quis interrogetur, an dolo deserit possidere, *si pistorio. ff. de petit. hered. de quo supra num. 2.* verum hæc procedunt in interrogationibus necessariis ad præparationem iudicij, quæ fiunt interrogando, non ponendo, vt respondet Bald. in *dict. §. quod obseruari sub nu. 23. versic. sed contra hoc, & dictum fuit supra num. 11.*
- 25 Sextò ¶ limitatur si quis interrogetur super crimine delato sibi iuramento litis decisiuo, vt supra n.
5. Verum hæc procedunt in interrogationibus, & non in positionibus, & in interrogationibus, per quas imponitur finis liti; & non in positionibus, quibus negatis, adhuc ad vltiora in causa proceditur, vt supra fuit dictum, & declarat Bald. in *dict. §. quod obseruari sub nu. 23.* & sequuntur alij passim.
- 27 Septimò non desunt, qui teneant, ¶ conclusionem procedere de iure canonico, ac ideo limitandam, iure ciuili inspecto: sed absque causa non est constituenda differentia inter ius canonicum, & ciuile, præcipuè stantibus rationibus supra consideratis: præterquam quod apud Iurisconsultos, & Imperatores erat ignoratus positioum vsus, vt supra dictum fuit in *1. cap.*
- 28 Octauò ¶ limitant in Iudice interrogante Mysing. *dict. obseruat. 92. nu. 6.* sed verè ista non est limitatio ad regulam, vt supra dictum fuit *nu. 14.* & latiores habet Iudex habenas in interrogando, quam habeat ponens in ponendo, vt per Osalc. *decis. 66. numer. 11. in calce oper. decis. 14.* Capell. Tholol. in *d. decis. 69. sub nu. 2. vers. 1. quest. decis. 11. in calce operis.*
- 29 Nonò ¶ limitant, si agatur de Beneficio, & id, quod fuit in positione positum, impediatur ordinis executionem, & beneficij retentionem, ita concludit Capell. Tholol. in *dict. decis. 69. sub nu. 2. vers. secundum conclusio. duobus tamen concurrentibus: primò, vt id, quod ponitur sit notorium, seu, vt ibi dicitur, famosum; secundò, quod pro eo non sit imponenda pœna temporalis.*
- 30 Decima est addenda ¶ limitatio; si id, quod ponitur, contineat exceptionem prouenientem ex eisdem litteris in contrarium exhibitis: prout si litteræ faciant mentionem de clericali chactere, positum contra dictas litteras opponere, ipsum non esse clericum: & sic ponere ad probandum hanc exceptionem, ipsum non exercuisse clericatum, vel exercere non potuisse: vel è contra: iuxta *decis. Rota 749. par. 3. diuers. sub num. 3. qua in calce operis est decis. 16.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Probatio inuerti nemo grauari debet.
- 2 Positio debet formari ex corpore libelli.
- 3 Positionibus impertinentibus esse respondendum, de stylo seruat Rota.
- 4 Positiones impertinentes, quæ sint: quarum nonnulla recte sentur exempla, & clarius, quæ sint positiones impertinentes num. 5.
- 6 Pertinentes positiones quæ sint.
- 7 Pertinens positio directè, & principaliter quæ sit.
- 8 Positio indirectè pertinens quæ sit.
- 9 Administratiuè positio quando dicatur pertinens.
- 10 Præsumptiuè quando positio dicatur pertinens.
- 11 Pertinens positio conuenientiè quæ sit.
- 12 Pertinens positio dicitur quomodoque faciat ad causam.
- 13 Positio ad hoc, vt reijciatur, vt impertinens, debet esse notoriè talis.
- 14 Positiones qui dicunt vt impertinentes esse reijciendas, loquuntur de notoriè impertinentibus.
- 15 Positiones notoriè impertinentes reijciuntur, etiam si statutum mandet omnes positiones admitti debere, & numeri seqq.
- 16 In notoriis non cadit discussio.
- 17 Positionibus si statutum mandet esse respondendum, etiam si de earum impertinentia opponatur, adhuc non esset respondendum si impertinentia esset notoria.
- 18 Statutum si mandet, omnes positiones censi admittendas, reseruat iure cognoscendi de ipsarum impertinentia in fine liti,

- litis, adhuc stante notoria impertinentia, non consentur admissa.
- 9 Statutum mandans omnes positiones admitti debere cum clausula, salvo iure impertinentium, &c. non habet locum, si de ipsarum impertinentia notorie appareat.
- 10 Positiones notorie impertinentes non debent admitti, non obstante quacumque consuetudine, & stylo in contrarium.
- 11 Statutum si mandet, omnes positiones intelligi admissas ipso iure, atamen positiones omnino impertinentes non intelliguntur admisse.
- 12 De notoria impertinentia positionum semper potest opponi, etiam, si statutum dicat, esse admittendas nulla exceptione obstante.
- 13 Impertinenti positioni si statutum dicat esse respondendum, adhuc notorie impertinenti respondendum non erit.
- 14 Statutum reservans omnes exceptiones in sua litis, non intelligitur de exceptionibus notorie impertinentibus.
- 15 Statutum mandans causas terminari cum consilio sapientis, non habet locum, si appareat, id calumnie peti.
- 16 Statutum loquens de quibuscumque privationibus, debet intelligi de legitimis.
- 17 Statuentium verisimilis mens habetur pro expressa.
- 18 Statuentium mens, admittentium omnes positiones est, ne retardetur cursus cause.
- 19 Positiones omnes si indistincte essent admittenda, plura sequerentur absurda.
- 20 Pars dicitur lesa, dum impertinentibus positionibus respondere cogitur.
- 21 Positiones in dubio admittenda sunt cum clausula, salvo iure, &c.
- 22 Melius est superfluum admittere, quam necessarium rejicere.
- 23 Melius est mille impertinentes positiones admittere, quam unam pertinentem rejicere.
- 24 Iudices non debent esse precipites in rejiciendis positionibus, sed potius eas admittere cum clausula, salvo, &c. & numer. 35.
- 25 Clausula, salvo iure impertinentium, salvat ius Iudicis, & parti.
- 26 Testes examinati super capitulis admissis ex dicta clausula, non attenduntur, si articuli sint impertinentes.
- 27 Iudex debet esse cautus in admittendis articulis impertinentibus.
- 28 Appellatio datur ab admissione, vel rejectione capitulorum.
- 29 Iudex debet ex officio rejicere positiones impertinentes, etiam si pars non opponat.
- 30 Positiones si fuerint admisse cum clausula, salvo, &c. an possit statim fieri instantia, declarari impertinentes, vel sit expectandum finis litis. Pro negativa adducuntur rationes num. 42 & pro affirmativa num. 43. & num. 44. ponitur distinctio auctoritatis.

inenti, veliet præter libellum, & sic rejicienda, ut dixerunt Specul. in tit. de position. §. 7. num. 7. Bart. in leg. 2. §. quod observari, nu. 25. C. de iur. calum. 1. in leg. si duo Patroni, §. idem Iulianus num. 14. ff. de iur. iur. Bald. in dict. §. quod observari num. 14. in l. penult. ad finem de transact. & in cap. licet causam de probat. Iacob. de Avila. de position. num. 28. Curt. de position. nu. 23. Vbert. de Rob. de position. nu. 42. plures allegat Carpan super statum Mediol. capit. 32. nu. 32. & 39. Cavagnin. super Devet. Montu. Ferrat. De. ret. 11. §. 5. nu. 42. & seqq. Tolc. in liti. P. conclus. 176. nu. 58. & conclus. plures cumulans, de probat. conclus. 176. nu. 58. & conclus. 177. nu. 4. & seqq. Gab. in glos. cap. 19. lib. 5. Constit. March. num. 4. Alin. in praxi, §. 19. capit. 9. numer. 4. Maxime in suo Specul. par. 6. num. 7. limit. 10. num. 5. Citan. confis. num. 28. lib. 2. diocesis Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 7. num. 9. Papireal. in forma exupians contra positiones vras impertinentes, Caval. decis. 562. num. 2. in calce operis decis. 27. Vetal. decis. 327. par. 2. num. 2. in calce operis decis. 39. Franc. Marc. decis. 361. par. 1. num. 4. in calce operis decis. 67. & ut vno verbo dicam, nemo est, qui non libentissime fateatur, & impertinentes positiones, non esse admittendas, nec ipsis respondendum per supradictas rationes. Licet Rot. decis. 476. nouiss. Tom. 3. ad lites abbreviatas, dicat de stylo servari, quod semper sit respondendum positionibus pertinentibus, & impertinentibus, quod tamen esset observandum solummodo in locis, in quibus hæc vigeret consuetudo, & stylos, cum de iure contrarium sit dicendum, ut infra num. 20.

Solum est aliqua difficultas in illo cognoscendis pertinentibus ab impertinentibus. Et quoniam cognitio vno de contrariis, cognoscitur & aliud dicamus primò generaliter, & impertinentes positiones illas esse, quæ non faciunt ad causam fraudatam, nec ad eam adinuandam, ut dixit Bald. in dict. §. quod observari nu. 4. & sequuntur omnes supradicti Doctores, nu. 2. quos non repetam. De quibus infinita possent formari exempla, Bartol. in dict. §. quod observari nu. 23. dat exemplum de positione, certe admodum impertinenti, ut si ponatur, Regem Francie esse in Francia, ut eius verbis utar, eodem modo exemplifica: Curt. de position. num. 2. in causa exempla refert Specul. de position. lib. 7. vbi agatur de rei vendicatione, & ponatur de carcio, vel si agatur de matrimonio spirituali, & ponatur de carnali, vel si agatur, me contraxisse cum Berta, & ponatur, me comedisse cum aliquo tali die, & in tali loco, ut per ipsam loc. citat. num. 4. & 5. Verum exempla prædicta nimis laras habent habere. Imò ad propositum quandoque maxime consent, ut in exemplo, me contraxisse cum Berta, si enim apponatur dies, & locus pertinens erit positio, me illa die comedisse cum tali in loco admodum distanti, ita ut impossibile sit, quod eadem illa die fuerim in loco, ubi dicitur, me contraxisse cum Berta, Scacc. de Iudic. lib. 2. capit. 7. num. 171. asserit, impertinentem positionem illam esse, ex cuius probatione nullus fructus resultat in causa, & num. 172. ponit de eadem exempla, de quibus supra: & aliud addit satis notabile, ut si actum fuerit petitorio, & possessorio, & data fuerint positiones concernentes utrumque, quo casu non est dubium, positiones esse pertinentes. Si tamen antequam ipsis fuerit responsum, & suspensionem si petitorium, pars non cogeretur amplius ipsis respondere, ob enim petitorij suspensionem, quæ fieri potest in quacumque parte iudicij, non esset amplius obligatus respondere, quia, respectu possessorio, dicerentur impertinentes, ob petitorij suspensionem: & in remedio recuperandæ positiones respicientes petito-

De Positionibus impertinentibus, & irrelevantibus, & earum admissione.

## CAP. XIX.

Opponitur quandoque in genere, positiones esse impertinentes, ac idò rejiciendas ex duplici ratione. Primò, & quia nemo superflua, & inutili probatione gravari debet, leg. 1. in fin. ff. de testam. leg. non cogendum, §. fin. ff. de probat. cum vulgaribus. Secundo, quia & positio debet formari ex corpore libelli, ut supra tuis locis fuit dictum: sed si fieret de re imper-

- rium esse impertinentes, *Sola sup. consil. Sabaud. in tit. de postu. gl. 10. num. 5.*
- 5 Generaliter ¶ igitur in proposito constituamus regulam. Impertinentes positiones eas esse, quæ nec directè, nec indirectè, nec præsumptivè, nec villo modo ad causam conferunt; & ex quibus nullus prorsus resultat in causa effectus, *Guid. Pap. quæst. 347. Crauer. consil. in fin. Menoch. consil. 2. n. 362. vol. 1. Cauagn. in dict. §. 5. n. 50. Socin. in consil. 162. Paris. consil. 122. lib. 3. Rol. consil. 34. num. 15. fol. 3. Scacc. loc. supra citat. numer. 176. Rota Coll. Vrbini. in calce operis decis. 82. num. 4. & 5. Muscatel. in praxi lib. 1. quæst. 5. in verbo impertinentes sub nu. 22. vers. articuli. Non approbo tamen, quod ipse subiungit: impertinentes dici articulos, & positiones, si sint contrariæ positionibus aduersarij, vel eadem in primis: licet enim positionibus contrariis, vel continentibus idem, quod primæ, non sit respondendum; id tamen non prouenit ab earum impertinentia, sed quia positionibus contrariis non est respondendum; & semel tantum eisdem positionibus responderi debet, vt superius suis locis fuit dictum: aliter omnes positiones, quibus ex aliqua causa non debet responderi, deberent dici impertinentes, quo nihil inoprius.*
- 6 Pertinentes verò ¶ dicuntur positiones, quæ directè, indirectè, principaliter, adminiculatiuè, coniecturatiuè, præsumptivè, coniunctiuè, vel quocumque alio modo faciunt ad causam, *lason. in dict. §. idem Iulianus num. 14. Bart. in dict. §. quod obseruari num. 25. vbi etiam Bal. n. 14. Curt. in cit. tract. de position. n. 3. Muscatel. loc. cit. num. 23.*
- 7 Directè, ¶ & principaliter erit pertinens positio, si fiat de re in libello, seu exceptionibus deducta, & proposita, vt si in libello à te pretij centum mutuo dato, erit directè pertinens positio, si ponam, me tali die mutuasce centum, vel si tu in exceptionibus allegasti solutionem, vel compensationem, directè erit positio pertinens, si ponas tali tempore restituisse tantam pecuniarum summam, vel illam fuisse tali modo compensatam.
- 8 Indirectè, ¶ si quis excipiat bona esse materna, & aduersarius ponat, illa bona in testamento fuisse in hæreditate paterna, tunc enim pertinens deberet dici positio, qui saltem per obliquum, vel dicamus indirectè, probat non esse materna. *Abb. dict. cap. vlt. num. 3.*
- 9 Adminiculatiuè, ¶ si positio non probet factum, de quo agitur, sed inducat solum aliquando adminiculum, ad ipsius facti comprobationem, vt per Curt. in dict. tract. de position. num. 26.
- 10 Coniecturatiuè, seu præsumptivè ¶ pertinens erit positio, vt si agatur de dominio de præsentis, & ego ponam de præterito fuisse dominum: licet enim ex dominio de præterito, non probetur dominium de præsentis, attamen aliqua oritur præsumptio, vt quemadmodum olim eram dominus, ita etiam hodie dominum esse præferendum sit, *leg. siue possidetis, C. de probat. ita Bart. in dict. §. quod obseruari nu. 24. Bald. ibidem num. 14. Mascard. dict. conclus. 1177. num. 15. Scacc. de iud. cap. 7. sub num. 97. vers. exemplifua.*
- 11 Coniunctiuè ¶ pertinentem vocabimus positionem, quæ sit per se impertinens, sed cum aliis positionibus iuncta pertinens euadat: vt pono, me tibi mutuasce centum: item pono de dicto mutuo se talem rogasse; item pono talem, qui se rogauit de dicto mutuo, esse publicum notarium: tertia positio per se est impertinens, sed iuncta cum duabus aliis, pertinens euadit, tendit enim ad iustificandum pretium mutuum, *Neuiz. consil. 3. num. 17.*
- 12 Addidi, vel quocumque alio modo: nam ¶ si positio tendat, vel ad iuuandam intentionem actoris, vel ad annullandam, infringendam, seu extenuandam aduersarij exceptionem, admitti debet, vt per Abb. in dict. consil. vltimo secunde partis. Ac propterea Bald. in leg. cum virum, Cod. de fideiuss. dicit, quod positio potest fieri, de eo, quod ius præsumit: licet enim parum conueniens videatur probare, quod ius præsumit, attamen hæc etiam probatio causam adiuuare potest, cum non sit inconueniens clarius probare id etiam, quod per se constat, vt per Bald. loc. cit. & sequitur Mascard. dict. conclus. 1177. n. 7. & 8. Ac propterea
- 13 ¶ generaliter omnes concludunt, positionem vi impertinentem non posse reici, si aliquo modo, licet parum ad causam conferat, vt per Mascard. dict. conclus. 1177. num. 15. Polid. Rip. obseruat. 29. & nu. 3. Curt. de position. n. 24. & 25. & tradunt alij, quos citat Scacc. loco citato num. 97.
- Illud igitur, quod supra diximus, & tradunt Doctores citati, num. 2. ¶ Impertinentes positiones non esse admittendas, debet intelligi de omnino, & notoriè impertinentibus, & irrelevantibus, ita vt certis sit iudex nullo modo ad causam conferre, quo casu debent reici ex rationibus supra consideratis nu. 2.
- 15 Et stante eorum notoria impertinentia ¶ amplius conclusio, vt debeant reici, etiam si statutum mandet omnes positiones esse admittendas, vel omnibus positionibus esse respondendum: quibuscumque enim verbis generalibus, non obstantibus, tale statutum intelligi non debet de notoriè impertinentibus, Bald. in l. C. de fid. instrum. in l. 4. §. Prætor versic. 10. ties. ff. de damn. infect. ¶ in notoriis enim non cadit difficultas capis. ad nostram il. 2. de iur. iur. Curt. in dict. tract. de position. num. 27. Neuiz. consil. 7. num. 17. & consil. 30. nu. 16. Carpan. plures citans super statuto. Mediol. in tit. de position. num. 16. Mascard. de probat. conclus. 132. nu. 3. & conclus. 1177. n. 9. licet Cauagn. super dicto vndecimo Decreto Montis Ferrati. §. 5. nu. 17. & seqq. Grammat. decis. 45. nu. 2. Paris. consil. 67. nu. 41. lib. 4. Similium enim statutorum verba, quantumvis generalia, & disponentia, vt quibuscumque positionibus responderi debeat, intelliguntur de positionibus legitimis, & de his, in quibus aliqua cadet disputatio, seu discussio, secus tamen de notoriè impertinentibus, Scacc. alios citans in dict. cap. 7. nu. 93. 94. & num. 97. Muscat. in sua praxi lib. 1. par. 5. gl. 1. impertinentes nu. 21. Roland. consil. 34. num. 14. lib. 3. Alu. in praxi, §. 19. num. 1. & 6. versic. præterea, Sola ad consil. Sabaudie in tit. de postu. gl. 10. per totam, Rota Coll. Vrbini in dict. decis. 82. num. 4.
- 16 Secundò ¶ ampliatur, etiam si statutum disponat, Iudicem cogere debere partes ad respondendum positionibus, quamvis opponatur, eas esse impertinentes, vt in constitutione Maribia. lib. 5. cap. 19. adhuc enim si clarè, & notoriè apparet impertinentes esse, ipsis non esset respondendum, vt dixit Scacc. loco citato, & dicitur infra num. 23.
- 18 Tertiò ¶ ampliatur, etiam si statuto caueatur, omnes impositiones censeri admissas, reseruato iure disputandi in fine litis super earum pertinentia, vel impertinentia: adhuc enim, si essent notoriè impertinentes, statuto non esset locus, nec admittæ censeri deberent. Alu. in prax. §. 19. cap. 9. nu. 9. & seqq.
- 19 Quartò ¶ ampliatur, etiam si statutum dicat, debere admitti cum clausula, salvo iure impertinentium, & non admittendarum Crauer. consil. 23. num. 4. Paris. consil. 97. num. 13. lib. 1. Grammat. decis. 45. Dec. consil. 161. Guid. Pap. quæst. 347. A. ff. de decis. 33. Roland. consil. 34. nu. 13. lib. 3. Grauat. ad Vestr. lib. 5. capit. 14. numer. 26. Neuiz. loc. cit.

- locis supra citatis, Mancin. de iur. part. 2. artic. 2. numer. 67. Mascard. conclus. 132. numer. 2. alios citat Alin. dict. 5. 19. sub numer. 6. versic. praterea. Provt Urbini statutum ad est, vt prima capitula, & primæ positiones debeant admitti cum dicta clausula: qua non obstante, si appareat capitula, & positiones esse omnino impertinentes, debent reici, vt post Imol. Iason. Alex. Natt. & alios tradit, & de communi testatur Cauagnin. loco supra citato.
- 10 Quinto ampliant, etiam si adsit stylus vel consuetudo communis practica, & obseruancia admittendi omnes positiones, saluo iure impertinentium, & non admittendarum, interloquendo etiam, quod si non fuerit respondendum, habeatur pro non responsio, & pro non admissis, si non fuerint admittendæ: adhuc enim ista practica intelligitur in dubio; sed si notoriè appareat positiones esse impertinentes, & irrelevantes, nec minus iste stylus, & practica locum habebit, vt per Alin. d. cap. 9. sub numer. 5. vers. hoc autem practica.
- 11 Sexto ampliant, etiam si statutum dicat, omnes positiones intelligi admissas ipso iure, adhuc enim de notoriè impertinentibus intelligi non debet, vt per Cauagn. sup. decret. Mont. Ferr. decret. 11. 5. nu. 35.
- 12 Septimo ampliant, etiam si in statuto dicatur, omnes positiones esse admittendas; nulla exceptione obstante, adhuc namque possit excipi de notoria impertinentia, dum a iure ptoueniat hæc exceptio, Cauagn. ubi supra numer. 36.
- 13 Octauo ampliant procedere, etiam si statutum expressè dicat positioni impertinenti esse respondendum, Mascard. dict. conclus. 1177. numer. 9. simili enim statuto non obstante, adhuc positioni notoriè impertinenti non est respondendum, vt per ipsum, qui allegat Imol. in leg. dies. ff. de damn. infect. & tradit Scacc. in dict. capit. 7. numer. 93. dicens, quod etiam si statutum dicat, iudicem admittere debere positiones impertinentes, vel impertinentibus positionibus esse respondendum, adhuc notoriè impertinentes non essent admittendæ, nec ipsis respondendum, vt per ipsum, & Doctores, quos allegat.
- Quam conclusionem, vt supra ampliaram, variis rationibus, & nonnullis similibus Doctores comprobant. ¶ Simile adducunt, de statuto reseruante omnes exceptiones in fine litis, quæ, si impertinentes appareant, prius terminari debent, Bartol. in l. 5. & parisi refert. ff. quod vi aut clam, Plur. in consil. crimin. 73. numer. 30. & seqq.
- 14 Aliud simile est de statuto mandante causas terminari cum consilio sapientis, quod iudex denegare potest, si videat fuisse calumniosè petitum, Mat. in prax. crimin. 9. opportunè numer. 85. Fein. in cap. de uetero extra de sent. & re iud. numer. 12. Cauagn. loc. cit. numer. 15.
- 15 Tertium adducunt simile de statuto loquente, de quibuscumque probationibus, quod licet generaliter loquatur, tamen de legitimis tantum intelligi debet, Alin. in dict. capit. 9. sub numer. 4. de quo latius in cap. 1. dict. 5. 19.
- 16 Rationes verò plures sunt primò desumuntur argumentum à coniecturata mente statuendum: si enim fuissent interrogati, an intellexerint de positionibus notoriè impertinentibus, profecto id verisimiliter negassent, vnde pro expresse hæc ipsorum voluntas haberi debet, Menoch. consil. 14. numer. 11. lib. 2. & refert Cauagn. loc. cit. numer. 14.
- 17 Cessat etiam hoc casu ratio similitum statutorum, quæ est, ne cursus causæ retardetur, dom de pertinentia, vel impertinentia positionum disputa-
- tur: nam cum simus in re notoriè impertinenti, non est longa necessaria discussio.
- 19 Tertio, si omnes positiones indistinctè essent admittendæ, varia sequerentur absurda: quandoque enim admitterentur positiones contrariæ, calumniosæ contra iuramentum iam præstitum; & per quas in contrarietatem, ac periculum quis incidere posset, quæ omnia repugnant his, quæ superius dicta fuere; & infra dicetur suis locis, vt considerat Cauagn. loco cit. numer. 19. & seqq.
- 20 Nec obstat si illa clausula, saluo iure impertinentium, & non admittendarum, cuius vigore lita partium illæsa remanent, vt infra dicetur: nam satis dicitur pars lesa, dum impertinentibus, & irrelevantibus positionibus respondere cogitur cum onere postea instituendi aliud iudicium, an illarum responsiones sufficiant, & sic superfluis litibus, & expensis grauetur, vt considerat Cauagn. loco citato nu. 34.
- 21 Si verò positiones impertinentes notoriè non fuerint ita vt aliqua possit esse dubitatio, an sint admittendæ, vel reiciendæ, & tunc iudex eas admittere debet cum suprascripta clausula, cap. statum in fi. de cons. cap. cum speciali, §. porro vers. excessu de appell. capit. 4. de reg. iur. in 6. leg. de atate, §. ex causa ff. de interrog. alt. leg.
- 22 Vbiunque, ff. eod. Securius namque est superfluum admittere, quam necessarium omittere. Cuius asserimus 11. quæst. 2. leg. ut apud quem, C. de ed. n. & est ratio, quia admissio positionis impertinentis, cum suprascripta clausula, potest reparari; si fiat postea instantia, admissionem, & responsionem declarari nullam, & non efficere, sed si reiciatur positio pertinetis, damnum est irreparabile: ac ideo Curt. de posit. sub numer. 26.
- 23 dicit, quod melius est, mille impertinentes positiones admittere, quam vnam pertinentem reicere;
- 24 vnde Specul. in tit. de posit. §. 7. ¶ Iudices admonet, ne sint præcipites in reiciendis positionibus, quandoque enim prima facie videntur impertinentes, & irrelevantes, quæ tamen ad causam plurimum conferunt. Ac propieter si iudex non videat, quorsum tendant, pars ipsum certum reddere debet, quomodo ipsis uti intendat, & ad quem finem ipsas produxerit, de quo certus factus iudex poterit postea, vel reicere; vel admittere cum suprascripta clausula; quem sequitur Mascard. in dict. conclus. 1177. numer. 11. Natt. & Imol. in cap. per tuas de testib. Velt. in sua praxi lib. 5. cap. 15. nu. 7. Grauat. ad Velt. in cap. 18. nu. 27. lib. 1. Albert. Marc. de test. cap. 7. numer. 100. Franc. Marc. de us. Delph. 56. numer. 2. par. 1. in calce operis de us. 67. & Mascard. conclus. 132. numer. 4. testatur praxim hodie inualuisse, vt positiones admittantur cum ista clausula, ne in longum trahantur processus, dum de ipsarum pertinentia, vel impertinentia disputatur: ad quod conferunt ea, quæ tradunt Doctores de nouis articulis, qui si sint tales, vt nihil prorsus ad causam faciant, non debent admitti, secus si aliquo modo causæ de eorum possint, vt post alios docet Farin. de test. quæst. 75. nu. 12.
- 25 Quod tamen intelligunt, vt fiat admissio cum suprascripta clausula, saluo iure impertinentium, & non admittendarum, Rot. decis. 640. in antiq. Bald. in consil. 143. numer. 5. vol. 2. D. c. cons. 142. numer. 1. Part. cons. 67. numer. 39. lib. 4. Ge. in decis. 45. numer. 5. Velt. in sua praxi lib. 5. capit. 14. numer. 6. Mancin. de iur. part. 2. arti. 2. nu. 67. Suprascripta enim clausula seruat ius iudicis, & parti iudicis;
- 26 quia potest ipsas quocumque declarare impertinentes, ac reicere; Partis, quia si fuerint impertinentes habentur pro non admissis; & confessio facta;
- 27 ipsis respondendo, non præiudicat. ¶ Provt nec testes examinati super articulis impertinentibus admissi;

cum dicta clausula, aliquo modo veniunt attendendi, Ioan. Andr. Imol. Felin. & communiter omnes in cap. cum contingat de offi. deleg. Bart. Alex. Iaf. & alij in leg. si duo patrum, §. idem Iulianus, ff. de iur. iur. Afflic. decis. 33. Guid. Pap. decis. 347. Gram. decis. 45. numer. 4. & seqq. Myling. in suis obseruat. cont. 7. obseruat. 90. Mand. in tract. Comit. forma 19. in verbo in materiis admittibilibus, Mascard. de probation. conclus. 13. 2. numer. 3. & seqq. Grauat. ad Vestr. loco proxime citata. numer. 26. Tule. in lit. P. conclus. 388. numer. 8.

Angelus tamen in leg. speciali de rei vindicat. testatum reliquit, † quod melius ageret Iudex, si tali non vteretur cautela, quem commendat Grauat. loc. cit. parum enim partibus maxime in articulis, expedire videtur, ut sumptibus, & expensis videntur, & quod prius erogare debeant pecunias, in recipiendis restitutum dictis, & postea de ipsorum validitate, & impertinentia disputare. Vnde, dicit ipse, non luminibus clausis, ut multi faciunt, omnes articuli sunt admittendi: sed prius animaduertere debet Iudex, & recte perpendere, an sint pertinentes, vel impertinentes, & pertinentes admittere, impertinentes vero quam primum reiicere. In quo tamen certa non potest dari regula; sed hæc omnia committenda sunt Iudicis arbitrio, qui omnino, & notorie impertinentes debet reiicere, quocumque statuto, vel stylo in contrarium non obstante: pertinentes vero admittere, & si dubia sit eorum pertinentia; tunc iudicare debet, an à principio id diffiniendum sit, vel in fine litis reseruandum.

39 Et ab eius admissione, † vel reiectione non est dubium dari appellationem, etiam si admissio fuerit facta cum suprascripta clausula, cum omnino, & notorie impertinentes nullo modo admitti debeant; propter multas aliaz positiones, de quibus supra suis locis, debent reiici. Vnde tanto magis erit danda appellatio ab eorum reiectione, uti magis præiudiciali. Ex quo crederem strictè admodum intelligendum esse Decretum olim Serenissimi Urbini Ducis, prohibens appellationem ab admissione, vel reiectione positionum, & articulorum, ut nempe non detur appellatio à reiectione, si omnino impertinentes, appareant: nec possit appellari, si fuerint admittæ, dummodo de ipsarum pertinentia dubitari non possit, secundum regulas supra positas.

40 Et † Iudex ex se animaduertere debet; an pertinentes sint positiones, & an faciant ad causam, etiam si pars forsan ignara id non animaduerteter, ut docet Specul. in tit. de posit. §. 10. in princip. & sequitur Neuiz. in cit. cons. 30. numer. 16.

41 Sed ponamus † positiones fuisse admittas cum suprascripta clausula, saluo iure, &c. an pars statim petere possit, illas declarari impertinentes, vel hæc cognitio reseruanda sit in fine litis, † & reseruari debere videtur dicendum; nam hæc cautela, admittendi positiones cum hac clausula, est inuenta ad effectum, ne cursus causæ retardetur, ut supra citati omnes Doctores asserunt, vnde si statim facta admissione cum dicta clausula, pars instare posset, declarari impertinentes, cautela hæc quantum ad hoc seruiret de ventore: idè Papient. in forma excipiendi contra positiones, in verbo, petens ante omnia numer. 1. in fin. dicit, hanc cognitionem reseruandam esse in fine litis. Et Castrenf. in leg. neque natales numer. 3. C. de probat. dicit, quod statuta locorum, quæ volunt, omnes articulos, seu capitula esse admittenda, cum protestatione saluo iure impertinentium, & non admittendorum, dicuntur condita ad hoc, ut lites abbrevientur, quia si

disputaretur de pertinentia, & impertinentia, contingeret multum causam differri: id tamen in Curia Romana non seruari.

43 Contrarium suadetur, quia † licet fuerint admittæ, attamen pars potest vigore suprascriptæ clausulæ, quandocumque instare, declarari impertinentes, Velle in praxi lib. 5. cap. 14. de positio. nu. 8. fol. mibi 172. vbi dicit, quod ista clausula præseruat ius parti in quavis Iudicij parte discutendi de ipsarum impertinentia. Sola super Constit. Sabaud. in tit. de positio. glos. 2. nu. 2. fol. 428. vbi quod reseruat ius parti semper opponendi de impertinentia. Afio. in prax. §. 19. cap. 9. n. 6. vbi quod per dictam clausulam parti non fit præiudicium si in processu de eorum impertinentia constat. Franc. decis. 220. nu. 14. vbi quod ista clausula reseruat ius parti, ut possit de impertinentia quandocumque disputare, & facit, quod dicit Bart. in dict. leg. si duo patrum, §. idem Iulianus, ff. de iur. iur. num. 21. quod si Iudex admissit positiones cum dicta clausula, etiam post datas responsiones potest disputari, an respondere debuerit, & eodem in loco Iaf. num. 32. dicit, quod protestatio reseruatiua operatur, ut quandocumque doceatur articulum fuisse impertinentem, & non admittendum, vsque recto fuisse nullum, & sic hæc cognitio non est coarctata ad finem litis.

44 Quid dicendum? Ego existimo, † iure communi inspecto, utique quandocumque, & in qualibet Iudicij parte posse fieri instantiam, declarari impertinentes, hæc enim est natura istius clausulæ, ut per Doctores supracitatos numer. 43.

Si vero adsit statutum mandans positiones omnes admitti debere cum dicta clausula, reseruando cognitionem impertinentiæ in fine litis, & non est dubium, non posse prius fieri instantiam, declarari impertinentes, & de simili statuto Lombardiæ loquitur Papicel loco supra citato numer. 42. Rota Colleg. Urbini decis. 32. numer. 3.

Et si statutum simpliciter dicat, omnes positiones admitti debere cum dicta clausula, & ipsis esse respondendum, ut nostrum Urbini statutum disponit; pariter existimo, non posse fieri instantiam ante finem litis pro ipsarum reiectione, & est ratio, quia statuta similia intelliguntur condita, ne cursus causæ in longum protrahatur sub prætextu pertinentiæ, vel impertinentiæ, ut per Cast. in dict. leg. neque natales nu. 3. C. de probation. quæ deseruirent de vento, si statim secuta admissione posset fieri instantia declarari impertinentes vigore suprascriptæ clausulæ, & licet statutum expresse non dicat, hanc cognitionem reseruandam esse in fine litis; attamen id virtualiter videtur disponere, dum vult admitti omnes positiones cum ista clausula. Nec dicatur, positiones notorie impertinentes non esse admittendas, etiam stante simili statuto, ut dictum fuit supra numer. 15. & seqq. nam si à Iudice fuissent admittæ positiones impertinentes, potuisset pars, contra quam fuerunt exhibitæ, appellare: sed si non appellauerit, videtur statutariæ dispositioni consensisse, ac propterea non posset statim instare pro ipsarum reiectione; sed expectandus esset finis litis; non obstant quacumque prætensa notoria impertinentia.

#### S Y M M A R I V M.

- 1 Positio absque tempore non valet.
- 2 Positio absque tempore licet esset probata, non tamen reuocatur.
- 3 Continuax in respondendo positioni tempus non continetur, non habetur pro confesso.

- 4 Venditor, si probet venditionem absque tempore, succumbit.
- 5 Tempus in positionibus sat est circumscribere.
- 6 Tempus, si sit de essentia obligationis, debet præcisè probari, & num. seq.
- 7 Testis, qui non deponit de tempore, non dicitur contestis cum aliis, quando tempus est de substantia probationis.
- 8 Tempus si sit solum de præferentiis, debet poni in positionibus, & quomodo.
- 9 Tempus obligationis, si verisimiliter ignoret ponens, non tenetur ipsum in positione ponere.
- 10 Tempus an qui scire, vel ignorare præsumatur, relinquatur arbitrio iudicis.
- 11 Causa obligationis debet in positione poni, cum promissio absque causa non valeat.
- 12 Promissio absque causa in multis casibus valet, remissive.
- 13 Positiones absque causa sustinentur in casibus, in quibus promissio, seu obligatio absque causa valet.
- 14 Promissio continens promissionem geminatam, valet absque causa.
- 15 Confessionis geminatio succedit loco causa.
- 16 Promissio facta ad favorem Ecclesie, Civitatis, vel Principis, valet absque causa.
- 17 Iuramentum supplet defectum causa.
- 18 Verba, qua solent apponi in sine Apoca privata, & in sede della verità, &c. habent vim iuramenti.
- 19 Obligatio, seu promissio, vel confessio facta coram iudice, valet absque causa expressione.
- 20 Promissio, seu obligatio facta à persona sapienti, & sagaci valet absque causa expressione.

### Positiones debent continere tempus, & causam.

#### CAP. XX.

- 1 **S**i fiat positio † de aliqua obligatione, debet opponi tempus ipsius obligationis, aliter non valet positio, nec reus respondere tenetur, ut si ponas, à te fuisse promissa centum, nec dicas quo tempore, nulla, & impertinens est positio, ut docuit Bald. in leg. 1. n. 14. leg. si pler. vnic. sent. N. uiz. conf. 30 n. 11. & rationem esse dicunt, † quia similis positio absque tempore etiam probari non telearit; fieri namque potest, ut tibi illi centum promiserim, sed triginta ab hinc annis; & sic quod obstat præscriptio, vel quod promissio fuerit facta tempore, quo etiam impubes, ita ut efficax non fuerit obligatio, & sequitur Canagn. super Decret. Moutis Ferrat. Decret. 11. §. 2. nu. 14. de quo Gratian. decis. 171. num. 13. in calce operis decis. 79.
- 2 Ex quo inferunt, quod † si tali positioni non fuerit responsum, non poterit haberi pro confessata, ut per Bald. in dict. l. 1. & sequitur Crem. in sing. 100. alias 170. de quo dicit, lucratum fuisse duos Ducatos, & id fuisse approbatum in Camera Imperiali testatur Myfinger. observ. 92. cent. 1. & sequitur Gratian. in dict. decis. 171. eadem ratione motus, quia esto, quod probares, non vinceres; cum sit probatio non concludens,
- 3 propterea † si venditor probet venditionem sine tempore succumbit, Costa in memor. ab. in verb. probatio sine tempore, Plut. in leg. signando, §. 7. principaliter num. 46. Cod. vnd. vi. Gratian. in dict. decis. 171. num. 14.
- 4 Non est tamen necessarium † hoc casu, ut tempus præcisum ponatur, sed sufficit, ita ipsum circumscribere, ut saltem appareat efficacem fuisse obligationem, ut optime declarat Bald. in conf. 182. incipit, quia tempus non habeo lib. 4.

- 6 Quod tamen intelligi debet, † quando tempus non est de essentia ipsius obligationis, si enim esset de essentia, deberet probari præcisè, Bart. in l. non solum §. sed & probari de oper. novi nunciat. Dec. in cap. in presentia n. 13. de probatione. Scripti. decis. 172. nu. 2. vbi inserti,
- 7 quod † testis, qui non deponit de tempore non potest esse contestis, si tempus sit de essentia probationis, & quod quando tempus est de substantia actus debeat præcisè probari, docet Rot. in decis. 361. nu. 6. recent. par. 2. dicitur enim tunc fundamentum intentionis, ac ideo probandum, Surd. decis. 75. nu. 10. Rot. decis. 516. num. 4. eadem recent. par. 2. & quotiescumque via est in tempore, quod de ipso præcisè, & in puncto sit docendum, Mascard. concl. 24. nu. 16. & plures ad propositum citat Gratian. discept. forens. cap. 67. nu. 44.
- 8 Idque † ampliant, etiam si tempus non sit de essentia, nec de concomitantis, si d. solum de præferentiis, ut verbis Bald. utat in d. leg. 1. C. si plures vnic. sent. Puta. ponamus, quod agatur Salotiano, vel hypothecaria contra tertium patiter hypothecam habentem, non solum obligatio probari debet, sed etiam tempus, ad hoc, ut cognosci possit, quis sit anterior, & præferendus: sufficeret atramen probare tempus, ex quo anterioritas dignosci posset, licet non præcisum, ut supra nu. 5. ac idem in probandis extremis, dici solet, quod talis de tali tempore, & prius, & postea tenebat, & possidebat, &c.
- 9 Quæ omnia intelligenda sunt, ut procedant, † si verisimile sit, ponentem tempus non ignorare, secus si rationabilis possit considerari obliuio, ut per Plut. de in litem iur. §. 49. sub nu. 46. pro ut si agatur de facto alieno, vel de re longi temporis, cuius præcisum
- 10 tempus verisimiliter patres ignorarent, † quod quando sit verum, & præsumendum, iudicis arbitrio relinquatur, Menoch. de arbitr. casu 26. lib. 2. & de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 32. de quo Decian. consil. 93. num. 112. & 121. lib. 21. & consil. 62. nu. 67. lib. 3. Gratian. discept. forens. cap. 946. nu. 39.
- 11 Et eisdem rationibus † positio continens promissionem, seu obligationem aliquam, debet continere causam; cum promissio absque causa non valeat, leg. cum de indebito, §. sed hoc ff. de probat. leg. generaliter, Cod. de non. numer. pecun. cap. cautio de fide instrumen. Carpan. super statut. Mediol. in tit. de positione. nu. 64.
- 12 Verum † multi sunt casus, in quibus promissio absque causa valet, & inter alios Felin. in d. cap. cautio; ad regulam decem, & septem ponit limitationes, de quibus omnibus differere esset extra nostram materiam: vnde ad propositum dicere sat erit, † positiones continentes promissionem, seu obligationem absque causa subsistere in omnibus illis casibus, in quibus promissio, seu obligatio absque causa valet, tunc enim cessat ratio per scribentes considerata; positionem absque causa esse impertinentem, & invalidam; Quod ut magis appareat, nonnulla adducam exempla.
- 14 Primum † si positio contineat promissionem geminatam, licet causam non contineat, adhuc erit admittenda; & est ratio, † quia geminatio confessionis succedit loco causæ, Mascard. de probatione. concl. 345. nu. 52. cum per actus geminationem excludatur omnis inconsideratio, seu inadvertentia, Bald. in tract. summat. col. 8. ut docet Bardel. conf. 12. n. 7. & seqq. Quod ampliat, etiam si geminatio fiat in continenti, & in eodem actu successivo, Surd. conf. 369. nu. 15. 16. & seqq. Bardell.
- 16 loc. cit. nu. 12. & 13. Secundò † si fiat positio de obligatione facta ad favorem Ecclesie, Civitatis, vel Principis; erit admittenda, etiam si causam non contineat; quia favore Ecclesie, Civitatis, & Principis valet

- promissio absque causa, Mascard. *conclus. 345. num. 61.*  
Bardall. *ibid. n. 5.* & de promissionibus factis Principi,  
per Principem, vel coram Principe plura; Decian.  
*consil. 2. num. 114.* & *seq. lib. 1. Magon. decis. Lucens. 26. num.*  
*32. Bardel. consil. 553. numer. 9. Ceph. consil. 579. num. 9. 12.* &  
*seqq. Bardel. dict. consil. 12. num. 16. vsque ad num. 24. & num.*  
*28. & seqq.*
- 17 Tertio si ageretur de promissione facta cum iu-  
ramento, non esset necesse, positionem continere  
causam, nam iuramentum supplet defectum causae,  
Mascard. *dict. conclus. 345. num. 36.* Seraph. *de iur. privileg.*  
*49. n. 8.* & si vim iuramenti habere illa verba, quae ap-  
poni solent in scripturis priuatis, & in sede della veri-  
tate, & probat Bardel. in *sopracitato consilio nu. 25.* & *seqq.*  
*necnon num. 34.*
- 19 Quarto si cum confessio facta coram Iudice obli-  
get absque alia causae expressione, Mascard. *dict. concl.*  
*345. n. 16.* positio continens promissionem factam co-  
ram Iudice esset admittenda, licet in ea non esset ex-  
pressa causa. Quinto si ageretur de promissione fa-  
cta ab aliqua persona sapienti, ac sagaci sustineri  
posset positio absque causa, cum ex qualitate perso-  
nae contentis, confessio non praesumatur etronea,  
Ceph. *consil. 108. nu. 9.* & *seq. Bardel. loc. cit. num. 43.* Ex qui-  
bus ad plures alios casus inferri posset, in quibus  
Doctores dicunt, promissionem absque causae ex-  
pressionem valere.

## S V M M A R I V M.

- 1 Positiones debent fieri in scriptis: vbi de rationibus.
- 2 Responsiones ad positiones in scriptis adnotari debent.
- 3 Positiones non sunt in scriptis in causis, in quibus proceditur sine scriptis: quod tamen improbat.
- 4 Positiones debent produci coram Iudice.
- 5 Responsiones non debent fieri de necessitate coram Iudice, sed sufficit, quod coram Notario fiant.
- 6 Citatio partis an sit necessaria in productione positionum.
- 7 Citatio non est necessaria in his, quae experiri possunt parte inuita, & contradicente.
- 8 Citatio non solet esse necessaria in his, quae sunt parui praeiudicij.
- 9 Citatio non videtur necessaria in productione positionum, vbi ipsarum copia non datur, & quare.
- 10 Citationem esse necessariam in productione positionum probatur, & de rationibus numer. 11. etiam si positionum non detur copia, num. 12. & respondetur contrarium consideratis, num. 7. 8. & 9.

## Positiones debent fieri in scriptis, coram Iudice, &amp; cum citatione partis.

## CAP. XXI.

**I**Nter alia positionum requisita hoc maximè venit  
obseruandum, si ut sunt in scriptis, & coram Iu-  
dice, cap. quoniam contra de probation. cuius rei varias ra-  
tiones considerare solent Doctores. Prima, ut certus  
sit reus, super quo respondere debeat, leg. certum, ff. de  
confess. Secunda, ut tam pars, quam Iudex videre, &  
animaduertere possit, an faciant ad causam, & an  
sint admittendae, vel reiiciendae. Tertia, ne aliqua fiat  
variatio, ad text. in leg. acta, ff. de re iud. Quarta, ne aliqua  
occurat contentio inter partes, aliter fuisse proposi-  
tas, cap. cum inter de elect. Iacob. de Aren. de positi. §. 6. nu. 6.  
Specul. in tit. de position. nu. 12. Mascard. de probat. *conclus.*  
*1136. num. 12.* Cauagnin ad *Decret. Montis Ferrat. Decret. 11.*  
*§. 3. num. 31.* Quinta addi potest, quia ponens fatetur,

ut saepe superius fuit dictum, & infra dicitur, verum  
si positio non redigeretur in scriptis, non posset ap-  
parere quidnam ponens verè falsus fuerit, & semper  
dicere posset, non sic posuisse: ne igitur detur ansa  
decipiendi aduersarium, in scriptis debet redigi po-  
sitio.

- 2 Et eisdem rationibus etiam si responsiones in scri-  
ptis adnotari debent: quibus aliam addunt, ne qua  
iterum eisdem positionibus respondere cogatur,  
provt de facili euenire posset, nisi responsiones iam  
factae ostendi possent, vt per Specul. in tit. de position. §.  
*6. nu. 2.* quae responsiones notari solent in vna quaque  
positione. Socin. in *consil. 97. num. 3.* & *num. 11. in fin. lib. 4.*  
*Tusc. in su. P. conclus. 399. nu. 1.*
- 3 Quae tamen si declarant non habere locum in il-  
lis causis, in quibus sine scriptis procedi potest, Bald.  
in *l. qui interrogatur in fin. ff. de interrog. act.* Cauagn. in *dict.*  
*Decret. 11. §. 3. n. 33.* Verum praedicta sibi locum vindicare  
possent in interrogationibus, quas facere posset  
Iudex in causis, in quibus proceditur sine scriptis, in  
quibus cessaret vltus positionum; quae de necessitate  
requirunt scripturam, per rationes supra allatas nu. 1.  
quomodo enim dici posset, ponentem fateri, si quid  
fuerit positum, non appareat in scriptis: provt nec  
minus posset apparere de confessione respondentis,  
si eius responsio non fuerit scripta: & semper tara  
ponens, quam respondens posset asserere, non sic  
posuisse, nec respondisse: vnde illae interrogationes,  
quae fierent in causis, in quibus sine scriptis procede-  
retur, positiones nuncupati non merentur.
- 4 Factis igitur si in scriptis positionibus, in Iudicio,  
& coram Iudice produci debent, vt per Vbert. de  
Rob. *positio. nu. 15.* & docet Bart. in *repetitione leg. vbi cum-  
que num. 20. ff. de interrogat. actio. Papien. in forma Posi-  
tionum in verbo coram vobis, O. Iosred. de positionib. sub nu.*  
*2. Iacob. de Aren. de positionib. sub num. 44.* & quod fieri  
debeant coram Iudice, & in Iudicio, vbi ius redditur  
Scacc. post alios de *Iud. lib. 2. cap. 7. num. 443.* qui Iudex  
debet ipsas admittere, vel reiicere secundum ea, quae  
dicta fuerunt superius in cap. 19.
- 5 Non est tamen necesse, si vt ipse Iudex interroget;  
sed id potest committere Notario, vt positiones leg-  
gat respondere debenti; & eius responsiones in scri-  
ptis redigat; accedendo etiam ad Domum ipsius, si  
ob sexus verecundiam, vel personae dignitatem, ad  
Iudicium accedere non esset cogendus, vt per Scacc.  
*loco citato num. 44.* qui testatur semper vidisse, fieri re-  
sponsiones absque praesentia Iudicis: Bene verum est,  
quod quandoque partes de Notario parum confi-  
dentes, instant responderi coram Iudice; qui ob ali-  
quam rationabilem causam, & ad tollendam omnem  
suspicionem, mandat coram ipso responderi: acce-  
dendo etiam ad eorum Domum, si qualitas personae  
id exoptulet. Quod tamen in illis locis locum habe-  
re posset, in quibus positionum non datur copia;  
quando enim ipsarum copia datur, partes in scriptis  
faciunt responsiones, & eas in manibus Notarij ex-  
hibent; & iurant respondere, provt in eis.
- 6 Vnum tamen hic non est omittendum, si an in ip-  
sorum exhibitione coram Iudice sit necessaria cita-  
tio partis; Scacc. de *Iudic. dict. 1. 7. lib. 2. nu. 61.* pro negati-  
ua nonnullas adducit rationes. Primum in his, si quae  
possum experiri, parte inuita, & contradicente, non  
est necessaria citatio, Roman. *consil. 212. n. 2.* & *consil. 369.*  
*nu. 5.* Alex. *consil. 130. n. 1. lib. 1.* Alin. in *praxi, §. 7. capit. 5. limit.*  
*43.* ac Iudex potest cum clausula quascumque posi-  
tiones admittere, partibus etiam inuitis, ergo.
- 8 Tertio si non solet esse necessaria citatio, quando  
agitur



agitur de modico præiudicio. *Asin. in d. s. l. n. 59. nu. 4.* in admissione positionum patrum præiudicium considerari potest, cum semper admittantur cum clausula, salvo iure impertinentiam, & non admittendarum; quod eo magis videtur asserendum, quando ipsarum copia non datur ex duobus, primo quia tunc denegata copia, videtur denegata defensio, & ubi denegatur defensio, non est necessaria citatio; Secundo, quia ubi non datur copia positionum, earum admissio nullum habet effectum, nisi tempore, quo reus respondet, sed tunc est præsens, quæ præsentia supplet defectum citationis, & potest tunc excipere contra positiones, & iudex admissionem rescindere non prohibetur: vel potest respondere cum protestatione, quod sibi sit saluum ius impertinentium, & quod respectu earum, responsio habetur pro non facta.

Quibus tamen non obstantibus, dicendum est, in ipsarum admissione, necessariam esse citationem partitis, & est ratio, quia in quolibet actu iudiciali est necessaria citatio partis, *leg. nam ita diu. ff. de adopt. leg. de vnoquoque, ff. de re iud. cap. pastoralis de re iud. cum vulg.* & docet *Asin. in prax. in d. s. 7. c. 5.* & sic vidisse observari in praxi testatur *Scacc. loco cit. n. 63.* & ubi positionum datur copia, res difficultate careret: cum ipsarum admissioni se opponere possit ille, contra quem producuntur; demonstrando, vel esse impertinentes, vel alia ratione non admittendas, nec etiam cum clausula, salvo iure impertinentium; iuxta ea, quæ dixi supra in *capit. 19.* & sic cessat prima ratio in contrarium considerata supra *nu. 7.* nec est verum, hoc casu agi de modico præiudicio; cum imò per responsiones posset quis in aliquam contrarietatem, vel periculum incidere, & nemo debet inutilibus responsionibus gravari; Nec dicatur, potest postea instare responsiones declarari nullas, quia gravatur saltem hoc nouo iudicio: & idem asserendum puto, etiam si ipsarum copia non datur: nam citatus, licet ipsarum non possit petere copiam, potest tamen coram iudice iurare: ut positiones inspiciat: & reiciat impertinentes, quod si iudex facere debet etiam parte non instante, ut dixi supra in *d. c. 19. n. 40.* tanto magis id facere poterit, si de hoc à parte fiat instantia, & sic non gravare ad respondendum positionibus, quibus de iure responderi non debeat, cum onere postea instanti pro eorum reuocatione: concludamus igitur tam de iure, quam de stylo, & consuetudine, necessariam esse citationem in productione positionum, tam si ipsarum copia datur, quam non; de quo etiam infra in *cap. 33. num. 7.* aliqua dicam.

## S V M M A R I V M.

- 1 Positiones in iudicio exhibitæ non possunt mutari, nec emendari, ubi de ratione.
- 2 Volat emissum semel irrevocabile verbum.
- 3 Positiones fieri non solent absque matura deliberatione.
- 4 Confessio facta in ponendo difficiliter reuocatur, quam confessio facta in respondendo positionibus, ubi de ratione.
- 5 Positiones posse mutari in causa appellationis, quomodo intelligendum.
- 6 Positio non effecta de actis mutari potest.
- 7 Positio quando dicatur effecta de actis.
- 8 Positio in continenti mutari potest, & nu. 11.
- 9 Reuocatio quando dicatur facta in continenti, & nu. 12, 13, 14. & seq.
- 10 Positio non redacta in scriptis non est positio, remissiuè.
- 11 In continenti quando dicatur facta mutari, relinquatur arbitrio Iudicis, quod declaratur nunc seq.

- 12 Mutari non potest positio post acceptationem partis, ubi de ratione.
- 13 Positio mutari potest si confitetur de errore.
- 14 Nemo presumitur dixisse, quod mente non cogitavit.
- 15 Error debet probari ab allegante, & dicitur probatus si aliter rem se habere ostendatur.
- 16 Positio continens errorem iuris potest quoadcumque reuocari.
- 17 Positio facta à Procuratore potest per Principalem reuocari.
- 18 Principalis potest deducere contrarium eius, quod sius Procurator in positionibus deduxit: limitatur si Procurator habuerit speciale mandatum ad ponendum *nu. 23.* & quid si tacita, vel presumpta ad sit ratificatio *nu. 24.*
- 19 Positio potest quoadcumque declarari, etiam elapso termino ad ponendum.
- 20 Exclusus à iure aliquid faciendi, non dicitur exclusus à iure declarandi, iam factum.
- 21 Ponens ad instantiam partis tenetur declarare positionem obscuram.
- 22 Respondens positionibus quemadmodum debet quid certum respondere, ita etiam ponens debet quid certum ponere.
- 23 Positio à parte impugnata an possit mutari, seu reuocari.

Positio an possit reuocari, mutari, vel declarari.

## C A P. XXI.

**P**ositiones exhibitæ non posse nec mutari, nec reuocari, seu emendari, est apud omnes scribentes satis expeditum. Idque nulla alia ratione euenit, nisi quia, qui ponit facit, ut sæpè fuit dictum, & infra latius dicitur in *capit. 24.* vnde cum contenta in positionibus iam fuerit confessata ipsarum exhibitione iudiciali, propriam confessionem nec reuocare, nec mutare, nec emendare poterit actor in præiudicium aduersarij, *Bald. in l. generaliter, §. sed iuramento, C. de reb. cred. & notatur in cap. cum contingat de off. deleg. ita argumentatus fuit Maran. in suo Specul. par. 6. instit. de posit. nu. 6.* & docet *Specul. de posit. §. 10. nu. 7.* nam in volat emissum semel irrevocabile verbum, ut per *Spec. loc. citat. Alex. in cons. 7. nu. 6. lib. 3.* & tradunt alij, quos citat, & sequitur *Malcand. consil. 1176. numer. 7. & seqq.* & hanc regulam negatiuam ponit plures, quos allegat, ponit *Sec. de iud. par. 2. cap. 7. nu. 589.* *Ludou. dec. perus. 68. nu. 8. par. 2. in calce operis decis. 33.*

Idque tanto magis in positionibus procedere dicendum erit, cum positiones non fiant absque matura deliberatione, ac ideo uti confessio deliberatè facta, difficiliter mutari potest; per ea, quæ *Scacc. tradit loco citato numer. 591.* qui propterea dicit, in ponendo, quam in respondendo positionibus, responsiones enim positionibus fieri solent ex improviso, in quibus de facili quis decipi potest, quod tamen in illis intelligerem locis, ubi positionum non datur copia: ubi enim ipsarum copia non denegatur consulto, & cum consilio Procuratorum, & Aduocatorum sunt responsiones, pro ut etiam positiones mature, & non nisi cum maxima circumspectione exhiberi solent: ac propterea hoc casu nullam constituerem differentiam inter confessiones factas in ponendo, & eas, quæ fiunt in respondendo positionibus.

Et licet *Scacc. de appellat. quest. 11. nu. 28.* videatur tenere, in licitum esse mutare positiones in causa appellationis, debet tamen intelligi, pro ut verè loquitur,

non in mutatione ipsius positionis, ita ut, si vnum posuerim, possim contrarium ponere: sed in variatione materiatur: hoc est, si in primo Iudicio fecerim positiones super aliqua re, poterò in secundo Iudicio facere positiones super alia re: & sic aliud intentare medium, dummodo à prima petitione proueniat, vt per ipsum.

Supradicta conclusio, vt positio non possit nec mutari, nec reuocari, ¶ non procedit, si nondum effecta sit de actis: antequam enim effecta fuerit de actis, & mutari, & emendari ad libitum potest, per ea, quæ notat Bald. in l. generaliter, §. sed iuramento, C. de reb. cred. & habetur in dict. cap. cum contingat de offic. deleg. Marant. loc. cit. n. 8. Specul. in dict. cap. 10 sub n. 8. Mascard. dict. conclus. 1176. num. 12. Scacc. dict. cap. 7. nu. 608. versic. amplia vlt. & num. 678.

7 De actis vero ¶ ad hoc, vt dicatur positio, non sufficit exhibitio, & productio; sed necessaria est Iudicis admissio, sine qua non dicitur effecta de actis, iuxta Maranta, declarauimus locis supra citat. vt sentit etiam Specul. in tit. de posit. §. 5. numer. 13. & sequitur Mascard. in dict. conclus. 1176. num. 12.

8 Secundò ¶ limitatur, si correctio, seu mutatio fiat in continenti; tunc enim licet positio fuerit exhibitæ, & à Iudice admissa, & sic effecta de actis, adhuc in continenti mutari potest, vt tradit Alex. in cons. 71. n. 6. lib. 3. qui allegat Butr. in cap. fin. de confess. & post alios optimè Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glof. 3. num. 5. Gab. in tit. de confess. conclus. 6. num. 8. Scacc. de iud. d. cap. 7. num. 669. qui testatur, sic omnes communiter tenere.

9 Solum ¶ est difficultas, quando reuocatio dicatur facta in continenti: in quo variz fuerunt opiniones. Aliqui existimant, in continenti dici factam correctionem, antequam à Notario redigatur in scriptis: Verum licet antequam positio scribatur à Notario: imò etiam si fuerit scripta, & exhibitæ, ante tamen eius admissionem, vt nondum effecta de actis, possit mutari; id tamen non prouenit ex eo, quia in continenti mutari possit; sed quia vt nondum effecta de actis, potest corrigi, & mutari, vt dixi supra nu. 6. Imò ¶ si non fuerit redacta in scriptis, non erit positio, cum positiones in scriptis fieri debeant, vt dictum fuit superius in cap. preced. Præterquam quod ¶ conclusio supraposita, vt positio in continenti mutari possit, procedit, etiam si positio non solum fuerit redacta in scriptis, sed etiam effecta de actis, vt per Doctores supra citatos, quos sequitur Mascard. dict. conclus. 1176. nu. 13. & tradit Scacc. loco citato nu. 677.

12 Secunda est opinio, ¶ in continenti dici factam mutationem, si fiat eadem die, vt sentire videtur Glor. in capit. cum causam, & in capit. alim, in verbo non reuocata, de censib.

13 Tertia est ¶ opinio distinguendum inter positionem factam à principali, & eam, quæ fuerit facta à Procuratore, vel Aduocato præsentæ, & intelligente principali, vt primo casu in continenti dicatur facta mutatio, si fiat eadem die: in secundo vero casu, fat esse fieri intra triduum, de quo per Scacc. in dict. l. 7. n. 675. Quæ tamen distinctio non videtur in aliqua parte admittenda. ¶ Primò, quia positio facta ab Aduocato, vel Procuratore ipso principali præsentæ, ab ipso met principali facta diceretur; alias nunquam posset dici, ipsum principalem fecisse positiones, cum à Procuratoribus, seu Aduocatis semper formentur positiones. Alterum etiam distinctionis caput non est tutum: nam si statim fuerit positio à parte acceptata, amplius non erit locus reuocationis, etiam si fiat eadem die, cum per acceptationem fuerit acqui-

sitam ius parti, nec amplius admittatur reuocatio, vt de reuocatione confessionis factæ respondendo positionibus, dicam infra in cap. 64.

15 Altera demum ¶ est opinio, id arbitrio Iudicis esse relinquendum; an nempe, & quando in continenti dicatur facta mutatio, seu reuocatio, vt post alios dixit Mascard. in dict. conclus. 1176. nu. 13. & 14. Verum animaduertendum est, ¶ arbitrium Iudicis considerari posse; in casu, in quo non præcesserit partis acceptatio; post enim acceptationem partis, cum dicatur ipsi ius acquisitum, non est amplius licita reuocatio, etiam si fiat in continenti, nisi de errore doceatur, Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glof. 5. nu. 16. Scacc. d. cap. 7. nu. 671. & est ratio, vt dixi, quia secuta acceptatione, statim intelligitur acquisitum ius parti: ad quod confertur multa, de quibus infra in dict. cap. 64. circa reuocationem confessionis factæ respondendum positionibus, vbi videri poterunt.

17 Tertio ¶ limitatur conclusio supra firmata, si potius errauerit, quo stante errore positio mutari, & emendari poterit. Error, C. de iur. & fact. ignor. Ioseph. Ludou. d. decis. Perus. 68. par. 2. nu. 8. errantis enim nullus est consensus. Cum testam. C. eod. Et ¶ nemo præsumitur dixisse, quod mente non cogitauit, leg. labeo, ff. de suppell. leg. Specul. in dict. §. 10. numer. 2. in fin. Marant. loc. citato num. 6. Mascard. dict. conclus. 1176. nu. 15. & seqq. Gab. in tit. de confess. conclus. 6. num. 5. & 6. Grat. Theor. 20. nu. 2. Tiraq. loco supra citato nu. 16.

19 Qui error debet ab allegante probari: ¶ & ex eo dicitur probatus, si aliter rem se habere ostendatur, leg. si post decisionem, Cod. de iur. & fact. ignor. Mascard. loc. citat. n. 18. & in conclus. 645. dicit, hunc esse modum probandi errorem confessionis. Et de errore iusto, & iniusto, & de pluribus errorum generibus, Scacc. de iud. dict. cap. 7. nu. 627. & plurib. seqq. quæ omnia vti extra nostram materiam prætermitto.

Vnum tamen non omittam in proposito, quod ¶ si positio contineat errorem iuris, poterit quandoque reuocari: imò non facta etiam reuocatione non nocebit, vt per Scacc. loc. citat. n. 657. semper enim de errore apparere diceretur per rei euidenciam, si aliter ius disponat.

21 Quarta ¶ limitatur in positione facta à Procuratore, quæ potest per principalem reuocari, nec est hoc casu necessaria erroris probatio. Surd. decis. 17. nu. 16. in calce operæ decis. 62. Grat. discept. forens. cap. 3. num. 11.

22 qui dicunt, ¶ Principalem posse deducere contrarium eius, quod suus Procurator in positionibus deduxit, Scacc. de iud. dict. cap. 7. num. 600. & seqq.

23 Quæ tamen ¶ limitatio declaratur, vt non procedat, si Procurator habuisset mandatum speciale ad faciendum illas positiones, tunc enim diceretur Principalem posuisse, ac ideo eas reuocare non posset, non docto de errore, Scacc. loco citato numer. 597.

24 ¶ Maior esset difficultas, si non adesset mandatum, sed solum præsumpta, seu tacita ratificatio, quæ inducitur per tollerantiam absque vlla contradictione: in quo licet diuersimodè loquantur Doctores; vsus tamen, & stylus inualuit, vt positiones factæ à Procuratoribus absque speciali mandato, possint à Principalibus reuocari, etiam non docto de errore vt supra fuit dictum, & docet Scacc. loco citato num. 601. Si enim de errore doceretur, nulla esset dubitatio, vt per Gratian. in dict. cap. 3. nu. 9. Si enim confessio propria potest reuocari, docto de errore, tanto magis poterit reuocari confessio Procuratoris, si errante probetur.

25 Quintò ¶ limitatur, vt licet positio non possit nec mutari.

mutari, nec reuocari, bene tamen declarari potest: elapso etiam termino ad ponendum, seu ad probandum, Specul. in tit. de teste, §. nunc dicendum, vers. hoc nota, & est ratio, quia mediante dicta declaratione, nihil priori positioni additur, vt docet post alios Añ. in praxi, §. 19. cap. 23. & retrahitur declaratio ad tempus dispositionis, Barr. in leg. 1. §. huius studij, ff. de inst. &

16 Mandatum cum clausula ad iurandum de calumnia, sufficit ad ponendum.  
17 Scacmalé sensisse de iud. lib. 2. cap. 7. num. 765.

Ponens debet iurare, verum esse, quod ponit, & idem in respondente, & an sit differentia inter hæc duo iuramenta.

## CAP. XXIII

1 Nec alia positionum requisita, Doctores asserunt, & ponentem iurare debere, se credere, verum esse, quod ponit, Specul. in tit. de positionib. §. 5. n. 13. Grauat. ad Vestr. in tit. de position. sub num. 16. Marant. de ordin. iudic. 6. part. princip. in 5. actu num. 16. & tradunt alij, quos cita: Sord. in decis. 58. n. 11. que est in calce operis decis. 64. Rot. decis. 3. nu. 1. in fin. de sequestr. pens. & fruct. in nouiss. Iaf. in leg. possideri num. 24. ff. de acquir. poss. Mancin. de iur. par. 2. artic. 2. num. 8. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 60. num. 14. & lib. 2. cap. 7. num. 765.

2 Et licet aliqui absolute asserere videantur, & ponentem iurare debere, verum esse, quod ponit; attamen vt Specul. declarat in tit. de position. §. 2. in princip. iuramentum ponentis hoc solum continet, ipsum credere, verum esse, quod ponit, & sic calumniosè non ponere, vnde in ponente solum est necessarium iuramentum calumnie, quod in se hoc solum continet, iurantem credere, verum esse, quod ponit, vt declarat Specul. loc. cit. vt per Cauagn. ad Decret. Montis Ferrat. De. ret. 11. nu. 41. ac ideo & si ponens semel de calumnia iurauerit, non tenetur amplius iurare, Vestr. in praxi lib. 6. cap. 2. num. 19. quod esse verissimum dicit Scacc. de iud. par. 2. cap. 7. num. 765.

3 Et procurator propterea & habens mandatum ad iurandum de calumnia potest producere positiones, nec in eorum productione est necessarium aliud iuramentum, vt per Specul. loc. citat. & tradit Cauagn. loco pariter citato. Et sufficeret mandatum & generale cum clausula ad iurandum de calumnia, cum praxis inuoluerit in simili mandato, nec causæ cognitionem, nec personarum expressionem requirit, Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 6. vers. 2. & licet regulariter ad iurandum speciale requiratur mandatum, Ber. cons. 55. n. 14. 22. & 28. lib. 3. Ludouic. conclus. 30. vers. 21. dicendum est, procuratorem iurare non posse, & licet Sola ad Const. Sabaud. in tit. de posit. glos. 1. nu. 7. dicat, non sufficere iuramentum iam præstitum de calumnia, sed aliud esse necessarium, dum positiones producantur: & sic nec minus esse sufficiens generale mandatum ad ponendum, & iurandum de calumnia: attamen id forsitan posset esse verum ad formam dictæ constitutionis, de iure enim, & de stylo contrarium est asserendum, vt suprascripti Doctores docent.

4 Provi & etiam ille, qui responderet positionibus iurate debet, vt per Rob. de positionib. sub n. 19. Curt. de positionib. n. 44. Carpan super statut. Mediol. c. 83. n. 55. Marant. in 6. par. sui Specul. in tit. de posit. n. 13. Mancin. de iur. par. 2. artic. 2. n. 75. Vestr. in sua praxi lib. 5. c. 14. n. 11. N. utz. cons. 7. nu. 15. Olalc. decis. 113. in calce operis decis. 22. Thesaur. decis. 17. in calce operis decis. 9. & passim omnes, nemine discrepantes, qui propterea iur. tunc, & Procuratores, & Aduocatos positionibus respondere non posse: quomodo tamen id veniat intelligendum dixi in cap. 66. quod iuramentum & cum in respondente positionibus sit veritatis, si appareat falsum iurasse puniri potest, de quo latè in cap. 41.

## S V M M A R I V M.

- 1 Ponens debet iurare, se credere verum esse, quod ponit.
- 2 Iuramentum ponentis est solum se calumniosè non ponere.
- 3 Ponens si semel de calumnia iurauerit, non tenetur amplius iurare.
- 4 Procurator habens mandatum ad iurandum de calumnia, potest producere positiones, & sufficit mandatum generale cum clausula ad iurandum de calumnia, nu. 5.
- 6 Ad iurandum regulariter speciale requiritur mandatum.
- 7 Respondens positionibus debet iurare.
- 8 Procurator, & Aduocatus non possunt respondere positionibus, remissiuè.
- 9 Iurans falsum respondendo positionibus potest puniri, remissiuè.
- 10 Iuramentum ponentis, & iuramentum positionibus respondentis differunt, & quomodo.
- 11 Iuramentum calumnie hoc continet, iurantem credere verum esse, quod iurat.
- 12 Respondens positionibus absolute iurat, verum esse, quod respondendo dicit.
- 13 Responsio per verbum credere reputatur absoluta, remissiuè.
- 14 Iurans falsum respondendo positionibus, potest puniri, remissiuè.
- 15 Iurans falsum ponendo non punitur, vbi de ratione.

10 Notanda tamen est † pulcherrima differentia inter iuramentum, quod præstatur à ponente, & illud, quod à respondente datur: ponens enim sufficit, quod iuret, se credere, verum esse, quod ponit, & sic solummodo de calumnia iurare debet, *Spec. in dist. 5.*

11 *Id. in princ.* † iuramentum enim calumnie hoc in se continet, iurantem credere, verum esse, quod iurat, ut per *Specul. loc. cit.* ac propterea supra dictum fuit, iuramentum calumnie sufficere in ponente.

12 Ille verò, † qui respondet positionibus absolute iurat, verum esse, quod ipse respondendo dicit, quam differentiam sequitur nouissimè Marc. Ant. Thomat. in *decis. Marib. 70. nu. 1. & 2. qua est in calce operis dec. 77.* qui allegat hunc meum Tractatum, secundum primam impressionem.

13 Ac ideo non est verum, quod asserit Sola ad *Const. Sabaud. in tit. de positio. glos. 1. nu. 1. & 13.* quod ponens debet iurare, eas tenere pro veris, & partem contrariam respondere debere (sub simili iuramento: nam imò iuramentum respondentis positionibus est admodum diuersum, cum sit veritatis, non autem credulitatis, ut supra dictum fuit: nisi dicamus, Solam loqui ad formam dictæ constitutionis.

14 Nec dicatur, † etiam respondentem positionibus, per verbum credere, respondere solitum esse: nam licet illa responsio sit facta per verbum credere, absoluta reputatur, & responsio veritatis dicitur, *Curt. de positio. n. 51. Pacian. de probat. lib. 1. capit. 21. n. 11. R. in in. cons. 491. numer. 20. Malcat. de probat. conclus. 1176. num. 29. Rugin. pract. quest. cap. 16. nu. 5. Gratian. lib. 2. discept. forens. cap. 105. n. 5. & tradunt plures alij, de quibus in cap. 40. Vnde*

14 † iurans saltem respondendo positionibus, etiam si responsio fuerit facta per verbum credere, punitur, ut per *Rimin. in dist. cons. 491. de quo latè dixi in cap. 41. quam responsionem approbat Rot. Macet. in dist. dec. 70. num. 3. qui me allegat in dist. capit. 40. secundum primam impressionem.*

15 Ponentem verò † puniri, nemo est, qui asserat: & ratio differentie est, quia iuramentum ponentis hoc solum continet, se credere verum esse, quod ponit, & sic calumniosè non ponere, ut supra dictum fuit. Iuramentum verò respondentis est absolutum, & dicitur veritatis, licet fiat per verbum credere, ut infra in *dist. cap. 40.*

16 Et hinc cœnit † mandatum cum clausula ad iurandum de calumnia sufficere ad ponendum, ut fuit superius dictum, ad respondendum verò positionibus requiritur, ut nostrà dicunt, specialissimum mandatum, ad respondendum sic, & sic, de quo latius in *capit. 66. num. 13.*

17 Et hinc dicendum est, † male sensisse Seacc. de *iudic. par. 2. d. c. 7. n. 765.* dum dicit, sub eodem iuramento calumnie, sub quo responsum est libello, posse responderi positionibus, nam sub iuramento calumnie potest poni; non autem responderi positionibus, cum respondens positionibus debeat respondere de veritate, non autem, se credere verum esse, quod responderet, secundum supradictam distinctionem approbatam nouissimè à Rota Macera. *loco supra citat.* Nec minus erit verum, quod ipse subiungit *lococitato, versic. declara. istam responsionem;* iudicem posse deferre iuramentum malitiæ responderi debenti, si suspicetur, positiones calumniosè negari: nam cum responsio non sit sub iuramento calumnie, ut ipse præsupponit, sed sub iuramento veritatis, si iuret falsum, potest puniri, ut supra dictum fuit: nec aliud erit necessarium iuramentum malitiæ: Nec minus est verum, quod ipse subiungit in secunda declaratione, ut si

positio sit data sub iuramento veritatis; quod etiam sub iuramento veritatis respondere debeat, nec sufficiat iuramentum calumnie: nam primò, tam si positio fuerit data sub iuramento veritatis, quam sub iuramento calumnie; respondens debet semper respondere sub iuramento veritatis, prout veritatis dicitur responsio, etiam si fiat per verbum credere, ut supra dictum fuit: secundò iuramentum calumnie in respondente nunquam sufficit, etiam si ponens iurauerit solum de calumnia, ut pariter supra fuit dictum *num. 10. & seqq.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Ad ponendum an requiratur specialissimum mandatum, ad ponendum nempe sic, & sic, & nam, seqq.
- 2 Positio effectus est, ut qui ponit, fateatur.
- 3 Confessio Procuratoris voluntaria non est apta ad obligandum Principalem.
- 4 Ad respondendum positionibus quemadmodum requiritur mandatum specialissimum, ita etiam requiri videtur ad ponendum.
- 5 Ad ponendum quod requiratur mandatum in individuo ad ponendum sic, & sic.
- 6 Positio producta absque specialissimo mandato non præiudicat principali, quod declaratur *num. 8.*
- 7 Partes instare possunt, positiones exhibitæ per Procuratorem ratificari per Principalem.
- 8 Positiones distinctæ, quæ sine instructione principalium fieri non possent, præsumuntur à Principalibus subministrata Procuratoribus, & ipsi Principalibus nocent, *nu. 10. vbi de ratione: quod eo magis procederet, interueniente aliquo temporis intervallo num. 11.*
- 9 Confessio Procuratoris re integra non reuocata nocet principali.
- 10 Iuramentum veritatis non est necessarium in ponente, relative.

Ad ponendum, an requiratur specialissimum mandatum ad ponendum sic, & sic, vel sufficiat generale.

## CAP. XXIV.

- 1 **E** Se difficultas inter Doctores, † an ad ponendum requiratur specialissimum mandatum, nempe ad ponendum sic, & sic, vel sufficiat generale, Rota in *dec. 779 recent. par. 2. n. 1. qua est in calce operis dec. 7. & per tot. tenet, esse necessarium specialissimum, & in individuo mandatum ad ponendum materias in actis specificatas, & ad iurandum de veritate earum, aliter reum non posse cogi ad respondendum, & rationem adducit, quia † effectus positio est, ut qui ponit, fateatur, sed non quælibet confessio est sufficiens, sed illa dumtaxat, quæ potest habere iuris effectum: Verum*
- 2 † confessio Procuratoris voluntaria, dum nullo iure cogente ponit materias specificatas, non est apta ad obligandum principalem, nec illi præiudicare potest; ergo ad hoc, ut ex positione data per Procuratorem oriatur valida confessio, necessarium erit specialissimum mandatum, & *num. 4.* dicit, non sufficere mandatum speciale ad ponendum, & iurandum, quia licet sit mandatum speciale, non est tamen in diuisibile ad certas positiones, ac ideo non sufficit: potest enim Principalis postea dicere, se de illis non intellexisse, ac propterea concludit, quod sit necesse, ut fiat mandatum speciale, & in individuo, cum ipsarum positio-

positionum expressione. Et Beltram. in add. ad decis. 282. n. 9. & 10. Ludouisi. olim Pontificis, postquam dixit, ¶ ad respondendum positionibus, requirit specialissimum mandatum, subiungit, ita etiam ad ponendum requiritur specialissimum mandatum ad sic, & sic ponendum, & allegat Glos. in cap. in positionib. in verb. expresse de iur. iur. lib. 6. Franc. Marc. decis. 441. n. 2. par. 2. Neuz. conf. 7. nu. 12. & Rot. in dict. decis. 779. quae omnia sequitur Marc. Anton. Thomaz. decis. March. 70. num. 5. quae est in calce operis decis. 73. ubi expresse tenet ¶ ad ponendum requiri specialissimum mandatum, & in indiuiduo ad ponendum sic, & sic, & allegat d. decis. 779. & Beltram. ubi supra. Idem asserit Burat. decis. 566. nu. 10. quae est in calce operis decis. 74. Ac idem ¶ confessio resultantem ex positione exhibita à Procuratore absque specialissimo mandato non praedjudicare Principali.

Verum ego nunquam vidi in exhibitione positionum opponi non esse admittendas, nisi doceatur de specialissimo mandato. Solum quandoque ¶ partes animaduertentes aliquid in positionibus contineri, quod eorum fauorem respicere possit, instant, ad tollendas dubitationes, ratificari per principales. Et conclusio, quam Rota firmat, procedere possit, si si principalis esset absens, ita vt Procuratorem de contentis in positionibus instruere non potuerit: nam si in loco iudicij adsit Principalis, & positio contineat ea, de quibus Procurator verisimiliter notitiam, & cognitionem habere non potuerit, nisi ex instructione Principalis, praesumendum est ab eo omnia in positionibus contenta fuisse subministrata: ita in puncto considerat Rota coram Burat. decis. 566. nu. 11. in calce operis decis. 74. Vbi dicit, quod licet Procurator habeat solum mandatum generale ad lites, ad libellandum, & ad iurandum de calumnia: ¶ tamen si produxerit positiones plenas, distinctas, & particulares circa actus, tempora, & qualitates, quae sine instructione Principalium verisimiliter fieri non possunt, praesumuntur ab ipsis subministratae, & allegat in simili Rot. in Calagn. portione 28. Maij 1590. coram Reuerend. Perus. impressa in 1. val. Consilior. Farin. quae est decis. 77. n. 2. Vnde ¶ confessio inde resultans praedjudicet principalibus etiam si de alio specialissimo mandato non appareat, vt per Rot. in dict. decis. 566. nu. 11. coram Burat. Et verè quis crederet vnquam Procuratorem fecisse, ac exhibuisse positiones de facto, de quo solum principalis potest esse informatus, absque eius consilio, & expresse mandato: & quod eas produxerit, absque quod prius eas legerit, & ostenderit principali ac propterea de eius mandato praesumi debent exhibita, vt per Rot. in dict. decis. 566.

Et tanto magis ¶ id erit asserendum, stante aliquo temporis intervallo, cum sit praesumendum, Procuratorem de illis certificasse principalem, Rot. decis. 396. n. 3. par. 1. & decis. 131. n. 7. par. 2. diuers. & habetur in d. decis. 566. n. 12. ubi plures aliae allegantur auctoritates. ¶ Ac ideo, ¶ si confessio Procuratoris non fuerit re integra reuocata, debet nocere principali: vt in dict. decis. 566. nu. 13. ubi aliae allegantur decisiones.

Et circa d. decis. 779. recent. par. 2. animaduertendum est, nec minus esse verum, quod ibi in principio incidenter dicitur, necessarium esse mandatum specialissimum ad ponendum materias specificatas, & ad iurandum de veritate eorum: nam ¶ ponentis iuramentum, non est veritatis, sed credulitatis, nempe se credere contenta in positionibus esse vera, & sic sufficit mandatum ad iurandum de calumnia, nec est necessarium mandatum ad iurandum de veritate

eorum, vt supra in cap. praeced. secundum communem Doctorum distinctionem fuit ostensum, quae hic non repetam.

## S V M M A R I V M.

- 1 Ponens, quod ponit, fatetur.
- 2 Positio, si à ponente fuerit reuocata, non habetur pro confessata.
- 3 Positio à parte impugnata an habeatur pro confessata.
- 4 Positio producta in iudicio nullo non habetur pro confessata.
- 5 Positiones sunt loco probationum.
- 6 Positio in vno iudicio, an praedjudicet in alio.
- 7 Confessio resultans ex productione alicuius scripturae facta in vno iudicio, non praedjudicat in alio.
- 8 Confessio facta in ponendo dicitur proprie confessio, non autem confessio resultans ex aliqua productione.
- 9 Confessio facta in vno iudicio, regulariter probat in alio, quod tamen non procedit in confessione facta, vt n. 10.
- 11 Confessio facta inter diuersas personas praedjudicare non solet.
- 12 Positio facta per modum excipiendi an praedjudicet.
- 13 Confessio facta in exceptionibus praedjudicat.

## Ponens quod ponit fateri dicitur.

## CAP. XXV.

**P**onens, quod ponit ¶ fateri dicitur, Specul. in tit. de posit. §. 8. in princ. & §. 10. n. 2. ponens enim ponere non debet, nisi quod scit, vel verum esse credit: ac ideo omnia, quae ponit, pro veris ponere censendum est. Specul. loc. cit. Marant. in suo Specul. in tit. de posit. nu. 6. Gravari. ad Veltz. in tit. de posit. n. 16. Gab. in tit. de confess. tit. 1. n. 12. plures allegat, & sequitur Mascard. conclus. 347. n. 10. & conclus. 176. nu. 2. Tusc. in lit. P. conclus. 326. nu. 10. & seq. Carp. sup. statum. Mediol. in tit. de interrog. nu. 34. & seq. Granit. Theor. 20. nu. 3. Cauagn. super Decr. Mont. Ferr. Decr. 11. §. 3. nu. 2. Rimin. lun. conf. 426. nu. 20. plures alios ad propositum citat Scacc. de iud. lib. 1. cap. 60. n. 7. & lib. 2. cap. 7. n. 466. Canal. decis. 575. n. 6. in calce operis decis. 28. Rot. Genuens. decis. 60. num. 5. in calce operis decis. 30. Amat. decis. March. 58. n. 5. in calce operis decis. 80. Rot. Rom. decis. 227. nu. 2. recent. par. 2. in calce operis decis. 5. quo d. decis. 143. n. 1. ubi Beltram. in annotat. n. 4. in calce operis decis. 25. Gratian. discept. forens. cap. 269. num. 26. & cum nemo id controuertat, non est, quod tempus conteram, in referenda longiori Doctorum serie, & solum adducam nonnullas principales ad regulam limitationes, seu declarationes.

1 Quatum prima est, ¶ si positio à ponente fuerit reuocata, quod an, & quando fieri possit, diximus supra in cap. 22. quae hic non repetam.

2 Secundo ¶ limitatur, si fuerit à parte impugnata, vel negata, tunc enim ille, qui impugnauit, vel negauit positionem, non potest vti illa positione impugnata: de quo latius dicam in cap. seq. quod licet verum sit: hinc tamen dici non potest, quod ponens, non fateatur contenta in illa positione impugnata; solum enim lex disponit, ne quis ex positione negata commodum reportare possit; vt declarat Amat. dict. decis. March. 58. n. 6. in calce operis decis. 80. sed hinc non sequitur, quod ponens non fuerit confessus, licet ipsam negans illa confessione vti non possit.

3 Tertio ¶ limitatur, si iudicium, in quo fuerit producta positio, fuerit nullum, & nulla productio, tunc enim non praedjudicat. Alex. conf. 30. nu. 4. & 5. lib. 6. Granit. in dict. Theorem. 20. n. 22. cum enim ¶ positiones sint loco probationum, quemadmodum probationes fa-

- Et in Iudicio nullo non probant, Fatit. de test. quasi. ut sic etiam dicendum est, positiones non probant.
- 6 Quare t̄ limitanda videtur conclusio, si simus in alio Iudicio, etiam inter easdem personas agitato: nam t̄ confessio resultans ex aliqua productione facta in vno Iudicio, in alio non præiudicat, Gran. qui Rotæ decisionem citat Theor. 20. nu. 26. contrarium tamen est asserendum in calu proposito: nam t̄ confessio facta in ponendo, est propriè confessio, non autem confessio resultans ex aliqua productione: ut in eo, qui producit instrumentum, ex qua productione resultat confessio contentorum in eo; in quibus terminis loquitur Granut. sed cum ponens fateatur, ut supra dictum fuit, & regulariter t̄ confessio facta in vno Iudicio probet in alio, Nat. conf. 98. nu. 5. Cephal. conf. 100. nu. 17. lib. 1. Olasc. decis. 1. n. 4. Calagorit. decis. 58. lib. 1. dicendum est, confessionem factam in ponendo præiudicare etiam in aliis Iudiciis.
- 10 Quod tamen t̄ dictum fuit, confessionem factam in vno Iudicio præiudicare in alio, declarandum est, non procedere in confessione ficta: pura si Iudex ob contumaciam pronunciatet, positiones haberi pro confessatis, licet enim tunc illa ficta confessio præiudicaret in illo Iudicio, non præiudicaret tamen in aliis, ut dicam infra in cap. 62. nu. 20.
- 11 Prout t̄ nec minus confessio inter diuersas personas præiudicare solet, de quo Bar. de. decis. 952. num. 1. & seqq.
- 12 Quinto t̄ limitanda videtur conclusio, si fiat positio præcedente negativa, per modum excipiendi, ut per Scacc. de Indic. lib. 2. cap. 7. num. 451. Vrsill. ad Affl. Et. decis. 7. nu. 11. Mant. in suo Specul. par. 6. art. 4. nu. 9. vers. limita, Mascard. de probat. conclus. 176. n. 19. quod ex nonnullis comprobatur Scacc. loc. cit. num. 452. & 453. quod tamen ipse reprobat nu. 454. & seqq. & merito: nam licet positio fiat per modum excipiendi, & excipies non dicatur fateri petitionem, & intentionem actoris, in quibus terminis loquuntur Doctores supra citari; at tamen si postea ab ipso excipiente fierent positiones, licet essent factæ ad effectum excipiendi, at tamen contenta in positionibus haberentur pro confessatis, per regulam supradictam, quod ponens fateatur. Imò t̄ simplex confessio facta in exceptionibus præiudicaret, vti confessio iudicialis, ut dictum fuit supra in cap. 4. n. 17. vnde tanto magis præiudicabit, si fuerit facta per modum positionum, quod Scacc. loc. citat. n. 455. & seqq. ex pluribus comprobatur.

## S V M M A R I V M.

- 1 Positio impugnata quis vti non potest; & de ratione num. 2.
- 3 Positio cui quis respondere recusauit, vti non licet.
- 4 Positio impugnata ad hoc, ut quis vti non possit, an sufficiat impugnatio, vel necessaria sit impugnatio acceptatio, & declaratio super ipsa impugnatio, n. 5.
- 6 Negatio facta respondendo positionibus, non requirit aliquam acceptationem.
- 7 Scriptura impugnata an quis vti possit.
- 8 Positio negata per verba, non credit, ut ponitur, nec ad effectum, ad quem ponitur, an quis vti possit.
- 9 Positio in parte negata, & in parte non, quis vti potest in parte non negata.
- 10 Positio impugnata solummodo verbis generalibus, quis vti potest.
- 11 Negatio generalis, ergo narrata, prout narratur, &c. impugnat solum substantia, non autem circumstantia.
- 12 Positio negata quis vti potest, si negatio fuerit renouata.

- 13 Probationibus factis super positione negata quis vti potest.
- 14 Resultantibus mediè ex positione negata quis vti potest.
- 15 Positio, qua ob contumaciam habita fuit pro confessata, an quis vti possit.
- 16 Et quid si adsit statutum, ut positiones in casu contumacia habeantur pro confessatis, vel negatis ad commodum ponentis.
- 17 In positione impugnata, seu negata Iudex ex officio se fundare potest.
- 18 Positio negata ob eius implicitatem quis vti potest, & quare.

## Positio negata, &amp; impugnata an quis vti possit.

## CAP. XXVI.

**L**icet reus, contra quem producantur positiones, possit vti confessionibus ex ipsis resultantibus, cum ponens fateatur; tamen id non procedi, t̄ si positio fuerit negata, ut generaliter de scriptura impugnata docet Granut. Theor. 20. num. 23. & in specie de positione negata Bart. in leg. post Legatum, ff. de his, quib. vt indig. scribentes in leg. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poss. Iacob. de Aren. de poss. §. 3. num. 1. Specul. in tit. de positio. §. 2. nu. 1. & seqq. Hercul. de prob. negata. 198. vers. 40 fallit. Mascard. concl. 176. num. 3. Cauazun. super Decret. Mont. Ferr. Decret. 12. §. 2. quasi. 4. varios citat Gab. in tit. de reg. iur. conclus. 1. num. 2. Aut. Ciof. conf. 93. num. 7. Rimin. Iun. conf. 408. nu. 2. Mancin. de iur. par. 2. art. 2. num. 103. Guid. P. p. qui allegat Arch. in cap. 1. de confess. in 6. & de communi opinione testatur decis. 12. num. 1. in calce operis decis. 2. Et quod quis non possit se fundare in positione negata, Rot. Rom. decis. 100. nu. 10. diuers. par. 2. in calce operis decis. 15. Amat. decis. Marib. 58. num. 6. vbi plures alios allegat, in calce operis decis. 20. Rot. Genues. decis. 60. num. 10. in calce operis decis. 50. vbi pariter alie adducuntur auctoritates, Rota in antiquis in rubr. de positio. & confessio decis. 310. Surt. decis. 196. nu. 3. in calce operis decis. 6.

Ratio autem pulcherrima ex Specul. colligatur in dict. §. 1. nu. 1. t̄ Aut enim positio erat vera, aut falsa: si falsa, falsis probationibus non est conueniens, ut reus vtatur, si vera, mendax ergo fuit reus, eam negando: vnde in pœnam sui mendacij conueniens est, ut ipsa vti non possit, ut per Specul. loc. cit. Propriam enim diceretur allegare turpitudinem, dum pro vero præsupponere vellet, quod iuramento negauit: eandem rationem sequitur addit. ad dict. decis. 187. Guid. Pap. Surt. in dict. decis. 196. n. 6.

Hancque conclusionem, quod quis non possit vti positione impugnata, t̄ ampliat Surt. loc. cit. n. 4. etiam si quis recusauerit positioni respondere, quia super illa exinde non posset constituere fundamentum, ut per ipsum, & Doctores, quos allegat dict. n. 4.

Pluribus tamen conclusio supra firmata, declaratur, & limitatur modis.

4 Et primò, t̄ ut non sufficiat impugnatio, si fuerit impugnatio illa ab aduersario acceptata: ita declarat nouissimè Hodierna in addition. ad dictam Decis. Surti 196. nu. 2. & allegat Giub. decis. 100. nu. 33. & Gratian. disceptat. forens. cap. 279. num. 36. qui alios citat, & ampliat Hodier. nu. 3. t̄ hanc declarationem procedere etiam secuta impugnatio, si super ea nondum fuerit aliquid declaratum, & allegat eundem Gratian. loc. cit. n. 37. & 38.

Quæ tamen in materia positionum, non purò aliquo modo esse vera, nec Doctores ab Hodiern. allegati

allegati loquantur de positione impugnata, seu negata, † quæ negatio non requirit aliquam acceptationem ipsius ponentis. Imò ipsam acceptare non posset: esset enim de directo contra eius positionem, & contra iuramentum in ponendo prælitum: puta, posuit, me tibi tali tempore, & loco mutasse centum; tu respondendo dicis, non credo: si ego acceptarem hanc tuam negationem, in consequentiam dicendum esset, me fateri, falsum posuisse, & falsum iurasse: si igitur à ponente non potest acceptari negatio positionis, & ante acceptationem, quis potest uti positione negata, sequitur, falsam esse communè Doctorem conclusionem, positione negata uti non posse. Nec Gratian. & alij ab Hodiern. allegati loquantur de positionibus negatis; sed † de scriptura exhibita, & à parte impugnata: puta, quis producit Instrumentum, pars aduersa ipsum impugnat, dicendo, vel non probare, vel non facere ad causam, vel non comprehendere casum, de quo agitur, vel quid simile, querunt Doctores, an reus, contra quem productum fuit instrumentum, possit, stante eius impugnatione, ipso uti: Et vera est supradicta distinctio, quod aut actor acquieuit impugnationi, & ipso uti non poterit: Si verò actor impugnationi non acquieuit, poterit reus se iuare ex instrumento impugnatione, donec fuerit cognitum super eius impugnatione, & hoc ob dubium liti euentum, fieri namque posset, vtilis impugnatione esset reiecta: aliter sequeretur absurdum: ut si impugnans succumberet in impugnatione, non posset uti nec instrumento uti impugnatione, nec minus declaratione, qua fuit reiecta impugnatione, ut per Gratian. loc. cit. n. 38. ac idè debet expectari finis liti, ut per ipsum. Quæ omnia processus cessant in positione, quæ postquam est negata, nulla alia expectari debet declaratio, seu finis liti, super ista negatione, ac idè ipsa uti negata, amplius uti non poterit, ut supra fuit dictum. Bene verum est, quod si super ipsa fierent postea probationes, ipsis probationibus uti posset reus, licet ipsam positionem negauerit, de quo infra in sexta limitatione.

Aliam ponere videtur limitationem, Hodiern. loc. cit. n. 7. † si positioni fuerit responsam per verba, non credit, ut ponitur, & ad effectum, ad quem ponitur, cum ista verba non sint simpliciter negatiua: quæ tamen repugnat his, quæ dicam infra in cap. 40. cum imò in respondente positionibus verbum credere, vel non credere sit expressiua veritatis, ut latè ex aliorum mente ibi fuit dictum, nec aliquid in hoc operantur illa verba, ut ponitur, vel ad effectum, ad quem ponitur: adhuc enim positio dicitur purè, & absolute negata, ut in dict. cap. 40.

9 Tertio limitatur, † si positio fuerit in parte negata, & in parte non, tunc enim pars negata non præiudicat respondententi in parte, quæ negata non fuit, Alex. cons. 71. sub nu. 3. lib. 3. Tusc. in lit. P. conclus. 386. n. 11.

10 Quarto declaratur, † conclusionem procedere in positione expressè negata, secus si reus ante responsiones factas singulis positionibus, opposuerit generalia contra, cum negatiua in forma, vel negauerit narrata, prout ut narratur; talis enim oppositio, seu negatio impugnat solum substantialia iudicii, † non autem circumstantias, ut declarat Bart. in leg. si dubitet, §. ita demum, C. de fid. lat. in §. omnium nu. 93. in §. de actum. & sequitur Cau. 30. in dict. quest. 4. licet de hoc dubitare videatur Gratian. Theor. 20. sub nu. 23. ver. sed quid: plura ad propositum Ordel. in leg. final. nu. 77. ff. de rei vindicat.

11 Quinto declaratur, ut non procedat, si negatio

fuerit reuocata, Bart. in dict. leg. post legatum; & tradunt alij, quos citat Gab. dict. conclus. 1. nu. 13. Amat. dict. decis. 58. n. 6. An verò, & quando admittatur reuocatio, dicam infra in cap. 64.

13 Sexto † declaratur, seu restringitur conclusio, quantum ad ipsam positionem negatam, secus autem quantum ad probationes, quæ fierent super ipsa positione negata, quibus probationibus reus uti posset, Bart. in dict. leg. post legatum ver. si. quæro, ego negavi, & docent plures, quos referre curauit Gab. dict. conclus. nu. 20. & tradit Anton. Ciof. loco citat. alios citat Mancin. de iur. par. 2. art. 2. n. 104.

14 Septimo † declaratur, ut non procedat conclusio, quantum ad ea, quæ mediare resultarent ex negata intentione aduersarij, Gab. dict. conclus. 1. n. 30.

15 Octauo † declaratur in positione verè negata, secus si pars nullum dederit responsum, & rationem adducit Ias. in leg. 3. iolum. 4. in prin. ff. de acquir. possess. quia stante contumacia, positiones habentur pro confessis, ac idè non potest dici, quod fuerint impugnatae, vel negatae, Gab. dict. conclus. 1. n. 12.

Contrarium tamen voluit Alex. in leg. naturaliter, §. nihil commune ver. si. illud non omittit ff. de acquir. possess. sequitur in leg. 3. circa finem, C. de repud. hered. ubi etiam Bald. & tradunt alij, quos Gabr. citat numerat. Surd. dict. deus. nu. 4. Quorum opinio est sequenda, † si statutum adsit, ut positiones habeantur pro confessis, vel negatis ad commodum ponentis: cessaret enim tunc ratio iustonis, cum ad fauorem ponentis deberent dici negatae, & sic intraret regula, ut quis positione negata uti non possit.

16 Nonò declaratur, † ut conclusio procedat respectu illius, qui negauit; sed hinc non sequitur, ut iudex, saltem ex officio, non possit se fundare in positione negata, ut per Bart. in dict. leg. post legatum nu. 2. Gab. in dict. conclus. 1. nu. 58. & 59. Rot. Rom. decis. 101. n. 11. par. 2. in noniss. Hodiern. ad Surd. in dict. deus. 196. n. 4. idem expressè docet Amat. in dict. decis. 50. sub nu. 6. qui allegat Rot. Lucensem per Lepidum decis. 33.

17 Decimo † limitatur, si positio fuerit implicita, habens plura capita, tunc enim ratione implicitatis potest tota negari, ut supra in cap. 13. & infra in cap. 52. & dicitur negata ratione implicitatis; quod facere fuit licitum, ac idè ex actu licito non debet in aliquam penam incurrere; ut non possit uti positione negata in pœnam suæ negationis, & in hanc sententiam descendit Amat. in dict. 58. n. 7.

## S Y M M A R I U M.

- 1 Positiones in qua parte iudicii fieri possunt.
- 2 Positiones in termino probatorio fieri posse, non est dubium.
- 3 Positiones an fieri possint ante contestationem liti.
- 4 Probationes ante contestationem liti rejiciuntur: & sic positiones.
- 5 Probationes quando fieri possunt ante litem contestatam, possunt etiam fieri positiones.
- 6 Positiones super aliquo emergenti fieri possunt ante litem contestatam.
- 7 Positiones regulariter sunt post prestitum iuramentum calumnie: & quid si contingat fieri ante.
- 8 Positiones an fieri possint post conclusum in causa.
- 9 Positiones si fiant post conclusum in causa, an ipsis sit respondendum, ubi de rationibus pro parte negatiua.
- 10 In causis summarijs, in quibus proceditur sola veritate inspecta, admittuntur positiones post conclusum in causa.
- 11 Positiones post conclusum in causa admittuntur ex equitate.

12. Iudex ex officio potest quandocumque partes interrogare.
13. Declaratio positionum potest fieri post conclusum in causa.
14. Positiones super aliquo emergenti orto post conclusum in causa admittuntur positiones.
15. Positiones admittuntur post publicationem testium, si testes nihil probauerint.
16. Iuramentum liti decisivum, an detur post publicationem testium.
17. Post publicationem processus produci posse positiones, est communis sententia.
18. Probationes per instrumenta fieri possunt post publicationem processus.
19. In positionibus cessat timor subornationis.
20. Statutum si adsit, ut post didicita testificata non possint fieri probationes, adhuc fieri possunt positiones.
21. Inspectio loci quandocumque fieri potest.
22. Positiones non sunt probationes, sed modus se liberandi ab onere probandi.
23. Iudex nihil omittere debet, per quod perveniri possit, in cognitionem veritatis.
24. Conclusio in causa non tollit probationem per confessionem partis.
25. Quod non est probabile, non est ponibile, & quomodo id intelligi debeat.
26. Positiones post publicationem processus indubitanter admittuntur, ubi proceditur sola veritate inspecta.
27. Positionibus post publicationem processus est respondendum sine difficultate si fuerint producta in termino probatorio, licet ipsi non responsum sit: vel si tendant ad declarationem productarum nu. 28.
29. Publicato processu non possunt fieri positiones, si fuerit assignatus terminus ad probandum per omne genus probationum.
30. Urbini an ante statuto, de quo ibi, debeant admitti positiones post publicationem processus.
31. Positiones in causa appellationis, an possint fieri ante productionem gravaminis: ubi ponitur distinctio, & declaratur num. 33.
32. Iudex appellationis non potest cognoscere de meritis causa, non facta appellationis introductione.
34. In causa etiam appellationis fiunt positiones.

### Positiones in qua parte iudicij fieri possint.

#### CAP. XXVII.

1. **P**ositiones † in qua parte iudicij fieri possint, non levis est apud nostros altercatio, in quo, ut distinctè procedamus, distinguenda sunt tria tempora, seu tres iudicij partes: Antequam contestetur lis, lite iam contestata, & termino elapso. De primo, & tertio est dubitatio, de secundo nulla cadit controverfia: nam cum † positiones sint inventæ ad hoc, ut actor ab onere probandi releveretur, non est dubium, ipsos in termino probatorio fieri posse, Vberta de Rob. in tract. de positionib. nu. 16. Mascard. de probat. conclus. 1176. nu. 3. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 7. nu. 11. quod locum habet, etiam si fiant positiones contra eum, qui fuit contumax in comparando à principio, ut dicam infra in capit. 62. nu. 4.
3. Et an fieri possint † positiones ante liti contestationem, est aliqua dubitatio, in quo tamen communis est distinctio, quod aut quis intendit facere positiones super meritis causæ futuræ, & reijci debent: quia cum nondum fuerit lis contestata, non potest disputari de eo, quod nondum fuit in iudicio deductum, ut probat text. in leg. 1. ff. de interrog. alion. se-

4. cundò † quemadmodum ante contestationem liti reijciantur probationes. cap. final. in fin. ut licet non contest. sic etiam positiones reijci debent, quæ loco probationum succedunt, ut tradit Specul. in tit. de position. §. 4. nu. 1. & ita intelligere oportet Mancin. de iur. par. 2. art. 2. n. 36. Ruin. cons. 30. n. 19. lib. 4. Nisi tamen positiones continerent etiam petitionem, quibus respondendo diceretur contestata lis, ut dicam infra in cap. 70.

5. Quod autem diximus, non fieri positiones super meritis ante contestationem liti, † limitandum venit in omnibus illis casibus, in quibus probationes fieri possunt ante liti contestationem, quos Specul. refert in tit. de teste, §. nunc tractemus nu. 1. Et hanc materiam testium examinandorum ante contestationem liti, latè prosequitur Farin. de test. quest. 76. qui distinguit inter actorem, & reum, & inter iudicium civile, & criminale; & ponit requisita necessaria, ad hoc, ut examinari possint testes ante liti contestationem, quæ omnia vti extra nostram materiam prætermittitur, cum sit satis ad propositum dicere, quod in illis omnibus casibus, in quibus fieri possunt probationes ante litem contestatam, posse etiam fieri positiones, loco probationum inventas.

6. Animadvertendum etiam est, † fieri posse probationes ante litem contestatam super aliquo emergenti, & per consequens etiam positiones, Glor. in cap. 1. de confess. lib. 6. & docet Abb. in capit. fin. num. 5. de confess. & sequitur Curt. de position. num. 10. qui testatur gloriam prædictam esse communiter receptam, & Specul. loco supra citato, dat exemplum in exceptionibus dilatorius, de quibus agi debet ante liti contestationem, Gyl. præct. obseru. lib. 1. obseru. 79. n. 4. super quibus possunt fieri positiones, ut per Specul. loc. cit.

7. Nec iuradictis repugnat, si dicatur, † non videri ante litem contestatam posse fieri positiones, cum non fiant ante præstitum iuramentum de calumnia, quod non præstat, nisi lite iam contestata: tripliciter enim respondere solent Doctores: Primò non esse inconueniens hoc casu fieri posse positiones absque iuramento, quod tamen meritò reprobatur Specul. in dicit. §. 4. nam imò in productione positionum necessarium est iuramentum, saltem de calumnia, ut dictum fuit supra in cap. 23. aliter sequeretur, quod reus posset impunè ponere, quicquid falso voluerit: Vnde melius, & secundò responderetur, super quolibet emergenti litem contestari, & iuramentum de calumnia præstari: Tertio addunt, iudicem posse cogereponentem, ut iuret, se credere verum esse, quod ponit, si de calumnia prius non iurauerit.

8. Maior est difficultas, † an fieri possint positiones post conclusum in causa: id enim expressè negant, Bald. in leg. in contractibus, §. illo, C. de non numer. pecun. Jacob. de Aren. de position. sub nu. 2. Marant. in suo Specul. par. 6. in tit. de position. num. 10. Lanfranc. de Otian. in suo tractat. respons. nu. 14. lat. in leg. final. num. 12. ff. de feriis, Menoch. de arbitr. quest. 35. nu. 25. alios citat Mascard. de probat. conclus. 1176. num. 3. & seqq. nec non num. 34. & nu. 44. alios citat Olasc. decis. 10. num. 5. versu. contrariam opinionem, qua est in calce operis decis. 18. ac ideò dicunt, quod † si fiant positiones post conclusum in causa, ille, contra quem producantur, non tenetur respondere, Marant. loc. cit. num. 11. Mascard. loco pariter citato num. 4. Hodiern. in add. ad decis. 17. Sard. num. 3. & n. 9. & omnes rationem afferunt, quia conclusio in causa nihil aliud est, quam lapsus temporis ad probandum, quemadmodum agitur post conclusum in causa non admittuntur amplius probationes, sic etiam



etiam positiones admitti non debent, vt Mascard. & alij locis citatis. & sic exclusus à probando, debet etiam censerì exclusus à ponendo, ita argumentatur post alios Hodiern. in add. ad d. decis. 17. Surd. num. 3. & hanc esse regulam communem, dixi Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 7. num. 5.

Quam tamen regulam ipsam tenentes nonnullis declarant modis. Et primò. † vt procedat in Iudiciis ordinariis, & plenariis, vt post Marant. & Olsac. locis citatis, dicit Hodierna in add. ad d. decis. 17. Surd. nu. 9. secus autem si in causa procedatur summarie, de plano, absque figura Iudicij, & sola veritate inspecta; tunc enim potest Iudex in quacumque parte Iudicij admittere positiones, & ad instantiam partis alteram partem interrogare; sic distinguitur videtur Olsac. in d. decis. 17. nu. 6. qui plures allegat Menoch. de arbitr. quest. 35. dicit num. 25. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 7. nu. 16. & 17. alios citat, & sequitur Hodierna, ad d. decis. 17. Surd. sub nu. 5. qui nu. 6. dicit, quod cum in Regno omnes causæ sint summarie, & in eis procedatur sola veritate inspecta, passim post didicita testificata, & in quacumque parte Iudicij, admitti positiones: Fontan. decis. 25. nu. 15. in calce operis decis. 86.

11 Secundò † limitant, si aliter ex magna æquitate visum fuerit Iudici, vt per Menoch. in d. decis. quest. 35. n. 25. Mascard. d. decis. conclus. 1176. nu. 42. Scacc. in d. decis. cap. 7. num. 29.

12 Tertio † limitant, vt conclusio non procedat respectu Iudicis, qui ex officio potest quodcumque partem interrogare, vt per Doctores, quos citat Scacc. loco citato nu. 18. verum, vt ipse dicit sub num. 19. hæc non est limitatio ad regulam, cum procedat in interrogationibus, regula autem, de qua supra loquitur in positionibus.

13 Quarto † limitant, si positio non sic noua, sed iam facta declaratio, quam declarationem admittendam esse, dicunt Marant. loc. cit. nu. 12. Mascard. d. conclus. 1176. nu. 5. Myling. obseruat. 34. cent. 1.

14 Quintò † limitatur, si positio fieret super aliquo incidenti orto post publicationem testium, Hodiern. loc. cit. nu. 8.

15 Sextò Hodiern. loco citato nu. 7. † limitat, si testes examinari nihil probassent, tunc enim non obstante publicatione possent fieri positiones, & allegat The-  
16 laut. in decis. 93. qui tamen loquitur † in iuramento litis decisiuo, an nempe possit proponi post publicationem testium, & distinguit, an testes probauerint, vel non, & quod si probauerint, non possit proponi, secus si non probauerint.

17 Alij verò absolute, & indistinctè volunt † post publicationem processus posse produci positiones, & ipsis esse respondendum Angelus in leg. peremptoriae, C. sem. resand. non poss. Specul. in tit. de positionib. §. 4. nu. 2. Iacob. de Aten. de positionib. §. 5. plures refert, & sequitur Carpan. super statut. Mediol. cap. 83. sub nu. 72. Myling. d. decis. obseruat. 34. in fine, quam plures huius sententiæ fautores citat Olsac. in d. decis. 10. num. 1. 2. 3. & 4. alios Afsin. in praxi. §. 19. cap. 11. multos alios Peregr. decis. 126. Rota Colleg. Urbini in calce operis decis. 83.

18 Et rationem esse dicunt, nam † quemadmodum publicitas attestacionibus possunt fieri probationes per instrumenta, ita etiam fieri poterunt per positiones  
19 in 210 ipsis enim, vt † in productione instrumentorum, cessat timor subornationis, vt per Speculat. loc. cit. ac propterea Peregr. in d. decis. 126. sub nu. 9. in calce  
20 operis decis. 29. tenet, quod † si ad ius statutum, quod post didicita non possint fieri probationes per testes, adhuc fieri poterunt positiones, quemadmodum post

didicita sunt probationes per instrumenta, cap. cum dilectus, de fid. instrum. Abb. in cap. series nu. 4. de test. Imò multo magis cum confessio partis superet omnem speciem probationum, & in ea nulla possit cadere suspicio.

21 Aliud adducit simile † de loci visitatione, ac oculata inspectione, quæ quodcumque fieri potest Alexand. consil. 126. n. 2. lib. 1. Afsin. in praxi. §. 23. limit. 17. non obstante statuto, in quo præfixus sit terminus ad probandum, & probatum habendum per omnem cuiuscumque generis probationem, vt bene declarat Iaf. in leg. per iuro sub nu. 3. & seqq. de in litem iurando, & docet Causgn. super Decret. Mantuæ Ferrat. Decret. 3. §. 9. n. 10. Imò Peregr. loc. cit. n. 11. dicit, nec etiam per Legem tolli posse loci inspectionem.

Nonnulla alia ad propositum conclusionis supra firmatæ nu. 17. adducit Afsin. in praxi. d. decis. cap. 11. asserens,  
22 † hanc non esse probationem, sed potius modum se liberandi ab onere probandi: ac ideo positiones in quacumque parte Iudicij, post conclusum in causa, & postquam lapsæ sunt omnes dilationes, esse admittendas, pro habendis responsionibus tantum: † Iudex enim aliquid omittere non debet, per quod ad veritatis cognitionem perueniri possit, vt per Iacob. de Aren. Carpan. Myling. & alios supra citatos. Et Fontan. decis. 25. Senatus Cathalonie n. 4. & seqq. quæ est in calce operis decis. 86. testatur in aliis causis, præterquam tamen in causis suspicionum Iudicium, in quibus ibi, ex forma constitutionum, assignatur terminus octo dierum ad probandum; vidisse practitari, post publicationem processus, admitti positiones, & allegat Cæncer. qui etiam de hac praxi testatur, in 3. par. var. resol. cap. 12. in rub. de off. Iud. nu. 66.

Non obstant rationes in contrarium consideratae,  
24 tæ, † nam conclusio in causa tollit quidem probationes per testes; non autem per confessionem partis: quæ enim per testes amplius probari non possunt, per positiones probantur, Innoc. Felyn. Bald. in cap. ultra tertium de test. Mart. sing. 110.

25 Nec dicatur, quod † non est probabile, non est ponibile, Angel. in leg. sed & si, §. 1. ff. de Iudic. Surd. consil. 54. nu. 15. vbi dicit, quod si creditum non possit probari, nisi per scripturam, non poterit probari per positiones: Nec prædicta conclusio hoc modo intelligitur, vt illud, quod non est probabile, hoc est, in Iudicio deducibile non sit nec etiam ponibile: non autem, quod illud, quod per testes non potest probari, nec minus per positiones probari possit, vt declarat Peregrin. in d. decis. 126. qui dicit, quod si ad ius statutum, vt post didicita testificata, non possint fieri probationes per testes, adhuc fieri poterant per confessionem partis, mediantribus positionibus, vt supra dictum fuit.

Quæ conclusio in duobus casibus nullam habet  
26 ret difficultatem. Primò, † si Iudex possit procedere, & iudicare, sola veritate inspecta, tunc enim indubitanter posset admittere positiones post conclusum in causa, & mandare, ipsis responderi, vt post Menoch. Olsac. Franc. & alios dicit Fontan. in d. decis. 25. n. 14. & 15. Rot. Colleg. Urbini in d. decis. 83. n. 4.

27 Secundò indubitabilis esset conclusio, † si positiones fuissent productæ ante conclusionem in causa, & ipsis non fuisset responsum, tunc enim non obstante processus publicatione, ad respondendum quis cogi posset: prout etiam, si positiones nouæ tenderent ad declarationem aliarum positionum in tempore productarum, vt per Fontan. in d. decis. 25. num. 2. & quando positiones dicantur tenderere ad

declarationem aliarum, declarat Fontan. in decis. 24. sub num. 6.

28 Limitat tamen † Fontan. dictam conclusionem, in dict. decis. 25. secundum obseruantiam Senatus Cathaloniz, si agatur de suspitionibus, seu reculationibus Iudicum: tunc enim elapso termino ad probandum, Senatum Cathaloniz non admittere positiones, testatur Fontan. in d. decis. 24. & in d. decis. 25. num. 6. querit de ratione differentiz, cum in omnibus aliis causis, etiam post publicationem processus admittere soleat positiones, & dicit in aliis causis eas admittere, quia id est Iudicis arbitrium, Mascard. conclus. 1230. n. 73. & seqq. Menoch. de arbitr. quest. 31. n. 25. & cum probationes non sint coangustandz, Surd. decis. 277. n. 9. eas admittere solitum esse Senatui, & tanto magis cum vti Tribunal supremum procedere soleat, sola veritate inspecta: In causis vero suspitionum, & reculationum Iudicum, positiones rejicere post publicationem processus, cum hæc sit materia odiosa, & vt plurimum cauillosa: vnde non debent Iudices de facili cogi ad respondendum positionibus in eorum, & officij contemptum, vt per Fontanell. dicta decis. 25. nu. 16.

29 Secundò † limitatur, si non fuerit assignatus terminus ad probandum simpliciter, sed generaliter ad probandum per quascumque probationes, vel per omne genus probationum, tunc enim elapso illo termino, positiones amplius fieri non possent: Doctores enim, qui tenent post conclusum in causa, posse fieri positiones, id limitare videntur, si assignatus fuerit terminus ad deducendum quascumque probationes, vt dicit Fontan. in d. decis. 25. n. 11. termino enim illo elapso diceretur præclusa omnis via probandi, vt per ipsum.

30 Ex quo maximè dubitandum videtur, † an Vrbi post publicationem processus, debeant admitti positiones; cum nostrum statutum assignet terminum quindecim dierum ad probandum, tam per testes, quàm instrumenta, & per omne genus probationum: quo termino elapso, vult intelligi ipso iure conclusum in causa, & renunciatum probationibus fiendis, vt in rub. 2. lib. 2. Si enim terminus dicitur assignatus ad probandum per omne genus probationum; quo casu post conclusum in causa non possunt fieri positiones, vt supra dictum fuit, ergo stante dicta statutaria dispositione, post conclusum in causa nõ erunt admittendz positiones; tanto magis, cum nec etiam instrumenta produci valeant, & dicatur probationibus renunciatur: & certum est, cum, qui renunciauit probationibus, non posse facere positiones, vt dicam infra in cap. 29. n. 1. & seqq. Quæ licet de iure vera esse existimem, at tamen passim obseruatum vidi, etiam publicato processu, & vsque ad sententiam, admitti positiones pro habendis responsonibus tantum.

31 Ad materiam huius capituli, cum † etiam in causa appellationis fiant positiones, dubitari potest, an antequam fuerit productum grauamen, & antequam fuerit introducta appellatio possint fieri positiones in quo distinguere oportet, aut positiones concernunt merita causæ, & admitti non debent, nam † antequam Iudex appellationis possit cognoscere de meritis, debet appellans suam ostendere appellationem, & grauamen, Angel. in leg. per hanc vers. videndum, C. de temp. appell. Neuz. conf. 93. in princip. & non introducta, nec iustificata appellatione, quæ iurisdictionem tribuit circa merita nihil fieri potest.

32 Si verò appellans † vellet facere positiones super aliquo grauamine illato post sententiam, puta, latam

latam fuisse sententiam ab ea fuisse appellatum legitimo tempore, sed ipsam introducere non potuisse, ob aliquod impedimentum, vel fuisse introductam, sed à Notario deperditam, vel grauamen amissum, vel quid simile, quæ cum concernant solum sententiam, grauamen, appellationem, eiusq; interpositionem, vel introductionem, quæ iustificare spectat ad appellantem, poterit super his positiones facere, & cogere partem ad respondendum, Neuz. conf. 93. n. 11. & 12.

34 Facta verò legitima introductione, cum † in causa appellationis, non deducta deduci, & non probata probari possint, poterunt etiam super meritis fieri positiones, dummodo in prima instantia ipsis non fuerit responsum, respondere enim non debet positionibus ille, qui semel responsum dedit, Olasc. decis. 14. nu. 8. vt suis locis latius dicitur. Quod procedit, si cum effectus fuerit responsum; secus tamen, si solum in prima instantia essent productæ, & pars producens fuisset postea negligens in procurandis responsonibus, tunc enim pro ipsarum responsione instare posset in secunda instantia, vt per Olasc. decis. 14. n. 4. cessarent enim tunc rationes consideratæ à Doctorebus, ob quas dicunt, bis non esse respondendum positionibus.

#### S Y M M A R I V M.

- 1 Positiones sunt inuenta ad hoc, vt ponens releuetur ab onere probandi, & quomodo id intelligatur nu. 4.
- 2 Positio est modus probandi.
- 3 Probandi facultas non est angustanda.
- 4 Positiones facere non potest, qui suscepit in se onus probandi per testes, & per instrumenta tantum.

Qui suscepit in se onus aliquid probandi, an possit facere positiones.

#### C A P. XXVIII.

**S**Uscipit actor onus aliquid probandi, an poterit vii positionibus: pro negatiua nonnulli considerant, † positiones inuentas esse, ad hoc, vt actor releuetur ab onere probandi, sed cum ipse suscepit in se hoc onus probandi, videtur renunciassè huic commodo, & non solum voluisse, se ab hoc onere liberare, sed ipsum expressè subiisse, vt post Goffred. argumentatus fuit Specul. in tit. de posit. §. 11. n. 5.

Oppositum tamen asserit ipse Spec. & alij sequuntur, nam isti actus non sunt contrarij, sed compatibles, cum ad idem tendant, † positio enim est modus probandi, vnde quemadmodum testibus, & instrumentis probare potest, positionibus etiam idem pati facere poterit: cum † probandi facultas non sit angustanda, leg. quoniam in fin. C. de Heret. & Manich. capit. quamquam 14. quest. 2. & notatur in Auth. de test. in princip. & hanc opinionem sequitur Mascard. conclus. 1176. n. 15. de quo etiam in cap. 52. n. 15. & seqq.

4 Non obstat ratio † in contrarium considerata: nam id, quod dicitur, positiones esse inuentas, ad hoc, vt actor releuetur ab onere probandi, intelligitur per testes, instrumenta, & alias scripturas, hoc est, vt probare possit per partis confessionem mediantibus positionibus, quod per testes, & instrumenta probare debuisset: non autem, quod positio non sit species probationis, qua specie vti poterit etiam ille, qui suscepit in se onus probandi per testes, & instrumenta: dummodo tamen se non restricterit ad has duas tantum probationum species, testium nempe, & instrumentorum, vt si dixerit, se velle

velle aliquid probare per testes solummodo; quo casu ad aliam probationum speciem, & sic ad positiones redire non posset, cum ex se ipso probandi facultatem restrinxerit, per dictionem, tantum, vel quid simile, vt Speculat. & Mascard. considerant locis supra citatis.

S V M M A R I V M.

- 1 Probationibus qui renunciauit, an possit facere positiones.
- 2 Inri suo quilibet renunciare potest.
- 3 Locatio indefinita equipollet vniuersali.
- 4 Probationum certa species qui renunciauit, non prohibetur facere positiones.
- 5 Iudex ex officio potest partes interrogare, licet renunciauerint probationibus.

Qui renunciat probationibus, an possit facere positiones.

CAP. XXIX.

**S**olent etiam dubitare Doctores, si an qui renunciat probationibus, possit positiones facere, & ratio dubitandi esse potest, quia cum positiones sint inuentæ, ad hoc, vt quis ab onere probandi releuetur, licet renunciauerit probationibus, non videtur tamen renunciauisse rebus illis, quibus ab onere probandi liberatur.

Contrarium tamen de iure venit respondendum, nam cum positio sit species probationis, capit. 2. de confess. capit. 1. ad secundum, de restitut. spoliat. qui renunciauit generaliter probationibus, & positionibus renunciauisse videtur: ac propterea Specul. de positio. §. 4. num. 7. & seqq. dicit, quod si quemadmodum ille, qui renunciat positionibus, ipsas facere non potest, cum inri suo quilibet renunciare possit, capit. quod periculosum 7. quæst. 1. cap. si de Terra de priuileg. ita etiam qui generaliter probationibus renunciauit, ad ponendum admitti non debet; cum hæc etiam sit species probationis, & si locatio indefinita equipollet vniuersali. Idque eo magis difficultate careret, si omnibus probationibus, vel omni genere probationum fuisset renunciatum, ad quod conferunt, quæ dicta fuerunt superius in capit. 27. num. 29. de eo, cui assignatus fuerit terminus ad probandum per quascumque probationes, qui illo termino elapso non posset facere amplius positiones, licet regulariter publicato etiam processu possint fieri positiones, vt in dict. cap. 27.

Quod primò si declaratur, vt non procedat, si renunciatio esset restricta ad aliquam certam speciem probationum, vt per testes, vel per instrumenta: tunc enim positionibus uti posset, vt considerat Mascard. in dict. conclus. 1176. num. 36. & seqq. ad quod conferunt tradita in capitulo superiori.

Secundò si declaratur, vt hinc non possint dici ligatæ manus Iudici, quin ad veritatem elicendam possit partes interrogare, vt Specul. animaduertit loco citato numer. 8. & ex pluribus declarando sequitur Mascard. d. conclus. 1176. num. 40. & seqq. quæ vt plurimum extra nostram materiam prætermitto.

S V M M A R I V M.

- 1 Positiones in iudiciis criminalibus non fiunt.
- 2 Reus in criminalibus debet respondere per verbum veritatis, non autem credulitatis; ac ideo non tenetur ad respondendum positionibus, quibus per verbum credulitatis respondetur, quæ tamen ratio improbat. num. 3.
- 4 Positionibus crimen continentibus, vel ad crimen inferen-

tibus non est respondendum.

- 5 Accusatus non potest cogere accusatorem ad respondendum positionibus, & an idem sit in accusatore.
- 6 Accusatus cur non possit facere positiones, & cogere accusatorem ad respondendum.
- 7 Accusatus non potest facere interrogatoria accusatori, & quare.
- 8 Reus licet teneatur respondere quæstæ, & inquisitioni: hinc tamen dici non potest, quod teneatur respondere positionibus; licet enim Iudex interroget, & Iudex legitime interroganti sit respondendum: hinc tamen non sequitur, Iudicem facere positiones.
- 9 Mancin. de iur. par. 2. art. 2. num. 32. reprobat.
- 10 In iudiciis mixtis partium nempe civilibus, & partium criminalibus non fiunt positiones.
- 11 In causa spoliij an fiant positiones.
- 12 In causis damnorum datorum an fiant positiones.
- 13 Et quid si agatur solummodo ad emendationem damni.

An in iudiciis criminalibus, & mixtis possint fieri positiones.

CAP. XXX.

**C**um positiones loco probationum sint inuentæ, in omnibus illis causis, & iudiciis, in quibus possunt fieri probationes, etiam positiones fieri poterunt. si Ab hac tamen regula excipiendum est iudicium criminale, in quo positiones fieri non possunt, cuius rei plures à Doctores considerant rationes, Bartol. in leg. Marcellus ff. de act. rer. amot. & in

leg. 2. §. quod obseruari de iur. propter calumniam: dicit si in criminalibus eos respondere debere per verbum veritatis; respondens verò positionibus per verbum credere; ac propterea in criminalibus non esse admittendas positiones, quem sequitur Carpan. super statut. Mediol. c. 23. n. 130. alios citat Carta. in praxi interrog. reor. lib. 3. cap. 3. sub n. 17. vers. & cum prius, quæ tamen ratio parum, vel nihil concludit, cum si in respondente positionibus verbum credere sit expressiuum veritatis, vt supra sæpius fuit dictum, & dicitur infra in cap. 40. Alia, & melior consideratur ratio ex parte accusati, vt non teneatur respondere positionibus, quia si positionibus crimen continentibus, vel ad crimen inferentibus quis respondere non tenetur, vt supra in cap. 18. fuit dictum: quæ ratio excludit etiam actionem à ponendo, cum super re criminosa quis positiones facere non possit, vt in dict. c. 18. & licet Iacob. de Aren. de positionib. §. 7. id procedere asserat solum respectu accusati, qui non potest cogere accusatorem ad respondendum positionibus, si secus tamen respectu ipsius accusatoris, qui accusatum poterit cogere ad respondendum; nam dicit ipse, accusatus ex sua confessione damnari potest, & per consequens ab accusatore interrogari, ad hoc, vt si fateatur possit puniri, quæ ratio cessat respectu ipsius accusatoris: Respondetur enim primò, quod licet accusatus possit puniri ex propria confessione: id tamen procedit, si delictum fateatur interrogatus à Iudice auctoritatem ipsam interrogandi, & constituendi habente: sed hinc non sequitur, vt accusator possit facere positiones super crimine; & quod accusator teneatur respondere positionibus criminalibus; hæc enim omnia sunt de directo contra ea, quæ dicta fuerunt superius in dict. capit. 18. quæ hic non repetam.

Respectu verò accusati, si quod non possit facere positiones, & cogere accusatorem ad ipsas respondendum, prouenit ex alia ratione, ob periculum

nempè, ne accusator redierit in gratiam cum ipso accusato, & ad liberandum ipsum à pœna, aliquid respondendo positionibus, fateatur contra veritatem, & fisci intentionem, ira vt delictum remaneat impunitum, contra tex. in c. 1. & 2. de coll. derog. vt dixit Iacob. de Aren. loco citato, & sequitur Scacc. de Iudic. par. 2. cap. 61. sub nu. 3. versic. aut. & par. 2. c. 9. nu. 903. & prius dixerat in c. 7. nu. 251. & sic praxim obseruare, dixit Clar. in §. fin. quæst. 45. versic. sed huic incidenter. Et licet Clar. dicat, hanc rationem parum facere, cum desistente accusatore, adhuc fiscus inquirere possit, respondetur enim, rationem non esse, ex eo, quod accusator posset desistere, sed quia fateri aliquid posset in præiudicium fisci, quæ ratio militat, etiam si fiscus accusationem prosequatur: ob quam rationem dicunt etiam, quod

7 † licet accusatus possit interrogare testes contra ipsum examinatos, non potest tamen interrogare accusatorem, ne in gratiam reuersus cum accusato, aliquid assereret in præiudicium fisci, per ea, quæ dicit Iacob. de Aren. loco supra citato. Et sic vera est conclusio vniuersalis, in Iudiciis criminalibus non fieri positiones.

8 Nec dicitur in criminalibus fieri positiones, † cum reus querelæ, & inquisitioni respondere debeat; id namque procedit, si à Iudice interrogetur; nam Iudici legitimè interroganti est respondendum, sed illa querela, illa inquisitio, positiones appellari non merentur: Et sic falsam esse distinctionem Carr. loco supra citato, dicendum est, quod aut sunt positiones per Iudicem ex mero officio per inquisitionem procedentem, & admittuntur positiones, secus si ad instantiam accusatoris, utroque enim casu Iudex potest interrogare: sed illæ interrogationes nulla ratione positiones dici poterunt.

9 Nec curandum est de Mancin. de iuram. par. 2. art. 2. nu. 31. qui motus auctoritate Barr. in leg. Marcellus, §. 3. ff. rer. amot. tenet in criminalibus fieri positiones, nam Barr. iam declarauimus supra in d. cap. 7. nu. 12. & eius dicta procedere posse solum in terminis quintæ, & sextæ limitationis, de quibus in d. cap. 18.

10 Et quod dictum fuit in Iudiciis criminalibus non admitti positiones, † procedit etiam in Iudiciis mixtis, vt in turbatiuis, licet enim pro parte dicantur iudicia ciuilia, cum de interesse ciuili agatur, attamen cum habeant annexam criminalitatem, non debent admitti positiones, per rationes supra consideratas, & per ea, quæ dicta fuere in d. cap. 18.

11 Idem erit dicendum † in causa spoliij, incalescendi tamen criminalitati, vt per Scacc. de Iudic. d. cap. 7. sub nu. 767. Si enim ageretur de spolio, in quo contra spoliante solum agi posset ciuilitè, nec vlla contra ipsum, nec respectu partis, nec respectu fisci posset considerari criminalitas, positiones utique fieri possent, tunc enim cessarent omnes rationes supra consideratæ.

12 In causis pariter damnorum datorum, non deberent admitti positiones, cum damnus dans teneatur non solum damnus emendare, sed etiam ad pœnam; secundum varios casus, ac varia locorum statuta, & dixit Scacc. d. cap. 7. sub d. nu. 767.

13 Quod procederet, etiam si ille, qui damnus recepit, ageret solum ad damni emendationem, contra distinctionem, Scacc. loco citato; nam adhuc officialis, & Iudex damnorum datorum posset emendato etiam damno, agere ad pœnam, & sic cum non cesset criminalitas, positiones admitti non deberent.

## S V M M A R I V M.

- 1 In Beneficialibus an fieri possint positiones, & per totum.
- 2 Beneficia absque canonica institutione possideri non possunt.
- 3 Vitiolosus ingressus in beneficialibus dari non debet.
- 4 Titulus in beneficialibus ante omnia iustificari debet.
- 5 Agens remedio retinenda, vel recuperanda, an possit in beneficialibus facere positiones, nu. 14. & 15.
- 6 Agens remedio retinenda, vel recuperanda tenetur docere de titulo.
- 7 Possessor beneficii, quod ad superiorem, nullo vnquam tempore ex possessione ius acquirit.
- 8 Spoliatus in beneficialibus an debeat probare titulum.
- 9 Spoliatus in beneficialibus si probet possessionem triennem, an debeat probare titulum.
- 10 Spoliatus in beneficialibus sufficit, vt coloratum ostendat titulum, quod tamen declaratur nu. 12.
- 11 Vitium supressi valoris obijcere potest spoliator contra spoliatum agentem remedio recuperanda.
- 13 Reseruatio pensionis est contra ius.

## In Beneficialibus an fiant positiones.

## C A P. XXXI.

- 1 **I**N Beneficialibus positiones fieri non posse, multi asserere videntur: ac id eo, si aduersarius, ipsis non respondeat, dicunt pro confessatis haberi non posse, Specul. de position. §. 9. sub nu. 3. Curt. de position. nu. 14. Malcatd. de probation. conclus. 177. nu. 73. & 74. alios plures citat, & sequitur Scacc. de Iud. par. 2. cap. 7. nu. 510.
- 2 Ratio ab omnibus consideratur, † quia beneficia absque canonica institutione possideri non possunt,
- 3 cap. 3. extra de Instit. Vnde † ne detur vitiolus ingressus, contra tex. in cap. cum qui, de eo qui mitt. in possess. in primis, & ante omnia, † debet iustificari titulus, vt dicit Rebus. in sua praxi Benef. in tit. de rescript. n. 17. Scacc. loco citato nu. 512. ac idem impetrans Beneficium, non potest facere positiones, ad hoc, vt se releuet ab onere probandi titulum, quia in beneficialibus, vt dixi, necessaria est tituli probatio, quæ utique procedunt,
- 5 in eo, qui vellet consequi beneficium; sed † quid si beneficiatus ageret interdicto retinendæ, vel recuperandæ possessionis, num facere posset positiones. Id in specie Doctores non tangunt, quos videtis: &
- 6 difficultas in hoc consistere videtur, † an in beneficialibus agens interdicto retinendæ, vel recuperandæ, teneatur docere de titulo: circa quod primò animaduertendum est, quod aut ordinarius se opponit, & non obstante quacumque possessione, titulum ostendere tenetur. † Possessor enim, quo ad superiorem nullo vnquam tempore ex possessione ius acquirit, ita vt titulum ostendere non debeat, Innoc. in cap. cum contingat de prescript. Tiraquel. de prescript. §. 1. glof. 4. versic. sed huic sententia, alios citat Menoch. de recuper. posses. remed. 15. sub nu. 460. aut se opponit spoliator, & pariter commonem, & crebriorem esse scribentium sententiam. † Spoliatum titulum suæ possessionis probare debere, vt dixit post plures, quos allegat Menoch. d. remed. 15. nu. 459. idemque prius dixerat de retinend. posses. remed. 3. nu. 683. Quod tamen tribus declaratur modis, primò, vt non procedat, si agatur per viam attentatorum, de quo per ipsum remed. vlt. nu. 31. quod tamen parum ad propositum nostrum.
- 9 Secundo, † si probetur possessio pacifica per triennium, Cassad. in suis dec. in tit. de causa posses. & propriet. decis. 2.

*decis. 2. & mouetur, quia non est verisimile, quod Visitatores passi essent cum sine titulo possidere, Menoch. dist. remed. 15. num. 461. Id tamen repugnat omnino his, quæ tradunt Doctores à Menoch. allegati loco citato num. 458. cum adhuc rationes per ipsos consideratæ vigeant etiam in possessore triennali: Beneficiatum nempe non esse Dominium, sed ad instar procuratoris, qui in primis, & ante omnia, mandatum ostendere debet, ac idem, vt appareat, Beneficiatum non esse intrusum, debet ostendere titulum, cum intrusus non restituatur, & parum obstat, quæ de Visitatore dicuntur; de facili enim fieri posset, Visitatorem credidisse, ipsum esse legitimum possessorem, nec titulum videre procurasse.*

10 *Altera vera, & communis est declaratio, ¶ vt sufficiat, spoliatum titulum coloratum ostendere, vt tradunt Doctores, quos loco citato citat Menoch. num. 463. qui propterea n. 464. dicit, quod si ex aliquo titulo esset discoloratus, pro non titulo haberetur: ac propterea, si spoliatus possessionem ex titulo coloraret, spoliator posset obuiere vitium, ad discolorandum titulum; dummodo vitium ex eodemmet titulo appareret, vt per Menoch. de recuper. possess. remed. 3. nu. 603. & allegat Ripam in 2. responsio in titul. de rescriptis, qui dicit, spoliatorem posse obuiere vitium suppressi valoris.*

11 *Quod tamen diximus, titulum coloratum sufficere in spoliato, ¶ declaratur non procedere, si spoliato agenti obstat iuris præsumptio, vt per Menoch. dist. remed. 15. nu. 466. tunc enim in titulo esset plene probandus, vt per ipsum: ex quo forsitan dici posset, quod pensionarius agens hoc remedio, titulum ostendere*

13 *debeat: nam ¶ reseruatio pensionis non est præterius, vt censuit Guid. Pap. decis. 629. sed contra ius, vt tenuit Rot. decis. 351. num. 1. in nouissimis.*

14 *Et ex his modo, si queratur ¶ an agens remedio retinendæ, vel recuperandæ, in beneficialibus possit facere positiones, respondendum est, quod vbi necessaria est probatio tituli, positiones non debent admitti, per rationes supra allatas: quando verò sufficit ostendere titulum coloratum: tunc bene fieri poterunt positiones, & est ratio, quia ¶ titulus colorari potest per confessionem partis, vt post alios dicit Menoch. d. rem. 15. sub n. 470. vers. declaratur quarto in fine.*

## SVMMARIVM.

- 1 *Positionibus responderi mandat Iudex ipsis admittis.*
- 2 *Arma non sunt sumenda de Domo rei.*
- 3 *Reus si non tenetur edere ad fundandam intentionem actoris, quare teneatur respondere positionibus; & de rationibus differentie, & due adducuntur rationes num. 4. & 5. quæ tamen ibid. reprobantur, aliam rationem adducit Scacc. quæ pariter damnatur num. 6.*
- 7 *Positionibus respondere quare reus teneatur.*
- 8 *Positionibus non respondens, an de iure communi habeatur pro confesso.*
- 9 *Tacere est medium inter negare, & fateri.*
- 10 *Qui tacet non fatetur, nec negat.*
- 11 *Iudex iure communi inspecto non potest procedere contra non respondentem positionibus, vti confessum; sed solum potest ipsum vti contumacem arbitrio suo muldare, donec respondeat num. 12.*
- 13 *Contumax in respondendo positionibus, an de iure canonico possit à Iudice declarari pro confesso, & quæ sint necessaria ad hoc, vt pro confesso declarari possit num. 14.*
- 15 *Iudices de stylo, & consuetudine solent statuere terminum ad respondendum positionibus, cum comminatione, vt alia*

*habentur pro confessatis, vel negatis ad commodumponentis; & hoc casu non respondens non habetur pro contumace, sed pro confesso num. 16.*

- 17 *Statutum Urbini circa positiones.*
- 18 *Contumax in respondendo positionibus, quod de stylo, & consuetudine habeatur pro confesso, non obseruatur in Rota.*
- 19 *Contumax in respondendo positionibus potest à Iudice cogi multa indicta, & captus pignorum declaratur num. 22. & quid si ad sit statutum, vt non respondens habeatur pro confesso num. 20.*
- 21 *Clausula, vt non respondens positionibus habeatur pro confesso, dicitur opposita ad fauoremponentis.*
- 23 *Positionibus vnusquisque respondere tenetur, etiam si sit Episcopus, Archiepiscopus, vel Princeps; & etiam si litiget cum subdito.*
- 24 *Princeps litigans cum subdito, an teneatur iurare de calumnia.*
- 25 *Princeps non tenetur accedere ad Iudicem ad respondendum positionibus; sed Iudex debet accedere ad Principem, vel mittere Notarium ad recipiendum responsiones.*
- 26 *Persona egregia non debet accedere ad Iudicem ad respondendum positionibus.*
- 27 *Persona, quæ ad Palatium accedere non coguntur, remittuntur.*
- 28 *Iudici non decet accedere ad Domum primatarum personarum.*

**Iudex an cogere possit reum ad respondendum positionibus, & quomodo.**

## CAP. XXXII.

**F**Rustra fierent positiones, si pars, contra quam producantur, ipsis respondere non esset obligata: ac propterea, ¶ ipsis admittis mandat Iudex, intra certum terminum responderi, Jacob. de Aren. de position. n. 12. & seqq. & in J. b. nu. 1. Vbert. de Rob. de positi. nu. 9. Mancin. de iur. par. 2. artic. 2. n. 10. Marc. Ant. Thomat. decis. 4. Rot. Macerat. nu. 2. in calie operu decis. 73. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 7. n. 73. & passim omnes. Quibus non obstat regula communis, ¶ arma non esse sumenda de Domo rei, leg. nimis graue, Cod. de testib. variis enim respondetur modis, & plures rationes differentie considerat Rainald. Corset. lib. 3. indagat. iuris cap. 16.

3 *quæ tamen non placent Scacc. loc. cit. sub nam. 10. vers. huic motuo, Anton. de Butt. Albert. & alij in cap. 1. de probation. dicunt, rationem esse, quia ¶ actor respectu confessionis rei, non potest aliunde esse instructus, cum responsio sit in potestate ipsius rei, ac ideo tolleratur, vt ad instructionem actoris debeat respondere; quæ ratio cessat in rationibus, & instrumentis, quæ aliunde haberi possunt: ac ideo reus similia edere non tenetur, ad fundandam actoris intentionem, vt dicunt scribeantes in leg. 1. C. de edend. Verum, vt respondet Decius in dist. leg. 1. sub nu. 8. & in dist. cap. 1. hæc ratio parum conuadit: quia licet responsio rei, non sit in potestate actoris: potest tamen actor aliunde probare, quod per partis confessionem probare intendit: si enim fieri possent positiones (olummodo super re, quæ aliunde probari non posset, forsitan ratio concluderet, sed cum supra vnaquaque re possint fieri positiones, debilis certe est ratio iupradicta: ac ideo aliam addunt, quod ¶ licet reus cogatur respondere, in eius tamen sit potestate fateri, vnde si fateatur, sibi impitet. Quæ ratio est prior prioriam, licet sit in potestate respondentis fateri; attamen cum respondere debeat medio eius iuramento,*

non potest tuta conscientia negare veritatem; imò negando, posset puniri, vt infra suo loco diceretur, & sic non est sibi imputandum; quod fateatur; vt respondet Decius in *dict. leg. 1. sub num. 3. C. de edend. S. acc. loco citato*; aliam ponit rationem, dicens, † ponens grauatut hoc onere, vt dicatur fateri omnia contenta in positionibus: ac ideo in alio postea releuari debet, vt reus teneatur ipsis respondere: quæ ratio videtur omnibus aliis deterior: nam ponens non grauatut aliquo onere, cum nemo ad ponendum ipsum cogatur, & licet quod ponit, fateri dicatur: etiam producens in Iudicio aliquam aliam scripturam, dicitur eam approbare: prout per Iudicem confessio facta in libello, in exceptionibus, in precibus, & tamen ob hanc confessionem resultantem ex productione libelli, exceptionum, & precum, quis in aliquo non releuatur. † Ratio fundamentalis illa videtur, ob quam inductæ sunt positiones, vt nempe ponens releuetur ab onere probandi, vt supra sæpè fuit dictum, & ne partes grauentur probare per testes, quod per confessionem partis habere possunt; nec obstat, reum non teneri edere ad fundandum intentionem actoris, rationes, & instrumenta: nam est diuersa ratio in confessione, nam si eam edere tenetur reus, etiam actor potest cogi ad respondendum positionibus ipsius rei: vnde cum in hoc sint pares, cessat ratio, ob quam dicunt, reum edere non debere ad fundandam intentionem actoris.

Cum igitur reus teneatur respondere positionibus, si monitor non respondeat, quænam partes iudicis sint, videndum est. Et primò, iure communi inspecto, dubitant Doctores, † an non respondens positionibus habeatur pro confesso, & partem negatiuam tenent multi, † tacere enim est medium inter fateri, & negare, vt per Abb. & Felyn. in *canonne de presump. ac ideo in leg. qui tacet de regul. iur.* dicit Paulus Iurif-consultus, † qui tacet, non vtique fatetur, sed tamen verum est, ipsum non negare. Ac ideo † Iudex, iure communi attentò, contra eum, qui recusat respondere positionibus, non potest procedere, tanquam contra confesum, & pronunciare, haberi pro confesso, Marcin de *iur. par. 2. artic. 2. sub nu. 3.* sed solum potest test ipsum, vt contumacem, † arbitrio suo multare, donec respondeat, vt docet Iacob. de Aren. *loco citato nu. 19.* Rob. *loco pariter citato n. 9. & seqq.* quod tamen intelligunt secundum ius civile: licet alij sentiant, etiam iure civili inspecto, non respondentem posse haberi pro confesso, vt per Doctores, quos citat Scacc. *dict. cap. 7. sub nu. 477.* Specul. in *tit. de position. §. 7. nu. 2.* qui dicit, *dict. text. in leg. qui tacet,* procedere in extraiudicialibus, secus in iudicialibus, in quibus, cum quis respondere teneatur, in pœnam eius contumaciæ, debet haberi pro confesso.

Secundum verò ius canonicum volunt omnes, † contumacem, in respondendo positionibus, pro confesso declarari posse, per text. express. in *c. 2. de confess. in 6.* & docent plures per Scacc. citato *loc. cit. n. 478.* Plura tamen sunt prius necessaria, de quibus Rot. Genouen. *dec. 161. n. 10. in calce operis dec. 53.* † Primò, quod respondere debenti fuerint lectæ, & declaratæ positiones. Secundò, quod fuerit à Iudice monitus, cum non sufficiat moneri per nuncium: Tertiò, quod absque rationabili causa recusauerit respondere. Quartò, quod ipsi à parte fuerit accusata contumacia. Quintò, & vltimo sequi debet interlocutoria iudicialis facti declaratoria, vt per Doctores in *d. dec. allegat.* aliter contumacia absque dictis requisitis nihil operatur, vt per Franc. in *d. c. 2. n. 9.* quem alij scriben-

tes ibidem sequuntur Seraphin. *decis. 408. nu. 4. in calce operis dec. 53.* & de prædictis requisitis latissime Scacc. in *dict. cap. 7. nu. 485.* & pluribus sequentibus.

De stylo vero, & consuetudine dicunt omnes, † Iudicem statuere debere terminum reo, ad respondendum positionibus, cum comminatione, vt alias habeantur pro confessatis, vel negatis ad commodum ponentis, & † si non respondeat, non habeat pro contumace, sed pro confesso, Iacob. de Aren. *de posit. §. 6. nu. 1.* & ita vbique seruati. Specul. *de posit. §. 9. sub nu. 2.* in quo variz locorum consuetudines, & statuta veniunt obseruanda, Rot. Macerat. apud Thomar. *decis. 54. nu. 2. in calce operis decis. 172.* qui allegat meum Tractatum *de posit. in cap. 31.* secundum primam impressionem, & de consuetudine totius fœdè Italie testatur Scacc. in *dict. cap. 7. nu. 78.* vbi ponit formam, quæ in Vrbe seruari solet, & hunc esse stylum etiam A. C. dicit Rot. coram Seraph. *decis. 905. numer. 1. in calce operis decis. 56.* Urbini statutum adest, † vt fiat præceptum cum supradicta comminatione, vt reus infra biduum respondere debeat. Et elapso hoc primo termino, vt aliud fiat præceptum cum eadem comminatione, vt reus infra duos alios dies respondeat. Quibus postea transactis, accusatur contumacia, & Iudex, instante parte, pronunciat haberi pro confessatis, vel negatis ad commodum ponentis: vel volens mitius procedere, solet pronunciare in hanc formam: Nisi ad primam fuerit responsum, nunc prout ex tunc mandauit haberi pro confessatis, vel negatis ad commodum ponentis. Quæ præcepta, seu monitoria cedulae appellantur, vnde in primo præcepto additur, & hoc pro prima cedula: in secundo verò, & hoc pro secunda cedula.

18 Qui tamen stylus in Rota non attenditur, nisi fuerit obseruata forma *dict. cap. 2. de confess. in 6.* vt in *dict. decis. Seraph. sub nu. 1.* Ludouil. *decis. 460. nu. 14. in calce operis decis. 26.* vbi Beltram. in *addit. vnu. 18.* alias allegat Rotæ Decisiones, & dicit, quod vbi etiam seruatur rigor *dict. cap. 2.* non habet locum, nisi conuertant requisita, de quibus ibi per Franc.

19 Sed quid si producens positiones instet, partem aduersam respondere, nec satis ipsi videatur, pronunciat haberi pro confessatis, vel negatis. Iure communi inspecto, non est dubium, partem posse cogi, multa indicta, captisque pignoribus, Bart. & Bald. in *leg. 2. C. de re iud. Socin. consil. 117. nu. 1. lib. 2.*

20 Sed stante stylo, & consuetudine, de qua supra, vt alias habeantur pro confessatis, maior videtur dubitatio: attamen Cavaign. *super Decret. Mont. Ferrat. dec. 12. §. 1. nu. 4.* tenet, adhuc posse cogi, & multa indicta,

21 & pignoribus captis, † cum illa clausula, vigore statuti, vel consuetudinis appolita, vt alias habeantur pro confessatis, vel negatis, dicatur appolita ad fauorem ipsius ponentis, qui huic fauori potest renunciare, & ad alia iuris remedia confugere, vt per ipsum. † Secus tamen, si iam insteterit pronunciat, haberi pro confessatis, & lata fuerit pronuncia: tunc enim diceretur electa via statuti, & recedere voluisse à iure communi.

22 Vnusquisque igitur positionibus respondere debet, etiam si sit Episcopus, Archiepiscopus, vel Princeps, Cyriac. *controuers. iuris lib. 3. controu. 13. nu. 8. & seqq.*

23 etiam si litem haberet cum subdito, † licet enim Princeps litigans cum subdito non teneatur, secundum aliquos, iurare de calumnia, & per consequens respondere positionibus, vt per Cyriac. *sub d. n. 8.* contrarium tamen ipse ex aliorum mente probat numeris sequentibus. Et dato, quod vera esset opinio, Prin-

Principem non teneri ad iurandum de calumnia: hinc tamen non sequeretur, ut non esset obligatus respondere positionibus, nam positionibus non responderetur per iuramentum calumnie, sed veritatis, licet dicatur, non credit; cum verbum, credere in respondente positionibus dicatur expressivum veritatis, ut supra sæpè fuit dictum, præcipuè in cap. 23. & dicitur infra in cap. 41. Quod nullam habuerit difficultatem, si litigaret cum non subdito, ut per ipsum Cyriacum.

Est tamen in hoc differentia inter Principem, & priuatum, ut † Princeps non teneatur accedere ad Iudicem; sed Iudex ad ipsum accedere debet, vel mittere Notarium pro habendis responsionibus, & ad recipiendum iuramentum.

16 Quod habet locum in qualibet persona Egregia, Gratian. *discept. forens. cap. 368. num. 1. qui num. 2. exemplificat in Oratoribus Principum, ac aliis nobilibus personis: † & quid in mulieribus prægnantibus, Presbyteris, Senibus, Oratoribus, Advocatis, Episcopis, pauperibus, nobilibus, & similibus; an hoc privilegio gaudeant, ut non cogantur accedere ad Palatium, latè explicat Farinac. de testib. quest. 77. num. 202. vsque ad num. 244. & quest. 78. nu. 79.*

18 Et licet non debeat Iudex accedere ad domum Comitum, ac aliarum priuatarum personarum, licet sint nobiles: attamen debet substituere alium, ut post Farinac. & alios, dixit Gratian. in dict. cap. 368. n. 3. & 4. Sed de his vide nonnulla alia in cap. 69. nu. 16. & præcipuè circa expensas.

## S V M M A R I V M.

- 1 Copia positionum de iure communi non datur, & de ratione num. 2.
- 3 Copia positionum de consuetudine datur, sed in hoc varia attenditur locorum consuetudo, nu. 4.
- 5 Copia positionum an rationabilius sit dari, vel non dari.
- 6 Copia positionum non datur, nisi petatur.
- 7 Citatio an sit necessaria in productione positionum, ubi ipsarum copia non datur.
- 8 Citatio non est necessaria in his, qua possunt expediri parte inuita, & contradicente.
- 9 Copia positionum esse non datur, insulari tamen potest, per Iudicem inspicere, an sint admittende.
- 10 Positionibus respondere debens, absque copia, dum ipsi leguntur potest opponere de ipsarum impertinentia.
- 11 Copia positionum si non datur, an Procurator, vel Advocatus possit stare præsens, dum principales respondent.
- 12 Positionibus esse respondendum regulariter absente Procuratore, & Advocato, & quid in rustico, ac alia persona idiota, num. 13.
- 14 Mulieres an equiparentur rusticis, ac alii personis idiotis.
- 15 Rusticum, & personam idiotam respondere debere cum præsentia Procuratoris, vel Advocati, qui afferunt, an idem intelligere videatur etiam de mulieribus.
- 16 Positionibus an sit respondendum cum præsentia Procuratoris, vel Advocati, Iudicis arbitrio relinquitur.
- 17 Copia positionum ubi non datur, an saltem debeat dari terminus ad deliberatè respondendum, remissive.

## Positionum an sit danda copia.

## C A P. XXXIII.

1 S I queramus, † an positionum sit danda copia, de iure communi respondendum est, non dari, ut

docet Bald. in leg. supplicare sub n. 8. C. ut lit. pendent. & sequitur Alex. & alij in leg. si apud quem, Cod. de edend. ubi etiam Dec. nu. 22. Rip. n. 10. Cauagn. super Decret. Mont. Ferrat. §. 4. num. 5. Neuz. conf. 75. nu. 2. Surd. conf. 360. nu. 31. Mancin. de iuram. par. 2. art. 2. n. 44. nec est vera distinctio, quam facere videtur Mancin. loc. citato inter factum proprium, & alienum: licet enim quandoque in facto alieno, & in facto proprio implicito detur terminus ad deliberatè respondendum, de quo in cap. seq. hinc tamen non sequitur, copiam dari debere.

2 Rationem autem afferunt, ne reus ad respondendum instruat, ut Surd. dicit loco cit. aliter enim cluderetur quodammodo legum intentio, ut actor releuetur ab onere probandi, si non secundum veritatem, sed iuxta instructionem responderet reus.

3 Aliter tamen † de consuetudine, in pluribus locis obseruari, dixit Iaf. in leg. si apud quem num. 5. Mancin. loco citato, qui testatur de consuetudine Romanæ Curie.

4 Vetum † non est eadem omnium Tribunalium consuetudo, multis namque in locis ex forma, etiam statutorum, ipsarum positionum, antequam respondeatur, copia non datur, & alibi aliter statuitur. Urbini statutum adest, ut ipsarum detur copia, cum termino ad respondendum, quamvis contrarium obseruetur in omnibus ferè aliis locis, Prouinciis, & Ciuitatibus Status olim Sereniss. Urbini Ducis. Quod an sit probandum, vel improbandum, affirmate non audeo: † prima enim facie commendanda videtur consuetudo, ut ipsarum copia detur, ne partes cauillosas, & captiosis positionibus decipiantur, & ne ex improvisa responsione irreparabile damnum ipsis incautè inferatur. E contrario verò, si positionum detur copia, inutilis videtur ipsarum vsus: Procuratores enim, & Advocati clientes ad respondendum instruunt, & ad ea neganda, quæ causæ præiudicium inferre possunt, de facili inducunt: vel tales solent distare responsiones, ut, vel obscuræ, vel incertæ, vel conditionales, vel amphibologicæ, vel interrogationi parum consonæ omnino appareant: unde sup. cit. legitima, vel illegitima responsione quotidie disputationes, & controuersie oriuntur: attamen non sine maxima ratione, id fuisse statutum dici potest. Quo-

modo enim potest reus, ex improviso interrogatus, animaduertere, an positiones sint obscuræ, incertæ, conditionales, alternatiuæ, generales, superfluas, callidæ, captiosæ, cauillosæ, multiplices, implicitæ, impossibiles, negatiuæ, criminosa, impertinentes, vel tales, ut ex aliqua alia ratione, non debeant admitti? Nec dicatur, posse, præcipuè personas idiotas, habere Procuratorem, vel Advocatum præsentem: nam etiam Procurator, & Advocatus ex improviso posset decipi: tanta enim est quandoque ponentium calliditas, ut non facile id dignosci possit: præterea, esse contrarias, vel easdem cum primis, non nisi consulto, animaduerti potest. Nec in contrarium considerata admodum urgent, non enim est credendum, Procuratores, & Advocatos in eorum animarum præiudicium, non sine etiam obligatione ad interesse, clientes ad petendum inducere velle.

6 Hac tamen † stante consuetudine, non datur copia, nisi petatur, argum. l. peto, §. fin. ff. de leg. 2. Surd. loco supra citato, Neuz. conf. 79. num. 20. in fin.

7 Et in locis † ubi ius cõmune seruetur, queri potest, an in ipsarum productione pars citari debeat: & prima facie videbatur forsitan negativè respondendum, quia cum ipsarum copia non detur: & per consequens pars non possit ipsis contradicere, † non videtur necessaria citatio, quæ nõ requiritur in his, quæ possunt

expediti, parte etiam inuita, & non contradicente, Alex. *consil.* 130. n. 1. lib. 1. vna cum aliis allegatis ab Afino. in *prax.* 8. 7. cap. 5. limitat. 43. nonnulla alia ad propositum citat Scacc. de *iud.* lib. 2. cap. 7. nu. 61. vbi plures citat, & tandem nu. 63. concludit, quod quicquid sit de iure, in praxi videlicet semper partem citari: quod etiam asserendum est de iure procedere: nam licet reus non possit in specie positionibus, quarum copiam non habuit, opponere, & sic instare pro earum reiectione, † potest tamen factis oppositionibus generalibus, de quibus per Scacc. loco cit. nu. 769. petere, vt Iudex eas inspiciat, & animaduertat, an sint criminosa, an impertinentes, vel aliquem alium habeant defectum, ob quem veniant reiciendae; quod Iudicis integritati relinquitur, saluo remanente iure parti, † dum postea ipsi legantur, pro habendis responsionibus, in specie de etiam impertinentia opponendi, vt dixit etiam Scacc. loco cit. num. 72. de quo latius supra in cap. 21. num. 6. & seqq.

Et quoniam partes de facili circa earum impertinentia decipi possent, dicunt † Procuratorem, vel Aduocatum stare posse presentem, dum principalibus positiones leguntur, praecipue si sint personae idiotae, imò eas quandoque instruere posse ad respondendum, licet † regulariter absente Procuratore, & Aduocato partes positionibus respondere debeant, quod † limitant in rustico, & persona idiota, Specul. in *titul. de positionibus*, §. 7. versic. sed patronus, Bald. in *leg. 2. de iuram. calum.* Marant. de *iudic.* in 6. parte versic. 4. casus nu. 16. Meocho de *arbitr. casu* 194. nu. 79. Ludouif. decif. *Perus.* 81. num. 1. in *calce operis decif.* 34. de quo tamen latius dicam in cap. 65.

Vnum hic non omitam, † an ea, quae dicuntur de rustico, & idiota procedant etiam in mulieribus: & licet mulieres non æquiparentur personis idiotis, & rusticis, nisi in casibus à iure expressis, *leg. fin. ff. de iur. & fact. ignor.* at tamen Ludou. loco citato n. 2. dicit, maximam æquitatem suadere, mulieres in hoc idiotis æquiparari, ac propterea semper fuisse huius opinionis, vt Doctores asserentes, † rusticum, & personas idiotas posse respondere positionibus coram presentia Aduocati, vel Procuratoris, voluisse comprehendere etiam mulieres, cum sint fragiles, & regulariter idiotae, & certè, si hoc conceditur rusticis, qui hodiernis temporibus sagacissimi esse solent, eo magis videtur concedendum mulieribus, quae litium, & Iudiciorum nullam solent habere cognitionem.

Temperanda tamen † esset opinio, de qua supra n. 15. Iudicis arbitrio, qui animaduertere deberet, vltra personae qualitatem, & positionum impertinentiam, an essent de facto proprio, vel alieno, an de recenti, vel antiquo, an de se clara, vel implicita, seu inuoluta, vt considerat Ludou. in *diel. decif.* 81. nu. 4. & seqq. & sic admittere, vel non admittere praesentiam Procuratoris, vel Aduocati.

Et in locis, in quibus non datur copia positionum, † an saltem dari debeat terminus ad deliberatè respondendum, dicam in cap. seqq.

## S V M M A R I V M.

- 1 Terminus ad deliberatè respondendum an sit dandus. Nonnullorum ponitur distinctio, an quis respondere debeat de veritate, vel credulitate, num. 2. quae tamen distinctio reprobatum num. 3.
- 4 Terminus ad deliberatè respondendum regulariter non est dandus.
- 5 Terminus ad deliberatè respondendum debet dari, si ex impro-

nisa responsione, quis damnificari possit.

- 6 Terminus ad deliberatè respondendum debet dari interrogatus de facto alieno.
- 7 Terminus ad deliberatè respondendum potest petere interrogatus de facto antiquo.
- 8 Tempus decem annorum dicitur longum.
- 9 Terminus ad deliberatè respondendum potest petere pluribus negotiis implicitus.
- 10 Terminus ad deliberatè respondendum potest petere senex, femina, minor, rusticus.
- 11 Terminus ad deliberatè respondendum potest petere interrogatus de facto implicito.
- 12 Terminus ad deliberatè respondendum debet Iudex concedere in illis omnibus casibus, in quibus praesentitur obliuio.
- 13 Oblitio ex facto, & ex persona argui potest, quod exemplis declaratur.

## An debeat dari terminus ad deliberatè respondendum positionibus.

## CAP. XXXIV.

P Onamus positionum non dari copiam, secundum ius commune, † an saltem debeat dari terminus ad deliberatè respondendum: quae in re diuersimodè loquantur Doctores: nonnulli tenent, dictum terminum esse dandum, vt per Ioseph. Ludou. decif. *Perus.* 8. par. 2. num. 2. in *calce operis decif.* 31. Specul. in *tit. de posit.* §. 6. nu. 9. videtur facere differentiam, † an reus respondere debeat de veritate, vel credulitate: primo casu esse dandum terminum ad deliberatè respondendum secus in secundo casu, quem simpliciter refert, & sequitur Marant. in *suo Specul. par. 6. in tit. de posit. nu. 22.* idem Marant. de *iur. par. 2. art. 2. nu. 42.* vbi quaerens, an debeat dari terminus ad deliberatè respondendum, distinguit, aut vult respondere de veritate, aut de credulitate, si de veritate, dandus est terminus, secus si de credulitate: in quam sententiam descendit etiam Cabal in *glos. cap. 19. constit. March.* Veram distinctio praedicta est prorsus improbanda: nam † responsio facta, respondendo positionibus, licet fiat per verbum, credere, dicitur tamen affirmatio, & absoluta, & pro veritate habetur, vt dicam infra in cap. 40. & docet Pacian. de *prob. lib. 1. cap. 29. sub nu. 9.* & fuit dictum saepe superius verbum, credere, in respondente positionibus esse expressiuum veritatis, quae hic non repetam.

In hac igitur difficultate, prius negatiua est constituenda regula: † terminus ad deliberatè respondendum, non esse dandum, nisi in casibus infra pro limitationibus adnotatis, vt per Doctores in dictis limitationibus citandos.

Regula praedicta limitatur † igitur primò, si ex responsione, quae fieret in continenti, posset respondens, quasi ex praecipitatione aliquod praedudicium sibi inferre, ad text. in *leg. quis interrogatus ff. de interrog. all.* & in *leg. seq.* & docet Iacob. de Aren. de *posit. n. 32.* Rob. de *posit. nu. 36. & 45.*

Secundò † limitatur, si quis interrogetur de facto alieno, in quo cum cadat probabilis obliuio, Meno. *conf.* 248. nu. 29. lib. 3. quem refert, & sequitur Malcat. *conclus.* 122. numer. 23. potest reus petere terminum ad deliberatè respondendum, Specul. in *tit. de posit. §. 6. nu. 15.* & probat Vbert. de *Rob. de posit. nu. 36.* cum enim tanquam oblitus dubitet, non debet cogi, vt litatim respondeat, Iacob. de Aren. *sub diel. nu. 32.* Rob. loco



Circa positiones quodnam forum debeat attendi.

## CAP. XXXV.

**R**egula est omnibus satis nota, & in ordinato-  
riis attendi statutum loci iudicii; in decisoriiis  
verò statutum loci contractus, ut per Doctores in cap.  
quod clericus de for. compet. vbi Abb. nu. 10. & 11. Sed quid  
dicendum sit in positionibus, non videtur ita clarum:  
1. Positiones enim recipiant probationes, & proba-  
tiones decisoria respicere, non est dubium, & tra-  
dit Alin. in sua prax. §. 19. cap. 3. Vnde Rota coram Bu-  
rat. decis. 882. quæ est in calce operis decis. 75. num. 5. absolute  
asserere videtur, statutum circa positiones dici deci-  
sorium, cum respiciat probationes, Cald. in disput.  
relata, & secuta per Brun. in cap. cum clericus de for. com-  
pet. nu. 17. vbi etiam Felyn. in fin. Alex. cons. 121. nu. 5. in  
fin. lib. 1. & in consil. 58. num. 3. lib. 7. Coler. de proces. execut.  
par. 1. cap. 3. nu. 223. & mouetur ex supradicta ratione,  
quia probationes respiciant decisionem causæ, ut  
per Scac. de iudic. par. 2. cap. 11. n. 243.

2. Verum animaduertendum est, & effectum ipsarum  
probationum vtrique respicere decisoria, cum enim  
Iudex debeat iudicare secundum acta, & probata,  
probationes erunt causa ipsius decisionis, & hoc mo-  
do probationes dicuntur respicere decisoria, & in  
histerminis locutus fuit Alin. & alij per ipsum citati;  
necnon Doctores relati à Rota in dist. decis. 882. & sic  
etiam intelligendam esse supradictam decisionem,  
ratio ibi adducta clarè demonstrat, nulla enim alia  
ratione mouetur ad dicendum, statutum circa posi-  
tiones esse decisorium, nisi quia respicit probatio-  
nes. Sed nostra modo non est disputatio, de substan-  
tia probationum; sed de ordine recipiendi proba-  
tiones, quod ordinaria respicit; ac ideo & in hoc  
debet attendi statutum fori, in quo fit iudicium, ut  
distinguendo docuit subtilissimus Bald. in leg. cunctos  
populos num. 94. C. de summi. Trinit. vbi hæc ponit verba.  
Aut loquimur de ordine probationis, & inspicimus locum iu-  
dicij: aut loquimur de ritu probationum, seu de substantia, &  
tunc inspicimus locum contractus. Et ita passim obseruari  
vidi. Et præcipue & ab excellentissimis Auditoribus  
olim Serenissimi Urbini Ducis, qui modo Urbini,  
modo Pisauri, modo in Terra Durantis, nunc Ciui-  
tas Urbana nuncupata, commorabantur: qui Urbini  
positionum copiam concedebant, prout Urbini,  
vigore statuti, fieri solet; secus verò alibi, vbi posi-  
tionum non datur copia, & ob id fuit quandoque  
controversus hic casus. Erant productæ positiones  
in Terra Durantis, sed antequam reus responderet,  
Serenissimus vna cum ministris Urbium accessit:  
petebat reus positionum copiam, negabat actor; du-  
bitabatur, an esset danda. Verum facilis fuit resolu-  
tio, in loco enim, vbi fuerunt productæ positiones,  
pariter admittæ fuere, & mandatum responderis. Vn-  
de cum illa pronuncia deberet intelligi, ut esset re-  
spondendum secundum consuetudinem loci, in quo  
fuit promulgata, non erat danda copia, licet alibi re-  
spositiones fieri deberent.

Et cum anno præterito similis aduenisset casus  
eotam Excellentissimis Auditoribus Eminentissimi  
Cardinalis Cibò Status Urbini Legatus in causa ip-  
sis commissa inter Illustrissimum D. Comitem Ale-  
xandrum Santinellam de Pisauri reum conuentum  
ex vna, & Illustrissimum D. Christophorum Panfi-  
lium Eugubinum actorem ex altera, cuius partes ego

loco citato, Ludou. dist. decis. Perus. §. num. 29. in calce operis  
decis. 31. Pacian. loc. cit. nu. 10.

7. Tertiò & limitatur, si quis interrogetur de facto  
proprio, sed antiquo, quod saltem decennium exce-  
dat, cum enim per id tempus obliuio præsumatur,  
leg. 1. §. si seruus ff. de acquir. possess. can. longinquitate 12. qu.  
2. leg. qui in prouincia, §. 1. ff. de rit. nupt. §. illud, Auth. de  
trient. & sem. Tiraquell. de prescript. glos. 4. v. xi. sed mul-  
to, Menoch de prescript. lib. 6. prescript. 32. sub n. 1. & prius  
dixerat de arbitr. cent. 2. casu 26. nu. 1. & tradant plures,  
quos citat, & sequitur Mascard. conclus. 177. n. 1. & Tem-  
pus enim decem annorum dicitur longum, ut per  
Mascard. loc. cit. n. 2. Quod omnia aufert obliuionem  
que retum omnium inducere solet, leg. furtum, §. fin.  
tam leg. seq. ff. de vsucap. Plura ad propositum cumulat  
Mascard. dist. conclus. 122. num. 3. vnde merito poterit  
terminum petere, ad deliberatè respondendum, ut  
dixit Pacian. loc. cit. n. 12.

9. Quartò & limitatur, si persona, quæ interrogari  
debet, pluribus sit implicata negotiis, ut Princeps,  
ob negotiorum enim multitudinem, de facili præ-  
sumitur obliuio, Bart. in leg. quæ iussit in fin. ff. de re iud.  
& tradant plures, quos citat Mascard. dist. conclus. 122.  
n. 16. ac ideo ad deliberatè respondendum terminus  
assignari debet, Anchar. in cap. fin. de iur. iur. lib. 6.

10. Quintò & limitatur, si interrogetur senex, in quo,  
cum præsumatur obliuio ad respondendum, ex im-  
prouiso cogi non debet, Cauagnin. loc. citat. nu. 10. &  
11. quod extendere debemus ad sceminam, rusticum,  
minorem, & similes personas, in quibus de facili  
obliuio cadere possit, Menoch. cons. 275. num. 47. vol. 3.  
Mascard. loco citato nu. 19.

11. Sextò & limitatur, si quis interrogetur de facto  
admodum implicito, & circumuoluto, in quo cum  
præsumatur obliuio, Menoch. de arbitr. casu 307. nu. 7.  
Mascard. loc. cit. n. 14. poterit petere terminum ad de-  
liberatè respondendum, de quo etiam per Ludou. de-  
cis. Perus. §. n. 39. & seqq. in calce operis decis. 31.

12. Vltimò generaliter & limitari debet in omnibus  
illis casibus, in quibus Iudex animaduerrere posset,  
obliuionem adesse posse, quod eius relinquitur ar-  
bitrio, ut post alios dixit Menoch. dist. casu 26. nu. 2. &  
seq. & sequitur Mascard. dist. conclus. 172. nu. 10. & seqq.

13. Quæ & Iudex, ex supradictorum sententia, duo con-  
siderare debet, factū nempe, & personam: factum, si  
sit antiquum, vel recens, an notabile, ita ut de ipso  
non possit præsumi obliuio, an inuolutum, an pro-  
prium, an alienum, an simplex, an iuramento valla-  
tum. Circa verò personas: an respondere debens sit  
negotius pluribus implicatus, an puer, an iuuenis, an  
senex, an mulier, an rusticus, an idiota, an sanus, an  
valetudinarius, ita ut propter aliquem morbum me-  
moriam amiserit; hæc, & multa alia similia confide-  
rant Doctores, de quibus per Menoch. & Mascard.  
loc. cit. Et in illis casibus, in quibus præsumitur obli-  
uio, debet dari terminus ad deliberatè responden-  
dum, secus in aliis.

## S V M M A R I V M.

1. In ordinariis attenditur locus iudicij, secus verò in deciso-  
riis.
2. Positiones respiciunt probationes.
3. Probationes dicuntur respicere decisoria, & quomodo n. 4.
5. Positiones dicuntur respicere ordinaria, & quomodo.
6. In positionibus attenditur locus iudicij: circa ipsarum ad-  
missionem, copias, & responsiones, & sic de consuetudine  
obseruari num. 7.

tuebar, & cum pro parte dicti D. Comitis fuissent productæ nonnullæ positiones, & Urbini admittæ, quarum copia petita, prædicti Auditores dubitando dicebant, non esse dandam, cum forum rei sit attendendum. Verum sopradicta distinctione ipsis ostensa, contrarium pronunciarunt. Et cum die sequenti, & sic non solum ante datas responsiones, sed etiam antequam copia cum effectu esset tradita. Pisaurum cum dicto Eminentissimo Legato se contulissent, ubi positionum non datur copia, attamen ob admissionem Urbini factam dari mandauerunt. Et ita à dicto Illustrissimo Paulo Summo Pontifici Romæ inseruienti, mediante mandato ad respondendum sic, & sic, fuit consulto responsum.

## S Y M M A R I V M.

- 1 Tempus ad probandum non currit, dum disputatur de admissione positionum, & de ratione nu. 2.
- 3 Tempus ad probandum non currit, durante dilacione ad respondendum positionibus.
- 4 Tempus ad probandum non currit, si reus differat respondere positionibus.
- 5 Tempus ad probandum non currit dum disputatur, an legitime fuerit positionibus responsum.
- 6 Tempus ad probandum non currit, donec disputatur de admissione articulorum, & de ratione nu. 7.
- 8 Impedito facto partis, vel iudicii, non currit tempus.
- 9 Tempus ad probandum non currit, dum de impertinentia positionum, vel articulorum disputatur.
- 10 Exceptio si proponatur in iudicio, qua probatione indigeat, non currit tempus ad ipsam probandum, antequam fuerit admissa.
- 11 Edere qui tenetur instrumentum, vel aliquam aliam scripturam, donec ipsam non edat, non potest pretendere parti cucurrisse tempus.
- 12 Instantia non currit amplius, postquam de eius peremptione disputari fuit captum.
- 13 Tempus non currit, donec disputatur super eo, quod est expediendum.
- 14 Tempus non currit super facto principali, donec de aliquo emergenti disputatur.

**Tempus ad probandum an currat, donec disputatur de admissione positionum.**

## C A P. XXXVI.

**P**lures sunt casus, in quibus diximus, positiones non esse admittendas: sed dubitatio esse potest, si an ad probandum currat tempus, dum de ipsarum admissione disputatur, & non currere communis est omnium sententia, ut dixit Bald. in leg. 1. nu. 4. C. de iur. propter calum. glos. in dem. sapè in verb. post dilacionem de verb. signif. Specul. in tit. de dilat. §. 1. vers. licet, & docent scribentes in leg. quando in la 3. ff. de acquir. hered. alios citat, & sequitur Afin. in sua praxi, §. 19. cap. 19. Et est ratio, quia si ille, qui producit positiones, nulla alia ratione id facit, nisi, ut se liberet ab onere probandi, mediantibus aduersarij responsionibus, quas tamen procurare non potest, antequam positiones fuerint admittæ, & non visis responsionibus, non potest deliberare, an aliquid sibi probandum remaneat, ac propterea donec disputatur de ipsarum admissione, non debet currere tempus ad probandum.

Et eadem ratione durante dilacione, quæ datur reo ad respondendum positionibus, tempus ad probandum non currit, Afin. post doctores, quos allegat in sua praxi, §. 2. cap. 11. num. 12. Prout si non currit, si expirata dilacione adhuc reus differat respondere, Bald. loco supra cit. Afin. in d. cap. 19. nu. 1. Cauagn. super Des. Mont. Ferrat. Decr. 7. §. 2. num. 44. si Nec minus curret, si datis responsionibus, disputare contingeret an sufficienter esset responsum, per eandem rationem.

Et quod dictum fuit de positionibus, habet locum etiam in articulis, si donec enim disputatur de ipsorum admissione, non currit tempus, Bald. in d. quando in sui. ubi dicit, quod dum dubitat iudex, vel à partibus disputatur, in articulo sint admittendi, tempus à Iudice præfixum non currit, Alex. in d. 4. 2. lib. 3. Tiraq. de ver. retract. tit. 9. §. 12. glos. 2. num. 4. quæ omnia sequitur Afin. in d. cap. 11. num. 11. & tradunt plures, quos citat Cauagn. sup. Decr. Mont. Ferr. ad Decr. 7. §. 2. nu. 37. Et est ratio, quia si non potest producens articulos super ipsis testes examinare, antequam fuerint admitti. Et si impedito facto partis, vel iudicii non currit tempus, Alex. cons. 72. num. 2. vers. vnde diximus lib. 3. & docent multi, quos citat, & sequitur Afin. in d. §. 2. cap. 11. num. 10. nisi tamen impeditus possit aliquo modo illud impedimentum remouere, ut per Alex. loco citato num. 17. & sequitur ibidem Afin. n. 14. Ac ideo si exhibitis positionibus, vel articulis, parti opponeret de eorum impertinentia, quousque esset super hoc decisum, tempus probatorum non curret, Tusc. in consil. 35. in 2. dubio vers. ad idem lib. 1. Afin. in d. cap. 11. num. 16. Aliter esset in arbitrio rei excludere actorem à probationibus, variis oppositionibus, protrahendo in longum admissionem positionum, & articulorum, donec ad probandum tempus transiret.

Simile adducunt in eo, qui proponeret in iudicio aliquam exceptionem, quæ probatione indigeret, si cui tempus ad illam probandam non curret, disputare oporteret, an esset admittenda, vel non, Bald. in d. leg. 1. sub nu. 4. C. de iur. calum. Afin. in d. cap. 19. nu. 2. & idem prius dixerat in §. 2. cap. 11. nu. 15. Aliud si simile ponunt de eo, qui esset obligatus edere aliquod instrumentum, vel aliquam aliam scripturam, quousque enim ipsam non edat, non currit tempus super facto principali, Tiraq. de vtroque retract. tit. 1. §. 12. glos. 2. num. 5. Afin. loco proxime citato, qui idem reperit in §. 19. nu. 3.

Non absurdum est, quod dicunt, si instantiam amplius non currere, postquam de eius peremptione disputari fuit ceptum, Rimin. cons. 703. nu. 4. lib. 4. Dec. cons. 356. nu. 4. Cauagnin. loc. cit. nu. 38. Theisaur. decis. 10. num. 6.

Et regulare est, si quod quando disputatur super eo, quod est expediendum, terminus non currat, leg. si cum ipse, ff. de excusat. tut. leg. petende, C. de adult. leg. fin. ff. de minor. cum vulgar. Theisaur. loc. cit. Cauagn. loco pariter citato nu. 38. & seqq.

Et dum si disputatur de aliquo emergenti, tempus non currere, omnibus est in aperto, in quibus, vti notissimis latius non insitam.

## S Y M M A R I V M.

- 1 Consultor non potest aliquid pronunciare circa probationes, & positiones, quæ sunt species probationum.
- 2 Coram consultore actum fieri non debent.
- 3 Consultor debet consulere secundum statum cause.

Consultor an possit aliquid pronunciaré circa positiones.

## CAP. XXXVII.

**L**icet Iudex debeat pronunciaré circa positiones, ipsas admittendo, vel reijciendo, necnon mandando responderi, vel non responderi debere; ut supra suis locis fuit dictum, et id tamen facere non potest consultor; nam positiones sunt species probationum, & circa probationes consultor nullam habet auctoritatem, ut probat text. in leg. cum à nobis, C. de dilat. Imò et coram Consultore acta fieri non debent, sed processus instructus ipsi debet dari. Alin. in sua praxi, §. 14. c. 1. n. 9. & 10. Bald. in leg. 1. n. 2. C. de poena iudic. qui male iudic. ubi loquens in terminis de positionibus, dicit et Consultorem debere consulere secundum statum causæ, ac ideo non posse pronunciaré positiones, haberi pro confessatis, vel negatis, ut per ipsum.

## S Y M M A R I U M.

- 1 Clausula, salvo iure impertinentium, operatur, ut positiones non admittende, habeantur pro non admittis.
- 2 Responsio facta positionibus admittis cum clausula, salvo iure impertinentium, non præiudicat, si positiones non erant admittende.
- 3 Probationes super articulis admittis cum clausula, salvo iure impertinentium non præiudicat, si articuli non erant admittendi.

Clausula, salvo iure impertinentium, & non admittendarum quid operetur.

## CAP. XXXVIII.

**I**mpertinentes positiones non esse admittendas, diximus supra in cap. 19. Verum quia quandoque de earum impertinentia notoriè non constat, & potest esse aliqua dubitatio, an sint admittende, vel reijciende, ipsas Iudices admittere solent cum clausula, salvo iure impertinentium, & non admittendarum, ut post plures, quos allegat, benè declarat Mascard. concl. 132. nu. 4. & seqq. de quo plura ad propositum dicta fuerunt superius in cap. 19. Quæ clausula et hoc operari solet, ut si appareat de earum impertinentia pro non admittis habeantur: quod adeo verum est, ut et si positionibus impertinentibus fuerit responsum, illa responsio, seu confessio nullo modo præiudicat, Curt. de position. num. 29. Benint. decis. 32. in calce operis decis. 24. num. 15. & seqq. Polid. Rip. observat. 298. Alin. in sua praxi, §. 19. cap. 9. nu. 6. Mascard. conclus. 1177. num. 13. & seqq. & sic dicta clausula operatur, tam ex parte Iudicis, quam ex parte respondere debentis: ex parte Iudicis, quia si appareat non esse admittendas, habeantur pro non admittis: ex parte respondentis, quia, ut dixi, responsio facta positionibus impertinentibus, & non admittendis non præiudicat, ut per Alin. loc. cit.

3 Pro ut etiam et probationes factæ super articulis admittis cum hac clausula, non præiudicant, si appareat, articulos fuisse impertinentes, & non admittendos, ut per supræcitatos Doctores, & alios, quos citat Mascard. conclus. 152. nu. 6. & tradit Alin. in dict. cap. 9. sub nu. 6. Plura alia circa reiectionem positionum impertinentium, ac earum admissionem cum

dicta clausula, dixi supra in cap. 19. & dicam infra in cap. 58. quæ propterea hic consulto omitto.

## S Y M M A R I U M.

- 1 Purè, & simpliciter est respondendum positionibus, & de ratione num. 2.
- 3 Positiones sunt ad hoc, ut actor relevetur ab onere probandi.
- 4 Positionibus simplicibus simpliciter est respondendum. Præcipue stante statuto, positionibus esse purè, & simpliciter respondendum, nu. 5. & idem est, stante stylo, vel consuetudine num. 7.
- 6 Simpliciter positionibus non respondens potest cogi ad iterum respondendum.
- 8 Stylus loci facit ius.
- 9 Purè, & simpliciter esse respondendum positionibus quid importet.
- 10 Purè idem importat, quod simpliciter.
- 11 Simpliciter respondere quid importet.
- 12 Simplex responsio facta positionibus quæ sit.
- 13 Simplex ad hoc, ut dicatur responsio, quæ continere debeat.
- 14 Simplex responsio quæ non sit.
- 15 Simpliciter fieri dicitur, quod sit sub conditione, quæ de sui natura actu inest.
- 16 Positioni duplici non est simpliciter, & purè respondendum.
- 17 Responsionem duplicem Iudex quandoque ex equitate admittere potest.
- 18 Responsio Cathgorica, & Hypothetica, quæ sint.

Purè, & simpliciter est respondendum positionibus, & quid importent ista verba, purè, & simpliciter.

## CAP. XXXIX.

**P**urè esse et respondendum positionibus dicunt passim scribentes, & statuta, quæ mandant, positionibus responderi, addunt purè, & simpliciter, & est ratio ab omnibus considerata, quia et positiones ad hoc fiunt, et ut actor per responsiones rei relevetur ab onere probandi, cap. statum de confes. lib. 5. legi eius qui in provincia, ff. de iur. Ro. à Val. cons. 90. nu. 6. lib. 14. Specul. in tit. de position. §. 2. Ludou. decis. Perus. 2. par. 1. in calce operis decis. 31. & supra sæpè fuit dictum: quod evenire non possit, si conditionales, & obscure essent responsiones; quid enim sibi remaneret probandum, animadvertere non possit, Gayl. p. 1. act. obseru. lib. 1. obseru. 32. num. 2. Ludou. loco cit. Rot. cor. Butat. decis. 882. nu. 1. & seqq. in calce operis decis. 75. Unde et quando positiones sunt simplices, simplex pariter debet esse responsio, Specul. de Instrum. adit. §. nunc dicimus nu. 5. Roman. sing. 965. Nat. cons. 69. nu. 1. Ludou. decis. Perus. 2. nu. 3. & 26. Salust. in praxi lib. 2. cap. 13. nu. 23. Butat. dicta decis. 882. nu. 3.

5 Et licet et de iure communi responsio duplex secundum aliquos sit admittenda, secus autem est, stante statuto, ut purè, & simpliciter sit respondendum, Alciat. in l. 1. §. si quis simpliciter, n. 30. vers. stante verò statuto, ff. de verb. oblig. Nat. cons. 59. n. 12. Lud. d. decis. 1. n. 17. Butat. in dict. decis. 882. n. 4. & 9. Ac propterea et si quis obscure, conditionaliter, & non simpliciter respondeat, ad iterum respondendum cogi potest, Gayl. loco citato nu. 3. non respondere enim, vel minus legitime respondere, idem est, leg. de atato, §. nihil interest, ff. de interrog. act. leg. Titia textores, ff. de leg. 1. ubi Iaf. num. 2.

7 Et et quod dictum fuit de statuto, procedit etiam in stylo, si stylus adsit, ut purè, & simpliciter sit positionibus respondendum, stylus enim idem opera-

tur, quod statutum, Alexan. in dict. leg. 1. §. si quis simpliciter nu. 23. ff. de verb. obligat. Boet. decis. 243. nu. 12. vers. & hoc verum, & decis. 339. num. 4. Menoch. de arbitr. casu 93. num. 26. vers. res tamen, Rip. in leg. 1. num. 31. vers. credo tamen ff. de vulg. & pupil. Bar. in leg. 1. num. 10. §. Stylus enim loci facit, ius, capit. ex litteris de consuet. Afflict. decis. 79. num. 4. Guid. Pap. decis. 29. nu. 3. Caput. decis. 331. num. 2. par. 3. Et hunc esse stylum Rotæ testatur Bar. dicta decis. 332. nu. 12. vbi plures alias allegat Rotæ Decisiones: plures Beltram. in addit. ad decis. 282. Ludouif. olim Pontificis.

9 Verum in proposito, † quid importent ista verba, purè, & simpliciter, non incognitum erit hic videre, 10 Purè idem importat, † quod simpliciter, vt exponitur in leg. duas, ff. de condit. & demonstr. §. hac considerantes in Auth. vt omnes obed. iud. Fron.

11 Simpliciter, aut significat † sine replica, seu duplicatione, Glos. in Clement. sapè, in verbo simpliciter de verb. signific. Afm. in praxi, §. 19. capit. 18. ita vt responsio in vnum tantum casum conferatur: si enim duo contineret, non simplex, sed duplex diceretur responsio, leg. inter stipulantem in princip. ff. de verb. obligat. leg. 1. §. simpliciter, ff. eod. & de multiplicitate eius significatione videri potest Nat. in Clement. sapè num. 67. Aleiat. Parad. lib. 1. cap. 7. nec non scribentes in leg. 1. ff. de vulg. & pupil. & in leg. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verb. obligat.

Et in proposito responsionum positionibus factarum, † simplex responsio illa dicitur, quæ est absoluta, sine aliqua conditione, additione, vel restrictione, & vt citat verbis Bar. in dict. leg. 1. nu. 4. ff. de vulg. & pupil. sine aliqua replica, & confert in vnum casum tantum, Gayl. loc. cit. nu. 6.

13 Ac propterea † ad hoc, vt reus dicatur simpliciter respondere, debet vel affirmare, vel negare, quod ponitur absque aliqua additione; vel detractioe, leg. fin. in verb. simpliciter, vbi Bar. C. de dot. promiss. Zaf. in dict. leg. 1. §. si quis simpliciter sub nu. 8. ff. de verb. oblig. & vt dicunt, ad litteram, prout cantat ipsa positio, Bald. in Testatur. C. de suis, & legit. cum duplex non debeat esse sermo, Aretin. in leg. manifestissimi §. C. de fieri.

14 Et vt vno verbo dicam † simplex non est responsio, quando ei aliquid additur, leg. iubemus in verb. siue nihil adiectum, C. de appellat. Bald. in leg. 1. C. de adil. edict. Zaf. loco supra citato.

Quæ generalis regula purè, & simpliciter esse respondendum positionibus, & absque vlla conditione, † limitatur primò, si conditio resultet ex natura actus, simpliciter enim fieri dicitur, quod fit sub conditione, quæ de sui natura actui inest, vt declarat Aleiat. in dict. leg. Gallus, §. quidem rectè num. 20. ff. de lib. & possib. & docent multi, quos citat, & sequitur Afm. in dict. cap. 18. limit. 3. n. 1. & 2. vbi plures citat.

16 Secundò † limitatur, si & ipsa positio sit duplex, incerta, vel alternatiua, tunc enim ad respondendum purè, & simpliciter, quis cogi non potest. Afm. post alios loco cit. limit. 2. ad quod conferunt plura, quæ superius dicta fuere, circa positiones multiplicatas, obscuras, incertas, conditionales, quæ hic non repetam.

17 Tertiò † limitatur, vt iudex quandoque ex causa possit admittere responsionem conditionalem, Afm. locis citatis limitat. 4. nu. 1. de quo tamen dicam infra in capit. 42.

Et ex conclusione supra firmata, purè, & simpliciter esse respondendum positionibus, plures oriri solent difficultates, de quibus in sequentibus capitulis videbimus.

Vnum tamen hic non omitam pro intelligentia

18 terminorum, † simplicem responsionem appellari etiam Cathegoricam, hoc est, continentem vnicum factum: si enim plura facta contingeret, diceretur responsio hypothetica, vt in proposito positionum dicit Olsac, decis. 178. nu. 2. in calce operis decis. 23. Propositio enim Cathegorica est, quæ subiectum, & prædicatum habet principales partes sui, vt Petrus currit. Hypothecaria verò est, quæ habet duas cathegoricas principales partes sui: quod euenire solet, si responsio fiat per dictionem, si, vel aut, vt per Bar. in leg. si is qui ducenta, §. vtrum in princip. ff. de reb. dub. & in proposito responsionum ad positiones potest esse exemplum, si in positione ponatur, Titium habuisse centum, & respondens dicat, si habui, restitui, vt per Olsac, in citata decis. sub nu. 3. de quo dicam infra in cap. 45. Et responsionem debere esse simplicem, & sic Cathegoricam dicam in capit. 42. nisi tamen & ipsa positio esset hypothetica; tunc enim reus posset, & ipse hypotheticæ respondere, vt supra nu. 6. & dicam infra in d. cap. 42. vel nullo modo respondere, vt positioni multiplici, vt dictum fuit supra in cap. 13.

### S V M M A R I V M.

- 1 Responsio per verbum, credere, dicitur simplex, & absoluta.
- 2 Verbum, credere, in respondente positionibus dicitur expressiuum veritatis.
- 3 Responsio per verbum, credere, est responsio veritatis.
- 4 Statuta disponentia, simpliciter esse respondendum positionibus, addunt per verbum, credit, vel non credit.
- 5 Positio, cui fuerit responsio non credo, habetur pro simpliciter negata: prout absolute confessata dicitur, si fuerit dictum, credo.
- 6 Responsio per verbum, credo, dicitur vera confessio.
- 7 Responsio per verbum, credere præiudicat, prout si facta fuisset per verbum veritatis.
- 8 Ex responsione per verbum, credo, clarissima oritur probatio.
- 9 Iuramentum præstitum respondendo positionibus non impedit iuramentum litis desisuum: nec iuramentum calumnia num. 10.
- 11 Responsio facta per verbum, credit, præiudicat, etiam si additur, vt ponitur.
- 12 Verba illa, vt ponitur, non respiciunt negationem factam per verbum, non credit.
- 13 Responsio facta positionibus per verbum, non credit, dicitur simplex, etiam si addatur, vt ponitur; vel ad effectum, ad quem ponitur. Et quid si hoc additio fiat absque copula, & num. 14.
- 15 Hodiern. in addit. ad decis. 196. Sard. num. 7. in quibus loquatur terminis.
- 16 Responsio per verbum, credit, dicitur simplex, & absoluta, etiam si dicatur, credit de auditu.
- 17 Responsio per verbum, credit, dicitur absoluta, & præiudicat, etiam si de facto alieno respondeatur.

Responsio per verbum credere, an sit simplex responsio.

### C A P. XL.

**D**iximus in cap. præced. simpliciter esse respondendum positionibus; ex quo forsitan dubitari posset, † an responsio per verbum, credere, sit simplex responsio. Verum communis est omnium scribentium sententia, hanc absolutam, & simplicem esse responsionem, vt docet Specul. in tit. de posit. §. 6. sub num. 11.

num. 11. Rot. Genuens. *decis. 48. num. 1. & decis. 12. num. 4.*   
 † Verbum enim, credere, in respondente positionibus dicitur expressum veritatis, Marant. in suo *Specul. in tit. de positionib. num. 14.* Mascard. post alios *concl. 1176. num. 28.* accipitur enim hoc casu in lata significatione, & si scientiam, & veritatem importat, Rimin. luo. in *consil. 491. num. 20. lib. 3.* Mascard. *dict. conclus. 1176. num. 29.* Rugin. *pract. quest. cap. 16. num. 5.* Grauat. ad *Vest. lib. 5. cap. 4. num. 7.* Crauet. *consil. 217. num. 9.* Mancin. *de iur. par. 2. artic. 2. num. 7.* Gratian. *disceptat. forens. capit. 105. num. 5.* & hoc casu verbum, credere, importat veritatem, Rot. Genuens. *decis. 122. in calce operis decis. 51.* idem dixit Surd. in *decis. 17. num. 14. in calce operis decis. 62.* idemque repetit in *decis. 58. num. 14. in calce operis decis. 64.* & docet Marcus Anton. Thomat. *decis. Rot. Maserat. 54. num. 7. in calce operis decis. 72.* ubi plures allegat, inter alios hunc meum tractatum secundum primam impressionem, & idem affirmat in *decis. 70. num. 3. in calce operis decis. 73.* dicens, quod † responsio per verbum, credit, absoluta reputatur, & dicitur veritatis responsio, & istud verbum, quo utimur, in respondendo positionibus, esse verbum veritatis, Magon. *decis. Florent. 17. num. 22. in calce operis decis. 41.* ubi etiam addentes in *lit. A.* & in practica transire sine difficultate, Scacc. *de iudic. lib. 2. cap. 7. num. 711.* Sola super *Constit. Sabaul. in tit. de positionib. glos. 16.* Ac propterea † statuta, quæ mandant positionibus, putè, & simpliciter responderi, addunt per verbum, credit, vel non credit. Idem sequitur Christof. Mart. Med. *decis. Senens. 58. num. 12. in calce operis decis. 85.* qui dicit, in statuto Senensi id expressè disponi, quod nempe talis responsio de credulitate habeatur pro confessione. Nescio tamen quomodo in casu ab ipso proposito fuerint admittæ positiones, cum istis verbis, an sciver, quod tota pecunia pervenit ad manus D. Patritij; cum positiones non possint fieri per interrogationem, sed prius ponens debeat affirmare, quod ponit, ut sæpè fuit dictum superius, ut in *cap. 3. num. 13. 14. & seqq. in cap. 4. num. 14. in cap. 6. num. 6. & 7. in cap. 25. per tot. & alij sæpè.*

5 Ex quibus inferunt, quod † si reus respondeat, non credo, positio habetur pro simpliciter negata, prout pro confessata simpliciter haberi deberet, si fuerit dictum, credo, Iacob. de Aren. *de positionib. nu. 9. & 10.* † Responsio namque per verbum, credo, dicitur vera confessio, Rot. Genuens. *dec. 48. in calce operis decis. 49.* ac propterea † præiudicat responsio facta per verbum, Credo, prout si facta fuisset per verbum veritatis, Curt. *de position. num. 51.* Corn. *consil. 186. lib. 3.* Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 21. sub num. 11.* & docet optimè Rimin. in *dict. consil. 491. num. 20.* Barz. *decis. 57. num. 1. in calce operis decis. 46.* ubi dicit, quod licet hæc responsio sonet in credulitatem, plenè tamen respondenti præiudicat, ut per scribentes in *leg. 2. §. quod observari, C. de iur. iuram. propter calum.* & allegat Crauet. in *consil. 212. nu. 9.* dicentem, † ex simili responsione, clarissimam oriri probationem, ac si per verba assertiva facta fuisset; cum dicatur vera confessio, ut per Rot. Genuens. in *dict. decis. 48.*

9 Et licet Gratian. *discept. forens. cap. 219. num. 18.* dicat, † iuramentum delatum, respondendo positionibus; tanquam solius credulitatis, non impedire iuramentum litis decisivum, hoc tamen non provenit ex eo, quod iuramentum non sit veritatis, sed quia non respicit totam causam, sed solum rem particularem in positione contentam, ac idè potest dari generale iuramentum litis decisivum. † Prout non impedit iuramentum calumnie, ex eadem ratione, quia nempe

iuramentum delatum in responsionibus ad positiones, est particulare, calumnie verò generale, ut per Grat. *loc. cit. nu. 17. & 19.*

11 Quæ conclusio supra firmata, ut responsio facta per verbum, credere, sit pura, & simplex, & quod præiudicet, prout si facta fuisset per verbum veritatis, † ampliatur, etiam si addatur, ut ponitur, Tusc. in *lit. P. conclus. 387. num. 7.* illa enim verba, ut ponitur, negationi non detrahunt, nec addunt. Unde non probabiliter ratione dixit Vlpian. in suo tractatu *Propositionum, in dictione simpliciter,* reiiciendum esse abusum harum partium, admittentem responsionem in hæc verba, non credit, ut ponitur. Nec obstat, quod ipse asserit, hanc non esse simplicem, sed duplicem responsionem: nam inò pura, & simplex dici debet; per Doctrinas, & Doctores supra allatas: dum enim dicit, non credit, negat positionem, & dicit, ipsam non esse veram, eodem modo, quo fuit posita, & concepta, & † illa verba sequentia, ut ponitur, non respiciunt simplicem negationem factam, per verbum, non credit, sed solum in positionibus posita, quæ cum saltem, eodem modo, quo fuerunt posita, vera non sint, merito negati potuerunt absolute, ut in *capit. 53.* unde nulla responsionis resultat duplicitas; quicquid dixerit Mancin. *de iur. par. 2. art. 2. num. 61.* & Caball. in *glos. cap. 19. lib. 5. Contr. March.* qui videtur facere differentiam, an dicatur, ut ponitur, vel quod ponitur. Et Gayl. *pract. observat. observat. 32. n. 7. lib. 3.* qui eandem sequi viderur sententiam, loquitur secundum stylum Camere Imperialis, quæ in pluribus aliis recedit à iure communi, ut per ipsum.

13 Secundo † ampliatur, etiam si addatur, non credit, ut ponitur, & ad effectum, ad quem ponitur, ad huc enim certa, absoluta, & præcisa est prima oratio, non credit, ut ponitur, unde nihil refert, quod alia addatur oratio separata, hoc est, & ad effectum, ad quem ponitur. † Licet secus sit, si non adsit illa copula, & ut si dicatur, non credit, ut ponitur ad effectum, ad quem ponitur; & est ratio, quia hoc casu esset unica oratio, & non contraferet responsionem certam, puram, & præcisam, ut dixit Rota in *decis. 846. vers. responsum ad septimam par. 4. in recent. divers. impres. Francfurti, sub nomine Farinacii,* ubi dicitur, sic fuisse in pluribus causis iudicatum, quæ est in *calce operis decis. 17.* & sequitur Beltram. in *addit. ad decis. 282. Ludovis. nu. 10.* & in istis terminis possent procedere, quæ dicit Sola *ad Constit. Sabaul. in tit. de posit. glos. 20. n. 1.*

15 Et † licet Hodiern. in *addit. ad decis. 196. Surd. nu. 7.* dicant responsionem per hæc verba, non credit, ut ponitur, & ad effectum, ad quem ponitur, non intelligi factum per verba simpliciter negativa: loquitur tamen ipse, in casu, quo positio contineat, puta, certam quantitatem; cui si respondeatur, non credit, ut ponitur, non intelligitur tota quantitas absolute negata; fieri enim potest, quod in aliqua parte positio sit vera, sed quia vera non est in totum, potuit in totum negari, ut dicebat in *cap. 53.* & non dicitur absoluta negatio, quia responsio relata ad interrogationem, significat solum totam illam quantitatem non esse veram; & hoc modo potest dici, hæc verba, non credit, ut ponitur, non esse simpliciter negativa, & in his terminis loquitur Surd. in *decis. 38. sub num. 5. ab Hodierna allegatum;* non autem quod responsio per hæc verba, non credit, ut ponitur, etiam si addatur, & ad effectum, ad quem ponitur, non sit simplex responsio; ut supra fuit dictum.

16 Tertio † ampliatur conclusio, ut responsio per verbum, credere, dicatur simplex; & præiudicet;

etiam si respondens dicat, se credere de auditu, adhuc enim illa confessio præiudicat, & positio dicitur confessata, *Ruin. conf. 293. n. 4. lib. 2. Tusc. in lit. P. concl. 387. nu. 11.*

- 17 Quarto ¶ supliatur, etiam si quis respondeat de facto alieno, adhuc enim illud verbum, credere, dicitur expressivum veritatis; & existimandum est, ponentem fateri voluisse, illud factum alienum esse verum, & de ipso optimam scientiam, & cognitionem habuisse, *Nat. conf. 59. n. 10. & seqq. Surd. d. decis. 17. nu. 10.* nonnulla alia ad propositum dicentur *in cap. seq.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Iurans falsum respondendo positionibus, potest puniri, secundum veram opinionem: licet alij contra, de quibus num. 3. quod tamen reprobatur, n. 6.
- 2 Iurans falsum respondendo positionibus per verbum, credere, punitur, & nu. 11.
- 4 Iurans falsum respondendo positionibus per verbum, veritatis, punitur, secus si per verbum credulitatis, secundum aliquos: quod tamen reprobatur, nu. 9.
- 5 Iurans evidenter falsum respondendo positionibus punitur; secus si de periurio non ita evidenter appareat, secundum alios, qui reprobantur num. 10.
- 7 Iurans falsum respondendo inquisitioni non punitur.
- 8 Periurium punitur, vbi agitur de præiudicio tertij.
- 9 Responsio per verbum, credit, dicitur absoluta.
- 10 Puniri criminaliter nemo potest, nisi prius de delicto clare constet.
- 11 Illa verba, vt ponitur, non excusant à periurio.
- 13 Iurans falsum in facto alieno punitur.
- 14 Respondens positionibus per verbum, nescire, punitur de periurio, si probetur scientia.
- 15 Poena negantium positiones.
- 16 Contra iurantem falsum, respondendo positionibus, iuratur in litem.
- 17 Negans possidere, respondendo positionibus, ipsius possessionis beneficium amittit.

## Iurans falsum respondendo positionibus, an possit puniri, &amp; qua poena.

## CAP. XLI.

**R**esponsum factam positionibus per verbum, credere, esse absolutam, & puram, ac præiudicare respondententi, diximus *in cap. Superiori.* Ex quo dubitant scribentes: an iurans falsum respondendo positionibus possit puniri; qua in re diversimodè Doctores locuti fuerunt, & ego quatuor inter ipsos reperi opiniones diversas.

Prima eorum fuit sententia, quam verissimam esse existimo; qui generaliter dixerunt, ¶ iurantem falsum, respondendo positionibus, puniri, & posse, & debere: inter quos adest Bald. licet dubitativè loquatur, *in leg. si duo patroni, §. fin. vers. & idem forte, ff. de iur. iur. Plo. de in litem iur. §. 37. nu. 8. Catau. super ritib. magn. Curie tit. 79. num. 7. Rimin. conf. 491. per totum lib. 3. Granu. Theor. 3. n. 22. vers. contrarium, Cauagn. super Decret. Montu. Ferrat. Decret. 12. §. 1. n. 41. & sic firmat regulam Farinac. quest. 160. §. positio n. 215. Surd. d. decis. 17. nu. 15. vbi dicit, quod ille, qui respondet, non credere, punitur de mendacio, si rem aliter se habere probetur, *in calce operis decis. 62.* Marcus Anton. Thomat. decis. March. 70. n. 4. *in calce operis dec. 73.* vbi dicit, quod iurans falsum, respondendo positionibus, punitur, etiam si responsio fiat per verbum credere, & allegat dictum meum tractatum *in cap. 40.* secundum primam impres-*

sionem: alios citat Scacc. *de iudic. lib. 2. cap. 7. nu. 754.*

- 2 Et hanc opinionem ¶ tenentes extendunt, & declarant procedere, etiam si responsio fiat per verbum, credere, *Rimin. loco citato, Granu. loco pariter citato, Thom. d. decis. 70. n. 4.* alios citat Decian. *in suo tractat. crimin. lib. 6. cap. 11. n. 16. versu. quod iurans de credulitate, Gratian. lib. 2. discept. forens. cap. 109. n. 6.* vbi de vectori opinione.
  - 3 Secunda est ¶ opinio eorum, qui de directo contrarium sentiunt, respondentem nempe positionibus non puniri, etiam si falsum iuret, vt per Abb. & Feder. de Sen. & alios, quos citat Menoch. *de arbitr. casu 319. n. 29. Farin. quest. 160. in §. positio n. 216.* alios citat Scacc. *de iudic. in dict. cap. 7. n. 755.*
  - 4 Tertia fuit ¶ opinio distinguendum, quod aut respondens, de veritate respondet, & vera est opinio de periurio puniri posse; aut respondet de credulitate, & vera est altera opinio, nullam periurij poenam intrare, Abb. *in cap. ne litteris n. 12. de iur. iur. Bald. in conf. 299. lib. 5. Menoch. de arbitr. casu 319. sub nu. 29. Seraph. de prinil. iur. prinil. 2. n. 3. & 4. Tusc. in lit. P. conclus. 287. nu. 3. & conclus. 288. n. 2. & 7. nec non conclus. 387. nu. 2.* quos sequi videtur Farin. *loc. cit. n. 217.*
  - 5 Quarta succedit ¶ opinio illorum, aliter distinguendum; aut evidenter constat, falsum fuisse iuratum, puta per propriam confessionem; & debet puniri, etiam si fuerit responsum per verbum, credere: aut de falsitate non ita evidenter constat, & tunc nullà intrat poena periurij in quâ sententiam dicendum est, descendente Menoch. *in dicto casu 319. nu. 29.* & alios, quos citat Granu. *d. Theor. 3. n. 22.* & probat Decian. *in tract. crimin. lib. 6. cap. 10. n. 6.* de quo etiam Farin. *loc. cit. n. 220. & 223. Rugin. pract. quest. cap. 16. n. 20. Mauc. de iur. par. 2. artic. 2. nu. 55.* qui tamen dicit, quod Iudex potest præcipere reo, vt veritatem dicat sub certa poena, in quâ incidit, si falsum iuret: de quo etiam per Scacc. *in d. cap. 7. n. 760.*
  - 6 Verum ¶ in hac opinionum varietate, non credendum villo modo recedendum esse à prima, & communi opinione, iurantem nempe falsum respondendo positionibus puniri posse, ne hoc periurij delictum impunitum remaneat: & ne anxia detur delinquendi, ac iurandi falsum in præiudicium tertij, vt dixit Cauagnia. *in d. Decret. 12. §. 1. nu. 43. & seqq.* & probat ex pluribus *Rimin. in d. conf. 491. lib. 3. per tot.* & docent alij, quos citavi supra in prima opinione num. 1.
  - 7 Et maximè, ¶ quia contrarium sentientes, ex similitudine mouentur, quod iurans falsum respondendo inquisitioni, non punitur, sed solum Deum habet vltorem, *l. 2. C. de reb. cred.* & tenent plures, quos citat Granu. *d. Theor. 3. nu. 2. late Scac. in d. cap. 7. n. 766.*
- Sed responderetur in respondente inquisitioni, non considerari aliquam poenam periurij, quia de tertij præiudicio non agitur, ¶ in criminalibus enim ante sententiam non acquiritur ius fisco: secus est in illis casibus, in quibus agitur de præiudicio tertij in quibus periurium punitur, *Guid. Pap. conf. 29. in fin.* qui loquitur de negante scripsisse litteras, & tradunt plures, quos longa serie refert Granu. *dict. Theor. 3. nu. 5.* præter quam quod regulariter nemo cogitur detegere propriam turpitudinem: sed positionibus esse respondendum iura disponent, ad effectum, vt quis releuetur ab onere probandi, quod frustra quodammodo diceretur dispositum, si impunè eas negare esset licitum.
- 9 Tertia verò ¶ distinguendum opinio, an fuerit responsum per verbum veritatis, vel credulitatis, non subsistit, nam iam in capitulo præcedenti clarè, si fallor, fuit probatum, responsum per verbum, credere, reputari absolutam, & puram, & hoc verbum, credere,

credere, in respondente positionibus esse veritatis expressivum: & qui credit, intelligi fateri, & negare, qui non credit. Nec minus est opus ingredi quaestio- nem: an iuramentum calumniae extendatur ad iuramentum veritatis: nam qui respondet positionibus, iurat tempore eius responsum: & illud iuramentum dicitur veritatis, licet praestetur per verbum, credere, & importat absolutam confessionem, vel negationem, ut dictum fuit in cap. preced. ita in puncto respondet Rimin. in dict. conf. 491. n. 20. qui propterea num. 15. reprobatur Abb. & Federicum contrarium sentientes idem Granut. dict. Theor. 3. nu. 2. & Surd. dict. decis. 17. nu. 13.

10 Quarta pariter opinio † vana mihi semper visa fuit: cui enim dubium, quod antequam quis criminaliter puniatur, de delicto constare debet, vel per partis confessionem, vel per alia probationum genera: unde Doctores omnes supra citati in tertia, & quarta opinione, pro prima allegari possent; allegati enim in tertia fatentur, quod si fuerit responsum per verbum veritatis, intrat poena perjurij; sed verbum, credere, in respondente positionibus esse veritatis expressivum, iam diximus supra in cap. preced. ergo si falsum fuerit iuratum, etiam per hoc verbum, credere, de perjurio puniri poterit: allegati vero in quarta opinione, dicunt, quod si clarè conderit, falsum fuisse iuratum, intrat poena perjurij: ac omnes, qui tenent iurantem falsum respondendo positionibus puniri posse, praesupponunt de perjurio apparere.

11 Prima igitur sit conclusio, † iurantem falsum respondendo positionibus posse puniri: quae conclusio primo ampliatur, etiam si responsio fiat per verbum, credere, ut supra dictum fuit. & docet Rimin. in dict. consil. 491.

12 Secundò ampliatur, etiam † si addatur, ut ponitur, & ad effectum, ad quem ponitur, cum id negationi nihil detrahatur, ut pariter in cap. praecedenti fuit dictum.

13 Tertio ampliatur, etiam † si quis iuret falsum in facto alieno, dummodo probetur, respondentem facti alieni habuisse notitiam, Tusc. in lit. P. conclus. 288. num. 2. Farinae. dict. quest. 160. n. 221. ad quod conferunt tradita in cap. 16.

14 Quarto ampliatur † in eo, qui dixerit, se nescire, dummodo probatur in positionibus posita sciuisse, Tusc. in lit. P. conclus. 288. nu. 6. & 7. Farinae. dict. quest. 160. num. 221.

Limitanda modo esset conclusio, si quis negaret, positionem partim veram, & partim falsam, sed de hoc latius dicam in cap. 53.

15 Poenam autem † negantium positiones veras esse arbitrariam, dixit Cauagn. loco supra citato: prout arbitraria solet esse poena perjurij, Granut. dict. Theor. 3. n. 15. & docet Menoch. dict. casu 319. n. 10. & seqq.

16 Secundò † conuictus de mendacio in respondendo positionibus tenetur ad omnia damna, & expensas, Seac. de Iudic. lib. 2. cap. 7. n. 761. & contra ipsum iuratur in litem, Lal. in leg. nec quicquam, §. vbi decretum, nu. 17. ff. de off. proconsul. Plot. post alios de in litem iur. §. 37. nu. 2. & 5. Grauar. ad Vell. in sua prax. lib. 5. cap. 14. nu. 25. Surd. dec. 58. n. 1. Mancin. loc. cit. n. 57. Seac. sub dict. n. 761.

17 Tertio negans † possidere amittit beneficium confessionis, iuxta text. in leg. fin. ff. de rei vendic. & licet citatus textus loquatur in responsum factis praeparatoriis; attamen id etiam ad respondentem positionibus extendit, Benim. decis. 84. c. si Aufc. ad dec. 167. Capel. T. bolof. contrarium videatur asserere, & Benim.

rend. opinionem ex pluribus probat Cogens in l. fin. ff. de rei vendic. & in tractatu de mentiente circa possessionem n. 194. & seq. & illa mihi videtur satis aperta ratio, quod non minus grauat actor onere probandi, si reus positiones negat, quam si interrogatoria ante litem contestatam facta negauerit, ut per Cuccum loco citato num. 198. à cuius sententia non videtur vllò modo recedendum, quicquid dicat Ordel. in dict. leg. fin. num. 676.

## S V M M A R I V M.

- 1 Responso qualificata, duplex, conditionalis, modificata, dubia, incerta, alternatiua non admittitur.
- 2 Responso debet esse certa, nec continere debet aliquam dubietatem.
- 3 Responso qualificata admittitur, si talis etiam fuerit positio, vbi de ratione.
- 4 Responso duplex, & implicita admittitur, si talis fuerit positio.
- 5 Clausula in fine positionum adiecta, faciens de vnaquaque re vnam positionem, vel ponens coniuictim, & diuisim, an aliquid operetur, & nu. 27.
- 6 Respondere debens non tenetur diuidere positionem aduersarij.
- 7 Qualificatam responso in rustico, & idiota iudex admittere potest.
- 8 Qualificatio, quae inest ex natura rei, admittitur.
- 9 Duplex responso non admittitur in respondente positionibus.
- 10 Duplex responso ex duplici verborum intellectu resultans, an admittatur.
- 11 Duplex responso in positionibus captiosis admittitur.
- 12 Fraudibus iudex obviare debet.
- 13 Iudex ex infra causa potest admittere responso duplicem.
- 14 Duplex responso in rustico, & idiota admittitur, & quomodo id procedat declaratur nu. 15.
- 16 Duplicitas responso in idem incidens admittitur.
- 17 Iudex duplicem responso admittens, debet causam in sua pronuncia allegare.
- 18 Conditionalis responso non admittitur.
- 19 Conditionalis responso admittitur, si natura rei in controuersiam deducta id patiatur.
- 20 Modificata responso non admittitur.
- 21 Modificatio non infringens responso admittitur.
- 22 Dubia, incerta, & alternatiua responso non admittitur.
- 23 Dubia responso non nocet confidenti.
- 24 Dubia responso habetur, ac si facta non fuisset.
- 25 Dubia responso in facto alieno admittitur.
- 26 Dubia responso admittitur, si & ipsa positio dubia sit.
- 28 Dubia responso ad fauorem cuius debeat interpretari.
- 29 Confessio dubia facta in articulis, seu positionibus, interpretatur ad fauorem articulantis, seu ponentis.
- 30 Confessio dubia facta in respondendo positionibus, interpretatur ad fauorem respondentis.
- 31 Dubia responso potest à respondente declarari.
- 32 Verba in iudicio prolata, intelliguntur secundum intentionem proferentis.

De responso qualificata, duplici, conditionalis, modificata, dubia, incerta, & alternatiua.

## CAP. XLII.

1 EX regula supra posita, positionibus esse respondendum parè, & simpliciter, constat non

admitti responsionem qualificatam, duplicem, conditionalem, modificatam, dubiam, incertam, alternatiam: maxime stante statuto, potè, & simpliciter esse respondendum: † quemadmodum enim positio debet esse certa, & clara, vt suo loco superius fuit dictum; sic etiam responsio nullam debet continere dubietatem, vt talis sit responsio, qualis præcessit interrogatio, l. vt responsum, C. de transact. §. præterea, Inst. de inutil. stipulat. Mascard. conclus. 1176. nu. 24. & seqq. Caugn. super Decret. Mont. Ferrat. decret. 12. §. 1. nu. 6. & seqq. Alin. in sua prax. §. 19. cap. 17. Carpan. super statut. Mediol. cap. 23. nu. 73. 88. & seqq. necnon nu. 128. & 135. Ludouil. decis. Lucens. 40. nu. 1. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 21. nu. 20. & seqq. Vnde parum curandum est, Mancin. qui de iur. par. 2. art. 2. nu. 47. existimat, de iure communi admitti responsionem qualificatam.

3 Id tamen, quod † dicunt de responsione qualificata, declaratur primo, sibi locum non vendicare, si & ipsa positio qualificata fuerit, Socin. in l. 1. nu. 8. vers. secundo limita. ff. de vulg. & pupill. vbi etiam post Bald. & alios antiquiores, Rip. nu. 230. Ludouil. decis. Lucens. 40. num. 15. Olaf. decis. 176. num. 4. Mascard. dict. conclus. 1176. num. 16. Mancin. loc. cit. num. 49. & docet Menoch. dict. casu 251. num. 7. & 8. talis enim debet esse responsio, qualis præcessit interrogatio: vnde si admissa fuisset qualificata positio, etiam qualificata responsio admitti deberet: ne plus ponenti, quam respondentem concedatur.

4 Et idem esset dicendum, † si duplex esset positio, vel implicita, tunc enim & duplex, & implicita responsio deberet admitti, Carpan. in dict. cap. 23. num. 29.

5 † licet ponens in fine duplicis, vel implicitæ positionis, dixerit: Faciens de vnaquaque re vnam positionem, vel addiderit, ponens coniuactim, & diuisim, Curt. in l. 2. §. quod obseruari, num. 42. C. de iuram. propter calum. Alin. in sua prax. §. 19. cap. 18. limitat. 2. optimè

6 Neuiz. cons. 7. nu. 9. & 10. Ablardum † enim reputatur, vt ille, qui debet respondere, teneatur aduersarij positiones diuidere, ac distinguere, vt dicit Menoch. in dict. casu 251. num. 9.

7 Secundò limitatur, seu declaratur supradicta conclusio, vt Iudex possit admittere qualificatam responsionem, attenta respondere debentis qualitate, vt in idiota, muliere, & rustico. Socin. in dict. leg. 1. sub nu. 8. ff. de vulg. & pupill. Ripa ibidem nu. 27. Menoch. de arbit. dict. casu 251. num. 6. Boer. decis. 243. nu. 13. Alin. in prax. §. 19. cap. 18. in 4. limit. num. 4. Ludouil. in dict. decis. 40. num. 14. Mancin. loco cit. nu. 48.

8 Tertio limitatur, si qualificatio insit ex natura rei, tunc namque illa qualificata responsio admitti deberet, vt declarat Alin. in dict. cap. 18. in 3. limitatione, & docet Menoch. dict. casu 251. num. 10. qui adducit exemplum de eo, qui ponit fuisse factam venditionem, cui responderi potest, fuisse factam pro tali pretio, licet pretium non fuerit in positione positum, cum pretium insit venditioni, §. pretium, Inst. de empt. & vendit. Boer. loco supra citato.

9 Et quod dicunt Doctores de responsione qualificata, intelligunt pariter de duplici, quæ admitti nulla ratione debet, per rationes superius consideratas, vt per Bart. in dict. l. 1. nu. 4. ff. de vulg. & pupill. vbi alij scribentes, & præcipue Rip. num. 23. & seqq. & de duplici responsione Alin. in dict. §. 19. cap. 18. Quod tamen recipit omnes supra positas declarationes, vt per Doctores superius allegatos, quos non reperam.

10 Quibus quartam secundum aliquos adde; vt non procedat, si duplicitas resultet ex duplici verborum intellectu, cum satis sit, verba esse simplicia; & si ex

hi duplex oriatur intellectus, vt declarat Bartol. in dict. leg. 1. sub nu. 4. & sequitur post alios Alin. in dict. cap. 18. in 1. limitatione, & de communi Rip. in dict. leg. 1. n. 23. Verum, vt etiam Ripa fatetur, falsa debet reputari hæc declaratio, cui repugnat regula supra posita, clarum, & certam responsionem esse debere: nec dicatur, simplex est responsio, saltem respectu verborum: nam verba idè proferuntur, vt aliquid significant: ac propterea fat est, responsionem respectu significationis, & sensus verborum non esse simplicem. Præterquam quod dato, quod esset simplex, nunquam tamen clara dici possit, cum duplicem habeat intellectum: & tamen certum est, responsionem claram, non obscuram esse debere; ad hoc, vt reloquet ponentem ab onere probandi. Et quemadmodum potest Iudex cogere reum, vt simpliciter respondeat, sic etiam ipsum cogere poterit, vt clarè responsum tradat: non autem per verba, quæ ob duplicem sensum obscuritatem pati possint.

11 Quintò declaratur, duplicem responsionem esse admittendam, quotiescumque Iudex animaduertit, positionem esse captiosam, cui propterea simplex responsio non possit applicari absque periculo, ne respondens deceptus remaneat, vt per ad. ad Bart.

12 in dict. leg. 1. sub nu. 4. in lit. C. † Fraudibus enim obusare debet Iudex, & sic admittere responsionem duplicem, ne quis captiosis interrogationibus decipiat, Bald. in leg. 1. in princip. C. de edil. edit. Alex. in leg. 1. in 3. limitatione, ff. de vulg. & pupill. & tradunt alij, quos sequitur Pacian. de probat. lib. 1. cap. 21. num. 32. & generaliter

13 dici solet, † Iudicem ex causa posse admittere responsionem duplicem, Bald. in dict. leg. 1. C. de edil. edit. Alexan. in dict. leg. 1. ff. de vulg. & pupill. in 3. limitatione, vbi etiam Socin. sub nu. 2. & Rip. sub nu. 27. Alin. in sua praxi §. 10. cap. 18. limit. 4. alios refert Pacian. loco citato nu. 29.

14 & id ex pluribus probat numeris sequentibus, † & exemplificat in rustico, & idiota nu. 34. & sequuntur Socin. & alij locis supra citatis. Verum hæc intelligenda essent, si rusticus, & idiota ex se responderent; secus si cum consilio Aduocati, & Procuratoris, vt fieri solet in locis, in quibus positionum copia datur, vel perierint terminum ad deliberatè respondendum, vt per Pacian. loco cit. Secundò, quæ in proposito dicuntur de rustico, & idiota, debent intelligi

15 g, † vt rusticus, & idiota ob duplicem responsionem non habeantur pro confessis: non autem quod rustici, & personæ idiotæ possint dare duplicem responsionem, imò ad simpliciter respondendum, & ipsi cogi poterunt, vt per Rip. in dict. leg. 1. sub nu. 23. Pacian. loco cit. num. 37.

16 Sextò addere possunt declarationem, vt conclusio supra firmata non procedat, si responsionis duplicitas in idem incidat. Rip. in dict. leg. 1. n. 26. Nisi tamen dicamus, hunc non esse casum, in quo duplex responsio admittatur, sed potius duplicem non posse dici responsionem, cum in idem incidat, potius enim sensus, quam verba ipsa veniant attendenda.

17 In omnibus autem illis casibus, in quibus placeret Iudici duplicem admittere responsionem, deberet in eius pronuncia causam allegare, cur à iure scripto recederet, Alciar. in leg. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verb. oblig. Pacian. loco citato num. 38.

Et quæ dicta sunt de responsione qualificata, & duplici, † procedant pariter in responsione conditionalis, vt per Rimin. in consil. 551. nu. 7. lib. 3. Caugn. super dict. decret. 12. §. 1. num. 7.

Circa tamen positionem conditionalem, septimam debemus adiungere limitationem, vt nempe conclusio



19 conclusio non procedat, † si natura rei in controversiam deductæ conditionalem patiatur responsionem, tunc enim conditionalis debet admitti responsio, vt post Bart. Alex. Socin. Rip. & alios in dict. leg. 1. ff. de vulg. & pupil. docet Neuz. in sua Silua nupt. in verbo monitoria sub num. 54. & tradunt plures, quos refert, & sequitur Cauagnin. super dict. Decret. 12. §. 1. num. 15. & probat Pacian. de probat. cap. 21. num. 24. & seqq. à qua opinione dicit, non esse recedendum in consulendo, & iudicando.

10 Et † quæ diximus de responsione qualificata, duplici, & conditionali, etiam sibi locum vendicant in responsione modificata, Natt. conf. 287. nu. 1. qui consuluit, non esse admittendam responsionem illius, qui recognoscendo scripturam, dixit, ipsam non scripsisse deliberato consilio, vel non probare: interrogatur enim de facto, an scripserit, non autem quo animo, & an probet, quod arbitrio iudicis est relinquendum.

11 Sed † addenda erit hoc casu octaua limitatio, si illa modificatio responsionem aliquo modo non infringat, vt in exemplo proposito, in quo reus posset respondere, se scripturam scripsisse, & addere postea, non animo se obligandi; responsio enim, & recognitio per se esset absoluta, & certa; nec obstarat, quod subiungendo dixerit, id non fecisse animo se obligandi, id namque non infringeret præcedentem responsionem: sed adhuc certa, & clara remaneret: & parum reo illa modificatio proderet, nisi à respondente probaretur, vt bene declarat Cauagnin. super dict. Decreto 12. §. 1. num. 25. quod probare posset, si ostenderet metu, vel in carceribus fuisse factam, vel aliqua simulatione interueniente, vel aliter demonstraret, voluntatem liberam non fuisse, vt per Cauagnin. loco citato n. 21. & seqq.

11 Demum non admittitur responsio † dubia, incerta, & alternatiua, cum non possit releuare ponentem; ab onere probandi, † stante quod non noceat confitenti, leg. vnica, cum ibi notatis, C. de confess. cap. 2. de confess. in 6. scribentes in cap. fin. de confess. Bero. conf. 178. num. 24. lib. 3. Surd. decis. 291. num. 25. in calce operis decis. 75. ac pro-  
14 preerea † dubia responsio habetur, ac si facta non fuisset, Surd. dict. decis. 291. n. 24.

15 Id est tamen omnes limitant, si fiat positio de facto alieno, in quo dubia, & incerta responsio admittitur, Natt. in conf. 59. nu. 2. Cauagn. loc. cit. n. 19. sed de positione facti alieni dictum fuit superius in cap. 26. quæ hic non repetam.  
16 Secundò limitant, si & ipsa positio dubia, & incerta sit, per rationes, de quibus supra Caspan. dict. cap. 33. nu. 90. talis namque debet esse responsio, qualis præcessit interrogatio, leg. vt responsum, C. de transaction.  
17 Pacian. de probat. cap. 21. num. 20. lib. 1. Nec † hoc casu aliquid operatur clausula in positionibus apponi solita, coniunctio, & diuisio, gl'of in cap. 2. in verb. rationabili de confess. in 6. Pacian. loc. cit. non tenetur enim reus diuidere positionem, quam non diuisit ponens, Bald. in cap. dudum il. 2. nu. 31. de election. Pacian. loc. cit. num. 25. Neuzant. conf. 7. num. 9. & 10. vt dictum fuit superius num. 5.

Et circa dubiam responsionem hic nonnulla alia connectenda sunt: † Et primò ad fauorem cuius debeat interpretari dubia responsio; Veral. dec. 129. par. 1. in calce operis decis. 35. loquens de confessione dubia facta  
19 etiam in articulis per reum datis, † dicit interpretari debere ad fauorem rei, & sic ad fauorem ponentis, seu articulantis. Butr. in cap. ex litteris il. 1. de sponsalib. Et  
20 sic etiam † confessio dubia facta respondendo posi-

tionibus interpretari debet ad fauorem respondentis, & sequitur Dec. in consil. 112. non. 5. in fin. & num. 6. Alex. in consil. 183. num. 4. ver. quimmo absque alia voluntate. vbi dicit, quod responsio interpretari debet, prout est respondenti favorabilior, alios citat, & sequitur Menoch. in conf. 112. num. 21. qui reprobat contrarietate sentientes, & hæc omnia sequitur Surd. in dict. dec. 291. num. 24.

31 Secundò † dubia responsio potest à respondente declarari, leg. si quis intentione ambigua vbi Bart. ff. de iudic. leg. inter stipulantem, §. 1. ff. de verb. oblig. Ruin. late conf. 50. nu. 2. lib. 1. vbi tenet, id fieri posse, etiam post acceptatam responsionem, Ber. conf. 177. num. 28. & 30. volum. 3.

32 † nam omne verbum in iudicio prolatum intelligitur secundum intentionem proferentis: & de responsione facta positionibus, Decian. conf. 39. num. 7. & seqq. lib. 3. & sequitur Surd. in dict. decis. 291. n. 27.

## S V M M A R I V M.

- 1 Responderi an possit per verba equipollentia: & quid si statutum statuit verbis taxatiuis nu. 8. declaratur nu. 9.
- 2 Forma data à statuto in dubio videtur substantialis.
- 3 Forma non seruata actus dicitur nullus.
- 4 Actus per equipollens adimpleri sufficit.
- 5 Sententiam condemnationem, vel absolutionem per equipollens continere sufficit.
- 6 Condicio debet adimpleri in forma specifica, sufficit tamen, vt adimpleatur per equipollens.
- 7 Statutorum verba non sunt cauillanda.

## Positionibus an possit responderi per verbum equipollens.

## CAP. XLIII.

EX his, quæ dicta fuerunt superius, positionibus esse respondendum posse, & simpliciter, per verbum, credere, vel non credere, dubitari posset, † an debeat admitti responsio per verba equipollentia: & dubium inde oriri potest, quia ille modus respondendi videtur inductus pro forma, vnde non potest  
1 adimpleri per equipollens. Forma † enim data à statuto in dubio censetur substantialis, Bald. in leg. comparationes in 3. quæst. in fin. C. de fide instrum. † Qua non seruata actus dicitur nullus, Arcen. conf. 35. Bald. conf. 11. in fin. lib. 1. Decian. respons. 46. nu. 25. lib. 2. His tamen non obstantibus contrarium in puncto consuluit Paul. de Cast. in conf. 157. sub nu. 2. ver. sed tenet lib. 2. mouetur ex doctrina Bart. in leg. ab emptione sub n. 13. ff. de pact. vbi docet † sufficere actum adimpleri per equipollens, & dat exemplum de sententia, quæ vel condemnationem, vel absolutionem continere debet, † & tamen  
6 sat est, id fieri per equipollens. † Quemadmodum etiam condicio debet impleri in forma specifica, leg. Menius, & leg. qui heredi. ff. de condit. & demonstrat. attamen sufficit, si adimpleatur equipollenter, leg. Iulianus ff. eod. leg. si mater, C. de insti. & substit. cum similibus per ipsum Castrensi. adductis. Et certe si diceremus, solam illam verborum conceptionem esse attendendam; esset quædam superstitiosa verborum obsecrantia, ex quo verbis, non rebus lex imposta diceretur, contra text. in leg. 1. C. commun. deleg. † Nec verba  
7 statutorum sunt cauillanda, sed potius mens statuentium venit attendenda, quæ in proposito fuit, vt ponens per claram responsionem ab onere probandi releueret: vnde dummodo responsio sit clara, & certa, parum curandum erit, an sit facta

per verbum, credere, vel per alia æquipollentia, vt scribentes omnes admittunt in leg. i. ff. de vulg. & pupil. Arct. in leg. i. §. si quis simpliciter n. 21. ff. de verb. oblig. Alin. in sua prax. §. 19. cap. 25. Cauagn. super Decret. Montii Ferrat. Decret. 12. §. 1. num. 9. Carpan. super stat. Mediol. cap. 83. num. 129.

- 8 Quod ¶ Castrenf. loco cit. ampliat procedere, etiam si statutum loqueretur per dictionem taxatiuam, tantum: adhuc enim per alia verba similia, posset responderi, per easdem rationes supra consideratas. Id autem, quod dicunt Doctores de verbis æquipollentibus, intelligendum est, ¶ vt sint æquipollentia verbis veritatis expressiuis: hoc est, vt importent absolutam confessionem, vel negationem: quemadmodum responsio per verbum, credere, vel non credere, importare diximus supra in cap. 40. non autem quod essent æquipollentia solum verbis illis, credere, vel non credere: vt de verbo existimo dici posset; quod licet æquipollete videatur verbo, credo, attamen quia in ipso non est statutum, vt in respondente positionibus importet veritatem, prout statutum est in verbo, credo, vt in dict. cap. 40. & alibi sæpè, responsio per verbum existimo non diceretur legitima.

## S Y M M A R I V M.

- 1 Mutuum si fuerit secreto restitutum, quomodo tunc responderi possit, & per totum.
- 2 Separata qui respondendo asserit, probare debet.
- 3 Mutuum secreto restitutum absolutè factum fuisse negari potest secundum aliquos, & num. 6. alij verò contra nu. 7. vbi de rationibus.
- 4 Negari tuta conscientia potest, quid indebitè fuit petatum, & num. 5.
- 8 Mutui restitutio, si secreto fuerit facta, responderi potest non habui mutuum, quod restituere sim obligatus, secundum alios: & admittere debet Iudex hanc responsionem ad obuiandum malitiis; si de secreta restitutione suspicetur n. 9.
- 10 Mutuum factum fuisse si simpliciter ponatur, instare potest reus, vt actor declaret, an illius sit debitor.
- 11 Mutuum si fuerit simpliciter positum, potest responderi, si quid habui restitui, si restitutio fuerit secreto facta.
- 12 Iudex ex aliqua iusta causa potest admittere duplicem responsionem, etiamsi statutum mandet simpliciter responderi, nu. 13. si aliqua tamen adsit malitia suspicio nu. 14.
- 15 Responsio, habuisse mutuum, sed restituisse, an possit in parte acceptari, & in parte rejci.

Mutuum si fuerit secreto restitutum, quomodo tunc responderi possit: per totum.

## CAP. XLIV.

DICTUM fuit sæpissimè in superioribus capitulis, positionibus purè, & simpliciter esse respondendum: ¶ sed quid si actor ponit, mutuisse centum; quæ reus secreto restituerit, quo modo tunc responderi possit? Considerant enim Doctores, euenire posse casum, vt quis bis soluere cogatur: ¶ nam si mutuum fateatur, & alleget solutionem, si ipsam non probet, vti quid diuersum, & separatam ab ipso mutuo, itetum quantitatem mutuam soluere erit cogatus, vt per Alciat. in leg. i. §. si quis simpliciter in repet. nu. 3. de verb. oblig. Farinac. in fragment. in verbo debitor n. 6. vbi alios citat.

Qua in re diuersimodè locuti sunt Doctores. Alij enim existimant ¶ mutuum posse absolutè negari,

inter quos fuit Couarr. var. resol. cap. 5. lib. 2. quem simpliciter refert Carpan. super stat. Mediolan. cap. 83. n. 97. Anch. in regula possessor mala fidei, sub num. 25. in 6. Boer. decis. 243. sub nu. 10. Dicunt enim hoc non esse mentiri, sed mentientem propellere; non decipere, sed

- 4 decipientem excludere. ¶ & tuta conscientia videtur posse negari, quod indebitè fuit petatum: vt ex pluribus probat Ioan. Oede las. in leg. final. sub num. 825. vers. vnde succedit, & num. seqq. ff. de rei vindicat. Aliam addunt rationem. ¶ Ille qui ponit, mutuisse centum, cum eadem illa centum petat, videtur ponere, mutuisse centum, quæ reus restituere debet, quod cum verum non sit, meritò videtur, reum posse negare mutuum in positione positum cum hac falsa qualitate, vt docet Cuccus de mentiente circa possessionem n. 123. & seqq. plures alios citat Scacc. de iudic. par. 2. cap. 9. nu. 837. vbi nu. seqq. plures ponit mendaciorum differentias, & exempla: respondet contractis, & nonnullis similibus hoc idem comprobatur: & tuta conscientia id fieri posse asserit. ¶ Et quod absque peccati labe, debitor possit hoc casu negare mutuum, tenent multi alij, quos citat Farin. in suis Frag. in verbo debitor nu. 13. vbi ex mente aliorum varias pro hac parte adducit rationes, quæ apud ipsum videri poterunt.

- 7 Alij verò id fieri posse absolutè negant ¶ Cum enim mutuum simpliciter ponatur, ipsi sumque sit verum, mentiri non debet, cap. 1. & seq. 22. quest. 2. quod præceptum, vti negatiuum obligat semper, & ad temperari habetur in can. ne quis arbitretur 22. quest. 2. cum enim iuramentum præbetur Deo, ipsi non est mentientium, Geminianus in cap. cupientes, n. 6. de elect. in 6. Imò nec pro salute animæ, nec pro defensione hominis licitum est mentiri, glol. in cap. vllus inquam in verbo ad minuendum 4. quest. 4. os enim, quod mentitor, occidit animam, Imol. & Pelyn. in cap. ex tenore, extra de testib. ad idem plura alia adducit argumenta Pacian. de probationib. lib. 1. cap. 21. nu. 3. & 5. qui etiam respondet contractis, quem sequi videtur Farinac. loc. cit. num. 14. qui tandem n. 15. dicit, in hoc consulas Theologos, & in dubio ad hæreas opinioni, quæ tutior est pro anima tua, cui sententiæ libentissimè me subscribo, præcipuè cum aliis mediis indemnitati respondentis consultare possimus, vt infra diceretur.

- Multri ad hoc, vt respondentem nullum afferretur præiudicium, dicunt hoc modo posse responderi, ¶ nego me habuisse mutuum, quod restituere sim obligatus, Anch. in can. nullus 4. quest. 1. quod late probari, & sequitur Cepol. caut. 109. incipit, si mutuum centum, & caut. 226. incipit, si debitor soluit, quem sequitur Curt. de position. in 24. Breuil. num. 50. & hanc tutam esse responsionem, & summè notandam in praxi, dixit Gab. Sar. ad sing. 37. Matth. & sequitur Boer. decis. 339. circa finem, & decis. 246. sub nu. 13. Gemin. in dict. cap. cupientes, sub n. 6. vers. Ioan. de Imol. & vers. iuro, quod non mutuisse de elect. in 6. Couarr. var. resol. lib. 1. cap. 2. n. 3. in prima, & secunda conclusione, Pacian. de probation. lib. 1. cap. 23. n. 3. sub vers. quapropter, Farinac. loco citato num. 9. Rot. coram

- 9 Burat. decis. 82. n. 6. in calce operis decis. 75. ¶ Quod tamen declarat procedere, si Iudex suspicetur de secreta restitutione, tunc enim ad obuiandum malitiis ponentis, potest admittere similem responsionem: aliter si simplex factum ponatur, nec contradicat Reus, ad simpliciter respondendum potest cogi: ac ideo ex aliorum mente subiungit, esse in arbitrio Iudicis admittere, vel rejicere qualificatam responsionem, ex aliqua iusta causa.

- 10 Nonnulli existimant, ¶ reum instare posse, vt declaretur positio, quæ si simpliciter continet, mutuisse.

mutuasse centum, addi debeat, centum, quorum mihi est debitor: & tunc stante restitutione, absque ullo periculi periculo absolute negari poterit, ut post alios, quos allegat, tradit Alciat. loc. cit. nu. 26. idque ad obviandum calumniis, æquitatem suadere asserit; aliter enim contra naturam positionum, gravaretur reus onere probandi, nempe restitutionem secretò factam.

11 Alij volunt, quod si fuerit admissa positio, continens simplex factum, possit responderi, si habui, restitui: Ioan. de Imol. & Gemin. in cap. cupientes in princ. de elect. in 6. Bald. in leg. quinquaginta, ff. de probat. Curt. de positio. num. 50. Add. ad Pap. de forma positionum actoris, in verbo postquam reus, Neuz. in Sylva nupt. in verbo monitoria, num. 54. Catyan. super statuti. Ad eiol. cap. 23. n. 14. & seqq. Alin. in praxi, §. 19. cap. 21. Cauago sup. Decret. Montis Ferr. Decret. 12. §. 1. sub nu. 15. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 21. & cap. 23. Boer. decis. 339. circa fin. & decis. 243. sub nu. 13. Caval. decis. 27. sub nu. 88. circa fin. par. 2. plures alios citat Farin. loc. cit. nu. 7.

Nec obstat, hanc non esse simplicem restitutionem, quod nam etiam ex aliqua causa rationabili Iudex duplicem potest admittere restitutionem, ut alibi fuit dictum, & docet Menoch. de arbitr. casu 251. nu. 5. vnde ne reus iterum soluere cogatur, & evitandæ calumniæ causa, debet similis restitutio admitti, ut per Alciat. loco supra citato, & sequitur Alin. in dicta cap. 21.

Et licet quæ in fine id restringere videatur, si ad sit statutum mandans simpliciter, & purè positionibus responderi, tamen Doctores omnes supracitati generaliter loquuntur, etiam in terminis prædicti statuti, ad obviandum fraudibus, & ne reus mutuum restitutionem iterum soluere cogatur.

14 Quod tamen si locum sibi vendicat, si aliqua ad sit malitiæ, & fraudis suspicio, quod Iudicis arbitrio relinquatur, ut per Rotam coram Burat. dict. decis. 882. n. 8. & 9. qui facti speciem, personarum qualitatem; & an verisimilis sit, restitutionem secretò fuisse factam; & plura alia perpendendo, debet admittere, vel rejicere similem restitutionem: Vnde Iudices quandoque diuersimodè iudicasse, testatur Neuz. in dicta sua Sylva in verbo monitoria sub nu. 54. in fin. Prout, me patrocinante, interdum fuit admissa, interdum reiecta similis restitutio.

15 Alij demum tenent, quod mutuum fateri posse, allegando tamen solutionem, & restitutionem hanc non posse in parte acceptari, & in parte rejici: de quo tamen latius dicam infra in cap. 59. n. 11. & seqq. vbi videri potest: quæ enim ibi congruo loco dicta fuerunt, hic non repetam: quæ sententia mihi semper magis placuit: est enim conformis veritati, forma statuti adimpleretur, evitatur periculi periculum, & indemnitati respondentis optimè consulitur.

## S Y M M A R I U M.

1 Nego habuisse pecuniam, & si apparebit habuisse, dico restituisse, vel in tuis negotiis expendisse, an sit legitima restitutio.

2 Simplex restitutio que sit.

3 Occidisse qui fatetur, licet addat ad sui defensionem, puniri debet, nisi probetur, verè homicidium ad propriam defensionem fuisse commissum, & num. 9. & quid si incipiat ad negationem, num. 10.

4 Nego habuisse, licet addatur, & si apparebit habuisse, dico in tuis negotiis expendisse, vel quid simile, adhuc dicitur simplex negatio, & num. 5.

6 Simplex restitutio non alteratur per adiectionem, & n. 7.

8 Reus non prohibetur post simplicem restitutionem; alia addere separata, & diversa.

11 Reus, si fateatur pecuniam habuisse, debet condemnari, etiam si addat, restituisse, vel in negotiis ponentis expendisse.

12 Reus post simplicem confessionem, vel negationem non prohibetur alia addere; simplicem enim confessionem, vel negationem non infringunt.

Nego, me habuisse pecuniam, & si apparebit habuisse, dico restituisse, vel expendisse in tuis negotiis, an sit legitima restitutio.

## CAP. XLV.

EX eademmet regula supra posita, simpliciter esse respondendum positionibus, dubitare contingit; an si quis ponat, dedisse alicui aliquam pecuniam quantitatem, possit reus negare non habuisse, & postea addere, & si apparebit, me habuisse dico ipsam restituisse, vel in tuis negotiis expendisse; Bart. hanc questionem proponit in leg. 1. num. 4. ff. de vulg. & pupill. & dicit legitimam non esse restitutionem; ac propterea sic respondentem haberi pro non confesso; & mouetur, quia simplex non est restitutio; tamen cum illa dicatur simplex, quæ sit sine aliqua replica, & confert in vnum casum tantum; at supradicta restitutio duos respicit casus, ergo, &c. Hanc eandem sententiam sequitur ibi Alexand. num. 2. & adducit simile de eo, qui fatetur, se aliquem occidisse; sed ad sui defensionem, tamen quo casu dicitur simpliciter factum fuisse homicidium, de quo puniri debet, nisi ad sui defensionem fecisse probet, ut post alios nouissimè docuit Farinac. in titul. de Homicidio quest. 127. num. 429. & hanc Bartol. opinionem veteram, & communem appellat Alexand. ibidem; de communi pariter eodem in loco Rip. num. 25. & eam amplexus fuisse scribentes, tam in leg. 1. ff. de vulg. & pupill. quam in leg. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verb. oblig. ut Imol. Angl. Roman. Alexand. Arét. & alij, quos citat Boer. decis. 359. sub nu. 4. versic. & hoc verum, pluribus alijs medijs probare conatur Iaf. in dicta leg. 1. ff. de vulg. nu. 8. licet verè omnia per ipsum conseruata hac tendant, ut non sit simplex restitutio, hanc pariter sententiam secutus fuit Alin. in sua praxi §. 19. cap. 18. alios citat Pacian. de probat. lib. 1. cap. 21. num. 18. qui nu. 19. testatur de magis communi opinione.

Paulus tamen de Castro in dict. §. si quis simpliciter contrarium tenet, & sic consuluisset restitui, in eiusque sententiam descendisse, Cuman. ait, licet Iaf. aliter Cuman. intelligat sub dicta nu. 8. Mouetur Paul. de Castro, quem sequitur Alciat. lib. 1. Parod. cap. 7. tamen Quia hæc restitutio est simplex, & absoluta: actor enim ponit, dedisse certam pecuniarum summam, & reus respondendo dicit, non habuisse; & sic negat absolute. Nec obstat, quod subiungit, & si apparebit habuisse, dico in tuis negotiis expendisse: nam id est, quid prorsus separatum ab ipsa negatione, & quod negationem ipsam non infringit. Restitutio enim simplex, & valida per aliam inutilem adiectionem non debet vitari, leg. sancimus, C. de donat. cum vulg. & sequuntur alij, quos citat Pacian. loco citato n. 19.

Contra hanc rationem omnes contrarium sentientes insurgunt, quod licet illa adiectio sit inutilis; tamen quia contra formam statuti reus voluit illam adiectionem facere; etiam pro illa adiectione inutili, quam facere non debebat, puniri debet, &

fic pronunciatu haberi pro confesso, iuxta Bart. sententiam: à qua tamen potò absolutè recedendum, 5  
 † nam illa responsio, nego habuisse, clara, & simplex mihi semper visa fuit: est namque animaduertendum, positionem hoc solum continere, talem habuisse pecuniam, reus respondendo dicit non habuisse: & sic absolutè positionem negat: & certum est, quod si nihil aliud adderet, statuto esset satisfactum. Sed qui ponenti interest, quod data simplici responsione ad interrogationem, addat alia verba, 6  
 quæ nihil operantur, † non qualificant, non modificant, non alterant, non restringunt vllò modo responsionem; sed quia remanet pura, absoluta, & simplex. Nec obstat, statutum disponens simpliciter esse respondendum: nam statutum disponit, positioni esse purè, & simpliciter respondendum; at in casu proposito, pura, & simplex est responsio respectu contentorum in positione: positio enim continet dedisse pecuniam, reus negat pecuniam habuisse: & licet alia postea addat, † non duplicant tamen, nec alterant simplicem responsionem, pecuniam nempe non habuisse. † Et non prohibetur reus, post puram, simplicem, & absolutam responsionem positionibus datam, aliquid aliud ad sui libitum addere, quod respectu allatæ responsionis nullius sit momenti; nec in hoc statutum, vllò modo repugnat.

Et exemplum ab Alexandro allatum hanc optimè 9  
 probat sententiam. † Qui enim fateretur commisisse homicidium, licet addat ad suam defensionem, debet puniri, vt per Farinac. *dict. quest. 125. num. 420.* quia ista adiectio non tollit ipsam confessionem: vnde si non probetur, attenditur ipsa homicidij confessio; prout attendi deberet negatio, si reus à negatione inciperet: prout si diceret, non occidi, & si occidisse apparebit, id feci ad defensionem: † tunc enim non posset de homicidio puniri, cum præcelleret negatio, vt post alios benè declarat Farinac. *de reo confesso, & conuictio quest. 11. nu. 142.* ecce igitur, quod attenditur confessio, vel negatio absoluta, non adiectio: & sic in proposito, si reus respondendo positionibus, dicat, nego me habuisse pecuniam; attenditur illa negatio, quæ pro absoluta responsione haberi debet, & parum obstat adiectio: & si habuisse, apparebit, &c. E contrario verò, si reus fateretur illam pecuniam habuisse, licet postea adderet, eam 11  
 expendisse in eius negotiis, vel restituisse, † haberetur pro simpliciter confitente; & ad restitutionem condemnari deberet, nisi adiecta probaret; prout pro simpliciter negante haberi deberet, si negaret habuisse pecuniam, licet postea adderet, & si apparebit, &c. & statuto erit satisfactum, cum illæ adiectiones nullo modo restringant simplicem negationem, vt supra dictum fuit.

12 Et quotidie videmus, † quod illi, qui respondent positionibus post simplicem negationem, vel confessionem, plura recenserent, addunt, ac referunt, quæ parum nocent, vel iuuant, nisi probentur: ponens enim acceptat confessionem, vel negationem, & de adiectis, quæ non sint connexa, parum curat: vnde cum Paulo de Castro semper essem in questione proposita; pro qua Castr. opinione plura alia adducit Alciat. *loco citato*, quæ tamen ad propositum positionum parum conuenire videntur.

## S V M M A R I V M.

- 1 Pronuncia Iudicis requiritur, vt positiones habeantur pro confessatis; non obstante contumacia respondere debentis:

- etiam si statutum expresse disponat, contumacem in respondendo positionibus haberi pro confesso, nu. 7.  
 2 Lex, seu statutum mandans, aliquem haberi pro confesso, intelligitur per sententiam, non ipso iure.  
 4 Reus si respondeat antequam oriatur pronuncia, positiones haberi pro confessatis, admittitur.  
 5 Citatio requiritur, antequam Iudex pronunciet, positiones haberi pro confessatis.  
 6 Pronuncia Iudicis non requiritur; si statutum mandet reum haberi pro confesso ipso iure, vel ipso facto, nu. 7.  
 8 Contumaciam accusare non est necesse, si statutum mandet, reum haberi pro confesso ipso iure, vel ipso facto; nisi tamen in contrarium adsit consuetudo, nu. 9.  
 10 Pronuncia super contumacia non requiritur, & nu. 11.  
 12 Appellare an liceat à pronuncia Iudicis, aliquem fuisse contumacem, & positiones haberi pro confessatis.

## An requiratur pronuncia Iudicis, ad hoc, vt positiones habeantur pro confessatis.

## CAP. XLVI.

- 1 Dixerimus superius Iudicem coegete posse reum ad respondendum positionibus, etiam si in comminatione apponatur, quod alias habeatur pro confessatis, sed quid si actor aliam non curet responsionem, sed satis ipsi videatur, haberi pro confessatis, an requiratur saltem Iudicis pronuncia? Circa quod primo concludendum est, quod si Iudex assignet simpliciter terminum ad respondendum positionibus, non obstante contumacia, adhuc requiritur pronuncia, haberi pro confessatis, vt dixit Bald. 2  
*in leg. 1. nu. 2. C. de pena Iud. qui male iudic.* † quotiescumque enim lex, vel statutum disponit, aliquem haberi pro confesso, id intelligi debet per sententiam, non ipso iure, vt docet Bald. *in leg. aransigere, num. 36. C. de transact.* nec est sibi contrarius *in leg. 2. §. quod si actor, C. de iur. propt. calum. n. 2.* licet enim dicat, non respondentem positionibus haberi pro confesso, illis tribus concurrentibus, non negat tamen, Iudicis pronunciam requiri: idem sequitur Gab. Sar. *in add. ad sing. 39. March. n. 24.* & post alios Cauagn. *super Decret. Mont. Ferrat. dec. 12. §. 1. num. 28. & seqq. Rot. Genuens. decis. 161. nu. 10. Thom. Doc. conf. 79. num. 3. Cepol. cum 189. in prim.* alios citat Scac. *de Iud. lib. 1. cap. 97. nu. 112. & seqq. & lib. 2. cap. 7. nu. 522.* & in his terminis procedant tradita per Alex. *in leg. si insulam num. 36. ff. de verb. oblig. & declarat Natt. in conf. 53. nu. 4. lib. 1.*  
 3 Quod ampliatur, † etiam si statutum expresse disponat, vt non respondens positionibus habeatur pro confesso: adhuc enim Iudicis declaratoria requiritur, vt per Natt. *in conf. 36. 4. nu. 7. & 2. Ruin. conf. 117. nu. 9. lib. 5.* & plura ad propositum pro rationibus dubitandi cumulat Roland. *conf. 90. nu. 11. & seqq. lib. 3.* & sequitur Gabal. *in glossis cap. 19. lib. 5. constitutionum Maribis vers. pro confesso num. 2.*  
 4 Ac propterea † si reus respondeat ante supradictam declaratoriam Iudicis, non poterit pronunciatu haberi pro confesso, quia licet non responderit intra terminum assignatum, moram tamen ante dictam pronunciam purgare potuit, Scac. *loco proximo citato nu. 523.* de quo tamen latius videri poterit *in seq. cap.*

- 5 Et † citationem esse necessariam, antequam Iudex pronunciet, Positiones haberi pro confessatis, non videtur dubitandum, quia cum ista pronuncia sit

præiudicialis, & reus possit multa allegare ad excusandam eius contumaciam, debet etiam citari, ut etiam docent multi, quos citat Scac. de iud. lib. 2. cap. 7. num. 525.

6 Si verò statutum disponat, ut contumax in respondendo positionibus habeatur ipso iure pro confessio, tunc alia non requiritur declaratoria, cum statutum id declarat, sic distinguendo docet Natt. dict. conf. 364. nu. 7. & 8. & cumulatissime ex pluribus probat Rol. dict. conf. 90. nu. 20. & seqq. qui reprobat Anchar. & alios contrarium sentientes, idem voluit Ruin. in dict. conf. 117. nu. 9. lib. 5. vbi distinguit, an statutum simpliciter disponat, haberi pro confessis, & requiritur declaratoria, ut supra fuit dictum: secus si dicat, haberi pro confessis ipso iure: quicquid dicat Ludouic. decis. Lucens. 44. nu. 44. nisi ipsum intelligere velimus, sic statim consuetudine, de qua infra, non autem de iure.

7 Quod ampliat primo, etiam si in statuto dicitur, ipso facto, nam ipso facto, & ipso iure idem importare solet, Bart. in leg. circa med. ff. de hie, qui not. infam. Bald. in Auth. incertus, prope finem, C. de incert. nupt. ac ideo nec vno, nec altero casu sententia requiritur, Ias. in conf. 122. nu. 8. lib. 4. & docet Iarè Alex. in dict. conf. 139. nu. 2. lib. 7. vbi dicit, quod ista dictio, ipso facto, idem importat, quod statim, seu ipso iure, absque aliquo hominis ministerio, & sequitur Rol. dict. conf. 90. nu. 21. & seqq. & ipso iure, & ipso facto idem importare, Tutius in litt. D. conclus. 302. vbi plures citat.

Secundo ampliat, ut simili statuto existente non sit nec etiam necessarium, ut accusetur contumacia: & rationem adducunt, quia confessio, quæ à lege inducitur ipso iure eundem habet effectum, ut si facta fuisset in iudicio parte præsentem, ut per Bald. in leg. si tutor, C. de interd. matr. & cum non requiratur factum hominis, non possumus dicere, ut necessarium sit, contumaciam accusare, & citare, Roland. dict. conf. 90. nu. 16. & seqq.

9 In ciuitate tamen Urbini pariter mea in contrarium adest consuetudo, quod ut nempe debeat accusari contumacia; & antequam fuerit accusata admittatur purgatio moræ, ut dicam in cap. sequenti: & de simili consuetudine in Statu Montis Ferrari testatur Cauagou. loco supra citato nu. 34. & in Statu Sabaudie Theiaut. decis. 11. quæ consuetudo admodum rationabilis videtur, licet enim statutum dicat, haberi pro confessio ipso iure, vel ipso facto: attamen multi possent considerari casus, in quibus reus à contumacia deberet excusari; vel saltem fieri posset, habuisse iustam causam, vel iustum impedimentum, ob quod ad moræ purgationem deberet admitti; iuxta ea, quæ dicentur infra in cap. sequenti.

10 Tertio ampliat, quod ut nec etiam requiratur pronuncia super contumacia, nam cum de ipsa ex actis constet, non est necesse, ut Iudex declaret ipsum contumacem. Quod tamen intelligendum non est, si ille, qui fuit contumax, compareat in iudicio post incursum contumaciam, & alleget aliquam iustam causam, ob quam intendat demonstrare, se verè non fuisse contumacem: tunc enim super hoc, tanquam super emergenti, pronunciare debet Iudex, ut bene animaduertit Natt. dict. conf. 364. nu. 9. & pronunciando postea, ipsum fuisse contumacem, intelligeretur per consequens pronunciasse, positiones haberi pro confessis, cum ad hoc sola contumacia respondere debentis sufficiat, ut per ipsum loc. cit. Quamuis enim hoc casu non requiratur sententia, seu pronuncia, reum haberi pro confessio, requiritur tamen de-

claratoria, fuisse contumacem, si ipse id controuertat, ad quod confertur tradita per Dec. conf. 141. vers. tamen videtur, Crauer. conf. 218. nu. 2. Amat. decis. Marchia 12. 38. nu. 20. Et quando Iudex pronunciat, aliquem fuisse contumacem, & per consequens, positiones haberi pro confessis, poterit appellare, Moron. in tract. de fid. treg. & pace, quest. 35. num. 2. & 11. Scac. de iud. lib. 2. cap. 7. nu. 345. & est ratio, quia in gradu appellationis poterit iustificare aliquam causam, ob quam appareat, verè ipsum non fuisse contumacem, & sic male fuisse iudicatum; non appellat enim hoc casu, uti contumax: sed uti præcedens, se non fuisse contumacem, de quo laus dicam in cap. 48. nu. 1. vbi vide.

## SUMMARIUM.

- 1 Mora in respondendo positionibus an possit purgari, & per totum.
- 2 Mora ante sententiam regulariter purgari solet, quod tamen declaratur num. 3.
- 4 Mora in præiudicium tertij non purgatur.
- 5 Mora purgatio in respondendo positionibus non admittitur, stante statuto, ut termino elapsò habeantur pro confessis.
- 6 Mora in respondendo positionibus non purgatur, si fuerit facta comminatio ad certum diem sub pena confessi.
- 7 Pena in non respondente positionibus quæ sit.
- 8 Dies certus, & pena confessi impedit moræ purgationem.
- 9 Geminata mora purgari non solet.
- 10 Mora in respondendo positionibus non potest purgari, si ad statum, ut non respondens habeatur ipso iure pro confessio.
- 11 Iudex non potest prorogare terminum ad respondendum positionibus à statuto præfixum.
- 12 Dilatio data à statuto formaliter obseruari debet, si assignetur sub pena.
- 13 Mora in respondendo positionibus antequam fuerit accusata contumacia, & ante sententiam de consuetudine Urbini purgari solet.
- 14 Mora in respondendo positionibus ante sententiam purgatur, si sententia sit necessaria.
- 15 Mora in respondendo positionibus purgatur, si à parte saltem tacite fuerit remissa.
- 16 Mora purgari poterit, si positiones non contineant debita requisita.
- 17 Mora an possit purgari in causa appellationis.

## Mora in respondendo positionibus an possit purgari.

## CAP. XLVII.

- 1 **P**Onamus quod fuerint facta debita monitoria cum solitis comminationibus, & quod reus aliquod non dederit responsum infra terminum assignatum, vel à statuto præfixum, an antequam ipsi accusata fuerit contumacia, & secuta sententia haberi pro confessis, admittatur purgatio moræ.
- 2 Et pro affirmatiua allegari solet communis traditio, ante sententiam declaratoriam moram purgari posse, Alex. in leg. si infamam nu. 36. ff. de verb. oblig. alios citat Neuz. conf. 6. nu. 2. Ceterum super statuto Mediol. in titulo de positionibus. num. 164. sed cum in casu proposito nondum fuerit secuta sententia, nec minus accusata contumacia, videtur dicendum moram posse purgari, Gabal. in gloss. cap. 19. lib. 5. Constitut. March. in verbo pro confessis num. 1.

Quibus tamen non obstantibus, rigore iuris in-

specto, contrarium est asserendum; aliter enim sequeretur, ut actor remaneret grauatus onere probandi illas positiones, ac ideo purgatio admitti non debet, *Olasco. decis. 71. num. 56. quem refert, & sequitur Carp. loco citato n. 167. ut enim declarat Olasco. decis. 5. n. 4.*

3 illa opinio, ¶ quod ante sententiam admittatur purgatio moræ, non procedit, quando ius partis efficitur deterius, ¶ tunc enim in præiudicium tertij non est sufferendum moram purgari, *Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 1. nu. 102. at in casu proposito non est dubium, tertij præiudicium adesse ob onus probandi: ergo moræ purgatio non debet admitti.*

4 Secundo id eo magis sibi locum vendicaret stance statuto, ut termino elapso habeantur pro confessatis, quo casu cum alia non requiratur sententia, nisi super facto, non admittitur moræ purgatio, *Carpan. loco citato nu. 170. & ex aliorum mente docet Neuiz. dict. cons. 6. nu. 12. vers. sed contrarium.*

5 Tertio id fortius procederet, si in cedula, seu monitorio fuisset facta comminatio ad certam diem sub pœna confessi: ita docet *Pap. in forma except. contra positiones, in verba primo quia sub n. 2. Alin. in sua praxi §. 19. cap. 16. Nat. cons. 33. num. 5. lib. 1. Corn. cons. 25. num. 21. lib. 2.*

6 *Carp. loco cit. nu. 168. Neuiz. dict. cons. 6. circa fin. ¶ Pœnam autem intelligunt, si apponatur, ut alias habeantur pro confessatis: & Carpan. loco citato his virit verbis: si statutum apponeret diem, & pœnam, ut habeantur pro confessis. Neuiz. verò ad certam diem sub pœna confessi: & Pap. loco citato, cum sit dies, scilicet responsionis fiendæ, sitque pœna, quod habebitur pro confessio. ¶ Et diem certam, & pœnam impedire purgationem moræ, docet Alex. in dict. leg. si insulam sub nu. 14. & de communi testatur nu. 15. & sequitur Gabal. loco cit. circa finem primi numeri.*

7 Quarto tanto certius hæc amplecti deberet opinio, si geminata esset mora. ¶ quæ geminatio purgationem impedire solet, *leg. traictricia §. de illo, ff. de actio. & obligat. & in puncto Neuiz. dict. cons. 6. in fin. Olasco. pariter in terminis in dict. decis. 5. in fin.*

8 Quinto, eo magis ab hac opinione non esset recedendum, si vterius statutum disponderet, ut contumax ipso iure haberetur pro confessio, cum enim tunc nulla sit necessaria sententia, ut in *cap. 46. purgatio moræ non esset admittenda, ut bene declarat Nat. in cons. 364. nu. 10. & 11. Quicquid dicat Ludouil. decis. Lucens. 44. nu. 43. qui loquitur secundum consuetudinem ab ipso allegatam.*

9 Quibus stantibus, nec etiam poterit ¶ Iudex parti prorogare terminum ad respondendum à statuto præfixum: nam quando lex, ¶ vel statutum alicui terminum statuit, ad aliquid faciendum, & casu, quo illud non fiat, pœnam imponit, dilatio formaliter obseruari debet, nec moræ purgatio admittitur, *Dec. post Felyn. in cap. cum sit Romana in 7 fall. nu. 53. de appell. at in casu proposito statutum mandat, ut reus respondeat intra certum tempus, & apponit pœnam confessi, ut liberet ponentem ab onere probandi: ergo non poterit Iudex in præiudicium tertij, terminum præfixum prorogare, ut voluit Cauagn. super Decret. Montis Ferr. dec. 12.*

10 Et quæ superius dicta fuere de purgatione moræ, cum Urbini in controuersiam fuissent deducta, Excellentissimus D. Simon Nurius Foro Sempronienfis, tunc Urbini Locumtenens, me patrocinate, pronunciauit, purgationem moræ non admitti. Sed cum in secundo iudicio fuisset producta fides omnium

11 ferè procuratorum huius Ciuitatis, ¶ attestantium stylum, & consuetudinem fuisse, ut antequam reo

fuerit accusata contumacia, admittatur purgatio moræ, per Celeberrimum Collegium fuit sententia prædicta reuocata: Vnde conclusio à me supra firmata erit limitanda, in contrarium existente consuetudine. Quæ consuetudo est etiam rationi consona, ut dixit Sola ad *Constit. Subaud. in tit. de posu. glos. n. 15. & seqq.* Nam cum ad hoc, ut positiones habeantur pro confessatis requiratur contumacia, quæ nulla est, nisi accusetur, *leg. properandum, §. & si quis, vbi lafon.* non poterunt haberi pro confessatis, nisi contumacia fuerit accusata, ut per ipsum.

12 Secundo declaranda erit, si simpliciter quis fuerit monitus ad respondendum: Vel statutum simpliciter disponat, contumacem haberi pro confessio: cum enim tunc Iudicis pronuncia requiratur, ut *dict. cap. 46. ante sententiam mora purgari poterit, ut distinguendo optimè declarat Nat. in dict. cons. 364. num. 7. & 8.*

13 Tertio limitatur, si mora fuerit remissa, prout si post ipsam incursum, actor insteterit responderi: quo casu tacitè diceretur remissa mora, ut declarat *Ludouil. dict. decis. Lucens. 44. nu. 39. & seqq.*

14 Quarto ad hoc, ut non respondens positionibus habeatur pro confessio vigore statuti, vel ad hoc, ut monitus à Iudice pro confessio habeatur, multa requiruntur, de quibus Gratian. *decis. March. 171. in calce operis decis. 79. n. 6. & seqq.* ipsi non concurrentibus vique mora purgati poterit, ut per Gratian. in *allegata Decisione ferè per totum: de requisitis autem positionum, ut nempe debeant esse pertinentes, debeant continere tempus, & alia, de quibus in dict. decis. 171. à me superius suis locis dicta fuere, & dicam infra in cap. 61.*

15 Quinto in gradu appellationis moram purgari posse, dicit post alios Gratian. in *dict. decis. 171. nu. 1. 2. & 12. cum appellatio reponat appellentem ad statum, in quo erat ante litem contestatam. Verum animaduertendum est, ne decipiatur, hæc non procedere, si reus fuerit monitus, ut respondeat ad certum diem, sub pœna confessi; & ipsi postea fuerit accusata contumacia, & orta pronuncia, positiones haberi pro confessatis, quæ enim dicta fuerunt superius de purgatione moræ; procedunt antequam accusata fuerit contumacia, & orta fuerit pronuncia, post enim monitiones, accusationem contumaciæ, & pronunciam, nemo est, qui asserat, nec etiam ex consuetudine, moram purgari posse: quo casu parum etiam prodesset appellatio: nec in istis terminis loquitur Gratian. sed solum quando reus est contumax in respondendo positionibus, ob quam contumaciam Iudex ipsum, vti contumacem, condemnat: tunc enim potest appellare, & in gradu appellationis ostendere, se verè non fuisse contumacem, & sic moram purgare, ut per ipsum Gratian. & Doctores, quos allegat, nonnulla alia ad propositum in cap. seq.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Appellatio an detur à pronuncia, positiones haberi pro confessatis, & per totum.
- 2 Confessio, & conuictus appellans non auditur; quod in verè confessio intelligunt, non in fide nu. 3.
- 4 Appellatio non datur, si statutum mandat, non respondentem haberi ipso iure pro confessio: vbi de ratione idem est, si statutum simpliciter dicat, non respondentem haberi pro confessio, dummodo non respondens verè fuerit contum. x num. 5.
- 6 Contumax verè non appellat. Et quid si vterius statutum induat

- inducat contra contumacem aliquem actum positivum, ut nonpè positiones habeantur pro confessatis nu. 7.
- 8 Procurator si solum fuerit monitus, principalis potest appellare.
- 9 Contumacia est delictum, in quod non potest facere Procurator, ut Dominum incidat.
- 10 Minor, mulier, & rusticus contumaces appellant.
- 11 Contumax verus de equitate canonica appellat.
- 12 Contumax appellans auditur si proponat causam, ob quam pretendat, se non fuisse contumacem, ubi de ratione, & num. 8.
- 13 Non appellans à pronuncia, positiones haberi pro confessatis, sibi praeiudicat.
- 14 Non opponens contra comminationem, quod non respondens habeatur pro confesso, sibi praeiudicat.
- 15 Contumax in non respondendo positionibus potest appellare, si fuerit pronuntiatum diffinitivè super tota causa.
- 16 Iudex non potest revocare pronunciam, positiones haberi pro confessatis.
- 17 Interlocutoria, contumacem haberi pro confesso, non potest à Iudice revocari.

An detur appellatio à declaratione, positiones haberi pro confessatis.

## CAP. XLVIII.

**D**iximus supra in cap. 46. quod si statutum simpliciter disponat, non respondentem positionibus haberi pro confesso, Iudicis declaratoriam requiri. Nunc dubitari potest, si an ab ista declaratione detur appellatio? Multi namque tenent, appellationem non dari: nam confessus, & convictus appellans non auditur, l. 2. C. quos appellat. non recip. capit. Romana, §. fin. autem de appellat. in 6. sed contumax in non respondendo positionibus dicitur confessus, ergo appellans non debet audiri. Contrarium alij defendunt, & declarant si supradictam regulam procedere in verè confesso, sed iste, qui non respondet positionibus, dicitur fictè confessus, ergo ad ipsum trahi non debet regula supradicta. Hæc, & similia argumenta hinc inde adducit Añ. in sua praxi, §. 19. cap. 15. & tandem concludit, quod si statutum disponat, non respondentem haberi pro confesso, appellationem non dari: & aliorum opinionem procedere posse, ubi res sit integra, nec eius partis factum fuerit deterius: pro eadem parte Cauagn. sup. Decret. Mont. Ferr. Decret. 12. §. 8. quest. 2. plura adducit argumenta, & sequi videtur Polid. Rip. obseru. 67. n. 6.

Verum fateri oportet, rem aliter se habere: nec ad propositum conferre illam questionem, si an disposita in casu vero trahantur ad casum fictum. Nam aut statutum mandat, non respondentem haberi ipso iure pro confesso, & appellatio non debet dari, quia pronuncia Iudicis hoc casu non fuit necessaria, ut dictum fuit superius in cap. 46. Si verò statutum disponat simpliciter non respondentem haberi pro confesso, si quo casu est necessaria Iudicis pronuncia, & adhuc, si verè fuerit contumax, non debet admitti appellatio, quia stante vera contumacia, nulla competit defensio, & in istis terminis loquitur Rugin. de appellat. cap. 3. §. 2. sub n. 228. & intrat regula, si quod verus contumax non appellat, l. properandum, §. fin. autem reus, C. de Iudic. l. 1. C. quos appellat. non recipi, Pap. in forma appellat. à definit. in glos. coram vobis sub nu. 9. versic. queritur, Franc. in cap. Nicolao nu. 12. vers. postremo de appellat. Rebus. de appellat. artic. 7. glos. 21. nu. 7. & seqq. Matant. par. 6. sui Specul. membro 2. n. 19. Specul. in tit. de appellat. §.

in quibus lib. 1. num. 2. plures alios citat Scacc. de appell. quest. 17. limit. 3. num. 1. & seq.

7 Et licet Scac. loc. cit. n. 10. hanc regulam, si quod verus contumax non appellet, limitare videatur, quando lex, vel statutum vltterius contra contumacem inducit aliquem actum positivum: & ponit exemplum, ut positiones habeantur pro confessatis: tunc enim, dicit ipse, satis contumax videtur punitus, ut habeatur pro confesso, vnde vltterius puniri non debet, ut non possit appellare: attamen contrarium est asserendum in casu proposito, unica enim ipsi imponitur pœna, nempe, ut ob eius contumaciam habeatur pro confesso: quod verò non possit appellare, non est pœna respondere nolentis; sed est effectus veræ contumaciae; ut post Foller. animadvertit Car. de executione sententia cap. van. cap. 1. nu. 30. 69. & seqq. verus enim contumax, ut dictum fuit, non appellat.

8 Et contumax verus ille dicitur, qui fuit legitime monitus, Matant. in 6. par. sui Specul. ac. 2. princip. in verbo quancumque n. 285. Scac. loco cit. n. 3.

Ex quo inferitur, quod si solum Procurator fuerit monitus ad respondendum, principalis poterit appellare, cum principalis, non procurator moneri debuerit, ut infra dicam in cap. 61. Bar. in leg. 1. si adversus sub nu. 2. ff. quancumque appellat. Franc. in dict. cap. Nicolao nu. 18. & seqq. Scacc. dict. limit. 3. nu. 8. si contumacia enim est delictum, in quod non potest facere procurator, ut dominum incidat, Felyn. in cap. 1. nu. 6. vers. si procurator, ut lite non contest.

Generalis autem regula, verum contumacem non posse appellare, si limitatur in minore, muliere, & rustico, qui non obstante, quod fuerint contumaces, appellare possunt, Franc. in dict. cap. Nicolao, Marfil. singul. 377. Verul. ad Afflic. decis. 344. num. 5. Rugin. de appellat. §. 2. cap. 3. num. 226. Scacc. dict. quest. 17. limitat. 3. num. 11.

11 Secundo limitatur de equitate canonica, secundum quam etiam verus contumax appellat, Festeri. cons. 216. n. 3. ac ideo, ut Scacc. testatur, Rota Roman. admittit appellationem etiam in vero contumace; & idem observari in Romana curia, ac toto statu Ecclesiastico, etiam ubi observantur Constitutiones Marchie, testimonium præbet dict. Scacc.

12 Terrio appellatio admittitur, si contumax appellet, non quia pretendat, contumacem per appellationem audiri; sed quia ob aliquam iustam causam dicit verè non fuisse contumacem, tunc enim admittitur appellatio, tanquam à nouo emergenti, super quo Iudex debet pronunciate, ut optime declarat Nat. in consil. 364. & fieri possit, ut Iudex super hoc malè iudicaverit, & ideo merito appellatio admitti debet, & in istis terminis benè procedunt dicta per Grat. in decis. 171. Pronuncia Marchie, que est in calce operis decis. 79. Nec obstat, statutum disponere, contumacem haberi pro confesso, non appellatur enim ex eo, quod contumax non debeat haberi pro confesso, sed appellatur ex eo, quod Iudex declaravit ipsum contumacem; dum declaravit positiones haberi debere pro confessatis; quam contumaciam adfuisse negatur, & ita intelligi debet Decius in consil. 34. sub nu. 2. dum ex mente aliorum dicit, contumacem in respondendo positionibus posse appellari, inferendo causam legitimam, & in his pariter terminis procedunt tradita per Cauagnin. in dict. 2. quest. & per Petrum in praxi cap. For. lib. 2. cap. 4. nu. 16. eodem pariter modo intelligi debet Surd. in consil. 360. num. 31. lib. 3. dum dicit, si quod non appellans à pronuncia, positiones haberi pro confessatis, sibi praeiudicat. Proug

14 sibi præiudicaret, † si non opponeret contra contumaciam, quod in casu contumaciæ positiones haberi deberent pro confessatis, vt per *Surd. loc. cit. sub nu. 15. vers. 3.* & in istis pariter terminis est necessarium intelligere *Scac. de appell. quest. 5. sub num. 91. vers. comprobatur.*

Et licet ex supradictis appareat adesse aliquam difficultatem, an contumax possit appellare à pronuncia, positiones haberi pro confessatis; † attamen appellari vtrique potest, si diffinitio super tota causa fuerit pronunciatum, vt per *Dec. in dict. conf. 34. sub nu. 2. vers. aut Index:* Licet enim positiones haberi deberent pro confessatis, attamen fieri posset, malè iudicem iudicasse super tota causa, vel quod veniret reuocanda: si contrarium contentorum in positionibus probaretur, quod fieri posse, in *seq. cap.* ostendam: & in istis terminis benè procedunt tradita per *Gratian. in dict. decis. 171. in calce operis decis. 79.*

Vltimo circa pronunciam, positiones haberi pro confessatis, est obseruandum † iudicem non posse reuocare hanc interlocutoriam, ex quo habet executionem à lege, *Rip. in leg. quod iussit sub n. 33. ff. de iudic.*  
17 Prout generaliter dicendum est, † non posse reuocare interlocutoriam, contumacem haberi pro confessato, vt dixit *Scac. de appellat. dict. quest. 17. limit. 47. memb. 1. num. 64.* † nisi tamen reus compareat, & alleget causam, ob quam dicat, se non fuisse contumacem, tunc enim super hoc, tanquam super emergenti, pronunciare deberet iudex, vt supra dictum fuit.

## S V M M A R I V M.

- 1 Pronuncia, positiones haberi pro confessatis, an noceat, si de veritate in contrarium appareat.
- 2 Veritas omnibus præualet.
- 3 Veritati omnia cedunt.
- 4 Confessiones inductæ à statuto ob contumaciam, sunt confessiones fictæ, & presumptæ.
- 5 Error probatur ex eo, quod de veritate in contrarium appareat.
- 6 Pronuncia non obstante, positiones haberi pro confessatis, potest probari contrarium.
- 7 Confessio ficta non debet plus operari, quam vera.
- 8 Confessio non præiudicat si probetur contrarium.
- 9 Probatio, an admittatur contra fictionem.

Pronuncia, positiones haberi pro confessatis, an noceat, si de veritate in contrarium appareat.

## CAP. XLIX.

SI reus fuerit verè contumax in respondendo positionibus, itaut habeantur ipso iure ex forma statuti, pro confessatis, vel mediante iudicis pronuncia; an id adeo noceat, vt contrarium demonstrari non possit; circa quod omnes vno ore asserunt.

Primo nec statutum, nec iudicis pronunciam posse veritati obesse, ita vt si de veritate in contrarium appareat, nec contumaciam, nec iudicis pronunciam esse aliquo modo attendendam: † veritas enim omnibus præualet, *cap. consuetudo 8. distincta.* † cui propterea omnia cedunt, *capit. verit. ead. distincta.* *Magon decis. Lucens. nu. 5. nu. 29. in calce operis dec. 42. qui nu. 26.* aliam adducit rationem, † confessiones nempe inductas à statuto propter alterius contumaciam, esse confessiones præsumptas, *Rol. conf. 54. nu. 4. lib. 3. Moton. de fide*

*trig. & pace quest. 54. nu. 12.* & tanquam tales admittuntur probationem in contrarium: & eo maxime si contrarium probaretur per confessionem patris aduersæ: & plures allegat attestantes de communi, & verissima opinione: quod etiam aliis mediis confirmat, vt apud ipsum videre est, quibus adde, quod illa confessio ficta, si probetur contrarium, dicitur erronea, & sic nihil operari potest; † de errore autem dicitur constare, eo ipso, quod apparet, rem aliter se habere, *leg. si possi. C. de iur. & fact. ignor. leg. de etate. 9. qui iussit. ff. de interrog. actio. Bart. & alij in leg. non fatetur. ff. de confess. Alex. conf. 145. nu. 6. lib. 6.*

- 6 Ex quo inferunt, † quod non obstante simili pronuncia, reus potest in se suscipere onus probandi contrarium, vt post alios docet *Socin. lun. in consil. 3. num. 11. lib. 2.* & declarat *Alex. in dict. conf. 145. num. 8. & 10.* quos sequitur *Ludouisi. decis. Lucens. 44. num. 53. & seqq. Mancin. de iuram. par. 2. artic. 2. n. 79.* Si enim admittitur probatio in contrarium in vera confessione, quanto magis id asserere debemus in ficta, vt argumentatus fuit *Ludouisi. loc. cit. nu. 57.* † Non debet enim plus operari confessio ficta, quam vera, *leg. filio quem pater. ff. de lib. & posth. Alex. loc. cit. nu. 8.* vnde quemadmodum † si quis fallus fuisset fallam positionem, post errorem demonstrare, *Socin. Sen. conf. 97. nu. 16. & 17. lib. 4. Corn. conf. 229. num. 3. lib. 2.* quos sequitur *Socin. lun. conf. 3. nu. 12. lib. 2.* ita etiam, qui ob contumaciam habetur pro confessato, contra hanc fictam confessionem potest probare: vt per *Alex. & Ludouisi. loc. cit.* quos sequitur *Magon. dict. decis. Lucens. 25. num. 25.* Nec est præsumendum, statutum ob illam fictionem voluisse auferre potestatem probandi contrarium, *Ludou. dict. decis. 44. sub num. 56.* Nec dicatur, † contra fictionem non admitti probationem, ad notata in *leg. sine possidetis. C. de probat.* nam id non procedit, si quis velit probare contra contenta in illa ficta confessione, vt optime declarat *Alexand. in dict. consil. 145. num. 9.* de quo etiam *Sola ad constitut. Sabaudia in tit. de positionibus glos. 4. num. 1.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Emptor tenetur denunciare litem venditori, etiam si putet, rem esse cuiuscentis.
- 2 Positionibus concernentibus dominium euincere volentis, non est respondendum, vbi de rationibus.
- 3 Qui habet auctorem non tenetur respondere positionibus concernentibus dominium.
- 4 Et quid si salum concernant possessorem n. 7. & seqq.
- 5 Venditor non tenetur de euictione, si sequatur culpa emptoris.
- 6 Positio, que concernit possessionem illius, qui habet auctorem, vel ipsius auctoris dicitur captiosa.
- 8 Venditor tenetur emptorem defendere, etiam respectu possessionis.
- 9 Intimatio non est necessaria, quando nulla venditori potest competere defensio; quod tamen declaratur n. 10.
- 11 Scapac. de vtili Saluian. in ead. improbat, dum dicit, tunc, qui habet auctorem obligatum esse respondere positionibus concernentibus possessionem.

Qui habet auctorem an teneatur respondere positionibus.

## CAP. L.

Hanc questionem proponit *Barr. in leg. at qui natura, 5. si cum me absente num. 4. ff. de negot. gest. vbi*



1 dicit primò, † quod licet emptor putet, rem esse euinentis, tamen debet denunciare litrem venditori; nam ipse forsan contrarium ostendere poterit: & hinc infert, † quod si fiant positiones de Dominio euinentis, licet emptor sciat, rem euinentis esse, non cogitur tamen illis respondere, nam si negat, incidit in peritium, si affirmat, præiudicat sibi, quia contra venditorem agere non posset, *leg. alius ff. de iur. iur.* & dicit notari in *leg. qui iurasse, §. 1. eod. tit. Corn. cons. 50. Ruiu. consil. 205. num. 1. 4. lib. 1. Mancin. de iur. par. 2. art. 2. nu. 27. Franc. Marc. decis. 581. nu. 7. & 8. par. 1. qua est in calce operis decis. 68.*

5 Ex qua Bart. doctrina omnes conueniunt, † quod si fiant positiones super dominio, quod ille, qui habet auctorem, non teneatur respondere, vt per Marant. in suo *Specul. par. 6. in 7. memb. nu. 13.* Surd. in *decis. 22. qua est in calce operis dec. 63.* cum quo concordat Scapuc. de *uili. Sala. interd. lib. 3. quaest. 32.* & sequitur Franc. Marc. in *dict. decis. 581. n. 7. & 8.* per eandem rationes. † Sed an idem sit asserendum, si positiones concernant possessionem, non autem dominium, Surd. idem dicendum esse probat, primò per supradictam Bart. doctrinam, cum nulla ratio diuersitatis inter vnum, & alium casum considerari possit.

5 Secundo mouetur, quia si res esset euicta, amitteret ius contra venditorem: qui dicere posset, † secus tam fuisse euictionem eius culpa: qui falsus fuit possessionem ex parte euinentis. Quo casu venditor non esset obligatus de euictione. *leg. hoc iure, vbi glos. ff. de euict. leg. si rem quam, §. si dupla, leg. si mancipium, ff. eod. leg. si controuersiam vbi glos. & Bald. C. eod. Cabal. de euiction. §. 5. num. 5.* plura ad propositum cumulat Surd. loco citato num. 1.

6 Tertio mouetur Surd. ex regula, de qua in *cap. 12.* vbi dixi, † captiosas positionibus non esse respondendum, at in casu nostro positiones dicerentur captiosae per supradictam Bart. doctrinam, si enim negat, incidit in peritium, si fatetur, amittit ius agendi contra venditorem, ergo ad ipsius respondendum cogi nulla ratione debet, eandem rationem adducit Franc. March. loco citato.

7 Quæ omnes rationes, si rectè animaduertantur, ad vnicam tantum reducuntur; † quia nempe respondens amitteret ius agendi pro euictione contra venditorem, qui de culpa ipsam redarguere posset, quod falsus fuerit id, quod euincens probare debuisset: ob quam rationem Bart. loc. citat. tenet, emptorem de dominio euinentis respondere non debere: non quia agatur de dominio, sed quia sibi præiudicaret respectu euictionis, & cum idem sit, quantum ad possessionem, dicendum est, etiam si agatur de possessione, eum, qui habet auctorem, ad respondendum cogi non posse. Nam certum est, quod † venditor tenetur emptorem defendere, etiam respectu possessionis, *leg. 1. in fine, & leg. in venditione, ff. de action. empt.* Vnde si euicta possessione vellet agere contra venditorem, ipse excipere posset, euictionem fuisse secutam culpa ipsius emptoris, qui possessionem falsus fuit. Nec obstat si dicatur, ipse sciebat euinentem verè fuisse in possessione: nam præsupponimus pariter, quod ille, qui interrogatur de dominio pro certo habeat, euinentem esse dominam, & tamen respondere non tenetur: & rationem addit Bartol. quia plura forsan venditor probare potuisset contra illud dominium, vt considerat etiam Franc. March. in *dict. decis. 581. nu. 9.* Et eodem modo plura fortasse demonstrare potuisset contra illam possessionem: ac ideo venditor semper posset se tueri; euictionem

possessionis eius culpa fuisse secutam: ne igitur sibi hoc inferatur præiudicium cogi non debet, vt per Surd. loco citato nu. 6. & seqq.

Nec minus obstat, si diceretur, non posse considerari aliquod præiudicium; nam si vera erat possessio ex parte euinentis, nulla venditori competebar defensio: † quo casu potest agi contra venditores pro euictione, nulla etiam facta intimatione, vt per Cabal. de euiction. §. 3. nu. 73. & seqq. & §. 5. nu. 18. Respondetur namque, quod potest agere pro euictione, † sed debet ostendere, quod verè euincens erat in possessione, & quod contra ipsum nulla competebar defensio, vt per Cabal. loc. cit. Vnde in hoc sibi saltem inferatur præiudicium, quod demonstrare debeat, rem adhuc euictam fuisse, ad quod non teneretur, si ipse possessionem falsus non fuisset, vt optimè considerat Surd. *dict. decis. 22. n. 8. & seqq.*

Præterquam quod multa venditor contra illam possessionem forsan opponere potuisset, quæ emptor ignorabat, vnde ne detur iste casus, vt emptor deceptus remaneat, si venditor demonstraret, se contra illam possessionem aliquid probare potuisse, ad respondendum cogi non debet.

Accedat quod stante ista ratione, emptor etiam de dominio respondere esset obligatus, si verè sciret, euinentem esse dominum, & tamen omnes volunt, de dominio non esse respondendum, vt per Hodiernam ad dictum Surdum *decis. 22.* qui citat dictum meum *Tractatum in cap. 19. secundum primam impressionem.*

11 Nec argumentum, † quod in contrarium addunt Scapuc. a sufficienti partium enumeratione vilo modo concludit: dicit namque ipse, aut respondendo negat, aut fatetur, si negat, nulla culpa euictionis, si fatetur, aut falsum; aut verum, si falsum, id probare debet emptor, & si probabit, ipsi erit imputandum, cum ausus fuerit fateri, quod verum non erat; si verum, denegari ei non debet regressus, ex eo, quod veritatem dixerit.

Primo namque hoc suum argumentum non magis concludit in possessione, quam in dominio: & tamen ipse etiam fatetur, de dominio non esse respondendum.

Secundo verum est, quod in negante nulla culpa considerari potest, sed ne quandoque fateri cogatur, ad respondendum cogi non debet: si verò fatetur, distat à veritate, quod Scapuc. dicit, habere præsumptionem pro se, ac ideo venditorem contrarium probare debere: licet namque nemo præsumatur suum iactare velle; id tamen procedit respectu respondentis, qui non præsumitur, quod consulto id fecerit, sed per ignorantiam: non autem quantum ad possessionem in personam euinentis, quæ respectu venditoris ea confessione emptoris nullo modo adiuuatur: vnde licet non præsumatur, suum iactare velle, quando, vel facit compromissum, vel spontè restituit, videns nullam competere defensionem venditori: nam si vult agere pro euictione, debet probare, quod verè nullum ius venditori competebar, vt per Doctores, quos Cabal. citat *locis citatis*, ex quo constat, illam præsumptionem nihil operari.

Secundo dato, quod venditor probare deberet, emptorem falsum confessum fuisse, nonne in hoc saltem esset damnificatus, quod antequam pro euictione agere posset hoc nouum iudicium cum venditore subire deberet.

Tertio, si falsum confessum fuisse venditor probaret, nonne damnum maximum incurreret? nec

dicatur, id ipsi esse impurandum, nam forsitan ipse crederet, & pro certo habebat, euincentem fuisse in possessione, quam veram non fuisse possessionem venditor postea probavit: ex hoc igitur, quod illud, quod verum esse crederet, facti voluit, valimus ipsum suo iure priuare, & hinc tendunt rationes supra allatae, ob quas diximus, emptorem ad respondendum cogi non debere: hoc est, ne quandoque euenire possit casus, vt suo iure agendi contra venditorem priuetur.

Si vero veritatem sciretur, adhuc posset damnificari, saltem in probando, nullam venditori competere potuisse exceptionem, vt supra dictum fuit.

Ex quibus crederem, habentem auctorem nec de dominio, nec de possessione euincentis respondere debere secundum dictam Sardi Decisionem, quam in terminis Saluiani interdicti sequitur Pacif. de Salu. inuicidito inspectione prima, cap. 7. n. 28.

#### SUMMARIUM.

- 1 Positionibus an pluries sit respondendum, & num. 3. & per totum.
- 2 Credere possum hodie, quod heri non credebam.
- 4 Positionibus, ob quas in contrarietatem quis incidere posset, non est respondendum.
- 5 Positionibus non est respondendum, si ex ipsarum responsione in periculum quis incidere posset.
- 6 Periculum non est iterum interrogandum.
- 7 Verbum credulitatis, in positionibus equipollet verbo, veritatis.
- 8 Positio, quando dicatur eadem cum prima: quod late exemplis declaratur.
- 9 Positionibus, quibus non fuit legitime responsum, iterum est respondendum.
- 10 Positionibus est iterum respondendum, si prima fuerint perditae.

### Positionibus an iterum sit respondendum.

#### CAP. LI.

**D**iximus supra, positionibus esse respondendum, & ad hoc iudicem reum cogere posse, captis etiam pignotibus. † Quid modo si semel eisdem positionibus fuerit responsum, an iterum ad respondendum cogi possit, gl. in l. 2. §. quod observari, in fin. gl. antep. C. de iuram. calum. tenet, pluries super eadem re posse interrogari reum; fieri namque potest, † quod hodie credam, quod heri non credebam: ac ideo Iacob. de Aren. de posit. §. 3. nu. 13. distinguendo in quaestione proposita dicit, aut prius responsum fuit per verbum veritatis, & iterum interrogari non debet, aut per verbum credulitatis, & ad iterum respondendum cogi poterit, per eandem rationem, & sequuntur alij, quos citat Sardi. det. 17. n. 8. in calce operis det. 52. alios refert Rugin. pract. quaestionum cap. 16. nu. 2. Rot. decis. 239. in antiquis Caldec. cons. 4. in titul. de confess. Domin. in cau. statum de confess. vers. aut respondens positio. Scacc. de iud. cap. 7. nu. 179.

3 Contrarium tamen absolute venit affirmandum, vt qui semel responsum dedit, ad iterum respondendum cogi non possit, vt declarat Specul. de positio. §. 6. nu. 3. & docent plures, quos refert, & sequitur Marcus Anton. Thomat. decis. Rota Materat. §. 4. n. 3. qua est in calce operis decis. 72. qui allegat etiam dictum meum Tractatum in cap. 39. nu. 5. secundum primam impres-

sionem: & ratio ab omnibus redditur, qui si rem iteum responderet, in contrarietatem de facili incidere posset, † at positionibus, ob quas in contrarietatem quis posset incidere, non est respondendum, Bart. in dist. §. quod observari, Curt. de positio. nu. 29. & 30. & dicam latius in cap. seq. ac idem ad verum respondendum quis cogi non poterit: eandem rationem considerant Rugin. pract. quest. cap. 6. nu. 4. Thomat. in dist. decis. 54. nu. 4.

Secundo responsiones fiant cum iuramento, unde si contrarium responderet, incidere in periculum: † at non sunt admittendae illae positiones, ob quas in periculum quis incidere posset: Rugin. loc. citato nu. 2. Thomat. vbi supra, & dicam in cap. seq. ac propterea fat est, positionibus semel fuisse responsum.

Præterquam quod verisimile est, reum periculum esse in eadem responsione: † unde aut verum iuravit, aut falsum: si verum non est, quod ad iterum denuo cogatur: si falsum, non debet vti periculum iterum interrogari, cap. quaestio. vbi scribentes de appellat. & ad peierandum inuitari, cap. dudum, il. 2. de elect. quam sententiam sequitur Rugin. in dist. cap. 3. suarum pract. quest. & nouissime Thomat. in dist. decis. 54.

7 Quibus statibus ad contraria facilis est responsio: contraria namque sententia falso iuratur famento, nempe responsionem per verbum credulitatis in respondendo positionibus veritatem non importare: † cum tamen hoc casu verbum credulitatis equipollet verbo veritatis, vt per Sardi. in dist. decis. 17. nu. 9. & seq. & dictum fuit supra in cap. 40. & 41. quae hic non reperiunt, & docet Rugin. in dist. cap. 16. nu. 5. & sequitur Thomat. in dist. decis. 54. nu. 6. & 7. qui vltra dictum meum tractatum plures alios allegat: vnde ratio in contrarium considerata, quod hodie possum credere, quod heri non credebam, cessat protus: ac propterea licet responsio fuerit facta per verbum credulitatis, vt de stylo fieri solet; adhuc ad iterum respondendum quis cogi non poterit, quicquid alij dixerint, & praecipue Scacc. in dist. cap. 7. lib. 2. de iud. num. 179. decepti ex illo verbo, credulitatis, non animaduertentes, veritatem hoc casu importare, vt in dist. cap. 40.

8 Ex quibus inferitur, † non esse admittendam positionem, quae sit eadem cum prima, ne quis respondere bis teneatur: quod quinque modis contingere potest. Primo, si in verbis, vel in substantia, vel in effectu sit eadem: Secundo, si sit ex necessitate probationis eadem: tertio si ex necessitate facti tantum: quarto, si ex qualitate: quinto, si ex dependentia. De primo non est dubium, quod si eadem sit positio vel in verbis, vel in substantia, & effectu, licet aliis verbis concepta, non sit admittenda, cum per rationes supra allatas, semel tantum positioni, idem contineri sit respondendum.

In secundo distinctionis capite, idem regulariter est dicendum. Si exemplum posui me rem aliquam praescripisse, cui positioni est respondendum, cum contineat ius di positum, non disponens, vt dicam in cap. 36. nu. 2. deinde volo ponere titulum, & possessionem, erit hæc positio rejicienda, quia praescriptio praesupponit titulum, & possessionem, Bart. in Auth. & qui semel numer. 24. vers. exemplum, C. de probat. scribentes in cap. fraternitatu, vbi praecipue Abb. nu. 2. & Marian. numer. 75. Albert. de Maler. de testib. cap. 7. num. 128. Farinat. de testib. quest. 75. nu. 342. Vnde si aduersarius negauit praescriptionem, aut intelligit negasse & titulum, & possessionem, & ideo ad respondendum

den iam iterum super titulo, & possessione non erit cogendus: Imo si postea fateretur ad se esse titulum, & possessionem diceretur falsam fuisse prescriptionem, quam primo negavit.

Quod tamen dicitur de titulo necessario in prescriptione non procederet in prescriptione longissimi temporis, quæ titulum non requirit, *leg. male igitur, C. de prescript. long. temp.* Marian. in *dist. cap. fraternitatis sub num. 61. vers. Et adverte.* reicietur tamen positio hoc casu, uti non necessaria, & impertinens, si solum prescriptio longissimi temporis fuisset proposita, ut per Farinac. *dist. quest. 75. num. 342.*

Et eadem ratione, si prius de titulo, & possessione fuisset facta positio, reicienda est altera de prescriptione; si enim negavit verbi gratia titulum, & possessionem, intelligitur etiam negasse presumptionem, requirentem titulum, & possessionem: consequuntur tradita per Farinac. *dist. quest. 75. nu. 352. Et seqq.* Si tamen solus titulus esset positus, posset fieri alia positio prescriptionis longissimi temporis, quæ, ut dixi, titulum non presupponit.

Tertius est casus, quando secunda positio continetur sub prima de necessitate facti tantum: sit exemplum, posui de mutuo, quod de necessitate facti habet tempus, sed non de necessitate confessionis, si enim fateatur mutuum, non intelligitur hinc fateri certum tempus. Et circa positiones sic est distinguendum, aut aduersarius falsus fuit mutuum, & tempus poni poterit, nam probato mutuo, potest etiam tempus probari, Abb. in *dist. cap. fraternitatis sub n. Gabr. de test. com. inf. 21. n. 46.* Albert. de Malit. *d. cap. 7. n. 129. Et seqq.* plures alios citat Farinac. *dist. quest. 75. nu. 295. Et seqq.* Quod tamen debet intelligi, si positio fuerit admittenda absque tempore, quæ parte contradicente non est admittenda, ut dictum fuit supra in *cap. 10.* Si vero positio mutui fuit negata, non poterit fieri alia positio de tempore eiusdem mutui: negando enim absolute mutuum, intelligitur etiam negare tempus, quo factum dicitur: nisi tamen de mutuo cum tempore fuisset facta positio, quo casu de alio mutuo alio tempore facto, uti de re diuersa, alia fieri posset positio.

Quartus casus respectu articulorum non habet dubium, probato enim facto, etiam qualitas, quæ non insit ex natura, seu necessitate facti, nec probationis, probari poterit, Abb. in *d. cap. fraternitatis sub num. 8.* qui nonnulla refert exempla, & sequitur Farinac. *dist. qu. 75. nu. 210. Et seqq.* In positionibus vero distinguere debemus, aut factum fuit confessatum, & absque difficultate qualitas potest poni, quæ non insit de necessitate in ipso facto: sit exemplum, posui, Titium promississe centum, positio fuit confessata, aliam facere potero positionem, promissionem fuisse factam cum iuramento, vel mediante stipulatione: vel posui aliquem fuisse vulneratum; iterum ponere licitum erit, vulnus fuisse illatum cum hoc, vel alio armorum genere. Si vero negatum fuisset factum, nec qualitas amplius poni poterit: unde si negasti promississe, non poteris te iterum interrogare, an promiseris cum iuramento, illa enim qualitas absque subiecto stare non potest: sed si essemus in qualitatibus, quæ possunt stare absque subiecto, & sic absque facto negato; ut de publica voce, & fama dixit Pap. in *forma excipiendi contra positiones, in verbo vltima positio*, bene fieri posset alia positio circa illam qualitatem, est tamen animaduertendum, quod si factum fuerit positum cum ipsa qualitate, & fuerit a reo negatum, poteris iterum poni absque illa qualitate: sit exemplum, posui,

promississe centum cum iuramento, quod fuit negatum, poteris iterum ponere, promississe simpliciter absque iuramento: nam positio partim vera, & partim falsa in totum negari potuit, ut in *cap. 53.* unde licet negaueris promississe cum iuramento, fateri poteris absque periculi periculo, promississe simpliciter, & sic absque iuramento.

Vitium calum, in quo positio potest esse eadem ratione dependentiæ, potiam in *cap. sequenti num. 12.* & nonnulla alia ad propositum in *cap. 54.*

Principalis modo conclusio, ut positionibus iterum non sit respondendum, † limitatur primo, si non fuerit legitime responsum, illegitima enim responsio habetur pro non facta, ac ideo mirum non est, ad denuo respondendum cogi posse, Gail. *pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 12. nu. 3.*

Secundo limitatur, † si scriptura, in quibus erant adnotata primæ responsiones, fuerint deperditæ, Speculat. *de quest. 6. 6. nu. 3.* quemadmodum quando amittæ sunt articulationes, possunt examinari testes super eisdem, Farinac. post alios *dist. questione 75. numer. 235.*

## S Y M M A R I V M.

- 1 Positionibus, ob quas in periculum quis incidere posset, non est respondendum.
- 2 Positionibus, quæ sint eadem cum primis, vel contrarie negatiue, vel contrarie confessatiue, non est respondendum, & numer. 4.
- 3 Positionibus duplicibus, & implicitis non est respondendum, & numer. 5. & 10.
- 6 Positionibus lapsis non est respondendum, & nu. 9.
- 7 Memini laqueum est immittendus.
- 8 Positionibus, quibus semel fuit responsum, non est amplius respondendum.
- 11 Positionibus res decisa per iuramentum, non est respondendum.
- 12 Positionibus ab aliis dependentibus, quibus iam fuit responsum, non est respondendum.
- 13 Positionibus, ob quas in contrarietatem quis incidere posset, non est respondendum.
- 14 Positionibus super possessione ille respondere non cogitur, qui in preparatoriis negavit possidere, vbi de rationibus.
- 15 Probationibus qui renunciauit, non possit facere positiones, re-missas.
- 16 Positionibus an possit vis illi, qui suscepit in se unum probandi.

Positionibus, ob quas in periculum, vel contrarietatem quis incidere posset, non est respondendum.

## C A P. L I I.

- 1 Illis positionibus non esse respondendum, ob quas in periculum quis incidere posset, est omnium scribentium sententia, Odoct. *de positionibus nu. 17.* Rot. *decis. 746. nu. 7. par. 3. diuers. in causa operis decis. 16. n. 5.* ad periculum enim quis induci non debet, ut dictum fuit superius in *cap. 12. nu. 17.* nec periculi occasio est praestanda, de quo pariter dictum fuit superius in *cap. 17. numer. 10. & 11.* At propterea Jacob. de Aten. *de positionibus numer. 16.* dicit, † non esse respondendum positionibus, quæ sint eadem cum primis, vel sint contrarie negatiue, vel contrarie confessatiue.

- utroque enim casu contrarium asserendo, in periu-  
rium incidere posset, ac propterea sic ponens non  
esset audiendus, de quibus omnibus latius suis locis,  
in quo Iudex debet esse admodum cautus, ne pei-  
randi detur ansa, de quo Scacc. etiam *de iud. par. 2. c. 7.*  
*nu. 274. & 275.* Non puto tamen verum esse, quod mul-  
ti Doctores asserunt: Similes positiones dici super-  
fluas, ac ideo non admittendas. Positio enim, quæ sit  
eadem cum prima, non admittitur, quia semel tan-  
tum positionibus est respondendum, *vt in cap. preced.*  
*provt etiam reiciuntur positiones contrariæ,*  
*non quia sint superfluæ, sed quia contrariis positio-*  
*nibus non est respondendum, vt dixi in cap. 17. & po-*  
*sitiones contrarias non deberi appellari superfluas,*  
*dixit etiam Scacc. *dict. cap. 7. nu. 275. circa finem.**
- 3 Et eadem ratione periurij non est respondendum  
positionibus duplicibus, seu implicitis, vt docet Ia-  
cob. de Aren. *de posit. numer. 40.* fieri namque posset, vt  
vnum caput esset verum, aliud falsum, vnde simplici-  
ter negando, vel fatendo, de facili in periurium in-  
cidere posset, de quo suis locis fuit dictum, idem  
Bob. *de posit. sub num. 50. vers. 10.* qui dat exemplum, ¶ si  
pater iurauerit in peculio nihil adesse, & inueniatur  
postea aliquid in ipso peculio adesse: & aduersarius  
ponat, tempore, quo iurauit, illud adfuisse in pecu-  
lido, non tenetur respondere: si enim fateatur, erit sibi  
contrarius, si negat, pariter periurus erit. Et *nu. 52.* dat  
exemplum de positione implicita, ¶ vt si quis ponat,  
te hodie comedisse in tali Ecclesia, ad respondendum  
cogi non debes: nam si hodie comedisti, sed non in  
illa Ecclesia, respondere non poteris absque periurio:  
si enim negas, cum comederis, iurabis falsum, si  
fatearis, pariter eris periurus, cum illa die non fueris  
in illa Ecclesia. Hanc tamen esse positionem impli-  
citam, nullo modo asserere possem: vnicum enim est  
factum, nempe, te comedisse in illa Ecclesia, non au-  
tem quod hodie comederis, & quod comederis in  
illa Ecclesia: vnde si in illa Ecclesia non comedisti,  
poteris absolute negare, absque villo periurij pericu-  
lo: licet illa die alibi comederis, non comedisti enim  
in illa Ecclesia, vt fuit in positione positum. Et de  
positione implicita fuit dictum superius in *c. 13.* Idem  
docet Specul. *de positionib. §. 7. n. 20.* ¶ qui dat exemplum  
de positionibus captiosis, quibus ob periculum peri-  
urij non est respondendum, Gayl. *pract. obseruat. lib. 1.*  
*obseruat. 22. n. 12.* de quibus pariter supra in *cap. 12.* ¶ Ne-  
mini enim laqueus est immittendus *cap. de viduis 22.*  
*quest. 1.* & vt dicit Imperator in *l. 1. c. si aduersus vend.* non  
spectabis me auctorem periurij: & idem dicendum  
est, si ob incertitudinem de facili quis peierare pos-  
set, vt per Specul. *loc. citat. num. 27. & seqq.* & docet Pap.  
*de forma occupandi contra positiones in verbo detegentes,*  
Surd. *dict. decis. 17. n. 9. & seqq.* qui propterea asserit, ¶ non  
esse respondendum positionibus, quibus semel fue-  
rit responsum, de quo in *cap. preced.* Mascard. *conclus.*  
*1177. num. 36. & f. 4.* ¶ qui dat exemplum in positioni-  
bus captiosis, vt si ponatur, quod tu sis vsutarius, si  
fateris, detegis turpitudinem tuam, si negas, es periur-  
us. Sed de positionibus continendis etiam di-  
10 ctum fuit in *capit. 18.* ¶ exemplificat etiam *numer. 38.* in  
positionibus implicitis, vt si ponas, te possidere ta-  
lem Ecclesiam ad tale Monasterium pertinentem:  
fieri namque potest, vt Ecclesiam possideas, sed quod  
ad tale Monasterium non pertinet, de quibus om-  
nibus supra suis locis, & docet Carpan. *super statut.*  
*Mediol. cap. 33. nu. 43. & seqq.*
- 11 Ex quo etiam dicendum est, ¶ quod si fiat positio  
de re iam per iuramentum decisa, non sit respon-

- dendum, vt post alios, quos allegat, dicit Mancin. *de*  
*iuram. par. 2. artic. 2. nu. 18.* sed bene poterit fieri positio,  
rem per iuramentum fuisse decisam.
- 12 Et ob eandem rationem non erit respondendum  
positionibus dependentibus à negatis, vt si dicatur,  
pono, quod Meuius vendidit mihi talem fundum.  
Item pono, quod dictus Meuius dicti functi posses-  
sionem tradidit, si enim negas, Meuium vendidisse,  
non erit respondendum secundæ positioni, cum  
pendeat à prima, ex eo enim, quod vendidit, posses-  
sionem tradidit, vnde si verum non est, vendidisse,  
nec etiam erit verum, tradidisse possessionem, vt per  
Iacob. de Aren. in *d. tract. de position. n. 26.* Specul. in *dict.*  
*§. 7. nu. 34.* qui aliud dat exemplum, si quis ponat ob-  
tinuisse rescriptum, deinde ponat, vigore illius res-  
cripti fuisse receptum, si enim prima fuit negata,  
aliæ à prima dependenti non erit respondendum, de  
quo etiam Tusc. in *lit. P. conclus. 388. n. 6.* Carpan. in *d. cap.*  
*23. n. 25.* Scacc. *de iudic. lib. 2. c. 7. nu. 177.* vbi alios citat, &  
refert supraddictum exemplum, de quo supra *sub num.*  
*preced. in princip.* & est ratio, quia secunda positio pen-  
det ab alia iam negata; & sic de facili in periurium  
quis incidere posset: alia verò ratio, de qua Scac. *loc.*  
*cit.* non esse respondendum, quia non releuaret po-  
nentem, cum nuda traditio non transferat domi-  
nium, parum concludit; nam licet non transferat do-  
minium, *leg. traditio, de acquir. rer. domin. leg. nuda, ff. de*  
*donat.* attamen ponenti vtile admodum esse posset,  
probare possessionem, saltem adminiculatiuè ad Do-  
minium: aliud Scacc. ponit exemplum: si ponam her-  
editatem Titij ad me pertinere, quæ si fuerit nega-  
ta, ponere amplius non poterò, partem dictæ heredi-  
tatis ad me pertinere: quod tamen non est absolute  
verum, quicquid Scacc. & alij dicunt: provt de-  
monstrare conabor infra in *cap. 14.*
- 13 Ex eodem periurio inferunt, ¶ non esse respon-  
dendum positionibus, ob quas in contrarietatem  
quis posset incidere: cum enim contraria simul esse  
non possint, necessarium est, vt ille, qui iurando asse-  
rit contraria, sit periurus, Bart. & alij in *leg. fin. §. quod*  
*obseruari, ff. de iur. iur. Surd. decis. 296. num. 11.* Osofred. *de*  
*positionib. nu. 18.* & exemplificant in positionibus canil-  
losis, & captiosis, quorum proprium est, aduersarium  
in contrarietatem inducere, vt per Iacob. de Aren. *de*  
*positionib. num. 43.* & dictum fuit superius in *cap. 12.* & de  
positionibus contrariis, & an, & quando ipsis sit re-  
spondendum, latè dixi sup. in *cap. 17.* quæ hic non re-  
petam.
- Et respectu eiusdem contrarietatis, sustineri po-  
14 test, quod dixit Ordel. in *leg. fin. ff. de rei vendit.* ¶ nempe  
volentem probare possessionem contra eum, qui  
possidere negauit, ad obtinendum beneficium dictæ  
legis, non posse facere positiones, nam si in prepara-  
torijs negauit possidere, esset sibi inter contrarius, si  
respondendo postea positionibus fateretur se possi-  
dere, vnde ad respondendum positionibus super ea-  
dem possessione, vel ab ea dependentibus cogi non  
poterit.
- Aliæ verò rationes per Ordel. *loco citato,* in hoc  
consideratæ parum, aut nihil concludunt: non prima,  
de qua *nu. 667.* quod volens vti beneficio dictæ legis  
debeat probare possessionem; sed ponere, est se libe-  
rare ab onere probandi, non autem probare: nam  
respondetur, imò positionis continere speciem proba-  
tionis, *capit. 2. de confes. cap. cum ad secundum de restitut.*  
15 *spoliat.* nempe per confessionem parit: ¶ ac ideo qui  
renunciauit probationibus non potest facere posi-  
tiones, Specul. *de position. §. 4. n. 7. & seqq.* & dictum fuit  
supe-

16 *superius in cap. 29. † & ille, qui suscepit in se onus probandi, positionibus uti potest, Mascard. conclus. 1176. nu. 31. & dictum fuit supra in cap. 28. Non obstat ratio Ordel. quia, ut dixi in dict. cap. 28. Positiones sunt inuentæ ad hoc, ut actor se liberet ab onere probandi per testes, instrumenta, & alias similes probationes, & quod loco ipsarum utatur confessione partis, non autem, quod hæc non sit species probationis, ut supra in dict. cap. 28. Non secunda, de qua ipse n. 67. 4. Privilegium nempe dictæ legis competere, quatenus actor onus probandi possessionem subierit: nam imò dictum privilegium est concessum in odium Mendacij illius, qui possessionem negare fuit ausus, non autem favore suscepti oneris probandi possessionem: & solum text. prædictus requirit probationes, ad ostendendum mendacium: unde si mendacium probari posset per patris confessionem, adhuc privilegium competere, sed ob contrarietatem, in quam incidere posset, qui respondendo præparatorij possessionem negavit, non poterit iterum interrogari de possessione, ut supra dictum fuit.*

## S V M M A R I V M.

- 1 *Positio partim vera, & partim falsa an in totum negari possit.*
- 2 *Positio partim vera, & partim falsa ratione qualitatis, vel conditionis adiectæ in totum negari potest, & de rationibus num. seq.*
- 3 *Qualitas adiecta in obligatione diversificat ipsam obligationem.*
- 4 *Positio continens duo facta diversa, vnum verum, aliud falsum, an in totum negari possit.*
- 5 *Positioni continens duo facta diversa, vti multipliciti non est respondendum.*
- 6 *Positio continens factum falsum, & factum verum, tota negari potest, ut falsa: etiam si dictum fuerit, petens coniunctim, & diuisim responderi: vel si non credit coniunctim, pono distinctiuum num. 7.*
- 8 *Negans vnum de duobus in positione contentis, aliud intelligitur saltem præsumptiuè fieri.*
- 9 *Positio partim vera, & partim falsa respectu quantitatis in totum negari non potest secundum Bart. & alios sequaces: contrarium Specul. & alij tenent, ut nu. 10. & 22. & de ratione, in qua Bart. se fundat, nu. 11.*
- 11 *Summa maior quomodo dicatur continere minorem.*
- 13 *Summa minor in positione continente maiorem summam non dicitur per se posita.*
- 14 *Ponens de centum, quomodo dicatur ponere de quinquaginta.*
- 15 *Petens centum dicitur virtualiter petere etiam quinquaginta: & quomodo nu. 16.*
- 17 *Negatio, licet vniuersalis facta respondendo positionibus, debet referri ad quantitatem in positione expressam.*
- 18 *Negans mutuata fuisse centum in positione contenta, non intelligitur negare mutuata fuisse quinquaginta.*
- 19 *Ponens summam certam, non potest postea ponere aliam summam diuersam.*
- 20 *Clausula, se non crede di tanto, dica di quanto, in positionibus nihil operatur, & de rationibus nu. 21.*
- 23 *Negans positionem partim veram, & partim falsam de perituro redargui non potest.*
- 24 *Semper illa debet sumi interpretatio, ob quam in perituum quis incidere non possit.*

Positio partim vera, & partim falsa, an in totum negari possit.

## CAP. LIII.

1 **E**st quæstio admodum difficilis in qua Doctores pugnant ad inuicem, an positio partim vera, &

partim falsa in totum negari possit: cuius rei, ut clara habeatur resolutio distinguendi sunt duo præcipuè casus. Primus est, si positio sit vera circa factum, † falsa autem respectu qualitatis, conditionis, vel diei adiecti; & communis est scribentium sententia in totum negari posse, & est ratio, quia illa qualitas, illa conditio diversificat factum, † alia enim est obligatio pura, alia in diem, alia absoluta, alia conditionalis, ut per Bart. in leg. 1. §. si stipulanti in tertia oppositio. ff. de verb. oblig. unde cum absolute non sit vera, in totum negari potest, ut dixit Surd. in dec. 58. nu. 2. in calce operis decis. 64. & in cons. 423. nu. 42. & docet Covar. lib. 1. resolut. cap. 2. nu. 5. Gayl. præd. obseruat. lib. 5. obseruat. 2. nu. 19. Seraph. decis. 1039. nu. 3. in calce operis decis. 58. alios citat Seacc. de iudic. lib. 2. cap. 7. sub nu. 89. vers. in primo casu, qui subiungit, id transire siue difficultate: quæ conclusio, ut supradicte Doctores asserunt, passim procedit, si vnum factum proponatur cum aliqua additione, seu qualitate falsa, quæ cum factum reddat falsum, merito in totum negari potest, ut supra dictum fuit. † Sed quid si in eadem positione duo proponantur facta, vnum verum, aliud falsum: an in totum negari possit? Quædam dicunt, id fieri non posse; nam falsitas vnius facti non reddit falsum aliud factum, Mynt. obseruat. 55. cent. 2. Carpan. super statut. Mediol. capit. 32. nu. 99. Verum circa hoc duo animaduerrenda sunt. Primo † positioni continenti duo facta diuersa, vti multipliciti non esse respondendum: ut clarè dictum fuit superius in c. 13. & quatenus respondere vellet tria ipsi essent permissa: vel instare diuidi positionem à ponente; & sic de vnoquoque facto fieri positionem: vel respondendo fieri factum verum, & negare falsum, vel totam positionem negare: licet enim factum falsum non reddat falsum factum verum: † attamen cum vnica sit positio, & in parte sit falsa, tota vti falsa negari potest, ut dictum fuit in d. capit. 13. & docet Amat. decis. March. 58. nu. 7. in calce operis decis. 86. & clarius infra dicam de positione partim vera, & partim falsa respectu quantitatis: vbi de rationibus, quæ etiam hoc casu militant.

Quod ampliant procedere etiam si in positione dicatur, † & si non credit coniunctim, pono diuisim, seu petens coniunctim, vel diuisim responderi, Specul. in tit. de positio. §. 7. nu. 24. & 25. Neoz. consil. 7. nu. 9. & 10. Mascard. alios citat: conclus. 1177. nu. 39. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 7. nu. 199. & est ratio, quia ille, contra quem producantur positiones, non tenetur illas diuidere; ut latius dicam infra in secundo capite distinctionis.

Est tamen menti tenendum circa positionem duo capita continentem, † quod si respondens vnum tantum negaret, aliud diceretur, saltem præsumptiuè, confessatum, & sic quoad semiplenam probationem, contra Matthes. singul. 76. vbi addent. alios citat, & sequitur Pacian. de probation. cap. 18. nu. 7. sed de hoc latius videbimus in cap. 60.

9 Si verò positio sit partim vera, & partim falsa respectu quantitatis, est maior difficultas: puta, tu ponis mutuasse centum, sed in rei veritate aduersarius præterdit mutuasse solum quinquaginta, an in totum possit positio negari, Bart. loco supra citato, negatiuam amplectitur opinionem, quam quamplures sequuntur, quod longa serie citat Gab. in tit. de expensis conclus. 2. nu. 1. vers. contrarium, vna cum aliis, quos refert Surd. in dict. decis. 58. numer. 2. alios Tusc. in lit. P. concl. 326. numer. 37. & seqq. Carp. super statut. Mediol. cap. 32. nu. 99. & seqq. Ludouic. decis. Perus. 51. numer. 6. Couagun. super

*Decret. Montis Ferrat. Decret. 12. §. 1. nu. 48. Pacian. dict. cap. 18. nu. 5. Mancio. in de iuram. par. 2. art. 2. nu. 51. Neuiz. cons. 94. nu. 12. quorum multi de veriori, tutiori, communi, magis communi, ac in praxi magis obseruata opinione testantur: idem probauit Gayl. pract. obseruat. obseruat. 82. nu. 16. & seq. & multos alios hanc opinionem sequentes citat Scacc. de iud. par. 2. cap. 7. sub nu. 699. vers. nam Bart. qui apud ipsum vid. i. possunt.*

- 10 Contrariam vero sententiam non minor sequitur Doctorum numerus, quorum præcipuus est Specul. in tit. de positio. §. 7. vers. 11. concludendum est Bald. in leg. 2. §. quod obseruari, Cod. de iuram. calum. plures citat Gab. loca supra citato num. 1. Ludou. dict. decis. Perus. 51. nu. 6. in calce operis decis. 32. alios Surd. in dict. decis. 38. nu. 3. Ceual. in suo Speculo communi. contra communi. quasi. 431. in fin. Pacian. loc. cit. numer. 3. & 4. Mancio. loca pariter citato numer. 50. Curt. de positionib. numer. 42. Dec. in leg. non potest. ff. de reg. iur. Papienl. in forma positionum actoris in glos. ponens, Grauat. ad Velle. lib. 3. cap. 14. numer. 24. alios citat, & sequitur Scacc. loc. cit. numer. 695. quorum multi dicunt, hanc opinionem esse vetiorem, & tenendam.

Et si Doctorum numerus attendatur, non facile erit cognoscere, quænam communis, seu magis communis opinio dici debeat, præcipue cum multi variis in locis contrarii reperiantur, qui modo vnam, modo aliam amplexi sunt opinionem, sed absit à iuris peritis talis decidendi modus, vnde omiſſa longiori Doctorum relatione, veniamus ad rationes, quæ magis cuiuslibet animi mouere debeat.

Secundo in dict. cap. 7. nu. 691. & tribus seqq. pro opinione Bart. quod positio partim vera, & partim falsa respectu quantitatis, non possit in totum negari, quatuor adducit argumenta, quibus etiam respondet numer. 705. & seq. quorum tria præteritam, tum quia parum concludere videntur, tum etiam quia ipsis optime satisfacit, Scacc. loc. cit. numer. 705. & 706. quantum verò argumentum relatum à Scacc. numer. 694. est illud, in quo Bart. se fundat, quem admodum si interrogatus de toto, intelligitur etiam interrogatus de qualibet eius parte; sic respondens intelligitur respondere: non solum de toto, sed etiam de qualibet eius parte: sed de aliqua parte vera est positio, ergo in totum negari non poterit, assumptum autem probari Bart. quia in maiori summa inest minor.

- 11 Sed respondeatur, si in maiori summa contineri minorem, hoc est, ad integrandam maiorem summam non autem, quod ille, qui petit summam maiorem, videatur etiam petere minorem per se. Nec dicatur, si petit centum, etiam quinquaginta petere dicitur: nam dicitur petere quinquaginta, quatenus quinquaginta veniunt ad constituendam, & integrandam summam centum, non autem, quod quinquaginta dicantur per se petita, vt declaratur Dec. in leg. non potest videri. nu. 5. ff. de reg. iur. que in ibidem refert Gagnol. n. 4. & licet Scacc. loc. citat. n. 707. dicat, Decium non respondere contrariis, tamen mihi semper visum fuit, supradictam declarationem non solum tollere argumentum Bart. sed et ex ipsa clarissimam rationem desumi contra id, quod Bartol. pro sua sententia adducit: si nam si quinquaginta non dicuntur per se posita in positione continente maiorem summam, ergo reus non tenetur de quinquaginta respondere: probatur consequentia, si us namque non tenetur respondere positionibus, nisi ponens expressè affirmet, quod ponit, vt suis locis fuit dictum, sed de quinquaginta per se non affirmat, ergo de quinquaginta respondere non debet; sed solum de summa, quam expressè affirmat, & sic de centum, sed positio respectu centum est falsa, ergo in totum, & absolute ipsam negare potest: & hanc rationem bene animaduertit in d. dec. 58. sub nu. 2. & sic non obstant quæ multi considerant circa interrogationem, & petitionem;

14 hæc enim à positione admodum differunt: si nam in positione prius, quod ponitur affirmati debet, & ille, qui ponit de centum, non affirmat de quinquaginta, nisi quatenus illa quinquaginta veniunt ad constituendam summam centum, & solum centum non dicuntur per se posita; ac ideo in totum negari potest positio, quia falsa est respectu centum.

15 In petitione verò continente centum contrarium est asserendum, nam fat est, virtualiter quinquaginta fuisse petita, provt etiam interrogatus de centum, virtualiter intelligitur interrogatus etiam de quinquaginta, quam differentiam perpendit Surd. in dict. decis. 58. nu. 11. & in istis terminis locutus fuit Couarr. loc. citat. qui tenet, debitorem conuictum super toto, de parte respondere debere.

Secundo ipsemet Bartol. in dict. §. si stipulanti dicit, 16 si quod si positio sit falsa respectu alicuius conditionis, vel qualitatis potest in totum negari: ac in casu proposito sunt posita quinquaginta, sed cum hac conditione, seu qualitate, vt ista quinquaginta concurrant ad constituendam, & integrandam summam centum; at positio cum hac qualitate est falsa, ergo in totum negari potest, licet vera fuisset, si per se illa quinquaginta fuissent posita.

17 Tertio hoc casu si illa negatio, licet vniuersalis, debet referri ad quantitatem in positione expressam, vt optime animaduertit Jacob. de Aren. de position. n. 21. Rob. de position. n. 12. idem Butrig. in d. leg. si stipulanti

18 nu. 15. verb. vnum tamen, qui dicunt, si responſionem referri debere ad ipsam interrogationem in positione factam; vnde si ponis mutuasſe centum, & respondeam non credo; intelligitur hoc modo, videlicet non credo, te mutuasſe centum; sed hinc non sequitur, quod non credam mutuasſe quinquaginta; & sequitur Surd. dict. dec. 58. sub nu. 5. vers. quod multo magis. Nec dicatur, virtualiter etiam quinquaginta continentur in positione: nam responderetur, quod saltem non sunt per se posita: vnde negatio refertur solum ad illam quantitatem expressam, & per se positam, vt per supracitatos Doctores, quicquid in contrarium annuere videatur Pacian. de probation. cap. 18. nu. 16. dicunt propterea, ponentem debere esse cautum, & facere plures positiones, descendendo vsque ad minimum quadrantem: si quod tamen in positionibus

19 quantitaris non facile est obseruare: nam ponamus, me præterdere mutuasſe centum; si faciam positionem, me tibi centum mutuasſe tali tempore (positio enim tempus, & causam continere debet, vt dictum fuit supra in cap. 20.) ponere postea non poterò, me eodem illo tempore, & ex eadem causa tibi mutuasſe quinquaginta; esset enim contraria prima positioni, in qua dixi, mutuum fuisse scutorum centum; & contrarias positiones non admitti, iam diximus supra in cap. 17. nisi tamen præteream, mutuum scutorum centum fuisse factum in pluribus vicibus, exempli gratia prius scutorum viginti quinque, postea quinquaginta; & demum viginti quinque, & sic in totum scutorum centum.

Quæ conclusio, vt supra firmata, procedit etiam 20 si in positione dicatur: si non credit de tanta quantitate, dicat de quantitate ascendente, & descendente vsque ad minimum quadrantem, quicquid in contra-

contrarium dicat Cagnol. in d. leg. non potest videri sub n. 5. Gayl. loc. citat. n. 12. vna cum nonnullis alijs rell. a per Io. O. de l. f. in leg. fin. n. 101. ff. de rei vindic. at Lud. uif. decif. Pe. uif. 51. num. 6. vbi dicit, praxicos inuenisse hanc cautelam, alios citat Surd. in d. decif. 52. sub nu. 2. vers. qua sententia, Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 7. n. 708. adhuc enim absolutè negari potest: Idque ex duabus præcipuè rationibus. Primo, quia ꝑ reus non tenetur respondere positionibus, nisi prius ponens affirmet, cum interrogatiuè non fiant positiones, vt supra in cap. 3. n. 13. & seqq. ponens enim debet fateri, quod ponit, vt sæpè superius fuit dictum: sed ille, qui dicit: & se non crede di tanto, dica di quanto, respectu quantitatis in positione non expressè interrogat, non ponit: vnde non est mirum, non teneri hoc modo interrogatum respondere; ac ideo absolutè potest positionem negare. Secundo reus non tenetur, si non vult, diuidere positionem a totis, prout diuideret; si summam veram à non vera distingueret: vnde vana debet reputari hæc cautela, Neutr. cons. 7. n. 9. & 10. & docent post alios multi, quos citat, & sequitur Surd. in dict. decif. 52. num. 10. & 11. Sols ad Confit. Sabaud. in tit. de position. glos. 9. de quo etiam in cap. seq. num. 11.

Et supradicta conclusio, ꝑ quod positio partim vera, & partim falsa, respectu quantitatis possit in totum negari, alijs medijs comprobatur Scacc. in dict. cap. 7. num. 699. & plurib. seqq. qui nu. 698. dicit, hanc speculatoris opinionem seruari, etiam in practica: & in positione iam data nullam habet difficultatem, puta, ꝑ si ageretur de perituro incurso ob illam negationem: maximè, ꝑ quia illa semper capienda est interpretatio, per quam à perituro quis exculatur cap. peritio vestra de iur. iur. plura ad propositum Surd. in dict. decif. 52. num. 4. nonnulla alia vide in cap. seq.

## S V M M A R I V M.

- 1 Generali positioni qui responsum dedit, speciali iterum non tenetur respondere, declaratur vt nu. 4. 15. & sequentibus.
- 2 Genere destructo, destruitur qualibet eius species.
- 3 Speciali positioni qui responsum dedit, potest cogi ad respondendum etiam generali.
- 4 Generali, seu vniuersali positioni continenti plures res, qui responsum dedit, potest cogi ad respondendum positioni continenti illas res particulares, quod tamen declaratur num. 10. & 11.
- 6 Generaliter interrogatus de omnibus mobilibus, potest in specie de hoc, vel illo interrogari, de quo plura similia numer. 12.
- 8 Interrogatus de decem potest interrogari de octo, septem, & vsque ad minimum quadrantem.
- 9 Negans debere decem, non intelligitur negare debere nouem, vel octo: quod tamen declaratur num. 10.
- 11 Clausula, si noni credis de omnibus, dicitur de quibus, nihil operatur.
- 12 Iacob. de Aren. & Vbertus Rob. circa generales positiones reprobandantur.

Qui responsum dedit positioni generali, an teneatur respondere speciali.

## C A P. L I V.

**D**ubitari potest, ꝑ actor generalem fecit positionem, quæ fuit à parte negata, deinde posuit speciales, an iterum specialibus positionibus sit respondendum. Bald. in leg. pascua conuenta; 5. sed si fundandi n. 4. ff. de pact. & secundum alias impressiones incipit

dilla lex. iurigenium, & est lex septima; negatiuam approbat sententiam: nam certum est, positionibus semel tantum esse respondendum, vt supra dictum fuit in cap. 51. ꝑ sed destructo genere, destruitur qualibet eius species; vnde negans genus, intelligitur negare omnes eius species: ac ideo ille, qui negauit genus, non debet cogi ad iterum respondendum positionibus continentibus species, vt positionibus iam negatis; & imputandum est ponenti, qui generalem fecit positionem, vt per Bald. loc. citat. quem refert, & sequitur Mascard. conclus. 177. nu. 67. in fin. Caspan super statut. Mediol. cap. 23. num. 26.

E contra verò, ꝑ qui negauit positionem specialem, potest cogi ad respondendum generali, quia per remotionem speciei, non sequitur remotio generis: vnde non tenet consequentia, non est homo, ergo non est animal, vt per Bald. loc. cit.

Quæ tamen sunt intelligenda in terminis, in quibus loquitur Bald. ꝑ in genere nempe, & specie propriè sumpta, ꝑ non autem in positione generali, seu vniuersali continente plures res; & sic plura indiuidua, ꝑ quæ sublata generalitate, non tolluntur. Sic exemplum, quis ponit, Titium habuisse omnia mobilia, quæ reperta fuerunt in hæreditate Sempronij: Titius negat: an iterum possit poni, Titium habuisse libros, vestes, hanc vel illam rem: & id facere posse, & Titium respondere debere, non est dubium. Nec obstat, iam respondisse, non habuisse mobilia: nam fieri potest, quod omnia mobilia non habuerit: sed quod benè hanc, vel illam rem fuerit consecutus: vnde sublata illa generalitate, non tamen omnia indiuidua intelliguntur sublata, & idem est, si quis vniuersalem faciat positionem, Titium habuisse mobilia; licet enim neget, eius tamen negatio refertur ad illam vniuersalitatem, vnde ad hoc potest poni, habuisse vnam, vel aliam rem.

Nec obstat, si dicatur, debebat saltem fateri ea, quæ habuit, quod cum non fuerit, intelligitur negasse omnia, ac ideo ad respondendum in specie, cogi non posse. Nam responderetur, quod ꝑ responsio refertur ad interrogationem, vnde, cum interrogatio sit generalis, vel vniuersalis, intelligitur negata vt vniuersalis, & vt generalis, non autem omnia indiuidua sub illa generalitate, & vniuersalitate comprehensa, vt in fortioribus de quantitate docuit Specul. de position. 5. n. 7. vbi dicit, ꝑ quod interrogatus an debeat decem, si negat, debet fieri alia positio, an debeat nouem, si negat, fiat alia, an debeat octo, sic descendendo vsque ad vltimum numerum: quod in interrogationibus optimè præcedit: sed in positionibus, in quibus non sunt interrogationes; sed est necessarium aliquid certum affirmare, non admitteretur hæc variatio, vt supra in cap. præced. fuit dictum.

Et Iacob. de Aren. de position. nu. 24. & Rob. patiter de position. num. 12. dicunt, ꝑ quod ille, qui negat debere decem, non intelligitur negare debere nouem, vel octo: vt ideo poterit interrogari vsque ad minimum quadrantem: de quo in dict. cap. superiori.

Quod tamen & Specul. & Iacob. de Aren. & Rob. declarant non habere locum: ꝑ si reus respondendo dixisset, nihil debere, tunc enim intelligeretur negasse & decem, & nouem, & octo, & quancumque aliam quantitatem; vnde non amplius respondere esset obligatus: prout etiam si in exemplo supra posito, Titius respondisset, non habuisse aliqua mobilia: certè non esset amplius interrogandus, an hanc, vel illam rem habuerit: si enim aliqua non habuit mobilia, necesse est, non habuisse nec hanc, nec illam rem,

Quod ampliandum est procedere, etiam si in positione fuerit dictum: † & si non credit de omnibus, dicat de quibus, per ea, quæ tradit post alios Suid. in decis. num. 10 in calce operis decis. 65. de eo, qui dixit, in positione, e se non crede di tanto, dita di quanto: vel si dictum fuerit coniunctum, & diuisum: & est ratio: quia reus non tenetur diuidere positionem a ditoris. Tuscus in litt. P. conclus. 386. Neuzant. consil. 7. num. 9. & 10. vt latius dixi in cap. superiori numer. 20. & 21. quæ hic non repetam.

Exemplum autem, quæ de positione generali ponunt Iacob. de Aren. loc. cit. num. 23. & Rob. loco pariter citato, num. 13. non probat, vt si quis ponat, te esse hæredem Titij, quod negaueris, non poterit postea ponere, te esse hæredem eiusdem Titij pro parte: vt supradicti asserunt: nam ille, qui indefinitè ponit, te esse hæredem Titij, cum illa locutione indefinita æquipollet vniuersali, intelligitur posuisse, te in omnibus esse hæredem, quod cum falsum sit, merito reus id negare potuit. Verum quia fieri potest, te esse hæredem solum pro parte, poterit postea fieri positio, te pro parte esse hæredem, quod non obstante negatione facta positioni vniuersali, fateri poteris absque vlla contrarietate, & peritio, ac ideo ad respondendum poteris cogi, quicquid dicant supradicti Doctores, quos sequi videtur Scacc. de Iudic. par. 2. cap. 7. sub num. 177.

Idem videtur dicendum de alio exemplo, si quis ponat, fundum ad aliquem pertinere, quod non possit postea ponere ad ipsum pertinere pro parte: nam imò licet negaueris, fundum ad se pertinere: hinc tamen non intelligitur negasse, nec partem ad ipsum spectare: sed solum totum fundum, de quo toto ex illa indefinita locutione fuit interrogatus; ac propterea iterum de parte poterit interrogari: proit ille, qui negauit hæreditatem ad aliquem spectare, poterit interrogari de singulis rebus: nam licet tota hæreditas ad ipsum non spectet, bene fieri potest, vt aliquæ res particulares ad ipsum pertineant: & idem ex istimo dicendum de alio exemplo, si ponam, à me habuisse gregem, licet negaueris, attamen ponere poteris, te hoc, vel illud animal habuisse.

Non obstat ratio, quam in contrarium considerant supradicti Doctores, † quod ille, qui negauit genus, non possit interrogari de speciebus sub illo genere contentis: nam id locum habet in genere propriè sumpto, quo sublato, etiam species intelliguntur sublata, vt Bald. optimè, & subtiliter declarat in dict. leg. palia conuenta, si quis fundandi n. 4. sed exempla, de quibus supra, non sunt de aliquo genere, quod de pluribus prædicatur speciebus: sed potius de speciebus continetibus plura individua, quorum vno sublato, alia non remouentur: dato enim, quod quis non sit hæres in totam, fieri potest, quod sit pro parte: dato quod totus fundus ad me non pertineat, pars tamen ad me spectare potest: dato quod bona omnia hæreditaria mea non sint, cur saltem aliqua mea esse non possunt? & dato quod gregem non habuerim: fieri tamen potest, me habuisse: exempli gratia pecudem. Unde quemadmodum interrogatus de centum, potest interrogari de quinquaginta; sic etiam de pluribus generaliter interrogatus, poterit in specie interrogari de qualibet re.

Quod primò limitatur, † in genere propriè sumpto, quo sublato, etiam species sublata remanent, vt per Bald. loc. cit.

Secundò limitatur, † si negando addideris, nihil debere, vt supra dictum fuit.

## S V M M A R I V M.

- 1 Credo, si producat instrumentum non est legitima responsio.
- 2 Credo, si instrumentum appareat, non est legitima responsio.
- 3 Credo, si probetur, an sit legitima responsio.
- 4 Non credo, nisi probetur, vel non credo, nisi instrumentum appareat, an sit legitima responsio: & quid si statutum ad sit, vt debeat simpliciter responderi, num. 5. & si fuerit probatum, vel instrumentum exhibitum, geminata erit probatio num. 6.
- 7 Non credo, nisi probetur, vel non credo, nisi instrumentum appareat, non differunt hæ responsiones.
- 8 Posituus esse inuentus ad hoc, vt actor ab onere probandi releuetur, quomodo sit intelligendum.
- 9 Doceat legitime, alias non credo, an sit legitima responsio.
- 10 Credo, quatenus in positione contenta vera sint: si verò contrarium appareat, non credo, an sit legitima responsio.
- 11 Refero me ad instrumentum, vel credo, prout in instrumentum: an differant hæ responsiones: & an sint admittenda, & num. 12.
- 13 Responsio relativa ad instrumentum admittitur, si de ipso constet apud acta, vel producat, vel saltem enuncietur, qua in proposito non differunt num. 15.
- 14 Responsio relativa ad instrumentum, perinde est, ac si de contentis in instrumentum fieret expressa mentio.
- 15 Potens an teneatur exhibere scripturam in positione enunciatam.
- 16 Enunciata, vel producere, an differant quantum ad exhibitionem.
- 17 Responsio relativa ad instrumentum non magis nocet, quam ipsam instrumentum.
- 18 Per responsionem referentem se ad instrumentum non intelliguntur confessata in instrumentum non contenta.
- 19 Referens se ad instrumentum non intelligitur ipsam approbare, si sit nullum.
- 20 Relatio facta ad instrumentum nullum, ipsam approbare non dicitur, prout non dicitur approbare ea, qua in instrumentum non continentur.
- 21 Responsio relativa ad instrumentum, non admittitur, si de ipso in acta non appareat, non producat, nec in positionem enuncietur.
- 22 Responsio relativa ad instrumentum admittitur in factis antiquis, & implicito, etiam si de ipso non appareat, non producat, nec in positione enuncietur.
- 23 Responsio relativa ad instrumentum admittitur, si respondens instrumentum, ad quod se refert, producat.
- 24 Responsio incerta, per relationem ad scripturam sit certa, si scriptura, ad quam sit relatio, exhibeatur.
- 25 Responsionem relativam ad scripturam qui vult sustinere, debet exhibere scripturam ad quam sit relatio: ad quod etiam cogi potest, num. 27.

De Positione relativa ad acta, instrumenta, vel ad aliquam aliam scripturam.

## CAP. LV.

Non leuis est controuersia inter Doctores, an quis possit respondere positionibus, referendo se ad acta, instrumenta, vel ad aliquam aliam scripturam in qua difficultate, omnia dispositione, plures constituam casus, prout etiam pluribus modis concipi potest responsio relativa, de quibus promissè Doctores loquuntur.



1 Primus est, si dicatur,  $\dagger$  credo, si producatur instrumentum: quam responsionem non esse admitterendam, dixit Specul. de instrumen. edui, §. nunc dicimus nu. 5. versic. quid si aliquis: & est ratio, quia in aliquo ponentem non releuat, si enim actor instrumentum producere esset obligatus, ex ipso resultaret probatio, nec ex hac responsione aliquod commodum consequeretur, & tamen certum est, positiones fuisse inuentas ad releuandum ponentem ab onere probandi, vt supra suis locis fuit dictum; ac propterea talis non debet admitti responsio, Ludouil. decis. Perusina 8. nu. 3. in calce operis decis. 31.

2 Nec diuersa est responsio, quam pro secundo casu adduximus,  $\dagger$  credo, si instrumentum appareat: quae pariter inanis reputatur, si enim ex instrumento id apparere debet, superflua erit responsio, vt patet Speculator dicit loco citato versic. quid si; cum per eam ponens in nihilo releuetur, nam sensus illorum verborum, si instrumentum appareat; nullus alius est; nisi instrumentum producat, sed si instrumentum producere actor esset coactus, in aliquo ipsi non iuaret talis responsio, vt bene post Specul. dicit Ludouil. in dict. decis. Perusina 8. nu. 16. Idem Rota in decis. 146. par. 4. diuers. n. 1. in calce operis decis. 17.

3 Eadem ratione tertio loco rejicienda erit positio, credo, si probetur; si enim ponens, quo dponit, probare esset obligatus, nullo modo ab onere probandi, mediante positionibus esset liberatus. Curt. de posit. nu. 53. Rot. in dict. decis. 146. sub nu. 1. Alim. in praxi, §. 19. cap. 26. n. 3. plura ad propositum Ludouil. in dict. decis. 8. quae, cum in proposito casu nullam habeat difficultatem, praetermitto.

4 Quarta succedit responsio, si dicatur,  $\dagger$  non credo, nisi probetur, vel non credo, nisi instrumentum appareat, quam responsionem esse admitterendam, dixit Bart. in leg. de etate, §. nihil ff. de interrog. actio. Rom. in leg. 1. §. si quis ff. de verb. oblig. Specul. in tit. de instrumen. edui, §. nunc dicimus versic. si quis, Mathes. sing. 37. in princip. & tradunt plures, quos citat Gayl. pract. obseru. lib. 1. obseru. 82. nu. 20. & seqq.

5 Verum Mathes. loco citato, hanc conclusionem, seu quartam casum duobus militat modis,  $\dagger$  primo, si statutum adit, vt debeat simpliciter responderi: secundo si instrumentum non fuerit in actis productum, quem refert Ludouil. in dict. decis. 8. sub nu. 4. sed limitationes, seu declarationes praedictae conclusionem omnino destruant: praesupponimus enim simpliciter esse positionibus respondendum, & instrumentum apud acta non esse productum; si enim esset productum, impertinens esset responsio, non credo, nisi instrumentum appareat; nam si fuit in actis productum, iam de ipso dicitur apparere, & licet Mathes. sequatur Curt. loc. citat. addentes ad Papiens. in forma positio. in verbo per verbum credere, & alij, quos refert Gab. Sar. in adnot. ad dict. sing. 37. prout etiam Canagn. super Decret. Mantis Ferrat. Decret. 12. §. 1. nu. 10. & seqq. attamen absolute existimo ego, supradictam responsionem, non credo, nisi probetur, vel nisi instrumentum appareat, simplicem esse responsionem, & omnino admittendam, nam dum dicit, non credo, simpliciter negat, nec illa adiectio tollit simplicem praecedentem negationem: cum ipsi nec aliquid addat, vel detrahat; ac propterea pro simplici negatione haberi debet,  $\dagger$  Imò illa adiectio potius actori prodesse possit, casu quo positio esset per testes, vel per instrumentum probata, diceretur enim geminata probatio per testes, nempe, vel instrumentum, & per confessionem partis, Bald. in capis.

cum num. 7. de const. 1. in leg. actioe num. 3. C. de transact. Guid. sing. 46. Gayl. lib. 1. pract. obseruat. obseruat. 82. nu. 21. & seqq. Nec dicatur, statutum mandat simpliciter responderi; nam haec, vt dixi, est simplex responsio, & negatio, non credo, & illa verba subsequencia, nisi probetur, vel nisi instrumentum appareat: nil prorsus negationi addunt, vel minuunt; & etiam si non fuissent apposta, adhuc standum esset probationibus, ac instrumentis.

6 Et maxima est differentia inter hunc, & superiorem casum, hic enim praecedit simplex negatio, ibi verò confessio conditionalis, credo nempe, si probetur;  $\dagger$  non puto tamen differentiam esse inter istas duas responsiones, non credo, nisi probetur, vel non credo, nisi instrumentum appareat: quicquid diuersimodè senserit Gayl. loc. cit. nu. 27. nec obstat, quod ipse dicit, hanc responsionem, non credo, nisi instrumentum appareat, non releuare ponentem ab onere probandi, nam certe nec superior, non credo, nisi probetur, aliquo modo ponenti prodest, cum onere probandi grauatus remaneat, & tamen esse admittendam ipsemet fatetur.

7 Nec dicatur  $\dagger$  positiones fuisse inuentas ad hoc, vt actor releuetur ab onere probandi; quod non euenit in casu praedicto, cum stante praecedenti negatione, debeat vel probare, vel instrumentum ostendere: nam responderet, positiones fuisse inuentas ad hoc, vt actor releuetur ab onere probandi, hoc est, vt non teneatur probare, quod per confessionem partis habere potest: sed hinc non sequitur, vt responsio debeat semper cum effectu releuare ponentem ab isto onere, nam aliter necesse esset, vt reus semper posita in positio. nibus fateretur: non releuat autem hoc casu, non quia non sit legitima responsio, sed quia fuit negata positio, ob quam negationem, ponens onere probandi grauatur.

8 Quinta similis est responsio,  $\dagger$  Doceat legitime, alias non credo, tunc pro simplici negatione pariter habetur, Mancio. de iuram. par. 2. artic. 2. n. 64. qui dicit, si tenuit. Rot. in vna manuscripta coram illustrissimo Paleoto, & est ratio, quia illa adiectio, doceat legitime, nihil detrahit simplici negationi: vt dictum fuit in superiori casu.

9 Sextus est casus, si dicatur,  $\dagger$  credo, quatenus contenta in positio. vera sint, si verò contrarium appareat, non credo: in quo absoluta è dicendum est, legitimam non esse responsionem, non tam confessio, quam negatio est conditionalis, nec aliquo pacto spea est releuare ponentem ab onere probandi. Imò interrogationi non consentit: nam qui ponit, dicitur asserere, contenta in positionibus esse vera: unde debet aduersarij respondere, an vera sint: non autem credere, si vera sint, non credere, si vera non sint; cum enim verbum, credere, sit expressiuum veritatis, sensus talis responsionis nullus alius esset; quam dicere, si vera sunt, sunt vera, si non sunt vera, vera non sunt, quo nihil ineptius; alias rationes in proposito considerat Alim. in praxi, §. 19. cap. 26. per totum; qui tamen num. 5. videtur confundere hanc responsionem, cum alia, si probabitur, de qua supra num. 3.

10 Septimus est casus, si quis dicat,  $\dagger$  ref. ro me ad instrumentum, vel credo, prout in instrumento nullam enim constituo differentiam inter dictas duas responsiones,  $\dagger$  cum tam vna, quam altera sit relativa ad instrumentum, prima expressè, secunda relatiuè, per illam dictionem, prout. Aliqui volunt, hanc responsionem, vt incertam non esse admissam.

tendam, cum non releuet ponentem ab onere probandi, Gabal. in glos. capit. 19. lib. 5. Constitut. Marchia, verisimiliter & Mancin. de iur. par. 2. art. 2. num. 60. dicit, hanc simplicem, & absolutam non esse responsionem; ac propterea statuto non esse satisfactum, mandanti parè, & simpliciter positionibus esse respondendum. Alij volunt, imò hanc responsionem esse certam ex relatione ad instrumentum, cum relatum dicatur esse in referente cum omnibus eius qualitatibus.

- Fœdete tamen distinctionis hæc contrariæ opinion-  
 13 nes communiter conciliari solent. † Aut instrumentum, ad quod fit relatio, enunciatur, seu producitur in ipsa positione, vel aliter apud acta illius causæ existit; & similes responsiones, credo, prout in instrumento, vel refero me ad instrumentum, admittuntur, Curt. de posit. sub nu. 53. Specul. de test. §. qualiter sub num. 5. versic. quid ergo, & vers. ceterum, Bald. in leg. 2. §. quod obseruari num. 27. C. de iur. propt. calum. qui dicit, id esse quotidianum, Guid. Pap. decis. 334. in calce operis decis. 85. qui ita practicasse, & obtinuisse testatur, & sequitur Gab. Sar. in add. ad sing. Math. 37. in fin. Caung. super Decret. Mont. Ferr. Decr. 12. §. 1. nu. 11. & seqq. Ludou. d. decis. Perusa. num. 11. qui alios allegat, & dicit Doctores cum hac distinctione transire num. 33. Benint. decis. 92. num. 21. in calce operis decis. 14. Rot. decis. 846. num. 2. diuers. par. 4. in calce operis decis. 17. vbi dicit, quod responsio, credo, prout in instrumento, si de illo facta sit mentio in positione, sustinetur, quia determinat quid certum per relationem; † cum enim talis responsio sit relativa ad instrumentum, perinde est, ac si contenta in instrumento expressisset, ad tradita per Tiraq. de legib. conu. glos. 7. in secundo genere expressi. num. 182. & seq. Lud. dict. decis. 8. nu. 12. & seqq. Gayl. loco citato nu. 24.
- 14  
 15 Nec constituenda est in hoc aliqua differentia. † an instrumentum producat, vel apud acta causæ reperiat, vel de ipso in positione fiat mentio; ad hoc enim, vt respondens possit se referre ad instrumentum, sat est, fuisse enunciatum; Bald. in l. de estate, §. nihil vers. an hac responsio de instrum. act. Camp. de test. reg. 437. in 3. fallent. quos sequitur Lud. in d. decis. 8. num. 14.

Imò non solum si in positione fuerit aliqua scriptura enunciata, potest respondens ad illam scripturam se referre, † sed etiam antequam respondeat, potest instare, vt ponens scripturam enunciatam exhibeat, dummodo illa scriptura enunciata sit propria ipsius ponentis, & illam apud se habeat, vt declarat Specul. in tit. de instrum. editione. §. 5. nu. 5. dicens, quod si quis in libello, vel positione faciat mentionem de aliquo instrumento suo, non alterius, Iudex potest cogere ad illius exhibitionem ante litem contestatam, vel ante aduersarij responsionem: Quod verum esse dicit, si illud instrumentum enunciatum habeat in promptu: secus data fide, etiam per iuramentum, ipsum non habere, nec dolo desisse habere: tunc enim respondendum esset libello, & positioni absque alia exhibitione scripturæ enunciatæ, vt per ipsum Specul.

Solum hoc casu posset esse aliqua dubitatio, an propriæ scripturæ admissio, posset probari per iuramentum, & pro affirmatiua Ber. in cons. 19. num. 4. & 18. volum. 3. multa in contrarium Pedroc. cons. 3. & 4. & quomodo instrumentorum admissio probari possit, Menoch. de presumpt. lib. 6. presumpt. 61. num. 19. & in addit. ad cas. 499. de arbit. nu. 105. & seqq. quæ vt extraneam materiam prætermitto.

Et ex his, quæ Specul. docet, notare possumus, esse differentiam, an scriptura fuerit producta, vel  
 17 solummodo enunciata. † Si enim fuerit producta, non est dubium, ipsam producentem posse cogi ad illius exhibitionem, vna cum connexis, non obstante etiam protestatione, se velle solummodo vt in parte, & partibus, &c. vt declarat Menoch. in addit. ad dict. cas. 499. de arbit. num. 115. Si verò fuerit solummodo enunciata, est distinctio, quod aut scriptura enunciata est propria ipsius enunciantis, & verisimiliter apud ipsum existens, & eam edere tenetur: secus verò si scriptura sit aliena, nec in posse ipsius enunciantis, vt per Specul. loco citato.

Circa quam responsionem relativam ad instrumenta, vt vnde digressa est, nostra reuertatur oratio,  
 18 obseruandum est, † non magis nocere, quam ipsum instrumentum, ad quod fit relatio, Rimini. cons. 55. nu. 12. lib. 1. Dec. consil. 27. num. 6. versic. non obstat, Ceph. cons. 200. num. 8. lib. 2. Scraph. decis. 946. num. 7. in calce operis  
 19 decis. 58. † Vnde si in instrumento non contineatur posita in positionibus, illa non dicuntur confessata, Paris. consil. 7. nu. 4. lib. 3. plures ad propositum allegat Mascard. conclus. 385. num. 2. Surd. decis. 291. num. 16. in calce operis decis. 66. vbi dicit, quod si quis respondendo positionibus, dicat, se confiteri, prout in instrumento, si instrumentum sit diuersum à positæ one, positio habetur pro negata, Dec. in leg. edita num. 86. C. de edend. Gozad. cons. 57. num. 16. Gayl. lib. 1. pract. obseruat. obseruat. 82. num. 24. alios citat Surd. in dict. decis. 291. nu. 17. & fictalis confessio relativa non præiudicat, nisi quatenus appareat, sic esse in relato; vt per ipsum, & Doctores, quos allegat, & docet Rot. in decis. 158. nu. 4. recent. par. 2. qua est in calce operis decis. 4. vbi dicit, talem confessionem, vel responsionem relativam limitari, & regulam debere per instrumentum, ad quod fit relatio, & sic magis inspici dispositionem relatum, quam verba referentis.

Imò si instrumentum, † ad quod fit relatio, esset nullum ob defectum solemnitatum, vel ob aliquam aliam causam, illa relatio non magis præiudicaret, quam ipsum instrumentum, vt per Roman. cons. 294. nu. 2. & rationem adducunt, quia quando confessio est relativa ad aliquid, de quo appareat, attenditur relatum etiam in his, de quibus referens potest dispo-  
 20 nere, Felin. in cap. quoniam vers. 2. limita. ff. de offic. deleg. Dec. in dict. leg. edita nu. 86. Socin. Iun. consil. 75. num. 25. lib. 3. Alexand. cons. 9. num. 12. lib. 5. Dec. cons. 63. num. 6. versic. non obstat, Menoch. cons. 1. num. 95. & seq. alios plures citat, & sequitur Surd. in dict. decis. 291. num. 16. & 17.

21 † illa enim relatio facta à respondente, dicitur facta per errorem; credens instrumentum esse validum; prout quando fit relatio ad instrumentum de re, quæ in ipso non continetur, per errorem facta dicitur, vt per Menoch. in dict. cons. 1. nu. 95. & seqq.

22 Si verò ( & istud est secundum distinctionis caput) in positione non fiat aliqua mentio de instrumento, nec de ipso in actis appareat; volunt omnes, responsionem relativam ad instrumentum aliquod non admitti: & rationem esse dicunt, quia positiones sunt à ponente ad hoc, vt se liberet ab onere probandi, ac extrahendi instrumenta, ac ideo illa responsio relativa hoc casu non debet admitti; ne ponens grauetur hoc onere extrahendi illud instrumentum, ad quod fit relatio; quæ ratio cessat in alio distinctionis capite: quãdo nempe de instrumento iam constat in actis, quia à ponente producitur, vel ab ipso enunciatur; tunc enim dicitur pars ipsius positionis; & ponenti est imputandum, quod ipsam enunciauerit.

- Quæ conclusio in hoc secundo distinctionis ca-  
 23 pite duobus declaratur modis. Et primò † si veritas  
 contentorum in positione pendeat ex facto, v. l. an-  
 tiquo, vel admodum inuoluto, vel plura capita ha-  
 bente; quod per instrumentum solummodo certifi-  
 cari possit; tunc enim quis non posset cogi ad præ-  
 cisè respondendum, sed sufficeret respondere per re-  
 lationem ad illud instrumentum, ex quo veritas facti  
 positi haberi posset: aliter enim ex simplici respon-  
 sione posset ipse reus de facili decipi: vnde cum ne-  
 mo debeat ad peierandum induci, ista responsio re-  
 latiuam admitti debet, ad quod conferunt multa, de  
 quibus supra in cap. 13. & cap. 16. & docet Ludouif. post  
 longam disputationem in dict. decis. 8. n. 31.
- 24 Secundò limitant, † si respondens vltra respon-  
 sionem relatiuam ad instrumentum, vel aliquam a-  
 liam scripturam, ipsum instrumentum, vel scriptu-  
 ram producat: hoc enim casu responsio diceretur  
 certa, cum possit ex instrumento exhibito certifica-  
 ri: & insuper releuaret ponentem ab onere proban-  
 di, & extrahendi instrumentum stante illius produ-  
 ctione, Tuscus in lit. P. conclus. 390. nu. 19. † responsio e-  
 nim incerta per relationem, sit certa per exhibitio-  
 nem scripturæ, ad quam fit relatio, Rot. Genuens.  
 decis. 16. n. 3. in calce operis decis. 49. † insuper releuat po-  
 nentem ab onere probandi, stante illius productio-  
 ne, Tusc. in dict. conclus. 390. n. 19.
- 26 Ac proprie † ille, qui vult sustinere respon-  
 sionem relatiuam ad aliquod instrumentum, vel scri-  
 pturam, de qua apud acta non appareat, nec à po-  
 nente fuerit exhibita, nec enunciata, potest illam ex-  
 hibere scripturam, ad quam respondendo positioni-  
 bus, se retulit, † ad quod etiam à parte cogi potest,  
 ad hoc, vt incerta responsio certa reddatur, Rot.  
 Gen. in dict. decis. 16. num. 3. Ludou. dict. decis. 8. num. 32. &  
 33. Vlp. de propos. in verbo simpliciter, Bart. 2. de claus. glos.  
 2. claus. 5. nu. 2. Tuscus loco supra citato nu. 20. Qua caute-  
 la, dum hæc scriberem, vltus est D. Iulius à Ponte Se-  
 nogalienis, qui in causa redditionis computorum,  
 contra ipsum acriter mota, respondens positionibus,  
 se retulit ad quandam sententiam: & cum pars op-  
 poneret melius responderi, produxit sententiam il-  
 lam: & Excellentiss. D. Petrus Matthæus Marchinus  
 Fauentinus, V. bini tunc Prætor, & in illa causa Iu-  
 dex delegatus pronunciauit, bene fuisse responsum.

## S V M M A R I V M.

- 1 Positionibus iuris non est respondendum.
- 2 Positio iuris est superflua, & nu. 5.
- 3 Confessio circa ius nihil operatur.
- 4 Ius non indiget probatione, imò contra ius probari non potest.
- 6 Positiones fiunt super facto.
- 7 Positioni aliquid fuisse factum ad terminos iuris non est respondendum.
- 8 Positioni continentis ius statutarium non est respondendum: quod tamen intelligunt in iure statuario loci, vbi sit iudicium, non autem alterius loci nu. 9. quod Auctor non approbat nu. 10.
- 11 Positio fieri potest de extraneis non inserta in corpore iuris.
- 12 Positiones super iure consuetudinario fieri possunt, etiam si agatur de consuetudine loci, vbi sit iudicium n. 13. dummodo consuetudo non sit notoria, redacta in scriptis, probata in actis, vel determinata per sententiam, vt nu. 14.
- 15 Positionibus continentibus ius dispositum, non disponens est respondendum: declaratur à nonnullis, vt numer. 16.

quod tamen Auctor non approbat.

- 17 Factum quando est expresse positum, non est postea respondendum super iure ex illo facto resultante.
- 18 Positioni animo fuisse aditam hæreditatem, an sit respondendum.
- 19 Animus nec verbis, nec factis declaratur, non potest in positione poni.
- 20 Positioni continentis factum est respondendum, licet habeat annexam conclusionem iuris, quod tamen improbat nu. 21.
- 22 Positionibus habentibus annexum factum, & ius, non est respondendum, & si diuidatur, erit respondendum illis, quæ continent factum, non autem continentibus ius.
- 23 Positiones super iure præsumptio fieri possunt: quod quemadmodum sit intelligendum, declaratur nu. 24.
- 25 Super eo, quod ius præsumit, possunt fieri positiones, non autem super iuris præsumptione, quod ibi exemplis declaratur, & adducitur ratio.

## Positionibus iuris an sit respondendum.

## C A P. LVI.

- 1 S I quærat, † an positionibus iuris sit respon-  
 dendum, negatiua est constituenda regula, quam  
 probant Iacob de Aren. de positi. num. 42. Rob. de positi.  
 nu. 53. Curt. de position. num. 33. Specul. in tit. de positi. num.  
 29. & seqq. v. p. de forma excipiendi contra position. in ver-  
 bo potius vt iure, quam de facto, Pacian. de probat. cap. 52.  
 num. 14. Gaba. in glos. cap. 19. lib. 5. Constitut. March. lib. 8.  
 Myof. obseru. 88. cent. num. 15. Mascard. conclus. 1177. nu. 48.  
 Gayl. præct. obseruat. lib. 1. obseru. 82. nu. 13. Grauat. ad Vestr.  
 lib. 5. cap. 14. sub nu. 19. Batt. in l. 2. §. quod obseruari nu. 29.  
 C. de iur. propter calum. vbi alij scribentes, alios citat  
 Scac. de iud. par. 2. cap. 7. n. 203.
- 2 Cuius rei duas præcipuè adducunt rationes: † pri-  
 mò, quia positio iuris dicitur superflua, cum ius non  
 sit probandum. leg. vltim. ff. de iur. iur. tanquam certum  
 finitum, & ex se probatur: † ac ideo confessio cir-  
 ca ius nihil operatur leg. in omni. ff. de iur. & fact. ignor.  
 leg. plurimum. ff. eod. cap. capè de appell. l. ornamentum, ff. de  
 aur. & arg. leg. at positiones sunt inuenta ad hoc, vt  
 ponens ab onere probandi releuetur, vt supra va-  
 riis in locis fuit dictum; si igitur ponens ius non re-  
 leuatur ab onere probandi, cum responsiones circa  
 ius non præiudicent, ad quid volumus cogere reum  
 ad ipsas respondendum, vt per Gayl. in dict. obseruat.  
 82. n. 13. lib. 1. & docet Scac. de iudic. par. 2. in dict. cap. 7. n.  
 204. Imò non solum ius non indiget probatione, †  
 sed contrarium nullatenus probari potest, vt in dict.  
 leg. ornamentum, ff. de aur. & arg. leg. † ac propterea po-  
 sitiones circa ius temper possent dici superflua, inu-  
 tiles, non releuantes, vt per Scac. loco citato n. 205.
- 6 Secundam considerant rationem, † quia positio-  
 nes fiunt super facto, Scacc. in dict. c. 7. num. 33. & ex  
 corpore libelli debent desumi, vt dictum fuit super-  
 rius, præcipuè in cap. 16. ac ided positionibus iuris,  
 vti factum non continentibus, non est responden-  
 dum.
- 7 Et non solum non est respondendum positionibus  
 continentibus aliquam iuris dispositionem; sed nec  
 minus, si ponatur, aliquid fuisse factum ad termi-  
 nos iuris, prout si dicatur, talem donationem, ta-  
 lem rem, tale instrumentum fuisse factum legitime,  
 canonicè, vel secundum iuris ordinem, cum id pa-  
 riter iuris dispositionem respiciat, vt per Specul. &  
 alios loc. supra cit.

Secundo ampliatur, vt conclusio procedat non

- 3 solum si ponatur ius commune, † sed etiam si ius statutarium in positione esset positum, cum etiam ius statutarium uti certum, probatione non indigeat, ut declarat Bart. in leg. 2. §. quod obseruari. n. 30. ff. de iur. iur. Curt. in dict. tract. de posit. n. 34. Mascard. d. conclus. 1177. nu. 38. Scac. loco supracitato n. 213.
- 9 Quod tamen intelligitur † in iure statutario loci, ubi est controuersia, secus si ageretur de statuto alterius loci, cum enim statuta statutorum iurisdictionem non excedant, tanquam quid facti probari debent, & per consequens in positione poni, Scacc. ubi supra num. 214. Quæ tamen † declaratio non admodum mihi arridet: nam ratio, ob quam dicunt, positionibus continentibus ius statutarium non esse respondendum est, quia ius istud est certum, & tanquam certum non indiget probatione; quæ ratio militat tam in statuto vnius loci, quam alterius; licet enim statutum non extendat eius vires extra territorium statuentium, ut supra suo loco fuit dictum; attamen id non facit, ut illud ius non sit certum in se, & tanquam certum probatione non indiget, & eodem modo responderi posset ad id, quod aliqui
- 11 asserunt, † posse fieri positionem de extraneanti non inserta in corpore iuris: ut per Scacc. in dict. cap. 7. num. 215. nam aut facit ius, aut non, si facit ius, licet non sit inserta in corpore iuris est, tamen certa, nec alia probatione indiget, si vero non facit ius, bene poni poterit, non esset enim tunc positio iuris. Limitatur modo supradicta conclusio, † Positionibus iuris non esse respondendum, ut procedat in iure scripto, secus in iure consuetudinario, quod tanquam consistens in facto probari debet, ac ideo super ipso fieri poterunt positiones, Curt. de positionib. num. 34. Jacob. de Aren. de position. nu. 42. Bob. de posit. num. 54. Specul. loco supra citato nu. 3. Oldrad. consil. 244. nu. 3. Mascard. loc. cit. nu. 52. & seqq. Gayl. pract. obseru. lib. 1. obseru. 82. num. 14. Myling. dict. obseru. 88. nu. 6. plures alios citat Scacc. de iudic. dicta cap. 7. nu. 216. lib. 2. qui dicit,
- 13 id procedere etiam si agatur de consuetudine loci, in quo agitur iudicium, & reprobatur in hoc Papien. contrarium sentientem.
- 14 Quod tamen num. 217. † declarat non procedere in consuetudine notoria, ut est consuetudo redacta in scriptis, probata in actis, vel determinata per sententiam, quæ cum non indigeat probatione, non est quod ponatur in positione; nec quod reus ad respondendum cogatur; si tamen talis consuetudo sit in loco, in quo agitur iudicium, ut per ipsum numer. 218.
- Secundo limitatur, seu declaratur conclusio, non
- 15 esse respondendum positionibus iuris, † ut non procedat in iure disposito; sed solum in iure disponente; & fuit distinctio Bart. in leg. 2. §. quod obseruari nu. 30. sic exemplum, ius disponit, ut seruitus per usum tanti temporis acquiratur, si hoc ius fuerit in positione deductum, non erit respondendum, tanquam iuri disponenti: si vero ponatur, seruitutem fuisse acquisitam, erit respondendum, uti iuri disposito: rationem autem esse dicunt, quia illud ius dispositum dicitur merum factum, licet à iure proveniat, & sequitur Curt. de position. n. 34. alios citat Scacc. de iud. lib. 2. cap. 7. nu. 219. qui num. 220. ponit ad hanc Bart. distinctionem de iure disponente, & disposito quandam declarationem, quam veram esse nullo modo
- 16 censo, † dicit ipse, positionem iuris dependentis ab aliquo facto certo non esse admittendam; quia tanquam quid certum non indiget probatione; & sic procedere ea, quæ supra diximus, positionibus iuris

non esse respondendum: secus verò si positio contineat ius dependens: ab aliquo facto incerto, & infinito; tunc enim poterit vtiliter admitti, & datur exemplum: si quis ponat, te obligatum esse soluere mihi centum, vel dare transitum ad talem fundum, te non posse facere testamentum & similia, & rationem esse dicit, quia in similibus positionibus, præsumptiue continetur factum antecedens, ex quo ori potest ius in positione positum: Veram, si istud factum præsumptum, fuisset expresse positum, puta, tibi mutuale centum, ac ideo obligatum esse restituere dicta centum: conuentum fuisset, ut possem per tua bona transire, ac ideo obligatum esse mihi dare transitum; te esse minorem 14. annorum, ac ideo non posse facere testamentum, ut in exemplis ab ipso Scacc. allatis; super facto absque dubio esset respondendum: & sic super mutuo, pacto, ac etate; sed super iure nequaquam: certum enim est ius, mutuatarius teneri ad restitutionem rei mutuatæ, pacta esse seruanda, minorem 14. non posse facere testamentum, & sic de singulis: Si igitur † quando factum est expresse positum, quis non tenetur respondere super iure ex illo facto resultante: quare volumus, quod ad respondendum cogi possit, si factum sit solum præsumptiue positum? Præterea hæc sua declaratio destruitur ex his, quæ ipse dicit num. 222. ubi, declarando hanc suam aduertentiam, dicit, interrogatum posse opponere, ut ponens exprimat factum, & causam: ergo si factum, & causam non exprimat, non erit obligatus respondere, & casu quo factum, & causa exprimat, erit obligatus respondere super facto, & causa, non autem super iure, ut supra dictum fuit.

Et ex conclusione supra firmata num. 15. apparet

18 malè sensisse eos, qui dicunt, non esse respondendum positioni continenti, animo fuisse aditam hæreditatem, licet enim, quod animo adeatur hæreditas ex iuris dispositione proveniat, attamen, quod verè animo fuerit adita, est ius dispositum, & continet merum factum, ut Curt. docet loco cit. num. 48. Bene

19 verum est, † quod si iste animus neque factis, neque verbis fuisset declaratus, non posset in positione poni, tanquam dispositum in mente retentum; ut enim dicit Bald. in leg. potuit num. 7. C. de iur. delib. consensus mentalis, tanquam neque verbis, neque factis demonstratus, non accommodatur actibus hominum: & cum ponens debeat affirmare, quod ponit, non poterit affirmare, quod nec verbis, nec factis, nec alio modo signis fuit declaratum; & in istis terminis loquitur Marant. par. 6. sui Specul. Specul. de interrogat. n. 14. Mancin. de iur. in par. 2. artic. 2. nu. 22.

Tertiò aliqui conclusionem limitant, seu declarant † locum habere in positione super mero iure; secus verò si positio aliquid contineat, quod sensu corporis percipi possit, licet annexam habeat conclusionem iuris, ut docet Mascard. in dict. conclus. 1177. n. 50. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de teste, §. 5. in princip. & exemplificat in eo, qui ponit, possedisse talem rem, tanto tempore, tali titulo, bona fide, & inconcussa: & ideo est dominus.

Verum, si verba Ioan. Andr. animaduertantur, apparet

21 parebit, † ipsum loqui potius in articulis, super quibus possunt examinari testes, licet habeant annexam conclusionem iuris: nam poterunt circa factum testificari, & omittere conclusionem iuris, quod non est in positionibus, quibus, si plura contineant, uti duplicibus, & implicitis non est respondendum, ut suis locis fuit dictum; fieri namque potest, ut in exemplo

exemplo proposito, possessionem esse veram, titulum falsum, tempus verum, bonam fidem falsam; & è contrario; vel quod factum in se verum sit. iuris verò conclusio aliqua ratione falsa, ac ideo ob hanc dupliciter non erit respondendum: & si fierent de vnaquaque re positiones separatae, illis esset respondendum, quae factum continerent; non autem illis, in quibus ius esset positum, vt supra dictum fuit.

11 Nec dicatur cum Mascardo, † respondeat saltem super facto: responderet enim primò; reum positiones actoris diuidere non esse obligatum, vt suis locis supra fuit dictum; Secundò, si diuidendo positiones, est obligatus solum respondere super facto, ergo non erit verum dicere, positionibus habentibus annexam conclusionem iuris esse respondendum: vnde in exemplo proposito deberent fieri plures positiones, puta, quod possedit talem rem, secundò tali titulo, tertio per tantum tempus, & sic de singulis: & demum subnectere iuris conclusionem. Et primò factum continentibus esset respondendum; secus verò vltimè iuris: quidquid Mascard. dicat, & ante ipsum Oldrad. *dict. cons. 244. n. 2.*

12 Quartò limitant regulam supra positam, † locum non habere in iure praesumpto, de qua positiones fieri poterunt. Bald. in *leg. cum verum in princip. C. de fideicom. Curt. de positio. nu. 35. Mascard. dict. conclus. 177. nu. 54. & seqq.* qui ad idem allegat Bart. in *ead. leg. cum verum. Quae* si, vt verba sonant, intelligantur, falsa erit conclusio: † nam imò, nec etiam super iure praesumpto est respondendum. Puta lex praesumit, vicinum scire facta vicini, si quis hanc iuris praesumptionem in positione deducat, non erit respondendum: nec obstat, quod dicit Mascard. hanc positionem habere annexum factum, nempe vicinitatem: nam nec etiam positionibus continentibus solum factum, si sint multiplices, est respondendum, vt suis locis fuit dictum: † vnde tantò minus erit respondendum positioni habenti complicitatem facti, & iuris. Non inficit Bald. loco citato asserere super iure praesumpto esse respondendum, nam debet intelligi esse respondendum super eo, quod ius praesumit, non autem super ipsa praesumptione: vt in exemplo adducto: si ponatur, talem esse vicinum, secundò, ipsam scire facta vicini: tam vni, quàm alteri positioni erit respondendum, nec obstat, quod secunda positio praesumatur etiam à iure, quia, quod praesumitur, melius probari potest, vt dixit Bartol. in *dict. leg. cum verum*, vnde positio facit ad causam, licet videatur superflua, vt per Bald. loco citato, ex quo apparet Bald. non sensisse, de iure praesumpto habente annexum factum, sed de eo, quod etiam ius praesumit, quod est merum factum: & ratio dubicandi non erat, quod illa positio esset iuris, sed quia videbatur superflua, & non necessaria, ob iuris praesumptionem; at tamen quia etiam id, quod ius praesumit, melius probari potest, vt per Bald. & Bart. loco citato, dicunt simili positioni esse respondendum.

## S V M M A R I V M.

1 Confessio facta respondendo positionibus probat, & prauidet, quod septem ampliatur modis, & tamen, vt nu. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. & quinque asseruntur limitationes, & tamen pariter, de quibus nu. 9. 10. 11. 12. & 13.

Responsio facta respondendo positionibus an prauidet.

## C A P. LVII.

1 **Q**uemadmodum ille, † qui ponit, faretur, etiam que confessio ponenti prauidet, vt in *capit. 25.* ita etiam ille, qui respondet positionibus, faretur dicitur, & eius responsio respondententi nocet, aliter enim inutilis esset positionum usus, nec releuaret ponentem ab onere probandi, si in vim iudicialis confessionis responsionibus vti non posset, vt pluries in superioribus capitulis fuit dictum, & docet Mascard. *de probat. cons. 176. nu. 28. Ruy. pract. quest. cap. 16. n. 152. Rot. decis. 119. nu. 5. foleit. per Ferrin. seu recent. par. 1. in calce operis decis. 2. Rot. Rom. decis. 359. nu. 20. nouiss. ab anno 1626. vsque ad annum 1630. in calce operis decis. 77. Ludouic. decis. 92. nu. 1. in calce operis decis. 24. & alij passim.*

2 Quod ampliat, † etiam si responsio fiat per verbum, credere, cum in respondente positionibus sit expressiuum veritatis, de quo latè supra in *cap. 40.* quae hic non reperam.

3 Secundò ampliat, † etiam si respondens dicat, se credere de auditu, vt in *dict. cap. 40. n. 16.*

4 Tertio ampliat, vt prauidet responsio, † etiam si addatur, vt ponitur, vt in *dict. cap. 40. nu. 11.* & quid si vltè dicatur, & ad effectum, an quem ponitur: de quo in *dict. cap. 40. n. 13. & 14.*

5 Quartò ampliat, † etiam si responsio fuerit super facto alieno, de quo patet in *dict. cap. 40. n. 17.*

6 Quintò ampliat, † etiam si responsio fiat absente parte, per text. in *capit. fin. de iuram. in 6. Rom. consil. 41. n. 3. vol. 4. Felyn. in capit. si cautio de fide instrum. Mascard. conclus. 176. n. 30.*

7 Sextò ampliat, vt prauidet, † etiam si positionibus non fuerit responsum, dummodo habitus fuerit pro confesso, de quo supra in *cap. 32. & 61.*

8 Septimò ampliat, † vt non solum noceat confitenti, sed etiam habenti causam ab eo, Crauet. *cons. 29. n. 1. Celsat. Graal. decis. 20. n. 9. de probat. Rot. decis. 320. n. 18. in nouiss. ab anno 1626. vsque ad annum 1630. in calce operis decis. 76.*

9 Quae conclusio nonnullas etiam recipit limitationes: † Primò si ponens positionem impugnauerit, de quo tamen supra in *capit. 26.* vbi plura ad propositum videri poterunt.

10 Secundò limitatur, † si responsio fuerit reuocata, quod an, & quando fieri possit, videri potest in *cap. 64.*

11 Tertio limitatur, † si positiones sint impertinentes, & fuerint admittae cum clausula, saluo iure impertinentium, & non admittendarum, de quo in *cap. seq.*

12 Quartò eo magis id asserendum † erit, si fuerit responsum cum expressa protestatione, quod responsiones habeantur pro non factis, quatenus appareat, positiones esse impertinentes, de quo patet in *dict. capit. seq.*

13 Quintò limitatur, † si confessio fuerit facta in alio iudicio, quae licet fuerit facta inter easdem personas, si tamen contra illam fuerit iudicatum, non prauidet, vt per Alexand. in *leg. nu. 27. C. de eisd. versic. hanc declarationem, Neca. decis. 197. par. 1. in calce operis decis. 77.*

## S V M M A R I V M.

1 Responsio facta positionibus impertinentibus an prauidet,  
2 Confessio extraiudicialis valet absque interrogatione.

- 3 Inquisitus respondendo inquisitioni, cui non erat respondendum, sibi praeiudicat.
- 4 Confessio iudicialis valet, etiam tela iudiciali non seruata.
- 5 Confessio valet, etiam si processus reperiat nullus.
- 6 Responsio facta positionibus praeiudicat, etiam si aliquid ultra interrogationem addatur.
- 7 Responsio facta interrogationi non admittenda valet.
- 8 Responsio facta libello inepto valet.
- 9 Responsio facta positionibus impertinentibus; admissa tamen cum clausula, saluo iure impertinentium, & non admittendum, non praeiudicat; vbi de ratione, & idem est, si statutum adsit, vt cum hac clausula admitti debeant, vt num. 13.
- 10 Confessio facta ob contumaciam non respondentis positionibus, an praeiudicat; si positiones sint impertinentes, & fuerint admissa cum clausula, saluo iure impertinentium.
- 11 Positiones quando non sunt admittenda, contumax non habetur pro confesso.
- 12 Responsiones factae cum protestatione non praeiudicant; si appareat positiones esse impertinentes.
- 14 Negans positiones impertinentes in aliquam non incurrit penam.

Responsio facta positionibus, quibus non erat respondendum, an praeiudicat.

#### CAP. LVIII.

- 1 Positionibus si fuerit responsum; & postea appareat, fuisse impertinentes; quaerunt Doctores, an datae responsiones praeiudicent, *Specul. de position. §. d. n. 6.* praeiudicare affirmat, quod & pluribus confirmari potest. Primum, quia ¶ confessio iudicialis valet etiam absque interrogatione, *leg. si sine, §. 1. ff. de interrog. act.* vnde licet positio, cui facta fuit responsio, non fuisset admittenda, attamen responsio, vti iudicialis confessio praeiudicare debet, quod ex pluribus probat Abb. *in consil. ultimo secundae partis sub num. 3. in fin. & nu. 4.* Secundum, ¶ si contra inquisitionem competat aliqua exceptio, & ipsa praetermissa, inquisitus respondeat, sibi praeiudicat, *capit. 1. de accusat. lib. 6.* Tertium, ¶ confessio facta in iudicio, nulla iudiciali tela seruata, praeiudicat, *cap. qualiter, & quando de appell. cap. 1. de accusat.* & in puncto dixit Mancin. *de iuram. par. 2. artic. 2. n. 96.* sic igitur dicendum erit de confessione facta respondendo positionibus impertinentibus. Quarto, ¶ parum curandum videtur, an valida fuerit positionum admissio; cum confessio valeat, etiam si processus reperiat nullus, *cap. Pisanus de restitut. spo. Socin. consil. 146. n. 15. lib. 1. Marant. in 5. act. iudiciali par. 5. princ. n. 24. Roland. consil. 31. nu. 15. lib. 1. Mancin. de iuram. par. 2. artic. 2. num. 92.* Quintum certum est, ¶ neminem teneri responsum aliquod dare non contentis in positione, seu interrogatione: & tamen, si aliquid vterius addatur, praeiudicat responsio, *glos. in cap. penul. de iuram. calum. sic igitur praeiudicare debet responsio, & si nulla praecesserit legitima interrogatio.* Sextum, ¶ responsio facta interrogationi non admittendae praeiudicat, ergo idem dicendum erit in positionibus, ab interrogationibus ad positiones arguendo. Septimum sit exemplum de libello, ¶ qui licet reijci potuerit; attamen si ipsi fuerit responsum, ipsa responsio valet, *leg. final. C. de annal. except.* Ex quibus communiter asserunt, responsiones factas positionibus impertinentibus, & non admittendis praeiudicare, *Carpan. super statut. Mediol.*

*lan. cap. 13. n. 29. & seqq. Tuscus litter. P. conclus. 387. nu. 12. & 21. Mascard. de probation. conclus. 1177. num. 79. & seqq. Mancin. loc. supra citat. n. 96. & seqq.*

9 Quae conclusio, vt supra firmata, plures recipit limitationes: & sit illa prima: ¶ si positiones non fuerint simpliciter admissae, sed cum clausula, saluo iure impertinentium, & non admittendum, vt per Curt. *de position. n. 29. Marant. in 6. par. sui Specul. in tit. de position. n. 23. Mascard. d. conclus. 1177. n. 13. & seqq. & dictum fuit superius in cap. 38.* quae hic non repetam: & quemadmodum admissio est facta cum illa protestatione, saluo iure impertinentium: ita etiam responsio, intelligitur data cum eadem protestatione, & sic quatenus positiones fuerint pertinentes, vt bene declarat Benint. *decis. 32. n. 15. & seqq.* varios citat Mancin. *de iuram. par. 2. artic. 2. n. 84.*

10 Quod tamen limitare videtur Benint. *in d. decis. 32. n. 18. quae est in calce operis decis. 14.* ¶ vt procedat in vera confessione facta respondendo positionibus impertinentibus admissis cum ista clausula; tunc enim cum eadem protestatione intelligitur facta responsio: secus vero, in confessione facta resultante ex contumacia, ob quam positiones fuerint habitae pro confessis: & sic intelligit Alexand. *in leg. si non fuerint, ff. de iur. iur.* vbi dicit, quod si fiant positiones contrariae ab actore, & reo, omnes habentur pro confessis, licet positiones contrariae non admittantur. Verum responderi potest primo, Alexand. non loqui in casu, in quo positiones fuerint admissae cum dicta clausula, vnde non est mirum, factas confessiones praeiudicare, prout etiam verè praeiudicarent, licet positiones essent impertinentes: secundo, cur volumus, hanc fictam confessionem magis operari, quam veram? Nec dicatur in vera adest protestatio saltem praesumpta: nam eadem potest considerari in ficta. Imo multo magis in ficta, quam in vera; nam ponamus, positiones fuisse admissas absque dicta clausula; confessio vera praeiudicaret, vt supra dictum fuit

11 *nu. 1. & seqq.* non autem ficta; & est ratio, ¶ quia quando positiones non sunt admittendae, contumax non habetur pro confesso, vt per Curt. *de positionib. sub nu. 15. vers. 6.* Mascard. *d. conclus. 1177. nu. 76.* & late dicam infra in cap. 69. ac propterea haec potius erit limitatio ad regulam supra positam *nu. 1. & seqq.* vt nempe non procedat in confessione ficta: etiam si positiones fuerint admissae absque dicta clausula.

12 Tertio limitatur supradicta conclusio, vt responsio noceat, ¶ etiam si positiones fuerint impertinentes, dummodo fuerint simpliciter admissae: vt non procedat, si respondens expressè dicat, & protestetur, quod, quatenus respondere non esset obligatus, eius responsiones habeantur pro non factae, Bild. *in consil. 176. in fin. lib. 2. Adan. in praxi, §. 19. cap. 9. nu. 5. & 6. Carpan. super statut. Mediol. cap. 38. nu. 30.* plures citat Mancin. *de iuram. par. 2. artic. 2. num. 87. Olasc. decis. 178. num. 2. in calce operis decis. 23.* vbi dicit, protestationem de reuocando quamcumque responsionem, si danda non esset, saluare omne ius, & facere responsionem non dandam haberi pro non data, vbi plures allegat, & dicit huic opinioni famulari, text. in *l. maritus, ff. de quest.*

13 Quarto limitatur, ¶ si statutum mandet, positiones admitti debere cum hac clausula, tunc enim, licet simpliciter fuerint admissae, attamen ex forma statuti illa clausula subintelligi deberet, vt dixit Rot. in decis. coram Orano impressa in tract. Mancin. *de iuram. par. 2. artic. 2. n. 86. & seqq.* & per consequens responsio non praeiudicabit, vt in prima limitatione

14 Ex quibus est etiam dicendum, ¶ in poenam impositam negantibus positiones veras, eos non incidere, qui impertinentem, & non admittendam positionem negauerint, Anchar. *conf. 1. 45.* Alia. *in prax. §. 19. cap. 12.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Confessio an possit in parte acceptari, & in parte reijci, & per totum.
- 2 Responsio potest in parte acceptari, & in parte reijci, si incipiat à confessione, secundum aliquos, secus si incipiat à negatiua, vt nu. 3.
- 3 Confessio facta cum clausula, nec aliter, nec alio modo, non potest in parte acceptari, & in parte reijci.
- 5 Responsio in connexis non potest in parte acceptari, & in parte reijci.
- 6 Epistolam pro se acceptans debet etiam illam contra se acceptare.
- 7 Parcilla librorum in connexis non possunt in parte acceptari, & in parte reijci.
- 8 Sententia in connexis non possunt in parte acceptari, & in parte reijci.
- 9 Confessio regulariter non potest in parte acceptari, & in parte reijci.
- 10 Confessio in prohibitis, & vbi obstat iuris prescriptio, potest in parte acceptari, & in parte reijci.
- 11 Connexa in materia confessionis dicuntur, quae sunt incontinenti, secus si fiant ex intervallo, secundum aliquos, & numer. 12.
- 13 Connexa illa dicuntur, quae proueniunt à prima obligatione, & facta sunt causa prima obligationis, vel à prima obligatione descendunt, secundum alios, vt nu. 15.
- 14 Temporis diuersitas non impedit connexitatem in materia confessionis.
- 16 Separata in materia confessionis quae sint.
- 17 Responsio modificata in connexu generaliter admittuntur, etiam si non sit in rusticis, ac aliis personis idiotis.

Confessio, seu responsio facta respondendo positionibus, an possint in parte acceptari, & in parte reijci.

## C A P. L I X.

1 **E**X eo, quia positionibus simpliciter est respondendum, si fiat responsio cum aliqua additione, vel conditione, dubitant Doctores, an possit in parte acceptari, & in parte reijci, vel potius acceptanda sit eò modo, quo loquitur, & sic cum qualitatibus, & conditionibus adiectis: quae in re variè Doctores locuti fuerunt.

2 Sed, vt contrariae sententiae ad concordiam quodammodo reducantur: & vt veritas istius difficultatis de facili intelligi valeat; nonnulli sunt considerandi casus, vltra ea, quae dicta fuerunt supra in capitulis 42. 44. & 45. quae hic non repetam.

3 Primò sunt, qui distinguere videntur, ¶ aut respondens fateatur factum, deinde apponit qualitatem, & tunc responsio potest scindi, & acceptari facti confessio, reijci vero qualitas, vt si positioni continenti, me tibi mutuasle centum, respondeas fatendo mutuum; sed addendo, illa centum tibi ex aliqua causa deberi, vt tenent plures, quos citat Boer. *decis. 245. sub num. 3. circa finem, nec non sub num. 7.* vbi testatur, sic iudicasse Contium Burdegalense, & docet Cyn.

*in leg. vnica, quasi. 17. de confess. alios citat Surd. in decis. 258. num. 2. plures alios citat Farinac. in suis fragmentis, in verbo debitor, num. 6.*

3 Si verò responsio incipiat à negatiua, ¶ dicendo, nego habuisse centum, nisi ob talem causam, & tunc confessio debet in totum acceptari, nec ponens hac confessione vt potest, nisi fateatur illa centum, fuisse data ob illam causam, sic distinguendo dixit Boss. *in tit. de responsionib. n. 2.* quem simpliciter refert Capau. *super statut. Mediolan. cap. 83. numer. 103.* conferunt nonnulla, de quibus supra in cap. 45. quae hic non repetam.

4 Secundo sunt, qui dicunt, verum esse primum huius distinctionis caput, de quo supra num. 2. sed limitandum, ¶ si respondens post qualitatē adiectam, subiungat, se illud factum fateri, sed cum illa qualitate, nec aliter, nec alio modo, *leg. si quidem, Cod. de exception. vbi Bald. dixit, ita praedicere: & hanc clausulam operari, vt respondens ex sua confessione condemnari non possit, & sequitur las. §. si quis postulante num. 63. Instit. de action. plures ad propositum Boer. in d. decis. 243. num. 11.*

5 Tertio aliorum est communis traditio, ¶ qui de connexis, & separatis distinctionem faciunt, vt nempe in connexis in totum responsio acceptari debeat, secus autem in separatis: vnde Cyn. *in leg. 2. quasi. vlt. C. de donat. ante nuptias, dicit, quod si actor petat decem, & r. us fateatur, promississe decem, si ipsi librum exempli gratia daret, tenetur actor in totum hanc confessionem acceptare: & idem docet in leg. vnica qu. 13. de confess. & sequuntur ibi Alber. & alij scribentes, Batt. in leg. publica, §. fin. ff. de depositi, vel cont. per illum*

6 text. ex quo notant ¶ quod acceptans epistolam pro se facientem, debet etiam illam acceptare contra se, & tradit Bart. quem communiter alij sequuntur in l. Aurelius, §. idem, ff. de liberat. leg. & voluit Alex. in *cons. 222. nu. 16. lib. 2.* & ex pluribus probat Boer. *di. d. 243. nu. 5.* varios allegat Surd. *in d. decis. 258. nu. 4.* & 5. alios Cava. *decis. 27. num. 88. par. 2.* ad idem plura conferunt similia, de quibus per Menoch. *de arbitrar. causa 93. nu. 14. & seq. ¶ vt sunt parcellae librorum, quae in connexis in totum acceptari debent, vt per ipsum, & docet optimè Rot. in decis. 388. select. per Farin. seu recentiorum par. 2. ¶ Sententiae pariter in connexis non possunt in parte acceptari, & in parte reijci, leg. in hoc iudicio, vbi Bald. ff. simul. excise. ¶ & de confessione Bellar. *conf. 46. num. 13. in fin. Corn. conf. 170. num. 1. lib. 1. Bero. conf. 175. & conf. 196. num. 3. lib. 3. Alexand. conf. 132. num. 21. lib. 5. Rimin. lun. conf. 127. numer. 32. Magon. decis. Florent. 5. nu. 32. Veral. decis. 186. nu. 2. lib. 1. Rot. Rom. decis. 802. in nouiss. par. 1. Carol. de Graf. de except. except. 14. numer. 44. Callad. decis. 28. numer. 88. par. 2. Surd. d. d. decis. 258. per tot. & quod confessio debeat acceptari cum omnibus eius qualitatibus, Amat. decis. March. 82. numer. 2. & de confessione facta respondendo positionibus, Rot. decis. 158. select. per Farin. seu recent. par. 2. num. 5. in calce operis decis. 4. Ludou. decis. 92. vbi Belotacum addit in calce operis decis. 24.**

7 14. & seq. ¶ vt sunt parcellae librorum, quae in connexis in totum acceptari debent, vt per ipsum, & docet optimè Rot. in decis. 388. select. per Farin. seu recentiorum par. 2. ¶ Sententiae pariter in connexis non possunt in parte acceptari, & in parte reijci, leg. in hoc iudicio, vbi Bald. ff. simul. excise. ¶ & de confessione Bellar. *conf. 46. num. 13. in fin. Corn. conf. 170. num. 1. lib. 1. Bero. conf. 175. & conf. 196. num. 3. lib. 3. Alexand. conf. 132. num. 21. lib. 5. Rimin. lun. conf. 127. numer. 32. Magon. decis. Florent. 5. nu. 32. Veral. decis. 186. nu. 2. lib. 1. Rot. Rom. decis. 802. in nouiss. par. 1. Carol. de Graf. de except. except. 14. numer. 44. Callad. decis. 28. numer. 88. par. 2. Surd. d. d. decis. 258. per tot. & quod confessio debeat acceptari cum omnibus eius qualitatibus, Amat. decis. March. 82. numer. 2. & de confessione facta respondendo positionibus, Rot. decis. 158. select. per Farin. seu recent. par. 2. num. 5. in calce operis decis. 4. Ludou. decis. 92. vbi Belotacum addit in calce operis decis. 24.*

10 Quae tamen conclusio, ¶ vt in connexis responsio debeat in totum acceptari, limitatur in prohibitis, vt in eo, qui fateatur, commisisse homicidium, sed ad sui defensionem, cuius confessio potest diuidi, & in parte acceptari, & in parte reijci, Farin. *de Homini. quest. 122. nu. 420.* & hanc distinctionem prohibitorum ponit, Rimin. lun. *in consil. 395. num. 27. & seqq. Surd. in d. d. decis. 258. num. 6.* & rationem esse dicit, quia illud factum, vti prohibitum habet praesumptionem contra se, ac propterea generaliter volunt, regulam

esse limitandam, si illa qualitas adiecta confessioni contra se habeat presumptionem, vt docet Marant. in suo Specul. par. 6. actus 5. num. 26. & declarat Rot. Rom. in dict. decis. 202. n. 2. par. 1. in nouiss. exemplificatque Ioan. Ordelauf. in repet. leg. final. ff. de rei vendit. sub nu. 233. vers. verum. & in his terminis loquitur Rot. Gen. decis. 95. n. 3. & decis. 153. nu. 9. Et quod quando qualitas adiecta habet contra se iuris presumptionem possit confessio acceptari, & reici qualitas, Rot. coram Ludouic. dec. 92. num. 2. in calce operis decis. 24. vbi Beltram. in addit. nu. 10. dicens, quod qualitas potest diuidi, & separari à confessione, quando habet contra se iuris presumptionem, Sola super consuet. Sabaud. in tit. de posit. glos. 21. num. 3. Et cum conclusio supraposita num. 5. passim à Doctoribus approbetur, solum est aliqua difficultas, quænam in proposito dicantur connexa, & quæ separata Glos. in dict. leg. si quidem. Cod. de except. ¶ dicit connexa, ea dici debere, quæ fiunt in continenti cum ipso facto, seu obligatione in positione deducta: vt puta, ponis, me tibi centum promississe: fateor promississe centum. si tamen hoc, vel illud mihi dares: & cum eodem tempore, quo facta fuit promissio, dicam, appositam fuisse illam conditionem, confessio non potest in parte acceptari, & in parte reici: vel ponis, mutuassem frumentum, & illud restituere promississe tali tempore: si respondeam, promississe restituere frumentum, seu eius pretium, non potest diuidi confessio: cum præsupponam eodem tempore fuisse factam promissionem, de restituendo frumentum, vel eius pretium. Vel ponis, mutuassem decem, & ego fateor mutuum, sed addo, eodem tempore fuisse factum pactum de non petendo vsque ad tale tempus: quo pariter casu, non potest diuidi confessio; plura exempla ponit Boer. in dict. decis. 243. num. 7. & 8. qui post antiquiores testatur, hanc esse receptissimam opinionem.

¶ Si verò qualitas, seu illa adiectio ortum non habuerit eodem tempore, quo facta fuit obligatio, vt puta, tu ponis, mutuassem centum: fateor mutuum, sed addo; vel fuisse postea factum pactum de non petendo; vel mutuum fuisse restitutum; vel compensatum, vel inter nos de datis, & receptis computa fuisse posita; & in hoc diuersæ sunt opiniones, glosa prædicta tenet, confessionem posse diuidi; & sic in parte acceptari, & in parte reici: nam illud pactum postea appositum, illa prætenfa solutio, illa compensatio, est quid diuersum ab ipso mutuo; diuerso quoque tempore ortum habuit: vnde, nisi probetur, firma remanet confessio mutui: quam glosam approbare videntur multi, quos Boer. citat in dict. decis. 243. num. 3. & 7. inter quos verè est Bart. in dict. leg. Aurelius, §. idem questum in fin. ff. de lib. leg. qui existimat, separata illa esse, quæ per temporum intervalla gesta sunt, vt animaduertit Menoch. de arbit. casu 95. sub numer. 14. licet pro contraria sententia ab ipso Boer. Surd. & aliis adducatur.

Sed Boer. loc. citat. num. 19. tenet etiam hoc casu dici posse, confessionem continere connexa: ¶ cum illa qualitas proueniat à prima traditione, seu causa primæ obligationis sit facta; & vnum veniat ad determinationem alterius; hanc opinionem maximam dicit continere æquitatem, & Borrium sequitur Menoch. dict. casu 95. sub nu. 21. & 22. qui existimat, nullam adesse differentiam; an illa qualitas fuerit apposita tempore primæ obligationis, vel postea ex aliquo intervallo; Vnde si ego fateor mutuum; sed addo, quantitatem mutuatam restituisse, vel fuisse compensatam, vel appositum fuisse pactum de non pe-

tendo, debet hæc confessio in totum acceptari, vel in totum reici; ¶ connexa enim hæc dicuntur, si non ratione temporis, saltem ratione eiusdem cause: nec temporis diuersitas potest dici, hanc tollere connexitatem, leg. cum actore, §. plane, ff. de neg. gest. vt per Menoch. loco citato n. 22. Idemque latius repetit casu 95. nu. 14. ¶ ad inducendam enim connexitatem sufficit vnum ab altero descendere, ad glos. in leg. etiam, §. 1. ff. de num. Rip. in leg. admonendi num. 12. ff. de iur. Crauer. consil. 275. n. 4. Menoch. sub d. num. 14. vnde cum solutio, compensatio, pactum de non petendo fuerit appositum causa primæ obligationis, hæc dicuntur cum ipsa obligatione connexa licet vno tempore fuerit facta obligatio, alio solutio, compensatio, vel pactum de non petendo, secundum opinionem Boer. & Menoch. loco citato, & sequitur Surd. in dict. decis. 251. nu. 10. qui appellat inanem distinctionem, quod qualitas adiecta eodem tempore, vel diuerso euenerit, dummodo prouenerit ex eadem causa, & vnum tendat ad qualificationem, vel peremptionem alterius, & n. 11. subiungit, regulare esse, vt quando plures obligationes reflectuntur in idem factum, & se inuicem respiciunt, & vna est facta contemplatione alterius, dicantur connexæ, non autem separatæ; Roland. consil. 69. nu. 44. lib. 4. Olasc. decis. 99. nu. 29. vnde cum solutio, restitutio, compensatio, seu pactum de non petendo, respiciant primam obligationem, dicuntur connexa, quam connexitatem temporis diuersitas non impedit, vt per ipsum loc. cit. num. 12. & 13. ad ipsam enim inducendam consideratur solum aptitudo, vt ita loquar, ad tollendam ipsam obligationem; an nempe qualitas adiecta confessioni sit talis, vt, si vera esset, perimeret, modificaret, vel tolleret primam obligationem: qua stante connexitate, confessio non potest pro parte acceptari, & pro parte reici. Quæ omnia circa connexitatem, loquens de partitis librorum, sequitur Rota in decis. 388. vbi num. 2. dicitur annexas illas dici debere paritas, quarum vna tendit ad extinctionem, vel qualificationem, vel peremptionem alterius & allegat Surd. in d. dec. 258. & allegat Mathesil. singul. 78.

¶ Ex quibus concludendum erit, ¶ ea solum dici debere separata, quæ nihil commune habent, nec dependent, nec facta sunt causa primæ obligationis, nec ipsam modificant, non perimunt, nec tollunt: vt ponis, mutuassem centum, fateor centum, sed addo, me ex aliqua alia causa esse creditorem: & tunc confessio diuiditur, & de mutuo sequi debet condemnatio, nisi probetur creditum ex alia causa. Et in his terminis procedunt ea, quæ de separatis superius dicta sunt secundum Menoch. Surd. Canal. & alios, in quibus pariter terminis loquitur Rot. Gen. decis. 114. num. 3. & decis. 141. num. 2. quæ subtiliter considerata in praxi valde vtilia esse poterunt, & cessabunt, vt plurimum difficultates, de quibus in cap. 44. & 45. & licet Parin. in suis Pragm. in verbo debitor, asserat ¶ similes modificatas responsiones admittendas esse in rusticis, ac personis idiotis; attamen id generaliter est in omnibus asserendum; si simus in connexis; hoc est, si adiectio veniat ad modificandum, tollendum, vel elidendum ipsam obligationem, secundum supradictas declarationes.

## S V M M A R I V M.

- 1 Confessio non trahitur ad qualitates in positione contentas, sed solum modum ad factum principale.
- 2 Enunciatiua in positione posita non intelliguntur confessiua quod exemplis declaratur.



- 3 Verba enunciativa in iudicio prolata plenam inducunt probationem, quod tamen declaratur, ut ibi.
- 4 Contumax in respondendo positionibus habetur pro confesso, quantum ad deducta principaliter in positionibus, non autem quantum ad enunciativa, & demonstratiue proposita.
- 5 Qui fatetur positionem duo capita aequè principaliter continentem, utrumque dicitur fateri, secus si vnum sit principaliter deductum, aliud incidenter num. 6.
- 7 Qui fatetur omnia, & singula in positione contenta, intelligitur etiam fateri incidenter prolata.
- 8 Negans positionem multiplicem, intelligitur negare solum deducta principaliter.
- 9 Negans expresse vnum caput positionis, an intelligatur aliud fateri.
- 10 Qui fatetur expresse vnum caput positioni, intelligitur aliud negare.
- 11 Confessio de fama an trahatur ad omnes positiones etiam negatas.
- 12 Positioni de fama quomodo responderi soleat.

## Confessio, vel negatio an trahatur ad omnes partes positionis.

### CAP. LX.

**D**iximus supra suo loco, positioni multilici, vel implicitæ non esse respondendum: & reum petere posse, ut positio diuidatur; vel ipsam respondendo diuidere posse. Sed quid si reus hic non utatur remediis; & simpliciter positionem neget, vel fateatur; an eius confessio, vel negatio trahatur ad omnes partes positionis. Qua in re plures sunt considerandi casus.

1 Primus est, si positio contineat factum verum, qualitatem verò falsam, an simplex confessio debeat etiam trahi ad illam qualitatem. Et communis est scribentium sententia, qualitatem adiunctam non intelligi confessam: cum responsio referatur ad id, super quo principalis est questio, ut dixit Specul. de positionibus §. 6. num. 16. ac ideo in §. 7. num. 23. dicit, quod si pono, quod Titio, cuius tu es hæres, mutuasti decem, & simpliciter fatearis, mutuum solummodo intelligitur confessum, non autem te esse hæredem Titij, & sequitur Mascard. conclus. 1177. n. 42. Magon. decis. Florent. 10. numer. 40. in calce operis decis. 40. Illa enim qualitas dicitur apposita demonstratiue, & enunciativè, & unde solum principaliter in positione proposita intelliguntur confessata, non autem enunciativè narrata, ut dixit Mathel. sing. 33. qui inter alia ponit exemplum: si quis dicat, talem cognovisse carnaliter Bertam uxorem Titij, & ille simpliciter fateatur, intelligitur solum fateri carnaliter cognovisse Bertam, non autem esse uxorem Titij: provt in accusato, quod cognoverit Bertam uxorem Titij, qui si fateatur, intelligitur solum fateri carnaliter cognovisse Bertam, non autem adulterium, & sic Bertam esse uxorem Titij. Bart. in leg. si cui serui, §. 1. ff. de leg. 1. quem sequuntur Bald. Angel. Cuman. & alij, quos citat Socin. lunior in cons. 85. nu. 19. lib. 3. licet in positionibus id approbare non videatur, & sequitur Viral. Camb. de clausula in rubrica renunciativa verba in positionibus in principio, vbi supra dicta, & alia ponit exempla, & si ex Mathel. id videatur restringere quantum ad plenam probationem; non autem quantum ad semiplenam, plures alios loquentes de illis verbis enunciativis in proposito supra dictæ conclusionis citat Nicol. Gen. de verbis enunc. lib. 2. quæst. 8.

3 Nec obstat si dicatur secundum Doctrinam Bart. in leg. ex hac scriptura 20. fin. ff. de donat. Verba enunciativa in iudicio prolata plenam inducere probationem: nam id procedit in ponente simpliciter, & de per se verba enunciativa; secus verò si demonstratiue, vel implicitè cum aliis principaliter propositis deducantur: tunc enim attenduntur solum principaliter prolata, non autem enunciativa, ut per Mathel. in dict. singul. 33. in fin. & sic attenditur subiectum, non qualitas, Iacob. de Aren. de posit. §. 3. n. 13. Surd. cons. 379. nu. 3. Camb. loco supra citato nu. 1. Dola super consil. Sabaud. ex tit. de posit. glos. 21. num. 6.

4 Que conclusio, ut solum principaliter posita, intelligatur confessata, procedit, non solum in respondente, sed etiam in contumace; ut in exemplo supraposito, si quis ponat, mutuasse decem Titio hæredi Sempronij: si Titius fuerit contumax in respondendo, habetur pro confesso, scilicet, quod ipsi fuerint mutuata decem, non autem quod sit hæres Sempronij, ut per Ludou. in dict. decis. Petrus. 10. nu. 40.

5 Secundo potest esse questio in positione multiplici si nempè positio duo contineat capita, & respondens simpliciter fateatur; & tunc si positio quæ principaliter illa duo contineat capita, tam vnum; quàm aliud erit confessatum; si verò positio contineat plura, quorum aliqua sint principalia, & dispositiva, & alia incidentia, enunciativa, vel demonstratiua, & confessio simpliciter facta trahitur solum ad deducta principaliter, non autem incidenter, enunciativè, vel demonstratiue, ut Bart. declarat in dict. leg. si cui, §. 1. ff. de leg. 1. cuius doctrinam esse communem, dixerunt add. ad Mathel. in dict. singul. 33. nu. 3. & si quis ut Mascard. conclus. 1177. n. 42. & de communi Curt. de position. sub n. 11. & de magis communi Caspan. super statut. Mediol. cap. 83. num. 96. & Riminald. Senior in consil. 596. num. 8. lib. 3. post quam dixit, multipliciti positioni non esse respondendum, subiungitur num. 13. quod confessio facta respondendo multiplici positioni non præiudicat respondenti, nisi in his, quæ in positione principaliter continentur.

7 Limitandi modo essent supradicti duo casus, si generaliter respondens diceret, omnia, & singula in positione contenta vera fuisse, vel esse: tunc enim non solum deducta principaliter, sed etiam adiectivè, enunciativè, & demonstratiue dicerentur confessata, ut per Doctores, quos citant addentes ad Mathel. loco citato, Curt. de position. sub nu. 11.

8 Tertius est casus, si ut contrariorum eadem sit disciplina, ut omnia supra posita in dictis duobus casibus circa confessionem, procedant etiam respectu negationis: provt si quis negaret positionem multiplicem, vel implicitam, solum intelligerentur negata in ipsa positione principaliter deducta, secundum declarationes supra positas, quas non repetam, ut in exemplo supra posito, si ponam mutuasse decem Titio, cuius tu es hæres, si simpliciter negas, intelligitur negasse mutuum, non autem te esse hæredem Titij.

9 Quarta sit dubitatio, si positio contineat plura capita, & vnum expresse negetur, an sit intelligendum, aliud caput fuisse confessatum. Sit exemplum, pono, me tibi mutuasse librum, & vestem: tu respondendo dicis, non credo de libro, an vestis intelligatur confessata. Et communis est distinctio, quantum ad plenam probationem, vestem non intelligi confessatam; sed solum quantum ad presumptionem semiplenæ probationis, per text. in cap. nonne bene dicitur extr. de presump. & voluit Innoc. in c. fin. de iur. iur.

Et tradit Curt. de position. sub nu. 11. Felyn in cap. nam con-  
cupiscentiam sub numer. 14. de constitut. Mathel. singul. 76.  
Carpan super statut. Mediol. cap. 83. nu. 97.

10 Quintus consideratur casus in positione multi-  
plicata: si vnum caput tantum fuerit confessatum; vt  
in exemplo supra posito, si dictum fuerit, credo de  
libro, an vestis intelligatur negata, & negatam intel-  
ligi, dixit Bald. in leg. si sine, §. quod Papinianus, ff. de min.  
Surd. decis. 291. num. 22. in calce operis decis. 66. vbi alios ci-  
tat: vnde dicendum est, non bene loqui, Polidor. Rip-  
pam obseruat. 67. n. 4. dum supradictos duos casus præ-  
cedentes æquipetat.

Sextus est casus circa responsiones, quæ fierent  
positioni continenti publicam vocem, & famam:  
11 ¶ an si respondens fateatur, eius confessio debeat  
trahi etiam ad positiones superius negatas, Specul.  
in tit. de noi. crim. §. fama versi. dicit hanc confessionem  
referendam esse solum ad positiones confessatas: &  
hoc ne inducatur contrarietas, seu repugnantia, &  
correctio in continenti: Cui tamen rationi respon-  
det Papiens. de forma excipiendi contra positiones in verbo  
ultima positioni: quod licet hæc responsio trahatur ad  
positiones etiam negatas, hinc tamen non potest ali-  
qua considerari contrarietas: fieri namque potest,  
quod falsa sit positio, ita vt merito fuerit dictum,  
non credo, & tamen quod de ipsa adsit publica vox,  
& fama: ita vt positionem de fama credere fuerim  
coactus: vel è contratio: Declarat tamen Papiens.  
hoc procedere si primæ positiones fuerint negatæ:  
12 secus si dictum fuerit nihil scire, ¶ tunc enim con-  
fessio de fama, ad eas referri non potest: cum dixerit  
nihil scire, vt per ipsum. Sed ad tollendas similes dif-  
ficultates, positioni de fama stylus inuenit, vt respon-  
deatur, in hac forma de creditis credit, de non cre-  
ditis non credit.

## S Y M M A R I V M.

- 1 Citatio partis an sit necessaria in productione positionum: &  
quid si ipsarum copia non detur num. 2.
- 3 Admissio positionum est necessaria in ipsarum productione,  
remissiuè.
- 4 Monitio iudicis requiritur, vt reus respondeat positionibus, ad-  
hoc, vt habeantur pro confessatis: & an sit necessarium, vt  
ipse iudex personaliter moneat, vel satis sit, id fieri per  
nuntium, num. 5. & 7.
- 6 An maior sit contumacia illius, qui monitus à iudice non re-  
spondet, vel illius, qui per nuntium monitus ad iudicium  
non accedit, & num. 8.
- 9 Principalis, non procurator debet moneri ad respondendum  
positionibus, & de ratione num. 10.
- 11 Procurator, si respondere deberet ipse, non principalis effect  
monendus.
- 12 Procurator non tenetur respondere positionibus,
- 13 Citationes seu monitiones ad respondendum positionibus an  
sufficiat exequi Damus.
- 14 Citationes, seu monitiones ad respondendum positionibus de-  
bent fieri cum comminatione, quod alias habeantur pro  
confessatis.
- 15 Citationes, seu monitiones ad respondendum positionibus  
debent esse geminatae.
- 16 Positiones ad hoc, vt haberi possint pro confessatis debent  
ostendi, & legi respondere debent.
- 17 Ponens debet iurare de calumnia, alias positiones non pos-  
sunt haberi pro confessatis.
- 18 Positiones super aliquo emergenti possunt fieri etiam ante  
litam contestatam.
- 19 Contumacia in non respondendo positionibus non nocet, in

causis, in quibus non possunt fieri positiones: vel si minus le-  
gitimè facta fuerint, & nu. 20.

- 21 Contumacia in non respondendo positionibus non nocet, si  
petitio sit talis, vt ex ea non possit sequi condemnatio, vbi de  
rationibus.
- 22 Terminus ad deliberatè respondendum an debeat assignari  
positionibus responderi debent, remissiuè.
- 23 Pronuncia positiones haberi debere pro confessatis, an sit ne-  
cessaria, remissiuè.
- 24 Contumax in non respondendo positionibus, de iure, & de  
stilo habetur pro confessato, concurrentibus tamen debitis re-  
quisitis; vel pro negante, si id magis ponenti expediat; dum-  
modo tamen monitiones fuerint facta cum his commina-  
tionibus, num. 25.
- 26 Contumacia vnius non compensatur cum contumacia al-  
terius.
- 27 Rota Romana non attendit factas confessiones, vt contumax in  
non respondendo positionibus habeatur pro confessato.
- 28 Appellatio datur à pronuncia, positiones haberi pro confes-  
satis.
- 29 Pronuncia, positiones haberi pro confessatis, potest ab eodem  
iudice retractari, de quo tamen remissiuè.
- 30 Contumax in non respondendo positionibus, an possit haberi  
pro confessato: si à principio iudicij non comparuerit.
- 31 Contumacia præcedentibus legitimis citationibus habetur pro  
litis contestatione.
- 32 Positiones non habentur pro confessatis, nisi instante parte.
- 33 Positiones non habentur pro confessatis non obstante contu-  
macia, si ponens scienter falsum posuerit.
- 34 Positionibus respondens minus legitimè non habetur pro con-  
fessato, sed ad melius respondendum cogi debet.
- 35 Positionibus non respondens non habetur pro confessato, si com-  
pareat, & alleget aliquam causam, ob quam dicat, non esse  
contumacem, vel respondeat non esse obligatum; tunc enim  
prius super hoc debet interloqui.
- 36 Contumacia in his, que sunt iuris non nocet.
- 37 Contumacia nocet contumaci, non heredi.
- 38 Contumacia, & facta confessio ex ea resultans in vna causa  
non nocet in alia.
- 39 Contumacia, & facta confessio ex ea resultans non nocet  
perempta instantia.
- 40 Contumacia in non respondendo positionibus, non præiudicat  
quantum ad ea, que non fuerant in positionibus principa-  
liter proposita, remissiuè.
- 41 Contumacia iuste impedito non nocet.
- 42 Contumax in respondendo positionibus, licet fuerit declaratus  
pro confessato, adhuc contrarium probare potest.

Contumax in respondendo positioni-  
bus, an & quando habeatur pro con-  
fessato, dilucidè declaratur.

## C A P. LXI.

**P**luchertima est inspectio, an, & quando contu-  
max in respondendo positionibus habeatur pro  
confessato: in qua quaestione præsupponendum est:  
primò, positiones fuisse productas cum citatione  
partis: ¶ quam citationem esse necessariam in ipsa-  
rum productione, si ipsarum copia detur, non vide-  
tur dubitandum, cum enim ille, contra quem pro-  
ducuntur, possit opponere, non esse admittendas ex  
pluribus causis, & rationibus, de quibus supra suis  
locis, ipsius est necessaria citatio, ad hoc, vt propone-  
re possit, vel ipsas esse impertinentes, non releuan-  
tes, vel ex aliqua alia causa reiciendas. ¶ Maior vi-  
detur dubitatio, si ipsarum non detur copia: quo casu  
super-

superflua videtur citatio; cum ipsarum productio impediri non valeat, ad tradita per Afm. in praxi, §. 7. cap. 5. limitat. 43. vna cum aliis relatis à Scacc. de iudic. par. 2. cap. 7. n. 61. Verum responderetur, posse impediri positionum productionem, etiam si ipsarum non detur copia, vt si simus in iudicio, in quo non admittuntur positiones, vt in Beneficialibus, vt in cap. 31. in criminalibus, vt in cap. 18. post publicationem processus; secundum tamen aliquos, vt in cap. 27. & in multis aliis casibus, de quibus supra variis in locis fuit dictum. Præterea est necessaria citatio saltem ad effectum, vt reus coram Iudice instare possit, vt Iudex videat positiones, & animadvertat, an sint admittendæ, vel reiciendæ iuxta practicam, quam tradit Scacc. in dist. cap. 7. nu. 72. qui nu. 69. testatur, sic obseruari vidisse.

3. Secundò, necessarium est, ¶ ipsas positiones fuisse admittas, cum ipsarum admissio omnino sit necessaria, vt supra dictum fuit in cap. 4. nu. 11.

4. Tertio requiritur, ¶ vt ipse reus, contra quem productæ, & admittæ fuerunt positiones, à Iudice fuerit iustus, & monitus, vt respondeat positionibus: aliter enim non posset dici contumax, nec positiones posset pronunciarî pro confessatis, ad text. in cap. 2. de confess. in 4. & docet Bar. in leg. 2. §. quod si actor. C. de iur. iur. Bald. in leg. 1. §. vlt. ff. si quis iud. non obtemp. C. in leg. si filius, ff. de interrog. action. Alexand. cons. 388. numer. 2. lib. 2. Curt. de position. nu. 8. Specul. in tit. de posit. §. 9. numer. 1. Afm. in sua praxi, §. 19. cap. 26. Cap. par. super statut. Mediol. in rubr. de positon. numer. 128. Malcard. consil. 177. numer. 69. Surd. consil. 360. numer. 1. Rot. Genueus. decis. 161. num. in calce operis decis. 77. Scacc. de iudic. dist. capit. 7. numer. 486.

5. Non requiritur tamen, ¶ vt personaliter à Iudice fuerit iustus, & monitus, vt multi ex dicto textu desumunt, Anchar. in d. c. 2. de confess. in 6. Nevizant. consil. 79. nu. 20. Rot. Genueus. in dict. decis. 161. num. 10. plures alios citat Surd. in dict. cons. 360. numer. 1. Volentes propterea,

6. ¶ maiorem esse contumaciam illius, qui præsens in iudicio, & iustus respondere recusat, quam qui est absens, & monitus ad Iudicem non accedit. ¶ Nam

7. satis dicitur iustus, & monitus à Iudice ille, qui per nuncium, litteras, vel monitorium ab ipso Iudice ordinatum, iubetur respondere. Qui enim per aliam facit, ipse facere videtur, capit. qui per alium de reg. iur. in h. cum vulg. vt ex pluribus probat Surd. in d. cons. 360. nu. 19. & seqq. Vnde Iudices mandant fieri monitoria, quæ Urbini Cædulae appellantur, in quibus dicitur, vt reus debeat intra certum tempus respondere positionibus, sub pena confessi: & hoc modo dicitur à Iudice monitus, licet ipse immediatè, & personaliter non moneatur. Nec text. in d. cap. 2. requirit, quod

8. Iudex personaliter, & immediatè iubeat respondere: ac propterea satis est, moneri per nuncium mediante

9. reus Decreto: licet Scacc. in d. cap. 7. n. 488. 490. & n. 588. tenere videatur, contumaciam esse dicendum, iure communi inspecto. Et hæc non solum est communis

10. scribentium sententiarum, sed omnium Tribunalium stylis: licet diuersimodè secundum locorum statuta

11. monitoria similia fieri soleant. Et creditur Nuncio referenti, se præsentasse, vel citasse de mandato Iudicis. Nevizant. dist. cons. 79. nu. 29. Nec minus est ve-

12. ritum, ¶ maiorem esse contumaciam illius, qui personaliter monitus respondere recusat, quam illius, qui

13. monitus ad comparandum, & respondendum, ad Iudicium non accedit: nam imò non comparens peccat

14. in duobus: in non comparando nempe, & respondendo: ille vero, qui personaliter monitus est ab

15. ipso Iudice, vt respondeat, solam in non responden-

do peccat; vt responder. Surd. in dist. cons. 360. nu. 22. qui propterea subiungit, quod si contumax in non respondendo habetur pro confessio, eo magis pro confessio haberi debet contumax in non comparando, & non respondendo.

9. Bene verum est, ¶ principales ipsos, non procuratores, moneri debere, cap. 1. de confess. in 6. Rot. Genueus. decis. 161. nu. 12. in calce operis decis. 12. Marc. Anton. Amat. decis. March. 74. nu. 2. & 3. Quod eo magis procedere dicitur, si statutum personalem requirit citationem, vt per ipsam. Et summa ratione id videtur constitutum, ¶ cum enim ipse principalis, non autem procurator respondere debeat, conueniens est, vt ipse, non procurator moneatur.

Ex qua ratione limitanda videtur hæc conclusio,

11. ¶ vt ipse principalis, non procurator moneri debeat, vt non procedat, si etiam procurator respondere esset obligatus, de quo nonnulla ad propositum in cap. 61. & in istis terminis possent procedere ea, quæ dicit Scacc. in dist. cap. 7. n. 487. qui generaliter tenere videtur, monitionem factam procuratori sufficientem esse, ad hoc, vt positiones habeantur pro confessatis; rationem adducens, quia etiam procurator contumax in respondendo positionibus habetur pro confessio, cap. 2. vbi glos. in verbo Procurator de confess. in 6. Nam

12. imò ¶ procuratorem non tenet respondere positionibus, probauimus in dist. cap. 65. Nec minus est vera eius extensio, de procuratore habente mandatum generale, vel mandatum ad respondendum positionibus: nam ad respondendum positionibus requiritur mandatum specialissimum: hoc est ad respondendum licet, & sic, vt pluries fuit dictum, & multa ad

13. propositum in dist. cap. 65. ac in Decisione Rotæ Collegialis Vibini in calce operis decis. 87.

13. Sed an similes citationes debeant personaliter exequi, vel satis sit, eas exequi Domi, potest esse dubitatio. Verum communis est sententia, domi fieri posse cum dimissione copiarum monitorij, vel; vt nos

14. dicimus, cædulae in præsentia alicuius famuli, vel alterius, iuxta varias statutorum constitutiones: alias stare in arbitrio respondere debentis, latitando, procurate, ne positiones haberentur pro confessatis, quam opinionem ex pluribus sequitur Scacc. in dist. cap. 7. sub nu. 476. vbi opinio secunda.

14. Quarto requiritur, ¶ vt citationes fiant eam comminatione, quod alias habeantur pro confessatis: citatio enim simplex ad respondendum positionibus absque ista comminatione non reddit reum contumacem, ita vt non respondendo, habeatur pro confessio, vt per Surd. in dist. cons. 360. nu. 29.

15. Quintò requiritur, ¶ vt citatio non sit vnica, sed geminata cum eadem comminatione, vt per Surd. loco citato, vbi distinguit, aut vnica, & simplex præcedit citatio, & contumax non habetur pro confessio, si

16. vero citatio sit duplex cum eadem comminatione, & pro confessio haberi debet, vt per ipsum, & Doctores, quos allegat. Ac propterea summa ratione Urbini statutum disponit, vt debeant fieri duæ cædulae cum eisdem comminationibus: nempe prima, vt reus

17. compareat in termino duorum dierum ad respondendum positionibus, & quod alias habeantur pro confessatis, &c. & hoc pro prima cædula: & transacto termino assignato, alia similis transmittitur cædula, cum eadem comminatione: & si reus in termino

18. aliorum duorum dierum in secunda cædula assignatorum non responderit, accusatur ei contumacia, & petitur positiones pronunciarî haberi pro confessatis: & Iudex solet pronunciarî, nisi ad primam fuerit

- responsum, mandavit haberi pro confessatis: circa quod locorum statuta, & consuetudines observari debent.
- 16 Sextò requiritur, † vt positiones fuerint ostense, lecte, & declarate debenti respondere, Gratian. *dist. decis. 171. num. 9. in calce operis decis. 79.* Verum id necessarium esset in locis, vbi positionum non datur copia: & in casu, quo tunc reus vellet respondere, de quo supra in *cap. 33.*
- 17 Septimò requiritur, † perponentem præstitum fuisse iuramentum calumnie, Bartol. & Paul. de Cast. in *dist. leg. 2. §. quod observari* caliter contumax non haberetur pro confessio: ex quo inferunt nonnulli, ante contestationem litis non posse fieri positiones, cum non fuerit iuratum de calumnia. † Verum posse fieri positiones etiam ante litis contestationem super aliquo emergenti, dicunt Curt. de *posit. nu. 9.* Mascard. *concluf. 1177. numer. 70.* & dictum fuit superius in *cap. 27. num. 7.* Nec obstat, esse necessarium iuramentum calumnie, quod non præstat ante litis contestationem: nam super quolibet emergenti contestatur lis, & iuratur de calumnia, vt dixi supra in *dist. cap. 27. sub dist. num. 7.* & docent alij, quos citat Scacc. in *dist. cap. 7. num. 495.*
- 19 Octauò requiritur, † vt simus in casu, in quo fieri possint positiones, ac propterea in Beneficialibus contumax in non respondendo positionibus, non haberetur pro confessio, Specul. in *tit. de position. §. 9. sub n. 3.* Curt. de *posit. n. 14.* Scacc. de *ind. in dist. cap. 7. nu. 510.* & dictum fuit supra in *cap. 31.* pro vt nec minus in criminalibus, de quo supra in *c. 18.* & Specul. in *tit. de posit. §. 9. nu. 20.* exemplificat in filio existente in potestate patris, cum quo non potest esse iudicium, & de seruis cum Domino, Scacc. *loco citato, nu. 520.*
- 20 Nonò requiritur, † vt positiones fuerint legitime facte, & secundum iuris ordinem, ac in casibus à iure permissis, aliter contumax non haberetur pro confessio, Bald. in *leg. 2. §. quod observari, num. 2. C. de iur. iur.* Curt. de *posit. sub n. 15.* Mascard. *dist. conclus. 1177. nu. 76.* Franc. in *cap. fin. num. 15. vers. scias de confess. in 6.* Mancin. de *iuram. par. 2. art. 2. numer. 6.* Gratian. *dist. decis. 171. nu. 6. & seqq.*
- 21 Decimò requiritur, † vt petitio præcedens sit talis, vt ex ipsa possit sequi condemnatio, aliter contumax non haberetur pro confessio: rationem esse dicunt, quia si ex vera confessione non posset sequi condemnatio, tanto minus ex ficta; vt per Salic. Bald. Paul. de Cast. & alios in *dist. §. quod actor, Curt. de position. nu. 16.* Mascard. in *dist. conclus. 1177. n. 77. & seqq.* quam tamen rationem improbat Scacc. in *dist. cap. 7. num. 516.* nam imò vera confessio sanaret omnes defectus: & sic posset sequi condemnatio, non obstante ineptitudine libelli. Ex alia tamen ratione dicit, hoc decimum requisitum esse necessarium, quia nempe contumacia non oritur, nisi ex processu valido, & legitimo, de quo Gratian. in *dist. decis. 171. nu. 6.*
- 22 Vndecimò requiritur, † prius fuisse assignatum terminum ad deliberatè respondendum, sed an, & quando id sit verum dixi supra in *cap. 34.*
- 23 Duodecimò † requiritur iudicis pronuncia, positiones haberi pro confessatis, de quo diximus in *cap. 16.*
- 24 Concurrentibus igitur supra dictis requisitis, contumax in respondendo positionibus habetur pro confessio, *dist. cap. 2. de confess. in 6.* Scacc. in *dist. c. 7. n. 472.* qui sub *num. 477.* dicit, idem dicendum esse iure civili inspecto, & *num. 476.* testatur de consuetudine totius Italiae, † Vel pro negante, si magis utilis sit negatio,
- Specul. in *tit. de posit. §. 9. num. 4.* Carp. super *statut. Mediol. cap. 23. nu. 179.* Neniz. *conf. 6. nu. 9. in fin.* Mancin. de *iuram. par. 2. art. 2. nu. 3.* Quod tamen locum habet, si monitio fuerit facta cum comminatione, vt alias habeantur pro confessatis, vel negatis ad commodum ponentis: secus si solum dictum fuerit in comminatione, vt habeantur pro confessatis; & in istis terminis debet intelligi, Scacc. de *iudic. in dist. cap. 7. nu. 502.* dictum fuit superius in *cap. 3. num. 23.*
- Et prædicta procedunt tam si actor, quàm reus fuerint contumaces in respondendo positionibus;
- 26 † contumacia enim vnus, non compensatur cum contumacia alterius, *leg. si non fuerim, ff. de iur. iur. incipitè circa diuersa, leg. quemadmodum, §. si seruus, ff. de nouat. Bald. in leg. cum mulier, ff. solut. matrim.*
- Quæ conclusio, vt contumax in respondendo positionibus habeatur pro confessio plures notabiles recipit limitationes, ex quibus, ni fallor, tota hæc materia declarata remanebit.
- 27 Sic illa prima, † Rotam Romanam non observare hunc stylum, vt ob contumaciam in respondendo positionibus, habeantur pro confessatis, nec istas fictas confessiones attendere, Ludouic. *decis. 460. nu. 14.* vbi Beltram. in *addit. nu. 1. in calce operis decis. 26.* Cauat. *decis. 562. num. 1.* vbi pariter dicit, Rotam de stylo non admittere fictas confessiones, in *calce operis decis. 27.*
- 28 Secundò limitatur, si fuerit appellatum, † a pronuncia enim iudicis, positiones haberi pro confessatis, datur appellatio, & in causa appellationis potest ipsa appellatio iustificari, vt docet Gratian. in *dist. decis. 28. arch. 171. num. 1. & 2.* & an, & quando id facere liceat, diximus supra in *cap. 48.*
- 29 Tertio limitatur, † si talis pronuncia, haberi pro confessatis, fuerit ab eodem Iudice retractata: volum enim talem pronunciam non transire in iudicatum, vt per Gratian. in *dist. decis. 171. numer. 3.* ac ideo posse quandocumque retractari: & rationem esse dicit, quia sententia non transit in iudicatum, quando fertur ex præsumptiuis, seu priuilegiatis probationibus; potest enim retractari ex nouis, & fortioribus, Gratian. *loco cit. numer. 5.* quod tamen declarandum est secundum ea, quæ diximus supra in *dist. cap. 48. num. 16. & seqq.*
- Quarto limitatur secundum Gayl. *prætic. obseruat. 30 lib. 1. obseruat. 80. nu. 3.* † si reus, contra quem productæ fuerunt positiones, non comparuerit à principio tempore cæpti Iudicij: contra quem si postea fiant positiones, non poterunt haberi pro confessatis, licet fuerit contumax non respondendo. Et rationem esse dicit, quia cum comparente dicitur incæptum Iudicium, non autem cum contumace. Et cum positiones fiant post contestationem litis, *cap. 2. de confess. in 6.* non poterunt fieri contra contumacem, cum quo non est
- 31 contestata lis. Sed facilis est solutio, † contumacia namque, præcedentibus legitimis citationibus, habetur pro litis contestatione, vt ipsemet Gayl. fateretur *loc. cit. sub num. 2.* Præterquam quod etiam articuli non producuntur regulaciter, nisi post contestationem litis: & tamen ipsemet Gayl. tenet, articulos contra contumacem posse produci, & super ipsis testes examinari: non est igitur, quod ob contumaciam aduersarij, recosantis venire ad iudicium, priuetur actor hoc commodo positionum.
- 32 Quintò limitatur, † si pars non instet pronunciarum, positiones haberi pro confessatis: potest enim ponens, non obstante contumacia, instare, vt reus respondeat, captis etiam pignoribus, vt dixi in *cap. 32.* quo casu contumacia intelligitur remissa, Magon. *decis.*

decis. 25. n. 31. prout etiam remissa intelligitur, si pars post contumaciam, præsente auctore, & non contradicente respondeat, vt per Magon. loco citato num. 33. in calce operis decis. 42.

33 Sexto limitatur, † si ponens scienter falsum posuerit, tunc enim eius dolus in ponendo falsum, compensatur cum dolo non respondentis, Bald. in leg. sicut in sim. C. de repud. hered. Curt. de posit. n. 15. Carpan. loco supra cit. n. 192. Mascard. conclus. 1177. n. 75.

34 Septimo limitatur † in comparente, & respondente, licet minus legitimè; tunc enim non habetur pro confessio, sed solum potest cogi à Iudice, vt magis præcisè respondeat, Seraph. decis. 408. nu. 3. in calce operis decis. 53. Nec obstant, quæ dicit Scac. de Iudic. lib. 2. cap. 7. n. 526. Verum enim est, paria esse non respondere, vel minus legitimè: sed quantum ad hoc, vt iterum ad melius respondendum cogi possit: non autem quod sub prætextu non fuisse legitimè responsum, debeat haberi pro confessio, absque alia instantia, vt melius respondeat.

35 Octauo limitatur, † si reus compareat, & alleget aliquam causam, ob quam dicat, vel non teneri ad respondendam, vel positiones esse reiiciendas, vel quid simile: tunc enim est necessaria alia iudicis pronuncia super hoc emergenti: hoc est, an teneatur respondere, vel positiones sint admittendæ, antequam vti contumax habeatur pro confessio, Bald. in leg. vnica, C. de confess. Curt. de posit. nu. 10. Mascard. d. conclus. 1177. num. 70. Rot. Genuens. diu. decis. 161. num. 10. Seraph. diu. decis. 408. n. 2. & seqq.

36 Nono limitatur, † vt contumacia noceat in his, quæ sunt facti, non autem in his, quæ sunt iuris, in quibus nec etiam vera confessio præiudicat, Socin. in cons. 57. n. 21. lib. 4.

Decimo limitatur respectu hæredis ipsius contumacis, † contumacia enim nocet ipsi contumaci, non autem hæredi, qui non potest condemnari ex contumacia defuncti, Barr. in leg. eius qui nu. 1. ff. de iur. Fisci. Roman. sing. 306. Marfil. sing. 621. n. 1. Hier. de Mont. de simib. regend. cap. 46. n. 10. Carpan. in diu. cap. 83. n. 185. & tanto minus respectu aliarum personarum, Carpan. loco citato nu. 186.

38 Undecimo limitatur, † vt ista ficta confessio ex contumacia resultans in vna causa, non noceat in alia. Bart. loc. cit. nu. 1. & 5. Carp. loc. cit. nu. 186. Bald. in leg. 2. in vltima colum. C. de eden. qui dicit, confessionem etiam inter easdem personas non nocere in alio iudicio, Corn. cons. 97. n. 7. lib. 4. Boer. cons. 196. num. 29. lib. 3. Mancin. de iurament. part. 2. tit. 2. sub nu. 3. Tusc. in lit. C. conclus. 640. n. 65. Amat. decis. Ferrar. 46. n. 46.

39 Duodecimo limitatur, † vt precepta instantia, ficta confessio non noceat, nec etiam in eadem causa per insufflationem spiritus restaurata, Lamb. Bald. in suis commun. opin. cent. 2. conclus. 282. quem refert Carp. loco citato nu. 188. & sequitur Mancin. loco proxime citato. Et quando istæ fictæ confessiones non dicantur resultare ex responsione non secuta, nec aliis præiudicare, optimè habetur in Decis. Rote Collegialis Urbini, quæ est in calce operis decis. 82. Excellentissimi D. Ioann. Baptiste Putij, olim mei discipuli acutissimi, & hodie Doctoris eximij, nu. 28. & sequentibus.

40 Decimotertio limitatur † respectu eorum rerum, quæ non fuerunt principia iter in positionibus deductæ, prout de confidente, vel negante dictum fuit superius in cap. præcedenti, quæ hic non repetam.

41 Decimoquarto limitatur † in iustè impedito, cuius contumacia ipsi non nocet, Bald. cons. 315. vers. iust. lib. 2. Amat. decis. Marib. 74. n. 2.

42 Decimoquinto limitatur, † si contrarium fuerit probatum: contumax enim adhuc contrarium probare potest, vt per Mascard. in diu. conclus. 1177. num. 71. Magon. decis. Lucens. 25. n. 25. in calce operis decis. 42. Ludouic. decis. Lucens. 44. n. 53. & seq. Gyl. diu. obseruat. du. nu. 5. lib. 1. & dictum superius in cap. 49. etiam si positiones per pronunciam Iudicis habitæ fuerint pro confessatis, Magon. diu. decis. 25. num. 26. & elapso termino ad probandum, posset saltem per partis confessionem probari, vt per Magon. loco citato num. 27.

## S V M M A R I V M.

- 1 Contumaces si fuerint actor, & reus in respondendo positionibus contrariis, quis eorum obtinere debeat, & per totum.
- 2 Confessio actoris magis nocet actori, quam rei reo.
- 3 Ponere debet prius ille, cui prius fuit assignatus terminus ad probandum.
- 4 Positiones contraria non sunt admittenda.
- 5 Contumacia nihil operatur, quando positiones non sunt admittenda, præcipuè si fuerint admisse cum solita clausula, salvo iure impertinentium, &c. num. 6. & 11.
- 7 Reus non potest ponere de directo contra proposita ab actori in ipsa petitione, & de ratione n. 8. & 9.
- 10 Reus potest indirectè ponere contra positiones actoris, & contra contenta in eius petitione.

**Actor, & reus si fuerint contumaces in respondendo positionibus contrariis, quis eorum obtinere debeat.**

## C A P. LXII.

- 1 **D**iximus supra, tam actorem, quam reum, si fuerint contumaces, in respondendo positionibus, haberi pro confessis. Ponamus modo, quod actor posuerit tali tempore, ac in loco tali mutuasce et nuntium Titio: & quod Titius posuerit, illo tempore, & in illo loco, actorem aliquam pecuniam summam non mutuasce, & quod ambo fuerint contumaces in respondendo, ita vt tam positiones vnus, quam alterius fuerint habitæ pro confessatis, quis eorum obtinere debeat? Si attendamus contumaciam rei, actor habebit intentionem fundatam, si verò actoris, tutus erit reus, Alex. in leg. si non fuerint, ff. de iur. iuran. dicit, actorem succumbere debere, cum iuramentum non probauerit intentionem, stante quod ob eius contumaciam positiones rei, quæ intentionem actoris excludunt, habitæ fuerint pro confessatis, per text. in cap. ex litteris de probat. & in cap. cum sint de re iudic. in 62.
- 2 Et etiam † quia magis nocet confessio actoris actori, quam rei reo, secundum Bald. in cap. 1. de controu. inter Vassal. & Episcop. Benintend. decis. 32. nu. 2. in calce operis decis. 14.
- 3 Quod tamen declarat Alexand. † locum sibi vendicare, si virique parti assignatus fuerit terminus ad probandum: Si enim prius actori fuisset assignatus; reus ad ponendum non debuisset admitti, sed prius respondere fuisset coactus, & in casu contumaciæ prius positiones actoris, pro confessatis haberi debuissent: an verò, & quando reus possit ponere ante actorem, vt dictum fuit superius in capitul. 5. nu. 72. & seqq.

Verum dato, quod vtrique parti fuerit assignatus terminus ad probandum; attamen Alexand. decisio:

nem, vñ actor succumbere debeat in quaestione propo-  
sita, fallam esse existimo: & est ratio, quia aut a-  
ctor prius posuit, mutasse Titio exempli gratia  
centum tali tempore, &c. & reus non poterit de di-  
recto contrarium ponere, † cum positiones contra-  
riae non sunt admittendae; nec ipsis sit responden-  
dum, vt dictum fuit supra in cap. 17. vnde licet fuerint  
admissae, attamen contumacia actoris nihil operari  
potest; † nam quotiescumque positiones non sunt  
admittendae, contumax non habetur pro confesso,  
vt supra in capitulo precedenti fuit dictum, prae-  
cipue stante admissione, † cum solita clausula, salvo  
iure impertinentium, vt dixi in cap. 38. Si igitur actor  
hoc casu non habetur pro confesso: & reus ob eius  
legitimam contumaciam pro confesso haberi debet,  
actor obtinebit, & reus succumbet.

7 Et idem esset, † etiam si actor prius non produ-  
xisset positiones, sed solum factum in petitione nar-  
rasset, nempe tali tempore, & loco mutasse cen-  
tum Titio, adhuc enim reus non posset ponere de  
directo contrarium: & est ratio, quis si postea actor  
vellet ponere contenta in eius petitione, reus posset  
contradicere, & se opponere dicendo, se non teneri  
ad respondendum, † cum contrariis positionibus à  
se factis quis respondere non teneatur, vt in dict. capit.  
17. ne igitur sequatur hoc absurdum, vt actor, qui  
onere probandi grauat, non possit ponere con-  
tenta in eius petitione, † reus non debet admitti, ad  
ponendum de directo contra actoris petitionem, &  
in istis terminis procedere possunt tradita per Be-  
nint. in dict. decis. 2. n. 10. & declarat Sord. in decis. 106. in  
fin. in calce operis decis. 75. & dictum fuit supra in dict.  
capit. 5. n. 16. & 17. Cum igitur actor non possit hoc ca-  
su ad respondendum cogi, eius contumacia nihil o-  
peratur, nec ob illam habetur pro confesso, vt in cap.  
precedenti nu. 19. & sic obtinere debebit actor ob rei  
contumaciam.

10 Id tamen intelligere oportet, † si positiones rei,  
sint de directo contra positiones actoris, vel contra  
contenta in eius petitione, secus verò si solum indi-  
recto, ita vt tam vnum, quam alterum dictum possit  
esse verum, vt dixi in dict. capit. 5. num. 18. quae hic non  
repetam.

Nec obstant rationes in contrarium ab Alex. con-  
sideratae, responderet enim, † contumaciam actoris  
nihil obesse posse, cum positiones rei in propositis  
casibus admitti non debuerint; ac ideo actor non ob-  
stante eius contumacia, non habetur pro confesso,  
vt supra fuit dictum.

## S Y M M A R I V M.

- 1 Correi debendi, & credendi sunt in duplici differentia.
- 2 Confessio vnus ex correis credendi non praedicit aliis, si  
insolidum non debeat.
- 3 Confessio vnus ex correis, quibus insolidum debetur, aliis  
praedicit.
- 4 Soluente facta vni ex correis, quibus insolidum debetur, ex-  
tinguitur obligatio.
- 5 Debitor plurius fratrum simul habitantium vni soluens,  
ab omnibus liberatur.
- 6 Condacens Domum inter plures communem vni soluens pen-  
sionem ab aliis conueniri non potest.
- 7 Soluens vni ex sociis ab omnibus dicitur liberatus.
- 8 Confessio vnus ex correis credendi omnibus correis debendi  
prodest, & aliis correis credendi nocet.
- 9 Correi debendi si neget debitum haberi, etiam aliis correis  
debendi prodest.

- 10 Debitor plurius insolidum, si vni neget debitum deberi, et-  
iam aliis correis credendi nocet.
- 11 Debitor si fateatur debitum, aliis correis debendi non praedi-  
cat: & sic enenire potest, vt vnus condemnatur, alius ab-  
soluatur, nu. 12.
- 13 Confessio principalis non nocet fideiussori, si facta sit post praes-  
titam fideiussorem.
- 14 Confessio vnus ex correis circa ius aliis non praedicit.
- 15 Confessio vnus ex correis in criminalibus non praedicit  
aliis.
- 16 Correi negans, se cum aliis esse obligatum, non potest vni  
correi considerari.
- 17 Confessio falsa correi aliis correis non praedicit.
- 18 Correi plurius si aliqui fateantur, alij negent, quibus  
magis sit standum.

An confessio vnus ex correis facta, rel-  
pondendo positionibus, aliis cor-  
reis praedicare possit.

## C A P. LXIII.

**S**I sint plures correi, an confessio vnus respon-  
dendo positionibus aliis praedicit, solet esse  
dubitatio inter Doctores.

1 Sed primo animaduertendum est, † & correos  
debitores, necnon correos creditores, esse in dupli-  
ci differentia, aut enim sunt principaliter, & insoli-  
dum correi debendi, vel credendi, aut sunt simplici-  
ter correi: primo casu omnes pro tota summa insoli-  
dum dicuntur creditores, & debitores, leg. 2. ff. de  
duobus reis: secundo vero casu vnusquisque dicitur  
creditor, & debitor pro sua rata, leg. 2. eos, §. cum tabu-  
lis ff. de duobus reis, Auth. de duobus reis, circa principium.

2 Modo, si quaeratur † an conf. sio vnus aliis praedi-  
cet, in correis simpliciter debendi, vel creden-  
di, certum est, non praedicare, cum de rata correi  
alter disponere non possit, vt in dict. leg. 2. eos, §. cum  
tabulis.

Sed maior est difficultas, si sint principaliter, &  
insolidum creditores, vel debitores. † Et in duobus  
creditoribus insolidum communis est resolutio, vt  
conf. sio vnus de recepto facta respondendo posi-  
tionibus, vel aliquo alio modo praedicit aliis: †  
cum enim fuerit facta promissio omnibus insoli-  
dum, vni soluendo, tota soluitur obligatio, vt in dict.  
leg. 2. ff. de duobus reis, & docet Bart. in leg. ex duobus, nu.  
1. & 5. ff. de duobus reis. Et potest adduci simile † de de-  
bitore duorum fratrum simul habitantium, qui si  
durante communiōe vni soluat totum debitum; di-  
citur in totum à debito liberatus: ac propterea alter  
frater, facta diuisione, non potest debitorem pro sua  
rata conuenire, sed solum agere contra fratrem,  
quatenus res exacta in communem utilitatem non  
fuerit versa. † Et si vnus locasset domum communem,  
& ipsi soluta fuisset pensio, non posset alter agere  
contra conductorem pro sua rata pensionis, Sord. in  
conf. 43. lib. 1. & dixi in meo tractatu de Frat. par. 2. cap. fin.  
num. 19. & seqq. & † quod soluens vni ex sociis dicitur  
liberatus, glof. in leg. eaque, in verbo diuisa sunt, C. sam.  
eris. Imo Angel. in leg. sed & si filio, §. idem est. ff. de con-  
suet. pecun. dicit, quod debitor duorum potest vni se  
soluendum promittere, & etiam Apocham facere,  
& ab altero conueniri non poterit.

3 Et potest adduci simile † de de-  
bitore duorum fratrum simul habitantium, qui si  
durante communiōe vni soluat totum debitum; di-  
citur in totum à debito liberatus: ac propterea alter  
frater, facta diuisione, non potest debitorem pro sua  
rata conuenire, sed solum agere contra fratrem,  
quatenus res exacta in communem utilitatem non  
fuerit versa. † Et si vnus locasset domum communem,  
& ipsi soluta fuisset pensio, non posset alter agere  
contra conductorem pro sua rata pensionis, Sord. in  
conf. 43. lib. 1. & dixi in meo tractatu de Frat. par. 2. cap. fin.  
num. 19. & seqq. & † quod soluens vni ex sociis dicitur  
liberatus, glof. in leg. eaque, in verbo diuisa sunt, C. sam.  
eris. Imo Angel. in leg. sed & si filio, §. idem est. ff. de con-  
suet. pecun. dicit, quod debitor duorum potest vni se  
soluendum promittere, & etiam Apocham facere,  
& ab altero conueniri non poterit.

8 Et idem dicendum est † de confessione facta ab  
vno ex correis credendi, qui si fateatur nil debere,  
omnibus correis debendi prodest, & omnibus aliis  
credi-

creditoribus nocet, Ronch. in leg. ex duobus reis nu. 63. ff. de duobus reis: & latius num. 68. ubi loquitur de confessione liberatoria facta ab vno ex correis credendi, respondendo positionibus, correus enim eo casu dicitur quasi procurator correorum, unde eius confessio omnibus nocet: licet non sit preclusa via correi agendi contra correum, qui totam quantitatem recepit, vel recepisse falsus fuit, Afflict. decis. 94. Ronch. loco citato sub nu. 70. vers. nunc reuertor.

Sed supradicta procedunt in confessionibus creditorum, & sic correorum credendi; quid modo dicendum sit in confessionibus debitorum, & sic correorum debendi, videndum restat: ¶ quorum vnus si neget debitum deberi, etiam aliis correis debendi, eius negatio prodest, vt probat text. in leg. duobus, ff. ex duobus, ff. de iure iuran. ubi habetur, quod si alter iurauerit non teneri, alteri quoque prodesse id debet, Ronch. in dict. leg. ex duobus, nu. 60. ¶ Potest etiam poni exemplum in vno debitore, & duobus creditoribus insoludum, qui debitor si ab vno ex creditoribus interrogetur, & neget, illa negatio nocet etiam alij creditori, per text. in leg. duobus, in principio, ff. de duobus reis, & docet Ronch. loco citato num. 56.

¶ Si vero vnus ex debitoribus fateatur debitum, de quo non constet, nisi per eius confessionem, illa confessio non nocet, nisi consentienti: asserere enim posset alter, se cum ipso non esse obligatum, leg. postquam, ff. de iure iur. Ronch. loco citato num. 61. & latius nu. 71. Quod intelligunt habere locum, quantum ad probationem ipsius debiti, secus quantum ad interruptendam prescriptionem, vt per ipsum Ronch. loco citato num. 73. in quo, vti extra nostram materiam latius non insistam.

¶ Ex quibus constat ¶ euenire posse casum, vt ex duobus reis debendi vnus absoluat, alter condemnatur, vt si vnus fateatur, alter neget; si tamen aliunde non fuerit probatum debitum, Ronch. loco citato sub nu. 72. vers. inde inferitur: & docet Bald. in consil. 43. Quidam Ser. Cechus sub nu. 2. lib. 5.

¶ Ex quo etiam dicendum est, ¶ confessionem principalis non nocere fideiussori, si facta fuerit post prestitam fideiussionem, exempli gratia. Titius fideiussor pro Sempromio, dum aliquam suscipit curam, vel administrationem: Si ipsa finita, Titius fateatur, vel respondendo positionibus, vel alio modo, se pro illa administratione remanere debitorem, puta in centum, talis confessio non nocet fideiussori, nisi aliunde probetur, ipsum verè de tali summa debitorem esse, vt docet Bald. in dict. consil. 43. sub dict. nu. 2. qui rationem reddit, quia posset fateri, se esse debitorem in centenis millibus, absorbendo totum patrimonium fideiussoris; & quod in his terminis confessio principalis non nocet fideiussori, Tuscus in litt. C. conclus. 662. n. 12. & 13.

¶ In casibus tamen, in quibus diximus, ¶ confessionem vnus ex correis etiam aliis nocere, procedit, si delatum fuerit iuramentum super facto, secus si super iure, vt per Barr. in dict. leg. ex duobus num. 19. ff. de duobus reis: & licet id reprobare videatur Ronch. in dict. leg. ex duobus sub num. 60. attamen in proposito positionum verissima est declaratio, nam positionibus iuris non est respondendum, vt dictum fuit supra in cap. 56. & responsio facta positionibus, quibus non erat respondendum, non preiudicat diximus in cap. 58. vnde quemadmodum illa responsio, & confessio respondentis non preiudicat, nec minus correi preiudicium aliquod afferre poterit.

¶ Secundo limitatur conclusio ¶ in criminalibus,

seu in responsionibus ad crimen inferentibus, vt bene declarat Ias. in dict. leg. duobus, num. 4. ff. de duobus reis, in crimen enim quis incutere non potest absque dolo, & dolo non potest considerari in correo ex responsione correi facta, ipso incio, vt per Ias. loco citato.

16 Tertio limitatur ¶ in correo, qui negaret se esse talem; & cum aliis se obligasse, tunc enim non posset illa responsio considerari, vt responsio correi & sic cessarent prolix quæ de responsionibus correorum dici possent, Ronch. in dict. leg. ex duobus, sub num. 60. vers. nam pari pacto.

17 Quarto limitatur ¶ si confessio, seu responsio detegatur falsa, tunc enim certum est, non posse preiudicare, non solum correo, sed nec etiam respondentis, Ronch. loco citato sub num. 68. cum confessio erronea non preiudicet, Mascard. conclus. 378. n. 2. nonnulla ad propositum in cap. 49. & in cap. sequenti.

18 Demum pro complemento istius capit. non omittitur, quod dixit Alex. in consil. 136. n. 2. lib. 2. quod si plures conueniantur correi, seu litis consortes, & respondendo positionibus pars ipsorum neget, & pars fateatur, standum esse negationi, vel confessioni plurium: & si fuerint pares, negantibus potius ob eorum fauorem esse standum, vt per ipsum, quem refert, & sequitur Mancin. de iuram. par. 2. art. 2. n. 65.

## S Y M M A R I U M

- 1 Confessio facta respondendo positionibus preiudicat, nec est necesse, vt pars fuerit presens, n. 2. de quo & nu. 19.
- 3 Confessio reuocata non preiudicat.
- 4 Negatio reuocata non preiudicat; & an in hoc sit aliqua differentia inter confessionem, & negationem reuocatam; num. 5.
- 6 Reuocatio negationis ad euitandam poenam quandoque admitti solet.
- 7 Responsio facta respondendo positionibus regulariter reuocari non potest.
- 8 Reuocatio responsionis factæ in respondendo positionibus in continenti admittitur.
- 9 Reuocatio quando dicatur facta in continenti.
- 10 In continenti dicitur facta reuocatio responsionis, etiam si responsio fuerit redacta in scriptis, & nu. 18.
- 11 Testis potest dictam suam reuocare, etiam si redactum fuerit in scriptis.
- 12 In continenti dicitur facta reuocatio, si fiat antequam a parte fuerit acceptata: vnde ante acceptationem potest reuocari, secus post acceptationem, vt nu. 17. non obstantibus etiam iuramento, nu. 14. de quo etiam nu. 30.
- 15 Confessio facta respondendo positionibus, potest reuocari docto de errore, & nu. 20.
- 16 Nulla maior probatio, quam proprii oris confessio.
- 17 Per confessionem quasi contrahitur.
- 18 Confessio erronea non preiudicat.
- 19 Error probatur, probando rem aliter se habere.
- 20 Error confessionis factæ in iudicio, de facto proprio non presumitur.
- 21 Ruginell. circa reuocationem confessionis factæ in iudicio improbat, & nu. 26.
- 22 In responsione circa factum alienum, sufficit probare, rem aliter se habere.
- 23 Confessio non preiudicat, quando probatur rem aliter se habere.
- 24 Confessio an presumatur facta per errorem, si probatur rem aliter se habere.
- 25 Confessio facta respondendo positionibus ad hoc, vt reuocari possit, sufficit quod sit erronea, nec requiritur, vt facta fuerit per errorem.

- 31 *Responsio, quam quis facere non erat obligatus, potest reuocari.*  
 32 *Respondens positionibus potest protestari de reuocando respon- sionem, quatenus non fuisset danda: qua tamen protesta- tio non est necessaria, si positiones fuerint admittit cum- clausula, saluo iure imperimentum, &c.*  
 33 *Confessio facta à Procuratore respondendo positionibus potest à principali reuocari: reuocatio tamen debet fieri, re in- tegrà nu. 34. non potest tamen reuocari, si habuerit man- datum ad respondendum sic, & sic, nu. 37.*

## Responsio facta respondendo positioni- bus an possit reuocari.

### CAP. LXIV.

**R**esponsum factam respondendo positioni- bus præiudicare, diximus supra in cap. 57. & re- ceptissima est omnium scribentium sententia: quem- admodum enim ille, qui ponit, fatetur, & illa confes- sio ponenti præiudicat, ut suis locis fuit dictum, & ita etiam confessio facta respondendo positionibus præ- iudicare debet, ut post alios declarat Mascard. de pro- bat. conclus. 176. n. 22. etiam si per verbum, credere, fue- rit responsum, cum hoc casu expressum sit verita- tis, ut supra in cap. 49. & tradit Rugin. pract. quest. cap. 16. n. 5. & cum positiones sint inuentæ ad hoc, ut quis ab onere probandi releuetur, necessarium est, ut respõ- sio præiudicet: aliter ab onere probandi non posset releuare ponentem: † cuius præsentia non est ne- cessaria. cap. fin. de iure iuran. in 6. Butr. & Abb. in cap. fin. de confess. Felyn. in cap. si cautio, nu. 23. de fid. instrum. Mal- card. loco citato n. 29. Rugin. loco pariter citato n. 17. Ludou- uil. decis. 92. n. 1. in calce operis decis. 24. de quibus omni- bus latius fuit dictum suis locis.

Quæ conclusio nonnullas recipit limitationes, & declarationes, de quibus relatiuè in cap. 57. & inter alias illa præcipua esse solet, † si responsio, seu con- fessio ex ipsa resultans fuerit reuocata, tunc enim amplius non præiudicat, Gabr. in tit. de regul. iur. con- clus. 1. num. 13. & docent Doctores, de quibus infra in di. cursu. † Nec videtur in hoc constituenda aliqua differentia inter confessionem, & negationem: licet enim qui ponit, ad hoc ponat, ut reus fateatur, ita ut non sit dubitandum, negationem posse reuocari: & eo maxime, quia si reuocetur negatio, liberabitur po- nens ab onere probandi: si vero reuocetur confes- sio, erit grauatus probandi onere: attamen in hoc nullam constituo differentiam: nam absque dubio negatio poterit reuocari, si ponens acquiescat, pro- ut etiam reuocari posset confessio, si aduersarius non contradiceret: sed quia ponenti quandoque magis utile esse potest, ut respondens negauerit, ad demonstrandam calumniam, vel ad priuandum respondentem, vel possessionem, vel iure suo, vel ali- quo alio priuilegio, quibus priuari solent illi, qui res veras, vel notorias negare audent; nec minus ne- gatio in præiudicium ponentis reuocari posset.

5 Solum potest esse aliqua differentia inter nega- tionem, & confessionem respectu pœnæ: ut si sta- tutum adesset, ut negans positionem veram, aliqua pœna puniri debeat; an reuocans negationem pos- set dici in illam pœnam incidisse, de quo præter alios Alin. in sua praxi §. 19. cap. 10. & licet generaliter concludere videatur, pœnam locum non habere, quem simpliciter refert, & sequitur Mancin. de iuram. part. 2. artic. 2. numer. 109. intelligi tamen debet, prout verè loquitur in casu, in quo admittatur reuo-

catio: desumit enim argumentum à confessione, ut quemadmodum confessio potest reuocari, ita etiam negatio reuocari valeat, ut num. 3. & sic loquitur in casu, in quo admittitur reuocatio: præcipuè cum ponat quætionem in negatione reuocata; quam reuocationem propterea fieri potuisse præsupponit: & dicit non esse locum pœnæ statutarie, quia sta- tutum loquitur in negante, quæ negatio per reuo- cationem legitime factam euauit. Generaliter igitur querendum est, an responsio, siue sit affirmati- ua, siue negatiua facta respondendo positionibus, possit reuocari inuito ponente: † licet in aliis cali- bus reuocatio negationis ad euitandam pœnã quan- doque admitti soleat, de quo Ioan. Oedel. in leg. fin. a. 677. & seq. ff. de rei vendic. necnon nu. 732. & 769.

7 In qua quætionem prius constituam regulam ne- gatiuam, † responsionem nempe factam responden- do positionibus reuocari non posse, quemadmodum diximus supra de confessione facta in ponendo, quæ positio reuocari non potest, ut in cap. 22. & tradit Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 7. num. 589. & seqq. eadem enim viget ratio, qua nempe ponens fatetur, quemadmo- dum respondens positionibus fateri dicitur; & licet secundum aliquos maior videatur ratio in ponente, cum positiones consulto fiant, quam in responden- te, cum responsiones quandoque ex improviso fi- ri soleant, quæ consideratio cessaret procul, ubi positionum datur copia, ut dixi in di. cap. 22. num. 3. & 4. & quicquid sit de maiore, vel minore rationis, lat. est, in utroque casu reuocationem non esse licitam, ut docent Doctores, de quibus infra in limitationibus.

8 Et prima sit limitatio, † si reuocatio fiat in con- tinenti, ut testari fuerunt plures, quos Tiraq. citat de retract. conuent. §. 1. glof. 5. nu. 15. Alin. in di. cap. 10. nu. 3. Gabr. di. conclus. 1. nu. 23. Socin. Sen. conf. 95. nu. 7. ubi dicit, non esse dubium, responsionem in continenti corrigi posse. Vnde solum est difficultas, † quando correctio dicatur facta in continenti, glof. caput misericordem iudicem 22. quest. 1. vult in continenti dici factam reuocationem, si fiat antequam responsio sit redacta in scriptis: ex quo nonnulli inferunt, quod postquam est in scriptis redacta, non possit amplius reuocari; & nouissime sequi videtur Rugin. pract. quest. cap. 16. sub num. 16. Quod tamen reprobat Socin. Sen. in di. consil. 97. nu. 11. Glofa enim prædicta asserit solum, reuocationem semper intelligi factam in continenti, si fiat antequam redigatur in scriptis: 10 sed hinc non potest inferri, † quod si fiat, postquam est redacta in scriptis, non possit dari casus, ut dica- tur facta in continenti; & contrariam sentientes pa- rallogizare, dicit Socin. loco citato, ac ideo Specul. in di. §. 10. sub num. 8. dixit opinionem hanc, reuocatio- nem non admitti, si responsio sit redacta in scriptis, esse plusquam fatuam, cum nulla ratio suadeat, ut potius reuocetur non scripta, quam scripta, cum scri- ptura solum fiat ad solemnitatem, & Bald. in leg. cir- ca, C. de furi. considerat solum, an respondens ad alia se diuerterit; non autem an responsio fuerit scripta, 11 vel non. Addunt, idem esse in teste, † qui potest suū dictum in continenti corrigere, licet redactum sit in scriptis, dammodo partem non fuerit allocutus, ut per Socin. loco citato num. 14. & seqq. Verum an, & quando testis possit corrigere dictum suum, arbitrio iudicis remittitur, ut per Menoch. de arbitrar. casu 108. num. 5. & 6. Fatnac. quest. 75. part. 7. num. 239. in quo multi considerantur casus, variè tradi sole- t regulæ, & plures formantur conclusiones, de quibus



per Farinac. loco citato num. 227. & seqq. quæ vii extra  
12 nostram materiam prætermitto: † Et dicam solum  
in proposito, in continenti dici factam correctio-  
nem, si fiat antequam responsio à parte fuerit acce-  
13 ptata, vt post alios docet Tiraq. loco cit. nu. 16. † ante  
enim acceptationem potest reuocari, vt dixit Rot. in  
decis. 158. nu. 1. recam. par. 2. in calce operis decis. 4. secus ve-  
rò post acceptationem, tunc enim dicitur parti ius  
quæsitum, vnde amplius non admittitur correctio,  
seu reuocatio, vt per Tiraq. & Doctores, quos alle-  
gat Gabr. in dict. conclus. 1. n. 24.

14 Nec hoc casu obstat iuramentum: nam ille, qui  
iurat falsum, credens esse verum, non est perituros, cap.  
quando de iure iur. vnde non impedit confessionis re-  
uocationem, Bald. in leg. error, C. de iur. & fact. ignor.  
scribentes in cap. fin. de confess. Socinus Sen. dict. consil.  
97. n. 16.

Secunda est limitatio, quæ transit sine difficulta-  
15 te, † si de errore doceatur, docto enim de errore,  
etiam ex intervallo reuocari potest responsio, Barr.  
in cap. fin. de confess. Bal. in leg. error, C. de iur. & fact. ignor.  
glos. & scribeantes in cap. ex litteris de diuort. Socin. Sen.  
dict. consil. 97. num. 17. & docet Socin. lun. consil. 3. num. 18.  
lib. 2. Gabr. in dict. conclus. 1. num. 25. & sequitur Ludo-  
uic. decis. Lucens. 44. n. 55. & seqq. & decis. Perus. 68. par. 2. in  
calce operis decis. 33. Seraph. de privileg. iur. priuileg. 11. Man-  
cin. de iurament. part. 2. art. 2. nu. 108. ad quod conferunt  
tradita superius in cap. 49.

16 Sulus Rugin. præf. quæst. cap. 16. num. 15. & seqq. con-  
trarium defendere tentauit. Mouetur, quia nulla  
maior probatio, quam proprii oris confessio, quæ  
præualet etiam instrumentis, Marant. in tit. de confess.  
n. 21. 22. & 26. nam volat emissum semel irrevocabile  
17 verbum, can. 5. in fin. distinct. 43. † Et per confessionem  
quali contrahitur, leg. de positi. vers. si filius familias de  
pecul. vnde clauditur via reuocationi, leg. incommoda-  
to, §. sicut ff. commod. ac propterea ipse generalem vi-  
detur constituere regulam, vt responsio nunquam  
corrigi possit. Non incontinenti, quia id secundum  
ipsum intelligi debet, si correctio fiat antequam res-  
ponsio sit redacta in scriptis, vt num. 16. Non docto  
de errore, quia error non probatur ex eo, quod res  
aliter se habeat, sed alii debent concurrere coniec-  
turæ: puta ad ita respondendum fuisse inductum  
dolo, vel persuasionibus aduersarij, vt per ipsum  
num. 18.

Sed de illa interpretatione, vt reuocatio intelli-  
gatur solum facta, si fiat antequam prima responsio  
fuerit redacta in scriptis, dictum fuit superius nu. 9.  
18 & 10. † Et ipsam à nonnullis vanam, ab alijs fatuam  
appellari, ac eam sequentes paralogizare.

Decipitur etiam Rugin. circa secundam limita-  
19 tionem: nam verum est, † confessionem factam res-  
pondendo positionibus præiudicare, vt dictum fuit  
in principio præsentis capituli: nec ad libitum re-  
uocari posse, per rationes ibidem adductas, & alias,  
quas considerat Rugin. & docet Mascard. conclus. 344.  
& 348. Sed dicimus, hanc esse regulam, limitandam  
20 tamen, si de errore doceatur, † cum confessio erro-  
nea, docto de errore, possit reuocari, quod regulare  
est in omnibus confessionibus, & in puncto docet  
Socin. in dict. consil. 97. num. 17. Socin. lun. dict. consil. 3. nu.  
18. Gabr. dict. conclus. 1. n. 25. Ludouic. decis. Lucens. 44. nu. 55.  
& seqq. etiam si fuerit à parte acceptata. Masul sing. 315.  
Tiraq. loco cit. num. 16. addentes ad Decisiones Lucens.  
Mag. 17. in lit. A. quæ est in calce operis decis. 61. & tradunt  
plures alij, quos supradicti citant, ne enim à meo  
21 scribendi genere discendam, ipsos non transcribam, †

Et confessionem erroneam non probare, nec præi-  
dicare, tradi lesunt plures, quos citat Mascard. concl.  
378. nu. 1. Si tamen de errore doceatur, aliter nonque  
reuocari non possit, vt docet Verat. decis. 191. in calce  
operis decis. 36. Et solum potest esse aliqua difficultas  
in probando errore: quem tamen probari supradicti  
22 Doctores asserunt, † si ostendatur, aliter rem se ha-  
bere, & hoc modo errorem confessionis probari, dixit  
Crauer. consil. 187. nu. 3. vna cum pluribus alijs, quos  
citat Mascard. concl. 645. & generaliter errorem pro-  
bati, demonstrando aliter rem se habere, dixerunt  
multi relati per Mascard. concl. 642. & docet Rot. Ro-  
mana in d. decis. 153. sub nu. 2. Verum quia Barr. in leg. non  
fatetur n. 10. ff. de confess. varios calos distinguere solit,  
quem alij sequuntur, vt Pap. in verbo interrogatoria, vers.  
23 compellatis, nu. 13. inter alios dicit, † errorem in iudicio,  
circa decisoria in facto proprio non præsumi; ac i-  
deo non probari, probando simpliciter, tem aliter se  
habere; nisi attendantur circumstantiæ, ex quibus  
error præsumatur, vt persuasio aduersarij, longinqui-  
tas temporis, implicitas negotij. Occasionem dedit

24 Rugin. loco cit. ecc. dendi, † responsonem factam po-  
sitionibus non posse reuocari sub prætextu erroris:  
præcipue cum ultra errorem debeant etiam supra-  
dictæ circumstantiæ probari: Cuius tamen senten-  
tia, si vera esset, procederet solum in positionibus fa-  
cti proprii, vt Barr. loquitur, † in facto enim alieno  
sufficit probare, rem aliter se habere, vt per ipsum:  
secundo procederet, si positionum data fuisset copia,  
vel terminus ad deliberatè respondendum, de con-  
fessionibus enim consulto in iudicio facta loquuntur  
Barr. & alij. Sed Ruginelli opinio est absolutè reij-

25 cienda, † confessio enim, docto de errore, reuocari  
potest, vt supra dictum fuit n. 15. nec requiritur, quod  
insuper probentur coniecturæ, ex quibus error præ-  
sumatur: † confessio enim hoc casu reuocatur, quia  
est erronea, non autem quia præsumatur facta per  
errorem: ac idè videmus, quod si probetur, rem  
aliter se habere, quam fuerit confessatum, illa con-  
fessio non præiudicat, nec in aliqua consideratione  
habetur, etiam si non fuerit reuocata. Ludouic. de-

26 cis. Lucens. 44. n. 57. & dictum fuit supra in cap. 49. † Vn-  
de reuocatio in hoc consistit, quod probetur, rem  
aliter se habere. Nec obstat Doctrina Barr. loco citato,  
quærit enim ipse, an ex eo, quod probetur, rem ali-  
ter se habere, præsumatur, confitentem errore fuisse  
ductum: & dicit, quod in facto proprio, & in res-  
pondente consulto in iudicio, errorem non præsumi,  
ex eo solum, quod probetur, rem aliter se habere,  
nisi etiam alia concurrant adminicule errorem dem-  
onstrantia: fieri namque potest, falsum fuisse fal-  
sum, non per errorem, sed animo deliberato. Ve-

27 rum in casu proposito parum refert, † an illa con-  
fessio falsa fuerit facta per errorem, vel ex propo-  
sito, sed sufficit esse erroneam, ac ideo probare sat est,  
rem aliter se habere, vt dixerunt supra citati Docto-  
res num. 15. & seqq.

28 Nec iuramentum obstat, cum non tollat, quin er-  
roneas confessio possit reuocari, Socin. lun. dict. consil.  
3. n. 9. lib. 2. Scac. de iudic. lib. 2. cap. 7. nu. 611. & dictum fuit  
supra num. 14.

29 Tercio limitatur, † si quis respondere non fuisset  
obligatus, tunc enim semper est permessa reuocatio,  
vt per Olalc. decis. 172. n. 2. in calce operis decis. 23. vbi dicitur  
cautelam esse, † vt respondens protestetur, de reuo-  
cando quamcunque confessionem, & responsonem,  
si danda non esset. Quæ cautela non videtur neces-  
saria, quando sunt admisse positiones cum clausula,

30

31

32

33

falso iure impetimentum, tunc enim, si positiones apparet impertinentes, ita ut ipsis non fuisset respondendum, responso datæ non præiudicarent, ut dictum fuit supra in cap. 58.

- 33 Quarta limitatur in confessione facta à Procuratore, quæ à principali potest reuocari, non docto etiam de errore, Verat. decis. 198. part. 1. n. 1. in calce operis decis. 38. etiam si esset geminata, Verat. ibidem. Scac. de iudic. lib. 2. cap. 7. nu. 599. præsumitur enim ab eo facta tanquam de causa malè informato, ut per Verat.
- 34 Requiritur tamen, ut fuerit reuocata re integra; aliter principali noceret, Rota coram Boer. decis. 566. nu. 13. ubi plures aliæ allegantur decisiones, & est in calce operis decis. 74. quod tamen locum sibi vindicare
- 35 non posset, ut si Respondens habuisset mandatum specialissimum ad respondendum sic, & sic, tunc enim diceretur principalem respondisse, non procuratorem, ut in cap. sequenti.
- Nonnulla alia ad propositum dicta fuerunt supra in cap. 22. & in cap. 49.

## S V M M A R I V M.

- 1 Positionibus debent respondere ipsimet principales.
- 2 Procuratores non admittuntur ad respondendum positionibus, & de rationibus numeris sequentibus.
- 3 In respondendo positionibus requiritur iuramentum, quod dicitur veritatis, non credulitatis.
- 4 Procuratores non possunt iurare in animam eorum principalem.
- 5 Positiones respiciunt factum, cum positionibus iuris non sit respondendum.
- 6 Responsio facta positionibus præiudicat remissioni.
- 7 Iurans falsum respondendo positionibus puniri potest remissioni.
- 8 Procuratores non possunt facere incidere in poenam eorum principalem.
- 9 Confessio procuratoris in respondendo positionibus non nocet principali, cum non dicatur facta per modum contentiose iurisdictionis.
- 10 Procuratores non admittuntur ad ponendum, & tanto minus ad respondendum positionibus.
- 11 Procuratoris confessio potest à principali reuocari, non docto etiam de errore.
- 12 Procuratoris mandatum circa positiones potest esse in triplici differentia.
- 13 Procuratoris mandatum ad respondendum positionibus non sufficit, nisi sit specialissimum, & indiuiduale, ut n. 14.
- 15 Procurator actoris ad instantiam rei non potest cogi ad respondendum positionibus contra Salustium: nisi specialissimum habeat mandatum ad respondendum sic, & sic, n. 16.
- 17 Procurator, si specialissimum habeat mandatum ad respondendum sic, & sic: non potest cogi principalis, ubi de ratione: quod procedit etiam si statutum dicat personaliter esse respondendum, nu. 18.
- 19 Procurator non potest habere specialissimum mandatum ad respondendum sic, & sic: ubi positionum non datur copia, &c.

Procurator, & Aduocatus an possint respondere positionibus.

## CAP. LXV.

- 1 **F**ACTIS positionibus, ipsi principales, si fuerint præsentis, debent medio eorum iuramento respondere positionibus ex aduerso exhibitis, Vult. in

sua prac. lib. 3. cap. 14. num. 11. Mancin. de iuram. part. 2. art. 2. num. 75. Nec Procuratores, nec Aduocati loco principalium admittuntur ad respondendum, Bob. de posit. sub num. 19. Curt. de posit. num. 44. Carp. super statut. Mediol. cap. 83. nu. 35. Specul. in tit. de posit. §. 3. nu. 6. & seqq. Marant. in 6. par. sui Specul. in tit. de posit. num. 15. Neuz. cons. 7. nu. 15. Malcard. conclus. 1176. num. 48. The-saur. decis. 17. in princip. in calce operis decis. 9. Cauagnin. super Decret. Montis Ferrat. decret. 12 §. 2. Rot. Rom. decis. 779. num. 2. recent. part. 2. in calce operis decis. 7. Olasc. decis. 113. nu. 2. & seqq. in calce operis decis. 22. & alij passim, de quibus in discursu: & generaliter, quod Procuratores non possint respondere positionibus, & quod ad id cogi non valeant, Rot. decis. 62. inter Posthum. Farin. par. 1. in calce operis decis. 71.

- 3 Cuius rei plures adduci possunt rationes. Primum in respondendo positionibus requiritur iuramentum non credulitatis, sed veritatis, ut dictum fuit supra in cap. 6. num. 27. & respondentem iurare debere, Bob. de posit. sub nu. 19. Curt. de posit. num. 44. Carpan. super statut. Mediolan. in dict. cap. 83. num. 55. Mancin. de iuram. part. 2. art. 2. nu. 75. & hoc nullum habere contradictorem, dixi supra in dict. cap. 23. num. 7. Sed procuratores, & Aduocati non possunt iurare in animam eorum principalium, ut de eorum conscientia non concij, Rot. in dict. decis. 779. n. 6. ergo non potest respondere positionibus.

5 Secundo positiones respiciunt factum, ut positionibus enim iuris non est respondendum, ut dictum fuit supra in cap. 56. Sed Procuratores, & Aduocati sunt solummodo testes iuris, leg. quisquis. ff. de postul. ergo circa factum ad ipsos non spectat respondere.

6 Tertio ut responsio facta positionibus præiudicat, ut dictum fuit supra in cap. 57. ut iudicium factum respondendo positionibus incidit in poenam, ut patet fuit dictum supra in cap. 41. At Procuratores, & Aduocati non possunt eorum responsionibus aliquod præiudicium inferre principalibus, nec ipsos in poenam aliquam trahere, ut dictum fuit superius in dict. cap. 6. Sebast. Medic. decis. March. 29. num. 11. in calce operis decis. 83. ergo ad respondendum positionibus admitti non potest. Confessio enim Procuratoris non nocet principali, quia non dicitur facta per modum contentiose iurisdictionis, sed solum voluntarie, cum fiat nullo iure cogente, unde non est apta ad obligandum principalem, nec ipsi villo modo præiudicat. Paris. cons. 47. num. 92. lib. 1. Honded. cons. 66. num. 72. lib. 1. Rot. in dict. decis. 779. num. 2. recent. part. 2. qui id exemplificat in procuratore ponente, vel respondente positionibus, ut num. 2 & 3. licet Capel. Tholos. in decis. 392. nu. 1. in calce operis decis. 13. videatur sentire, confessionem Procuratoris factam respondendo positionibus, dici factam per modum contentiose iurisdictionis.

10 Quarto, ut si procurator, & Aduocatus non admittuntur ad ponendum, licet in ponendo sufficiat iuramentum calumnie, ut dictum fuit supra in cap. 6. & tenet Rot. in dict. decis. 779. nu. 2. ergo tanto minus erunt admittendi ad respondendum positionibus, in quo requiritur iuramentum veritatis, licet præstetur per verbum, credere, ut in dict. cap. 6. & alibi (æpè Thomat. decis. March. 70. nu. 3. & 4. in calce operis decis. 73. qui hunc meum Tractatum citat secundum primam impressionem.

Quinto ad quid volumus, ut Procurator respondeat, ut si eius responsio à principali statim reuocari potest: ut dixit Thomat. in dict. decis. 70. nu. 8. etiam non docto de errore, ut docet Gratian. discept. forens. cap. 11.

cap. 468. nu. 87. Seraphin. *decif. 274. nu. 2. & decif. 634. nu. 3.*  
Ludouif. *decif. 270. num. 9. Rot. diuers. decif. 813. nu. 9.* Rota  
Collegialis Vrbini in manuscriptis, qua est in calce operis  
*decif. 81. num. 12.*

Quæ conclusio, vt Procuratores ad responden-  
dum positionibus non admittantur, ab omnibus de-  
claratur, vt non procedat, si ad respondendum man-  
datum habeant: Verum circa hoc varîe locuti fue-  
runt Doctores, animaduertentes in proposito, ¶ man-  
datum Procuratoris in triplici differentia esse posse.  
Primò generale ad lites; Secundò speciale ad respon-  
dendum positionibus; Tertiò specialissimum, seu in-  
diuiduale ad respondendum singulis positionibus  
sic, & sic. Circa primum omnes continent, Pro-  
curatorem respondere non posse positionibus: & in  
his terminis procedunt, quæ superius dicta sunt, &  
tradit Scacc. *de iudic. par. 2. cap. 7. nu. 549.* ¶ Si verò Pro-  
curator habeat speciale mandatum ad responden-  
dum positionibus, ipsis respondere posse nonnulli  
asserere videntur, quos citat Scacc. *loc. cit. nu. 558.* Ver-  
um huic conclusioni ipse talem apponit restrictio-  
nem, *num. 559.* vt ipsam in totum detrahat: dicit enim  
non procedere parte opponente, ac instante respon-  
deri per principalem: sed cui dubium, quod si pars  
non opponit, poterit Procurator respondere? sed  
dubitatio est, an valide respondeat, ita vt pars res-  
ponsonibus procuratoris acquiescere teneatur. Et  
negatiue est asserendum ¶ cum ad respondendum  
positionibus indiuiduale requiratur mandatum, quod  
specialissimum appellatur, nãmpè ad respondendum  
sic, & sic, Me no. h. *conf. 80. nu. 64.* Honded. *conf. 66. nu. 73.*  
*lib. 1. Rot. in dict. decif. 779. sub nu. 3. versic. & per easdem ra-  
tiones recit. par. 2. & docet Beltrami. in addit. ad decif.*  
*282. Ludouif. nu. 9. & 10. & allegat in decif. Roman. de Gran-  
dis 10. Aprilis 1606.* Plures alios citantur in dict. *decif. Rot.*  
*Collegialis Vrbini num. 8.*

Quibus statibus ¶ non video, quare Salust. in sua  
*praxi cap. 13. num. 17. lib. 2. tit. rat.* Procuratorem actoris  
ad instantiam rei respondere debere positionibus  
medio eius iuramento in animam eius principalis,  
eum, vt dictum fuit, id facere non possit absque spe-  
cialissimo mandato ad respondendum sic, & sic sin-  
gulis positionibus, præcipue cum non possit esse in-  
formatus de conscientia eius principalis: an autem  
possit cogi ad respondendum in animam propriam,  
dicam in cap. 67. ¶ Cuius specialissimo verò mandato  
respondere posse eo modo, & forma, prout habuit  
in mandatis, non est dubium, vt asserunt supradicti  
omnes Doctores, & dixit Scacc. *loco supra citato*  
*num. 568.*

Sed hic potest oriri dubitatio, ¶ quid si, non ob-  
stante specialissimo mandato, pars instet responderi  
per principalem. Et indubitanter dicendum est, fac  
esse respondisse Procuratorem, etiam si principalis  
sit præsens, Bald. in *leg. si actor sub nu. 1. vers. sed qui si Pro-  
curator ff. de procurat.* & plures alios ad propositum citat  
Scacc. in dict. *cap. 7. num. 570.* & rationem esse dicit,  
quia stante in indiuiduo mandato, ad respondendum  
sic, & sic, principalis respondere dicitur; & Procu-  
rator potius potest dici constitutus ad producendum  
responsiones principalis, quam ad respondendum:  
secus verò si solum haberet, vel generale mandatum,  
vel speciale ad respondendum etiam positionibus:  
non autem ad respondendum sic, & sic singulis po-  
sitionibus, quia tunc principalis posset cogi, vt supra  
dictum fuit, & declarat Scacc. *loco cit. sub num. 572. vers.*  
*nec obstat.*

Et supradicta, ¶ vt principalis non possit cogi ad

respondendum, si fecerit specialissimum mandatum  
ad respondendum sic, & sic; procederent etiam, si  
statutum adesset, vt principalis personaliter respon-  
dere deberet: & licet Orlac. in dict. *decif. 17.* videatur  
generaliter contrarium decidere, propter illam di-  
ctionem, personaliter; attamen ipse loquitur in man-  
dato speciali, non autem in mandato specialissimo  
ad respondendum sic, & sic; cum dicatur tunc prin-  
cipalem respondere per Procuratorem, tanquam  
per organum, de quo etiam infra in cap. 69. *num. 20. 26.*  
*& 23.*

Et quæ dicta sunt de mandato specialissimo ad  
respondendum sic, & sic; possunt verificari in locis,  
vbi positionum datur copia: aliter non posset fieri  
mandatum ad respondendum sic, & sic singulis po-  
sitionibus: & in istis terminis procedunt ea, quæ  
supra diximus, de mandato speciali ad responden-  
dum positionibus; & quæ dixit Orlac. in dict. *decif. 17.*  
de statuto, vt principalis personaliter debeat respon-  
dere: cum enim tunc indiuiduale non possit fieri  
mandatum, responsiones fieri deberent ab ipsismet  
principalibus, de quo infra in cap. 69. *num. 22. & 23.*

## S Y M M A R I V M.

- 1 Procuratores, & Aduocati possunt instruere clientes, quo-  
modo debeant respondere positionibus, si ipsarum copia de-  
tur, declaratur vt num. 2.
- 2 Procuratores, & Aduocati non possunt clientes instruere ad  
negandum factum; & rem veram, & nu. 4.
- 3 Ad principalem spectat respondere de facto, de quo est cer-  
tus.
- 5 Procuratores, & Aduocati non debent esse presentes, quando  
eorum principales respondent positionibus, si ipsarum non  
detur copia: & an saltem possint manere prope ipsos, ne  
decipiantur num. 6.
- 7 Hodie illi, qui respondent positionibus solent esse procliuiores  
ad negandum, quam ad fatendum.
- 8 Procuratores, & Aduocati presentia permittitur, quando  
mauer, rustici, vel idiotæ debet respondere positionibus: &  
quid in rusticis nostri temporis, nu. 9.

Procuratores, & Aduocati an possint  
instruere principales ad respon-  
dendum positionibus.

## CAP. LXVI.

IN superiori capitulo diximus, Procuratores, &  
Aduocatos non esse admittendos ad responden-  
dum positionibus absque principalium specialissimo  
mandato: nunc quaero, an saltem eos instruere pos-  
sint ad respondendum. Circa quod duo sunt consi-  
derandi casus, ¶ primus, si positionum detur copia:  
& tunc Procuratores, & Aduocati, ipsis bene visis,  
possunt instruere principales, quomodo respondere  
debeant: imò ipsi sunt, qui responsiones in scriptis  
redigunt, quas postea clientes in iudicio producunt,  
& iurant, illas esse eorum responsiones: quod non so-  
lum rustici, & idiotæ faciunt, vt dicit Scacc. *de iudic.*  
*par. 2. cap. 7. n. 555.* sed etiam sagaces. Hoc enim est be-  
neficium statuti concedentis positionum copiis, vt  
consulere possint peritiores, an positiones sint per-  
tinentes, vel impertinentes, an admittendæ, vel rei-  
ciendæ; an ipsis sit respondendum, vel non: & quo-  
modo, vt per Scacc. *loco citato num. 556.* Bene verum

- 2 est, † quod circa factum, & rei veritatem non possunt Procuratores clientes instruere ad negandum
- 3 factum, ac veritatem in positione positam: † spectat enim ad principalem respondere super facto, de quo est certus, *cap. ab excommunicato de rescript. leg. quisquis, C. de rescind. vend. nec in hoc debet petere consilium ab Aduocato, can. 1. vers. ideo non petat, can. 2. & can. fin. de penit. distinct. 6.* Aliiter enim in periculum de facili incidere posset, *Specul. in tit. de position. §. 2. n. 7. Mascard. conclus. 1176. num. 52. Ahn. in prax. §. 19. cap. 18. limit. 4. nu. 3.* † In quo Procuratores, & Aduocati debent esse omnino cauti, ne inducant clientes ad negandum ea, quae vera esse sciunt: ultra enim poenas, in quas incidere possent clientes, ipsi tenerentur ad interesse parti, *l. qui occidit, ff. ad leg. Aquil. Rob. de posit. sub nu. 28. vers. vidimus, & tradit Specul. de posit. §. 9. nu. 9. de quo aliqua superius in cap. 33.*
- 5 Si verò positionum non detur copia, † Procuratores, & Aduocati non debent esse praesentes, dum eorum clientes respondent, ne verbis, vel nutu aliquo concertato faciant immutare veritatem, *Spec. loc. cit. Mascard. loco pariter citato n. 33. Marant. in suo Speculo in 6. part. in tit. de posit. nu. 15. Iacob. de Aren. de posit. §. 4. n. 6. Vestr. in prax. lib. 5. cap. 14. n. 2. Mancin. de iuram. par. 2. artic. 2. n. 70. Scac. loc. cit. n. 553.*
- 6 Quod tamen duobus declaratur modis, & primò, † licet Procurator, & Aduocatus non possit instruere clientem; nec praesentem stare in eius faciem, ne verbis, vel nutu ad peierandum inducat: permittitur tamen, si positionum non detur copia, ut prope ipsum maneat, ita ut positiones audire possit; ne à Iudice inconsideratè, & ab aduersario consulo cauillosis decipiatur positionibus; & impertinentibus respondere cogatur, *Spec. loc. cit. & sequitur Marant. loco pariter citato, Iacob. de Aren. de position. §. 6. num. 7.* Verum, ut dicit Scacc. *loco citato sub nu. 553.* hodie non videtur necessaria ista circumspèctio, † cum homines sint procliuiores ad negandum, quam ad faciendum: & vtuntur cautela, quam tradit *Specul. in tit. de position. §. 6. versic. sit autem cautus;* vt ille, contra quem producantur positio, si id facere possit saluo sacramento, sit procliuior ad negandum, quam ad confitendum. Et noster Curialis dicere solebat. *Il negare è il fior della ragione.*
- 8 Secundò declaratur, † si mulier, rusticus, vel alia idiota persona sit ille, qui respondere debeat, tunc enim instrui possent à Procuratore, vel Aduocato, ne propter eorum simplicitatem in respondendo decipiantur, *Marant. loc. cit. nu. 16. Grauat. ad Vestr. lib. 5. cap. 14. num. 30. Ahn. in sua praxi, §. 19. cap. 18. limit. 4. num. 4. Menoch. de arbitr. ar. casu 193. num. 4. Carpan. super statut. Mediolan. cap. 83. nu. 16. Mascard. conclus. 1176. nu. 56. Sola ad constitut. Sabaud. in tit. de position. glos. 6.* † Verum supradicta limitatio non multum quadraret in rusticis nostri temporis, vt dicit Grauat. *ad Vestr. loc. cit. nu. 32.* de quibus *Cast. in leg. ex quacumque num. 6. & Tuscus ibidem n. 11. vers. 6. ff. si quis in his vocat. non erit, Mancin. loco supra citato n. 72.* sunt enim ita sagaces, vt potius timendum sit ab ipsis decipi, quam quod decipiantur. Quod ego maximè obseruaui in his, qui non longè distant à Ciuitatibus, & saepe ad Ciuitates accedere solent; hi enim & propriis, ac aliorum malitiis abundante solent.
- 3 *Procuratores etiam volentes non admittuntur ad respondendum positionibus.*
- 4 *Procuratorum responsiones in respondendo positionibus non iurant ponenti, nec nocent principali.*
- 5 *Procuratorum responsiones possunt à principalibus reuocari non docto etiam de errore.*
- 6 *Text. in leg. non solum, ff. de procur. intelligentia.*
- 7 *Procurator etiam in animam propriam debet iurare de calumnia.*
- 8 *Positionibus respondens non calumniat, sed veritatis debet prestare iuramentum.*
- 9 *Text. in cap. 2. de confessis in 6. quid disponat.*
- 10 *Procurator potest cogi ad deponendum in causa, in qua non interuenit; licet habeat mandatum generale ad lites.*
- 11 *Procurator non potest cogi ad ferendum testimonium in causa, in qua est procurator; prout non potest cogi principalis.*
- 12 *Cancerius reprobatur, dum dicit, Procuratores posse cogi ad respondendum positionibus in animam propriam.*
- 13 *Procuratoris confessio facta respondendo positionibus non dicitur facta per modum contentiosa iurisdictionis.*
- 14 *Confessio facta à Procuratore per modum contentiose iurisdictionis nocet principali.*
- 15 *Procuratores regulariter non possunt cogi ad se examinandum in causis eorum principalium, cum non teneantur reuelare secreta causa; quod in aliquibus casibus limitatur, remissiuè.*
- 16 *Procurator potest cogi ad se examinandum de his, quae sciuit antequam fuerit constitutus procurator, si appareat, fuisse constitutum in fraudem.*

Procuratores an possint cogi ad respondendum positionibus, saltem in animam propriam.

CAP. LXVII.

1 **A**N Procurator possit cogi ad respondendam positionibus super his, de quibus potest esse informatus, saltem in animam propriam, est questio inter Doctores, quam habui in facto in Alono Vibini Collegio. Et pro parte affirmatiua adducebatur text. in *leg. non solum, ff. de procurat. vbi scribentes text. in cap. 2. de iur. calum. in 6. & in cap. 2. de confess. in 6. Afflic. decis. 92. Pat. decis. 294. & expressè voluit Cancer. variat. resolut. par. 2. in tit. de procuratorib. cap. 14. num. 3. qui dicit text. in *dist. leg. non solum id ad litteram probare:* & adducunt simile de Procuratore, qui potest cogi ad testificandum; ergo etiam ad respondendum positionibus cogi poterit, cum positiones sint loco probationum, *Salust. in praxi cap. 13. n. 17. lib. 2.**

Verum contrarium est absolute firmandum: Procuratorem nempe non posse cogi ad respondendum positionibus, cum id ad ipsos principales spectet, quod ex pluribus comprobari posset, de quibus supra in cap. 65.

3 Et primò, † Procuratores etiam volentes non admittuntur ad respondendum positionibus, *Olasc. decis. 113. num. 2. & seqq. in calce operis decis. 22. Carpan. super statut. Mediol. cap. 83. num. 55. Mascard. conclus. 1176. num. 48. Cauagn. super Decret. Mont. Ferrat. Decret. 12. §. 2. Thefaur. decis. 17. in princ. in calce operis decis. 9. Rot. decis. 779. sub num. 3. recent. par. 2. in calce operis decis. 7. plures alios citati in *dist. cap. 65.* vbi de rationibus latè videri potest. Si igitur Procuratores, etiam volentes, non admittuntur ad respondendum positionibus, tanto minus cogi poterunt.*

Secundò, ad quid volumus cogere Procuratorem ad respon-

S Y M M A R I V M.

- 1 *Procuratores an possint cogi ad respondendum positionibus in animam propriam, & qua pro parte affirmatiua à multis considerentur, num. 2.*

4 ad respondendum positionibus, si eius respon-  
siones non iurant ponenti, nec nocent principali, Se-  
bast. Medic. decis. March. 29. num. 11. in calce operis decis. 83.  
Paris. conf. 47. nu. 92. lib. 1. Hond. conf. 66. nu. 72. lib. 1. Rot. in  
alleg. decis. 779. num. 7. & docent plures à me citati in d.  
cap. 65. nu. 6. alij videri poterunt in decis. Rot. Colleg. Urbini  
nu. 10. 11. & 12. in calce operis decis. 81.

5 Tertio, si non debent frustratorie cogi ad respon-  
dendum positionibus, quia si aliquid asserunt con-  
tra eorum principales, statim ipsi illas confessiones  
reuocare possent, non docto etiam de errore, Gra-  
tiani. discept. forens. cap. 468. num. 82. Thomat. in dict. decis.  
March. 76. nu. 8. in calce operis decis. 73. alios adduxi in dict.  
cap. 65. num. 8. plures citantur in dict. decis. Rota Collegial.  
Urbini 81. num. 12.

6 Non obstant modo, quæ in contrariam adduce-  
bantur, si & primo text. in dict. leg. non solum, ff. de Pro-  
curat. quem ad litteram eius opinionem probare dice-  
bat, Cancet. loco supra citato; primo non loquitur  
de positionibus: imò habet quatuordecim intelle-  
ctus: & Bart. nu. 6. ipsum intelligit solum de Procu-  
ratore necessario, qui ex legis dispositione tenetur  
defendere, vt patet respectu filij, dominus respectu  
securi, quem intellectum, vt ultimo loco allatum,  
Bart. sequi censendum est: vnde contrarium dicen-  
dum erit in simplici Procuratore, qui solum eius  
præstat Ministerium, secundum distinctionem Bald.  
ibid. num. 5.

7 Text. in cap. 2. de iur. calum. in 6. ad rem non confert:  
si licet enim Procurator etiam in animam propriam  
debeat iurare de calumnia: id tamen euenit, quia &  
ipse patrocinando calumniare potest, sed ex hoc non  
infertur, vt debeat etiam respondere positionibus,  
8 si cum respondens positionibus non calumnia, sed  
veritatis iuramentum præstare debeat, Curt. de posi-  
tionib. nu. 51. Pacian. de probation. lib. 1. cap. 21. nu. 11. Rimin.  
Iun. conf. 491. nu. 20. Mascard. conclus. 1776. Gratian. discept.  
forens. cap. 105. n. 5. & alij passim.

9 Text. in cap. 2. de confess. in 6. declarat solum, si quid  
operetur contumacia in non respondendo positi-  
onibus; & dicit, quod si principalis, vel procurator  
fuerint contumaces in respondendo positionibus  
post iussum iudicis, habentur pro confessis: In cali-  
bas nempe, in quibus principalis, vel Procurator te-  
nentur respondere positionibus. Sed hinc non se-  
quitur, quod Procuratores absolute in animam pro-  
prium teneantur respondere absque speciali manda-  
to, & tenente principali.

10 Afflict. in decis. 92. dicit, si quod licet Procurator  
non possit cogi ad deponendum in causa sui prin-  
cipalis, potest tamen cogi ad deponendum in causa,  
in qua non interuenit, licet habeat mandatum ge-  
nerale ad lites: & sic nihil ad propositum; cum no-  
stra conclusio procedat à Procuratore interuenien-  
te in causa, in qua non potest cogi ad responden-  
dum positionibus.

11 Puteus in dict. decis. 294. nu. 3. querit, si an Procurator  
cogi possit ad ferendum testimonium in causa, in  
qua est Procurator, & decidit non posse cogi, quem-  
admodum non potest cogi principalis, qui solum te-  
netur respondere positionibus: hoc est quemadmo-  
dum principalis non potest cogi ad ferendum testi-  
monium in causa propria, cum teneatur solum re-  
spondere positionibus; ita etiam Procurator non po-  
test cogi ad ferendum testimonium in causa sui prin-  
cipalis; non autem, quod Procurator teneatur re-  
spondere positionibus, quemadmodum ipse prin-  
cipalis tenetur; de quo in illa decisione non disputa-

barur; & circa hoc propterea nihil allegat.

12 Cancetium vero id asserere fateor; de quo tamen  
parum curandum existimo: primo, quia repugnant  
rationes supra allatæ: secundo, quia fundat se in dicta  
leg. non solum, quæ hoc non probat, vt supra dictum  
fuit num. 6. Et mouetur ex falsa ratione, dum dicit;

13 si confessionem Procuratoris nocere posse, cum di-  
catur facta in vim contentiosæ iurisdictionis; quod  
est contra id, quod dicit Rota in dict. decis. 779. n. 2. & 3.  
& dictum fuit superius in cap. 65. n. 6. Nec aliquam au-  
thoritatem allegat in terminis propositæ questionis.  
Doctores enim, quos citat num. 1. & 2. dicunt solum

14 si confessionem Procuratoris factam per modum  
contentiosæ iurisdictionis nocere principali; sed ta-  
lem esse confessionem Procuratoris factam respon-  
dendo positionibus, omnino negatur. Præterea id  
posset fortan procedere, si Procurator respondisset,  
sed hinc non sequitur, quod possit cogi tenente præ-  
cipue principali, vt in terminis nostræ questionis.

Nec argumentum Salustij concludit, Procu-  
ratorem posse cogi quandoque ad se examinandum: nam  
15 primo regula est in contrarium, si cum non teneatur  
secreta causæ reuelare, Mascard. conclus. 66. nu. 9. versu.  
imò isto casu, & docent plures alij, quos citat Farinac.  
de testibus quest. 60. n. 223. quod solum res recipit limi-  
tationes, de quibus per Farinac. loc. cit. nu. 226. & seqq.

16 Et quod dicit Salust. si posse cogi ad testificandum de  
his, quæ scire potuit, antequam fuerit constitutus  
Procurator, procedit, quando apparet, fuisse con-  
stitutum Procuratorem in fraudem; & ad hoc ne  
posset cogi ad testificandum de his, quæ potuit scire  
antequam fuerit constitutus Procurator, vt per Fa-  
rin. loc. cit. n. 226. præterea est diuersa ratio inter exa-  
men, quod facere posset Procurator de re, quam ipse  
sciuit, antequam fuerit constitutus Procurator: &  
responsiones ad positiones, quibus solum prin-  
cipales respondere tenentur, non autem Procuratores  
per rationes supra allatas: Et quod Procuratores non  
possint examinari; nec cogi ad respondendum positi-  
onibus generaliter concludit Rota in decis. 62. inter  
posthum. Farin. par. 1. in calce operis decis. 71.

## S V M M A R I V M.

- 1 Infantes qui sint.
- 2 Infantes non possunt cogi ad respondendum positionibus, nec ad ferendum testimonium.
- 3 Tutor infantis non potest cogi ad respondendum positionibus, declaratur num. 5.
- 4 Curator fixiosus non potest cogi ad respondendum positionibus.
- 6 Tutor qui non potest cogi ad respondendum positionibus, an si respondeat præiudicat pupillo.
- 7 Confessio Procuratoris facta per modum voluntariæ iurisdictionis præiudicat aliis concurrentibus.
- 8 Confessio tutoris infantis, qui non potest cogi ad respondendum, an dicatur facta per modum contentiosæ iurisdictionis.
- 9 Confessio, qua sit nullo iure cogente, dicitur facta per modum voluntariæ iurisdictionis.
- 10 Impuberes qui sint.
- 11 Impuberes an teneantur respondere positionibus, est distin-  
ctio.
- 12 Pubertati proximi qui sint, relinquuntur arbitrio iudicis.
- 13 Impubes an teneatur respondere positionibus, discutitur cum ipso tutore.
- 14 Impubes quando positionibus respondere debeat, an tutoris auctoritas sit necessaria.

- 15 Tutoris auctoritas in impubere respondente positionibus, an sit necessaria ad hoc, ut respondeat; vel ad hoc, ut sic respondeat.
- 16 Tutor non debet instruere impubere ad negandum.
- 17 Pubes, si non habeat curatorem, potest validè respondere positionibus: si vero curatorem habeat, eius auctoritas est necessaria, num. 18.
- 19 Tutoris, vel curatoris confessio, in respondendo positionibus minoribus non praeiudicat, & de rationibus numero sequenti.
- 20 Tutores, ac curatores non tenentur respondere positionibus, in causis minorum.
- 21 Administratoris confessio non solet praeiudicare principali.
- 22 Rector Ecclesiae, & Praelatus respondendo positionibus non praeiudicant eorum Ecclesiae: nisi respectu proprii interesse, num. 23.
- 24 Sindici Communitatum debent respondere positionibus, & eorum responsiones Vniuersitati praeiudicant, nu. 25.
- 26 Sindici Confraternitatum debent respondere positionibus.
- 27 Sindici Monasteriorum, & Monialium non tenentur respondere positionibus: sed ipsi Monachi, & Moniales sunt interrogandi: reprobata opinione, quod Sindici teneantur respondere absque iuramento, nu. 28.

Minor, Tutor, Curator, Rectores Ecclesiarum, Sindici Vniuersitatum, Confraternitatum, & Monasteriorum, an teneantur respondere positionibus.

### CAP. LXVIII.

**M**inores an teneantur respondere positionibus, non potest ita genericè quæri: sed cum hac distinctione. Quod aut sunt infantes, aut impuberes, aut puberes. † Infantes sunt, qui septimum non

- excedunt annum, leg. 1. §. sufficit, ff. de administr. tut. leg. ff. infanti, §. vltim. C. de iur. deliberandi, vbi Bart. Bald. Iaf. cæterique scribentes, gl. in leg. infanem, ff. de adoption. Post. in §. minorem Instit. de adoption. Covar. de spons. par. 1. cap. 2. nu. 2. Menoch. de arbitr. casu 57. nu. 9. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 7. num. 719. & istos non posse cogi ad respondendum positionibus † non est dubium, cum non dicantur doli capaces, nec præsumentur intelligere, quid agant. Scacc. loc. citat. num. 713. ac propterea non possunt nec etiam testimonium ferre, Farin. ac. de test. quest. 52. num. 5. † & quemadmodum infans cogi non potest ad respondendum positionibus, ita nec eius tutor, prout etiam nec † Curator furiosi, cum nec furiosus, cuius curam gerit, cogi valeat, Ludou. decis. Lucens. 41. num. 5. & seqq. † nisi tamen causa esset connexa, tam respectu interesse curatoris, quam pupilli, tunc enim posset cogi, & eius confessio veniret ad comprobendam veritatem, etiam respectu alterius, Seraph. decis. 415. nu. 6.
- 6 Sed quid si tutor, vel curator, † qui non possent cogi ad respondendum positionibus, de facto responderent, an eorum responsiones praeiudicarent pupillo, Rot. Genuens. decis. 110. nu. 2. tenet praeiudicare, & de responsione tutoris, Socin. cons. 57. nu. 10. lib. 4. & sequitur Rot. decis. 334. nu. 4. recent. par. 1. qua est in calce operis decis. diceretur enim confessio emanata per modum contentiosæ iurisdictionis, vt in dict. decis. Gen. qua solet praeiudicare, quousque non doceatur de errore, Bart. in leg. certum, §. sed an & ipsos nu. 1. in fin. & num. 2. ff. de confess. & docet Rot. in dict. decis. 334. nu. 5.

- 7 † Imò etiam confessio facta per modum voluntariæ iurisdictionis, aliis concurrentibus adminiculis praeiudicat, vt per Rot. loc. cit. num. 2. & 3. qua id exemplis declarat. Verum, † quod confessio tutoris, qui nullo modo poterat cogi ad respondendum positionibus, dicatur facta per modum contentiosæ iurisdictionis, est contra id, quod docet Rot. in decis. 779. nu. 2. recent. par. 2. in calce operis decis. 7. Quæ dicit, † confessionem illam, quæ fit nullo iure cogente, dici factam per modum voluntariæ iurisdictionis: de quo supra in cap. 65. nu. 6. quod fateri videtur etiam Rot. in dict. decis. 334. sub nu. 5. dum dicit, id deferri posse saltem pro magno adminiculo: & sic non plene probare.
- 10 Impuberes sunt ab anno septimo completo, vsque ad annum decimum quartum: & an isti teneantur respondere positionibus est distinctio. Quod, † aut sunt doli capaces, itaut possint dici pubertati proximi, & tenentur respondere, gl. in can. periculi 22. quest. 5. Bart. in leg. 2. §. quod obseruari n. 12. C. de iur. calum. & probat text. in leg. excipiuntur ad Senat. Consult. Syllan. & in §. penult. vltim. de obligat. qua ex delict. nascunt. conferunt tradita per Farin. de test. quest. 52. nu. 15. Si verò non sunt doli capaces, nec proximi pubertati, sed potius infantia: & tunc de ipsis dicendum est, prout de infantibus, Scacc. loco citato num. 229. † Impubes autem quando dicatur doli capax, & proximus pubertati, relinquitur arbitrio iudicis, Menoch. de arbitr. casu 57. nu. 44. qui plura animaduertere deberet, de quibus per ipsum.

Sed an sit necessaria hoc casu tutoris presentia, & auctoritas est controuersia inter Doctores: Sed primò animaduertendum est, in hoc omnes conuenire,

- 13 † vt iudicium discussionis, an impubes debeat respondere positionibus, fieri debeat cum ipso tutore: & est ratio, quia hæc est discussio iuris, in qua impubes posset damnificari, cum multi considerari possint casus, vt impubes etiã doli capax non esset obligatus respondere positionibus, vt si essent impertinentes, implicitæ, & de rebus, quæ ad notitiam impubere deuenire non potuissent: vel haberent alios defectus, de quibus supra suis locis, in quo ne pupillus remaneat indefensus, necessaria est tutoris presentia, seu citatio, in quo Bart. Bald. cæterique scribentes sunt concordēs, vt per Scacc. in dict. cap. 7. num. 734.
- 14 Sed facta declaratione, quod pupillus respondere sit obligatus, † tutorem in actu responsionis debere eius interponere auctoritatem omnes pariter concorditer dicunt. Solum est differentia inter Bart. & Bald. † an auctoritas tutoris sit necessaria circa formam responsionis, nempe, vt impubes cum auctoritate tutoris respondeat sic, & sic: Bart. enim tenet, in hoc tutoris auctoritatem non esse necessariam; sed sufficere, vt tutor eius interponat auctoritatem, quod pupillus respondeat, Bald. verò existimat, tutorem non solum consentire debere, vt pupillus respondeat, sed etiam, vt sic respondeat: Et rationem esse dicit, ne impubes propter eius imbecillitatem damnificetur: eandem Bald. sententiam sequitur Salyc. in dict. §. quod obseruari, vers. quæro an minor n. 7. nec videtur dissentire Scacc. loco citato n. 734. vers. sed Bald. & numeri seqq. † Licet tutor instruere non debeat impubere ad negandum, Ludou. in dict. decis. 41. nu. 7. & seqq. & sequitur Neuz. in cons. 17. n. 79.
- 17 Si verò sit pubes, ita vt excedat annum 14. & careat curatore, potest validè respondere, & eius responsio ipso iure tenet, Spec. in tit. de confess. §. sequitur; vbi dicit, † quod pubes ex eius confessione remaneat obligatus;

obligatus, licet si fuerit læsus in integrum restitui possit. † Si verò Curatorem habeat, eius auctoritas in respondendo positionibus est necessaria, vt per Scacc. loc. cit. nu. 738. Et adhibita tutoris, vel curatoris auctoritate, tam confessio impuberis pubertati proximi, quam puberis probat, & præiudicat, vt per Scacc. & Doctores, quos allegat loc. cit. n. 743. & seqq.

19 Tutoris verò, vel curatoris confessio an præiudicet minoribus, si quærat, generalis est constituenda regula, non præiudicare: & est ratio, † quia tutor, & curator non tenentur respondere positionibus: nam si sit tutor infantis, quemadmodum infans non tenetur respondere positionibus, ita etiam nec eius tutor, vt supra dictum fuit. Si verò sumus in impubere pubertati proximo, vel in pubere, cum reneantur ipsimet respondere, saltem cum auctoritate tutoris, vel curatoris; non poterunt insuper cogi eorum tutores, vel curatores: ac propterea eorum responsiones semper dici possent, emanasse per modum voluntariæ iurisdictionis, & sic non præiudicare, leg. Lucius. ff. de administ. tut. vbi Bart. Rota dict. decis. 334. n. 1. & sub n. 3. quod tamen limitat alijs adminiculis concurrentibus, vt in dicta decisione.

21 Et eadem ratione † confessio administratoris non solet præiudicare, leg. certum, §. sed an ipsos, ff. de confess. licet & ipsa iuuetur coniecturis, Ruin. cons. 142. nu. 4. lib. 1. Nat. cons. 547. sub nu. 24. Rot. loco citato num. 3. quæ loquitur etiam in legitimo administratore à lege constituto, vt est pater.

22 Prout etiam † nec Rector Ecclesiæ, vel Prelatus præiudicare possunt eorum Ecclesiis, cap. presentium de test. Afflic. decis. 168. nu. 4. Rota loco citato nu. 2. † licet secus sit, respectu proprii interesse, respectu cuius essent obligati respondere positionibus; & eorum responsiones ipsi nocerent.

24 Syndicus verò communis, † positionibus bene respondere potest, vt probat text. in cap. presentium de testib. in 6. Beth. in verbo positionibus responsio versic. 28. cum enim Vniuersitas non habeat personam, admittitur Syndicus, qui Vniuersitatem repræsentat: ac propterea quando lis est cum aliqua Vniuersitate, monendus est Syndicus, vt venire debeat ad respondendum positionibus, Crau. consil. 330. num. 10. Surd in cons. 360. sub nu. 1. in fin. † & eius responsiones Vniuersitati nocerent, Alex. cons. 68. num. 10. lib. 2. quem refert, & sequitur Dec. cons. 221. num. 2. & 3. & cons. 297. num. 6. Nat. cons. 142. nu. 21. quos sequitur Olasc. decis. 39. nu. 36. qui subdit, id sine difficultate procedere, si Syndicus fuit à Communitate constitutus, tanquam de illa lite informatus.

26 Et ex eadem ratione, † idem dicendum esset in Syndicis Confraternitatum, & alijs similibus Ministris, qui ipsas Confraternitates repræsentarent, vt sæpè obseruatum vidi.

27 Contrarium tamen † esset asserendum in Syndicis Monasteriorum, & Monialium: & est ratio, quia non repræsentant ipsas Moniales, nec ipsos Monachos, sed solum eorum bonorum sunt in aliquibus casibus Administratores, ac ideo ipsæ Moniales, & ipsi Monachi essent interrogandi, vt quandoque obseruatum vidi, ad quod conferunt tradita per Scacc. in dict. cap. 7. num. 74. & seqq. Nec placet mihi distinctio,

28 quam facere videtur Scacc. loco citato, † quod Syndici respondere teneantur, absque tamen iuramento: nam aut sunt obligati respondere positionibus, aut non: si sunt obligati, necessarium erit iuramentum, cum respondens positionibus iurate debeat; si verò non sunt obligati, nec cum iuramento, nec absque

iuramento respondere debeant.

## S V M M A R I V M.

- 1 Absens si fuerit reus, debent mitti litteræ remissoriales Ordinario loci pro consequendo responsionibus.
- 2 Litteræ remissoriales pro consequendo responsionibus absentis, cuius expensis fieri debeant: vbi tres recensentur optiones, & ponitur distinctio nu. 9. & 10.
- 3 Nuncius, si debeat mitti ad recipiendum iuramentum calumnie ab absente, expensis absentis mitti debet.
- 4 Nobilitum responsiones, qui non tenentur accedere ad iudicem, cuius expensis fieri debent, & nu. 13.
- 5 Expensa necessaria in aliquo actu debent fieri ab eo, qui potest actum fieri, & nu. 6.
- 7 Expensa necessaria in aliquo actu debent fieri ab eo, ad cuius commodum cedit actus.
- 8 Iuramentum calumnie præstandum absenti, debet præstari communibus expensis, si absentia sit iniusta.
- 11 Absentia an sit iniusta, vel iniusta, Iudicij arbitrio relinquuntur.
- 12 Responsiones absentis quod debeant procurari communibus expensis, reprobatur, & nu. 14. & 15.
- 13 Responsiones nobilitum quod debeant procurari communibus expensis, reprobatur, & nu. 15.
- 16 Notarius debet accedere ad Dominum personarum egregiarum pro habendis responsionibus, & qua sint ista egregia persone in proposito, ibid.
- 17 Procurator an, & quando possit petere terminum ad certiorandum principalem, & nu. 18.
- 19 Procurator an sit admittendum ad respondendum positionibus pro absente: & quid si ponens consentiat, nu. 20.
- 21 Procurator ad respondendum positionibus pro absente admittitur, si habeat specialissimum mandatum ad respondendum sic, & sic: & quid si statutum dicat, vt principali debeat personaliter respondere, num. 22. & 24. quod in locis, vbi positionum datur copia, bene verificari potest, num. 23.
- 25 Procurator in rem suam an possit respondere positionibus,
- 26 Procurator potest respondere positionibus pro absente, si ignoretur vbi sit principalis, sed si redeat poterit cogi ad respondendum, nu. 27. qui non doctus etiam de errore poterit se integra reuocare confessionem procuratoris n. 28.

Si reus fuerit absens, à quo, & cuius expensis debeant procurari responsiones: & an hoc casu admittantur procuratores, ad respondendum.

## CAP. LXIX.

**P** Rincipalem positionibus respondere debere, nec Procuratorem absque specialissimo mandato esse admittendum, diximus supra in cap. 65. quid modo si reus sit absens, & actor petat per principale responderi: omnes in hoc conueniunt, † Iudicem causæ litteras Ordinario loci vbi reperitur reus, directas concedere debere, ad hoc, vt ab ipso responsiones recipiat, easque remittat: Et si in loco Iudicij positionum copia detur, debet in litteris ordinare, vt reo ante responsiones fiat positionum copia, si verò dati non solet; quod super positionibus transmissis interrogetur reus; in quo stylus loci obseruari debet, vbi causa agitur, vt dixi in cap. 35. † Sed cuius expensis id fieri debeat est difficultas, & contentio inter Doctores: multi teneant, id fieri debere expensis absentis, vt per Doctores, quos citat Scacc. de

*Judic. lib. 2. cap. 7. nu. 574.* Alij volunt, imò expensis peccantis id fieri debere. Alij demum expensis communibus. Alias opiniones recensent Rot. Collegialis Urbini in calce operis *decif. 24.* quibus respondet, & allegat hunc meum tractatum secundum primam impressionem.

3 Pro prima opinione adducitur, quod dixit Bart. in *leg. 2. §. defendi. ff. quib. ex caus. in poss. aut. in fin.* quod si debeat mitti nuncius absenti ad iurandum de calumnia, vel ad respondendum, expensis absentis id fieri debet, & sequitur Menoch. *de arbitr. casu 228. n. 1.*

4 Secundò adducitur, quod dixit Capelli Tholof. *quest. 100. in calce operis decif. 12.* † quod si fiant positiones contra absentem, qui propter eius nobilitatem, non teneatur accedere ad iudicium, debent procurari responsiones expensis debentis respondere: quia si eius non fuisset nobilitas, ad iudicium accedere debuisset: ne igitur eius nobilitas aliis noceat, responsiones debent procurari expensis nobilis ad iudicium venire recusantis, ut in *dicl. quest. 100.* & pari ratione debent procurari expensis absentis, qui ob eius absentiam ad iudicium non accedit.

5 Pro secunda opinione adduci solet generalis doctrina Bald. in *leg. generaliter. §. hñ de presentibus. C. de reb. credit. nu. 5.* & docet Domin. de S. Gemin. in *cap. presentium de test. in 6.* † quod expensæ actus debent fieri ab eo, qui petit illum actum fieri, *l. cum sepe. C. de erog. milit. an. at actor est, qui petit, ut absens respondeat, ergo eius expensis id fieri debet.*

7 Præterea responsiones concernunt vilitatem, & commodum illius, qui eas petit: nam actor suam debet probare intentionem, † & positiones sunt inuentæ ad hoc, ut actor releuetur ab onere probandi; si igitur responsiones concernunt commodum ponentis, propriis eius expensis eas procurare debet: plura alia similia, de eo, qui aliquid petit, quod proprium concernat fauorem, refert Boer. *quest. 303.* & sequitur Menoch. *dicl. casu 228.*

Tertia opinio habet pro fundamento doctrinam Specul. in *tit. de iur. calum. §. 3. in fin.* qui loquens de iuramento calumnie absenti præstando, existimat, † quod si absentia sit iusta, vel ratione dignitatis, vel sexus, vel infirmitatis, debent præstari expensis communibus, & hanc Specul. doctrinam approbat Capell. Tholof. *quest. 274.*

9 Ego in hac difficultate existimo, etiam iure communi inspecto, verissimam esse distinctionem, quam facit Decretum olim Serenissimi Urbini, † quod aut reus erat absens tempore cæpti iudicij, & responsiones debent procurari expensis illius, qui eas petit, tum quia actus debent explicari expensis illius, qui illum actum fieri petit: tum etiam, quia responsiones respiciunt commodum ponentis; ut supra dictum fuit pro secunda opinione.

10 Si verò ignis se absentauerit post cæptum iudiciū, & tunc ipsius expensis debent procurari responsiones, secundum ea, quæ dicta fuerunt circa primam opinionem: ne detur anfa reo; vel actori se absentando, alterum decipiendi, ac priuandi hoc commoda positionum; & in his terminis optimè procedunt tradita per Benint. *decif. 24. per tot.* † & hoc casu multum iudicis arbitrio esset tribuendum, in dignoscenda absentia legitima ab illegitima, necessaria à procurata, secundum ea, quæ tradit Menoch. *dicl. cas. 228. num. 2.*

12 Nec obstant, quæ dicta fuere pro tertia opinione, † quod expensis communibus procurari debeant responsiones: nam aut absentia est legitima, ita ut

nullo modo colposa iudicari possit; prout est absentia ante cæptum iudicium: nec debet absens in aliqua expensatum parte grauari, uti fæcè absque vlla eius culpa, & ad commodum solum aduersarij. Nec minus pato verum, † quod dicitur de eo, qui ob eius nobilitatem, non cogitur venire ad iudicium: ita ut responsiones fieri debeant expensis nobilis respondere debentis, ne eius nobilitas alteri sit damnosa, Capell. Tholof. in *dicl. quest. 100.* Menoch. in *dicl. casu 228. num. 12.* vel saltem expensis communibus, ut per Specul. *locis supra citatis num. 8.* quem sequitur Capell. Tholof. in hoc sibi contraria in *dicl. quest. 274.* † ex quo inferunt ad absentiam, quæ pari ratione ponenti aliquid non debet asserre præiudicium, quasi quod ille expensæ fiant culpa ipsius nobilis ob eius nobilitatem, & culpa ipsius absentis, ob eius absentiam, † Responderet enim, nec nobilitatem, nec absentiam aliquo modo in consideratione haberi posse in præiudicium nobilis, vel absentis: nobilitas enim ipsum liberat à comparando personaliter, † cum Notarius debeat accedere ad Domum egregiatum personarum pro habendis responsionibus, *leg. ad personam egregiam de iure iur.* Menoch. *de arbitr. casu 70. num. 1.* qui inter egregias personas nominat Cardinales, Episcopos, Auditores Rotæ, Doctores, & Presbyteros: & egregias personas æquiparat mulieres, & matronas honestas: quibus Gratian. *discept. forens. cap. 161. nu. 1.* addit Comites, Oratores Principum, & nobiles, cum nobilitas faciat personam egregiam, Farinac. *de test. quest. 77. nu. 209.* & hoc priuilegium, ne quis accedere debeat ad iudicem, dicit Gratian. *loco citato nu. 2.* competere mulieribus prægantibus, Presbyteris, Senibus, Doctoribus, Aduocatis, Episcopis, pauperibus, nobilibus, infirmis, valetudinariis, militibus, de quibus Farinac. *dicl. quest. 77. à nu. 204. vsque ad nu. 244.* Et cum nec minus sit conueniens, iudicem accedere ad domum omnium supradictorum, debet mittere Notarium, Farinac. *loco citato num. 237.* vel alium substituit, ut per Gratian. *loco pariter citato nu. 3. & seqq.* Ac ideo si nobilis non accedit ad iudicem, id non euenit aliqua eius culpa, sed ob priuilegium nobilitatis à lege concessum: ac ideo non debet aliquod damnum sentire ex eo, quod facit lege permittente. Absentiam vero præsupponimus fuisse legitimam, non culpofam, nec procuratam, cur igitur volumus, quod absens ob eius necessariam absentiam, hoc damnum absque vlla eius culpa sentiat? & diuersa est ratio in eo, qui se absentauerit cæpto iam iudicio, cum in eo cadere possit suspicio, ne id appensatè, & consulto fecerit. Considerant etiam aliqui, ipsi imputari posse, quod Procurator em instructum non dimiserit; quibus tamen non assentio, non poterat enim præuidere, quas positiones, & cuius tenoris esset actor facturus.

Ad propositum supradictæ distinctionis facit, 17 quod dicit Bart. in *leg. non solum n. 2. ff. de Procur.* † ubi in simili quærens, an Procurator possit petere terminum ad certiorandum principalem, distinguit, aut fuit nominatim à principio citatus dominus, & non potest petere aliquam dilationem, secus verò si non fuerit dominus à principio citatus, vel generaliter absque expressione causæ.

Primum tamen caput distinctionis Bart. venit 18 mirandum, † si nouus sit articulus, super quo debeat responderi, quem præuidere non potuerit principalis, ut per Mascard. *conclus. 176. sub n. 57.*

19 Sed ponamus, † quod pro absente velit respondere Procurator, an sit admittendus: & inuito actore certum



certum est, non admitti cum principalis, ut melius instructus respondere debeat, Bart. in leg. qui bona, §. si alieno, ff. de damno infecto, & in leg. non solum, §. 1. ff. de Procur. & dictum fuit superius in cap. 65.

20 Quæ conclusio limitatur primò, si ponens velit esse contentus responsionibus Procuratoris, ut si fuerit citatus ad respondendum, quo casu diceretur approbatus, Burar. decis. 322. n. 7. posset enim tunc respondere; licet non cogi, ut diximus supra in cap. 67.

21 Secundò limitatur, si Procurator habeat specialissimum mandatum ad respondendum sic, & sic, & ad iurandum in animum ipsius principalis, tunc enim ipse dominus videretur iurare, & respondere tanquam per organum, leg. qui autem in fin. & leg. seq. ff. de constit. pessim. cap. presentium de testib. in 6. Bart. in dict. §. si alieno nu. 15. cuius doctrinam esse communiter receptam dixit Olasc. decis. 113. num. 1. in calce operis decis. 22. Bertaz. in verbo positionibus responsio nu. 30. Neuz. conf. 7. nu. 13. & dictum fuit supra in cap. 65. nu. 14. & 16. & licet

22 Olasc. id limitare videatur, si statutum adsit, ut personaliter debeat responderi: tamen ipse non loquitur in Procuratore habente speciale mandatum ad respondendum singulis positionibus sic, & sic, sed solum in Procuratore habente mandatum ad respondendum positionibus, & iurandum de calumnia, quod non sufficere, dixit Neuz. loco supra citato, & diximus supra in dict. cap. 65. nu. 13. 14. & 18.

23 Quæ limitatio si bene posset verificari in locis, ubi positionum datur copia; aliter enim non posset facere mandatum ad respondendum singulis positionibus sic, & sic, hoc est primæ sic, secundæ sic, cum ipsas non viderit: & in istis terminis procedunt tradita per Neuz. & Olasc. loc. cit. si non autem, si data positionum copia, fuerit factum specialissimum mandatum ad sic respondendum singulis positionibus: tunc enim diceretur, principalem respondisse; & satisfactum esset, statuto disponente, principalem respondere debere; etiam si diceretur personaliter, nulla enim alia ratione videntur statuentes moti, ad disponendum, ut personaliter debeat responderi, nisi ut ipse principalis, uti de facto informatus, respondeat, quod optimè verificatur, quando non simpliciter facit mandatum ad respondendum positionibus, sed insuper addit formam ipsarum responsionum, quæ singulis positionibus fieri debent, quod specialissimum appellant; quo casu cessant, quæ considerat Gargiar. patroc. 96. principalem respondere debere, uti magis instructum, cum enim ipse principalis responsionum formam in mandato ponat, ipse est, qui verè responderet: & per ipsum tradita procedere possent in simplici mandato ad respondendum positionibus: secus si ulterius in mandato essent adnotatæ singulæ responsiones, quicquid ipse dicat de mandato ad respondendum sic, & sic.

24 Tertiò limitant aliqui conclusionem si in Procuratore in rem suam, qui admissas potest respondere positionibus, ut per Bart. in leg. non solum n. 3. ff. de Procurator. & videtur sentire Malcard. dict. conclusio 176. n. 52. Verum ratio, in qua se fundant, quod Procuratores in rem suam possunt iurare de calumnia, nullo modo concludit, cum in respondente positionibus aliud requiratur iuramentum, quod dicitur veritatis, licet fiat per verbum credere, ut dictum fuit in cap. 40. & alibi sæpè.

25 Quartò limitatur, si reus sit in longinquis partibus, ita ut non possint transmitti literæ remissoriales, vel ignoretur ubi reperitur; quod in militibus in bello existentibus bene verificari posset: qua in re

tres Doctorum opiniones adducuntur à Thezaur. i. decis. 17. nu. 4. qui tamen in illa residet, ut Procurator ab absente relictus admittatur ad respondendum positionibus, quæ rationabilior est, quam sit alia opinio, ut debeat dari curator ad illum actum: quomodo enim credere possumus, illum curatorem esse magis informatum, quam sit Procurator ab ipso met principali constitutus? de quo supra in cap. 6. Bene verum est, si quod si post datas à Procuratore responsiones rediret principalis, ut melius instructus, posset ipse cogi ad respondendum, Neuz. conf. 7. nu. 13. & 28 seqq. Mancin. de iuram. par. 2. artic. 2. si tunc si Procurator aliquas dedisset responsiones, principali damnatas, ipsas, re integra; non docto etiam de errore reuocare posset, iuxta ea, quæ dicta fuerunt superius in cap. 65. nu. 11. & alibi sæpè.

## S Y M M A R I U M.

1. Litem non contestatur per responsiones factas positionibus, & de ratione num. 2. quod tamen limitatur, si insuper positiones habeant annexam petitionem, ut nu. 3.

## Respondendo positionibus an contestetur lis.

## CAP. LXX.

1. QVærun nonnulli ex nostris, an per responsionem factam positionibus contestetur lis; si & communiter responderi, litem non contestati, ut videre est apud Specul. de litem contestat. §. 2. nu. 31. Iacob. de Aren. de position. nu. 21. Rob. de position. nu. 30. Marant. in suo Speculo in 6. par. in tit. de positionib. nu. 4. Cauagnin. super Decret. Montis Ferrati. Decret. 11. §. 3. num. 116. Bellam. decis. 675. nu. 3. in calce operis decis. 10. de quo non videtur dubitandum, cum habeamus text. expressum in cap. 3. extr. de mut. petit. ubi hæc ponuntur verba. Cum non per positiones, & responsiones ad eas, sed per petitionem in iure propositam, & responsionem factam contestatio litem fiat. Et hanc dicunt esse differentiam inter libellum, & positiones, cum per responsionem factam libello contestetur lis, secus verò respondendo positionibus; si & rationem assignant, quia libellus habet conclusionem eius, quod petitur, unde per responsionem super illa petitione contestatur lis, leg. 1. C. de litem contestat. positiones verò continent factum tantum, non autem petitiones; ac propterea non potest intelligi contestata lis, non facta petitione, Bald. in leg. 2. §. quod observari nu. 25. Marant. Cauagn. & alij locis citatis; & tradit Gayl. pract. obseru. lib. 1. obseru. 73. nu. 8. & dictum fuit supra in cap. 4. nu. 1.

2. Ex qua ratione Specul. Iacob. de Aren. & Rob. in locis, de quibus supra limitant hanc conclusionem; si positiones contineant non solum factum, sed insuper in ipsis addatur petitio, & sic aduersarium teneri, & obligatum esse ad præstandum, dandum, & sciendum in ipsis contenta, tunc enim positiones duplici funguntur officio, positionum nempe, & petitionis, ut declarat Oldrad. conf. 244. sub num. 1. unde ipsis respondendo lis contestatur, & pluribus in locis producuntur articuli, & positiones loco petitionum; vocanturque propterea petitiones articulatæ; quibus si respondeatur, litem contestari, non est dubium, Cauagn. loco citato nu. 118. ubi testatur de practica Montis Ferrati, solitum esse insertas cum libello dati positiones, & Gayl. lib. 1. pract. obseruat. obseruat. 79. num. 3. pariter de hac consuetudine in camera Imper-

riali testatur: & ego id plures obseruatum vidi in causis in Ciuitate Eugubij agitari; vbi solent similes dari petitiones articulatae. Idque fieri posse, maxime in causis summariis; dicunt Oldrad. *dict. cons. 244. sub n. 1. Marant loco citato n. 4. Cauagu. loco pariter citato, Neurz. conf. 30. nu. 12.* plures alios ad propositum citat Scacc. *de iudic. par. 1. cap. 69. nu. 1.*

Si igitur petitiones proprias non excedant terminos, per responsiones ipsas factas non contestatur lis, secus si contineant petitionem, vel ipsam insertam habeant, vel loco petitionis producantur, vt supra dictum fuit, tunc enim officio petitionis funguntur, Scacc. *locis citatis nu. 15.* & per responsiones ipsas datas, contestatur lis, vt per ipsum *nu. 16.* & docent alij supra citati.

## S V M M A R I V M.

- 1 Restitutio in integrum an concedatur aduersus responsiones datas positionibus, & per totum.
- 2 Restitutio ad hoc, vt maiori concedatur aduersus responsiones datas positionibus, duo requiruntur.
- 3 Læsiō non potest considerari in eo, qui veritatem fatetur.
- 4 Veritatem quilibet fateri debet.
- 5 Restitutio non conceditur dolofo, petiuro, delinquenti.
- 6 Erronea confessio respondendo positionibus non præiudicat, si tamen de errore plene doceatur, *nu. 7.*
- 8 Læsiōnem semiplene minorem probare sufficit, iuncta fragilitate.
- 9 Læsiōnem maioris semiplene probare sufficit, si cum ea concurrat seductio aduersarij: non obstante iuramento.
- 10 Minor restituitur, si ob eius fragilitatem falsam dederit responsionem; probata tamen læsiōne saltem semiplene.
- 11 Læsiō in minore an sit probanda, si ex ipsa responsione constet.
- 12 Minor fatendo fideiurionem non dicitur læsus ex ipsa confessione, sed ex fideiurione præstita.
- 13 Minor fatendo aliquid intempere, an dicatur læsus.
- 14 Minor an dicatur læsus, ex eo, quod falsus fuit, ad quod aduersarius probare non potuisset.
- 15 Restitutio non conceditur maiori aduersus pronunciam, positiones haberi pro confessis: Minori verò conceditur probata læsiōne, *num. 16.*

**An detur restitutio in integrum aduersus confessionem factam in ponendo, aduersus responsionem datam positionibus, & aduersus pronunciam, positiones haberi pro confessis.**

## CAP. LXXI.

**V**Ltimo in hac materia positionum de restitutione in integrum breuiter querendum esse duxi: de quo in tribus casibus dubitari potest. Primo circa confessionem factam in ponendo. Secundo circa responsiones positionibus datas. Demum circa pronunciam, positiones haberi pro confessis.

Sed quia inter primum, & secundum casum, nulla est differentia, vt dixit Odd. *de restitut. in integrum par. 2. quest. 65. artic. 2.* & omnia dicta in vno procedunt in alio, omisso primo videamus de secundo.

Si igitur queratur, ¶ an detur restitutio in integrum aduersus responsionem datam positionibus, sic venit distinguendum, aut factus in maiore, aut in

minore: si in maiore, dicendum est, restitutionem non dari, nisi duobus concurrentibus. ¶ Primo, si probetur ab aduersario fuisse persuasum, vel dolo inductum ad sic respondendum; secundo si probetur in responsione fuisse deceptum, ita docet Bartol. *in leg. 1. ff. de eo per quem facit. erit. quem ref. ff. & sequitur Odd. de restitut. in integr. par. 2. quest. 65. artic. 3. nu. 6.*

In contrarium tamen hæc tolerari instantia: aut iste maior verum falsus fuit, aut falsum, si verum, non potest restitui, ¶ quia nulla potest considerari læsiō, ¶ Quilibet enim vir bonus veritatem fateri debet, *leg. quoties, §. sicut. ff. de administr. tut. leg. non est etiam leg. qui solidum, §. etiam. ff. de leg. 2. leg. 3. C. si aduers. §. si. Si verò falsum, ¶ aut id fecit ex proposito, & vt dolosus petiurus, & delinquens ex proposito restitui non debet, ad text. in *leg. auxilium, ff. de min. leg. de tutela, C. de restitut. in integr. leg. transactione, C. de transact.* Si verò id fecit errore ductus, & probato errore, non est necessaria aliqua restitutio, ¶ quia confessio erronea reuocari potest: vt in terminis de confessione facta respondendo positionibus post Socin. Sen. Corn. & Socin. *in Ludou. decis. Lusens. 44. nu. 55.* & dictum fuit supra *in cap. 64.* Nec dicatur, debet saltem restitui si non probetur error; nam imò non probato errore, cessabit læsiō, & per consequens restitutio, cum etiam minor læsiōnem probare debeat, vt post alios docet Odd. *dict. quest. 65. artic. 3. nu. 30.**

Verum responderetur in duobus primis casibus instantiam currere, in tertio verò esse animaduertendum, quod probato errore non est necessaria aliqua restitutio, cum erronea confessio non præiudicat, vt supra dictum fuit, & clare probati *in dict. capit. 64.* ¶ hoc tamen procedit, si de errore plene doceatur, demonstrando aliter rem se habere, vt dixi *in dict. capit. 64.* Sed quid si de ipso non possit ita perfecte doceri? dices, non constabit de læsiōne, & sic cessabit restitutio. Hoc inficiari oportet: nam probata seductione, læsiōnem semiplene probare sat erit: ¶ quemadmodum enim in minore sufficit probare læsiōnem semiplene, Bald. *in leg. vnica sub nu. 28. C. de confess. Olsac. decis. 87. nu. 10. in calce operis decis. 21.* quem sequitur Odd. *in dict. quest. 65. artic. 3. nu. 36.* iuncta enim cum fragilitate minoris, istam præbet restituendi causam, vt per

Odd. & alios ab ipso allegatos. ¶ Ita etiam in maiore, concurrente seductione, sat erit semiplene læsiōnem probare, illa enim seductio stat loco fragilitatis minoris: imò magis considerabilis videtur seductio in maiore, quam fragilitas in minore, qua læsiōne semiplene probata vnà cum seductione concedenda erit restitutio: etiam non obstante iuramento per rationes, & Doctores, quos Odd. citat *dict. quest. 65. artic. 7. nu. 19. & seqq.* Et sic firma remanet conclusio, restituendum esse maiorem duobus concurrentibus, seductione nempè, & læsiōne saltem semiplene probata.

10 Minor verò restituitur, si ob eius fragilitatem falsam dederit responsionem: quæ fragilitas consideratur à Doctores loco doli aduersarij in seducendo, maiorem, & vltius debet probare læsiōnem, Maur. *de restitut. in integr. cap. 30. in fin. & cap. 291. Alex. consil. 17. 2. nu. 24. lib. 6. Odd. dict. quest. 65. artic. 3. num. 5. & artic. 8. sub num. 30. vers. in contrarium,* quam tamen semiplene probare sufficit Olsac. *dict. decis. 87. num. 10. Odd. dict. artic. 3. num. 36.* quæ læsiō semiplene probata vnà cum fragilitate minorum, sufficiens reputatur ad concedendam restitutionem, non obstante iuramento, vt supra dictum fuit.

Quod tamen diximus de probanda læsiōne, Olsac. *in dict.*

in dict. artic. 2. nu. 31. post Alex. Nat. Ruin. & Gab. in lo-  
 11 ca per ipsam citatis, † limitare videtur, si de læsione  
 continet ex ipsamet responsione: vt si fateatur fidei-  
 iussisse: tunc enim dicitur læsus re ipsa. Verum resp-  
 12 pectū confessionis factæ respondendo positionibus  
 existimo, id prorsus à veritate alienum. † Minor  
 enim hoc casu dicitur læsus re ipsa quando fidei-  
 iussit, non quando fidei iussione factus fuit; vnde de-  
 bet petere restitutionem aduersus fidei iussione factam,  
 non autem aduersus confessionem, cum enim  
 verè fidei iussit, veritatem fateri debebat, maximè  
 cum iuramento, nec potest dici in hoc aliquo mo-  
 do fuisse læsum, quæ læsio, vt supra dictum fuit, est  
 necessaria ad hoc, vt restitutio in integrum conce-  
 datur.

Secundò limitat Odd. loco citato num. 32. Et Innoc.  
 13 in cap. ex litteris de restitut. in integr. † si minor aliquid  
 intempèstivè falsus fuerit; tunc enim nulla alia læ-  
 sionis requiritur probatio, sed sufficit, intempèstivè  
 respondisse. Oddum tamen intelligere oportet, si ex  
 illa intempèstiva responsione oriatur aliqua læsio:  
 cum absque læsione non detur restitutio, vt supra  
 dictum fuit.

14 Tertiò Odd. loc. cit. num. 33. Limitat ex mente non-  
 nullorum, non esse necessariam aliquam læsionis  
 probationem, si verisimiliter, quod minor falsus fuit,  
 probari non potuisset. Quod tamen merito ex plu-  
 ribus reprobatur, & præcipuè quia nulla alia ratione,  
 inuentæ sunt positiones, nisi vt actor liberetur ab

onere probandi: & minor quod verum esse scit,  
 absque periurio negare non potest.

15 De restitutione verò aduersus pronuntiam, posi-  
 tiones haberi pro confessatis, dicendum est primò,  
 maiori non esse aliquam concedendam restitutorio-  
 nem, non potest enim hoc casu considerari dece-  
 ptio, & dolus aduersarij, quem necessarium esse dixi-  
 mus ad hoc, vt maior restitatur in integrum: de-  
 bebatur enim respondere antequam positiones habe-  
 rentur pro confessatis: vnde nec rustico, nec mulie-  
 ri esset concedenda, vt ex pluribus probat Olasc. in  
 dict. artic. 27. & per totam; præcipuè cum similibus pec-  
 sonis non concedatur restitutio, nisi in casibus à iure  
 expressis, Bart. in leg. 1. §. nunciatio num. 35 ff. de non oper.  
 nunciat. possent tamen contrarium probare, vt supra  
 in cap. 49. Si verò maior ostenderet ab aduersario  
 fuisse deceptum, ac seductum ne responderet, pro-  
 bata saltem semiplenè læsione, intraret restitutio,  
 concurrerent enim tunc illa duo requisita, de qui-  
 bus supra.

16 Minori verò concedenda est restitutio, quatenus  
 læsionem probet, saltem semiplenè, & sic fieri con-  
 fessionem, vel esse falsam, vel in contrarium, vt plu-  
 rimum extare veritatem.

Et ex his ad laudem omnipotentis Dei, eiusque  
 Desparæ semper Virginis Mariæ, impositus sic finis  
 recognitioni huius mei tractatus de positionibus die  
 2. Iunij 1647. & sic post 30. annos à die primæ im-  
 pressionis.

F I N I S.





# INDEX RERVM MEMORABILIVM, Quæ in hoc Tractatu continentur.

A



*Abens si fuerit reus, debent mitti littere remissoriales Ordinario loci pro consequendis responsionibus, cap. 69. num. 1.*  
*Absentia an sit iusta, vel iniusta, iudicis arbitrio relinquatur, cap. 69. n. 11.*

*Accusatus de crimine, super crimine respondere tenetur, cap. 18. nu. 6. declaratur, nu. 14. & 28.*  
*Accusatus non potest cogere accusatorem ad respondendum positionibus, & an idem sit in Accusatore, cap. 30. n. 5.*  
*Accusatus cur non possit facere positiones, & cogere accusantem ad respondendum, cap. 30. n. 5.*  
*Accusatus non potest facere interrogatoria Accusatori, & quare, cap. 30. nu. 7.*  
*Actore non probante, reus absolvitur, cap. 5. n. 10.*  
*Actum per equipollens adimpleri sufficit, cap. 43. n. 4.*  
*Ad Iudicem spectat veritatem inquirere, cap. 15. n. 15.*  
*Adiudicialis positio quando dicatur pertinens, cap. 19. n. 9.*  
*Admissio Positionum est necessaria in ipsarum productione, cap. 61. num. 3.*  
*Administratores confessio non solet prejudicare Principali, cap. 68. num. 1.*  
*Aduocato iustam causam fouenti licitum est aduersarium cauillationibus conuincere, cap. 12. n. 29.*  
*Aduocatum non posse facere positiones, quomodo sit intelligendum, cap. 6. n. 4.*  
*Aduocatus dicitur testis iuris, cap. 6. n. 1.*  
*Agens remedio retinenda, vel recuperanda an possit in beneficiis facere positiones, cap. 31. n. 5. 14. & 15.*  
*Agens remedio retinenda, vel recuperanda tenetur docere de titulo, cap. 31. n. 6.*  
*Alternatio quelibet dicitur incerta, cap. 9. n. 1.*  
*In Alternatiuis sufficit alteram partem esse veram, cap. 9. n. 2.*  
*Animo fuisse aditam hereditatem, si ponatur, non est respondendum, cap. 56. n. 16.*  
*Animus nec verbis, nec factis declaratur, non potest in positione poni, cap. 56. n. 19.*  
*Non Appellans à pronuncia, positiones haberi pro confessatu sibi prejudicat, cap. 48. n. 13.*  
*Appellare an liceat à pronuncia iudicis, aliquem fuisse contumacem, & positiones haberi pro confessatu, cap. 48. n. 12.*  
*Appellatio datur ab admissione, vel reuocacione capitulorum, cap. 19. num. 39.*  
*Appellatio an detur à pronuncia, positiones haberi pro confessatu, cap. 48. n. 1. & per totum.*  
*Appellatio non datur, si statutum mandet, non respondentem haberi ipso iure pro confessu, cap. 48. n. 4. & idem est, si statutum simpliciter dicat, non respondentem haberi pro confessu, n. 5.*  
*Appellatio datur à pronuncia, positiones haberi pro confessatu, cap. 61. num. 28.*

*Articulus, seu capitulans non intelligitur fateri, cap. 4. n. 5. & de ratione, n. 16. & maxime in criminalibus, n. 22.*  
*Articulus cum iuramento contraria, an sit periurus, cap. 4. num. 22. & 23.*  
*Articulus aliquid vti verum, illud fateri dicitur, cap. 4. n. 25.*  
*Articulus non debet iurare, cap. 4. n. 29.*  
*Articulus contraria potest repelli, cap. 4. n. 24.*  
*Articuli an differant à capitulis, cap. 4. n. 4.*  
*Articuli imperitentes non admittuntur, cap. 4. num. 8. & stante eorum notoria impertentia, non debent admitti, nec etiam cum clausula, saluo iure impertentium, & non admittendum: & etiam stante statuto, vt cum dicta clausula omnes articuli debeant admitti, vt nu. 9. & 10.*  
*Articuli iurati plene probant contra articulantem, cap. 4. n. 21.*  
*Articuli possunt mutari, & corrigi, cap. 4. n. 29.*  
*Articuli negatiui non admittuntur, & quare, cap. 15. nu. 32. limitatur, num. 33.*  
*Articuli contrarij admittuntur, cap. 17. n. 18.*

B

*Beneficia absque canonica institutione possideri non possunt, cap. 31. num. 2.*  
*In Beneficialibus an fieri possint positiones, cap. 31. num. 1. & per totum.*

C

*Callida positio qua fit, cap. 12. num. 2.*  
*Callida, captiosa, & calumniosa positiones quantum ad finem non differunt, cap. 12. n. 14.*  
*Callidus quis dicatur, cap. 12. n. 3.*  
*Calumniari quid sit, cap. 12. n. 9.*  
*Cancerius reprobat, dum dicit, Procuratorem posse cogi ad respondendum positionibus in animam propriam, cap. 67. num. 12.*  
*Capitula contraria non admittuntur, cap. 4. n. 12.*  
*Capitula non possunt negatiue concipi, nisi fuerint coarctata, cap. 4. nu. 28. vbi de ratione.*  
*Capitulans licet non intelligatur fateri in capitulis proposita, tamen maximum faciunt adiudicium, cap. 4. num. 18. 20. & 26. cap. 2. de confess. in 6. quid disponat, cap. 67. n. 9.*  
*Captiosa positio, qua fit, cap. 12. n. 4.*  
*Captiosa an dicatur positio, qua continet factum verum, quod elidere posset reus per exceptionem, quam tamen probare non potest, & quomodo hoc casu posset responderi, remissiuè, cap. 12. num. 27.*  
*Captiosam positionem eandem esse cum positione, per quam quis in periurium incidere posset secundum Stat. quod tamen reprobat, cap. 12. n. 26.*  
*Captiosa positio conueniens exemplum, cap. 12. n. 28.*

Captiosa

# Index rerum Memorabilium.

- Captiosa positionis exemplum, quod tamen reprobat, capit. 12. numer. 24. Aliud exemplum, quod pariter reprobat, num. 25.
- Captiosus positionibus non est respondendum, cap. 52. n. 6.
- Captiosus quis dicatur, cap. 12. n. 5.
- Cauillatio quid sit, & unde dicatur, cap. 12. n. 6.
- Cauillatio apud iurisperitos in malam accipitur partem, eiusque variae significationes, cap. 12. n. 7.
- Cauillationes a iure reprobat, cap. 12. n. 18.
- Cauillationis sophisticæ natura, cap. 12. n. 11.
- Cauillationis definitio secundum Vall. cap. 12. n. 13.
- Cauillosa positionis exempla, cap. 12. n. 29.
- Cauillosis positionibus non esse respondendum, cap. 12. n. 21. etiam si petatur responderi cum deliberatione, nu. 22. & tam de iure, quam de consuetudine, n. 23.
- Causa obligationis debet in positione poni cum promissio absque causa non valeat, cap. 20. n. 11.
- In Causis summaris admittuntur positiones post conclusum in causa, cap. 27. n. 10.
- In Causis Minoris an admittantur positiones, cap. 18. n. 18.
- Citatio partis an sit necessaria in productione positionum, cap. 21. num. 6. & cap. 60. num. 1. & quid si ipsarum non detur copia, nu. 2. & cap. 33. nu. 7.
- Citatio non est necessaria in his, quæ expediiri possunt parte inuita, & contradicente, cap. 7. nu. 7. & cap. 33. n. 8.
- Citatio non solet esse necessaria in his, quæ sunt parui præiudicij, cap. 21. num. 8.
- Citatio non videtur necessaria in productione positionum, ubi ipsarum copia non datur, & quare, cap. 21. n. 9.
- Citatio requiritur antequam iudex pronunciet, positiones haberi pro confessatis, cap. 48. n. 5.
- Citationem esse necessariam in productione positionum probatur, capit. 22. numer. 10. & 11. & de ratione, numer. 11. etiam si ipsarum non detur copia, & respondetur contrariis consideratis, nu. 7. 8. & 9.
- Citationes, seu monitiones ad respondendum positionibus, an sufficiat exequi Domi, cap. 61. n. 13.
- Citationes, seu monitiones ad respondendum positionibus debere fieri cum comminatione, ut alias habeantur pro confessatis, cap. 61. num. 14.
- Citationes, seu monitiones ad respondendum positionibus debent esse geminate, cap. 61. n. 15.
- Clausula saluo iure impertinentium saluat ius Iudici, & parti, cap. 19. num. 36.
- Clausula, ut non respondens positionibus habeatur pro confesso, dicitur apposita ad fauorem ponentis, cap. 32. n. 21.
- Clausula saluo iure impertinentium operatur, ut positiones non admittenda habeantur pro non admittis, cap. 38. n. 1.
- Clausula in fine positionum adiecta, faciens de vnaquaque re vnâ positionem, vel ponens coniunctam, & diuisam, an aliquid operetur, cap. 42. n. 5. & 27.
- Clausula, e se non crede di tanto, dica di quanto, in positionibus nihil operatur, capit. 53. num. 20. & de rationibus, num. 21.
- Clausula, si non credit de omnibus, dicat de quibus, in positionibus nihil operatur, cap. 54. n. 11.
- Conclusio in causa non tollit probationem per confessionem partis, cap. 27. num. 24.
- Conditio an sufficiat per equipollens adimpleri, cap. 43. n. 6.
- Conditionalis responsio admittitur, cap. 42. n. 18.
- Conditionalis responsio admittitur, si natura rei in controuersiam deducta id patitur, cap. 42. n. 19.
- Conducens domum in re plures communem vni soluens ab aliis conueniri non potest, cap. 63. n. 6.
- Confessio facta respondendo positionibus nocet, cap. 3. num. 37. remissive.
- Confessio facta respondendo interrogationi nocet, cap. 3. n. 32.
- Confessio facta in libello præiudicat, cap. 4. n. 3. & 16.
- Confessio facta in libello, & exceptionibus præiudicat, & cur fecerit in confessione facta in articulis, cap. 4. n. 17.
- Confessio facta in ponendo difficilius renouatur, quam confessio facta in respondendo positionibus, capit. 21. num. 4. ubi de ratione.
- Confessio Procuratoris voluntaria non est apta ad obligandum principalem, cap. 24. n. 3.
- Confessio Procuratoris re integra non renouata nocet principali, cap. 24. num. 12.
- Confessio resultans ex productione alicuius scriptura facta in vno iudicio non præiudicat in alio, cap. 25. n. 7.
- Confessio facta in ponendo dicitur proprie confessio, non autem confessio resultans ex aliqua productione, cap. 21. n. 8.
- Confessio facta in vno iudicio, regulariter non probat in alio, cap. 25. numer. 9. quod tamen non procedit in confessione facta, num. 10.
- Confessio facta inter diuersas personas regulariter præiudicare non solet, cap. 25. n. 11.
- Confessio facta in exceptionibus præiudicat, cap. 25. n. 12.
- Confessio dubia facta in articulis, seu positionibus interpretatur ad fauorem capitulantis, seu ponentis, cap. 42. n. 22.
- Confessio dubia facta in respondendo positionibus interpretatur ad fauorem ponentis, cap. 42. n. 30.
- Confessio facta non debet plus operari, quam vera, capit. 49. num. 7.
- Confessio non præiudicat, si probetur contrarium, cap. 49. n. 8.
- Confessio extraiudicialis valet absque interrogatione, capit. 53. num. 2.
- Confessio iudicialis valet etiam tela iudiciali non seruata, cap. 54. num. 4.
- Confessio valet etiam si processus reperitur nullus, capitul. 58. num. 5.
- Confessio facta ob contumaciam an præiudicat, si positiones sint impertinentes, cap. 58. n. 10.
- Confessio an possit in parte acceptari, & in parte reijci, cap. 59. n. 1. & per totum.
- Confessio facta cum clausula, nec aliter, nec alio modo non potest in parte acceptari, & in parte reijci, cap. 59. n. 4.
- Confessio regulariter, non potest in parte acceptari, & in parte reijci, cap. 59. n. 9.
- Confessio in prohibitis, & ubi obstat iuris prescriptio, non potest in parte acceptari, & in parte reijci, cap. 59. n. 10.
- Confessio non trahitur ad qualitates in positione contentas, sed solummodo ad factum principale, cap. 60. n. 1.
- Confessio de fama non trahitur ad omnes positiones etiam negatas, cap. 60. n. 11.
- Confessio circa ius nihil operatur, cap. 56. n. 3.
- Confessio facta respondendo positionibus probat, & præiudicat, cap. 57. num. 1. quod septem ampliatur modis, remissive, nu. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. & quinque adducuntur limitationes, num. 9. 10. 11. 12. & 13.
- Confessio facta ob contumaciam non nocet heredi, nec in alia causa, nec perempta instantia, cap. 61. n. 37. 38. & 39.
- Confessio actoris magis nocet actori, quam rei reo, capit. 62. num. 2.
- Confessio vnus ex correis credendi non præiudicat alio, si insolidum non debeatur, cap. 63. num. 2. factis si fuerint insolidum obligati, num. 3.
- Confessio vnus ex correis credendi omnibus correis debendi prodest, & alio correis credendi nocet, cap. 63. n. 3.
- Confessio principalis non nocet fideiussori, si facta sit post præstitam fideiussorem, cap. 63. n. 13.
- Confessio vnus ex correis circa ius, alio non præiudicat, capit. 63. num. 14.
- Confessio vnus ex correis in criminalibus non nocet alteri, cap. 63. num. 15.
- Confessio falsa correi alio non præiudicat, cap. 63. n. 17.
- Confessio facta respondendo positionibus præiudicat, cap. 64. num. 1.

- nec est necesse, ut pars fuerit presens, num. 2. & 19.
- Confessio facta respondendo positionibus, ad fauorem respondentiis est interpretanda, cap. 6. n. 19.
- Confessio reuocata non praeiudicat, cap. 6. n. 3.
- Confessio facta respondendo positionibus potest reuocari docto de errore, cap. 6. n. 15. & 20.
- Confessio erronea non praeiudicat, cap. 6. n. 21.
- Confessio non praeiudicat, si probetur, rem aliter se habere, cap. 6. n. 27.
- Confessio an presumatur facta per errorem, si probetur, rem aliter se habere, cap. 6. n. 24.
- Confessio facta respondendo positionibus, ad hoc, ut reuocari possit, sufficit, quod sit erronea, cap. 6. n. 29.
- Confessio facta à Procuratore respondendo positionibus, potest à principali reuocari, cap. 6. n. 33. si fiat re integra, num. 34. nisi habuerit mandatum ad respondendum sic, & sic, n. 35.
- Confessio Procuratoris in respondendo positionibus non nocet principali, cum non dicatur facta per modum contentiosa iurisdictionis, cap. 65. n. 9.
- Confessio facta à Procuratore per modum contentiosa iurisdictionis praeiudicat principali, cap. 67. n. 4.
- Confessio Procuratoris facta per modum voluntariae iurisdictionis praeiudicat, concurrentibus alii, cap. 67. n. 7.
- Confessio Tutoris Infantis, qui non potest cogi ad respondendum, an dicatur facta per modum contentiosa iurisdictionis, cap. 68. num. 8.
- Confessio, qua fit nullo iure cogente, an dicatur facta per modum voluntariae iurisdictionis, cap. 68. n. 9.
- Per Confessionem quasi contrahitur, cap. 64. n. 17.
- Confessiones inducunt à statuto ob contumaciam sunt confessiones fictae, & praesumptae, cap. 49. n. 4.
- Confessionis geminatio succedit loco causae, cap. 20. n. 15.
- Confessus & conuictus appellans non auditur, cap. 48. nu. 2. quod in verè confesso, non in ficto intelligitur, n. 3.
- Connexa illa dicuntur, qua proueniunt à prima obligatione, & facta sunt causa prima obligationis, cap. 59. nu. 13. vel à prima obligatione dependent, n. 15.
- Connexa in materia confessionis dicuntur, qua fiunt in continenti, cap. 59. n. 11. & 12.
- Consanguineus presumitur scire iura sanguinis, cap. 16. n. 16.
- Consanguineus presumitur scire mortem consanguinei, cap. 16. num. 17.
- Consanguineus presumitur scire, qua bona consanguineus possideat, cap. 16. n. 18.
- Consultor debet consulere secundum statum causae, capitul. 37. num. 3.
- Consultor non potest aliquid pronuntiare circa probationes, & positiones, qua sunt species probationum, cap. 37. n. 1.
- Contrariae positiones non sunt admittende, cap. 62. n. 4.
- Contrariis positionibus non est respondendum, cap. 17. n. 17.
- Contrariis positionibus est respondendum si contrarietas possit aliquo modo concordari, cap. 17. n. 19.
- Contrariis positionibus, qui responsum dedit, potest facere positiones contrarias, quod tamen reprobatur, cap. 17. n. 24.
- Contumaces si fuerint actor, & reus in respondendo positionibus contrariis, qui eorum obtinere debeat, cap. 62. n. 1.
- Contumacia est delictum, in quod Procuratores non possunt facere incidere principales, cap. 48. n. 9.
- Contumacia an sit maior illius, qui monitus à Iudice non respondet, vel illius, qui per Nuntium monitus ad Iudicem non accedit, cap. 61. n. 6.
- Contumacia in non respondendo positionibus non nocet in causis, in quibus non possunt fieri positiones, cap. 61. num. 19. vel nimis legitima facta fuerint, n. 20.
- Contumacia in non respondendo positionibus non nocet, si ex petitione non possit sequi condemnatio, cap. 61. n. 21.
- Contumacia vnius non compensatur cum contumacia alterius, cap. 61. num. 26.
- Contumacia praecedentibus legitimis citationibus habetur pro liti contestatione, cap. 61. n. 31.
- Contumacia in his, quae sunt iuris non nocet, cap. 61. n. 36.
- Contumacia principalis non nocet heredi, cap. 61. n. 37.
- Contumacia, & ficta confessio in vna causa, non nocet in alia, cap. 61. n. 38.
- Contumacia, & ficta confessio ex ea resultans non nocet, perempta instantia, cap. 61. n. 39.
- Contumacia in non respondendo positionibus non praeiudicat in his, quae non fuerunt principaliter in positione posita, remissione, cap. 61. n. 40.
- Contumacia iuste impedito non nocet, cap. 61. n. 41.
- Contumacia nihil operatur quando positiones non sunt admittende, cap. 62. num. 5. praecipue si fuerint admittenda cum clausula, num. 6. & 11.
- Contumaciam accusare non est necesse, si statutum mandet, contumacem haberi pro confesso ipso iure, vel ipso facto, cap. 48. num. 8. nisi tamen in contrarium adsit consuetudo, n. 9.
- Contumax in respondendo positioni tempus non continentis non habetur pro confesso, cap. 20. n. 3.
- Contumax in respondendo positionibus, an de iure Canonico possit à Iudice declarari pro confesso, cap. 32. nu. 13. Et quae sint necessaria ad hoc, ut pro confesso declarari possit, n. 14.
- Contumax in respondendo positionibus, quod de stylo, & de consuetudine habeatur pro confesso, non obseruatur in Rota Romana, cap. 32. n. 18.
- Contumax in respondendo positionibus potest à Iudice cogi nullis inducitis, & captis pignoribus, cap. 32. nu. 19. declaratur, nu. 21. & quid si adsit statutum, ut non respondens habeatur pro confesso, num. 20.
- Contumax verus de aequitate Canonica appellat, capitul. 4. num. 11.
- Contumax verus non appellat, cap. 48. num. 6. & quid si statuerit, positiones haberi pro confessatis, n. 7.
- Contumax appellans auditur, si proponat aliquam causam, quam praeiudicat, se non fuisse contumacem, cap. 48. num. 12. de ratione, n. 18.
- Contumax in non respondendo positionibus potest appellare, si pronuntiatum fuerit diffinitiuè super tota causa, capitul. 4. num. 15.
- Contumax non habetur pro confesso, quando positiones non erant admittende, cap. 58. n. 11.
- Contumax in respondendo positionibus habetur pro confesso quantum ad deducita principaliter in positione, non autem quantum ad enunciatiuè, vel demonstratiuè proposita, cap. 60. num. 4.
- Contumax in non respondendo positionibus de iure, & de stylo habetur pro confesso, cap. 61. num. 24. vel pro negante, si ita pronuntiis expediat, cap. 61. n. 25.
- Contumax an possit haberi pro confesso, si à principio Iudicij non comparuerit, cap. 61. n. 30.
- Contumax licet declaratus fuerit pro confesso, adhuc potest contrarium probare, cap. 61. n. 42.
- Copia positionum de iure communi non datur, cap. 33. nu. 1. declaratur, num. 2.
- Copia positionum de consuetudine in multis datur locis, cap. 33. num. 3. & 4.
- Copia positionum an rationabile sit dari, vel non dari, capitul. 33. num. 5.
- Copia positionum non datur, nisi petatur, cap. 33. n. 6.
- Copia positionum, & si non detur, instari tamen potest, per Iudicem inspicere, an sint admittende, cap. 33. n. 9.
- Copia positionum si non detur, an Procurator, vel Advocatus possint esse praesentes, dum principales respondent, capitul. 33. num. 11.
- Copia positionum vbi non datur, an saltem debeat dari terminus ad deliberandè respondendum, capitul. 33. num. 17. remissione.

# Index rerum Memorabilium.

*Coram consultore acta fieri non debent, cap. 37. n. 2.*  
*Correi debendi, & credendi sunt in duplici differentia, capit. 63. num. 1.*  
*Correorum plarium si aliqui fateantur, alij negent, quibus magis sit credendum, cap. 63. n. 18.*  
*Correus debendi si neget debitum, etiam alius correus debendi prodest, cap. 63. n. 9.*  
*Correus negans, se cum aliis esse obligatum, non potest uti correus considerari, cap. 63. n. 16.*  
*Credere possum hodie, quod heri non credebam, cap. 51. n. 2.*  
*Credo si producat instrumentum, non est legitima responsio, cap. 55. num. 1.*  
*Credo si instrumentum appareat, non est legitima responsio, cap. 55. num. 2.*  
*Credo si probetur, an sit legitima responsio, cap. 55. n. 3.*  
*Credo quatenus contenta in positionibus vera sint, an sit legitima responsio, cap. 55. n. 10.*  
*Credo prout in instrumento, vel refero me ad instrumentum, differunt: & an sint legitima responsiones, cap. 55. n. 11. & 12.*  
*Crimen obijciens ipsam probare debet, cap. 18. n. 4.*  
*Crimen esse notorium, an sit respondendum, cap. 18. n. 20.*  
*Criminis sententia, non crimen, si ponatur in positione, an sit respondendum, cap. 18. num. 22.*  
*Criminosas positiones producentes non evadit poenam statutariam, etiam si se retractet, cap. 18. n. 16.*  
*Criminosa positioni non est respondendum, si agatur de repellenda persona, cap. 18. n. 4.*  
*Criminosa positioni non est respondendum ob periculum perituri, cap. 18. n. 9.*  
*Criminosa positioni est respondendum, si crimen impediat ordinem executionem, ac beneficii retentionem, cap. 18. n. 29.*  
*Criminosa positioni est respondendum, si exceptio illius criminis proveniat ex litteris in contrarium exhibitis, cap. 18. n. 30.*  
*Criminosas positionibus an sit respondendum, varia Doctorum opinionones, cap. 18. n. 1.*  
*Criminosas positionibus non est respondendum, etiam si qui non respondendo posset complectari cum aliena iactura, cap. 18. numer. 19.*  
*Criminosas positionibus an sit respondendum, si crimen ponentem releuet, & interrogato non noceat, de quo plura considerantur exempla, cap. 18. n. 21.*  
*Curator furiosi non potest cogi ad respondendum positionibus, cap. 68. num. 4.*  
*Curatores, & tutores non tenentur respondere positionibus in causis minorum, cap. 68. n. 2.*  
*Curiosus quis esse non debet de rebus alienis, cap. 16. n. 4.*

**D**  
*Annorum datorum causis non sunt positiones, cap. 30. num. 12. & quid si agatur solummodo ad emendationem damni.*  
*Debitor plarium fratrum simul habitantium, vnus solvens ab omnibus liberatur, cap. 93. num. 5.*  
*Debitor plarium insolidum, si vni neget, debitum deberi, etiam alius rei credendi nocet, cap. 63. n. 10.*  
*Debitor si fateatur debitum, alius correus debendi non praedudicat, cap. 63. num. 11. & sic euenire potest casus, vt vnus condemnetur, alter absoluat, num. 12.*  
*Declaratio positionum potest fieri post conclusum in causa, cap. 77. num. 13.*  
*Definitio rei definita naturam demonstrat, cap. 1. n. 2.*  
*Dies solutionis est pars stipulationis, cap. 7. n. 12.*  
*Dies certus, & poena confessi impedit poena purgationem, cap. 47. num. 8.*  
*Differentia an sit inter ius civile, & canonicum inter positiones criminosas, cap. 18. num. 27.*  
*Dilatio data a statuto, formaliter obseruari debet, si assignetur sub poena, cap. 47. n. 12.*  
*Doceat legitime, alias non credo, an sit legitima responsio, cap. 55. num. 9.*

*Dubia, incerta, & alternatiua responsio non admittitur, capit. 42. num. 22.*  
*Dubia responsio non nocet consentienti, c. 42. nu. 23.*  
*Dubia responsio habetur, ac si facta non fuisset, cap. 42. nu. 24.*  
*Dubia responsio in facto alieno admittitur, c. 42. nu. 25.*  
*Dubia responsio admittitur, si & ipsa positio dubia sit, capit. 42. num. 26.*  
*Dubia responsio ad fauorem cuius debeat interpretari, capit. 42. num. 28.*  
*Dubia responsio potest a respondente declarari, c. 42. nu. 31.*  
*Duplex responsio non admittitur in respondente positioni, 42. num. 9. but. cas.*  
*Duplex responsio ex duplici verborum intellectu resultans, an admittatur, cap. 42. nu. 10.*  
*Duplex responsio in responsionibus captiosis admittitur, capit. 42. num. 11.*  
*Duplex responsio in rustico, & idiota admittitur, cap. 42. n. 14. & quomodo id procedat, declaratur, nu. 15.*  
*Duplicem responsionem iudex quandoque ex aequitate admittere potest, cap. 39. num. 17.*  
*Duplicitas responsionis in idem incidens admittitur, capit. 42. numer. 16.*  
*Duplicibus positionibus non est respondendum, cap. 54. nu. 3.*

## F

**E**  
*Edere non dicitur, qui totam stipulationem non edit, capit. 74. num. 11.*  
*Edere qui tenetur instrumentum, vel aliquam aliam scripturam, donec ipsam non edat, non potest pretendere pariti incurrisse tempus, cap. 36. nu. 11.*  
*Egregia persona, qua non tenentur accedere ad iudicem ad respondendum positionibus, qua sint, capit. 69. nu. 16.*  
*Emptor tenetur denunciare item venditori, etiam si putet rem esse euentum, cap. 50. nu. 21.*  
*Enunciare, & producere an differant quantum ad effectum exhibitionis, cap. 55. nu. 17.*  
*Enunciata in positionibus, an quis edere teneatur, capit. 53. numer. 16.*  
*Enunciatiue in positione posita non intelligentur confessata, quod exempli declaratur, cap. 60. nu. 1.*  
*Epistolam pro se acceptans, debet etiam illam contra se acceptare, cap. 59. num. 6.*  
*Erronea confessio in respondendo positionibus praedudicat, cap. 71. num. 6. Si tamen de errore plene doceatur, num. 7.*  
*Error debet probari ab allegante, & dicitur probatus si aliter rem se habere ostendatur, cap. 22. num. 12.*  
*Error probatur ex eo, quod de veritate in contrarium appareat, ca. 49. num. 5.*  
*Error probatur, probando rem aliter se habere, capit. 64. numer. 22.*  
*Error confessionis facta in iudicio de facto proprio non praesumitur, cap. 64. num. 23.*  
*Exceptio si proponatur in iudicio, qua probatione indigeat, non currit tempus ad ipsam probandam, antequam fuerit admissa, cap. 36. nu. 10.*  
*Exclusus a iure aliquid faciendi, non dicitur exclusus a iure de iudicandi iam factum, cap. 22. nu. 26.*  
*Expensa necessaria in aliquo actu debent fieri ab eo, qui petit actum fieri, cap. 69. nu. 5. & 6.*  
*Expensa necessaria in aliquo actu debent fieri ab eo, ad cuius fauorem cedit actus, c. 69. nu. 7.*

## F

**F**  
*Acti alieni an possit fieri positio, cap. 1. num. 16. & num. 5. 12. & per totum.*  
*Facti alieni positionibus qui respondere non tenentur, si de illo facto de facili se informare non possit, nec id facere valeat absque sumptibus, cap. 16. n. 25.*  
*Factum alienum potest cadere sub aliquo sensu respondere debentur, cap. 16. n. 12.*

# Index rerum Memorabilium.

**F**actum, quando est expresse positum, non est respondendum super iure, cap. 56. num. 17.  
 Factum si ponatur, est respondendum, licet habeat annexam conclusionem iuris, capitul. 56. num. 29. improbat. nu. 21.  
 Fama data statuto in dubio videtur substantialis, c. 43. nu. 2.  
 Forma non servata, actus dicitur nullus, c. 43. nu. 3.  
 Fraudibus iudex obviare debet, cap. 42. nu. 12.  
 Frustra petitur responsio ab eo qui contrarium iuravit, capit. 17. num. 15.

## G

**G**eminata mora purgari non solet, cap. 47. nu. 9.  
 Generali positioni, qui responsum dedit, non tenetur respondere speciali, c. 45. nu. 1. declaratur, nu. 4. 13. & seqq.  
 Generali, seu universali positioni continenti plures res, qui responsum dedit, non potest cogi ad respondendum singulis illis rebus, cap. 54. nu. 5.  
 Generaliter interrogatus de omnibus mobilibus, potest in speciem, de hoc, vel illo interrogari, c. 54. nu. 6. de quo plura similia, numer. 12.  
 Genere destructo destruitur qualibet eius species, c. 54. nu. 2.  
 Genus ob suam generalitatem est incertum, c. 10. nu. 3.

## H

**H**eres de facto, quod scire praesumitur, interrogari potest, cap. 16. num. 20.  
 Hosterna in add. ad decif. 196. Surd. num. 7. in quibus loquatur terminis, cap. 40. num. 15.

## I

**I**acobus de Ancora, & Vbert. Rob. circa generales positiones reprobantem, cap. 74. num. 4.  
 Ignorantia in facto alieno est probabilis, c. 16. nu. 3.  
 Ignorantia, quando in facto proprio, vel alieno sit probabilis, iudicis arbitrio remittitur, cap. 16. nu. 22.  
 Ignoro ideo non credo, non admittitur in respondente positionibus, c. 16. nu. 30. cum contrarietatem continere dicatur, nu. 31.  
 Illa verba, vt ponitur, non excusant à periurio, c. 41. nu. 12.  
 Impedito facto partis, vel iudicis non currit tempus, c. 36. n. 8.  
 Impertinentes positiones, qua sint, quarum nonnulla recensentur exempla, cap. 19. nu. 4. & clarum, nu. 5.  
 Impertinenti positioni, si statutum dicat esse respondendum, non intelligitur de notorie impertinentibus, c. 19. nu. 23.  
 Implicita positio qua sit, cap. 13. nu. 7.  
 Implicita positionis nonnulla exempla, c. 13. nu. 8.  
 Impliciti positionibus non esse respondendum, c. 52. nu. 3.  
 Impossibile positio in esse nullum sequitur necessarium, contingens, cap. 14. num. 3.  
 Impuberes an teneantur respondere positionibus, discutitur cum ipso tutore, c. 68. num. 13.  
 Impuberes qui sint, c. 68. nu. 19.  
 Impuberes an teneantur respondere positionibus, est distinctio, cap. 68. num. 11.  
 Impubes quando positionibus respondere debet, an tutoris auctoritas sit necessaria, cap. 68. nu. 24.  
 In continenti quando dicatur facta mutatio, relinquatur arbitrio iudicis, cap. 22. nu. 15. declaratur, nu. seqq.  
 In continenti dicitur facta revocatio responsionis, etiam si responsio fuerit redacta in actum, cap. 64. nu. 10.  
 In continenti dicitur facta revocatio, si fiat antequam à parte fuerit acceptata, cap. 64. nu. 12. de quo etiam nu. 13. 14. & 30.  
 Infantes qui sint, cap. 68. nu. 1.  
 Infantes non possunt cogi ad respondendum positionibus, nec ad ferendum testimonium, cap. 68. nu. 2.  
 In notorio non cadit discussio, cap. 16. nu. 3.  
 Inquisitum respondendo inquisitioni, cui non erat respondendum sibi praesudicat, cap. 58. nu. 3.  
 Inspecchio loci quando cumque fieri potest, cap. 27. nu. 21.  
 Instantia non currit amplius, postquam de eius peremptione disputari fuit ceptum, cap. 36. nu. 12.  
 Instrumenta posse produci post publicationem processus, c. 22. n. 14.

Interlocutoria contumacem haberi pro confesso, non potest à Iudice reuocari, c. 48. nu. 17.  
 Interpositiones affirmatiuas, & negatiuas nulla est differentia, quantum ad earum admissionem, cap. 15. nu. 26.  
 Interpretatio illa semper est seruanda, ob quam in peritium qui incidere non possit, cap. 53. nu. 24.  
 Interrogationi de facto proprio, vel de alieno, in quo cadat praesumpta scientia non differunt, cap. 16. nu. 21.  
 Interrogatus de decem potest interrogari de octo, septem, & usque ad minimum quadrantem, cap. 54. nu. 8.  
 Interrogans non fatetur, cap. 3. numer. 16. quod tamen declarat, num. 17. 18. & 19.  
 Interrogationes qua sint, cap. 3. nu. 5.  
 Interrogationes an iure fuerint inuenta, cap. 3. nu. 7.  
 Interrogationes fiunt circa praeparatoriam iudicij, capit. 3. numer. 9. & 26.  
 Interrogationes fiunt quandoque à Iudice, c. 3. nu. 11.  
 Interrogationes fiunt per verbum interrogo, cap. 3. nu. 13.  
 Interrogationes, & quandoque positiones possunt fieri in criminosa causa, cap. 3. num. 54. remissiuè.  
 Interrogationes fiunt regulariter ab actore agere volente, cap. 3. num. 20.  
 Interrogationes debent esse clare, vii positiones, cap. 3. n. 48.  
 Interrogationi respondens habet terminum ad consulendum respondendum.  
 Interrogationi criminosa an sit respondendum, cap. 43. nu. 45.  
 Interrogationibus non respondens habetur pro negante, vel consentiente, prout vilius erit interroganti, cap. 3. nu. 23.  
 Interrogationibus respondens debet iurare de calumnia, capit. 3. num. 4.  
 Interrogationum datur copia, non autem positionum, capit. 3. numer. 27.  
 Interrogatoria qua sint, cap. 3. num. 7.  
 Interrogatoria fiunt ad detegendam veritatem, cap. 3. nu. 2.  
 Interrogatorio criminoso testes respondere non tenentur, capit. 3. num. 34.  
 Interrogatoriorum non datur copia, cap. 3. nu. 33.  
 Intimatio non est necessaria, quando nulla venditori potest competere defensio, cap. 50. num. 9.  
 Iudex non potest facere positiones, licet posset interrogari, capit. 5. num. 3. & de ratione, numer. 4. & quomodo possit dici, Iudicem facere positiones, num. 5.  
 Iudex debet curare, vt certum quid ponatur, ad hoc, vt certa dati possit responsio, cap. 13. nu. 3.  
 Iudex instante parte debet mandare, positionem implicitam diuidi, & declarari, cap. 13. nu. 9. & idem est in positione multiplici, num. 10.  
 Iudex non potest cogere partes ad respondendum positioni continenti plura dicta, ipsam oretenus diuidendo contra Scacc. cap. 13. num. 22. vbi de rationibus.  
 Iudex debet prius admittere positiones, antequam reus teneatur respondere, attamen non potest dici, quod iudex interroget, cap. 15. num. 13.  
 Iudex in multis casibus potest ex officio reum interrogare, c. 15. numer. 24.  
 Iudex de crimine interrogare potest, & reus respondere tenetur, cap. 18. nu. 28.  
 Iudex debet esse cautus in admittendis articulis impertinentibus, cap. 19. num. 38.  
 Iudex debet ex officio reuocare positiones impertinentes, etiam si pars non opponat, cap. 19. num. 40.  
 Iudex ex officio potest se fundare in positione impugnata, c. 26. n. 27.  
 Iudex ex officio potest quando cumque partes interrogare, capit. 27. num. 12.  
 Iudex nihil omittere debet, per quod deueniri possit in cognitionem veritatis, cap. 27. nu. 23.  
 Iudex appellationis non potest cognoscere de meritis, non scilicet introductione, cap. 27. nu. 32.



# Index rerum Memorabilium.

*Iudex iure communi inspectio non potest procedere contra non respondentem positionibus, uti contra confessum, cap. 32. num. 11. sed solum potest, ipsum uti contumacem arbitrio suo mulctare, donec respondeat, num. 12.*

*Iudex admisso positionibus mandatis ipsis responderi, c. 32. nu. 1.*

*Iudex ex officio potest partes interrogare, licet renunciantur probationibus, c. 29. nu. 5.*

*Iudex ex iusta causa potest admittere responsionem duplicem, c. 42. num. 13.*

*Iudex duplicem responsionem admittens debet causam in sua pronuntia allegare, c. 42. nu. 17.*

*Iudex aliquo casu potest admittere duplicem responsionem, c. 44. num. 12. etiam si statutum mandet simpliciter responderi, n. 13. si aliqua tamen adsit malicia suspitio, nu. 14.*

*Iudex non potest reuocare pronuntiam positiones haberi pro confessatu, cap. 43. nu. 16.*

*Iudex non potest prorogare terminum ad respondendum positionibus, a statuto prefixum, cap. 47. nu. 11.*

*Iudices non debent esse precipites in rejiciendis positionibus, sed potius eas admittere cum clausula, c. 39. nu. 34 & 35.*

*Iudices de stylo, & consuetudine solent statuere terminum ad respondendum positionibus, & quod alias habeantur pro confessatu, vel negatu ad commodum ponentis, c. 32. nu. 15. & hoc casu non respondens non habetur pro contumace, sed pro confessu, c. 32. nu. 16.*

*Iudex non decet accedere ad Dominum priuatorum, c. 32. n. 28.*

*In iudiciis criminalibus non admittuntur positiones, ubi de ratione, c. 18. nu. 17.*

*In iudiciis mixtis non sunt positiones, c. 30. num. 10.*

*Iudici admisso requiritur tam in positionibus, quam in interrogationibus, c. 3. nu. 47.*

*Iuramentum ponentis quid continere debet, c. 60. nu. 26. & quid dicatur continere iuramentum respondentis, c. 60. nu. 27.*

*Iuramentum non debet prestari, quando suspicari potest, ne incurtatur in periurium, c. 17. nu. 11.*

*Iuramentum decisum potest prestari super crimine, c. 18. num. 5. 13. & 16.*

*Iuramentum supplere defectum causa, cap. 20. nu. 17.*

*Iuramentum ponentis est solium, se calumniose non petere, c. 23. n. 2.*

*Iuramentum ponentis, & respondentis positionibus differunt, & quomodo, c. 23. nu. 10.*

*Iuramentum calumniae hoc continet, iurantem credere, verum esse, quod iurat, c. 23. nu. 11.*

*Iuramentum veritatis non est necessarium in ponente, cap. 24. nu. 13. & latius.*

*Iuramentum praestitum respondendo positionibus non impedit iuramentum liti decisum, nec iuramentum calumniae, cap. 49. num. 9. & 10.*

*Iuramentum calumniae praestandum absenti, debet prestari communibus expensis, si absentia sit iusta, c. 60. nu. 3.*

*Ad iurandum regulariter speciale requiritur mandatum, cap. 23. num. 6.*

*Iurans falsum respondendo positionibus potest puniri, c. 23. nu. 9. & 14. & cap. 65. num. 7. remissive.*

*Iurans non falsum ponendo non punitur, ubi de ratione, capit. 23. num. 15.*

*Iurans falsum respondendo positionibus post puniri secundum veram opinionem, cap. 41. nu. 1. licet alij contra, de quibus nu. 3. quod tamen reprobat, num. 6. quod procedit etiam si respondeatur per verbum credere, num. 2. & si reprobat aliquorum distinctione, inter iuramentum veritatis, & credulitatis, nu. 4. & 9. aliorum reprobat distinctione, an de periurio appareat evidenter, vel non evidenter, num. 5. & 10.*

*Iurans falsum respondendo inquisitioni non punitur, c. 41. nu. 5.*

*Iurans falsum etiam in facto alieno, punitur, cap. 41. nu. 13.*

*Contra iurantem falsum respondendo positionibus iuratur in litem, cap. 41. nu. 16.*

*Iuri suo quilibet renuntiare potest, c. 29. nu. 2.*

*Ius non indiget probatione, imò contra ius probari non potest, cap. 56. num. 4.*

*Ius praesumptum potest in positione poni, c. 56. num. 23. declaratur num. 24.*

## L

**L**aqueum nemini esse immittendum, nec ad peierandis quis induci debet, cap. 12. nu. 17. & capit. 52. nu. 7.

*Laurentius Valla reprehendit casum I. C. in l. si calumniatur, ff. de verbor. signific. cap. 12. num. 8. sed defenditur, nu. 10.*

*Laurentius Valla reprehendit Vlpianum in l. g. ca. est natura, ff. de regul. iur. cap. 12. num. 12. qui tamen ab Alciato defenditur.*

*Legatum de fundo simpliciter factum ab eo, qui plures habet fundos, an sit validum, c. 10. nu. 11.*

*Leges iuru civilis de positionibus mentionem non faciunt, c. 1. n. 6.*

*Legis non solum, ff. de procurator. intelligentia, c. 67. nu. 6.*

*Lesio non potest considerari in eo, qui veritatem fatetur, cap. 71. num. 3.*

*Lesio in iure an sit probanda, si ex ipsa responsione constat, cap. 71. num. 11.*

*Lesionem minorem semiplene probare sufficit, iuncta fragilitate, c. 71. num. 8.*

*Lesionem maiorem semiplene probare sufficit, si cum ea concurrat seductio adversarii, non obstante etiam iuramento, c. 71. nu. 9.*

*Lex seu statutum mandans aliquem haberi pro confessu, intelligitur per sententiam, non ipso iure, c. 46. nu. 2.*

*Litellus in quo differat a positionibus, & in quo conueniat, cap. 4. num. 1. & 2.*

*Litellus incertus sustinetur, quando incertitudo provenit ab adversario, c. 9. num. 3.*

*Lit non contestatur per responsiones factas positionibus, cap. 70. nu. 1. & de ratione, num. 2. Quod lituatur, si positiones habeant annexam petitionem, vi num. 3.*

*Litterae remissoriales pro consequendis positionibus absentis, cum tuis expensis procurari debent, cap. 69. nu. 2. ubi tres recensentur opiniones, & ponitur distinctio, nu. 9. & 10.*

*Locus iudicij attenditur circa admissionem positionum copias, & responsiones, cap. 35. nu. 6. & sic de stylo observatur, nu. 7.*

*Locutio indefinita equipollet universali, cap. 29. num. 3.*

## M

**M**aior summa quomodo dicatur continere minorem, cap. 53. num. 12.

*Maiorem sufficit lesionem probare semiplene, si cum ea concurrat seductio adversarii, non obstante iuramento, c. 71. nu. 9.*

*Maiori non conceditur restitutio adversus pronuntiam, positiones haberi pro confessu, c. 71. nu. 15. minori vero conceditur probata lesione, num. 16.*

*Mancin. de iuram. par. 2. artic. 2. nu. 39. reprobat.*

*Mancin. de iuram. par. 2. artic. 1. n. 31 reprobat, c. 30. nu. 9.*

*Mandatum speciale requiritur in respondendo positionibus, & in interrogationibus, c. 3. nu. 52.*

*Mandatum ad ponendum requiritur, & an sufficiat generale, vel sit necessarium speciale, vel specialissimum, c. 6. nu. 3. & nu. 21. & seqq. necnon num. 29.*

*Mandatum ad ponendum, an debeat esse specialissimum ad ponendum sic, & sic, c. 6. nu. 21. de quo & nu. 27. & 24.*

*Mandatum speciale ad ponendum, & iurandum de calumnia esse necessarium, omnes admittunt, c. 6. num. 24. & sufficere absque alio specialissimo mandato, probatur n. seq. & sic observari, n. 29.*

*Mandatum cum clausula ad iurandum de Calumnia sufficit ad ponendum, c. 23. nu. 16.*

*Mandatum specialissimum ad ponendum, an requiratur nempe ad ponendum sic, & sic, c. 24. nu. 1. & numeris seqq.*

*Mandatum specialissimum quomodo requiritur ad respondendum positionibus: ita etiam requiri videtur ad ponendum, cap. 24. num. 4.*

*Mandatum ad ponendum, an requiratur in individuo ad ponendum sic, & sic, cap. 24. nu. 5.*

# Index rerum Memorabilium.

Melius est superfluum admittere, quam necessarium rejicere, cap. 19. num. 72.

Melius est mille impertinentes positiones admittere, quam unam pertinentem rejicere, cap. 19. nu. 33.

Minor mediante restitutione in integrum potest ponere contraria, sed non potest cogere adversarium ad respondendum contrariis positionibus, vbi de ratione, cap. 17. nu. 20.

Minor, Mulier, & Rusticus contumaces appellantur, c. 45. nu. 10.

Minor summa in positione continentis maiorem summam, non dicitur per se posita, cap. 53. nu. 13.

Minor restituitur, si ob eius fragilitatem falsam dederit responsum, probata tamen lesione saltem semiplene, c. 71. nu. 10.

Minor fatendo fideiussorem non dicitur laesus, & ipsa confessio, sed & fideiussione praestita, cap. 71. nu. 12.

Minor fatendo aliquid intempesive, an dicatur laesus, capit. 71. num. 13.

Minor an dicatur laesus, ex eo, quod falsus fuit, id, quod adversarius probare non possit, c. 71. nu. 14.

Minorem sufficit probare lesionem semiplene iuncta fragilitate, c. 21. num. 8.

Modificata responsio non admittitur, cap. 42. nu. 20.

Modificatio non infringens responsum admittitur, c. 42. nu. 21.

Monitio iudicis requiritur, ut reus respondeat positionibus ad hoc, ut habeantur pro confessatu, cap. 61. nu. 4. & an sit necessarium, ut ipse iudex personaliter moneat, nu. 5. & 7.

Monitiones, seu citationes ad respondendum positionibus, an sufficiat exequi domi, cap. 61. nu. 13.

Monitiones, seu citationes ad respondendum positionibus debent fieri cum comminatione, ut aitas habeantur pro confessatu, c. 61. num. 14.

Monitiones, seu citationes, ad respondendum positionibus debent esse geminatae, cap. 61. nu. 15.

Mora non respondendo positionibus, cap. 47. nu. 7.

Mora ante sententiam regulariter purgari solet, capit. 47. nu. 2. declaratur nu. 3.

Mora in praedictum tertij non purgatur, c. 47. nu. 4.

Mora in respondendo positionibus, non purgatur, si fuerit facta comminatio ad certum diem sub poena confessi, cap. 47. nu. 6.

Mora in respondendo positionibus, non potest purgari, si adsit statutum, ut non respondens habeatur ipso iure pro confessu, cap. 47. num. 10.

Mora in respondendo positionibus, antequam fuerit accusata contumacia, & ante sententiam, de consuetudine Urbini purgari solet, cap. 47. nu. 13.

Mora in respondendo positionibus ante sententiam purgatur, si sententia sit necessaria, cap. 47. nu. 14.

Mora in respondendo positionibus purgatur, si apud saltem tacite fuerit remissa, cap. 47. nu. 15.

Mora purgari poterit, si positiones non contineant debita requisita, cap. 47. nu. 16.

Mora an possit purgari in causa appellationis, c. 47. nu. 17.

Mora purgatio non respondendo positionibus non admittitur stante statuto, termino elapso non habeantur pro confessatu, cap. 47. num. 5.

Mulieres an equiparentur Rusticis, & aliis personis idiotis, c. 33. num. 14.

Multiplex positio qua sit, cap. 17. nu. 2.

Contra Multiplicem positionem, qua Reo competant remedia, c. 13. num. 13.

Multiplici positioni non est respondendum, etiam si dictum fuerit in positione, & si non credit coniunctim, provi disiunctim, cap. 13. num. 4. vel quid simile, nu. 5. & 6.

Multiplici positioni continentis plura dicta, distincte est respondendum secundum Stat. quod tamen improbat, c. 13. nu. 11.

Mutare non potest positio vna acceptionem partis, c. 22. vbi de ratione.

Mutui restitudo si secreto fuerit facta responderi potest, non habui mutuum, quod restituere sim obligatus secundum alios, & ad-

mittere debet iudex hanc responsum ad obviandum malitiam, c. 44. num. 8. si de secreta restitutione suscipitur, nu. 9.

Mutuum secreto restitudo absolute factum fuisse negari potest secundum aliquos, c. 44. nu. 3. & 6. alij vero contra, nu. 7. vbi de rationibus.

Mutuum factum fuisse, si simpliciter ponatur, instare potest reus, ut actor declaret, an illius sit debitor, cap. 44. nu. 10.

Mutuum si fuerit simpliciter positum, potest responderi, si quid habui restituere, si restitudo fuerit secreto facta, c. 44. nu. 11.

Mutuum si fuerit secreto restitutum, quomodo tunc responderi possit, cap. 44. nu. 1. 15. & per totum.

N

Negans possidere respondendo positionibus, ipsius possessionis beneficium amittit, cap. 4. nu. 17.

Negans unum de duobus in positione positus, aliud praesumptum intelligitur fateri, cap. 53. nu. 8.

Negans mutua fuisse centum, non intelligitur negare mutua fuisse quinquaginta, cap. 53. nu. 18.

Negans positionem partim veram, & partim falsam, de peritua redargui non potest, cap. 53. nu. 23.

Negans debere decem, non intelligitur negare debere novem, vel octo, cap. 54. nu. 9. declaratur, nu. 10.

Negans positiones impertinentes in aliquam non incurrit poenam, cap. 58. num. 14.

Negans positionem multiplicem, intelligitur negare solum de decem principaliter, cap. 60. nu. 3.

Negans expresse unum caput positionis, an intelligatur aliud fateri, cap. 60. nu. 9.

Negari tuta conscientia potest, quod in debito fuit positum, c. 9. nu. 4. & 5.

Negatio facta respondendo positionibus, non requirit aliquam acceptionem, cap. 26. nu. 6.

Negatio generalis, nego narrata, ut narratur, & c. impugnat solum substantialis, non autem circumstantialis, c. 26. nu. 11.

Negatio licet vniuersalis facta respondendo positionibus, refertur ad quantitatem.

Negatio, licet vniuersalis facta respondendo positionibus refertur ad quantitatem in positione positam, cap. 53. nu. 17.

Negatio reuocata non praedicit, c. 64. nu. 4. & an in hoc sit aliqua differentia inter confessionem, & negationem reuocatam, nu. 5.

Negativa in facto proprio admittitur, c. 15. nu. 16.

Negativa indirecte potest poni, c. 15. nu. 17.

Negativa coarctata loco, & tempore poni potest, & potest etiam probari, c. 15. nu. 19.

Negativa alicuius qualitatis poni potest, c. 15. nu. 20.

Negativa iuris, licet sit probabilis, non est tamen possibilis, c. 15. nu. 21.

Negativa in casibus, in quibus potest probari, poterit etiam poni, c. 15. num. 22.

Negativa positio non admittitur, quando ponens non habet necesse probare negativam, c. 15. nu. 29.

Negativa habens implicitam affirmatiuam poni potest, c. 15. nu. 18.

Negative nulla est directa probatio, c. 15. nu. 4.

Nego habuisse pecuniam, & si apparebit, dico restituisse, vel in tuo negotio expendisse, an sit legitima responsio, c. 45. nu. 1.

Nego habuisse, licet addatur, & si apparebit habuisse, & in tuo negotio expendisse, vel quid simile, adhuc dicitur simplex responsio, cap. 45. nu. 4. & 5.

Nemo praesumitur dixisse, quod mente non cogitatur, c. 22. nu. 18.

Nemo potest se nuare ex eo, quod semel impugnavit, c. 17. num. 25. & quando sit verum, nu. 26. remissive.

Nemo tenetur detegere propriam turpitudinem, c. 18. num. 8.

Nobilium responsiones, qui non tenentur accedere ad iudicium cuius expensis fieri debeant, cap. 69. nu. 4. & 13.

Non credo cum vivum, vel non credo cum mortuum, quid importent respondendo positionibus, cap. 16. nu. 28.

Non credo nisi probetur, vel non credo nisi instrumentum appareat, an sit legitima responsio, c. 55. nu. 4. & quod stante statuto ut debeat simpliciter responderi, num. 5. & si fuerit probatum

# Index rerum Memorabilium.

vel instrumentum exhibitum erit geminata probatio, nu. 6.  
Non credo nisi probetur, vel non credo nisi instrumentum appareat, non differunt, cap. 55. nu. 7.  
Notarius debet accedere ad domum personarum egregiarum pro habendis responsionibus, cap. 69. num. 16. & qua in proposito sint egregie persone, ibid. declaratur.  
De Notoria impertinentia positionum semper potest opponi, etiam si stantum dicatur esse admittendum, nulla exceptione obstante, cap. 19. nu. 22.  
Nulla maior probatio, quam proprii oris confessio, capit. 64. numer. 16.  
Notarius si debet mitti ad recipiendum iuramentum calumnia ab absente, expensis absentis mitti debet, cap. 69. nu. 3.

## O

Obligatio seu promissio, vel confessio facta coram Iudice, ad valeat absque causa expressione, c. 20. num. 19.  
Oblivio ex facto, & ex persona argui potest, quod exemplis declaratur, cap. 34. nu. 13.  
Obscura positioni non est respondendum, remissive, capit. 10. numer. 5.  
Obscuritas ex generalitate oritur, cap. 10. nu. 4.  
Occidisse qui fatetur, licet addat, ad sui defensionem puniri debet, nisi probetur verè homicidium ad propriam defensionem fuisse commissum, c. 45. n. 3. & nu. 9. & quid si incipiat à negatione, nu. 10.  
Omnis nostra institutio à diffinitione debent proficisci, c. 1. nu. 1.  
Non Opponens contra comminationem, quod non respondens habeatur pro confesso sibi praeiudicat, cap. 48. nu. 14.  
In Ordinatorio attenditur locus Iudicij, secus verò in decisorio, cap. 35. num. 1.

## P

Particula librorum in connexu non possunt in parte acceptari, & in parte reijci, cap. 59. nu. 7.  
Pars dicitur lesa, dum impertinentibus positionibus respondere cogitur, cap. 19. nu. 30.  
Partes instare possunt per principalem ratificari positiones exhibitas per Procuratorem, cap. 24. nu. 7.  
Poena in quantum positiones, cap. 41. nu. 15.  
Poena in non respondente positionibus, quae sit, cap. 17. nu. 7.  
Periurus punitur, vbi agitur de praeiudicio tertij, capit. 41. numer. 8.  
Periurus non est interrogandus, cap. 51. nu. 6.  
Persona egregia non debet accedere ad Iudicem ad respondendum positionibus, cap. 32. nu. 6.  
Personae quae ad Palatia accedere non cogantur, c. 32. num. 27. remissive.  
Pertinens positio directe, & principaliter, quae sit, cap. 19. nu. 7.  
Pertinens positio continende, quae sit, cap. 19. nu. 11.  
Pertinens dicitur positio quocumque modo faciat ad causam, cap. 19. num. 12.  
Pertinentes positiones, quae sint, cap. 19. nu. 6.  
Petens centum dicitur virtualiter eorum petere quinquaginta, c. 53. nu. 15. & quomodo, nu. 16.  
Ponens tenetur iurare positionem esse veram, secus interrogans, c. 3. num. 24.  
Ponens, & interrogans debet iurare de calumnia, cap. 3. nu. 42.  
Ponens fatetur contenta in positionibus, cap. 2. nu. 15. cap. 4. nu. 14. capit. 6. num. 8. cap. 7. nu. 2. capit. 25. nu. 1.  
Ponens debet saltem iurare de calumnia, cap. 6. nu. 2. & 5.  
Ponens debet iurare se credere positiones esse veras, c. 6. nu. 7.  
Ponens, & respondens non possunt dici correlativi, c. 6. n. 16. & seqq.  
Ponens potest propria auctoritate, & absque vilo Iudicij decreto, positionem obscuram declarare, cap. 7. nu. 16.  
Ponens contra positiones alias exhibitas est periurus, c. 17. nu. 3.  
Ponens non admittitur ad ponendum contraria, vbi de ratione, c. 17. num. 5.  
Ponens si errauerit, docto de errore, potest ponere contrarium, c. 17. num. 6.

Ponens contrarium videtur iam contrariis positionibus respondisse, cap. 17. nu. 12.  
Ponens si credit, quod ponit, erga contrarium non credit, capit. 17. num. 13.  
Ponens ad impediendum Iudicium, aliquem esse excommunicatum, an sit audiendus, cap. 18. nu. 23.  
Ponens ad instantiam partis tenetur declarare positionem obscuram, cap. 22. num. 27.  
Ponens si seniel de calumnia iurauerit non tenetur amplius iurare, cap. 23. num. 3.  
Ponens debet iurare, se credere verum esse, quod ponit, capit. 23. num. 1.  
Ponens de centum, quomodo dicatur ponere de quinquaginta, c. 53. num. 14.  
Ponens summam certam non potest postea ponere summam diversam, cap. 55. nu. 19.  
Ponens debet iurare de calumnia, alias positiones non habentur pro confessatis, cap. 61. nu. 17.  
Ponens an teneatur exhibere scripturam in positione enunciatam, cap. 55. nu. 16.  
Ponere debet prius ille, cui prius fuit assignatus terminus ad ponendum, cap. 62. num. 3.  
Poni an possit aliquem esse excommunicatum, cap. 18. num. 24. vbi ponitur distinctio, qua reprobat.  
Ponibile est solum, quod potest probari, c. 15. nu. 3.  
Ponibile non est, quod non est probabile, c. 16. nu. 2.  
Positio quomodo à Doctoribus diversimode fuerit definita, cap. 1. num. 3. vbi num. 4. ponitur definitio Auctoris.  
Positio, & interrogatio potest declarari, cap. 3. nu. 51.  
Positio continens promissionem absque vlla temporis praescriptione dicitur obscura, cap. 7. nu. 13.  
Positio praesumptive concludens, non potest dici obscura, capit. 7. num. 14.  
Positio conditionalis reijcitur, & quare, cap. 8. nu. 1.  
Positio alternativa reijcitur, & quare, cap. 9. nu. 3.  
Positio alternativa respectu obligationis, seu facti impositione positi admittitur, quod exemplis declaratur, cap. 9. nu. 5.  
Positio alternativa in se quae sit, cap. 9. nu. 6.  
Positio alternativa admittitur, quando incertitudo pronens ex facto respondere debentis, cap. 9. nu. 7.  
Positio alternativa circa factum alienum susinetur, c. 9. nu. 9.  
Positio alternativa admittitur etiam in facto proprio, quando factum non est de recenti, sed antiquum, in quo cadat verisimilitudo obliuio, cap. 9. num. 10.  
Positio generalis in genere generalissimo non admittitur, capit. 10. num. 1. de quo duo dantur à Doctoribus exempla, & nu. 2. quae in proposito reprobat, nu. 7. & 8.  
Positio, quae sit eadem cum prima, licet non sit admittenda, id tamen non prouenit à superfluitate, cap. 11. nu. 7.  
Positio contraria alteri positioni, non dicitur superflua, & quare non admittenda, cap. 11. nu. 13.  
Positio continens summam non veram in totum, sed solum in parte potest absolue negari, etiam si dictum fuerit, & si non credit de tanto, dicat de quanto, cap. 13. nu. 6.  
Positio facti impossibilis non admittitur, cap. 14. nu. 1.  
Positio facti impossibilis de iure, an sit admittenda, c. 14. nu. 4.  
Positio facti impossibilis admittitur, si dicatur id miraculose fuisse factum, & quare, cap. 14. nu. 5.  
Positio an negati possit, cap. 15. num. 1. & num. 6. & 23. 24. & per totum.  
Positio verbiu affirmatiua, significatu verò negatiua, habetur pro negatiua, cap. 15. nu. 7.  
Positio negatiua est probabilis per confessionem partis, c. 15. nu. 25.  
Positio negatiua per confessionem partis non probabilis non admittitur, cap. 15. nu. 30.  
Positio facti alieni potest respicere merita causa, cap. 16. nu. 8.  
Positio facti alieni non facientis ad causas reijcitur vbi impertinens, cap. 16. nu. 10.

# Index rerum Memorabilium.

- Positio facti alieni non facientis ad causam non rejicitur vti positio facti alieni sed vti impertinens, quod est generale in omnibus positionibus, etiam facti proprii, cap. 16. nu. 11.*
- Positio regulariter de facto alieno fieri potest, cap. 16. nu. 12.*
- Positio continens sententiam facti alieni dicitur positio de facto proprio, & quare, cap. 16. num. 14.*
- Positio debet formari ex corpore libelli, cap. 19. nu. 2.*
- Positio indirecte pertinens qua sit, cap. 19. nu. 2.*
- Positio ad hoc, vt rejiciatur vti impertinens debet esse notorie talis, cap. 19. nu. 13.*
- Positio absque tempore non valet, cap. 20. num. 1.*
- Positio absque tempore, licet esset probata non tamen releuaret, cap. 20. num. 2.*
- Positio continens promissionem geminam valet absque causa, cap. 20. nu. 14.*
- Positio non effecta de actu mutari potest, cap. 22. num. 6.*
- Positio quando dicitur effecta de actu, cap. 22. nu. 7.*
- Positio in continenti mutari potest, capitul. 22. nu. 8. & 11.*
- Positio non redacta in scriptis non est positio, remissiuè, capit. 22. num. 10.*
- Positio mutari potest, si constet de errore, capitul. 22. nu. 17.*
- Positio continens errorem iuris potest quandocumque reuocari, cap. 22. num. 20.*
- Positio facta à Procuratore potest per principalem reuocari, cap. 22. num. 21.*
- Positio potest quandocumque declarari etiam elapso tempore ad ponendum, cap. 22. num. 25.*
- Positio à parte impugnata an possit mutari seu reuocari, cap. 22. num. 29.*
- Positio producta absque specialissimo mandato non praedicitur principali, cap. 24. num. 6. quod declaratur, num. 8.*
- Positio, si à ponente fuerit reuocata, non habetur pro confessata, cap. 25. num. 2.*
- Positio à parte impugnata, an habeatur pro confessata, cap. 25. nu. 3.*
- Positio producta in iudicio nullo an habeatur pro confessata, cap. 25. num. 4.*
- Positio in vno iudicio an praedicitur in alio, cap. 25. nu. 6.*
- Positio facta per modum excipiendi an praedicitur, cap. 25. nu. 12.*
- Positio est modus probandi, cap. 28. nu. 2.*
- Positio vti fuerit responsionem non credo, habetur pro simpliciter negata, cap. 40. numer. 5. prore absolute confessata dicitur si fuerit dictum credo, num. 6.*
- Positio, qua concernit possessionem illius, qui habent auctorem, vel ipsius auctoris dicitur captiosa, cap. 30. num. 6.*
- Positio quando dicatur eadem cum primis, capit. 51. numer. 8. quod exemplum late declaratur.*
- Positio partim vera, & partim falsa an in totum negari possit, cap. 33. num. 1.*
- Positio partim vera, & partim falsa ratione qualitatis, vel conditionis adiecta in totum negari potest, cap. 53. num. 2.*
- Positio continens duo facta diuersa, vnum verum, aliud falsum, an in totum negari possit, cap. 53. num. 4.*
- Positio continens factum falsum, & factum verum, in totum negari potest, cap. 53. n. 6. etiam si fuerit dictum coniunctum, & diuisum, num. 7.*
- Positio partim vera, & partim falsa respectu quantitatis an in totum negari possit, cap. 53. nu. 9. 10. 11. & 22.*
- Positio iuris est superflua, cap. 56. nu. 2. & 5.*
- Positio fieri potest de extraneis non inserto in corpore iuris, cap. 56. num. 11.*
- Positione impugnata quis vti non potest, cap. 26. num. 1. & de ratione, num. 2.*
- Positione, cui quis respondere recusauit vti non licet, cap. 26. nu. 30.*
- Positione impugnata ad hoc vt quis vti non possit, an sufficiat impugnatio, vel necessaria sit impugnatio acceptatio, & declaratio super ipsa impugnatione, cap. 26. nu. 4. & 5.*
- Positione negata per verba, non credit vt ponitur, nec ad effectum, ad quem ponitur, an quis vti possit, cap. 26. nu. 8.*
- Positione in parte negata, & in parte non quis vti potest in parte non negata, cap. 26. nu. 9.*
- Positione impugnata solummodo verbis generalibus quis vti potest, cap. 26. num. 10.*
- Positione negata quis vti potest, si negatio fuerit reuocata, cap. 26. num. 12.*
- Positione, qua ob contumaciam habita fuit pro confessata, an quis vti possit, cap. 26. num. 15. & quod si adsit statutum in casu contumacia positiones haberi pro confessatis, vel negatis ad commodum ponentis, cap. 26. num. 16.*
- In Positione impugnata, seu negata Iudex ex officio secundare potest, cap. 26. num. 17.*
- Positione negata ob eius implicitatem quis vti potest, & quare, cap. 26. num. 18.*
- Positionem multiplicem diuidere non debet ille, contra quem producit, cap. 13. num. 5.*
- Positiones à consuetudine fuerunt inuenta, cap. 1. nu. 8.*
- Positiones dicuntur etiam si sub nomine articulozum producantur, dummodo petatur à parte responderi, cap. 1. nu. 10.*
- Positiones inuenta sunt, vt partes releuentur ab onere probandi, cap. 2. num. 1.*
- Positiones loco probationum succedunt, cap. 2. nu. 2.*
- Positiones ab articulo in quibus differant, cap. 3. nu. 6. & seqq.*
- Positiones inuenta fuerunt à consuetudine, cap. 3. nu. 2.*
- Positiones fiunt in termino probatorio, cap. 3. nu. 10. & 25.*
- Positiones Iudex facere non potest, cap. 3. nu. 12.*
- Positiones fiunt per verbum, pono, cap. 3. nu. 14.*
- Positiones, & interrogationes quomodo fieri possint in criminali causa, cap. 3. num. 54. remissiuè.*
- Positiones fieri possunt, tam ab auctore, quam à Reo, cap. 3. nu. 21.*
- Positiones fiunt super merito, cap. 3. nu. 25.*
- Positiones debent fieri in scriptis, & interrogationes quandoque non, cap. 3. nu. 28.*
- Positiones cum interrogationibus in quibus conueniunt, cap. 3. nu. 36. & seqq.*
- Positiones, si in aliquo casu non admittantur, an debeant admitti interrogationes, cap. 3. nu. 39.*
- Positiones, & interrogationes possunt reiterari, cap. 30. nu. 46.*
- Positiones, & interrogationes possunt quandoque mutari, cap. 3. nu. 50.*
- Positiones, & articuli in quo conueniant, cap. 4. nu. 7. & seqq.*
- Positiones, & capitula indigent Iudicis admissione, & admissa dicuntur de actis, cap. 4. nu. 11.*
- Positiones, & capitula fieri possunt etiam in secunda instantia, cap. 4. num. 13.*
- Positiones in termino probatorio produci possunt ad effectum, vt ipsi negati testes super ipsis examinentur, cap. 4. nu. 32.*
- Positiones facere possunt ipsa partes litigantes, & tam auctorem rem, cap. 5. nu. 1. & de ratione, nu. 2.*
- Positiones non possunt facere, qui in iudicio stare non possunt, cap. 5. num. 6.*
- Positiones tam auctoris, quam rei promiscue admitti debent, cap. 5. num. 11.*
- Positiones rei, auctore non probante, an possint dici superfluae, cap. 5. num. 14. & 15.*
- Positiones rei si sint de directo contra positiones auctoris, non debent prius admitti, vbi de ratione, cap. 5. nu. 18.*
- Positiones rei si sint praediciales positionibus auctoris an sit respondendum, cap. 5. num. 19.*
- Positiones tam rei, quam auctoris si fuerit pronunciatum haberi pro confessatis quis succumbere debet, cap. 5. nu. 20.*
- Positiones in prima instantia per Procuratorem producta possunt in secunda instantia per principalem reuocari, cap. 6. nu. 10.*
- Positiones, quas faciunt Procuratores, presumuntur ipsis subministrata à principalibus, cap. 6. nu. 30.*
- Positiones ratificari per principalem pars instare potest, cap. 6. num. 32.*
- Positiones debent esse clarae, certa, & non obscura, cap. 7. num. 1. & de rationibus, num. seqq.*

# Index rerum Memorabilium.

- Positiones obscura declarari debent, cap. 7. n. 5. & quaecumque inflari potest pro eorum declaratione, n. 6.*
- Positiones quando dicantur obscura, cap. 7. n. 8.*
- Positiones superfluae rejiciuntur, cap. 11. n. 1.*
- Positiones retinent naturam probationum, cap. 11. n. 4.*
- Positiones contraria concessis, vel negatis non sunt admittenda non ratione superfluitatis, sed per alias rationes, cap. 11. n. 11.*
- Positiones fieri possunt etiam circa ea, qua fuerunt negata in Iudicio, absque tamen Iuramento. cap. 11. n. 15.*
- Positiones callide, captiosae, & cauillosa non sunt admittenda, cap. 12. n. 1.*
- Positiones callide, captiosae, & cauillosa cur debeant rejici, cap. 12. n. 15.*
- Positiones multiplices, & implicite rejiciuntur, cap. 13. n. 1.*
- Positiones sunt inuenta ad hoc, ut ponens releuetur ab onere probandi, cap. 15. n. 2.*
- Positiones negatiuae esse admittendas, Ius Canoniceum statuit, cap. 15. n. 8.*
- Positiones negatiuae differunt ab articulis negatiuis, quantum ad eorum admissionem, cap. 15. n. 27. ubi de ratione, n. 32. & 33.*
- Positiones formantur, & corpore libelli, cap. 16. n. 6.*
- Positiones fieri possunt super omnibus concernentibus merita cause, tam ad adiuvandum intentionem Actoris, quam ad elidendam intentionem aduersarij, & tam si principaliter, quam adnunciativè, & tam si directè, quam indirectè, cap. 16. n. 5.*
- Positiones esse contrarias tripliciter considerari potest, cap. 17. n. 1.*
- Positiones, qui dicunt, uti impertinentes esse requirendas, loquuntur de notoriis impertinentibus, cap. 19. n. 14.*
- Positiones notoriè impertinentes rejiciuntur, etiam si statutum mædet omnes positiones admitti debere, cap. 19. n. 15. & seqq.*
- Positiones notoriè impertinentes non debent admitti non obstante quacumque consuetudine, & stylo in contrarium, cap. 19. n. 20.*
- Positiones omnes si manifestè essent admittenda, plura sequerentur absurda, cap. 19. n. 29.*
- Positiones indubie admittenda sunt cum clausula (saluo, &c.) cap. 19. n. 30.*
- Positiones si fuerint admissa cum clausula (saluo iure, &c.) an possit statim fieri instantia declarari impertinentes, cap. 19. n. 41. pro negatiua adducuntur rationes, n. 42. pro affirmatiua, num. 43. & 44.*
- Positiones absque causa sustentantur in casibus, in quibus promissio, seu obligatio absque causa valet, cap. 20. n. 13.*
- Positiones debent fieri in scriptis, cap. 21. n. 1. ubi de rationibus.*
- Positiones non fiunt in scriptis in causis, in quibus proceditur sine scriptura, quod tamen improbat, cap. 21. n. 3.*
- Positiones debent produci coram Iudice, cap. 21. n. 4.*
- Positiones in Iudicio exhibita non possunt nec mutari, nec emendari, cap. 22. n. 1. ubi de ratione.*
- Positiones fieri nō solent absque matura deliberatione, cap. 22. n. 3.*
- Positiones posse mutari in causa appellationis, quomodo intelligendum, cap. 22. n. 5.*
- Positiones distincte, qua sine principalium instructione fieri non solent à principalibus, presumuntur subministrata procuratoribus, cap. 24. n. 9. & ipsis principalibus nocēt, n. 10. quod eo magis procedit interueniente aliquo temporis intervallo, n. 11.*
- Positiones sunt loco probationum, cap. 25. n. 5.*
- Positiones in qua parte Iudicij fieri possunt, cap. 27. n. 1.*
- Positiones in termino probatorio fieri posse, non est dubium, cap. 27. n. 2.*
- Positiones, an fieri possint ante litis contestationem, cap. 27. n. 3.*
- Positiones super aliquo emergenti possunt fieri ante litis contestationem, cap. 27. n. 6.*
- Positiones regulariter fiunt post prestitum iuramentum calumnie, & quid si contingat fieri ante, cap. 27. n. 7.*
- Positiones an fieri possint post conclusum in causa, cap. 27. n. 8.*
- Positiones, si fiant post conclusum in causa, an ipsis sit respondendum, cap. 27. n. 9. & 10.*
- Positiones post conclusum in causa admittuntur ex aequitate, cap. 27. numero 11.*
- Positiones super aliquo emergenti orto post conclusum in causa admittuntur, cap. 27. n. 14.*
- Positiones admittuntur post publicationem testimonij, si testes nihil probauerint, cap. 27. n. 18.*
- Positiones non sunt probationes, sed liberant ab onere probandi, cap. 27. n. 22.*
- Positiones post publicationem processus admittuntur, si procedatur sola veritate inspecta, cap. 27. n. 26.*
- Positiones in causa appellationis non possunt fieri ante productionem grauium, cap. 27. n. 31. limitatur, n. 33.*
- Positiones in causa appellationis admittuntur, dummodo ipsis in prona instantia non fuerit responsum, cap. 27. n. 33. quod declaratur, n. 34.*
- Positiones sunt inuenta ad hoc, ut ponens releuetur ab onere probandi, cap. 28. n. 1. & quomodo id intelligatur, n. 4.*
- Positiones facere non potest, qui suscepit in se onus probandi per testes, ac per instrumenta tantum, cap. 28. n. 5.*
- Positiones in Iudicio criminalibus non fiunt, cap. 30. n. 1.*
- Positiones respiciunt probationes, cap. 35. n. 2.*
- Positiones dicitur respicere ordinataria, & quomodo, cap. 35. n. 5.*
- Positiones fiunt ad hoc, ut actor releuetur ab onere probandi, cap. 39. n. 3. & quomodo id sit intelligendum, cap. 35. n. 8.*
- Positiones fiunt super factis, cap. 56. n. 6.*
- Positiones super iure presumpcio fieri possunt, cap. 56. n. 23. declaratur, n. 24.*
- Positiones an fieri possint super eo, quod Ius presumat, cap. 56. n. 25.*
- Positiones ad hoc, ut habeantur pro confessatis debent legi respondere debent, cap. 61. n. 16.*
- Positiones super aliquo emergenti possunt fieri etiam ante litis contestationem, cap. 61. n. 18.*
- Positiones non habentur pro confessatis, nisi instante parte, cap. 61. n. 32.*
- Positiones non habentur pro confessatis, si ponens scienter falsum posuerit, cap. 61. n. 33.*
- Positiones contraria non sunt admittenda, cap. 62. n. 4.*
- Positiones respiciunt factum & non ius, cap. 65. n. 5.*
- Positioni sine tempore non est respondendum, secus est in interrogatione, cap. 3. n. 29.*
- Positioni criminosa non est respondendum, cap. 3. n. 32. & 48.*
- Positioni obscura respondens potest illam declarare, cap. 7. n. 19.*
- Positioni alternatiua qui respondere non cogitur, cap. 9. n. 4.*
- Positioni, que sit eadem cum prima, non est respondendum ea, quare, cap. 11. n. 6.*
- Positioni alias confessata non est amplius respondendum, cap. 11. n. 9. nec minus alias negata, n. 10.*
- Positioni facti alieni, cui annexam sit factum proprium, est respondendum, quod exemplificatur, cap. 16. n. 9.*
- Positioni continentis factum alienum est respondendum certitudinaliter, quando in respondere debent concurrat presumpcio scientia, cap. 16. n. 15.*
- Positioni super facto alieno, in quo non cadat verisimilis scientia, nec de ipso se informare valet, potest responderi per verbum ignoro, cap. 16. n. 26.*
- Positioni, ob quam quis detegitur possessor rei aliena, est respondendum, cap. 18. n. 3. & seqq.*
- Positioni criminosa non est respondendum, tam si contineat factum proprium, quam alienum, cap. 18. n. 15.*
- Positioni duplici, non est respondendum simpliciter, cap. 39. n. 16.*
- Positiones continentis duo facta diuersa, ut multiplici non est respondendum, cap. 53. n. 5.*
- Positioni, aliquid fuisse factum ad terminos iuris, non est respondendum, cap. 56. n. 7.*
- Positioni ius statutarium continentis non est respondendum, cap. 56. n. 8. declaratur n. 9. & 10.*
- Positioni continentis factum est respondendum, licet habeat annexam conclusionem iuris, cap. 56. n. 20. improbat, n. 21. de quo, & n. 22.*

# Index rerum Memorabilium.

- Positioni de fama quomodo responderi solcat, cap. 60. n. 12.  
 Positionibus non respondens, intelligitur sateri omnia in ipsis contenta, cap. 3. n. 22.  
 Positionibus respondens non habet terminum ad deliberatè respondendum, cap. 5. n. 30. & 39.  
 Positionibus respondens debet iurare de calumnia, cap. 3. n. 40.  
 Positionibus actoris prius respondendum videtur, cap. 5. n. 9.  
 Positionibus contrariis positionibus à se factis non est respondendum, cap. 5. n. 17. declaratur nu. 18.  
 Positionibus est clarè respondendum, cap. 7. n. 4.  
 Positionibus circa connexa, vel negata non est amplius respondendum, cap. 11. n. 13.  
 Positionibus semel tantum est respondendum, & quare, cap. 11. n. 8.  
 Positionibus qui responsum dedit in prima instantia, non tenetur respondere in secunda, & quare, cap. 11. n. 14.  
 Positionibus canillosis nunquam vti licet, cap. 12. n. 20.  
 Positionibus semel tantum est respondendum, etiam si fuerit responsum per verbum credit contra Seacc, cap. 11. n. 17.  
 Positionibus non tenetur respondere, qui habet intentionem fundatam, cap. 11. nu. 20.  
 Positionibus negatiuis esse respondendum, cap. 15. nu. 9. & quomodo id sit arbitrarium Iudici, nu. 10. & 31. & qui teneant non esse ipsis respondendum, nu. 11. & an ipsis sit saltem respondendum vti interrogationibus, num. 12.  
 Positionibus contrariis positionibus aduersarij an sit respondendum, cap. 17. n. 7. & seqq.  
 Positionibus responderi solet per verbum credulitatis, cap. 17. n. 8.  
 Positionibus non est respondendum, si de facili quis in contrarietatem incidere posset, cap. 17. n. 14.  
 Positionibus continentibus, contrarium his, quæ aliis positionibus respondendo dixit, non est respondendum, cap. 17. n. 27.  
 Positionibus criminosis non esse respondendum, cap. 18. n. 20.  
 Positionibus continentibus, aliquem commississe furtum, vel usuram, non est respondendum, etiam si de interese civili solum agatur, cap. 18. n. 12. & quid si respiciant solum ordinaria Iudicij, nu. 25.  
 Positionibus post publicationem processus est respondendum, maxime si fuerint producta ante publicationem, cap. 27. n. 27. vel si tendant ad declarationem productarum, n. 28.  
 Positionibus crimen continentibus, vel ad crimen inferentibus non est respondendum, cap. 30. n. 4.  
 Positionibus vnusquisque respondere tenetur, etiam si sit Episcopus, Archiepiscopus, vel Princeps, etiam si habeat causam con subdito, cap. 32. n. 23.  
 Positionibus est respondendum regulariter absente Procuratore, & Aduocato, cap. 33. n. 12. & quid in personis idiotis, n. 13.  
 Positionibus an sit respondendum cum presentia Procuratoris, Iudicis arbitrari relinquitur, cap. 37. n. 16.  
 Positionibus concernentibus dominium euincens non est respondendum, cap. 50. n. 2.  
 Positionibus an pluries sit respondendum, cap. 51. n. 1. & 3. & per totum.  
 Positionibus ob quas incidi posset in contrarietatem, vel periurium, non est respondendum, cap. 51. n. 4. & 5. & cap. 52. n. 1. & 13.  
 Positionibus quibus non fuit legitime responsum, iterum est respondendum, cap. 51. n. 9.  
 Positionibus est iterum respondendum, si prima responsiones fuerint deperdita, cap. 51. n. 9.  
 Positionibus, qua fiat eadem cum primis, vel contraria negatis, vel contraria confessatis non est respondendum, & nu. 4.  
 Positionibus duplicibus, & implicatis non est respondendum, cap. 52. nu. 3. 5. & 10.  
 Positionibus est semel tantum respondendum, cap. 52. n. 8.  
 Positionibus rei decisa per iuramentum non est respondendum, cap. 52. n. 11.  
 Positionibus dependentibus ab aliis, quibus fuit responsum, non est respondendum, cap. 51. n. 12.  
 Positionibus super possessione negata in prapatoriis non est respondendum, cap. 52. n. 14. vbi de rationibus.  
 Positionibus, an possit vti ille, qui suscepit in se omni probandi, cap. 52. n. 16.  
 Positionibus iuris non est respondendum, cap. 56. n. 1.  
 Positionibus super iure consuetudinatio an sit respondendum, cap. 56. nu. 12. declaratur nu. 13. & 14.  
 Positionibus continentibus ius dispositum, non disponens, an sit respondendum, cap. 56. n. 15. declaratur, n. 16.  
 Positionibus respondens minus legitime non habetur pro confessi, cap. 61. nu. 24.  
 Positionibus non respondens non habetur pro confessi, si compareat, & alleget causam, ob quam non fuerit contumax, cap. 61. nu. 35.  
 Positionibus debent respondere ipsmet principales, cap. 65. n. 1.  
 Positionibus imperimentibus de stylo Rota Romana, est respondendum, cap. 19. n. 3.  
 Positionibus respondens non calumnia, sed veritatis iuramentum prestat, cap. 67. n. 8.  
 Positionis nomen vnde originem traxerit, cap. 1. n. 9.  
 Positionis superflua exempla diuersa per Doctores, cap. 11. n. 5.  
 Positionum origo, cap. 1. n. 5.  
 Positionum in Iure Canonico sit expressa mentio, cap. 1. n. 7. positionum finis est, vt ponens fateatur, & quod confessio respondententi preiudicet, cap. 6. n. 22.  
 Positionum obscuritas, vel ex verbis, vel ex oratione oriri potest, cap. 7. nu. 9.  
 Positionum obscuratum duo ponuntur exempla, cap. 7. n. 10. & 12.  
 Positionum verba non est, quod interpretentur secundum iuris regulas, cum ab ipsomet ponente declarari possint, cap. 7. n. 15.  
 Positionum vbi non datur copia, Procuratores, & Aduocati non debent esse presentes, dum principales respondent, cap. 66. n. 5. & an saltem possint manere prope ipsos, ne decipiantur, nu. 6. & quid si respondere debentes sint persona idiota, nu. 8. & quid in rusticis nostri temporis, nu. 9.  
 Positionum effectus est, vt qui ponit fateatur, cap. 24. n. 2.  
 Possessor bona fidei quo ad superiorem nullo vnquam tempore ex possessione ius acquirit, cap. 31. nu. 7.  
 An Possideat, vel dolo desierit possidere, est respondendum, cap. 1. nu. 2. & in quibus terminis procedat, n. 11.  
 Prælatus, & Rector Ecclesie in respondendo positionibus non praiudicant eorum Ecclesie, cap. 68. nu. 22. nisi respectu proprii interni, nu. 23.  
 Prasumptiue quando dicatur posuio pertinens, cap. 19. n. 10.  
 Prapatoriis est respondendum, ne publico reddat censorium, cap. 18. nu. 11. & 25.  
 Princeps litigans cum subdito an teneatur iurare de calumnia, cap. 32. nu. 24.  
 Princeps non tenetur accedere ad Iudicem ad respondendum positionibus, sed Iudex debet accedere ad Principem, vel mittens Notarium ad recipiendum responsiones, cap. 22. n. 25.  
 Ad Principales spectat respondere positionibus, cap. 66. n. 3.  
 Principalis non potest cogi ad respondendum positionibus vti procuratori fecerit mandatum ad respondendum sic, & sic, cap. 61. nu. 17. & 18.  
 Principalis potest deducere contrarium eius, quod suus procurator in positionibus deduxit, cap. 22. n. 22. limitatur, si procurator habuerit mandatum ad sic ponendum, n. 2. & 23. & quid si tacita, vel prasumpta ad sit iustificatio, nu. 24.  
 Principalis potest respondere contrarium his, quæ procurator absque speciali mandato respondit, cap. 17. n. 28.  
 Principalis potest reuocare positiones procuratoris, non docto etiam de errore, & ponere contrarium, cap. 17. n. 23.  
 Ponendi facultas non est angustanda, cap. 28. n. 3.  
 Probari quæ non possunt, nec etiam ponere licitum est, cap. 14. n. 2.  
 Probatio an admittatur contra fictionem, cap. 49. n. 9.  
 Probatione inutili nemo grauari debet, cap. 19. n. 1.  
 Probationes autem litis contestatione reijciuntur, cap. 27. n. 4.  
 Probationes quando fieri possint ante litis contestationem, ca. 27. n. 5.  
 Probatio

# Index rerum Memorabilium.

- Probationes dicitur respicere decisoria, cap. 35. nu. 3. & quomodo, num. 4.*  
*Probationes super articulis admittuntur cum clausula, salvo iure impertinentium non praeducant, si articuli non erant admittendi, cap. 32. n. 3.*  
*Probationibus factis super positione negata quis vti potest, cap. 26. num. 13.*  
*Probationibus qui renunciauit, an possit facere positiones, ca. 29. n. 1.*  
*Probationum certa species, qui renunciauit non prohibetur facere positiones, cap. 29. n. 4.*  
*Procurator an possit facere positiones, cap. 6. n. 5. & quid in procuratore in rem suam, n. 18. & 31.*  
*Procurator absque speciali mandato non potest iurare de calumnia, cap. 6. n. 6.*  
*Procurator non potest aliquid facere in praedictum eius principalium, cap. 6. n. 9.*  
*Procurator si solum fuerit monitus principalis potest appellare, cap. 48. n. 3.*  
*Procurator non potest respondere positionibus, cap. 6. n. 11.*  
*Procurator debet iurare de calumnia etiam in animam propriam, cap. 67. n. 7.*  
*Procurator cum speciali mandato potest facere positiones, cap. 6. n. 11. limitatur si ad sit statutum, ut positione personaliter fieri debeat, nu. 33.*  
*Procurator si produxerit positiones absque speciali mandato potest fieri instantia ratificari per principalem, cap. 6. n. 20.*  
*Procurator, principali absente, an possit facere positiones, cap. 6. nu. 36. & ponitur distinctio, n. 37.*  
*Procurator an possit respondere positionibus pro principali absente, cap. 6. n. 38. 39. & 40. tres referuntur opiniones, & nu. 41. affirmatiue probatur.*  
*Procurator si potest respondere positionibus pro absente, tanto magis pro ipso ponere potest, cap. 6. n. 42.*  
*Procurator habens mandatum ad iurandum de calumnia potest producere positiones, cap. 23. nu. 4. & sufficit mandatum generale ad iurandum de calumnia, n. 5.*  
*Procurator, & Aduocatus non possunt respondere positionibus, cap. 23. n. 8. remissiuè.*  
*Procurator, si solum fuerit monitus principalis potest appellare, cap. 48. n. 8.*  
*Procurator, si ipse respondere deberet ipse esset monendus, ca. 61. n. 11.*  
*Procurator non tenetur respondere positionibus, cap. 61. n. 12.*  
*Procurator actoris ad instantiam rei non potest cogi ad respondendum positionibus, cap. 65. n. 15. nisi specialissimum habeat mandatum, n. 16.*  
*Procurator potest cogi ad deponendum in causa, in qua non interuenit, licet habeat mandatum generale ad lites, cap. 67. n. 10.*  
*Procurator non potest cogi ad ferendum testimonium in causa, in qua est procurator, prout nec principalis cogi potest, cap. 67. n. 11.*  
*Procurator potest cogi ad se examinandum circa ea, quae scilicet antequam esset Procurator, si appareat fuisse constitutum Procuratorem in fraudem, cap. 67. n. 16.*  
*Procurator an, & quando petere possit terminum ad certiorandum principalem, cap. 69. n. 17. & 18.*  
*Procurator an sit admittendus ad respondendum positionibus pro absente, cap. 69. n. 19. & quod si ponens consensuerit, nu. 20.*  
*Procurator ad respondendum positionibus pro absente admittitur, si habeat specialissimum mandatum ad respondendum sit, & sic, cap. 69. nu. 21. & quod si statutum dicat, ut principalis debeat per lites respondere, n. 22. & 24. quod in locis, in quibus positionum datur copia bene verificari potest, nu. 23.*  
*Procurator in rem suam an possit respondere positionibus, ca. 69. n. 25.*  
*Procurator potest respondere positionibus pro absente, si ignoratur ubi sit principalis, cap. 69. n. 26. sed si redeat potest ipse principalis cogi ad respondendum, nu. 27. qui non docto etiam de errore poterit re integra reuocare confessionem Procuratorum, n. 28.*  
*Procuratores non admittuntur ad respondendum positionibus, cap. 65. n. 2. & de rationibus, num. seqq.*  
*Procuratores non possunt iurare in animam principalem, cap. 65. num. 4.*  
*Procuratores non possunt facere incidere in penam eorum principales, cap. 65. nu. 8.*  
*Procuratores non admittuntur ad ponendum, & sicut tunc minui ad respondendum positionibus, cap. 65. nu. 10.*  
*Procuratores, & Aduocati non possunt instruere principales, quomodo positionibus respondere debeant, cap. 66. nu. 1. declaratur, n. 2. nec ad negandum rem veram, n. 2. 3. & 4.*  
*Procuratores non est necesse, quod habeant specialissimum mandatum ad ponendum, saltem & style, & obseruantia, cap. 6. n. 29.*  
*Procuratores an possint cogi ad respondendum positionibus in animam propriam, cap. 67. n. 1. & qua considerentur in contrario, num. 2.*  
*Procuratores etiam volentes non admittuntur ad respondendum positionibus, cap. 67. n. 3.*  
*Procuratores non possunt cogi ad se examinandum in causis eorum principalium, cum non teneantur reuelare secreta cause, cap. 67. n. 15.*  
*Procuratori non potest fieri specialissimum mandatum ad respondendum positionibus, ubi ipsarum non datur copia, cap. 65. n. 12.*  
*Procuratoris confessio potest à principali reuocari non docto etiam de errore, cap. 65. n. 11.*  
*Procuratoris mandatum circa positiones potest esse in triplici differentia, cap. 65. n. 12.*  
*Procuratoris mandatum ad respondendum positionibus non sufficit, cap. 65. n. 13. nisi sit specialissimum, nu. 14.*  
*Procuratoris confessio facta respondendo positionibus, non dicitur facta per modum contentiosa iurisdictionis, cap. 67. n. 13.*  
*Procuratorum responsiones in respondenda positionibus non iuuant ponenti, nec nocent principali, cap. 67. n. 4.*  
*Procuratorum responsiones possunt à principali reuocari non docto etiam de errore, cap. 67. n. 5.*  
*Producere, & enunciare an differant quantum ad exhibitionem, cap. 55. n. 17.*  
*Promissio absque causa valet in liti, ca. 20. n. 12. remissiuè.*  
*Promissio facta ad fauorem Ecclesiae Civitatis, vel Principis valet absque causa, cap. 20. n. 16.*  
*Promissio, seu obligatio facta à persona sapientis, & sagaci valet absque causa expressione, cap. 20. n. 20.*  
*Promissio in genere qua fit, cap. 12. n. 14.*  
*Promissio de equo an valeat, cap. 10. n. 9.*  
*Promissio de dando aliquid an sit valida, cap. 10. n. 6. & quid in promissione de dando agrum, n. 7. 8. 10. 12. & 13.*  
*Promissio in genere subalterno valet, cap. 10. n. 15.*  
*Pronuncia iudicis requiritur, ut positiones habeantur pro confessatis, cap. 46. nu. 1. non obstante contumacia respondere debent, etiam si statutum expresse disponat contumacem in respondendo positionibus haberi pro confessato, nu. 3.*  
*Pronuncia iudicio non requiritur, cap. 46. nu. 6. si statutum mandet reum haberi pro confessato ipso iure, vel ipso facto, n. 7.*  
*Pronuncia super contumacia an requiratur, cap. 46. n. 10. & 11.*  
*Pronuncia positiones haberi pro confessatis, an noceat si de veritate in contrarium appareat, cap. 49. n. 1.*  
*Pronuncia non obstante, positiones haberi pro confessatis, potest probari contrarium, cap. 49. n. 6.*  
*Pronuncia, positiones haberi pro confessatis, an sit necessaria, cap. 61. n. 23.*  
*Pronuncia, positiones haberi pro confessatis potest ab eodem iudice retractari, cap. 61. n. 18.*  
*Proprium reuocare dictum est indicens, cap. 17. n. 4.*  
*Pubertati proximi qui sunt, iudicium arbitrio relinquuntur, ca. 58. n. 12.*  
*Puber, si non habet Curatorem, potest valide respondere positionibus, cap. 88. nu. 17. si vero Curatorem habeat, eius auctoritas est necessaria, n. 18.*  
*Publicato etiam processu posse fieri positiones est communis sententia, cap. 27. n. 18. Immutatur, n. 21. & 29.*  
*Puniti criminaliter nemo potest, nisi prius de delicto clare con-*

# Index rerum Memorabilium.

stet, cap. 41. numero 10.  
Purè idem est, quod simpliciter, cap. 39. num. 10.  
Purè, & simpliciter esse respondendum positionibus quid importet, cap. 39. n. 9.

**Q**ualificatam responsionem in rustico, & idiota iudex admittere potest, cap. 42. n. 7.  
Qualitas adiecta in obligatione diuersificat ipsam obligationem, cap. 53. n. 3.  
Qui prior appellat, prior agit, cap. 5. n. 8.  
Qui negat, non ponit, nec affirmat, sed remouet, cap. 15. n. 5 & 28.  
Qui facit positionem negatiuam affirmat, cap. 15. n. 28.  
Qui tacet non fatetur, nec negat, cap. 32. n. 10.  
Qui habet auctorem non tenetur respondere positionibus concernentibus dominium, cap. 50. nu. 3. & quid si solum concernant possessionem, n. 47. & seqq.  
Qui fatetur positionem duo capita aequè principaliter continentè, vtrumque dicitur fateri, cap. 60. n. 5. secus si vnum sit principaliter deductum, aliud incidenter, num. 6.  
Qui fatetur omnia, & singula in positione contenta, intelligitur etiam fateri incidenter prolata, cap. 60. nu. 7.  
Qui fatetur expresse vnum caput positionis, intelligitur aliud negare, cap. 60. nu. 10.  
Quod non est probabile, non est possibile, & quomodo id intelligatur, cap. 27. n. 25.

## R

**R**ellor Ecclesie, & Prelatus in respondendo positionibus non praiudicant eorum Ecclesie, cap. 68. n. 22. nisi respectu proprii interesse, n. 23.  
Referens se ad Instrumentum non intelligitur fateri non contenta in Instrumento, cap. 55. n. 18.  
Referens se ad instrumentum non intelligitur ipsum approbare, si sit nullum, cap. 55. n. 20.  
Refero me ad instrumentum, vel credo, prout in Instrumento, an differat ha responsiones, & an sint admittenda, cap. 55. n. 11. & 12.  
Relatio ad instrumentum ipsum non approbat, cap. 55. n. 21.  
Reseruatio pensionis est contra ius, cap. 31. n. 13.  
In Respondendo positionibus requiritur iuramentum, cap. 63. n. 3.  
Respondens positionibus debet certitudinaliter respondere, quemadmodum ponens quid certum ponere debet, cap. 22. n. 28.  
Respondens positionibus debet iurare, cap. 23. n. 7.  
Respondens positionibus absolute iurat, verum esse, quod respondendo dicit, cap. 23. n. 12.  
Non Respondens positionibus an de iure conuincatur habeatur pro confesso, cap. 32. n. 8.  
Respondens positionibus per verbum nescire, punitur de periuicio, si probetur scientia, cap. 41. n. 14.  
Respondens positionibus minus legitime non habetur pro confesso, cap. 61. n. 34.  
Respondens positionibus potest protestari de reuocanda responsione, quatenus non fuisse respondendum, cap. 64. n. 32.  
Respondentes positionibus solent esse procliuiores ad negandum, quam fatendum, cap. 66. n. 7.  
Respondere debens an teneatur diuidere positionem Aduersarij, cap. 42. n. 6.  
Respondere an possit per verba equipollentia, cap. 43. n. 1. & quid si statutum viatur verbis taxatiuis, n. 8. declaratur, nu. 9.  
Respondere debet certitudinaliter super factis alieno, de quo respondens de facili se informare possit, cap. 16. nu. 22. quod tamen declaratur, n. 25.  
Responsio data positionibus admisso cum clausula, saluo, &c. non praiudicat, si non erat respondendum, cap. 17. n. 21.  
Responsio facta positionibus admisso cum clausula, saluo iure impertinentium non praiudicat, si positiones non erant admittenda, cap. 38. n. 2.  
Responsio Categoria, & Hypothesica, qua sunt, cap. 39. n. 17.  
Responsio per verbum credere dicitur simplex, & absoluta, cap. 40. n. 1. & dicitur responsio veritati, n. 3. & inducit veram confes-

sionem, n. 6. & praiudicat, prout si facta fuisset per verbum veritatis, n. 7. etiam si addatur, vt ponitur, n. 11.

Responsio facta positionibus per verbum non creditur simplex, etiam si addatur, vt ponitur, & ad effectum, ad quem ponitur, cap. 40. n. 13.  
Responsio per verbum creditur dicitur simplex, & absoluta, etiam si addatur, credit de auditu, cap. 40. n. 16.  
Responsio per verbum creditur dicitur absoluta, & praiudicat, etiam si de facto alieno respondeatur, cap. 40. n. 17.  
Responsio per verbum creditur dicitur absoluta, cap. 41. n. 9.  
Responsio qualificata, duplex, conditionalis, modificata, dubia, incerta, alternatiua non admittitur, cap. 42. n. 1.  
Responsio debet esse certa, & non continere aliquam dubietatem, cap. 42. n. 2.  
Responsio qualificata admittitur, si talis etiam fuerit positio, cap. 42. n. 3. vbi de ratione.  
Responsio duplex, & implicita admittitur, si talis fuerit positio, cap. 42. n. 4.  
Responsio habuisse, sed restituisse, an possit in parte acceptari, & in parte reijci, cap. 44. n. 15.  
Responsio relativa ad instrumentum, in quibus casibus admittatur, cap. 55. n. 13. & 15.  
Responsio ad Instrumentum relativa perinde est, ac si de contentis in Instrumento fieret expressa mentio, cap. 55. n. 14.  
Responsio relativa ad Instrumentum, non magis nocet, quam instrumentum, cap. 55. n. 18.  
Responsio relativa ad instrumentum non admittitur, nisi instrumentum producat, vel de ipso in actu appareat, vel in positione fuerit enunciatum, cap. 55. n. 22.  
Responsio relativa ad instrumentum admittitur in facto antiquo, & implicito, cap. 55. n. 25.  
Responsio relativa ad Instrumentum admittitur, si producat, cap. 55. n. 25.  
Responsio per verbum credere reputatur absoluta, cap. 23. n. 13. remissuè.  
Responsio per relationem incertam, certa euadit, si producat scriptura, ad quam sit relatio, cap. 55. n. 25.  
Responsio facta impertinentibus positionibus non praiudicat, cap. 58. n. 1.  
Responsio facta positionibus praiudicat, etiam si aliquid ultra interrogationem addatur, cap. 58. n. 6.  
Responsio facta interrogationi non admittenda, valet, cap. 58. n. 7.  
Responsio facta libello inepto, valet, cap. 58. n. 8.  
Responsio facta positionibus impertinentibus, admissa tamen cum clausula, saluo iure impertinentium, non praiudicat, cap. 58. n. 9. vbi de ratione, & ampliatur, n. 13.  
Responsio potest in parte acceptari, & in parte reijci, si incipiat à confessione, secus si à negatiua, cap. 59. n. 2. & 3.  
Responsio in connexis non potest in parte acceptari, & in parte reijci, cap. 59. n. 5.  
Responsio facta respondendo positionibus regulariter reuocari non potest, cap. 67. nu. 7.  
Responsio, quam quis facere non erat obligatus potest reuocari, cap. 64. nu. 31.  
In Responsione circa factum alienum sufficit probari, rem aliter se habere, cap. 64. nu. 25.  
Ex Responsione per verbum credo, clarissima oritur probatio, cap. 40. num. 8.  
Responsionem duplicem iudex, quandoque ex equitate admittere potest, cap. 39. n. 17.  
Responsionem relativam ad aliquam scripturam, qui vult sustinere, debet illam exhibere, cap. 15. n. 26. ad quod etià cogi potest, n. 27.  
Responsiones facta positionibus, & interrogationibus releuant ab onere probandi, cap. 3. n. 43.  
Responsiones ad positiones debent in scriptis adnotari, cap. 21. n. 2.  
Responsiones non debent fieri de necessitate coram iudice, sed sufficit, quod coram Notario fiat, cap. 21. n. 5.  
Responsiones facta cum protestatione non praiudicant, si appareat, positionem



# Index rerum Memorabilium.

positiones esse inuperinentes, cap. 52. num. 12.  
Responsiones modificatae in conexu admittuntur, cap. 59. n. 17.  
Responsiones absentis, quod debeant procurari communibus expensis, reprobatur, cap. 69. n. 12. 14. & 15.  
Responsiones nobilitatis, quod debeant procurari communibus expensis, reprobatur, cap. 69. n. 13. & 16.  
Restitutio in integrum an concedatur aduersus responsiones datas positionibus, cap. 71. n. 1. & per totum.  
Restitutio adhuc, ut maiori concedatur aduersus responsiones datas positionibus duo requiruntur, cap. 71. n. 2.  
Restitutio non conceditur doloso periuro, & delinquenti, ca. 71. n. 5.  
Restitutio non conceditur maiori aduersus pronuntiam positiones haberi pro confessatis, cap. 71. n. 15. Minori vero conceditur probata lesione, n. 16.  
Resoluitio mediantes expositione negata quis vti potest, cap. 26. num. 14.  
Reuocatio quando dicatur facta in continenti, cap. 21. nu. 9. 12. 13. 14. & seqq.  
Reuocatio responsionis facta in respondendo positionibus, regulariter reuocari non potest, cap. 54. n. 8.  
Reuocatio quando dicatur facta in continenti, cap. 64. n. 9. & seqq.  
Reuocatio negationis ad euitandam poenam quandoque admitti solet, cap. 64. nu. 6.  
Reus an possit facere positiones ante auctorem, cap. 5. n. 7. & seqq.  
Reus in exemptionibus dicitur actor, cap. 5. n. 12.  
Reus in exemptionibus dicitur prior, quemadmodum actor in petitione, cap. 5. n. 13.  
Reus potest cogi ad respondendum positionibus contrariis his, quae ipse dixit respondendo libello, & quare, cap. 11. n. 16.  
Reus an possit ponere ante auctorem, vel prius actor ponere debeat, cap. 17. n. 2.  
Reus in criminalibus debet respondere per verbum veritatis, non autem credulitatis: ac ideo non tenetur respondere positionibus, quibus per verbum credulitatis responderetur, cap. 30. nu. 2. quae tamen ratio improbat, nu. 3.  
Reus licet teneatur respondere querela, & inquisitioni, hinc tamen non sequitur, quod teneatur respondere positionibus, cap. 30. n. 8. vbi de ratione.  
Reus quare teneatur respondere positionibus, cap. 32. n. 19.  
Reus si non tenetur edere ad fundandam intentionem actoris, quare teneatur respondere positionibus, cap. 32. n. 2. & dua adducuntur rationes, nu. 4. & 5. quae tamen reprobantur, aliam rationem adducit Scacc. quae pariter damnatur, n. 6.  
Reus non prohibetur post simplicem responsionem alia addere separata, & diuersa, cap. 45. nu. 8.  
Reus si fatetur pecuniam habuisse, debet condemnari, etiam si addat reseruisse, vel in negotiis ponentis expendisse, cap. 45. n. 11.  
Reus post simplicem confessionem, vel negationem, non prohibetur alia addere, quae simplicem confessionem, vel negationem non infringant, cap. 45. n. 12.  
Reus si respondeat, antequam Index pronuntiet, positiones haberi pro confessatis, admittitur responsio, cap. 46. n. 4.  
Reus non potest perire de directo contra proposita ab actore, cap. 62. n. 7. & de ratione, n. 8. & 9.  
Reus potest indirecte ponere contra positiones actoris, & contra contenta in eius petitione, cap. 62. n. 10.  
Rota Romana non attendit fictas confessiones, cap. 62. n. 27.  
Rugina circareuocationem factam in iudicio reprobatur, cap. 64. num. 24.  
Rusticam, & personam idiotam respondere debere cum praesentia Procuratoris, vel Advocati, qui asserunt, an idem intelligere videantur etiam in mulieribus, cap. 33. n. 25.

S

Scacciam male sensisse de iudicio lib. 2. n. 765. cap. 23. n. 19.  
Scapucinus de vtili Saly. interd. improbat, dum dicit, eum qui habet auctorem, obligatum esse respondere positionibus super possessione, cap. 50. nu. 15.  
Scriptura impugnata an qua vti possit, cap. 26. num. 7.

Semel tantum positionibus est respondendum, cap. 52. nu. 8.  
Sententiam, condemnationem, vel absolutionem per equipollens continere sufficit, cap. 43. nu. 5.  
Sententia in conexu non possunt in parte acceptari, & in parte reuocari, cap. 59. nu. 8.  
Separata qui respondendo asserit, probare debet, cap. 44. nu. 2.  
Separata in materia confessionum, quae sint, cap. 59. nu. 16.  
Sibi contrarius non auditur, cap. 17. nu. 2.  
Simplex responsio facta positionibus, quae sit, cap. 59. nu. 12.  
Simplex ad hoc, ut dicatur responsio, quae continere debeat, cap. 59. n. 23.  
Simplex responsio, quae dicatur, cap. 59. nu. 14.  
Simplex responsio quae sit, cap. 45. nu. 2.  
Simplex responsio non alteratur per adiectionem, cap. 45. n. 6. & 7.  
Simplicitas est amica legum, cap. 12. nu. 16.  
Simpliciter est respondendum positionibus simplicibus, capit. 39. nu. 4. praecipue stante statuto, num. 5. & idem stante statuto, vel consuetudine, num. 7.  
Simpliciter positionibus non respondentis potest cogi ad iteram respondendum, cap. 39. nu. 5.  
Simpliciter, & pure respondendum positionibus quid importet, cap. 39. num. 9.  
Simpliciter respondere quid importet, cap. 39. nu. 11.  
Simpliciter fieri dicitur responsio cum conditione, quae de sui natura actus inest, cap. 39. nu. 14.  
Sindici communitatum debent respondere positionibus, cap. 68. n. 24. & eorum responsiones communitatibus praedictis, nu. 25.  
Sindici confraternitatum debent respondere positionibus, capit. 68. num. 26.  
Sindici Monasteriorum, & Monialium non tenentur respondere positionibus: sed ipsi Monachi, & Moniales sunt interrogandi, cap. 68. num. 27. reprobata opinione, quod Sindici teneantur respondere, sed absque iuramento nu. 28.  
Soluens vni ex sociis, ab omnibus dicitur liberatus, cap. 63. nu. 7.  
Solutione facta vni ex correis, quibus insolidum debeat, extinguitur obligatio, cap. 63. nu. 4.  
Speciali positioni qui responsum dedit, potest cogi ad respondendum etiam generali, cap. 54. nu. 3.  
Spoliatus in beneficiis an debeat probare titulum, cap. 31. nu. 8.  
Spoliatus in beneficiis, si probet possessionem triennem, an debeat probare titulum, cap. 31. nu. 9.  
In Spolij causa an fiant positiones, cap. 30. nu. 11.  
Statuentium verisimilis mens habetur pro expressa, capit. 19. numer. 27.  
Statuta disponentia simpliciter esse respondendum positionibus addunt per verbum, credit, vel non credit, cap. 40. n. 4.  
Statutum loquens de positionibus in interrogationibus locum non habet, cap. 33. nu. 35.  
Statutum disponens, ut personaliter debeat responderi positionibus, etiam in ponente locum habet, cap. 5. n. 13. quod tamen reprobatur, nu. 14.  
Statutum si mandet positionibus etiam impertinentibus responderi, non habet locum, si impertinentia sit notoria, cap. 19. n. 17.  
Statutum si mandet, omnes positiones censeri admissas, salvo iura cognoscendi de earum impertinentia in fine litis, ad huc notorie impertinentes, non censentur admissae, cap. 19. nu. 16.  
Statutum mandans omnes positiones esse admittendas cum clause, salvo iure impertinentium, adhuc notorie impertinentes non debent admitti, cap. 19. nu. 19.  
Statutum mandans, omnes positiones intelligi admissas ipso iure, adhuc notorie impertinentes non censentur admissae, cap. 19. nu. 21.  
Statutum reseruans omnes exceptiones in fine litis, non intelligitur de exceptionibus notorie impertinentibus, cap. 19. nu. 24.  
Statutum mandans causas terminari cum consilio sapientis non habet locum si appareat id calumniose perire, cap. 19. nu. 25.  
Statutum loquens de quibuscumque probantibus, debet intelligi de legitimis, cap. 19. nu. 26.  
Statutum mandans omnes positiones admitti, intelligitur conditionum, ne retardetur cursus causa, cap. 19. n. 28.

# Index rerum Memorabilium.

Statutum si disponat post publicationem processus, non posse fieri probationes, non intelligitur prohibere positiones, cap. 27. n. 20.  
Statutum Urbani circa positiones, cap. 32. n. 17.  
Stylus loci facit ius, cap. 39. n. 8.  
Subornationis timor cessat in positionibus, cap. 27. nu. 19.  
Summa maior quomodo dicitur continere minorem, cap. 53. n. 12.  
Summa minor in positione continente maiorem summam, non dicitur per se posita, cap. 53. nu. 13.  
Superflua ad probandum quis admitti non debet, cap. 11. n. 31.  
Superflua positiones qua dicantur, cap. 11. n. 18. 19. & 20.  
Superfluitas rejicitur, cap. 11. n. 2.  
Superfluitas debet esse manifesta, ad hoc, ut quis respondere non teneatur, cap. 11. n. 21.

## T

**T**acere est medium inter negare, & fateri, cap. 32. n. 9.  
Temporis diuersitas non impedit connexitatem in materia confessionis, cap. 59. n. 14.  
Tempus in positionibus sat est circumscribere, cap. 10. n. 5.  
Tempus si sit de essentia obligationis, debet praecise probari, cap. 10. nu. 6. & seqq.  
Tempus si solum sit de praesentis, debet in positionibus poni, & quomodo, cap. 10. n. 8.  
Tempus obligationis, si verisimiliter ignoretur, ponens non tenetur ipsam in positione ponere, cap. 10. n. 9.  
Tempus an quis scire, vel ignorare praesumatur, relinquitur arbitrio Iudicis, cap. 20. n. 10.  
Tempus decem annorum dicitur longum, cap. 34. n. 3.  
Tempus ad probandum non currit, dum disputatur de admissione positionum, cap. 36. n. 1. & de ratione, nu. 2.  
Tempus ad probandum non currit durante dilatione ad respondendum positionibus, cap. 36. n. 3.  
Tempus ad probandum non currit, si res differat respondere positionibus, cap. 36. n. 4.  
Tempus ad probandum non currit, dum disputatur, an fuerit legitime positionibus responsum, cap. 36. n. 5.  
Tempus ad probandum non currit, dum disputatur de admissione capitulorum, cap. 36. n. 6. & de ratione, nu. 7.  
Tempus ad probandum non currit, dum de impertinentia positionum, seu articulorum disputatur, cap. 36. n. 9.  
Tempus non currit, donec disputatur super eo, quod est excipiendum, cap. 36. n. 13.  
Tempus non currit super facto principali, donec de aliquo emergenti disputatur, cap. 36. n. 14.  
Terminus ad deliberate respondendum debet dari, si ex improvisa responsione quis damnari posset, cap. 34. n. 5.  
Terminus ad deliberate respondendum potest petere senex, foemina, Minor, Rusticus, cap. 34. nu. 10.  
Terminus ad deliberate respondendum potest petere interrogatus de facto implicito, cap. 34. n. 11.  
Terminus ad deliberate respondendum potest petere pluribus negotiis implicitus, cap. 34. n. 9.  
Terminus ad deliberate respondendum debet Iudex concedere in illis omnibus casibus, in quibus praesumitur oblitio, cap. 34. n. 12.  
Terminus datus ad capitulandum, intelligitur datus ad ponendum, & articulandum simul, cap. 4. n. 5. & nu. 34.  
Terminus datus ad ponendum non comprehendit terminum ad articulandum, & e contra, cap. 4. n. 6. de quo, & n. 33.  
Terminus ad probandum comprehendit etiam terminum ad ponendum, & articulandum, cap. 4. n. 28. vbi de ratione.  
Terminus ad deliberate respondendum debet assignari respondere debenti super facto alieno, cap. 16. n. 23.  
Terminus ad deliberate respondendum debet assignari etiam respondere debenti super facto proprio, si sit antiquum, vel valde implicitum, cap. 16. n. 24.

Terminus ad deliberate respondendum, an sit dandus, cap. 34. n. 1.  
nonnullorum ponitur distinctio, n. 2. qua reprobat, n. 3.  
Terminus ad deliberate respondendum regulariter non est dandus, cap. 34. nu. 4.  
Terminus ad deliberate respondendum debet dari, si ex improvisa responsione quis damnari posset, cap. 34. n. 5.  
Terminus ad deliberate respondendum debet dari interrogato de facto alieno, cap. 37. nu. 6.  
Terminus ad deliberate respondendum positionibus, an assignari debeat, cap. 61. nu. 22.  
Testes non requiruntur, si pars fateatur contenta in positionibus, cap. 2. n. 3.  
Testes examinati super capitulis admisis cum clausula non attenduntur, si articuli sint impertinentes, cap. 19. n. 37.  
Testis obscure deponens non probat, cap. 7. n. 3.  
Testis, qui non deponit de tempore, non dicitur contestis, cum alius quando tempus est de substantia probationis, cap. 20. n. 7.  
Testis potest dictum suum reuocare, etiam si reductum fuerit in scriptis, cap. 64. n. 11.  
Titulus in beneficialibus ante omnia iustificari debet, cap. 31. n. 4.  
Tutor infantis non potest cogi ad respondendum positionibus, cap. 68. n. 3. declaratur, nu. 5.  
Tutor infantis, qui non potest cogi ad respondendum positionibus, si respondeat, an praedictet pupillo, cap. 68. n. 6.  
Tutor non debet instruere puberem ad negandum, cap. 68. n. 16.  
Tutores, & Curatores non tenentur respondere positionibus incassis minorum, cap. 68. n. 20.  
Tutoris, vel Curatoris confessio in respondendo positionibus minoribus non praedictat, cap. 68. n. 19. & de rationibus, n. seq.  
Tutoris auctoritas in impubere respondente positionibus an sit necessaria ad hoc, ut respondeat, vel ad hoc, ut sic respondeatur, cap. 68. nu. 15.

## V

**V**ertus de Rob. & Jacob. de Aren. circa generales positiones reponitur, cap. 54. n. 12.  
Venditor non tenetur de euictione, si sequatur culpa emptoris, cap. 50. nu. 5.  
Venditor tenetur emptorem defendere etiam respectu possessionis, cap. 50. nu. 3.  
Venditor, si probeat venditionem absque tempore succumbere debet, cap. 20. n. 4.  
Verba, qua solent apponi in sine apoca priuata, & in fede della verita, &c. habet vim iuramenti, cap. 20. n. 18.  
Verba illa (ut ponitur) non respiciunt negationem factam per verba non credit, cap. 40. n. 12.  
Verba nunciata prolata in Iudicio plenam inducunt probationem, cap. 60. n. 3. quod ibi declaratur.  
Verba in Iudicio prolata intelliguntur secundum intentionem proferentis, cap. 42. n. 32.  
Verbum, credere, in respondente positionibus est expressum veritatis, cap. 6. nu. 28. cap. 17. n. 16. & cap. 40. n. 2.  
Verbum (per littera) quid importet, cap. 6. n. 34.  
Verbum (credulitatis) in positionibus aequipollet verbo veritatis, cap. 51. n. 7.  
Veritas omnibus praevalet, cap. 49. n. 2.  
Veritatem quilibet fateri debet, cap. 71. n. 4.  
Veritati omnia cedunt, cap. 49. nu. 3.  
Vicinus potest interrogari de eo, quod scire praesumitur, cap. 16. n. 19.  
Vitiosus ingressus in beneficialibus dari non debet, cap. 31. n. 3.  
Vitium supressi valoris obycere potest spoliator contra spoliatum, agentem remedio recuperanda, cap. 31. nu. 11.  
Volat emissum senel irreuocabile verbum, cap. 22. n. 2.  
Urbini adest statutum, ut positionum copia datur, cap. 2. n. 4.  
Urbini an publicato processu debeant admitti positiones, sante statutoria dispositione, cap. 27. n. 20.

DECISIONES  
DIVERSORVM  
TRIBUNALIVM

DE MATERIA

POSITIONVM

Loquentes,

DE QVIBVS FIT MENTIO IN HOC TRACTATV.

*SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.*



# DECISIONES PRÆDICTÆ

Sunt desumptæ ex infrascriptis Au-  
ctoribus: Nempè.



- |  |   |
|--|---|
| <i>Astrilli.</i>                                   | <i>Rotæ Genuens.</i>                                |
| <i>Rotæ Romana select. per Fa-</i>                 | <i>Seraphini.</i>                                   |
| <i>rinac. quas Recent. vocant.</i>                 | <i>Rotæ Romanæ in antiquis.</i>                     |
| <i>Theauri.</i>                                    | <i>Surdi.</i>                                       |
| <i>Ægidij Bellameræ.</i>                           | <i>Francisci Marci.</i>                             |
| <i>Capellæ Tholosanæ.</i>                          | <i>Putei.</i>                                       |
| <i>Petri Benintend.</i>                            | <i>Rotæ Romanæ posthum. Farinac. part. 1.</i>       |
| <i>Rotæ Romana diuers.</i>                         | <i>Marci Antonij Thomati, decis. March.</i>         |
| <i>Osaschi.</i>                                    | <i>Buratti.</i>                                     |
| <i>Ludouisi olim Pontificis.</i>                   | <i>Rotæ Romanæ nouiss. ab anno 1626. vsque ad</i>   |
| <i>Caualerij.</i>                                  | <i>annum 1630.</i>                                  |
| <i>Peregrini.</i>                                  | <i>Rotæ Romanæ nouiss. tom. 3.</i>                  |
| <i>Modani.</i>                                     | <i>Gratiani decis. March.</i>                       |
| <i>Ioseph. Ludouis. decis. Perus.</i>              | <i>Amati decis. March.</i>                          |
| <i>Veralli.</i>                                    | <i>Rotæ Collegialis Urbini.</i>                     |
| <i>Magonij decis. Florent.</i>                     | <i>Sebastiani Medic. decis. March.</i>              |
| <i>Magonij decis. Lucens.</i>                      | <i>Guidonis Pap.</i>                                |
| <i>Rotæ Romana, impress. Francofurti sub nomi-</i> | <i>Christofani Martij decis. Senens.</i>            |
| <i>ne Prosperi Farinacij.</i>                      | <i>Io. Petri Fontanellæ decis. Senat. Cathalon.</i> |
| <i>Vincentij Franch.</i>                           | <i>Rotæ Romanæ tom. 3. quartæ partis recen-</i>     |
| <i>Barzij.</i>                                     | <i>tior.</i>  |



# DECISIONES DIVERSORVM TRIBUNALIVM

De Materia Positionum loquentes.

Mastril. Decif. 23 t. par. 3.

S V M M A R I V M.

- 9 Confessio facta in iudicio quibus personis praeiudicat.
- 10 Ponens dicitur fieri, articulus vero non.

DECISIO I.



ON obstat, quod in actis mutilatis, & falsificatis aderat confessio facta in iudicio, quae quo ad aliquas personas probat, & quo ad omnes praediicat ipsi confitenti: nam dictum fuit, quod de iure tres termini reperiuntur, vide icet, positio, capitulum, & articulus, & t ponens dicitur fieri, quando vult solum interrogare aduersarium super positionibus, articulus vero non dicitur fieri, vt post Maran. Hieronym. de Monte, & alios scribit Cuman super rit. cap. 39. vel 234. super verb. offeruntur capitula num. 12. & iterum sup. Rit. 61. vel 156. num. 3.

Rot Roman. Decif. 119. select. per Farinac. par. 1.

S V M M A R I V M.

- 5 Positionibus facta confessio probat contra confitentem.

DECISIO II.

DE secundo extremo non ambigitur, quia ultra substitutionem litis, quae sola sufficit pro illius probatione, iuxta Decif. Caputaq. 369. par. 2. t adest confessio Pœnitentiariorum facta in responsione ad positiones, in qua fatentur, se possidere Ecclesiam S. Andreae, & illius bona, Rot. decif. 19. de restitut. spoliat. in nouiss. Alex. conf. 71. n. 4. lib. 3. Gabr. de confess. conclus. 4. n. 24. Cæsar. de Grass. decif. 4. n. 2. de restitut. spoliat.

Rota Roman. Decif. 334. selectarum. par. 1.

S V M M A R I V M.

- 4 Confessio tutoris extrajudicialis in instrumento emanata per

modum voluntariae iurisdictionis pupillo non solet praediicare, nisi fuerit alius adminiculus coadiuuata, non. seq.

- 1 Confessio Prælati voluntaria, & extrajudicialis non praediicat Ecclesie, nisi cum ea concurrant praesumptiones, & coniectura.
- 3 Confessio partis legitimi administratoris, quæ alias filio non praediicat, coniecturis inuata praediicat.
- 4 Confessio curatoris ad litem in responsione ad positiones per se sola non probat.
- 5 Confessio tutoris, & curatoris emanata per viam contentiose iurisdictionis praediicat pupillo, quousque de errore non doceatur.
- 6 Confessio vnius licet alteri non praediicet, facit tamen coniecturam, num. 7.
- 8 Confessio, quæ alias non probaret in personis suspectis, & prohibitis, vt inter patrem, & filium, virum, & uxorem, probat tamen quando est verisimilis.

DECISIO III.

ROta censuit, constare de causa restitutionis in integrum quia visum fuit hodie satis constare de additione hereditatis Thomæ Senioris per Alexandrum, & Thomam Iuniorem: de additione enim Antonij, & Iuliani fratrum dicti Alexandri, & Thomæ iunioris non est dubitandum, & Rota etiam alias admittit. t Aditio autem respectu Alexandri, & Thomæ probatur ex confessione matris, & tutricis eorundem in instrumentum procuræ: licet enim sit extrajudicialis, & emanauerit per modum voluntariae iurisdictionis, pro casu pupillis non solet praediicare, leg. Lucius. ff. de administrat. tut. & ibi Bart. idem Bart. in leg. certum, §. sed an ipsos, ff. de confess. Angel. & Imol. in leg. si ita stipulatus, §. c. hrysogonus, ff. de verb. oblig.

- 1 Attamen concurrentibus adminiculis plenè probat, vt fuit dictum in Romana tutela 12. Februar. 1582. coram felic. record. Clem. VIII. acut in confessione Prælati voluntaria, quæ non praediicat Ecclesie cap. presentium, de test. Afflic. decif. 168. num. 4. Caputaq. 156. in manuscript. si tamen pro ea concurrant praesumptiones, & coniecturae probat, & praediicium patris, Ruin. conf. 142. post nu. 4. lib. 1. dixit Rot. in vna hvol. in vris patronat. 28. Maij 1584. relata inter diuersas decif. 162. part. 1. & in dicta Romana tutela.
- 3 Sic confessio patris legitimi administratoris, quæ alias non praediicaret filio, leg. certum, §. sed an ipsos, ff. de confess. praediicat quando inuatur coniecturis.

# 4 Decisiones diuerforum Tribunalium,

Ruin. *dict. consil. 142. num. 4. Narr. cons. 347. sub num. 24.* idem de confessione procuratoris dixit Rot. in vna Gerunden. pensionis 8. Septembris 1579. coram bon. mem. Card. Seraphino.

4 Admunicula autem sunt plura, & vrgentia non solum ex aliis confessionibus eiusdem iuricis, sed etiam ex confessione curatoris ad litem in responsione ad positiones, quæ per se sola plenè probaret, Rot. Gen. *decis. 100. num. 2.* prout de responsione tutoris ad positiones, quod pupillus sit hæres, tradit Socin. *consil. 57. num. 10. lib. 4.*

5 Negari enim non potest, quod non emanauerint per viam contentiosæ iurisdictionis, vt dicitur in *dicta decis. Gen. †* quo casu confessio tutoris, & curatoris præiudicat, quousque de errore non doceatur, Bart. in *dict. leg. certam, §. sed an & ipsos nu. 1. in fin. & nu. 2. vers. vt constitentur*, vbi etiam Cuman. *nu. 2. in fin. & nu. 3. vers. sed numquid*, Abb. in *cap. ex parte, num. 10. vers. aut constitentur per viam contentiosa iurisdictionis, de confess.* fuit dictum in Roman. legati 11. Februarij 1602. coram R. P. D. Sacerato, & sæpe in alijs; & quamuis aliquid obijciatur contra hanc confessionem, ita vt forsitan per se sola non sufficeret, negari tamen non potest, quin deseruiat pro magno admuniculo.

6 Accedunt plures assertiones, & confessiones Antonij cohæredes factæ in diuersis instrumentis, † licet enim confessio vnus alteri non præiudicet, *leg. duobus, §. 1. vbi l. ff. de iur. iur.* Tiraq. *de retract. convention. §. 4. glos. 6. num. 9.* attamen facit saltem coniecturam, vt per Surd. *decis. 325. n. 11.*

7 Concurrit etiam exactio pecuniarum ab ipsis facta, vt hæredibus Thomæ Senioris, vt constat ex instrumento sub die 12. Martij 1593. & aliz plures coniecturæ suadentes aditionem.

Coadiunatur etiam confessio tutricis magna verisimilitudine ex aditione facta per fratres maiores cohæredes, de qua, vt dictum est, non dubitatur, & quam non fecissent, si hæreditas non esset lucrosa: vnde non est verisimile, quod Turrix eam neglexerit. † Verisimilitudo autem operatur, vt confessio,

8 quæ aliàs fidem non faceret, prober etiam in suspectis, & prohibitis, vt inter patrem, & filium, virum, & uxorem, Salic. in *leg. mater, C. de contrab. empt.* Alex. in *leg. edita, in fin. C. de edend. & cons. 18. n. 2. & 3. lib. 3. latè Tiraq. in l. si vnquam, in vers. donatione largitus, num. 100. & seqq. C. de reuoc. donat.*

Et ex his, & alijs deductis per informantes fuit conclusum, constare de aditione, & per consequens de causis restitutionis in integrum.

## Rota Roman. Decis. 158. selectarum par. 2.

### S V M M A R I V M.

- 1 Confessus ante partis acceptationem potest suam confessionem declarare.
- 2 Errorem corrigens non dicitur quicquam de nouo facere, sed iam factum declarare.
- 3 Soluens non presumitur non curasse ea, qua aliàs curauit.
- 4 Articulus, seu positio non dicitur confessata, quando respondens refert se ad instrumentum, & in instrumento non reperitur.

Relatum magis inspicitur, quam referens.

Error illicio dicitur probatus, quando apparet, rem aliter se habere.

Confessionis fundamento sublato tollitur, & confessio.

5 Confessio facta cum aliqua qualitate est indiuidua, & non potest pro parte acceptari.

6 Periuurum qui non conuictus, nisi probetur.

7 Scriptura primata fidem non facit, maxime quando non est recognita.

## DECISIO IV.

**R**elaxato mandato ab A. C. instante Domina Pantasilea contra Dominum Alexandrum pro scutis 1700. & causa per appellationem introducta in Rota coram Reuerendissimo Domino Pacen. & coram illo 3. Iulij 1600. disputato dubio, scilicet, an aliquid esset exequendum, & resolutio ad favorem Domine Pantasileæ: & postea coram me 4. Iulij præteriti disputato particulariter dubio, an constaret de solutione scutorum 550. & resolutio non constare, & soluta dicta summa scutorum 550 Domine Pantasileæ in executionem dicti mandati; ipsa de nouo cepit instare pro executione summæ reliquæ scutorum 1250. contra quam Dominus Alexander opposuit de solutione ex aliquibus partitis, inter quas vna sonat sub die 6. Iulij 1575. de scutis 302. Domine Pantasileæ solutis, alia verò sub die 7. Iulij 1576. de scutis 300. Solutis eidem Domine Pantasileæ, alia verò de scutis mille receptis in vna partita à Domina Pantasilea, prout constat ex confessione ipsius iurata in responsionibus ad positiones coram A. C. datas: vnde principalis difficultas in his tribus partitis consistit, cum illas distinctas dicat esse D. Alexander, & in illis contineri summam, & solutionem 2002. scutorum, & ex aduerso Domina Pantasilea contendat, quod dicta Scuta mille in positionibus confessa sint eadem, quæ continentur in dictis duabus quietantijs, altera scutorum 302. altera scutorum 700.

In quo Domini cum Domina Pantasilea censuerunt; sicque standum esse in decis. coram Reuerendissimo Pacen. tum quia ante acceptationem D. Alexandri dictæ confessionis, † Domina Pantasilea ita dictam confessionem declarauit, prout de iure potuit ex adductis in dicta decisione, imò & prætextu erroris illam potuit reuocare, ex text. in *cap. fin. de confess. & in leg. error, C. de iur. & fact. ignor. vbi Bart. quem refert, & sequitur Ruin. consil. 11. num. 19. lib. 3. præcipuè* cum † qui corrigit errorem, non dicatur quicquam de nouo facere, (sed iam factum declarare, vt notat Felin. in *cap. qualiter, & quando, il primo, num. 27. vers. facit*, quod notat Dominus Marianus *de accusat. per text. in leg. heredes palam, ff. de testam. Idem Felin. in cap. 2. n. 7. vers. pulchre inquit de lib. oblation.* quibus in locis refert Marian. in *dict. cap. qualiter, & quando, tenentem*, quod solemnitas text. in *dict. cap. fin. de confess.* in docendo de errore non est necessaria in declaratione confessionis obscuræ. Faciant tradita à Gabr. *de regul. iur. conclus. 3. n. 46. & 47.*

3 Vnde ex primis duabus quietantijs, quarum nulla continet summam confessatam dictorum scutorum mille, apparet satis de errore dictæ confessionis, præcipuè cum non constet de vlla quietantia, quæ sola de per se capiat dictam summam scutorum mille, nec præsumatur adesse, quin contrarium, cum si facta fuisset, illam haberet Dominus Alexander, & produxisset ad sui liberationem.

4 Vterius quia quatenus in dicta confessione Domina Pantasilea dixit, fecisse de dictis mille scutis quietantiæ, visa fuit referri ad instrumentum dictæ quietantiæ relatæ, † quo casu si in tali instrumento illud non

non contineatur, positio non habetur pro confessio-  
ta, ex traditis à Butrig. in leg. 2. C. de error. Advocat. & me-  
lius ibidem à Bald. nu. 4. & à Paul. de Castr. num. 5. &  
à Ludou. Roman. conf. 294. nu. 1. & 2. & à Paril. conf. 7.  
nu. 4. lib. 3. Præcipue quia talis confessio, & responsio  
debet limitari, & regulari per instrumentum, ad quod  
fit relatio; sicque magis inspicitur dispositio relata,  
quam referens, cum illa referens videatur esse facta  
errore, vt post Alexand. tradit idem Paril. vbi supra  
num. 5. Vnde cum non adsit alia quietantia mille scu-  
torum, nisi illæ duæ primæ capientes dictam quan-  
tatem, sequitur, quod ad illas debet regulari, cum non re-  
ferens, sed relatum debeat considerari: maximè stan-  
te prædicta declaratione Domini Pantasilez ante  
acceptationem Domini Alexandri facta, quin &  
stante dicto errore, qui dicitur probari illico, quan-  
do apparet, rem aliter se habere, vt tradit Bart. in leg.  
sed si me putent in princip. ff. de condit. indeb. Alexander  
consil. 102. lib. 2. Dec. consil. 6. num. 7. Schar. in dict. leg. 2.  
in fin. C. de error. Advocat. Quod si velimus huiusmodi  
confessionem non referri ad ipsas duas quietantias,  
sed ad vnicam mille scutorum, cum de illa non con-  
stet, nec præsumatur, quin contrarium ex prædictis  
sit dicendum: Vnde necessitudo asserendum est præ-  
dictam confessionem non subsistere, quia ad confes-  
sionis fundamentum fuisset necessarium instrumen-  
tum quietantiarum, ad quod confessio refertur; & subla-  
to huiusmodi fundamento, sublata censeretur & con-  
fessio, vt in eisdem terminis tradit Roman. dist. conf.  
294. nu. 5. per text. in cap. Principatus, & in cap. cum  
Paulus 1. quest. 1.

Tum quia cum huiusmodi confessio non simpli-  
citer fuerit facta, sed cum illa qualitate relatiua ad  
quietantiam, & vno eodemque capitulo contineat-  
ur, sequitur, non posse Dominum Alexandrum dictam  
confessionem pro parte tantum acceptare,  
quin teneri illam in totum cum sua qualitate acce-  
ptare, ex dictis in decis. Reuer. Pacen. & ex traditis à Pa-  
normit. in cap. bon. mem. el. 2. num. 29. de Postul. Pralat.  
vt notant scribentes in cap. 1. de confess. in 6. & Bart. &  
ceteri in leg. Aurelius, §. idemque, ff. de lib. leg. idem Bart.  
in leg. si quidem, C. de exception. tradit Marant. de ordin.  
iudic. part. 6. tit. de confess. num. 27. versic. aut contra illam  
qualitatem.

Et litteram missiuam mariti Domini Pantasilez  
pro Domino Alexandro exhibitam Domini censue-  
runt non probare, nec calculum ab ipso datum ius-  
tifiari. Nec visum fuit obstat, quod opponitur cõ-  
tra Dominam Pantasileam de periurio in respõden-  
do positionibus, cum non iustificetur contrarium il-  
lius, quod ipse exposuit, nec probetur illud dolosè  
deposuisse, & cessante dolo non censeretur periura,  
Alexander conf. 92. n. 13. lib. 1. Ber. conf. 189. n. 1. lib. 3. Gabriel  
conf. 66. n. 30. lib. 2. Surd. conf. 15. post nu. 24. lib. 1.

Et quo ad duas partitas alteram scutorum 460. al-  
teram verò scutorum 500. quæ dicuntur Domini  
Isabellæ solutæ fuisse, & Domini dixere illis fidem nõ  
adhibendam esse, cum de illis constet per apochas  
privatas, quæ non faciunt fidem per textum in cap. 2.  
& ibi gloss. & Doctores, C. qui potior. in pignori habeantur,  
præcipue cum non appareant recogniti.

Cætera, quæ dicuntur pro Domino Alexandro de  
quibusdam fidebus quietantiarum ab ipso productis,  
tanquam in facto non subsistentia fuerunt reiectæ.  
Quod attinet ad duos sentos de differentia fuit in-  
dicta decisione coram Reuerendissimo Patre, ex modicita-  
te reiectum, & idem modo Domini tenete;

Rota Rom. Decif. 227. selecta-  
rum, par. 2.

## S V M M A R I V M.

- 1 Produens scripturam videtur fateri omnia in ea contenta.  
Narratus gratia, qua qui usus fuit, contra ipsum probat.
- 2 Ponens dicitur fateri ea, quæ sunt in positionibus narrata.  
Positiones non desinunt esse positiones, licet appelentur arti-  
culi, quando fuerunt habitæ in iudicio pro positionibus.
- 3 Professio inducitur etiam tacite per delationem habitam pro-  
fessorum.

## D E C I S I O V.

Licet quinta huius mensis exhibitis tantum de-  
positionibus testium, visum fuerit Dominis, nõ  
iustificari gratiam Bartholomæi quo ad vocacionem  
per professionem Ioannis in Monasterio ordinis S.  
Augustini; testes enim non probabant concluendæ  
professionem; attamen causa iterum proposita,  
& aliis exhibitis probationibus, & adminiculis, vi-  
sum fuit, constare sufficienter de professione, quia  
vnà cum depositionibus testium concurrebat dispensa-  
tio officialis Pampilonen. asserentis sibi constitisse  
de professione expressa, & solemnè Ioannis, quæ as-  
sertio probat contra aduersarium non solum ex eo,  
† quod dictam dispensacionem producendo, vide-  
tur fateri omnia in ea contenta esse vera, Bart. in  
leg. post legatum, ff. de his, quibus vt indig. in leg. scriptura in  
princip. C. de fid. instrument. Alex. conf. 30. n. 2. lib. 2. Dec. in  
cap. super nu. 13. ff. de offic. deleg. Moedan. decis. 3. in fin. de  
regularib. Sed etiam ex eo, quod dicta dispensacione  
vlus fuit, in vim illius retinendo beneficia simplicia  
per prius obtenta, Caputaq. decis. 333. n. 4. par. 1.

Concurrat etiam eiusdem confessio in positioni-  
bus per ipsum datis, cum ponens dicatur fateri ea,  
quæ sunt in positionibus narrata, Alex. conf. 71. num. 4.  
lib. 3. Afio in prax. §. 19. cap. 24. num. 4. & seqq. Et licet  
appelentur articuli, & positiones, re veta tamen  
sunt positiones, & vt tales in iudicio productæ, quod  
patet ex eo, quia parti fuit præfixus terminus ad res-  
pondendum, & cum non responderet fuit accusata  
illius contumacia.

Accedat maxima verisimilitudo, quod per tantum  
spatium temporis, quod intercessit ab anno 1598. vs-  
que ad annum 1601. cum inducatur etiam tacite per  
delationem habitam Professorum, ad notata in cap. 6.  
qui, de Regularibus.

Rota Romana Decif. 377. selecta-  
rum, par. 2.

## S V M M A R I V M.

- 6 Positionibus criminosis pars respondere non tenetur.

## D E C I S I O V I.

Non facit, quod dicitur fuisse processum in cau-  
sa ciuili, non finita criminali contra protesta-  
tionem partis, & regulam iuris, quia causa criminā-  
lis iam erat finita, vt patet ex decreto Visitæ, & adul-  
terium prætextum non iustificatur. Non est impu-  
tandum Dorotheæ, quod positionibus non respon-

- 6 derit, † quia cum continerent crimem, non tenebatur respondere. Bald. *conf. 326. num. 2. circa medium. lib. 2. lal. in l. transactioe finita, num. 3. C. de transact. Aegidius decis. 274.*

### Rota Roman. Decis. 779. selectarum par. 2.

#### S Y M M A R I V M.

- 1 Positiones non sunt admittenda vbi non constat de speciali mandato illius, quicquid in actis dat, & alias reus respondere non cogitur.  
*Positionis effectus est, vt is, qui ponit, quod ponit, confiteri dicatur.*
- 2 Confessio Procuratoris illa dumtaxat satisfacit, qua potest habere iuris effectum obligando dominum.  
*Confessio procuratoris voluntaria dicitur, quando procurator nullo iure cogente dat in actis positiones.*  
*Confessio procuratoris voluntaria non praesudicat.*
- 3 Positiones sunt danda ab ipsismet principalibus, vel procurator debet habere mandatum indiuiduum ad sic ponendum: nec sufficit mandatum speciale ad ponendum, sed debet esse indiuiduum ad certas positiones. num. 4. & 5. vbi de ratione: Et idem est in responsionibus ad positiones, vt in dict. num. 3.
- 5 Positionum effectus est, vt ponens releuetur per confessionem, & responsionem aduersarij ab onere probandi: & confessio debet esse de veritate, non autem de credulitate.
- 6 Procurator non informatus de conscientia Domini, non potest iurare de veritate, sed de credulitate ad evitandam praesumptionem calumniae.

#### DECISIO VII.

- 1 **F**uit resolutum, † positiones non esse admittendas, quia procurator, qui eas dedit in actis non assecurauit esse veras cum specialissimo, & indiuiduo mandato Canonico suorum principalium ad ponendum materias in actis specificatas, & iurandū de veritate earum, prout necessarium est, vt exinde reus cogi possit ad respondendum, *cap. praesentium, de test. lib. 6. glos. in l. vnica in verb. soluere in fin. C. de conf. Bald. in cap. per tractandis num. 2. de iur. calum. lal. in l. iudices, num. 7. C. de iud. & in leg. possideri, num. 24. ff. de acquir. posses. Est enim effectus positionis, vt is, qui ponit, quod ponit confiteri dicatur, *glos. in l. 1. in verbo statumus in fin. de conf. in 6. Alex. conf. 83. num. 3. vers. pondero lib. 1. & conf. 71. n. 4. vers. venio ad merita lib. 3.**
- 2 Quaelibet autem confessio non satisfacit, sed illa dumtaxat, quae potest habere iuris effectum, obligando dominum, Contra *in memorab. incipit actus nullus, Olasc. decis. Pedam. 171. num. 26. Surd. conf. 3. num. 30. & seq. vol. 1. Idem cum confessio procuratoris voluntaria sit, dum offert se, & ponit nullo iure cogente materias specificatas, Aegid. decis. 694. in princip. neque apta est ad obligandum principalem, neque illi praesudicare, Bald. in l. 1. num. 30. C. de confess. Paris. conf. 47. num. 92. lib. 1. Austr. in add. ad Capel. Tholof. det. 392. Hond. conf. 66. num. 72. lib. 1.*
- 3 Vnde sequitur, quod vel positiones ab ipsismet principalibus sunt danda, vel procurator habere debet mandatum indiuiduum ad sic ponendum, vt sequatur effectus confessionis irreuocabilis à lege desideratus, Neui. in his terminis *conf. 7. num. 12. nec dissentiant Ferrar. in prax. Pap. in forma positionum actoris 63. & add. ad Velt. lib. 5. c. 14. num. 16. qui hoc ipsum*

admittunt, sed parte opponente contra procuratorem non instructum, de qua oppositione in praesenti non dubitatur. Et per easdem rationes excluditur procurator ad respondendum positionibus, nisi simile mandatum indiuiduum habeat, Bald. *in leg. fin. nu. 3. vers. cum enim habet mandatum, C. de procur. Socin. Sen. conf. 55. n. 2. vol. 1. Menoch. conf. 4. nu. 64. lib. 1. Hond. conf. 66. nu. 72. vol. 1. qui omnes loquuntur in procuratore, qui admittendus non est ad respondendum, nisi cum mandato ad sic respondendum.*

- 4 Nec visum est, sufficere mandatum procuratoris Canonico cum clausula ad ponendum, & iurandum, quia & si sit speciale, vt tenet Dec. *in conf. 61. nu. 1. tamen non est indiuiduum ad certas positiones, prout requiritur, vt de conscientia sui Domini plenè instructus dici possit, vt considerat Bald. in d. leg. fin. n. 3. C. de procurat. Neui. in d. conf. 7. n. 13. Vnde cum potest dubitari, ne Dominus postea reuersus dicat, se de hoc non intellexisse, & altera pars damnificetur, idem requiritur, vt exprimat specialiter in indiuiduo, vt voluit Bart. *in leg. filiusfamilias n. 11. ff. de donat. & Tiraq. de legib. comub. glos. 7. nu. 12.**
- 5 Praeterea si mandatum speciale, non autem specialissimum sufficeret, non sequeretur effectus et positionibus desideratus, nempe, vt ponens releuetur per responsionem, & confessionem aduersarij ab onere probandi, *cap. 1. vbi glos. in praebulo, vers. pro intellectu, ibi & fuerunt inuenite, & in vers. statuimus, ac vers.*
- 6 *funt autem positiones, de confess. in 6. † quia cum praedicto mandato non posset procurator iurare de veritate, tanquam non informatus plenè de conscientia Domini, sed de credulitate ad evitandam praesumptionem calumniae, glos. magn. in fin. l. vnica, C. de confess. & respondens teneretur respondere de veritate, & ipse de credulitate, cap. 2. de test. in 6. glos. 1. in dict. cap. 1. vers. & sunt in scriptis, de confess. in 6. & per consequens confessio aduersarij non erit certa de veritate, sed possibilis de credulitate, quae non releuat, cap. in praesentia, de probat. leg. non hoc, C. vnde legit. cum similibus.*

### Guid. Pap. Decis. 182.

#### S Y M M A R I V M.

- 1 Positione negata an possit quis se iuuare.

#### DECISIO VIII.

- 1 **A**N quis possit se iuuare positione per eum negata, Dom. Archid. *in cap. 1. de confess. lib. 6. argumentatur pro, & contra, & finaliter determinat, quod non, ita etiam tenet Dom. Bart. in leg. post legatum, ff. de his, quib. vt iudic. & ista est communis opinio, nisi pars peteret errorem corrigi dicit Archid. vbi supra. Et ita determinauerunt, & concluderunt Domini mei de Parlamento in diffinitione processus appellationis Bartholomaei Sacherij appellantis, & Claudij diuisionis appellati, diffiniti de mense Martij sententiarum 1538. in manibus Ioan. Cabodi Secretarij Delphi. Additio Domini Archid. *in cap. 1. scilicet col. 2. vers. non quid ergo. Et ipse huius dicti assignationem dicens, quia suam turpitudinem allegaret, quia contra suum dictum veniret, scilicet contra suam asseuerationem, & respondens contra suam negationem, & sic inquit idem ius esse in vtroque, videlicet in ponente, & respondente, quod dicit esse verum, nisi probaret se errasse, & istud limita esse verum, quando error reuocatur statim per rex, in leg. 1. C. de error. aduocat.**



Thesaur. Decis. 17.

## S V M M A R I V M.

- 1 Positionibus per principalem regulariter est respondendum, & qualiter id procedat, num. 3.
- 2 Procurator an de calumnia pro domino absente iurare possit.
- 3 Positionibus an per procuratorem responderi possit, si dominus ita absens sit, ut de facili haberi non possit.

## D E C I S I O I X.

**P**ositionibus per principalem ipsam causae actorem, siue reum, non autem ministerio procuratoris regulariter respondendum est, leg. 1. & l. voluit cum multis aliis, de interrogat. act. Iacob. de Aren. de position. in princ. nu. 4. Vbertus de Bodio eod. tit. nu. 20. Bart. in l. non solum nu. 1. ff. de procur. Canon. in c. 2. de iuram. calum. & c. sin. de iur. iur. c. 2. de confess. in 6. & in cap. presentium, de test. eod. lib. 6. Praesertim cum principalis melius de causa propria, quam procurator censetur instructus, ut per Bart. in leg. si actor, de procurat. & in leg. fin. c. eod. ubi dixit, & si in die termini non respondet, contumax dicitur, & positiones in contumaciam non respondentis ad electionem partis ponentis pronunciantur pro confessis, iuxta leg. de etate, §. qui tacuit, ff. de interrog. act. & ita in hac patria solet continuo praticari per nova decreta Emanuelis Filiberti sub titulo delle posse, & sij positioni, §. se nel dicto, cuius decreti illa vis, & efficacia est, dum propriam principalis personam requirit, ut nec etiam per speciale mandatum illi satisfactum sit, ut late firmat D. Oza. decis. 113. per totam, ubi ita per Excellentissimum Senatam in causa Asten. iudicatum fuisse testatur, & neque hinc procurator speciale mandatum habens in animam sui principalis respondere, & iurare de calumnia poterit, quamvis de iure communi ad iurandum talis procurator admitti solet, & debeat, per text. expressum in cap. vltim. & ibi glos. de iur. calum. lib. 6. per quem tex. communem illam regulam supra positam limitant Doctores, ut hoc calumnia non procedat, & ita intelligunt cum hac limitatione tex. in leg. 2. §. fin. autem absuerit, de iur. propter calumniam dan. ubi Paul. de Cast. nu. 3. & 5. & iuxta hanc opinionem fuisse iudicatum testatur Capel. Tholos. decis. 132. quae subiicit, de iur. rigore superiore opinionem veriorum esse. Imò quod etiam respondere possit procurator videtur text. in leg. non solum, in princ. ff. de procurat. propter quem Bart. ibi multa dicit. Si vero in contumaciam non respondentis positiones pro confessis pronunciate fuerint, etiam rusticus, & mulier per vigorem illius decreti restitutionem in integrum petere non poterunt, ut censuit Senat. in causa Nicie. Catharinae de Brandis, & Petri de Albertis, quam decisionem late comprobat D. Oza. decis. 37. quod limita, nisi notorium impedimentum esset in causa, quia tunc non solum rusticus, & mulier restituerentur, sed etiam maior, procuratoris contumacia minime obstante, neque illo casu resicere expensas tenebantur, ut per eundem Senat. excellentissimum pronunciatum fuit in altera causa Sele, & Comini Andutnesium 1556. mense Nouembris, de qua per eundem Olasc. decis. 9. per tot. Supra scripta vero generalis regula, ut positionibus per principalem responderi debeat, intelligenda est, ut procedat secundum statuta Sabaudiae, & quando illae positiones per principalem fuissent positae, aliàs procurator respondere poterit. Itemque

procedit parte hoc petente, non aliàs, ut habetur in Statu Sabaud. lib. 6. cap. 10. diffugy. & lib. 7. cap. 3. diffugy. & innuit Capel. Tholos. quest. 224.

Sed dubium est, quid si Dominus sit absens à loco iudicij, ita ut in die cadente respondere non possit, an tunc procurator admittatur, si de causa instructus est, & generale mandatum habeat: & quidem si dominus ita absens sit, ut de facili, vel ipse, vel illius iuridica responsio haberi possit, res in aperto est, esse secundam dispositionem Decreti, & formam, quam in hoc statu Doctores tradere solent, post Speculat. in tit. de iuram. calum. post Vincent. §. restat num. 11. & formam exprimit Olasc. in dict. decis. 113. nu. 11. & seqq. Sed si Dominus ita absens sit, ut de facili haberi non possit, quia sic in longinquis ultra mare, vel forte ignoratur ubi sit, ut dicit Cyn. aut dubitatur an sit mortuus, vel viuus, tunc magna dubitatio oritur, quid per iudicem agendum sit; & videtur dicendum, quod tunc dari deberet curator bonis omnibus, iuxta communem practicam, quae hoc seruat in iuramento calumniae, ut refert glos. in d. c. ceterum in verbo ad viroque, de iuram. calum. & ibi communiter canonistae notant, & ita in facti specie simili tenet Cyn. post Iacob. de Aren. in lib. 2. §. hoc etiam in fin. de iuram. propter calum. hancque Ultramonranorum practica esse dicit Bart. in dict. leg. 2. §. fin. autem absuerit num. 5. & in leg. qui bona, §. si alieno, ff. de dam. infect. pro qua practica facit, quia curator ist. bonis datis personam ipsius principalis absentis repraesentat, & hoc modo causa in locum cum alterius partis incommodo, & gravissimo damno non trahetur. In contrarium videretur expectandum esse principalem, qui respondere debet, attenda forma Decreti, & communi regula supra posita, pro qua videtur textus apertus in leg. 5. in princ. de interrog. act. ibi ex sua in iudicio responsione. Et hoc saltem, ut evitetur excusatio principalis absentis, & cautela illa, quod procurator male respondit, & quod ipse offert se paratum aliter respondere. Item quia procuratore iurante pars non incidet in peritiam, & ita semper excipere poterit, iuxta Bald. in dict. §. fin. autem absuerit, & per Alex. in dict. leg. qui bona, §. si alieno.

Verum Bart. in d. §. fin. autem, & in d. leg. qui bona, §. si alieno voluit, quod hoc casu in iuramento calumniae non detur alius curator bonis, sed sufficiat procurator causae, per rationem satis meo iudicio concludentem quam in dd. §. allegat. & Bart. sequitur Abb. in dict. cap. ceterum, nu. 7. & in cap. in petro sciando, nu. 5. eod. tit. de iuram. calum. Et idem post Io. de Deo, quem allegat, innuit Specul. in d. tit. de iuram. calum. num. 13. verbatim nota, lib. 2. quam opinionem etiam Bart. vult procedere in iuramento positionum, ut innuit in dict. §. fin. autem, dum allegat Specul. in materia positionum, & idem in iuramento veritatis, & affectionis in d. §. si alieno, & generaliter ubi dominus haberi nequit: & tanto magis illud procederet, ubi procurator esset de causa instructus, ac dominus, ut dicit Bart. in dict. leg. si actor, de procurat. & quamvis Bart. dicat Specul. in positionibus tenere contrarium, reperio tamen, quod ipse idem voluit in procuratore de causa instructo in tit. de posit. §. 6. nu. 18. & licet aliqui contrariam opinionem secuti fuerint, quod imò dandus sit curator bonis omnibus, & hanc Bart. sententiam trullam esse dicat, Bald. in dict. §. fin. autem, vers. sed pone, & alteram veritatem arbitretur, Alex. in dict. §. si alieno, nu. 13. & communem dicat expresse contra Bart. & Abb. defendit Neutz. conf. 70. num. 29. & 30. dicens, male ipsos tenuisse, tandem veriorum existimo Bart. & Abb. opinionem

ex eo, quia cum hoc casu nihil reperitur in iure nouo decisum, neque decreta de hac re loquuntur: imò Sum. Pontifex specialiter dicit, esse alio modo ponenti prouidendum *in cap. fin. de confess. lib. 6. in fin.* videtur casus omissus in puris terminis iuris antiqui, quo iure etiam sine speciali mandato alieno nomine per procuratorem iurari poterat, *dict. leg. qui bona, §. si alieno, leg. iusiurandum, quod ex conuentione, §. fin. de iureiur.* quid enim quæso plus facere poterit hoc casu curator ille bonis datus, quam procurator, qui defensor causæ constitutus fuit, & de illa magis, quam quilibet alius instructus est, neque ad totam causam corator quis dari poterit, cum iam procurator à domino constitutus alius sit, ut re & c. & subtiliter dicit Panormit. *in dict. cap. ceterum num. 7. in fin.* Et si velimus curatorem adhuc hoc in casu constituere, sufficit ad hunc actum dare ipsum causæ patronum, tanquam melius instructum, per ea, quæ dicunt Anton. Marian. Barbat. Fulg. & alij, quos refert Neuz. *dict. conf. 70.* licet ipse non sequatur, cum velis dare ad totam causam, quod tamen necesse non est, cum de illo dumtaxat articulo dubitetur, & propterea non est contra voluntatem absentis dandus curator omnibus bonis. Non obstat, quod dicebamus, esse per ipsum principalem respondendum positionibus, vel expectandum iuxta *dict. leg. 4. in princip. & in dict. leg. 2. §. fin. autem,* quia, ut dicit Barr. ibi, hoc intelligendum est, quando principalis de facili haberi potest, secus si in longinquo sit, & vbi sit ignoretur, atque ex his ego iudicando seruavi practicam Barr. & Abb. ut procurator tanquam Dominus litis, & de causa instructus, & quem ad hunc actum curatorem absentis constituimus, respondere positionibus à parte aduersa productis, cum dominus causæ principalis commodè repetiri non posset, atque ita pronunciaui in causa Pasquetij, & Qualcherij Naxæ anno 1559. 14. Martij, dum ibi Iudex maior pro Serenissimo Emanuel Philiberto Duce nostro constitutus essem: & meam sententiam confirmauit Senatus Pedemontanus, tunc Vercellis residens, Excellentissimo D. Cassiano Puceo Præside.

## Bellamer. Decif. 735.

## S V M M A R I V M.

- 3 Positiones licet asserant, & narrent, non tamen concludunt.

## D E C I S I O X.

- 3 MODO libellus non valet, si solam habeat narrationem, nisi etiam habeat conclusionem, seu petitionem, probatur ad litteram *de elect. cap. dudum, & de lit. contest. capit. unico,* vbi per responsionem ad positiones super principali negotio datas non fit litis contestatio pro eo, quod positiones licet asserant, & narrent, non tamen concludunt, neque petunt, & ita notat Host. *in dict. cap. vnic. & ibi Io. And.*

## Capell. Tholos. Decif. 69.

## S V M M A R I V M.

- 1 An Canonis sententia semper liget, & sit iusta.  
2 Positioni criminose an quis teneatur respondere.

## D E C I S I O X I.

I T E M fuit quæsitum, si sit positio contra aliquem, quod ipse est excommunicatus, an dicatur positio

ni teneatur respondere? Conclufum fuit, quod non, si excommunicatio est canonis, secus si hominis, & nota Colle. *tit. de confess. capit. unico. & in cap. per tua de test. Specul. tit. de positionib. §. 7. vers. 19.*

- 1 Et est ratio, ¶ quia sententia Canonis semper ligat, & est iusta; hominis verò sententia quandoque iniusta, nec semper fertur pro crimine, *cap. à nobis de sentent. excommunic. tit. quest. 3. cap. 1. idem Bald. in addit.*  
2 Specul. *vbi supra allegat l. probrum, ff. de verb. signif. ¶ An autem positioni criminose quis teneatur respondere, de hoc per Innoc. in cap. 2. de confess. & ibi Ioan. And. idem Innoc. in cap. dandum il. 2. de elect. per Speculat. vbi supra per Ant. in cap. qualiter, & quando, §. debet, Bart. & Bald. in L. transact. C. de transact. tenet quod non, idem Bart. in l. qui curasse in fin. ff. de iur. iur. idem Bart. in l. pen. & fin. ff. de his qui vt indig. & idem Bart. in L. non intelligitur, ff. de iur. fisci. & in l. legi, C. de pen. hared. Idem tamen Bart. aliter dicit in L. Marcellus, ff. de ver. amot. & in l. 2. §. quod obseruari de iuram. calum. in C. & ibi latiffimè per Salyc. de materia positionum, idè vide eum, Tamen in questione propolita pro nunc sequere Innoc. & Sicul. in alleg. cap. de confess. quos sequi videtur Domin. in cap. 2. de confess. lib. 6. Ex quorum dictis eliciuntur duæ regulæ. Prima, quod si procedatur per inquisitionem ex mero iudicis officio, tenetur inquisitus respondere positioni criminose, si id de quo quæritur est notorium, seu famosum, alias secus, ad hoc text. not. in cap. cum dilecti de accusat. Secunda conclusio, quod ad instantiam partis necessarium est respondendum positioni criminose, si id de quo quæritur sit famosum, & impediatur ordinis executionem, seu beneficij retentionem, de quo agitur, nec veniat imponenda pœna temporalis, & sic idem Sicul. vbi supra concordat opiniones aliorum, & distinguit glos. in alleg. cap. 2. de confess. lib. 6. de hac materia per Archid. in cap. ex penitentib. 50. dist. & latiffimè per Bald. in alleg. §. quod obseruari.*

## Capell. Tholos. Decif. 100.

## S V M M A R I V M.

- 1 Nobilitati cum excuset quem, ne personaliter compareat, & respondeat, si Notarius ad eum mittatur expensis, non personaliter respondentis mittetur.

## D E C I S I O X I I.

I T E M fuit quæsitum, si positiones fuerint datæ contra Titium absentem, & nobilem se dicentem & petatur per partem, quod respondeat iuramento medio, & veniat personaliter, & ipse excuset se propter nobilitatem, quod non teneatur venire, sed quod remittatur sibi sacramentum ad domum, quod sibi fuit per Iudicem concessum, modo quæritur, cuius expensis Notarius ibit, vel tradentis positiones, vel debentis respondere. Conclufum fuit, quod expensis debentis respondere; quia si non fuisset nobilitas, debuisset personaliter venire suis expensis, vt in cap. 1. de iudic. lib. 6. & in capit. mulieres eodem tit. pro iuramento veritatis super dictis positionibus præstando quæuis Specul. in tit. de iuram. calum. in §. restat in fin. videatur tenere, quod expensis communibus, quando mittitur iuramentum calumniæ partibus, vel parti absentis propter nobilitatem, vel aliam iustam causam, secus si voluntariè agat per Procuratorem, vide glos. & ibi Barr. ff. ex quibus causam posses. catur. l. 2. §. 1. vbi tenet, quod expensis absentis, quia non misit Procuratorem sufficienter instructum.

Capell.

Capell. Tholof. Decif. 392.

## S V M M A R I V M.

- 1 Procurator de mandato Domini contrahendo, vel quasi, subeundo iudicium, vel alia, quae versantur circa iudicium, nocent Domino.
- 2 Confessio facta per Procuratorem per viam contentiosa iurisdictionis, praedicit Domino, sicut sententia.
- 3 Confessio Procuratoris nocet Domino, nisi Dominus eam reuocet.
- 4 Confessio Procuratoris non tollit facultatem appellandi.

## DECISIO XIII.

**I**tem fuit quaesitum, si Procurator confessus fuerit, dominum suum conuentum esse heredem, an talis confessio debet nocere domino. Conclufum fuit, quod sic per notata per Cyn. C. de confess. leg. vnica qu. 14. vbi plenè, & per e. suborta, cum glos. de iudic. & per cap. primum, cum ibi notatis, vt lit. non contestat. vide per Hostien. in summa de confess. §. qualiter intelligatur, versic. dominus causa, & Specul. eod. tit. §. postremo, versic. si verò sit per procuratorem; vbi tenent, quod procurator contrahendo, vel quasi subeundo iudicium, vel alia, quae circa iudicium versantur, dummodo sint sibi mandata, nocent domino. Ex delicto, vel quasi non, vide vbiq; plenè facit l. procurator ff. de condit. indeb.

Vide etiam per Bart. in leg. certum, §. sed an ipsos, ff. de confess. per Ioan. Fabric. in leg. vnica, C. eod. tit. Compstel. in cap. per inquisitionem de elect. & per eundem in cap. 1. eod. tit. l. 6. Bart. & Io. de Prat. in cap. 1. vt lite non contest. vbi Sicut. post Anton. distinguit, quod aut procurator late idem procurans, vt quia est defensor sine mandato, seu negotiorum gestor, & confessio non praedicit, ex quo non habebat mandatum, nisi sequatur ratihabitio, vt l. defensor, §. 2. ff. de interrog. act. Sed si habet mandatum etiam speciale ad contendendum praedicit domino ff. de interrog. act. l. qui seruum ad finem r. respons. & l. proinde, ff. ad leg. Aquil. & ibi glos. & in praedegata lege si procurator, ff. de condit. indeb. de quo latissime per Oldrad. cons. suo 126. Sed si est procurator generalis, & confiteatur domino praesente, & non contradicente, & adhuc ei praedicit, & sic intelligit Anton. vbi supra vnam opinionem, quam recitat Cyn. in praedegata lege 1. quest. 9. quod si dominus non est praesens, sed absens, tamen si voluntarie confiteatur, quia vadit ad iudicium voluntarie, nulla facta discussione, statim cum porrigitur libellus confiteatur, & non praedicit confessio, vt leg. certum, §. sed an ipsos, & hoc, quia talis actus habetur instar donationis, quae prohibetur procuratori. † Si verò confiteatur per viam contentiosae iurisdictionis, vt quia respondeat ad positiones, tunc confessio praedicit, sicut sententia praedicit, ff. de procurat. l. Plantius, & l. 4. ff. de re iud. & dic idem in confessione facta procuratori, quae surgit ex contumacia in non respondendo positionibus, vt est text. notab. in cap. 2. de confess. in 6. & valet haec confessio vera, vel facta procuratoris, cum non habeatur instar donationis, quia fit in inuitum, & iuxta mandatum suum, seu in his, in quibus habet mandatum. Et idem quo ad ista duo membra dicunt Bart. & alij esse dicendum in tutoribus, & curatoribus, vt distinguatur, an fiat confessio voluntarie, vel contentiosè, & hoc intelligo, quando iudicium per tutorem agitatum fuit, seu curatorem, si autem fuerit agitatum per pupillum cum tutoris auctoritate, non praedicaret confessio solius tutoris,

arg. in praedeg. §. sed an ipsos de iur. delib. l. potuit, & l. 2. §. quos obseruari, C. de iur. calum. & ita voluit Bart. & alij in praedeg. §. sed an ipsos, & notatur in d. l. vnica, C. de confess. dicit tamen Sicut. in praed. cap. 1. vt lit. non contest. haec vera † vt confessio procuratoris nocet domino, nisi dominus eam reuocet, provt facere potest, probando errorem, sicut probari posset in cap. fin. de confess. & in l. error, Cod. de iur. & fact. ignor. posset etiam reuocare ex errore iuris, licet non propriam, vt dicit Cyn. in alleg. l. 1. de confess. & not. in d. cap. fin. facit quod notat Specul. in tit. de confess. §. sequitur ad finem. Et de confessione an, & quando nocet Domino, & qualiter possit reuocari, vide per Sic. Imol. Phil. & Praepos. in cap. cum specialis, §. porro de appel. Vnum tamen est notandum secundum Sicut. in praed. cap. 1. vt lit. non contest. quod confessio procuratoris non est tantae efficacitae, sicut est propria: quia per confessionem propriam mihi aliquando praedicitur in alio iudicio, quia non possum venire contra illud, quod dilucida voce protestatus sum, etiam si agatur ad alium effectum, ad hoc, quod notat Innoc. in cap. 2. de ordm. cogn. & in praedeg. cap. per inquisitionem de election. & l. generaliter, Cod. de nou. num. pecun. & cap. per tuas de probat. quod tamen non procedit in confessione procuratoris, vt dicit notabiliter Compstel. in alleg. cap. per inquisitionem: ille enim non habebat potestatem confitendi, nisi quo ad illam causam; ideo non debet extendi ad aliam; quia forsan falsum confessus fuit, & hoc etiam notabiliter tenuit Specul. in tit. de confess. §. nunc videndum versic. sed nunquid confessio r. colum. † Item confessio procuratoris non tollit facultatem appellandi, sed tantum propria, vt patet in quest. 6. cap. sunt quorum, & l. 2. C. quorum appellat. non rescind. An autem ex propria confessione, quis repellatur à facultate appellandi, vide per Bald. in leg. obseruare, Cod. quorum appellat. non rescind. Ludou. Pou. in leg. 1. §. si Procurator, ff. si quis ius alienum non obtemp. Philip. Sicut. Anton. Imol. Praepos. in alleg. cap. cum specialis de appell.

Petr. Benint. Decif. 32.

## S V M M A R I V M.

- 1 Actor an ille dicatur in causa appellationis, qui fuit in causa principali.
- 2 Positiones actoris quando sunt de directo contraria positionibus Rei, quis succumbere debeat.
- 3 Confessio actoris magis nocet actori, quam confessio rei reo.
- 4 Actor an debeat prius respondere positionibus rei, vel reui positionibus actoris, & num. 10.
- 5 Constitutum liberat venditorem ab actuali rei traditione.
- 6 Clausula constituti non apposta in instrumentis, an habeatur pro apposta propter notariorum consuetudinem.
- 7 Constitutum an contineatur sub clausula, quae omnia, &c.
- 8 Prius factum dicitur, quod in aliqua scriptura praecedit.
- 9 Confessione prima iurata standum est, & non secunda contraria.
- 10 Agens prior est, & nobilior patiente.
- 11 Positionibus actoris, & rei ad inuicem sibi ipsis contrariis, an sit respondendum, & nu. 20.
- 12 Positiuam negatiuam respondendum est, quando onus probandi negatiuam parti incumbit.
- 13 Negatiua per partem confessionem probari potest.
- 14 Positiuam ad quid sit inuenta.
- 15 Clausula saluo iure impertinentium quid operetur.
- 16 Respondens ad id, quod non debet, an & quando sibi praedicit, & num. 18.
- 17 Iuramentum non censetur praestitum super positionibus

*impertinentibus, & non admissibilibus.*

- 19 *Perversio ordinis non releuat ab onere respondendi positionibus.*  
21 *Ei, qui est in possessione, titulus sufficit sine noua traditione.*

## DECISIO XIV.

**H**ieronymus de Aguchiis de Bonon. petebat executionem instrumenti venditionis contra Antonium de Argile pro certa summa, pro residuo pretij, & commissa fuit executio, à qua appellauit dictus Antonius, quia ex forma statuti permessa erat appellatio in causa appellationis, quia Antonius opposuit in prima instantia exceptionem rei non traditæ, fuerunt hinc inde factæ, & productæ positiones tam per appellantem, quam per appellatum, & adiuicem contrariæ: nam appellatus posuit, qualiter presentialiter dictus Antonius tenebat, & possidebat bona vendita, & dictus Antonius respondendo positioni confessus est: appellans uero posuit non habere, nec habuisse possessionem bonorum venditorum, & appellatus respondendo positioni confessus est. Unde dubitatum fuit principaliter, an pro parte appellati probata esset traditio rei venditæ, & consequenter, an esset attendenda confessio appellati, an uero appellantis; & dicebatur pro parte appellantis, quod Hieronymus erat actor in causa, † quia ille idem dicitur actor in causa appellationis, qui fuit in causa principali, ut notat Card. in Clem. 1. 7. & 9. de caus. poss. & prop. leg. qui ad civilia, & quod ibi not. C. de appell. adde Cyn. de reg. iur. in cap. indultum in 4. colum. ubi dicit, quod is est actor in causa appellationis, qui fuit in causa principali. † Et quando positiones actoris sunt de directo contrariæ positionibus rei, & omnes habentur pro confessis, debet actor succumbere, 3 *capit. cum sint partium de reg. iur. in 6. † quia magis nocet confessio actoris actori, quam rei reo, & maxime in præmissis casu, in quo terminus probatorius erat præfixus utrique parti, ita Alex. in leg. si non fuerit, ff. de iur. iur. Item dicebatur, † quod actor debebat isto casu prius respondere positionibus rei, cum positiones rei essent præiudiciales positionibus actoris, quoniam quando positiones rei sunt præiudiciales positionibus actoris, actor debet prius respondere, Bald. in addit. Specul. de positio. in 1. colum. vers. si positio, & Specul. in tit. de posit. §. 4. vers. hoc quoque notandum, & vers. hoc quoque certum est, Franc. in cap. 2. de confess. in 6. idèd si attendatur confessio actoris, constat obistere exceptionem rei non traditæ. Nec obstat instrumentum venditionis, quia in eo non apparebat scriptum constitutum, † per quod, ut dicunt Domini de Regno dec. 14. incipit in causa dormicella in 3. colum. in nouis, venditor solet liberari ab actuali traditione rei.*

In contrarium ad ostendendum rem venditam traditam esse, adducebatur primò clausula constituti solita apponi in talibus contractibus, † quæ licet non appareat in contractu scripta præsumitur omisa per Notarium, ex quo consuetudo totius Italie est, eam apponere, Socin. in consil. 55. num. 11. in 4. vol. & in consil. 131. num. 16. & idem Alex. consil. 170. in lib. meo in 2. vol. si est consuetudo apponi, & idem Paul. de Castr. in consil. 10. in 1. par. in nouis, num. 3. ubi magis hoc putat uerum, si idem Notarius consueuit illam in suis instrumentis apponere, prout ostensum fuit ex instrumentis eiusdem Notarij, & aliorum Notariorum per inspectionem, quam plurium instrumentorum. Plus dixit ibi Paul. † quod sub illa clausula, quæ omnia, & c. putat, quod contineatur simplex constitutum, ex

quo communiter consueuit ab omnibus Notariis apponi: propterea intelligendo constitutum appositum, uidetur, quod emptor non possit conueniri rem non traditam, postquam venditor in dictis bonis se non intromittit, per tradita per Dominos de Regno in d. decis. 14. in nouis. Secundo dicebatur, attendendam esse confessionem emptoris, dum est confessus, bona vendita tenere, & possidere presentialiter. Et pro resolutione considerandum est, quod appellatus fuit ille, qui primò respondit positionibus appellantis, nam primò Notarius in actis annotauit responsiones appellati, & postea responsiones appellantis. 8 † Et quod in aliqua scriptura præcedit prius, illud dicitur factum, §. quoties de usufructu, & in 1. constit. C. in §. quibus, & clarè patet ex processu: unde statim primæ confessioni iuratur, & non secundæ, ut dicit Abb. 9 in cap. per tuas de probation. † quod si prima confessio est iurata, & de facto proprio, vel quasi, secunda non ualet, quia conuincitur necessitatio de perituro, ponendo se inter duo iuramenta contraria, allegat text. in l. generaliter, C. de nos. num. pecun. ubi etiam cum iuramento non potest quis venire contra confessionem suam: & tanto magis procedit, quando prima confessio est uerisimilior. † Uterius conceditur à iure regulariter, quod primò respondeatur positionibus actoris, quam rei, ita Bald. in addit. Specul. rubr. de dilat. vers. 1. respondetur, dicens, quod idèd est, quia agens, prior est, & nobilior patiente: & idem Bald. in addit. Specul. in tit. de reconuentione super verb. nos autem, & Specul. in tit. de dilat. §. uidentium, & in tit. de posit. §. 4. vers. hoc quoque notandum, & in tit. de actor. circa princip. Anton. de Barr. in cap. 1. de ordin. cognit. Cyn. Barr. Bald. Salyc. Paul. in l. 2. §. quod obseruari, Cod. de iur. calum. Gemmi. & Franc. in cap. 2. de confess. in 6. Odoif. in tract. positionum in 4. colum. num. 17.

- 11 Dicebatur etiam, † quod positio appellantis erat formata uerbis negatiuis, uerius erat de directo contraria positionibus appellati, quo casu non erat admittenda: quoniam positiones actoris, & rei quando adiuicem sunt sibi ipsis contrariæ, tunc eis non est respondendum, Franc. in cap. 2. de confess. lib. 6. Lanfranc. in capit. quoniam contra in uerbo responsiones n. 7. de probation. & hoc procedit siue contrarietas reuincat ex parte ponentis, siue ex parte respondentis, Curt. in tractat. positionum numer. 14. ubi dicit, in hoc omnes ita concordare. Item quia positio erat negatiua taliter, quod non debuit responderi, quia superflua, & impertinens: nam licet hodie sit decisum, † quod positioni negatiuæ respondendum sit, quoties iudicæ quum uidetur, per text. in cap. 1. de confess. in 6. ea ratio, 12 ne, † quia negatiua potest probari per confessionem partis, ut per Specul. in tit. de posit. §. 7. vers. 8. considerando, & Dyn. & Barr. in l. quidam in iure de donat. tamen hoc procedit, quando parti incumbit onus probandi negatiuam, quia in negatiua fundat intentionem suam, & quia probare tenetur: idèd hoc casu potest super hac negatiua facere positionem, secus si non haberet necesse probare, quia tunc si faceret positionem super negatiua, aduersarius non teneretur respondere, quia censeretur positio impertinens, & superflua, ut in isto casu, in quo intentio appellantis, negantis rem traditam, est fundata per solam negatiuam, propterea tali positioni non tenetur respondere ratione prædicta, quia uidetur superflua, & impertinens, 14 † quia positio non est inuenta, nisi, ut ponens releuetur ab onere probandi, ut iuribus supra allegari: sed negando rem traditam, transfert onus probandi in aduersarium: idèd positio superflua, ita tenet, & decla-

declarat Paul. de Castr. in dict. §. quod obseruari, & Curt. in tract. positio. nu. 26. vnde cum huiusmodi positio non fuerit admittenda tam ratione contrarietatis, quam negatiue superflue, & impertinentie, propterea ei respondendo appellatus sibi non præiudicauit, cum sub protestatione saluo iure impertinentium responderit: ¶ quo casu tam ex dispositione statutorum, quam iuris, talis protestatio derogat confessioni, Bald. in addit. Specul. in rubr. de positio. vers. qui respondet; vbi dicit, qui respondet ad id, quod non debuit, sibi non præiudicat, si responderit sub protestatione, & simul in impertinentibus, & non admissibilibus, vt latè persequitur Curt. in dict. tract. positio. nu. 29. ¶ Nam iuramentum præstitum non censetur super positionibus impertinentibus, & non admissibilibus, cum ad talia non referatur, iuxta not. per Bald. in l. pen. ad fin. c. de transact. lal. in d. l. si duo, §. si Iulianus in 3. vol. ff. de iur. iur. & Nicol. Ant. Graua. in annot. ad prax. Octau. Vestr. lib. 5. cap. 13. num. 26. igitur stat firma confessio appellantis.

Nec obstant ea, quæ dixit Alex. in d. l. si non fuerit, quia loquitur in confessione ficta per contumaciam, in isto autem casu ¶ sumus in confessione vera facta sub illa protestatione saluo iure impertinentium: quo casu confessio non parat præiudicium, nisi in quantum positio fuerit admittenda, quod in ficta confessione non adfuit: & qui respondet sine dicta protestatione ad id, quod non debet, sibi præiudicat, per Bald. in d. rubr. de posit. in addit. ad Specul. idè in tali casu magis præiudicat confessio actoris actori, quam rei reos; sed in casu isto appellatus respondit sub illa protestatione, meritò sibi non præiudicauit. Item etiam si appellatus primò responderet positionibus appellantis, sibi non præiudicasset, cum, vt dictum est, talis positio non esset admittenda, & sub illa protestatione responsum fuerit. Item quando appellans respondit positionibus appellati, produxerat suas positiones, sed non iurauerat, quando verò appellatus respondit positionibus appellantis, tunc appellans iurauit, quo casu tanquam periurus non fuit admittendus, quia primò respondendo positionibus appellati cum iuramento, fuerat confessus contrarium: vnde tanquam nauigans contrariis ventris non est audiendus; quia duo contraria, scilicet verum, & falsum confessum fuisse videtur. Item consideratis dictis testium probationes appellati excedunt probationes appellantis, quo casu non absoluitur reus, not. in cap. ex litteris de probat. Nec obstat, quod vnus prius, quam alter posuerit, quoniam ¶ peruersio ordinis non releuat ab onere respondendi, Franc. in d. cap. 2. de confes.

Præterea illud, quod dicitur, ¶ quod positionibus contrariis non est respondendum, procedit, vt dicit Franc. in d. cap. 2. quando ita sunt contrarie, quod omnino adinuicem se petunt, aliàs si possunt aliqua distinctione iuuari, tunc eis est respondendum; sed positio appellantis dum posuit, quod appellatus actualem possessionem bonorum emptorum nunquam habuit, nec habet, potest isto modo iuari, scilicet, quod actualem possessionem non habuit, nec habet à dicto appellato venditore, & tamen dicta bona præiudicialiter appellans possideat, licet non habuerit actualem possessionem à venditore, & ita cum ista distinctione vtraque positio actoris, & rei sustentatur, ¶ quia ei, qui est in possessione titul. sufficit sine noua traditione, Bald. in leg. quædam mulier, ff. de rei vend. & ideo cum positiones actoris, & rei adinuicem omnino non se petunt, vtraque responsio

tolletatur, & id demonstrat alia subsequens positio appellantis, cui appellatus respondendo se refert, prout in instrumento. Nam licet in præcedenti positione dixerit simpliciter credit, debet intelligi, prout in instrumento habetur, secundum quod dixit in sequenti positione respondendo, credit, prout in instrumento, quia hoc est fauorabilius ipsi reo, & confessio interpretatur in dubio in fauorem, aliter videretur recedere ab eo, quod supra dixit prout quod in dubio non præsumitur leg. nam ad ea in princip. ff. de condit. & demonstrat. alias retuleret quædam contrarietas. Nec est verisimile, quod voluerit recedere ab instrumento, vnde, vt remoueat ista contrarietas responsio prima debet intelligi, vt responsum fuit in proximè subsequenti, scilicet, vt in instrumento continetur, ita in simili dixit D. c. in consil. lib. incipit, visò instrumento in fin. vltim. in prima parte.

Rota Rom. Decif. 101. diuersorum, par. 2.

S V M M A R I V M.

- 10 Positionem negans non potest in ea se fundare. Fallit in Iudice, qui potest ex officio se fundare in positione negata, num. 11.

DECISIO XV.

- 10 Q Vintò, & vltimò non obstat, ¶ quod Olimpia positionem Iulij continentem prædictam trium noctium dormitionem n. gauerit, & propterea non potest se fundare in tali positione negata, cap. ex eo, de regul. iur. in 6. cum latè deductis per Gab. lib. 6. de regul. iur. conclus. 1. num. 2. quia omittis aliis positionibus, de quibus hic per informantes pro Olimpia plana responsio est, quod iudex ex officio ¶ potest se fundare in prædicta positione negata, Bart. in leg. post legatum na. 8. ff. de iur. quibus vt indig. cum aliis cumulatis per eundem Gabr. vbi supra num. 58. & 59.

Rota Rom. Decif. 749. par. 3. diuersi.

S V M M A R I V M.

- 1 Positionibus criminosis pars aduersa non tenetur respondere.  
2 Positio detegens turpitudinem dicitur criminosa.  
3 Positionibus ex quibus pars incideret in periculum non tenetur respondere.

DECISIO XVI.

- P Roduçtis iam remissotiiis pro vtraque parte D. Archiep. Caput. dedit varias positiones, Aduersarius contra eas variè excipiebat, idcirco dedi dubium, an teneatur D. Prosper respondere positionibus, & an omnibus, aut certis, & quibus, vt detur copia positionum. Domini responderunt, ex his nonnullas esse criminosas, ¶ quibus Prosper non tenetur respondere Agid. 174. & alias dictum coram D. Chiffan. in causa Aque. Monasterij. Et quamvis D. Caput. respondebat, se non proposuisse istas positiones ad hunc effectum, sed tantum, vt appareat, quod Prosper semper gesserit se pro clerico, tamen replicatum fuit, satis esse, ¶ si hæc suapte natura essent criminosa, cum detegant turpitudinem, cap. 1. & 2. de cler. pugn. in duel. Dictum etià fuit non tenent respondere

his positionibus, † ex quibus incidere in peritium, videlicet ubi ipse articulauit contrarias materias cum iuramento, vt per Specul. in tit. de post. §. 5. & 7. n. 1. 2. & 54. Et quamvis D. Caput. respondeat, iam detectum esse peritium Prosperi ex quadam confessione sua in litteris de anno 1531. replicabatur, quod attenda hac ratione hæc positiones dici possunt superflue, igitur non admittendæ. Item etiam dictum fuit, non esse respondendum positionibus nec negatiuis, nec positiuis, aut similibus. Cæteris omnibus placuit, vt respondeatur, dum tamen prius accommodentur, & elegantur, & contineant petitionem, aut negationem, aut repetitionem, & similia. Nec obstat, quod prætendat D. Prosper, se non debere respondere eis, quæ respiciunt nullitatem clericatus, cum ipse agat executiuè. Nam responsum fuit, imò teneri cum respondere, cum hæc exceptio oriatur ex ventre litterarum suarum, qui dicunt, postquam clericali caractere, vt per Sarn. in compend. vtri. signat. n. 48. Similiter etiam placuit, vt teneantur respondere articulis, quoniam ex stylo nostro etiam in iudicio Spolij, & aliis Summariis hoc admittitur, & præsertim quia in remissoria declarati fuerunt iam admissi isti articuli. In primis autem mandarunt, vt tractarentur concordialiter à parte.

### Rota Roman. Decis. 846. diuersorum, par. 4.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Responsio credo, si instrumentum appareat, aut probetur, nihil determinat.
- 2 Credo, prout in instrumento, de quo facta est mentio in positione determinat quid certum.

#### DECISIO XVII.

**I**N causa Ianuensi pecuniaria, visis per Dominos responsonibus datis ad articulos, dixerunt illas approbandas, adiecta copula, & ad effectum, & cum declaratione, quod loquitur de instrumento retrouenditionis: nam quantum ad responsonem ad secundam positionem, quod Io. Baptista fuerit procurator Seluagij, &c. cum responderit, credit in mandatis procuræ, ad quæ se remittit, fuit ita sufficiens responso. † Quicquid enim dicendum esset, de responsonem, credo, si instrumentum appareat, vel probetur, quia nihil determinat, Specul. de instrum. edit. §. nunc dicamus res, cum aliis ex aduerso allegatis, † tamen quoniam responso, credo, prout in instrumento, si de illo facta est mentio in positione, tunc sustinetur, quia determinat quid certum, Specul. in tit. de testib. §. generaliter num. 5. Bald. in l. 2. §. quod obseruari, C. de iur. iur. propt. calum. dand. num. fin. Myling. cent. 6. obseruat. di. Guid. Pap. decis. 374. Franc. in cap. 1. num. 16. de confess. in 6. Gayl. qui alios refert lib. 1. pract. obseruat. obseruat. 82. nu. 24. Ioseph. Lud. decis. Perus. 8. num. 11. & 12. cum ergo in positione fiat mentio procuræ, dixerunt Domini sufficienter illi fuisse satisfactum.

Quantum ad responsonem ad tertium, eodem modo fuit sufficiens iudicata, quatenus est relativa ad instrumentum venditionis census, de quo fit mentio in positione, sed quia obstabat, quod positio loquitur de instrumento retrouenditionis, & Io. Baptista respondeat de illo venditionis: cum enim positiones loquantur de venditione Collegij per instrumentum, responso, credo, prout in instrumento, non

poterit intelligi nisi de eo, in quo continetur retrouenditio facta Collegio, vnde fuit dictum, quod hoc poterat magis specificè declarari.

Ad tertium, quartum, quintum, & sextum bene fuit responsum, quia saltem erat implicita mentio instrumenti retrouenditionis.

Responsum ad septimam positionem, non creditur vt ponitur, ad effectum, ad quem ponitur fuit sufficiens, dummodo addatur in medio copula, & vt responso simpliciter facta dicatur, vt in aliis pluribus causis fuit dictum, quod & in aliis positionibus, in quibus eodem modo responsum est, Domini dixerunt, ita vt responso careret, non creditur, vt ponitur, & ad effectum ad quem ponitur, cum quo ad iuramento reliquæ omnes, in quibus ita fuit responsum, placuerunt.

Quantum ad octauam, nonam, decimam sextam, & vigesimam, in quibus remittit se ad litteras, computa, & quietantias, quatenus extent, quia non recordatur, hæc responso non videbatur bona, cum nihil determinet, & non constat de litteris, ad quas se refert, Ludou. dict. decis. 8. num. 3. cum verò dictæ Scripturæ sint penes Seluagium, potest certificari ex iuribus, quæ citat, ac inde releuari ab onere probandi.

Non obstabat fundamentum ex aduerso factum, quod responso ad nonam positionem non videbatur bona, ex eo, quia credit de quietantia, & nega transmississe litteras: nam Baptista credit de quietantia: 2000. sed non confitetur de illa causa, tunc enim adesset contrarietas. Atque ex his ita est resolutum.

### Olasc. Decis. 10.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Testibus publicatis, an liceat super materia deducta, & ad probandum admissa facere positiones, illisque teneatur aduersarius cum iuramento respondere.
- 2 Negatiua, quæ est regulariter improbabili, potest per positiones deduci, & admitti.
- 3 Confessio vera, vel ficta non dicitur probatio, sed releuatio ab onere probandi.
- 4 Contumax consentire non dicitur.
- 5 Positiones post publicationem attestacionum fieri non possunt super eo, quod est probatum.
- 6 In causis, in quibus proceditur sine figura iudicij, potest iudex in quacumque parte iudicij, etiam ad instantiam partis interrogare alteram partem.
- 7 Positionibus pars respondere non cogitur super eo, super quo habet intentionem fundatam testibus, vel instrumentis, nisi ad intrandum compelli potest.
- 8 Superfluis probationibus quis prægraudus non est.

#### DECISIO XVIII.

- 1 **I**ndifficilis, & trita est questio, an publicatis testibus liceat super materia deducta, & ad probandum admissa facere positiones, quibus teneatur aduersarius cum iuramento respondere, non obstante testium publicatione, & partem affirmatam, tenuit Innoc. in cap. ultra tertiam in vltimis verbis de testibus, dicens expresse, causam posse instrui confessionibus faciendis ante, & post terminos ad probandum datos, & eum sequuntur ibi Bald. & Cord. qui ita dicunt, se consuluisse, per text. in c. 1. de confess. in 6.

† ubi negatiua, quæ est regulariter improbabili, potest

potest per positionem deduci, & admitti, Felin. in cap. ultra tertiam, in fin. & in rub. de prob. num. 6. ac in cap. 2. nu. 12. & in cap. licet causam, col. 12. vers. octavo limita, eodem tit. de probat. quem refert, & sequitur Purpur. in leg. manifesta, col. 2. vers. ampliatur, ff. de iur. iur. Bart. in leg. in contrahibus, §. illo in 2. lect. vers. sed si reus, C. de non num. pecun. Angel. ibi in fin. dicens, quod elapso termino dato ad probandum, & publicato processu, potest petere quis alteri parti iuramentum deferri, Bald. in Auth. sed nouo iure, col. fin. C. si cert. petat. Rom. in leg. admonendi, in antepen. colum. vers. quo ad 2. ff. de iur. iur. quos refert Hippol. in rub. de probat. n. 75. & in sing. 110. Capic. decis. 15. videtur sequi Purpurat. in leg. manifesta, n. 22. & 23. ff. de iur. iur. dum æquiparat confessionem veram, & fictam, & ratio prædictorum est, quia confessio vera, vel ficta crebriori sententia, de qua latissime per Dec. in rub. de probat. col. 6. vsque ad 12. & Hippol. in repet. rub. C. de probat. nu. 74. non est probatio, sed releuatio ab onere probandi, idem sentit Dec. cons. 445. nu. 55. concludens, posse etiam post conclusum in causa fieri interrogationem, & confessionem, cap. sum Ioannes, de fid. instrum. Mar. in dict. rub. de probat. num. 73. His conueniunt, quæ scribit Crauet. cons. 207. nu. 2. ergo ad hanc opinionem addo gloss. iudicio meo singularem in leg. 2. §. quod obseruari, in verb. existimet, in fin. de iureiur. propter calum. dan. vbi quaerit, nunquid læpius quis de eadem te possit interrogari, & dicit, posse, cum fieri possit, quod id, quod prius non credebar, nunc testibus apertis credat, est igitur ibi glossa, quod apertis, seu publicatis testibus possunt fieri positiones, quas glossa ibi interrogationes appellat, & eam glossam refert, & sequitur Felyn. in cap. per tuas, nu. 1. de testib. quæ quidem opinio alio videtur comprobari fundamentis: Nam licet contra præsumptionem iuris, & de iure non admittatur aliqua probatio per testes, vel instrumenta, admittitur tamen per confessionem partis, vt concludit Bart. in Auth. sed iam necesse, C. de donat. ante nupt. & non solum per veram, sed etiam per fictam resultantem ex contumacia, Bart. in leg. absentem, colum. fin. C. de penit. quem refert, & sequitur Felyn. in cap. quoniam contra, nu. 30. de probat. apost. in add. ad Salyc. in dict. Auth. sed iam necesse. Et ex his tollitur declaratio, quam facit Dec. in rub. de probat. colum. 13. quod prædicta intelligantur de confessione voluntaria, & spontanea, quia si habet locum in ficta confessione resultante ex contumacia, ergo non est spontanea, & cum contumax non dicatur consentire, Bart. Angel. & Doct. in leg. 2. ff. si quis in ius vocat. non ier. & hanc opinionem dicit esse communem Ias. in repet. leg. admonendi, num. 319. vers. breuiter concludit, ff. de iur. iur. quando simpliciter esset facta assignatio ad probandum, non adiecta clausula per omne genus probationis; quæ communis conclusio adiuuari potest ex Doct. in Auth. sed nouo iure, col. pen. & fin. C. si cert. pet. post Bart. in leg. Gallus, §. idem credendum, quos ibi refert, & sequitur Gallus num. 14. & 15. ff. de lib. & posthum. quod quando scriptura non est de substantia actus, sed requiritur ad necessitatem probationis, quia etiam sine scriptura actus valet, sed si negetur non poterit probari, nisi per scripturam, hoc casu si confiteatur valebit, quod factum est, quia confessio non est probatio, sed releuatio ab onere probandi, leg. 1. ff. de interrog. act. leg. 1. C. de iuram. calum. per quas leges potes notare, huiusmodi confessionem posse fieri ad interrogationem partis, quod etiam infertur potest ex eo, quod Bart. vult super dicto actu requiri scripturam ad necessitatem probationis, posse deferri iuramentum.

Contrariam opinionem videtur tenere gloss. in dict. §. illo, vers. nec ergo, & ibi Bald. in leg. 23. quod obseruari, col. 4. vers. septimo quaerit, C. de iur. propter calum. Spec. in tit. de dilat. §. fin. nu. 9. versum quod si datus, quem refert, & sequitur Paul. de Castr. in dict. §. illo, num. 4. & videtur de mente Angel. in leg. manifesta, vers. quarto propter, ff. de iur. iur. Ias. in leg. fin. num. 13. ff. de ser. post Paul. de Castr. ibid. Dec. in rub. de prob. col. 13. vers. & retenta: distinguens inter confessionem spontaneam, & coactam, quem refert, & sequi videtur Purpur. in dict. leg. manifesta num. 22. Lanfranc. in repet. cap. quoniam contra, in verb. responsores, in fin. vbi dicit, quod post publicationem attestacionum non possunt fieri positiones super eo, quod est probatum, Curt. in tract. positionis num. 17. breuiloquio, Marant. in 6. part. §. quartus actus num. 10. de ordin. iud.

Quid dicendum inter tot pugnantis auctoritates: Mihi videtur posse eas scedere distinctionis conciliari, scilicet, vt prima opinio affirmatiua procedat in causis, in quibus proceditur summariè, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, & secundum æquitatem, prout regulariter fit in hac patia, attenta decretorum forma, ita sentit Felyn. in rub. de probat. col. fin. vers. sed etiam dici possit, post Ioan. Andr. & Abb. in cap. fin. de solut. Imol. in cap. si cautio de fid. instrum. Bald. & Salyc. in leg. si ex cautione, C. de non num. pecun. Angel. consil. 156. Lanfranc. in clem. sape col. penult. vers. secunda conclusio, de verb. significat. vbi dicit, quod in causis, in quibus proceditur sine figura iudicij, potest iudex in quacumque parte iudicij etiam ad instantiam partis interrogare alteram partem, & hoc tenet Alexand. consil. 19. col. penult. vers. 2. principaliter volum. 4. Cardin. in clem. sape, §. & quia num. 8. Natta ibi in verb. interrogauit, Marant. de ordin. iud. in 4. part. §. 92. distinctio, nu. 3. & 32. post gloss. Card. Roman. & Felyn. per eum allegatos, dicens hoc esse expeditum de iure: pro hac opinione facit text. in leg. iudices, C. de iud. & in clem. sape, §. interrogabit, de verb. signif. & in cap. cum Ioannes, §. verum, de fide instrum. & ratio est, quia facilè per responsiones positionibus dandas poterit liquere de veritate sine aliqua liti protestatione, sicut verò in aliis probationibus, quæ tractu temporis requirerent, quæ non debent admitti, maxime si immineret timor subornationis testium, secundum Card. in dict. §. & quia colum. 2. vers. 4. oppono, & colum. 5. vers. item fuit dubitatum, Rot. decis. 30. in nouis Felyn. in dict. cap. licet causam colum. 11. vers. limita tertio. Hanc tamen opinionem intelligerem non procedere, quod quando positiones fierent super eo, super quo pars, per quam responderi petitur, habet intentionem fundatam testibus, vel instrumentis, quia tunc non deberet cogi ad respondendum, sicut nec cogi posset ad iurandum, per text. in cap. 2. & ibi Bald. Card. Abb. Felyn. in 2. notab. & Dec. in 3. notabili, & de probat. in dict. leg. in contrahibus §. illo, vbi Bart. in 1. lect. quem refert, & sequitur Ias. in leg. 3. §. iurari, num. 2. & in repet. leg. admonendi, num. 319. vers. tu diligentius, Rip. num. 67. ff. de iur. iur. Curt. in dict. breuiloq. 17. Purpur. in dict. leg. manifesta, nu. 4. & 9. Boet. decis. 91. colum. 1. referens ita fuisse iudicatum, & hoc videtur rationi naturali consentaneum, quod ne quis superfluis probationibus grauetur leg. hac stipulatio, §. fin. ff. vt legat. no. caueat. cap. 3. & ibi gloss. in fin. de maior. & obed. vt emittitur in ipsomet contrarietas: nam aut farebitur secundum intentionem suam, & hoc esset ei superfluum, & irreleuatum, cum aliunde plenè probauerit. Aut negabit, & tunc appareret, eum calumniosè, indebitè que egisse, & sic sibi ipsi contrarius esset, ac propterea non

audiendus, *leg. 1. C. de furt. cap. fin. de iur. iur.* Ideo potest recusare positionibus respondere, iuxta glosam communiter approbatam in *leg. 2. §. quod obseruari, in verb. existimet, vers. item nec ad eam, C. de iur. propter calum.* Curt. in *dict. tract. de positionibus breuiloq. 12. & 17. in fi.* & hoc est, quod expressè dicit Bart. in *1. de i. secundum glosam ibi in dict. §. illo, quod ille, qui habet iustam causam recusandi respondere positionibus Aduersarij, vt puta, quia habeat intentionem suam probatam, non tenetur illis respondere, secus si non habeat iustam causam recusandi, quia non habeat intentionem fundatam, nisi per lapsum temporis, cuius opinionem dicit æquiores Angel. in *§. 1. col. pen. Instit. de except.* At vbi positiones non fierent super ab aduersario deducta, super qua fuerunt examinati testes, & publicati non repugnat rationi naturali, quin aduersarius super ipsis deductis possit adhuc ad instantiam ponentis interrogari, idèd militat, quæ supra dixi de causis, in quibus proceditur summarie, vel sola veritate inspecta; & quod dicit glos. in *dict. §. quod obseruari in verbo existimet in fin.* Opinio verò negatiua procedat in causis ordinariis, & plenariis, ita distinguit Nat. in *dict. verbo interrogabis, & plenius Marant. in 4. part. dist. 9. nu. 28. & 30.* & ita censuit Senat. in causa Bernardini Vinaciæ contra Ioan. Franciscum Caran. Cuneates.*

Ofasc. Decif. 14.

S V M M A R I V M.

8 Capitulum quod semel est, vterius non est capitulandum.

DECISIO XIX.

8 **E**T ad hanc opinionem accedit, quod notat Bald. in *leg. fin. §. 1. in 1. notabili, vbi etiam Salycet. C. de appell. quod semel fuit capitulatum, non est vterius capitulandum; & si in prima instantia responsum est positionibus, & deinde positiones de nouo producantur in causa appellationis, non tenetur illis respondere, Afflic. *decif. 216. nu. 1.* dicens hoc esse regulare, &c.*

Ofasc. Decif. 66.

S V M M A R I V M.

- 1 Sanguinem suum redimere cuique licet, & n. 9.
- 2 Positioni criminosa quis non tenetur respondere, ne turpitudinem suam detegat, & n. 11.
- 3 Incarceratus indebitè si iuret ad carceres redire, & non rediit periurus non efficitur, & n. 12.
- 4 Infamia mortis aliquando præponderat, & n. 13.
- 5 Iuramentum ei deferendum non est, qui verisimiliter deiraturus sit.
- 6 Iudex pœnam imponere parti de veritate dicenda, necnon eam exigere potest.
- 7 Iuramentum de veritate dicenda reus prestare tenetur in criminalibus.
- 8 Pro stylo, & consuetudine præsumendum in dubio est.
- 9 Pœna parium consuetudine adiecta committitur, etiam si non intersit.
- 10 Periurium variis pœnis punitur.
- 14 Nemo præsumitur velle iuramentum conseruare, & propriam offendere salutem.
- 15 Negationis pœnas cuitat, qui nondum conuictus se ipsam corrigi.

DECISIO XX.

**I**N causa fisci, & nobilis Dominici Marini Verceilensis inquisiti, quæritur, an pœna à iudice reo imposita, vt interrogatoriis eidem faciendis, prout verum esse sciret, responderet, cum constet ipsam Dominicum deierasse, exigì iure possit.

Et prima facie videbatur dicendum, pœnam veluti non commissam, exigì non posse, *leg. 1. vbi Bart. ff. de bon. eor. qui ante sent. sibi mor. consi.* qua lege dicitur, 1 Ignoscendum esse ei, qui qualitercumque sanguinem suum voluerit redimere, ex qua *leg. Alex. ibi in apost. ad Bart.* notat, respondentem inquisitioni cum iuramento contra veritatem non puniri periurio dicens, ita fuisse consulum per quosdam peritos Doctores, & Alex. refert Neurz. in *3yl. nupt. in verbo monitorie, col. 4.* affirmans non legisse aubi, sequitur Angel. in verbo *confessio delicti, num. 1.* Ross. in *tit. de periurio num. 3.* vbi post Abb. & Felyn. quos refert, dicit, quod licet talis peccet; attamen in foro contentioso non punitur, & quod ita prædicatur Bern. *quasi. antepen. nu. 3. & 9.* dicens, ita esse communem opinionem, & respondet ad *leg. de periurio, ff. de crim. tollen.* cui opinioni ad stipulatur illa conclusio, 2 quod positioni criminosa, quis non tenetur respondere, ne cogatur detegere turpitudinem suam, quam conclusionem referant Specul. in *tit. de positionib. §. 7. vers. 19. nu. 40.* Bart. in *leg. qui iurasse, §. si pater, & ibi Alexand. & Iaf. ff. de iur. iur. propter calum.* latè Curt. de *positionib. 21. breuiloq. Abb. in cap. 2. numer. 16. & seq. vsque ad finem de confess. Dec. in leg. fin. num. 6. C. de eden. & latè Georg. Nait. in repetit. *clen. sapè, §. & quia, colum. 7. de verb. significat.* vbi ponit regulam cum octo fallentiis. Quæ conclusio fundatur ex illa ratione, quia nemo tenetur se ipsum prodere, *cap. in auctoritatibus, vers. non tibi dico, de penit. dist. 1.* cui conuenit, quod dicit glos. in *clen. pastoralis, §. quid enim auderet, in verbo per violentiam, de sent. & re iud. quam refert, & sequitur Iaf. in leg. si duo patroni, §. fin. num. 4. ff. de iur. iur. & alij cumulati à Didaco lib. 3 *variarum resolutionum cap. 2. num. 7.* concludentes, 3 indebitè detentum iurantem custodi carceris eius relaxationi annuenti se rediturum ad carceres, & non redeuntem, non esse periurum, licet videantur loqui, quando esset periculum vitæ; attamen idem 4 dicendum videtur, si solum agatur de infamia, 4 quæ aliquando præponderat timori mortis, *leg. isti, in fin. ff. de vo, quod met. caus.* Prædicta quoque opinio corroboratur ex notat. in *leg. ambiguitates, C. de ind. vid. tol. & cap. clericos, de cobab. cler. & mul. Iaf. in leg. 1. col. fin. vers. quinto limita, ff. qui satis. cogant.* vbi iuramentum non est deferendum ei, quem verisimile esse deierare; 5 sed præsumendum est, quod reus inquisitus potius deierabit, quam quod se ipsum prodatur, ergo non debuit ei iuramentum deferri, ita expressè dicit Mart. per supradicta iura in *leg. quæstionis habenda, numer. 33. ff. de quæst.***

6 **Q**uis tamen, & similibus non obstantibus secundum ea, quæ proponuntur, sustineri potest, ralem pœnam fuisse commissam, & idèd posse exigì *leg. in alimentorum, §. sed si non constat, in vers. & comminari, ff. vbi pup. educari deb. & leg. 1. §. quid ergo si non responderit, & §. cogenda, ff. de reus. inspecta.* per quæ iura Bald. post Aret. & Nicol. de Neapol. in *dict. §. sed si non constat, dicit,* 6 quod iudex potest imponere, exigere impositam pœnam mendacij, sequitur Cagnol. in *repet. leg. vnicæ, numer. 91. ff. si quis ius dicent. non obtemp.* Marant. de *ordr. iudic. in 6. part. §. 4. actus n. 18.* de hæc coadiuari possunt



ex iis, quæ scribit Bart. in leg. Marcellus, §. 1. num. 1. ff. rer. mot. in leg. inter omnes, §. recte in fin. ff. de sac. leg. genero, nu. 2. ff. de his, qui notant infam. & in dict. §. quod observari in fin. quem refert, & sequitur Angel. in tract. de malef. in verb. comparuerunt dicti inquisiti, & negarunt nu. 1. † ubi in criminalibus reus debet iurare dicere veritatem iudici interroganti, ira etiam firmat Aretin. post Ioan. Andr. Goff. & Diuum Thomam sequitur Aretas de Falconibus in addit. 2. ad Abb. in cap. fin. de solut. quorum opinionem dicit communem Matl. in dict. leg. questionis habenda, nu. 72. & observat generalis consuetudo, seu stylus totius Italix, vt etiam attestatur Socin. in cap. qualiter, & quando, quest. 75. & 85. de accusat. maximè in Patria nostra, vt rei compellantur cum iuramento veritatis ad respondendum aduersus crimina, quibus inscribuntur, & ita observari dicit Curt. in leg. 1. in princip. C. de iur. propter calum. † Pro qua consuetudine, seu stylo præsumendum est, vt sit legitima, argum. leg. certi conditio, §. si nummos, ff. si cert. petat. & cap. constitutus, vbi Abb. de religios. domib. faciant, quæ cumulat Matl. sing. 1. si ergo teuentur iurare, quod veritatem dicent, & ita iurant, sequitur necessariò, quod si mentiantur possint puniri, maximè pœna à iudice imposita, alioquin ludibrio, frustrare præstarentur huiusmodi iuramenta, & remedia, contra leg. hac stipulatio, §. fin. ff. vt leg. non cauea. Et hæc opinio in calu nostro multo magis videtur procedere, cum pœna, de qua agitur, à iudice fuerit imposita: imò magis dici potest adiecta partium conuentione, † quæ committitur etiam si non interfit, leg. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verb. oblig. & exigi potest Roman. cons. 43. & cons. 510. col. 1. & 2.

Non obstant in contrarium allegata, & primò l. 1. ff. de bon. eor. qui ante sent. sibi mort. consc. vbi vnicuique licitum est proptium sanguinem qualitercumque redimere, quia glos. in verb. qualitercumque, & ibi Bart. interpretantur, & restringunt illam dictionem, qualitercumque, idest per pecuniam, cum id liceat lege permittente, vt ibi per eos, secus autem per calumniam, quia tunc esset contra suum iuramentum, quo calu non licet, & similis glos. est in leg. 1. in princip. C. de iur. propter calum. in verbo quicquam. Vel secundo potest responderi, legem illam loqui in criminibus, pro quibus imponitur pœna sanguinis, & ad effectum, vt habeatur pro confesso, ira loquitur l. 2. & ibi glos. in verbo defensione, quam sequitur Bart. ff. de his, qui ante sent. sibi mort. consc. & Bart. in dict. leg. 1. in princip. nu. 6. C. de iuram. propter calum. & textus expressus in leg. fin. ff. de preuaricat.

Et propterea non etiam nocet dictum Alex. in dict. leg. 1. ff. de bon. eor. cum sine lege loquatur, quinimo contra iura supra adducta; quod & si verum esset, locum non habet in calu nostro, in quo pœna, seu multa est imposita à iudice, & de qua partes conuenerunt, vt supra diximus secundum glos. in leg. si cum militibus, in verbo distraxerint, C. de restitu. milit. Corl. in sing. 1. in verbo pœna.

Vel potest intelligi, quod non puniatur de periurio, scilicet ordinata pœna periurij, † quæ variè imponitur, vt in leg. de periurio, qua est lex fin. ff. de crim. Suelion. & per Bald. Angel. & Salyc. in leg. 2. C. de reb. cred. & glos. in cap. illud, de excess. prelat. Leu. de pœn. in leg. si vacantis, col. 4. C. de bon. vac. lib. 10. Guid. Pap. cons. 89. nu. 2. & seq. & decis. 178. Socin. consil. 7. col. fin. vers. vnde periurus lib. 1. sed alia mitiori, & sic extraordinaria, vt per glos. fin. in dict. leg. de periurio, & in leg. 2. C. de reb. cred. Bauertus in tract. de iuram. notab. 71.

Non obstat, quod positioni criminose quis non

teneatur respondere ex illa ratione, quia nemo tenetur se ipsum prodere, dict. cap. his auctoritatibus, 7. non tibi dico, quia illud procedit, † quando responderet ad instantiam partis, secus autem si interrogatio fieret à iudice ex officio, Bald. in leg. 2. col. fin. C. de exhib. reb. glos. & Ang. in leg. ampliorum in princip. C. de appell. quos refert, & sequitur Natl. in dict. §. & quia colum. 7. vers. & fallit secundo, Aret. in dict. cap. qualiter, & quando, §. debet col. 4. & 5. de accusat. vbi etiam responderet ad rex in dict. §. non tibi dico, dicens, illud non procedere in calu nostro, in quo delinquens non se prodit, sed proditur à iudice: pro qua responsione faciunt notata per Bart. in d. l. Marcellus cum concord. supra alleg.

Nec est impedimento glos. in dict. elem. pastoralis in verbo violentiam, cum aliis supra in contrarium allegatis, quia illud procedit, † quando detentio fuisset iniusta, & imminerebatur periculum mortis, ita respondet Abb. in cap. inter alia in fin. de immuni. Eccl. post Bart. in leg. relegati in princip. ff. de pœn. Anton. Rauer. in tract. de iur. iuram. not. 60. Matl. sing. 177. incipit malitiis hominum; secus autem si iuste erat carceratus, & non imminerebatur periculum mortis, vt ibi per eos, & Didac. loco supra citato num. 8.

Vel responderi potest, aliud esse iuramentum promissorium de non recedendo ad carceres indebitos non obseruare, aliud ad euitandam pœnam, præsertim pecuniariam aduersus Deum, cui iuratur, mentiri, & veritatem contempere: illud enim licitum est aliquo calu, quoniam iuramenti executio in dispendium salutis spiritualis, vel temporalis fieret, cap. non est obligatorum de regul. iur. in 6. hoc verò nunquam licitum est, cum tendat ad veritatis corruptionem, ita doctè respondet Didac. loco supra cit. n. 7.

13 Non obstat, † quòd infamia præponderet timori mortis, quia hoc non est passim verum, nisi in casibus, in quibus infamia habet secum effectum iuris, vt in d. leg. isti in fin. ff. quod met. causam 2. leg. nec timorem infamia, & ibi glos. eod. tit.

Nec mouet, quod dicitur, non esse viam peritias aperiendam, iuxta not. per Matl. in dict. leg. questionis habenda n. 73. † quia nemo præsumitur velle peccare, seu offendere in perniciem propriæ salutis, l. fin. C. ad leg. iul. repetund. & leg. 2. C. de reb. cred. & iur. iur. & can. sancimus 1. quest. 7. & ibi glos. nam in lege decalogi præceptum legitur. Non peritabis, neque pollues nomen Dei tui Leuit. cap. 19. & Math. cap. 5. & conuenit, quod scriptum est de Sulanna, quæ porius sine delicto voluit incidere in manus illorum testium falsorum, quam peccare in conspectu Domini, vt in lib. Daniel. cap. 13. Luc. de Pen. in leg. nec ipsi col. 1. C. de iniuria. lib. 10. peccat enim reus interrogatus à iudice super crimine, si mentiatur, quando interrogatio iusta est, etiam si confitendo mortem incurreret. Paul. Hoq.

Vel potest responderi communem opinionem esse se in contrarium, vt ipsemet Matl. attestat loco supra citat. † Item debet intelligi procedere, si invidax nondum convictus contempserit responsionem suam, quia tunc euitat pœnas negationis, Angel. de Malef. in verbo comparuerunt dicti inquisiti, & negarunt totum num. 21. Rom. lat. consil. 59. colum. fin. Aret. in leg. 1. §. si quis simpliciter colum. 2. vers. sed primum membrum, ff. de verb. oblig. Bald. in tit. quanam sit prima caus. benef. amit. §. pono colum. 4. vers. vel melius dicit, tal. in leg. iuram. qui n. 9. ff. de iur. iur. & in §. ex maleficiis nu. 27. Infit. de action. qui tamen non loquitur, vbi iuratum est Hipolit. in rubr. de fideius. num. 337.

Et secundum hanc opinionem iudicauit Senatus in prædicta causa, mitigata pœna, seu multa, iuxta

doctrinam Iacob, de Sancto Georgio in versic. dicitur  
vassalli promiserunt recognoscere eorum, 4. versic. vnum tamen  
aduertit.

## Ofasc. Decif. 87.

## S V M M A R I V M.

- 1 Rusticitati, & simplicitati regulariter consulendum est.
- 2 Minoribus, & mulieribus aduersus dolum presumpsum de preterito succurritur, secus aduersus dolum presumpsum de futuro: unde non succurritur illis, ad producendum testes post didicita, & testificata, & n. 4.
- 3 Mater, Ecclesia, & minor possunt per viam restitutionis in integrum ponere idem, & contraria articulis alterius partis.
- 4 Mulieribus, & rusticis non succurritur, nisi in casibus à iure expressis, & non reperitur, quod eis succurratur in iis, quæ concernunt formam actus, & sunt introducta ad vigorem iuris conseruandum.
- 5 Matri minoris succurritur, si non petierit dari filio pupillo tutorem intra tempus à iure limitatum, secus si fuerit maior.
- 6 Positionum pronuntiatio attentæ decretorum dominicalium dispositione, concernit formam actus, & respicit iuris rigorem, nec in ea mulieri, & rustico succurritur.
- 7 Procuratoris contumacia in non respondendo positionibus, nocet domino.
- 8 Dicitio, semper, pro plerumque exponitur.
- 9 Minor non restituitur, aduersus eius confessionem tanquam lesus, nisi edoceat saltem semiplene, veritatem esse in contrarium.

## DECISIO XXI.

QVæsitum fuit, an rusticus, vel mulier restitui debeat aduersus pronuntiationem positionum in eorum, seu procuratoris domini litis contumaciam factam: necnon aduersus omissam probationem, & an possint producere testes post didicita testificata. Et videbatur dici posse, eos debere restitui propter imbecillitatem sensus, & intellectus; ¶ cum simplicitati, & rusticitati regulariter soleat consuli, leg. fin. in princip. C. de testam. & cap. super litteris, vbi glos. in verbo simplicitati, & Abb. nu. 6. in fin. de rescript. glos. in l. 1. in verbo armata, C. de iur. & fact. ignorant. concordat

- 1 glos. in leg. vbi in vers. nisi, ff. de edend. ¶ sentiens minori, & mulieri succurri debere aduersus dolum presumpsum, qua glos. Gal. & Rom. moti dicunt, mulierem, & minorem posse viam restitutionis in integrum inducere testes post didicita testificata, quos, ipsis tamen non citatis, sequitur Afflicti, decis. 216. num. 2. vbi post Innoc. Specul. Bart. Bald. Butr. Abb. & Salyc. per
- 2 cum allegat. expressè dicit, ¶ quod minor, Ecclesia, & mulier possunt ponere idem, & contraria articulis alterius partis, sequitur pluribus aliis relatis Iacob. Philip. Port. lib. 1. commun. opin. conclus. 39. limit. 12. vbi post Doctores per eum relatos extendit istud etiam ad Republicam, & Ecclesiam faciunt adducta per Alexand. in dict. leg. 2. colum. 1. ff. si quis in iur. voc. non ier. & hæc opinio videtur adiuvati, quia minori, rustico, & mulieri succurritur aduersus dolum presumpsum de preterito, Bart. in leg. auxilium nu. 2. ff. de min. Angel. in dict. leg. vbi excipitur in fin. & ibi Paul. de Castr. Alex. colum. 1. Iaf. num. 6. Paul. de Castr. in leg. 1. §. editiones circa finem, ff. de edend.

Non obstat, quod dicitur, mulierem, & rusticum non restitui ad producendum testes post didicita

testificata secundum Bart. in leg. 1. §. nunciatio num. 25. ff. de nou. oper. nunciat. Angel. in dict. leg. vbi excipitur, quia loquitur in dolo presumpso de futuro, aduersus quem non succurritur mulieri, & rustico, graria euitandi delicti, vt concludunt Paul. de Castr. Alex. Iaf. in locis per eum allegatis.

- 4 In contrarium facit regula leg. fin. & ibi Bartol. & communiter Doct. C. de iur. & fact. ignor. ¶ quod mulieri, & rustico non succurritur nisi in casibus à iure expressis, idem probat text. in leg. regula in princip. ibi quod, & feminis in quibusdam datur, ff. rod. lit. quam ad hoc etiam notat Bart. in leg. 1. §. nunciatio nu. 35. versic. sed quod in muliere, & rustico, ff. de nou. oper. nunciat. addens, quod in iis, quæ concernunt formam actus, & sunt introducta ad vigorem iuris conseruandum, vt est res iudicata, & similia, non reperitur, quod mulieribus, & rusticis succurratur, Alex. cons. 75. num. 10. lib. 5. & cons. 7. num. 21. lib. 7. & latius in cons. 165. dubitatur an mulier nu. 6. lib. 6. Felyn. in cap. fraternitatis col. 5. versic. item secundo de test. Aliud exemplum potest opponi in
- 5 matre, ¶ quæ si sit minor restituitur, si non petierit dari filio pupillo tutorem intra tempus à iure limitatum, secus si fuerit maior, Specul. de test. in integr. §. 1. nu. 15. & 16. & ibi in add. idem sentit Bart. in leg. 1. nu. 9. C. de iur. & fact. ignor. plures concordantes ponit Alex. in dict. §. nunciatio colum. penult. vers. tangit etiam, Bartol. quibus addo Iaf. in leg. 3. num. 128. & 129. C. de iur. emphyt. post communiter Doct. in leg. iuris ignorantiam, C. qui adnot. Iaf. in leg. certis annis nou. 14. vers. 3. extendit, C. de pact. cum infinitis concordantibus à Tiraq. congestis de retract. conuent. §. 4. glos. 7. num. 13. & seqq. ¶ Sed huiusmodi pronuntiatio, attentæ decretorum dominicalium dispositione, concernit formam actus, & respicit iuris rigorem, nec specialiter reperitur à iure succursum mulieri, & rustico, ergo non sunt restituendi, ad idem facit, quia mulier prætextu ignorantie non excusatur, si inuentarium non confecerit, Bald. in leg. fin. in princip. vers. 3. quero quid in muliere, & rustico, & ibi etiam Iaf. colum. 2. vers. quid autem sit, C. de iur. delib. Alexand. in dict. consil. 165. non. 6. vers. ad idem, & expressus lib. 6. cum adductis per Tiraq. loco proxime citato num. 16.

Non obstant in contrarium adducta, & primò text. in dict. leg. fin. C. de testam. quia ille text. iuncta glos. in l. ambiguitates eodem tit. in verb. ex mente, probat hanc opinionem, prout eum inducit, Bald. in dict. leg. iuris ignorantia, C. qui adnot. dicit enim, quod si statuto cauerit, quod non valeat concordia, nisi producerit intra octauum diem, & quidam rusticus per eorum Aduocati non produxit in termino, queritur an excusetur per talem iuris ignorantiam, & concludit, quod non, quia omissio formæ viciat actum, etiam si omitteretur à rustico, vel muliere etiam per errorem: allegat dict. leg. final. iuncta glos. in dict. leg. ambiguitates in verbo ex mente, C. de testam. & Bald. refert, & sequitur

- 7 Alexand. in dict. consil. 165. nu. 6. lib. 6. ¶ nam si contumacia procuratoris in non respondendo positionibus nocet domino, cap. si post præstitum de confess. in 6. Iaf. in leg. vnica, §. si procurator numer. 4. ff. si quis ius dicent. non obtemp. ergo contumacia procuratoris nocet ipsi mulieri, ¶ quia dicitio, semper, in dict. leg. fin. posita exponitur, idest, plerumque, ita dicit ibi A' b' ric. in 1. col. quem refert, & sequitur Iaf. in dict. leg. fin. nu. 2. C. de iur. & fact. ignorant.

- 8 Non obstat glos. & Abb. in dict. cap. super litteris, quia ad hoc responde, vt per Rip. in tract. de remed. preseruat. contra pestem, §. auido num. 244. & seqq. non obstat, glos. in dict. leg. 1. C. de iur. & fact. ignor. ¶ quia communiter

reprobatur, nisi defendendo dicamus, eam loqui, quando rusticus non potuisset consulere peritiores, tunc enim ex iusta causa succurritur: quod etiam voluerunt Bart. in dict. leg. 1. num. 9. & 10. Salyc. Franc. de Rampogn. & Alex. Rip. loca supra allegata num. 247. & seqq. Fely. in dict. cap. fraternitatis col. 3. idem Alex. in dict. leg. iuris ignorantia col. 2. C. qui admit. vbi dicit, istud habere maximam aequitatem, ideo sibi placere: sed & hoc pro omnino constanti non habeo ex his, quae scribit Tiraq. de retract. consent. dict. §. 4. glof. 7. nu. 18. vers. at qui ego huic sententiae, nam & mulier, & rusticus tenentur consulere peritiores: si possunt, imò, si non sunt in loco vbi habitant, tenentur ire ad Ciuitatem, & ad loca vicina, vbi sunt, & sicut sciunt ire mulieres ad Ciuitates pro indulgentiis, & rustici ad nemora pro lignis, ita etiam debent utrique ad Ciuitatem accedere pro consiliis, vt dicit Bald. & Salyc. in d. iuris ignorantia, C. qui admit. Tiraq. loco prox. citato nu. 20. post Ant. de Butt. & Rom. quos allegat.

Non obstat, quod dicunt Gul. de Cu. & R. syn. in dict. leg. vbi exigitur, ff. de eden. post glof. ibi, & Afflic. in dict. decis. 216. quia eorum dictum communiter reprobatur, dum loquuntur de muliere, Angel. in leg. 1. vbi Bart. communiter approbatus in dict. §. nunciatio, & miror, Afflic. sic locutum fuisse contra communem conclusionem, allegando Bart. in dict. §. nunciatio, qui contrarium dicit quo ad mulierem: & alij Doctores per eum allegati non loquuntur in muliere, sed in Ecclesia, & minore. Imò minor non restituitur aduersus eius confessionem tanquam laesus: nisi edoceat saltem semiplene veritatem esse in contrarium, Bald. in leg. unica col. 14. vers. circa quod considera, C. de confess. & ibi etiam Salyc. versum iuxta hoc quero, Ant. de Butt. in cap. fin. extra eodem tit. de confess. sequitur Alex. conf. 55. in fin. vol. 5. post Cyn. & Specul. per eum allegat. Abbas in cap. audita in fin. de restitut. in integr. Vnam tamen limitationem ponit Butt. conf. 72. ad id, quod dicitur, non succurri mulieri, vel rustico, in iis, quae sunt inducta ad rigorem iuris conseruandum, videlicet non habere locum, vbi subsit iusta causa, vel probabilis ignorantia, quae non cadit in casu nostro; & propterea censuit Senatus in causa Catherinae de Brandis, & Petri de Albertis Nicensium, praedictam mulierem non esse restitue aduersus pronuntiationem positionum in eius contumaciam factam.

Olasc. Decis. 113.

SUMMARIUM.

- 1 Procuratorem constituere ad iurandum, & ad respondendum positionibus Domini potest, dato quod pars velit, dominum respondere, & num. 2. limitatur, & declaratur, num. 13.
- 3 Personaliter vbi alicui aliquid exequendum committitur, non potest partibus dissentientibus illud alteri delegari, & num. 5.
- 4 Verba significantia personalitatem important, vt actus per alium explicari non possit.
- 5 Statuto, seu decreto, qui prouisum est, debere responderi positionibus personaliter, non admittitur procurator cum mandato speciali.
- 6 Vassallus quando iurare fidelitatis per procuratorem possit.
- 7 Aduerbia plerumque tenent locum formae, & qualitatem facti denotant.
- 8 Actus factus, non seruata forma, est nullus.
- 9 Gerundia posita in casu ablatiuo de sui natura determi-

- nant, & qualificant actum verbi, cui adijciuntur.
- 10 Correlatiuorum eadem est dispositio, & vnum aliud declarat.
- 11 Positiones presentandi modus ei, qui est absent a loco iudicij stante forma decreti, quod personaliter presentari debeant.
- 12 Iuramentum quando in absentia committitur, hoc oportet fieri sub fide gestorum.

DECISIO XXII.

S Tante Decreto sub titul. delle poste, è sia positionis, quaeritur, an responiones positionum possunt fieri, & produci per Procuratorem respondentem cum iuramento calumnie virtute mandati specialis.

- 1 Et videtur dicendum posse, ex doctrina Bart. communiter approbata in leg. qui bona, §. si alius n. 11. ff. de damn. infect. qua disponitur, quod si aliquis partium non vult stare dicto procuratoris alterius partis, sed dominum respondere, potest dominus constituere procuratorem ad iurandum, & dicitur satisfactum petitioni, qui tamen Dominus videtur iurare per procuratorem tanquam per organum: cap. praesentium de testibus in 6. cui famulatur cap. fin. vbi glof. de iur. em. sal. lib. 6. & ibi Philip. Franc. in princip. Alex. in dict. §. si altero colom. penult. & in leg. fin. colom. penult. C. de procur. facit regula, qui per alium, de regul. iur. in 6. & in leg. Diuus, §. 1. ff. ad leg. Corneli. de fals.
- 2 Praemissis tamen non obstantibus, si tentata forma Decreti, siue Constitutionis praedictae, qua nominatim cauetur, partes producentes positiones, personaliter debere iurare, dicitur non esse satisfactum decreto, si positiones praesententur iudici a procuratore iurante, positiones esse veras virtute mandati specialis, text. est expressus in cap. fin. §. de offic. deleg. vbi glof. in verbo personaliter expressè dicit, quod si negotium aliquod alicui committatur, vt illud personaliter exequatur, potest dummodo partes consentiant, illud alteri delegari, ergo partibus non consentientibus non poterit delegari, & ibi Abbas in 1. notab. post glof. in clem. 1. de vi. & honest. clerici. dicit, quod quando requiritur aliquid personaliter fieri, non est satisfactum iuri, si per alium fiat, quia huiuscemodi aduerbium personaliter in aliqua constitutione positum, interpretatur, vt mandans non habeatur pro faciente, & sequitur ibi Anton. Franc. in addit. & Fely. in 1. notab. latissime Barbata colom. 1. & pluribus seqq. vbi notat, quod verbum personaliter, importat actum faciendum in propria persona, & non per alium: idem sentit Bartol. in leg. iubemus non. 3. C. de erroga. in elec. annu. lib. 12. expressè dicens, id quod statutum mandat fieri propriis manibus, vel personaliter, non posse fieri per substitutum, quod etiam firmat Laf. in leg. 2. §. quod si patris num. 3. quem sequitur Rip. num. 7. ff. salut. matrimon. concludens, si verba significantia personalitatem importare, vt actus non possit explicari per alium: idem tenet Gemm. in cap. vi. circa, §. super huiusmodi circa finem, vers. sed quaeritur de elec. lib. 6. post lo. Andr. faciens differentiam, si quis debeat prestare iuramentum simpliciter, vel in propria persona, vt in primo casu possit per alium cum mandato speciali, secundo vero casu non, quos refert, & sequitur Philip. Franc. in dict. cap. vt circa, §. alioquin colom. final. vers. tu aduerte, si nuncupatum notauis, quod vbi verba legis, aut statuti sunt scripta in personam, vt puta, si dictum sit propriis manibus, vel personaliter, nunquam verificantur, si fuerit

per alium etiam cum mandato speciali, asserens ita per omnes Doctores teneri, quod in terminis nostris constanter sequitur Imol. in dict. §. si alieno colum. final. verso. & idem statutum, sentiens, quod ubi statuto prouisum est, debere responderi positionibus personaliter, non admittitur procurator cum mandato speciali, quod etiam firmat Gratian. responsion. 28. nu. 10. & seq. lib. 1. Huc spectat quæ latè cumulantur per Brun. in tractat. de forma, & solemn. in tit. ex quibus constat forma, & solemnitas col. 31. secundum magnam impressionem, quem vidi post hæc scripta, & Nattam in repet. auth. quod sine mun. & seq. C. de testam. ubi respondit ad leg. Diuu. ff. ad leg. Cornel. de fals. His accedunt scripta Bald. in tit. quo tempore miles num. 11. vers. 1. casu, quem refert, & sequitur Iacob. à Sanct. Georg. in vers. qui quidem vassalli prest. iuram. † quod licet vassallus possit iurare fidelitatem per procuratorem cum mandato speciali, tamen limitatur non procedere, ubi actus personaliter fieri deberet, vel requiretetur: & quæ de statuto scribit idem Bald. in tit. de pace iuram. firmand. §. si quis vero nu. 4. & nu. 49. quod comprobatur ex scriptis per Albert. in dictionario suo in verba personaliter, ubi dicit aduerbium personaliter, denotare exhibitionem personæ principalis, cap. cum dilectus de rescript. facit quod scribit Barbof. in dict. §. his autem colum. fin.

† quod aduerbia plerumque retinent locum formæ, quam sonant, magis quam nomina iuxta notata in leg. Pomponius, ff. de negot. gest. ubi Bart. nu. 19. dicit verba denotare factum, aduerbia verò qualitatem facti, & quod dicta verba iurando personaliter, denotent formam, vltra supradicta, id expressè notatur in dicto Decreto in verbo. *Ma presentandosi esse positioni, senza fare il giuramento nella forma detta di sopra, non si admitteranno dal Giudice, ne lo aduersario sarà tenuto à risponderegli.* Ex quibus, &c. euidenter apparet, non solum esse datum pro forma, quod præstans positiones teneatur iurare personaliter, quod tenet illas esse veras. Sed etiam ex eo, quod Decretum disponit huiusmodi positiones non debere admitti, nec aduersarium tenere illis respondere, nisi forma illa seruata, hinc fit, † quod actus factus non seruata forma decreti est nullus, leg. fulcinius, §. 1. ff. quibus ex caus. in poss. eatur, Dec. consil. 332. nu. 3. ubi dicit, istam esse communem regulam. Et si dicatur, ponentem iurare personaliter in manibus Notarij, & sic videri satisfactum Decreto, responderetur ex illo iuramento extrajudiciali non esse obseruatam formam decreti requirentis iuramentum personaliter præstari tempore præsentationis positionum, vt in illis verbis. *Se alcuna delle parti presenterà positioni, giurando personalmente.* Nam illud gerundium, *giurando*, cum aduerbio personaliter, est additum verbo subiunctiuo, præsentauerit; vnde concludit Cocci. consil. 105. lit. b. volum. 3. & consil. 224. lit. 1. volum. 4. † gerundia posita in casu ablatiuo sui natura determinare, & qualificare actum verbi cui adijciantur, leg. vim faci, ff. quod vi, aut clam, hinc sequitur qualitatem iunctam verbo regulati secundum tempus verbi vulg. leg. in delictis, §. si extraneum, ff. de noxal. action. cum similit. & quod debeant intelligi de iuramento personaliter præstando tempore præsentationis in loco tribunalis, ubi causa agitur liquido dignoscitur ex illa clausula, *che l'altre parte, s'ella si troua in quel tempo presente nel luogo del giudicio*, & clarius in illa clausula. *Ma presentandosi esse positioni, senza fare il giuramento nella forma detta di sopra.*

Et impliciter videri satisfactum decreto, si procurator ponentis præsentat positiones, & iurat personaliter, cum ipse procurator sit dominus litis, leg.

nulla. C. de procurat. responderetur, verba decreti, dum loquitur de partibus iurantibus personaliter, loqui de principalibus; & id demonstratur primò ex istis verbis, *chiedendo, che la sua parte contraria risponda personalmente fatto il simil giuramento*, quæ verba nullo modo possunt intelligi de procuratore partis, contra quam fuerunt productæ positiones, sed de ipsa principali parte, vt in illis verbis, *s'ella si troua in quel tempo presente nel luogo del giudicio*, quæ etiam verba nullo modo possunt adaptari ad procuratorem, alioquin si de procuratoribus intelligi possent, sequeretur, procuratores partium posse præsentare positiones, & illis respondere sine mandato speciali contra mentem, & verba ipsius Decreti. Quod autem illa verba debeant intelligi de principalibus, & non de procuratoribus aperte probant in vers. *Non si darà la copia alla parte, ubi omninò prohibet interuentum Aduocati, & procuratoris, nisi in casu simplicitatis, & imprudentiæ principalis.* Item in vers. *Se nel detto giorno statuito, &c. la parte, che hà da rispondere si trouerà absente, potrà il suo procuratore richiedere il Giudice, &c. ex quibus verbis clarè videmus, Decretum, dum loquitur de parte, noluisse intelligere de procuratoribus, sed de ipsis principalibus, cum vna pars decreti recipiat interpretationem ab alia, argum. leg. qui filiabus, ff. de leg. 1. leg. virum, ff. de petit. hered. Angel. consil. 281. nu. 5. Dec. consil. 41. in fin. latè Euerard. in suis locis legalibus cap. 76. facit regula, quod verba debent recipi in potentiori significato, leg. 1. iuncta glos. in verb. domini, ff. si ager vellic. vel emph. pet. cap. fin. de sentent. excommunicat. Item ex regula, quod in statutis, & decretis verba debent proprie, & ita idè intelligi, leg. 3. §. hæc verba, ubi Bart. ff. de negot. gest. cum similit. Alexand. consil. 83. nu. 6. volum. 2.*

Nec obstat, quod prædictæ clausulæ loquantur de parte, quæ tenetur respondere positionibus, non de parte ponente, quia obiectum tollitur ex regula, † quod correlatiuorum eadem sit dispositio, & vnum aliud declaret. L. 1. C. de suppreslib. 12. l. 1. in l. fin. nu. 29. C. de interd. viduit. toll. & sic dispositum in ponente, censetur dispositum in eo, contra quem ponitur, & è contra, nam in iudicijs æqualitas est seruanda, glos. ordin. in l. fin. C. de fruct. & lit. expens.

Et prædicta corroborantur ex illo aduerbio personaliter, quod vt supra diximus denotat presentiam personæ principalis, Alber. in suo dictionario in dictione personaliter, per text. in cap. cum dilecti de rescript.

Et si queratur quomodo ergo providebitur ei, qui vult præsentare positiones, & est absens à loco iudicij, † responderetur, quod potest vti forma à Decreto Ducali tradita ei, qui positionibus tenetur respondere, scilicet, vt eius procurator proponat iudici, suum principalem velle præsentare positiones, quas propter eius absentiam non potest personaliter iurare esse veras, idè petit terminum ad præsentandum principalem, vel committi alicui commissario, aut ordinario loci, ubi reperitur ponere volens, vt coram eo positiones cum iuramento personaliter præstato præsentet, & Iudex tunc vel terminum statuet ad comparandum personaliter, vel committet alicui Commissario, vel Ordinario, vt coram eo iuret, & hoc modo dicitur seruata forma statuti, cui famulatur doctrina Barr. in leg. generaliter, §. ubi presentibus, num. 2. C. de iur. iuran. ubi expressè dicit, † quod quando committitur iuramentum in absentia, hoc oportet fieri sub fide gestorum, hoc est, quod Iudex coram quo causa agitur, scribat iudici illius loci, ubi pars degit, vt recipiat iuramentum, & remittantur

acta ad Iudicem principalis causæ, & pro Bart. facit  
tex. in c. constitutus de fideiuss.

- 13 Non obstant in contrarium allegata, † quia lo-  
quuntur in terminis iuris communis, cessante Rati-  
o, & ubi simpliciter requireretur iuramentum, &  
distinguit Geminianus in dict. cap. ut circa, §. super huius-  
modi de elect. lib. 6. nam de iure communi casus verus,  
& casus fictus æquiparantur, leg. qui inssu ff. de reg. iur.  
cap. qui per alium eod. tit. in 6. secus verò in statotis, in  
quibus non habet locum fictio, Bart. & Alex. in dict.  
§. hec verba, & cons. 2. nu. 7. & seq. volum. 2. Item non lo-  
quuntur, ubi dictum esset personaliter, quia eo ca-  
su etiam de iure communi non potest iurari per pro-  
curatorem habentem speciale mandatum, iuribus,  
& auctoritatibus supra allegatis.

Ex quibus omnibus, arctata forma præsertim de-  
creti Ducalis, alteram partem non esse cogendam  
ad respondendum positionibus alterius partis, nisi  
personaliter à ponente fuerint cum iuramento asse-  
ueratæ. Quod verò pertinet ad assertas responsio-  
nes datas positionibus agentium, cum positiones  
concernant factum partis conueniæ, & non respon-  
derit secundum formam decreti nouissimi in verfic.  
Se nel detto giorno, sequitur positiones ipsius haberi  
debere pro confessis, iuxta ipsius decreti dispositio-  
nem, & ita Senatus censuit in causa ab Illustrissimo  
Præside Astensi mota contra Illustr. Dominum  
Ludouicum Solarium condominum Macellij die  
9. Nouembris 1562.

### Ofasc. Decif. 178.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Positioni multiplici quis respondere non cogitur.
- 2 Protestationis clausula, reuocando responsiones, &c. salu. et  
omne ius, & facit responsionem non dandam haberi pro  
non data.
- 3 Cathgorica propositio, & hypothetica qua dicatur.
- 4 Decretum disponens responsiones cathgoricas fieri debere in-  
telligitur, quando interrogationes, siue positiones sunt sim-  
ples, & cathgorice, secus si sint duplices, & qualificate.
- 5 Relatum dicitur esse in referente cum omnibus suis qualita-  
tibus.
- 6 Ex negatiua dispositione nulla sequitur affirmatiua, nec su-  
mitur argumentum à contrario sensu contra negatiue res-  
pondentem, quod ampliatur infra nu. 9.
- 7 Argumentum à contrario sensu nunquam sumitur, quando  
ita sumendo inducta ad vnum finem operantur contra-  
riam, & num. 11.
- 8 Negans sententiam rectè latam, non propterea fatetur la-  
tam, & negans qualitatem facti, non fatetur factum.
- 9 Excipiens, vel replicans non fatetur inuentionem aduersarij,  
etiã si cum qualitate fuerit opposita exceptio, vel repli-  
catio.
- 10 Cap. super de renunciat. quomodo intelligatur.
- 11 Negatiua responsio aliter sumitur si precedat qualitatem,  
aliter verò si precedat verbum.

#### DECISIO XXIII.

**O**pponitur nonnunquam exceptio ratificationis  
venditionis bonorum feudalium, qua stante  
excipiunt conuenti, & possessores rei feudalis aduer-  
sus agentes, dicti feudi non competere illis vendi-  
cationem, seu recuperationem, cum ei, qui consen-  
tit alienationi feudi vterior ad illud non detur re-  
gressus, vulg. §. præterea, ubi glos. & communiter Doct.

in tit. quibus mod. feud. amit. §. Titius filios si de feud. fuer.  
contra. inter dom. & agnat. cum similibus cumulatis ad  
regulam leg. queritur, §. si venditor ff. de ad. edict. Titusq.  
de retrat. §. i. glos. 9. n. 19. & seqq. & hanc ratificationem  
asserunt probari pluribus modis. Primò ex confes-  
sione facta resultante ex Decretorum Dominica-  
lium dispositione ob responsiones cathgoricè non  
factas positionibus partis aduersæ. Item ex confes-  
sione affirmatiua implicita, oriente ex responsione  
negatiua, iuxta notata in cap. super de renunciat. cum si-  
milibus.

- Tertio ex confessione vera, in quibus omnibus  
animaduertendum est, quia quo ad conf. sionem fi-  
ctam resultantem ex dispositione Decreti nouissimi  
positi sub titul. delle poste. cautus erit is, cuius confes-  
sio ficta allegatur, an positiones legitimè asseueratæ  
1 fuerint, vt latè scriptum legitur in decis. 13. † Item an  
positiones sint multiplices, cum positioni multiplici  
quis respondere non cogatur, secundum glos. com-  
muniter receptam in cap. 2. in verbo absque rationabili,  
versum si sit multiplex, de confess. in 6. Curt. in suo tract. de  
posit. breuil. 10. & 18. post Bald. & alios per cum nomi-  
natos. Ac protestari de reuocando quamcumque  
2 responsionem, si danda non esset, † quæ protestatio  
saluat omne ius, & facit responsionem non dandam,  
haberi pro non data, Curt. de posit. in breuil. 9. circa fin.  
Ant. Franc. latè in add. ad Abb. in cap. examinata, de  
iud. his famulatur text. in L. maritus, ff. de quest. ubi con-  
fessio eius, qui respondere non tenebatur, ei non  
præiudicat, nec probationem facit regula l. si debitor,  
§. 2. ubi Bart. ff. quib. mod. hypob. solu. cum similib. An im-  
aduerter etiam an positiones sint cathgoricæ, vel hy-  
3 potheticæ, ad quarum cognitionem præmittit. † Il-  
lam dici cathgoricam positionem, siue responsio-  
nem, in qua subiectum, siue prædicatum habet prin-  
cipales partes sui. Hypotheticam verò, quæ habet  
duas cathgoricas principales partes sui. Et fit Hy-  
pothetica per dictiones, si, vel, aut, & similes, ita de-  
clarat nominatim Bart. in leg. si in, qui ducenta, §. vtrum,  
ff. de reb. dub. in princip. post glos. fin. in leg. quæsitum, ff. de  
acquir. rer. domin. per illa iura, sicque loquitur Decre-  
tum, si accuratè ponderetur in vers. incipiente, le  
risposte, & dum dicit, esse in arbitrio partis respon-  
dētis facere responsionem cathgoricam, id est sim-  
plicem, vel absolutam sine aliqua qualitate, aut co-  
pulationam, addendo aliquam qualitatem, seu exce-  
ptionem: & his duobus modis dicitur responderi ca-  
thgoricè, quia vtroque modo responsio habet par-  
tes principales sui, quo fit, vt siue responsio fiat sim-  
pliciter, sine qualitate, vt patet, si positio sic loquatur,  
pono, quod spontè ratificasti, & respondeatur, non  
credo ratificasse spontè, vtroque modo est cathgo-  
rica, quia habet partes sui principales. Hypotheti-  
cam responsionem intelligit Decretum, quando res-  
ponso incipit per dictionem, si, & similes, vt. expres-  
se agitur versic. Ma volendo ahuno far la risposta in for-  
ma ipotetica, respondendo in questo modo, si me gli hà presta-  
ti, io gli hò restituiti; nam hæc responsio est hypotheti-  
ca, cum quia incipit per dictionem, si, cum etiam  
contineat duas cathgoricas principales partes sui:  
prima in illis verbis, se me gli hà prestati, secunda in gli  
hò restituiti, ita dicit Bart. in dict. §. vtrum. Item ani-  
maduertendum est, dum Decretum iubet responsio-  
nes fieri cathgoricè, seu simpliciter debere intelli-  
4 gi, † si positio sit cathgorica, & simplex, vt ex exem-  
plo in decreto descripto apparet, & ita etiam ex iu-  
ris communis dispositione cauetur, quod statutum  
disponens debere simpliciter responderi positioni;

bus, interpretari debet. si positio fuerit simplex, scilicet si duplex, seu qualificata, quia eodem modo potest respondere, quo formata fuit positio, Alexand. in leg. 1. §. si quis simpliciter, col. 2. vers. secundo limita, ff. de verb. oblig. ubi Alciat. num. 9. & seqq. Socin. in leg. 1. col. 5. vers. 2. limita, post Bald. ff. de vulg. & pupil. Sayr. col. 1. Rip. nu. 26. Boss. in tit. de falsis num. 158. ac si positiones non fuerint simplices, sed cum qualitate, seu relativi ad instrumentum, in quo aliqua qualitas contineatur, exempli gratia, si ponatur, aliquem liberè, voluntariè, vel spontaneè, aut prout in tali instrumento ratificasse, quo casu ↑ relatum in referente cum omnibus suis qualitatibus inesse dicitur, vulg. leg. affe. toto, ff. de hered. instit. latè Dec. cons. 47. tunc responsiones non simplices, sed qualificate, seu relative, ut si dicatur, non credo spontè, & legitimè ratificasse, aut, prout in tali instrumento relato, congruè, & legitimè dicentur; congrua enim illa dicitur responsio, quæ positionibus, & interrogatoriis correspondet, ex communi Doctorum sententia in dict. §. si quis simpliciter, & in dict. leg. 1. ff. de vulg. & pup. substit. quo fit, ut congrua, & catholica dicatur responsio, si positioni continenti aliquem spontè ratificasse, ↑ respondeatur, non credo spontè ratificasse. Hinc queritur, an ex huiusmodi responsione resultet implicita affirmativa, scilicet ratificasse, non tamen spontè, iuxta notata in cap. super, de renunciat. & per gl. in leg. nec Codicillos, C. de Codicill. cum similibus. Contrarium tamen verius visum fuit, videlicet, talem responsionem negatiuam non continere in odium respondentium aliquam affirmatiuam, cum regulare sit, ex dispositione negatiua nihil sequi, nullamque induci affirmatiuam, leg. ex facto, ff. de hered. instit. ex quo text. Bald. in leg. 2. C. de cond. insert. & in tit. de pace const. §. vassalli, qui tempore, circa fin. notat, ex dispositione negatiua non induci affirmatiuam, & Bald. refert, & sequitur Alex. cons. 150. nu. 26. volum. 5. post Anch. in c. canonum statuta, de constitut. concludens ex dispositione negatiua nunquam resultare affirmatiuam, ↑ nec argumentum à contrario sensu contra respondentem sumi, teste Curt. Sen. cons. 16. col. 7. vers. & fortius, & nominatim notat Purpur. in leg. 1. n. 62. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. quod argumentum à contrario sensu nunquam sumitur, quando ita sumendo inducta ad vnum finem operantur contrarium, & citat Bald. Alex. Dec. & Aquent. & ita tenere Dec. in l. 2. volum. 2. circa fin. Paris. cons. 141. num. 14. vol. 4. post Oldrad. cons. 228. expressè dicens, inducta ad negandum non posse interpretari affirmatiuè, facit text. in 2. quod dicitur, & ibi Abb. & DD. de verb. signif. 10. Nig. in repet. leg. 1. col. 19. vers. 3. Imitatur ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. & videtur de cif. Imol. in leg. Gallus, §. furfitan, post gl. in verbo non rectè, ff. de lib. & post Bald. ibi, ↑ quod negans sententiam rectè latam, non propterea fatetur latam, quia negans qualitatem facti, non fatetur factum, & Imol. refert, & sequitur Ial. in leg. 10. num. 47. ff. de verb. oblig. & in l. Iulianus, nu. 13. ff. de condit. indeb. Alex. in Apostill. ad Bart. in leg. non utique, ff. de excep. & cons. 49. num. 10. vol. 7. affirmans, omnes sequi prædictam decisionem, quam etiam sequitur Ial. cons. 1. nu. 70. lib. 2. Nat. cons. 18. nu. 8. & 9. & hoc idem tenet gl. communiter recepta in leg. 2. §. quod obseruari, in verb. existimet, circa med. C. de iur. iur. propter calum. ubi expressè dicit, quod si aliquis positioni continenti aliquem esse mortuum, respondeat non credo, talem viuere, non sequitur, quod credat eum mortuum. Idem dicit post illam gl. Spec. in tit. de posit. §. 6. n. 14. concludens per huiusmodi responsionem nihil poni, & dict. gl. & Spec. se-

quitur Gemin. in cap. presentium, nu. 31. de testib. in 6. Hinc infert Ial. in §. item si quis postulante, nu. 77. Inst. de actum, quod ubicumque confessio, vel responsio est negatiua siue in civilibus, siue in criminalibus nunquam ex tali confessione, siue responsione sequi potest sententia, idem Ial. in leg. licet Imperator, nu. 37. ff. de leg. 1. Et suprascripta clarè comprobantur ex communi regula, & conclusionem, quod ↑ qui opponit exceptionem, vel replicationem, quæ etiam exceptio dicitur, l. 2. §. 1. ff. de excep. nihil de intentione aduersarij confitetur, leg. non utique, ff. de exception. cap. exceptionem, de reg. iur. in 6. text. est in fortioribus terminis in cap. venerabilis, de excep. gl. communiter recepta in leg. si quidem, in verbo contestatione, C. de excep. & est communis opinio legistarum, & canonistarum, ut concludit Soc. in d. c. non utique, Abb. Imol. Fel. Dec. & Paris. in d. c. cum venerabilis, Ial. in l. 10. num. 46. & seq. ff. de verb. oblig. concludentes id procedere non solum si simpliciter fuerit negatum, sed etiam si cum qualitate, verum negando exceptionem oppositam esse legitimam, non propterea fatentur exceptionem, ita dicunt esse communem opinionem, Dec. in d. c. venerabilis col. 10. Paris. n. 48. & his adstipulantur, quæ scribit Spec. in tit. de posit. §. 10. n. 14. in fin. quod facta positio contra aliquem, asserendo illum esse debitorem, cautè faciet reus, si præmissa negatione respondeat, ego non debeo purè, quia respondendo hoc modo non videtur fateri actoris intentionem. dict. leg. non utique.

Non obstat text. in d. c. super hoc, de renunc. cum aliis similibus in contrarium allegatis, quia multifariè tolli potest. Primò, quia loquitur, & ita à Doctoribus interpretatur ↑ procedere in materia probatoria, ad effectum, ut is, qui negat, admittatur ad probandum suam exceptionem, seu replicationem propositam ad exclusionem intentionis aduersarij, cuius intentio iam erat fundata, ut in dict. cap. super, vers. quam si forte; idèd nimirum, si negatiua, quæ sui natura est improbabilis habeat inclusam affirmatiuam, ad hoc, ut negans suam exceptionem, siue replicationem probare possit, non autem ad effectum, ut censeatur aliquid confiteri de intentione aduersarij; alioquin actus agentium operarentur contra eorum intentionem, quod lex non admittit, leg. non omnibus, ff. si cert. pet. & inducta ad vnum effectum operantur contrarium, contra leg. legata inutiliter, de adimend. leg. & leg. legata inutiliter de leg. 1. ex quibus regulis in similibus terminis Ial. in dict. leg. Iulianus nu. 13. vers. 2. bene facit, ff. de condit. indeb. concludit, responsionem, seu confessionem ab aliquo factam ad vnum effectum, non debere operari contrarium effectum, dato quod verba illud innuere videantur. Et sic in casu dict. cap. super affirmatiua, implicita in negatiua, non operatur contrarium effectum negatiuæ, sed tendit ad eundem finem, propterea argumentum à contrario sensu facile in eo casu admittitur; secus est in terminis nostris, ↑ ubi contrarium effectum operaretur, quo fit, ut nullo modo sumi possit dictum argumentum, ita notat Purpur. loco supra citato, & nisi ita intelligamus, offenderetur regula dict. leg. non utique, & dict. c. cum venerabilis, ac communes Doctorum supra relatæ conclusiones, quod negans sententiam rectè latam, non censeatur fateri latam; similiter negans exceptionem esse legitimam, non fateri exceptionem, ↑ & qui negat se debere purè, non videtur fateri, se debitorem sub conditione. Responderi secundò potest, maximam esse differentiam, an dicatur, credat non ratificasse spontè, vel legitimè, & sic an negatiua præcedat qualitatem, an verò verbum, ut primo casu quando

quando negatiua præcedit qualitatem, vt si dicatur, credo non spontè ratificasse, tunc habeat implicitam affirmatiuam, tanquam fateatur, se ratificasse, licet non spontè. Secundo verò casu, quando præcedit verbum, non habeat implicitam affirmatiuam, tanquam neget actum verbi, scilicet, non ratificasse: & hanc responsionem comprobamus ex doctrina Geminian. in cap. presentium col. pen. vers. 2. not. de test. in 6. post glof. in dict. §. quod obseruari, & Specul. in tit. de post. §. 6. Sed in dict. cap. super, negatiua præponitur qualitati, vt ibi glof. in verbo neget; & Innoc. in fin. idem non mihi, si in se affirmatiuam continet, quod magis fortius procedit, si aduersarius prædictam responsionem improbat, & non acceptabit, quia tunc in ea se fundare non poterit, cap. ex eo de reg. iur. in 6. cap. cum olim de censib. Bald. in leg. cum precum col. 1. C. de lib. caus. D. in dict. cap. cum venerabilis, col. 6. nam sicut ex positione negatiua quis non potest se fundare, Specul. de position. §. 8. nu. 1. & ibi Bald. in add. col. 8. vers. ponens, Guid. Pap. consil. 182. vbi dicit, istam esse communem opinionem, quam tenet Pract. Pap. de form. except. contra positiones in verb. 1. quod est publica vox, & fama vers. 3. queritur an ex positione negata; ita impugnans responsionem non potest se in ea fundare, Petrus. in dict. cap. fin. nu. 7. de iure iur. in 6. ita pluries iudicatum fuit in Senatu.

## Ludouif. Decis. 91.

## S V M M A R I V M.

Confessio in responsione ad positiones plenè probat contra consententem.

In toto includitur pars.

Titulus præcedens tollit præsumptionem iuris familiaritatis, & num. 9.

Etiamsi si titulus esset nullus.

Ex titulo præambulo præcedentis conuentionis quis præsumitur percipere fructus.

Etiamsi si conuentio esset nulla.

Ex causa potius necessaria, quam voluntaria præsumitur actus gestus.

Confessio, qua habet contra se iuris præsumptionem, potest in parte tantum acceptari, & num. 10.

Hoc non procedit, quando qualitas, qua habet contra se iuris præsumptionem, esset talis, qua tolleret actum.

## DECISIO XXIV.

**F**uit resolutum informante tantum Horatio, dandum illi mandatum de manutenendo in perceptione medietatis fructuum, de quibus agitur, & cum de quali possessione constet ex confessione aduersarij facta respondendo positionibus Notarij, quæ contra ipsum plenè probat, l. procuratore, & ibi not. ff. instr. ad. Abb. in cap. quamuis nu. 4. de re iud. Aym. cons. 217. nu. 9. Non obstat, & quod in responsione fateatur de integris fructibus, quia in perceptione omnium fructuum includitur perceptio medietatis. Idem proferro, §. si plures in vers. inde queritur, ff. de arbitr. cap. 1. cod. tit. lib. 6. & pars illa confessionis, quæ non annullat, & perimit ipsam confessionem factam in positionibus reijci potest, ita vt alia remaneat, vt fuit dictum in vna Romana hereditatis, seu census 8. Junij 1588. coram Illustrissimo Plato. Et stante conuentione inter partes inita, & benedictio Apostolica munita, non potest præsumi, quod Horatius, vti patet percepit fructus iure familiaritatis, sed potius iure proprio, & quia stante titulo cessat præsumptio iuris familiaritatis,

Ang. in leg. apuduis, C. qui pot. in pign. hab. Imol. Rom. & Alex. in leg. qui iure familiaritatis, ff. de acquir. possess. Socini cons. 131. sub nom. 4. lib. 1. Curt. Iuo. cons. 166. num. 34. Nat. cons. 102. nu. 14. & etiam si titulus esset nullus, Curt. Jun. vbi supra, Cephal. cons. 4. nu. 39. in fin. & præsumitur percipere hos fructus ex tit. præambulo dict. conuentionis l. 1. §. 1. ff. de except. rei iud. lib. 2. vbi glof. ff. de acquir. poss. latè Alciaz. præsumpt. 23. num. 1. reg. 2. & quamuis conuentionio esset nulla, Alciaz. dict. præsumpt. 6. num. 5. & fuit dictum in vna Bonon. terrarium 29. Maji 1579. coram Cantuano, & sic etiam cessat, quod respondendo dicitur tacuisse propter reuerentiam, quia cum præsumptio sit, & quod potius ex causa necessaria, quam voluntaria tacuerit, Bart. in leg. 2. nu. 5. ff. de condit. & demonstr. Aym. cons. 108. nu. 8. & 149. nu. 12. & Et propterea confessio aduersarij habet in hoc contra se præsumptionem, potest qualitate reiecta acceptari, Bart. in leg. Aurelium, §. idem ff. de lib. leg. Matthes. notab. 37. nu. 8. Purpor. cons. 242. nu. 6. Aym. cons. 150. num. 5. & fuit dictum in illa Romana hereditatis coram Illustrissimo Plato.

## A N N O T A T I O.

**S**ocin. Sen. cons. 13. nu. 18. lib. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 67. nu. 9. Pai. decis. 75. lib. 3. Rot. decis. 104. num. 1. par. 2. diuers.

**E**t passim Rot. sequitur opinionem, & quod qualitas diuidi possit à confessione, quando qualitas habet contra se præsumptionem iuris, Rot. decis. 525. nu. 2. & decis. 772. nu. 12. par. 2. recent. Rot. decis. 302. nu. 3. par. 1. diuers. Limita hoc non procedere, quando qualitas esset talis, quæ faceret, vt quod actum videtur actum non sit, tunc enim etiam si sit contra iuris præsumptionem non potest diuidi à confessione, Rot. decis. 113. num. 7. & inter impressas penes Modern. Perus. Cenc. de censib. vbi fuit dictum, quod confessio emittæ professionis cum qualitate metus non potest acceptari, reiecta qualitate metus, & nihilominus metus est qualitas, quæ est contra iuris præsumptionem. Olliuerius Beltraminus.

## Ludouif. Decis. 143.

## S V M M A R I V M.

1 Ponens fatetur, & sub num. 4.

2 Testi vnicuius iunctu adminiculis sufficit pro iustificacione valoris.

3 Confessione nulla est maior probatio.

5 Articulus non fatetur.

6 Non procedit quando articuli sunt dati medio iuramento.

## DECISIO XXV.

**D**omini censuerunt gratiam, si neutri, D. Mattheæ esse iustificatam quo ad valorem, nam quod fructus non excedant valorem ducatorum 100. de Camera, probatur ex depositione aduersarij, in qua ponit, qualiter à quatuor quinque, & ultra annis, & signanter de anno 1599. & 1600. fructus dicti beneficij non excederant valorem ducatorum 140. illa enim verba, à quatuor annis, intelliguntur à quatuor annis vsque ad diem positionis datæ, & sic includitur annus 1602. & tempus imputationis D. Mattheæ, & clarum est, & quod ex positione resultat explicita ponentis confessio, Bart. in leg. certum, §. si quis absente in fin. ff. de confess. Dec. cons. 441. num. 17. Alex. cons. 83. sub nu. 3. lib. 1. Cum prædicta confessione concurrat depositio Pauli de Pena pro parte aduersæ examinati super quinto articulo, qui eodem modo

deponit, prout in depositione, & deponit de publica voce, & fama, † qui testis licet sit vnicus, tamen iunctis adminiculis sufficere debet pro iustificacione valoris, vt fuit dictum coram Illustrissimo Mant. in Astoriens. Archiep. 24. Nouembrii 1589. Pro adminiculo autem non potest negari, quia deseruiant depositiones testium pro ipso Matthia examinatorum, & materia redditur multum verisimilis propter breuitatem temporis, quæ intercessit inter impetrationem, quàm fecit Gaspar, & gratiam Matthiæ, & sumus, vt dictum est in clariis † ex confessione Gasparis, quæ nulla maior probatio, leg. cum te, C. de transact.

ANNOTATIO.

4 **G** Ratat. ad Vestr. lib. 5. cap. 14. num. 17. Surd. decis. 326. sub num. 7. post 4. lib. Honded. cons. 52. num. 30. lib. 1. Aldou. cons. 46. num. 29. licet ponens fateatur ex supra deductis, † articulans tamen non faterur, Mant. decis. 191. nu. 3. Seraph. decis. 1054. num. 2. Sed quæ ius articulans non fateatur, tamen confessio ibi emanata magnum adminiculum facit, cum non soleant dari articuli absque magna consideratione, vt considerat Rot. decis. 320. num. 2. in fin. impressa per Farin. post 2. lib. cons. & fuit dictum in Spoletana Pradij 1. Decemb. 1617. coram R. P. D. Pamphilio. Præterea quando articuli sunt dati medio iuramento, confessio in illis emanata etiam contra articulantem, plenè probat Caput. dec. 145. lib. 1. in manuscript. Rot. coram eodem Sanctissimo infra decis. 215. Oliuerius Beltraminus.

Ludouif. Decif. 460.

S V M M A R I V M.

14 Positiones, & articuli, quod censeantur habiti pro confessatis Rot. & Curia non seruat, & sub num. 18.

DECISIO XXVI.

**I**N venditione capsarum, & aliis contentis in positionibus, quæ fuerunt habitæ pro confessatis Domini nullam faciebant vim, quia vltra alias positiones, † Curia, & Rota non obseruant, neque admittunt hunc stylum istius fidei confessionis, Vestrus in praxi cap. 14. nu. 4. lib. 5.

ANNOTATIO.

18 **F**uit dictum in Romana Vineæ 11. Decembris 1613. & prima Februarij 1613. coram Reuer. P. D. Pamphilio, & etiam fuit dictum in Romana Senioris 26. Iunij 1619. coram eodem. Præterea etiam vbi seruetur rigor, cap. 2. de confess. lib. 6. vt ille text. habeat locum, concurrere debent omnia requisita per Franc. ibi sub numer. 5. vt dicit Seraph. decis. 408. & fuit etiam dictum in Romana Pecuniaria 17. Februarij 1599. coram Cardm. Lancell. & latè de materia dict. cap. 2. de confess. in 6. tract. Scacc. de iud. lib. 2. cap. 7. num. 502. & seq. per plures Oliuerius Beltraminus.

Caualer. Decif. 562.

S V M M A R I V M.

1 Positionibus respondere recusans habetur pro confessio, Rota tamen non admittit has fidei confessiones. Recusans respondere positionibus non propterea à iudicio est repellendus.

- 1 Positiones irrelevantes non debent admitti.
- 3 Pollicitatio simplex facta absque parte non reuenas, & facta priuato non parit actionem.
- 4 Pollicitatio non transit in pactum, etiam facta presente parte. Pollicitatio facta presente parte, vt teneat, requiritur acceptatio.
- 5 Donans non potest praiudicare donatario per postea dicta, aut gesta.

DECISIO XXVII.

**A** Gebat Stephanus Capuccinus ad immisionem super bonis, de quibus agitur, cum autem Terzoli exciperent de prætesa transactione, per quam ipsum à limine iudicij repellere prætendebant, Rota tenuit pro nullitate transactionis in decisionibus coram Illustris. D. meo Card. Sacrato. Informantes verò pro Stephano dederunt positiones super eo, quod idem Stephanus effectus maior pluries dixit, & promisit approbare, & ratificare dictam transactionem, item quod expressè mandauit suis, ne causam amplius prosequerentur.

Et cum postea disputatum fuisset, an dicta transactio obstaret Stephano, & emanassent diuersæ decisiones, Terzoli sub die 15. Februarij 1620. obrinuerunt præfigi Procuratori Stephani terminum ad ipsum certiorandum, ad effectum respondendi, quo termino elapso, & non facta responsione prætendebant, Stephanum esse repellendum à limine iudicij, & idè dubitatum fuit, an sit procedendum ad vltiora. Et domini responderunt affirmatiuè. Quamuis enim † pœna renitentis respondere positionibus, sit vt habeatur pro confessio, Iacob. de Aren. in tract. de posit. §. 6. nu. 1. tamen Rota de stylo non admittit fidei hanc confessionem, Cardin. Seraph. decis. 408. n. 4. & decis. 905. nu. 1. Neque ex eo, quod Rota non admittat pœnam hanc fidei confessionis, sequitur, quod debeat admittere aliam pœnam maiorem, nempe, quod quis repellatur à limine iudicij.

- 2 Præterea opponebatur etiam de irrelevantia positionum, quo casu non debent admitti, Pap. in forma excepti. contra posit. versic. impertinentes, Iacob. de Aren. vii supra in præfata. n. 28. versic. considerandum est.
- 3 Irrelevantia autem deducebatur ex eo, † quia positiones prædictæ continebant simplicem pollicitationem promittentis, tanquam facta altera parte absente, Surd. cons. 371. n. 33. per tex. in l. pactum, ff. de pollicit. cum aliis ibi adductis. Et hæc pollicitatio tanquam facta priuato non sustinebatur, nec producebat aliquam actionem, vt in d. leg. pactum in 2. respons. Abb. in cap. cum inter vniuersas nu. 13. de elect. nec etiam de iure canonico, Soc. Iun. in rub. ff. de verb. oblig. n. 104. Rimin. Iun. cons. 521. n. 39. latè Surd. super alleg.
- 4 Neque obstare visum fuit, positionem continere Stephanum ita promississe præsentibus interessatis. Respondetur enim, non † ex hoc pollicitationem transiisse in pactum, quia etiam altera parte præsentem, & tuente dicitur pollicitatio, Aret. in l. 2. versic. sed hoc dictum, ff. de leg. 1. Dec. in rub. C. de pact. num. 3. Et quamuis per solam præsentiam induceretur pactum, non tamen valeret, quia insuper requiritur acceptatio, vt in puncto renunciationis litis, tenet Ias. in l. postquam liti num. 1. & seq. C. de pact. & Curt. Iun. in l. 1. num. 41. C. eod.

Addebatur præmissis, quod dicebatur eundem Stephanum antea donasse bona, de quibus agitur, Camillæ, † vnde quidquid postea dixisset, aut fecisset Stephanus



Stephanus donator non poterat praeiudicare donataria, *leg. 2. C. que aduers. donat.* Menoch. *conf. 155. num. 3.* prout nec cedens potest post cessionem praeiudicare cessionario, *Surd. conf. 22. n. 28. & seq.*

Ex quibus Domini non putauerunt Stephanum esse repellendum à limine iudicij, sed concluderunt, procedendum esse ad vltiora.

## Caualer. Decif. 575.

## S V M M A R I V M.

6 Positiones probant contra illas producentem.

## D E C I S I O XXVIII.

6 **Q**uibus accedebant, et positiones datae pro Perinellis, in quibus tota ista series, & descendencia describitur, etiam quo ad personam Petri, quae contra ipsos probant *Alex. conf. 172. num. 1. vol. 2. Rot. decis. 296. post medium par. 1. diuers. Caput. decis. 189. & 192. par. 1.* Quae licet per se paterentur aliquam difficultatem, ea tamen cessabat ex rebus super dictis positionibus examinatis, qui visi fuerunt optimè super tali descendencia in eis narrata deponere.

## Peregrin. Decif. 126.

## S V M M A R I V M.

- 8 Positionibus post didicita testificata an aduersarius teneatur respondere.
- 9 Positiones post didicita testificata possant produci.
- 10 Publicatio processus non impedit productionem instrumentorum.
- 11 Probatio per rei euidentiam, & loci visionem nunquam censetur exclusiua.

## D E C I S I O XXIX.

8 **I**n alia causa pro Ioanne Mercario aduersus patres Iesuitas, cum post didicita testificata Ioannes praesentasset in iudicio quasdam positiones per iuramentum suae credulitatis, quibus consimili iuramento Patris Reitoris respondere instabat, Aduocatus doctorum Reuer. Patrum D. Ioan. Dominicus Carrarius multorum negotiorum in foro, ac Iuris Doctor, fatagens ipsorum Patrum res commisit articulum, vtrum tenerentur respondere, fundamentum suum erat, quia quod non est probabile, non est ponibile, & cui denegatur potentia probandi, denegatur potentia ponendi, vtrumque Angel. *in leg. sed & si restituatur, §. 1. ff. de iudic.* & post Dec. Alciar. *Surd. conf. 54. num. 25.* vbi cumque, quod si solutio alicuius debiti ex forma statuti non possit probari, nisi per scripturam instrumentalem, aut ex pacto sic specialiter conuento, non etiam poterit probari per positiones iuratas, vnde dicebat, ex quo post didicita testificata non potest fieri probatio per testes, non etiam per positiones.

9 Ego autem contra dicebam, allegabam Innocentium *in capit. ultra tertiam de test.* vbi inquit, quod post elapsas omnes dilationes probatorias, potest quis probare per confessionem aduersarij, sequitur Bald. ibi in vltimis verbis, dicens, quod in quacumque parte iudicij, & etiam post sententiam, per text. *in leg. Iulianus, ff. de cond. indeb.* specialiter autem Cardin. Zabarel. ibi inquit, consuluisse, publicatis attesta-

tionibus, quia super capitalis non possunt fieri probationes per testes, possint tamen fieri positiones per iuramentum probandae per confessionem partis, sequitur Felyn. *ibid. ad finem*, sequitur Hipol. Marf. *in singul. 110. & in repet. rubrica de probat. num. 75.* & ad regulam contrariam, non est probabile, quod non est ponibile, responderet procedere in terminis *dict. leg. sed & si restituatur, §. 1. scilicet*, quod non est probabile, quia non sit deducibile in iudicio, aliàs lecus, nimirum Angel. ibi dixit, quod, & si probatio non possit fieri per testes, iudex tamen ex officio suo poterit constringere, partem respondere *ad l. vbi cumque, ff. de interrog. act.*

- 10 Considerabam praeterea et post didicita testificata probationes per instrumenta fieri posse. *cap. cum dilectus de fid. instrum. Abb. in cap. series nu. 4. de testib. ergo,* & per partis confessionem, quae superat omnes probationes, *leg. generaliter, C. de non numer. pesan.* Sic etiam
- 11 et probatio per loci visionem, & per propriam iudicis oculorum inspectionem semper fieri potest, *ad leg. si irruptione, §. fin. ff. fin. reg.* quippe quia nunquam censetur exclusiua, *Alex. conf. 116. num. 2. lib. 1.* nimirum, quia etiam lege tolli non potest, Bald. *in rubr. de probat. sol. 1. Marf. in repet. num. 153.*

## Moedan. de iuram. calum.

## Decif. 1. aliàs 211.

## S V M M A R I V M.

- 1 Positionibus concernentibus factum proprium est de veritate respondendum. Concernentibus vero factum alienum iuxta scientiam.

## D E C I S I O XXX.

1 **I**n casu Hispalensi Archidiaconatus de Carmona positi fuerant articuli de veritate dicenda, & instatum, vt Episcopus Marchionatus Solis super illis respondere, qui Episcopus volebat respondere, & petebat dilationes. Facit dubium R. P. D. Aquen causam proponente, an cogatur dictus Episcopus Solis iurare materias simpliciter per iuramentum veritatis, fuit tantum mense Maij 1545. per omnes, quod quo ad materias consistentes in facto proprio debet iurare de veritate, quo ad consistentes in facto alieno debet iurare iuxta scientiam suam, vel conscientiam, quam habere potest, text. *in cap. praesentium*, ibi recepto iuramento de veritate dicenda *de test. lib. 6.* Et hoc iuramentum praestatur in causis spiritualibus, vt dicta glosa *in capit. ex litteris de iur. iur. Felyn. in dict. cap. praesentium 1111. notab.*

## Ioseph. Ludouif. Decif. Perus. 8.

## par. 1.

## S V M M A R I V M.

- 1 Positiones inuenta sunt, vt pars releuatur ab onere probandi.
- 2 Probatio per testes graue onus dicitur.
- 3 Respondens, credo, vt ponitur, si instrumentum, vel scriptura appareat, talis responsio in Curia Romana non admittitur.
- 4 Respondens positioni, non credo, nisi instrumentum appareat, non dicitur rectè respondere, quia ex tali responsione pars non releuatur ab onere probandi.
- 5 Simpliciter id fieri dicitur, quod ex verbis nullam habet modificationem.

- 6 Respondere illi dicitur positioni, qui nihil addit, vel detrahit positioni.
- 7 Poetatum dictum, semiuirumque bouem, semibouemque virum, non dicitur nec simpliciter vir, nec simpliciter bos.
- 8 Respondens, credo, si instrumentum appareat, vel prout in instrumento continetur, non dicitur sufficienter respondere, quia pars non releuatur ab onere probandi.
- 9 Positionibus qui tenetur respondere, & dubitat de responsione per eum fienda; danda est sibi dilatio ad deliberandum.
- 10 Franciscus Cantuccijs Doctor Perasinus, & iuueni maxima expectantia.
- 11 Respondens positioni, in qua fit mentio de aliquo instrumento, si dicit, credo, prout in instrumento apparet, valida est ista responsio ex communi Doctorum opinione.
- 12 Respondens positioni mentionem facienti de aliquo instrumento, credo, prout in instrumento continetur, perinde est, ac si expressisset ea, qua in instrumento continentur.
- 13 Exprimere aliquid expresse, vel per relationem ad aliud, idem est.
- 14 Positio quando facit mentionem de aliquo instrumento, & respondens dicat, credo, prout in instrumento continetur, responsio dicitur conformis positioni, & partem releuat ab onere probandi.
- 15 Respondere debens positioni certitudinarie, respondere non tenetur, quando positio concernit factum alienum.
- 16 Speculatoris dictum in §. nunc dicimus in titul. de instrum. edit. vers. quid si quis in libello, declarat.
- 17 Responsio certitudinarie, & simpliciter est facienda, quando adesset statutum, alias secus, & est communis opinio.
- 18 Bart. dictum, & aliorum in dict. §. si quis simpliciter, procedit quando quis interrogatur de facto proprio, non de facto alieno.
- 19 Pract. Pap. in loco hic adnotato reprehenditur.
- 20 Responsio, si instrumentum appareat, est diuersa responsio ab illa, prout in instrumento continetur.
- 21 Doctor est intelligendus secundum leges, quas allegat.
- 22 Quando quis absque sumptu se informare potest de veritate, tenetur respondere precise, scilicet si cum sumptu.
- 23 Appellatus regulariter tenetur tradere copiam sententia, saltem, si appellans posset aliunde copiam habere.
- 24 Positiones adiunctae sunt ad hoc, vt ponens releuetur ab onere probandi.
- 25 Probandi onus non consideratur circa expensas, qua in probando fieri contingunt, vt in extrahendis instrumentis, sed solum circa difficultates probandi.
- 26 Positiones hodie loco interrogationum, qua olim fiebant, successerunt.
- 27 Interrogationes olim fiebant ad liberandum actorem ab onere probandi.
- 28 Positionum causa finalis fuit litium expeditio.
- 29 Respondere debens positioni debet habere terminum ad deliberandam respondentum, quando reus dubitat super responsione fienda.
- 30 Ampliatur esse danda talem dilationem, etiam quando quis interrogatur super facto alieno, hoc tamen semper intelligitur, si talis informatio possit haberi absque sumptu.
- 31 Positio quando est inuoluta, vel instrumentum esset inuolutum, vel plura capita contineret, tunc quis non tenetur respondere, sed sufficit, vt se remittat ad instrumentum.
- 32 Instrumentum, siue sententia, si non sunt apud acta, & factum non sit inuolutum, quis precise respondere tenetur.
- 33 Instrumentum, siue sententia, si est apud acta, admittitur responsio, credo, prout in instrumento, vel sententia continetur.
- 34 Iudex ex equitate potest admittere responsionem etiam qualificatam ad evitandam calumniam ponentis.

## DECISIO XXXI

**D**Vbitabatur an Magn. Domina Hippolyta teneatur respondere cuidam positioni productae nomine magnificae D. Virginiae, in qua quidem positioni continebatur tenor cuiusdam sententiae inter dictas partes latae per D. Franciscum Roninsegnum tunc temporis Peruliz Auditorem, & dubium erat, an certitudinarie dicta D. Hippolyta respondere teneretur, affirmando, vel negando dictam sententiam, an vero sua responsio sustineatur per eam, quae alia per ipsam facta fuit, dum respondendo dictae positioni dixit, credere esse latam sententiam, sed eam non habere per manus, & illius tenorem ignorare, & ad illam se refert.

Et assumendo partes dictae D. Virginiae, pro ea allegabatur, quod D. Hippolyta tenebatur certitudinarie respondere.

- 1 Primò, † quia positiones adiunctae sunt, vt ponens releuetur ab onere probandi, cap. statumus de confes. lib. 6. leg. cum qui in provincia. ff. de iur. iur. Rol. à Vall. conf. 90. num. 6. lib. 3. Specul. in tit. de positio. §. 2. dicens commodius esse aduersarium ad onera petitoris
- 2 compelli, † cum graue sit onus probandi per testes, leg. si qui destinauit de rei vindicat. sed si talis responsio admitteretur, ponens ab onere probandi non releuaretur igitur. Secundo adducebatur doctrina Spec. in tit. de instrum. edit. §. nunc dicimus nu. 7. vers. quid si aliquis in libello, vbi dicit, † quod in curia Romana non admittitur talis responsio, Credo, quod ponitur, si instrumentum appareat, vel scriptura (de cuius tenore ponitur) dicit enim ibi Specul. oportere simpliciter negare, vel affirmare, alioquin pars in nihilo releuaretur, quia si instrumentum produceretur in Indicio, fidem faceret, nec alia positione opus esset; Tertio praedicta comprobantur ex doctrina Matthes. in notab. 37. † Nota, quod si quis, vbi post Bartol. dicit de facto obrinuisse, stante praedicto statuto, quod positionibus simpliciter respondeatur, non admitti responsionem illam, non credo, nisi instrumentum appareat, quia tunc pars non releuatur ab onere probandi, per not. in leg. 2. §. quod obseruari de iuram. calum. & ibi Matthes. secutus est à Bart. & alios in leg. 1. §. si quis simpliciter in fine, vbi hanc materiam pertractant, de verb. obligat. cuius quidem conclusionis ratio illa assignari solet, † quia illud dicitur simpliciter, quod ex verbis nullam habet modificationem, leg. 2. §. si quis à Principe, versic. simpliciter, ne quid in loco publico; † & ille simpliciter respondere dicitur, qui nihil addit, vel detrahit positioni, vt est text. & ibi ad hoc notat Bald. in leg. fin. in verbo simpliciter, C. de dot. promiss. & notat Idem, vbi etiam multa alia tradit de hac dictione, simpliciter, & in hac materia in leg. 1. in 4. notab. numer. 8. & seqq. de vulg. & pupil. & Buttigel. in dict. §. si quis simpliciter num. 23. vbi ponit de illo poetatum dicto. † Semiuirumque bouem, semibouemque virum, qui non erit nec simpliciter vir, nec simpliciter bos. Sic supra dicta responsio ex praedictis simplex non dicitur, ac propterea stante supra dicta doctrina Matthes. non admittenda videbatur. Quamobrem etiam in terminis praedicta decidi videntur à Pract. Pap. in forma except. contra posu. versic. pono, quod publica vox, & fama numer. 5. vbi si actor fecerit positionem, quod reus est sibi obligatus in decem per publicum instrumentum, vel quod Iudex condemnauit eum in decem per sententiam, & dictae positioni reus respondendo dicat,

dicat, et credo, si appareat instrumentum, vel prout in instrumento continetur, dicit non sufficienter responsum, quia sic pars non releuaretur ab onere probandi, per ea, quae allegat. Et stantibus praedictis instabatur pro hac ipsa parte D. Virginiae, quod quatenus dicta D. Hippolyta ex improviso respondeat non posset, allegando, se non bene esse informatam de contentis in dicta sententia, & sic, quod certitudinariè affirmando, vel negando simpliciter minimè posset respondere, ei terminus assignaretur ad hoc, ut deliberatè ad respondendum magis accederet, iuxta doctrinam Specul. in tit. de posit. §. 6. vers. quod si interrogetur num. 9. et ubi dicit, quando interrogatus dubitat de eo, de quo interrogatur, danda est sibi dilatio ad deliberandum. Sic isto casu, quando nobilis illa mulier, vel non recorderetur, vel dubiteret super responsione per ipsam fienda de dicta sententia, & ipsius tenore, & terminus assignaretur ad deliberandum, & deinde ad clarè, & simpliciter respondendum, ut pars ab onere probandi releuaretur, & sumptus faciendi in extrahendo dictam sententiam in publicam formam, ut praeter Specul. ubi supra voluisse videretur Bald. in leg. 2. §. quod obseruari num. 16. Cod. de iuram. calum. Lanfranc. in capit. quoniam contra in verba responsiones column. 2. versic. quarta regula de probat.

Pro alia verò parte, scilicet dictae D. Hippolytae dicebatur, eam sufficienter respondisse, nec teneri dictae positioni clarius, aut certius respondere, et Dominus Franciscus Cantucci Doctor excellens, & iuuenis propter suam doctrinam magnae expectationis in Ciuitate Perusiae patria sua inscriptas rationes, & fundamenta pro hac parte adducere solebat. Nam communiter volunt scribentes, et quod quotiescumque in positione habetur mentio de aliquo instrumento, vel scriptura; prout in casu praemisso, vel de tenore ipsius, & pars respondeat, se credere, prout in instrumento ipso apparet, valida satis, & sufficiens sit huiusmodi responsio, per doctrinam Specul. in tit. de test. §. qualiter, column. 2. num. 5. vers. quid ergo, & vers. ceterum, quod sequitur Bald. in dict. leg. 2. §. quod obseruari in ult. colum. nu. 27. ubi dicit, id esse quotidianum. C. de iur. iur. propter calum. & in leg. de atate, §. nihil versic. an hac responsio de interrog. action. & ibi in add. dicitur sic practicari Rip. in Litt. Prator, §. si iudex nu. 3. de re iud. Felyn. in cap. inter ceteras nu. 2. vers. qua autem paria sint desent. & re iud. Curt. in tract. de posit. in pen. breuil. Campeg. in tract. de testib. §. 437. in 2. fall. latius Guid. Pap. decis. 334. ubi in fine ait, se ita obtinuisse, dum practicabat, & vidisse etiam in illa Curia Parlamenti huiusmodi responsiones tollerari, etiam in contradictorio iudicio, refert, & sequitur Gab. Sar. in addit. ad Matthes. in supra allegato sing. 37. in fin. num. 18. Adde quod absque dubio ista est communis opinio.

Hæc autem sententia probatur profecto ex mente Guid. Pap. ubi sup. et quia respondens positioni mentionem faciens de aliquo instrumento, seu illius tenore verbis, credo prout in instrumento continetur, perinde est, ac si expressisset ea, quae in ipso instrumento continentur, et cum paria sint expressè exorimere, vel per relationem ad aliud, leg. ait prator, §. si iudex, ubi Bart. Alex. Iaf. & alij, & praecipue Rip. n. 1. & seq. de re iud. leg. hac venditio, §. huiusmodi, de contrah. empt. leg. institutio talis, de cond. institut. leg. si ita scripsero, ubi Bart. Bald. Soc. & alij de condit. & demonstrat. Guid. Pap. decis. 459. Hæres vniuersalis, vers. quia pauca sunt, & alia iura allegat latè, & pulchrè Felyn. in dict. cap. inter

ceteras num. 2. vers. quod autem paria, & latissime more suo Tirac. in tract. de leg. connub. in glos. 7. in 2. genere expressi nu. 182. cum seq.

14 Praeterea supradicta responsio, et credo, prout in instrumento continetur, quando in positione ipsa sit mentio de ipso instrumento, vel eius tenore, ut in casu nostro, dicitur esse certa, conformis positioni, & partem ab onere probandi releuare, Bald. in dict. leg. de atate, §. nihil. Campeg. ubi supra. Quod etiam procedere videretur, & si in dicta positione nulla fieret mentio de dicta sententia, quia de ipsa in actis constat, & processu, prout expressè voluerunt Bald. in dict. §. nihil, vers. an hac responsio, & Campeg. in dict. reg. 437. in tertia fallentia.

Ad obiecta in contrarium responderi posse videbatur, quod licet positiones inuentae sint, ut ponens releuaretur ab onere probandi, & quod cum dicta Dominia Hippolyta certitudinariè non responderit, pars aduersa non dicitur ab onere probandi releuata per 15 supradicta, et nihilominus praedicta procedunt, quando positio, cui pars respondere debet, concernit factum proprium ipsius respondere debentis, secus si factum alienum contineret, in quo vnusquisque ignorate praesumitur, leg. vltimus, de probat. leg. fin. ff. pro suo, cum similit. quia tunc quis certitudinariè respondere non tenetur, glos. est singularis in cap. fin. in verb. rationabili, de confess. lib. 6. & qui dicta positio factum alienum continebat, quia dicta sententia lata fuit per iudicem, non per ipsam Dominam Hippolytam, ideo magis clarè respondere non tenetur.

Ad secundum de doctrina Specul. in dict. §. num. dicamus, in tit. de instrumentorum edit. in dict. vers. quid si quis 16 in libello, facius videtur esse responsio, et nam diuersus est casus Specul. à casu nostro, quia praesupponit ibi, quod ita fuerit responsum per verbo, credo quod ponitur, si instrumentum appareat, & dicit, quod curia Romana non admittit talem responsionem, & merito quidem, quia huiusmodi responsio est prorsus inanis, & superflua, & per eam ponens in nihilo releuatur, nam dicta verba, si instrumentum appareat, idem sonant, quod si instrumentum producat, vel exhibent, ut colligitur ex verbis subsequentibus eiusdem Specul. ibi, quia si instrumentum in iudicio produceretur, si dem faceret absque alio, ut ibidem ipsemet Specul. deducit, & sic ponens in nihilo releuaretur, ut supra.

Praeterea responderi etiam posset, prout quidam excellens Aduocatus dictae Dominæ Hippolytae respondebat ad doctrinam Specul. ibidem, quod loquatur Specul. quando quis de aliquo suo instrumento interrogatur, non alterius, quia tunc bene certitudinaliter potest quis respondere, cum in facto non cadat probabilis ignorantia, ut notatur in leg. fin. ff. pro suo, superius allegata, & tradit Bart. in leg. si res obligata, de leg. 1. In casu autem proposito versatur in facto alieno, ut supra, merito, &c.

Ad tertium respondebant Aduocati dictae Dominæ Hippolytae, quod doctrina Matthes. in dict. notab. 17 37. & Bart. & aliorum in dict. §. si quis simpliciter, et procedit, quando extat statutum in locis, quod simpliciter respondeat, prout re vera ita loquuntur, & intelligunt, sed Petasiz huiusmodi statutum non existat, igitur habebit locum iuris communis dispositio, leg. si extraneum, ff. de noxal. action. cum similibus, & quod quidem communi iure dictam responsionem sufficientem esse dicebatur per rationes superius adductas pro hac ipsa parte. Et ita quoque profecto

ego postea inueni fuisse ad prædicta, & similia fundamenta responsum per Alciat. in dict. *S. si quis simpliciter*, n. 30. *vers. stante verò statuto*, ubi vult, quod de iure communi similes responsiones admittantur, sed quod stante dicto statuto, communis opinio sit, quod simpliciter debeat responderi, vt per eum, & tradit Nat. in *conf. 59. n. 12.* ubi dicit, quod quando statutum mandat responderi per verba, credit, vel non credit, dat formam, quæ omnino est seruanda.

- 18 Respondebant etiam, quod Bart. & alij in dict. *S. si quis simpliciter* loquantur, quando quis de aliquo facto proprio interrogatur, secus si de alieno, vt supra dictum fuit, quo casu etiam Nat. in dict. *conf. 19. lib. 1. ferè per totum*, per plura per eum adducta concludit, interrogatum de facto alieno non teneri certitudinaliter respondere, sed quod poterit respondere per verbum, ignoro, & etiam dubito. Et eodem modo, eisdemque responsionibus tollebant doctrinam Pract. Pap. in dict. *vers. 1.* quod publica vox, & fama
- 19 superius allegata. † Imò fortius dicebant Pap. per errorem adiecit dicta verba, vel prout in instrumento continetur, quia allegat Bart. in dict. *S. si quis simpliciter*, & in *leg. 1. de vulg. & pup.* in quibus locis solummodo loquitur, quando dictum, & responsum
- 20 fuit, † credo si instrumentum appareat, non autem quando responsum fuit, credo prout in instrumento continetur, quo casu valida, & sufficiens est responsio, vt supra abundè dictum fuit. † Vnde intelligendus erit Pap. secundum allegata per eum, iuxta doctrinam Bartol. in *leg. non solum, §. liberationis verba, de lib. leg.* & tradita à Gram. in *Vol. 1. num. 2.* vt tradita per ipsum procedant, quando responsio fuit, credo, si instrumentum appareat; reiecto illo, vel prout in instrumento continetur.

- Ad idem, quod dicebatur, dandam esse dilationem dictæ Domine Hippolytæ, vt infra illum terminum deliberatè respondere posset, & certitudinaliter, non autem per verbum, ignoro, & per relationem ad dictam sententiam, vt fecit, respondebatur, illud pro-
- 21 cedere, † quando quis facile informati posset, vt absque aliquo sumptu, vel impensa, secus autem esse, quando pro habenda huiusmodi informatione talis respondere debens onere aliquo expensarum grauaretur, prout in casu proposito accidere videbatur, quia dicta Domina Hippolyta non poterat aliter informati, etiam quod mille dilationes habuisset, nisi dictam sententiam extrahi fecisset à Notario in publica forma, & eam vidisset, & legisset, circa quod maxima erat merx dicti Notarij, quia tunc non teneret ipsa pro instruenda causa aduersarij, sumptus, & expensas facere, prout in simili dicitur,
- 22 † quod licet appellatus teneatur tradere copiam sententiæ, tamen hoc fallit, si appellans posset aliunde copiam habere, vt per Doctores, & præcipuè Felyn. in *cap. G. perpetuus, de fid. instrument.* & per Ias. in
- 24 *leg. si quis num. 12. C. de edend.* † licet enim positiones adiuuentæ sint, vt ponens per confessionem aduersarij ab onere probandi releuetur, vt superius in principio dictum fuit, & facit, præter superius allegata, *tex. in leg. 2. §. quod obseruari, cum ibi not. C. de iuram. propter calum.* & *glos. in clem. sapè, de verb. signif.* & tradit Rol. à Vall. in *conf. 90. num. 6. lib. 3.* tamen † istud onus probandi non consideratur circa expensas, quæ in probando fieri contingunt, vt in extrahendis instrumentis, & huiusmodi, sed solum circa difficultatè probandi, quia ponenti sit difficile probare id, quod ponit, puta quia non possit habere copiam testium propter eorum absentiã, vel quia testes ipsi no-

- liant testificari, vel quia non sint idonei siue legitimi, vel quia instrumenta, & scripturæ non reperiantur, vel alia simili causa difficultas obsistat. Et prædicta
- 26 probantur, vel potissimum ex eo, † quia positiones hodie loco interrogationum successerunt, quæ olim fiebant, vt tradit *glos. post Gofr. in d. cap. statumimus in 27 glos. 1. post princ. & Neuz. in conf. 5. n. 7.* † Sed interrogationes olim fiebant ad liberandum actorem à difficultate probandi, *leg. 2. ibi,* quia sciebat difficile esse, & *leg. 3. ibi,* quia plerumque merito, &c. atq; huius declarationis ratio in promptu esse videtur, † si quidem cū causa finalis introductiua positionū fuerit ipsa litiū expeditio, vt in dict. *idem. sapè, §. & quia,* non mirum si quando difficile est ponenti probare id, quod ponit, debet ab onere probandi releuari, aliàs lites in longum protraherentur, contra *tex. in dict. §. & quia,* vt supra, quæ ratio omnino cessat, quando nulla subest difficultas in probando, sed solummodo impensæ aliquæ faciendæ sunt, quia tunc lites expeditio nullo modo impeditur, vt per se satis constare videtur, ac propterea nulla dilatio dictæ D. Hippolytæ concedi videbatur, quia alia informatio per ipsam haberi nõ poterat, nisi ex lectura dictæ sententiæ penes Notarium existentis, vt supra dictum fuit, pro hac habenda multum per ipsam expendere oportebat, adeo quod si talis dilatio concessa fuisset, & propterea dicta D. Hippolyta suis sumptibus copiam dictæ sententiæ habuisset, potius positio ipsa facta fuisset per dictam D. Virginiam ad releuandum eam ab expensis, quam ab onere probandi contra naturam, & causam finalem dictæ positionis, vt supra.

- Et hac spectat quod tradit Nat. in superius allegato *conf. 59. n. 3. lib. 1.* & Iacob. Gentil. in *tract. de ordin. iud. n. 35. & 36.* ubi dicunt, † quod quando reus dubitat super responsione per eum fienda positionibus, danda est ei dilatio ad deliberatè respondendum, per doctrinam Bald. Salyc. & Paul. de Castr. in dict. *S. obseruare,* & Nat. *sub dict. nu. 3.* idem tenet, † etiam si quis super facto alieno interrogetur, quando verisimiliter dato dicto termino certitudinaliter respondere posset; & tanto magis concludit ibi debere respondere reum per verbum, credo, simpliciter, quando super facto proprio interrogatur, quo casu, inquit, quod concedi ei solet dilatio ad respondendum, ita demum si factum, super quo interrogatur, est intricatum, vel antiquum, non aliàs: Nam ita prædicta intelligi debent, si dicta informatio haberi posset absque somptu dicti interrogati, & respondere debentis, sed dicta D. Hippolyta aliunde informationem capere non poterat, nisi ex dicta sententia, vt supra, merito alia dilatio ei dari non videbatur.

- Tandem *sapè,* ac sæpius prædicta causa discussa, & hinc inde pluribus allegatis, pro vera ipsius questionis decisione infra scripta capita distinguebam.
- 31 Primò, quando positio esset inuoluta, vel sententia, siue instrumentum, cui responderi petitur, esset inuolutum, & plura capita contineret, prout allegata sententia continebat, tunc dicebam respondere, quem non tenei præcisè, sed sufficere per relationè respondere, dicendo, credo prout in instrumento, &c. pro quo faciunt notata in *leg. emptor §. iustus de pact.* per quem *text.* ita determinat Curt. in *tractat. de posit. in 7. breuiloq.*

- 32 Secundò, quando instrumentum, siue sententia, de cuius tenore petitur respondere nõ est apud acta causæ, & tunc præcisè respondere tenetur, & ita procedunt superius allegata cõtra dictam D. Hippolytam.

33 Tertiò, & vltimò, quando sententia, seu instrumentum est apud acta causæ, & tunc admittitur responsio illa, credo, prout in instrumento, siue sententia; ita enim tenet Campeg. post alios, quos allegat in allegata regula 437 in tertia fallentia, & Bald. in leg. de atate. §. nihil, de interrog. act. Et ita ferè cum hac distinctione, an reperitur apud acta, vel non, videatur profecto transire, Matthes. in dict. notab. 37. licet diuersa fuerit responsio in eo casu, & illa præpositæ questionis nostræ, vt facillimè videri potest.

Cum ergo dicta allegata sententia esset nimis inuoluta, & penes acta reperiretur, idèd iudicauit dictam D. Hippolytam bene, & sufficienter respondisse per prædicta. Ad quod etiam me non parùm mouit doctrina Alciat. in dist. §. si quis simpliciter, num. 29. vers. & facit, vbi dicit, † quod iudex ex æquitate admittere potest responsionem etiam qualificatam ad euitandam calumniam ponentis, per tex. in leg. iusurandum, §. non semper, vbi Bald. Dom. & Iaf. de iur. iur. Sci. bam enim quod ex parte dictæ Domine Virginie instabatur, vt præcisus Domina Hippolyta responderet, nempe, vt ab expensis extractionis dictæ sententiæ relucaretur, idèd ita vt supra pronunciarè volui: idem etiam ex æquitate talem, & similem responsionem esse admittendam, tradidit Menoch. in tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. casu 251. nu. 5. per multas quæ allegat.

Ioseph. Ludouif. Decif. Perus. 51.  
par. 1.

S V M M A R I V M.

6 Positio quando est partim vera, & partim falsa, an possit in totum negari.

DECISIO XXXII.

6 SEd quia etiam quo ad positiones est altercatio inter Doctores, cum non defuerint, qui dixerint, licere totam positionem negare, quando est partim falsa, & partim vera, Iaf. in leg. 1. §. sed si mihi, nu. 10. ff. de verb. oblig. vbi de communi testatur Grauar. in addit. ad prax. Vestr. lib. 5. cap. 14. n. 24. ad effugiendas istas difficultates, talis cautela per practicos fuit adinuenta, quod ponens dicat, si non credit de tanto, dicat de quanto, descendendo vsque ad minimum numerum, & sic reus omninò debitam summam fateri tenebitur, Iaf. in dict. §. stipulanti nu. 11. Galiao. nu. 19. Alciat. nu. 40. & Cagnol. in dict. leg. non potest videri nu. 6.

Ioseph. Ludouif. Decif. Perus. 68.  
par. 2.

S V M M A R I V M.

8 Confessio facta positionibus probat contra consistentem, nec potest renocari, nisi docto de errore.

DECISIO XXXIII.

8 E T confessio facta in responsione ad positiones probat contra consistentem, nec renocari potest, nisi docto de errore, Marian. in cap. fin. colum. 34. vers. primo casu de lib. obl. Iaf. cons. 21. colum. 3. vers. tertio respondetur, lib. 3. Porpur. in leg. edita num. 57. C. de edend. nouissimè Anton G. br. lib. 1. commun. conclus. tit. de confessio, conclus. 4. num. 21.

Ioseph. Ludou. Decif. Perus. 81. par. 2.

S V M M A R I V M.

- 1 Rustici, & idiota persona possunt respondere positionibus præsentate eorum Aduocato, siue procuratore, qui possunt eos instruere.
- 2 Rusticus, & mulier non equiparentur, nisi in casibus à iure expressis.
- 3 Mulier, & rusticus equiparentur quo ad responsionem fiendam positionibus.
- 4 Mulieres sunt fragiles, & idiota persona.
- 5 Positionum impertinentia tribus modis hic enarratis considerari potest.
- 6 Positionibus respondet Mulier absque interuentu Aduocati, siue procuratoris, quando mulier debet respondere positionibus concernentibus factum proprium ipsius mulieris, & mulier est sagax.
- 7 Rusticus respondet positionibus cum præsentia Aduocati, siue procuratoris, quando est rerum ignarus, & facile falli potest.
- 8 Mulier, & rusticus respondent positionibus cum præsentia Aduocati, siue procuratoris, quando positiones concernunt factum antiquum, vel sunt admixta positiones iuris.

DECISIO XXXIV.

CAPITANEUS Horatius Vinciolus de Perusia vulgariter nuncupatus, Il Capitano Maninella, in causa quam habebat cum Domina Proserpina de Cauaceppis eius cognata, produxerat quosdam positiones, quibus petebat re' pò leri per dictam D. Proserpinam per verbum, credit, vel non credit: è contra dicta D. Proserpina offerebat se paratam respondere Domi, iuxta leg. ad egregias, ff. de iur. iur. an. sed instabat respondere cum præsentia Procuratoris, vel Aduocati, aut alterius ex ipsius coniunctis, cui petitioni contradicebat dictus Capitaneus Horatius, fuit dubitatum quid iuris. Iste casus, licet prima stòte videatur vulgaris, nihilominus Doctores potius ponunt exempla de rusticis, quam de mulieribus, dicentes, quod licet quis absente Procuratore, & Aduocato positionibus respondere teneatur, secundum Bartol. in leg. si postulauerit, §. questionem, ff. de adulter. † tamen hoc non habet locum in rustico, & idiota persona, quia ei est concessum respondere præsentate Aduocato, siue Procuratore, qui possunt eos instruere, Host. in cap. dilecti, extra de iud. Specul. in tit. de positionibus, §. 7. vers. sed patronus, Bald. in leg. 2. C. de iur. an. calic. Alexan. in leg. 1. n. 4. ff. de vulg. & pupil. cum apostol. ad eum in lit. C. Marant. in tract. de iud. in 6 par. vers. quartus casus, nu. 16. & nouissimè Menochius in tract. de arbitr. iud. casu 194. nu. 79. cent. 2. lib. 2.

- Idem tamen videbatur iudicandum de muliere,
- 1 nam † & si mulier, & rusticus non equiparentur, nisi in casibus à iure expressis, leg. fin. C. de iur. & fact. ignor. tradit Iaf. in leg. 1. §. edend. n. 4. ff. de edend. negari tamen non potest, quin maxima æquitas suadeat in responsione fienda positionibus, debere equiparari mulierem cum rusticis, † vt videlicet mulier possit respondere positionibus cum præsentia Aduocati, siue Procuratoris, & semper sui istius opinionis, quod Doctores dum admittunt, Rusticum, & idiotas personas posse respondere cum præsentia Aduocati, siue Procuratoris, voluisse etiam comprehendere mulieres cum sint fragiles, & idiota persone.
  - 2 Hoc tamen non est simpliciter concedendum, sed relinquendum arbitrio Iudicis, qui perspicere debet

an positiones sint impertinentes, quia omnino eas  
5 rejicere debet: quæ impertinentia potest confide-  
rari tribus modis, natura, vt puta digito cælum tan-  
gere, de iure, vt habere vno, & eodem tempore duas  
uxores, de facto, vt dare montem aureum *leg. confessio-  
nibus cum leg. seq. ff. de interrog. act. P. act. Pap. in forma exci-  
piendi contra positiones, in versic. impossibilis, vbi dicit,*  
quod istis positionibus non est respondendum.

6 Aut positiones concernunt factum proprium, &  
de recenti ipsius mulieris respondere debentis, &  
mulier est sagax, & tunc quia in facto proptio non  
cedit ignorantia, præsertim in facto de recenti iuri-  
bus vulgaribus, & tunc iudex potest arbitrari, quod  
mulier respondeat absque interuentu Aduocati, siue  
Procuratoris, ad quod tenendum multum conferunt  
tradita per Menoch. in tract. de arbitrar. ind. casu 194.  
num. 77. lib. 2. centur. 2. licet de muliere nullum verbum  
7 faciat: † dicit enim de rustico tunc debere respon-  
dere cum præsentia Aduocati, siue Procuratoris,  
quando est omninò rerum ignatus, vt facillè falli  
possit.

8 Aut positiones sunt inuolutæ, & concernentes fa-  
ctum antiquum, vel sunt admixtæ positiones iuris, &  
isto etiam casu potest respondere cum præsentia  
Procuratoris, siue Aduocati, argum. not. per Bart. in  
*leg. ornamentorum, ff. de aur. & argen. leg. & tradit Pract. Pap. in dict. tit. de forma excipiendi contra positiones,*  
quæ omnia sunt omninò relinquenda arbitrio iudicare  
debentis. In casu nostro, licet ista Domina Proser-  
pina esset mulier virtuosa, & sagax, nihilominus ex  
quo positiones erant difficiles, & aliquantulum in-  
uolutæ, mandauit responderi cum præsentia vnius  
examinatoris: credo tamen, quod deinde causarum  
patroni D. Petrus Iacobus Amerigus, & D. Bartho-  
lomæus Corlettus fuerint concordēs in hoc, & ita  
pronunciaui, manu Octauiani Aurelij Perusini hu-  
ius causæ notarij. Laus Deo.

Veral. Decif. 189. par. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio dubia in articulis data per reum interpretatur in illius fauorem.
- 2 Confessio dubia facta per Abbatem interpretatur pro Monasterio.

DECISIO XXXV.

- 1 Confessio dubia facta in articulis per eum datis interpretari debet in fauorem rei secundum Anton. de Butr. in cap. ex litteris et primo, de spons. & Bart. in leg. inter stipulationem, §. 1. de verb. obligat. ac idem † confessio, quam fecit Abbat. de Negera in articulo decimoquinto, fuit interpretata pro Monasterio, licet pro, & contra Monasterium posset intelligi, vide Dec. in cons. 118. col. fin. vers. secundo principaliter, & ita fuit tentum die 13 Octobr. 1551. coram D. Fabio Decano in vna Caliguritan. de Negera, vt in eius lib. fol. 151.

Veral. Decif. 191. par. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio facta in articulo per principalem non potest reuocari, quando non constat de errore, præsertim quando super articulo fuit lata sententia, & eo maxime quando est geminata, num. 2.

DECISIO XXXVI.

- 1 Confessio facta in articulis per principalem non potest reuocari, quando non constat de errore, Rot. decif. 2. de confess. in nouis, & decif. 32. de testib. in antiquis, & eo magis, quia super istis articulis fuit lata sententia, leg. error, C. de iur. & fact. ignor. ita tentum fuit in causa Romana Vineæ coram D. Antonio Augustino 22. Iunij 1552. & in eius libello fol. 171. idem etiam coram eodem in causa Placentina parochiali de Valverde tentum fuit die 21. Novembris 1552.
- 2 per capit. final. de confess. Bellam. decif. 125. † Et eo maxime, quando est geminata secundum Rot. cons. 346. n. 9. Felyn. in c. si cautio, de fid. instrum. vt in eius lib. fol. 363.

Veral. Decif. 197. par. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio facta in vno iudicio per principalem, & inter eadem personas an faciat fidem in alio, quando contra illam confessionem fuit iudicatum.

DECISIO XXXVII.

- 1 Confessio facta in vno iudicio per principalem, & inter eadem personas non facit fidem in alio iudicio, quando contra confessionem illam fuit iudicatum, vt per Alexand. in leg. 2. n. 27. C. de edend. versic. hanc conclusionem, & ibid. Rip. nu. 21. & Dec. num. 62. versic. ex prædicta distinctione. Et ita fuit tentum in vna Ierdon. Archipresbyteratus Venetiæ 15. Ianuarij 1552. coram D. Capisacco, vt in eius libro fol. 16.

Veral. Decif. 198. par. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio procuratoris facta in articulo potest reuocari, & quare: amplia in quacumque confessione etiam geminata.
- 2 Decifio Rota 19. de procurator. explosa.

DECISIO XXXVIII.

- 1 Confessio Procuratoris facta in articulo potest reuocari, etiam non docto de errore, quia presumitur ab eo facta tanquam de causa malè informato, Rot. decif. 140. in nouis, & decif. 19. de procurat. in nouis, & 2. de confessio, & hoc videtur patere in quacumque confessione, etiam si esset geminata, Sarnen. decif. 148. super regula de annali 48. † & decif. Rot. 19. de Procur. non fuit recepta: Ita fuit decifum in vna Spoletana honorum, coram D. Accorambono die 27. Aprilis 1552. fol. 242. Et ita fuit tentum die 29. eiusdem, ad Franc. in cap. fin. de iur. iur. in 6.

Veral. Decif. 327. par. 2.

S V M M A R I V M.

- 1 Positionibus ad causam non facientibus non tenetur quis respondere.
- 2 Positiones non dicuntur facere ad causam, quando dispositiue non sunt conceptæ.
- 3 Positiones captiosæ quæ dicuntur.
- 4 Positionibus respondere quis non cogitur, quando detegeret turpitudinem suam, si illas fateretur.
- 5 Positioni criminosa quis non tenetur respondere.

DECISIO XXXIX.

**P**ositionibus ad causam non facientibus non tenetur respondere Archiepiscopus Beneventanus. Nam agebat Comes Christophorus Caccia-guerra contra Archiepiscopum, ut sibi responderet de fructibus Archiepiscopatus Clusini, quos Archiepiscopus petereperat, & positio erat concepta hoc modo, videlicet; Archiepiscopus simularè, & nunc nomine sine aliquo commodo, & onere Archiepiscopatus obrinuerit, & detineat, & propterea non facit ad causam, quia non erat dispositio concepta, Rot. decis. 3. de sequest. poss. & fructu nu. 2. in nouis. Erant etiam captiose, quia ex responsione affirmatiua, vel negatiua sibi præiudicasset, nam si illas faceret, detegeret turpitudinem suam, si illas negaret, esset periurus, & quo casu nemo cogendus est ad respondendum, Lanfranc. in cap. quoniam. contra in verbo responsionibus nu. 11. vers. septima regula de probat. Et quia sunt criminose, quia quotiescumque responderet eis, ex responsione appareret de confidentia, & sic de delicto simoniz: & regulare esse, neminem teneri respondere criminose positioni, quando respondendo detegeret turpitudinem suam, Roland. in leg. 2. §. quod obseruare. C. de iuram. calum. Lanfranc. vbi supra nu. 13. Felyn in cap. cum causam col. 6. vers. in ea glos. de test. Et ideo fuit tenum, quod dictis positionibus non esset respondendum die 19. Aprilis 1551. coram Dom. Baren. in vna Clulina fructuum.

Magon. Decif. Florent. 10.

SUMMARIUM.

40 Positio quod Petrus hæres Martini à me mutuo recepit centum, & responsio affirmatiua, non refertur ad hæredem, sed ad mutuum, de quo principaliter agebatur.

DECISIO XL.

**Q**uo quidem Bald. in simili aliis dicebat in leg. fin. §. in reputator. C. de appell. quod stante statuto contra contumacem in non respondendo positionibus habeatur pro confesso, & positio sit, quod Petrus hæres Martini receperit à me mutuo centum, si fuerit contumax, Petrus reputabitur confessus, recepit mutuum, non autem, quod sit hæres Martini, quia sunt illa verba enunciatiua, & impertinentia, & propterea stante repudiatione, & protestatione dicti Andree, non posse inferri ad reuocationem aditionis deficiente animo adeundi, Corn. conf. 310. col. 2. lib. 3.

Magon. Decif. Lucenf. 17.

SUMMARIUM.

21 Verbum credit, quo vincitur in responsione positionum, dicitur esse verbum veritatis.

DECISIO XLII.

**E**t ad illud de præsupposita interrogatio ex aduerso perperis, respondeatur suppositam esse falsam, cum negatio æquè cadat super positionibus, ac super interrogatoriis: & quibus positionibus responderi soleat per verbum credit, vel non credit, idem tamen est, ac si negetur, vel confiteatur, & de veritate respondeatur, glos. in cap. ex littera de iur.

iur. Rebuff. super constit. Regn. in tit. de responsione per verbum credit, artic. 2. glos. vnic. n. 2.

ADDITIO. in lit. 2.

**D**e veritate Dec. conf. 445. n. 18. Paris. conf. 58. in prin. volum. 1. Ramin. conf. 202. n. 6. Et stante partis acceptatione, in iudicio positio confessata non potest reuocari, nisi docto de errore, Dec. in cap. cum causam nu. 6. de appell. Alex. conf. 90. in prin. lib. 1. Ramin. loc. præcit. secus in habita pro conf. istata, quando cumque potest reuocari, Riminald. lun. conf. 273. n. 23.

Magon. Decif. Lucenf. 25.

SUMMARIUM.

- 26 Confessio inducta à statuto ob non responsionem ad positiones dicitur confessio presumpta, & ficta, & recipi probationem veritatis in contrarium, maxime illam, quæ fit per aduersarij confessionem.
- 27 Confessio non dicatur proprie probatio, sed probationis teleamentum ex communi opinione.
- 28 Probationum materia non angustianda.
- 29 Veritas omnia vincit, & ei omnia cedunt.
- 30 Confitens se intusse ad sui fauorem sententiam reportasse, si sit, quod talis sententia, etiam quod in rem iudicatam transiuerit, non sit exequenda.
- 31 Positionibus continentibus turpitudinem respondere debent, non est respondendum.
- 32 Per interpellationem nouiter factam censetur prima mora remissa.
- 33 Petens fieri nouam monitionem, videtur non esse contentus de prima.
- 34 Confessio propria etiam iurata reuocari potest, & illi contrahenti, quando à Iudice fuit reuocata.
- 34 Præfens, & taxens consentire videtur, maxime in iudicialibus.

DECISIO XLIII.

**N**on obstat, quod prædicta non debeant atteri, & tanquam venientia contra positidnes Gualterij habitas pro confessatis in contumaciam Penitentij, seu eius in causa Procuratoris vigore statuti lib. 1. cap. 69.

- 26 Quia dicebatur, huiusmodi confessiones à statuto propter alterius contumaciam non respondentis inductas, esse confessiones presumptas, & privilegiatas, Moron. in tractat. de fid. trig. & par. qu. 5. n. 12. secunda pars, & notat Roland. conf. 54. lib. 3. n. 4. & tanquam tales recipiunt, & admittunt probationem veritatis in contrarium, & illam maxime, quæ fit per aduersarij confessionem, quæ nunquam censetur à statuto excipia, tanquam superans, & confundens quilibet alijus præsumptiones, & probationes: prout inquit Rhin. in conf. 92. n. 18. lib. 3. Roland. conf. 8. n. 9. lib. 3. Paris. conf. n. 6. lib. 2. Alciat. in tract. de presump. in 1. part. n. 6. vbi allegando rationem dicit, quia confessio non est proprie probatio, & sed probationis teleamentum, Anchar. conf. 1. n. 11. quæ dicit, hæc esse verissimam opinionem, quantum communem asserit Hyppol. in sing. 10. 1. & potest fieri talis probatio per confessionem partis, etiam post lapsas omnes probationes: Bald. post Inoc. in cap. ultra tertiam de test. c. 1. Fe. 70. ibi.

Videtur enim hæc quædam facti euentia, & a-ctis notoris, quæ similiter à statuto exclusis non creditur, Paris. conf. 131. nu. 30. lib. 1. conf. 67. nu. 15. & conf. 19. n. 24. eod. lib. Ramin. conf. 132. n. 24. lib. 5. post Alex. conf. 145. nu. 6. lib. 6.

Neque etiam exinde dici potest inferri aliqua violentia dicto statuto, tum quia statutum non prohibet contractas probationes, sed dicit has præsumptas confessiones ius partibus acquirere, ita quod postea positiones negari non possint, tum etiam quia per hoc non ita contra statutum, prohibens tantum negationem confessorum, nam reus non vult negare confessionem factam, sed vult probare contenta in ea non esse vera per veras probationes, quod de iure fieri posse non improbat Aret. in *conf. 146.* quem refert, & sequitur Natt. *conf. 444. nu. 3.*

28 Et id tanto magis dicendum est in casu nostro, quo statuentes probentur eorum intentionis esse, nolle probationum materiam angustare, *cap. 99. lib. 1. stat. leg. quoniam in su. C. de hered. & in cap. quoniam, vt lit. non contest.* Et sufficit in similibus dicere statutum non loquitur in hoc casu, vt notat Bart. in *leg. 1. §. & parui refert, ff. quod vi, aut dam.*

29 Quæ omnia procedunt fauore, & privilegio veritatis ex ore aduersarij ortæ; cum veritati omnia cedant, omnibus præualeat, visit in æternum, *cap. veritatis, & cap. consuetudo dist. 2.* gestorum erroribus non immutatur, vt dicit Socin. in *conf. 3. & 17. lib. 2.* mater est iustitiæ, & semper sequenda, non obstante quacumque confessione in contrarium emanata, etiam scienter, *leg. fin. §. mulier, de probat. & notat Iacob. Mand. in consil. 9. nu. 39. & Afflic. decis. 213. nu. 7.*

Subdens in præcirato loco Socin. ad propositum, quod respondens positionibus, eas confitendo contra veritatem, potest veritate in contrarium reperta, illam reuocare, quod procedit etiam in confessione facta in facto proprio secundum Alexand. *conf. 47. nu. 6. lib. 1. & quodcumque veritate in contrarium reperta decretum cedit veritati, Nicol. Moron. de fid. treg. & pace 1. part. quæst. 72. nu. 7. & dicit Neuiz. consil. 20. nu. 39.* quod veritas actis præferenda est.

30 Quibus accedunt ea, quæ dicunt de confitente, se obrinuisse iniuste sententiam ad sui fauorem, nam talis sententia etiam quod in iudicatum transierit, cuius iudicati vis maxima est, teste Crau. *conf. 79. nu. 1. lib. 1.* potest retractari, & executioni non demandatur, vt tradit Iaf. in *leg. admonendi nu. 46. de iur. iur. Alexand. in leg. iudex posteaquam de re iudic. Rebuff. super consil. regn. in tit. de seuent. execut. artic. 17. glof. fin. num. 6. Innoc. sing. 57.*

Reuocantur præterea probabiliter in dubium dictæ præsumptæ confessiones ad dictas positiones propter defectum dictarum positionum, & aliis causis infra dicendis videlicet.

Primo quia dictæ positiones propter earum obscuritatem, incertitudinem, & captiositatem non erant tales, quibus responsum dari monitus cogereetur,

31 † & maxime quia continebant crimina, & turpitudinem respondentis, sic prohibente responderi *statuta 68. lib. 1. & quod notat Crem. in sing. 109. & Curt. in tract. positionum nu. 31.* vbi quod in his impertinentibus non habet locum dispositio statuti, vel iuris communis, quod habentur pro confessis, & notat Cappell. Tholos. *quæst. 371.* ideo singulariter dicebat, Innoc. in *cap. dubium de election.* quod quis ne dum non teneatur respondere positioni criminose, sed etiam non criminose, per quam tamen petuenitur ad positionem criminolam refert, & sequitur Lasfran. de Orian. in *recol. fin. Innoc. sing. 3.*

Secundo quia post lapsum tempus trium monitionum ad respondendum, & sic post ius questum actor instert, & petit iterum citari, & moneri partem ad respondendum, prout postea responsum fuit

die prima iuridica sequenti. Vnde per hanc nouam petitionem ad respondendum videtur Guacellus à lege, & iure suo recessisse, habilitasseque, & legitime teum conuentum ad respondendum, non obstante lapsu termini statutarij, *leg. Emil. §. dicebam ff. de minor. pro quo facit decis. Iaf. in leg. de pupillo, §. seruo nu. 4. de oper. non. nunciat.* vbi dicit, quod si elapso termino statuti ad retrahendam rem venditam vicino prescripto, emptor nunciet vicino, an velit emere, quod vicino comparente non potest postea emptor exci-

32 pere de lapsu termini statutarij, † quia videtur per interpellationem vicinus habilitatus, & emptor à sua lege recessisse, nam qui nouam fieri petit monitionem, videtur de prima non esse contentus, Aretin. in *§. quadrupli nu. 46. Inflit. de action.* sicuti per nouam interpellationem debitori factam dicitur remissa mora præcedens, secundum Bart. in *dist. leg. Emil. †* quibus opportunè accedit, quod notat Natt. in *conf. 38. vbi* confessionem propriam etiam iuratam, quis reuocare potest, & ei contrahente, quando à Iudice fuit reiecta, vel à parte improbata.

Tertio quia post nouam dilationem ad respondendum fuit responsum positionibus, præsentem D. Guazello, & non contradicente, & sic eo consentiente, *leg. si hypothecar. C. de remis. pign.* † vbi præsens, & tacens alienationi rei sibi obligatæ videtur pignus remittere: & patiens se describi in actis pro fideiussore, perinde est, ac si stipulatio intercesserit, *leg. cum ostenditur, §. final. de fideiuss.* Ioan. de Petr. in *sing. 4.* quod generaliter procedere dixit Renid. *Cap. in tract. regul. & comm. opin. in regula 56. nu. 14. & notat Dyn. in regula, qui tacet, de reg. iur. in 6.*

Quarto facit celeris responsio post lapsum trium monitionum, quasi videatur incontinenti respon-

33 disse, & moram illam modicam † non habendam esse in consideratione, & purgari potuisse, per ea, quæ tradit Rip. in *leg. si insula num. 89. de verbor. obligat.* post Curt. Iun. in *leg. 1. §. quod si actor num. 3. C. de iur. salum.* Cach. *decis. 5. num. 4.* maxime ad deliberationem consequendam, non ad obligationem acquirendam, Silua. *consil. 85. materia nu. 11. lib. 2.* licet contrarium visus in hoc fuit tenere, Natt. *conf. 53. nu. 4. & 364. col. fin.* & latè Silua. in *consil. 100. statu. col. pen. n. 14. lib. 2.* vbi pena imposita ipso iure, & executio facta à lege impedit purgationem moræ, qui tamen concedunt purgationem, quando non interfit aduersarij, vt hic, vbi aduersarius non obstante executione iuris instet iterum moneri ad respondendum, vt supra dictum est, & sic ostendit, sua non interesse, quod mora purgetur. Ultra quod dato, non concessio; quod dictæ positiones deberent haberi pro confessis, non sequitur ob id, quod reus condemnari debeat ad petita per actorem, vt dicunt DD. de Rota *decis. 244. in antiq. de positionib.* & Franc. in *cap. 2. de confess. in 6.* notat; oportet enim, tales esse positiones, vt de necessitate concludant.

#### ANNOTATIO.

H Abitas pro confessis. Adde, quod si positio non negata habeatur per statutum pro confessata, dicitur haberi pro confessata, quo ad capitulum cum sua qualitate, Bald. in *l. fin. §. quod si actor in vltim. notab. C. de iuram. calum.* Aret. *conf. 157. col. 1.* & intellige, quod habeatur pro confessata non ipso iure, sed per sententiam, & ided quoties causa committeretur consulenda, sit cautus aduocatus illius, qui non respondit, quod committatur sola diffinitiuus, non interlocutoria, quia cum non fuerit inuestigatum,



diffinitiva non potest fundari ratione contumaciae, & Advocatus alterius partis sit cautus, ut faciat committere, quae sint partes Iudicis, Bald. in tit. si de feud. fuer. contro. inter dom. & agnat. cap. v. assall. nu. 3. in vlt. feud. & ibi, an, & quando positio habita pro confessata noceat haeredi.

Confessiones praesumptas. Positio, quae habetur pro confessata, dicitur ficta probatio, & perempta instantia petit, ita quod in alia instantia producta nullam fidem facit, Bald. decis. 282.

Et captiositatem. Quae sit positio implicita, quae negativa, quae criminosa, & quae de iure non admittenda, vide Specul. in tit. de posit. s. 7. videndum lib. 2. late Robert. Marant. de ordin. iudic. par. 2. artic. 24. Corrad. in suo Bran. tit. de posit. & an implicita positio debeat distinguui per Iudicem absque partis instantia, stante statuto prohibente implicitatem, Rim. cons. 596. numer. 3.

Praesens, & tacens, vide supra decis. 3. nu. 1. questio ubi scripsi.

Et moram illam modicam. Quid si monitiones non fuissent necessariae, & Iudex pronuncialet, positiones haberi pro confessatis, an mora posset purgari, quod non, Cephal. cons. 304. nu. 200.

## Magon. Decis. Lucens. 45.

## S V M M A R I V M.

- 17 Capitula admitti in vim articulorum, vel in vim positionum valde interest.
- 18 Positio qua sit.
- 19 Articuli fiunt pro examinandis testibus super eis, positiones vero pro habenda responsione a reo.
- 20 Possidens rem separatim à cohærede, praesumitur proprio non communi nomine possidere.

## DECISIO XLIII.

**M**axima enim est differentia, quod capitula admittantur in vim positionum, vel in vim articulorum, ab utroque modo, ut habetur in lib. 1. cap. 88. stat. & tradit Specul. de testibus, s. nam videamus, in princip. & per Doctores in capit. causa, qua vertitur, & in capit. per tuar. & in capit. fraternitatis de test. Praet. Pap. in form. capit. all. in verbo curam, Corrad. in suo breuilog. in tit. de apt. Marant. in Specul. in 4. actu 6. par. & Doctores in capit. cum contingat, & in c. si à indice, de appell. in 6.

Et hoc discrimen evidentissimè docet praxis quotidiana, & ipsa descriptio, seu diffinitio positionis, de qua Pap. in sua pract. in 5. postquam reus num. 3. super verbis libelli, ubi dicit, † positio est quaedam formula iudicialis concepta, & reperta ad evadendam veritatem per aduersarij responsionem, & hæc non possunt fieri in qualibet parte iudicij, & elapso termino probatorio assignato, Myling. obseruat. 34. cont. 2. alias pars non tenetur respondere, quod declara, ut ibi late Senar. Pedam. decis. 10. † Colligitur, quod positiones non fiunt pro examinandis testibus, sed articuli.

Et idem solent practici caudidici easdem positiones reproducere loco articulorum, quando volunt super eis examinari facere, ut docet Pap. ibi, & datur parti terminus ad dandum interrogatoria, & expectatur, an pars neget, vel fateatur, Specul. de testib. s. nunc tractandum, vers. in examine, Cardin. in clementin. 1. s. 2. de stat. Monach.

Neque potuisse iurari actores credimus ex confessione Augustini vnius ex cohæredibus, quasi rem

communem aliorum quò que nomine possederit, leg. seruis communi, & ibi Bart. de acquir. posses. quia cum appareret, Augustinum possedisse separatim à Luca cohærede aliam dimidiam dictæ tetæ nomine proprio, † non communi possedisse credendum est, leg. Titia, ff. solut. matrim. Innoc. n. cap. cum olim de privileg.

## Vincent. Franc. Decis. 220.

## par. 1.

## S V M M A R I V M.

- 1 Articuli impertinentes, & de iure non admittendi in prima instantia, quomodo reiciantur.
- 2 Articuli impertinentes, & de iure non admittendi reiciantur cum effectu.
- 3 Articuli quando dubitatur, an sint impertinentes reiciantur per decretum generale.
- 4 Depositis principalibus quando petitur, ut admittatur, etiam quod sit conclusum in causa.
- 5 Sacrum Consilium procedit sola facti veritate inspecta.
- 6 Confessio principalis est melior probatio.
- 7 Depositis principalibus si petitur, quando supersedeatur in causa.
- 8 Probabile quod non est per testes, non est ponibile.
- 9 Positiones differunt ab articulis, exceptionibus, & interrogationibus.
- 10 Principalibus in causa liquidationis non tenentur respondere super articulis iustitiam causa principalis concernentibus.
- 11 Articuli impertinentes proprie qui fiunt.
- 12 Articuli de iure non admittendi proprie qui fiunt.
- 13 Articuli concernentes causam principalem in termino reposita sunt omnino impertinentes.
- 14 Copia articulorum non datur in Regno.
- 15 Conclusio si est facta in causa, an impediatur reiterationem impertinentium.

## DECISIO XLIV.

**I**N sacro Consilio seruamus, quando in prima instantia instat aliqua ex partibus pro reiectione articulorum impertinentium, & de iure non admittendorum, vel de eis protestetur interponere decretum, quod generale appellatur super eorum reiectione hoc modo, ita ut si facta publicatione in causa reperirentur aliqui articuli impertinentes, seu de iure non admittendi reiciantur, prout praesenti decreto reiciantur, iuxta theoreticam Bartol. & aliorum, licet plenius in leg. si duo patroni, s. idem Iulianus, ff. de iur. iur. & Canonist. in cap. cum contingat, de offic. deleg. per Dec. in c. in fin. de testib. & in cons. 162. vol. 1. vbi etiam reperitur, quid seruetur Romæ, & etiam reperitur ex Alber. in l. 2. 7. col. vers. dominus Guid. Cod. de iur. calum.

† In causa vero reclamationis indistinctè videmus articulos, & quando sine dubio videmus, ipsos esse impertinentes, vel de iure non admittendos, statim cum effectu reicimus; † quando vero dubitamus, & quo in Regno non datur copia articulorum, & sic non possumus ipsorum discussionem tractare partibus auditis, interponimus idem decretum generale, sic enim in dubium etiam de iure fieri debet, ut dicunt Doctores; vbi & Alber. in dict. leg. 2. vbi (art. in nono breuilog. allegat concord. in princ. tract. in mch. Accidit in causa reclamationis interponitur à sententia per Sacrum Consilium lata in fauorem Dominorum fratrum de Curte, cum D. Ioan. Camillo Gallutio, de qua in decis. 180, quod dicit Ioan. Camillus praesentauit articulos, & cum esset facta instantia pro ipsorum

reiectione tanquam impertinentium, & de iure non admittendorum, fuerunt, mediante decreto Sacri Consilij reiecti, tanquam de directo contrarij articulis actorum in prima instantia, dumque tractaretur expeditio causæ insteterit procurator Ioan. Camilli pro depositione principalium super eis pro quo faciebat, quod & si de iure communi sit dubium inter Doctores, an post conclusum in causa possit peti depositio principalis, quod latè congerit Senatus Pedamontanus in *decis. 10. & inter ritus magna sit ritus in ordine 93.* quæ incipit, item seruat ipsa curia, † quod responsiones, quod hæc petitio admittatur vsque ad conclusionem in causa exclusiue. Nihilominus sacrum consilium, & alia Tribunalia huius Ciuitatis admiserunt hanc opinionem, quod semper, & omni tempore quo petitur, hæc petitio admittitur; † procedimus enim sola veritate inspecta, † quod si ex ore principalis habere possumus, aliud non querimus, quia hæc est melior probatio, *leg. cum precum, C. de lib. caus. † imò facta instantia pro depositione principali, si non adest præsumptio calumniæ ex qualitate causæ, vel aliter super sedemus in causa, donec principalis deposuerit, ex dictis per Bald. in leg. 1. numer. 4. vers. alterius nota arg. Cod. de iur. calum. quem sequitur, & allegat concordantes Afflic. in const. Reg. iustitiarum per prouinc. in 6. notab. vbi etiam per Foller. in 33. & 38. & Rot. Rom. decis. 24. & in casu præsentis cessabat præsumptio calumniæ postquam D. Marius vnus ex fratribus in partibus Hispaniæ apud Maiest. Cath. Prædicator maximus, verisimiliter scire potest contenta in articulis præsentatis in causa reclamationis, & eius qualitate, & bonitate inspecta, facillè deponet super eis veritatem. Pro parte dictorum actorum non poterant prædicta negari, verum dicebant procedere, quando articuli in causa reclamationis præsentati non essent reiecti, tanquam directo contrarij articulis eorum in prima instantia: † vnde postquam super eis non possunt recipi probationes per testes, nec etiam erit recipienda probatio per depositiones principalium ex regula, quod illud, quod non est probabile non est ponibile, quam regulam ponit gl. in l. 2. §. quod obseruari, in verb. credat, vers. ite videtur, & post eam Alber. col. 7. vers. modo resuit, de iur. calum. vbi etiam Ang. † Positiones enim propriæ appellantur ille, super quibus principales deponere debent, & differunt ab articulis, exceptionibus & interrogationibus, vt plenè per Curt. vbi supra, in 2. 3. 4. & 5. breuiloquio, licet hodie ista verba confundantur, vt pulchre per Iacob. in sua pract. in rub. de constit. pecun. vers. item possunt dici;*

† Item dicebatur alias in Sacro Consilio fuisse dubitatum; an principalis in causa liquidationis teneretur respondere super articulis iustitiam causæ principalis concernentibus, & fuisse decisum, quod non, ex quo articuli prædicti in causa liquidationis erant impertinentes, ita refert Capic. in *decis. 15.* sed prædictis responsam fuit, veram esse regulam prædictam positam per gl. vbi supra, verum procedere, quando articuli sunt verè, & propriè impertinentes,

† qui propriè sunt, quando non pertinent ad causam, vt dicit Bart. in *dict. §. idem Iulianus*, & Bald. dicit, nec directè, nec indirectè, Paul. de Cast. Ant. de Alen. & Iacob. Bald. in l. ad probationem, la prima, per illum tex. C. de prob. & ponit aliqua exempla *decis. Perus. si. nou. 5. vers. hoc tamen*, & probati, vel confessati nihil releuant, iuxta terminos *dict. leg. ad probationem*, quam allegat Alber. pro comprobatione regulæ prædictæ in *dict. leg. 2.* vbi plenè Curt. in 9. breuil. sed in casu de quo agitur articuli fuerunt non tanquam impertinentes

reiectioni, scilicet, quod non facerent ad causam, & quia confessati non releuant, quia faciebant ad causam, & probati, seu confessati releuant, sed tanquam directo contrarij articulis factis in prima instantia, qui ob timorem falsitatis, & subornationis testium de iure non admittebantur, † & appellacione de iure non admittendi, iuxta terminos §. quia verò, in *Authent. de test.* vnde cum respectu principalis cesset timor subornationis, ob quem sit reiectione prædicta, remanet regula firma, quod principalis deponere tenetur, quandoque pars insteterit: hoc considerat Alber. in propria materia in *dict. l. 2. col. 5. vers. sed que supradicti, C. de iur. calum. nec potest negari*, Capic. in *decis. 15. vers. pro Antonio*. Modo enim prædicto differunt articuli impertinentes à non admittendis de iure, vt colligitur ex dictis Doctorum in *dict. §. idem Iulianus*, & in *dict. cap. cum contingat*: sed in specie differentiam prædictam ne nostrates omittam, ponit Vrsil. in *addit. ad Afflic. decis. 7.* vbi allegat concordantes, & ita respondetur ad *dict. decis. 15.* vbi etiam Capic. dubitatiuè loquitur, dum dicit, si bene recordatur.

† Articuli enim concernentes iustitiam causæ principalis sunt omnino impertinentes ad causam liquidationis, ex quo in causa liquidationis præsupponitur iustitia sententiæ, de cuius iustitia in causa liquidationis tractari non potest. Et quamvis in Regia pragmatica, quæ incipit, sapè contingit, sub rubrica de capitulis, & positionibus impertinentibus in repulsa non admittendis, appellentur impertinentes articuli, etiam quando sunt directo contrarij articulis factis in termino probatorio, vltra quod dici possit ibi largo modo poni, nihilominus dicitur, quod propriè loquitur Regia pragmatica, esse, quod articuli concernentes causam principalem positi in termino repulsæ aliquo modo non pertinent ad repulsam, & sic respectu termini repulsæ sunt omnino impertinentes.

His sic discussis Sacrum Consilium habuit pro vero, quod super articulis de directo contrariis, ex quibus pars poterat releuari, tenetur principalis deponere: sed quia in præsentis causa, id quod pars, quæ reclamauerat, probare volebat, videbatur per actores non iniciari in primis articulis actorum, ideo non fuit admissa petitio depositionis principalis. Et postquam de materia impertinentiæ loquutus sum, de quibus in dies tractatur, nolo omittere, quod multoties vidi ex incuria procuratorum, qui in practica non sunt versati, prout erant aliis temporibus, quod Ant. de Alen. in *dict. §. idem Iulianus, in fin.* dicit hæc verba. † Nota in Regno, in quo non datur copia articulorum, quod non imputatur parti, si de impertinentia non opponit à principio, sed postmodum recepta copia attestacionum, debet hoc opponere antequam procedatur ad alios actus, alias præiudicaretur non opponenti: & ideo ad euitandum hæc dubia, cautela est, quod detur petitio de impertinentibus, † quo casu Iudex, si vult, potest eos reuocare statim, vel si vult, procedere salvo iure impertinentiam, & de iure non admittendorum, & tunc postea de impertinentibus quandoque disputari, & vtraque practica est bona. Hæc Anton. vbi supra. Sed tutior est practica, quæ hodie ex interpretatione decreti generalis cum clausula, *lex nunc pro concessa publicatione*, de qua clausula dictum est in *decis. 213.* Et ad euitandum difficultates, quas multoties vidi, similiter tutior est via, facta publicatione, etiam quod ad sit protestatio, & generale decretum, instare pro reali reiectione, quia, vel Iudex hoc faciet, prout

facere debet, ex quo hoc facere potest partibus auditis, cum sit publicatum in causa, vel saltem ad evitandum laborem, referuabit faciendum tempore decisionis cause.

Barz. Decif. 49.

S V M M A R I V M.

- 17 Confessione in responsionibus ad positiones partis nulla est maior probatio.  
18 Heredem se asserens cum beneficio legis, & inventarij, debet hoc probare.

DECISIO XLV.

- 17 Primò per confessionem ipsius Pauli ex responsionibus ad positiones resultantem, † qua quidem confessione nulla est melior, & efficacior probatio ad Paris. conf. 75. num. 5. volum. 1. Cephal. conf. 198. nu. 2. volum. 2. tradunt Corn. conf. 261. colum. 2. volum. 4. & las. in leg. cum te transigisse, num. 5. C. de transact. & est text. in cap. 1. & ibi glo. in cap. aduersarij, & in cap. 2. de confess. 6. Et licet dicat, se pro maiori parte acquisiisse, vt obtulit se paratum probare, non tamen probauit, vt dictum est, & ided remanet confessio pura, † vt dicimus de eo, qui dicit se heredem cum beneficio legis, & inventarij, & tamen illud non probat, ad tradita per Ber. conf. 129. num. 6. vol. 2. & per Cephal. in conf. 193. num. 69.

Barz. Decif. 57.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio per verbum, credit in responsionibus ad positiones partis contra confitentem plenè probat.

DECISIO XLVI.

- 1 In iudicio moto per Nobiles, ac Illustres Viros D. Comitem Romeum de Pepulis, D. Herculem de Marefcottis, & D. Ioanem ab Armis contra Homines, & Comune S. Ioannis in Perficeto, fuit per omnes Dominos communi voto resolutum, prefatos reos contentos tenere restituere prefatis Doctorum Actoribus expensas factas in executione, & purgatione Discursorij Galeghi pro rata liquidanda, modis, & formis, prout in sententia. † Quoniam cum in responsionibus ad positiones, quæ & si sonent in credulitatem, plenè tamen confitenti præiudicant, ad tradita per scribentes in leg. 2. §. quod obseruari, C. de iur. iur. propter calum. dand. aded, vt clarissimam probationem appeller, Crau. conf. 212. nu. 9. & Simon. de Piet. consil. 147. nu. 26. & per verbum, credit, aded probetur confessio partis, vt tantum valet, quantum si per verba asseriua præcisa facta esset, Corn. conf. 40. colum. penult. vers. Nam hæc volum. 4.

Barz. Decif. 64.

S V M M A R I V M.

- 16 Confessio partis in responsionibus ad positiones alterius partis contra ipsam plenè probat, etiam si incredulitatem sonet.  
17 Et etiam plenissimè.  
18 Inventarij beneficium allegare non satis est, nisi probetur.

DECISIO XLVII.

- 16 Quinimò ex propria confessione facta in responsionibus ad positiones, quæ & si sonent incredulitatem, confitenti tamen plenè præiudicant, ad tradita per scribentes in l. 2. §. quod obseruari, C. de iuram. calum. & per Mutant. in dict. §. potest num. 51.  
17 per Dec. dict. conf. 445. num. 18. † & per Rim. Sen. consil. 596. num. 1. quam plenissimam probationem appellat Crauet. consil. 217. num. 9. & optimam Paris. conf. 75. nu. 5. volum. 1. Nec sibi prodesse potest enunciale se heredem cum beneficio legis, & inventarij, nisi de eius confessione doceret, argumento eorum, † quæ habentur per Rimin. Ian. conf. 168. num. 11. cum seqq. & tradunt in puncto Boet. conf. 120. num. 2. volum. 2. & Cepth. qui alios citat, conf. 393. num. 69.

Rota Gen. Decif. 16.

S V M M A R I V M.

- 3 Responsio referens se ad aliquam scripturam est incerta, & debet certificari per exhibitionem scripturæ.

DECISIO XLVIII.

- 1 Nec obstitit, dum dicebatur, prædictum Ioan. Baptistam, quod in illo libro, & in illamet ratione in restijctione libri, ratio illa remanebat in debito dicti Simonis ipsi Nicolao in libris N. & quod debebat dari dicto libro, tam contra Simonem, quam contra Nicolaum, stante pronuncia Rotæ, quod illis pro, & contra standum esset. Quia fuit responsum, quod pronuncia fuerat facta super requisitione exhibitionis in illis partitis, ad quas ipse Ioan. Baptista respondens positionibus se retulerat, † quia referendo se ad libros, eius responsio era incerta, & certificanda erat per exhibitionem librorum, secundum Bald. in leg. 1. in §. conditiones de edend. in specie Marian. in conf. 3. colum. 1. volum. 2. & Dec. in conf. 118. volum. 1. & non fuerat facta aliqua positio circa rationem partitarum ad debitum dicti Simonis, sed bene fuerat facta positio, quod dictus Nicolaus creditum dederat ipsi Simoni de partita dictarum librarum N. & in hoc Ioannes Baptista respondit, se referre ad libros dicti Nicolai, & in libris apparuit, quod Nicolaus illam partitam habuit, & propterea an habuerit, vel ne, standum erat libro; & de illis partitis librarum N. de quibus fuerat datum debitum Simoni in diuersis temporibus in dicto libro, illi non erat standum.

Rota Gen. Decif. 48.

S V M M A R I V M.

- 1 Responsio positionibus per verbum, credit, est vera confessio

DECISIO XLIX.

17 Ite vertente inter Ioan. Iacobum Mainerium ex vna agente, & Bendinellum Sanlium conventum super leuitis N. de quibus in actis, Rota iudicauit in fauorem petentis ex infra dicendis, & aliis, quæ ex processu colliguntur. Ad fraudandam eius intentionem exhibuit agens litteras dicti Bendinelli, in quibus idem Bendinellus dicit, se debitorem in dicta summa, vt in eis, & cum dictæ litteræ fuerint

recognita per dictum conuentum, esse subscriptas de eius manu, & litteratura, ut patet per eius confessionem factam ad quintam positionem, vbi credit, dictas litteras esse subscriptas de eius manu sequuntur duae conclusiones Doctorum. Prima, ¶ quod illa responsio, licet sit per verbum credit, dicitur vera confessio, & probat, ut habetur tam in volumine Digestorum, quam Codicis sub tit. de confes. vbi Doctores, & tradit Bald. in terminis in leg. 1. non. 21. C. de fals. caus. ad ioc. leg. Marant. in eius pract. in 4. artic. 2. part. nu. 14. Aym. consil. 203. nu. 8. vers. & tamen lib. 2. Paris. conf. 58. nu. 9. lib. 3.

## Rota Gen. Decif. 60.

## S V M M A R I V M.

- 5 Ponens fatetur.
- 6 Confessio in dubio debet interpretari ad fauorem consentientis.
- 10 Negans positionem non potest in ea se fundare.

## D E C I S I O L.

**V**Ltra quod contrarietas aliqua resultare videbatur ex positionibus rei, & ex depositionibus testium pro eo examinatorum. Dicitur namque in positionibus ipsos actores satisfactos esse in libris N. in tot rebus, seu pecuniis; testes autem affirmant, actoribus esse delegatum, seu assignatum nomen quorundam factorum debitorum, tunc rei conuenti, quod est quid diuersum à continentia positionum, ex qua contrarietas insanabilis admodum difficultas oriebatur. secundum tradita per Innoc. magistrat. in cap. cum contingat il. 1. de offic. deleg. quem sequitur Barr. in leg. 2. §. creditum n. 8. ff. si cert. petat. & ibi lat. nu. 2. post alios scribentes ibidem, vnusquisque enim scit, ¶ quod ponens fatetur dicitur quidquid in positionibus continetur, ut per Alexand. consil. 172. lib. 6. nu. 1. & Dec. consil. 252. colum. 2. sub num. 2. & per Marant. late in suo Specul. par. 6. princip. artic. 4. nu. 6. & 7. Alexand. etiam in consil. 72. num. 4. lib. 3.

- Necnon conferunt dicta per Dec. consil. 279. num. 6. vbi dicit, ¶ quod confessio interpretari debet in fauorem consentientis ex iis, quae ad id allegantur; ita è conuerso confessio debet consentienti prodelle, quod quemadmodum illud, quod plus est confiteri procurauit, scilicet rem emille, ita etiam quod minus est, nempe partem pretij non negasse censetur. Hæc corroborantur per ea, quae Plot. tradit in leg. si quando, §. 37. num. 6. C. vnde vi. alias est sub num. 659. & seq. Et per regulam vulgatam, quod contrariorum eadem est disciplina, leg. 2. §. fin. ff. qui satisf. cog. Alex. consil. 209. nu. 18. lib. 2. qui in leg. si cum dotem num. 16. vers. non nego tamen. ff. solut. matrim. inquit, quod in casu contratio contrarius producit effectus; itaque sicut negatio præiudicat neganti, ita confessio consentienti prodelle debet.

- Secundò, & fortius posito sine veri præiudicio, quod aliqua apparet contrarietas ex positionibus collatis cum dictis doctorum testium, ea prorsus eliditur ex quo pars aduersa negauit positiones rei; ex quibus intendit elicere repugnantiam; nam iuris certissimi est, ¶ quod is, qui negat positionem partis aduersæ, non potest postea in ea se fundare, cap. ex eo non debet de regul. iur. in 6. & tradit notabiliter Barr. in leg. post legatum sub num. 11. ff. de iis quib. ut indig. quem refert, & sequitur Alex. consil. 151. numer. 13. lib. 4. & Alber. Mand. consil. 9. num. 29. & Alex. consil. 92. num. 5. lib. 5. & consil. 183. num. 4. & satis ad rem nostram facit etiam dictum

lat. in repet. leg. admonendi num. 112. versic. facit opus 2. ff. de iur. iur. vbi plura similia pro confirmatione doctrinæ Barr. in dict. leg. post legatum, citat, ex quibus apparet euidenter, quod allecta contrarietas, quatenus adisset, quod negatur, tamen nullius efficacis esset, quoad actores, qui positiones rei negarunt.

## Rota Gen. Decif. 122.

## S V M M A R I V M.

- 3 Responsio diuisibilis potest pro parte accipiari, & pro parte non.
- 4 Responsio ad positiones per verbum, credit, importat veritatem.
- 5 Confessio diuisibilis potest pro parte non admitti.

## D E C I S I O L I.

- E**T sibi fuisse consignatas dict. capias alzariorum per dict. Vincentium constat per confessionem dicti Andree factam ad primam positionem, vbi dicit, credit dict. capias sibi consignatas fuisse per dict. Vincentium, & licet dicat, nomine Bononi de Aquilino, sibi hoc non creditur, cum illa responsio possit diuidi, per ea, quae tradit Barr. communiter approbatus in l. Aurelius. §. idem. ff. de lib. leg. vbi Doctor. Et hoc tanto magis est verum, quia testes dicunt, quod fuerunt consignatae per dictum Vincentium nomine suo, & non nomine alieno. Et quod dictus Andreas sit iuuenis dicti Bernardi, constat per confessionem dicti Bernardi ad vndecimam positionem, & nulla maior probatio, quam confessio partis, ut tot. in. ff. & C. de confes. ¶ & licet sit per verbum, credit, importat tamen veritatem, Bald. in leg. 1. non. 21. C. de fals. caus. ad ioc. leg. Marant. in sua pract. in 4. actu 2. part. nu. 14. lib. 1. Et quod dict. Bernardus postmodum habuerit dict. alzariorum, & de eis disposuerit constat ex dictis doctorum testium, ac etiam per confessionem factam per dictum Bernardum ad nonam, & decimam positionem, vbi creditur disposuisse de dictis alzariorum, licet dicat, habitis à dicto Bononio; tamen hoc non probat, ¶ & contrarium constat per attestaciones dict. testium, qui deponunt, quod illa fuerunt consignata per dict. Vincentium, & non per dictum Bononium. Ex quibus, & aliis, quae ex processu colliguntur, Rota indicauit ut supra. Laus Deo.

## Rota Gen. Decif. 161.

## S V M M A R I V M.

- 10 Requisita ad hoc, ut positiones habeantur pro confessis.
- 11 Interlocutoria in assignatione termini, quando habeat vim simplicis comminationis.
- 12 Absens contumax multari non potest.

## D E C I S I O L I I.

- E**T licet videretur posse reum condemnari ad totam summam petitam, cum illa contineretur in positionibus actoris, quas Rota pronunciauit habendas pro confessis, nisi intra dies 15. reus responderet, qui deinde minime respondit, tamen visum fuit, id non sufficere, ut positiones verè habeantur pro confessis, cum ad id plura requirantur. Primò, ¶ quod principali comperto in iudicio, positiones sibi fuerunt lectæ, & datæ intelligi. Secundò, quod

in faciem fuerit monitus à iudice respondere, quia non sufficeret per nuntium moneri. Tertio, quod abique rationabili causa recuset respondere. Quarto, quod accusata fuerit ex parte actoris contumacia rei in termino non respondentis. Quinto, & ultimo, quod subsecuta fuerit interlocutoria iudicialis facti declaratoria, quæ omnia colliguntur ex notatis per Barr. & alios in cap. pen. extr. de confes. & per gl'of. & Doctor. in cap. si post prestitum, eod. tit. in 6. Barr. in leg. eius qui delatorem num. 2. & 3. ff. de iur. fide. Angel. cons. 136. incipit in questione veniente col. pen. vers. & si dicit, Aret. in rubr. Inst. de except. num. 23. vers. quia si in termino, Curt. in trach. de poss. in punct. n. 8. Et sicut comminatio posita in termino effectum interlocutoria non habet, l. 1. & tot. tit. C. comminat. Epist. ita nec interlocutoria, quæ fertur in ipsa assignatione termini, ut in casu nostro, cum habeat vim simplicis comminationis, ut notat Bald. in leg. 2. C. qui adiu. Sed dato, quod declaratoria fuisset subsecuta, adhuc non sufficeret, ex quo non fuit citatus principalis ad respondendum positionibus, sed eius procurator ad præsentandum principalem, quia, ut dictum est, quæ absens personaliter non citatus non potest à iudice haberi pro confessio: non enim potest quis à iudice multari, nisi vera, & non ficta contumacia interuenerit, ut notat Bal. post gl'of. Bald. & alios per eum alleg. in leg. fin. col. 3. vers. 1. habes notabiliter, & colum. seq. vers. 4. subtiliter, ff. si quis iudic. non obtemp.

## Seraph. Decis. 408.

## S V M M A R I V M.

- 1 Liquidatio non potest prætendi ex libris impugnatis.
- 2 Liquidatio illa non est sufficiens, quæ elicitur ex decreto factò à iudice, quod positiones habeantur pro confessatis, nisi ad primam.
- 3 Iudex potest cogere ad præcisè respondendum positionibus.
- 4 Confessio qua elicitur ex positionibus habitis pro confessatis propter contumaciam eius, qui præcisè non respondit, ad hoc, ut operetur effectum, necesse est, ut concurrant requisita per Franc. cap. 2. num. 9. de confes. in 6.

## DECISIO LIII.

**F**uit resolutum pecunias, quas prætendit Petrus Matia, non esse liquidas, idèd non esse ei solvendas, nam neque ex libris potest prætendi liquidatio, quæ cum libris huiusmodi impugnet D. Petrus Matia, ad vulg. regul. cap. ex eo de regul. iur. in 6. quæ Vigore autem positionum, quas Auditor Camera pronunciauit haberi pro confessatis nisi ad primam, liquidatio non est sufficiens, tum ex eo, quia fuit responsum, & licet ex aduerso prætendatur, non fuisse sufficienter responsum, tamen quæ iudex poterat cogere ad præcisè respondendum, tum etiam quia, quæ ut huiusmodi confessio propter contumaciam operetur hunc effectum necesse est, ut concurrant requisita per Franc. in cap. 2. nu. 9. de confes. in 6. quæ non fuerunt hic obseruata, idèd conclusum pro non liquidatione.

## Seraph. Decis. 415.

## S V M M A R I V M.

- 6 Positionibus datis tam contra tutorem, quam contra minorem, si solus tutor illa respondeat, sufficit, si tamen sit causa connexa.

## DECISIO LIV.

**Q**uarto opponebatur de notoria iniustitia respectu Angeli, quæ quia Iulius solus respondit positionibus, & sic sibi tantum nocere debet, non autem tertio, quia cum haberent connexam causam, ex hoc satis apparebat de veritate, & ad eam comprobendam multum prodest eius responsio, Corn. cons. 127. col. pen. post med. vers. & licet confessio lib. 1.

## Seraph. Decis. 446.

## S V M M A R I V M.

- 1 Confessio oriens ex positionibus habitis pro confessatis, excusat à contumacia in respondendo.
- 2 Decretum, quod positiones habeantur pro confessatis, vulneratum per sententiam, & processum ad ulteriora, non potest exequi.

## DECISIO LV.

**D**omini persistunt in resolutis, nam ultra aliàs deducta, dixerunt confessionem, quæ prætenditur oriri ex decreto, esse vulneratam per sententiam Auditoris Camera, per processum ad ulteriora, & ad absolutionem: quæ ex quo sequitur eam excusasse Bartholomæum à contumacia in respondendo, quod facere potuit, ut per Franc. in cap. 2. numer. 21. de confes. quæ nec possumus exequi illud decretum per absolutionem ab eo prolata, quod fieri potest, etiam per Iudicem appellationis, ne dum per eundem, qui intulit, quoties interlocutoria præiudicat negotio principali, cap. fin. de appell. in 6.

## Seraph. Decis. 905.

## S V M M A R I V M.

- 1 De stylo Auditoris Camera positiones pro confessatis habentur, contrarium tamen in Rota seruatur, iuxta formam cap. 2. de confes.

## DECISIO LVI.

**P**ro confirmatione sententiarum extra Rotam latorum pro Dominis de Fossanis: nam ad effectum Saluiani interdicti fuerunt probata omnia extrema requisita. Primo obligatio omnium bonorum facta per Iacobum Carcan ad fauorem Dominorum de Fossanis. Secundo possessio scripturarum de tempore obligationis, quæ probatur non solum per Decretum Auditoris Camera, quæ ut positiones pro confessatis habeantur, prout est de stylo illius tribunalis, licet Rota contrarium seruet, nisi fuerit seruata forma cap. 2. de confes. sed etiam ex confessionibus partis, ut in facto deducitur, &c.

## Seraph. Decis. 946.

## S V M M A R I V M.

- 7 Confessio qua elicitur ex confessione, & responsione ad positiones, quibus responsum fuit, credit, prout in actis, non præiudicat, si in actis non adsint concludentes probationes.

## DECISIO LVII.

**C**onfessio verò, quæ elicitur ex responsione ad positiones, dum responsum fuit, credit, prout

in actis, nihil releuat, cum enim in actis non adessent concludentes probationes, nihil ex hac responsione colligi potest, quod praeiudicet. Amissio scripturarum, neque calus precedens amissionem probatur; ideo nihil, quod releuet, deducitur ad probandam cambiorum veritatem, &c.

Seraph. Decif. 1039.

S V M M A R I V M.

- 3 Per negationem positionum super tota re concepta, non potest & tota positio negari.

DECISIO LVIII.

3 **P**raeterea cum negatae fuerint positiones, quae conceptae fuerunt super tota vinea, ac qualificata possessione, uti capta propria auctoritate, & de facto, utique potuit totam positionem Episcopus negare, per illa verba, non credit, ut ponitur, ex doctrina Bart. in *l. si dubitetur, §. ita demum de fideius. Imol. in leg. sed hoc ita de re iudic. l. in §. omnium nom. 98. Instit. de action. Ex quibus conclusum non competere hoc remedium Domino Marcello aduersus Reuerendissimum Dominum Episcopum.*

Rota in antiquis in rubrica de positionibus. Decif. 180.

S V M M A R I V M.

- 1 Positioni obiectiua respondendum est.

DECISIO LIX.

1 **N**Ota qualiter positioni obiectiuae quis tenetur respondere, ut not. Io. Mo. in cap. 2. de confes.

Rota in antiquis in rubrica de positionibus, & confessis. Decif. 310.

S V M M A R I V M.

- 1 Positionem negans non potest ea se iuuare.

DECISIO LX.

1 **N**Ota Io. Mo. & Arch. in cap. 1. de confes. lib. 6. quod reus positionem confitendo actoris, potest se iuuare contra actorem ea de positione, & secus si negasset positionem, & licet contrarium audiuerint determinari de interrogatione actoris, qui actor interrogando nihil contra videtur confiteri: pro prima tamen opinione Specul. in tit. de positionib. vers. verum in princ. & §. 10. vers. si quid actor, quia interrogando actor hic videtur confiteri dist. 72. quest. 2. cap. queritur.

Rota in antiquis in rubrica de corruptione positionum. Decif. 505.

S V M M A R I V M.

- 1 Positiones in prima instantia per procuratorem data etiam cum iuramento possunt per dominum in secunda instantia reuocari.

DECISIO LXI.

1 **N**Ota quod positiones datae in prima instantia per iuramentum procuratoris, in secunda instantia possunt per dominum principalem reuocari, & meliorari sine expressa reuocatione erroris, tum quia illud iuramentum non fuit de veritate, sed de credulitate; tum quia procuratores non sunt plene informati, sicut principales, qui nouerunt quaestionem veridicam, iuxta notata in cap. cum in positionibus de iure iurando lib. 6.

Alia decisio cum eisdem ferè verbis habetur in nouis in rubr. de positionibus. quae est decif. 60.

Surd. Decif. 17.

S V M M A R I V M.

- 1 Positio contraria positioni, quam aduersarius produxit, admittitur, quia tendit ad faciliorem exitum iudicij.
- 2 Frustratorij euitandi sunt actus.
- 3 Iuramentum oblatum recusare potest pars, quae plene probauit.
- 4 Iurans sine causa peccat.
- 5 Iuramentum non est deferendum ei, qui semel peccauit.
- 6 Iuramentum non est deferendum ei, qui verisimiliter est peccaturus.
- 7 Peritum non efficitur is, qui respondendo positioni contrariam affirmat eius, quod alias dixerat respondendo alij positioni, si utroque casu iurauit solum de credulitate.
- 8 Positioni qui semel respondit, potest cogi ad iterum respondendum, quia fieri potest, quod hodie credam vnum, cras aliud declarare, ut num. 12.
- 9 Credo verbum est veritatis expressum, & nu. 14.
- 10 Aditio inducitur per responsionem factam positionibus, credo me esse heredem.
- 11 Confessio facta per verbum, credo, praesumit, sicut confessio de veritate.
- 12 Ignorantia facti alieni est probabilis.
- 13 Positionibus respondens per verbum credo, potest conuinci de perituro.
- 14 Credo, verbum, importat veritatem, quando agitur de facto proprio.
- 15 De mendacio an puniatur, qui dixit, se non credere, si probetur, rem aliter se habere, reuoluitur.
- 16 Errorem non tenetur probare principalis, qui contrarium deducit eius, quod procurator suus deduxerat in positionibus.

DECISIO LXII.

1 **N**ondum publicato voto Senatus super positionibus productis à Ioan. Iacobo Salato contra Lucretiam Milanam, contendebat Salatus, cogendam Milanam ad respondendum omnibus positionibus, motus auctoritate Cotn. in 2. §. quod obseruari colam. 4. num. fin. C. de iur. calum. vbi post multa concludit, & quod iudex admittere debet positionem illis contrariam, quas aduersarius produxerat, quia tendunt ad faciliorem exitum iudicij, licet aliud sit, quando idem ponens esset contrarius, quia tunc admitti non debet, l. i. C. de fact. cap. nullus pluribus de reg. iur. in 6. Haec tamen ratio non fuit visa potens ad tollendum auctoritates Specul. Bald. Angel. Ioa. Monachi, & aliorum, de quibus in alia decisione. Et quamvis vbi agitur de contrarietate eiusdem ponentis res sit clatior, tamen negari non potest, quin etiam clara sit,

fit, quando quis ponit contrarium eius, quod aduersarius ponendo asseruerat, per rationes ibi deductas. Et licet facilius sit exitus iudicij, si admittatur positio, † tamen frustratorij actus sunt euitandi, l. *hac stipulatio*, §. *Diuus*, ff. *vt leg. nom. caueat. leg. non cogendum*, ff. *de procur. cap. 2. de pub. l. 1. ff. quod metus caus. l. 1. in fin. ff. ad municip. §. quib. in 1. constit. Cod. lib. 3. in princ. ff. de iur. iur. † Unde dicimus, quod pars, quae plenè probauit, licitè recusat iuramentum sibi oblatum, c. 2. vbi *Doct. de probat. gl. in leg. admonendi*, ff. *de iur. iur. lal. in repetit. numer. 79. & 266. Alex in leg. manifeste numer. 4. ff. eod. Neuz. conf. 7. n. 6. † & nunquam deueniendum est ad iuramentum, nisi subsistente necessitate, vel utilitate, vt probatur in cap. & si christus de iur. iur. & peccat iurans sine causa. Archid. in cap. non est contra 22. quest. 1. Doctores in c. tua de iur. iur. Abb. in dict. cap. & si christus in fin. Praeterea, si aduersarius in suis positionibus verum deduxit, non est credendum, quod alius sit iuraturus nunc, si verò falsum dixit, non est ei offerenda occasio, quod iterum falsum iuret; † nam ei non est defendendum iuramentum, qui semel fuit periurus, cap. parvuli 22. quest. 5. gl. in cap. questionibus, vbi Abb. & Dec. de appell. † Sic etiam non defectur ei, qui verisimiliter est peieraturus, vt post alios inquit Marfil. in sing. 74. gl. Abb. & alij in cap. clericos de cohabit. cleric. Menoch. de arbitr. iudic. casu 192. nu. 2. & 3. Dicebat secundò, quod positionibus responderetur per credulitatis, non veritatis iuramentum, & idè non possumus suspicari de periurio, cum hodie credere possim, quod heri non credebam, l. qui bona, §. si quis stipulatus, ff. de damn. infect. idè dicit iacob. de Aren. in suis distinctionibus, ad tit. de iur. iur. prop. calum. † quod qui positioni respondendo, contrarium affirmat eius, quod alias dixerat respondendo alij, non efficitur periurus, si vtroque casu iurauit solum de credulitate. Et per eandem rationem Rot. decis. 229. notat, quod vbi pars in antiquis, dicit, † quod qui semel respondit positioni, cogi potest iterum respondere, licet versetur dubium periurij, quia possibile est, quod hodie credat vnum, & cras aliud Et idè voluit Calderin. in conf. 4. de confes. vbi ait, quod si secundo loco respondet contrarium, non dicitur periurus, Gemin. in cap. 1. de confes. in 6. & in cap. cum positio. num. 9. de iuram. lib. 6. vbi quod hodie potest quis de vna re bonam habere conscientiam, & cras malam. † Sed respondebatur, quod verbum credere est veritatis expressiuum, vt per Bald. post Petr. lib. 1. in fin. c. de fals. caus. adiect. leg. vbi refert, quod si respondens positionibus dicit, quod credit se esse heredem Titij, per hoc efficitur hæres, † & inducitur verbo veritatis expressiuo. Idè voluit Gemin. in cap. 1. de confes. in 6. † Sic etiam confessio per verbum credit non minus præiudicat, quàm confessio de veritate, gl. in cap. ex litteris, atque ibi Doctores de iur. iur. gl. & Doctores in leg. 2. §. quod obseruare, Cod. de iuram. calum. Corn. conf. 186. colum. 1. volum. 3.**

Dictum autem Rot. & Cald. posset sustineri, † quando positio sit de facto alieno, cuius probabilis est ignorantia, l. verius, ff. de probat. leg. qui in alterius, ff. de reg. iur. l. fin. ff. pro soc. leg. eius qui in pronuncia, ff. si cert. petat. vt in facto proprio ignorantia non est probabilis, sed inexcusabilis dict. leg. fin. & probanti iura prædicta. Idè qui primò vnum dixit in facto proprio, postea contrarium affirmat, dicitur periurus. Quinimò quando etiam interrogatur quis de facto alieno, & respondet per verbum credit, non tamen per hoc dicitur ignorare, quia ea credulitas, de qua iurat, est proxima scientiæ, & illi non contrarium, vt per Barr.

in d. §. quod obseruari, & debet esse firma ex relationibus aliorum Barr. in leg. 1. in fin. ff. de interrogat. act. declarat pulchrè Natr. conf. 59. n. 10. & seq. † Et is quoque, qui respondendo positionibus, iurauit per verbum, credere, potest convinci de periurio, si probetur, quod positio concernit factum proprium, ita Bald. in rep. l. 2. sol. pen. ff. de iur. iur. vbi fortius idè dicit in positione concernente factum alienum, si probetur tale quid, propter quod cogebatur credere, sequitur Natr. d. conf. 59. n. 8. † Et quando agitur de factis proprio, verbum credere, importat veritatem, vt dixi. Et facit, quod voluit Bald. l. fin. c. arbit. iur. vbi de tutore dicente in inuentario, quod credit res esse pupilli, Ioan. de Anan. in c. pueri n. r. de delict. puer. Feder. de Sen. conf. 23. & 25. † vbi qui dixit, non credere, punitur de mendacio, si rem aliter se habere probetur, Felyn in c. n. 21. de lit. cont. Abb. in c. at si clerici in princ. num. 29. & 31. dè ind. alios citat Tirac. de retract. confang. §. 2. gl. 2. nu. 12. vbi multa cumulat. Vnum autem plurimum mouebat Senatam, quod super positionibus ab aduersario productis iurauerat Procurator, non autem principalis, & idè cessabat suspitio periurij, si principalis cogerecetur istis respondere. † Potest eniò principalis dicere contrarium eius, quod solum Procurator deduxit in positionibus, nec tenetur probare errorem, Rot. decis. 60. positiones datæ in nouis, idè persistit in ordinatis.

## Surd. Decis. 221.

## S V M M A R I V M.

- 1 De euictione non agit in, à quo propria culpa res est euicta. vñ quia fuit contumax, vel compromisit, vel obtulit iuramentum liti decisiuum.
- 2 Positionibus respondere non tenetur emptor circa dominium venditoris.
- 3 Positioni captiosa non tenetur quis respondere.
- 4 Positioni cuiuscumque regulariter est respondendum.
- 5 Dominium est difficultu probationis.
- 6 Venditor tenetur rem liberam emptori prestare.
- 7 Euictionis actio datur, quando euicta est possessio.
- 8 Emptor probans rem ad euicentem spectasse, agit de euictione, licet res fuerit sibi sine iudicio euicta.
- 9 Emptor agit de euictione, licet non denunciauerit litem venditori, si probet iustitiam euictionis.
- 10 Litis euentus est dubius.
- 11 Executio non debet suspendi, quando euentus liti est dubius.
- 12 Possessionis magnum est commodum.
- 13 Causam intactam seruare melius est, quàm post vulnus remedium querere.
- 14 Dominium quandoque est facili probationis.
- 15 Barr. doctrinam in leg. at qui natura, §. si cum me absente, de neg. gest. declaratur.
- 16 Ratio proprie illa dicitur, qua posita, ponitur dictum, & quæ remota, dictum quoque ex necessitate remouetur.

## DECISIO LXIII.

**D**eduxit in positionibus magnificus Dominus Bernatdinus Andreasius se fuisse in possessione quorundam pratorum, & fuisse spoliatum à Domino Vincentio pariter Andreasio. Illustris. D. Eques Pauesius teus conuentus, qui eadem prata emerat ab eodem Domino Vincentio, dicebat, se non teneri respondere, quia debet sibi cōseruare stipulationem de euictione, quàm amitteret, si confiteretur

rem sic, quoniam venditor posset dicere, tu causam tua culpa perdidisti, quia confessus es, quæ non debebas. † non enim agit pro euictione is, à quo propria culpa res euicta est, vt quia fecit pactum de non petendo, vel iusurandum detulit, *l. hoc iure vbi glos. ff. de euict.* vel si cecidit à possessione sua culpa, *leg. si rem quam, §. si dupla, l. si mancipium in princ. ff. de euict. l. si controuersta vbi gl. si. & Bald. Cod. tit. l. idem, §. 1. ff. de act. empt. vel si fuit contumax, l. si idem, ff. de euict. c. fin. de act. empt. & vend. Corn. conf. 326. vol. 1. alios citat Cabal. in tract. euict. §. 5. n. 5. idem est quando compromisit, *leg. si dictum, §. si compromiserit, ff. de euict.* Imol. conf. 82. Castrenf. conf. 309. cel. penult. vol. 1. Rim. Sen. conf. 97. n. 17. vol. 1. Idem quando emptor obtulit, vel detulit iuramentum decisum, Bart. in *leg. manifesta n. 6. ff. de iur. iur. vbi Alex. nu. 4. Aret. in §. item si quis num. 11. inst. de action. & quando contraque emptori aliquid imputari potest, quare causam amiserit, non datur ei actio pro euictione, vt probat gl. in *leg. quod si volit, §. si mancipium in verbo adhibuerit, ff. de edil. edict.* per quem ita dicit Dec. conf. 74. col. 2. vers. facit ad predicta, Tirac. de retract. confang. in fin. num. 48. Gram. conf. 22. nu. 5. inter civil. vbi post alios idem dicit, quando non adhibuit diligentem Procuratorem, vel Advocatum, Rol. conf. 67. num. 4. vol. 4. vbi limitat, quando pacto fuit eiusmodi culpa remissa, Dec. conf. 106. nu. 17. & seqq. vbi idem dicit, & in terminis, quod confitendo sibi ad euictionem emptor præiudicet, idemque cogi non possit respondere positionibus, est decisio, Bart. in *leg. at qui natura, §. si cum me absente, num. 4. ff. de neg. gest.* vbi dicit, † quod emptor non tenetur respondere positionibus continentibus dominium venditionis, etiam si ipse sciat, quia hoc modo sibi præiudicaret: Si enim negat positiones, forte peierat, si confitetur, non agit, quia forte non poterit contra venditorem probare, quod euincens sit dominus, sequitur Imol. in *cap. fin. num. 24. de empt. & vendit.* vbi disputat illam questionem, an emptor, qui agnoscendo bonam fidem, rem agenti sine sententia restituit, possit agere de euictione; & consuluit, quod semper fiat emptori denunciatio, quia licet emptor putet, rem esse euincens, venditor tamen posset habere iura, quæ emptor ignorat. Sed & si facta denunciatione rem euincens tradat, non expectata sententia, cogitur tamen, agendo pro euictione, probare de iure euincens, & subdit hæc esse notanda. Idem dicit Barbat. in *cap. cum causa colum. 9. vers. 6. de empt. & vendit.* Idem voluit Marant. de ord. iud. par. 6. in 7. memb. num. 13. & facit, † quia nemo tenetur respondere positioni captiosæ, per quam indebitè intelligatur, *leg. & quia, §. interdum, & ibi notat gl. ff. de interrog. action. Specul. in tit. de positionibus §. 7. num. 14.* vbi quod non est respondendum positioni sibi præiudiciali. Idem tenuit gl. in *leg. qui iurasse, §. si pater, ff. de iur. iur. vbi lal. nu. 7. gl. in leg. controuersta, vbi etiam lal. nu. 4. ff. de transact. Præct. Pap. in forma excipiendi contra posit. in verbo captiosa, Grau. ad Velti. in sua praxi lib. 5. cap. 14. num. 19. in quibus locis dicunt captiosam esse positionem, quando non potest quis illi respondere, nisi sibi præiudicet, quamcumque eligat partem, sic enim declarat Bart. in *d. §. cum me absente.****

4 Dicbat tamen ponens, quod erat respondendum, quia regulariter cuiuscumque positioni respondere debet, c. 2. iuncta gl. de confes. gl. in *leg. 2. §. obseruari, C. de iur. iur. colum. lal. in dict. leg. qui iurasse, §. si pater n. 7.* quia doctrina Bart. procedit, quando interrogatur quis de dominio agentis, & ita quando ponens dicit se dominum, non autem quando interrogatur de possessione. Et diuersitatis ratio est, quia possessio fa-

5 cilè potest probari, ex quo plurimum habet facti, † dominium autem est difficilis probationis, Bart. in *leg. rem alienam, colum. 3. ff. de pignor. act. in leg. cum res in 2. l. c. de probat. Alex. in conf. 4. n. 26. vol. 2. Dicit in cap. sepe, vbi Rip. num. 1. de restitu. spoliat. Calcan. in conf. 32. nu. 45. Marant. in dict. tract. par. 4. in 3. princ. distinct. numer. 48. Cuman. in *leg. 2. ff. de appell. recip. Malcar. condit. 535. numer. 1. in tract. de probat. Menoch. de arbitr. iud. casu 42. in princ. & saltem id procedit respectu possessionis, iuxta consilium leg. 1. qui destinavit, ff. de rei vendit. Contard. in *leg. unica in 1. opposit. numer. 6. Cod. si de moment. possid.* Et hæc distinctio videtur probari ex verbis Bart. dum dicit, quod respondendo affirmatiuè sibi præiudicat, ex quo postea contra suum auctorem probare non poterit, quasi aliud sit, quando probatio contra auctorem non solum esset facilis, sed etiam possibilis. Et idem non sine misterio videntur Bart. & Marant. ponere questionem, quando in positionibus tractatur de dominio euincens, quasi aliud sit in possessione.**

Cum inclinarent Domini in contrariam partem, actor reduxit positiones ad capitula probatoria, & super eis testes produxit, & mouebantur ad tenendum, quod non esset respondendum, quoniam Bart. in dict. §. cum me absente tenet, ea ratione respondendum non esse, quod emptor amitteret ius euictionis, argumento illius text. vbi dicitur, nec actione negotiorum gestorum tenearis, & illa positio affert præiudicium, vbi cogatur respondere dict. *leg. quia, Specul. d. §. 7. n. 14.* vbi quod non responderetur positioni, quando ex positione paratur præiudicium. Mouetur etiam Bartol. quia positio est captiosa, siue affirmet, siue negetur. Non autem fundat se, quia potius tractat de dominio, quam de possessione, vel quia in possessione aliud sit dicendum, quam in dominio, sed ratio præiudicij cum in hanc induxit sententiam, quæ ratio non minus militat quando agitur de possessione, quam de dominio. † Quandoquidem venditor tenetur emptorem defendere etiam respectu possessionis, quia non solum tradere rem debet, sed etiam liberam præstare, *leg. 1. in fin. & leg. in venditione, ff. de act. empt. dixi in conf. 13. n. 15. & conf. 19. nu. 1. adeo quod etiam re tradita conueniri potest venditor, vt tradatur res libera, quamvis nulla sibi inferatur molestia, Alex. in conf. 87. vol. 3. post Bald. & alios Dec. conf. 487. num. 18. Olasc. decis. Pedam. num. 24. nu. 4.* præcipue stante promissione facta per venditorem, de emptore tam in possessione, quam in proprietate defendendo. Et non videtur emptor possessionem emptori tradidisse, quæ postea ab eo auocatur, *leg. datio in princ. ff. de act. empt. & ibi gl. allegat concordantes.* Et euictionis actio datur emptori, quando euicta est possessio, sicut quando proprietates ablata est, vel dominium, & probat text. in *leg. emptorem, §. idem Neratius, ff. de act. empt. & ibi Castrenf. hoc expressè notat.* Ad idem est text. in dict. 7 *leg. datio. Bero. in consil. 158. numer. 32. in 2. vol. † Dicitur enim res euicta, quando possessori est ablata, leg. si feruus venditus §. 1. & leg. habere, ff. de euict. Crauet. consil. 682. numer. 6.* sed si agat de euictione, siue ex empto, siue ex stipulato, nunquam obtinebit emptor, qui per suam confessionem dedit causam quod res sibi euinceretur, atque ita semper sibi præiudicet, & consequenter stante præiudicio non tenetur respondere.

8 Nec dicatur, quod imò non sibi præiudicat, quia probauit, exinde rem spectasse ad euincens, † quo factò agere licet de euictione, etiam si res sit absque iudicio euicta, *leg. si rem, quam, ff. de euict. leg. ex empto in princ. 17.*



princip. Cod. de act. empt. ita Bald. in leg. libera, C. de sentent. inter loc. ann. iul. vbi dicit, cum qui rem amittit propter compromissum, agere posse de euictione, si probet rem fuisse euidentis, Cuman. in leg. Aristo, §. i. ff. de donat. leg. si domus, §. si de euictione, vbi Christoph. Castilio. Angel. de Perigl. & Petr. Belfat. ff. de leg. i. num. 16. Ial. nu. 12. Cabal. in tract. euiction. §. 5. numer. 18. & idem est, ¶ quando emptor non denunciauit litem, quia & si presumatur ob suam culpam succubuisse, leg. emptor, Cod. de euiction. tamen si probet iustitiam euidentis, obtinebit, Alex. in leg. non solum, §. morte, nu. 26. ff. de oper. nou. nunciat. Cornel. Claud. Aque. Afflic. Felyn. Rimini. Rub. Socin. Iun. Natta, Cap. Aufeer. Didac. & Rebuff. quos omnes citat Cabalin. dict. 17. col. §. 3. nu. 73. & seq. Quandoquidem respondetur, quod & si agi possit de euictione, tamen adhuc non tollitur præiudicium, quod emptori fuit illatum per confessionem factam positionibus. In primis enim incertum est, quid possit ab emptore probari, ¶ & litem euentus est dubius, leg. quod debetur, ff. de pecul. Contar. dict. leg. vnica in rubrica nu. 18. ¶ Et quando euentus est dubius, tunc non debet suspendi executio rei, leg. aliquando, §. final. ff. ad Velleian. Crauet. conf. 900. nu. 22. Præterea efficitur emptoris conditio deterior, qui non confitendo, si succumbat, agit directè contra venditorem, & ex sola sententia obtinet, confitendo autem grauatur onere probandi, quod venditori nulla competeret defensio aduersus euidentem, atque ita de reo fit actor, & onus assumit, quod spectabat ad venditorem, & non est modicum præiudicium, quando quis grauatur onere probandi, sicuti magnum est commodum, cum onus probandi in alium transfertur. ¶ Qua ratione multi dicunt, possessionis magnum esse commodum, Bald. in leg. fin. quest. 6. C. de euict. Diu. Adrian. toll. alius citat Ri. in cap. sapè, nu. 2. de restitu. spoliat. Bereng. in leg. naturaliter, §. nihil commune in 2. cap. conclusi. numer. 3. ff. de acquir. possess. Affl. & de comen. inter Domin. & Vassal. nu. 24. ¶ Et ad loco prædicto in rationibus decidendi, num. 32. Et non est iustum, quod emptor cogatur exponere se multis expensis, quæ certæ sunt, si voluerit probari; & vltimus periculo etiam succumbendi, si non probabit iustitiam euidentis, atque ita certam victoriam sub dubio euentu reponere; & satis imprudenter rem certam cum incerta commutare, ¶ vltra quod melius semper est, causam intactam seruare, quam post vulnus remedium quaerere, leg. fin. C. ex quib. caus. in integ. restitu. leg. i. C. quando liceat vnicuique sine iud. se vendit. Et quævis Bart. in §. si me absente, dicat, quod dominium euidentis probare non poterit, non tamen illa est saxe decisionis ratio. Nam dominium, licet sit difficile, non tamen est impossibilis probationis, dict. leg. cum res, vbi Doctor. & ponunt Doctores, quos supra citauit. ¶ Quando sapè est etiam facilis probationis, vt post Bart. & alios probat Contar. dict. leg. vnica in 1. opposit. nu. 4. & multis sequentibus. Præterea, si intelligamus verba Bart. secundum cotticem, vtiq; male esset locutus, ¶ quia supponit, quod dominium non possit probari, quod nihil aliud est, quam mera diuinatio. Rursus ratio Bartol. non esset bona, quia amplecteretur solum casum, quando dominium probari non posset, cum tamen debeat esse generalis, & omnes casus includere, glos. magna circa medium in leg. non omnia, ff. de legib. & supra Bart. generalem expressit rationem, & concludentem per necesse, propter præiudicium, quod respondententi infertur, est enim positio captiosa. ¶ Et illa dicitur proptiè ratio, qua posita, ponitur dictum, & qua remota, dictum quoque ex necessitate remo-

uetar, glos. in leg. si cum exceptione, §. post annum, in verbis habet, in fin. ff. de eo, quod met. caus. pro dnu. in consil. 100. nu. 16. Quare non est attendenda illa ratio incerta. Voluit enim dicere Bart. quod forte non poterit probari dominium; ideo ob id, quod ab incerto futuro euentu pendet, non debet compelli emptor ius solum præsens, & certum remittere.

## Surd. Decif. § 8.

## S V M M A R I U M.

- 1 Iuramentum in litem datur contra eum, qui respondendo positionibus, conuincitur de mendacio.
- 2 Positio in parte falsa respectu qualitatis potest in totum negari, secus si respectu quantitatis.
- 3 Positio in parte falsa potest in totum negari.
- 4 Peritrium, vt enietur, semper est interpretatis capienda.
- 5 Opinio illa est tenenda, qua distinguendo concordat contrariis sententiis.
- 6 Causa qualibet iusta excusat à peritrio.
- 7 Incertitudo excusat à peritrio.
- 8 Doctoris auctoritas facit rem dubiam.
- 9 Opinio communis excusat ab expensis.
- 10 Positio in continenti certam quantitatem, cum clausula, quod si non cedat de tanta quantitate, dicat de quantitate, respondens non efficitur peritrius, si neget totum, quando positio erat vera tantum pro parte, nisi sit adiectum, descendendo vsque ad minimum.
- 11 Ponens tenetur prius affirmare, quod ponit, quam aduersarius cogatur respondere.
- 12 Iuramentum facit actum indiuiduum.
- 13 Negans totum non videtur negare partem.
- 14 Verbum, credo, est veritatis expressiuum in responsione positionum.
- 15 Positionibus respondentem per verbum, credo, si falsum dicat, peritrius efficitur.

## DECISIO LXIV.

Iuramentum in litem sibi deferri instabat D. Iulius Grignanus ad probandum quantitatem fructuum ex suis prædiis perceptorum à D. Curtio Campo, eo quod negando in totum positiones pro parte veras, dicatur conuictus de mendacio, secundum Doctrinam Anchar. in consil. 316. Socin. conf. 213. num. 5. versic. conuincitur etiam, & nu. 11. in vers. quarto quia, vol. 2. vbi dicit, ¶ quod respondens positionibus, si conuincatur de mendacio, hanc patitur pœnam, quod contra eum iuratur in litem, Ial. in leg. nec quicquam, §. vbi decretum numer. 17. ff. de offic. procons. Plot. qui alios citat in leg. si quando, §. 37. numer. 2. & 3. Grauat. ad Vellei. in prax. lib. 5. cap. 14. numer. 25. Cuius in tract. de Mentient. circa possess. numer. 103. Et dicebat non esse excusatione dignum, quamvis positiones essent pro parte falsæ, quia nihilominus non licuit integra negare, sed debebat pro parte vera fieri, Bart. in leg. i. §. si stipulanti, num. 2. ff. de verbor. obligat. vbi quamvis positio falsa in parte, respectu qualitatis, pura conditionis, vel dici adiecti, possit in totum negari, tamen quando est in parte falsa respectu quantitatis, non potest in totum negari, quia secundum eum, sicut interrogatio de toto intelligitur etiam de parte, ita responsio de toto intelligitur etiam de parte, propterea perinde est, ac si partem quoque veram negasset. Item qui, cum sit creditor partis tantum, petendo totum, constituit debitorem in mora pro parte, & Bartol. sequuntur ibi multi allegati ab Azet. & Alexand. qui dicunt

communem, sicut & *l. i. nu. 10.* Alciat. qui dicit magis communem *num. 37.* Hercul. Socin. & alij ibi, & hanc patrem probant Ioan. And. Butr. Bald. Imol. Rom. Alex. Ang. Aret. Francisc. Arctin. Maria. Abb. Capel. Tholof. Ias. Bertrand. Lofred. & Cagnol. quos citat Gabr. *commun. opin. lib. 2. tit. de expens. conclus. 2. num. 1.* vbi dicit, esse magis communem, & propter eos Cyn. Rayn. Host. Franc. & Felyn. quos refert, & sequitur add. ad Dec. in *leg. non potest videri, ff. de reg. iur.* Galiaul. *dict. §. si stipulanti, n. 19.* vbi quod hanc esse tenendo, vt imponatur finis litibus, & facilius habeatur veritas, *Cod. dict. leg. non potest videri improbus, num. 5.* quia secundum eum tenenda est opinio, quae securior est pro anima, Neutz. in *consil. 94. num. 12.* Myfing. *cent. 2. obseruat. 55.* vbi dicit seruari in Camera Imperiali Masper. *ad practice, Pap. in forma positio actoris, in verbo ponens, ac diuidem, & in forma excipiendi contra positiones, versic. vltima positioni,* respondet Andr. Gayl. *pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 82. nu. 16. & seqq.*

Quae sententia videtur multo magis obtinere, stante clausula adiecta à ponente, quod si non credit de tanta quantitate, dicat de quanta, tunc enim nulla executione defenditur reus, qui negauit, vt animaduertunt Castr. & *l. i. in dict. §. si stipulanti,* & ponit Gayl. *loco practico post Angel.*

3 Pro Domino Campo considerabatur, † quod multi tenent, positionem in parte falsam posse imponere negati, quorum auctor est Specul. in *tit. de position. §. 7. vers. 11. considerandum est, glof. in cap. presentium, vers. sigillatim, de test. in 6. & in cap. 1. in vers. rationibus, de confess. in 6.* Bart. in *leg. qui solidum, ff. de leg. 2. Bald. in leg. 2. §. quod obseruari, colum. 5. C. de iuram. calum. 3. cob. Buttig. Castrenf. Angel. Aret. Salyc. Alexand. Aret. Gemiu. Lanfranc. Alber. Praet. Papien. Dec. Crot. Alciat. & Petrus, quos omnes cumulat Gabr. *dict. conclus. 2. in princip. & hanc communem dicit Angel. in §. si quis agens colum. 8. insl. de action. Nicol. in concord. 320. incipit negari.* Hanc etiam dicit veriore Dec. in *dict. leg. non potest videri improbus,* vbi respondet ad argumenta contraria, & vult, quod ponens interroget super toto, & super parte, & iubeat, quod illa pars sit quid diuersum à toto, per doctrinam Bart. in *leg. siro debemus in fin. ff. de verb. obligat. & dicit Galiaul. in dict. §. si stipulanti, num. 19.* quod in puncto iuris ita potest teneri, & dicit Abb. in *cap. 1. numer. 15. de plus petit, quod Aduocari communiter in practica.* Sequuntur hanc partem contra Bart. & eam dicit veriozem Alciat. in *dict. §. si stipulanti, nu. 37.* vbi tollit contraria fundamenta. Hanc etiam communem dicit Grauat. ad *Veft. lib. 2. cap. 14. nu. 24.* sequitur Suarez *recept. sentent. in verb. periury, num. 102.* Maiuet. *ad pract. Papien. in loco predicto,* vbi ait, consultum vidit à plurius Aduocatis, Coraf. *dict. §. si stipulanti, num. 25.**

4 Quae sententia videtur verissima, quando agitur de interpretanda responsione iam data, quidquid sit, quando tractamus de danda, vt per Cagnol. in *dict. leg. non potest videri improbus, num. 5.* Et ratio differentiae est, quia ante datum responsum eligere semper debemus illam opinionem, quae tutior est pro anima, & si per eam inducatur delictum. *cap. consilium, de obseruat. ieiun. glof. in cap. 1. de sentent. Alciat. in tract. de presump. regul. 3. presump. 1. nu. 13.* post verò responsum datum fieri debet interpretatio, † per quam non censetur inductum periurium, sed euitetur, Barb. in *consil. 12. num. 9. vol. 2.* vbi dicit, interpretationem capiendam esse, per quam excusetur quis à periurio, est text. in *cap. positio vestra, de iur. iur. Ber. consil. 149. num. 12. lib. 1.* probat Decian. in *tract. crimin. lib. 6. nu. de periury. excusat. cap.*

11. num. 52. Et in terminis quod ad effectum, vt excusetur quis à periurio licet potuerit negare totam positionem, quae pro parte erat falsa, voluit post Perulm. quem citat Socin. in *dict. §. si stipulanti, circa finem vers. Modern. Perus. hic.* Et hanc concordiam dicit ita equam Buttig. in *dict. §. si stipulanti num. 15.* vbi a r, quod tendit ad conciliandam varietatem opinionum. Galiaul. *num. 18. & 19.* quia omnis interpretatio secundum eum fieri debet ad tollendam falsitatem, & periurium, Ideo dicendum est, quod negauerit positionem habito respectu ad totam quantitatem, non ad partem, Idem repetit Alciat. *num. 37.* Coraf. *dict. numer. 25.* † Tenenda autem est opinio, quae concordat distinguendo contrarias sententias, quia distinguens proximus est veritati, vt post Senecam, & Salyc. dicit Ber. *consil. 100. num. 3. lib. 1.* Socin. *consil. 66. num. 28. lib. 1.* Rip. in *leg. ita stipulatus, nu. 6. ff. de verb. obligat. Olasc. decis. Pedan. 152. num. 1.* Neutz. in *Sylua nupt. lib. 5. num. 32.* Cephal. *consil. 16. num. 35. cum similibus.*

Quod multo magis sibi locum vendicat in casu nostro, in quo non potest dici, quod D. Curtius negauerit totum debitum, vel dixerit, nihil se debere, sed non in positione contineretur, eam percepisse tot fructus, respondit, non credere, Quae responsio relata ad interrogationem, significat, eum tot non percepisse fructus, quot contineret in positione, & non infecti periurium, etiam si vno tantum sextario minus percepisset: ita distinguendo resoluit Buttig. in *dict. §. si stipulanti, n. 15. versic. vnum tamen aduerte,* vbi dicit, neminem ad hoc respexisse, cum ea tamen maxima sit differentia inter negationem, & praedictam responsionem secundum eum.

6 Accedat, quod omni casu tot, tantotumque auctoritas Doctorum, omnino deberet ipsum excusare à periurio, à quo vt inducatur excusatio, sufficit, quaelibet iusta causa, *l. i. in leg. qui iurasse, ff. de iur. iur. & in leg. videamus in princ. mon. 5. ff. de in litem iur. Afflic. in cap. 1. §. fin. nu. 23. de consuet. recti feud.* alios citat Decian. in *dict. tract. cap. u. num. 15.* † sed dubietas, & incertitudo principaliter à periurio excusant, *l. i. in leg. duobus, §. fin. numer. 15. ff. de iur. iur.* Decian. *loco praediegato, numer. 27.* † & Doctoris auctoritas facit rem dubiam, Bart. in *leg. qui Roma, §. duo fratres, numer. 9. de verbor. oblig.* Butr. in *consil. 74. numer. 23.* multoque magis res efficitur dubia, quando multi sunt hinc inde Doctores attestantes de communi, vt post Angel. Abb. Alexand. Rimin. & alios, dicit Neutz. in *Sylua nupt. lib. 5. num. 74.* † Communis enim opinio excusat ab expensis, Socin. in *tract. fallent. reg. 139. in fin. Marfil. in leg. patre, vel marito, numer. 35. ff. de quest. Mainex. in leg. totum, num. 36. ff. de regul. iur.* Imò solius Doctoris auctoritas excusare solet, vt post multos ponit Alin. in *sua praxi §. 32. limitat. 2. princ. in princ. & ponunt omnes Doctores in dict. §. si stipulanti,* in articulo, an creditori in parte constituat in mora debitorem petendo plus debito.

Cum ergo appareat tot extare Doctores, quos sufficit ad faciendum communem opinionem, & praecipue glof. iuris canonici, cuius est iuramentum causas tractate, & hic tractemus de interpretanda responsione iam data, & de euitando periurium, imò & de poena, an scilicet detur iuramentum in litem, tanquam contra periurium, & in hoc standum sit arbitrio Iudicis, vt bene docet Coraf. in *dict. §. si stipulanti, in fin.* videtur mihi, & veriozem, & equiozem esse sententiam, quod periurus non dicatur.

Quod autem dictum est, additum esse positionibus, quod si non credit de tanto, dicat de quanto, non videtur

- 10 videretur releuare, † quia non sufficit, sic adiectum esse, nisi etiam fuerit expectatum, quod si non credit de tanto, dicat de quanto, descendendo vsque ad minimum, ita Cuman. in dict. §. si stipulanti, sequitur Ias. num. 10. in fin. Galiaul. num. 19. Alciat. numer. 40. Felyn. in cap. si concupiscentiam, in fin. de constitut. Cagnol. in dict. leg. non potest videri improbus, numer. 5. ff. de reg. iur. Masuet. ad Pap. in dict. verbo ponens, ac diuidens. † Et ratio est, quia ponens tenetur prius, quod ponit affirmare, antequam aduersarius cogatur respondere, cap. presentium, de test. in 6. glos. magnam in fin. in leg. vnica, Cod. de confess. Bald. in cap. pertractandū, de iuram. calum. Ias. in leg. Indies, num. 2. Cod. de iud. Pap. in forma positio, versic. per verbum credere, num. 2. vbi disputat, an possit duci positio per verbum, credo Grauat. ad Velt. dict. cap. 14. nu. 16. Marant. de ordin. iud. in 6. parte princ. in quinto actu numer. 13. Et quamvis Bart. in dict. §. si stipulanti, numer. 2. dicat, quod interrogatio de toto intelligitur etiam de qualibet parte, tamen contrarium tenet Aret. ibi colum. pen. vers. sed primum dictum, Ias. numer. 10. Alciat. numer. 38. Buttig. num. 15. & dictum Bart. procedit in interrogazione, quemadmodum ipse loquitur, sed aliud est in positione, cui non est respondendum, nisi ponens, & ipse affirmet, vt dictum est; & inter positiones, & interrogaciones maxima est differentia, Grauat. dict. num. 19. Marant. dict. actu 5. & Doctores ponunt alibi
- 11 1. xpe. † Rursus iuramentum facit actum indiuiduum, Bald. in cap. 1. §. cum autem, de controuers. inuestit. idem ponens de centum cum iuramento, tenetur ponere complexiue, & consequenter. Ratio Bart. hoc casu non subsistit, vt bene considerat Galiaul. dict. §. si stipulanti, nu. 18. & Alciat. num. 38. † Adde quod ponens totum, videatur ponere quamlibet partem, quia hæc est natura affirmatiue, tamen negans totum, non videtur negare partem, Buttig. loco predicto nu. 15. Alciat. num. 39.

- Omitto eorum responsonem, qui dicebant, per iurium obici non posse, quando responso est per verbum, credo. Bald. in consil. 299. numer. 65. circa finem, Feder. Senens. consil. 23. col. fin. consil. 255. in princip. Barb. in consil. 29. num. 9. in 1. volum. Dec. in cap. proposuisti, colum. fin.
- 14 de probat. † quoniam in respondente positionibus verbum, credo, est veritatis expressiuum, Spec. in tit. de posit. §. 6. vers. hoc tamen, Bald. in leg. 1. in fi. C. de fals. caus. adiment. leg. Corn. consil. 186. colum. 1. vol. 3. Marant. dict. actu 5. numer. 14. Grauat. dict. cap. 14. num. 15. & idem committitur per iurium, Felyn. cap. 1. numer. 15. de litia contest. Anchoran. Card. Imol. & Abb. quos citat, & sequitur Decian. dict. tract. crimin. lib. 6. cap. 11. de excusat. per iur. numer. 26.

## Surd. Decis. 196.

## S Y M M A R I V M.

- 1 Publicatiū attestacionibus non possunt recipi testes super eadem, vel contraria materia propter timorem subornationis.
- 2 Iurare se nemo potest ex eo, quod semel impugnavit.
- 3 Positione negata non potest negans super ea se fundare.
- 4 Positioni si quis respondere recusauerit, non potest super ea constituere fundamentum.
- 5 Confessio impugnata impugnantis prodesse non potest.
- 6 Turpitudinem propriam allegans non audiuit.
- 7 Confessio contra quam fuit iudicatum consentienti non nocet.
- 8 Iuramentum iuste recusat, qui iurando dubitat incidere in per iurium.

- 9 Positioni captiosa qui non tenetur respondere.
- 10 Positio tua, si est contraria mea, & ambo iurauimus de calumniis, neuter nostrum tenetur respondere propter contrarietatem.
- 11 Positioni non tenetur quia respondere, quando respondendo posset incidere in contrarietatem.
- 12 Anima cunctis rebus est preferenda.

## DECISIO LXV.

- Positiones Erceritæ Milanæ continebant transactionem fuisse factam, sed postquam Franciscus Salatus eas negauit, deduxit in aliis positionibus, non potuisse inter partes continere super quadam proposita transactione: recusabat autem Milana respondere, quia aduersariæ positiones essent contrariæ suis, super quibus ipsa iurauerat. Et respondendum videbatur, † quia & si attestacionibus publicatis, non recipiantur testes super eadem, vel contraria materia, capit. fraternitatis, de testib. tamen illud est propter timorem subornationis, qui non cadit in positionibus. Et quamvis Milana iurauerit super suis positionibus, ac idem posset suspicari de per iurio, si aduersarius fateatur, tamen Salatus, qui eas positiones negauit, non posset Milanæ obicere per iurium,
- 2 † quia nemo potest se iurare ex eo, quod semel impugnavit cap. cum olim, vbi Abb. in 6. notab. de censib. cap. ex eo, de regul. iur. in 6. leg. Papinianus, §. meminisse, ff. de inoff. testamento, leg. questum, ff. de acquir. hered. leg. 1. Cod. de furt.
  - 3 † Et fundare quis non potest intentionem suam super positione, quam negauit, Specul. in tit. de posit. §. 8. colum. 1. Bart. in leg. post legatum, colum. 1. ff. de hu. quibus vi indy. Ioan. And. in cap. 1. colum. 1. in fin. de confess. in 6. vbi Ioan. Mont. Gemin. & alij. Guid. Pap. quasi 112. Socin. consil. 203. col. 1. volum. 2. multos alios citat Gabr. commun.
  - 4 opia lib. 6. tit. de reg. iur. conclus. 1. nu. 2. † & idem est, quando recusasset quis positioni respondere, quia super illa ekinde non posset constituere fundamentum, Bald. & Alex. in leg. 3. circa fin. Cod. de repud. hered. Alex. Socin. & Claud. in leg. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acq. possess. Gabr. dict. conclus. 1. nu. 11. † & idem est in confessione, quæ si fuisset impugnata, nullo casu impugnantis prodesse posset, Ruin. consil. 110. nu. 9. vers. & similiter etiam vol. 3. Non ergo posset Salatus obicere Milanæ per iurium, sub prætextu, quod contrarium iurasset ponendo, & consequenter Milana non debet ob metum per iurij, quod nemo allegare potest, reddere se difficilem in respondendo positionibus etiam contrariis: si enim Salatus vellet vsi illis positionibus, & dicere Milanam per iuriam, † allegaret turpitudinem propriam, & proprium per iurium, contra leg. cum profitearis, C. de reuoc. donat. leg. si creditoribus, C. de seruit. pignor. du. manum. Tit. de retract. consang. §. 1. glos. 18. num. 20. † & sicuti propterea confessio, contra quam fuit iudicatum, consentienti nocet, Glos. in Authen. item poss. Cod. qui potior. in pignor. hab. Inno. in cap. mulier, de iur. iur. Bart. in leg. Papinianus, §. sed nec impuberi, nu. 2. ff. de inoff. testamento, dix. in consil. 135. numer. 119. ita nec ea, cui aduersarius proprio iudicio se opposuit, quandoquidem confessio non minus operatur, quam sententia.
  - 8 Contraria verò pars verior videbatur, † quia iuste recusat iuramentum subire is, qui iudicatur, ne iurando incurrat in per iurium, Bart. in leg. iustitiam audum quod ex conventionione, §. procurator, numer. 4. ff. de iur. iur. vbi dicit, quod non cogitur iurare, aut reticere, qui dubitat, ne iurando detegatur in per iurium. Idem Bart. in leg. manifesta, numer. 5. ff. cod. tit. vbi Ias. allegat Bald.

Angel. Fulgos. Castr. & alios, atque ira concludit *decif. Pedam. 11. per totam*, ubi reprehendit Crauet. contrarium tenentem. Cum vero iam Milana cum iuramento posuerit, concordiam esse factam, non potest nunc sine manifesto peritio contrarium iurare.

Secundò videtur de hoc expressa decisio Specul. *in tit. de positio. §. 7. nu. 20.* † ubi dicit, non esse respondendum positioni captioſæ, idest cui respondendo, vel contrarius esset primæ responsioni, vel sibi præiudicaret, ut in facto nostro contingit, quia si negat transactionem, incurrit peritium, ex quo primo dixit, eam fuisse factam, & si eam fatetur, sibi omnino præiudicat. Idem tenuit Specul. *in eod. §. in principio*, ubi dicit, non esse respondendum positioni, quæ sit contraria iam factæ, siue negatæ, siue confessatæ, quia si negat, quod prius ponendo, vel respondendo confessus est, cadit in peritium.

Tertio idem voluit Bald. *in leg. fin. §. quod observari, num. 15. C. de iuram. calum.* ubi dicit, † quod tua positio est contraria meæ, & ambo iurauimus de calumnia, neuter nostrum tenetur respondere propter contrarietatem, & quia ponendo contrarium videtur uterque sine interrogacione respondisse.

Quartò hoc etiam voluit Ioseph. Monac. *in cap. 1. de confessu in 6.* ubi ait, quod si actor vnum ponit, & reus ponit contrarium, tunc neuter tenetur respondere, quia quilibet credit, quod ponit, & contrarium non credit, idè iam videtur respondisse, refert, & sequitur Bald. *in leg. vnica, num. 40. vers. pone ego seu positio- nem, C. de confess.*

Quintò illud tenuit Angel. *in leg. in speciali, ff. de rei vindicat.* ubi ait, non esse respondendum positioni continenti contrarium eius, quod positum est per interrogatum propter contrarietatem.

Sextò idem placuit Franc. *in cap. 2. col. antep. vers. ex his sequitur, de confessu in 6.* ubi post Ioan. Mont. & Bald. dicit, quod ratione contrarietatis non cogitur quis respondere positionibus, quando ponens esset sibi contrarius si responderet, vel quando positiones actoris, & rei essent inuicem contrariæ.

Septimò facit generalis decisio glos. Bartol. & aliorum *in leg. fin. §. quod observari*, ubi Curt. Sen. n. 44. *volunt enim*, † quod ubicumque respondendo posset incidere in contrarietatem, tunc non teneatur respondere. Et quamvis ponens non possit in foro fori argui de falso, quando aduersarius impugnavit positionem, atque eam negavit, tamen in foro poli quoad Deum efficitur peritius, idè ab eo peritio sibi cauere debet, & pro eo curando potest, & debet abstinere à respondendo, † quia anima cunctis rebus est præferenda, *l. sanimus, C. de sacros. Eccl. cap. cum infirmus, de penitent. & remiss.* cum concordantibus ibi à glos. aduocatis; atque idè, licet prædicti Doctores non loquantur, quando iam positiones fuissent negatæ, tamen eadem decisio est seruanda, productis positionibus; quia eo quoque casu idem ius militat, & eadem ratio contrarietatis, & peritij. Et hæc opinio hoc etiam modo ampliata placuit Senatui. Sed quia duplex datur limitatio per Bald. *in d. leg. vnica, nu. 41.* & Franc. *d. colam. antepenult. vers. ex his sequitur.* Prima, ut non procedat, quando peruerso ordine iudicij, reus posuisset antequam actor super actione, vel actor ante reum super exceptione, quo casu ordinis iudicialis perturbatio ponentem non excusat ab onere respondendi. Secunda vero, quando positiones non sunt ita contrariæ, quin aliqua distinctione iuari, & concordari possint, quia tunc est omnino respondendum: quæsitum fuit, si essemus in altero di-

etorum casuum, quid iuris. Et quo ad primum fuit conclusum, quod non, quia Milana conuenta non facit positionem de eo, quod concernit actionem, sed de sua exceptione, idest de compensatione, & transactione, limitatio autem loquitur, quando positio fit de eo, quod non pertinet principaliter ad ponentem, sed ad aduersarium, ut quando reus de actione, vel actor de exceptione. Quod vero ad secundum attinet, dictum fuit, excepta vltima, & penultima, alias non esse contrarias, idè censuit illis esse respondendum.

## Surd Decif. 291.

## S V M M A R I V M.

- 13 *Ut supra, dictio est præcedentium relativa, & casti omnibus qualitatibus num. 18.*
- 14 *Responsio interpretari debet, ut conueniat interrogationi.*
- 15 *Rescriptum intelligi debet secundum supplicationem.*
- 16 *Positionibus respondens si dicat se confiteri, provt habetur in instrumento, positio habetur pro negata, si in instrumenti aliter continetur.*
- 17 *Confessio quando est relativa ad aliud, de quo apparet, tunc attenditur relatum, etiam in iis, de quibus referens potest disponere.*
- 18 *Relatum est in referente cum omnibus qualitatibus.*
- 19 *Taxativa excludit omnes casus, præter exceptos, & continet negationem quo ad alios.*
- 20 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*
- 21 *Permissum in vno tempore, censetur alio prohibitum.*
- 22 *Positionibus in parte respondens, videtur negata positio in alio.*
- 23 *Responsio ita debet intelligi, ne respondens incidat in contrarietatem.*
- 24 *Responsio, seu confessio interpretari debet in fauorem respondentis, seu consentientis, præsertim si sit certa ex relatione ad aliud.*
- 25 *Confessio dubia non nocet consentienti.*
- 26 *Responsio dubia habetur, ac si facta non esset.*
- 27 *Responsio dubia declarari potest à respondente.*
- 28 *Confessio non verisimili non nocet.*
- 29 *Responsio non semper intelligitur secundum interrogationem, nam sæpe illam restringit.*
- 30 *Responsio sæpe attendenda est, non interrogatio.*
- 31 *Relatio debet fieri ad omnia præcedentia.*
- 32 *Relatio fit ad id, quod est principale, non ad id, quod est accessorium.*

## DECISIO LXVI.

**V** Num videbatur Dominos admodum mouere, quod cum in positionibus sequentibus contineretur D. Annibalem accepisse Curiam cum eo pacto, & pretio, & factum fuisse instrumentum pro executione dictæ conuentionis, responsum fuit à prædictis emptoribus, se credere, provt in instrumento, ad quod se remittunt, & provt supra: ex qua response videtur inferri, quod Curiam acceptauerint cum eo pacto respecta damnorum, ad quorum restitutionem D. Fabius tenebatur, † dictio enim, ut supra, est præcedentium relativa, Bart. *in l. 1. §. hoc edicto in fin. ff. de postul. Alex. cons. 59. circa fin. volum. 3. Dec. cons. 227. nu. 3. Abb. cons. 57. nu. 9. Ceph. cons. 311. n. 37. Olasc. decif. Ped. 164. nu. 13. Menoch. cons. 73. nu. 24.* supra autem admiserunt oblationem, ergo idem videntur nunc admittere, & si aliter velimus intelligere, non subisteret sensus responsionis, nam dicunt credere, quod

quod si voluissent negare, dixissent, non credere. Præterea si interrogantur de acceptatione contractus, ad quid respondeat de his, que dicta facere non in conclusione, sed in tractatu? ipsa tamen enim responsio interpretari debet secundum interrogationem, & ut illi conveniat, *§. præterea, Instit. de inutil. stipul. & l. si defensor. §. qui interrogatus, ff. de interrog. act.* Sic testis dictum intelligitur secundum capitulum, *Dec. in l. quærens in fin. ff. de reg. iur. Bald. l. celsus nu. 117. ff. de vsucap. Cagn. l. 2. num. 242. C. de rescind. vendit. † & rescriptum secundum supplicationem intelligi debet, Bald. in l. eam quam col. 1. C. de fideicom. Alex. conf. 75. mon. 12. volum. 5. dixi in conf. 49. num. 24. non potest autem aliter convenire, nisi intelligatur, quod contractum acceptaverit quidem cum qualitatibus contentis in oblatione, sed respectu dictorum damnorum tantum, de quibus supra dixerunt, & non aliter: atque ita admisisse videntur, quod in conclusione contractus fuerit id ipsum repetitum, quod in primo tractatu fuerat dictum.*

Sed hoc quoque videbatur mihi nihil emptoribus nocere, nam & si positio contineat, quod acceptaverint Curiam cum eo pacto, & pretio, tamen responsio dicit, quod credunt, prout in instrumento, at in instrumento nullum adest verbum de eo pacto, ergo perinde est, ac si, quoad pactum illud negassent, ut probat *Bald. in leg. 2. num. 4. C. de error. adnot. vbi ait,* 6 † quod respondendo positionibus, si quis dicat, se confiteri, prout in instrumento, habetur positio pro negata, si in instrumento aliter contineatur. *Roman. in consil. 29. 4. nu. 2. vbi fortius vult, quod si instrumentum aliquid contineat, sed sit nullum ob defectum solemnitatis, adhuc confessio nihil magis præiudicet, quam instrumentum. Dec. in consil. 118. num. 6. & in consil. 463. num. 74. Gramat. decis. 59. num. 8. ratio est, quia* 7 † quando confessio est relativa ad aliud, de quo apparet, tunc attenditur relatium, etiam in his, de quibus referens potest disponere, *Castrensi. in consil. 17. in fin. vol. 2. Alex. conf. 9. num. 12. volum. 5. Dec. in consil. 63. nu. 6. Fely. in capit. quoniam Abbas volum. fin. versic. 2. linuta de offic. deleg. Dec. in leg. edita num. 86. C. de edend. Socin. Jun. conf. 75. num. 25. volum. 3. Menoch. in consil. 1. num. 95. vbi addit Rom. Gram. Neviz. & Natt. Ceph. consil. 44. num. 14. & prædictam decisionem, Bald. loquentis de respondente positionibus, sequitur Dec. in d. leg. edita num. 86. Gozad. consil. 57. num. 16. Paris. consil. 7. num. 4. volum. 3. comprobatur Marfil. in leg. qui ignorans num. 4. ff. de leg. Cornel. de fals. Gail. lib. 1. practi. observat. observat. 82. num. 24. & idem perinde est, ac si dixissent, nego Curiam acceptasse cum eo pacto, sed dico pactum, seu obligationem factam fuisse in primo tractatu, ut supra dixi: locuti enim sunt copulatiue, videlicet, credunt, prout in instrumento, & prout supra, & utraque pars copulatiue consideranda est, non vna tantum.*

Hic autem intellectus comprobatur ex pluribus; & primo, quia cum dictio, ut supra, sit relativa, quæ admodum probavi, debet referre omnes qualitates: 8 † hæc enim est relationis natura, ut relatium sit in referente cum omnibus suis qualitatibus, *Bart. in leg. 1. ff. de recipiat. & alibi sæpè, Dec. in capit. quoniam contra num. 48. de probat. Tiraq. de legib. connub. glos. 7. num. 182. Gozad. conf. 3. num. 2. Ber. conf. 121. num. 2. volum. 1. Neviz. conf. 40. num. 3. C. de conf. 45. num. 4. Natt. conf. 204. num. 12. Ceph. conf. 256. num. 42. O. at. decis. Pedem. 178. num. 5. Menoch. conf. 1. num. 83. supra autem dixerunt oblationem factam fuisse in primo tractatu, ergo hæc qualitas temporis censeri debet repetita in clausula re-*

ferente, & in terminis, quod dictio, ut supra, referat omnes qualitates, ponit post alios per eum relatæ *Beretta conf. 118. num. 37.*

Secundo quia supra negatum oblationem esse factam tempore quo tractabatur venditio, seu emptio nomine proprio, & personæ nominandæ, quia interrogati, an facta fuerit, quando agbatur nomine proprio, & personæ nominandæ dixerunt, factam fuisse tantum, quando tractabatur nomine personæ nominandæ, † taxatiuè enim excludit omnes casus præter expressos, *l. qui in alieno, §. liberos, ff. de neg. gest. Castrensi. conf. 336. num. 2. vol. 1. Rom. conf. 456. num. 1. Capr. conf. 121. num. 3. vbi quod taxatiuè continet negationem quoad alios casus, Socin. consil. 198. num. 1. volum. 2. consil. 5. num. 5. in quarto, & alibi sæpè Dec. conf. 328. nu. 5. vbi post Socin. in loco præcitato loquitur de dictione tantum, Rom. conf. 133. num. 6. volum. 1. Rip. cap. cum Ecclesia num. 10. de caus. poss. & propriet. Soc. Jun. conf. 4. nu. 3. volum. 2. Mazol. conf. 144. num. 74. volum. 3. inter consil. Socin. Jun. Paris. conf. 85. num. 1. vol. 2. Ber. conf. 187. num. 39. vol. 1. Tiraq. de retract. consang. §. 1. glos. 8. num. 2. Crau. conf. 155. num. 1. Natt. conf. 78. num. 3. Ceph. conf. 37. num. 31. O. at. decis. Pedem. 167. num. 14. Præterea interrogari de vno tempore respondendo de alio, videntur de illo*

19 negare, de quo sunt interrogati, † quia inclusio vnius est alterius exclusio, *capit. nunc. de presumption. leg. cum Prætor. ff. de iudic. leg. maritus. C. de procurat. leg. quam-*

20 *uis, C. de pignor. sic dicimus, † quod permittum in vno tempore, censetur in alio prohibicum, l. statum lib. berum, §. sicutum, ff. de leg. 2. leg. Imperator. ff. de postul. Tiraq. de retract. consanguin. §. 1. glos. 9. num. 36. Et in positioni-*

21 *bus, † quod respondendo in parte tantum, negari videatur positio in aliis, voluit Bald. in l. & si sine, §. & quod Papinianus, ff. de minor. Al. x. in l. que dicit col. vit. ff. solut. matr. Ruip. conf. 115. n. 2. vol. 5. Cum itaque supra negauerint, oblationem factam fuisse in secundo tractatu, non est credendum, quod voluerint nunc confiteri, quod paulo supra negauerant, ut evitetur cor-*

22 *rectio, l. non ad ea in princ. ff. de cond. & demonstr. † & responsio intelligi ita debet, ne respondentis incidat in contrarietatem. arg. cap. inter dilectos, §. ceterum de fid. instrum. Bald. in l. cum falsa, C. de iur. & fact. ignor. Bald. Castrensi. & Alex. in l. 2. ff. ne quis eius, qui in ius, Ruin. alios citans conf. 10. num. 4. vol. 3. & in terminis in eo, qui respondet positionibus ponit Dec. consil. 118. volum. fin. Paris. conf. 7. nu. 7. in 3. Ruin. conf. 30. nu. 2. volum. 1. cui a-*

23 *bitur autem contrarietas, si responsio intelligatur secundum præcedentia.*

24 Tertio, quia † confessio, & responsio interpretari debet in fauorem confidentis, seu respondentis, *Butt. in cap. ex litteris el. 1. in fin. de sponsal. quem loquendo in responsione data positionibus, sequitur Dec. dict. conf. 118. num. 5. in fin. & num. 6. Paris. conf. 7. 2. nu. 15. val. 3. & in conf. 99. num. 8. & 10. eod. vol. vbi dicit, id maxime procedere, quando responsio certa est ex relatione ad aliud, sed ante eum Alex. conf. 383. num. 4. vers. quoniam absque alia vol. 5. vbi quod interpretari debet responsio, prout est respondentis fauorabilior, Alciat. in tract. presumpt. regul. 1. presumpt. 12. in fine; alios multos citat Menoch. conf. 112. nu. 21. vbi num. 33. reprobat Rip. contrarium tenentem, & idem voluit Rom. conf. 455. num. 4. licet de Butt. mentionem non faciat, & cum sequitur Menoch. in consil. 221. num. 4. in fauorem autem ipsorum confidentium interpretari non potest, nisi intelligamus quod eo modo fuerint confessi, quo supra dixerant: facit, quia confessio hæc, ut dixi, dubia est, an scilicet semierint de oblatione facta*

25 in primo tractatu, an vero de alio tempore: † ac

dubia confessio non nocet confitenti, *l. unica, cum ibi notatis de confes. in cap. 2. de confes. in 6. Butt. & alij in cap. 26 fin. de confes. Ber. consil. 178. n. 24. vol. 3. † & dubia responsio habetur ac si facta non esset, vt probat Ruin. cons. 115. num. 7.*

Quartò vbi dicta responsio possit dici dubia, fuit ab eisdem responsionibus declarata, & hoc iure per-  
27 mittente factum est, † quia responsio dubia declarari potest à respondente, *l. si quis intentione ambigua vbi Bart. ff. de iud. l. inter stipulantem, §. 1. ff. de verb. oblig. Butt. in d. cap. ex litteris et 1. in fin. Alexan. d. cons. 183. nu. 4. vers. tamen ad omne dubium, Ruin. latè cons. 50. num. 8. vol. 1. vbi sustinet, id fieri posse etiam post acceptatam responsionem, & loquitur in responsione data positionibus, & sicuti post datum terminum ad probandum declarari potest positio antea producta, vt ipse dicit post Io. Andr. ita declarari poterit responsio positioni data, & latius hanc conclusionem probat Ber. cons. 177. nu. 28. & 30. vol. 3. vbi post Bart. dicit, quod omne verbum in iudicio prolatum, intelligitur secundum intentionem proferentis: Et quod responsio data positionibus declarari possit à respondente, voluit Io. Andr. ad Specul. in tit. de positio. §. 7. n. 11. & in §. 10. n. 13. quem sequitur Dec. cons. 39. n. 7. & seq. vol. 3. potuit ergo hæc responsio declarari, & declaratio facta debet attendi, secundum iura, & auctoritates supra adductas, quæ loquuntur in terminis.*

Quintò non est verisimile, quod prædicti emptores, qui semper opposuerunt, illos aut eos tercentum esse sibi in causam pretij imputandos, vel restituendos. voluerint confiteri, quod in conclusione contractus acceptauerint Curiam pro eo pretio, vt præcideretur omnis prætextus, quæ sibi esset cum domino venditore, quia hoc nihil aliud esset, quam declarare, & confiteri temerè, & iniustè opposuisse contra petitionem D. Actoris; propterea non est eorum confessio intelligenda hoc modo, vt in specie declarat Decian. d. consil. 39. n. 4. † facit, quod confessio non verisimilis non nocet, Bald. in leg. si quis in hoc genus, C. de Episcop. & Cleric. Ancharan. in cons. 24. Alex. in cons. 32. col. 2. volum. 3. Decian. in leg. cum te in 4. notab. C. de transactionib. Paris. cons. 131. n. 23. vol. 1. Tiraquel. in præfat. leg. si vnquam n. 40. C. de reuoc. donat. Cum itaque nihil habeat verisimilitudinis eiusmodi confessio, si intelligatur secundum intentionem Actoris, certè intelligi debet secundum declarationem factam à confitente, quæ est verisimilis.

Non autem mouet, quod respondendo dixerint, se credere, prout supra quia respondeo, quod cum supra confessi fuerint oblationem respectu solius primi tractatus tantum, & non aliter, non possunt videri admisisse oblationem etiam respectu conclusionis, quam supra negarunt, quia hoc esset inducere contrarietatem, & subitanam correctionem, & contra mentem proferentis interpretati verba confitentis: vltra quod declaratio postea facta tollit omne dubium; & in hoc casu conueniunt ea omnia,  
29 quæ supra dicta sunt pro intellectu responsionis, † & non semper responsio intelligitur secundum interrogationem, quinimò sæpè illam restringit, *leg. 1. in princip. & leg. inter stipulantem, §. stipulantis, ff. de verbor. obligat. Paris. in cons. 110. nu. 44. vol. 3. † & sæpè attendimus non interrogationem, sed responsionem, Gem. in cap. ex eo in 1. col. in fin. de elect. in 6. lal. in cons. 173. num. 7. vol. 4. Menoch. cons. 32. num. 32. Et si respondendo, prout in instrumento negarunt oblationem esse factam, si velimus intelligere, quod fuerit facta respectu damnorum, esset quid contrarium ipsi ne-*

gationi: nam illa qualitas respectu damnorum applicari solum potest casui, quando est facta oblatio, alias non entis nullæ sunt qualitates, *leg. cum qui in pronuncia, ff. si cert. petat. at quando dixerunt credere, vt in instrumento, in quo de hoc nihil continetur, negarunt substantiam, ergo huic casui non potest applicari qualitas.*

Præterea si fieri debet relatio ad supradictam qualitatem, ea fieri debet cum tempore, quod inest illi qualitati; quia relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus, *leg. esse toto ff. de hered. instit. cum aliis supra adductis; Rursus illa verba, vt supra, refferri debent non solum ad qualitatem illam respectu damnorum, sed etiam ad alia, idest quatenus, & quando tractabatur nomine personæ nominandæ  
31 tantum, † tum quia relatio fieri debet ad omnia præcedentia, *leg. 1. C. de lib. præter leg. fin. ff. de reb. dub. Castren. cons. 14. col. 2. volum. 2. Crauet. cons. 98. nu. 12. cons. 155. nu. 10. Menoch. cons. 56. nu. 28. tum etiam quia præcedens oratio est vnica, & indipidua, qua dictum fuit, se credere, quatenus, & quando agebatur nomine personæ nominandæ tantum, & respectu damnorum, &c. ided non potest fieri relatio ad vniam partem orationis, quæ est vnica, demum, † quia relatio fit ad id, quod est principale, non ad id, quod est accessorium, *leg. fin. §. Titia, ff. de lib. leg. Butt. in leg. si cui, §. si à filio, & ibi Doctores, ff. de leg. 1. Arcetio. in §. Apium in 4. notabili Inst. de rerum diuis. Dec. in cap. secundo requirit in vers. septima conclusio de appellat. Ruin. consil. 131. num. 2. & 5. vol. 2. Cephal. cons. 107. num. 7. At in ea oratione id est principale, quod oblatio facta fuit, quando tractabatur nomine personæ nominandæ, id autem, quod fuerit facta respectu damnorum, concernit accessorium, idest qualitatem oblationis, propterea ad primam potius, quam secundam partem dictæ orationis fieri debet relatio. Et vt dixi responderi non potest, meo iudicio, argumento supra facto, quod ex quo dixerunt, se credere, prout in instrumento, videntur negasse, quod facta fuerit oblatio, & stante negatione substantiæ, quomodo possumus confiteri qualitatem, quod respectu damnorum facta fuerit. Hæc est nimis euidentis & pendenda absurditas. Adde quod à communiter accidentibus non potuit fieri conclusio contractus sine aliquo tractatu, præcipuè stante negotij grauitate, auctorum scilicet viginti septem millium: At supra negauit, tractatum factum fuisse, ergo videtur etiam negasse conclusionem, quæ verisimiliter non fit sine tractatu.***

Senatus tamen totus fuit in diuersa sententia, & contrarium iudicauit, ea motu ratione, quod respondendo, credere, prout in instrumento, ex quo vt supra, videantur dixisse credere, quod fuerit in conclusione acceptata curia, prout supra, idest cum ea qualitate, vt intelligatur imminutum pretium pro toto eo quod consequi possent occasione dictæ venditionis. Motus etiam fuit, quia dubia responsio intelligi debet secundum interrogationem certam, vt per Bart. in dict. leg. si quis intentione ambigua.

### Franc. Marc. Decis. 565. par. 1.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Clausula saluo iure impertinentium, & non admittendorum quid operetur.
- 2 Articuli pertinentes præsumuntur si causa adminiculatur.
- 3 Articuli in causa possessoria beneficii fieri possunt.
- 4 Positioni impertinenti non est respondendum.

## DECISIO LXVII.

**Q**Uæritur, quia pater dictorum Procuratorum Fiscal. Bonouidi, & Daustat opponit aduersus articulos dictorum supplicantium de impertinentia, quod non debeant ad probandum admitti; an in dubio tales articuli debeant saltem admitti, cum clausula, saluo iure impertinentiam, & non admittendorum; iuxta not. per glol. & Doctores in cap. cum contingat de offic. & potest. iud. deleg. & in leg. ille à quo, §. si de testamento, ff. ad Trebell. & ibi latè per Alex. de Imol. ¶ quia talis clausula, saluo iure impertinentiâ, & non admittendorum, operatur, vt possit postea discuti de impertinentia, vt ibi not. & per Bart. in leg. si duo patroni, §. idem Iulianus, ff. de iur. iur. & per glol. in leg. si quis libertatem in fin. ff. de petit. hered. & maximè possunt examinari testes super talibus articulis, quando iurauerunt deponere super tota causa, cap. testib. de testib. ¶ & in dubio articuli præsumuntur pertinentes, quando aliquid administrantur ad causam, leg. ad probationem la. 1. & ibi per Salyc. & Paul. de Castr. C. de probat. de quo per Specul. in tit. de posit. §. 7. in 2. col. vers. & nota, & in tit. de test. §. nunc videndum vers. sicut igitur: vñ e secundum Bald. & Alexan. de Imol. in d. §. idem Iulianus, quando Iudex probabiliter dubitat an articuli sint admittendi, vel ne; debet admittere cū illa clausula, saluo iure impertinentiam, & non admittendorum, & idem tenet Bald. in l. momentanea, C. qui leg. pers. stand. in iud. hab. & in leg. qui interrogatus, ff. de interrog. act. & in authent. si dicatur, C. de testib. & pro præmissis facit, quod solet notari per Specul. tit. de testib. §. nunc videndum vers. sed pone: per Domin. Guid. Papi. decis. 71. & per Bart. & Bald. in d. l. momentanea, vbi volunt, ¶ quod possit fieri articulus in causa possessoria beneficij de proprietate ad corroborationem possessorij, interdicti, vti possideris, quia cæteris paribus, ille qui melius iustificat de petitorio debet obtinere, cap. licet de probat. secus in interdicto vnde rei reintegrandæ secundum glol. & Doctores in d. l. momentanea, & Bald. in d. l. leg. ordinarij iuris, nisi deduceret petitorium in narratione libelli, sed non in conclusione; quia debet attendi libellus in conclusione, secundum Panorm. in cap. commisitatus in fin. de fil. presb. ¶ Adde quod positioni impertinenti non est respondendum iuxta notata per Doctorem in leg. 2. §. quod obseruari, C. de iuram. calum. licet secundum statuta Delphinal. non sit disceptandum super positionibus articulorum; & ideo secundum Paul. de Castr. in leg. ad probationem la. 1. in fin. C. de prob. quod hodie de practica palatiorum admittuntur articuli saluo iure impertinentiam; & non disputatur de hoc, nisi in calculo sententiæ, vt lites abbrevientur;

- 8 Reus emptor si actori iuramentum deserat, an ad hoc de ejectionis regressu prinetur.
- 9 Emptor cui mouetur lis super fundo empto, quod venditori denunciare teneatur.
- 10 Positionibus respondens præsumitur ad negandum, quàm ad consistendum esse debet.

## DECISIO LXVIII.

**Q**Uæritur, an emphyteuta habeat ius nominandi dominum in iudicio, iuxta leg. vbi in rem actio, & in cap. quoniam frequenter, §. quod si super rebus velitis, non contestat. de qua questione alias scripsi in alio volumine debitorum, & contractuum: Sed postea casu, quod emphyteuta vocauit in iudicio eius auctorem, ¶ an possit respondere, & confiteri de credulitate? & videretur dicendum, quod sic, iuxta notata in leg. 2. §. quod obseruari, & authent. in isto, C. de iuram. calum. vt si queratur vetum, non inficiatur; secundum glol. ibi, pro quo etiam facit, ¶ quia procurator tenetur respondere positionibus, & interrogationibus, leg. non solum, ff. de procur. cap. fin. de confes. lib. 6. & talis confessio præiudicat domino, quando fit per modum contentiosæ iurisdictionis, iuxta notata per Bart. in leg. certum, §. sed an ipsos, ff. de confes. & hoc verum, nisi fuerit per collusionem, leg. præses, C. de pign. l. si seruus plurimum cum ibi not. ff. de leg. 1. vnde Cyn. in leg. 1. C. de confes. in 7. quæst. tenet, ¶ quod in casibus, in quibus præiudicat sententia, etiam præiudicet confessio per modum contentiosæ iurisdictionis, ¶ secus per modum voluntariæ iurisdictionis, & ita est in proposito, quia sententia lata contra emptorem præiudicat venditori, quando fuit sibi denunciatum, iuxta notata in leg. empti, C. de euict. & in leg. 1. C. de peritur. & commod. rei vend. secundum Angel. in leg. ab executore, §. alio condemnato, ff. de appell. Io. And. in add. ad Specul. in tit. de confes. §. nunc videndum, vers. quid si confiteri: allegat Vbertum de Bobio, quod talis confessio non præiudicat in leg. si sine, ff. de interrogat. action. per leg. fin. ead. tit. Bart. in leg. si per Lusorium, ff. de appellat. §. 1. tenet, ¶ quod confessio non præiudicat tertio, sicut de transactione dicitur l. à sententia, §. idem rescriptis, ff. de appellat. sicut etiam de promissione leg. si dictum, §. si compromisso, ff. de euict. Angel. verò Aretin. in dicta leg. à sententia, tenet, ¶ quod venditor bene poterat assistere liti, etiam si reus vellet confiteri intentionem actoris, l. pariter in fin. ff. de re iudic. Panorm. tamen in cap. quomodo de re iudic. circa fin. tenet, ¶ quod talis confessio non habeat præiudicate venditori. Verumtamen in casu isto, iste reus principalis haberet iustam causam recusandi respondere cum iuramento positionibus actoris, cum censentur captiosæ: quia dictus reus posset incidere in laqueum, quod non est dicendum, quia nulli injiciendus est laqueus, cap. de viduis quæst. 27. iuxta not. per glol. in cap. 2. de confes. leg. 6. & per Bald. in l. 2. §. obseruari, C. de iur. calum. & Specul. in tit. de posit. §. 7. vers. 10. & ita est in proposito, quia emptor si confiteretur, posset perdere regressum de euictione, d. l. si dictum, §. si compromisso, ff. de euict. Si verò negaret, posset incurrere periculum l. qui iurasse, §. si pater, ff. de iur. iur. Et pariter ¶ si reus deserret iuramentum actori, perderet regressum de euictione, secundum Bart. in leg. manifeste, ff. de iur. iur. & per consequens habet iustam causam recusandi respondere: & hoc tenet Bart. post glol. in l. & qui natura, §. cum me absente, ff. de neg. gest. & per Alex. de Imol. in d. l. manifeste. Sed attende, quia emptor licet fecerit vocari eius auctorem in causa;

Franc. Marc. Decis. 581. par. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Emphyteuta responsio, seu confessio an teneat, & domino damnosa sit.
- 2 Confessio Procuratoris nocet domino.
- 3 Confessio in casibus in quibus sententia præiudicet nocua est.
- 4 Sententia lata contra emptorem an, & quando venditori præiudicet.
- 5 Quid in confessione.
- 6 Venditor an adesse liti possit.
- 7 Positionibus captiosis non est respondendum.

tamen quando scit veritatem, debet agnoscere bonam fidem, *l. quoties, §. sicut, ff. de administrat. nec per hoc perdit regrellum de euictione, licet feratur sententia contra ipsum, sed in hoc grauatur, † quia quando agit contra venditorem, debet probare de iure, & dominio euicentis, secundum Bart. in *dist. §. cum me absente*. Et pariter requiritur, quod emptor denunciauere venditori, vt veniat ad defendendum eum, quia licet emptor putet, rem esse euicentis, tamen venditor poterit habere instrumentum, vel aliam legitimam probationem in contractum, *l. emptor, C. de euic. & not. per Bald. in leg. si cum questio eod. tit. & per Io. de Imol. in *dist. cap. fin. de empt. & vendit.* & ita etiam tenet Bart. in *leg. emptione in princip. ff. de action. empt. licet, vt supra dictum fuit, emptor haberet iustam causam recusandi respondere positionibus, & dicendi, quod vult, quod fiant probationes de dominio, vt possit conuenire auctorem suum; & quod etiam sequatur sententia, & ita etiam tenet Io. de Imol. in *dist. cap. fin.* Adde Specul. in *tit. de posit. §. 6.* † quod ceteris paribus, saluo facto, quis debet esse promptior ad negandum, quam ad confitendum, maxime vbi positiones dependent ex facto alterius. Consulerem tamen quod reus principalis antequam respondeat, petat, quod auctor euocatus assistat in responsionibus: verumtamen emptor haberet iustam causam recusandi respondere positionibus cum iuramento, cum sint captiosæ, & ne incidat in laqueum, iuxta notata per glol. Bart. in *leg. at qui natura, §. cum me absente, ff. de neg. gest. & per Alen. de Imol. in *dist. leg. manifeste, ff. de iure iurand.*****

## Franc. Marc. Decis. 779. par. 2.

## S V M M A R I V M.

- 1 Testes de domo rei assumi non debent.
- 2 Interrogatoria, qua sapiunt negotium principale per modum interrogatoriorum fieri non debent.
- 3 Positioni criminosa, per quam delictum detegitur respondendum non est, & num. 5.
- 4 Positioni captiosa respondere nullus tenetur.
- 5 Positioni criminosa de delicto tertij respondendum non est.
- 6 Super articulis obiectionalibus testium respondendum non est.
- 7 Testis an sit criminofus, vel non, respondere non tenetur.

## DECISIO LXIX.

**Q**ueritur, quia super dictis articulis, seu interrogatoriis transmissis per Dominum Præpositum Curie Castellæ, Parisius ad effectum recipiendi responsiones cum iuramento à dicto nobili Claudio Fabri cum iuramento dicti Ferij, se opposuit, & dedit causas oppositionis, & de impetinentia, præsertim, † quia non debent assumi testes de domo Rei, *leg. qui nimis, C. de test.* Et attentio, † quia dicta interrogatoria sapiunt negotium principale. & sic quod non debeant fieri per modum interrogatoriorum, sed positionum, iuxta notata per Dom. de Rot. in *nouis decis. 31.* & per Panorm. in *cap. pen. de iuram. calum.* Et sic ex iusta causa quis potest recusare respondere positionibus, nec habet locum pœna confessi, iuxta notata per glol. in *capit. 2. de confes. lib. 6.* an de istis exceptionibus Iudex Curie Communis Gratianop. requisitus in auxilium iurisdictionis, potuerit cognoscere, & pronunciare: & videretur dicendum, quod non, nisi post, cognite, & pronunciato per dictum

Iudicem Castellæ requirentem iuxta notata in *cap. de ceteris de re iud. & per glol. in cap. pastoralis, §. quia vero, ff. de off. & potest. iud. deleg. & per Bart. in leg. 2. Diu Pio in princip. ff. de iud.* quia alias posset reddi illusoria sententia dicti Iudicis requirentis: & hoc etiam videtur tenere Dom. Guid. Pap. *decis. 574.*

- 3 Adde, † quod quis non tenetur respondere positioni criminosa, per quam detegeretur delictum, periculum, aut turpitudine, secundum glol. in *l. qui in rassa, §. si pater, ff. de iur. iur. & ibi per Bart. Alex. & per Bart. in l. Marcellus, ff. de rer. amot. in leg. fin. ff. de his quib. aliud.* & ibi quando positio detegit turpitudinem alicuius per Specul. in *tit. de posit. §. 7. vers. 8.*
- 4 Adde etiam, † quod quis non tenetur respondere positioni captiosæ, quando quis incidit in laqueum secundum Bart. in *leg. 2. §. quod obseruari, C. de iuram. calum.* vide Ias. in *leg. penult. C. de pact. vide Innoc. & Panorm. in capit. cum causam de test. an quis teneatur respondere positioni criminosa, & per glol. in *cap. 2. de confes. lib. 6.**
- 5 Adde etiam, † quod positioni criminosa de delicto tertij, non est respondendum secundum Bart. in *dist. leg. Marcellus, ff. rer. amot. & † idem de stylo Curie Parlamenti Delphinalis, & curiarum inferiorum super articulis obiectionalibus testium non est respondendum, sed admittuntur ad probandum sine responsione, & idem in articulis confessorijs, &c.*
- 7 Item etiam † quod testis non tenetur respondere, an sit criminofus, vel peritrus, aut alteri interrogatorio ignominioso secundum glol. in *cap. cum causam de test. quia nemo tenetur se prodere de penit. distinct. 1. cap. non tibi. nisi in foro penitentia, vbi q. 3. tenetur declarare delictum suum, quia suo confessori nihil celandum est, vide Specul. in *tit. de test. §. iam de interrogat. versic. porro, vbi ponuntur interrogatoria, quæ faciunt Iudex testibus, cap. prohibetur 1. quest. 1. & ita interroget, an sit pauper, & quando non habet in bonis quinquaginta aureos, vide per glol. Gomez in *capit. ex penitentibus 50. distinct. an quis in iudicio siue criminali, siue ciuili debeat respondere cum iuramento positioni criminosa, non tenetur testes deponere de occultis, capit. qualiter de accusat.***

## Put. Decis. 294. lib. 2.

## S V M M A R I V M.

- 1 Procurator in causa inuitus non potest examinari non solum pro constituto, sed etiam contra constituentem, & num. 2.
- 2 Procurator in causa habetur pro principali: & sicut principalis in causa non examinatur, ita nec procurator.

## DECISIO LXX.

**D**icebatur in vna Romana Domus coram D. Rauellen. die 8. Iunij 1545. & in isto casu eram ego, licet alias contradixisset, & propterea nihil conclusum: † quod procurator, qui tractat causam non potest inuitus non solum pro constituto, sed etiam contra constituentem examinari, vt testis in ea, per dictum Bart. in *leg. deferre circa finem 1. solum, vers. hoc verum est, ff. de iur. sif. & contradicit his, quæ supra dixit, dum dicit, † quod contra constituentem inuitus potest produci testis: non obstat glol. in *cap. fin. de testib. in 6. & glol. in leg. fin. iuncto text. quia intelligitur in eo, qui fuit procurator in prima instantia, & defuit in secunda parte, vt per Domin. in *cap. 2. de penit.***



de procur. in 6. prout clarè videntur consentire text. & eodem modo loquitur glos. in dict. leg. fin. tamen text. secundum quem debet intelligi, dicit, præstitit patrocinium, sic de prædicto modo, & de præfenti: etiam ratio Bart. in dict. l. deferre, efficax est, quia tamen procurator tractans causam reputatur pro principali, sicut principalis non examinatur in causa, ita nec procurator, sed debet respondere positionibus. Et vide decis. Guid. Pap. qui videtur tenere, quod possit Procurator inuitus examinari: ipse allegat Bart. in dict. leg. deferre; ergo intelligendum est secundum dictum Bart.

## Rot. Roman. Decis. 62. inter Posthum. Farin. par. 1.

### S V M M A R I V M.

- 1 Positionibus respondere cogi non potest, Procurator non habens speciale mandatum, & nu. 2. & per tot.
- 3 Procurator non tenetur pandere secreta causa, nec etiam se examini subijcere: quod an verum sit, nu. 3. 4. & vbi pro, & contra.

### DECISIO LXXI.

- 1 **F**uit conclusum, Procuratorem Francisci non potuisse cogi ad respondendum positionibus, ex quo non habet ad id speciale mandatum, ex lac. de Aten. tract. de posit. n. 4. Vbert. eod. tract. nu. 20. Imol. in l. penult. n. 16. vers. & sic de pub. ind. Socin. Sen. conf. 55. nu. 2. vol. 1. Gig. conf. 34. n. 12. Pract. Pap. tit. de posit. in verb. Simonius Spelta, Rebuff. super constit. summano 3. tit. de respon. per verbum credo, vel non, nu. 15. cum aliis per Azeued. super constitut. Hispan. lib. 4. tit. 7. de iuram. calum. super lib. 2. n. 19. cum pluribus seqq. & ad hoc facit, ¶ quod Procurator non tenetur pandere secreta causæ, leg. 1. cum ibi notatis, ff. de præuaric. & ob eam causam non potest subijci examini decis. Fab. 135. lib. 2. par. 3. diuers. impres. Veral. decis. 429. incipit, sicut Innocentius lib. 1. in manuscripti. Vinc. de Franc. decis. 222. n. 4.

Quo vero ad text. in cap. si post præstitutione de confes. in 6. Videtur bene decidere, quid resultet ex non responsione Procuratoris, sed quale mandatum requiratur, non ibi aperiti, & idem esse intelligendum de mandato sufficienti, hoc est speciali ex allegatis supra in princip. & interminis disputat Azeued. d. cap. vbi supr. & etiam animaduertit apostil. ad Gem. in dict. cap. lit. A. & licet Bald. in l. non solum in princ. ff. de procur. videretur sentire contrarium, vel etiam opinio non est tuta, vt patet ex prædictis, vel pro concordia dici potest, quod Bald. in princ. dict. leg. loquatur de potestate Procuratoris in respondendo, non autem de coactione, quia alias repugnaret sibi ipsi, dum sub nu. 2. notat, quod ad respondendum positionibus requiritur speciale mandatum ad sic respondendum, & secundum hanc distinctionem Bald. facit pro hac parte Rot. decis. 25. de Procurat. in nonis. Cott. decis. 383. Afflic. decis. 92. Put. decis. 294. lib. 2. quæ tamen non est decisio, sed discursus Cardiu. in cap. insuper num. 3. de testib. dum loquuntur de Procuratore compulsio, vel compellendo ad respondendum positionibus, non declatant quale mandatum sit sufficienti, vt possit fieri dicta compulsio, & idem debent intelligi, quando adest mandatum speciale, Guid. Pap. decis. 45. Put. decis. 56. lib. 3. Vinc. de Franc. decis. 222. vsque ad nu. 14. & communis opinio, de qua per Viu. opin. 959. nu. 17. loquuntur de examine, non augm. de responsione ad

positiones. Quinimò dum omnes excepto Guid. Pap. loquuntur de Aduocato, qui non habet aliquod mandatum, non faciunt ad hanc rem, quia vbi non est mandatum, non cadit ista disputatio de respondendo positionibus, vt per omnes in dict. leg. non solum & in dict. cap. 7. de confes. & clarius in cap. fin. de iuram. calum. eod. lib. 6.

- 3 Maior erat difficultas inter Dominos, an iste Procurator, instante aduersario possit subijci examini. Et quidam circa ea, quæ sciuit, vel scire potuit tanquam Procurator, res videbatur clara pro negatiua, ex dict. leg. 1. de præuaric. & decisionibus Fab. Veral. & Viu. de Franch. supra allegatis in principia. Sed quid circa ea, quæ sciuit tanquam extraneus, & tanquam quilibet de populo. Pro affirmatiua facit glos. in leg. fin. in verb. præstiterunt, ff. de test. Bart. in cap. cum à nobis nu. 13. vers. dixi, queritur de testib. & facit Cot. decis. 383. & Guid. Pap. decis. 45. de quibus supra, & Paris. conf. 70. num. 104. tum plurib. seqq. lib. 4. & quod alias decilum fuit in causa Farfenti Grassi 22. Iunii 1587. coram Illustrissimo Blanchetto, &c. & faciendo comparationem de Procuratore ad Aduocatum, vt facit Bart. in dict. cap. cum à nobis nu. 13. & Paris. dict. conf. 70. num. 12. etiam pro hac parte Put. decis. 56. lib. 3. Franc. decis. 222. & communis opinio Viu. decis. 959. nu. 17. de quibus supra dictum est.

- 4 In contrarium, ¶ quod neque aduersario volente, possit Procurator esse testis in causa, in qua habet mandatum, est glos. in leg. differre, §. item decreuerunt, verb. interrogari, ff. de iure sisti, & ibi Bart. bene sicut in Procuratore ad iudicia; licet Seius dicat in Procuratore ad negotia. Et eandem opinionem sequitur Put. dict. decis. siue discursu 294. lib. 2. Veral. dict. decis. 420. lib. 1. in manuscripti. & Card. in dict. cap. insuper n. 3. de testib. vbi allegat fortissimam rationem: nempe quod Procurator non solum repellitur propter suspicionem affectionis, sed etiam quia post litis contestationem effectus fait dominus; & idem non potest produci in testem contra se ipsum, quia sunt officia incompatibilia, & ibidem notat glos. in verbo admitti, & est alia glos. in leg. fin. verbo testis, C. de fideicommiss. Ex quibus patet contrariam opinionem, quæ fundatur in cessatione suspicionis, non esse admodum tutam, quia nihilominus remanet defectus in forma iudicij, propter domini incompatibilitatem officiorum. Item non esse bonam æquiparationem Aduocati cum Procuratore, quia Aduocatus non est Dominus litis, sicut est Procurator. Verum quia ista erant extra dubium, in quo queritur de responsione ad positiones, nihil fuit conclusum quoad examen; sed tantum fuit tentum, quod iste Procurator non tenetur respondere positionibus.

## Marci Anton. Thomati Decis. Rotæ Maceraten. 54.

### S V M M A R I V M.

- 1 Ab interlocutoria inferente grauamen irreparabile datur appellatio. Secus vero si grauamen sit reparabile nu. 2.
- 2 Iudex potest statuere res terminum ad respondendum positionibus, cum comminatione, quod termino elapso habeatur pro confessatis, vel negatis ad commodam ponentis.
- 3 Qui semel respondit positionibus ad iterum respondendum cogi non potest.
- 4 Et hoc propter periculum perituri, vel contrarietatis; sed limitatur, vt num. 5.
- 6 Iacob. de Aren. in tractat. positio. 5. n. 13. reprobat;

7. Verbum credit, est expressum veritatis.  
 9. Appellatio vbi à Statuto prohibetur non extenditur ad casus, in quibus grauamen non potest reparari.  
 10. Alioquin esset iniqua.  
 11. Statutum prohibens dici de nullitate post certum tempus, non extenditur ad nullitatem notoriam, ex eisdem actis.  
 12. Damnum quando dicatur irreparabile.  
 13. Appellationem deuoluisse in dubio pronuntiandum est.

## DECISIO LXXII.

**C**um pronuntia à qua fuit appellatum contineat expr. istam grauamen, et quod in diffinitius reparari non potest, non videtur moderanda inhibitiō, sed procedendum esse ad vltiora in causa appellationis, leg. 2. ff. de appell. recip. leg. ante sententiam, et ibi Doctores, Cagnorum appell. non recip. l. arbitrio, ff. qui satisd. cog. Barz. decis. 71. nu. 8. Giurb. decis. 36. num. 1. Surd. decis. 36. num. 5. et seq. nam et quamuis Iudex possit statuere terminum ideo ad respondendum positionibus, cum comminatione, quod illo termino elapso habeantur pro confessatis, vel negatis ad commodum ponentis, in quo varix locorum consuetudines, et statuta veniant obseruanda, vt late deducit Michal. de position. cap. 31. num. 7. et seqq. non tamen potuit Iudex à quo D. Virginiam, et quæ semel positionibus respondit ad iterum respondendum cogere, ad text. in cap. at si clerici in fin. de iud. et in l. licet, §. in factum, vers. sed vna contenta esse debemus, ff. de nau. cap. et stab. prout equidem in puncto sicut at l. doc. in prax. rer. ciuil. cap. 15. 4. nu. 3. Rugin. pract. quest. cap. 16. Specul. tit. de positionib. §. 6. nu. 3. Michal. dict. tract. cap. 50. num. 3. et Idque ob periculum periculi, et contrarietatis, vt late docet Rugin. in d. cap. 16. Michal. dict. capit. 50. num. 3. et seqq. et capit. 53. num. 13. Surd. decis. 17. num. 9. et 13. stante maxime, quod omnibus absolute respondere mandauerit, nulla facta restrictione ad aliquam particularem, et cui forsan legitime per ipsam non fuit responsum, in quo tantum limitatur regula, Michal. dict. cap. 50. nu. 9. Gail. obseruat. 82. in 5. lib. 1.

Non obstat, quod dicebatur, id non procedere in responsione facta per verbum credulitatis secundum Iacob. de Aten. in tract. posit. §. 3. n. 13. et quia ipse ab omnibus communiter reprobarur Rugin. dict. cap. 16. num. 4. Michal. dict. cap. 50. num. 3. ratio autem consideratur et quia in respondente positionibus verbum, credit, dicitur expressum veritatis, glos. fin. in cap. ex literis de iur. iur. Specul. in d. cap. 6. num. 12. Bald. in leg. fin. de falsa caus. adiect. leg. Alen. consil. 213. col. fin. lib. 2. Sol. ad Const. Sabaud. tit. de posit. glos. 16. num. 1. et Michal. d. tract. cap. 30. num. 2. et seq. et d. cap. 50. num. 7. vbi quod verbum credulitatis æquipollet verbo veritatis, Mascard. de probat. conclus. 1176. num. 28. et 29. Patriand. eod. tract. lib. 1. cap. 21. num. 11. Rimin. cons. 491. nu. 20. lib. 3. Rugin. dict. cap. 16. num. 5. Mancin. de iur. art. 2. num. 7. Gratian. discept. 105. num. 5. Surd. decis. 17. num. 9. et seq. Barz. decis. 57. num. 15. et decis. 64. num. 26. et 27. Bell. Rot. Genuenl. decis. 48. num. 1. et decis. 122. n. 4.

Nec pariter obstat, et quod dicebatur hanc esse interlocutoriam, à qua non datur appellatio, tam vigore iuris communis, quam statuti Anconz. rubr. 73. column. 2. quia id sibi locum vendicat, quando grauamen potest reparari in diffinitius, secus vero quando non potest ex toto reparari, vel cum magna difficultate, vt citatis aliis firmat Giurb. dict. decis. 36. num. 1. et seqq. Surd. dict. decis. 36. num. 1. et seqq. et in terminis statuti Gratian. disceptat. 76. num. 9. cum pluribus seqq. de appellat. quasi. 17. limitat. 6. mem. 7. num.

8. Nat. cons. 172. num. 1. et seq. et prout de similibus interlocutoriis intelligendum esse statutum Anconitanum summandum est, quia prohibendo appellationem non extenditur ad casus, in quibus grauamen non potest reparari per diffinitiuam sententiam, Surd. dict. decis. num. 18. et alioquin esset iniquum, et nullo modo attendendum, Gratian. dict. discept. 76. nu. 6. Hinc videmus, et quod statutum prohibens dici de nullitate, nisi intra certum tempus, non intelligitur de nullitate notoria ex eisdem actis, Olasc. decis. 142. num. 35. Rot. diuers. par. 1. decis. 666. num. 3. et in recent. part. 1. decis. 365. num. 8. at si Domina Virginia, iterum respondendo, incideret in peritium, vel in contrarietatem, nulli dubium est, quod et eius damnum non repararetur in diffinitius; igitur admittenda venit appellatio; et prout etiam si essemus in dubio, faciendum esset, glos. in cap. vi. dubius de appell. in 6. Surd. d. decis. 36. nu. 4. Giurb. decis. 101. nu. 9. Grat. decis. 214. nu. 9. Gregor. decis. 231. nu. 9.

## Marci Anton. Thomati Decis. Rot. Maceraten. 70.

## S V M M A R I V M.

1. Ponens iurare debet de calumnia, videlicet, se credere verum quod ponit.
2. Respondens absolute positionibus iurat verum esse, quod ipse respondendo dicit.
3. Responsio per verbum credit absoluta reputatur, et dicitur veritatis responsio.
4. Iurans falsum in responsione ad positiones puniatur.
5. Speciale mandatum requiritur ad ponendum.
6. Et idem requiritur ad respondendum.
7. Positiones sunt inuenta, vt ponens per confessionem partis relectur ab onere probandi.
8. Nisi Procurator habeat speciale mandatum ad ponendum, vel respondendum, principalis potest reuocare confessionem Procuratoris.

## DECISIO LXXIII.

**I**n vna Macerateni computorum dixi, constituendam esse differentiam inter iuramentum, quod præstatur à ponente, et quod datur à respondente, et quia ponens sufficit, quod iuret, se credere verum esse, quod ponit, et sic solummodo de calumnia, vt per Specul. in tit. de posit. §. 2. in princ. cum iuramentum calumniæ, hoc in se contineat, ponentem credere verum esse, quod ponit, Michal. in tract. de positionib. cap. 23. num. 5. et Respondens vero positionibus absolute iurat, verum esse, quod ipse respondendo dicit, Michal. eod. nu. 5. vers. ille vero.

3. Non obstat, quod dicebatur et etiam respondente per verbum credere respondete solitum esse, quia talis responsio facta per verbum credere absoluta reputatur, et dicitur veritatis responsio, Curt. de positionib. num. 5. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 21. num. 11. Mascard. eod. tract. concl. 1176. n. 29. Rimin. cons. 491. nu. 20.
4. Ita vt iurans falsum in tali responsione, etiam per verbum credere, puniatur, vt per Rimin. d. cons. 491. Michal. d. tract. cap. 40. nu. 6. et per tot. vbi articulum ad partes disputat, et residet in hac sententia.

Secundo loco cum dubitaretur in eadem causa, an requiratur speciale mandatum ad sic, et sic ponendum, sicut pro affirmatiua, et sic non fuerunt admittæ positiones; et quia Procurator, qui eas dedit in actis,

non asseruit esse veras, cum specialissimo, & indiuiduo mandato suorum principalium ad ponendum materias specificatas, & iurandum de veritate eorum, vt in indiuiduo firmat Rot. in recent. par. 2. decis. 779. per totam, & coram Gregor. decis. 282. nu. 5. & 9. vbi etiam Beltram. † idem tenet de mandato ad respondendum positionibus, quod patiter requiritur specialissimum, ad sic, & sic respondendum, M. no. h. consil. 84. numer. 64. Hond. consil. 66. numer. 71. lib. 1. Michal. dict. tract. cap. 6. numer. 15. cum seq. & cap. 65. num. 15. & 16. Rot. in recent. dict. decis. 779. num. 3. vers. per eandem rationes.

- 7 Et ratio est, † quia positiones sunt inuentæ, vt ponens releuetur per confessionem partis ab onere probandi, cap. 1. vbi glos. vers. pro intellectu de confes. in 6. qui effectus non habetur, nisi procurator habeat mandatum ad sic respondendum; † cum alioquin semper posset principalis reuocare confessionem sui procuratoris, vt considerat Rota dict. decis. 779. num. 2. Et ita fuit executum.

## Burat. Decis. 566.

## S V M M A R I V M.

- 10 Positiones dari non possunt per Procuratorem absque speciali mandato, alias confessio ex ipsis resultans, non præiudicat principali.  
11 Positiones continentem distinctionem, & particularitatem circa actus, tempora, & qualitates censentur à principali subministrata, & idcirco etiam si non doceatur de mandato speciali illas producentem confessio inde resultans nocet principali.  
12 Procurator stante temporis longitudine præsumitur certiorasse principalem.  
13 Confessio Procuratoris non reuocata re integra nocet principali.

## DECISIO LXXIV.

NON obstat, quod dictæ positiones fuerint datæ per Procuratorem non habentem speciale mandatum, † & proinde confessio ex illis resultans non præiudicat principalibus, & possit quodcumque reuocari, ex deductis in decisione: † quia licet non constet de indiuiduo mandato dicti procuratoris, sed solummodo de generali ad lites, libellandum, iurandum de calumnia, &c. tamen cum dictus Procurator post primas produxerit secundas magis plenas, distinctas, & particulares circa actus, tempora, & qualitatem, quæ sine instructione principalium verisimiliter fieri non poterant, præsumuntur ab illis subministratæ, vt in simili Rot. in Calaguriana positionis 28. Maij 1590. coram Reuerendiss. Perus. impres. 1. vol. 12. conf. Farin. decis. 77. num. 2. † Et stante longitudine temporis præsumitur etiam de illis postea principales certiorasse, Roman. conf. 481. num. 7. Rot. decis. 396. num. 3. par. 1. & decis. 131. numer. 7. par. 2. diuers. & fuit dictum in Offen. Archidiacon. die 10. Junij 1602. coram bon. mem. Cardin. Cancellotto Iuniori, & in Aretina Capellania die 9. Februarij 1618. coram me, † quo casu confessio Procuratoris cum non fuerit re integra reuocata, nocet principali. Par. decis. 386. numer. 3. lib. 1. in nouis. Rota in Romana Censu 16. Junij 1586. coram Gypso, in Anconitana de Farsetti die 21. Junij 1618. coram R. P. D. meo Vbaldo, & fuit dictum in Camer. Parochialis de Brenta 25. Junij pratensis coram me.

## Burat. Decis. 882.

## S V M M A R I V M.

- 1 Positionibus responderi debet per verba, quæ certificent Iudicem, & ponentem, & releuent ab onere probandi.  
2 Positionibus responderi debet per verbum credit, vel non credit, maxime stante statuto, & num. 4.  
3 Positionibus simplicibus, & continentibus factum proprium responderi debet simpliciter.  
4 Statutum super responsionibus est decisorium; & in Rota seruandum, quia respicit probationem.  
5 Probationes respiciunt decisionem causa.  
6 Positioni responderi potest, non credit habuisse aliquod, ad quod teneatur.  
7 Positionibus admittere qualificatam responsionem, non credit habuisse aliquid ad quod teneatur, est in arbitrio Iudicis.  
8 Responsionem qualificatam admittere, vel rejicere in arbitrio Iudicis refidet.  
9 Stylus, vel statutum si requirant responsionem simplicem, non admittunt aliam, nimirum non credit habuisse aliquid ad quod teneatur.  
10 Stylus loci facit ius.  
11 Positionibus debet responderi præcisè iuxta stylum Rotæ.

## DECISIO LXXV.

DECISUM fuit, non fuisse per Margaritam sufficienter responditum hoc modo, non credit habuisse aliquid, pro quo teneatur, sed debere simpliciter responderi per verba credit, vel non credit.

- 1 Quia responsiones positionibus debent esse tales, quæ certificent Iudicem, & ponentem, Iacob. de Aren. de position. num. 18. Vbert. de Rob. cod. tract. num. 14. Cepol. cant. 53. sub nu. 2. & quæ releuent ab onere probandi, capit. statumini de confes. in 6. Specul. de instrum. edit. §. nunc dicamus sub numer. 5. vers. alioquin per talent, cum aliis decis. Perus. 8. num. 1. & per Alin. in prax. §. 10. cap. 26. nu. 4. † & quod debeat responderi per verbum credit, vel non credit, Archid. cap. ponderet distinct. 50. Rom. sing. 695. & decisum in Rot. in Portuen. honorum de Columna coram Seraphino, refert Salust. in praxi lib. 2. cap. 13. num. 23. † Et quando positiones sunt simplices, & concernunt factum proprium, responsio debet esse eodem modo simplex, Specul. in d. §. nunc dicamus num. 5. ibi oportet enim confiteri simpliciter, vel negare, Cepol. d. cant. 53. num. 2. Rom. sing. 985. Nat. conf. 69. num. 1. d. decis. Perus. 8. num. 3. & 26. Graui. ad Vestr. lib. 5. cap. 14. & refert decisum in d. Portuen. honorum de Columna, Salust. vbi supra cap. 13. nu. 23. Idque clarius, & absolute dubio procedit, † stante statuto Urbis lib. 1. cap. 682. mandante simpliciter responderi per verbum credit, vel non credit, vt per Doctores, communiter in leg. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verb. oblig. & præsertim post Stat. Rom. num. 6. Scitell. nu. 4. l. 1. nu. 10. Gal. num. 19. Alciat. nu. 4. Nat. d. conf. 59. nu. 12. & seqq. d. decis. Perus. 8. sub n. 17. Barr. & alij in leg. 1. ff. de vulg. & pupil. vbi post alios Socin. nu. 6. las. nu. 9. † Quod statutum in hac parte decisorium vltimum fuit Dominis, & sic etiam in Rota seruandum, cum respiciant probationem, Io. Cald. in disput. relata, & secuta per Brun. in c. cum clericus de for. comp. num. 17. & ibi Felyn. in fin. Roch. cap. fin. de consuet. sect. 3. num. 270. Io. Bapt. de S. Severino in repet. cap. cunctos populos num. 136. C. de summa Trinit. B. A. in leg. recepticia nu. 10. C. de constitu. pecun. Alex. conf. 138. num. 3. in fin. lib. 1. & consil. 58. nu. 3. lib. 7. & bene Coler. de processu in

- 6 *par. 1. cap. 3. nu. 223.* nam † probationes respiciunt decisionem in causa, Ber. *quest. 50. num. 1. Modern. Rom. de iudic. lib. 2. cap. 11. num. 243.* Non obstat admitti responsionem, non credit habuisse aliquid, pro quo teneatur, Gemin. post Imol. *in cap. capientes sub nu. 6. vers. dicit, lo. de Imol. de elect. in 6. lal. in leg. manifeste nu. 7. vers. si tamen Index, ff. de iur. iur. Cepol. caut. 60. Couat. lib. 1. var. resol. cap. 2. num. 4.* aliisque cumulatis: nam duplex
- 7 fuit data responsio: primo, † obiectum non procedere simpliciter, & absolute, nec ita firmari à Doctoribus, sed quando pars se opponit positioni continenti simplex factum receptionis, & iudex suspicatur de secreta restitutione, & mouetur ad obuiandum malitiæ ponentis, † ad eò quod res est in arbitrio Iudicis, qui si careat omni suspitione restitutionis, admittendo positionem continentem simplex factum receptoris, cogere potest ad eodem modo simpliciter consistendum, vel negandum factum, & reijcere negantem obligationem, Bald. *cons. 398. alias 397. incipit statuto Perusij lib. 5. Lanfranc. de Orian. in Clem. sapè sub num. 11. de verbor. signific. † & generale esse in arbitrio Iudicis admittere, vel reijcere responsionem qualificatam ex iusta tamen causa, Bald. Rom. lal. in leg. iusturandum, & ad pecunias, §. non semper, ff. de iur. iur. Menoch. de arbitr. casu 251. n. 4. d. decis. Perusij n. 34.* In proposito igitur arbitrium Dominorum fuit pro simplici responsione, tum quia non fuit pro parte D. Margaritæ contradictum positionibus continentibus simplex factum receptionis: imò illis alias iure responsionem, licet insufficientem, & post diu dilata fuit hæc noua responsio, tum quia non prætendebatur, nec extrajudicialiter per eam allegabatur restitutio localium, & aliorum in positionibus contentorum, vt loquuntur Doctores: sed ista sibi legata fuisse à bon. mem. Giberto viro suo; vt per informantes. Secunda dabatur responsio, obiectum non procedere, quando statutum disponit, vel stylus induxit, responderi simpliciter, † tunc enim dicta responsio non admittitur, Bald. *nu. 4. & Angel. nu. 2. uterque in eodem vers. sed in quibusdam locis, C. de exception. Alciat. in dist. leg. 1. §. si quis simpliciter n. 23. ff. de verb. oblig. Boer. dec. 243. nu. 12. vers. & hæc verum, & decis. 339. sub n. 4. eod. verb. Menoch. de arbitr. casu 93. nu. 26. vers. res tamen, hæc Gutier. lib. 1. pract. cap. 60. vbi alios refert Rip. in l. 1. n. 31. vers. credo tamen, ff. de vulg. & pup. nam Bald. & Ang. non distinguunt an statuto, vel stylo inductum sit in loco deberi simpliciter responderi, sed absolute loquuntur, & Boer. æquiparat in hoc statutum, & stylum,*
- 11 † & stylus loci facit ius, *cap. ex litteris de consuet. Affli. & dec. 79. n. 4. Guid. Pap. dec. 29. n. 3. Caput. dec. 331. n. 2. par. 3.*
- 12 Hic autem primo adest statutum: † Secundo vbi etiã cessaret, adest Rotæ stylus, vt negari debeat ipsum factum præcisè, vt in Romana, seu Portuen. bonorum de Columna 13. Februarij 1576. coram Cardinali Seraphino, & in Ianuens. pecuniaria, coram bon. mem. Corduba, quæ est 246. in 1. num. 2. vers. ad tertium, par. 4. diuers. add. ad decis. felicis recordationis Gregor. XV. 282. n. 10. Ex quibus resolutum fuit dictam D. Margaritam debere simpliciter respondere per verbum credit, vel non credit: vtrique parte informante,

Rot. Rom. nouissim. ab anno 1626.  
vsque ad annum 1630. decis. 320.

S V M M A R I V M.

- 18 Confessio facta in positionibus, tam consentienti, quam aliis ab eæ causam habentibus præiudicat.

DECISIO LXXVI.

**Q**Uæ eo magis confirmantur, quia omnes successiui possessores huius Banche Marcelli illam agnouerunt subiectam esse fideicommissio Hieronymi: & signanter Marcus Antonius in responsionibus ad positiones datas in sum. hoc admittit, 18 † cuius confessio tam ipsi, quam aliis ab eo causam habentibus, prout sunt Domini de Sangiorgiis, præiudicat Graui *cons. 29. n. 1. Cæsar. Grass. decis. 20. num. 9. de probat. Rota coram Reuetendis. D. meo Decano, decis. 120. num. 2. cum seqq. & fuit dictam in hac eadem causa sub die 5. Martij 1627. coram me.*

Ex eiusdem decisionibus. Decis. 359.

S V M M A R I V M.

- 40 Confessio emanata in responsione ad positiones plene probata contra consistentem.

DECISIO LXXVII.

**Q**Uantum denique attinet ad identitatem bonorum, visum fuit Dominis, illam sufficienter iustificari: nam quo ad quindecim corpora ex illis, quæ enunciantur in inuestitura probatur identitas ex confessione ipsiusmet Cæsaris emanata in responsione ad positiones, † quæ contra ipsam plene probat, Abbas in *cap. quamuis de re iudic. Aymon. consil. 217. n. 9. S. M. Greg. decis. 92. n. 1.* & in istis terminis fuit sapius dictum in causa Bonon. fideicom. de Desiderijs coram R. D. meo Merlino, in prædictis enim positionibus articulantur eadem ferè demonstrationes in inuestitura expressæ, quarum duæ sufficient iuxta doctrinam Bar. in *leg. demonstratio falsa n. 14. ff. de cond. & demonstr. quam passim omnes sequuntur, vt latè fuit ponderatum coram me in Ferracien. de Nasellis.*

Rota Romana nouissimorum Tom. 3.  
Decis. 276.

S V M M A R I V M.

- 1 Positiones inuenta sunt, vt pars releuetur ab onere probandi per confessionem partiu.
- 2 Positiones quando dicantur exhibitæ, prout de iure requiruntur.
- 3 Ad lites abbreviandas Rota de stylo seruat, quod semper sit respondendum positionibus pertinentibus, & impertinentibus.

DECISIO LXXVIII.

**F**UIT per Dominos resolutum R. D. Montorium teneri respondere positionibus, † cum fuerint inuentæ, vt pars releuetur ab onere probandi per confessionem aduersarij, *cap. 1. vbi gl. in præambulo, vers. pro intellectu, ibi & fuerint inuentæ, & in verbo statumus, vers. sunt autem positiones de confis. in 6. l. cum quis, ff. de iur. iur. leg. 2. §. quod obseruari, C. de iuram. calum. lal. in Lquis iur. esse, §. si pater n. 7. ff. de iur. iur. Sord. decis. 22. n. 4. fuerint enim exhibitæ, prout de iure requiruntur,*

2 † ad effectum, vt videatur an sint impertinentes, impossibiles, captiosæ, negatiuæ, gl. in dist. cap. 1. de consens. in 6. vers. & sunt in scriptis: † licet de stylo Rota seruet ad abbreviandas lites, quod semper sit respondendum

dendum positionibus pertinentibus, & impertinentibus, Rot. decis. 24. de testib. in antiquis.

Gratian. Decis. March. 171.

## S V M M A R I V M.

- 1 Recusans respondere positionibus, licet possit tanquam confessus condemnari, tamen ab huiusmodi condemnatione potest appellare, & an sit verus contumax, nu. 2. & 12.
- 3 Sententia, qua fertur contra contumacem habitum pro confesso iuxta formam statutorum non transit in iudicatum, & num. 4.
- 5 Sententia non transit in iudicatum, si fertur ex presumptiuo, seu privilegiatis probationibus.
- 6 Statutum habens pro confesso non respondente positionibus, intelligitur, si qualitas causae patitur.
- 7 Non respondens positionibus ad praeceptum Iudicis habetur pro confesso, si detur terminus ad deliberandum, & positio sit pertinens nu. 8. cum alii requisitiis nu. 9. 10. & 11.
- 13 Positiones non debent esse sine tempore, vt respondens habeatur pro confesso.
- 14 Venditor probans venditionem sine tempore succumbit.

## DECISIO LXXIX.

Statutum mandat non respondentem positionibus haberi pro confesso, prout secundum illius dispositionem Iudex declarauit recusantem illis respondere haberi pro tali, & tanquam confessum condemnauit ex causa de qua in actis: ex quo dicebatur huiusmodi sententiam ob contumaciam non respondentis transisse in iudicatum, ita vt ab ea non possit appellari, vt in specie concludit Bald. conf. 267. Quidam num. 1. lib. 1.

Contrarium tamen conclusum fuit in causa Blasij Pisae, & Francisci de Appignano, † quod imò recusans respondere ad mandatum Iudicis, licet habeatur pro confesso, & tanquam confessus possit condemnari, tamen potest appellare, & in causa appellationis iustificare suam recusatorem, † non est enim verus contumax, si citatio eum non apprehendit, & positio quod esset talis, non tamen in sententia audienda, quia tunc non admittitur appellatio, sed in processu, quo casu non est iure cautum, vt appellatio denegetur, Cast. consil. 141. vlt. quaedam inquisitione in princ. lib. 1. vbi etiam subdit, quod in causa appellationis licet purgare moram, & contumaciam, cum appellatio reponat appellantem ad statum, in quo erat ante litem contestatam idem voluit Bald. conf. 257. Titius lib. 1. in fin. Moron. de tregua, & pace quest. 35. num. 1. & 11. tom. 2. fol. 424. † Imò sententia, quae fertur contra contumacem habitum pro confesso, & conuicto ex forma statuti non transit in iudicatum, Anan. in cap. de his ad fin. de accusat. Felyn. in cap. consanguinei ad finem de re iud. Cephal. conf. 241. nu. 77. lib. 1. Rol. consil. 60. num. 33. lib. 2. Marfil. in praxi, §. ordine. nu. 2. versic. & in quantum, † Et sic sententia poterit quando cumque retractari, Bologn. conf. 34. in fine, Nat. consil. 434. num. 5. Ratio est, † quia sententia non transit in iudicatum, quando fertur ex presumptiuo, seu privilegiatis probationibus, poterit enim retractari, ex nouis, & fortioribus, Innoc. in cap. tua nos de cohabit. cler. & mul. Angel. in leg. 1. C. sentent. rescind. non posse, & in leg. sub specie, C. de re iud.

Præterea etiam quod statutum habeat pro confesso non respondentem positionibus, † intelligitur si qualitas causae patitur, alioquin ex sola contuma-

cia non poterit condemnari, nec habetur tunc pro confesso, vel negante, vt dicit statutum Rot. conf. 12. n. 29. vbi exemplificat, si libellus est ineptus, vel non concludens, vel manifestam continens rei defensionem, Francisc. Curt. de posit. nu. 16. sol. 3. Marfil. sing. 625. materia positionum ad finem.

- 7 Secundò † quia ad Iudicis praeceptum non respondens habetur pro confesso, siue super facto defuncti, siue alieno, dummodo tamen detur terminus ad deliberandum, Bald. conf. 225. lib. 1.
  - 8 Tertio requiritur, † quod positio sit pertinens, Moron. de treg. & pace, quest. 35. n. 6.
  - 9 Quarto intelligitur, † quod contumax in respondendo positionibus habeatur pro confesso super positionibus sibi lectis, vel aliter editis, vt quia sunt tradite, nam ista sunt equipollentia, Bald. conf. 215. Statuto cauetur lib. 2. post vers. praxito ad euidenciam.
  - 10 Quintò, † quod habeatur pro confesso procedit, quando ad Iudicis praeceptum non respondit; itaut requiratur citatio ad allegandum causam quare non habeatur pro confesso, Alen. conf. 212. nu. 10. lib. 6. & ibi add. in lit. E. Guid. Pap. consil. 7. Moron. de tregua, & pace, quest. 35. nu. 5. † Dummodo tamen in prima citatione non adfit comminatio, quod habeantur pro confessis, Alen. dist. conf. 212. nu. 12. prout dicta verba non esse locum dispensationi, an mora possit purgari, dicit Mandos. de imbit. quest. 46. in fin. post Alen. in leg. si insulam num. 36. de verb. obligat.
  - 12 Sextò etiam † monitus à Iudice, vt respondeat positionibus, poterit moram purgare, maxime re integrè, Nat. conf. 364. nu. 10. quod est inter conf. Silvan. vt ipse dicit in fin. Nat. consil. 53. num. 3. Neuz. consil. 6. num. 12. O'alc deus pedem. 5. num. 4. & decis. 71. num. 56. Et quod in causa appellationis licita sit purgatio morae, & contumaciae, dicit Castren. consil. 141. nisi quaedam inquisitione in princ. lib. 1. licet Bald. conf. 182. incipit statuto cauetur, relatus per Mascard. de probat. consil. 1176. nu. 53. t. neat, quod contumax in respondendo positionibus in termino sibi praefixo à Iudice, vel à statuto non possit moram purgare, idem Bald. consil. 315. statuto lib. 2. vbi tamen dicit, quod ex causa excusabitur, Guid. Pap. conf. 7. Moron. de tregua, & pace, quest. 35. num. 7.
- Ex quibus requisitis patet, nullum ex eis verificari in processu; maxime illud de citatione, termino dato ad deliberandum, & traditione positionum, itaut appareat de manifesto grauamine illato ei, qui per Iudicem fuit condemnatus ob dictam praesentem recusatorem, quod videbatur sufficere, vt posset audiri in causa, ob quam dicebatur, non potuisse declarari conuictus, & confessus.
- Adde non potuisse sequi huiusmodi condemnationem; † quia positiones, de quibus agimus sunt sine tempore, quo casu etiam quod quis non responderit, non habetur pro confesso, nec contumace, Cellus ad Lanfranc. in cap. quoniam contra, in tit. de respons. num. 195. in verbo pro confesso, de probat. tom. 3. fol. 249. per doctrinam Baldi in leg. 1. C. si plur. vna sent. C. de m. singul. 110. statuto cauetur, vbi Additionator Ratio est, quia esto, quod probares, non vinceres, quando non adest tempus, prout est in mutuo, cum sic probatio non esset concludens, Neuz. conf. 39. num. 18. & facit Crem. sing. 18. pone quod egi. † Vbi venditor probans venditionem factam sine tempore, succumbit. Corta in memorab. in verb. probatur sine tempore, Plot. in leg. si quando, §. 7. principaliter, num. 46. C. vnde vi. maxime quia tamus in casu, in quo de necessitate erat probatio temporis facienda, &c.

Amat. Decif. March 58.

## S V M M A R I V M.

- 5 Ponens dicitur fateri.
- 6 Negans ex positione negata commodum an reportare possit.
- 7 Negari quando possit tota positio.

## D E C I S I O L X X X.

**Q**uod comprobatur etiam ex prima positione dictorum de Coltellis, dum ponunt, illum fuisse electum arbitrum ad decidendum eorum differentias, † nam ponens fateri dicitur, Franc. in cap. 1. de confess. num. 11. fol. 92. non obstante, quod huiusmodi positio fuerit pro parte dicti Afcenij de Setis negata, † quia licet ex positione negata commodum negans reportare non debeat, leg. 2. §. quod obseruari oportet, C. de iur. iur. propter calum. leg. Papinianus, §. meminisse, ff. de inoffic. testamento, Marfil. sing. 522. opponens exceptionem solutionis in vers. pro quo facit, fol. 140. id locum non habet respectu iudicis, vt post Alex. consil. 183. viso puncto nu. 4. lib. 5. Ruin. consil. 21. lecto, & bene intellecta lib. 6. tom. 1. nouissimè tradit Rot. Lucenf. per Lepidum decif. 33. in nomine col. 5. fol. 42. quod ne beneficium conferatur in inuitum, intelligo, vbi negans non peccauerat in negatione, nec quando positio est implicita habens plura capita, quorum vnum est verum, aliud falsum, † nam tunc ratione partis potest negari totum, leg. is qui ducenta, §. vtrum ita concipias, ff. de reb. dub. leg. 1. §. Trebatius ait, ff. de aqua quot. & asiu. iacob. de Aren. in suo tract. de positio. in vers. attendendum est, num. 19. tom. 4. fol. 5.

## Rota Collegialis Vrbinij in manuscriptis.

## S V M M A R I V M.

- 1 Procurator an cogi possit ad respondendum positionibus, & pro affirmatiua opinione nonnulla considerantur rationes, contrarium tamen defenditur per totam Decisionem. Et quomodo procedere possint considerata in contrarium, num. 15.
- 2 Procurator non habens mandatum speciale iurat in animam propriam.
- 3 Procurator in animam propriam tenetur iurare de calumnia.
- 4 Cui non conceditur quod est minus, non conceditur quod est maius.
- 5 Procurator ad deponendum contra Dominum in causa, in qua est procurator, cogi non potest.
- 6 Quod equum non est, vii absurdum, & inconueniens, non est concedendum.
- 7 Multa absurda considerantur si procurator possit cogi ad respondendum positionibus.
- 8 Procurator respondendo positionibus Domino non preiudicat absque speciali mandato.
- 9 Procurator absque speciali mandato non potest facere positiones.
- 10 Ad probandum quis non admittitur id, quod probatum non relict.
- 11 Confessio Procuratoris respondendo positionibus absque speciali mandato, Domino non preiudicat.
- 12 Confessio Procuratoris facta respondendo positionibus, à Domino reuocari potest.
- 13 Positionibus pluries non est respondendum.

14 Positioni continenti speciem si quis responderit, an possit cogi ad respondendum, si ponatur genus.

## D E C I S I O L X X X I.

**D**isputabatur in celeberrimo Vrbinij Collegio, vtrum Procurator vnus ex partibus colligantibus ad respondendum positionibus aduersarij iurando in animam propriam cogi posset, & post longas, & varias discussiones, aliqui ex Dominis affirmabant, partem affirmatiuam sequendam esse, moti ex doctrina Bart. in leg. non solum, vers. sed si vult, & in alio vers. vel sexto die sub nu. 5. ff. de procurat. vbi firmare videtur † Procuratorem cogi posse ad respondendum positionibus, si aduersarius vult; & ratio est, quia sicut dominus, qui magis est instructus, cogitur respondere, ita etiam procurator, si esset magis instructus, cogi poterit: quo casu non videtur, quod principalis dicere possit, egomet volo respondere; & cum positiones, de quibus agebatur, an contineat stylum Tribunalium huius Ciuitatis, qui magis est notus procuratoribus, quam mulieribus aduersariis, ergo Procurator respondere tenetur. Et hanc opinionem sequitur Bald. in dict. leg. non solum sub nu. 5. dicens. Procuratorem debere iurare de calumnia, respondendo interrogationibus, & positionibus: eandem opinionem sequenti sunt in dict. leg. non solum Alberic. & Castrensi. Specul. in tit. de iuramento calumnie, §. 3. nu. 2. & in tit. de positionibus §. 6. nu. 18. Bertach. in sua repertor. in verbo positionibus respondens num. 31. 35. 94. Mascard. de probat. conclus. 1176. nu. 57. Et consulendo tenere videtur Socin. lun. consil. 132. per tot. vol. 3. dicens, hoc residere in arbitrio iudicis, & secundum prædictam opinionem fuisse decisum refert Afflict. decif. 92. vbi

2 Vrsil. ait, † quod si Procurator non habet mandatum speciale, iurabit in animam propriam. Et Put. in decif. 294. nu. 3. lib. 2. in fin. dicit, procuratorem debere positionibus respondere, & licet nihil alleget, tamen ob illius auctoritatem ei videtur standum. Adducebant etiam pro eorum opinione tex. in cap. 2. de confess. in 6. vbi deciditur, quod si reus, vel procurator contumax fuerit in respondendo positionibus, habetur pro confessio. Et tandem faciebant hoc argumentum. † Si procurator tenetur in animam propriam iurare de calumnia, quia & ipse calumniator potest, Rot. in nouiss. decif. de iur. calum. ergo etiam tenetur respondere positionibus.

Quibus tamen non obstantibus, maior pars Dominorum, contrariam opinionem sequendam non dubitauit, prout sententiando D. Locumtenens primus iudex secutus fuit.

4 Primò, † quia manifesti iuris est, cui non conceditur, quod est minus, non conceditur, quod est maius: At depositio testis minus parti præiudicat, quam propria, procuratorisve confessio, † quæ fortior est cæteris probationibus, Mascard. de probat. quest. 7. n. 3. Verum si procurator in eadem causa, in qua suum præstat patrocinium, ad deponendum contra Dominum, vti testis, cogendus non est, Farinac. de testib. quest. 60. nu. 224. Put. decif. 294. lib. 2. Ergo multo minus cogi debet ad respondendum positionibus, quas si confiteretur magis præiudicaret suis principalibus, quam testificando.

6 Secundò, † quia omne illud, quod æquum non est, & à quo malum provenire potest, vti absurdum, & inconueniens in omnibus, & quibuslibet dispositionibus semper euitandum est, & ne illud sequatur, verba impropriantur, & dispositiones quantumvis

generales sunt restringendæ, *leg. nam absurdum, ff. de don. lib. & nouissime Auguft. Barbos. de axiomatibus verbo absurdum, Viët. decis. 255. nu. 2. 4. Rot. in nouiss. diuers. decis. 256. nu. 4.* Modo si Doctores in contrarium allegati, ut generaliter loquentes interpretentur, locum habere in casu nostro, sequuntur multa inconuenientia, & absurda: † quia nempe Procurator colludere posset cum aduersario, fatendo suas positiones, & sic suo principali sine speciali mandato, imò inuito, & contradicente præiudicare: posset etiam euenire, quod Procurator faceret responsiones contrarias illis, quas suus principalis iam fecit, quod esset iniicere laqueum, & detegere peritium: nam iam principales responderent negativè positionibus continen-  
7  
tibus stylum coram D. Prætoris: si modo positiones continentes stylum vniuersalem omnium Tribunalium huius Ciuitatis fateretur procurator, certè fateretur quod principales negauerunt: & sic alter ipsorum esset periturus: sed hæc omnia videntur inconuenientia, & absurda, ergo iura, & auctoritates in contrarium adductæ sunt intelligendæ, non habere locum in casu, de quo agitur.

8 Tertio, † quia procurator respondendo positionibus Domino non præiudicat, nisi habeat specialissimum, siue individuale mandatum ad respondendum sic, & sic, *gl. ol. in cap. 2. in vlt. notab. de confess. in b. Soc. in. conf. 55. nu. 8. volum. 1. Menoch. conf. 80. nu. 64. Paris. conf. 115. nu. 18. lib. 1. Hond. conf. 66. nu. 73. & 78. lib. 1. V. fil. ad Affl. & decis. 148. in fin. Michalorsius de Posit. cap. 64. & cap. 65. nu. 13. Seraph. decis. 97. num. 5. Rot. in recent. par. 2. decis. 779. per tot. Ludouil. decis. 71. num. 1. facit doctrina Pa. in sua praxi in forma posit. act. ubi ponit articulum, an, & quando procurator possit facere positiones, & positionibus aduersarij respondere, & distinguit.*

9 † Aut procurator habet speciale mandatum ad faciendum tales positiones, vel ad dandum certas responsiones, & tunc affirmatiuè respondet: aut verò habet solum mandatum generale cum libera, & tunc aut positiones, & responsiones tendunt ad conseruandum ius Domini, & tunc idem respondit ad tradita per Bart. & alios supra allegatos in dict. *leg. non solum*: aut verò positiones, & responsiones tendunt ad tollendum ius domini, & tunc procurator non potest facere positiones, nec responsiones, quæ domino præiudicent.

10 Quarto, † quia non admittitur quis ad probandum, quod probatum non releuat: † at responsio procuratoris Domino non præiudicat, *Castr. in dict. leg. non solum, nu. 3. Ludouil. decis. 407. nu. 3. nisi speciale*  
11 *habeat mandatum, Ludouil. decis. 75. † & quatenus præiudicialis esset responsio, posset à Domino reuocari, etiam non docto de errore, Felyn. in c. 1. nu. 16. vt lit. non contest. addentes ad practicam Pap. loco supra citato post nu. 2. Caput. decis. 191. part. 1. Pur. decis. 16. lib. 3. Farinac. post 2. volum. consil. crimin. decis. 188. nu. 2. Seraphin. decis. 274. nu. 2. & decis. 634. nu. 3. Ludouil. decis. 270. num. 9. Rot. diuers. decis. 613. nu. 9. part. 1. in nouiss. Si ergo principalis ex confessione sui procuratoris præiudicium sentire non potest, vel quia ei non præiudicat, vel quia illam potest non approbare, sed tollere, & irritare, multo magis poterit impedire confessionem faciendam, cum facilius sustineatur iam factum, quam de nouo inducatur, *Surd. conf. 174. num. 12.* Ex quibus frustra petitur responsio non releuans, & eo magis quia principales iam contradixerunt, ac protestati sunt nolle consentire, quod ab eorum procuratore dictis positionibus respondeatur.*

13 Quinto, & vltimo, quia aliquæ dictarum positio-

num non solum in substantia, sed etiam in verbis continent idem, quod continetur in prioribus positionibus, quibus iam à principalibus fuit responsum, nec iterum est respondendum, *Specul. in dict. tit. de positionib. §. 6. num. 3.*

Verum est, quod alij, qui opinionem affirmatiuam tenuerunt, dicebant, non esse eandem cum primis, in quibus solum stylus tribunalis D. Prætoris circa citationem, ac monitionem ad sententiam continebatur à tempore immemorabili, in secundis verò continebatur vniuersalis stylus omnium tribunalium huius Ciuitatis, & scientia eiusdem procuratoris à tempore, quo procuratoris officium exercere cepit: quoniam si in prioribus positum fuit aliquid  
14 *speciale, & illud negatum, † non per hanc negatiuam tollitur quin possit postea poni aliquid in genere, vt per Socin. in cap. Fraternitatis num. 16. de test. & cum in secundis posita fuerit scientia procuratoris quæ in primis posita non fuerat, ista qualitas facit cessare identitatem cum prioribus, Farinac. de testam. quæst. 75. num. 205. & multa ab eisdem Dominis lupet identitate, diuersitateque dictarum positionum dicta fuere. Nihilominus cæteris Dominis visum fuit, aliquas esse eandem cum primis, quibus reiectis, & amotis, alijs fore omnes esse impertinentes, & minime concludentes, idè non esse respondendum.*

15 Non obstant modò Doctores, pro alia parte allegati, quod procurator debeat positionibus respondere, quia ipsi vel loquuntur de procuratore in rem propriam, vel de eo, qui conuenitur ex causa doli, vel ex sua promissione, vel quando interrogatur de facto proprio in eadem causa, vel de eo, qui non habet mandatum ab homine, sed defendit ex necessitate, & non spontè, ita ex eorum dictis, & præciuè à Bart. & Angel. per discursum in dict. *leg. non solum* manifestè colligitur. Idè Collegium iudicauit, confirmandam esse sententiam Domini Locumtinentis, die 16. Decembris 1633. sub rogatu D. Augustini Velluti. Ita est ego Ioan. Baptista Mazzabates vnus ex dictis iudicibus de mandato loco Domini Gommissarij.

## Rotæ Collegialis Urbini.

## S V M M A R I V M.

- 1 De Generali stylo Palatiomm capitula admittuntur salubri iure impertinentium, & non admittendorum, & de illorum impertinentia disputatur in fine litis cum articulo principali.
- 2 De Pertinentia Capitulorum admissorum cum dicta clausula potest in qualibet parte iudicium cognosci.
- 3 Fallit stante statuto, vel consuetudine prædicta, quod admittuntur cum dicta clausula.
- 4 Capitula notorie impertinentia non admittuntur cum clausula præseruatiua, non obstante statuto, v. l. consuetudine.
- 5 Quod non procedit quando notorie, non possunt ad causam indirectè, vel directè conferre, vel adinualum prestare.
- 6 Notorium non dicitur, quod recipit disputationem, an potest aliquo modo tergiversari.
- 7 Et satis est si disputatio sit colorata.
- 8 Scriptura priuata probat absque die contra nu. 11. sed veritat prima opinio, num. 12.
- 9 Non admittitur quis ad probandum, quod probatum non releuat.
- 10 Non admittitur quis ad impugnandum, quod semel approbanit.

- 13 Scriptura in vna parte falsa, censetur falsa in omnibus.
- 14 Hæredes habent iustam excusationem ignorantia gestorum à defuncto.
- 15 Presumitur contra eum, qui distulit agere per longum tempus viuente debitore, & eo defuncto, egit contra hæredes non informatos.
- 16 Apoca valet, licet non sit à partibus subscripta, dum in ea non fuit dictum, quod deberet subscribi.
- 17 Contractus, qui solo consensu celebrantur valent sine scriptis, nisi fuerit contentum de eis faciendam esse scripturam.
- 18 Apoca alias approbata à parte, quæ nihil opposuit in iudicio contra eam, sed contra num. 23.
- 19 Quod procedit etiam si fuerit contumax, limita vt num. 28. habet locum in presente, & tacente, num. 27. declaratur vt num. 31. 32. 33. 34. & 35.
- 20 Etiam si contumacia non fuerit accusata, contra num. 30.
- 21 Approbatio, siue confessio principalis nocet fideiussori, quando est verisimilis, & num. 40.
- 22 Verisimile est mulierem nuptam fuisse dotatam, præcipue à Patre. 41. sed non à tertio.
- 24 Sub Titulis productis requiritur admissio iudicij siue tacita, siue expressa.
- 25 Instantia debent ob Actum legi iudicij, vt sub illis decernat.
- 26 Pronuncia iudicij debet respondere actuum instantiæ.
- 29 Approbationis fundamentum est scientia.
- 36 Oppositio generalis sufficit, vt non dicatur apoca approbata.
- 37 Index potest scriptura infirma, contra quam pars nihil opposuit, fidem non adhibere.
- 38 Dicitio, quatenus, est conditionalis.
- 39 Conditio nihil ponit in esse.
- 40 Donatio non presumitur.
- 41 Donatio facta ab extraneo est donatio.
- 42 Fideiussio est contractus de sui natura lesiuus.
- 43 Confessio principalis nocet fideiussori quo ad qualem præsumptionem, contra num. 45.
- 44 Et potest probari contrarium.
- 45 Ea, quæ fuerint producta in termino probatorio, considerantur cum articulo principali.
- 46 Exceptio, quæ potuisset impedire litis ingressum, si fuerit opposita post litem contestatam reseruat ad merita.

## DECISIO LXXXII

**D**E Anno 1625. de Mense Aprilis Franciscus Maria Lucius citato D. Francisco Vberto prætenso fideiussore pro dote sibi promissa à Magistro Benedicto Sapillio Socero, petit flor. quatuordecim pro interuersuris, asserens illa sibi debita vigore publici Instrumenti, de cuius extractione fuit protestatus D. Franciscus negauit, se aliquam promissionem fecisse, ex qua teneatur ad interuersuria, & petit absolui à petitis.

Die 14. Iulij eiusdem Anni, idem Franciscus Maria produxit quandam Apocam Matrimonij contracti ab eo cum Domina Maria filia Magistri Benedicti, in qua dicebatur dos constituta, & pro quadam portione fideiussisse dictum D. Franciscum, & petit illam recognosci. D. Franciscus nullum dedit responsum, licet personaliter citatus, nec Iudex super dicta instantia aliquid pronunciauit.

Die 18. eiusdem Mensis, Magister Benedictus prædictus suo proprio nomine, & defensorio dicti D. Francisci comparens in Iudicio, & oppositis generalibus cum negativa in forma, dixit, quod quatenus apparet D. Franciscum, vel ipsam Comparentem

teneat ad aliquos interuersuria, apparebit etiam de solutione florensiu centum ad dotis prædictæ computum, & quo ad residuum, tempus non esse decursum, & denique petit D. Franciscum absolui à petitis, sed neque super huiusmodi instantiis apparet, aliquid fuisse à Iudice pronunciatum.

Postmodum idem Franciscus Maria, citato personaliter D. Francisco reproduxit petitionem, & apocam, & petit illius executionem.

D. Franciscus nullum pariter dedit responsum sed D. Octavius Pierius asserens Procurator Magistri Benedicti negauit ex aduerso petita, & dixit totum oppositum apparere, ex Apoca in Iudicio producta.

Sed nec super Instantiis prædictis apparet aliquid fuisse à Iudice pronunciatum.

Post viginti annos circiter, defuncto iam dicto D. Francisco, & etiam Magistro Benedicto, dictus Franciscus Maria, cum primum Iudicium non fuisset ulterius prosequutum, nouum inchoauit, eandemque Apocam reproduxit, & citatis hæredibus dicti Domini Francisci, petit illam recognosci, & nonnulla præparatoria produxit, quibus dicti hæredes responderunt, non credere, quod dictus Franciscus aliquid scripserit, & quod ipsi hæredes sint ad aliquid obligati ad fauorem dicti Francisci Mariae.

Et cum pro parte eiusdem fuisset producta dicta apoca, & petitum, hæredes condemnati ad certam summam, dicti hæredes, acceptatis fauorabilibus, negarunt à dicto petita, & cum fuisset assignatus terminus ad probandum, & ad recognoscendum Apocam, ac seruatis seruandis causa posita in definitiuis, Iudex tandem absoluit dictos hæredes à petitis.

A prædicta sententia appellauit Franciscus Maria ad D. Locumtenentem, & in termino assignato ad iustificandum, & impugnandum produxit acta prædicta gesta in primo Iudicio de anno 1625. vt dictum est.

Vice versa dicti hæredes producerunt capitula ad probandum, quod quando Apoca prædicta prima vice in Iudicio fuit producta, carebat die, & cum dicta Capitula fuissent admissa cum solita Clausula, saluo iure impertinentium, & non admittendorum, dictus Franciscus Maria appellauit ad nostrum Collegium, à quo, me referente, fuit pronuncia prædicta seruatis seruandis, confirmata.

Moti fuimus ex clara dispositione statuti nostri, mandantis capitula admitti cum prædicta clausula, & ex generali stylo Palatiorum, quod Capitula admittantur cum prædicta modificatione, & quod super illorum pertinentia, vel impertinentia cognoscatur in fine litis, vnà cum articulo principali, vt per Castrenf. in leg. ad probationem, num. fin. C. de probat.

Neque censuimus obstare, quod dicebatur ex aduerso, & quod in quacunque parte Iudicij potest cognosci de pertinentia, vel impertinentia Capitulorum, quando illa fuerint admissa cum prædicta clausula præseruatiua, Franc. decis. 220. n. 14.

Quia prædicta conclusio non procedit stante statuto, vel consuetudine prædicta, Papienf. in forma opponendi contra positio, in verbo petens autem omnia num. 1. in fin. & clarius idem Castrenf. in leg. neque naturales, n. 3. de probat.

Proot non censuimus obstare limitationem, quæ asserebatur ad statutum, & consuetudinem prædictam, & quod nempe non vindicent sibi locum, quando capitula sunt notoriè impertinentia, Bar. in l. si duo Patrum, §. Iulianus, nu. 10. vbi ceteri Doctores.



Dec. consil. 162. Muscatel. in praxi Civil. lib. 1. §. 5. glos. impertinentes num. 21. Vestr. in prax. lib. 5. cap. 24. num. 26. vbi Grauat. licet enim veritas limitationis admittatur, tamen illam casum nostro parum congruere censuimus, cum illa procedat, quando capitula sunt aded notoriè impertinentia, vt euidenter appareat, nec dicitur, nec indirecè ad causam conferre, nec posse aliquod adminiculum præbere, Muscatell. in praxi Civil. lib. 1. §. 5. in prima instan. glos. impertinentes num. 18. & pluribus sequentibus. vbi plures cumulat ad propositum, quibus addo Gayl. obseru. 21. lib. 1.

6 Notorium tamen non dicitur, quod recipit disputationem, & potest aliquo modo reuertari, Franc. cap. dilecto nu. 173. & 180. ad fin. de appellat. Cephal. consil. 201. num. 11. & consil. 202. num. 16. & seq. Mascard. conclus. 1107. num. 26.

7 Et ad excludendum notorium satis est, disputationem esse coloratam, Menoch. dict. consil. 111. num. 89. Mascard. dict. conclus. 1107. n. 26. & seq.

Capitula autem producta pro parte dictorum hæredum non esse impertinentia saltem notoriè apparebit, si perpendantur iura, quibus ipsorum admissio oppugnabatur, & illis sigillatim afferuntur responsiones.

Iura igitur Francisci Mariæ, quibus notoriam impertinentiam capitulorum, & adicio productorum probatam contendebat, ad duo capita principalia reducebantur.

Primum, quia Capitula tendebant ad probandum Apocam, & de qua agitur, quando à principio fuit producta, fuisse absque die, quod probatum non releuaret, quia scriptura priuata probat sine die, leg. cum Tabernam, §. idem que fuit, ff. de pignor. & hypoth. idem capitula non esse admittenda, cap. cum contingat, §. verum, de offic. deleg. Federic. de Senis consil. 148. n. 2.

9 Secundum, quia dicta Capitula tendebant ad impugnamdam apocam à D. Francisco, ab eius hæredibus, & à Magistro Benedicto principali debitore approbatam, & quod fieri nequit cum quis non debeat admitti ad impugnamdum, quod aliàs approbuit, Rot. diuers. part. 5. decis. 306. n. 1.

Quibus tamen non obstantibus, prædicta Capitula admittenda censuimus cum solita clausula, prout admilla fuerunt à primo Iudice, & diximus.

Nam quo ad primam Caputrationem in eo ponderatam facile subuerti posse censuimus ex pluribus.

Primo, quia Textus in dict. §. quæ sunt, habet plures intellectos, & nec desunt qui censent illius dispositionem habere locum in apoca, de qua loquitur, nam in cæteris scripturis priuatis, vt apparet, & Bald. in leg. vnic. §. quibus, C. de nou. Cod. de faciend. & ex additis ad Bart. in dict. §. sub littera A.

12 Et licet recentior sententia sit in contrarium, tamen ad excludendum notorium sufficit adesse contradictores, vt supra diximus.

Secundò, quia Capitula tendebant ad probandum, solum apocam fuisse à principio sine die, sed diem fuisse adiectum ab ipso Aduersario, vel ad eius instantiam ab eodemmet, qui Apocam conscripserat, & etiam consequenter tanquam in vna parte falsam, in omnibus falsam censi. Menoch. præsumpt. 6. lib. 3. nu. 2. & adiectio præsumitur facta ab eo, qui primò Apocam conscripserat, idem Menoch. præsumpt. 21. num. 3. & 4. lib. 5.

Et licet huiusmodi dictum plures recipiat declarationes, tamen in casu nostro ad excludendum notoriam impertinentiam capitulorum, est satis suffi-

ciens, vt supra demonstrauiamus.

Tertiò, quia dicti hæredes pretendunt dictam Apocam non continere contractum perfectum, sed solum tractatum; idque conatur deducere, quis in corpore Apocæ de illo confecto sub die supra dicto, & coram testibus, qui illam subscribere debebant, & cum defuisset dies, vt probare posse conueniunt, & subscriptio testium, dicunt contractum non fuisse perfectum, ad tradita per Anchar. consil. 32. n. 1.

Quod tanto magis dicti hæredes apparet pretendunt, quia Franciscus Mariæ, quando à principio petiit dotis interuentura, dixit de obligatione D. Francisci apparet per publicam Instrumentum, qui licet postea non instrumentum, sed Apocam produxerit; tamen iudicium inchoatum non fuit prosequutum. Vnde dicti hæredes pretendunt sumere coniecturam, Apocam continere solum tractatum, & de conclusione facta Instru. notorium celebratum, cuius ipsi tanquam hæredes non habent notitiam, leg. qui in alterius ff. de regul. iur. Oldrad. consil. 270. num. 4.

14 Abb. consil. 3. num. 1. lib. 2. & coniecturamque inualefcere dicunt, ex quo dicitur Franciscus Mariæ non reassumpserit iudicium, nisi post viginti annos, & post mortem tam dicti D. Francisci, quam Magistri Benedicti, qui erant informati, vnde præsumptio contra ipsum insurgit, vel quod non fuisset Creditor, vel quod creditum fuerit exinctum, dum distulit agere per tantum temporis spatium, & post mortem debitoris. Paris. consil. 137. num. 12. lib. 4. Menoch. præsumpt. 35. n. 2. & pluribus seq. & n. 20. & 21. lib. 3. Mascard. conclus. 1319. num. 27.

Quare non videbatur rejicienda capitula, ex quibus probatis adderet adminiculum prædictis coniecturis, & ex quibus simul iunctis, probatio ad fauorem dictorum hæredum magis concludens coallescere posset.

Quartò, quia licet Apoca priuata subsistatur absque diei positione, tamen id procedit, quando partes non contenerunt diem esse ponendam, & licet subsistatur etiam sine partium subscriptione, sed non subsistatur quando apparet, ex serie Apocæ, quod esset à partibus subscribenda, Anchar. dict. consil. 32. sicut dicitur de contractibus, qui sine scriptis perficiuntur ex solo consensu, dum de sui natura non requirunt scripturam: tamen quando partes continentur scripturam esse faciendam, non dicuntur perfecti antequam in scriptis redigantur, leg. Contract. C. de fide instrum. vbi Doctores in leg. cum lex, C. de probat. nu. 4. Bald. consil. 226. in princip. lib. 1. Dec. consil. 11. nu. 2. Socin. consil. 169. n. 2. lib. 2.

Quo verò ad secundum caput, Apoca prædicta tribus rationibus dicebatur approbata, nempe quia fuit approbata ab ipso D. Francisco, fuit approbata ab ipsius hæredibus, & fuit approbata ab ipso Magistro Benedicto principali debitore, quod an verum sit infra videbimus.

18 Primo igitur dicebatur approbata ab ipso D. Francisco, quia cum de Anno 1625. dicta Apoca fuisset bis in iudicio producta, & personaliter citato; nihil ipse opposuit contra eam, Rot. Rom. post 2. volum. consil. Farinac. decis. 195. & per Duran. decis. 18. num. 23. & 24. Surd. decis. 199. numer. 8. Menoch. præsumpt. 46. numer. 29. lib. 2.

19 Quæ conclusio procedit in contumace vero, qui personaliter citatus; vt in casu nostro, nihil opposuit, Gail. de credit. post Scac. & Rebuff. quos allegat, & sequitur cap. 2. tit. 8. nu. 2607. & seq.

20 Et procedit etiam, quando contumacia non fuit

accusata, *Inf. in leg. propeat, C. de Ind. Odd. ad Marant. par. 6. vers. & aduertatur circa contumaciam sub n. 15.*

Secundo dicebatur approbata ab ipsismet hæredibus, qui in præsentis iudicio contra eandem apocam pluries exhibitam, nihil opposuerunt.

21 Tertio dicebatur approbata expressè ab ipso Magistro Benedicto principali, † quæ approbatio tanquam verisimilis nocet fideiussori, sicut confessio vnus, quando est verisimilis, nocet tertio, Thomar. *decis. 117. num. 7. Bart. quest. 3. nu. 17. Marthe fil. singul. 25. vbi add. ad nu. 9. & 10. Surd. decis. 325. n. 5. & 6.*

22 Verisimilitudo autem deducebatur, quia Apoca continet, quod Magister Benedictus dotem D. Dariae eius filiae constituerit, † cum mulier præsumatur dotata præcipuè à Patre, *Surd. cons. 419. n. 12.*

Quibus pariter nequaquam obstantibus non duximus recedendum à conclusione superius firmata, quod capitula essent admittenda cum clausula solita.

Nam supra in contrarium deducta facillè tolli posse ex pluribus infra scriptis existimus.

Nam quo ad primam rationem, ex qua dicebatur Apoca approbata ab ipso D. Francisco, dum illi non contradixit, parum illam censuimus officere.

23 Primò, quia conclusio, quod scriptura in formis censeatur approbata, † quando contra eam in iudicio non fuit oppositum, habet plures contradictores, vt per Dec. *in l. si quis in aliquo, num. 27. Socin. Sen. eodem loco nu. 17. & 18. C. de eden. Mascard. conclus. 121. nu. 6. & seq.* Vnde excluditur notorium ad effectum, vt capitula rejiciantur, vt supra dictum est.

24 Secundò, quia super instantiis, in quibus dicta Apoca producitur non adest iudicis pronuncia, vel Apocæ admissio, quæ vel tacitè, vel expressè requiruntur, *Castren. consil. 382. in fin. lib. 2. Gemin. consil. 98. in fin.*

Et licet controuersia magna sit, an exhibitio Instrumentorum faciendâ sit iudici, vel satis sit, si fiat per Notarium, *Asin. cap. 16. quest. 22.* tamen admissio, vt dictum est, debet fieri à Iudice.

25 Et licet instantiæ scribantur à Notario, vel illi scriptæ præsententur, tamen certum est, quod fiunt ad effectum, vt iudici legantur, quod apparet ex illis verbis, quæ solent præmitti omnibus instantiis coram vobis D. Iudice pro tribunali sedente comparat, &c. & Iudex illis auditis solet super eis pronunciate, aliàs nihil operantur, vt notorium est, qui stylus vtrique in proposito debet obseruari, *Asin. in prax. dict. cap. 16. limit. 3.* licet ad excludendum notorium satis sit controuersi apud Doctores, an Instrumenta sint exhibenda iudici, vel Notario, dum iudici non apparent exhibita, nec ab eo admissa.

26 Tertio diximus prædictam rationem parum obesse, quia licet Apoca bis fuerit producta, vt dicitur ex aduerso, utamen prima vice fuit producta ad effectum, vt recognosceretur: † & Iudex, stante contumacia Domini Francisci, nil aliud poterat pronunciate, quam Apocam recognosci, cum iudicis pronuncia debeat patrium instantiis respondere, *leg. cur fundus. ff. Conc. diuid.* quo casu nulla Apocæ approbatio resultauit, & minus potest resultare, dum Iudex nihil omninò pronunciauit.

27 Secunda vice, quando fuit producta, & illius perita exequutio, D. Franciscus non comparuit, nec Iudex aliquid pronunciauit, vnde non potest dici Apoca approbata, quia Crauer. *Inf. & alij in contrarium allegati loquuntur in præsentis, & nihil opponente, qui in iudicialibus habetur pro consentiente,*

vel approbante, vt declarat Gait. *dict. cap. 2. tract. 1. num. 2605.*

Et licet dicatur, scripturam infirmam in iudicio productam censei approbatam per partis contumaciam, tamen huiusmodi conclusio habet plures limitationes, & rationes, quæ casui nostro optimè applicantur.

28 Limitatur primo, vt tunc conclusio procedat, quando pars fuit specialiter citata ad opponendum contra Instrumentum, siue Apocam in iudicio productam sic debet intelligi Scaccia in contrarium relatus; & in his terminis loquuntur *decis. Rota Romana per Verall. 117. part. 3. & per Inf. 116. in princip. par. 2. si. que declarat Gait. dict. cap. 2. n. 2606.* quod non fuit factum in casu nostro.

29 Nam fundamentum approbationis est scientia, *Rot. diuers. decis. 149. nu. 2. part. 1. & part. 5. decis. 4. num. 27.* quam contumax non certioratus saltem per specialem citationem non potest habere.

30 Limitatur secundo, vt conclusio prædicta procedat, quando fuit contumacia accusata, *Olasc. decis. 3. num. 4. Alexand. cons. 92. num. 10. lib. 1. Marant. part. 6. vers. & aduertatur circa contumaciam num. 1. vers. ita debet, & nu. 15.* sed in casu nostro Actor non modo contumaciam non accusauit, sed nec iudicium fuit ulterius prosequutus.

Et licet huiusmodi limitatio habeat contradictores, tamen ad effectum excludendi notorium satis substinetur ex deductis.

31 Declaratur etiam pluribus modis ad propositum supra dicta conclusio, & primò, vt licet Apoca, siue Instrumentum in forma sit legitime, & sufficienter approbatum, dum pars personaliter citata fuit, † contumax possit tamen re integra comparere, & contumaciam purgando opponere quodcumque sibi libet, & ideò si Franciscus Maria fuisset prosequutus iudicium inchoatum, potuisset D. Franciscus comparere, & contra apocam prædictam opponere, *Olasc. decis. 71. num. 56. Castr. decis. 4. num. 5. & seq. Rot. diuers. decis. 40. num. 4. lib. 4. glof. fin. in cap. cupientes de elec. lib. 5. & cap. cum in tua qui au. non poss. Bald. in l. si quis instituitur, ff. de hered. insti. & in auth. ad her. C. de vsur. Bart. in leg. ob rem, ff. de condit. indeb. & quod tunc promissio, & quod tunc potuisset facere D. Franciscus si fuisset iudicium prosequutus, multo magis posset modo facere cum aliud iudicium inchoauit, & eandem Apocam produxit, & multo magis possunt facere illius hæredes.*

32 Declaratur secundo etiam in fortioribus terminis, quod si vigore contumaciæ aliqua pronuncia, siue sententia emanasset contra D. Franciscum † ipse tamen comparendo potuisset, relictis expensis contumaciam purgare tam ex dispositione statuti Vrbiniani, quàm iuris communis, *Marant. dict. vers. & aduertatur circa contumaciam n. 15. & 16.*

33 Declaratur tertio, quod huiusmodi approbatio resultans ex contumacia non operetur post perceptam instantiam; si instantia restitueretur, & multo minus si nouum iudicium institueretur, vt factum fuit in casu nostro, *Mancin. de iuram. par. 2. artic. 2. sub nu. 3. Carpan. post plures relatos cap. 83. n. 188.*

34 Declaratur quarto, quod approbatio resultans ex contumacia non operetur contra hæredes, contra quos modo agit Franciscus Maria, *Bart. in leg. cum quis num. 1. ff. de iur. fisci. Roman. singul. 306. Martil. singul. 625. num. 1. Hieronym. de Mon. fin. regund. cap. 46. num. 10. Carpan. cap. 83. n. 185.*

35 Declaratur quinto, quod ius quæsitum, & contumacia

macia censeantur remissa, quando quis citat iterum aduersarium ad eundem actum, Magon. *decif. Faran.* 69. num. 21. vnde cum dictus Franciscus Maria citatis dictis hæredibus, iterum dictam Apocam produxerit, & petierit recognosci præcedentem approbationem, si quæ adfuit dicitur remississe.

Neque etiam secundam rationem, ex aduerso deductam ob stare censuimus, quod nempe Apoca prædicta fuerit ab ipsismet hæredibus in præfati iudicio approbata, ex quo illi non contradixerunt.

36 Primò, quia dictum corrumpit in facto dum pluries dicti hæredes negarunt id, quod in Apoca continetur: & petierunt absolui à petitis, quæ appositio generalis sufficit, vt non dicatur approbata, Gait. *diel. cap. 2. tit. 8. num. 2603. & 2613. & seq.* & licet opinio Gait. habeat in hoc contradictores, tamen sufficit ad excludendum notorium; sed etiam dicti hæredes specialiter negarunt promissionem factam à D. Franciscò, dum responderunt præparatoriis ex aduerso productis: vnde omnis generalitas remouetur cum specialis negatiua subsit.

Secundò tollitur, quia Apoca non fuit simpliciter producta, sed ad effectum recognoscendi, quo casu, vt dictum est, non poterat alia pronuncia sequi, quàm recognosci, ex qua nulla partis approbatio oritur Apocæ productæ, vt superius deduximus, & ita etiam fuit pronunciatum.

37 Tertio, quia licet pars non opponat contra scripturam informem in iudicio productam potest tamen Iudex illi fidem non adhibere, & contra ipsam pronunciare, id est, ea non attendere, vt fuit dictum in casu nostro, in quo Iudex absoluit Reos à petitis; & tunc pars, quæ nihil opposuit in prima instantia, potest quidquid ei expedit opponere in secunda, Rot. *decif. 116. part. 2.* vnde etiam cessat obiectum, quod fiebat contra Capitula, illa nempe non esse admittenda, quia continebant implicitam exceptionem contra Apocam.

Tertiam rationem, quod Apoca fuerit approbata à Magistro Benedicò principali, & quod eius approbatio noceat D. Franciscò fideiussori tanquam verisimilis, nec in facto, nec in iure casui nostro aptari censuimus.

38 Non in facto, quia in responsione facta à Magistro Benedicò primo præmittitur negatiua, deinde quidquid sequitur, sequitur adiectione, quatenus

39 quæ & conditio realis, Surd. *conf. 186. n. 10.* † Conditio autem nihil ponit in esse, *leg. cadere diem. ff. de verb. oblig. leg. si quis fundum. ff. de contrahend. empt.*

40 Sed neque in iure subsistit, primò, quia tunc demum confessio principalis nocet tertio, quando est verisimilis, vt dicitur ex aduerso, sed verisimilitudo allata, ex aduerso non subsistit, licet enim verisimile sit, mulierem nuptam fuisse dotatam, non tamen verisimile est fuisse dotatam ab extraneo, vt in Apoca

41 dicitur contineri, † nam dotatio, quæ fit ab extraneo est simplex donatio, *leg. fin. in princip. ff. de iure dot.* vbi Bart. num. 1. *leg. multum. vbi glos. in verbo antiqui iuris.* Bart. num. 2. C. de donat. ante nupt. quæ non præsumitur glos. & Doctores in *leg. Iulianus. in fin. ff. de verbor. obligat.* Imol. & Alen. in *leg. si Titio eodem titulo.* Alex. *consil. 168. num. 9. lib. 2.* Mascard. *conclus. 555. nu. 10.* † prout non præsumitur, quod extraneus pro dote danda fideiussurrit, vt dicitur fideiussurris D. Franciscò. nam contractus fideiussionis est onerosus, & de sui natura læsiuus, Ludouil. *decif. 333. nu. 2.*

43 Secundo, quia confessio, siue approbatio principalis licet noceat tertio, tamen facit solam præsum-

ptionem, & coniecturam, non autem plenam probationem, Surd. *decif. 325. nu. 11.* & quatenus etiam faceret plenam probationem, tertius semper admitti deberet ad probandum contrarium, cum prohibitus non reperitur, Oldrad. *conf. 228. in princip. Anchar. 44. conf. 243. nu. 1.* Alex. *conf. 67. nu. 2. lib. 1.* † Nunquam enim probatio probationem excludit, Ludouil. *decif. 163. nu. 9.* vbi addent.

45 Tertio, quia cum verisimilitudo confessionis, & approbationis sit materia coniecturalis non potest ex ea notorium inferere, † nec desunt etiam qui negant confessionem, siue approbationem principalis nocere fideiussori, vt per Bart. in *l. tam Mandatori quasi penul. C. de non num. pecun. Bald. conf. 49. lib. 5.* Bart. in *l. fideiussor. §. in fideiussorem. vers. ex hoc mata. ff. qui satisf. cog.* cum præcipue non constet in casu nostro, D. Franciscum fuisse fideiussorem non ex Apoca, de cuius veritate, & validitate modo controuertitur.

Denique ponderauimus, quod Franciscus Maria in termino ad iustificandum, & impugnandum produxit acta, quæ in primo iudicio facta fuerunt de Anno 1625. & quod idè de eis haberi debet ratio in sententia vna cum articulo principali, sicut de cæteris probationibus; nam in præfati iudicio non agitur, nisi de veritate, & validitate Apocæ, ad quam probandam fuerunt producta acta gesta in primo iudicio, quod si modo iudicaretur Apocam validam, & capitula reiicienda, causa expeditur in termino probatorio, quod est absurdum cum pendente dilatione Iudicis officium conquiescat, *leg. iure Bart. C. de dilat. ita vt sententia lata termino, vel dilatione pendente sit omnino nulla.* Gab. *conclus. de dilat. n. 4.* & licet etiam possit terminari iudicium super meritis indirectè dum pronunciat super aliquam exceptionem peremptoriam, qualis videtur inferere ex Apocæ approbatione, tamen dicebatur, quod si alia potuisset pronunciarum super dictæ Apocæ approbatione, non potest fieri modo, cum dicta acta fuerint producta in termino probatorio, quo casu illorum discussio debet ad merita referuari, vt dictum est.

46 † Et sic dicimus de exceptione, quæ potuisset litem ingressum impedire, si fuisset opposita ante litem contestatam, si opponatur in termino probationis referuatur ad merita, Alen. in *prax. §. 13. cap. 6. per tot. & præcipue num. 5.*

Supradictis Pufius, quàm par esset, & subiecta materia requiret ex extratis, ignoscat mihi quicunque legerit, volui enim magis pertinaci Aduocatorum studio satisfacere, quàm causæ necessitati inferuire.

Ioannes Baptista Puccius Prior, & relator.

## Rota Collegialis Vrbin.

### SYMMARIYM.

- 1 Positiones an debeant admitti post conclusum in causa, & monitiones ad sententiam esse in iure valde controuersum.
- 2 Positiones pro habendis responsionibus tantùm de stylis Tribunalium Vrbin admittuntur post etiam monitionem ad sententiam. Et idem videtur dicendum iure communis inspecto, num. 3.
- 4 Positiones possunt quandocunque admitti in causis summaris; & in casibus, in quibus proceditur sola veritate inspecta.

## DECISIO LXXXIII.

**F**Verunt productæ post plures monitiones ad sententiam quædam positiones, & petitum fuit admitti, pro habendis responsionibus tantum, quod cum per partem aduersam impugnaretur, proposito dubio in hac nostra Collegiali Rota, Domini pro admissione steterunt; † nam licet in iure non modica sit controuersia, an post conclusum in causa, & monitiones ad sententiam positiones debeant admitti, Scacc. de iud. lib. 2. cap. 7. num. 15. Oñsc. decis. 19.

2 † pro habendis tamen responsionibus tantum, de stylo Tribunalium Urbini passim admitti solent; prout in pluribus causis admissas fuisse demonstratum fuit. † Qui stylus non est iuris communis dispositioni contrarius, imò conformis, cum hoc casu etiam de iure positiones admitti debeant, Myfingcent. 1. obseruat. 34. ex auctoritate Specul. in tit. de position. §. 4. quod notandum esse diligenter admonet Mafuct. ad Pap. in forma excipiendi contra positiones gloriola, primò, quia, ubi multa iura allegantur, ut optimè ex pluribus probat Michalorius de posit. cap. 26. num. 13. & seqq. secundum primam impressionem, & respondet contrariis, moti etiam fuerunt Domini, quia hic vigore Decreti olim Serenissimorum Ducum, à Summo Pontifice confirmati, ac in viridi obseruantia existentis: omnes causæ sunt summariz, † ac in eis proceditur sola veritate inspecta: quo casu positiones possunt quocumque admitti, Scacc. in dict. cap. 7. nu. 15. Oñsc. in citata decis. 19.

Et ita fuit decisum vtraque parte informante.

Alexander Vannus Prior.

## Rota Collegialis Urbini.

## S V M M A R I V M.

- 1 Respondere debens positionibus, si sit persona de iure privilegiata, debet ad eum transmitti Notarius sumptibus petentis, vigore constitutionum Marchia: de quo vide num. 24. scilicet si non sit persona privilegiata, num. 3. & de ratione num. 4. de qua etiam num. 14.
- 2 Argumentum à contrario sensu procedit etiam in statuto declaratur num. 15.
- 3 Responsiones sunt procurandæ perponentem propriis sumptibus, & nu. 31. Et afferuntur rationes nu. 6. 7. & 8.
- 9 Colligantes tenentur qualiter ad expensas pro habendis responsionibus, & de ratione nu. 10. declaratur num. 19. atq; dicunt id remittendum esse arbitrio iudicis, de quo nu. 20. ponitur distinctio num. 12. quam sequitur Rota Collegialis num. 13. & 17.
- 16 Actus debet perferri sumptibus illum fieri petentis.
- 18 Procurator debet certiorare Dominum propriis sumptibus.
- 21 Arbitrium iudicis cessat in casibus à iure decisis.
- 22 In iure omnes casus sunt decisi.
- 23 Arbitrium debet regulari, quod declaratur vt ibi.
- 25 Si colligantes sint eiusdem loci, responsiones debent procurari sumptibus petentis, & de ratione nu. 26.
- 27 Qui habet commodum debet habere & incommodum.
- 28 Qui in vno grauatur, in alio subleuari debet.
- 29 Plura specialia circa idem concurrere non debent.
- 31 Non sunt sumenda arma de domo rei.

## DECISIO LXXXIV.

**C**Vius expensis sint procurandæ responsiones positionibus, est quæstio, aded confusè tracta-

ta à Doctoribus diuersis in locis, vt potius varias opiniones legendo, quis confundatur, quam quod certus de veritate remanere possit.

- 1 Constitutio Marchia: quæ cum simus in causa Ecclesiastica seruetur, lib. 5. cap. 19. in fin. disponit, quod si respondere debens sit persona in iure privilegiata, debeat ad eum transmitti Notarius sumptibus ponentis. Ex qua constitut. one arguendo à contrario sensu, † quod argumentum procedit in interpretatione statutorum, Borgo. de iur. & iur. num. 85. Crauer. consil. 70. num. 3. & decis. 37. num. 34. par. 1. lat. in leg. 1. nu. 48. ff. de off. eius, Rot. decis. 185. num. 7. in recent. par. 1. & decis. 709. par. 2. † Elicitur, quod si persona non sit privilegiata, transmitti debeat Notarius sumptibus ipsiusmet respondentis, & hanc partem expressè tenuit Capell. Tholos. decis. 100. in fin. & illi & decis. 177. Alexan. in leg. ad egregias sub num. 4. ff. de iur. iur. Ial. in leg. Praetor au. §. in etiam in fin. ff. de edend. Boet. deus. 303. num. 5. par. 2. Felyn. in cap. 1. numer. 10. de libel. oblat. Marant. in repetit. leg. si actor num. 64. ff. de procur. Dec. in leg. quod quis ex culpa. ff. de reg. iur. Bartol. in leg. 2. §. defendi in fin. ff. quib. ex causis in possessionem eat. Scacc. de iud. lib. 2. cap. 7. num. 174. attestans de communis opinione, & nu. 576. vbi numeris seqq. hanc conclusionem multipliciter
- 4 ampliat, & limitat. † Et ratio est, vt per Bart. in dict. §. defendi, quia per absentiam vnius ex litigantibus non debet efficii alterius conditio deterior, cum quibus concordat Specul. in tit. de iuram. calum. §. certus in fine.
- 5 Multi ex diametro pugnantes tenuerunt, responsiones esse procurandas perponentem sumptibus ipsius ponentis: Hanc partem firmavit gloriola. in leg. fin. in verbo agnoscere, C. de erogat. milit. annot. lib. 2. qua fretus, ita respondet Bald. in leg. generaliter, §. hisque de presentibus post medium, C. de reb. cred. Scacc. de Indic. dist. lib. 2. cap. 8. num. 349. Rot. decis. 48. de remission. in antiquis:
- 6 moti, † quia omnis actus iudicialis debet fieri sumptibus illius, qui illum fieri procurat. Used & si, §. 1. ff. ad exhibend. l. cum sapè, C. de error. mil. ann. lib. 12. † vel quia eum iste ponens sentiat commodum, cum releuetur ab onere probandi, debet etiam incommodum sentire, iuxta regulam text. in leg. secundum naturam, ff. de reg. iur. † Vel etiam quia nemo debet subire expensas pro actu, quem accipit inuitus, Cabal. ad constitut. March. cap. 19. in lit. E.
- 9 Si metuant nonnulli colligantes ad istas expensas teneri æqualiter, Specul. dict. tit. de iuram. calum. §. certus in fin. Capell. Tholos. d. decis. 100. Alex. in d. l. ad egregias sub num. 4. Boet. d. decis. 303. sub num. 5. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 3. casu 228. numer. 24. † ea ratione, quia ad vtriusque commodum spectat, vt causa citius terminetur.
- 11 Fuerunt quidam in voto, hoc remittendum esse Iudicis arbitrio, Bart. per illum text. in leg. generaliter, §. his de presentibus num. 4. C. de reb. credit. Alex. in dict. leg. ad egregias num. 4. Boet. dict. decis. 303. sub num. 5. circa med. Menoch. in dict. casu 228. nu. 2.
- 11 Non defuerunt tandem, qui scelerè distinctionis has contrarias opiniones concordare procurauerunt, dicentes, quod aut respondere debens erat absens ante motum iudicium, aut se absentauit iudicio iam cepto: primo casu, responsiones esse procurandas sumptibus ponentis, secundo casu respondentis: quam distinctionem cum concludentissimis rationibus posuit Blasius Michalorius conciuis noster, & vnus ex Iudicibus ordinariis huius nostræ Rotæ, in suo verè aureo tractatu de Positionibus, cap. 65. numer. 3. & seqq. secundum primam impressionem,

nem, cuius modo noua expectatur editio, maximo omnium desiderio, Afflic. decis. 177. Bartol. in leg. de die, §. Prator in fin. ff. qui satis. cogant. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 7. sub num. 476. circa finem versu. 1. & vers. seq.

3 Inter tot varia Doctorum suffragia, si ageretur causa iuxta terminos suppositos à prædictis, scilicet, quo ad absentem respondere debentem, nunquam Collegium recederet à prædicta vltima opinione distinguente, ex rationibus adductis à Doctoribus, & præsertim à D. Michalorio Collega.

4 Nam quod debeat transmitti Notarius expensis respondentis, iuxta primam relacam opinionem non videtur dicendum, cum actus regulariter (remota fraude, vel dolo) semper fieri debeat sumptibus illum fieri petentis, vt dictum fuit, quæ fraus, siue dolus, mora, vel negligentia, in casu nostro penitus tollitur, cum ipse respondens non possit facere mandatum speciale, ad sic, & sic respondendum, quia sumus in causa proueniente à foro Ecclesiastico, in quo iuxta iuris communis dispositionem, non datur copia positionum, prout conceditur hic in foro laicali, attenda nostra statutaria dispositione.

5 Nec obstat argumentum à contrario desumptum ex consil. March. nam illud cessat, quotiescumque ita arguendo ius commune corrigitur, Crauer. cons. 39. numer. 3. Alexand. Mascard. conclus. 4. numer. 69. tunc enim aded strictè verba statuti sunt intelligenda, vt non possint aliquo modo extendi, vltra casus expressos: sed sint accipienda, prout littera iacet, Mascard. eadem 4. conclus. numer. 51. At in casu nostro, ius commune corrigeretur, ac tolleretur ¶ cum de iure actus sit explicandus sumptibus illius, qui illum petit explicari, leg. cum sepè, C. de error. militum ann. lib. 12. merito, &c. Nec efficiunt Doctores oppositum tenentes, quia loquuntur, dum reus se absentauit lite iam cepta, & ita præcisè loquitur Afflic. decis. 177.

7 Alteram opinionem, quod scilicet responsiones ponentis expensis procurantur, Doctores non existimauerunt indistinctè veram, sed eam solum procedere, concurrente dolo, vel fraude ex parte ipsius ponentis, ne alias detur ansa colligantibus, vt ad iudicem decipiantur, priuenturque commodo liberandi se ab onere probandi: & in his propriis terminis loquuntur Doctores à Scacc. hanc partem tuente, allegati: & præsertim Bald. in leg. si actor nu. 7. vers. vltimus quæro, & ibi Castrens. numer. 6. ff. de procurat.

8 dicunt enim ¶ quod Procurator debet notificare Domino suis sumptibus, & non alterius partis, quia cum Procurator non sit instructus, non dicitur sufficienter comparere, nisi repræsentet Dominum: & sic supponunt aliquam deficientiam, dolum, aut negligentiam in ipso domino, & id eo non mirum, si dominus debeat resarcire damnum, quod sibi sua culpa parauit.

9 Opinionem volentium istas expensas fieri debere communiter habere locum, dum defectu iuramentum decisiuum, & in istis terminis loquuntur Doctores referentes hanc opinionem, & ratio est, quia tunc actus concernit communem vtilitatem, cum finite litem per iuramentum tendat ad commodum vtriusque viri in specie loquitur Alen. in d. leg. ad egregium, Boer. d. decis. 303. Scacc. decis. cap. 7. nu. 584. qui casus est penitus diuersus à pendente coram nobis; & ex diuersis non sit illatio.

10 Illa opinio, quod relinquatur Iudicis arbitrio

reijciatur à Scacc. dist. lib. 2. cap. 11. numer. 297. & 379. dicens, ¶ quod arbitrium Iudicis cessat in casibus à iure decisus: ¶ & quod in iure omnes casus sunt decisus, & dist. cap. 7. numer. 376. dicit, ¶ quod retenta opinione, quod relinquatur Iudicis arbitrio, illud debet regulari cum ampliationibus, & limitationibus ab eo relatis numeris seqq. inter quas ampliationes ponit illam numer. 379. quod expensæ debent fieri per absentem etiam nobilem, & alios à iure priuilegiatos, in terminis tamen, vt ibi pat ipsum.

24 Et ideo omnibus opinionibus supra relatis per Dominos Iudices reiectis pronunc, cum sumus in casu diuerso, scilicet inter colligantes, ambos existentes in eadem patria, ¶ fuerunt in voto, responsiones esse procurandas ab ipsomet ponente propriis sumptibus, & consequenter bene fuisse iudicatum per Reuerendissimum Dominum Vicarium Iudicem à quo. Mori primo ex generali doctrina Bald. in leg. generaliter, §. his de presentibus num. 5. C. de reb. cred. volentis, ¶ quod expensæ pro actu fieri debeant ab illo, qui actum fieri petit; prout docet Domin. de S. Gemin. in cap. presentium de test. in 6. dicens ita obtinuisse, ac in praxi obseruatum fuisse; & ita docet Scacc. in simili de appellat. quest. 13. num. 114. at quest. 7. num. 87.

27 Secundò quia qui sentit commodum, debet & incommodum sentire, l. secundum naturam. ff. de reg. iur. ac ideo cum ponens retinetur ab onere probandi, debet expensas saltem subire.

28 Tertio quia qui in vno grauatur, debet in altero releuari, leg. cum quis, ff. de iur. iuran. sed respondens grauatur, pèrceptè fatendo; quod facit ad victoriam aduersarij, ergo debet ab expensis releuari.

29 Quarto, quia si respondens esset grauandus in expensis, concurrerent ad fauorem ponentis plura specialia circa idem, cui repugnat text. in leg. 1. C. de dot. promiss. Bart. in leg. si quis pro emptore num. 69. 70. & 71. ff. de vsucap. cum alijs allegatis à Pedro. h. cons. 5. nu. 15.

30 ¶ Primum speciale esset, quod sumerentur arma de dono rei, contra text. in leg. qui accusare, C. de edend. leg. nimis graue, C. de testib. Doctores omnes in leg. 1. C. de edend. ¶ Secundum esset, quia teneretur ad expensas contra text. in leg. cum sepè, C. de error. milit. ann. lib. 12. vn. de merito, &c.

Et ita fuit decisum vtraque parte informante coram Domino Mazzante tunc Priore, & vno ex Iudicibus Ecclesiasticis. Alexander Vannus de mandato, &c.

Sebastian. Medic. Decis. 29.

SUMMARIUM.

- 7 Positiones quando non sint habenda pro confessatis.
8 Index non habilitas minores ad comparandum sine iudice.
9 Absentes extra iurisdictionem non citantur per edictum.
10 Mandatum ad appellandum quando requiratur speciale.
11 Positionibus respondetur cum mandato speciali.

DECISIO LXXXV.

Nec obstat, quod dicitur satis fuisse probatum, eo quia positiones habitæ sunt pro confessatis. Nam respondetur, quod huiusmodi positiones

habitu sunt pro creditis, & confessis per minores absentes ultra montes citatos, vt infra bidoium illis respondere deberent, quo casu notoriè constat, eos non potuisse infra dictum terminum comparuisse, nec minus misisse personam ad respondendum. Nec eis datus fuit curator ad eos defendendum, Afflict. decis. 256. num. 2. Dec. consil. 262. Neviz. consil. 70. num. 29. leg. acta, §. fin. ff. de re iud. leg. cum & minores, C. si aduers. rem iudic. † Vnde iudex non potest habilitare minores, vt in iudicio compareant sine curatore, Dec. consil. 519. Guid. Pap. decis. 494. num. 2. † Defectus etiam citationis patet, quia cum fuerint extra territorium Ecclesie non debebant per Auditorem provincie Marchie per Edictum citari, las. in leg. fin. ff. de iuris. omni. iud. num. 1024.

10 Non obstat, quod ad appellandum ab executione requiratur individuum, & speciale mandatum, las. in leg. Procurator, ff. de cond. indeb. Roland. consil. 47. num. 11. lib. 1. Nam respondetur id esse verum de iure ciuili, secus autem de Canonico, Tusc. in l. fin. num. 249. de edit. Diu. Adrian. toll. Contard. in leg. 1. limit. 39. num. 37. Si de moment. poss. fuerit appell.

Non obstat, quod dicitur, aut Procurator habebat mandatum, aut non. Primo casu præiudicauit suis principalibus, negando positiones veras: secundo autem casu non potuit appellare. Nam respondetur illud habuisse mandatum, vt patet in processu 26. ibi. & procedere, & poursuivre le cause ad ogni atto loro necessario, & opportuno infino al loro debito fine, & c. facit cap. qui generaliter de procurat. in 6. Specul. in tit. de procurat. §. 1. num. 33. † Non tamen negando potuit præiudicare suis principalibus, quoniam ad respondendum positionibus requiritur individuum speciale mandatum ad respondendum sic, & sic, Neviz. consil. 7. num. 12. Et sic in eo nullum præiudicium (sive negando, sive confitendo) suis principalibus inferre potuit.

### Guid. Pap. Decis. 333.

#### S V M M A R I V M.

1 Responsio ad positiones fit per verbum credit, vel non credit.

### DECISIO LXXXVI.

1 **D**ebet de iure responderi positioni per verbum credit, vel non credit: iuxta quod quarto: in positione deducitur aliquod instrumentum, reus respondit, & dicit, respondeo, & dico, prout in instrumento supra hoc confecto continetur: an sit sufficienter responsum? credo, quod sic, quia perinde habetur, ac si expressè expresseisset id, quod in instrumento continetur, per text. in leg. fin. C. de fals. caus. adiect. leg. cum ista sint paria, expressè exprimere, vel per relationem ad aliud, pro quo leg. edicta glos. prout C. de edend. & quæ ibi notat Bart. facit bene leg. an Prator, §. fin. de re iudic. & hoc etiam similiter scripsi infra quest. 459. Et ita, dum practicabam, obtinui, & vidi etiam in hac Curia Parlamenti, tales responsiones tolerari, etiam in contradictorio iudicio.

Aditio in lit. A.

Per relationem, &c. an par sit aliquid fieri expressè, vel per relationem certam, Domin. Felyn. de re iudic. capit. inter ceteras in 1. conclus. Et adde dicta auctoritas, quod in simili dicit Domin. Panormitan. volum. consil. 1. column. vers. quia per relationem in fine.

### Christophori Mart. Medicis. Decis. Senen. 58.

#### S V M M A R I V M.

- 10 Dicitio, nisi, includit confessionem, & assertionem in casu contrario.
- 11 Partim confessioni omninò dari debet.
- 12 Responsio positionibus facta per verbum credo, plenè probat, non secus, ac si de consuetudine, vel veritate responsum fuisset.
- 13 Statuto Senensi disponitur, quod responderi non possit positionibus, nisi per verbum credo, vel non credo, & quod creditas habeatur pro confessione.

### DECISIO LXXXVII.

- I**psè enim Dominus Fulvius in duabus positionibus, & sic geminatè, quod maioris est ponderis, & valoris, vt omnes intra callentes non ignorant, interrogatus, an sciret, quod tota pecunia peruenit ad manus Domini Patritij respondit, non credere, nisi à paruo tempore citra: quæ responsio præfata, quod tempore responsum, & tempore etiam sue petitionis, paulò ante emanatè, sciuerit ad eius manus obuenuisse, † cum dicitio, nisi, includat, & arguat expressam confessionem in casu contrario, seu in casu exceptuato, Bart. in leg. cum, §. fin. ff. si quis caus. & in leg. actione, vbi Alexand. las. & Dec. C. de transactis, idem Alexand. in caus. 83. column. 2. lib. 1. & alij relati à Menoch. consil. 327. num. 106. & consil. 356. num. 9. & à Sord. consil. 1. num. 1. & 3. & consil. 71. num. 6. † Cum igitur adit propria confessio, quod pecuniam totam habuerit Dominus Patritius, omninò eidem absque alia indagine stare debemus, leg. de etate, §. 1. vbi glosa de interrogat. action. Innocent. in capit. cum, seu qui contingat num. 2. de offic. deleg.
- 12 Etiam si facta sit per verbum credo, cum confessio ad positiones per verbum credo, plenè probat, sicut si de veritate responsum fuisset, vt inquit in specie Bald. in leg. fin. C. arbitr. tutor. refert, & sequitur, alij adducens Mascard. dict. conclus. 348. nu. 3. Quod Senis nullam pati potest difficultatem, cum ita dicat statutum, † quod positionibus non possit aliter responderi, quam simpliciter per verbum credo, vel non credo, & quod talis responsio de credulitate, habeatur pro confessione.

### Ioan. Petr. Fontanella. Decis. 25. Senat. Cathalonix.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Articulus an possit pars referre post denunciationem processum ad effectum exigendi super eis partis responsiones personales.
- 2 Responsiones personales possunt peti, denunciato processu super articulo oblato ante denunciationem.
- 3 Non tamen admittitur probatio per confessionem partium, quando articuli offeruntur post octo dies præfixos in causis recusationum.
- 4 Aliud est in causis supplicationum contrarij imperij, quia non admittitur probatio per confessionem partium, nisi pro articulis antea oblatis.
- 5 Et aliud etiam in causis syndacatis, & tabula officialium.
- 6 Differentia, quæ est inter dictas causas, in quo fundatur.
- 7 Constitutiones nostra, quæ loquuntur in causis supplicationum.

- contrarij Imperij, quoad dilationem probatoriam, videntur loqui præcisè, & peremptoriè.*
- 8 *Constitutiones nostræ, ne diu prohibent post denunciatum processum probationes faciendas, sed & quascunque etiam codulas, supplicationes, & offerendas.*
  - 9 *Concordat cum constitutione prædicta constituit. i. tit. de relat. proc.*
  - 10 *Constitutiones in causis suspicionum nullum præfigunt tempus ad probandum.*
  - 11 *Probatio per confessionem partis non potest fieri lapsò termino, quando datur ad quascunque probationes faciendas.*
  - 12 *Arbitrio Iudicis concessum, virum debeant admitti post denunciatum processum probationis per confessionem partis.*
  - 13 *Probationes semper sunt condamnanda, quoad fieri potest, ne defectu probationum ius pereat.*
  - 14 *Senatus iudicat sola veritate inspecta.*
  - 15 *Iudex qui potest iudicare sola veritate inspecta, potest admittere post denunciatum processum probationes per confessionem partis, ut veritas, quam scèlatur, prodeat in lucem.*
  - 16 *Suspicionum materia est odiosa.*
  - 17 *Favorabilis materia suspicionum nunquam à Iudicibus existimatur.*
  - 18 *Responsionum personalium materiam, qui Doctores tractent latè.*
  - 19 *Responsiones personales in materia suspicionum quando calumniosè petuntur non sunt concedenda.*
  - 20 *Responsiones personales non sunt faciende ad materiam imperitiam, si de ea articulatur si notorie sint tales: nam si est dubium compellitur pars cum debitis protestationibus, ut saluum suum ius circa imperitiam.*
  - 21 *Responsiones personales suam semper apud nos per illa verba non credit, ut ponitur, & est optima responsio.*
  - 22 *Respondere pars non potest, quod non credit, si articulus est verus.*
  - 23 *Instrumenta si exhibeantur post conclusum in causa, solet provideri, ea ponenda in posse scribæ causa.*
  - 24 *Instrumenta non possunt produci in causis suspicionum post lapsum octo dierum probationum, & ibi vide, quem in Senatu in certo casu habuit res hac successum.*

## DECISIO LXXXVIII

- A**dmittenda, seu prouisa per Iudicem, ut diximus in præcedenti decisione cedula articuloꝝ post denunciatum processum, intrat quæstio nostra, si præsupposito, quod eos non possit probare pars per testes, cum processus sit denunciatus, & conclusum in causa, an saltem possit eos probare per confessionem partis, & illius responsiones personales medio iuramento (ut fieri solet) faciendas.
- 2 *Si articuli fuissent oblari in quibuscunque causis ante denunciatum processum, qui est vnus casus, nulla in Senatu fieret difficultas circa probationem faciendam per confessionem partis, & eius responsiones personales, sicut videmus quotidie prædicari, id quod etiam antiquitus obseruari consueuille attestatur Michael. Ferrer. in tertia parte obseruat. cap. 288. Cæterum, quando de nouo post lapsum octo dies pars offert articulos ad effectum probandi eos per confessionem partis, & eius responsiones personales, qui est alius casus, & noster proprius suspicionum, tunc iuuat dubium an admitti pars ad id debeat.*
  - 3 *In quo articulo praxis Senatus est, quod non admittantur articuli, etiam ad effectum exigendi responsiones personales, in cuius suspicionem post lapsum octo dierum ad dictas causas præfixorum, nisi articuli emanarent, & fierent verè ad declarationem aliorum deductorum in tempore, iuxta decis. 32. Don Ludouic. à Peguer. in secundo volumine. Et cum iste casus*

accidisset etiam de anno 1630. quo hæc scribo communicatis adlis Civilibus resolutum etiam ita fuit, quod non admitteretur petitio partis circa responsiones personales, post octo dies ex causis suspicionum, nisi articuli forent antea oblari sicut Peguer. de decis. resolut.

In aliis autem causis ego vidi prædicari sæpius admissos fuisse articulos, & admittas fuisse positiones, compulsumque partem ad respondendum eis post denunciatum processum.

4 *Idem est in causis supplicationum contrarij Imperij post lapsum decem dierum in eis ad probandum præfixorum.*

5 *Idem est, & obseruatur in Cathalonia in Causis sindicatis, seu tabulæ officialium post illos menses, quos præfigit constitutio, ut per Canc. qui de hæc praxi attestatur etiam in tertia parte variat. resolutio. cap. 12. de offic. Iudic. tab. nu. 66. licet (inquit) id olim ita indistinctè non admitteretur, quod & adhuc nunc, cum hæc scribo, pleno ore profiteretur bona illa senectus, volui enim scire ab eo, an vidisset post scriptam dictam tertiam partem contrarij, & respondit, quod non, cui est credendum, cum sit antiquissimus Aduocatorum, & omnia ferè negotia huius prouincie per eius manus transierunt. Sed iam à nobis discessit cum hæc prælo dantur.*

6 *Restat, quod nos inquiramus, cur in suspicionibus, & reculationibus Iudicum illam Senatus opinionem sequatur, & aliam, & diuersam in reliquis causis. Ea non est, quod differentiam constituant Doctores in individuo inter istas causas, & earum species, æqualiter enim de illo, atque de istis loquuntur.*

7 *Sandè, si nostrarum constitutionum in hac materia loquentium verba inspicimus, è contrario videbatur dicendum, quod imò in causis suspicionum, & reculationum Iudicum possint peti post octo dies, responsiones personales non in causis supplicationum contrarij Imperij post lapsum decem dierum ad probandum præfixorum, nec in causis ordinariis, post denunciatum processum, & conclusum in causa. Et est ratio, quia in vltimis istis, & respectu earum, constitutiones nostræ omnia habent, quæ in opinione Doctorum partem excludunt à responsionibus istis habendis, quod non est in causis suspicionum. In primis, quod non attinet ad causas supplicationum contrarij Imperij, habemus constit. 11. & 12. tit. de supplicat. de sententia, quibus conceduntur decem dies ad dicendum (inquit) allegandum, & probandum, quod voluerint super illo articulo, de quo agitur, & eum terminum constitutiones volunt, ut dicunt, esse partibus præcisum, & peremptorium.*

8 *Et in causis ordinariis, constitutiones illæ 5. de doctima quarta sub titulo de dilat. constitut. fin. titulo de product. de act. sunt valdè præcisæ, prohibentes ne dum probationes fieri, sed eas schedulas, & supplicationes quascunque, etiam si nihil contineant, quod sit probandum, post denunciatum processum, & conclusum in causa, offerri, & præsentari ac in processu inferi. Constitutio, item illa prima, quam allegauimus in titulo de relation. process. non permittit magis amplè posse instrui, quam per constitutionem iam dictam 5. de dilation. fuit prouisum.*

10 *Quod non est ita in causis suspicionum, & reculationum, quia constitutiones de eis verba facientes, quæ sunt positæ in titulo de recusat. iudic. non sic loquuntur: nullum enim tempus præfigunt, vel constitunt partibus ad probandum, sed Iudicibus octo dies ad declarandum, imò posset fortan prætendi*

(non dico rem nouam, iam fuit qui id, licet infelicitate, tentauerit) quam, quemadmodum introductum est intra dictos octo dies, in quibus Iudices non declarant, posse partem probare, sic videtur, quod poterit idem facere post eos, dum non deciditur causa, saltem confessionem partis poterit postea exigere, cum nihil videatur prohibere quin post dictum terminum ea probatio, quæ potius est probationis releuatio, fieri valeat.

Constat autem, quod licet sint qui velint post conclusum in causa posse fieri positiones, & super eis exigere responsiones personales, vt est apud Mascard. *de probationib. cond. 1230. ex n. 69.* Menoch. *de arbitr. iudic. 11 quest. 35. n. 25. & conf. 51.* ac Roland. à Vall. *conf. 88. lib. 5.* & verum idem ipsi id limitant, nisi assignatus fuerit terminus ad deducendum quascunq; probationes, vt tradit Angelus, quem omnes Auctores faciunt prædictæ affirmatiuæ opinionis in *leg. peremptorias prope finem, C. de senten. resind. non pos.* & reliqui supra citati. Ergo in causis ordinariis, & supplicationum contrarij Imperij, dumtaxat in quibus videmus eam termini præfixionem ad faciendas quascunq; probationes, non in causis recusationum, vbi nihil legimus, videtur dicendum non posse exigere responsiones personales.

Sed Senatus nihil facit sine ratione, eam ergo tradendam prædictarum diuersarum obseruationum. † Sane, quod admittat Senatus, & audiat post denunciatum processum, & conclusum in causa, partem facientem positiones, vt super eis respondeatur in causis ordinariis, non potest reprehendi, quia id, quod est admittere, vel non admittere, & audire, vel non audire partes in supradictis, positum esse in arbitrio Iudicis, qui id diiudicat, & resoluunt communiter ita discedentes opiniones cõsiliando, vt est apud Mascard. *d. conclus. 1230. num. 73. & 75.* Menochium *de arbitr. iudic. quest. 35. n. 25.* & Nicolaum Caluol. *in prax. iudic. §. positiones conclus. n. 5.*

11 Cumque probationes semper sint coadiuuandæ, non coangustandæ ne ex earum defectu ius partis pereat, *leg. quoniam vbi Bari. C. de heret. & in auct. de testib. in princip. Surd. decis. 277. n. 9.* hinc non perperam Senatus hanc opinionem videtur amplexus.

12 Præterea hic sumus in Senatu supremo, qui iudicat, sola facti veritate inspecta, Guid. Papa cum suis adden. *decis. 29.* Ludouil *consil. 54. n. 3. & decis. 105. num. 11.* Decius *conf. 47. nu. 15.* & Rota Rom. *decis. 1. nu. 5. in 1. tom.*

13 præsentior. *recolle. per Farinac. † vbi autem Iudex arbitrium habet sic iudicandi, tali casu potest positiones sine dubio admittere, post denunciationem processus, & conclusionem in causa, & super eis responsiones personales exigere, Menoch. *di. casu 15. nu. 40.* Ofsalc. *decis. 10. nu. 6.* & optimè Vincent. de Franc. *decis. 220. vbi idem obseruari dicit nu. 4. in Senatu Neapoli, ex supradicta ratione sic aiens. Nihilominus Sacrum Concilium, & alia Tribunalia huius Ciuitatis admiserunt hanc opinionem, quod semper, & omni tempore quo petitur hæc petitio admittitur, procedimus enim sola facti veritate inspecta, quam si ex ore principalis habere possimus, aliud non querimus, quia hæc est melior probatio, *leg. cum pretium, C. de liber. caus. Idem in eodem Senatu attestatur nouissime Nicolaus Antonius Gizzarell. eundem sequitur Neapol. *decis. 66. n. 1.* Et rationem quam habuit, & habet Senatus admittendi istas responsiones personales. Hæc seruiunt vltterius ad confortandum animum illorum, si qui sunt in Senatu timidi circa huiusmodi responsiones personales concedendas.***

14 In suspicionibus autem, & recusationibus Iudic-

cum, & illarum causis contrarium obseruet, & contrariam opinionem amplectitur Senatus, quia est in materia odiosa, vt plurimum calumniosa, in quibus solent semper gloriari partes, & magnum festum, vt solemus dicere, facere, quod hoc, vel illud, tametsi iniuriosum, imposuerint Iudici, & fecerint, quod illud, ille propriis auribus audire, & proprio ore super eo respondere, quod continet notabilem manneris, & officij contemptum, & cedit in magnum boni publici damnum, & præiudicium cum deceat Iudices honorari potius, quam contemni ob id, ac quia etiam nullus tenetur se prædere in calumniis, sicut ferè semper solent esse interrogationes, bonum est, quod Iudex suspicionum, quantum possit, se abtineat ab his interrogationibus. Et quidquid sit, cum istud sit etiam controuersum, an iudex teneatur respondere recusationibus, vti apparet ex Doctoribus in præcedenti Decisione adductis, potuit Senatus hanc opinionem amplecti, cum illa modificatione, nisi id fiat intra tempus pro quo non deficerent rationes, ob quas moueretur vltra odium materiæ, & alia, quæ

15 considerauimus, si oporteret illas querere. † Dixi suspicionum materiam esse Senatui odiosam, ne mireris, dicant quidquid velint Doctores de faubre suspicionum, quia semper in ore habent, fauorabilem esse eorum materiam, vt signanter asserit Couarru. in *praxi capit. 26.* & Rota Rom. diuersorum in *1. part. decis. 93. nu. 1.* nunquam tamen homines, ne se aliquid humanitatis alienum putent, fauorabiles iudicabunt suas, & Collegarum recusationes, sed odiosas valde, & quod restringent eas quantum poterunt, experientia id docet, rerum vsus id prædicat.

16 Circa hanc responsionum personalium materiam, quæ frequens est, plura forent dicenda, sed institutum nostrum id non patitur, animaduertito tamen, Primò quia, quod eam tractat, & explicat benè, multa vitia, & scitu digna, ne quis in materia facile labatur

17 tradens, regens, † Leo *decis. Valent. 211. in 2. tom. per tot.*

18 & Docti nostri olim Senatores Socer. & Gener. Anton. Oliba, & Hippol. Montan. *de action. 1. & 2. lib. 1. cap. 44. per totum in 2. tom. & nouissime Ludouil. Post. de manu. obseru. 83. per tot.* qui reliquos citant.

19 Secundo est aduertendum, quod si calumniosè appareat facta petitio responsionum sicut fit non raro, quod potest ex variis causis contingere, tunc nunquam debet arbitrari Iudex, illas concedendas fore, vt habetur latè apud Vincent. de Franc. in citata *decis. 220. n. 7.* & Gizzarell. in *allegata decis. 67. per tot.*

20 Tertio est animaduertendum, ad vnum, quod quotidie apud nos varia in disputatione, in quo vidi multoties dubios Doctores Iudices, & nescio si aliquando nimis rigidos ob regulam generalem fauentem his responsionibus. Ecce quod pars potuit quædoque de materia impertinenti, & non tractanda in illo iudicio, veluti in causa liquidationis de meritis causæ principalis, de meritibus petitorij in causis possessorij, & spoliij, & sic de reliquis: in isto casu non est cogenda pars respondere positionibus, Franciscus, & Gizzarell. in *decis. supra citati. Capic. decis. 15.* Egregius Senator Montan. in *addition. ad Olibam. de actionibus par. 2. lib. 1. cap. 44. n. 13.* nouissime Ludouil. Post. in *tract. de mandato de manutenendo obseruat. 83. n. 33.* & tamen articuli, & positiones non sunt omnino impertinentes, tunc potest pars compelli ad respondendum, & conceditur ei, vt faciat in responsionibus quascunq; protestationes, vt saluet suum ius, & si non erunt faciendæ habeantur pro non factis, vt tradit idem Post. *vbi sup. num. 8. vbi decis. Rota.*



21 Finaliter animaduertito responſionem, quæ cõmuniter fit apud nos, non credit, vt ponitur, eſſe legitimam, ac pro tali haberi, nec in hoc fit vnquam difficultas. Quod ego intelligo verum, quando articulus non eſt verus, vel continet aliquid, quod verum non eſt, tunc ſolemus reſpondere, non credo, vt ponitur, quia non tenemur dicere, & confiteri verum, quod tale non eſt, in omni ſua parte, ita Bart. in leg. ſi debitor, §. ita demum, num. 1. ff. de fideiuſſorib. Oliban. de actionib. par. 2. lib. 1. cap. 1. n. 72. aliqua in propoſito tradit Mõtan. in addition. ad illum Authorem ea par. 2. lib. 1. cap. 4. n. 19.

22 Dixi quando Articulus non eſt in totum verus, ſed aliquid continet, quod non eſt ita, tunc poſſumus dicere, negat narrata, prout narrantur, vel non credit, vt ponitur verũ, ſi totus articulus eſt verus, non poſſumus ita reſpondere, nec cõſulere noſtris clientulis, ſic reſpondeant, quia nõ eſt minus, quam conſulere, quod iuret falſum, & nõ requieſcat anima mea, cum his aduocatis, qui id faciunt, vtinam nullus ſit, qui ad omne, quare dicat clientulis, conſulentibus eum ſuper reſponſionibus perſonalibus ſiendis, reſpondat, non credit, vt ponitur, nam ſi aliquis eſt (quod non puto) ſciat, ſe certo ædificat ad gehennam: nõ enim poſſumus eis conſulere mendacium, & de eo nobis ſtriſſimam rationem iuſtiſſimus Iudex ſumet ſuo tempore, quia ſic miſeros decipimus, & illaqueamus, ducimusque ad perditionem. Sed Officiam Chriſtiani Aduocati eſt conſiderare materiam articuloſum, & conferre eam cum parte, examinando illam particulariter circa omnes, & quos viderit, ſecundum reſponſiones partis eſſe veros, conſulere, ei exoneret ſuam conſcientiam, articulum verum dicendo abſq; aliquo ſuoco, & occultatione veritatis, quicquid inde ſuccedere poſſit in ſui damnũ, & præiudicium. Hæc dico ad meam conſiſionem, potius, quã ad alterius correctionem ſciens me omnibus eſſe miſerabiliorẽ. Videant tamen, qui de hoc tractant Ludouic. Poſt. de manutinen. obſeruat. 37. n. 47. vbi qualiter Aduocatus in hoc grauet ſuam conſcientiam, & teneatur ad intereſſe, & damna parti pro malo conſilio, nedum ſi erat certus de veritate, ſed etiam ſi poterat certificari.

23 Quid erit dicendum, ſi pars velit poſt octo dies, dum non terminatur cauſa ſuſpicionum aliquod Inſtrumentum in iuſtificationem ſuſpicionum exhibere, an ei ſit permittendum ſaltem ad effectum, vt ponatur in poſſe ſcribæ Cauſæ, vt in diſtinctione habeatur ratio, ſicut ſolet Senatus admittere in aliis cauſis Ordinariis lapſis demum temporibus probatoriis, & conſiſione in cauſa facta, quam nos denunciationem proceſſus diximus.

24 Sanè, ſi reſponſiones perſonales non admittit, vt diximus, minus videtur admittere debere exhibitionem Inſtrumentorum, & vix eſt, qui id vnquã viderit. Verum contigit in fine anni 1631. in cauſa ſuſpicionum allegatarum per Dominum Ioseph de Formè de perſona Domini Raymũdi Rabi de Maymon. contra Pupillos Dulays ſub Franciſco Trobar: Regio Scriba mandari, quod in aula Reuerendi Cancellarij poſt lapſos octo dies fuerunt exhibita quædã Inſtrumenta, prætendendo eã poni in poſſe ſcribæ Cauſæ, & Aula illa (forſan vt creditur non ſic particulariter attenda ad materiam, de quo agebatur) fecit prouifionem ordinariam, quam ſolet in aliis, quod acta poneretur in poſſe ſcribæ Cauſæ. Sed pars alia, quam ego defendebam, ſtatim oppoſuit nõ potuiſſe id fieri, & quod ſi tolerabatur, erat ei concedendum tempus ad impugnandam ea Inſtrumenta, ſicut fit in Cauſis aliis, vbi poſt tempora admittuntur huiuſmo-

di exhibitiones. Qui oppoſitione facta, & exceptione oppoſita vidi Senatum inclinatum, quod libenter receiſſet ab ea prouifione, ſi commodè potuiſſet, & ſigna dedit ſatis euidentia. Verum maluit conſulere alias aſas, vt reſolutio certa in hoc caperetur in poſterum firmiter obſeruanda. Sed non potuit ob diuerſitatem vocorum, & opinionum; & cum partes in illa Cauſa inſtarent, in hac ſola aula Reuerendi Cancellarij ſuit deliberatum, quod non retrocederetur pro nunc ab illa prouifione admittente exhibitione Actorum, & quod, vt lura Partium eſſent æqualia, concederetur dilatio Aduerſario ſex dierum ad impugnandum Inſtrumenta exhibita, & cum poſtea allegaretur nõ fuiſſe eam dilationem ſufficientem, ſuit conſeſſa alia dilatio aliorum ſex dierum præciſa, & peremptoria. Hæc fuerunt acta in ea cauſa, per que vides, quam largas incipit moras admittentes tam celetem, & promptam expeditionem iuxta cõſtitutiones requirens, vtinam non fiat paulatim, vt ſit vix differentia inter cauſas, & cauſas. Et cum his expectabimus quod congregentur Aula omnes, & quæ viſa fuerit vtilior, & iuſtior reſolutio capiatur interim neſcio, ſi idem, quod ſupra obſeruabitur, quod non videntur, tam ſine ratione, vt aliqui iudicabant, dum Senatus eam non decidit.

## Rota Decif. 511. tom. 3. par. 4. recent.

## S V M M A R I V M.

- 1 Procurator vt admittatur ad reſpondendum poſitionibus debet conſtare de ſpecialiſſimo mandato ad ſic, & ſic reſpondendum.
- 2 Poſitionibus principali debet reſpondere, dum recuſat dare ſpecialiſſimum mandatum procuratori ad ſic, & ſic reſpondendum.
- 3 Poſitionibus dum pars recuſat reſpondere, non eſt procedendum vltius in expeditione cauſæ.
- 4 Probationibus priuare aliquem, & maxime ex facto aduerſarij, rigidum eſſet.
- 5 Probatio, quæ fit per poſitiones regulariter conceditur.
- 6 Per poſitiones quis releuatur ab onere probandi.
- 7 Poſitiones dum ſint irrelevantes, pars non eſt cogenda eis reſpondere.
- 8 Tranſactio non reſcinditur, niſi probetur laſio.
- 9 Tranſactio non reſcinditur per quamlibet laſionem ſed requiritur, vt ſit enormiſſima, & in magno exceſſu vltra dimidiã.
- 10 Poſitiones vt admittantur, ſufficit eas non eſſe omnino impertinentes, ſed aliquo modo directe, vel indirecte facere ad cauſam, vel preſtare adiumentum.
- 11 Poſitiones vbi non ſunt notorie impertinentes, ita vt aliqua poſſit eſſe dubitatio, Index illas admittere debet.
- 12 Poſitiones non eſt diſputandum, an ſint admittendæ, dum aliquo modo faciunt ad cauſam, & hoc, vt lites abbrevientur.
- 13 Rota de ſtylo non admittit confeſſionem in contumaciam non reſpondentũ poſitionibus.
- 14 Poſitionibus reſpondere pars cogitur, ad hoc, vt ponens releuatur ab onere probandi, ſi aduerſarij poſitiones cõſtituat.
- 15 Poſitionibus pars reſpondere recuſans ob illius contumaciam in Rota non imponitur poena, vt habeantur pro confeſſis, ſed procedatur ad poenas in monitorio ad reſpondendum comminatæ.
- 16 Rota licet ex ſtylo non admittat confeſſionem contumacialeſ, non tamen dicendum eſt, ſublatum eſſe vſum poſitionum.
- 17 Poſitionum vſus in Rota non eſt improbatum.

## DECISIO LXXXIX.

**D**omini recedendo à decifis die 9. Ianuarij 1621. coram Reuerendiſſimo Domino meo

Caualerio, dixerunt non esse ad vltiora procedendum in causa, nisi prius responsum fuerit positionibus datis per filios, & hæredes Lucretiæ, quæ responsio cum præstari non possit à Liuio asserto Procureto, quia non docet de suo mādato legitimo, † prout requiritur, & specialissimo ad respondendum sic, & sic, respondere tenetur † ipsemet Stephanus principalis, Bald. in leg. fin. nu. 3. versic. cum enim habet mandatum, C. de procurator. Socin. Sen. conf. 55. n. 3. lib. 1. Neuiz. conf. 7. n. 12. & 13. Hond. conf. 66. n. 73. lib. 1. Menoch. conf. 80. num. 64. lib. 1. Rot. recent. decis. 779. nu. 3. par. 2. Papien. in prax. in forma position. actor. verbo si monitus num. 2. & ibi add. & interim donec D. Stephanus respondeat, non debet ad vltiora procedi, † alias si procederetur, durante ipsius respondere debentis contumacia, dicti hæredes Lucretiæ priuarentur facultate suas probationes faciendi per positiones, † quod rigidum esset: cum huiusmodi genus probationis regulatim concedatur ad hoc, † vt ponens per responsionem, & confessionem aduersarij releuetur † ab onere probandi, cap. 1. vbi glos. in princip. & in verbo statumus de confess. in 6. elem. sepe, §. verum de verb. signif. Specul. in rubr. de posit. §. 2. n. 1. Rimin. Sen. conf. 43. n. 3. lib. 1. Roland. conf. 90. n. 6. lib. 3. Abbas confil. fin. n. 1. lib. 2. Monte sing. 37. n. 2. Marfil. sing. 625. in princip. Gayl. prax. obseru. lib. 1. obseru. 79. n. 2. Ioseph. Ludouil. decis. Perus. §. n. 1. par. 1.

Nec verum est, subsistere fundamentum decisionis desumptum ex irrelevancia positionum, † quia cum ex nouiter deductis pro parte dictorum hæredum Lucretiæ, domini censuerunt euidentes constare de relevancia; præsertim vbi ponitur de valore bonorum mobilium, Stephano in transactione assignatorum, probato enim, quod eorum valor ascendat ad summam scutorum mille expressa in positionibus, † cessaret lætio, propter quam ex aduerso prætenditur rescissio transactionis; † maximè cum ad huiusmodi effectum rescindendi transactionem, nõ sufficiat quælibet lætio, sed requiratur enormissima, & in magno excessu vltra dimidiam, Dec. in leg. cum te sub n. 1. versic. sed fædere distinctionis, C. de transact. & conf. 203. n. 4. Corn. conf. 166. n. 1. lib. 1. & conf. 27. n. 10. lib. 4. Molin. de Hispan. primog. lib. 4. cap. 9. n. 29. Gab. conclus. 1. nu. 62. & 69. tit. de emptio. & vendit. lib. 3. Gemin. decis. 66. n. 44. 47. & 48. Rot. diuers. decis. 101. n. 2. par. 1.

Et in hanc sententiam eo magis inclinauerunt Domini, tum quia, † vt positiones admittantur, sufficit, eas non esse omnino impertinentes, sed aliquo modo deseruire, vel indirectè facere ad causam, vel præstare adminiculum, Dec. in leg. 1. n. 50. ff. si cert. petat. & latè conf. 161. n. 2. vbi Apostil. & conf. 517. n. 2. Peregr. conf. 82. n. 3. lib. 1. Mascard. conclus. 1177. n. 15. de probat. Rot. decis. 24. de testib. in antiq. & in Burgi Sancti Dominici iurispatron. 15. Maij 1615. coram R. D. meo Vbaldo. Tum etiam quia, vbi positiones non sunt notoriè impertinentes, ita vt aliqua possit esse dubitatio, † illas Iudex admittere debet, Ioan. Andr. in cap. cum contingat n. 24. vbi etiam alij de offic. deleg. Specul. in tit. de position. §. 7. n. 7. in fin. & n. 8. vnà cum alijs allegatis in dict. Burgi S. Dominici iurispatronatus, † & omittere disputationem pertinentiæ, vel impertinentiæ ipsarum positionum, vt lites abbrevientur, Vestr. in praxi lib. 5. cap. 14. n. 6. qui refert ita seruati consueuisse, & ita add. nu. 2. post Dec. in cap. in nomine Domini num. 34. de testib. & sequenta est Rota in dicta Burgi Sancti Dominici coram Reuerendissimo D. meo Vbaldo.

13 Nec applicatur motium, quod Rota non admit-

tat de stylo tacitam confessionem in contumaciam non respondentis positionibus, iuxta Decis. Cardinalis Seraph. 405. n. 1. & 408. n. 4. quia dixerunt Domini, quod ad hunc effectum cogitur in Rota pars respondere positionibus, † vt ponens releuetur ab onere probandi, si aduersarius positiones confiteatur; alijs ob contumaciam non imponitur pœna, vt habeantur pro confessatis, † sed vt procedatur ad pœnas in monitorio ad respondendum comminatas, vt expressè dicit Vestr. supra loco citato, vbi ponit hanc praxim: † neque enim ex eo, quod in Rota non admittatur huiusmodi confessio contumacialis ceteri debet sublatus vsus positionum, † cum immo illum à Rota esse approbatum constat, vt decis. 779. par. 2. in recent. & dict. Burgi S. Dominici iurispatronatus coram R. P. D. meo Vbaldo, vbi fuit resolutum, esse respondendum positionibus, quæ emanant in causis Rotalibus, & passim in alijs causis.

Circa hanc decisionem videti possunt plura, de quibus in cap. 19. & in cap. 32.

Rot. Decis. 678. eod. tom. 3. part. 4.  
recent.

S Y M M A R I V M.

- 3 Responsio ad positiones, vt præiudicet, quid requiratur.
- 4 Positiones quando dantur per Procuratorem, vt releuetur, debet doceri de specialissimo, & indiuiduo mandato ad sic, & sic ponendum.
- 5 Et insuper docere de mandato ad iurandum de veritate materiæ in actis specificatarum.
- 6 Positionibus vt pars aduersa cogi possit respondere, quidnam sit necessarium.
- 7 Confessio emanata per responsionem ad positiones est irrevocabilis.
- 8 Positionibus vt procurator validè respondeat, requiritur specialissimum mandatum ad sic respondendum in indiuiduo.

DECISIO XC.

**P**Rout nec etiam ius fieri potest in confessione Emiliz respondentis ad positiones eidem datas; quoniam non constat, Procuratorem, qui eas dedit, in actis assertuisse, quod essent veræ, † cum specialissimo, & indiuiduo mandato Dominici sui principalis ad ponendum materias in actis specificatas, † & iurandum de veritate earum, † prout id necessariū est, vt reus cogi possit ad illis respondendum, cap. præfatum de testib. in 6. glos. in leg. vnica in §. solat. in fin. C. de confess. Bald. in cap. per tractandum n. 2. de iuram. calum. Iacim leg. Iudices n. 7. C. de Ind. & in leg. possidere n. 24. ff. de acquir. possess. † atque vt responsio, quatenus emanauerit, inducat confessionem irrevocabilem, quæ est effectus positionum, Neuiz. conf. 7. nu. 12. cum alijs allegatis per Rot. decis. 779. n. 2. 3. & seqq. par. 2. recent. † Sicut etiam huiusmodi mandatum specialissimum, & in indiuiduo ad sic respondendum positionibus datis requiritur in Procuratore, vt illius responsio admittatur, vt latè fuit dictum in Prænestina bonorum 31. Ianuarij 1624.

Circa hanc decisionem, quæ est conformis decis. 779. recent. part. 3. Quod ad ponendum requiratur specialissimum mandatum, & ad iurandum de veritate materiæ in positionibus specificatarum; vide quæ dicta fuerunt in cap. 23. & 24. vbi de hoc disputatur, & declarantur suprascriptæ conclusiones, &c.

# INDEX RERVM MEMORABILIVM, Quæ in hoc Decisionum Volumine continentur.

## A



**A**BSENS contumax mulctari non potest, Decis. 52. num. 12.

Absens extra iurisdictionem non citatur per edictum, Decis. 85. n. 9.

Aktor an ille dicatur in causa appellationis, qui fuit in causa principali, Decis. 14. n. 1.

Aktor an debeat prius respondere positionibus rei, vel reus positionibus actoris, Decis. 14. n. 4. & 10.

Aktor non reservata forma, est nullus, Decis. 22. n. 8.

Aktus debet fieri sumptibus illum fieri petentis, Decis. 84. n. 16.

Addito inducitur per responsionem factam positionibus, credo me esse heredem, Decis. 62. n. 10.

Adverbia plerumque tenent locum forma, & qualitatem facti denotant, Decis. 22. n. 7.

Anima ceteris rebus est preferenda, Decis. 65. n. 12.

Appellans regulariter tenetur tradere copiam sententiae, nisi appellans possit aliunde copiam habere, Decis. 31. n. 23.

Appellatio, ubi à statuto prohibetur, non extenditur ad casus, in quibus gravamen non potest reparari, Decis. 72. nu. 9. alioquin esset iniuria, n. 10.

Appellationem deo voluisse in dubio pronuntiandum est, Decis. 72. num. 12.

Apoca valet, si cet non fuerit à partibus subscripta, Decis. 82. nu. 1. declaratur ut ibi.

Apoca dicitur approbata à parte, si contra eam nihil opposuerit, Decis. 82. n. 18. quod procedit etiam in contumacia, sed limitata, & declarata ut in nu. 20. 23. 27. 28. 30. 31. 32. 33. 34. & 35.

Arbitrio iudicis concessum virum debeat admitti post denunciatum processum per probationes, per confessionem partis, Decis. 28. n. 2.

Arbitrium iudicis cessat in casibus à iure decisis, Decis. 84. n. 21.

Arbitrium debet regulari, Decis. 84. num. 23. quod declaratur ut ibi.

Argumentum à contrario sensu procedit etiam in statutis, Decis. 84. n. 2. declaratur nu. 25.

Argumentum à contrario sensu nunquam sumitur, quando ita sumendum inducta ad unum finem operarentur contrarium, Decis. 23. n. 7. & 11.

Articuli fiunt pro examinandis testibus super eis positiones vero pro habendis responsionibus à reo, Decis. 43. n. 19.

Articuli impertinentes, & de iure non admittendi quomodo rejiciuntur in prima instantia, Decis. 44. n. 1.

Articuli impertinentes, & de iure non admittendi rejiciuntur cum effectu, Decis. 44. n. 2.

Articuli, quando dubitatur an sint impertinentes rejiciuntur per decretum generale, Decis. 44. n. 3.

Articuli impertinentes proprie qui sint, Decis. 44. n. 11.

Articuli de iure non admittendi proprie qui sint, Decis. 44. n. 12.

Articuli concernentes causam principalem in termino repulse sunt omnino impertinentes, Decis. 44. n. 13.

Articuli pertinentes presumantur si causa admixculantur, Decis. 67. n. 2.

Articuli in causa possessoria beneficii fieri possunt, Decis. 67. numer. 3.

Articuli obiectionalibus testium non est respondendum, Decis. 69. num. 6.

Articulus seu positio non dicitur confessata, quando respondens refert se ad instrumentum, & in instrumento non reperitur, Decis. 4. nu. 4.

Articulans non fatetur, Decis. 25. nu. 5. & quid si articulus fuerit datus medio iuramento, nu. 6.

Articulus an possit offerri post denunciatum processum ad effectum exigendi super eis partis responsiones, Decis. 68. n. 1.

## B

**B**ARTOLI dictum, & aliorum in § si quis simpliciter procedu. quando quis interrogatur de facto proprio, & non de facto alieno, Decis. 31. n. 18.

Bartholi doctrina in leg. ac qui natura, § si cum me absente. ff. de negot. gest. declaratur, Decis. 63. n. 35.

## C

**C**ANONIS sententia an semper liget, & sit iusta, Decis. 12. num. 1.

Capitula admitti in vim capitulorum, vel in vim positionum valde interest, Decis. 43. n. 17.

Capitula de generali sibi, & admitti solent cum clausula, salvo iure impertinentium, Decis. 82. n. 1.

Capitula si fuerint admissa, cum clausula, salvo iure impertinentium, poterit de eorum impertinentia quandoque cognosci, Decis. 82. n. 2. fallit nu. 3.

Capitula notorie impertinentia non admittuntur, non obstant quocumque statuto in contrarium, Decis. 82. nu. 4. & quando ad procedat. nu. 5.

Capitulatum quod semel est, ulterius non est capitulandum, Decis. 19. nu. 2.

Capitulum super de renunciationibus quomodo intelligatur, Decis. 23. n. 10.

Categoria propositio, & hypothetica, que dicatur, Decis. 23. num. 3.

Causa quælibet excusat à peritio, Decis. 64. nu. 6.

In causa, in qua proceditur sine figura iudicij, potest index in quacumque parte iudicij, etiam ad instantiam partis interrogare alteram partem, Decis. 18. n. 6.

Ex causa potius necessaria, quam voluntarie presumitur actus gestus, Decis. 24. nu. 6.

# Index rerum Memorabilium.

- Causam intactam servare melius est, quam post vulnus remedium querere, Decis. 62. n. 13.**
- Clausula, salus inter impertinentium, & non admittendorum, quid operetur, Decis. 87. nu. 1. & Decis. 9. nu. 15.**
- Clausula, constituti, non appositia in instrumento, an habeatur pro appositia propter Notariorum consuetudinem, Decis. 14. nu. 16.**
- Colligantes tenentur equaliter ad expensas pro habendis responsionibus, Decis. 84. nu. 9. & de ratione nu. 11. declaratur, n. 19. Alij dicunt id remittendum esse arbitrio Iudicis, n. 20. & ponitur distinctio, de qua nu. 12. 13. & 17.**
- Colligantes si sint eiusdem loci responsiones debent procurari sumptibus petentis, Decis. 84. n. 25. & de ratione n. 26.**
- Conclusio si est facta in causa an impediatur reiectionem impertinentium, Decis. 44. n. 15.**
- Conditio nihil ponit inesse, Decis. 82. n. 39.**
- Confessio facta in iudicio quibus personis preiudicat, Decis. 1. n. 9.**
- Confessio tutoris extrajudicialiter in instrumento emanata per modum voluntaria iurisdictionis pupillo non solet preiudicare, nisi fuerit alius ad nuncius coadiuvata, Decis. 3. n. 1. & seqq.**
- Confessio Prælati voluntaria & extrajudicialis non preiudicat Ecclesie, nisi cum ea concurrant presumptiones, & coniectura, Decis. 3. n. 2.**
- Confessio partii legitimi administratoris, que alias filio non preiudicat, iurata preiudicat, Decis. 3. n. 3.**
- Confessio curatoris ad litem in respondendo positionibus per se sola non probat, Decis. 3. n. 4.**
- Confessio tutoris, & curatoris emanata per viam contentiose iurisdictionis omnia preiudicat pupillo, quousque de errore non doceatur, Decis. 3. n. 5.**
- Confessio unius licet alteri non preiudicat, facit tamen coniecturam, Decis. 3. n. 6. & 7.**
- Confessio, que alias non probat in personis suspectis, & prohibitis, ut inter patrem, & filium, virum, & uxorem, probat tamen, quando est verisimilis, Decis. 3. n. 8.**
- Confessio facta cum aliqua qualitate est individua, & non potest pro parte acceptari, Decis. 4. n. 5.**
- Confessio procuratoris illa dumtaxat satisfacit, qua potest habere iuris effectum obviando domino, Decis. 7. nu. 2.**
- Confessio procuratoris voluntaria dicitur, quando Procurator nullo iure cogente dat in actus positiones, Decis. 7. n. 2.**
- Confessio procuratoris voluntaria non preiudicat, Decis. 7. sub n. 2.**
- Confessio facta per procuratorem per viam contentiose iurisdictionis preiudicat domino sicut sententia, Decis. 13. n. 2.**
- Confessio procuratoris nocet domino, nisi dominus eam revoceat, Decis. 13. n. 7.**
- Confessio procuratoris tollit facultatem appellandi, Decis. 13. n. 4.**
- Confessio actoris magis nocet actori, quam confessio rei vero, Decis. 14. n. 3.**
- Confessio vera, vel ficta non dicitur probatio, sed relevatio ab onere probandi, Decis. 18. n. 2.**
- Confessio in respondendo ad positiones plene probat contra consistentem, Decis. 24. n. 5.**
- Confessio, que habet contra se iuris presumptionem potest in parte tantum acceptari, Decis. 24. n. 8. & 10. declaratur dict. nu. 10.**
- Confessio facta positionibus probat contra consistentem, nec potest revocari, nisi docto de errore, Decis. 33. n. 2.**
- Confessio dubia in articulis datus per rem interpretatur in eius favorem, Decis. 35. n. 1.**
- Confessio dubia facta per Abbatem interpretatur pro Monasterio, Decis. 35. n. 2.**
- Confessio facta in articulis per principalem non potest revocari, quando non constat de errore, præsertim quando super articulo fuit lata sententia, & eo magis quando est geminata, Decis. 36. nu. 1. & 2.**
- Confessio facta in vno iudicio per principalem, & inter easdem personas, an faciat fidem in alio, quando contra illam confessionem fuit iudicatum, Decis. 37. n. 1.**
- Confessio Procuratoris facta in articulis potest revocari, & quare, amplius in quacumque confessione etiam geminata, Decis. 38. nu. 1.**
- Confessio inducitur à statuto ob non responsiones ad positiones dicitur confessio presumpta, & ficta, & recipi probationem contrarium, & maxime illam, que fit per adversarij confessionem, Decis. 42. n. 26.**
- Confessio non dicitur proprie probatio, sed probationis relevamentum ex communi opinione, Decis. 42. n. 27.**
- Confessio propria etiam iurata revocari potest, & illi contraveniri, quando à iudice fuit reiecta, Decis. 42. n. 33.**
- Confessio per verbum, credit, in responsionibus ad positiones partis contra consistentem plene probat, Decis. 46. n. 1.**
- Confessio partis in responsionibus ad positiones alterius partis, contra ipsam plene probat, etiam si in credulitatem sonet, Decis. 47. n. 26. & etiam plenissime.**
- Confessio in dubio debet interpretari ad favorem consistentis, Decis. 30. nu. 8.**
- Confessio divisibilis potest pro parte non admitti, Decis. 51. n. 5.**
- Confessio, que elicitur ex positionibus habitu pro confessatis propter eius contumaciam, qui præcisè non respondet, ad hoc, ut peritur effectum, necesse est, ut concurrant requisita per Fran. in cap. 2. nu. 9. de confess. 10. 6. Decis. 55. n. 6.**
- Confessio oriens ex positionibus habitis pro confessatis excusatur à contumacia in respondendo, Decis. 55. n. 1.**
- Confessio, que elicitur ex confessione, & responsione ad positiones, quibus responsum fuit, credo proit in actu, non preiudicat, si in actu non adsint concludentes probationes, Decis. 57. n. 7.**
- Confessio facta per verbum credo, preiudicat, prout confessio de veritate, Decis. 62. n. 11.**
- Confessio impugnata impugnantem prodesse non potest, Decis. 65. n. 5.**
- Confessio, contra quam fuit iudicatum, consistenti non nocet, Decis. 65. n. 5.**
- Confessio dubia non nocet consistenti, Decis. 66. n. 25.**
- Confessio non verisimilis non nocet, Decis. 66. nu. 28.**
- Confessio Procuratoris nocet Domino, Decis. 68. n. 2.**
- Confessio in casibus, in quibus sententia preiudicat, nociva est, Decis. 68. n. 3.**
- Confessio emptaris an preiudicat venditori, Decis. 68. n. 5.**
- Confessio Procuratoris non revocata re integra, nocet etiam principali, Decis. 74. n. 13.**
- Confessio facta in positionibus tam consistenti, quam alii ab eadem causam habentibus preiudicat, Decis. 76. nu. 18.**
- Confessio emanata in responsione ad positiones plene probat contra consistentem, Decis. 77. n. 40.**
- Confessio procuratoris respondendo positionibus absque speciali mandato domino non preiudicat, Decis. 81. n. 11.**
- Confessio Procuratoris facta respondendo positionibus à domino revocari potest, Decis. 81. nu. 12.**
- Confessio principalis an noceat fideiussori, Decis. 82. n. 21. & 43. & potest probari contrarium, n. 44.**
- Confessio emanata per responsionem ad positiones est irrevocabilis, Decis. 90. n. 7.**
- Confessione nulla est maior probatio, Decis. 27. nu. 3.**
- Confessione in responsionibus ad positiones partis nulla est nullius probatio, Decis. 45. n. 17.**
- Confessione partis omnino stari debet, Decis. 87. n. 11.**
- Confessione prima iurata standum est non secunda contraria, Decis. 14. n. 9.**
- Confessione fundamento sublato tollitur, & confessio, Decis. 40. sub nu. 4.**
- Confessus ante partis acceptionem potest suam confessionem declarare, Decis. 4. nu. 1.**
- Consensus se misisse ad sui favorem sententiam reportasse, facit, quod talis sententia, etiam quod in rem iudicatam transierit non sit exequenda, Decis. 42. n. 30.**
- Constitutiones Cathogorice in causis supplicationum, & suspensionum, Decis. 28. n. 7. 8. 9. & 10.**

# Index rerum Memorabilium.

**C**onstitutum an continentur sub clausula, que omnia, &c. Decis. 14. num. 7.

**C**onstitutum liberat venditorem ab actuali traditione, Decis. 14. num. 5.

**C**ontractus, qui solo consensu perficiuntur, valent absque scriptura, Decis. 82. nu. 17. declaratur ut ibi.

**C**ontumax consentire non dicitur, Decis. 18. n. 4.

**C**orrelativorum eadem est disciplina, & unum aliud declarat, Decis. 22. n. 10.

**C**redo, prout in instrumento, de quo facta est mentio in positione, determinat quid certum, Decis. 17. n. 2.

**C**redo, verbum est veritatis expressionem, Decis. 62. n. 9. & 14.

**C**redo, verbum importat veritatem, quando agitur de facto proprio, Decis. 62. n. 14.

**C**ui non conceditur, quod est minus, non conceditur, quod est minus, Decis. 81. nu. 4.

## D

**D**ammum quando dicitur irreparabile, Decis. 72. n. 12.

**D**ecretum disponens responsiones Cathedricas fieri debere, intelligitur, quando interrogationes sine positiones sunt simplices, & Cathedricas, secus si sint duplices, & qualificata, Decis. 23. nu. 4.

**D**epositio principalis quando petitur, admittitur, etiam quod sit conclusum in causa, Decis. 44. n. 4.

**D**epositio principalis si petitur, quando super sedeat in causa, Decis. 44. n. 7.

**D**ictio, semper, pro plerumque exponitur, Decis. 21. n. 8.

**D**ictio, ut supra, est prae dentium relatiua, Decis. 66. n. 13. & cum omnibus eius qualitatibus, nu. 12.

**D**ictio, nisi, includit confessionem, & assertionem in casu contrario, Decis. 27. n. 18.

**D**ictio, quatenus, est conditionalis, Decis. 85. n. 38.

**D**octor est intelligendus secundum leges, quas allegat, Decis. 31. num. 21.

**D**octoris auctoritas facit rem dubiam, Decis. 64. nu. 8.

**D**ominium est difficultis probationis, Decis. 63. n. 5.

**D**ominium quando sit facilis probationis, Decis. 63. n. 14.

**D**onans non potest praevindicare donatario per dicta, & gesta post donationem, Decis. 27. n. 5.

**D**onatio non praesumitur, Decis. 82. n. 40.

**D**otatio facta ab extraneo est donatio, Decis. 82. n. 41.

## E

**E**cclisia, Mulier, & minor possunt per viam restitutionis in integrum ponere idem, & contraria articulo alterius positum, Decis. 21. n. 3.

**E**mphyteute responsio, seu confessio an teneat, si domino damnosa sit, Decis. 68. n. 1.

**E**mptor probans rem ad euincendam speclasse, agit de evictione, licet fuerit res sibi sine iudicio evicta, Decis. 63. n. 8.

**E**mptor agit de evictione, licet non denunciaverit litem venditori, si probet iustitiam evictionis, Decis. 63. n. 9.

**E**mptor, cui inonetur in super fundo empto, id venditori denunciare tenetur, Decis. 68. nu. 9.

**E**quum, quod non est, ut absurdum, & inconueniens, non est admittendum, Decis. 81. n. 6.

**E**rror illico dicitur probatur, quando apparet, rem aliter se habere, Decis. 4. sub nu. 4.

**E**rrorem corrigens non dicitur quidquam de nouo facere, sed iam factum declarare, Decis. 4. n. 2.

**E**rrorem non tenetur probare principalis, qui contrarium deducit eius, quod Procurator suus deduxerat in positionibus, Decis. 62. num. 16.

**D**e Evictione non agit is, à quo propria culpa res est evicta, ut quia fuit contumax, vel compromisit vel obtulit iuramentum litis decisionem, Decis. 63. n. 1.

**E**uictionis actio datur, quando evicta est possessio, Decis. 63. n. 7.

**E**xceptio, qua potuisset impedire litis ingressum, si fuerit proposita positum contestatam, reservatur ad metum, Decis. 82. n. 46.

**E**xceptio, vel replicans, non fatetur intentionem adversarij, etiam si cum qualitate fuerit apposta exceptio, vel replicatio, Decis. 23. nu. 9.

**E**xceptio non debet suspendi, quando eventus litis est dubius, Decis. 63. n. 11.

**E**xprimere aliquid expresse, vel per relationem ad aliud, idem est, Decis. 31. n. 13.

## F

**F**ideiussio est contractus de sui natura laesivus, Decis. 82. n. 42. Franciscus Cantucci Doctor Perusinus, & in unum maxime expectationis, Decis. 31. nu. 10.

**F**rustratorij evitandi sunt actus, Decis. 62. n. 2.

## G

**G**erundia posita in casu ablativo de sui natura determinant, & qualificant actum verbi, cui obijciuntur, Decis. 22. num. 9.

## H

**H**eredem se asserens cum beneficio legis, & inventarij, debet hoc probare, Decis. 45. n. 18.

**H**eredes habent iustam causam ignorantiae, Decis. 82. n. 14.

## I

**I**acobus de Aren. in tract. de position. §. 1. nu. 13. reprobat, Decis. 72. n. 6.

**I**gnorantia facti alieni est probabilis, Decis. 62. nu. 12.

**I**mpugnari non potest, quod quis secul approbavit, Decis. 82. n. 18.

**I**ncertitudo excusat à perjurio, Decis. 64. n. 7.

**I**nclusio unius est exclusio alterius, Decis. 66. n. 20.

**I**nfantia morti aliquando praeponderat, Decis. 20. nu. 4.

**I**nstancia debet ab actuarij legi iudici, ut super illa decernat, Decis. 82. nu. 25.

**I**nstrumenta si exhibeantur post conclusum in causa solet pronuciari ponenda esse in posse scrib. Decis. 88. n. 23.

**I**nstrumenta non possunt produci post terminum assignatum in causis suspensionum, Decis. 88. n. 24.

**I**nstrumentum, sine sententia, si non sunt apud acta, & factum non sit inuolutum, qui respondere praevide tenetur, Decis. 31. num. 32.

**I**nstrumentum, seu sententia si est apud acta, admittitur responsio, credo, prout in instrumento, vel sententia continetur, Decis. 31. num. 32.

**I**nterlocutoria in assignatione termini, quando habeat vim simplicis comminationis, Decis. 52. nu. 11.

**A**b Interlocutoria inferenda gravamen irreparabile datur appellatio, secus si gravamen sit reparabile, Decis. 72. nu. 1. & 2.

**I**nterrogationes olim fiebant ad liberandum actorem ab onere probandi, Decis. 31. n. 27.

**I**nterrogatoria, quae sapient negotium principale, per modum interrogatoriorum fieri non debent, Decis. 69. n. 2.

**I**nventarij beneficium allegare non est factum, nisi probetur, Decis. 47. num. 28.

**I**udex potest fidem adhibere scripturae informi si pars non opponat, Decis. 80. nu. 37. & an postea opponi in secunda instantia.

**I**udex potest partem imponere parti de veritate dicenda, necnon eam exigere, Decis. 80. nu. 5.

**I**udex ex equitate potest admittere responsionem etiam qualificatam, ad evitandam calumniam non ponentis, Decis. 31. nu. 14.

**I**udex potest cogere ad praevide respondendum positionibus, Decis. 53. nu. 3.

**I**udex potest statuere terminum ad respondendum positionibus, supra comminatione, quod termino elapso habeantur pro confessatis, vel negatis ad commodum ponentis, Decis. 72. n. 2.

**I**udex non habilitat minores ad comparandum sicut tutore, Decis. 83. nu. 8.

**I**udex, qui potest iudicare sola veritate inspecta, potest admittere probationes per confessionem partu post denunciatum processum, Decis. 88. nu. 15.

**I**udicij admissio requiritur super iuribus producentis, Decis. 82. num. 24.

# Index rerum Memorabilium.

**Iudicis pronuntia debet respondere partium instantiis, Decis. 82. num. 26.**  
**Iuramentum facit actum individuum, Decis. 64. num. 12.**  
**Iuramentum iuste recusatur, qui iurando dubitat incidere in periculum, Decis. 65. num. 8.**  
**Iuramentum non censetur praestitum super positionibus impertinentibus, & non admissibilibus, Decis. 14. nu. 17.**  
**Iuramentum ei deferendum non est, qui verisimiliter peieraturus est, Decis. 20. nu. 5.**  
**Iuramentum de veritate dicenda reus praestare tenetur in civilibus, Decis. 20. nu. 7.**  
**Iuramentum quando in absentia committitur, hoc oportet fieri sub fide gestorum, Decis. 22. nu. 2.**  
**Iuramentum oblatum recusare potest pars, qua plene probatur, Decis. 62. nu. 3.**  
**Iuramentum non est deferendum ei, qui semel peieravit, Decis. 62. num. 5.**  
**Iuramentum non est deferendum ei, qui verisimiliter est peieraturus, Decis. 62. nu. 6.**  
**Iuramentum in litem datur contra eum, qui respondendo positionibus, convincitur de mendacio, Decis. 64. nu. 1.**  
**Iurans sine causa peierat, Decis. 62. nu. 4.**  
**In iure omnes casus sunt decisi, Decis. 84. nu. 22.**  
**Iurare se nemo potest ex eo, quod semel impugnavit, Decis. 65. n. 2.**

## L

**Liquidatio non potest praetendi ex libris impugnavit, Decis. 53. num. 1.**  
**Liquidatio illa non est sufficiens, qua elicitur ex decreto facti a iudice, quod positiones habeantur pro confessatis, nisi ad primam, Decis. 53. num. 2.**  
**Litu eventus est dubius, Decis. 63. nu. 10.**

## M

**Mandatum speciale requiritur ad ponendum, Decis. 73. nu. 5. & idem ad respondendum, nu. 6.**  
**Mandatum ad appellandum quando requiratur speciale, Decis. 65. num. 10.**  
**Matri minoris succurritur, si non petierit dari filio pupillo tutorem intra tempus a iure limitatum, sicut si fuerit maior, Decis. 21. num. 5.**  
**De Mendacio an puniatur, qui dixit, se non credere, si probetur rem aliter se habere, Decis. 62. nu. 15. remissa.**  
**Minor non restituitur adversus eius confessionem tanquam laesus, nisi doceatur, saltem semiplene, veritatem esse in contrarium, Decis. 21. num. 9.**  
**Minoribus, & mulieribus adversus dolum praesumptum de praeterito succurritur, sicut adversus dolum praesumptum de futuro, unde non succurritur illis ad produendum testes post dicta testificata, Decis. 20. nu. 2 & 4.**  
**Mulier, Ecclesia, & minor possunt per viam restitutionis in integrum ponere idem, & contraria articuli alterius partis, Decis. 21. num. 5.**  
**Mulier, & rusticus equiparantur quoad responsionem faciendam positionibus, Decis. 34. nu. 3.**  
**Mulier, & rusticus respondent positionibus cum praesentia Advocati, siue Procuratoris, quando positiones concernunt factum antiquum, vel sunt admixtae positiones iuris, Decis. 34. nu. 2.**  
**Mulierem fuisse dotatam nisi praesumendum, Decis. 82. n. 22. nempe a patre, sed non a tercio, non. 41.**  
**Mulieres sunt fragiles, & idiota persona, Decis. 34. nu. 3.**  
**Mulieribus, & rusticis non succurritur, nisi in casibus a iure expressis, & non reperitur, quod eis succurratur in his, qua concernunt formam votus, & sint introducta ad rigorem iuris conservandum, Decis. 21. nu. 4.**

## N

**Narrativa gratia, qua quis usus fuit, contra ipsum probat, Decis. 5. sub num. 1.**  
**Negans sententiam recedat latam, non proprie a factis latam, Decis. 23. numer. 8.**

**Negans positionem non potest in ea se fundare, Decis. 50. num. 10.**  
**Negans totum non videtur negare partem, Decis. 64. nu. 13.**  
**Negans positionem, ex ea an commodum reperire possit, Decis. 64. num. 6.**  
**Negari quando possit tota positio, Decis. 80. num. 7.**  
**Per negationem positionum super tota re conceptarum, potest & tota positio negari, Decis. 58. num. 3.**  
**Negationis poenas evitat, qui nondum convictus, se ipsum corrigit, Decis. 20. num. 19.**  
**Negativa per partis confessionem probari potest, Decis. 14. num. 13.**  
**Negativa, qua est regulariter improbabilis, potest in positione poni, & debet admitti, Decis. 18. num. 2.**  
**Ex negativa dispositione nulla sequitur affirmativa: nec sumitur argumentum a contrario sensu contra negativam respondentem, Decis. 23. nu. 6. quod ampliatur, nu. 9.**  
**Negativa responsio aliter sumitur si procedat qualitas, aliter vero si procedat verbum, Decis. 23. num. 12.**  
**Nemo praesumitur velle iuramentum contemnere, & propria offendere salutem, Decis. 20. nu. 14.**  
**Nobilitas cum excusat ad personaliter comparandum, si ad eum mittatur Notarius, cuius expensis id fieri debeat, Decis. 52. numer. 1.**  
**Non admittitur qui ad probandum, quod probatum non releuat, Decis. 82. nu. 9.**  
**Non sunt sumenda arma de domo rei, Decis. 84. nu. 3.**  
**Notorium non dicitur, quod recipit disputationem, Decis. 82. nu. 6. & satis est, si dispositio sit colorata, num. 7.**

## O

**Opinio illa est tenenda, qua distinguendo concordat contrarias opiniones, Decis. 64. nu. 5.**  
**Opinio communis excusat ab expensis, Decis. 64. num. 9.**  
**Oppositio generalis sufficit, ut scriptura non dicatur approbata, Decis. 82. num. 36.**

## P

**Poenam parvam conventionem adiecta committitur, etiam si non interfit, Decis. 20. nu. 9.**  
**Per interpellationem neuter facti agi censetur prima mora remissa, Decis. 42. nu. 32.**  
**Periculum variis parvis punitur, Decis. 20. nu. 10.**  
**Periculum, ut evitetur, semper est interpretatio capienda, Decis. 64. num. 3.**  
**Periurus qui non censetur, nisi probetur, Decis. 14. nu. 6.**  
**Periurus non efficitur ille, qui respondendo positionibus, affirmat contrarium eius, quod alias dixerat respondendo alii positionibus, si utroque casu iuraverit solum de credulitate, Decis. 62. num. 3.**  
**Permissum in vno tempore, censetur alio prohibitum, Decis. 66. num. 25.**  
**Personaliter vbi alicui aliquid exequendum committitur, non potest illud alteri delegare, Decis. 22. num. 3. & 5.**  
**Perquisitio ordinis non releuat ab onere respondendi positionibus, Decis. 14. num. 19.**  
**Petens fieri novam monitionem, videtur non esse contentus de prima, Decis. 42. num. 32.**  
**Plura specialia circa idem concurrere non debent, Decis. 84. n. 29.**  
**Portarum dictum, semivivum bonum semivivamque virum, non intelligitur simpliciter vir, nec simpliciter bos, Decis. 31. nu. 7.**  
**Pollinatio simplex facta absque parte non releuat, & facta praetato non parit actionem, Decis. 27. num. 3. declaratur ut ibi.**  
**Pollinatio non transit in pactum, etiam si fuerit facta parte praesente, Decis. 27. nu. 3. & 11.**  
**Pollinatio facta parte praesente, ut teneat, requiritur acceptatio, Decis. 27. sub num. 4.**  
**Ponens dicitur fateri, articulans vero non, Decis. 1. num. 10.**  
**Ponens dicitur fateri ea, qua sunt in positionibus narrata, Decis. 5. num. 2.**  
**Ponens fatetur, Decis. 5. numer. 1. & 4. Decis. 30. numer. 5. Decis. 64. num. 5.**

# Index rerum Memorabilium.

*Ponens tenetur prius affirmare, quod possit, quam aduersario cogatur respondere, Decis. 64. nu. 11.*  
*Ponens debet iurare de calumnia, videlicet se credere verum esse, quod ponit, Decis. 73. nu. 1.*  
*Positio non dicitur confessata, quando respondens refert se ad instrumentum, & in instrumento non reperitur, Decis. 4. numer. 4.*  
*Positio ad quid sit inuenta, Decis. 14. num. 14.*  
*Positio detegens turpitudinem dicitur criminosa, Dec. 16. nu. 2.*  
*Positio quando facit mentionem de aliquo instrumento, & respondens dicat, credo prout in instrumento continetur, responsio dicitur conformis positioni, & partem releuat ab onere probandi, Decis. 31. nu. 14.*  
*Positio, quando est inuoluta, vel instrumentum esset inuolutum, vel plura capita contineret, tunc qui non tenetur respondere, sed sufficit, ut se remittat ad instrumentum, Decis. 31. nu. 31.*  
*Positio quando est partim vera, & partim falsa an possit in totum negari, Decis. 32. nu. 6.*  
*Positio, quod Petrus heres Martini à me mutuo recepit centum, si fiat responsio affirmatiua, non refertur ad heredem, sed ad mutuum, de quo principaliter agebatur, Decis. 40. nu. 40.*  
*Positio, quae sit, Decis. 43. nu. 18.*  
*Positio contraria positioni, quam aduersarius produxit, admittitur, quia tendit ad facilitatem exitum iudicij, Decis. 62. nu. 1.*  
*Positio in parte falsa respectu qualitatis potest in totum negari, sicut si respectu quantitatis, Decis. 64. num. 2.*  
*Positio in parte falsa potest in totum negari, Decis. 64. nu. 3.*  
*Positio tua, si est contraria meae, & ambo iuramus de calumnia, neuter nostrum tenetur respondere propter contrarietatem, Decis. 65. nu. 10.*  
*Positione negata an quis possit se iurare, Decis. 8. nu. 1.*  
*Positione negata non potest negans super ea se fundare, Decis. 65. num. 3.*  
*Positionem negans non potest ea se iurare, Decis. 60. nu. 1.*  
*Positionem negans non potest in ea se fundare, Decis. 15. nu. 10. fallit in iudice, qui potest ex officio se fundare in positione negata, num. 11.*  
*Positiones non desinant esse positiones, licet appellentur articuli, quando fuerant habita in iudicio pro positionibus, Decis. 5. numer. 2.*  
*Positiones hodie loco interrogationum, quae olim fiebant, successerunt, Decis. 31. nu. 26.*  
*Positiones non sunt admittenda, vbi non constat de speciali mandato illius, qui eas in actum dat, & alias reus respondere non cogitur, Decis. 7. nu. 1.*  
*Positiones sunt danda ab ipsismet principalibus: vel procurator debet habere mandatum indiuiduum ad sic ponendum: nec sufficit mandatum speciale ad ponendum, Decis. 7. num. 3. sed debet esse indiuiduum ad certas positiones, num. 4. & 5. vbi de ratione: & idem est in respondente ad positiones, ut dict. numer. 3.*  
*Positiones licet asserant, & enarrent, non tamen concludunt, Decis. 10. num. 3.*  
*Positiones actorum, quando sunt de directo contrariae positionibus rei, qui succumbere debeat, Decis. 14. nu. 2.*  
*Positiones post publicationem attestacionum fieri non possunt, super eo, quod est probatum, Decis. 18. nu. 5.*  
*Positiones presentandi modum ei, qui est absens à loco iudicij, stante forma decreti, quod personaliter presentari debeant, Decis. 22. num. 11.*  
*Positiones irrelevantes non debent admitti, Decis. 27. nu. 2.*  
*Positiones, & articuli, quod censentur habiti pro confessata Rota, & Curia non seruat, Decis. 26. nu. 14. & sub nu. 10.*  
*Positiones probant contra illas producentem, Decis. 28. nu. 6.*  
*Positiones post didicta testificata possunt produci, Decis. 29. nu. 9.*  
*Positiones differunt ab articulis, exceptionibus, & interrogationibus, Decis. 44. num. 9.*  
*Positiones de stylo Auditorij Camerae pro confessata habentur,*

*contrariam tamen in Rota seruatur, iuxta formam cap. 3. de confess. Decis. 56. num. 1.*  
*Positiones in prima instantia per procuratorem dade etiam cum iuramento, possunt per Dominum in secunda instantia reuocari, Decis. 61. num. 1.*  
*Positiones captiosae quae dicuntur, Decis. 39. num. 3.*  
*Positiones non dicuntur facere ad causam, quando dispositiones non sunt conceptae, Decis. 39. nu. 2.*  
*Positiones sunt inuenta, ut ponens per confessionem partis releuetur ab onere probandi, Decis. 73. nu. 7.*  
*Positiones dati non possunt per procuratorem absque speciali mandato, alias confessio ex ipsis resultans non praedat principalis, Decis. 74. num. 19.*  
*Positiones continent distinctionem, & particularitatem circa actus, tempora, & qualitates, censentur à principali subministrare; & ideo etiam si non doceatur de mandato speciali, illas producentis, confessio inde resultans nocet principali, Decis. 74. num. 11.*  
*Positiones inuenta sunt, ut pars releuetur ab onere probandi per confessionem partis, Decis. 51. nu. 1. & 4. & Decis. 78. nu. 1.*  
*Positiones quando dicuntur exhibita, ut de iure requiruntur, Decis. 78. nu. 2.*  
*Positiones non debent esse sine tempore, Decis. 79. nu. 13.*  
*Positiones quando non sunt habenda pro confessatis, Decis. 81. numer. 7.*  
*Positiones an debeant admitti post conclusum in causa, & post monitiones ad sententiam est in iure controversum, Decis. 83. num. 1.*  
*Positiones pro habendis responsionibus tantum de stylo Tribunalium Urbini admittuntur post etiam monitiones ad sententiam, Decis. 83. nu. 2. & idem videtur dicendum de iure communi, num. 3.*  
*Positiones possunt quandoque admitti in causis summarijs, & in causis, in quibus proceditur sola veritate inspecta, Decis. 83. num. 4.*  
*Per positiones qui releuetur ab onere probandi, Decis. 89. nu. 6.*  
*Positiones dum sunt irrelevantes, pars non est cogenda tu respondere, Decis. 79. nu. 7.*  
*Positiones ut admittantur, sufficit eas non esse omnino impertinentes, sed aliquo modo directe, vel indirecte facere ad causam, vel prestare adnuncium, Decis. 79. nu. 10.*  
*Positiones vbi non sunt notorie impertinentes, ita ut aliqua possit esse dubitatio, iudex illas admittere debet, Decis. 79. num. 11.*  
*Positiones non est disputandum an sint admittenda, dum aliquo modo faciant ad causam, & hoc, ut lites abbrevientur, Decis. 79. num. 12.*  
*Positiones quando dantur per procuratorem, ut releuent, debet doceri de specialissimo, & indiuiduo mandato ad sic, & sic ponendum, Decis. 90. num. 4.*  
*Et insuper docere de mandato ad iurandum de veritate materialium in actum specificatarum, Decis. 90. nu. 5.*  
*Positioni criminosa an quis teneatur respondere, Decis. 1. nu. 2.*  
*Positioni negatiua respondendum est, quando onus probandi negatiuam parti incumbit, Decis. 14. nu. 12.*  
*Positioni criminosa qui respondere non tenetur, ne turpitudinem suam detegat, Decis. 20. num. 2. & 11. & Decis. 39. nu. 5.*  
*Positioni multiplici qui respondere non cogitur, Decis. 23. numer. 1.*  
*Positioni obscura respondendum non est, Decis. 59. nu. 1.*  
*Positioni qui semel respondit, potest cogi ad iterum respondendum, quia fieri potest, quod hodie credam vnum, & alius, Decis. 62. num. 3. declaratur num. 12.*  
*Positioni captiosa non tenetur qui respondere, Decis. 63. nu. 3.*  
*Positioni cuiuscunque regulariter est respondendum, Decis. 63. numer. 4.*  
*Positioni continentem certam quantitatem, cum clausula, quod si non credit de tanta quantitate, dicat de quanta, respondens non efficitur periurus, si neget totum, quando positio erat vera*

# Index rerum Memorabilium.

- tantum pro parte, nisi sit adiectum, deveniendo usque ad minimum, Decis. 64. num. 10.
- Positioni si quis respondere recusaverit, non potest super ea constituere fundamentum, Decis. 65. num. 4.
- Positioni captiosa quis non tenetur respondere, Decis. 65. nu. 9.
- Positioni non tenetur quis respondere, quando respondendo posset incidere in contrarietatem, Decis. 65. nu. 11.
- Positioni impertinenti non est respondendum, Decis. 67. nu. 4.
- Positioni criminosa, per quam detegitur delictum, respondendum non est, Decis. 69. num. 3. & 5.
- Positioni captiose respondere nemo tenetur, Decis. 69. nu. 4.
- Positioni criminosa de delicto tertij respondendum non est, Decis. 69. num. 5.
- Positioni responderi potest, non credit habuisse aliquid, ad quod teneatur, Decis. 75. num. 7. & hanc responsionem admittere stat in arbitrio Iudicis, num. 8.
- Positioni continenti speciem si quis responderit, an possit cogi ad respondendum, si ponatur genus, Decis. 81. nu. 14.
- Positionibus facta confessio probat contra consistentem, Decis. 2. num. 5.
- Positionibus criminosis pars respondere non tenetur, Decis. 6. nu. 6. & Decis. 15. nu. 15.
- Positionibus per principalem regulariter est respondendum, Decis. 9. num. 1. & qualiter id procedat, num. 3.
- Positionibus an per procuratorem responderi possit, si dominus ita absens sit, ut faciliter haberi non possit, Decis. 9. nu. 4.
- Positionibus alteri, & rei ad invicem sibi ipsi contrariis, an sit respondendum, Decis. 14. nu. 11. & 20.
- Positionibus ex quibus pars incideret in periurium, pars non tenetur respondere, Decis. 13. num. 3.
- Positionibus pars respondere non cogitur super eo, super quo habet intentionem fundatam testibus, vel instrumentis: nec ad iurandum compelli potest, Decis. 18. num. 7.
- Positionibus respondere recusans habetur pro confesso, Decis. 27. n. 1. Rota tamen non admittit has fictas confessiones, ut ibi.
- Positionibus respondere recusans, non propterea à Iudice repellitur, Decis. 27. num. 1.
- Positionibus post dicitur testificata, an adversarius teneatur respondere, Decis. 29. num. 8.
- Positionibus concernentibus factum proprium, est de veritate respondendum: concernentibus vero factum alienum, iuxta scientiam, Decis. 30. num. 1.
- Positionibus qui tenetur respondere, & dubitat de responsione per eum fienda, danda est sibi dilatio ad deliberandum, Decis. 31. nu. 9.
- Positionibus respondet mulier absque interventu Advocati, siue Procuratoris, quando mulier debet respondere positionibus concernentibus factum proprium, & Mulier est sagax, Decis. 34. num. 6.
- Positionibus ad causam non facientibus non tenetur quis respondere, Decis. 39. num. 1.
- Positionibus quis respondere non cogitur, quando detegeret turpitudinem suam, si illas fuisset, Decis. 39. nu. 4.
- Positionibus continentibus turpitudinem respondere debentis, non est respondendum, Decis. 42. nu. 31.
- Positionibus datis tam contra tutorem, quam contra minorem, si solus tutor illis respondeat sufficit, si tamen sit causa connexa, Decis. 54. num. 6.
- Positionibus respondens per verbum, credo, potest conuinci de periurio, Decis. 62. num. 13.
- Positionibus respondere non tenetur emptor circa dominium venditoris, Decis. 63. num. 2.
- Positionibus respondens per verbum, credo, si falsum dicat, periurus efficitur, Decis. 64. nu. 15.
- Positionibus respondens si dicat, se confiteri, provi habetur in instrumento, positio habetur pro negata, si in instrumento aliter contineatur, Decis. 66. nu. 16.
- Positionibus in parte respondens si fateatur, videtur negata positio in alia, Decis. 66. numer. 22.
- Positionibus captiosis non est respondendum, Decis. 68. nu. 7.
- Positionibus respondens promptior ad negandum, quam ad consentendum esse debet, Decis. 68. nu. 10.
- Positionibus respondere cogi non potest procurator non habens speciale mandatum, Decis. 71. nu. 1. & 2. & per totam.
- Positionibus responderi debet per verba, quae certificant Indicem, & ponentem, & relevent ab onere probandi, Decis. 75. nu. 1.
- Positionibus responderi debet per verbum, credit, vel non credit, maxime stante statuto, Decis. 75. nu. 3. & 4.
- Positionibus simplicibus, & continentibus factum proprium, responderi debet simpliciter, Decis. 75. nu. 3.
- Positionibus responderi debet praeiis iuxta sylum Rota, Decis. 71. num. 12.
- Positionibus non respondens ad praeceptam Iudicis habetur pro confesso, si detur terminus ad deliberandum, Decis. 79. num. 7. & positio sic pertinens, nu. 8. iura cum aliis requisitis, de quibus num. 10. 11. & 12.
- Positionibus pluries non est respondendum, Decis. 81. nu. 13.
- Positionibus respondetur cum mandato speciali, Decis. 85. nu. 11.
- Positionibus principalis debet respondere, dum recusat dare specialissimum mandatum procuratori ad sic, & sic respondendum, Decis. 89. num. 2.
- Positionibus dum pars recusat respondere, non est procedendum ulterius in expeditione cause, Decis. 89. nu. 3.
- Positionibus respondere pars cogitur, ad hoc, ut ponens relevetur ab onere probandi, si adversarius positiones confiteatur, Decis. 89. num. 14.
- Positionibus pars respondere recusans ob illius contumaciam in Rota non imponitur poena, ut habeatur pro confesso, sed ut procedatur ad poenas in monitorio ad respondendum comminatas, Decis. 89. num. 15.
- Positionibus, ut pars adversa cogi possit respondere quidam sit necessarium, Decis. 90. num. 6.
- Positionibus, ut procurator valide respondeat, requiritur specialissimum mandatum ad sic respondendum in individuo, Decis. 90. num. 8.
- Positionis effectus est, ut is, qui ponit, quod ponit, confiteri dicatur, Decis. 7. num. 1.
- Positionem effectus est, ut ponens relevetur per confessionem, & responsionem adversarii ab onere probandi, & confessio debet esse de veritate, non autem de credulitate, Decis. 7. nu. 5.
- Positionum promissio attentata decretorum dominicalium dispositione, concernit formam actus, & respicit iuris rigorem, nec in ea mulieri, vel rustico succurritur, Decis. 21. nu. 6.
- Positionum causa finalis fuit litium expeditio, Decis. 31. nu. 28.
- Positionum impertinentia tribus modis hic enarratis considerari potest, Decis. 34. num. 5.
- Positionum usus in Rota non est improbat, Decis. 39. nu. 17.
- Possessionis magnam est commodum, Decis. 63. nu. 12.
- Possidens rem separatim à cohærede, praesumitur proprio, non communi votivine possidere, Decis. 43. nu. 20.
- Possidenti titulus sufficit, sine nova traditione, Decis. 14. nu. 21.
- Practica Pap. in loco adnotato reprehenditur, Decis. 31. nu. 19.
- Præfens, & tacens consentire videtur, maxime in iudicialibus, Decis. 42. num. 34.
- Præsumitur contra eum, qui distulit agere per longum tempus, Decis. 32. num. 15.
- Principalis in causa liquidationis non tenetur respondere super articulis, iustitiam causa principalis concernentibus, Decis. 44. num. 10.
- Pris factum dicitur, quod in aliqua scriptura precedit, Decis. 14. num. 8.
- Probabile quod non est per testes, non est possibile, Decis. 44. numer. 8.
- Probandi onus non consideratur circa expensas, quae in probando fieri contingunt, ut in extrahendis instrumentis, sed solum circa difficultates probandi, Decis. 31. nu. 25.



# Index rerum Memorabilium.

Ad probandum quis non admittitur id, quod probatum non releuat, Decis. 81. num. 10.

Probatio per confessionem partis non potest fieri lapsa termino, quando est datus ad quasvis probationes faciendas, Decis. 88. num. 11.

Probatio per rei evidentiam, & loci visionem, nunquam censetur exclusiva, Decis. 29. nu. 11.

Probatio per testes graue onus dicitur, Decis. 31. num. 2.

Probatio, qua fit per positiones regulariter conceditur, Dec. 89. n. 5.

Probationibus priuare aliquem, & maxime ex facto aduersarij, rigidum esset, Decis. 89. num. 4.

Probationes respiciunt decisionem causa, Decis. 75. num. 6.

Probationes semper sunt admittendae quando fieri potest, ut defectu probationis ius pereat, Decis. 88. nu. 13.

Probationum materia non angustianda, Decis. 32. nu. 28.

Procurator an de calumnia pro Domino absente iurare possit, Decis. 9. num. 2.

Procurator non informatus de conscientia Domini, non potest iurare de veritate, sed de credulitate ad euitandam praesumptionem calumniae, Decis. 7. num. 8.

Procurator de mandato Domini contrahendo, vel quasi sabeundo iudicium, vel alia, quae versantur circa iudicium, nocet Domino, Decis. 13. nu. 1.

Procurator in causa inuitus non potest examinari, non solum pro constituto, sed etiam contra constituentem, Dec. 79. n. 1. & 2.

Procurator in causa habetur pro principali: & sicut principalis in causa non examinatur, ita nec procurator, Decis. 79. nu. 3.

Procurator non tenetur pandere secreta causa, nec etiam examini se subijcere, Decis. 71. num. 3 & 4.

Procurator stante temporis longitudine praesumitur certiorare principalem, Decis. 74. nu. 12.

Procurator an cogi possit ad respondendum positionibus, & pro affirmatiua multa considerantur, Decis. 81. num. 1. & in quibus terminis ea procedere possint, nu. 15.

Procurator non habens mandatum speciale, iurat in animam propriam, Decis. 81. num. 2.

Procurator in animam propriam tenetur iurare de calumnia, Decis. 81. num. 2.

Procurator ad deponendum contra Dominum in causa, in qua est recusator, cogi non potest, Decis. 81. nu. 5.

Procurator si possit cogi ad respondendum positionibus, multa absurda sequerentur, Decis. 81. nu. 7.

Procurator respondendo positionibus Domino non praesudicat, absque speciali mandato, Decis. 81. num. 8.

Procurator absque speciali mandato non potest facere positiones, Decis. 81. num. 9.

Procurator debet certiorare dominum propriis sumptibus, Decis. 84. num. 18.

Procurator non admittitur ad respondendum positionibus cum mandato speciali, si statutum positionibus personaliter responderi mandet, Decis. 22. num. 5.

Procurator, ut admittatur ad respondendum positionibus, debet constare de specialissimo mandato ad se, & sic respondendum, Decis. 79. num. 1.

Procuratorem constituere ad iurandum, & respondendum positionibus Dominus potest, dato quod pars vel dominum respondet, Decis. 22. nu. 1. & 2. limitatur, & declaratur, nu. 13.

Procuratoris contumacia in non respondendo positionibus, nocet domino, Decis. 21. nu. 7.

Procuratoris confessio a principali reuocari potest, si non habeat mandatum speciale, Decis. 73. num. 8.

Producens scripturam censetur sateri omnia in eo contenta, Dec. 5. n. 1.

Protestationis clausula reuocando responsiones, &c. saluat omnem ius, & facit responsionem non dandam, haberi pro non data, Decis. 23. numer. 2.

Publicatio processus non impedit productionem instrumentorum, Decis. 29. num. 10.

Publicati attestacionibus, non possunt recipi actus super eadem,

vel contraria materia, propter timorem subornationis, Decis. 65. num. 1.

**Q**uando quis absque sumptu se informare potest de veritate, tenetur respondere praecise, sicut si cum sumptu, Decis. 31. num. 22.

Qui habet commodum debet habere & incommodum, Dec. 84. n. 27.

Qui in vno grauatur, in alio subleuari debet, Decis. 24. nu. 21.

**R**atio proprie illa dicitur, qua posita, ponitur dictum, & qua remota, dictum quoque ex necessitate remouetur, Decis. 63. num. 15.

Recusans respondere positionibus, licet possit, tanquam confessus condemnari, tamen ab huiusmodi condemnatione post appellari, Decis. 79. num. 1. & an sit verus contumax, nu. 2. & 12.

Relatio debet fieri ad omnia praecedentia, Decis. 66. nu. 31.

Relatio fit ad id, quod est principale, non ad id, quod est accessorium, Decis. 66. num. 33.

Relatum magis inspicitur, quam referens, Decis. 4. sub nu. 4.

Relatum dicitur esse in referente cum omnibus suis quantitatibus, Decis. 23. num. 5.

Relatum est in referente cum omnibus eius qualitatibus, Dec. 66. n. 18.

Requisita ad hoc, ut positiones habeantur pro confessatis, Decis. 62. num. 10.

Rescriptum intelligi debet secundum supplicationem, Dec. 66. n. 81.

Respondens ad id, quod non debet, an, & quando sibi praesudicet, Decis. 14. num. 16. & 18.

Respondens, credo, ut ponitur, si instrumentum, vel scriptura appareat, talis responsio in Curia Romana non admittitur, Decis. 31. num. 3.

Respondens positioni, non credo, nisi instrumentum appareat, non dicitur respondere, quia ex tali responsione pars non releuatur ab onere probandi, Decis. 31. num. 7.

Respondens, credo, si instrumentum appareat, vel proxi in instrumento continetur, non dicitur sufficienter respondere, quia pars non releuatur ab onere probandi, Decis. 31. nu. 2.

Respondens positioni, in qua fit mentio de aliquo instrumento, si dicat, credo, proxi in instrumento appareat, valida est ista responsio, Decis. 31. num. 11.

Respondens positioni mentionem facientem de aliquo instrumento, credo proxi in instrumento continetur, perinde est, ac si exprimeret ea, quae in instrumento continentur, Decis. 31. nu. 12.

Respondens absolute, iurat verum esse, quod ipse respondendo dicit, Decis. 71. num. 3.

Respondere ille dicitur positioni, qui nihil addat, vel detrahat positioni, Decis. 31. num. 6.

Respondere debens positioni certitudinarie, respondere non tenetur, quando positio continet factum alienum, Decis. 31. num. 15.

Respondere debens positioni, debet habere terminum ad deliberate respondendum, quando reus dubitat super responsione scienda, Decis. 31. numer. 29. Ampliatur esse dandam talem delationem, etiam quando quis interrogatur super facto alieno: hoc tamen semper intelligitur, si talis informatio possit haberi absque sumptu, Decis. 31. num. 30.

Respondere debens positionibus si sit persona privilegiata debet ad eum mitti Notarius, Decis. 24. num. 1. & 24. secus si non sit persona privilegiata, n. 3. & de ratione, n. 4. de quo etiam n. 14.

Responsio, credo, si instrumentum appareat, non probat, & nihil determinat, Decis. 17. num. 1.

Responsio certitudinarie, & simpliciter est facienda, quando adfuit statutum, alias secus, Decis. 31. num. 17.

Responsio si instrumentum appareat, est diuersa responsio ab illa, proxi in instrumento continetur, Decis. 31. nu. 20.

Responsio diuisibilis potest pro parte acceptari, & pro parte rejici, Decis. 31. num. 3.

Responsio ad positiones per verbum, credit, importat veritatem, Decis. 31. num. 4.

Responsio referens se ad aliquam scripturam est incerta, & debet

# Index rerum Memorabilium.

certificari per exhibitionem scriptura, Decis. 48. nu. 3.  
Responsio positionibus per verbum, credit, est vera confessio, Decis. 49. num. 1.  
Responsio interpretari debet, ut conueniat interrogationi, Decis. 66. num. 14.  
Responsio ita debet intelligi, ne respondens inuidat in contrarietatem, Decis. 66. nu. 23.  
Responsio, seu confessio interpretari debet in fauorem respondentis, seu consentis, praesertim si sit certa ex relatione ad aliud, Dec. 66. num. 24.  
Responsio dubia habetur, ac si facta non esset, Decis. 66. nu. 26.  
Responsio dubia declarari potest a respondente, Decis. 66. nu. 27.  
Responsio non semper intelligitur secundum interrogationem, cum saepe illam restringat, Decis. 66. num. 29.  
Responsio saepe attendenda est, non interrogatio, Decis. 66. nu. 30.  
Responsio per verbum, credit, absoluta reputatur, & dicitur veritatis responsio, Decis. 73. num. 3.  
Responsio ad positiones sit per verbum credit, vel non credit, Decis. 86. num. 1.  
Responsio positionibus facta per verbum, credo, probat, non secus, ac si de scientia, vel veritate responsum fuisset, Decis. 87. nu. 12.  
Responsio fieri non potest per verbum, non credit, quando articulus est verus, Decis. 88. num. 22.  
Responsio ad positiones, ut prauidet, quid requiratur, Dec. 90. n. 3.  
Responsionem qualificatam admittere statuit arbitrio Iudicis, Decis. 75. num. 9.  
Responsionum personalium materiam qui Doctores tractent, Decis. 88. num. 18.  
Responsiones personales possunt peti denunciato processu super articulis obtentis ante denunciationem, Decis. 88. nu. 2. & quid in causis recusationis, num. 3. in causis supplicationum, nu. 4. & in causis iudicatum, num. 5. & de rationibus differentia in dictis causis, num. 6.  
Responsiones personales quando calumpiosè petuntur non sunt admittenda, Decis. 88. num. 19.  
Responsiones personales non sunt admittenda, quando materia est impertinens, Decis. 88. num. 20.  
Responsiones personales fiunt per illa verba, non credit, ut ponitur, Decis. 88. num. 21.  
Responsiones sunt procuranda perponentem propriis sumptibus, Decis. 84. num. 3. & nu. 31. & de rationibus, num. 6. 7. & 8.  
Reus emptor si alicui iuramentum deserat, an ob hoc de euictionis regressu priuetur, Decis. 68. num. 2.  
Rota de stylo seruat ad abbreviandas lites, quod sit semper respondendum positionibus pertinentibus, & impertinentibus, Decis. 78. num. 3.  
Rota de stylo non admittit confessionem in contumaciam non respondentis positionibus, Decis. 39. num. 13.  
Rota licet ex stylo non admittat confessionem contumacialem, non tamen dicendum est, sublatum esse usum positionum, Decis. 39. num. 16.  
Rusticis, ac simpliciter regulariter consulendum est, Dec. 21. n. 1.  
Rustici, & idiotae persona possunt respondere positionibus praesente eorum Aduocato, seu procuratore, qui possunt eos instruere, Decis. 34. num. 1.  
Rusticus, & mulier non aequiparantur, nisi in casibus à iure expressis, Decis. 34. nu. 2.  
Rusticus respondet positionibus cum praesentia Aduocati, vel procuratoris, quando est ignarus, & de facili decipi potest, Decis. 34. num. 7.

## S

Sacrum Consilium procedit sola veritate inspecta, Decis. 44. num. 5.  
Sanguinem suum redimere cuique licet, Decis. 20. nu. 1. & 9.  
Semel qui respondet positionibus, ad iterum respondendum cogi non potest, Decis. 72. nu. 3. & de rationibus nu. 4. & 5.  
Senatus iudicat sola veritate inspecta, Decis. 88. num. 14.  
Sententia lata contra emptorem an, & quando venditori praui-

dicit, Decis. 68. num. 4.

Sententia, quae fertur contra contumacem, habitum pro confessio, iuxta formam statutorum, non transit in iudicatum, Dec. 70. n. 1.  
Sententia non transit in iudicatum, si feratur ex praesumptionibus, seu privilegiatis probationibus, Decis. 79. nu. 1.  
Scientia est approbationis fundamentum, Decis. 12. nu. 29.  
Scriptura priuata fidem non facit, maxime quando non est recognita, Decis. 4. num. 7.  
Scriptura priuata probat absque die, Decis. 82. num. 8. declaratur num. 11. & 12.  
Scriptura in vna parte falsa, cesset falsa in omnibus, Dec. 82. n. 17.  
Simpliciter id fieri dicitur, quod ex verbis nullam habet modificationem, Decis. 31. nu. 5.  
Solus non praesumitur non curasse ea, quae alia curauit, Dec. 4. n. 3.  
Speculatorum dictum in §. nunc dicimus in tit. de instrum. edit. verbi quid si quis in libello declaratur, Decis. 31. n. 16.  
Statuto Senensis disponitur, quod responderi non possit positionibus, nisi per verbum, credo, vel non credo, & quod credulitas habeatur pro confessione, Decis. 87. num. 13.  
Statutum prohibens dici de nullitate post certum tempus, non extenditur ad nullitatem notoriam ex eisdem actis, Decis. 72. n. 11.  
Statutum super responsionibus est decisorium, & in Rota seruandum quia respicit probationem, Decis. 75. num. 5.  
Statutum, habens pro confessio non respondentem positionibus, intelligitur, si qualitas cause patitur, Decis. 79. num. 6.  
Pro stylo, & consuetudine est praesumendum in dubio, Dec. 20. n. 1.  
Stylus, vel statutum si requirat responsionem simplicem, non admittit aliam: nimirum non credit habuisse aliquid, ad quod teneatur, Decis. 75. num. 10.  
Stylus loci facit ius, Decis. 75. num. 11.  
Superfluis probationibus quis praegr auandus non est, Decis. 18. nu. 1.  
Suspensionum materia est odiosa, Decis. 88. nu. 16. & 17.

## T

Taxatim excludit omnes casus praeter exceptas, & continet negationem quo ad alios, Decis. 68. num. 19.  
Testes de domo rei assumi non debent, Decis. 69. nu. 1.  
Testibus publicatis, an liceat super materia adducta, & ad probandum admissa, facere positiones, illisque teneatur aduersarius cum iuramento respondere, Decis. 18. num. 1.  
Testis vnicuius iunctis ad iudicium sufficit pro iustificacione valoris, Decis. 25. num. 2.  
Testis an sit criminofus, vel non, respondere non tenetur, Dec. 69. n. 7.  
Ex Titulo praetextu precedentis conventionis qui praesumitur percipere fructus, Dec. 24. n. 5. etiam si conventio esset nulla, n. 6.  
Titulus praecedens tollit praesumptionem iuris familiaritatis, Decis. 24. num. 3. & 9. etiam si titulus esset nullus, nu. 4.  
In toto includitur pars, Decis. 24. nu. 2.  
Transactio non rescinditur, nisi probetur laesio, Decis. 39. nu. 8.  
Transactio non rescinditur per quamlibet lesionem, sed requiritur, ut sit enormissima, & in magno excessu ultra dimidiam, Dec. 39. num. 9.  
Turpitudinem propriam allegans non auditur, Dec. 65. nu. 6.

## V

Vassallus iurare fidelitatem per procuratorem, quando possit, Decis. 22. nu. 6.  
Vendens probans venditionem sine tempore succumbit, Dec. 79. n. 14.  
Venditor tenetur rem liberam emptori praestare, Decis. 63. nu. 6.  
Venditor an adesse liti possit, Decis. 68. num. 6.  
Verba significantia personalitatem important, ut actus per alium explicari non possit, Decis. 22. num. 4.  
Verbum, credo, quo vitur in responsione positionum, dicitur esse verbum veritatis, Decis. 41. num. 22.  
Verbum, credo, est veritatis expressum in responsione positionum, Decis. 64. num. 14.  
Verbum, credit, est expressum veritatis, Decis. 72. nu. 7.  
Veritas omnia vincit, & ei omnia cedunt, Decis. 42. nu. 29.  
Vt supra, dictio est praecedentium relatiua, Decis. 66. nu. 13. & cum omnibus qualitatibus, num. 18.

DECISIONES  
DIVERSORVM  
TRIBUNALIVM

Recollectæ per Excellentiss. D.

IO. DOMINICVM FANTINI

*In-Foris Ecclesiasticis Venetiarum Aduocatum,*

Additæ in hac noua impressione ad Tractatum

BLASII MICHALORII  
DE POSITIONIBVS

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.



# DECISIONES PRÆDICTÆ

Sunt desumptæ ex infra scriptis  
Auctõribus : Nempe,



**R**

- |                                |  |
|--------------------------------|--|
| Ora Romana par. 5. recent.     | Rota Romana Decis. apud Fen-<br>zon.   |
| Rot. Romana par. 6. recentior. | Ludouici Postij Decis. ad Tract. de<br>Manut.<br>Seraphin.<br>Aloyf. Ricc.<br>Neapolionis Comitol.<br>Francisci Bordon.<br>Nicolai Boër.<br>Ioan. Petri Surd.<br>Franc. March. |
| Rota Romana par. 7. recent.    |  |
| Rota Romana par. 8. recent.    |  |
| Rota Romana par. 9. recent.    |  |
| Jacobi Caualerij.              |  |
| Clemen. Merlin.                |  |
| Francisci Poenizæ.             |  |
| Pauli Duran.                   |  |

DECI



# DECISIONES DIVERSORVM TRIBUNALIVM

De Materia Positionum loquentes.

Rom. Rom. Decis. 61. par. 5. recent.

SUMMARIUM.

15 Positionibus respondere recusans, presumitur aliquid fecisse  
presumitur simulatè.

DECISIO XCI.

15 **S**EPTIMA, & vltima coniectura simulationis oritur, ex quo Eques recusavit respondere positionibus illis desuper datis. *manifestè, & ibi Doctores, ff. de iureiur. & fuit dictum in Nisien. Decimarum 27. Nouembri 1626. coram R.P.D. meo Merlino.*

Rot. Rom. Decis. 201. par. 1. recent.

SUMMARIUM.

10 Confessio facta in articulis quando possit reuocari etiam non  
docto de error.

11 Articulus non fatetur.

DECISIO XCII.

20 **C**onfessio facta in articulis ex rationibus predictis potuit reuocari etiam non docto de errore, Rot. decis. 19. de procur. in non. provt in effectu dicta  
21 confessione fuit reuocata. Ultra quod articulus non fatetur, vt in decis. sancta memoria Gregor. XV. 247. num. 17.

Rota Rom. Decis. 320. par. 5.

recent.

SUMMARIUM.

18 Confessio facta in positionibus iam consenti, quam alius ab  
eo causam habentibus prouidat.

DECISIO XCIII.

**Q**uæ & eo magis confirmatur, quoniam omnes successiui possessores huius banche Macelli illam cognouerunt subiectam esse fideicommissio

Hieronymi, & signanter M. Antonius in responsionibus ad positiones datus in Summario hoc admisit, cuius confessio tam ipsi, quam aliis ab eo causam habentibus, provt sunt Domini de S. Georgii prouidat. Crauer. *conf. 29. nu. 1. Casat. de Gra. dec. 20. n. 9. de probat. Rota coram Reuerendis D. meo Decano decis. 120. nu. 2. cum seqq. & fuit dictum in hac eadem causa sub die 5. Martij 1627. coram me. & alias sæpè.*

Et ita vtraque parte informante conclusum fuit.

Rota Romana Decis. 359. par. 5.  
recent.

SUMMARIUM.

40 Confessio emanata in responsione ad positiones plenè probas  
contra iustificatam.

DECISIO XCIV.

**Q**antum denique attinet ad identitatem bonorum visum fuit Dominis illam fuisse iustificatam quo ad quindecim corpora ex illis, que enumerantur in investitura, probatur identitas ex confessione ipsiusmet Cæsarit emanata in responsione ad positiones, que contra ipsum plenè probat. Abb. in *cap. quantum de re iudic. Aym. conf. 27. n. 9. San. Mem. Greg. de off. 2. num. 1. & in his terminis fuit scriptum dictum in causa Bononiens. fideicommissi de Desiderijs coram R.P.D. meo Merlino.*

Rota Romana Decis. 416. par. 5.  
recent.

SUMMARIUM.

1 Probatum quando aliquid est per publicam instrumentam,  
non est opus probatione per testes.

2 Clausula sine præiudicio legitime executionis, presertim in  
iurisdictionem iudicis à quo.

3 Articuli non sunt admittendi, quando non reuertant ad probationem.

4 Articuli ad effectum retardationis sententiæ non debent admitti.

5 Articulus admisso in Curia nunquam solet denegari.

6 Caput. decis. 47. par. 1. de dec. 24. de testib. in antiquis  
declatantur.

- 7 *Articuli, quando sunt relescentes, de stylo semper admittuntur in Curia, siue causa sit ordinaria, seu summaria.*
- 8 *Probatio in continenti oblata, in omnibus iudiciis, quantum summarium, admittitur.*
- 9 *Articuli dicuntur in continenti probati, quando intra terminum à iure assignatum instantia, & processus probantur.*
- 10 *Articuli in omnibus iudiciis, secundum stylum admitti debent, data eorum relescentia, sed data irrelescentia, neque de iure, neque de stylo cautum, & pro eorum admissione.*
- 11 *Actus inutilis, & frustratorius in iudicio admitti non debet.*

## DECISIO XCV.

**P**er quatuor vices in hac secunda instantia coram me fuit per Dominos resolutum, pro confirmatione immissionis datæ à Domino meo Durano super Castro & tenuris Grassignani, eorumque pertinentiis pro dote scut. 22. mill. D. Domitillæ Cœsæ, & insuper eidem D. Domitillæ retentionem competere pro lucro, & eius, & dotis fructibus, & interesse, iuxta taxationem Stat. Vib. in cap. 131. lib. 1. vt in decisione sub die 3. Iunii, & in alia prima Iulij proxime præteriti, in qua fuit pariter firmatum interesse dotis, lucris dotis, & acconciij dinumerando à die 5. Aprilis 1623. vsque ad totam diem 5. Iunii proxime præteriti ascendere ad scuta 2150. quibus resolutionibus cum D. Iulia Balleona non acquiesceret, & pro parte D. Domitillæ instaretur pro Curia expeditione, eadem D. Iulia, attenta quantitate fructuum per D. Domitillam perceptorum ex dd. Castro, & aliis vsque ad diem 5. Iunii 1630. quos iuxta Calculum à D. Domitilla datum respectu fructuum pecuniarum, & respectu ad pecuniam redactorum ascendere constabat ad summam scut. 782. dedit in actis articulos, offerendo probationes in Curia in continenti tam super adepta possessione per D. Domitillam, & excessu executionis sententiæ D. mei Durani ratione exercitij iurisdictionis, & aliquorum Animalium, in quorum possessionem prætendebat D. Domitillam fuisse immissam, necnon etiam eandem D. Domitillam ex diuersis fructibus eiusdem Castri percepisse maiorem quantitatem pecunie, quam in decisione firmaretur, propterea, vt vtrique parti satisfacerem, hodie proposui dubium an causa esset expedienda, & quomodo, vel potius articuli essent admittendi cum retardatione, vel sine, & Domini responderunt, causam esse expediendam, tam respectu Conservationis sententiæ D. mei Durani, quam retentionis eidem D. Domitillæ competentis pro fructibus dotalibus, & lucris, & eorundem luorum interesse iuxta resolutiones coram me factas, nulla tamen habita ratione calculi dictorum fructuum, seu interesse in vltima Decisione firmati, pro tempore tamen à die immissionis D. Domitillæ citra.

Moti fuerunt Domini, quia de iustitia, & validitate sententiæ D. mei Durani plene apparet, tam ex fundamentis D. Decisionum coram eodem D. meo Durano factarum, quam coram me, ex quibus apparet causam esse expediendam.

Fundamentum verò expeditionis causæ respectu retentionis competentis D. Domitillæ deducitur ex

decisionibus coram me factis tam sub die 3. Iunii, quam prima Iulij proxime præteriti, quarum fundamenta D. placuerunt, & propterea etiam respectu huius retentionis mandarunt causam expediri.

Neque expeditionem Causæ retardare potest admissio articulorum pro parte D. Iulie presentatorum, quia cum primus contineat adoptionem possessionis D. Domitillæ vigore sententiæ latæ à D. meo Durano non indiget probatione per testes, & sic non releuat dum de dicta possessione liquet ex publico instrumento in actis producto, ad tradita per Rot. dict. decis. 214. num. 1. par. 1. & decis. 589. num. 2. par. 2. in recentior.

Secundus, & tertius continentes prætensum excessum in exequendis, nec pariter possunt retardare prædictam expeditionem, quia cum causæ mihi fuerit commissæ cum clausula, siæ præiudicio legitime executionis, quæ præseruat iurisdictionem iudicis, à quo ex latè traditis à Gonzalez in annot. contra nullis. ex numer. 224. cum aliis per Rot. coram bonæ memoriæ Gregor. decis. 232. numer. 2. & ibi addent. numer. 4. debet proponi, & expediti coram D. meo Durano, qui iam dedit dubium super dictis animalibus.

Quartus verò, & vltimus concernentes maiorem quantitatem fructuum solitam percipi ex dicto Castro, & aliis, etiam si ventari niteretur, & summa fructuum perceptorum à D. Domitilla ascenderet ad quantitatem, & valorem in ipsis articulis comprehensam, dictique fructus omnes essent consumpti, vel distincti, tamen cum creditum D. Domitillæ pro dote, & lucro dotis, & acconciij, & illorum fructibus, & interesse, iuxta taxationem Statuti longè excedat summam articulatam, non releuat, ideoque iuxta reg. text. in leg. ad probat. Cod. de probat. ad effectum retardationis sententiæ non debet admitti, Callad. decis. 2. de dilat. Rot. decis. 126. numer. 1. par. 2. recentior. cum aliis in terminis admissionis articulorum in Curia in Maceraten. legitima 22. Iunii 1629. & 12. Februarij proxime præteriti coram D. meo Durano; Propterea licet admissio articulorum in Curia, & nunquam soleat denegari, vt per Caput. decis. 47. par. 1. & decis. 24. de re lib. in amig. nihilominus istæ Decisiones debent intelligi quatenus probatio releuat, vt colligitur ex eadem decis. 24. de re lib. in antiq. ibi, vt non sint bonis & pertinentes in materia, & forma, & tradit idem Caput. decis. 68. par. 3. ibi, dummodo sit releuans, quia frustra expectatur probatio, quæ cum præuenit non releuat, ex Callad. dict. decis. 2. de dilat.

Ratio est, quia quando articuli sunt releuantes, ideo de stylo semper admittuntur in Curia, siue causa sit ordinaria, siue summaria, quia intelligitur probatio eorum oblata in continenti, quæ in omnibus iudiciis quantumcumque summarium admittitur. capit. litteris in fine de restitut. spoliat. l. 2. in fin. Cod. de edict. D. Adrian. tollen. leg. ille à quo, §. si de testamento, ff. ad Trebell. Molina. de primog. lib. 4. cap. 9. numer. 40. nam in continenti dicuntur articuli probati, quando intra terminum à iure assignatum instantia, & processus probantur, secundum text. in leg. si is à quo, ff. vt posses. leg. & vbi Barr. & DD. Alex. consil. 166. numer. 6. 7. lib. 2. Molin. de primog. cap. 13. numer. 16. ideo cum articulorum probatio in Curia oblata, intra eundem terminum possit concludi, propterea & in omnibus iudiciis secundum stylum admissio

admitti debet, sed data irrelevancia articulorum, neque iure, neque stylo cautum est pro eorum admissione, cum sit actus  $\dagger$  inutilis, & frustratorius, ex *Cassad. d. decis. 2. de dilat.*

Placuit tamen Dominis, quod articuli prædicti admittantur cum solita clausula, si & in quantum, & salvo iure impertinentium, & non admittendorum, nec non cum clausula sine retardatione, & modo prædicto mandantur causam expediri.

Et ita utraque, &c.

### Rota Romana Decis. 166. par. 6. recent.

#### S V M M A R I V M.

- 12 *Articuli diversi, prioribus articulis indirectè, non verò directè contrarij admitti possunt in secunda instantia, & in aliis.*
- 13 *Remissoriam Rota concedit super eisdem articulis, super quibus fuerunt executi testes, quando continent materiae magis explicitè specificatas, & distinctas, declarata, vt n. 14.*

#### DECISIO XCVI.

- 12 **N**equè obstat, quod in secunda instantia,  $\dagger$  & in aliis, diversi articuli prioribus articulis indirectè, non verò directè contrarij admitti possunt, Alberic. de Malettris de testib. decis. 7. numer. 114. & num. 120. Campeg. eod. tract. reg. 269. vers. 2. fullit, Bald. in dict. leg. per hanc diminam, nu. 4. in med. vers. aut super alio capitulo, quo probato, sequitur indirectè reprobatio, ubi dicit de iure canonico hanc esse veritatem in dict. leg. art. 5. si quid autem numer. 2. vers. Canonist. tenent contrarium. Imò
- 13 Rota admittit,  $\dagger$  quod super iisdem detur remissoria, quando continent materias magis explicitè specificatas, & distinctas, vt est mea de impress. 23. numer. 2. Caualet. decis. 469. numer. 2. vers. neque videbatur obstaré, san. mem. Gregor. decis. 191. numer. 3. & fuit resolutum in causa Hispanen. iuris nominandi 18. Novembr. 1612. coram Eminentiss. D. meo Cardo Pamphilio, & coram bonæ memoriæ Patriarcha Manzanedo in causa Paceo. decimarum 12. Iunij 1615. & in causa Rauentem. census 8. Iunij 1618.

- Quia huic obiecto fuit responsum, nos non versari in terminis, quod materiae sint magis specificatae, sed versari in casu, quo idem articulatur, mutato solo cortice verborum, & ideo non  $\dagger$  debent villo pacto admitti huiusmodi articuli, provt non admittuntur, quando, immutato solo verborum cortice, primis articulis sunt contrarij, Barr. in d. auth. et qui semel nu. 24. C. de probat. Abb. in cap. fraternitatis nu. 2. vers. sed breuiter concludo de testib. Aym. conf. 134. nu. 47. san. mem. Greg. decis. 497. nu. 3.

### Rota Romana Decis. 127. par. 1. recent.

#### S V M M A R I V M.

- 5 *Confessio emanata in positionibus probat.*

#### DECISIO XCVII.

- 5 **Q**uod autem Io. Baptista soluerit tot debita hereditaria excedentia valorem duorum prædiorum, del fasso, & del fattore, & del beccaro, esse valoris scut. 1400. vt in summario nu. 2. grauata etiam annuo censu scut. 150. dicto summario num. 9. 1400.

### Rota Romana Decis. 271. par. 7. recent.

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Positiones inuenta sunt, vt pars releuetur ab onere probandi per confessionem partiu.*
- 2 *Distiones quando dicuntur exhibitæ, provt de iure requiritur.*
- 3 *Ad lites abripiendas Rota de stylo seruat, quod semper sit respondendum positionibus pertinentibus, & impertinentibus.*
- 4 *Testium solemnium publicationi equipollet visio partiu.*
- 5 *Testium publicatio formalis non solet in Curia fieri, nisi in tertia instantia.*
- 6 *Testium nomina nunquam panduntur, quando datur summarium eorum attestacionum.*
- 7 *Testium publicatio quando est facta, amplius non sunt admittendi articuli de directo contrarij, provt nec super eisdem admittuntur.*

#### DECISIO XCVIII.

- F**uit per Dominos resolutum, R. D. Montorino teneri respondere positionibus, cum fuerint inuenta, vt pars  $\dagger$  releuetur ab onere probandi per confessionem aduersarij, & vbi glot. l. praebula vers. pro intellectu ibi, & fuerunt inuenta, & in verb. statumus vers. sunt autem positiones de confessio 6. s. cum quis. ff. de iure iuram. l. 2. §. quod obseruari, Cod. de iur. em. calum. lal. in leg. qui iurasse, §. si pater numer. 7. de iure iurand. Surd. decis. 22. numer. 4. fuerunt enim exhibitæ in Rota, provt de iure requiritur  $\dagger$  ad effectum, vt videatur, an sint impertinentes, impossibiles, captiosæ, & negatiuæ, glot. in dict. cap. 1. de confess. in 6. vers. si sunt in scriptis, licet de stylo Rota seruet ad abbreviandum lites,  $\dagger$  quod semper sit respondendum positionibus pertinentibus, & impertinentibus, Rota decis. 24. de testib. in antiq.

- In proposito autem positionem nullam continent ex prædictis qualitatibus, ex quibus sint reiciendæ. Ponitur enim, quod R. D. Montorius habuit examen testium apertum, ita vt potuerit videre nomina, & cognomina testium,  $\dagger$  quate cum ista visio equipollet solemnium publicationi, vt per Vitalin. in clemens. fin. num. 114. vsque ad nu. 118. de testib. obstarat admissioni articulorum contrariorum, quem præterdit idem D. Montorius c. fraternitatis de testib.

- 5 Non obstat, quod in Curia non solet fieri pollicitatio formalis nisi in tertia instantia, quia licet hoc sit verum, verum est etiam, quod nunquam panduntur nomina testium,  $\dagger$  sed solum datur summarium, & ista seruat de stylo, V. c. str. in prax. lib. 7. cap. 1. num. 4. & idèd cum fuerit alteratus ille stylus, & visa integra depositio cum minoribus testium, &  $\dagger$  ex supra dictis iuribus habeat vim publicationis, non sunt admittendi articuli de directo contrarij, provt nec super eisdem admittuntur, Seraph. decis. 688. bon. mem. Greg. decis. 496.

An autem procuratores d. Montorij teneantur respondere positionibus, si opus nil videbitur.

### Rot. Rom. Decis. 245. par. 8. recent.

#### S V M M A R I V M.

- 40 *Positiones data à Procuratore sine speciali mandato ad proponendum nihil probant.*

DECISIO XCIX.

Non obstant pariter positiones, quia fuerunt datae à Procuratore, quem non apparet habuisse mandatum speciale ad sic ponendum, prout requiritur, Menoch *conf. 24. num. 6. 4. Honded. conf. 66. num. 7. 2. lib. 1. Adden. ad Gregor. XV. decis. 282. numer. 9. & in recent. decis. 779. sub num. 3. par. 2.*

Rota Rom Decif. 27. par. 9. recent.

S V M M A R I V M.

- 5 Positiones, ut releuent, debent produci ab habente speciale mandatum.
- 6 Confessio emanata super positionibus inualidè productis, non potest dici iudicialis.
- 7 Cum potius dixi possit voluntaria, quam coacta, nu. 6.
- 8 Positiones admissa à Iudice cum clausula, si, & quantum, qualiter censentur admissa.
- 9 Positiones admissa cum clausula, si, & in quantum, illa non censentur admissa, dum non erant admittenda.
- 10 Clausula, si, & in quantum, posita in admisione positionum ita præsertat ius respondentis, ut confessio emanata perinde est, ac si non emanasset, postquam certum est, quod positiones non erant admittenda.
- 10 Confessio alias nulla probat tamen concurrentibus pluribus iudiciis pro veritate dicta confessionis.

DECISIO C.

Neque enim poterat recedi ab eadem regula, eo quia dicta confessio videretur facta in iudicio, quia positiones, ex quarum responsione sequebatur ea confessio, non solum producta fuerunt à Procuratore Francisci, & Iuniperi, & qui non habebat mandatum speciale ad illas producendas, sed Rector eis non respondit non præcedente monitione, aut iussu iudicis; unde talis confessio existimari debebat potius voluntaria, quam coacta, & quamvis diceretur emanasse in iudicio, ut notant Doctores in *l. vnic. C. de confess. nu. 14. Bald. nu. 14. & in Rectoris notauit Abb. in l. ex parte numer. 10. eodem tit. & in *ad iudicium de elect. num. 32. Alex. conf. 226. num. 6. lib. 2. & fuit dictum in Augustana Decimatum 27. Iunij 1639. coram R. P. D. meo Bichio. Quod præcipue dicendum erat deficiente mandato procuratoris, & qui eas positiones produxit, quia cum postea illæ fuissent admissæ à Iudice cum clausula, si, & in quantum, eius defectus operabatur, ut illæ non censerentur admittenda, & dum non erant admittenda, ut tradit Bald. in *l. 1. Cod. quomodo, & quando Iudex, n. 17. ubi de admisione positionum facta cum hac clausula, quem refert Honded. conf. 21. nu. 19. lib. 1. Rota in Romana alimentorum 28. Februarij 1582. coram Orano, imò ex hac clausula præsertatim ita erat ius respondentis, ut confessio & haberi deberet, ac si facta non fuisset, postquam certum est, quod illis non tenebatur respondere, ut tenuit Rota in dicta Romana alimentorum, & voluit Bald. in *dist. 1. 2. in fin. Cod. qui legit. person. hab. stand. in iudic. Rimin. Sen. conf. 496. nu. 9. vol. 3. Curt. lunt. in l. cum & iudices. §. quod obseruari, nu. 106. C. de iurament. quod propter calum. dat.****

Non etiam vitum fuit obstat, quod dicebatur, ut eadem & confessio confirmaretur aliis præsumptionibus, sur coniecturis, qua ratione solet etiam in iudiciis eadem regna, ut voluit *glof. in dist. cap. dudum, Bald. in auth. hoc ius potestatum, C. de Sacros. Eccl. num. 23. &*

ibi etiam Cyn. num. .... Dec. *conf. 474. num. 5. Ruit. conf. 142. numer. 4. lib. 1. Rot. decis. 177. num. 5. par. 2. diuers. & 10. tam Card. Seraph. decis. 442. numer. 2. quia coniectura, quæ adducebantur non vixit faciunt hoc concludere.*

Caualer. Decif. 362.

S V M M A R I V M.

- 1 Positionibus respondere recusans habetur pro confessio, Rota tamen non admittit has fictas confessiones.
- 2 Recusans respondere positionibus, non propterea à iudicio est repellendus.
- 3 Positiones irrelevantes non debent admitti.

DECISIO CI.

Quamvis pena reuidentis respondere positionibus sit, ut habeatur pro & confessio, Iacob. de Arcu in *tract. de positioib. §. 6. nu. 1. tamen Rota de stylo non admittit fictam hanc confessionem, Cardin. Seraphin. decis. 498. num. 4. & decis. 905. nu. 1. Neque ex eo, quod Rota non admittit penam hanc fictæ confessionis, sequitur, quod debeat admitti etiam penam maiorem, nempe, ut quis repellatur à iudicio.*

Præterea apponebatur etiam de irrelevancia & positionum, quo casu non debent admitti, Partem. in *forma except. contra positio. C. 1. vers. impertinentes, l. ad ob. de Arcu. ubi supra in præfat. numer. 28. vers. considerandum est.*

Merlin Decif. 69.

S V M M A R I V M.

- 39 Articulus qui non tenetur respondere si non fuerint dati à parte, medio iuramento, sed ab asserto Procuratore, de cuius mandato non constabat.
- 40 Articulus respondere pars non tenetur, quando sunt irrelevantes.

DECISIO CII.

Ea verò, quæ deducebatur ex omissione responsionis ad articulos non placuit Dominis, tum quia non fuerant dati ab ipomet Prospero medio iuramento, sed à quodam asserto Procuratore, de cuius mandato non constat, & consequenter Vincius illis respondere non tenebatur, ex traditis per Surd. *decif. 58. nu. 1.*

Tum etiam, quia nihil aliud continebant, quam dictorum fructuum solutionem, & sic erant penitus irrelevantes iuxta superius deducta.

Merlin. Decif. 92.

S V M M A R I V M.

- 1 Procurator, ut admittatur ad respondendum positionibus, debet constare de specialissimo mandato ad sic, & sic respondendum.
- 2 Positionibus principalis debet respondere, dum rensat dare specialissimum mandatum Procuratori ad sic, & sic respondendum.
- 3 Positionibus, dum pars rensat respondere, non est procedendum ulterius in expeditione causa.



- 4 Positionibus private, quam, & maxime ex facto adversarij id rigidum esset.
- 5 Probatio, qua fit per positiones regulariter conceditur.
- 6 Per positiones quis relevatur ab onere probandi.
- 7 Positiones dum sunt irrelevantes, pars non est cogenda eis respondere.
- 8 Transactio non rescinditur, nisi per positiones probetur lapsu.
- 10 Positiones, ut admittantur, sufficit eas non esse omnino impertinentes, sed aliquo modo directe, vel indirecte facere ad causam, vel prestare administratum.
- 11 Positiones, ubi non sunt notorie impertinentes, ita ut aliqua possit esse dubitatio, iudex illas admittere debet.
- 12 Positiones non est disputandum, an sint admittendae, dum aliquo modo faciunt ad causam, & hoc potissimum, ut lites abbrevientur.
- 13 Rota de stylo non admittit confessionem in contumaciam non respondentis positionibus.
- 14 Positionibus respondere pars cogitur, ad hoc, ut ponens relevetur ab onere probandi, si adversarius positiones confiteatur.
- 15 Positionibus pars respondere recusans ob illius contumaciam in Rota non imponitur poena, et habeatur pro confessatis, sed ut procedatur ad poenas in monitorio ad respondendum comminatas.
- 16 Rota licet ex stylo non admittat confessionem contumaciam, non tamen ducendum est, sublatum esse usum positionum.
- 17 Positionum usus a Rota non est improbatu.

DECISIO CIV.

**D**Omni recedendo a decis. die 9 Junij 1621. coram R. D. meo Cavalerio, dixerunt, non esse ad veteriora procedendum in causa, nisi prius responsum fuerit positionibus datis per filios, & haeredes Lucretiae, Quae responsio cum praestari non possit a Litio abeerto Procuratore, quia non docet de sui mandato legitimo, prout requiritur, & sp. specialissimo ad respondendum sic, & sic, respondere tenetur ipsemet Stephanus principalis, Bald. in leg. final. num. 3. res. cum enim habet mandatum, C. de procurat. Socin. Sen. conf. 55. num. 2. lib. 1. Newiz. confil. 7. nu. 12. & 13. Hon. ded. confil. 66. num. 73. lib. 1. Meno. h. confil. 10. num. 64. lib. 1. Rota tenet decis. 779. num. 3. par. 2. Papien. in prax. in forma position. actor. verbo Summus num. 2. & ibi addit. Et interim donec dictus Stephanus respondeat non debet ad veteriora procedi, & aliter enim si procederetur durante ipsius respondere debentis contumacia, dicti haeredes Lucretiae privarentur facultate suas probationes faciendi per positiones, quod rigidum esset, cum huiusmodi genus & probationis regulariter concedatur ad hoc, ut ponens per positionem, & confessionem adversarij relevetur ab onere probandi, cap. 1. ubi glof. in princip. & in verb. statumus de confes. in 6. dem. spate. §. verum de verbor. signific. & Specul. in rubr. de positionib. §. 2. nu. 1. Rimin. Sen. conf. 43. num. 3. lib. 1. Roland. conf. 92. nu. 6. Abb. conf. fin. num. 1. lib. 2. Matthei fil. singul. 27. n. 2. Matfil. singul. 67. in princip. Gayl. prax. observ. lib. 1. observ. 79. nu. 2. Io. ep. Ludouil. decis. Perus. 8. n. 1. par. 1.

Nec vitium est sublatore fundamentum decisionis desumptum ex irrelevantibus positionibus, quia imo ex nouiter deductis pro parte dictorum haeredum Lucretiae Domini censuerunt, eundem esse constare de relevantibus, praesertim ubi ponitur de valore honorum mobilium & Stephano in transactione assignatorum, probato enim, quod illorum valor ascendat ad summam duorum 1000. expressam & in positionibus,

cessaretisio, propter quam ex adverso pretenditur transactio.

10 Eadem hanc sententiam eo magis inclinarunt Dominus cum quia, ut positiones admittantur, sufficit, eas non esse omnino impertinentes, sed aliquo modo directe, aut indirecte facere ad causam, vel prestare administratum, Dec. in leg. 1. nu. 50. ff. si cert. petat. & lat. conf. 161. nu. 2. ubi apostil. & conf. 17. num. 2. & 18. egrin. conf. 2. num. 3. lib. 1. Malcard. conclus. 177. nu. 15. de probat. Rot. decis. 24. de testib. in antiq. & in Burgi S. Domini Jurispatronatus 17. Junij 1607. coram R. P. D. meo Vbaldo.

11 Tum etiam, quia, ubi positiones non sunt omnino impertinentes, ita ut aliqua possit esse dubitatio, illas iudex admittere debet, Io. Ande. in cap. cum contingat nu. 24. ubi etiam aliunde officio deleg. Specul. in tit. de position. §. 7. n. 7. in fin. & au. 6. cum aliis allegatis in dicta Burgi S. D. Jurispatronatus, & omittere dicitur tentionem & pertinentiam, vel impertinentiam ipsarum positionum, ut lites abbrevientur, Vestr. in prax. lib. 5. cap. 14. nu. 6. qui refert ita sequari conu. 11. & ibi Aden. n. 2. post Decian. in capit. in nomine Domini nu. 34. de testibus, & sequuta est Rota in dicta Burgi S. Domini coram R. P. D. meo Vbaldo.

13 Nec applicatur motuum, quod Rota non admittat de stylo tacitam confessionem in contumaciam non respondentis positionibus iuxta Decis. Cardin. Seroph. 405. nu. 1. & 408. nu. 4. quia dixerunt Domini, quod non ad hunc effectum cogitur in Rota pars respondere positionibus, sed ut ponens relevetur ab onere probandi, si adversarius positiones confiteatur, alio ob contumaciam & non imponitur poena, ut habeatur pro confessatis, sed ut procedatur ad poenas in monitorio ad respondendum comminatas, ut expresse dicit Vestr. loco supra citato, ubi ponit hanc praxim, Neque enim ex eo, quod in Rota non admittatur huiusmodi confessio contumacialis censeri debet sublatum esse usum positionum, cum imo illud a Rota esse approbatum & constat ex decis. 779. par. 2. in recent. & in dicta Burgi S. Domini Jurispatronatus coram R. P. D. meo Vbaldo, ubi fuit resolutum & esse respondendum positionibus, quae emanarent in causis Rotalibus, & passim in aliis causis.

Et ita utraque parte informant, &c.

Mertin. Decis. 138.

S Y M M A R I U M.

- 3 Ad positiones responsio ut praedicta quid requiratur.
- 4 Positiones quandoulantur per Procuratorem, ut relevant, debet docere de specialissimo, & individuo mandato ad sic, & sic ponendum.
- 5 Et insuper docere de mandato ad iurandum de veritate materiarum in actu specificatarum.
- 6 Positionibus ut pars adversa cogi possit respondere, quidnam sit necessarium.
- 7 Confessio emanata per positionem ad positiones, effectus eius, ut sit irrevocabilis.
- 8 Positionibus ut procurator valide respondeat, requiritur specialissimum mandatum ad sic respondendum in individuo.

DECISIO CIV.

**P**ro ut nec etiam vis fieri potest in confessione Amiliae respondentis ad positiones ei datas, quoniam non constat, procuratorem, qui eas dedit in actu, assecuravisse, quod esse verum cum specialissimo, & individuo mandato Dominici sui principi,

- palis ad ponendum materias in actis specificatas, & iurandum de veritate eorum, & prout id necessarium est, ut reus cogi possit & ad illis respondendum. capit. presentium de testib. in 6. gl'of. in l. unica verbo soluere in fin. C. de confes. DD. in capu. par tractandū num. 2. de iuram. calum. tal. in l. iudices num. 7. C. de iudic. & in l. posside-re nu. 24. ff. de acquir. posses. atque ut responsio, quatenus emanauerit, & inducat & confessionem irreuocabilem, quæ est eff. & us positionum, Neuzant. cons. 7. num. 12. cum aliis allegatis per Rot. decis. 779. num. 2. 3. & seqq. par. 2. recent. Sicut etiam huiusmodi mandatum specialissimum, & indiuiduo & ad sic respondendum positionibus datis requiritur in procuratore, ut illius responsio admittatur, ut latè fuit dictum in prenestina honorum 31. Ianuarij 1624. coram me. Et ita vtraque parte informante, &c.

## Merlin. Decif. 239.

## S V M M A R I V M.

- 3 Testes admittere tertia vice super eadem materia non caret periculo subornationis.
- 4 Examen nouum non est concedendum, quando adest suspicio subornationis testium.
- 5 Articuli, ut non dicantur noui sufficit, ut idem in substantia articuletur, quod antea fuit articulatum, quamuis in cortice verborum sit differentia.
- 6 Examen nouum testium solet denegari, quando iam discussa fuerunt dicta aliorum testium.
- 7 Testium nouum examen ex stylo Rota solet admitti, quando dicta testium solemniter non fuerunt publicata.
- 8 Sed intellige verum, quando summarium solummodo fuit datum procuratori, ideoque secus est dicendum, quando pars etiam vidit, & ex professo dicta testium fuerunt discussa.
- 9 Examen nouum testium est admittendum, quando cessat suspicio, & materia, qua articulatur est releuans, & est merè profana.
- 10 Remissoria in profanis datur sine sumo, data releuantia articulorum.

## DECISIO GV.

- 9 **D**edi dubium an dicti articuli essent admittendi, & contra quos, & Domini quo ad Plodium negatiuè, quo autem ad Amiliam affirmatiuè responderunt. Nam quo ad Plodium iam quater fuerunt contra eum dati articuli, & examinati testes, & enitè tentatum, ut probaretur frumentum etiam trituratum in ore floris, ad illius manus peruenisse, & ipsorum testium summarium traditum fuit vtrique parti, & dicta testium pluries etiam coram bon. mem. Vbaldo, & R. P. D. meo Vero spio discussa fuerunt, vnde admittere quinta vice testes super eadem materia non caret periculo subornationis, præsertim cum partes sint instructæ in discussionibus factis in Rota super depositionibus testium, & facili negotio suppleri, & prouideri, ut iuxta intentionem partium, & pro victoria causæ testes deponerent: & propterea stante hac suspitione & non est concedendum nouum examen, capit. fraternitatis sup. intimatio de testib. aub. at qui semel. C. de probat. & in corpore vnde sumitur, primò quia verò Authentica de testibus Farinac. de testib. quest. 75. n. 68. & 69. cum seqq. Rota apud Cardin. Seraph. decis. 6. & 8. nu. 1. & seqq. & in hac materia sufficit, quod idem in substantia articuletur, sicut in cortice, & structura verborum sit differentia,

- Bart in aub. at qui semel num. 24. C. de probat. Benintend. decis. 3. sub num. 1. Rota coram S. mem. Gregor. XV. decis. 497. & num. 3. & in Pampilonen. iuris visitandi 15. Martij 1624. coram me, vbi alij referuntur, & in his terminis fuit denegatum nouum examen, eo quia fuerunt iam discussa dicta aliorum ratione, & in resolutionibus dete. & exceptiones in Albanen. consensum 22. Aprilis 1622. coram R. P. D. meo Pironano.
- 7 Nec applicatur stylus Rotæ admittendi nouum examen, quando non fuerunt solemniter publicata dicta testium, sed solummodo procuratori data copia, vel summarium, quia non est extendendus, quando pars etiam vidit, & ex professo discussa fuerunt dicta testium, & scindi & adest suspicio, de qua per gl'of. in dict. cap. fraternitatis, & per Card. Seraph. d. decis. 688. n. 3. & S. mem. Greg. dict. decis. 497. n. 4.
  - 8 Quo autem ad Amiliam, visum fuit posse admitti articuli, quia quoad rem cessat motium suspitionis, & materia, qua articulatur est releuans, & sit merè profana, vnde etiam & sine alio sumo admittuntur articuli, l. iudices, C. de fid. instrum. & Rot. apud Mantuic. decis. 369. nu. 1. & S. mem. Gregor. XV. decis. 124. nu. 1. & aliis, &c.

Et ita vtraque, &c.

## Merlin. Decif. 314.

## S V M M A R I V M.

- 9 Articulus non fatetur.
- 10 Confessio procuratoris non habentis speciale mandatum ad constituendum non præiudicat principali.

## DECISIO CVI.

- V**nde non obstat, quidd capitulum articulauerit vnionem, quia vltra quod, articulus deberet intelligi, iuxta statum, & sic non de vnione merè reali, sed mixta, & cum qualitate præsentia cessat penitus; & tum quia articulans non fatetur, Alexan. cons. 50. num. 11. lib. 2. Seraph. decis. 1054. nu. 2. & passim a 10 libi Rota: & tum etiam, quia esset confessio Procuratoris, non habentis ad hoc constituendum speciale mandatum, quæ propterea capitulo non posset nocere: per ea, quæ notantur in l. 2. S. fin. ff. si cert. petat. Castren. in l. non solum, n. 2. ff. de procurat. Rot. decis. 613. n. 9. part. 1. diuers. & decis. 407. n. 3. & decis. 270. n. 9. vbi Ad den. nu. 12. apud Gregor. XV.

## Pœnia Decif. 467.

## S V M M A R I V M.

- 1 Articuli, quando sunt releuantes, & causa est profana, in qualibet instantia conceditur remissoria.
- 2 Attestationes postquam sunt publicata, non est licitum examinare alios testes.
- 3 Articuli illi sunt rescandè, si fuerint concepti ad euitandam causa expeditionem, vel ad aliquid contra veritatem machinandam.
- 4 Articulo vno releuante dato ceteri solent admitti, sed hoc procedit, quando ceteri articuli non sunt sua natura releuantes.
- 5 Secus tamen est, quando ceteri articuli sunt sua natura releuantes.
- 6 Post attestationes publicatas si admitterentur noui testes, facile esset veritatem violare.
- 7 Minores beneficio restitutionis in integrum admitti possunt, ad p. 2.

ad producendos novos testes, etiam post factam publicationem. Secus si materia appareat suspecta.

DECISIO CVII.

Super dubio dato, An esset danda remissoria Dominis de Beccaria, Rota affirmatiue respondit, fuisse dandam, exceptis tamen articulis, super quibus testes examinati in partibus fuerunt publicati: censuit tamen super omnibus articulis fuisse concedendum, si in lite aderant minores.

Respectu primæ partis non erat difficultas, nam cum causa esset profana, & articuli viderentur releuantes in qualibet instantia erat concedenda, & maxime in tertia, sicut in casu proposito, Calladori decis. 3. de dilat. Verall. decis. 69. par. 3.

Et neque Ioannes Baptista Terbus, qui tuebatur iure Ecclesie contra Dominos de Beccaria in hac parte repugnabat, contendebat tamen ex viginti-quinque articulis in actis productis, octo continentes corrosionem partis leuitorij Ba&iani, vbi erant sita bona Ecclesie, quæ Terbus vindicare pretendebat prius esse rescandam, quod Rota libenter faciendum cepit: quoniam eandem corrosionem Domini de Beccaria coram ordinario articulsuerat in partibus, & super ea examinauerat decem, & septem testes, quorum dicta per eundem ordinarium parte citata fuerant legitime publicata: unde non licebat post publicatas attestaciones alios testes examinare: cap. fraternitatis, cap. intimaui, & cap. constitutus, il. 2. de testib. Clementina fin. eodem titul. & præteritum in hac causa id prohibendum videbatur propter timorem subornationis, ex eo, quod ex districtione causæ reddebatur Dominis ista corrosio satis suspecta, & in hac propositione videbatur vel allegata ad tantandam causæ expeditionem ad maiorem Ecclesie, vel ad aliquod contra veritatem machinandam.

Et propterea non erat locus stylo Rotali iuri confori, quod dato uno articulo releuante ceteri soleant admitti, quia ille stylus procedit, quando ceteri articuli non sunt sua natura releuantes, secus tamen quando apparet suspecti, & timori subornationis subiecti, vt in casu proposito, in quo testes fuerunt examinati, & eorum dicta publicata, vt dictum est, si enim post publicatas attestaciones contra aperta Canonum decreta iste stylus admittitur, facile esset per novos testes corruptos, vel deceptos veritatem causarum violare.

Placuit tamen dominis illud adhibere temperamentum, vt si minores essent in causa illorum fauore non obstante publicatione testium, super omnibus articulis remissoria concederetur, communis enim sententia esse videtur, & minores beneficio restitutionis in integrum admitti posse ad producendos testes, etiam post factam publicationem, Innocentius, Abbas, & Imola in cap. auditu de restitut. in integ. & aliis, quos refert Gabriel, in commun. opinionib. in de testibus conclus. 21. n. 66. quia tamen materia videbatur suspecta, & eadem antiqua corrosionis probatio procurabatur, Terbo incumberebat onerem adhibere diligentiam, ne aliqua fraus fieret.

Pœnia Decis. 382.

SUMMARIUM.

1. Ita quando non est super titulo beneficii censetur profana, ita vt in qualibet instantia possit concedi remissoria.

- 1. Remissoria non solet de stylo negari, quando vnus articulus est releuans.
- 3. Articulus vnus releuans sufficit ad obtinendam remissoriam, licet alij sint impertinentes, vel calumniam sapere videantur.
- 4. Reputatio communis per testes probanda est.
- 5. Consuetudo faciendi concursum coram Episcopo testibus probanda est.
- 6. Articuli, qui continent quid iuris non sunt probandi per testes. Probatio negatiua non potest probari per testes, nisi. 6. limitata num. 7.
- 7. Negatiua reducta ad rem certam, & certum tempus, non est improbabilis.

DECISIO CVIII.

Domini dixerunt dandam fuisse remissoriam D. Episcopo Tudertino, quia cum non aueretur super titulo beneficii causa censetur profana, quo casu in qualibet instantia solet remissoria concedi, etiam sine fumo, Verallus decis. 68. nu. 1. par. 3. Mohe danus decis. 199. alias est 5. de probation. in impres.

Et licet aliqui articuli viderentur calumniam sapere, nihilominus sextus erat releuans, in quo articulabatur Prioratum Sancti Nicolai de Aripis per tempus, & tempora ex generali consuetudine, & communi reputatione vigente in Ciuitate Tudertina nunquam fuisse habitam, nec reputatur pro dignitate, nec illius Rectores habuisse aliquam præminentiam, vel dignitatem. Nam septimus, in quo continebatur, quod occurrente vacatione dicti Prioratus, seu Parochialis concursus fuerat factus coram Episcopo Tudertino, pro tempore existente, & per eundem de illa fuisse prouisum personæ in concursu approbatæ, notum est autem, & dato illo articulo releuante, non solum esse de stylo Rotæ de negari remissoriam: licet aliqui alij sint impertinentes, & vel calumniam sapere videantur, illa verò communis reputatio per testes probanda erat, Calladorus decis. 3. n. 9. de probation. Ruiuus cons. 12. nu. 5. lib. 7. sicut etiam prædicta consuetudo & faciendi concursum coram Episcopo: glol. in l. de quibus, ff. de legibus, Bart. in l. 2. n. 80. C. quarit long. consuet.

Quibus non obstantibus contenta in lexo articulo, quæ videbantur continere quid iuris, & negatiuam probationem, quæ non debent probari per testes, quia respondebatur, communem reputationem per testes fuisse probandam, vt supra dictum est, & negatiuam proprie cedatam ad eam rem certam, & certum tempus non esse improbabilem, Aratus cons. 82. n. 68. lib. 2. Curtius Senior cons. 72. n. 2.

Pœnia Decis. 606.

SUMMARIUM.

- 1. Remissoria in profana, in qualibet instantia etiam in ordine restitutionis in integrum, data articulo releuante, concedi solet.
- 2. Remissoria post rem iudicatam non datur.
- 3. Remissoria semel concedi solet.
- 4. Remissoria ab suscipiente calumnia deperitur.
- 5. Remissorie petitio quando non caret susceptione calumnie.
- 6. Remissoria denegatur, quando petitur, & quantum sententia fuit lata, & non in causa sunt facta plures decisiones, cum tunc petitio tendere videatur, vt contra decisiones factas instructis testibus examinandis, noua probatio paratur.

- 7 *Articuli super eisdem, quando amplius non sint admittendi.*
- 8 *Testium depositiones, postquam sunt intellectæ, & sunt discussæ, tunc super eisdem articulis non admittuntur, nec recipiuntur iisdem vel alijs testibus.*
- 9 *Monachi de iure communi sunt incapaces exercitij curæ animarum, quamquam ex Apostolico priuilegio eam exercere valeant.*
- 10 *Monasterium aliquod, si Sacramenta conuerti populo administret in sua Ecclesia de expressa licentia Ordinarij, ex hoc arguitur, quod non habet curam animarum.*
- 11 *Ecclesia, si non debeatur decima iure Parochiali, cessat presumptio Parochialitatis, qua ex eis oritur.*
- 12 *Ex testibus nulliter examinatis, & suspectis de falso, nullus sumus probationis colligi potest.*
- 13 *Articulis noui dicuntur iisdem, quam veteres, si tantum verbis diuersis fuerint concepti.*
- 14 *Rei substantia, & effectus attendi debet, non autem verborum sonus.*

## DECISIO CIX.

**R**ota censuit non fuisse dandam remissoriam Abbati, & Monasterio de charitate Ciuitaten. ad probandum prædictum Monasterium habere parochiam certis finibus distinctam, quia licet in profanis in qualibet instantia etiam in gradu restitutionis in integrum data articulorum releuantia, concedi soleat: in hoc tamen casu denegata fuit, quia omnes regulæ contra remissoriam extare videbantur.

- 1 *Prima quorum post rem t̄ iudicatam non datur remissoria, Verallus decis. 51. lib. 3.*
- 2 *Altera, quia remissoria t̄ semel concedi solet, Fastolus dubio 28.*
- 3 *Tertia quoniam t̄ ob suspicionem denegatur, Callador. decis. 3. de dilat.*
- 4 *In hoc autem casu non videbatur carere calumnie suspitione, cum enim hæc causa primo in partibus, & rursus in Rota coram pluribus Auditoribus multis annis in multis instantiis fuisset diligenter inter partes agitata, & discussa, & multi testes examinati, & factæ probationes, ex quibus tandem contra prædictum Monasterium fuerunt plures sententiarum laicæ, & deinde vigore remissoriæ à Monasterio obtentæ, alij denuo testes fuerint examinati, nec ei profuerint, consequenter ista noua remissoria petitio, eo rendere videbatur, t̄ vt contra decisiones factas institutis testibus examinandis, noua probatio pareretur, & ideo merito fuit denegata. Roman. cons. 273. n. 3. vers. nec in premissa. Fely. in cap. de catero nu. 12. per totum de re iudic. Gratian. cons. 138. nu. 29. lib. 2. Callador. dicta decis. 3. num. 1. de dilat. Verall. decis. 32. n. 4. par. 2.*

Supradictis accedebat vulgaris regula, quod post intellectas restitutiones resultantes ex dictis t̄ testium, & post illarum discussionem super eisdem non admittuntur articuli, neque recipiuntur iisdem, t̄ vel alij testes propter timorem subornationis. cap. fraternitatis, cap. cum venisset de testib. Client. final. de testib.

Eandem suspensionem augebant sequentia: primum, quia de iure communi regulariter t̄ Monachi incapaces sunt exercitij curæ animarum, quamquam ex Apostolicis priuilegiis eam exercere valeant.

Præterea ex discussione huius causæ conuertiata prædictum monasterium t̄ de charitate sacramenta conuerti populo administrasse in sua Ecclesia de expressa licentia Ordinarij.

Denique inducitur, Monasterium percipere conuerti decimas in loco de las Valles, ex eo succel-

ferat cuidam nobili viro fratri Mexæ, qui in dicto Monasterio professionem enixerat.

Ex quibus inducti fuerunt domini ad denegandam remissoriam, ista enim omnia susdebant, Monasterium t̄ non habuisse talem parochiam, vt iure parochialitatis sibi decimæ deberentur.

Et consequenter satis videbatur euauisse sumus, quem in hac propositione præstare conantur informatores pro Monasterio collatum t̄ ex testibus nulliter examinatis, qui supra dicta suspecta arguebant.

Næque obstabat præsentio Monasterij deducta ex eo, quod modo exhiberetur t̄ noui articuli, quoniam licet diuersis verbis essent concepti; eandem tamen rem continebant, & Rota potius t̄ considerabat rem ipsam, & effectum, quam verba.

## Pœnia Decis. 907.

## SYMMARIUM.

- 1 *Articulans non fatetur secus ponens, nam positiones inducant confessionem.*
- 2 *Articulans censetur aliquando fateri in articulis.*
- 3 *Confessio articulantis, facta in ipsis articulis, renouari non potest, nisi de errore constet.*
- 4 *Positiones si fiant cum iuramento, operantur confessionem.*

## DECISIO CX.

**Q**uamuis sæpè constitui solet differentia inter confessionem factam in articulis, vt articulans non censetur fateri: t̄ & eam, quæ fit in positionibus, vt is qui ponit, fateti censetur; tamen sæpè etiam articulans habetur pro consistente; Abbas in cap. examinata num. 3. vers. nota tertio; & Felyus num. 2. vers. aduerte tamen de iudic. adeo, t̄ vt talis confessio reuocari non possit, nisi de errore constet, Verall. decis. 192. incip. confessio facta in articulis, num. 1. par. 1. Quod in hac facti specie sine controversia fuit receptum, quia ista confessio non solum fuit facta per procuratorem in Curia, sed etiam per principalem in partibus, & per Abbatem, & conuentum deliberatè, & solemniter præcedente Rotæ ordinatione super specificatione materiz in articulo contentæ, Alexander consil. 71. num. 6. vers. nec obstat lib. 3. Parisius consil. 21. n. 22. vers. & ita vltim. 2. lib. 4. t̄ Grammaticus consil. 6. vlt. 141. num. 10. Riminaldus Iunior consil. 426. n. 20. vers. tantoque magis lib. 4.

## Duran Decis. 121.

## SYMMARIUM.

- 1 *Remissoria non datur si articuli sunt irrelevantes.*
- 2 *Articuli sunt irrelevantes si probari non possunt.*
- 3 *Lesio non attenditur in donatione, seu remuneratione, & vnde rationem, ibidem.*
- 4 *Declaratur verum esse in donatione, seu remuneratione, quæ fit ex mera liberalitate ad fauorem alicuius, & quæ non est correptoria, secus quando non fit ex mera liberalitate, sed fit respectu alicuius dati, aut remissi per illum, cui renunciat, & donatur, quia tunc attenditur lesio, ita vt intret depositio l. 3. C. de resc. vend. num. 20. & ratio redditur, nu. 21.*

Amplia primo, hoc procedere, etiam si in donatione correptoria dictum fuerit, quod pro lite est donum, quia intelligitur de medio excessu, non autem de eo, quod est vltima diuisio, nisi etiam expresse dictum sit, quod datur illud plus

- siue in modica, aut magna quantitate, & quantuviscumque sit, num. 22.
- Amplius sciundo procedere, etiam in simplicis donatione, quando donata sunt res magni valoris, & donans iusto errore deductum credebat eas esse modici valoris, nu. 23.
- Renunciatio iura sua non datur regressus.
- Donare, & renunciare iuri suo vniuersique concessum est.
- Renunciatio, seu donatio si sit maior presumitur bene informatus de rebus renunciatis, seu donatis, & consequenter, quod voluerit liberalitatem exercere.
- Fallit in renunciatio, seu donatione respectiva, & stante in ea enormissima lesione, quia tunc talis scientia non presumitur, etiam in maiore, nu. 24.
- Lesio omnis cessat in donante sciente valorem rei donatae.
- Transactio, & sententia, que transit in iudicatum equiparantur.
- Hoc procedit in transactione suis partibus absoluta, nempe quando in ea concurrunt tria iuris requisita, de quibus remissum, num. 25.
- Transactio inuenta est ad finiendas lites, sicut & res iudicata.
- Et vtraque impedit litis ingressum.
- Remissoria non datur habenti contra se rem iudicatam, declarata, vi num. 25.
- Le qui transigit, admitti non debet ad probandum, siue per instrumenta de nouo reperta, siue per alias probationes, qua amplius non subsistunt, sed irrita sunt ipsi iure, etiam si hoc inter contrahentes actum non sit.
- Transactio tendit ad liberandum.
- Remed. l. 2. C. de rescind. vend. non habet locum in actu liberatorio.
- Iuramentum excludit omnem lesionem, dummodo seruari possit sine peccato, fallit stante absoluta lesione, n. 28.
- Et maxime si lesio sit ultra dimidiam in magna excessu, n. 32.
- Renunciatio facta intuitu ingressus in religionem, non rescinditur praetextu cuiusque enormissimae lesionis.
- Remissoria in profanis non solet denegari, stante reuerentia articulo.
- Remissoria redditionis rationis importat etiam remissionem fructuum ex bonis administratis preceptorum.
- Transactio regulariter rescinditur, probata enormissima lesione.
- Hoc procedit etiam inter fratres, qui transfecerunt super hereditate paterna, & fraterna n. 19.
- Laudum rescinditur ex capta enormissima lesione.
- Liberalitas non presumitur in contrahentibus respectu.
- In transactione desit bona fides, statim enormissima lesione, & oritur dolus re ipsa, nu. 29.
- Remissoria conceditur si fuit commissa causa restitutionis transactionis.
- Remissoria conceditur contra rem iudicatam, quando est commissa causa restitutionis in integrum, & datur magnus summus reuerentia articulo.

## DECISIO CXI.

**E**ques Martius Tagliaferri obcenta iam absolutioe a iuramento, petit remissoriam ad effectum probandi, quod in transactione iura inter ipsum, & Paulum Camillum Tagliaferri eius fratrem fuit enormissime laesus, dum pro libris 1500 annuis vita sua durante duntaxat remisit, (vi praetendit) libras 7047. annuas, & perpetuas, & fructus plurius annorum per dictum Camillum perceptos ex portione ad ipsum spectante in hereditatibus Alexandri eorum Patris, & Iohannis Baptistae communis fratris, necnon alia bona fideicommissa supposita ad eius fauorem. † Remissoriam autem non esse

dandam contendebatur pro parte Camilli ex irrelevancia articulo, quia etiam si illi probentur, parum, aut nihil (vi dicebatur) Martio probatio prodesse possit, quo casu non datur remissoria, Callador. decis. 2. de dilat. Caputaq. decis. 32. par. 2. Rot. decis. 126. n. 2. & decis. 503. n. 2. par. 2. rem. irrelevantia verò ex sequentibus deducebatur.

Primum, quia in dicta transactione eques Martius donavit, & remisit Camillo omnia alia iura sua exceptis ibi expressis: † attamen in donatione, seu renunciatio, que donationem importat non attenditur lesio, leg. maioribus, C. commun. vtriusq. indic. alioquin omnis donatio rescinditur, quia semper lesio praetenderetur, ut notant communiter Doctores in l. 2. de rescindend. vendit. Alexand. cons. 57. nu. 21. vol. 3. Anchar. cons. 433. num. 3. Crauet. cons. 160. nu. 1. Dec. consil. 181. num. 4. Bertrand. cons. 22. num. 6. volum. 2. Socin. lun. cons. 67. num. 23. volum. 3. Theaur. decis. 66. per tot. unde

† renunciatio iura sua non datur regressus, l. queritur, §. si venditor, ff. de edil. edit. leg. si maritus, §. si negauerint, ff. ad leg. tol. de adul. & l. postquam liti, C. de pall. † cuique autem concessum est donare, iurique suo renunciare, cap. periculosum 7. quasi. & vulg. text. in l. re mandata, C. mandati, & ratio magis, † quia tempore transactionis eques Martius erat maior, qui ideo presumitur bene informatus valoris rerum, quibus renunciavit, & consequenter, quod voluerit liberalitatem exercere, Anchar. dict. cons. 433. num. 3. † in donante autem sciente valorem rei donatae, cessat omnis lesio, leg. cum donatione, C. de transact. l. 1. in l. si quis tunc aliter num. 17. versic. prima conclusio. ff. de verbor. obligatio.

Secundò, quia † transactio, & sententia, que transit in iudicatum, equiparantur, l. non minorem, C. de transact. & leg. 2. ff. de iur. iur. Surd. cons. 418. num. 12. † Transactio enim inuenta est ad finiendas lites, sicut & res iudicata, l. fratris, C. de transact. † & vtraque etiam impedit litis ingressum, cap. 2. de litiis consil. in 6. Leonae, C. de transact. Surd. cons. 4. nu. 16.

† unde sicut habenti contra se rem iudicatam non datur remissoria, Caputaq. decis. 51. par. 3. Rot. decis. 408. num. 2. in fin. par. 2. rem. † ita nec qui transigit admitti debet ad probandum, siue per instrumenta de nouo reperta, l. sub praetextu instrumenti, C. de transact. siue per alias probationes, que amplius non subsistunt, sed ipso iure irritae, & caducae sunt, etiam si hoc inter contrahentes actum non sit, ut probat text. notabilis in cap. 1. ex. de transact. Bald. super rubric. extra eodem tit. & l. 1. in d. l. fratris, & accedit, † quod transactio tendit ad liberandum, in actu autem liberatorio Remed. l. 2. C. de rescind. vendit. locum non habet l. sub praetextu specierum, C. de transact. vbi hoc notant Doctores.

Tertio transactio, de qua agitur, fuit iuramento roborata, † iuramentum autem excludit omnem lesionem, auct. sacramenta puer. C. si aduersus vendit. dummodo, v. hic, legari possit sine peccato, cap. quamuis pactum, de pact. in 6. Accet. in l. qui superstitio, ff. de acquir. hered. l. 1. in d. l. auct. sacramenta puerum nu. 45. cum seqq. Alexand. cons. 42. lib. 7. Socin. lun. cons. 67. num. 22. lib. 2. Paris. cons. 96. num. 66. lib. 1. Curt. Sen. cons. 47. Anton. Rub. cons. 12. num. 16. Crauet. cons. 114. & Dec. consil. 181. num. 3.

Quarto, & vltimo opponebatur, quod, circumscripta dicta transactione, obstat equi Martio renunciatio, quam ipse fecit Alexandro patri suo (cui successit Camillus) de legitima, & omni iure tunc spectante ad ipsum, & quod ei in futurum spectare pos-

set in bonis paternis, & maternis, & ex causa cuiusvis fideicommissi purificati, & purificandi, seu quomodolibet ad ipsum spectantibus seu quæ spectare possent, quæ t̄ renuntiatio cum ab eo facta fuerit cogitante de ingressu religionis, prætextu cuiusvis enormissimæ lætionis, non potest retractari, Crauet. *conf. 160. num. 1. Ceual. pract. quest. comm. quest. 115. n. 6. Gutierrez. in repetit. cap. quamuis pactum verb. dum nupti nu. 3. de pact. in 6. Couar. in repetit. eiusdem cap. 3. par. selest. 12. num. 5. ubi rationem assignat, & Thesaur. *decis. 66. nu. 2. in fin. Rot. decis. 587. n. 9. & 10. par. 1. & 714. nu. 9. par. 2. recent.* vnde cum Alexander prævia mentione dictæ renuntiationis testatus fuerit de eius bonis ad favorem prædictorum Camilli, & Ioannis Baptistæ, cum reciproca inter eos fideicommissaria substitutione, ut prætenditur, consequenter Martius non potest dare de læione, & sic cessat remissoria, quæ ad dictum effectum petitur.*

Ceterum his non obstantibus ter causa proposita, fuit hodie resolutum, remissoriam esse dandam, & ratio resolutionis fuit, t̄ quia, cum versetur in profanis, & articulorum materia sit relevans, illa non potest denegari, Caputaq. *decis. 59. par. 3. Rot. decis. 102. nu. 1. par. 1. diuers. & decis. 695. n. 2. par. 2. recent.* Greg. XV. *decis. 415. n. 1.*

Relevantia autem, dum non obstant contraria obiecta, est clara ex lectura articulorum, quia eques Martius in dictis articulis probare intendit valorem bonorum, quibus renuntiavit, in illorum reditu excedere, non solum dimidiam scutorum 160. annuorum vita sua durante tantum sibi assignatorum in transactione, sed etiam ultra duas tertias cum dicta scuta 160. importent solum libras 1800. portio autem, quæ circumscripta transactione ad ipsum spectabat, tam ex hæreditate paterna, quam ex hæreditate Ioannis Baptistæ fratris prædefuncti reddat (ut præcendit) singulis annis libras 7045. etiam inspecto futuro litis eventu, quæ lætio eo magis augetur, quia in dictis articulis ponitur, quod ante transactionem eques Martius possidebat bona prædicta in communi cum Camillo, & præcendit, quod Camillus per 10. annos illa solus administraverit in absentia equitis Martij, & tamen in dicta transactione t̄ fuit etiam remissa Camillo reditio rationis, & per consequens fuerunt ei remissi fructus per dictum tempus percepti, *glos. in leg. Aureles, §. Caur, in verbo equi, & ibi Bart. n. 1. ff. de liber. leg. Ruin. *conf. 54. nu. 23. lib. 2. qui fructus, ut aliter, ascendunt ad libras 70. mill.**

Prædicta autem t̄ læione probata transactione esset rescindenda, *Bart. Ang. & Imol. in l. si quis cum aliter, ff. de verbor. obligat. Abb. in cap. cum causa de enpi. & vendit. nu. 30. & in l. si quis maior nu. 37. C. de transact. Modern. Suarez alleg. 22. in fin. Molin. de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 9. nu. 34. & 35. Rinell. in l. 2. n. 25. C. de rescindend. vendit. Mantie. de tacit. & ambig. lib. 26. tit. 9. nu. 23. Modern. Roman. *discept. forens. cap. 788. nu. 1. Alexand. *conf. 42. n. 11. lib. 1. Dec. *conf. 60. num. 4. Crauet. *conf. 151. num. 26. Cephal. *conf. 137. num. 57. Rot. *decis. 625. num. 7. par. 1. recent. & *decis. 268. nu. 6. in impref. apud Reverendis. D. mecum De-********

canum, t̄ & idem dicendum est de laudo, quod habet vim transactionis, *Socin. Sen. *conf. 105. in fin. lib. 4. Decian. *conf. 65. n. 43. lib. 5. Paril. *conf. 24. num. 159. lib. 2. & Rot. *decis. 528. n. 1. & 3. par. 2. recent.* t̄ & in puncto, quod transactio inter quos fratres super hæreditate paterna, & fraterna rescindatur in enormissima læione, Ludouic. Peguer. *decis. 137. per 101.*****

Neque obstant contraria obiecta, nam ad primū, quod læio non acciderit in donatione, respon-

detur illud procedere in donatione, seu renuntiatione ex mera liberalitate simpliciter, & absolute ad favorem alicuius facta, quando scilicet quis ideo solum, & principaliter donat, aut remittit, quis donare, aut remittere animo donandi vult, & ratio est, quia ita donans semper diceret se læsum, & sic nulla donatio subsisteret, nec cuique permissum esset donare, & liberalitatem ad libitum exercere, ut bene Anchar. *conf. 433. & in his terminis loquuntur Doctor. in obiecto citati, secus autem est, quando hoc non principaliter agitur, ut sit mera liberalitas, seu donatio, seu renuntiatione sit respectu alicuius dati, seu remissi per illum, cui renuncietur, & donatur, tunc enim attenditur lætio, ita ut intret dispositio text. in d. l. 2. C. de rescind. vendit. ut in puncto sic distinguit *Bart. *conf. 90. n. 2. lib. 1. Paul. de Castr. *conf. 12. lib. 1. Curt. Ion. *conf. 141. colum. 3. Crauet. *conf. 192. num. 1. & Dec. *conf. 189. & 21. lib. 1. t̄ & ratio est, quia causa finalis donandi non fuit mera liberalitas, sed illud datum, aut receptum, quod renunciandi datur in recompensationem, ita ut presumendum sit, quod donans, seu renuncians existimabat illud, quod recepit esse æquivalens rei per eum donatæ, seu renunciatæ, & quod si sic non esset, non renunciasset, aut donasset, *Socin. *conf. 183. lib. 2. Bertrandi *conf. 46. num. 6. volum. 2. quæ t̄ ratio aded viget, ut militet etiam si in donatione cor respiciatur dictum sit, quod plus est dono, quia intelligitur de modico excessu, non autem de eo, quod est ultra dimidiam, nisi etiam expresse dictum sit, quod datur illud plus, siue in modica, aut magna quantitate, & quantumcumque sit, *Alexand. *conf. 105. nu. 3. lib. 6. Socin. *conf. 41. colum. 2. post med. lib. 4. Ias. in d. l. si quis cum alter nu. 27. & Peguer. ubi supra, t̄ & quod tertius est, locum etiam habet in simplici donatione, quando donatæ sunt res magni valoris, & donans iusto errore ductus crederet, eas esse modici valoris, Atque in l. qui superfluis, ff. de acquir. hæredit. *Alex. *conf. 57. num. 21. lib. 3. vnde cum equis Martius non simpliciter, sed respectu donaverit, cessat obiectum.***************

Neque obstat, quod eques Martius, ut maior tempore transactionis, esset sciens valoris rerum donatarum, & ideo quod voluerit liberalitatem exercere, t̄ quia non presumitur liberalitas in contractibus respectivis, in quibus t̄ nec enormissima læione, etiam in maiore potius ignorantia valoris rerum, quam scientia presumitur, *glos. & Bart. in l. quisquis, per illum text. C. de rescind. vendit. Anton. de Butt. *conf. 52. & Couar. lib. 2. var. resol. cap. 4. n. 1.**

Minus obstat t̄ secus ad obiectum, quod transactio, & res iudicata æquiparentur, quia æquiparatio procedit in transactione suis partibus absoluta, nempe quando in ea concurrunt tria hæc iuris requisita, quod fuerit super re dubia, l. 1. ff. de transact. item aliquo dato, vel retento, l. in actio, C. eod. & de muni. quod in ea bona fides interuenit, l. 2. §. fin. ff. ad Trebell. & l. sub prætextu instrumenti, C. de transact. in transactione autem, de qua agitur, quidquid sit de duobus primis requisitis, si materia articulorum est vera, & circumscripta transactione, equis Martius bonum fouet, t̄ debuit bona fides saltem in re ipsa habere enormissima læione, *glos. in d. l. sub prætextu in princip. & in l. tres fratres, in verb. posse de pact. & communiter Doctor. post Bart. in d. l. si quis cum aliter, & Dec. *conf. 189. num. 7. & c. illat. dist. u. 103. t̄ quia fuit in specie commissa causa reclusionis dictæ transactionis, vnde danda est remissoria, seu: & illa datur contra remissoriam, quando sit commissa causa reclusionis in integrum aduersus eam, si detur magnus**

magnus fuimus de relevantis, & vt hic in partibus causa non fuit diu agitata, addit. ad Gregor. X V. decis. 184. num. 7. & decis. 286. num. 7.

Rota Romana Decif. 35. apud Fenzon.

S Y M M A R I V M.

- 1 Positiones si fuerint producta non seruata forma Statuti, responsio eadem facta non nocet respondentis.
- 2 Clausula, si, & in quantum, ac saluo iure impertinentium, cum qua admittuntur positiones, operatur, vt cum alias non fuerint admittenda, habeantur pro non admisis, ac si reus fuisset protestatus de earum inadmissibilitate, num. 4.
- 3 Confessio facta positionibus, quae non erant admittenda, non nocet consentienti.
- 5 Confessio facta nulla praua protestatione super inadmissibilitate positionum, non nocet consentienti, si ipsas non praecidat.

DECISIO CXII:

IN Causa Romana Alimentorum praesuppositum fuit sine veri prauidicio, actorem in exhibitione positionum, seu Articulorum, formam Statuti Urbis cap. 68. lib. 1. non seruasse. Rursus ergo quaesitum fuit, supposita illarum admissione cum clausula, si, & in quantum, ac alio Statuto cap. 70. lib. 1. An t responsiones ad eas per reum factae sibi prauidicarent. Maior pars Dominorum fuit in voto negatiuo: quia forma est, quae dat esse rei, vnde, si a lege, vel Statuto praescripta non fuerit obseruata, coartat actus inde lecutus, Licet hi, s. si Prator, vbi Iasus 1. notab. ff. de transact. l. Iulianus, s. sed & si quis, nu. 4. C. de iur. & fact. ignoran. cum vulgar. Cum igitur forma Statuti Urbis mandantis, per actorem positiones, seu Articulos dispositiue, & ponendo conceptas medio iuramento, parte ad id citata exhiberi, non fuerit seruata, sequitur ad eas factas res non prauidicare, maxime cum nedum iudex illas admiserit cum t clausula, si, & in quantum, sed etiam Statutum cap. 70. dict. lib. 1. velit illarum admissionem intelligi factam cum praeseruatius, saluo iure impertinentium: quae quidem praeseruatius operatur, vt cum alias non fuerint admittenda, nisi seruatis praescriptis a Statuto, habeantur pro non admisis, Ioan. Andr. Abb. & alij in cap. cum contingat de offic. deleg. Baldus in l. fin. C. qui legit. person. Alexand. conf. 166. nu. 6. volum. 6. & post alios Pedemont. decis. 5. nu. 9. & seq. in terminis Riminald. Senior conf. 596. numer. 2. cum seq. volum. 3. & confessio t eius, qui ad illas respondere non tenebatur, ei non prauidicet, Curt in l. etiam iudices, s. quod obseruari num. 41. C. de iuram. calum. Gratian. conf. 75. nu. 17. lib. 1. cum allegatis.

Nihil autem interest, quod aduersus eas tanquam informes, reus non fuerit protestatus.

- 4 Quia primo clausula, t saluo iure impertinentium, posita in Decreto Iudicis, & altero Statuto, idem operatur, atque si reus fuisset protestatus: nam f. & cum Iudicis reputatur factum partis, Riminaldus conf. 596 in fin.
- 5 Secundo, quia ita demum responsio t facta nulla praecisa protestatione, reo prauidicaret, si sciisset positiones, seu Articulos fuisse conceptos, non seruata forma Statuti; & ita procedit decis. 3. de sequestr. poss. & fruct. in nou. cum allegatis, sed quando respondens illas non vidit, seu etiam a Statuto, earum inspectio illi interdicta est, vt est casus Statuti Urbis,

haud tunc posset sibi imputari, si protestationem non interposuit, ita Riminaldus dicto confil. 596. numer. 3. in fine.

Et ita, &c.

Rot. Rom. Decif. 37. post Fenzon.

S Y M M A R I V M.

- 1 Mandatum specialissimum requiritur ad respondendum positionibus, & quando intelligatur.
- 2 Confessio facta positionibus per principalem non potest reuocari, nisi constet de errore.
- 3 Confessio vnus ex corruis, licet sit iudicialis, alteri non nocet.

DECISIO CXIII.

CUM D. Bendinellus Saulius comparens coram Auditoribus Rotae Ianuensis fuerit protestatus, se nunquam voluisse, neque velle, quod Georgius eius frater aliquid potuerit, vel possit agere actiue, vel passiuè in iudicio, vel extra sine eius legitimo mandato, & a dictis Auditoribus, literas subsidiales obtinuerit ab A. C. directas pro huiusmodi protestatione intimanda D. Antonio Maria, prout illa fuit intimata; visum fuit Dominis resolutionem dubij, quod proposueram super reuocatione confessionis factae dicto Domino Georgio, dum positionibus quondam D. D. de Franchis, & de Grandis responderent, pendere a qualitate mandati, cuius vigore Georgius dictis positionibus responderat. Cum enim adsit regula, quod ad respondendum positionibus requiritur t specialissimum mandatum, Socin. confil. 55. num. 2. lib. 1. Rebuff. super constitut. Gall. tom. 3. tit. de responsione per verbum credit num. 2. Neuz. qui alios cogent conf. 7. num. 12. & si. q. Et specialissimum mandatum hoc casu intelligatur, quando est ad respondendum sic, & sic, Bart. in leg. fin. C. de procurat. si Georgius non habuit huiusmodi mandatum, non potuit valide respondere, neque confessio dici potest acceptata per Bendinellum stante praedicta protestatione facta longo tempore post confessionem, constante etiam, quod nihil deducitur ad probandum acceptationem expressam, vel tacitam, quae hoc casu possit suffragari.

- 1 Mandatum specialissimum requiritur t specialissimum mandatum, Socin. confil. 55. num. 2. lib. 1. Rebuff. super constitut. Gall. tom. 3. tit. de responsione per verbum credit num. 2. Neuz. qui alios cogent conf. 7. num. 12. & si. q. Et specialissimum mandatum hoc casu intelligatur, quando est ad respondendum sic, & sic, Bart. in leg. fin. C. de procurat. si Georgius non habuit huiusmodi mandatum, non potuit valide respondere, neque confessio dici potest acceptata per Bendinellum stante praedicta protestatione facta longo tempore post confessionem, constante etiam, quod nihil deducitur ad probandum acceptationem expressam, vel tacitam, quae hoc casu possit suffragari.
- 2 Non obstat, quod Georgius t confessus sit, vti procurator, & nomine proprio, vnde confessio videatur a principio fuisse valida, & non potuisse reuocari, nisi docto de errore, Caputaq. decis. 191. par. 12. nam & ipse Georgius in actis reuocauit suam confessionem, vt erroneam, atque etiam hodie de illius errore docere offeritur, quae inspectio si suscipienda esset, inclinabant domini in hanc sententiam, quod etiam necessaria foret librorum exhibitio, sed ad effectum, de quo agitur, sufficit dicere Georgium fuisse confessum nomine proprio, quia in hac causa, de qua agebatur, erat fideiussor Bendinelli, ac certi inris est, quod in corruis debendis vnus t confessio, etiam iudicialis alteri non nocet, Bart. in leg. ex duobus nu. 32. ff. de duobus reis, & in auth. hoc ita numer. 52. C. eodem; Bald. conf. 43. nu. 2. lib. 5. Roncheg. in d. Lin duobus nu. 31. & seq. Rot. Ianuens. decis. 65. num. 5. & 6. vnde in omnem euentum illa confessio Georgij, vt principalis nocere posset Georgio, cuius haeredes non sunt in hac causa, & cuius defensionem dictus Sebastianus filius, & haeres Bendinelli non recipit.

Itaque fuit conclusum d. Antonium Magium non

inuari confessione, nisi doceat Georgium habuisse mandatum ad respondendum sic, & sic.

Rot. Rom. Decif. 38. apud Fenzon.

S V M M A R I V M.

- 1 Positiones à iudice habitæ pro confessis probant, contra quem fuerunt productæ.
- 2 Confessio, quæ elicetur ex positionibus habitis pro confessis propter contumaciam illius, qui non respondit ad hoc, ut operetur effectum, necesse est, ut seruetur forma, capit. 2. de confess. in 6.

DECISIO CXIV.

**I**N iudicio assecurationis dotis, & lucri dotalis, quod mulier intentauit contra virum, & illius creditores, A. C. pronunciauit assignando scilicet septem millia in monte pietatis inuestienda in tot locis montium, prout fuerunt postea inuestita, & assignata; & in hoc bene partes contulerunt pro residuo autem dotis, & lucri dotalis pronunciauit immittendam fore, & esse in actualem possessionem bonorum per maritum, & tenentium, & possessorum, quæ sufficere deberent pro currente quantitate dicti residui dotis, & lucri iuxta estimationem, citatis creditoribus, per peritos faciendam, & pronunciauit fructus dotis deberi ad rationem scutorum 7. cum dimidio à die petitionis assecurationis, usque ad diem actualis immisionis decursis, & decursendis.

Stante hac serie facti dubitauit an constaret de satisfactione vxoris, ita ut teneatur relaxare bona, & quæ. Et quoad satisfactionem respectu scutorum septem millium non adest controuersia inter partes, difficultas dumtaxat est, an de residuo fuerit satisfacta. Et ad docendum de satisfactione dicebatur, quod maritus dedit positiones, quæ continent, quod mulier ne dum habuit scura 7. millia, sed etiam domum magnam, apothecas in prædicta domo, & alia: quæ quidem positiones à iudice fuerunt habitæ pro confessatis, & ideo probant contra mulierem, capit. 2. de confess. in 6.

Sed Domini dixerunt, quod dictæ positiones non continent satisfactionem dotis, de qua agitur, sed possessionem bonorum, quæ non negatur: ea verò retinuit iure pignoris dotalis, ut statim dicitur, & in omnem quantum forma dict. cap. 2. præcisè seruanda erat propter illius rigorem, Rot. decif. 3. de confess. in antiq. Seraph. decif. 408. in fine, & dictum fuit in causa Romana pecuniaria 11. Februarij 1599. coram bon. mem. Card. Lancelloto.

Forma autem illius capituli est. Primum quod principali comparenti in iudicio positiones sint lectæ. Secundò, quod in faciem sit monitus à iudice respondere, non enim sufficeret per nuncium moneri. Tertio, quod data rationabili causa respondere non recuset. Quarto, quod fuerit accusatus contumacia rei in termino non respondentis. Quintò, quod fuerit sequuta interlocutoria iudicis facti declaratoria, Francin d. cap. 2. nu. 9. Rot. lanuen. decif. 161. nu. 10. & fuit dictum in prædictis decisionibus Seraphini, & Lancelloti, quapropter cum non constet prædictam formam fuisse seruata, non potuit pronuciari positiones habendas pro confessatis; & sic firmandum est sententiam A. C. quoad secundam, & tertiam partem, scilicet residui dotis, & fructuum dotalium, non constare habuisse effectum.

Ludouici Postij Decif. 82.

S V M M A R I V M.

- 1 Mandatum ad respondendum positionibus debet esse speciale.
- 2 Imò debet esse specialissimum ad sic respondendum.
- 3 Mandatum ad præstandum iuramentum nomine principalis debet esse speciale.

DECISIO CXV.

- 1 **D**omini dixerunt, mandatum non esse sufficiens in casu, de quo agitur, namque ad respondendum positionibus debet esse speciale, Socin. consil. 55. num. 8. lib. 1. Iscob. Gentil. Perul. de ordin. iudic. numer. 34.
- 2 Imò debet esse specialissimum ad sic respondendum, Bac. in l. fin. C. de procur. l. mol. in l. pen. §. ad omnem colum. penult. vers. sed per complementum, ff. de public. iudic. addent. ad Gemin. in cap. si post in prima addit. de confess. lib. 6. Luc. Pet. in sua prax. in tit. de position. n. 23. in si. Nam
- 3 quod cum procurator debeat præstare iuramentum nomine sui principalis, mandatum debet esse speciale, ut late prosequitur Couar. pract. quest. cap. 20. vers. est tamen hac in re. Et quamvis D. Antemisia dederit mandatum amplissimum iuxta formam Romanæ Curie, in qua continetur facultas huiusmodi, tamen non potest dici, ipsam dedisse speciale ad respondendum positionibus, cum non constet de certificatione, vel scientia ipsius, quod hoc contineretur in dicto formulario, &c.

Ludouici Postij Decif. 270.

S V M M A R I V M.

- 1 Positiones inuenta sunt, ut pars releuetur ab onere probandi per aduersarij confessionem.
- 2 Positiones impertinentes, impossibiles, captiosæ, & negatiuæ, non sunt admittendæ.
- 3 Positionibus de stylo Rota respondendum est, siue sint pertinentes siue impertinentes.
- 4 Publicatio solemnis vim habet vitio originalis examinis.
- 5 Publicatio examinis impedit articulationem contrarium, seu super eisdem admisso, & non 7.
- 6 Publicatio formalis examinis non fit in Curia, nisi in tertia instantia, sed datur solum summarium absque nominibus testium.

DECISIO CXVI.

- 1 **F**uit per Dominos resolutum, Reuerendissimum D. Montorium teneri respondere positionibus, quæ cum fuerint inuenta, ut pars releuetur ab onere probandi per confessionem aduersarij capit. 1. vbi glos. in præambulo vers. pro intellectu, ibid. & fuerunt inuenta, & in vers. statumus, ibid. sunt autem positiones de confess. in 6. l. cum, qui de iur. iur. l. 2. §. quod obseruari, C. de iur. iur. calum. lal. in l. qui iurasse, §. si pater num. 2. ff. de iur. iur. Surd. decif. 22. nu. 4. fuerunt enim exhibitæ in Rota, prout de iure requiritur, ad effectum, ut videatur, an sint impertinentes, impossibiles, captiosæ, & negatiuæ, glos. in dict. cap. 1. de confess. in 6. vers. & sum script. licet de stylo Rotæ seruetur, ad abbreviandum lites, quod semper sit respondendum positionibus pertinentibus, & impertinentibus, Rot. decif. 24. de testib. in antiq.

In proposito autem positiones nullam continent ex prædictis qualitatibus, ex quibus sint reiciendæ;

POSITUS



Ponitur enim, quod Reuerendissimus D. Montorius habuit examen testium apertum, itavt potuerit videre nomina, & cognomina testium, quare ¶ cum ista visio æquipolleat solemnæ publicationi, vt per Vitalin. in Clem. fin. numer. 11. 4. vsque ad numer. 112. de testib.

¶ obstat admissiõni articulorum, quam præcedit idem D. Montius, cap. fraternitatis de testib.

Non obstat, ¶ quod in Curia non soleat fieri publicatio formalis, nisi in tertia instantia, quia licet hoc sit verum, verum est etiam, quod nunquam panduntur nomina testium, sed solum datur summarium, & ita seruetur de stylo, Vestr. in prax. lib. 7. capit. 1. num. 4. & idem, cum fuerit alteratus iste stylus, & visa integra depositio cum nominibus testium, & ex supradictis visio habeat vim publicationis ¶ non sunt admittendi articuli de directo contrarij, provt nec super eisdem admittuntur, Seraph. decis. 682. cap. mem. Greg. XV. decis. 496.

An autem Procuratores D. Montorij teheantur respondere positionibus, si opus erit, videbitur.

## Ludouici Postij Decis. 581.

## S V M M A R I V M.

- 1 Sententia validitas probatur ex reuolutione Actorum, ex quibus constat de iurisdictione, mandato, citatione, & alijs requisitis.
- 2 Responõibus positiõnum dicitur renunciatum, si fuerit postea ad alios actus deuentum absque protestatione, seu repetitione huiusmodi instantia, & non fuerit processum ad coactionem.
- 3 Positiones non sufficit esse admissas, nisi pars faciat alias diligentias, & instantias.
- 4 Iudex non tenetur officium suum non petenti impertiri.

## DECISIO CXVII.

Proposui dubium, an sententia Rotalis sit nulla, vel nocerit iniusta, quod fuit negativè resolutum; & quantum attinet ad nullitatem, visum fuit, ¶ illam excludi ex ipsis actis, ex quibus constat de iurisdictione, mandato, & citatione, aliisque requisitis ad validitatem sententiæ, & regulare est, ea reuolutione actorum probari validitatem sententiæ, vt fuit dictum in causa Anconitana separationis Thori 9 Iunii 1600. coram R. P. D. meo Lancelloto, & alijs scriptus.

Nec releuare, quod pro parte Monialium non fuerit responsum positionibus pro parte Principis in actis datis, provt pro eius parte fuerat instatum, quia dixerunt, obiectum cessare ex facto, ¶ non solum quia post illarum admissionem fuit decursum ad plures actus absque aliqua protestatione, itavt videatur ab huiusmodi instantia recessum, ad Pur. decis. 218. lib. 2. cum similib. sed etiam, quia Princeps non procurauit, vt Moniales cogentur ad respondendum dictis positionibus, intimando illis Monitorium, & procedendo contra eas pro censuris, cum ¶ non sufficiat, quod pars faciat admittere positiones, nisi alias diligentias, & instantias faciat, ¶ iudex enim non tenetur officium suum non petenti impertiri, l. 4. §. hoc autem iudicium, & ibi notat Bart. & alij communiter, ff. de damn. infect.

## Ludouici Postij Decis. 608.

## S V M M A R I V M.

- 1 Positionibus est respondendum, vt actor releuetur ab onere probandi, dummodo non sint omninõ impertinentes, & directè, vel indirectè ad causam faciant, vel adminiculum præsent.

2 Positiones in dubio sunt admittendæ.

3 Reiecta disputatione pertinentiæ, vel impertinentiæ, vt lites abbrevientur.

4 Iurispatronatus transit cum hereditate.

5 Articuli respicientes bona non sunt impertinentes ad iurispatronatum is annexum.

6 Positionum vnam, vel alteram sufficit esse releuantem, vt ceteræ admittantur.

## DECISIO CXVIII.

Fuit tentum D. Marchionem Manfredum, & Consortes teneri respondere positionibus à D. Alexandro Marchione productis, quia pro Marchione Alexandro stat regula, quod ¶ positionibus est respondendum, vt actor releuetur ab onere probandi, & sufficit, non esse omninõ impertinentes, sed aliquo modo directè, vel indirectè facere ad causam, vel præstare adminiculum, Rot. decis. 24. de testibus in antiquis, Bart. in l. si duo, §. idem Iulianus nu. 10. & ibi Bald. in su. ff. de iur. iur. Bald. in l. ad probationem prima in 3. notab. nu. 4. C. de probat. Dec. in l. 1. numer. 5. ff. si cert. petat. & latè consil. ibi in causa num. 2. & ibi Apofth. & consil. 517. num. 2. Peregrin. consil. 2. num. 2. lib. 1. & fuit dictum in vna Perusina fideicommissi de Bigazzinis 3. Iulij 1603. coram bon. mem. Pænis, provt ¶ in dubio sunt admittendæ, Ioan. Andr. in capit. cum contingat num. 24. vbi etiam alij de offic. deleg. Speculat. in titul. de position. §. 7. num. 7. in fin. & num. 8. Rot. decis. 25. de testib. in antiquis, reiecta ista disputatione ¶ pertinentiæ, vel impertinentiæ, vt abbrevientur lites, vt de mere iudiciorum testatur Vestr. in prax. lib. 5. cap. 14. num. 6. & ibi Aldent num. 27. post Dec. in capit. in nomine Domini num. 34. de testib. sed in hoc casu pertinentia videbatur manifesta, quia DD. Marchio Manfredus, & Consortes, ne excludantur à successione Iurispatronatus, de quo agitur à Rolando Seniore instituti, in quo non admittuntur, nisi descendentes legitimi, & naturales, & de legitimo matrimonio nati verè, & non fictè, vt fuit in hac causa resolutum, ipsi autem descendunt ab Adalberto illegitimo, vt viuis legitimatione eiusque Adalberti in amplissima forma concepta, cui dicuntur consentire Marchionem Sfortiam, & Hieronymum Auctores D. Marchionis Alexandri, sed pro Marchione Alexandro replicabatur dictum consensum fuisse correspectiuum ad promissionem Adalberti pro se, & filiis, & descendentiibus, qui nullo vtquam tempore, vel vlla de causa vterentur, vel se iurabant dicta legitimatione in præiudicium D. D. Sfortiæ, & Hieronymi, & cuiuslibet ipsorum filiorum, & descendentiũ, & de non inferendo iis aliquam molestiam, litem, vel controversiam, nec inferenti consentire, cui promissioni prætenditur fuisse controuersum, & idem fuerunt datæ plures positiones super lite mota, & prosequuta contra Sfortiam, & Marchionem Alexandrum, quæ idem non possunt vilo modo dici impertinentes, sicut nec etiam impertinentes videntur aliæ continentes, quod bona posita per hanc litem fuerunt in hereditate Rolandi Senioris fundatoris Iurispatronatus, ¶ quod transit cum hereditate, c. ex litteris de iur. patr. Et idem ¶ articuli respicientes bona non sunt impertinentes ad iurispatronatum iis annexum, Innoc. in rubric. de iur. patron. §. 4. Abb. in capit. cum seculum n. 5. eod. tit. C. 121. varias resolut. lib. 2. c. 18. n. 7. & tamè ¶ quatenus essent, sufficit vnam, aut alteram positionem esse releuantem ad hoc, vt ceteræ admittantur, vt fuit dictum in dicta Perusina fideicommissi de Bigazzinis coram Pænis.

Et ita fuit decisum, &c.





# INDEX RERVM MEMORABILIVM,

Quæ in Decisionibus nuperrimè  
additis continentur.

A



**A**RTVS inutilis, & frustratorius in iudicio  
admitti non debet, Decis. 95. n. 11.  
Articulans non fatetur, secus ponens, nam posi-  
tiones inducunt confessionem, Decis. 110. n. 2.  
Articulans aliquando fatetur in articulis, Decis.

110. num. 3.  
Articulans non fatetur. Decis. 92. num. 21. & Decis. 106. n. 9.  
Articuli sunt irrelevantes si probari non possunt. Decis. 111. n. 1.  
Articuli respicientes bona non sunt impertinentes ad iustitiam  
annexam. Decis. 118. nu. 5.  
Articuli diversi, prioribus articulis indirectè, non verò directè con-  
trarij admitti possunt in secunda instantia, & in alijs. Decis.  
96. num. 12.  
Articuli novi dicuntur ijdem, quam veteres, si tantum verbis di-  
versis fuerint concepti. Decis. 109. n. 13.  
Articuli vi non dicantur novi, sufficit, ut idem in substantia articu-  
letur, quod antea fuit articulatam, quamvis in cortice verbo-  
rum sit differentia. De is. 105. n. 5.  
Articuli illi sunt rescandj, si fuerint concepti ad evitandam cau-  
se expeditionem, vel ad aliquid contra veritatem machinan-  
dam. Decis. 107. n. 3.  
Articuli, qui continent quid iuris, non sunt probandi per testes.  
Decis. 108. n. 6.  
Articuli, quando sunt relevantes, & causa est profana, in qualibet  
instantia conceditur remissoria. Decis. 107. n. 1.  
Articuli non sunt admittendi, quando non relevant ad probatio-  
nem. Decis. 95. n. 3.  
Articuli ad effectum retardationis sententia non debent admitti.  
Decis. 95. n. 4.  
Articuli, quando sunt relevantes, de stylo semper admittuntur in  
Curia, siue causa sit ordinaria, siue summaria. Decis. 95. n. 7.  
Articuli dicuntur in continenti probari, quando intra terminum  
a iure assignatū instantia, & processus probantur. Decis. 95. n. 9.  
Articuli in omnibus iudicijs secundum styllum admitti debent, data  
eorum relevantia, sed data irrelevantia, neque de iure, neque  
de stylo cautum est pro eorum admissione. Decis. 95. n. 10.  
Articuli super eisdem, quando amplius non sint admittendi. Decis.  
109. nu. 7.  
Articuli quis non tenetur respondere, si non fuerint dati à parte,  
medio iuramento, sed ab asserto Procuratore, de cuius manda-  
to non constabat. Decis. 102. n. 9.  
Articuli respondere pars non tenetur, quando sunt irrelevantes.  
Decis. 102. n. 40.  
Articulo vno relevante dato ceteri solent admitti, sed hoc procedit

quando ceteri articuli non sunt sua natura relevantes. Decis.  
107. n. 4. Secus tamen est, quando ceteri articuli sunt sua na-  
tura relevantes, nu. 5.  
Articulorum admissio, in Curia nunquam solet denegari. Decis.  
95. n. 5. declaratur nu. 6.  
Attestationes postquam sunt publicatae, non est licitum examina-  
re alios testes. Decis. 107. n. 2.  
Post attestations publicatas si admitterentur novi testes, facile ef-  
feri veritatem violare. Decis. 107. n. 6.

C

**C**LAUSULA, sine prauidicio legitima executionis, praeservat iu-  
risdictionem iudicis à quo. Decis. 91. n. 2.  
Clauſula, si, & in quantum, posita in admissione positionum ita  
praeteritius respondentis, ut confessio emanata pendeat est, ac  
si non emanasse, postquam certum est, quod positiones non e-  
rant admittenda. Decis. 100. n. 9.  
Clauſula, si, & in quantum, ac saluo iure impertinentiam, cum  
quæ admittuntur positiones, operatur, ut cum alijs non fuerint  
admittenda, habeantur pro non admisis, ac si reus fuisset pro-  
testans de earum inadmissibilitate. Decis. 112. n. 2. & 4.  
Confessio facta in articulis, quando possit reuocari etiam non do-  
cto de errore. Decis. 92. n. 20.  
Confessio facta in positionibus tam consenti, quam alijs ab eo cau-  
sam habentibus prauidicat. Decis. 93. n. 12.  
Confessio articulantis facta in ipsis articulis, reuocari non potest,  
nisi de errore constet. Decis. 110. n. 4.  
Confessio facta nulla praevia protestatione super inadmissibilitate  
positionum, non nocet consenti, si ipsas non prauidicat. Decis.  
112. nu. 5.  
Confessio facta positionibus per principalem, non potest reuocari,  
nisi constet de errore. Decis. 113. nu. 2.  
Confessio vnius ex correjs, licet sit iudicialis, alteri non nocet. Decis.  
113. num. 3.  
Confessio emanata in responsione ad positiones plenè probat contra  
consentem. Decis. 94. n. 40.  
Confessio facta positionibus, quæ non erant admittenda, non nocet  
consentem. Decis. 112. n. 3.  
Confessio alias nulla probat tamen concurrentibus pluribus iudi-  
cibus pro veritate dicta confessionis. Decis. 100. n. 10.  
Confessio emanata super positionibus inualide productis, non potest  
dicta iudicialis. Decis. 100. n. 6. Cum potius dici possit volunta-  
ria, quam coacta, ibid.  
Confessio emanata in positionibus probat. Decis. 97. n. 55.  
Confessio emanata per responsionem ad positiones, effectus eius  
est, ut sit irrevocabilis. Decis. 104. n. 7.  
Confessio procuratoris non habentis speciale mandatum ad confi-

# Index rerum Memorabilium.

tendum, non præiudicat principali. Decis. 106. num. 10.  
Confessio, quæ elicitur ex positionibus habitis pro confesso propter contumaciam illius, qui non respondit ad hoc, ut operetur effectum, necesse est, ut seruetur forma, cap. 1. de confess. in 6. Decis. 114. n. 2.  
Consuetudo faciendi concursus coram Episcopo, testibus probanda est. Decis. 108. n. 5.

## D

**D**ilationes, quando dicuntur exhibitæ, prout de iure requiruntur. Decis. 98. num. 2.  
Donare, & renuntiare iuri suo unicuique concessum est. Decis. 111. nu. 4.

## E

**E**cclēsia si non debeantur decimæ iure Parochiali, cessat præsumptio Parochialitatis, quæ ex eâ oritur. Decis. 109. n. 11.  
Examen nouum non est concedendum, quando adest suspicio subornationis testium. Decis. 105. nu. 4. Sed intellige verum, quando summarium solummodo fuit datum procuratori, ideoque secus est dicendum, quando pars etiam vidit, & ex professo dicta testium fuerunt discussa, nu. 8.  
Examen nouum testium est admittendum, quando cessat suspicio, & materia, quæ articulatur, est releuans, & est merè profana. Decis. 105. n. 9.  
Examen nouum testium solet denegari, quando iam discussa fuerunt dicta aliorum testium. Decis. 105. n. 6.

## I

**I**s, qui transiit, admitti non debet ad probandum, siue per instrumenta de nouo reperta, siue per alias probationes, quæ amplius non subsistunt, sed irrita sunt ipso iure, etiam si hoc inter contrabentes actum non sit. Decis. 111. nu. 11.  
Iudex non tenetur officium suum non petenti impertiri. Decis. 117. num. 4.  
Ius patronatus transit cum hereditate. Decis. 118. n. 4.  
Iuramentum excludit omnem lesionem, dummodo seruari possit sine peccato. Decis. 111. nu. 3. Fallit stante absolutione, num. 29. Et maxime si læsio sit vltra dimidiam in magno excessu, n. 32.

## L

**L**audum rescinditur ex capite enormissima lesionis. Decis. 111. num. 18.  
Læsio non attenditur in donatione, seu remuneratione. Decis. 111. nu. 2. & vide rationem, ibidem.  
Declara id verum esse in donatione, seu remuneratione, quæ fit ex mera liberalitate ad fauorem alicuius, & quæ non est respectiua, secus quando non fit ex mera liberalitate, sed fit respectu alicuius dati, aut remissi per illum, cui renuntiat, & donatur, quia tunc attenditur læsio, ita vt intret dispositio l. 2. C. de rescind. vend. num. 20. & ratio redditur, nu. 21.  
Amplia primo, hoc procedere, etiam si in donatione respectiua dictum fuerit, quod pro lite est donum, quia intelligitur de medio excessu, non autem de eo, quod est vltra dimidiam, nisi etiam expresse dictum sit, quod datur illud plus, siue in modica, aut magna quantitate, & quantumcumque sit, num. 22.  
Amplia secundo procedere, etiam in simplicii donatione, quando donata sunt res magni valoris, & donans in ipso errore deductus credebat eas esse modici valoris, nu. 23.  
Læsio omnis cessat in donante, sciente valorem rei donata. Decis. 111. nu. 6.  
Liberalitas non præsumitur in contractibus respectiuis. Decis. 111. num. 24.  
Lites, quando non est super titulo beneficij, censentur profana, ita vt in qualibet instantia possit concedi remissoria. Decis. 108. n. 1.

## M

**M**andatum ad respondendum positionibus debet esse speciale. Decis. 115. n. 1.  
Imò debet esse specialissimum ad sic respondendum, nu. 2.  
Mandatum specialissimum requiritur ad respondendum positionibus, & quando intelligatur. Decis. 113. n. 1.  
Mandatum ad præstandum iuramentum nomine principalis, de-

bet esse speciale. Decis. 115. n. 3.

Minores beneficio restitutionis in integrum admitti possunt ad producendos nonos iustes, etiam post factam publicationem. Decis. 107. nu. 7. Secus si materia appareat suspecta, ibidem.  
Monachi de iure communis facti incapaces exercitij cura animarum, quamquam ex Apostolicis privilegijs eam exercere valeant. Decis. 109. n. 9.  
Monasterium aliquod, si sacramenta confluere populo administraret in sua Ecclesia de expressa licentia Ordinarij, ex hoc arguitur, quod non habeat iuram annuarum. Decis. 109. n. 10.

## N

**N**egatiua redunda ad rem tertiam, & certum tempus, non est improbabilis. Decis. 108. n. 7.

## P

**P**ositiones admittuntur à iudice cum clausula, si, & in quantum, qualiter censentur admittuntur. Decis. 100. n. 7.  
Positiones admittuntur cum clausula, si, & in quantum, illæ non censentur admittuntur, dum non erant admittenda. Decis. 102. n. 8.  
Positiones à iudice habitæ pro confesso probant, contra quem fuerunt productæ. Decis. 114. nu. 1.  
Positiones datæ à Procuratore sine speciali mandato ad sic ponendum, nihil probant. Decis. 99. nu. 40.  
Positiones in dubio sunt admittenda. Decis. 118. nu. 2. Reiecta disputatione pertinentiæ, vel impertinentiæ, vt abbrevientur lites, num. 3.  
Positiones impertinentes, impossibiles, captiosæ, & negatiuæ, non sunt admittenda. Decis. 116. nu. 2.  
Positiones inuenta sunt, vt pars releuetur ab onere probandi seu aduersarij confessionem. Decis. 116. n. 1.  
Positiones non sufficiunt esse admittuntur, nisi pars faciat alias diligentias, & instantias. Decis. 117. nu. 3.  
Positiones irreleuantes non debent admitti. Decis. 101. n. 2.  
Positiones si fiant cum iuramento, operantur confessionem. Decis. 110. nu. 5.  
Positiones si fuerint productæ non seruata forma Statuti, responsio eidem facta non nocet respondentis. Decis. 112. nu. 1.  
Positiones, vt releuent, debent produci ab habente speciale mandatum. Decis. 100. nu. 5.  
Positiones quando dantur per Procuratorem, vt releuent, debent docere de specialissimo, & indiuiduo mandato ad sic, & sic ponendum. Decis. 104. n. 4.  
Et insuper docere de mandato ad iurandum de veritate materialium in actibus specificatarum, num. 5.  
Positiones inuenta sunt, vt pars releuetur ab onere probandi per confessionem partiu. Decis. 98. nu. 1.  
Positiones vt admittantur, sufficit, eas non esse omnino impertinentes, sed aliquo modo directè, vel indirectè facere ad causam, vel præstare adminiculum. Decis. 103. nu. 10.  
Positiones, vbi non sunt notoriè impertinentes, ita vt aliqua possit esse dubitatio, iudex illas admittere debet. Decis. 103. nu. 11.  
Positiones, non est disputandum, an sint admittenda, dum aliquo modo faciunt ad causam, & hoc potissimum, vt lites abbrevientur. Decis. 103. nu. 12.  
Positiones dum sunt irreleuantes pars non est cogenda cum respondere. Decis. 103. nu. 7.  
Per positiones qui releuantur ab onere probandi. Decis. 103. n. 6.  
Positionum vnam, vel alteram sufficit esse releuantem, vt cetera etiam admittantur. Decis. 118. n. 6.  
Positionum vsu à Rota non est improbatum. Decis. 103. n. 17.  
Positionibus respondere recusans, præsumitur aliquid fecisse simulatè. Decis. 91. n. 15.  
Positionibus de stylo Rota respondendum est, siue sint pertinentes, siue impertinentes, Decis. 116. nu. 3.  
Ad lites abripiendas Rota de stylo seruat, quod semper sit respondendum positionibus pertinentibus, & impertinentibus. Decis. 98. num. 3.  
Positionibus vt pars aduersa cogi possit respondere, quidnam sit necessarium. Decis. 104. n. 6.

# Index rerum Memorabilium.

Positionibus ut procurator valide respondeat, requiritur specialissimum mandatum ad sic respondendum in individuo, Decis. 104. n. 2.

Ad positiones responsio ut procedat, quid requiratur. Decis. 104. num. 3.

Positionibus, dum pars recusat respondere, non est procedendum ulterius in expeditione causa. Decis. 107. n. 3.

Positionibus priuare, quem, & maxime ex facto aduersarij id rigidum esset. Decis. 108. n. 4.

Positionibus principalibus debet respondere, dum recusat dare specialissimum mandatum Procuratori ad sic, & sic respondendum. Decis. 107. num. 2.

Positionibus est respondendum, ut actor releuetur ab onere probandi dummodo non sint omnino impertinentes, & directe, vel indirecte ad causam faciant, vel adiuuentur present. Decis. 118. num. 1.

Positionibus respondere pars cogitur, ad hoc, ut ponens releuetur ab onere probandi, si aduersarius positiones confiteatur. Decis. 103. num. 14.

Positionibus pars respondere recusans ob illius contumaciam in Rota non imponitur pena, ut habeatur pro confessatis, sed ut procedatur ad penas in monitorio ad respondendum comminatas. Decis. 103. n. 25.

Probatio in continentia oblata, in omnibus iudiciis, quamuis summarijs, admissa. Decis. 97. n. 1.

Probatio negatiua non potest probari per testes. Decis. 108. num. 6. limita nu. 7.

Probatio que fit per positiones regulariter conceditur. Decis. 103. num. 5.

Probatum quando aliqua est per publicum instrumentum, non est opus probatione per testes. Decis. 97. n. 1.

Procurator, ut admittatur ad respondendum positionibus, debet constare de specialissimo mandato ad sic, & sic respondendum. Decis. 107. n. 1.

Publicatio examinis in publico articulo contrarij, seu super eisdem admissionem. Decis. 116. n. 5. & 7.

Publicatio formalis examinis non fit in Curia, nisi in tertia instantia, sed datur solum summarium absque nominibus testium. Decis. 116. n. 6.

Publicatio sollemnis vim habet vitio originalis examinis. Decis. 116. num. 4.

## R

Recusans respondere positionibus, non propterea a iudicio est repellendus. Decis. 101. n. 1.

Rei substantia, & effectus attendi debet, non autem verborum sonus. Decis. 109. n. 14.

Remissoria non datur, si articuli sunt irrelevantes. Decis. 111. n. 1.

Remissoria in profanis datur sine sumo, data reicuantia articulorum. Decis. 107. num. 10.

Remissoria non solet de stylo negari, quando vnus articulus est releuans. Decis. 108. n. 2.

Remissoria in profanis non solet denegari, stante releuantia articulorum. Decis. 111. n. 15.

Remissoria redditionis rationis importat etiam remissionem fructuum ex bonis administrati perceptorum. Decis. 111. n. 16.

Remissoria in profanis, in qualibet instantia, etiam in gradu restitutionis in integrum, data articulorum releuantia, concedi solet. Decis. 109. num. 1.

Remissoria post rem indicatam non datur. Decis. 109. n. 2.

Remissoria semel concedi solet. Decis. 109. n. 3.

Remissoria ob suspicionem calumnie denegatur. Decis. 109. n. 4.

Remissoria denegatur, quando petitur, postquam sententia sunt lata, & non in causa sunt facta plures decisiones, cum tunc petitio tendere videatur, ut contra decisiones factas instructis testibus reuocandis, noua probatio pareretur. Decis. 109. n. 6.

Remissoria conceditur si fuit commissa causa rescissionis transactionis, Decis. 111. num. 27.

Remissoria conceditur contra rem indicatam, quando est commissisa causa restitutionis in integrum, & datur magis sumo releuantia articulorum. Decis. 111. n. 27.

Remissoria non datur habenti contra se rem indicatam. Decis. 111. n. 10. declara, vi num. 25.

Remissoria petitio quando non careat suspicionem calumnie, Decis. 109. n. 3.

Remissoria Rota concedit super eisdem articulis, super quibus fuerunt exequuti testes, quando continent materias magis explicitè specificatas, & distinctas. Decis. 96. num. 13. declara, vi num. 14.

Remed. l. 2 C. de rescind. vend. non habet locum in actu liberatorio. Decis. 111. n. 12.

Renunciatio facta iuncta ingressus in religionem, non rescinditur propter cuiusque enormissimam lesionem. Decis. 111. numero 14.

Renuncians, seu donans si sit maior, presumitur bene informatus de rebus renunciatis, seu donatis, & consequenter, quod voluerit liberalitatem exercere. Decis. 111. n. 5.

Essit in renunciatione, seu donatione respectiua, & stante in ea enormissima lesione, quia tunc talis scientia non presumitur, etiam in maiore, nu. 24.

Renunciatio iura sua non datur regressus. Decis. 111. n. 3.

Reputatio communis per testes probanda est. Decis. 108. n. 4.

Responsio in positionibus datur renunciatis, si fuerit postea ad alios actus deuentum absque protestatione, seu repetitione huiusmodi instantia, & non fuerit processum ad conciliationem. Decis. 117. n. 2.

Rota, licet ex stylo non admittat confessionem contumacialem non tamen rescindendam est, & substatum esse usum positionum. Decis. 107. nu. 16.

Rota de stylo non admittit confessionem in contumaciam non respondentis positionibus. Decis. 107. nu. 13.

Sententia valens reprobanda ex reuocatione Actorum, ex quibus constat de iurisdictione, mandato, citacione, & alio requisito. Decis. 117. n. 1.

## T

Testes admittere testia vice super eadem materia non caret periculo subornationis. Decis. 105. n. 3.

Testium depositiones, postquam sunt intellecte, & sunt discussae, nisi super eisdem articulis non admittuntur, nec recipiuntur super istis, vel alij testis. Decis. 109. n. 8.

Testium nouum examen ex stylo Rota solet admitti, quando dicta testium solemniter non fuerunt publicata. Decis. 105. n. 7.

Ex testibus nulliter examinatis, & suspectis de falso, nullus sumus probationis colligi potest. Decis. 109. n. 12.

Testium publicatio formalis non solet in Curia fieri, nisi in tertia instantia. Decis. 98. n. 5.

Testium uerba nunquam panduntur, quando datur summarium eorum attestacionum. Decis. 98. n. 6.

Testium publicatio quando est facta, amplius non sunt admittenda articuli de dicto cent. 23, prout vix super eisdem admittuntur. Decis. 98. n. 7.

Testium sollemni publicationi equipollet visio partiu. Decis. 98. numer. 4.

Transactio, & sententia, que transfuit in iudicatum, equiparantur. Decis. 111. n. 7.

Hoc procedit in transactione suis partibus absoluta, nempe quando in ea concurrunt tria iura requisita, de quibus remissio. Decis. 111. num. 25.

Transactio non rescinditur, nisi per positiones probetur lesio. Decis. 103. num. 3.

# Index rerum Memorabilium.

UAB

Biblioteca de Ciències Socials

*Transactio tendit ad liberandum. Decis. III. nu. 2.*

*Transactio regulariter rescinditur, probata enormissima lesione.*

*Decis. III. nu. 17.*

*Hoc procedit etiam inter fratres, qui transegerunt super hereditate paterna, & fraterna, Decis. III. nu. 19.*

*Transactio inuenta est ad finiendas lites, sicut & res indicata. Decis. III. nu. 8.*

*Et utraque impedit litis ingressum, num. 9.*

*In transactione deficit bona fides, stante enormissima lesione, & oritur dolus re ipsa. Decis. III. nu. 26.*

**F I N I S.**

---

## Noi Reformatori dello Studio di Padova.

**H**Auendo veduto per fede del Padre Inquisitore nelle Decisioni d'aggiungersi al Trattato di Biasio Micalorio de Positionibus, raccolte dal Dottor Fantini, non esserui cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica; e parimente per attestato del Segretario nostro, niente contro Principi, e buoni costumi; concedemo licenza, che possino esser stampate, offeruandosi gl'ordini, &c.

Data dal Magistrato nostro li 18. Aprile 1665.

{ Zuane Donà Reformator.  
{ Battista Nani Cau. Procur. Reformator.

*Angelo Nicolosi Segretario.*

A dì 18. Maggio 1665.

Registrato alla BiaSTEMMA.

*Agostin Bonomo N.*

# TRACTATUS

DE

## COECO, SVRDO, ET MVTO, BLASII MICHALORII I. C. VRBINATIS,

*Ac Rota Collegialis Urbini Iudicis Ordinarij.*

VNA CVM ALIQVIBVS DECISIONIBVS  
in hac recenti editione relectis ad materias  
facientibus.

*IN QVO IPSORVM MISERIA, QVID SCIRE;  
atque addiscere possint, quos contractus celebrare,  
num Magistratus gerere, an in ultimis  
voluntatibus disponere.*

ET PLVRA ALIA HVIVSCEMODI SECVNDVM  
Germanam variarum legum, ac Imperatorum Constitutionum,  
quæ ad inuicem pugnare videntur, intelligentiam,  
subtiliter discutiantur.



GENEVÆ,  
Sumptibus Samuelis Chouët.

M. DC. LXVII.

LIBRARIATVS

COECO SVRDO, ET MVTO,  
BLASII MICHALORII  
I C V R B I N A T I S.

VNA QVM ALIOVIBVS DECISIONIBVS

IN QVO PERSONA MISTERA QVID SCIRE

ET VBI ALIA HUIUSMODI SECVNDAM



GENEVE,  
Sumptibus Samuelis Chouet

M D C LXXII





AD EMINENTISSIMUM,  
ET REVERENDISSIMUM DOMINUM

CARDINALEM CIBO,

Blasrus Michalorius I. C. Vrbinas.



VNTIO Legationis tuæ vix allato (Eminentissime Prin-  
ceps) incredibile est, quanta omnes illico Vrbinates lætitia  
sunt affecti. Cum tui generis fulgor, tuæque virtutis, ac  
bonitatis iubar, tum familiæ tuæ cum nostris Serenissimis  
olim Ducibus coniunctio, atque affinitas, maximam indi-

dit spem fore, vt, sub Eminentia tuæ regimine, non ab simili præteritæ sit  
hæc gens perfruitura benignitate. Vniuersis igitur, ac singulis huiusce  
Vrbis, necnon regionis incolis tibi amoris, exultationis, deuotionisque  
signa præferre gestientibus, ego, qui nulli prorsus in te colendo concedo,  
non ab re, imò perquam maximè opportunum duxi, vt, cum in præsen-  
tia nonnullæ meæ de Legibus lucubrationes sub prelo Venetiis existant,  
& præsertim opusculum quoddam de Cæco, Surdo, & Muto, à me ali-  
quot ab hinc annis confectum, cum Surdi cuiusdam, ac Muti à natiuita-  
te testamentum impugnare debuerim, illius impressionem tuo nomini,  
hoc est, immortalitati commendarem. Deterrebat me profectò ab obla-  
tione, tantuli munusculi cum tuorum meritorum maiestate collatio: ni-  
hilominus mente agitans, etiam Reges interdum humilium exigua dona  
suscepisse, Deumque ipsum tantula thura non respuere, spe confirmatis  
hisce ingenioli mei, laborisque sarcinulis ad te venerabundus accedo.  
Dumque munusculum leuidense intueris, deditioem potius animi,  
quam libelli dedicationem intuere Eminentiss.



# BENIGNO LECTORI.

**M**irum fortasse cuiquam poterit videri me huiusmodi tractationi, quam scimus Doctores vix attingere, rarius factis contingere, manum admouisse. Eam tamen casu mihi oblatam veteri sententia flexi ad consilium. Siquidem, cum Constantius Seraphinus natura Mutus, & Surdus Serenissimo Urbini Duce concedente, testamentum condidisset, ac Parentem meam, quæ ei ab intestato hæres erat, exclusisset, mihi que videretur in talem virum hunc actum à Doctoribus subtilissimum appellatum haud unquam cadere posse, testamentum illud ita impugnare cæpi, ut post varias conflictationes feliciter tandem solo deiicerim, uti in sexagesimo huius libelli capite latius recensui. Qua de causa mihi fuit necesse accuratius inquirere, quicquid homo duobus hisce sensibus natura destitutus posset operari. Fuere ibidem ad unguem ponderandæ nostrorum sensuum vires, & auditus, loquela, ac visus inuicem conferendi. Nec antea lis illa exitum acta fuit, quam omnia in hoc libello congesta adnotauerim. In quo, amice lector, si non inuenies quæ strepitoso, & quotidiano foro congruant, spectabis certè, quæ cuidam quietæ, ac raræ speculationi conueniant. Vtunque sit, eo, tanquam lusu quodam, utere; ego enim Senecæ monitu spero meliora lapsis, & Tu, Lector, spera meliora scriptis. Vale.

## AD AVCTOREM INCERTI.

**I**psæ micans Aurum merito Micalore vocaris,

Auro namque micat, qui micat ingenio.



# INDEX CAPITVLORVM.



**D**E Cæcorum miseria, & quæ possint addiscere, ubi nonnulla Cæcorum exempla recensentur. Cap. I.

Quæ cognitio possit inesse Surdo, & Muto à natura. Cap. II.

An dici debeant infeliciores Cæci, vel Surdi, & Muti. Cap. III.

Cæcus quis propriè dicatur, ubi nonnulla de cæcitatibus probatione. Cap. IV.

Cæcus an possit testari in scriptis. Cap. V.

Quæ solemnitates requirantur in testamentis Cæcorum. Cap. VI.

An solemnitates, de quibus in *l. hac Consultissima, C. qui testam. fac. poss.* requirantur in legatis, fideicommissis, & Codicillis. Cap. VII.

Cæcus an possit donare causa mortis absque solemnitatibus, *l. hac Consultissima, C. qui testam. fac. poss.* Cap. VIII.

An solemnitates, de quibus in *l. hac Consultissima, C. qui testam. fac. poss.* sint necessariæ, quando Cæcus testatur inter liberos. Cap. IX.

An solemnitates, de quibus in *l. hac Consultissima, C. qui testam. fac. poss.* per statutum tolli valeant. Cap. X.

An solemnitates, de quibus in *l. hac Consultissima, C. qui testam. fac. poss.* sint necessariæ in testamentis ad pias causas. Cap. XI.

Cæcus in quibus casibus non teneatur observare solemnitates, de quibus in *l. hac Consultissima, C. qui testam. fac. poss.* Cap. XII.

Cæco an possit exemplariter substinui. Capit. XIII.

Cæcus an possit contrahere. Cap. XIV.

Cæcus an possit esse Iudex, & magistratus gerere. Cap. XV.

Cæcus an possit esse arbiter, vel arbitrator. Capit. XVI.

Cæcus in quibus casibus non possit esse testis. Capit. XVII.

Cæcus in quibus casibus possit esse testis, ita ut integer reputetur. Cap. XVIII.

Cæci in quibus casibus possint testificari, licet integri testes non reputentur. Cap. XIX.

Cæcus an admittatur ad dignitatem Doctoratus. Cap. XX.

Cæcus an succedat in feudo. Cap. XXI.

Cæcus an possit promoueri, & promotus ministrare. Cap. XXII.

A quibus excusetur Cæcus ob cæcitatē. Capit. XXIII.

Sacerdos cæcus effectus an consequi debeat fructus

beneficiorum, distributiones quotidianas, & elemosynas. Cap. XXIV.

Cæco si in pœnam erudendus sit oculus, quid agendum. Cap. XXV.

Surdi qui propriè dicantur. Cap. XXVI.

Surdus an testari possit. Cap. XXVII.

Surdus an contrahere possit. Cap. XXVIII.

Surdi tantum an possint esse testes. Cap. XXIX.

Surdi quæ sacramenta conferre, & quæ recipere possint. Cap. XXX.

Muti qui dicantur. Cap. XXXI.

Muti an testari possint. Cap. XXXII.

Mutus, qui aliquo modo loquatur, sed non articulatè, an possit facere testamentum. Cap. XXXIII.

Muti tantum à natura, vel ex accidenti an possint contrahere. Cap. XXXIV.

Mutus tantum an possit esse testis. Cap. XXXV.

Muti, & Surdi dicuntur morbofi. Cap. XXXVI.

Mutus, & Surdus à natura quos possit celebrare contractus. Cap. XXXVII.

Mutus, & Surdus simul ex accidenti an possit contrahere. Cap. XXXVIII.

Quæ requirantur ad hoc, ut Muti, & Surdi à natura contrahere possint. Cap. XXXIX.

Mutus, & Surdus, quomodo probetur habere intellectum. Cap. XL.

Muti, & Surdis an sit dandus Curator. Cap. XLI.

Mutus, & Surdus à natura, an possit inter viuos contrahere. Cap. XLII.

Muti, & Surdi an ex contractu obligentur. Cap. XLIII.

Muti, & Surdi an ex quasi contractu obligentur. Cap. XLIV.

Muti, & Surdi an ex delicto, vel quasi delicto obligentur. Cap. XLV.

Mutus, & Surdus an possit torqueri. Cap. XLVI.

Mutus, & Surdus an possit accusare. Cap. XLVII.

Mutus an possit iurare. Cap. XLVIII.

Surdus, & Mutus à natura an possit contrahere matrimonium, & quid si sit etiam Cæcus. Cap. XLIX.

Mutus, & Surdus à natura an possit ingredi religionem. Cap. L.

Muti, & Surdi quæ dare, & quæ recipere possint sacramenta. Cap. LI.

Muti, & Surdi à natura an possint donare. Cap. LII.

Mutus, & Surdus à natura an possint manumittere. Cap. LIII.

Mutus, & Surdus an possint pro alio fideiubere. Cap. LIV.

# Index Capitulum.

Mutus, & Surdus an possit esse tutor. Cap. LY.  
*Lex discretis, C. qui testam. fac. poss.* prohibens factionem  
 testamenti Mutis, & Surdis, an procedat in testa-  
 menti inter liberos. Cap. LVI.  
 Mutus, & Surdus à natura an possit testari ad pias cau-  
 sas. Cap. LVII.  
 An miles Surdus, & Mutus testari possit. Cap.  
 LVIII.  
 An Matus, & Surdus ex accidenti, si sit miles, testari  
 valeat. Cap. LIX.  
 Mutus, & Surdus à natura an possit impetrare factio-  
 nem testamenti à Principe. Cap. LX.  
 Mutus, & Surdus ex accidenti litterarum ignarus,

an testari possit saltem cum licentia Principis. Cap.  
 LXI.  
 Mutis, & Surdis an possit exemplariter substitui. Cap.  
 LXII.  
 Mutus, & Surdus an possit esse Iudex. Cap. LXIII.  
 Sardi, & Muti simul an testificari possint. Cap. LXIV.  
 Mutorum dispositiones quomodo à Notario describi  
 debeant. Cap. LXV.  
 Muti, & Surdi an succedant in feudis. Cap. LXVI.  
 Muti, & Surdi à quibus muneribus excusentur. Cap.  
 LXVII.  
 Surdi, & Muti an restituantur in integrum. Cap.  
 LXVIII.



TRACTA



# TRACTATUS

DE

## COECO, SVRDO, ET MVTO.

Authore

BLASIO MICHALORIO  
I. C. VRBINATE.

SVMMA RIVM.

- 1 Cæci carent sensu excellentiori.
- 2 Visum excellentiorem esse aliis sensibus ex nonnullis demonstratur, & num. seqq.
- 3 Visus cur sit in eminentiori parte corporis positus.
- 4 Visus silentia produxit, & quomodo.
- 5 Visus operatur in instanti, nec vnquam est defessus in operando.
- 6 Visus plura representat, quàm quisquam aliis sensuum, & plures rerum differentias manifestat.
- 7 Democriti dementia, qui visum sibi ademit.
- 8 Cæci sunt amoris incapaces.
- 9 Visus magis confert ad necessaria vita.
- 10 Auditus magis confert ad disciplinam, & quare num. seqq.
- 11 Cæci prudentiores sunt mutis, & surdis.
- 12 Cæci scientias omnes possunt addiscere: præter eas, quæ nascuntur ex contemplatione phantasmatum visibilibus.
- 13 Cæci plures insignes reconferuntur.

De Cæcorum miseria, & quæ possint addiscere, vbi nonnulla Cæcorum exempla recensentur.

CAP. I.



UM de Cæcis, Surdis, & Mutis actorum sim, præludia quædam tribus hisce capitibus præmittere decreui, quæ & si non satis legalem redolent materiam; tamen valdè profuit perfectæ cognitioni quatuorundam quæstionû, quæ inferius proponentur. Ec primò de Cæcis verba faciemus.

- 1 Cæcos igitur miserimos esse plura declarant, quorum primum est, quod sensu careant aliis sensibus excellentiori, † & talem esse sensum visus clarissimè apparet, † Ille enim à natura in eminentiori

parte positus est; prout elementum ignis in altiori itidem loco, vbi cæteris dignius elementis, fuit collocatum. Cui elemento simillimus est huiusmodi sensus; cum visus nil aliud sit iuxta Platonis, & Galeni opinionem, nisi ignea quædam vis.

Eademque sedis sublimiores in potentiis animæ fuit obseruata; propterea quod intellectui earum Principi in altiori capite propria sedes fuerit constituta. Visus insuper excellentiæ et potissima est ratio, † quia ex eo omnes ferè scientiæ emanant; quandoquidem admirantes antiqui philosophi philosophari cæperunt, quod utique non euenisset, nisi Ætheris, ac Terræ pulchritudinem aspexissent, ex cuius aspectu, atque intuitu ingens orta fuit admiratio, & exinde philosophatio. Postremò dici potest excellere ob suam † in instanti operationem, cum ad remotissima loca se extendat, illaque attingat; vel etiam, quod nunquam sit defessus in operando, ut sensus alij, & nullo ferè labore suam operationem exercent.

6 Secundò, miserimos esse Cæcos ex eo liquet; quia & carent sensu, qui plura nobis representant, quam quisquam aliis sensus, plerasque rerum differentias manifestat, ut testatum reliquit Aristot. in *prinap. Metaph.* & proinde priuantur illa ingenti delectatione, quæ ex rerum aspectu percipitur; Illis etenim terrestrium Animalium species, piscium varietatem, suum copiam est denegatum intueri; non tot plantarum, ac fructuum genera, non villas, non Palatia, non oppida, non Ciuitates, non prouincias, quibus terrarum orbis distinguitur; non planities, Colles, Nemora, ac Siluas, non fontes, non flumina, non Maria, quibus, veluti riuis, terræ viridatium irrigatur; non aërem, Cælum, Solem, Lunam, syde-  
tæque illa fulgentia, quibus Æther per tenebras insignitur; Plurima denique, ac prope infinita Picturæ ac Sculpturæ opera, atque alia non pauca pulcherrima quidem, ac iucundissima illis venturum spectare; Cæcorum autem varietas, quam sit delectabilis, nemo est, qui nesciat, nisi ille, qui nunquam viderit;

Virorum, mulierumque effigies, Symmetriam, pulchritudinem, deformitatem pœnitentia ignorant; ingentique illos desiderio affici; quo maximè excruciantur, pro certo habeo, cariores intueri Amicos, atque affines, veluti genitores, genitrices, fratres, ac filios. Denique sat est dicere, illos esse luce orbatos. At cum visus in rerum differentiis demonstrandis tantæ sit utilitatis, † supremam illam Democriri dementiam, tunc exprellam, quando ad benè philosophandum seipsum excœcauit, quis non detestabitur.

8 Tertio, eorum miseria ex eo non leuiter augetur, quia amoris sunt expertes; oculi enim, inquit Propertius, sunt in amore duces. Vnde illi, cum tam dulcis animi affectus sint incapaces, merito infelicissimi censerentur debent.

9 Quarto, & vltimo, Cœci eo carent sensu, qui magis confert ad necessaria vitæ, quod Arist. demonstrauit de sens. & sensil. cap. 1. Idem omnium maximè sunt miseri, quippe qui aliena ope semper egeant, & absque ea viuere non possint; quod utique iis, quos alij sensus destituunt, non euenit.

Verum enim verò in tanta miseria solamen habent, non leue: illis enim scientiarum fastigium ascendere non est vetitum; Nam licet visus ad vitam sit magis necessarius; † tamen ad disciplinam magis confert auditus: Vnde Arist. loco supra citato dicit, sermo audibilis existens causa est disciplinæ, & propterea eodem capitulo subdit, † cœcos prudentiores esse mutos, ac surdis; & ratio est, quia cognitionem nostram efficit magis doctrina, quam propria inuentio. Quinimò, cum paucissima ea sint, quæ aliquis per seipsum inuenire, & cognoscere queat, innumerabilia autem ea, quæ multi longa temporum, ac studiorum serie inuenere; videtur prope modum fatendum per solam doctrinam nostram fieri cognitionem, scilicet per sermonem; vt in cap. seq. patebit. Ex quo fit, † vt cœci scientias omnes ad discere possint, præter eas, quæ nascuntur ex contemplatione phantasmatum visibilium per se, nempe colorum. Neque eorum scientiam audita possunt acquirere; nam cum nequeant suam interponere cognitionem in rebus notis sensui visus, cuius obiectum est color, quid sibi velint ea, quæ ipsi enunciant, non intelligunt, vt ex Arist. colligitur in 2. phis. tex. 6.

13 Proinde quamplurimos legimus in antiquorum monumentis cœcos extitisse, qui adeo in litteris claruerunt, vt perpetuam sui nominis memoriam posteris reliquerint. Et vt ab Antiquioribus exordium sumam, cœcum fuisse perhibent Homerum poetarum parentem illum, de cuius patria septem insigniores totius Græciæ Vrbes decertarunt, cœci fuisse Tyresius, & Ophioneus, tamen hic apud Messenios, ille apud Thebanos, propter vaticinium in maxima veneratione habiti sunt. Antipater Cytenaicus, Aselepiades Enetricus, Diodorus Stoicus in cœcitate philosophi vixere celeberrimi. De Appio Claudio quid dicam? Huius si vellem pulcherrimas in rempublicam res gestas, & præsertim in eius censura, recensere, in longum nimis protraheretur oratio: sufficiat, quod de eo in oratione pro Cœlio dixit Cicero: Appius Claudius cœcus pacem Pyrrhi dedit, Aquam adduxit, viam muniuit. C. Drusus summus ille Ioreconsultus luminibus erat orbatus, cuius tamen Domus totius Ciuitatis oraculum appellabatur. Talis etiam fuit Gn. Aufidius Prætorius, nihilominus (vt verbis Ciceronis utar V. Tuscul.) ex

Senatu sententiam dicebat, nec Amicis deliberantibus deerat, & Græcam scribebat Historiam, & videbat in litteris. Posteriori ætate enituerit Ioannes Palestinus, qui teste Eusebio, omnia verba sacre scripturæ referebat, ac si ex libro ipso legeret. Didymus Alexandrinus, insignis Doctor, qui præter scientias pariter vetus, ac nouum Testamentum memoriter pronuntiabat: Et Beda ille venerabilis concionator, qui tot edicis libris, diuinas paginas est interpretatus. Sed an poterant cœci populos regere, bella sequi, instruere exercitus, & instructos ad conferendas manus ducere? Posterum planè, & clarum præbeat vobis exemplum Belus, huius nominis secundus, Rex Pannoniæ, cui, non dico Regi, sed Generali militum Duci, Rex Colomanus eius Patruus oculos confregit, qui rei bellicæ in illa cœcitate adeo se peritum exhibuit, vt ad Regni Apicem post mortem Stephani Colomani filij fuerit euectus; in quomunere benè obeundo per totum reliquæ vitæ curriculum, sua non obscure apparuit prudentia, atque animi celsitudo; & vt singula absoluam: bellum atrox aduersus Droicum eiusdem Colomani Notum, regnum sibi affectantem, suscepit, strenuè gessit, feliciter perfecit, egregiamque ex eo victoriam magna cum ipsius laude reportauit. Non præteribo silentio Ciscam quendam Bohemum militum audacissimum Ducem, qui in cuiusdam arcis expugnatione oculum, qui reliquis ei fuerat, sagittæ traiectu amisit; nec propterea Marti Nuncium remisit, imò toto pectore eundem persecutus, quoties exercitum in aciem adduxit, toties insignem victoriam ex hostibus reportauit. Cœcus itidem fuit Ioannes Rex Bohemiæ, & in Regni administratione oculatissimum se præstitit, nec bella detrecauit: nam cum Philippus Gallorum Rex (cuius filio Ioanni nupserrat Bona huius Ioannis cœci filia) cum Edoardo Angliæ Rege depugnaret, in Philippi auxilium ingentes copias comparauit, easque non misit; sed duxit, & in illa memorabili pugna, in qua Anglus vicit, præsens adesse voluit. Nostris autem, nostrorumque parentum temporibus, cœci non desuerunt in litteris præstantissimi; veluti Robertus Scotus, qui Parisiis Theologiam ita didicit, vt Romæ creatus fuerit Sacerdos, & Archiepiscopus Armacanum in Hiberniis. Ex nostris Nicæus fuit cœcus, in legali tamen philosophia oculatissimus. Aloysius ille Grotus Adriensis, qui in latinis, & Italicis litteris, soluta, & vincula numeris oratione adeo excelluit, vt ab omnibus suspiceretur. Marius de Curte Neapolitanus, & Ianuensis ille ex Theatinorum familia, eximij verbi Dei fuerunt concionatores: Cæsar Elephantinus Bononiensis in Medicis, Philosophicis, & Mathematicis scientiis, mirè enituit, easque publicè in illo Archigymnasio, quandiu vixit, summa cum laude explicauit. Agmen claudat Marcus Antonius Bonciarius Petrusinus, qui in Pœsi, ac humanioribus, quantum præter, suis coluissimis scriptis probè declarat: sit hic satis, eundem à Magno illo Lypsiæ Homero Italiae fuisse appellatum. Omitto plures alios antiquos, & nostræ tempestatis viros, non vulgaris nominis, & famæ: & hi pauci insigniores nobis aperta demonstrant, cœcis non esse denegatum in litteris plurimum proficere, & excellere.

## S V M M A R I U M.

- 1 Intellectus noster est tanquam tabula rasa.
- 2 Cognitio, & scientia ortum habent à sensibus.

- 3 Nihil est in intellectu, quod prius non fuerit in sensu.  
 4 Sensu aliquo deficiente, aliqua deficit scientia.  
 5 Auditus rerum cognitioni, ac scientia est aliis sensibus magis  
 necessarius, & quare num. 8.  
 6 Auditui deficiente, maior cognitio, ac scientia deficit, quam si  
 alius sensus deficeret.  
 7 Cæci intelligentia, & prudentia, superant surdos, & mutos.  
 9 Auditui deficiente deficit doctrina, & disciplina.  
 10 Visus esset utilior auditui, ad cognitionem, si ea fieret tantum  
 propria inuentione.  
 11 Scriptura est nota sermonis.  
 12 Gestu, & nutu non possunt omnia exprimi, que verbis ex-  
 primuntur, & afferuntur rationes, & exempla.  
 13 Surdus, & mutus natura licet possit scribere, non potest scri-  
 pturam intelligere.  
 14 Surdi, & muti quæ edoceri non possunt.  
 15 Surdi, & muti sunt in maxima rerum ignorantia, & penè  
 humana belluæ.  
 16 Surdi, & muti eos tantum contractus possunt celebrare, in  
 quibus simplex requiritur consensus.  
 17 Surdi, & Muti arcentur à dispositionibus causa mortis.  
 18 Princeps non potest surdo, & muto concedere factionem te-  
 stamenti, & quare.

## Quæ cognitio possit inesse Surdo, & Muto natura.

### CAP. II.

Cum superiori capite cæcorum miseriam ex-  
 pleuetim, eam, quæ detinet surdos, & mutos,  
 modo contemplerur: & quia in hoc potissimum il-  
 la consistit, quia priuantur omnibus scientiis, co-  
 gnitionibus, ac doctrinis, quæ auditu acquiruntur,  
 videamus quænam cognitio, & rerum intelligentia  
 possint inesse surdo, ac muto natura, qui cæteris tam-  
 en sensibus commodè utatur.

1 Circa quod primò sciendum est, quod cum no-  
 ster intellectus sit tanquam tabula rasa, in qua nihil  
 depictum est, quemadmodum testatum reliquit  
 2 Arist. 1. de anima cap. 3. † omnis nostra cognitio, &  
 scientia à sensibus proficiscitur, ut idem ostendit 2.  
 post. cap. ult. & in exordio Metaph. Hinc autem celebris  
 illa, & trita prodit propositio.

3 Nihil est in intellectu, quod prius non fuerit in sen-  
 4 su, ex qua consequitur, ut † vno sensuum deficiente,  
 necessario aliqua deficit scientia: si quis sensus de-  
 fecerit, necesse est scientiam aliquam deficere, in-  
 quit Aristot. primò Post. cap. 14.

5 Ulterius sciendum est, sensum auditus rerum co-  
 gnitioni, ac scientiæ magis esse necessarium aliis  
 6 sensibus, teste Arist. cap. 1. de sens. & sensib. † Proinde  
 eo deficiente, necessarium est, ut etiam maior rerum  
 cognitio, & scientia deficiat, quam si quisquam alio-  
 rum sensuum deficeret. Quamobrem, ut loco supra  
 citato Aristot. obseruat, eos videmus, quos alius sen-  
 7 sus deficiat, † veluti cæcos, intelligentia, & pru-  
 8 dentia surdis, ac mutis multo præstare. † Ratio au-  
 tem in promptu est, si quidem nostra cognitio do-  
 ctina magis, quam inuentione propria gignitur. In-  
 super cum in paruo illa sint numero, quæ aliquis  
 per se possit inuenire, & cognoscere; infinita autem  
 illa, quæ à pluribus per longum temporum, ac stu-  
 diorum seriem inuenta, & cognita sunt; videtur  
 quodammodo asserendum sola doctrina, ac solo  
 Magistro nostram fieri cognitionem, sermonis ope,  
 in quantum est audibilis; sermo audibilis existens  
 causa est disciplinæ dicit ibidem Aristot. non per se,

sed quia nominibus constat significatio, rerum  
 symbolis, ac notis: & sic per acci dem, significatio-  
 ne scilicet audibilem nominum. Auditus necessa-  
 rius magis est rerum cognitioni, quam quipiam  
 9 alius sensuum: † ubi verò non est auditus, ibi non  
 est doctrina, nec disciplina, ut Aristot. notat 9. de hist.  
 10 Anim. 1. cap. & in princip. Metaph. † Nam si auditus ex-  
 pendimus, & intuemur obiectum, veluti sonum  
 dumtaxa, vel vocem, nulla habita ratione significa-  
 tionis, & cognitionem accipimus ex propria inuen-  
 tione tantummodo prouenientem, non ex doctrina,  
 non ex Magistro per sermonem ( & idem. quo. de  
 11 sermone asseritur, † de scriptura asserendum est,  
 quæ, ut Aristot. ait in princip. Perierm. ipsius est nota ser-  
 monis ) tunc nulla ( absque dubitatio, quod sensus, cui-  
 12 us nobis plura cognoscenda obijciunt, quam quipiam  
 alius sensuum, pluresque rerum differentias mani-  
 festat, ut in princip. Metaph. testatur Aristot. cum cor-  
 pora omnia colorem participant. Verum auditus  
 nominum significatione visum maxime excipiat,  
 sensusque omnes alios propter rerum intelligen-  
 tiam, quam præstat, & scientiam per disciplinam. Et  
 veluti ostendit Aristot. loco sapientie citato de sen. & sens. ad  
 necessaria quidem vitæ melior est visus, & secundum  
 se, ad intellectum autem secundum acci dem audi-  
 tus. Satis est, quod ad habendam rerum scientiam,  
 & cognitionem, magis necessarius est auditus, quam  
 alius sensus, & quod eo deficiente, consequenter de-  
 ficiat etiam materialiter scientia, & rerum cognitio,  
 quam si vllus ex aliis deficeret.

12 Sciendum est insuper, gestibus, & nutibus non  
 posse ea omnia exprimi, ac demonstrari, quæ verbis  
 cuiquam exprimentur, ac demonstrantur. Natura  
 etenim superflua fuisset tribuendo homini sermo-  
 nem: in quo è conuerso dignoscitur solo sermone se-  
 rationis comporem hominem ostendere, superio-  
 remque cæteris animantibus, ut affirmat Tull. prima  
 de inuentione. Et parua, vel nulla ea fuisset pœna Del-  
 13 D. Max. qui superbis illis Turrim Babel ædificanti-  
 bus linguas confudit: paruumque, & minime neces-  
 sarium munus illud linguarum fuisset Apostolis: va-  
 num denique multorum esset studium ad varia Idio-  
 mata capienda, si nutibus sermoni defectui posset  
 14 suppleri. Ipsamet tandem experientia potest nobis  
 patefacere, multa, & penè infinita verbis solum  
 posse declarari, ac per auditum intelligi; veluti natu-  
 ram, ac varietatem sonituum, ac vocum, & per con-  
 sequens artes omnes sermocinales, nempe Gram-  
 maticam, Logicam, Rhetoricam, Poeticam, Musi-  
 cam; imò scientias omnes, quæ circa vniuersalia  
 versantur, & quæ nutibus exprimi nequeunt; artes  
 deinceps armonicas; plurima nostræ fidei Mysteria,  
 innumeras Cæsarei, Pontificiique iuris constitutio-  
 nes, infinita entia in nostro intellectu concepta, à  
 Philosophis entia rationis appellata: denique totum  
 illud, quod pictura, vel sculpsura vna etiam cum  
 motu nequit exprimere, quandoque non potest ge-  
 15 stibus, aut nutibus demonstrari, quamuis possit ser-  
 mone, vel scriptura, quæ curam per voces signifi-  
 cantes significandi vim habeat, nequit nisi ab au-  
 diente intelligi. Formaliter verò scribere nemo po-  
 test, in quantum scilicet scriptura significatio est,  
 nisi ille, qui auditum possidet. Nam Pliæci huma-  
 num imitantes sermonem materialiter, ut ita dicam,  
 loquuntur, nullius significationis gnati, hominesque  
 græca verba, vel hebræa absque vlla illarum lingua-  
 rum cognitione: † Ita prorsus intelligendum est,  
 quod de scriptura quorundam surdorum, ac muto-

rum natura narratur; imitando enim scripturam alterius quaedam secundum exempla scribebant, seu potius delineabant, vel pingebant, nulla significatus ipsius scripturae habita notitia: † Poterit sane surdo, & muto gestu demonstrari rem hanc sensui esse congruam; sed quod vox haec, scammum, sit neutri generis, secundae inflexionis, nominativi casus, & similia non unquam. Hunc esse sygillogismum, illud enthymema, hanc metaphoram, illam hyperbolem, hoc carmen hexametrum, illud Pentametrum, quibus gestibus, quibus nutibus vllò unquam tempore surdo, & muto natura ostendi poterit? Quomodo unquam tali viro gradus Metaphysicæ, sine quibus per scientias iter arripi non potest, poterunt aperiri? Qua ratione eidem hanc esse causam formalem, illam materialem, hanc descriptionem, illam definitionem declarabitur? Harmoniam, sonum, cantum, a fellus propemodum doceretur, surdus, & mutus non unquam. Et hinc illud prodit adagium, Surdo canis. Vnio hypostatica Verbi æterni, distinctio Peccatorum, accidentia supernaturalia, velut quorundam sacramentorum characteres, plurima naturalia, quemadmodum habitus, & potentia ipsius animæ. Natura, ac varietas febrium, nec depingi, nec bene dividi, vel exprimi potest. Dies, mentes, anni, Pontificatus, dignitates, non habentes habitus, & signa, quæ faciunt differre, maxima cum difficultate surdo, & muto distinguuntur. Qualitates, & proprietates contractuum, testamentorum, codicillorum, legatorum, aliarumque dispositionum iuris civilis nutibus manifestari non poterunt. Si verò modo aliquo quædam nutibus surdo, ac muto adumbrantur, non cognitionem; sed confusionem potius talium rerum est habiturus. Proinde cum doctissimo Ammonio in primo Periæm, sect. 2. asseveranter dicere debemus sine vocibus disciplina, aut perceptio confici nequaquam potest.

Postremò sciendum est, quod quamvis nutibus, rebusque aliis corporis mutis, & surdis multa pateant; hoc nihilominus effici nequit (præter quædam pauca, ut comedere, bibere, dormire, & huiusmodi) nisi maxima cum difficultate, & valde confusè; propterea quod ad omnia particularia, & rerum circumstantias degeniri nequaquam potest. Nam si exempli gratia, velim ostendere Florentinum, ac Senensem, cuiusdam Commendæ causa, Romæ armis decertasse, conuicia minimè potero exprimere, & verba, quæ consecuta sunt: forsitan etiam nec causam illius pugnae; si verò in manibus mihi arma non sint, difficultate, quibus armorum generibus sit decertatum, ostendam. Postò si idem mutus nunquam Florentia, Senis, ac Romæ extiterit, pugnantium Patias, pugnaeque locum, nisi confusè, non potero indicare, nempe versus loca illa innuendo. Ni Geographum eundem facere velimus, manibusque depictum orbem gestemus.

15 Propterea concludendo dicamus, surdum, ac mutum natura, præter quædam pauca, quæ reliquis sensibus potest percipere, & pauca, quæ nutibus, confusè tamen, eidem possunt declarari; necessarium esse in maxima rerum ignorantia versari; & quoad sciendum, & intelligendum, humanam, ut ita loquar, esse belluam. † Hinc meritò civilis ratio, exceptis contractibus, in quibus simplex tantummodo requiratur consensus, qui etiam facile nutibus exprimitur; prohibet surdis, & mutis natura, † dispositiones quascumque, & præcipuè causa mortis, ut videre est in l. discret. C. qui test. sui. poss. eosdem circa

huiusmodi dispositiones variosis, ac motuis comparando, ut in Leumi Prætor. ff. de iud. & in Lübenus. C. de testam. † Propterea Princeps secundum conditionem Doctorum sententiam, in hoc dispensare non potest, cum talis prohibitio super defectu, ac naturali impedimento sit fundata; ut inferius suis locis aperte demonstrabitur.

## S P M M A R I V M.

- 1 Mutus tantum scientias habere potest.
- 2 Arys Crasi filius, & quidam Athleta muti locuti sunt, & num. 3.
- 3 Surdus ex accidenti, si litteras didicerit, potest scientias edoceri.
- 5 Surdus natura est etiam mutus, & cur num. 6. & 7.
- 8 Historia de quibusdam infantibus in fluitu enutritis.
- 9 Infantes si alerentur, ubi non audirent homines loquentes, constituerent inter se peculiarem linguam.
- 10 Surdus, & mutus est coco infelicio.
- 11 Cæcus potest dici infelicio surdo, & muto, & quomodo.

## An debeant dici infeliciores Cæci, vel Surdi, &amp; Muti.

## CAP. III.

Cum superius latè sit demonstratum, cæcos, surdos, ac mutos posterioribus, & magis necessariis esse sensibus destitutos, & propterea admodum esse infelices, posset consequenter inquiri, quinam eorum infeliciores dici debeat, loquor tamen de surdis, & mutis simul, quibus natura hæc insunt vitia.

- 1 † Nam si quis tantummodo mutus esset, ei non deficeret rerum, ac scientiarum cognitio, quæ per auditum adipiscitur. Et licet loquela animi sui sensus non posset exprimere; posset tamen scriptura. † Talem vero fuisse Arys Crasi filium certum est, qui cuidam parentem suum stricto gladio petenti dixisse fertur; d homo ne occidas Crasum: impetu enim vitium, ac nodum linguæ erupit. † Hoc, & simile aliud refert Gell. Noct. Att. lib. 5. cap. 9. de quodam Samio Athleta; hi namque si simul surdi fuissent, isthæc proferre nesciissent, quibuscumque etiam remotis impedimentis, ut mox diceret. Nec etiam loquor de surdo tantum, nam aut esset surdus ex accidenti, aut natura; † si ex accidenti per auditum præcedentem rerum cognitionem; & scientias acquirere potuisset, & postea surdus posset adhuc edoceri per scripturam animam suam loquendo patefacere. Si verò natura, & tunc non posset dari casus, ut hæc vitia sint separata; † nam si esset natura surdus, necessario esset mutus, ut Arist. docet lib. 4. de nat. Anim. cap. 9. cuius rei Anatomici rationem afferunt huiusmodi; † dicunt enim ex cerebro nerviculos quosdam coniunctim descendere, & postea separari in tres partes; harum unam ad linguam accedere; eamque movere ad loquendum; reliquas autem ad aures propeare, & auditui deservire, & sic cum loquela, & auditus ex eodemmet principio proueniant, existente impedimento in vno, existere & in alio. Verum hæc ratio concludere posset, si vitium esset solum in nerviculis, antequam disjunctantur; sed quia potest etiam esse post disjunctionem, vnde videmus quosdam ex vna tantum aure natura esse surdos; non sequitur de necessitate propter hoc, surdum natura debere consequenter esse mutum.



mutum. Vnde potius dicendum est, naturâ surdum idem esse mutum; † quia quamvis habeat linguam aptam ad loquendum, tamen quid loqui debeat profus ignorat; cum per auditum, nec voces vllas, nec significationem vnquam addiscere potuerit. Et hinc videmus huiusmodi surdos linguam optimè enotare, sonum emittere, syllabasque, nullius tamen significationis, proferre. Ex quo facile cogno- ei potest, quod si per auditum aliquid possent percipere optimè enunciarent; ad loquendum enim, non solum linguæ aptitudo, vt ita loquar, necessaria existit; sed insuper, vt quid proferre debeam, non ignorem. Sit exemplum in loquente, & audiente, qui si solum exempli gratia vulgarem possideat linguam, nec Græcè, nec Latine, nec Hispanicè loqui poterit, quacumque aptitudine non obstant. Nec de aliquo natura surdo apud scriptores legitur, qui non fuerit mutus quemadmodam si fieri potuisset per tot transacta sæcula verisimiliter euenisset.

Diuersa tamen ratio esset in illis, qui licet haberent auditum, & loquelam; nihilominus in iis essent relictis educati, vbi nunquam homines loquentes exaudissent: † sicuti narratur de duobus illis Infantibus in syluis iussu Regis Ægypti enutritis, vt inter ipsum, & Phrygios de antiquitate suarum linguarum contentio dirimeretur, qui tandem quartum agentes annum, & coram Rege adducti clarè hoc verbum (Bec) protulerunt, quod Phrygium lingua panem denotat; ac propterea, eam Ægyptiam antiquiorem fuisse iudicaram refert Herodotus. Si autem hoc verum est, posset dici, tale verbum non ex seipsis enunciaisse, sed vel ex balantibus ouibus excerpisse, vel casu pronunciaisse. † At pro certo habeo, quod si infantes exponerentur, & alerentur in locis, vbi eis nulla vllius linguæ posset haberi cognitio inter seiplos peculiarem constituerent linguam, nomina rebus imponendo, & casu potius quam electione, & confusè absque vlla dicendi regula. Et ridiculum hæc videtur, quod asserunt aliqui, eos scilicet Hebræa, veluti antiquiori, vsuros esse linguam; Nam cum homines, quamvis linguas alias addiscant, hebræicè non loquuntur, prout loquerentur, si linguæ illius cognitio insita nobis esset natura? Quod tamen locum non habet in natura surdis, qui cum non audiant, quod proferunt, nequeunt ex hoc linguam vllam constituere, vt illos diximus esse constitutos, qui audiunt, licet alii essent, vbi loquentes nunquam homines audiuissent.

Sed vt mea reuertatur, quo digressa fuit, oratio, quinam horum sit infelicio; num scilicet cæcus, an sordus, ac mutus simul. † Existimo sordos, ac mutos infeliciores dici debere. Nam licet visus ad consuetudinem inter viuos, libertatem viuendi, vitæque necessaria sit melior; tamen auditus magis est vtilis ad hominis perfectionem, propterea quod per auditum scientiæ acquirantur, vt capite superiori est demonstratum; & cum intellectus sit ille, qui hominem reddit perfectum, surdi verò, ac muti huius sint incapaces perfectionis, sequitur dicendum, eos cæteris aliis esse infeliciores, & præsertim cæco, qui scientias omnes, præter scientias colorum, potest acquirere. Clarum autem est, illam maiorem dici infelicitatem, ac maius malum, quod nos magis à perfectione distrahit, imperfectioni adiungit, vt est scientiis omnino priuati; quod sanè belluis ipsius nos facit esse similes. † Si autem considerentur dumtaxat vitæ necessaria, infelicio dici debet cæcus; cum visus ad vitam magis conferat, vti ex iam dictis

satis liquidè apparet. Sed iam tempus est; vt ad quaestiones legales accedamus.

## S V M M A R I U M.

- 1 Cæcus dicitur ille, qui omnino orbatus existit.
- 2 Cæcus non est, qui parum videt.
- 3 Lex hæc consultissima, C. qui test. fac. poss. procedit solum in cæcis luce omnino carentibus.
- 4 Statutum puniens aliquem obocæcantem non procedit in eo, qui visum alicuius debilitauerit.
- 5 Lex hæc consultissima, C. qui test. fac. poss. procedit in cæcis ex quacumque causa.
- 6 Cæcus quomodo quis probetur.
- 7 Cæcus semel non semper præsumitur cæcus, quod tamen declaratur.
- 8 An standum sit Notario asserenti in Instrumento aliquem esse cæcum, vel mentis, & visu sanum.
- 9 Cæcus dicitur morbosus.

Cæcus quis propriè dicatur, vbi non-  
nulla de cæcitatibus probatione.

## CAP. IV.

- 1 Cæcus ille propriè dicitur, qui omnino orbatus est. l. C. qui morb. se excus. lib. 10. † ille namque, qui parum videt, non dicitur cæcus, vt dixit Bald. in tractat. ferm. in fin. At ideo l. hæc consultissima, C. qui test. fac. poss. † procedit solum in cæcis luce omnino carentibus, vt ibi declarant scribeantes, & tradit Nat. in consil. 210. nu. 1. secutus à Mascard. de probationi. conclus. 278. num. 2. Vnde si quis offuscata solium habeat lucem, cæcus nequaquam dici poterit, vt docent Bald. Angel. & Paul. de Castre. in l. binas ades per illum text. ff. de seruis. Urban. præd. Ludovici. conclus. 57. vers. sic. & ei dicitur, † ex quo inferat ad statutum puniens aliquem obocæcantem, vt non procedat in eo, qui alicui visum debilitauerit, vt per Nat. & Mascard. locis citatis. † Non refert tamen, an quis à natura, vel ex accidenti cæcus enaserit, vt in dict. l. hæc consultissima, Specul. in tit. de instrum. edit. 5. compendiosè vers. decimo sexto cæcus, & vers. quid de excolato propter crimen.
- 2 Quomodo autem quis probetur cæcus, docet Bart. in leg. 2. ff. de bon. poss. sur. & inf. dela. vt si testes dicant, aliquem habere oculos clausos, vel euulsos, in quo nulla cadet dubitatio: si verò quis clausos oculos non habeat, dicit Bart. probari cæcitatē, si testes dicant, se semper vidisse talem ire cum duce, & quod sine duce ire non poterat, & tradit Dec. in dicta lege hæc consultissima, Roland. de testam. rubr. 61. nu. 10. Sebast. Medic. de fact. cas. part. 2. quest. 6. num. 57. de quo etiam per Mascard. conclus. 278. in principio. Verum etiam non omnino orbati pro maiori securitate duces quandoque habere solent: & multos profus visu carentes absque duce, & baculum solummodo gestantes vidi ambulare per Ciuitates, & vicos, particulatium Domus inuenientes, ac ingredientes, & alia plura peragentes, quæ prima facie quodammodo impossibilia videntur: nonnulla de quodam nostro Paterniano cæco à natiuitate recensere possem, & longè maiora de aliis cæcis, & vidi, & audiui, in quibus recensendis non est, quod tempus conteram. Dicam solum, concludentem propterea non esse probationem, quod quis ire soleat cum duce, vel sine duce: nisi insuper testes addant alia, ex quibus cæcitas appetè dignoscatur: puta, quod aliquem

non recognoscebat, nisi ad vocem, quod sensim ibat, quod ambulando sine duce interdum in lapides, quandoque in patietes, sæpè in bestias, non raro in homines incidebat; quod diem à nocte distinguere nesciebat, & plura alia similia, quæ uti per se notissima prætermitto. In bestiis verò cæcitas dignosci solet apponendo manus ad oculos ex motu palpebrarum.

7 Animaduertendum tamen est, quod semel cæcus, non semper præsumitur cæcus: ut per Batt. in d. l. 2. nec cæcus de præterito præsumitur de præsentis, cum curari potuerit, Batt. loc. cit. Alex. in l. prædita rerum num. 3. ff. ad leg. Falg. Mascard. in dict. conclus. 278. nu. 6. Ludou. in d. concl. 17. vers. & u dicitur. Quod tamen intelligendum est, si talis fuerit cæcitas, ut curari poterit: secus si alicui exempli gratia, euulsi in totum essent oculi, tunc namque etiam in futurum deberet præsumi cæcus, cum solum omnipotentis Dei miraculo sanari potuerit, ut de cæco à natiuitate legitur in sacris paginis.

8 Et cum cæcitas probari debeat, dubitant Doctores, an standum sit Notario asserenti in testamento, vel instrumento, aliquem esse cæcum, & negatiuam pattem in puncto tenuit Ceph. in consil. 72. num. 1. & seqq. Rimin. Junior in consil. 34. num. 16. lib. 1. & de communi prius Ias. in leg. sanum mente sub num. 2. C. de transaction. illa enim verba intelligantur appositæ per errorem, & uti enunciatiua non probant, maximè si de ipsis principaliter dubitetur, ut per Rimin. loc. cit. num. 29. & seqq. ac ideo aliter essent probanda, Natt. consil. 210. num. 1. & 2. Ludou. in d. conclus. 57. vers. declaratur, unde producens tale testamentum in hoc sibi non præiudicaret, ut post alios dixit Rim. lun. in d. consil. 34. nu. 23. & seqq. Ludouil. in d. concl. 57. vers. ampliamur, & declaratur.

Et per eadem rationes non esset credendum Notario asserenti testatorem fuisse mente, & visu sanum, Menoch. de præsumpt. præsumpt. 79. nu. 17. lib. 2. non creditur enim Notario, nisi de his, de quibus fuit à testatore rogatus, Ceph. in d. consil. 72. num. 1. qui propterea num. 3. subiungit, quod quemadmodum non creditur Notario asserenti testatorem esse mente sanum, sic etiam pari ratione non creditur, si asserat fuisse cæcum, vel aliqua alia infirmitate detentum; sunt enim hæc omnia verba enunciatiua Notarij, quæ propterea non probant, ut per suprascriptos Doctores: ac idèd alias dicebam in factò, depositionem Notarij, qui in testamento asseruerat, testatorem esse visu sanum, nil prorsus probare, dum postea deponit, testatorem non fuisse cæcum, cum dicatur deponere in causa propria, ad defendendum nempe eius assertionem factam in testamento, & ad tuendum proprium honorem, quod se rogauerit de testamento cæci absque debitis solemnitatibus, & idem dicebam de testibus, qui eum fuerint testes in testamento nullo; & consenserint assertioni Notarij dicentis, testatorem fuisse visu sanum, de eorum pariter interesse, saltem honoris tractari videtur.

Verum quoniam in antiquis quandoque verba enunciatiua probant, quod quando verum sit, non est præsentis indaginis, in illis omnibus casibus, in quibus verba enunciatiua probant, diceretur per similes assertiones factas à Notariis in instrumentis probata cæcitas, vel visus.

9 Tales autem esse morbosos, non est dubium, & probat text. in leg. & proterui, ff. de adil. edit. & dicam infra in cap. 36. num. 3.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cæci testari possunt, multis tamen seruatis solemnitatibus, de quibus num. 5.
- 2 Solemnitates requisita in testamentis cæcorum sunt inuenta ad tollendas fraudes.
- 3 Testamenta cæcorum dicuntur nuncupatiua.
- 4 Cæcus non potest testari in scriptis.

## An cæcus possit testari in scriptis.

## CAP. V.

Cæcorum dispositiones, de quibus in sequentibus nostra erit disputatio, ad tria capita reduci posse existimo, vel enim concernunt vltimas voluntates, vel varia genera contractuum complectuntur, vel iudicia respiciunt: sed primum videamus de vltimis voluntaribus. Pro cuius rei inuestigatione, primo loco generaliter querendum erit, an cæcus testari possit; sed de hoc nulla est dubitatio,

- 1 ¶ cum habeamus textum expressum in leg. hac consultissima, C. qui test. facere poss. qui cæcis testandi concedit facultatem, multis tamen adhibitis solemnitatibus, de quibus in dict. l. hac consultissima, & habetur in
- 2 §. cæcus inst. quib. non est permis. sac. test. ¶ quæ solemnitates fuerunt inuenta ad tollendas fraudes, ut habetur in d. l. hac consultissima, in illis verbis; sed ne locum quidem vltimum relinquat insidiis tot oculis spectata, tot insinuat sensibus, tot insuper in tuto locata manibus. Et id procedit tam in cæco à natura, quàm ex accidenti, cum in utroque eadem vigeat ratio, ut in eadem lege habetur. ¶ Adhuc tamen testamenta cæcorum, debitis solemnitatibus confecta, nuncupatiua appellantur, ut in eadem lege; licet namque multa requirantur, quæ testamentis in scriptis similia reddere videntur; multa tamen desunt; ita ut potius nuncupatiua appellari debeant, certis tamen solemnitatibus confecta, ad tollendam omnem fraudis suspicionem. ¶ Imò cæci non possunt in scriptis testari, ut in d. l. omnes notant Doctores, non possunt enim nec testamentum signare, nec se subscribere; sed debet eorum voluntatem testibus aperire, quod non est in Testamentis in scriptis, ut ibi notat Dec. n. 4.
- 5 Seruatis igitur solemnitatibus, de quibus in d. l. hac consultissima, cæcos testamenti factionem habere, dicendum est, ut per Natt. ibi num. 6. Alex. num. 12. Ias. num. 8. Dec. num. 22. Zab. in cap. cum esses nu. 7. de testam. Ruin. consil. 84. Boer. cons. 34. num. 3. Sebast. Medic. de fortuit. casibus par. 2. quæst. 6. nu. 56. Bapt. à S. Mal. de arbitr. nu. 33. & passim scribentes necessarias, de quibus dicam in sequentibus; & alios nouissimè citat Diana resol. moral. par. 5. tract. 6. de mutis, surdis, & cæcis resol. 26. ubi refert solemnitates.

## S V M M A R I V M.

- 1 Notarius debet se subscribere in testamentis cæcorum.
- 2 Testes debent subscribere testamentis cæcorum.
- 3 Testes non debent se regulariter subscribere, quando Notarius rogatur de aliquo instrumento.
- 4 In testamentis cæcorum, loco Notarij, si habere non possit, alter litterarum peritus se subscribere debet.
- 5 Notarius in testamentis cæcorum suum debet apponere signum.
- 6 In testamentis cæcorum necessaria est scriptura, & dicitur de essentia.

- 7 *Cæcus antequam testetur debet coram testibus suam voluntatem patefacere, & an hæc solemnitas sit de substantia, & an missa vitietur num. 8. & 20.*
- 9 *In testamentis cæcorum institutio debet poni in principio, contra num. 12. & seqq.*
- 10 *Ablatiui absoluti conditionem important, & quando non num. 17.*
- 11 *Conditio formam importat.*
- 13 *Hæredis institutio dicitur caput testamenti, licet ponatur in fine.*
- 14 *Omissio leui solemnitatis non vitiat.*
- 15 *Lex, hæc consultissima, C. qui testamenta facere possint, declaratur.*
- 16 *Statutum requirens plura pro forma, debet intelligi de his, qua sunt alicuius momenti.*
- 18 *Testes in testamentis cæcorum an debeant scribi in principio testamenti, vel in fine.*
- 19 *Subscriptio debet fieri in fine.*
- 20 *Cæcus coram testibus debet suam voluntatem aperire, potest tamen mandare Notario, vt prius omnia scribat.*
- 21 *Cæcus debet dilucide, & clare nomen hæredis exprimere, & saltem per duas demonstrationes, & quid si nomen esset per se clarissimum nu. 22. & an hoc requiratur pro forma num. 23. & 25.*
- 24 *Sola nominis expressio fundat intentionem, nisi de pluralitate ostendatur; & præcipue in quibusdam nominibus singularibus.*
- 26 *Testamentum cæcorum forma, remissive.*
- 27 *Maritus cæcus an possit præstare consensum uxori testari volenti.*
- 28 *Solemnitates, de quibus in leg. hæc consultissima, C. qui testamento facere possint, cessant cessante fraudis suspitione, quod exemplis declaratur.*

## Quæ solemnitates requirantur in testamentis cæcorum.

### Cap. VI.

**P**ures à Doctoribus considerantur solemnitates in testamentis cæcorum necessariæ, quæ omnia desumuntur ex *l. hæc consultissima, C. qui testam. fac. possint*, de quibus *Clar. in §. testamentum quest. 17. Bar. conf. 47. num. 10. & seqq.* Ludouil. *conclus. 57.* vbi plures citat,

1 † quatum prima, ac præcipua illa dici debet, quam omnes sequuntur, vt Notarius testamentum subscribat, † idemque de testibus asserunt, qui patiet cæcorum testamenta subscribere debent; † quod speciale est in testamento cæcorum, regulariter enim, quando Notarius de aliquo actu rogatur, non requiritur testium subscriptio, *l. in donationibus, C. de donat. Iaf. in d. l. hæc consultissima sub nu. 1. vers. secundo requiritur;* & hæc duo requisiti ab omnibus approbati, & ex text. desumi, dicunt ibi scribentes; † Vnde si Notarius haberi non posset, alter litterarum peritus esset adhibendus, vt in *dic. leg. hæc consultissima, qui loco Notarij, vna cum alijs septem testibus se subscribere deberet.* Ac propterea *Rimin. in conf. 24. nu. 10. lib. 2. tener.* testamentum esse nullum, si duorum solum desit subscriptio, vel sigillum: & licet reprehendatur à *Riminald. Junior. in dic. conf. 34. nu. 51. & seqq.* tamen verior eius opinio appeatur à *Ludouil. dic. conclus. 57. vers. verior tamen;* imò in dubium quodammodo non videtur reuocanda, stante clara citati text. dispositione; vnde nec mihi arridet conciliatio *Ludouil. loc. citat.* nempe opinionem *Rimin.* procedere posse, si testes, qui non subscripserunt, viuunt, & de veritate Testa-

menti deponant, nam cum solemnitates, de quibus in *dic. leg. hæc consultissima*, requirantur pro forma, sat est ad annullandum testamentum, ipsas non fuisse adhibitas.

- 5 Tertium est requisitum, vt testes non solum se subscribant, sed etiam vt ipsorum signa vna cum Notario apponant, vt in verbis habetur in *dic. leg. hæc consultissima*, & docent Doctores supra citati, qui & de subscriptione, & signo loquuntur.
- 6 Et ex his, vti corollarium quartum sequitur requisitum, necessariam esse scripturam, & vt hæc testamenta in scriptis redigantur; aliter enim nec Notarius, nec testes ipsum subscribere, ac signare possent; & licet in alijs nuncupatiuis Testamentis scriptura sit ad probationem tantum, in Testamentis tamen cæcorum dicitur de substantia, ita vt absque ipsa scriptura non valeant.
- 7 Quintum ex *d. l. hæc consultissima* desumunt requisitum, vt testator conuocatis testibus, ac Notario, antequam ad aliquam veniat dispositionem, dicat, & patefaciat, se velle nuncupatiuum condere testamentum; quod in alijs Testamentis non requiritur, cum satis sit, testatorem suam patefacere voluntatem in actu ipsius Testamenti, absque quod illam prius præmittat *leg. in testamentis, C. de testam.* Hocque requisitum ex verbis *d. l. hæc consultissima* desumunt, vt per *Cyn. Bartol. Fulgos. Paul. de Castr. Decium, & alios, & tradit Rolandin. de Testam. rub. 61. n. 5.* & licet *Salic. asserat d. l. in testamentis* contrigere *dic. l. hæc consultissima*, id tamen nulla ratione allercendum venit, vt optimè animaduertit *Iaf. ibi n. 1.* licet enim *d. l. in testamentis* sit posita post *hæc consultissima*, quantum ad ordinem, hinc tamen dici non potest, vt sit posterior; sed dato, quod esset, vt ex earum auctoribus colligi videtur, tamen ipsa loquitur regulariter, ita vt non possit corrigere *dic. l. hæc consultissima* specialem casum ponentem, ad *glor. in l. sciendum, in princip. ff. qui satisd. cog.*
- 8 Reputatur tamen ab *Alex. Iaf. & alijs* hæc solemnitas ita leuis, vt ipsius omissio non debeat vllò modo testamentum annullare, & sequitur *Rimin. in d. conf. 24. nu. 42. & seqq.* licet non admodum arrideat *Ludouil. in d. dec. 57. vers. ita tamen.* Præterquam quod dici posset, secundum *Vig. in §. cæcus, Inst. de testament. d. l. hæc consultissima*, id non ponere vti specialem in testamentis cæcorum: sed vti regulare in omnibus testamentis, quod hodie per *d. l. in testamentis* correctum, & hanc opinionem esse veriorē, dixit *Valq. controuers. illustr. cap. 113. num. 10.*
- 9 Sextum ex eadem lege aliqui desumunt requisitum, vt licet in alijs testamentis non fiat differentia an institutio hæredis sit in principio, vel in fine *§. ante hæredes, Inst. de leg. l. ambiguitates, C. de testam.* in testamentis tamen cæcorum sit necessarium primo loco ponere hæredis institutionem, vt ibi dicunt *Cyn. Ric. Bart. Alber. Fulgos. Dec. Ater. in d. §. ante hæredes, & in §. cæcus, Inst. in quibus non est permittum facere testamentum. Veron. caut. 91. incipiente in testamentis,* & tradant alij, quos citat *Rol. conf. 83. in princ. vol. 1. & Valq. controu. illustr. cap. 103. n. 10.* Hic enim est ordo, & modus, in lege prædicta, † qui cum per ablatiuos absolutos ponatur, conditionem important *l. à testatore, C. de condit. & demonstrat. † & conditio formam in dicit, Bald. in auth. Matri auis, C. quando mult. tut. off. fungi poss. Dec. conf. 77. in principio, & in conf. 466. col. pen. in fin. Ge. 2. d. conf. 73. cui formæ nihil addi, vel detrahi potest, Bald. in l. suo, C. de suis, & leg. quod Dec. in d. l. hæc consultissima, nu. 7. & seqq.* ex pluribus probat, vt *Iafoni* more suo contradicat.

- 12 Contrarium tamen optimè defendit Bald. lex enim prædicta loquitur secundùm consuetum, & antiquum testandi modum, qui erat, vt prius nomen hæ-
- 13 redis proponeretur, † quod hodie reperitur correctum, vt in d. *S. ante hæredis*: licet namque in fine ponatur, adhuc dicitur caput testamenti, & in capite
- 14 intelligitur apposita l. 2. C. de inutil. stipul. † secundo omisso leuis solemnitate non vitiat, vt per Bald. in d. l. hac consultissima, & l. rationem sub n. 1. vers. ego etiam, latissimè comprobantem, & Rol. in d. conf. 82. nu. 10. dat exemplum de signo crucis in principio inuentarij, l. fin. §. 1. C. de inv. delib. hanc autem esse leuissimam solemnitate certè negari non potest, cum nullius sit præiudicij, vt in ea cesset ratio, ob quam solemnitates in testamentis cæcorum fuerunt inuentæ, fraudis nempe suspicio, vt in d. l. hac consultissima: & hanc partem tenuit Specul. in tit. de instrum. edit. in §. vt autem, vers. illud quoque, vbi docens formam testamentorum cæcorum, prius ponit legata, & deinde hæredes institutionem; dem voluerunt Paul. de Castr. Rom. Alex. & Iaf. in eadem l. hac consultissima, & optimè probat Rol. conf. 26. vol. 1. vbi dicit, ita esse tenendum, & sequitur Dilect. de arte testandi tit. 1. c. aut. 8. n. 2. Rimin. lun. d. confil. 84. n. 5. Gomez. variat. resolut. cap. 2. n. 5. Bart. d. conf. 47. nu. 10. Boer. qui de consuetudine testatur dec. 240. & sic vbiq; vidisse obseruari, Ludou. d. conclus. 57. vers. contrarium, & allegat Brun. in tract. de forma solemn. in act. quando aliqua censeantur tradita pro forma conclus. 2. vers. & præpostera. & conclus. 2. vers. prædicta conclusio, vbi testatur, hanc esse magis communem opinionem.
- 15 Nec obstant, quæ in contrarium adduci soleat, cum dict. l. hac consultissima non ponat pro forma, quod prius ponatur institutio; sed de ipsa prius mentionem facit, cum regulariter antiquitus in primis, & ante omnia institutio hæredis apponi esset solitum; quod cum hodie sit sublatum, etiam in testamentis cæcorum sublatum esse intelligi debet; id namque in ipsis non magis specialiter erat dispositum: & licet in fine d. legis dicatur ibi tradita requiri pro forma, ea tamen pro forma requiri intelligi debent, quæ sunt alicuius momenti, ad tex. in l. fin. §. & si præfatam cum glos. C. de iur. delib. Brun. in d. conclus. 2. vers. & facit, qui allegat Sig-
- 16 gnor. dicentem in conf. 87. in §. col. quod † si statutum plura ad actum requirat, & addat, ea omnia requiri pro forma, debet intelligi, vt requirat pro forma ea, quæ sunt alicuius ponderis, non autem solemnitates leues, & Brunum sequitur Rol. d. conf. 82. n. 13. & 14. ablatiui absoluti important conditionem quantum ad solemnitates essentielles, non autem leues, Alex. in l. 17. §. prim. col. 2. ff. de vulg. & pupil. † secundo regulam declarat Brun. in dict. 11. conclus. vt ablatiui absoluti important conditionem, quando disponunt super eo, quod est à iure certum, & per Bald. in repet. l. 1. in 2. opposit. de leg. 2. & Bart. in l. cum stipulatus, in princip. ff. de verb. oblig. quæ omnia sequitur Rol. loco citato n. 15. & 16. Ad di etiam pollet dict. l. hac consultissima in fin. dispo-
- 17 re, vt ea omnia requisita intelligantur pro forma, hoc est, ea omnia specialiter in testamentis cæcorum requisita, de quibus ibi, sed institutio hæredis, quod fieret in principio testamenti, non erat speciale in testamentis cæcorum, vt supra dictum fuit: ergo &c. à qua sententia, vt magis communi, nullo modo venit recedendum.
- 18 Septimum requisitum, quod desumunt nonnulli ex dict. l. hac consultissima, falsum pariter reputari debet, testes nempe norandos, & scribendos esse in principio testamenti; cum prius vocati debeant, vt per Bal.

- & Salic. ibi, qui tamen id nihil referte fatentur. Imò, cum scripturam subscribere debeant, in fine testamenti id fieri debet: Bald. namque in tit. de pace constit.
- 19 vers. palla, & vers. die luna dicit, † quod quando testes debent se subscribere, id in fine scripturæ fieri debet, locorum tamen consuetudinem spectandam esse, omnes concedere videntur, vt per Alex. in dict. leg. hac consultissima in princip.
- 20 Octauo requiritur, vt testator voce propria coram testibus eodem tempore, & vnico contextu totam suam voluntatem exprimat, ita vt eodem tempore scribatur, & subscribatur: & iste videtur modus in dict. l. hac consultissima requisitus: Verum quia interdum testatores mortis cogitatione turbati de omnibus memoriam habere non possunt, ipsis permissum est tabellioni prius omnia patefacere ad hoc, vt de eius voluntate scripturam conficiat, eamque conuocatis testibus legat, & testator asserat illam suam esse voluntatem, vt in eadem lege habetur, & tradit ibidem Alexan. n. 6. de quo etiam per Iaf. sub nu. 10. vers. quare principaliter; hicque videtur dictæ legis verus sensus; quicquid dicat Ang. & ante ipsum Oldr. vt per Iaf. num. 10.
- 21 Nonno, & vltimo requiritur, vt ipse testator aperte, & clarè personam hæredis exprimat, ita vt non solum nomen, sed etiam cognomen apponat, vel per alia clara, & dilucida indicia personam hæredis indicet: vt per scribentes omnes in d. l. hac consultissima, qui volunt saltem per duas demonstrationes hæredem describi, Bart. in leg. demonstratio falsa in 7. quest. de condit. & demonstrat. idem Bart. in l. liberorum, vers. circa personam, ff. de accusat. de quo per Alex. in confil. 153. lib. 2. & tradit Dec. in dict. l. hac consultissima, num. 14. & 15. quod dispositum reperitur, nec circa personam hæredis aliqua
- 22 oriatur ambiguitas. † Vnde si nomen esset tale, vt ex ipso absque ambiguitate persona hæredis posset reddi certa, alia non esset necessaria expressio, vt per
- 23 glos. ibi in verbo iudicia, & Iaf. nu. 12. † illa enim declaratio non requiritur in tex. pro forma, nisi quatenus aliqua simplex nominatio possit obscuritate parere.
- 24 re: † Et sola nominis expressio fundat intentionem, nisi de pluralitate nominum ostendatur, arg. tex. in l. si in rem, ff. de rei vendit. vbi Bart. idem in l. si quis seruum, §. inter duos, in fine, ff. de leg. 2. quod eo magis procederet, si nomen esset omnino singulare, vt de Gallopasso exemplum dat ibi glosa, & sequitur Dec. in dict.
- 25 l. hac consultissima nu. 16. & seqq. † sitamen lex, vel decretum alterius progredere annullando testamentum absque duabus demonstrationibus: dicerentur illæ duæ demonstrationes requisitæ pro forma, quo casu absque ipsis, non obstante, quod persona esset certa, testamentum esset nullum, Alex. conf. 27. n. 2. lib. 6. Dec. loco cit. num. 20. quod non est in terminis d. l. hac consultissima.
- Id tamen, quod dicunt Doctores de nominatione hæredis, debet intelligi, si ipse hæres sit natus, vt per Rim. in in d. conf. 84. in fin. cæcum enim, & filios nascituros, quorum nomina ignorari necesse est, instituire posse non est dubium, & tradit Ludouic. d. conclus. 57. vers. quarto requiritur, † formam autem testamentorum cæcorum ponit Specul. in tit. de instrument. edit. §. compendiose, vers. illud autem non est ignorandum, & Roland. de testam. rub. 6. in princip.
- 26
- 27 Cum igitur cæci non sint prohibiti testari, licet in eorum testamentis maiores requirantur solemnitates, non video rationem, cur Carpan. super stat. Mediol. cap. 300. n. 41. dicat, Maritum cæcum non posse præterire consensum vxori testari volenti.

28 Vnum tamen pro complemento istius capituli committendum non duxi; has nempe solemnitates à lege requiri ad evitandas fraudes, quæ in testamentis cæcorum fieri possent, vt in *d.l. hac consultissima* expressè habetur, vbi Iason *num. 4. & Dec. num. 36.* Marcus Antonius Natta in *l. hac consultissima, §. ex imperfecto, numer. 37. C. de testam.* Ac propterea cessante fraudis suspitione, valeret testamentum cæci, etiam si prædictis careret solemnitatibus, Bald. in *d.l. hac consultissima, C. qui testam. fac. poss. vbi etiam Dec. num. 36. & Natta in d. §. ex imperfecto, num. 3. & sequitur Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. §. num. 2.* qui inter alias coniecturas ad excludendam falsitatis suspitionem considerat, si testator supercoerit per plures annos post illud conditum testamentum, cum enim illud non mutauerit, dicitur declarasse, se velle ipsum valere, vt per ipsum *nn. 4. idem & multo fortius dicendum esset, si cæcus ante cœcitate illud fecisset testamentum, in quo eadem ferè præcipuè circa hæredum institutionem disposuisset, tunc enim cessaret suspicio in testamento condito in cœcitate fraudes aliquas fuisse adhibitas; & tanto magis, si non vnum, sed plura præcessissent testamenta ad fauorem earundem personarum; tunc enim diceretur apparere de enixa eius voluntate, suspitionem fraudis prorsus excludente. Posset etiam considerari ad exclusionem fraudis amor, & beneuolentia testatoris erga personam institutas: & demum cessaret fraudis suspicio, si per testes probaretur verè sic disposuisse testatorem: & cessante fraudis suspitione, cessant prorsus supra dictæ solemnitates, vt per Menoch. & alios supra citatos.*

## S V M M A R I V M.

*Solemnitates, de quibus in l. hac consultissima, C. qui testam. fac. poss. an debeant obseruari in legatis, fideicommissis, & Codicillis.*

*Maiores solemnitates requiruntur in testamentis, quam in aliis vltimis voluntatibus.*

*Lex hac consultissima, C. qui testam. fac. poss. non auget numerum testium.*

*Lex hac consultissima, C. qui testam. fac. poss. sensus circa confectionem testamentorum, & Codicillorum.*

An solemnitates, de quibus in *l. hac consultissima, C. qui testam. fac. poss.* requirantur in legatis, fideicommissis, & Codicillis.

## C A P. VII.

**E** Aldem solemnitates obseruari debere in legatis, fideicommissis, & Codicillis, quæ in testamentis cæcorum obseruantur, expressè disponitur in *l. hac consultissima, C. qui testam. fac. poss.* solum est dubitatio, an ita obseruari debeant, vt quemadmodum in testamentis cæcorum septem testes vnà cum Notario requiruntur, qui testamentum signent, & subscribant, septem pariter sint necessarii testes in legatis, & Codicillis, vel potius dicta lex debeat intelligi, vt quemadmodum septem testes testamentarij subscribere debent testamentum, ita etiam testes in Codicillis adhibiti debeant Codicillum subscribere, & signare, nulla tamen, quantum ad numerum testium, facta

augmentacione, Iacob. Bore. Bald. Angel. Fulgos. Rom. & Alex. huius fuerunt sententiæ, eundem numerum testium esse adhibendum: mouentur omnes per citatum tex. in illis verbis: *Qua in eundem modum erunt obseruanda, quamuis non heredes instituerit, &c.* & ita consultiuit Alciat. *respons. 32. n. 6. Tom. 3.* & sequitur Valq. *controuers. illustr. cap. 107. num. 23. & seqq.* Balag. *de testamentis rub. 60. in fine, & rub. 61. n. 2.* alios citat Hond. *conf. 58. nu. 3. lib. 2.* Contrarium tamen alij senserunt, vt Saliç. Paul. de Castr. Dec. Iaf. & plures moderniores, à qua opinione non credo esse recedendum; licet eorum textus ponderatio in illis verbis, quæ codicillis habentur congrua, non admodum mihi acrideat; congrua, dicunt ipsi, haberet dispositio codicillaris cum quinque testibus, ergo de quinque testibus lex illa intelligi debet: diuersus enim est illorum verborum sensus: dicit Imperator, solemnitates supra positas in eundem modum esse obseruandas, quamuis quis nolit heredes instituerit, sed solum facere vel legata, vel fideicommissa, vel alia Codicillis congrua; hoc est, vel alia disponere, quæ in Codicillis congruè fieri possunt. Vnde melius Iaf. *ibid. sub nu. 10.* animaduertit, quod hoc stante, sequeretur, quod illæmet solemnitates requirerentur in testamentis, quæ in codicillis, quod absurdum admodum videtur, cum regulare sit, vt maiores solemnitates requirantur in testamentis, quam in aliis vltimis voluntatibus.

3 Præterea certum est, *d.l. hac consultissima* non augere numerum testium in testamentis, solum enim octatum requirit, non existente Notario, cur igitur volumus in Codicillis testium numerum auxisse. Imò hoc stante, sequeretur, quod in codicillis posset fieri hæredis institutio, si eadem requireretur solemnitas. 4 Nec obstant illa verba: *in eundem modum, &c.* nam verè tex. solum requirit modum, quo adhiberi debent testes in testamentis cæcorum, ita vt sit sensus, vt quemadmodum in testamentis testes debent se subscribere, ita etiam in codicillis se subscribere debeant, ac codicillum signare; illi tamen testes, qui in codicillis adhiberi solent, cum circa numerum nihil sit innouatum, & nouissimè sequitur Hond. *d. conf. 58. num. 5. & seqq. nec non num. 28.* sanè verum est, quod si non adesset Notarius ultra quinque testes, alter litterarum peritus adhiberi deberet, qui codicillum scriberet, ac signaret, vt in testamentis, in quibus non existente notario, octauus adhibetur testis; & hæc mihi videretur germana dictæ legis intelligentia, licet Rol. *de testam. sub rub. 61. seu ibi addentes n. 8.* dicant ad cautelam, & ad evitandas opiniones; bonum esse septem adhibere testes.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Cæcus an possit donare causa mortis absque solemnitatibus, de quibus in leg. hac consultissima, C. qui test. fac. poss. & num. seqq.*
- 2 *Donatio causa mortis an sit contractus, vel vltima voluntas.*
- 3 *Donatio causa mortis, quantum ad modum, dicitur contractus, quantum verò ad effectum vltima voluntas.*
- 4 *Solemnitates, de quibus in dict. leg. hac consultissima, respiciunt modum disponendi.*
- 5 *Cæcorum vltimæ dispositiones, vt valent, cautela est, vt apponatur clausula, valere saltem in vim donationis causa mortis.*
- 6 *Donatio causa mortis donatarij presentiam requirit.*
- 7 *Notarius stipulari potest pro his, quorum interest.*
- 8 *Donatio causa mortis potest etiam fieri absenti, interueniente epistola, vel nuntio.*

- 9 Cæcus an possit facere donationem causa mortis in testamento.  
 10 Donatio causa mortis facta absenti in testamento cæci, an valere possit in vim fideicommissi.  
 11 Cæcus non potest fideicommittere absque solemnitatibus, de quibus in hac consultissima, C. qui test. fac. poss.  
 12 Clausula codicillaris apposita in testamento cæci, confecta absque solemnitatibus, requisita, an importet fideicommissum.

Cæcus an possit donare causa mortis absque solemnitatibus, l. hac consultissima, C. qui testam. fac. poss.

CAP. VIII.

- V**idimus in superioribus capitibus, cæcum non posse nec testamentum facere, nec legare, nec fideicommittere absque solemnitatibus, leg. hac consultissima, C. qui testam. facere poss. nunc videndum est, si an saltem possit donare causa mortis, & dubium facit, quia licet cæcus possit omnes celebrare contractus, ut per Alexand. consil. 12. lib. 1. Dec. in dist. leg. hac consultissima n. 42. lal. n. 7. tamen donatio causa mortis videtur potius connumeranda inter dispositiones vltimarum voluntatum, quam contractuum; & hanc opinionem videri magis communem, dixit Marf. singul. 136. incipit, longa; licet alij velint imò assimilari vltimæ voluntati, ut per Boet. cons. 34. n. 2. tamen distinctio, quod aut loquimur, quantum ad modum, dum donatio est in fieri, & contractui æquiparatur: quantum verò ad effectum, & sic in facto esse, censetur vltima voluntas, glol. in leg. 2. in princip. in verbo legatum, ff. de dot. preleg. Et hanc esse communem distinctionem, ac sententiam, dixit Ial. in leg. cum antiquitas n. 2. C. de testam. Et in leg. 2. n. 1. ff. de leg. 1. vbi etiam Rip. n. 15. esseque communiter approbatam, dixit Socin. cons. 130. n. 9. lib. 1. quos refert, & sequitur Clar. in §. donatio quest. 5. circa princip. & plures alios citat Roland. cons. 82. n. 21. lib. 1. de quo optime Paris. consil. 97. vol. 3. vbi dixit, hanc opinionem totum sequi mundum, de quo Roland. loc. cit. num. 23. vnde cum t. solemnitates, de quibus in dist. leg. hac consultissima respiciant modum disponendi, non autem effectum dispositionis, dicendum est, cæcum posse donare causa mortis absque illis solemnitatibus, de quibus dictum fuit supra suo loco, ut Socin. in leg. 2. ff. de leg. 1. & esse communem opinionem probat Riminal. iun. de donat. num. 626. & ab ea non esse recedendum Mich. de Grass. in §. donatio causa mortis quest. 7. in fin. quicquid teneant alij per ipsum citati, & tradit Dilect. de arte testam. tit. 1. caut. 2. nu. 5. qui improbat Ruin. in cons. 24. sub nu. 10. volum. 2. contrarium sentientem, idcircoque damnat Riminal. iunior in consil. 84. num. 24. & seqq. & sequitur Ludou. concls. 57. vers. opinio tamen, qui testatur, Ruin. opinionem esse communiter reprobaram, & docet post alios Hond. cons. 58. num. 12. lib. 2. Scraph. dec. 966. num. 5. lib. 1. & post alios sequitur Diana resol. moral. par. 5. tract. 6. de mutis, surd. & cæcis resol. 25.
- 5 Ut igitur cæcorum vltimæ dispositiones valeant, cautela traditur à Dilect. loc. cit. ut donent causa mortis, vel in testamento apponant clausulam, valere saltem in vim donationis causa mortis; dicit tamen necessarium esse, t. vel ut donatarius sit præsens, tunc enim proprie dicitur donatio causa mortis, Bart. in leg. 1. circa finem, ff. de donation. & de communi Imola relatus à Dec. in consil. 196. num. 2. in fine, & de communi

- pariter Paris. consil. 88. nu. 98. lib. 3. Socin. iunior. consil. 67. nu. 18. lib. 3. Clar. in §. donatio quest. 5. vers. sed pone. Gom. z variat. resol. lib. 2. cap. 4. num. 16. Mich. de Grass. in §. donatio causa mortis quest. 9. in princip. vel ut t. Notarius stipuletur pro omnibus, quorum intere sit, potest enim notarius pro absentibus stipulari, lib. 3. vbi Bart. ff. rem pupill. sal. for. in leg. nec est, ff. de adopt. Et in leg. stipulatio ista, §. si stipulet, ff. de verbor. obligat. Dec. in consil. 607. Socin. in cons. 112. lib. 1. Dilect. loc. citat. ac idcirco non est simpliciter credendum Riminal. in dist. consil. 84. nu. 24. & seqq. quem sequitur Ludou. loc. cit. qui existimavit, cæcorum testamenta sustineri, per clausulas generales, ut valeant in vim Codicillorum, donationis causa mortis, vel alterius cuiuscumque vltimæ voluntatis; nam primò clausula codicillaris nihil operari potest, cum etiam in codicillis illæmet solemnitates requirantur, excepto tamen testium numero, ut in cap. (superiori) fuit dictum: quantum verò ad donationem causa mortis, ut debeat reputari donatio, donatarij præsentia requiritur, vel quod notarius, vel alter pro ipso stipuletur, ut superius fuit ostensum. Nec in vim alterius relicti valere potest, ut existimavit Riminal. cum etiam in legatis, & fideicommissis illæmet solemnitates sint necessariæ, ut in dist. leg. habetur, ac propterea crederem malè etiam sensisse Honded, qui in cons. 58. sequendo Riminal. dicit, relicta à cæcis in codicillis sustineri per illam clausulam, omni meliori modo, ut per ipsum nu. 17.
- 8 Posset etiam hæc donatio fieri absenti, epistola interueniente, vel nuncio, ut voluit glol. in leg. nec ambigui, C. de donation. quam communiter approbati dixit Roman. consil. 353. n. 10. Capuraq. dec. 180. nu. 9. Clar. in dist. §. donatio quest. 12. Mich. de Grass. loc. citat. n. 3. requiritur tamen, ut nuncius ad hoc sit specialiter deputatus, ut per suprad. glol. Corn. cons. 254. volum. 3. Suarez in Theaur. recept. sent. in verbo donatio num. 133. & seq. Mich. de Grass. loco citato n. 4. t. Et licet aliquid tenuisse videantur, donationem causa mortis à cæco in particulari instrumento fieri posse, secus in testamento; id tamen procederet, si deficeret donatarij præsentia, nec esset, qui pro donatario stipularetur; sed donatarij præsentia interueniente, vel alio pro ipso stipulante, utique fieri posset, ut pulchrè dixit Roland. in dist. consil. 82. nu. 24. & seqq. & declarat Dec. in consil. 196. & voluit Salyc. in l. 1. C. de donat. caus. mort. vnde illa clausula simpliciter in testamento cæcorum apposita nihil operatur, Ial. in consil. 82. vers. sed hoc non obstante lib. 3. vbi dicit, quod relicta in testamento cæci absque debitis solemnitatibus non valent in vim donationis causa mortis, deficiente donatarij præsentia omninò necessaria dist. leg. inter mortis, Bart. in dist. leg. 1. vel saltem pacto nudo, quod hodie sufficit, glol. in l. cum pater, §. Meusio, ff. de leg. 2. & in l. 2. C. de vir. dat. Roland. loc. cit. n. 27. & 28.
- 10 Nec dicatur tanquam donatio facta absenti valebit saltem in vim fideicommissi, Bart. in l. 1. ff. de donat. caus. mort. vbi etiam Imol. de communi, quem refert Dec. in consil. 196. num. 2. in fin. Paris. consil. 88. nu. 98. lib. 3. Socin. iun. consil. 67. n. 17. lib. 3. Clar. in §. donatio quest. 5. vers. sed pone: quinque tamen testibus interuenientibus, glol. in l. 1. C. de donat. caus. mortis, vbi Bart. Hon. consil. nu. 8. Gom. variat. resol. lib. 2. cap. 4. num. 15. Mich. de Grass. in dist. quest. 9. num. 5. t. nam responderetur, in casu proposito non posse valere in vim fideicommissi, quia cæcus non potest nec etiam fideicommittere absque illis solemnitatibus, de quibus in d. l. hac consultissima; ut ibi expressè habetur, & dictum fuit supra suo loco, si igitur non potest fideicommittere expressè, nec etiam tacitè

12 tacitè in vim fideicommissi poterit valere hæc donatio: & eadem ratione licet clausula codicillaris soleat operari fideicommissam, tamen in testamento cæci absque debitis solemnitatibus confecto nihil operatur, *gl. in dict. l. hac consultissima in verbo codicillis, vbi alij sequuntur Fulgent. consil. 91. Paul. de Galtr. consil. 362. lib. 2. Dilect. dict. caut. 8. num. 3.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Pater testando inter liberos non tenetur obseruare solemnitates iuris civilis, & num. seqq. de rationibus.
- 2 Suspicio falsitatis cessat in Patre testante inter liberos.
- 3 Filius de iure natura debetur parentum hereditas.
- 4 Cæcitesantes inter liberos an debeant obseruare solemnitates, de quibus in l. hac consultissima. C. qui test. fac. poss.
- 5 Generi per speciem derogatur.
- 6 Magis speciale quando aliquid dicitur.
- 7 Exceptio debet esse de regula.
- 8 Leg. hac consultissima, C. de testamentis inducitur secundum Fulg.
- 9 Leg. hac consultissima, §. ex imperfecto. C. de testamentis, de quibus solemnitatibus loquitur, & respectu cuius, & num. 17.
- 10 Cæcus potest testari inter liberos coram duobus testibus secundum communem.
- 12 Favor qui fundatur in equitate, presertur metui falsitatis.
- 13 In dubio illa opinio debet amplecti, quæ testamento fauet.
- 14 Leg. hac consultissima, C. qui testam. facere poss. an sit generaliter, lege hac consultissima in §. ex imperfecto C. de testam.
- 15 Leg. hac consultissima, C. de testamentis, generaliter loquitur in omnibus testamentis.
- 18 Cæcus testando inter liberos absque debitis solemnitatibus, an possit eos inequaliter instituire, & num. 20.
- 19 Pater testando inter liberos absque debitis solemnitatibus, an possit eos inequaliter instituire: & quid maxima existente inequalitate.
- 21 Cæcorum testamenta fauore descendendum valent absque solemnitatibus requisitis, & quid si institui solum sint proximiores, numer. 22. & quid si filij, & extranei simul fuerint instituti num. 23. quid hoc casu respectu legatorum, num. 24.

Solemnitates, de quibus in l. hac consultissima, C. qui testam. fac. poss. an sint necessarix, quando Cæcus testatur inter liberos.

## CAP. IX.

IN Iure satis notum est, Patrem testando inter liberos, non teneri ad obseruationem solemnitarum iuris civilis, idèd coram duobus testibus posse testari, vt est text. in leg. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testam. vbi omnes norant Doctores, *lal. in Auth. nouissima num. 16. C. de inoff. testamento. Iacobus Philip. Portius in consil. 2. numer. 8. & seq. Clar. in §. testamento quest. 21 & passim omnes, cuius dicti variæ adducuntur rationes illa prima; & quia in parentibus cessat omnis falsitatis suspicio, propter quam suspicionem in testamentis lex requirit maiorem numerum testium, vt per Curt. Iunior in dict. §. ex imperfecto sub num. 3. & Natt. nu. 107. Claro altera magis placet ratio, id inductum fuisse fauore liberorum, & quibus iure nature paren-*

tum debetur hereditas, de qua etiam ratione Natt. *loc. cit. n. 70.* sed ipse tertiam adducit, nempe fauore parentum id fuisse dispositum, ne scilicet ipsorum iudicia rescindantur, idque artidet Mich. de Grass. in d. quest. 11. n. 1. Quæ regula an sit semper vera, & in quibus casibus procedat non est præsentis indaginis;

- 4 solum ad propositum dubitatur, & an idem dicendum sit in testamentis cæcorum inter liberos testantium; qua in re diuersæ fuerunt opiniones; pro negatiua sic argumentantur multi, quos citat, & sequitur Alciat. *respons. 32. num. 2. tom. 3. generi per speciem derogatur l. sanctio legum. ff. de pen. & Sed dict. §. imperfecto est generalis in quocumque testante inter liberos, lex verò hac consultissima, C. qui testam. fac. poss. est specialis in cæco, ergo ista lex specialis generali derogat, probatque alio modo ibi Rom. & legem de cæco loquentem esse magis specialem, cum pauciora indiuidua sub se habeat, plures enim sunt parentes testantes inter liberos, quam cæci, & eodem argumento vsus fuit Cum. in consil. 113. Secundò Fulgent. in dict. l. hac consultissima, C. de testam. mouetur ex eo, quia ibi ponitur regula de testamento in scriptis, in §. verò ex imperfecto adducitur exceptio, si nempe fiat testamentum inter liberos; & sed exceptio debet esse de regula; ergo ista exceptio debet intelligi de testamento in scriptis, sed*
- 8 cæci in scriptis testari non possunt, & ergo dict. §. ex imperfecto, de cæcis intelligi non potest. Tertio mouentur aliqui ex eo, quia text. in dict. l. hac consultissima, C. de testamentis, loquitur de non cæco, ergo exceptio pariter, de qua in dict. §. ex imperfecto, de non cæco intelligi debet, quo argumento pariter vsus fuit Cum.
- 9 in dict. consil. 113. de quo infra n. 16. & Quarto *lal. in dict. l. hac consultissima sub n. 4. animaduertit dict. §. ex imperfecto, vna cum leg. fin. C. famul. ercisc. disponere, parentes sine debitis solemnitatibus testari posse inter liberos, respectu tamen solemnitarum in ipso actu testandi requisitarum; ergo non debent extendi ad solemnitates requisitas ratione personæ testantis, argumento eius, quod tradit *gl. in clem. 1. in fin. de seq. prop. & fruct. vt dispensatio facta circa vnum defectum non debeat porrigi ad alium, vt per ipsum. Quintò mouetur Cuman. in dict. consil. 113. ex generalitate text. in §. cæcus, lal. quibus non est permissum facere testam. & in dict. leg. hac consultissima, C. qui testam. fac. ere possunt.**
- 10 Quibus tamen non obstantibus, in contrarium est communis opinio; vt etiam cæcus possit inter liberos testari, adhibitis solum duobus testibus, iuxta dispositionem dict. §. ex imperfecto: & mouentur communiter
- 11 omnes, & quia lex ob fraudis suspicionem tor requirit solemnitates in testamentis cæcorum; quæ ratio cessat, si instituuntur liberi, qui adhuc ab intestato erant
- 12 successuri. & Secundò, hoc etiam casu concurrat fauor filiorum à scribentibus in dict. §. ex imperfecto perpenus, qui fauor pro fundamento habet equitatem, & scripturæ veritatem, vnde præualeat debet metui falsitatis, qui solum fundatur in fictione, rigore, & dubio, vt per *lal. dict. leg. hac consultissima sub n. 4. Tertio magis specialis est text. in dict. §. ex imperfecto, vt infra in solutione primi argumenti; ergo huiusmodi dispositio derogabit alteri dispositioni, generaliter prohibenti cæcis factionem testamenti, cum generi per speciem derogetur, leg. vxorem, §. felicissimus, ff. de leg. 3.*
- 13 cap. generi de reg. iur. in 6. & Quarto dicunt omnes, quod illa opinio est in dubio tenenda, quæ magis fauet testamento, vt tenuerunt Bart. Bald. Salyc. Paul. de Galtr. & Alex. in dict. leg. hac consultissima, & esse communem opinionem testati fuerunt ibi Dec. n. 36. & lal. sub numer. 4. & in consil. 26. versic. facit etiam multum lib. 1.

& communem appellat *Natt. in dict. §. ex imperfecto num. 39.* & de magis commune *Vasq. controuers. illustr. cap. 103. numer. 11.* & magis communiter sic concludere Doctores, dixit *Socin. consil. 263. circa princip. lib. 2. Boer. de off. 240. num. 20. Nat. consil. 210. numer. 3. & seq.* & hanc partem in iudicando esse sequendam, *Roman. in ead. leg. hac consultissima*, licet ipse contrarium teneat, idem *Ang. in dict. §. cæcus Insti. quib. non est permiffac. testam. & Iaf. in dict. consil. 26.* dixit de cavillosa opinione *Fulgen.* non esse curandum; sed communi opinioni inhaerendum, præcipue in iudicando, *Brun. de form. & solem. in tit. de correct. & relat. solem. vers. quinto quero*, vbi pariter de communi testatur, & probavit *Roland. in consil. 82. num. 18. & 19. lib. 1. Sebast. Medic. de fori. casib. par. 2. num. 56.* de quo etiam *Clar. in §. testamentum quest. 17. vers. quero*, & *Mich. de Grass. in §. testamentum quest. 11. num. 7. & quest. 31. num. 4.* vbi pariter testatur de magis communi, & communem esse opinionem post plures, quos allegat, dicit etiam *Diana resolut. moral. par. 5. tract. 6. de mutis. surd. & cæcis resolut. 26. vers. notandum est etiam*, cuius opinionis fautor est *Cephal. in cons. 72. n. 5. & seq.* vbi plura ad propositum.

14 Conitariorum autem facilis est solutio; & ad primum responderetur *dict. leg. hac consultissima, C. qui testam. fac. poss.* esse generalem, & generalem regulam tradere in cæcis testantibus, *dict. verò §. ex imperfecto* esse specialem, & specialem casum poentem, si instituuntur filij. Vnde, vt animaduertit *Iaf. in dict. leg. hac consultissima sub num. 4.* si considerentur personæ hæredam est magis specialis *dict. §. ex imperfecto*, cum loquatur solum de vna specie hæredum, hoc est liberorum, *dicta verò lex hac consultissima*, cum loquatur de omni genere hæredum, generalior dici debet: nec dicatur, esse plures testantes inter liberos quam cæcos: nam specialitas est circa hæredes institutos; & sic liberos, non autem respectu testantium.

15 Secunda ratio habet falsam suppositum, cum *dict. Lex hac consultissima, C. de testament.* generaliter loquatur etiam in testamentis nuncupatiuis, vt ibi i. glos. à scribentibus communiter secutam.

16 Nec pariter obstat tertium argumentum, licet enim *dict. §. ex imperfecto* loquatur de non cæco, eius tamen dispositio in hoc non fundatur, vt testator videat, sed in favore ipsorum liberorum, ac parentum testantium inter liberos; vnde eius dispositio debet procedere, tam si filij instituuntur à parente, qui videat, quam si à luce orbat.

17 Quarta rationis ratio corrumpit, si dicatur, omnes solemnitates requisitas in testamentis, requiri respectu actus i. sus testamenti, vnde dicuntur solemnitates testamentorum, non autem testantium; nec obstat, quod in cæco maiores requirantur solemnitates, nam hinc non sequitur, vt sint solemnitates cæcorum, sed sunt solemnitates illius actus, qui si fiat à cæco, maiores requirit solemnitates; si tamen fuerint instituti extranei; si verò liberi instituuntur, iste actus potest fieri cum solemnitatibus, de quibus *in d. §. ex imperfecto*.

Vitima rationi responderetur, generalia esse iura, quoniam generalis etiam est regula, sed ista regula generalis recipit limitationem, si instituuntur liberi, per rationes, de quibus *in d. §. ex imperfecto*; quæ rationes militat, etiam si liberi à parente cæco fuerint instituti.

18 Ampliatur autem hæc communis conclusio, etiam si filij inæqualiter instituuntur, vt per *Paul. de Castr. in dict. leg. hac consultissima*, & esse communem opinionem, dixerunt ibi *Dec. num. 36. & Iaf. sub num. 4. & de*

communi pariter *in dict. cons. 76.* & ab ipsa in iudicando non esse recedendum alerit, idem tenet *Angel. in dict. §. cæcus*, & esse magis communem opinionem *Socin. in consil. 163.* quod pariter secutus fuit *Roland. in dict. consil. 82. num. 19.* licet quando adesset magna inæqualitas dubitet *Iaf. in dict. leg. hac consultissima num. 4.* in quam sententiam inclinate etiam videtur *Dec. num. 37.* sed cum dispositio *dict. §. ex imperfecto* procedat etiam in cæcis, vt supra dictum fuit; & in aliis non consideretur inæqualitas, vt per Doctores, quos allegat *Mich. de Grass. in dict. §. testamentum quest. 11. sub num. 8.* idem asserendum erit in cæcis; nulla enim potest considerari iniustitia, etiam si inæqualiter fuerint instituti, cum parentes filiis solum legitimam relinquere teneantur; & casu quo integra legitima non fuerit relicta, habent ordinarium remedium petendi supplementum, & credendum est parentes aliqua rationabili causa fuisse motos ad filios inæqualiter instituendos; Verum hæc opinio, vt patet testando

inter liberos absque debitis solemnitatibus possit eos inæqualiter instituere, vt *Grass. dicit in dict. §. testamentum quest. 11. nu. 8.* non transit sine difficultate, præcipue si maxima sit inæqualitas, vt post *Specul.* dicit *Rom. in cons. 179. num. 18.* asserens hanc potestatem parentibus datam respicere fauorem filiorum, ac id eorum cessante fauore locum non habere: idem docet *in cons. 185. num. 5.* dicens testamentum imperfectum inter liberos locum solum habere, si in omnium filiorum fauorem disponat, secus si in damnum alterius & *Mand. ibi in lit. D.* licet hanc opinionem esse multum æquam, sequendam, & communem, idem consuluit *Dec. in consil. 105.* vbi dicit, quod dispositio *dict. §. ex imperfecto* procedit solummodo, quando filij sunt omnes æqualiter instituti, secus si inæqualiter: idem docet *Socin. Iunior in consil. 147. à num. 33. vsque ad num. 45. lib. 2.* vbi asserit hanc opinionem esse iudicam, & communiter à Doctorebus approbatam, & *num. 44.* subiungit in iudicando esse sequendam, vt rationabilem, & æquam, *Ceph. idem tradit in cons. 180. num. 9.* & rationem esse dicit, quia lex noluit parentibus auxilium testandi concedere in fauorem vnus ex filiis, & in odium alterius, sed permisit testandi facultatem secundum legis dispositionem, quæ est, vt liberi æqualiter succedant, & probat optimè *Rimin. Iunior in consil. 278. n. 65. & clarius in consil. 428. n. 13. & seqq.* quam *num. 16.* & magis procedere dicit, stante maxima inæqualitate, & testatur hanc opinionem esse communem, & æquam, & sequendam, & *na. 17.* dicit alios contrarium ineptè sensisse, cum, vt ipse subiungit *n. 19.* Pater non debeat facere vnum filium bastardum, & alium legitimum: alios citat *Tiraq. de iur. primog. quest. 4. num. 4. Gab. in tit. de testamentis conclus. 6. sub num. 1. versic. contrarium*, *Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 2. num. 8. & seqq.* qui plures ad propositum adducit rationes, & citat Doctores hanc opinionem sequentes *num. 11.* & sequitur nonissimè *Fular. de fide iur. quest. 245. num. 55.*

20 Et retenta hac opinione, idem dicendum esset in cæcis, vt docet *Ludouil. in dict. conclus. 57. versic. hæc tamen limitatio*; qui existimat supra firmat in conclusionem *num. 10. & seqq.* non procedere, si filij inæqualiter instituuntur.

21 Secundò ampliatur in testamentis factis fauore descendendum, *Cephal. cons. 72. nu. 2. & 21. Ludouil. loc. cit. versic. & id quod.*

22 Tertio ampliatur, etiam si fuerint instituti proximiores de familia, *Cephal. loc. cit. nu. 10. & 21. Ludouil. loc. cit. versic. extenditur.*



- 23 Limitatur modo supradicta conclusio, si cum ip-  
sis liberis instituti essent extranei, tunc enim quan-  
tum ad extraneos testamentum absque debitis solem-  
nitatibus non valeret, vt per Cephalum, & Ludouil-  
sum loci citati.
- 24 Id tamen intelligendum est quantum ad institu-  
tionem, non autem respectu legatorum, quæ, stante  
testamenti validitate, etiam extraneis facta deberen-  
tur, vt per supracitos Doctores.

## S V M M A R I V M.

- 1 Solemnitates, de quibus in leg. hac consultissima, C. qui  
testam. facere poss. sunt de iure positio, ac idem à statu-  
to tolli possunt.
- 2 Statutum tollens solemnitates, de quibus in d. l. hac con-  
sultissima, an dicatur contra bonos mores.
- 3 Statutum minuens solemnitates testamentorum in dubio non  
esset porrigendum ad testamenta cæcorum.
- 4 Lex generalis non intelligitur derogare legi ponenti casum  
specialem.

An solemnitates, de quibus in l. hac con-  
sultissima, C. qui testam. fac. poss. per statu-  
tum tolli valeant.

## Cap. X.

- 1 **N**on potest cæcus testari absque solemnitati-  
bus, de quibus in l. hac consultissima, C. qui testam.  
fac. poss. prout supra suo loco dictum fuit: verum si ex-  
pressè à statuto essent sublata, illis non esset opus;  
hæ enim sunt solemnitates iuris positio, vnde à statu-  
to tolli possunt, ad tradita per Barr. in l. si queramus,  
ff. de testament. & docet Anchar. in capit. 2. de testament.  
Alexand. in dict. leg. hac consultissima, vbi etiam Ias. nu. 5.  
& Dec. num. 39. Sebast. Medic. de fortuit. casibus par. 2.  
quæst. 6. num. 36. Nec obstat, si dicatur, quod hoc statutum  
continere turpitudinem, & esse contra bonos mores,  
tanquam falsitatis nutrimentum, cum d. l. hac consultissi-  
ma fuerit promulgata ad evitandas falsitates, ad tra-  
dita per Barr. in l. totius populi in 3. quæst. princ. ff. de iust.  
& iur. responderet enim, non esse contra bonos mo-  
res; licet namque dict. l. hac consultissima sit lata ad tol-  
lendas fraudes, hinc tamen non sequitur, vt illis defi-  
cientibus verè ad sit frons, quo casu statutum non va-  
leret, secundum Barr. loci citat. ac idem ante promulga-  
tionem dictæ legis cæci testari poterant absque illis  
solemnitatibus, vt considerat Valq. controu. illustr. capit.  
107. num. 12. & dispositio nouæ legis ad maiorem cau-  
telam promulgata per statutum tolli potest, vt per  
Dec. in leg. Captatorias num. 4. C. de testam. milit. Sanè ve-  
rum est, quod si statutum simpliciter minueret testa-  
mentorum solemnitates; hinc tamen non intellige-  
retur minuisse voluisse solemnitates in testamentis  
cæcorum requisitas; quia quæ leges generales nunquam  
intelligantur derogare legi ponenti casum specia-  
lem, l. si queramus, ff. de testament. & tradit in specie  
Alex. in d. l. hac consultissima, vbi etiam Ias. nu. 6. & Dec.  
n. 41. & quæ diximus de statuto, idem asserendum est  
de consuetudine, vt per Valquez. controuers. illustr. ca-  
pit. 107. sub num. 15.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cæcus testando ad pias causas non tenetur obseruare so-  
lemnitates, de quibus in l. hac consultissima, C. qui

testam. facere poss.

- 2 In testamentis ad pias causas attenditur ius gentium.
- 3 Cæcus quando intelligatur testari ad pias causas.
- 4 Cæcus ad pias causas potest etiam testari natus.
- 5 Legata facta ad pias causas in testamentis cæci testantis abs-  
que debitis solemnitatibus an valeat, & n. 6. & 7.
- 8 Legata facta laicis in testamento imperfecto ad pias causas, an  
debeantur.

An solemnitates, de quibus in l. hac consult.  
C. qui test. fac. poss. sint necessariae in testa-  
mentis ad pias causas.

## Cap. XI.

- 1 **E**dem ratione, qua supra diximus, cæcum  
testantem inter liberos non cogi ad obseruatio-  
nem solemnitarum, de quibus in l. hac consultissima, C.  
qui test. facere poss. cum eo casu ius gentium (solummodo  
attendatur; dicendum est, eadem non esse obseruan-  
das, si ad pias causas cæcus testetur, quod lat est enim in  
causis piis ius gentium obseruari. Cuius esset, & c. rela-  
tum primo de testam. quam conclusionem commu-  
niter sequuntur scribentes in d. l. hac consultissima, inter  
quos est Alexan. necnon Ias. sub num. 4. vers. 2. l. i. i. &  
Dec. n. 3. Vigl. vna cum aliis in §. cæcus testat. quibus non  
est permitt. facere testamentum, Tiraquell. de priuileg. pia causa  
priuileg. 10. Valq. controu. illustr. cap. 107. n. 15. Roman. cons. 47.  
n. 10. lib. 1. Plur. cons. 34. num. 19. Ludouil. conclus. 57. vers. li-  
mitatur primo; et licet Angel. in dict. §. cæcus, videatur  
hoc restringere, si relinquatur locis piis, tamen Ale-  
xand. in dict. l. hac consultissima, id intelligit in quocum-  
que relicto facto ad pias causas, & priuatis quibus-  
cumque pauperibus, & est secutus à Dec. n. 3. & à Ias.  
nu. 4. idem voluit Bertard. consil. 101. licet testamentum per  
totum lib. 1. & sequuntur Tiraq. & Valq. loc. cit. quod  
etiam notu cæcum ad pias causas testari posse, con-  
tra Angel. tenuit Alexand. in l. i. i. n. 3. C. de testam.  
omnesque supra citati Doctores mouentur; quia in  
testamentis ad pias causas ius gentium attenditur,  
vnde cauendum est à Ludouil. in dict. conclus. 57. vers. li-  
anc tamen, qui existimat id non procedere, si cæcus  
filius habeat, quibus præiudicium inferri non potest  
absque debitis solemnitatibus secundum ipsum: nam  
cum pater possit filiis præiudicare, præterquam in  
legitima; & cæcus testando ad pias causas non te-  
neatur obseruare, nisi solemnitates Iurisdictionum; non  
erunt necessariae aliæ solemnitates, licet filiorum præ-  
iudicium considerari possit.
- 2 Supradicta tamen procedunt sine difficultate, si lo-  
cus pius fuerit institutus, sed quid si laicus fuerit hæ-  
res, & in ipso testamento fuerint facta legata pia, an  
debeantur? Cald. in tit. de consil. cons. 711. deberi tenet, vt  
refert Socin. in consil. 49. num. 14. lib. 4. Vt cum commu-  
nis opinio est in contrarium, vt per Anton. in cap. quod  
clericis de for. comp. Salyc. in Auth. iussa in 2. quæst. C. de  
sacros. Eccl. & docet Ias. in dict. l. hac consultissima sub n.  
10. C. de test. Alexand. cons. 177. & cons. 259. num. 5. lib. 2. nec  
dissentit Tiraq. de priuileg. pia causa priuileg. 21. vers. sed è  
diuerso, & hanc receptiorem esse sententiam, testatur  
Mich. de Grass. in §. testamentum quæst. 11. nu. 6. cum enim  
institutio, vt caput testamenti, non sustineatur, etiam  
corcorum legata, vti accessoria.
- 3 Id tamen primo limitatur, stante clausula Codicil-  
lari, tunc enim hæc legata ad pias causas debentur  
ab hæredibus venientibus ab intestato, etiam si  
institutio non valeat, vt per Alexand. in d. consil. 259.

sub num. 5. vbi Natr. in add. dicit esse notandum.

- 7 Secundo limitatur, si institutus sit laicus cum hoc tamen, quod bona hereditaria in pios usus conuertat, tunc enim principaliter dicitur instituta pia causa, ac idem testamentum sustinetur, Soc. *conf. 49. num. 12. lib. 4.*
- 8 Sed quid est contra, si institutus sit pius locus, & in ipso testamento laicis fuerint facta legata; vtrum sustineri debeant? & sustineri magis communis est opinio; cum ipsa institutio valeat, a qua opinione non esse recedendum, dixit post alios Mich. de Grass. *dich. quast. 18. nu. 7. nec dissentit Tiraq. d. priuil. 18.*

S V M M A R I V M.

- 1 Cæcus, si sit miles, an possit testari absque solemnitatibus, de quibus in leg. hac consultissima, C. qui testam. facere poss.
- 2 Miles à militia missus an iure militari testari possit.
- 3 Militum testamentum factum à milite adhuc in numeris manente, valet solum per annum post causariam missionem, & num. 9.
- 4 Cæcus in casibus, in quibus ius gentium obseruare sufficit, non tenetur alias adhibere solemnitates.
- 5 Testamentum tempore pestis an valeat cum duobus testibus absque Parocho, & num. 12.
- 6 Testamentum Ruri factum an valeat absque consueto testium numero, & qua remant à Notario obseruanda; & quid si testator ad Civitatem redierit, & num. 10.
- 7 Peregrini testando an teneantur obseruare formam iuris Civilis, & quanto tempore valeat ipsorum testamentum.
- 8 Militum testamenta cur valeant, postquam non militant amplius.
- 11 Respectu solemnitatem inspicitur tempus conditi testamenti.
- 13 Testamentum confectum tempore belli non requirit solemnitates iuris Civilis.
- 14 Cæcus testando in terris Ecclesie coram Parocho, an sufficiat, quod duos adhibeat testes.
- 15 Cæcus non tenetur obseruare solemnitates, de quibus in hac consultissima, C. qui testam. facere poss. si sic à Principe impetraverit.
- 16 Princeps non tenetur obseruare solemnitates, de quibus in l. hac consultissima, C. qui test. fac. poss. licet sit cæcus.
- 17 Cæcus testando coram Principe non tenetur obseruare solemnitates, de quibus in l. hac consultissima, C. qui testam. facere poss.

Cæcus quibus casibus non teneatur obseruare solemnitates, de quibus in l. hac consultissima, C. qui testam. facere poss.

C A P. XII.

EX dictis in superioribus questionibus colligere licet varios casus, in quibus cæcus potest testamentari absque solemnitatibus, de quibus in l. hac consultissima, C. qui testam. facere poss. Primus est, si testatur inter liberos, de quo supra in cap. 9. Secundum si statutum sic disponat, vt in cap. 10. Tertius si fiat testamentum ad pias causas, vt in cap. preced. quibus alij sunt connectendi, Vasq. *controu. illustr. cap. 103. sub n. 15.* Quartum refert, si cæcus iste sit miles. Verum Vasq. quem admodum militibus surdis, & mutis maximam testan-

di tribuit facultatem, vt infra suo loco dicitur; ita etiam nimis militibus cæcis fauere voluit; sed quero ergo à Vasq. quos cæcos artem militarem exercentes inuenerit, etsi aliquos militum duces cæcos fuisse, dixerimus supra in cap. 1. qui potius consilio, ac prudentia, quam propriis viribus bella gesserunt; sed dices, militia iam suscepta cæci effecti fuerit; ergo de cæcis à natura eius non militat doctrina; nec etiã generaliter intelligi potest de cæcis factis suscepta militia; nam certum est, cæcitatem esse in causa, vt quis à numero militum deleri debeat; † at missus à militia non potest amplius iure militari testari, vt est text. pulcherimus in *l. iure militari. ff. de milit. testamento*, vbi habetur, militem, iurum effectum, posse testari iure militari ante causariam missionem, & adhuc in numeris manentem; vnde secus postquam deletus fuerit de militum numero: ac idem quod dicit Vasq. procederet solum in milite effecto cæco militia iam suscepta, si testamentum conderet antequam à militia fuisset missus: & hoc casu eius testamentum valeret solum per annum; † testamenta namque militum iure militari confecta post causariam missionem per annos tantummodo valent, vt est text. in *l. testamenta eorum. ff. de mil. test.* Sed ne singulos casus percurramus, † cum solemnitates, de quibus in d. l. hac consultissima sint à iure civili inuentæ, cæci illas obseruare non erunt coacti omnibus illis in casibus, in quibus testando ius gentium obseruare sufficit. Prout tempore pestis, † quo potest condi testamentum coram duobus solum testibus secundum Salyc. & Ias. in *l. fin. C. de testam. Barr. in l. 1. ff. de bon. poss. in testam. milit. Port. in Inst. de milit. testamento, Barb. in cap. cum esset de testam. alios allegat Rip. de Perte in tit. de priuil. vlt. volunt. & licet nonnulli contrarium sentiant, vt Raf. Fulg. Paul. de Cast. Franc. de Aren. & Alex. in d. l. fin. Rip. tamen primam probat opinionem, & eo maximè si pestis sit admodum violenta, quod ipse declarat procedere, si testamentum fiat in terris Ecclesie coram duobus testibus, & Parocho, secundum disposita in d. cap. cum esset. In terris verò Imperij quinque testes esse necessarios, per d. l. fin. C. de test. Verum hoc stante sequeretur, vt in terris Ecclesie nullum ob pestem adesset priuilegium, cum alias coram duobus testibus, & Parocho valeat testamentum, vt in d. cap. cum esset, lateque ibi docent scribentes; Vnde si aliquod pestis, quantum ad solemnità testamenti, habet priuilegium, vt ex communi sententia voluit Rip. necessariò erit asserendū, Parochum non esse necessarium, què forsan inuenire magis difficile esset, quam testium numerum. † Idem esset secundum Vasquez, si testamentum fiat Ruri, vbi quinque videntur sufficere testes d. l. fin. C. de test. quod tamen locum sibi vendicat, si verè, vel saltem ex aliqua iuris præsumptione plures haberi non poterint, vt per Ias. in *l. fin. §. licentia, C. de iur. delib.* ac propterea Notarius in simili testamento apponere debet se diligentem fecisse inquisitionem, nec plures inuenire potuisse, vt per Barr. in *l. conficiuntur. §. codicillis. ff. de iur. Codic. & docet Dilect. de arte test. tit. 2. caus. 5.* hoc enim priuilegium in testium penuria fundatur, ac ideo cessat, si verisimiliter alij testes haberi poterint, vt per Rip. *loc. cit.* Idem dici solet in peregrinis, † qui testamenta facere possunt nõ seruata forma iuris Civilis, vt per Ang. in *auth. omnes peregrini, C. com. de success.* cuius opinionem sequendā esse contra Barbat. dixit Dilect. *de arte test. tit. 2. caus. 6. sub nu. 3.* Hoc tamen testamentum secundum Paul. de Cast. in *l. Nutritoric. C. com. de success.* valeret, si testator peregrinè decederet, secus si iam ad Patriam reuersus, argumento eorū, quæ dixi supra*

supra de milite à militia missio, cuius testamentum solum per annum valet. *C. test. cor. ff. de mil. test. ad quod conferunt tradita per Port. §. i. Instit. de mil. testam. † Nec dicatur, idem igitur erit asserendum de testamentis militum non amplius militantium, contra text. in §. sed hactenus Instit. de mil. testam. Idem in testamentis Ruti confectis, idem in illis, quæ sunt tempore pestis, ipsa cessante. Respondetur enim, contrarium esse in militibus, quia licet non amplius militent, militaria tamen privilegia retinent, ut in d. §. hactenus: † ac ideo si amitterent privilegia, ut milites missi ex inhonesta missione, profecto testamentum amplius non valeret, si verò fuissent missi ex honesta, vel causaria missione, valeret intra annum, ut in dict. *l. testamenta eorum: in casu verò proposito, postquam peregrinus ad patrios rediit lates, cessat causa privilegij, hoc est ipsa peregrinatio, unde & privilegium cessare debet, licet Ripa loc. citat. num. 29. non iuridicam appellat opinionem Caltrensis. † Nec obstat instantia de testamento Ruti confecto; nam hoc casu privilegium cessare asserere non possumus, nec dicatur**

cessat testium penuria, responderetur namque; † quantum ad solemnitates in testamentis adhibendas, inspicitur tempus conditi testamenti, *l. i. C. de test. Rip. loc. cit. num. 34. ac propterea valet etiam si testator redierit ad Cinitatem, Bald. in l. si quis heredem. C. de inst. & subst. lal. ceterique scribentes in d. l. fin. C. de test. Rip. loc. cit. num. 35. † & eodem modo respondens alteri instantiæ de testamento confecto tempore pestis, quod valet, etiam si cessauerit pestis, ut Ripa probat. † Et cum bellum sit altera pestis, & forsan deterior, testamentum pariter tempore belli confectum solemnitates iuris Ciuilis non requirit, si non ob testium penuriam, saltem ob hominum occupationes, ut per Vasq. l. c.*

At quoniam in terris Ecclesiæ ex dispositione d. cap. cum esset, Parocho existente duo sufficiunt testes, aliis prætermisissis iuris solemnitatibus, ut ibi per scribentes dicendum forsan videretur, & cæcum hoc modo testantem in terris Ecclesiæ ad alia non adstringi, ut fuit de mente Vasq. loc. cit. Verum contrarium est asserendum: nam licet in terris Ecclesiæ sufficiant duo testes vna cum Parocho, hoc tamen dispositum reperitur in his, qui vident, quod generale dispositum non corrigit casum specialem de cæco loquentem; lex enim generalis non tollit legem ponentem casum specialem, & aliter sequeretur, quod posset etiam testari coram quatuor testibus, cum duo suppleant defectum Parocho, ut in dict. cap. cum esset: † illas pariter solemnitates, de quibus in d. l. hac consultissima observare non debet cæcus, si sic à Principe licentiam impetruerit; cum has iuris ciuilis solemnitates Principes tollere possint, ad text. in l. i. ff. de const. Princ. & in §. sed et quod Principi Instit. de iur. natur. gent. & civ. & † multo magis si ipse cæcus esset, velleque testamentum condere, leg. Principes legibus. ff. de leg. l. ex imperfecto, ff. de leg. 2. l. si heredem. ff. de inoff. testamento cum similibus. Idem esset si coram Principe, vel coram Iudice conderet testamentum cæcus, argumento Lommium, C. de testam. cessaret enim tunc omnis fraudis suspicio, ob quam supradictæ solemnitates fuerunt inuentæ.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cæcus an possit exemplariter substitui, & num. 4.
- 2 Substitutio exemplaris fundata est in imperitia testandi.
- 3 Substitutio exemplaris ad hoc, ut locum habeat, qua requiruntur.

Cæco an possit exemplariter substitui.

## Cap. XIII.

**D**iximus supra suo loco cæcorum perspicacissimum esse intellectum, ex quo sequitur † ipsis exemplariter substitui non posse; † exemplaris enim substitutio solum in imperitia testandi fundatur, ut in §. qua ratione, iuncto §. preced. Inst. de pup. subst. ut in l. humanitati, C. de impur. & aliu subst. sed cæci: statim possunt, licet particulares solemnitates observari debeant, ergo; Imò etiam si cæci non possent facere testamentum, † adhuc ipsis exemplariter substitui non posset: ad hoc enim, ut exemplaris locum habeat, necesse est, ut illa testandi impotentia proveniat ex defectu, & carentia intellectus, ut in d. l. humanitati, & in d. §. qua ratione: unde cum cæcis non sit testari prohibitum ob intellectus imbecillitatem, siquitur, † ut ipsis exemplariter substitui non possit, ut per Vasq. controuers. illustr. cap. 103. num. 16.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cæci contrahere possunt.
- 2 Testandi facultas difficilius conceditur, quam contrahendi, & quare.
- 3 Cæcus potest donare.
- 4 Cæcus potest matrimonium contrahere, & num. 13.
- 5 Cæcus potest pupillo contrahenti auctoritatem prestare.
- 6 Cæcus potest emere, & vendere.
- 7 Cæcus tenetur actione mandati.
- 8 Cæcus societatem contrahit.
- 9 Cæcus potest adaptare, & adoptari.
- 10 Cæcus potest pro se agere.
- 11 Cæcus non admittitur ad postulandum, vbi de ratione.
- 12 Cæcus potest fideiubere.

Cæcus an possit contrahere.

## CAP. XIV.

**L**icet cæco testandi facultas simpliciter non concedatur, non adhibitis pluribus solemnitatibus, de quibus in l. hac consultissima, C. qui testam. fac. poss. & dictum fuit in superioribus capitulis, † ipsis tamen contrahere non prohibetur, Alexand. cons. 12. sub nu. 3. lib. 1. scribentes in d. l. hac consultissima, vbi præcipue lal. n. 7. & Dec. n. 42. Rip. in l. stipulantiem n. 49. ff. de verborum obligat. Sebast. Medic. de fortuit. casib. par. 2. quest. 6. n. 53. † facultas enim testandi difficilius conceditur, quam contrahendi, cum in testamentis maius considerari soleat periculum, §. cum ergo, Instit. quibus in causis man. non poss. & probatur in l. cæcus. ff. de iud. in l. obligari in princip. ff. de auct. tut. & in l. cum his, §. filius, ff. de donat. caus. mort. & cum in iure non reperitur prohibitum, cæcum posse contrahere, dicendum est, ipsi hoc esse permissum, † Unde potest donare, lal. ea parte, ff. de probat. l. nec non ex quibus caus. man. Alex. cons. 17. sub nu. 3. lib. 1. relatus ab Illustr. lal. in l. i. C. comul. 179. n. 3. † Potest matrimonium contrahere, Bald. per illum text. in l. cæcus. ff. de adopt. Bapr. à S. Blasio de arbitr. in præfat. sub n. 22. solo enim consensu contrahi ut, l. nuptias, ff. de regul. iur. † Potest pupillo contrahenti auctoritatem prestare, si tutor sit, leg. & si tutor, ff. de auct. prest. ob visus enim carentiam similia peragere non prohibetur; † Potest & emere, ac vendere, cum hæc simplici con-

sensu perficiantur, *l. consensu, ff. de actio. & obligat. &*  
*probat text. in l. alioquin, ff. de contrab. empt. Bapt. à S.*  
 7 *Blasio loc. cit. † tenetur actione mandati, Bald. in l. i. C.*  
 8 *de seru. fug. † societatem contrahit, Fulg. consil. 189.*  
*Sebast. Medic. de fort. casib. par. 2. quest. 6. nu. 52. Anton.*  
*Henrig. de fideius. cap. 7. num. 153. Nec semel contracta*  
 per supervenientem cœcitatē ipso iure dissolvitur,  
 9 *etiam cœcus, ff. de adopt. † Potest vnire sibi filium, & ab*  
 10 *alio vniri, Io. Mich. de vnion. prol. cap. 9. num. 9. Nec pro-*  
 hibetur pro seipso agere, aut es namque suppleat de-  
 11 *fectui visus, vt per Vant. de null. in tit. de null. ex defect.*  
*inhab. nu. 2. † Pro aliis tamen postulare non possunt*  
 cœci, vt habetur in *l. i. §. casum, ff. de poss. & rationem*  
 iuriconsultus affert, quia iudicibus debitum hono-  
 rem prestare non valent, & adducunt exemplum de  
 eo, qui aduersa sella post terga iudicis postulabat, vn-  
 12 *de cum insignia magistratus videre, ac reuereri non*  
 possint, ad postulandum admitti non debent, Custald.  
 13 *de Imper. quest. 19. n. 10. Sanch. in opuscul. tom. 2. lib. 6. cap.*  
*7. dubit. 2. n. 1. ex qua ratione colligitur bene in scriptis*  
 12 *consulere posse, & † cœcum fideiubere posse, non*  
 est dubium, & tradit Anton. Henrig. *de fideius. foribus cap.*  
 13 *7. nu. 156. † licet id non probetur, ex eo, quod, vt ipse*  
 asserit, possit sponsalia contrahere, & vxorem ducere,  
 14 *l. mutus, ff. de vir. dot. Bald. in l. etiam num. 2. ff. de adopt.*  
*Feret. in l. si quis nu. 92. ff. de vsucap. nam etiam muti, &*  
 sardi à natura possunt matrimonium contrahere, &  
 tamen fideiubere non possunt, vt ipsemet tradit *loc.*  
 15 *cit. nu. 142. licet nec id generaliter intelligendum sit*  
 de omnibus surdis, & mutis cuiuscumque generis, vt  
 infra suis locis dicetur, sed potest fideiubere cœcus,  
 quoniam se obligare non prohibetur, vt supra dictum  
 fuit, & ab exemplis supra positis id de lamere licet, ne  
 singulos casus percurrat.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cœcus an possit esse Iudex.
- 2 Cœcus retinet Magistratum adeptum ante cœcitatē.
- 3 Legi cœcus, & legi Furiosus, ff. de Iud. intellectus.
- 4 Cœcitas superveniens post electionem ad officium non impedit, quin electus ipsam exercere possit.
- 5 Per electionem Ius acquiritur electo, quod tamen declaratur num. 7. & 11.
- 6 Per imbutulationem acquiritur Ius.
- 7 Sententia debet ferri in scriptis, sed & quandoque ferri potest, & per alios, vt num. 9.
- 10 Cœcus ad novam dignitatē, & officium aspirare non potest.
- 11 Cœcus effectus post electionem an consequatur officium.
- 12 Cœcus, qui aliquantulum videat, inter cœcos non commutatur.

## Cœcus an possit esse Iudex, &amp; magistratus gerere.

## Cap. XV.

Qvæstio est, an cœcus possit esse Iudex, & magi-  
 stratus gerere, de quo quærendum restat, cum  
 iam viderimus, an possit testari, & contrahere; sed id  
 longa non indiget disputatione, cum ex iuribus ex-  
 pressis clara colligatur distinctio, text. enim in *leg. 1.*  
*§. casum, ff. de post. dicit, cœcum iudicandi officium*  
 iam adeptum, & magistratum iam susceptum gerere  
 posse, ad novam autem aspirare nequaquam; aut igitur  
 magistratu iam adepto quis efficitur cœcus, &  
 ipsum retinet cœcitate non obstante, vt in *dict. §. ca-*

sum, ibique docent, scribentes, de quo etiam *Bart. vna*  
*cum aliis in l. cœcus, ff. de iud. Alb. de Malet. de test. cap. 5.*  
*n. 36. Sebast. Medic. de fortun. casibus par. 2. quest. 6. nu. 51.*  
 2 *vbi dicit † cœcum dignitatē, & iurisdictionem re-*  
 tinerē, nec magistratum amittere, *Marr. Caud. de offic.*  
*Dom. quest. 177. & tradit Vant. de null. in tit. de null. ex de-*  
*fect. iurisd. deleg. n. 42. de quo etiam Specul. de teste, §. 1.*  
 3 *verf. sed nunquid cœcus, omnesque mouentur † per tex.*  
*in d. Lquis furere, ff. de stat. homin. ac in l. furiosus, ff. de iud. &*  
 hoc patiter modo intelligitur text. in *d. l. cœcus*, vbi ha-  
 betur, cœcum iudicandi officio fungi, hoc est si ante  
 cœcitatē iam erat iudex, vbi per *glos. ibi Bart. &*  
 alios scribentes, tunc enim superveniente etiam cœ-  
 4 *citatis impedimento, iudicandi officium retinet, vt*  
 late per *Abb. in cons. 47. per totum lib. 2.*  
 4 *Quod ampliat procedere, etiam si quis nondum*  
 cœcus electus fuerit ad officium, & ipsum exercere  
 non competit, solam enim electionem sufficere pro-  
 5 *bat Abb. loc. cit. † precedente enim electione non po-*  
 test dici, quod de nouo acquiritur, argum. text. in *cap.*  
*consuluit de iud. stante maxime, quod per electionem,*  
 6 *vt puta † imbutulationem, acquiritur ius electo l.*  
*absenti, ff. de donat. vbi Bart. & fuit opinio glos. in l. priva-*  
*torum, C. de iurisd. om. iud. cui conformis est glos. in can.*  
*quanto 3. distinct. & sequuntur scribentes in cap. transmiss-*  
*am de election. & licet supradicta glos. damnatur à*  
 7 *Bart. in l. ex eo, ff. de mil. test. nu. 6. tamen Bart. loquitur*  
 † quando illa electio confirmatione indigeat; sed si  
 alia non indigeat confirmatione, vt loquitur supra-  
 dicta ampliatio; ita vt ex ipsa electione ius electo ac-  
 8 *quiratur, cœcus effectus post electionem officium*  
 exercere poterit, vt ipsemet *Bart. fatetur, & probat*  
 late *Abb. in d. cons. 47. quem sequitur Vant. de null. in tit.*  
*de null. ex defect. iurisd. deleg. n. 43. & nouissime Tusc. in lit.*  
 8 *C. com. l. 178. n. 3. † Nec dicatur, non poterit cœcus sen-*  
 tentiam in scriptis ferre, prout necessarium videtur,  
 ad text. in *l. fin. C. de sent. breu. recit. reiecta enim opinio-*  
 9 *ne glos. in d. l. cœcus, que dicit, ob id cœcum retinere*  
 dignitatē, non autem administrationem, cui sen-  
 tentiæ repugnant verba text. dum dicitur, cœcum iu-  
 dicandi officio fungi, obiectioni responder *Bart.*  
 † posse sententiam ferre per alium, prout de illitera-  
 10 *to dicitur in d. l. fin. & probat Abb. lib. 1. n. 4. necessitas*  
 enim superveniens operatur, vt aliqua ipsis conce-  
 dantur, quæ aliis non permitterentur, Et lat est, quod  
 oculis intellectus cernat id, quod iudicare debet, ma-  
 xime cum iudicandi munus magis consilio, quam  
 corpore explendum sit, vt per *Vant. loc. cit.*  
 10 *Ad novas autem dignitates, & officia aspirare non*  
 debet cœcus, vt habetur in *d. §. 1. si in l. ff. de post. vt glos.*  
*Bart. & alij tradunt in d. l. cœcus, Abb. in d. consil. 47. glos.*  
*in l. infamia, C. de decurion. lib. 10. Bald. in l. statuta, C. de sent.*  
*ex breu. recit. Vant. loc. cit. n. 42. Fulg. in l. 1. nu. 4. ff. de iud.*  
*Seb. Med. de fort. casib. par. 2. quest. 6. n. 51. Manc. de comp.*  
*quest. 2. n. 31. Paril. de refig. Benef. lib. 5. q. 3. n. 24.*  
 11 *Quæ conclusio, vt cœcus non possit consequi de*  
 nouo dignitates, & officia, ampliat, etiam si cœcus  
 ante cœcitatē fuerit electus, vt per *Abb. in d. cons.*  
*47. in princ. ad quod conferunt tradita per Bart. in l. ex*  
*& ff. de mil. testamento, & rationem esse dicunt, quia*  
 per solam electionem quis dignitatē non conse-  
 12 *quitur, sed requiritur acceptatio, & ingestio, vt tradit*  
*Bart. in l. Publius, ff. de condit. & demonstr. & clarius in d.*  
*lex eo nu. 1. & 6. & facit text. in cap. nulli de elect. in 6. vbi*  
 probatur posse opponi contra electum ex defectu  
 nouiter emergente, ac idēd habilitas requiritur, non  
 solum tempore electionis, sed etiam confirmationis,  
 & acceptationis, vt per *Tusc. in d. concl. 178. nu. 2. quod*  
 tamen

tamen debet intelligi in illis casibus, in quibus electio indiget confirmatione, ne repugnet his, quæ supra diximus n. 5. quam distinctionem probat Abb. d. c. 47.

- 1 2 Omnia tamen dicta superius de cæcorum inhabilitate intelliguntur de eo, qui omnino, ac in totum sit orbatus, secus si parum videret, vel vno tantum oculo careret, vt per omnes supracitatos Doctores, & tradit Sebast. Medic. de fort. casib. par. 2. quæst. 6. nu. 51. Blanc. de comprom. quæst. 2. nu. 32. & fuit supra alias dictum.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cæcus non potest esse arbiter, nisi cæcitatem incurreret factio iam compromissa, vt num. 2.
- 3 Cæcus an possit esse arbitrator, & num. seq.
- 4 Arbitramentum est transactio.

An cæcus possit esse arbiter,  
vel arbitrator.

## CAP. XVI.

EX quæstione præcedenti resoluta videtur præsens quæstio, cum enim cæcus non possit iudicandi officio fungi, vt in l. 1. §. casum ff. de post. nisi adeo iam officio effectus fuerit cæ. vt l. cæcus ff. de iud. ¶ sequitur eadem ratione, cæcum arbitrum esse non posse, ¶ nisi tamen factio iam compromissa efficeretur cæcus. sic distinguendo dixit Blanc. de comprom. qu. 2. n. 30. & 31. arguendo de Iudice ad Arbitrum, vt text. in l. 1. ff. de arbitr. & tradit Io. Bapt. de S. Blasio de arbitr. in præfat. n. 32. Sebast. Medic. de fortuit. casib. par. 2. qu. 6. n. 31. Paris. de resign. Benef. lib. 5. quæst. 3. n. 24. quæ omnia intelliguntur de eo, qui omnino luce caret, vt per Blanc. Io. Bapt. & Sebast. Medic. locis citatis.

- 3 Sed dubitatio est, an possit esse arbitrator; differentias autem inter hæc duo ponit Io. Bapt. de Blasio locis citatis, qui existimat, cæcum arbitratorem esse posse secutus à Sebast. Medic. loc. citat. mouentur; ¶ quia arbitramentum est transactio, & sic contractus, vt in autb. si verò conigerit, C. de iudic. sed cæcus potest contracte, vt in l. alioquin ff. de contrah. empt. & dictum fuit superius suo loco; ergo poterit etiam arbitramentum ferre.

Quæ ratio profecto nil proflus concludit, est etiam arbitramentum transactio, & sic contractus, respectu tamen eorum; inter quos arbitramentum fertur, quo mediante dicuntur transigere, non autem respectu illius, qui laudum profert, vnde ex hac ratione benè desumere possumus, cæcum poss. facere compromissum in arbitratorem, non autem ipsum arbitratorem esse posse; præterquam quod etiam compromissum in arbitrium respectu compromittentium dicitur transactio, & sic contractus, & tamen cæcum arbitrum esse nolunt. Veram tamen esse opinionem supradictorum existimo, si illud arbitramentum fiat nõ iudicialiter, sed solum per modum amicabilis compositionis, tunc enim non est iudicare, ita vt iudicij partes possent considerari; sed potius litem componere, ac concordare extraiudicialiter, secundum æquitatem, & nullo iudicij ordine seruato, omissisque omnibus iudicialibus solemnitatibus, quod facere non possant arbitri, vt per Io. Bapt. de S. Blasio loc. cit. n. 5. & seq. qui alias etiam ponit differentias inter arbitrum, & Arbitratorem, quæ tanquam non præsentis indaginis prætermittit, ne coarctati scribendi modum ea, quæ nõ sunt propolite materię, hic miscam.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cæci in aliquibus casibus non possunt esse testes, in aliquibus sunt testes integre fidei, in aliquibus verò testimonium ferre possunt, sed multum diminuitur de fide.
- 2 Cæcus regulariter non potest esse testis.
- 3 Testis debet disponere per sensum corporeum.
- 4 In testibus non sufficit auditus, sed requiritur præsentia, & visus.
- 5 Præsens non dicitur, qui non videt.
- 6 Cæcus non potest esse testis de his, quæ cadunt sub sensu visus.
- 7 Cæcus non potest esse testis in testamento.
- 8 Testis testamentarius debet Testatorem videre.
- 9 Cæcus non potest esse testis in confectioe inuentarij.
- 10 Cæcus an possit esse Basulus, vel Nuncius.

In quibus casibus cæcus non  
possit esse testis.

## CAP. XVII.

DEueniendo modo ad cæcorum testimonium; ex his, quæ tradunt Doctores de hac re loquentes, animaduertere potui, ¶ cæcos in aliquibus casibus nullo modo testes esse posse, in aliis & testes esse posse, & integros reputari, in multis demum posse testificari; sed ipsorum testimonium non reputari integrum: vnde de vnoquoque particulariter erit videndum Et in hoc capite primò dicemus; ¶ regulam esse generalem, cæcos testimonium ferre non posse: quæ conclusio optimè comprobata reperitur per Ign. in l. 1. §. hoc autem nu. 44. 49. & seq. ff. ad Sell. & tenuerunt multi, quos citat Mascard. conclus. 278. n. 7. & in conclus. 1358. n. 27. Camp. de test. reg. 118. Mancic. de test. vers. cæcus, & post alios hanc esse regulam à Doctoribus communiter receptam, dixit Farinac. de opposit. contra personas testium quæst. 61. n. 19. ¶ Et est ratio, vt dicit Mascard. d. conclus. 278. n. 8. quia testis debet deponere per sensus corporeos, can. testes, & can. nihilominus 3. 9. 9. & Ig. loc. cit. dicit ¶ solum auditum in testibus non sufficere, sed requiri præsentiam, & visum 6. an. testes, l. testium, C. de test. cap. cum causam extra de test. ¶ sed qui non videt præsens non dicitur Licet am Titio. ff. de verborum signific. l. 1. in fin. vbi Bart. ff. de autb. & consuet. Ergo qui non videt non poterit esse testis, & hanc opinionem esse veritatem, & rationabiliorem, dixit Farin. loc. citat. licet Specul. in tit. de teste, §. l. n. 56. secutus à Malet. de test. cap. 5. n. 36. dicat imò cæcum testem esse posse, cura in iure non reperiat id prohibitum, quod Mascard. d. conclus. 278. n. 19. confirmare videtur, ex eo, quod cæcus etiam dignitatem retinet. Quibus responderi potest, cæcis si non expressè, saltem virtualiter prohibitum esse testimonium ferre, cum in cæcis illæ conditiones deficiant ad testium validitatem requisitæ. Nec obstat, quod retineant dignitatem; nam id prouenit ex eo, quod cæcitas non repugnat dignitatibus, prout repugnat, vt non præsens, & sic cæcus testimonium ferat.

- 6 Cæcus igitur hic noster non poterit esse testis de his, quæ cadunt sub sensu visus, & facta fuerint eius cæcitate durante. Ex qua ratione infertur, vt ¶ non possit esse testis in testamento, ¶ cum testis Testamentarius non solum debeat esse præsens testamento, sed etiam Testatorem videre, vt probat text. in l. si non specialiter, §. si vnus, & in l. hac consultissima in princip. & in §. per nuncupationes, C. de test. & cum testatorem videre

non possit cæcus, sequitur, nec etiam testem esse posse, Barrol in leg. ad testium, §. conditionem, ff. de test. Mantic. de testament. in verbo cæcus versic. vltimò, Ign. in loco supra citato, de communi attestans Corn. consil. 18. n. 5. & consil. 200. n. 9. lib. 2. Viu. in verbo testis esse non potest cæcus in 2. Fall. Non. in §. testes n. 13. Insti. de testam. Mich. de Gr. in §. testam. quest. 57. n. 12. Mascard. d. concl. 278. nu. 14. Farin. loc. cit. n. 23. qui ultra alios in vltimis add. allegat Pacian. de probat. lib. 1. cap. 10. n. 39.

9 Eadem ratione non poterit cæcus esse testis in confessione Inuentarij, cum enim non videat res, quæ adnotantur in Inuentario, non potest animaduertere, an sint illius cõditionis, cuius asseruntur, vt voluit Salycetus in l. testium, C. de test. Viu. loco supra citato in 1. Fall. Mascard. loc. cit. num. 13. Pacian. loco pariter citato n. 40. quem nouissimè allegat Farin. loc. cit. num. 22.

10 Et quandoque etiam in dubium reuocatum videtur an relatio Nuncij, qui cæcus euaserat, se aliquem citasse, sit valida. Et si loquamur de citatione facta personaliter; & cretenus, crederem vtique non valere; nam cum citatio debeat esse certa, & ipse cæcus non viderit citatum, & ex vocum similitudine falli potuerit, non erit idoneus testis eius relationis, talem citasse, per ea, quæ superius dicta fuere; Si verd citatio esset in scriptis, & relatio, se illam citationem Domi dimississe, maior videretur dubitatio; attamen idem dicendum esse putarem, cum etiam hoc casu decipi potuerit; primò respectu Domus, secundò dando vnã scripturam pro alia, terribè circa personas, in quarum præsentia referret, se illam dedisse citationem, vel aliquam aliam scripturam præsentasse.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cæcus integer est testis in his, quæ alio sensu, quàm visu percipiuntur, quod declaratur nu. 2.
- 3 Cæcus integer est testis de his, quæ vidit ante cæcitatem.
- 4 Cæcus an integer sit testis, si agatur de probatione adulterij.
- 5 Cæcus an integer sit testis, si agatur de aliqua probatione circa matrimonium.
- 6 Cæcorum testimonium reputatur integrum in casibus, in quibus leuioribus sufficiunt probationes.

**Cæcus in quib. casibus possit esse testis, ita vt integer reputetur.**

## Cap. XVIII.

1 **C**œcum integrum esse testem in his, quæ sensu auditus, vel alio sensu, præterquam visus, percipiuntur, tradit Mascard. de probat. concl. 278. n. 13. Nec dicatur, cœcum posse falli in auditu ex vocum similitudine, vt in cap. seq. dicitur: † nam hæc de auditu intelligenda sunt in casibus, in quibus decipi non potest, vt si non deponat de voce alicuius particularis hominis; sed solum aliquid audiuisset tali loco, & tempore, personam autem eo modo loquentem non cognouisset; vel si deponat de aliquo rumore, campanæ sono, strepitu, tonitribus, rebusque similibus, in quibus sensus auditus sufficiat, vt optimè dixit Farin. de test. quest. 61. sub num. 31. de quo etiam Mascard. concl. 1378. num. 29.

3 Secundò cæcus integer est testis, si deponat de his, quæ vidit ante cæcitatem, Barr. in l. ad tertium, §. conditionem n. 6. ff. de test. Specul. in tit. de teste, §. 1. post nu. 36. Felyn. in cap. præterea n. 6. de test. Mantic. in suo repertorio de testib. in verbo cæcus, Nell. de testam. n. 21. & 29. Aub. de test.

n. 16. Albert. de Malet. de test. cap. 5. n. 36. Caemp. de testam. reg. 118. in 1. Fall. Viu. in verbo testis cæcus esse potest, versic. sed animaduerte, alios citat Mascard. d. concl. 278. n. 9. & Farin. de testam. quest. 61. num. 42.

4 Alios casus adducunt Doctores, in quibus asserunt, cœcum esse testem integræ fidei, † vt si agatur de probatione adulterij, vel de probatione aliqua respectu matrimonij, vt probat Ign. in leg. 1. §. hoc autem n. 30. ff. ad Sell. quem sequitur Mont. loc. cit. & Mascard. in d. concl. 278. n. 17. relati à Farin. in d. qu. 61. n. 33. qui duobus id declarat modis, primò, dummodo cæcus deponat de aliquo actu, quod cadat sub sensu auditus, secus si sub sensu visus. Secundò, † si agatur de prohibendo matrimonium, secus si de illo contrahendo, vel iam contractum dissoluendo, dicitur enim tunc agi de causa graui; ac ideo cæci testimonium non esset admittendum, Corrad. in prac. §. 2. tit. de test. in verbo cæcus n. 73. versic. in testimonio, & versic. idem ego.

6 Verum animaduertendum est, hos non esse, nec dici posse casus, in quibus cæcorum testimonium sit integrum, prout alij duo superiores. Doctores namque asserentes his casibus cæcorum testimonium admitti, rationem reddunt, quia in ipsis leuioribus sufficiunt probationes, † vndeabilitas non prouenit ex eo, quod cæci sint testes integræ fidei; sed quia admittantur testes etiam aliquam exceptionem patientes, vnde id regulare esset in omnibus illis casibus, in quibus de iure solent admitti etiam testes minus integri; sed hinc non sequitur, quod in illis casibus cæci sint testes idonei; sed admittuntur, quia etiam testes non idonei admitti solent. Nec obstat, quod ait Mascard. in d. concl. 278. in fin. cæcos reputari debere testes integros, cum in iure non reperiatur prohibitum, ipsos testificari posse; nam imò cæci regulariter testes esse non possunt, vt dictum fuit supra in cap. præced.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cæci possunt deponere de omnibus rebus, præterquam de iis, quæ cadunt sub sensu visus.
- 2 Cæci possunt deponere ex voce ipsis nota.
- 3 Cæcus potest deponere de stipulatione inter alios contracta.
- 4 Cæcus potest deponere de iniuria alteri illata verbis.
- 5 Cæci possunt deponere de verbis à contrahentibus prolatis.
- 6 Cæcus in voce decipi potest.
- 7 Testis quilibet potest decipi in visu, & tactu.
- 8 Cæcus potest deponere de verbis ab aliquo prolatis, si eius vocem notam habeat.
- 9 Testis ad hoc, vt probet, debet esse præsens.
- 10 Præsens non dicitur, qui non videt.
- 11 Cæci cum de facili decipi possint, non sunt testes omni exceptione maiores.
- 12 Cæcorum testimonium à iure, saltem tacitè regulariter dicitur prohibitum.
- 13 Cæci probant, si dicant aliquid audiuisset, nec dicatur à quo.
- 14 Cæcus an sit integer testis, si deponat de voce alicuius consanguinei, amici, vel vicini.

**Cæci in quibus casibus possint testificari, licet integri testes non reputentur.**

## CAP. XIX.

**V**ltimò loco videndum restat, in quibus casibus cæcorum testimonium admittatur, licet plenè non

non probent. Et generalis constitui debet regula, † quod si cæci deponant per ea, quæ cadunt sub sensu auditus, vel alterius sensus, præterquam visus, probent, † vt si deponant aliquid audiuisset, loquentemque ex voce sibi nota cognouisset, *glos. in capit. testes 3. quæst. 9.* vnde † potest cæcus deponere de stipulatione inter aliquos contracta, *Specul. in tit. de testam. §. 1. nu. 36. versic. nec obstat, Albert. de Mal. de testam. cap. 5. n. 33. Camp. de testibus regul. 118. in 2. Fall. Montic. de inuent. cap. 13. numer. 170. Farinac. de testibus quæst. 61. nu. 25. † de iniuria verbis alicui illata, vt per Spec. Mal. Camp. Mont. & Farin. loci citati, † de verbis à contractantibus prolatis, *Felyn. in cap. cum causam n. 35. de testam. Bort. in l. 2. §. idem habet sub nu. 4. ff. de acqu. plu. 276. Boer. decis. 226. nu. 4. Mascard. alia allegata conclus. 278. nu. 10. & conclus. 1358. nu. 28. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 10. num. 4. Farin. d. quæst. 61. nu. 24. † Nec obstat, si dicatur, cæcum ex vocum similitudine decipi posse, *cap. nec aliqui 27. quæst. 1. nam etiam in sensu visus quis decipi potest, C. quomodo 31. quæst. 1. lib. 1. ff. de ventr. insp. † potest pariter in tactu capit. in lectum 34. quæst. 2. & tamen testes deponentes de visa, & tactu probant, vt per glos. in cap. testes 3. quæst. 9. & similis est glos. in §. si verò Auth. de hered. & Fals. Specul. in tit. de teste, §. 1. n. 36. & tradiderunt Nell. de testam. num. 29. Aufr. de reprob. testium num. 16. Aib. de B. Id. de testam. capit. 5. num. 36. Camp. de testam. regul. 118. in secunda, tertia, & quarta Fall. Befa. de reprob. testium num. 63. alios citat Farinac. loci citati num. 24. Necessarium tamen est, † cæcum, de voce alicuius deponentem, illam notam habere, vt per Nell. Camp. Aufr. loci citat. & tradit Crot. de testibus num. 124. Montic. de testibus in verbo cæcus vers. 4. Sebast. Medic. de fortuit. casibus par. 2. quæst. 66. num. 55. Abb. loco supra citato num. 37. Pacian. loc. cit. num. 41. Mascard. loc. citat. num. 10. Farin. loco pariter citato nu. 26. † Verum cum in teste requiratur præsentia *cap. testes 3. quæst. 9. l. testium, C. de testam. capit. cum causam extra de testam. † & ille, qui non videt, non dicatur præsens, l. coram Titio, ff. de verbor. signific. lib. 1. in fin. vbi Bart. ff. de auctor. tut. cæci, si deponant de auditu ab aliquo, non sunt testes integri, præcipue cum ea vocum similitudine quis decipi facillimè possit, quod non euenit in sensu visus, in quo, licet possint dari casus, vt quis decipiatur, raro tamen, & non nisi ex aliqua vrgenti causa id euenire solet, de qua si non appareat, prout si non proberit, vel aerem obscurum, seu nebulosum fuisse, vel testem fuisse distantem, vel staturam, & habitum esse similem, non est præsumendum, quod testis fuerit deceptus; at in sensu auditus aliter profectò est dicendum, † cum vocum similitudine inter multos esse soleat, & etiam, quia alterius vox quandoque fingitur, & consideratione pariter dignum est, vocis sonum ob animi motus valde mutari, ac propterea de facili quis decipi possit; & ob id voluerunt Doctores, testes cæcos, deponentes de voce alterius, non esse integræ fidei, *Angel. in l. si non special. in fin. C. de testam. Alb. in cap. causam extra de testibus, Camp. de testam. regul. 118. in quinta Fallentia, Corrad. in pract. §. 2. tit. de teste nu. 72. & licet Malcaid. dicit. conclus. 278. num. 18. & 23. vna cum Pacian. loci citati num. 38. sentire videantur contra hanc declarationem, attamen eam verissimam appellat Farinaecius loci citati num. 31. nec obstat, quod Mascardus dicit † non reperiri in iure prohibitum, cæcum testificari posse, nam, vt diximus supra in cap. 17. tacite saltem, si non expressè, id videret prohibitum, ex eo, quia in cæco non possunt concurrere requisita ad hoc, vt quis integrum testimonium ferre possit, vt est præ-*****

13 sentia. † Quod tamen Farinac. loci citati duobus declarat modis, primo, vt cæcus sit integer testis, si de aliquo sono in generali, non autem de voce alicuius particularis personæ deponat, vt dictum fuit in cap. procedenti, cessant enim eo casu ille duæ rationes supra consideratæ, suspicio nempe, vt quis decipi poterit, ac etiam præsentia, quæ sonus ille non requirit, cum sufficiat, testem fuisse in loco, in quo ille sonus auditus poterit.

14 Secundo, concordando quodammodo opinioniones declarat Farin. cæcum integrum esse testem, si deponat de voce alicuius consanguinei, amici, vel vicini; in quorum vocibus decipi non poterit. Verum licet non ita facillè decipi possit cæcus in vocibus consanguineorum, & amicorum; attamen negari non potest, aliquam saltem concurrere suspicionem, ex eo, quia voces fingi solent, & etiam quia motus animi variant sonum vocis; præterquam quod in istis etiam casibus deficit præsentia necessaria in testibus; vnde adhuc non crederem integros esse testes; sed potius remittendum esse iudicis arbitrio, qui quantà his casibus cæcis esset præstanda fides, ex facto, personarum qualitate, & causæ grauitate, vel leuitate de facili desumere possit.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cæcus an possit doctorari.
- 2 Quilibet ad Magistræ dignitatem admittitur, nisi reperitur prohibitus.
- 3 In his, quæ sunt de genere permissorum quilibet reputatur habilis, nisi reperitur prohibitus.
- 4 Cæcus cur multa sint prohibita.
- 5 Cæcitas non est in causa, vt quis doctus euadere non possit.
- 6 Legatum factum cæco de libro valet.
- 7 Doctoratus officium in multis casibus exercere non possunt cæci.

## Cæcus an admittatur ad dignitatem Doctoratus.

## CAP. XX.

1 **C**æcus an ad dignitatem Doctoratus admittatur, quæstio esse potest; quam late disputat Vasquez *contra. illustr. cap. 103. n. 17.* qui tandem concludit; doctorari vti que posse, & in quodam cæco sic obiecturatum fuisse asserit; & mouetur præcipue, † quia cuiuslibet conceditur ad magistræ honorem in ceteris, si non reperitur prohibitus, vt in *leg. Magistros, C. de profes. & Medic. lib. 10. leg. vnica, C. de profes. qui in Viri edit. lib. 10.* Sed cæcis id non reperitur prohibitum, 2 ergo, & præcipue, quia † in his, quæ sunt de genere permissorum, quilibet præsumitur habilis, nisi expressè reperitur prohibitus *l. mutus, §. cum quæruerit, ff. de procurat. vbi Bart. leg. si queramus, ff. de testam. tit. vnde cum in iure prohibitum non reperitur cæcus doctorari posse, id ipsis non est denegandum. † Et maxime, quia ea, quæ sunt cæcis prohibita, nulla alia ratione denegantur, nisi quia ob cæcitatem ipsa exercere non valent, *leg. 1. C. qui morbo, & leg. luminibus, C. qui dicitur vel cur. poss.* ideo ab illis cæcis remoueri non debent, quorum exercitium ob defectum oculorum non impeditur; † cæcitas verò non est in causa, vt quis doctus euadere non possit; & alios docere, vt per Vasquez loci citati, ac ideo videmus permissimos multos extrisse cæcos, qui publicè scientias docuerunt, vt dixi supra in cap. 1. vbi pariter demonstrauimus, cæcos*

perspicacissimi esse ingenij, scientiasque omnes acquirere posse. Vnde non existimo verum esse, quod nonnulli dixerunt, † legatum factum cæco de libris non valere, poterunt enim ipsi vti, si non legendo saltem alios legentes audiendo. Bene verum est, † quod multis in casibus non possent scientiam illam, in qua fuerunt doctorati, exercere. Sic exemplum in Iurisperito, qui si sit cæcus non potest esse Iudex, ut dictum fuit supra in cap. 15, nec arbiter, ut in cap. 16, nec pro aliis procurare, nec advocare, ut in cap. 18, n. 11. & si quis in medicina lauream allumeret, quomodo vrinæ, & fæces intueri posset, ut Medici solent, vel colorem, seu palorem infirmi animadvertere.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cæcus an feudum retinere possit.
- 2 Feuda an de novo cæcis concedi debeant.
- 3 Feuda, qua respiciunt seruitia personalia, de novo cæcis concedi non debent, quod tamen de omnino cæco intelligendum est, ut num. 4.

## Cæcus an succedat in feudo.

## C A P. XXI.

- 1 Feudum ad cæcos transire, nos docuit Bart. in li. cæcus, ff. de Iudic. ubi dicit, quod si filius cæcus succedat Principi, Baroni, vel Comiti, paterna retinet Feuda, & idem confirmat Abbat. in consil. 47, n. 2, par. 1, quos refert, & sequitur Vant. de null. ex defect. iuris de leg. n. 43. per substitutum enim omnia exercere poterit. Dicunt tamen † de novo cæcis feuda non esse concedenda, sed solum ea, quæ parentibus fuerunt concessa, ad filios etiam cæcos pertinere, nec ipsos propter cæcitatem esse priuandos, præcipue cum acutissimi sint ingenij, & summa prudentia statuto gubernare valeant, & Dominis feudorum saltem per substitutum inferuire, & probat text. in cap. mutus An mut. vel alit. imperf. feud. retin. poss. in vsibus feud. & tradit Vant. loco supra citato. † Si tamen feudum personale seruitium requireret, de novo cæcis, ut dictum fuit, non esset concedendum, Bald. in leg. quoties, C. de suis, & leg. Vant. loc. citat. Rota decis. 602, num. 31. & seqq. in residuo part. vnde recent. Fulgen. in l. cæcus, ff. de Iud. & tradit Sebast. Medic. de foris. casibus par. 2, cap. 6, num. 51. † Quod tamen intelligendum est de omnino orbato, scilicet si solum patrum videret, ut per Sebastian. Medic. locis citatis.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cæcus non potest ad ordines promoueri.
- 2 Cæcus ad ordines promotus non administrat.
- 3 Cæcitas superueniens est iusta causa dandi coadiutorem.
- 4 Cæcus ex dispensatione potest creari Sacerdos.
- 5 Cæcus ex dispensatione potest creari Episcopus.
- 6 Cæcus potest eligi in Pontificem.
- 7 Cæcus ex dispensatione potest celebrare.
- 8 Cæcus efficitur inhabilis ad beneficia obtinenda.
- 9 Cæcus amittit coadiutoriam, si efficiatur cæcus.

## Cæcus an possit promoueri, &amp; promotus ministrare.

## C A P. XXII.

- 1 Cæcum non posse promoueri ad ordines, probat text. expressus in cap. 1. & in can. panitentis, §. distinc. & habetur in Legit. cap. 21. cuius verba sunt registrata in can. 49. distinc. vti enim corpore vitari ad ordines promoueri non debent, cum etiam in ipsorum administratione necessarius sit visus. Imò etiam vno tantum oculo carens dicitur irregularis, ita ut promoueri non possit, Dian. nouis. post alios resolut. moral. par. 3, tract. 6. de mutis, surdis, & cæcis resolut. 22. versic. dico tertio. † Vnde si iam promotus hanc incurreret calamitatem, eos amplius non administrat. Dives tom. 3. quest. 82. artic. vlt. ad fin. Parisius de Resig. Benef. lib. 3. quest. 6. num. 36. † ac idem cæcitas superueniens dicitur iusta causa dandi coadiutorem, ut per Parisium loco citato num. 37. Verum quia reperitur cæci admirandi ingenij, qui scientias tunc addiscunt, ut supra in primo capite, † Summus Pontifex potest dispensare, ut ad sacerdotium promoueantur cæci, imò † ut Episcopi fiant, ut scribit Maiol. de irreg. lib. 1. cap. 20. licet enim sacrificiis incumbere, munusque pastorale exequi non possent, ut per Paris. de Resig. Benef. lib. 3. quest. 3. num. 21. confessiones tamen audite, verbum Dei docere, ac iurisdictionalia exercere non essent prohibiti, & adducunt exemplum de Roberto Scoto cæco à pueritia, qui & Sacerdos, & Archiepiscopus creatus fuit. Surtius anno Domini 1551. Maiol. locis citatis, Parisius dict. quest. 6. num. 42. † Vnde potest etiam in Pontificem eligi, Anton. de Butt. in capit. licet de elect. Iacob. de cons. lib. 3. artic. 1, Parisius loco proxime citato num. 45. † Et posse cæcum ex dispensatione celebrare, Sotus in 4. distinc. quest. 2. artic. 2. qui restat quandoque fuisse cum Sacerdote cæco dispensatum, & se vidisse Tridenti quendam Episcopum cæcum ex dispensatione Summi Pontificis celebrare sacrum, & sequitur Diana loco supra citato resolut. 17. & † cæcos ob cæcitatem effici inhabiles ad beneficia obtinenda, Menoch. de arbit. casu 226. Rota post alios decis. 602, num. 45, & seq. in residuo quinta partis recent. in qua decisione probatur, † coadiutorem cum futura successione amittere coadiutoriam, & ius succedendi, si efficiatur cæcus per rationes ibi adductas.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cæci à muneribus personalibus excusantur.
- 2 Cæci non excusantur ab his, que à consilio dependent.
- 3 Cæci an excusentur à muneribus realibus, & numeris sequentibus, & habetur resolutio, num. 11.
- 4 Capituli extra de cens. varia intelligentia, & nu. 11.
- 5 Collecta est onus feuduum.
- 6 Collecta imponitur per 45. & libram.
- 7 Collecta est inter muneris realia.
- 8 Differentia inter insciuita, & canonicum circa collectas cæcorum.
- 9 Collecta imponitur personis pro rebus.
- 10 Petrus Antih. de muner. in §. 2. num. 12 circa intelligentiam text. in cap. licet extra de cens. reprobat.
- 12 Cæci à muneribus patrimonialibus non excusantur.
- 13 Cæcus non potest dari tutor.
- 14 Cæcus potest dimittere tutelam susceptam ante cæcitatem.
- 15 Cæcus excusatur à recitatione diuinarum horarum, nisi tamen eas memoria teneat.
- 16 Cæcus excusatur à muneribus personalibus, si in totum sit cæcus, scilicet si solum paruum videat.
- 17 Cæcus an excusatur in delictis à pena ordinaria.



A quibus excusetur cæcus ob  
cæcitatem.

## CAP. XXIII.

**P**ossem simul multos congerere casus, in quibus  
cæci ob cæcitatem excusantur, verum cum omnes  
generali regula comprehendere valeant, generaliter  
dicamus, ¶ cæcos à muneribus omnibus personalibus  
excusari, quæ corpore explicantur, ut est  
1 in l. 2. §. corporis debilitas ff. de vacat. & excusat. mun. &  
in l. 1. C. qui morbo se excusat. 10. cuius hæc sunt verba. Si ea  
cæcitate Pater tuus oppressus est, ut utriusque oculi aciem  
prorsus amiserit, leuassentium personalium munerum sentiet,  
& tradit Profdocimus de Comit. de diff. legum, & ca-  
nonum num. 144. Petrus Antib. de munerib. §. 2. nu. 28. Se-  
bastian. Medic. de fortuit. casibus par. 2. quest. 6. num. 54.  
2 ¶ Secus tamen est in his, quæ sunt consilij, ut per  
3 Batt. in dict. leg. 1. & Petrum Antib. locis citat. ¶ achis,  
quæ munera realia respiciunt, ut in supradictis iuris-  
4 bus, & tradunt supracitati Doctores.  
Sed etiam à muneribus realibus excusari, videtur  
probare text. in cap. licet extr. de cons. cuius hæc sunt  
verba. Dixit quoque prædictus cæcus, quod ad collectas inter  
alios pariter compellatur, quod fieri non permittit, quia eum,  
quem cæcitas sua grauatur, inhumanum est, nimis in collatione  
affligere, cui debuerat ex collectis, si esset necessitas, misereri.  
Hæc Summus Pontifex, quæ de muneribus realibus  
5 intelligenda esse videntur, nam ¶ collecta est onus  
fructuum, leg. fin. C. fin. cens. vel rel. fund. comp. non poss.  
6 Alex. cons. 35. lib. 4. Nat. consil. 114. num. 6. ¶ & imponi-  
tur per æs, & libram, ut per eundem Nat. in cons. 105.  
7 ¶ Et collectam esse inter munera realia, tradit latè  
Petrus Antib. de mun. §. 2. quam difficultatem sen-  
8 tiens Profdocimus locis citatis, ¶ existimauit, hanc esse  
differentiam inter ius Civile, & Canonicum, ut de  
iure Ciuili cæci excusentur à muneribus personali-  
bus tantum, de iure vero Canonico etiam à realibus,  
& patrimonialibus, quod tamen restringit ad cæcos  
pauperes, ex illis verbis, inhumanum est nimis Col-  
lectis affligere, cui debuerat ex collectis, si esset ne-  
cessitas, misereri, Petrus verò Antib. de mun. §. 2. n. 28.  
existimant quodammodo per ignorantiam sic ibi  
statutum fuisse, ita ut Summus Pontifex ignorauerit  
differentiam munerum realium, & personalium, ac  
idèd sic generaliter per errorem statuisse compre-  
hendendo etiam Collectas, quæ licet personis impo-  
9 nantur, ¶ pro rebus tamen imponi solent, leg. rescripto,  
§. sciendum, ff. de mun. & bon. ac propterea existimat ipse  
10 ¶ dictam decretalem locum habere solùm in illis locis,  
qui subsunt Ecclesiæ temporaliter, nec ius Canonicum  
potuisse tollere leges in hoc casu, ac foro Ciuili, &  
respondet d. textus, quod si Ecclesiæ vult cæcos pro-  
tegere, protegat secundum Ius nõ autem contra Ius,  
maximè enim aliter sequeretur inæqualitas, si cæcus  
dies esset immunis à collectis in damnum aliorum.  
Quæ omnia quæ ineptè dicta sunt, nemo est, qui non  
videat, nempe, Summum Pontificem fuisse ignorantia  
ductum, ius Canonicum non posse tollere ius Ciuile, &  
obseruandum solum esse in terris Ecclesiæ tempora-  
liter subiectis, ibiq; Summum Pontificem iniquè, &  
contra ius protegere cæcos. Nec multum mihi agridet  
sententia Profdocimi de comm. nam Summus Ponti-  
fex fundat se in cæcitate, nõ autè in paupertate. Un-  
11 de, ut supradictæ absurditates euitentur, ¶ illum text.  
intelligere oportet de collectis personalibus, non au-  
tem de his, quæ imponuntur pro rebus; licet enim  
collecta propriè dicatur munus reale, hinc tamen nõ

sequitur, ut latè saltè sumpto vocabulo, etiam perso-  
nalem collectam comprehendere non valeat, & à pro-  
prietate sermonis; ut discedamus, nos cogit illa ab-  
surditas, quæ alias sequeretur, & ita iura expressa, &  
de personalibus collectis illum text. intelligunt glof.  
Imol. & Host. & sequuntur cõmuniter scribentes, ut  
per Abb. ibi, licet ipse existimet forsan cæcos posse  
pretendere immunitatem à muneribus, & Collectis  
12 extraordinariis, ut per ipsum n. 4. ¶ cæci igitur à mu-  
neribus realibus non debent dici exempti; quia om-  
nia prædia sunt vniformiter obligata pro publicis  
functionibus, publica vtilitate suadente, ut per Ang.  
Thom. de coll. versit. pauperes n. 3. hancq; esse cõmunem  
scribentiũ sententiã asserit, & allegat Guid. Pap. q. 400.  
& si dicat. text. in cap. licet, intelligatur etiã de muneribus  
realibus, contrariũ de consuetudine obseruari testa-  
tur; sed moderniores solũ de personalibus intelligunt.

Excusantur igitur solum cæci à muneribus perso-  
13 nalibus. ¶ vnde tutores dari non possunt, leg. 1. §. i. ff. de  
14 tutor. Parisius de resign. Benef. lib. 5. q. 3. n. 22. ¶ Imò tute-  
lam semel susceptam superueniente cæcitate dimit-  
tere possunt, Noo. de Neap. in leg. post. ff. de excusat. &  
ne singulos casus frustratorie percurram, iudiciat re-  
15 gula generalis ab omnibus recepta, ¶ cui solum ad-  
dam Clericum cæcum esse cõmunem excusari à recitatio-  
ne diuinarum horarum, nisi eas memoria habeat, ut  
per Menoch in addit. ad casum 429 nat. de arbit. quest. ve-  
rum cum de Clerico effecto cæco nonnulla veniant  
consideranda, de his in seq. cap. n. 5. & 9.

16 Nec tamen omnia, quæ de excusatione cæcorum  
dicuntur, intelligi debet de cæco omninò orbatò, ut  
habetur in d. l. 1. C. qui morbo lib. 10. vnde patum videns,  
vel carens vno oculo cæcum, nec à tutela, nec ab aliis  
muneribus veniet excusandus, leg. frater, C. de excusa-  
tur. qui enim aliquantulum videt, non dicitur cæcus.  
17 Volunt etiam aliqui cæcum in delictis excusari  
à pœna ordinata, ut per Dian. resol. moral. par. 5. tract. 6.  
de mutis, surdis, & cæcis resol. vltima, & allegat Gizza-  
rellum decis. 26. quem nunquam vidi; quæ tamen in-  
telligenda esse videntur; si cæcitas fuisset quodam-  
modo causa delicti.

## S V M M A R I V M.

- 1 Clericus non recitans horas canonicas tenetur ad restitutionem fructuum beneficij.
- 2 Clericus, qui non est presens in choro recitationi diuinarum horarum non participat de distributionibus quotidianis, nec aliter disponi seu consentiri potest. ut n. 3.
- 4 Infirmus excusatur à recitatione diuinarum horarum.
- 5 Cæcus excusatur à recitatione diuinarum horarum, si eas memoria non habeat, non eas audire tenetur, de quo & n. 94.
- 6 Cæcus ut consequatur distributiones quotidianas, an debeat esse presens in choro.
- 7 Cæcus an debeat participare de distributionibus quotidianis datis pro officiatu capellarum, ac pro missarum celebra-  
tione.
- 8 Cæcus non debet participare de elemosynis, quæ dantur à fidelibus, ut missa celebrentur.
- 10 Sacerdos, qui non potest recitare officium sine socio, an socius adhibere tenetur.

Sacerdos cæcus effectus an consequi de-  
beat fructus beneficiorum, distributio-  
nes quotidianas, & elemosynas.

## CAP. XXIV.

**S**acerdos, qui horas non recitat canonicas, ad  
fructus beneficiorum restitutionem tenetur, Cor-

cilium Lateranense sub Leone decimo celebratum *sess. 9.* clarè disponit, & licet Nau. *in leg. de oratione, & horis canonicis cap. 21.* id intelligendum esse dicat, si post sex menses à die adepti beneficij horas canonicas recitare neglexerit, ita vt intra sex menses non teneatur ad restitutionem, tamen eius sententia reprobatur à Menoch. *in addit. ad casum 429. num. 3. de arbit. quest.* Imò ipsemet Nauarr. *in consil. 23. num. 4. lib. 3. in tit. de voto,* respondit, absolutè clericum omittentem recitare horas, teneri restituere fructus pro rata temporis. Idque Bulla Pij V. *const. 138.* sancitum reperitur, dum disponit Summus ille Pontifex, clericum restituere debere fructus singularum horarum, quas recitare omisit. De quo post alios per Sotum *de instit. & iur. lib. 10. quest. 5. artic. 6. col. 5.* & Menoch *in d. casu 429. & clarus in add.*

2 Idque eo magis procedere in quotidianis distributionibus, dixit Menoch *in dict. addit. nu. 5.* quas non interessentes horis diuinis non consequuntur *cap. 1. de cler. non resid. & cap. vt si, qui de stat. & qualis in 6.* & habetur in Concil. Trid. *sess. 24. cap. 12.* † nec aliter ordinari potest, vt dixit Nau. *de orat. cap. 5. n. 20. & cap. 21. n. 65.* Imò nec etiam interessentes consentire possunt, vt non interessentes de quotidianis distributionibus participent, Nau. *loc. cit. n. 22. Miscel. 14.*

Excusantur tamen Clerici à recitatione diuinarum horarum pluribus ex causis, quas refert Menoch. *in dictis addit. n. 8. & seqq.* quarum prima est † infirmitas per text. *in cap. ad audientiam de cler. non resid. & in can. clericus 91. distict.* Idque exemplificat in cæco, † qui excusatur à recitatione diuinarum horarum Sanchez *in opère morali lib. 1. cap. 19. num. 7.* Garzias *de Benef. par. 3. cap. 1. nu. 221.* alios citat Martinus Bonacin. *de horis canon. de excusantibus à recitatione horarum propositione 2. n. 3.* de quo infra *num. 9.* sic censuit facta congregatio Concilij, vt refert Borbola *canon. capit. 24. num. 39.* & sequitur nobilissimè Diana *resolut. moral. par. 5. tract. 6. de mutis, surdis, & cæcis resol. 15. & 16.* si eas memoriz non habeat, quas ab alijs audire non tenetur, secundum Nau. *conclus. 15. lib. 3. de celeb. miss. & de horis canonicis cap. 11. sub num. 14.* & sequitur Menoch. *in dictis addit. num. 11.* † Et licet dissentire videatur ipsemet Nauarr. *in eod. tract. de celebrat. miss. cap. 19. conclus. 8. num. 81.* vbi dicit, cæcum ob cæcitatem non excusari à choro, & à capitulo, nec hanc sufficientem esse infirmitatem ad lucrificandum distributiones quotidianas, tamen ipse loquitur in duobus casibus, in quibus cæci non excusantur, nempe si horas memoriz retineant, tunc enim quemadmodum ipsas recitare tenentur, ita etià chorum frequentare debent, & idem pariter est dicendum, si de facili eas memoriz mandare possent, in quibus casibus ipsas recitare debent in choro vna cum alijs, & aliter facientes non participant de distributionibus quotidianis, & in his terminis loquitur Nauarr. *in d. cap. 19. conclus. 8. n. 81.*

7 Animaduertendum tamen puto, si aliqui darentur distributiones pro officiatu capellarum, seu pro celebratione missarum, & obligatione dicendi missas, cæcus non posset de ipsis participare, nam aliter illi, qui eas instruerunt, fraudati remanent, dum ipsorum intentio fuerit, vt distributiones illæ, illi redditus deseruire deberent pro celebratione missarum, & ad hoc, vt cum effectu, & verè sacrificium fieret. Nec dicatur infirmitatem excusare etiam à celebratione missarum, nam id intelligi debet per aliquod breue spatium, & licet Nauarr. *de iur. lib. 2. num. 21.* id extendat ad duos menses, eius tamen opinionem esse immutatam, dixit Præf. Arch.

Neapol. *in tit. de Capellano capit. 16. num. 22.* qui propterea restringit ad octo dies. Est enim differentia inter beneficia principaliter instituta ad sustentationem ministrorum, vt sunt canonicatus, dignitates, & similia, & beneficia principaliter instituta pro celebratione missarum, & cum expresso onere celebrandi missas; fructus enim beneficiorum primi generis consequuntur infirmi; secus autem fructus, & redditus constitutos pro celebratione missarum, vt sunt Capelle, vt bene declarat Nauarr. & Præf. Arch. Neapol. *loc. citat.*

8 Et hinc etiam inferri debet, cæcos non posse, nec participare debere de elemosynis, quæ fiunt Ecclesijs pro celebratione missarum, vt in die mortuorum, cum hac intentione fieri soleant, vt pro mortuis celebrentur missæ cum effectu.

9 Sed circa ea, quæ supra diximus *num. 4. & 5.* cæcum non teneri ad recitationem diuinarum horarum, si eas memoriz non habeat, dubitatur, quod si partem memoriz teneat, partem verò non, & communis videtur resolutio, in nihilo teneri. Et dant exemplum in eo, qui non potest matutinum cum laudibus recitare, qui licet psalmos, vel lectiones memoriz teneat, non est tamen obligatus eas recitare; & est ratio, quia tenetur ad recitationem eorundem horarum, & diuini officij, sed psalmi non possunt dici horæ canonicæ, nisi cum alijs in Breuiario ordinatis. Bene verum est, quod si integrè aliquas horas memoriz teneat, illas recitare esset obligatus, omittens alijs, quas integrè memoriz non tenet, vt per Doctores, quos citat Bonacinus *loc. cit. num. 6.* licet ipse *num. 7.* teneat obligatum esse recitare illam partem, quam scit, dummodo illa sit pars notabilis; quem sequitur Diana *resolut. moral. par. 5. tract. 6. de mutis, surdis, & cæcis resol. 15. & 16.*

10 Altera succedit dubitatio, vtum qui non potest officium recitare absque auxilio socij, socium adhibere teneatur, Bonacin. *loc. citat. num. 8.* distinguit inter habentem beneficium, & beneficio carentem, primum teneri, secundum verò non. Quæ distinctio non videtur rationi consona; sacerdos enim non tenetur dicere officium ratione beneficij; sed ratione ordinis, vnde non videtur magis obligatus ob beneficium, quam sine beneficio, licet habeat beneficium in pœnam priuetur fructibus, ob non recitationem officij.

## S V M M A R I V M.

- 1 Pœna tallionis quæ olim esset.
- 2 Pœna tallionis in desuetudinem abiit.
- 3 Cæco si erudendus sit oculus, pœna est commutanda.
- 4 Pœna commutari debet, quando delinquens non est capax illius pœne.
- 5 Manus si alicui veniat amputanda, & eam non habeat, vel sit arida, quid agendum.
- 6 Oculus si erudendus sit alicui, & vnion tantum habeat, quid agendum, & num. seqq.
- 7 Manus si alicui sit amputanda, & vnion tantum habeat, quid agendum.
- 8 Iudici post sententiam ligata sunt manus.
- 9 Oculus si sit alicui erudendus, vel manus amputanda, qui habeat oculum, quo bene videat, aliam verò mutilum, vel manum aptam, aliam verò aridam.
- 10 Pœna, quando nullum offert detrimentum, debet commutari.
- 11 Oculus, si sit erudendus, debilius erui debet, & idem dicendum est in manu, quæ veniens amputanda.

Cæco si in pœnam eruendus sit oculus,  
quid agendum.

## CAP. XXV.

- 1 **P**onamus in vsu esse pœnam tallionis, de qua Exodi cap. 21. reddat animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, & Leuitici cap. 24. oculum pro oculo, dentem pro dente restituat, & Dentem. cap. 19. animam pro anima, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede. exigit. ¶ Quæ tamen pœna in delictum abiit, §. pœna Inst. de iniur. Menoch. de arbitr. quest. 76. nu. 14. & casu 322. nu. 3. Et quod cæcus alicui ex proposito oculum euulserit: vel quod adesset statutum, quod pro aliquo delicto oculi euulsionem imponeret, in quam pœnam incidisset cæcus, quid agendum; ¶ certè alia pœna ipsi esset irroganda, vt enim notatur in l. 2. C. vt intra certum tempus, ¶ quotiescumque non potest imponi pœna de iure statuta, ex eo, quod delinquens non sit capax illius pœnæ, in aliam debet commutari, ad quod facit text. in l. si quis iniuriam, ff. de iniur. & notat Bald. in dict. l. 2. num. 4. vbi propterea scribentes asserunt, ¶ quod si alicui veniat amputanda manus dextera, & ipsam non habeat, vel sit acida; hæc pœna in aliam commutari debet; & de hac commutatione Bartol. in leg. hos accusare, §. omnibus, ff. de accusat. & tradit Sebastian. Medic. de fortuit. casibus par. 2. cap. 6. n. 50.
- 2 Sed quid si vno oculo carens incidat in delictum; ob quod ipsi eruendus sit oculus quem solum habet, ipsi extrahi debeat; & negatiuè venit respondendum, vt dixit Sebastian. Medic. loco citato, ne in totum orbatus remaneat, & datur exemplum pariter de manu, ¶ ponamus, quod alicui amputanda sit manus, & vnicam habeat, illa certè priuari non debet; sed pœna in aliam commutari, & Bald. in Auth. sed nouo iure num. 16. C. de seru. fug. dicit contrariam sententiam Guil. sibi duram videri, quia grauior est pœna amittere manum illi, qui vnicam habet, quam alteri, qui ambas haberet: efficeretur enim ille omnino inutilis; & idem est in monoculo, qui cæcus in totum euaderet. Et licet Bald. loco citato in contrariam animaduertat, quod illud, quod sit pœna grauior, pronentat casu, & absque culpa iudicis, ita vt respectu ipsius non debeat considerari: tamen respondetur, intentionem legis fuisse, reddere debiliorem reum in vna tantum manu, vel in vno tantum oculo, non autem ipsam inutilem pro se efficere: nec dicatur, non reddatur inutilis ex lege, sed ex casu; replicatur enim, quod si statuentes à principio considerassent pœnam imponendam esse monoculo, vel vnam tantum manum habenti, utique illam non imposuissent, ne inutiles omnino fierent rei, vnde ex verisimili mente statuentium est commutanda pœna, cum non possit exequi in terminis, in quibus ipsi locuti fuere.
- 3 Quam tamen doctrinam limitat Bald. loco citato sub nu. 10. si iam lata esset sententia, nam exequi deberet, cum post sententiam ligatae sint iudici manus, l. 1. C. sent. reu. non poss. Verum stante suprascripta doctrina iniusta fuisset sententia; ac ided si non ab eodem Iudice; saltem à Principe corrigenda esset; quæ etiam tanquam notoriè iniusta non posset dici, quod in iudicatum transisset, ad tradita per Vant. de null. in tit. de null. ex defect. proc. nu. 127.
- 4 Sed ponamus, quod quis duos habeat oculos, vnum tamen inutilem, vel duas manus, quarum altera sit pariter inutilis: & ei eruendus sit oculus, vel am-

putanda manus: & certè per rationem supra consideratam non erit dicendum oculum videntem esse eruendum, nec manum validam amputandam, ne reus euaderet inutilis: sed totum est dubitatio, an reus puniri debeat in partibus inutilibus, vel potius commutanda sit pœna, Ioan. And. in capit. in panis de regul. iur. in 6. existimat in oculo, & manu inutili esse puniendum, cum in pœnis maior via sit eligenda; cui opinioni confert, quod dixit Bald. in dict. leg. 2. aliquam pœnam videri, etæte oculum inutilem, & manum aridam amputare; sed quod potius commutanda sit pœna, vetior videtur opinio, vt per Bald. in dict. leg. 2. n. 17. aliter enim maleficium remaneret quodammodo sine pœna, & regulare est, ¶ quod quando pœna redditur nullius ferè momenti, commutari solcat, vt probatur in d. l. 2. & dixi supra de omnino cæco, in quo sic debet commutari pœna, idem dicendum est in casu proposito, per eandem rationem.

5 Veram tamen est, quod subiungit Bald. quod si oculus esset debilis, & debilis manus, nec vnus tamen, nec altera inutilis, in illa parte debiliori puniri deberet reus; & in his terminis optimè concludit ratio Ioan. And. mitiorem pœnam semper esse eligendam.

## S V M M A R I V M.

- 1 Ordo in traditione huius materiae surdorum, & mutorum.
- 2 Surdorum duo sunt genera.
- 3 Surdi sunt, qui nihil prorsus audiunt.
- 4 Surdi, & muti omnes possunt celebrare contractus.
- 5 Surdi vnde dicantur.

Surdi qui propriè dicantur.

## CAP. XXVI.

- 1 **E**xplicitis his, quæ de cæcis breuiter proponere dectueram, ad surdos, & mutos deueniendum restat: & vt aliquo ordine procedatur in hac admodum perplexa materia, quemadmodum ex questionibus infra connectendis apparebit: primum ponam nonnulla particularia surdorum ex accidenti; dico ex accidenti, nam si essent surdi à natura, etiam muti existèrent, vt supra fuit demonstratum, vnde de ipsis diceretur, quando de mutis, & surdis à natura tractabimus: secundo loco referam aliqua particularia mutorum: tertio, quoniam multa sunt communia, & surdis, & mutis, ne capita frustra multiplicentur, vna de ipsis differemus.
- 2 Et primò videamus, qui sint propriè surdi, quorum duo sunt genera, alij sunt surdi à natura, quos & mutos esse diximus, alij verò sunt surdi ex accidenti, qui surdi non sunt, cum loquelam, tempore, quo audiebant, didicerint. Verum quando loquimur de surdis, ¶ de his, qui nihil prorsus audiunt, intelligimus, quo propriè surdi dicantur, non autem de his, qui tardè audiunt, ¶ qui & stipulati possunt, ceterosque contractus inire, leg. 1. §. sed etiam, ff. de act. & obligat. §. sed quod dicimus Insti. de mut. stipulat. §. item surdus, Insti. quibus non est permis. facere testament. qui surdus appellari solent, secundum Angel. in leg. fin. ff. de leg. tut. vt dixi Ioan. Bapt. de arbitr. cap. 14. n. 4.
- 3 Surdi autem secundum Ioan. And. dicuntur à foribus hamorum oppitulantium aures, quem refert Io. Brunus de spons. conclus. 1. 4. num. 9.

## S V M M A R I V M.

- 1 Surdi olim testari non poterant, & quare num. 2.

- 3 *Surdi olim factionem testamenti à Principe impetrare poterant.*  
 4 *Surdi hodie testamenta facere possunt.*  
 5 *Surdi ex accidenti an testari possunt, distinguitur.*

- 13 *Surdi possunt compromittere.*  
 14 *Surdorum dispositiones quomodo à Notariis scribi possunt.*

## Surdus an testari possit.

## CAP. XXVII

- S**urdus an testari possit, si queratur, sic est dicendum, ¶ surdum olim de iure Digestorum testari non potuisse, ut probat expressè text. in *L. laetani, §. Prætoris, ff. vni. cogn.* vbi habetur surdum intestabilem fuisse: idem probatur in *L. qui in potestate, §. surdus, ff. de test. & qui test. fac. poss.* vbi dicitur, surdum testamentum facere non potuisse: licet igitur surdi ex accidenti, de quibus nos loquimur, propriam voluntatem proferte possent, atamen testamenti factionem non habebant, ut in dictis iuribus, & optimè animaduertit Vigl. in *§. item surdus Instit. quibus non est permis. facere testamentum, & Conn. lib. 9. comment. iuris civilis cap. 4. n. 8. & cap. 5. n. 4.* ¶ & ratio ab ipsis assignatur, quia id erat præter formam publico iure introductam, tantum enim ait Vigl. & Conn. nuncupabantur testamenta adhibito familie emptore, at surdus verba familie emptoris audire non valebat, & per consequens non poterat nec etiam testari. ¶ Factionem tamen testamenti à Principe impetrabant, illi nempe surdi, qui eorum voluntatem proferte poterant, & in his terminis loquitur textus in *L. si nuntius, & surdus ff. de test. & qui testam. fac. poss.* de quo latius suis locis.
- 4 Hodie tamen ex Imperatoris constitutione in *L. discretis ff. qui testam. fac. poss.* similibus surdis, qui eorum voluntatem verbis aperire possunt, conceditur testandi facultas absque quod à Principe licentiam impetrent: sic habetur in *d. l. discretis*, in illis verbis. *In eo autem, cui morbus postea superveniens auditum tantummodo abstulit, nec dubitari potest, quin postea omnia sine aliquo obstaculo facere.* Si igitur queratur ¶ an surdus tantum ex accidenti testari valeat, est distinctio, quod aut loquimur de iure Digestorum, & testari non poterat, nisi hoc à Principe impetrasset, aut loquimur de iure Codicis, & testandi habet facultatem absque vlla Principis licentia, ut in *d. l. discretis*. Si verò non solum sit surdus ex accidenti, sed etiam mutus pariter, ex accidenti, an testari valeat, est maior difficultas, de quo infra suo loco, ne termini huius subtilissimæ investigationis confundantur, in qua erit agendum. Je intellectu plurium legum, ac iurium, quæ ad invicem pugnare videntur, de quarum intelligentia certant inter se Doctores, & in qua multi ex nostris alias ocula, illimi, mirificè allucinati fuere.

## S Y M M A R I U M.

- 1 *Surdus ex accidenti potest contractus inter viros celebrare.*  
 2 *Surdus potest testari, ergo etiam contrahere, valet argumentum, sed non e contra.*  
 3 *Surdus potest donare, quod declaratur num. 5.*  
 4 *Stipulatio in donationibus quandoque intervenire solet.*  
 6 *Surdus potest procuratorem constituere.*  
 7 *Surdus potest omnes illos contractus celebrare, in quibus verba non sunt de forma.*  
 8 *Verba sunt necessaria solum in stipulationibus pro forma.*  
 9 *In stipulationibus est necessarius auditus, & quare n. 11.*  
 10 *Surdus, et intelligat ad motum labiorum non potest stipulari.*  
 12 *Io. Bapt. opinio de arb. lib. 2. cap. 14. nu. 3. damnatur.*

## Surdus an contrahere possit.

## CAP. XXVIII

- V**idimus in superiori capitulo, an surdus ex accidenti possit testari, nunc an contrahere possit videamus. Verum cum maiores solemnitates requirantur in testamentis, quam in contractibus, ut videri potest in cæcis, qui licet possint contrahere, ut cæteri homines, testari tamen non possunt, nisi pluribus adhibitis solemnitatibus, dicendum est, ¶ quod quemadmodum surdus tantum ex accidenti testari potest, sic etiam contractus inter viros celebrare possit. Vnde Io. Bapt. de arbitr. lib. 2. cap. 14. sub nu. 3. querens an surdi possint contrahere, dicit locum esse distinctioni, quam facit text. in *L. discretis, C. qui testam. fac. poss.* licet loquatur in vicinis voluntatibus, at secundum *d. l. surdi*, quibus vox articulata non desit, possunt testari, ergo etiam contrahere poterunt, & sequitur Rom. in *L. in princip. ff. de verb. obligat.* & voluit Alex. in *d. l. discretis num. 2.* ¶ Hoc tamen argumentum de vicinis voluntatibus ad contractus, affirmatiue solum desumere licet, ex *d. l. discretis*. hoc est, surdus potest testari, ergo potest etiam contrahere, & tenet consequentia, cum maiores solemnitates requirantur in testamentis, quam in contractibus, non autem negativè, exempli gratia, mutus si litteras nesciat non potest testari per *d. l. discretis*, ergo non poterit nec etiam contrahere, non currit enim argumentum; quia licet mutus non possit testari, mul. os tamen contractus inire potest, ut suis locis dicitur.
- 3 Potest igitur surdus contrahere, & sic ¶ donare, *L. quidquid, §. mutus, ff. de donat.* vbi dicitur, mutus, & surdus donare non prohibentur; merito tamen ibi glos. declarat, id procedere in vitiis separatis, & ex accidenti, secus si à natura, ut suo loco dicemus; constat igitur surdum solo morbo surditatis laborantem posse donare: ¶ nec obstat, si dicatur, surdus non potest stipulari, ut infra diceretur, ergo non poterit nec etiam donare, cum in donatione quandoque intervenire solet stipulatio, *L. si quis argentum, §. pen. C. de donat.* Nam respondetur, illud, quod dicitur, ¶ surdum donare posse, intelligitur, vel tradendo ipsam rem, ut declarat Bart. in *§. mutum Instit. de inut. stipul. vel aliter se promissionibus obligando absque tamen stipulatione.* ¶ Potest procuratorem constituere, ut est text. in *L. mutus, ff. de procurator.* & ne singulos contractus frustratoriè nominemus, sufficiat, generaliter asserere ¶ surdum tantum ex accidenti, posse illos omnes contractus celebrare, qui ab aliis fieri solent, illis solummodo exceptis, qui verba pro forma requirunt, ut dicit text. in *L. in quibuscumque ff. de arb.* Cuius hęc sunt verba. *In quibuscumque negotiis sermone opus non est sufficiente consensu, in his, & surdus intervenire potest, qui a potest intelligere, veluti in locationibus, conductio-*
- 8 *nibus, emptioibus, & cæteris.* ¶ Verum verba sunt de essentia solum in stipulationibus, ut tot. tit. in *ff. de in. Institut. de verb. obligat.* ergo surdi, stipulationibus exceptis, omnes alios poterunt inire contractus. Nec dicatur, cur non possint stipulari, si verba proferre valet, respondetur enim ¶ in stipulationibus non solum esse nec essentia verba, sed etiam auditum, ut expressè dicit text. in *§. mutum Instit. de inut. stipul.* Is, qui stipulatur, verba promittenti, & is, qui promittit, verba stipulantis audire debet, sed surdus non potest audire,

Surdi tantum an possint esse testes.

CAP. XXIX.

**S**Olet apud nostros dubitari, an surdi, & surdi possint esse testes; & varij varia dicunt; regulasque constituunt, quibus Fallentias addunt, vt Farinac. post alios de testibus quest. 61. num. 36. & pluribus sequ. Verum si questio generaliter proponatur, nec certam posse constitui regulam, nec veram posse dari fallentiam semper existimauimus; sed necessarium esse plures casus distinguere: aliter enim dicendum est in surdo tantum, aliter in muto tantum, aliter in muto, & surdo simul, aliter si à natura, aliter si ex accidenti, aliter si litteras sciat, aliter si ignoret. Et primo si quaeratur, an surdos tantum possit esse testis, de quo in præsentis capitulo constitui debet regula generalis, & surdum posse testificari in omnibus illis rebus, quæ per sensum visus, & alios sensus percipiuntur; præterquam auditus, vt dixit Aufi. de test. sub nu. 22. vers. surdus, Nell. de test. sub num. 29. Mont. de test. in verb. surdus vers. testu non potest esse, Farinac. dist. quest. 61. num. 35. ad quod adducit text. in l. discreti, §. si autem, C. qui testam. facere poss. vbi probatur, surdos posse condere testamenta, vult igitur arguere Farinac. & testes esse potestunt. Quibus in casibus etiam integri dici deberent, tam in civilibus, quam in criminalibus, & aut enim volumus aliquid ipsis de fide diminuerè ob defectum auditus, si auditus ipsis impedimento nullo modo esse potest, quin sciant res, de quibus deponunt? Et licet Mascard. in conclus. 138. nu. 24. dicat, & in teste necessarium esse, vt audiat verba Iudicis interrogantis; quæ interrogatio, cum fiat signis, potest aliquam dubietatem continere; tamen respondetur, id solum difficiliorem reddere posse interrogationem, non autem dubiam, nam Iudex ex responsione fiet certus; an surdus intellexerit interrogationem; qui etiam poterit Iudicem interrogare, vultis ne hoc à me scire; & Iudex annuendo affirmare, vel negare, donec surdus bene intellexerit interrogationem, qua intellecta, certam, & indubiam dabit responsionem; ita vt aliquid ex ipsis de fide non sit diminuendum, vt fuit de mente Montic. Nell. & Aufi. loc. cit. & Et licet Ign. contrarium videatur asserere in criminalibus, vt in l. 3. §. ignoscitur num. 4. & sequ. ff. ad Soll. secutus à Farinac. in dist. quest. 61. nu. 50. tamen vel dicendum est, ipsos malè sensisse, vel Ign. intellexisse de mutis, & surdis simul, in quibus diuersa consideratur ratio, vt infra suis locis; aliter enim non video, cur, si surdus vidit exempli gratia Titium occidentem Seium, non sit de hoc idoneus testis, etiam in criminali causa. & Et posset Notarius ad cautelam notare etiam interrogationem; hoc est, facta fuisse surdo à Iudice signa, & quibus ipse surdus dixit, an Iudex id ab ipso peteret, & Iudicem hoc scire velle annuendo affirmare; ac propterea surdum respondisse, vt infra; tunc enim aliqua non posset considerari dubietas, nec in interrogatione, nec in responsione.

7 In his vero, quæ sensu auditus percipiuntur, nullo modo poterunt esse testes, vt in testamentis, §. testes Inst. de test. ord. ac in contractibus, cum verba testatoris, & contrahentium nequeant audire.

S V M M A R I V M.

- 1 Surdi possunt matrimonium contrahere.
- 2 In matrimonio solus consensus sufficit.
- 3 Surdus potest baptizari, & baptizare.
- 4 Surdus potest dare confirmationem.

ergo stipulari non poterit: hoc idem probat text. in l. 1. in princip. ff. de verbor. obligat. vbi dicitur, stipulantes se adiuuicem audire debere, non solum igitur loquela; sed etiam auditus necessarius exiit: ac propterea licet & surdus ad motum labiorum intelligeret (pro vt ego cognoui quendam ex Aqualahea, qui ita ad motum labiorum alios loquentes intelligebat, pro vt si perfecte audiuisset, quamvis sensu auditus profus esset destitutus) stipulationem tamen contrahere non posset, vt per Bart. in dist. leg. 1. quem communiter sequuntur scribentes: & cum igitur stipulatio non contrahatur, nisi utroque loquente, & ille, qui alloquitur non audientem, non dicatur alloqui, sequitur surdum non posse stipulationem contrahere ob defectum reciproce locutionis, vt dixit Cancel. Galiauda in d. l. 1. num. 15.

12 Et hinc vidimus malè sensisse Ioan. Bapt. de arbitr. lib. 2. cap. 14. num. 3. vbi ait, muros, & surdos non posse compromittere in arbitrum, nec arbitratorem, & quia compromittere est contrahere, & tales non possunt contrahere d. l. 1. ff. de verbor. oblig. d. §. mutum Inst. de mut. stipul. ergo non poterunt compromittere; nam speciale est, surdos stipulationes contrahere non posse, per rationem supra allatam: nec generaliter de iure licet argumentum ex dist. l. discreti, cum solum affirmatiue valeat, non autem negatiue, vt supra dictum fuit. Præterquam quod in iudicis ex dist. l. discreti, in contrarium oriretur argumentum, stante quod iudicis tantum factio testamenti concedatur, vt in superiori capite.

14 Solum igitur in contractibus surdorum deest stipulatio. Nec dicatur quomodo poterit Notarius contrahentium voluntatem coram testibus aperire; surdo non audiente; nam, cum loqui possit, ipse debet suam voluntatem coram Notario, & testibus exponere, dicendo, quod ipse, exempli gratia, emit, vel vendit talem rem sic laceratam, pro tali pretio, quod integrum; vel pro parte debeat solui, hoc vel alio tempore, cum omnibus pactis, & conuentionibus, de quibus contrahentes fuerint concordés, quod altera parte confirmante, Notarius de illis omnibus conficiet ad perpetuam rei memoriam instrumentum: Et ad maiorem cautelam in surdo litterarum perito obseruari quandoque volui, prius Notarium instrumentum scribere, ipsumque subscribere surdum, & quod postea coram testibus recenseret ipse surdus contenta in Instrumento, diceretque ipsum vidisse, legisse, illamque suam esse voluntatem; ac propterea illam scripturam subscripsisse, ad hoc, vt Notarius de contentis in ea ad perpetuam rei memoriam instrumentum conficeret: de quibus omnibus mentionem facere debet Notarius in suo rogatu, cauendo tamen ne addat stipulationis clausulam: & eius pariter voluntatem coram septem testibus, & Notario patefacere deberet; si testamentum facere vellet surdus, de quo Notarius se rogaret.

S V M M A R I V M.

- 1 Surdi an possint testificari, generaliter quaeri non debet, sed distinguendi sunt plures casus.
- 2 Surdi possunt esse testes præterquam in his, qua sensu auditus percipiuntur, & num. 3. & sequ.
- 4 Testis debet audire verba interrogantis.
- 6 Cautela in recipiendis dictis surdorum.
- 7 Surdus non potest esse testis, nec in testamentis, nec in aliis rebus, in quibus necessarium est auditus.

- 5 *Surdus potest conficere Sacramentum Eucharistia.*
- 6 *Surdus potest sua peccata confiteri, licet aliorum confessionem audire non possit.*
- 7 *Surdus datur extrema unctio, & eam aliis dare possunt.*
- 8 *Surdi non admittuntur ad ordines sacros.*

Surdi quæ sacramenta conferre, & quæ recipere possint.

CAP. XXX.

**S**I queramus, quæ surdi tantum dare, & quæ recipere possint sacramenta; breuiter primò dicendum est, † posse contrahere matrimonium; cum enim in ipso † solus consensus sufficiat, *cap. cum apud cap. tua cap. delectus cap. cum locum de spons. cap. sufficit 23. quest. 2. leg. nuptias, ff. de regul. iur. cum similibus, ipsum lignis, & voce demonstrare possunt, & cum id permissum sit etiam surdis, & mutis simul, vt probatur in dict. cap. cum apud, & in dict. capit. tua, & infra suo loco dicetur, tanto magis id asserendum erit in surdis tantum.*

- 3 Potest baptizari, imò & baptizare, quod in surdo tantum non habere dubium, dicit Ioann. Andr. in dict. cap. cum apud, & alij sequuntur scribentes.
- 4 Poterit pariter confirmationem dare, de qua dicendum est, prout de baptismo, vt per Brun. de sponsal. conclus. 14. num. 12.
- 5 Sacramentum Eucharistia conficere non est ambigendum, cum ad id solum necessaria sint verba sacramentalia, de quibus in cap. cum Maria in princ. de celebrat. Miss. quæ à surdis profertri possunt.
- 6 Alteri eorum peccata confiteri possunt surdi, & debent, vt alij, non obstat enim, quod dicit Brun. loc. citat. sub numer. 12. pœnitentiam, ac admonitiones Confessoris audire non posse; nam signis ipsis est iniungenda pœnitentia. Aliorum tamen peccata audiri non posse, nulla est difficultas. † Extrema unctio pariter datur surdis, cum detur etiam illis, qui propter infirmitatem nihil audiunt, ac intelligunt *cap. filij de heret. in 6. cap. 2. in fin. de orneam. eandem alteri dare posse, non dubitatur, cum verba illa, de quibus*
- 8 *in cap. unico de Sacram. vnctionis profertre valeant. † Ordines vero sacros surdi recipere non possunt, cum ad ipsos non admittantur corpore vitiatu cap. 1. & cap. pœnitens 55. distinct. Nec obstat in Leuit. cap. 21. cuius verba registrata sunt in cap. 1. 49. distinct. repelli ab ordinibus cæcos, Lippos, Albiginem habentes in oculo paruo, vel grandi, vel rotto naso, mancos, claudos, gibbosos, & habentes ingentem scabiem in corpore, de surdis autem nullam fieri mentionem, prout etiam in 55. distinct. in tit. de corpore vitiatu per totum, & in tit. de clericis agrot. quibus in locis de turdis nulla fit mentio. Responderi enim possit primò, de ipsis factam non fuisse mentionem, cum fuerint nominati solum illi, de quibus maior erat dubitatio, verum cum in surdis res nimis manifesta sit, consuetudo fuerunt omitti. Secundò, si non in specie, saltem in genere de ipsis factam fuisse mentionem, cum ultra nominatos prohibeantur omnes habentes maculas, vt in dict. cap. 21. Leuit.*

Nec dicatur, quomodo igitur poterunt conferre sacramenta, de quibus supra, respondetur enim nos præsupponere terminos habiles, & sic esse sordos ex accidenti, non autem à natura, & surditatem incurios fuisse post Sacerdotium.

Plura alia de surdis essent dicenda; verum quia

commonia etiam sunt mutis, de ipsis simul dissecemus infra suis locis.

S V M M A R I V M.

- 1 *Mutorum plures sunt species.*
- 2 *Mutus propriè ille dicitur, qui nullo modo loquitur.*
- 3 *Muti vnde dicantur.*

Muti qui dicantur.

CAP. XXXI.

- 1 **M**utorum plures esse species, clarissimum est; alij enim ex aliquo accidenti loquelam amiserunt, alij sunt nati muti, multi perdidit loquelam vna cum ipso auditu, nonnulli à natura audita carent, & per consequens etiam loquela: de quibus omnibus particulariter erit agendum. Vnum tamen in hoc capite non est præmittendum, mutum † illum propriè dici, qui nullo modo loquitur, non autem qui tardè, s. item *surdus Instat. quibus non est permissa testam. vbi hæc habentur verba, mutus ille intelligitur, qui loqui nihil potest, non qui tardè loquitur.*
- 3 Mutus autem secundum Ioan. Andr. in *cap. cum apud de spons. à mugiendo dicitur, quod declarat Brun. de spons. conclus. 14. n. 9. mutos nempe, licet loqui non possint, prorumpere tamen in vocem, quæ potius mugitus, quam sermonis similitudinem habet, cum edant solum inconditum quendam sonum, vt per Rim. lun. in cons. 261. nu. 32. subiungit tamen Brun. mutum dici, quasi leosu minutum, vel sic dictum fuisse à musando, cum non amplius, quam mus dicat. Prima tamen conuenientior videtur deductio, præcipue, cum ille sonus, quem emittere solent muti, in hanc syllabam sonet mu.*

S V M M A R I V M.

- 1 *Mutus tantum ex accidenti testari non poterat de iure Digestorum, etiam si litteras sciret, vt nu. 2. & quid de iure Codici, num. 4.*
- 3 *Mutus tantum ex accidenti poterat de iure Digestorum impetrare à Principe factionem testamenti, si tamen litteras sciebat.*
- 5 *Muti, & surdi simul ex accidenti non poterant olim testari, etiam si litteras scirent, poterant tamen hoc à Principe impetrare, vt n. 6. hodie tamen, si litteras sciant, possunt testari, absque alia licentia, vt n. 7. si vero litteras ignorent, testari non possunt.*
- 8 *Lex discretis, C. qui testamenta facere poss. ampliat testandi facultatem in mutis.*
- 9 *Mutus tantum à natura, si litteras sciat, hodie potest testari, antiquitus tamen non poterat, vt nu. 10. nisi hoc à Principe impetrasset, vt num. 11.*
- 12 *Mutus, & surdus à natura, nec hodie, nec olim testari poterat, & n. seq. & an id à Principe impetrare possit, n. 13. remissiuè.*
- 14 *Baldurni error demonstratur circa testamentum mutorum.*
- 15 *Hereditas non potest relinqui mutis.*
- 16 *Fideicommissum relinqui non potest mutis, præterquam ab eo, qui loqui potest.*
- 17 *Farinaccij non vera opinio circa mutorum, & surdorum testamentum.*
- 18 *Muti, & surdi litterarum ignari, licet habeant intellectum, testari tamen hodie non possunt.*
- 19 *Testari qui non potest, aliis testari volentibus consensum præstare non valet.*

Muti an testari possint.

CAP. XXXII.

**V**T distinctè procedamus in hac de testamentis mutorum subtilissima materia, primum generaliter

raliter querendum esse, duxi, an muti testari valeant, quod de vnaquaque mutorum specie erit videndum.

1 Si igitur queramus an mutus, qui solam loquelam ex accidenti amisit, testari possit; respondendum est, de Iure Digestorum huic nullam testandi datam fuisse licentiam, ut est text. in leg. qui in potestate, §. surdus, ff. de testament. & qui testam. fac. poss. ubi expressè dicitur, surdum, & mutum testamenti factionem non habere; & sequuntur ibi scribentes, & docet Vigl. in §. item surdus. Instit. qui testam. facere poss. & idem erat, si litteras scirent; adhuc enim cum loqui non possent, testamenta facere non poterant, ut per Vigl. in dict.

2 Si item surdus; §. factionem tamen testamenti muti illi, qui litteras non ignorabant, à Principe impetrare poterant, & in his terminis loquitur text. in l. si mutus, aut surdus, ff. de testament. & qui testam. facere poss. ut Vigl. declarat §. item surdus. † Hodie verò per legem Codicis talis rigor fuit aliqua ex parte correctus, nam mutus tantum, si litteras nesciat, non potest utique testari, provt nec etiam antiquitus poterat, nec in hoc lex digestorum est in aliqua parte correctus, si verò litteras sciat, potest testari scribendo manu propria, ut habetur in d. l. discretis, C. qui testam. fac. poss. in illis verbis. Si verò aures quidem aperta sint, & vocem recipientes, lingua autem eum penitus præcipitata, licet à veteribus auctoribus sapius de hoc variatum est, attamen si hunc peritum litterarum esse propanamus, nihil prohibet, cum scribentem hac omnia facere, siue naturaliter, siue per instrumentum morbi huiusmodi infortunium et accesserit.

3 Sed quid si insuper iste mutus sit etiam ex accidenti surdus, an testari poterit, & olim non potuisse probat dicta lex qui in potestate in §. surdus, etiam quod litteras sciret; † solum enim scientia litterarum dabat ipsis potestatem impetrandi factionem testamenti à Principe, ut per Vigl. in dict. §. item surdus, de qua intelligentia infra suis locis. † Hodie tamen, si tales surdi, & muti ex accidenti, litteras sciant, testari non prohibentur absque Principis licentia, ut expressè disponitur in dict. leg. discretis, in illis verbis. Vbi autem eiusmodi vitia, non naturalis siue masculo, siue femina accidit calamitas, sed morbus postea superveniens, & vocem abstulerit, & aures clausit, si ponamus huiusmodi personam litteras scientem, omnia, quæ priori interdiximus, hæc ei sua manu scribendi permitimus. Ex quibus verbis pluraquam notorie apparet utroque morbo laborantem, si litteras sciat, posse manu propria scribendo testari, secus si litteras ignoret. † Dicit igitur lex discretis, ampliatur testandi potestatem in mutis, hoc modo, prius licet vitia essent accidentalia, & licet mutus esset litterarum peritus, testari non poterat absque licentia Principis, ut supra dictum fuit, quam licentiam non esse necessariam in mutis litterarum peritis disponit dict. lex discretis, & quod scribendo manu propria possunt testari absque Principis licentia: & idem esset in mutis à natura, & non surdis, vel à natura mutis, & surdis ex accidenti, qui litteras scirent, quas tempore auditus addiscere potuissent, qui † pariter scribendo manu propria testari possent, iuxta dispositionem dictæ legi discretis, † licet antiquitus id facere non possent; etsi litterarum periti essent, nisi id à Principe impetrassent.

4 Si verò quis & mutus, & surdus sit à natura, non potest aliquo modo testari, cum non comprehendatur sub duobus casibus, in quibus licitum est testari secundam dispositionem dictæ legi discretis, quotum primus est, si quis sit surdus, non autem mutus, qui suam voluntatem proprio ore profecti potest, vel si quis fuerit, & mutus, & surdus, surdus tamen ex

accidenti, & litterarum peritus, qui scribendo manu propria potest testari absque licentia Principis, ut supra dictum fuit: cum enim mutus sit, non potest suam voluntatem ore profecti, & cum sit surdus à natura, non potuit litteras addiscere, & sic propria manu testari non potest; unde generaliter dicendum est, & olim, & hodie, per dictam l. discretis, mutis, & surdis à natura prohibitam esse testamenti factionem.

5 An autem id saltem à Principe impetrare possint, dicitur infra in particulari capit. quæ omnia bene sunt perpendenda, non solum pro vera intelligentia d. lex discretis, sed etiam aliorum iurium de hac materia loquentium, de quibus suis locis, in quorum interpretatione non solum variatur Doctores, sed grauioribus fuerint errati, ut Balduinus in §. item surdus, Instit. de testam. † qui existimavit, mutum, & surdum à natura, si habeat intellectum secundum ius commune, testamentum facere posse, & absque vlla Principis licentia, quod certè mirandum, non confutandum venit, cum in contrarium iura habemus expressa; licet enim text. in l. nuda, de leg. 2. † dicit nuda relinqui posse fideicommissa, id tamen omnes Doctores declarant in fideicommissis, non autem in hæreditate, quæ nuda relinqui non potest: proprio enim ore hæredem esse nominandum, dicit text. in l. habemus, Cod. de testam. imò etiam † fideicommissa non possunt relinqui nuda, nisi ab eo, qui loqui potest, ut suo loco dicitur; cum igitur muti, & surdi à natura loqui non possint, ipsis dicitur de iure prohibita testamenti factio: de quo etiam habemus text. expressè in l. qui in potestate, §. surdus, ff. de test. ubi dicitur, surdum, & mutum non posse facere testamentum: & clarius repetiri non potest dispositio, quam sit illa, de qua in d. l. discretis, quæ prohibet factionem testamenti etiam mutis, & surdis ex accidenti, si litteras ignorent, quanto magis igitur dicendum est, prohibitum id esse mutis, & surdis à natura, quos litteras ignorare necessarium est. Nec dicatur, loquantur hæc iura in mutis, qui nihil intelligunt; nam hoc modo essent promulgata contra decentes, quos alius testari non posse certissimi iuris est; nec valet responsio, id factum esse ob præsumptionem dementiæ, quam habent muti, & surdi à natura: nam d. l. discretis, prohibet etiam testari mutos, & surdos ex accidenti, si litteras ignorent, in quibus tamen cessat præsumptio dementiæ, ergo licet surdus, & mutus non sit demens, si tamen sit litterarum ignarus, ut necessario sunt omnes surdi, & muti à natura, de iure testari non poterit, contra Balduini sententiam.

6 Et ex his etiam apparet malè sensisse Farinac. qui de test. quest. 61. sub num. 28. dicit, surdum, & mutum intellectum habentem posse nuda, & signis testari, per d. l. discretis, quæ lex oppositum probat, cum mutis, & surdis simul testamenti factionem prohibeat, & solum vult, surdos, qui non sint muti, posse proprio ore eorum voluntatem patefacere, & mutos posse solum facere testamentum, si sint litterarum periti, manu propria scribendo, alij verò, † muti, & surdi simul etiam ex accidenti, si sint litterarum ignari, secundum dict. l. discretis, nullo modo testamenta facere possunt, contra Farinac. sententiam. Nec dict. leg. discretis, considerat an habeant, vel non habeant intellectum, ut supra dictum fuit; sed solum an possint ore proprio, vel manu propria eorum voluntatem aperire; licet contrarium inaduertenter, tam insignis Doctor alleruerit.

7 Hic obiter notare non pigeat, quod illi surdi, & muti, qui non possunt facere testam. eorum, non

possunt nec etiam prestare consensum vxoribus testari volentibus, Carpan *sup. stat. Mediol. cap. 300. n. 40.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Testari non est permissum illis, qui articulatè loqui non possunt.
- 2 Testamentum ad Notarij interrogationem valet, & quomodo id procedat, num. 3.
- 4 Testari non potest ad alterius interrogationem, qui articulatè loqui non potest.
- 5 Testator quando dicatur articulatè loqui, & qua ad hoc requirantur, num. 7.
- 6 Vox articulata, quæ sit.
- 8 Balbutiens, ita ut intelligi non possit pro mutò habetur.
- 9 Testator sufficit, quod intelligatur, licet balbutienti lingua.

Mutus, qui aliquo modo loquatur, sed non articulatè, an possit facere testamentum.

## CAP. XXXIII.

- 1 **C**irca propositam dubitationem habemus text. in *L. iubemus, C. de testam.* prohibente testamenti factio- nionem his, qui articulatè loqui non possunt, ubi sequuntur Bart. Ias. cæterique scribentes. ex quo nota- te licet, † quod licet testamentum ad interrogatio- nem Notarij valere solet, ut per scribentes in *d. L. iube- mus*, ubi glos. & alij Doctores, Socin *conf. 20. nu. 5. lib. 4.* Alex. *conf. 12. n. 6. lib. 1. conf. 47. lib. 2. & conf. 33. nu. 1. lib. 3.* Bel. *conf. 62. numer. 8.* plures alios citat Clar. in *§. testamentum quasi. 37.* amen non valeat, si interrogetur ille, qui articulatè loqui nesciat. Et est ratio, † quia supradicta conclusio non procedit, nisi tribus concurrentibus. Primò, quòd constat de voluntate testatoris, voluisse nempe testari, Corn. *conf. 73. col. penult. vol. 1.* Crau. *conf. 117. nu. 1.* Secundò, & Notarius prius ab ipso percepit eius voluntatem, ut per Clar. *loc. cit. vers. scias.* Tertio necessarium, ut Testator articulatè loqui possit, ut per Ias. aliosque scribentes in *dict. leg. iubemus*, & docet Rimin. *lun. in confil. 261. nu. 2.* † vnde cum articulatè loqui non possit, non erit verum, posse testari ad inter- rogationem Notarij, Roman. *conf. 306. sub nu. 6.* Clar. in *d. quasi. 37. nu. 6.* & tradit Rim. *lun. loc. cit. nu. 35. & 37.*
- 2 Dicitur autem testatorem articulatè non loqui, quando à testibus non intelligitur, Ias. in *d. L. iubemus*, Alex. *conf. 33. lib. 3.* Corn. *conf. 261. nu. 24. lib. 4.* Gabr. in *tit. de testam. conel. 2.* Rim. *lun. loc. cit. numer. 16.* qui allegat Priscianum dicentem, † vocem articulatam esse, quæ sensum, & significatum habeat, non articulatam, quæ sensu, & significatu careat: † vnde ad hoc, ut quis articulatè loqui dicatur, necesse est, ut sine signis intel- ligi valeat. Curt. in *addit. ad Alen. in l. quoniam indignum, vers. intelligibili, C. de test. quem refert Rimin. lun. loc. cit. nu. 20.* ac propterea Balduin. in *§. surdus, insit. quibus non est permis. facere testam.* † dicit eum, qui sic balbutit, ut non intelligatur, pro mutò haberi debere, secutus à Rimin. *loc. cit. nu. 47.* † Sanè verum est sufficere, ut testator ita loquatur, ut intelligi possit, licet lingua balbutienti, ut per Cast. in *d. l. quoniam indignum.* & fa- retur ipsemet Rimin. in *d. conf. 261. num. 77.* locus si loco vocum sonum quendam emittat, qui proprium non habeat significatum, ut per ipsum, *num. 80. & 96.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Mutus tantum, quos contractus facere possit.
- 2 Mutus tantum potest donare, licet litteras nesciat.

3 Mutus tantum stipulari prohibetur, & quare.

4 Mutus per interpositam personam stipulari potest.

Muti tantum à natura, vel ex accidenti an possint contrahere.

## CAP. XXXIV.

- L**onga esset disputatio, si recensere vellem om- nes illos contractus, quos muti tantum, vel à natura, vel ex accidenti inire possunt; verum quoniam de illis infra suis locis erit discutiendum, hic solum dicam, † posse primum omnes illos contra- ctus celebrare. quos muti, & surdi simul à natura fa- cere possunt, de quo infra suo loco. Insuper eos om- nes, qui permittuntur surdis, & mutis ex accidenti: licet enim iste mutus sit à natura, cum tamen audiat, omnia mediante auditu percipere poterit, quæ mu- tus, & surdus ex accidenti, tempore, quo sanus erat, didicit. In mutò ex accidenti nulla est dubitatio, cum melioris conditionis sit, quàm mutus à natura, & mutus, & surdus simul ex accidenti, ac idèd † iste mutus à natura, & tanto magis ex accidenti donare potest, & etiam si litteras nesciat, per text. in *leg. qui id quod, §. mutus, ff. de donat.* quem text. ibi glosa declarat in vitis separatis, ut nos loquimur, & etiam in vitis vnitis ex accidenti tamen, ut infra suo loco dicitur: & ne tempus contemamus in recensendis variis con- tractuum generibus, generaliter dicamus, mutos tan- tum à natura, posse omnes illos contractus celebra- re, quos infra dicemus, esse permittos mutis, & surdis ex accidenti, & à natura. † Non poterit tamen ille mutus stipulari, cum verba, & auditus hinc inde requirantur, *L. ff. de verbor. oblig. §. multum, inst. de inutil. stipul.* † Poterit tamen Notarius pro ipso stipulari ad hoc, ut ei actio acquiratur, ut in *d. l. 1.* & docet Aretin. in *d. §. mutum num. 1.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Mutus an possit testificari de his, quæ cadunt sub eos sensus, quibus non est priuatus, & num. seq.
- 2 Mutus non potest nutu facere testamentum.
- 3 Testari qui non potest, nec etiam in testam. potest esse testis.
- 4 Mutus tantum litterarum peritus potest scribendo manu propria testimonium ferre.
- 5 Mutus litterarum peritus torqueri potest.
- 6 Mutus potest testari, ergo potest testificari, non tenet conse- quantia.
- 7 Testis debet deponere proprio ore, hoc tamen procedit in eo, qui loqui potest ut num. 8.
- 9 Mutus litterarum peritus etiam in criminalibus est idoneus testis, vbi de rationibus.
- 10 Mutus non potest esse testis in testamento.
- 11 Mutus tantum litterarum ignarus in testem admittitur; sed non est integra fides, & præcipue in criminalibus. ut nu. 12.
- 13 Mutus tantum parum de fide diminuendum esse videtur.

Mutus tantum an possit testari.

## CAP. XXXV.

- V**idimus supra suo loco, an surdus tantum possit esse testis, nunc videamus de mutò tantum, Fatio. *de test. quest. 61. nu. 45.* dicit mutum tantum, si de- ponat super his, quæ non cadunt sub sensum, quo priuatus est, posse testificari, ad quod allegat text. in *l. discretis, vers. sin. autem infortunium, & vers. in eo autem, Cod. qui test. fac. poss.* nihil tamen probat citatus text. loqui- tur enim locis citatis de surdis tantum, hoc est, ut



lurdi tantum possunt facere testamenta, & quando de mutis mentionem facit, dicit mutos litterarum ignaros non posse facere testamenta, ergo nec etiam poterunt testificari, ad text. in *l. cum lege, ff. de test. & in §. testes, instit. eodem, ut ipsemet Farinac. arguat. numer. 40.*

† Et fallum est, quod subiungit sub nu. 46. mutum habentem intellectum posse, & muta, & signis facere testamentum; imò enim hoc ipsis expressè est prohibitum, ut in *d. l. habetur, & dictum fuit supra in cap. 22. † Et cum non possit facere testamentum, ut de re etiam dicendum, non posse testificari, ad text. in dict. §. testes, ubi expressè dispositum, mutum non posse testem esse in testamento, & loquitur de muto tantum; unde limitatio posita à Farinac. loc. cit. num. 45. potest deferuire pro ampliatione; de qua num. 44.*

Si igitur queramus, an mutus tantum possit testificari dicendum est, mutum à natura, vel ex accidenti litterarum peritum (scribendo manu propria, testimonium ferre posse, ut Specul. in tit. de teste, versic. nunc tractandum num. 17. exemplo Zacharie Paris Sancti Ioannis Baptiste Aucto. Auct. de test. num. 71. Meniad. in addit. ad tractat. Geor. de testam. par. 9. sub num. 9. glol. in capit. testes 3. quest. 9. Sebastian. Medic. de fortun. casib. par. 2. cap. 6. numer. 60. Malcard. de probat. conclus. 1358. num. 26. Via in suis comin. opin. vers. testis non potest, add. ad Rom. in sing. 752. incipit, an mutus, Malcard. comil. 1079. nu. 107. ubi in fin. allegat Abb. attestancem de communi, de quo latè Ign. in l. 3. §. ignoscitur nu. 75. & seqq. & faciant tradita per Carth. de excusat. fontent. c. 2. nu. 43. & seqq. ubi dicit, † mutum litterarum peritum conqueri posse pro recognitione personæ, & ad hoc, ut delictum fateatur manu propria scribendo, ut per ipsum, de quo etiam Farin. dicta quest. nu. 54. necnon quest. 61. nu. 89. & latius quest. 98. numer. 163. & dicam infra tuo loco, ad quod Farin. in dict. quest. 61. num. 52. & 53. allegat, dict. leg. discretis, quo in loco probatur, mutos litterarum peritos propria manu scribendo testamentum facere posse, Ant. Hering. de fideius. cap. 7. nu. 153.

Verum certè necessario huic non potest argui, testari potest, ergo poterit esse testis: nam datur instantia, mutus litterarum peritus potest facere testamentum, ut in *d. l. discretis, & tamen in testamento non potest esse testis d. §. testes, Instit. de testam. † Verissima tamen est conclusio, cui non obstat, testes proprio ore deponere debere, non autem scripturam iudici dare, ut per scribentes omnes in capit. testib. de testib. quam veriore opinionem esse dixit Via in dict. vers. testis, id namque procedit in teste, qui loqui possit, secus in muto, glol. in cap. testes 3. quest. 4. Specul. de test. §. 7. sub num. 17. Via. loc. cit. scribentes in d. cap. testib. Ioan. And.*

vna cum aliis in cap. cum apud de spons. † Qui mutus sic per propriam scripturam deponens, optimè probatur, etiam in criminalibus, quidquid in contrarium asserere videatur Ign. in d. §. ignoscitur num. 49. & seqq. secutus à Farin. in d. quest. 61. nu. 50. & 53. primò quia cæteri Doctores absolute asserunt, mutum litterarum peritum scribendo manu propria testificari posse, nec id ad causas civiles restringunt. Secundò quia ratio, ob quam volunt testibus mutis aliquantulum de fide esse diminuendum, nulla alia esse potest, quam obscuritas aliqua, quæ in eorum depositionibus considerari posse videtur, sed in mutuo litterarum perito id profus cessat, tam respectu interrogantis, quam respondentis: respectu interrogantis, quia cum non sit surdus, interrogationem iudicis optimè, & audire, & intelligere potest: respectu respondentis, quia eius depositionem potest clarè scriptura patefacere; ac propterea talem mutum aliud defe-

ctum non patientem integrè fidei esse existimatem.

- 10 † Non possit tamen esse testis in testamento, ut in dict. §. testes Instit. de testam. † Si verò loquimur in mutis tantum litterarum ignaris, patet cum communi omnium sententia dicendum esse, in testes admitti, Specul. in tit. de teste nu. 71. Farinac. dict. quest. 61. nu. 45. ad quod conferunt ea, quæ dicam infra de mutis, & 12 surdis similes; † fateor tamen non esse inter g. & fidei, & præcipue in criminalibus, in quibus terminis procedere possunt tradita per Ign. in dict. §. ignoscitur num. 49. 13 & seqq. & Farinac. dict. quest. 61. num. 50. † nihilominus maior ipsis esset præstanda fides, quam omnibus aliis mutis per signis, & gesticulationes deponentibus, si quidem parus est dubitatio; quæ ex ipsorum dictis vixi potest, cum enim audiant, certa est interrogatio; & solum potest esse dubia responsio, quæ ex signis colligitur; Verum quia iudex, visis signis, & gesticulationibus, potest ipsos interrogare, vultis ne hoc dicere, si annuat capite, indubia quodam modo videtur de positio, ac fides non multum de eorum fide esset diminuendum.

## S V M M A R I V M

- 1 Muti, & surdi dicuntur morbofi.
- 2 Morbosus dicitur inarticulatè loquens.
- 3 Surdus tantum dicitur morbosus.
- 4 Statutus loquens de morbofi, & valetudinaris, habet locum in surdo, & mutis.
- 5 Surdi, & muti, prout etiam cæci, possunt, uti miserabiles personæ destinare forum.

## Muti, &amp; surdi dicuntur morbofi.

## CAP. XXXVI.

Nonnulla videmus de surdis, & mutis, quæ separatè in ipsis considerari possunt, modo consequens est, ut ad illas accedamus quæstiones, quæ surdis, & mutis communes sunt, & si utrumque habent defectum: tam si à natura, quam si ex accidenti; licet in multis sit aliqua differentia, an naturalis, vel accidentalis sit morbus; prout ex nonnullis quæstionibus infra connectendis apparebit. Pro nunc generaliter dicamus, † mucos, & surdos morbosos esse,

ut probat text. in *l. multa rubr. Cod. qui morb. se excus. & textus in leg. vel proterui, ff. de adul. edict. Imò & † ille, qui inarticulatè loquitur, morbosus dicitur, leg. mutum, ff. cod. unde tanto magis morbosus ille dici debet, qui nihil omnino loquitur: prout † morbosus reputatur surdus tantum, ut in dict. leg. qui si insuper mutus esset, tanquam duplici morbo laborans magis diceretur morbosus, & tam si à natura, quam si ex accidenti hæc calamitas ipsi euenisset. † Quod esse notandum pro statutis facientibus mentionem de morbofi, & valetudinaris, dixit Ripa in leg. ex facto nu. 3. ff. de vulg. & pupil.*

Provt morbofi etiam cæci dicuntur, qui omnes inter miserabiles personæ connumerantur, The Laur. loquens de cæci decis. 177. in princip. Et quis eorum debeat dici miserabilior, diximus supra in cap. 31. ac propterea ipsis competit beneficium electionis fori, ad text. in leg. vnica, Cod. quand. Imper. iter pupil. & viduas, Dixit resolut. moral. par. 3. tract. 6. de mutis, surdis, & cæci resolut. 30. qui allegat Nouarium de elect. for. selt. 2. quest. 2. numer. 6. & 7. & rationem allegat numer. 9. quia inter miserabiles personas connumerari debent.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Surdi, & muti à natura dicuntur habere intellectum.*
- 2 *Surdi, & muti possunt illos contractus celebrare, in quibus simplex sufficit consensus.*
- 3 *Mandatum solo consensu contrahitur.*
- 4 *Surdi, & muti possunt procuratorem constituere.*
- 5 *Mandati actio oritur ex epistola.*
- 6 *Surdus, & mutus an possit constitui procurator.*
- 7 *Mutus, & surdus ex facto tacite obligatur.*
- 8 *Muti, & surdi obligantur nomine dotis.*
- 9 *Muti, & surdi hereditatem adeunt, & num. 10.*
- 10 *Surdi, & muti bonorum possessionem agnoscunt.*
- 11 *Franc. de Cald. de test. in integr. in verbo cum non ab-  
similis sub num. 61. improbat.*
- 11 *Lex fin. ff. de bon. poss. inf. declaratur.*
- 13 *Surdi, & muti regulariter contrahere possunt.*

## Mutus, &amp; Surdus à natura quos possit celebrare contractus.

## CAP. XXXVII

- P**uta erunt videnda de mutis, & surdis, tam circa contractus, quam ultimas voluntates, & cum prius de contractibus tractate decreuerim, quaedam generalia in hoc capite proponere volui, ut facilius postea ad multa particularia devenire possim. Et primo sciendum est, quod surdum, & mutum à natura intellectum utique habere, licet quantum ad multa, quae ob carentiam auditus addiscere non potuit, non operativum, ut dicemus suo loco circa fiduciam testamenti: Unde de his, quae in quibus simplex requiritur consensus, tales contrahere non prohibentur, ut per Franc. de Cald. de test. in integr. in verbo non ab-  
similis sub num. 69. vers. ego. Ac propterea cum solo consensu contrahatur mandatum, l. i. ff. mand. procuratorem constituere possunt, ut est text. in l. mutus, & surdus ff. de procur. & per eum modum, qui procedere potest, dicit ille text. ut epistola. si fuerit surdus ex accidenti, & litterarum peritus, quod procedit etiam in mutis, & surdis à natura, qui notibus procuratorem poterit constituere, ut ibi glosa ostendit. Imò poterit etiam ipse constitui procurator, ut ille text. dicit, & tradit Fulg. nam. 1. Seb. Med. de fort. casib. par. 2. cap. 6. nu. 62. quod debet intelligi ad administrandum, non autem ad agendum, cum talis morbosus in iudicio esse non possit, ut infra suo loco dicitur: & licet Bald. in dict. l. mutus, id restringere videatur solum ad mutos, non autem surdos, quatenus enim, quomodo possit notu constitui procurator, dicit, si interrogetur, & ipse annuat, verum citatus text. generaliter loquitur, tam in surdo, quam in mutis simul.
- 7 Muti, vii & caeci, ex pacto obligantur, leg. item quia, ff. de pact. ubi habetur, bona inuenta in domum esse tacite obligata pro pensione, & subiungit text. & hoc modo mutus obligari potest, hoc est eodem modo mutorum etiam bona in Domum conductam exportata, intelliguntur locatori tacite pro pensione obligata, ut ibi glosa declarat, sequunturque communiter scribentes: obligantur nomine dotis, ut est text. in l. mutus ff. de vir. dot. Ioan. Philip. Monsp. conf. 20. num. 2.
  - 9 Hereditatem adeunt leg. mutus ff. de acquir. hered. §. fin. in fin. Instit. de hered. qual. & diff. Possunt bonorum possessionem agnoscere, l. vit. ff. de bon. poss. inf. ubi

dicitur, mutus, surdus, caecus bonorum possessionem admittere possunt, si quod agatur, intelligant. Et licet Franc. de Cald. de test. in integr. in verbo cum non ab-  
similis sub num. 61. hoc intelligat in mutis tantum, vel surdo tantum secundum declarationem las. in dict. l. mutus, dicens, hunc esse tantum intellectum, cum dicatur in plurali natos: tamen eius sententia falsa reputari debet; licet namque Iurisperitus loquatur etiam in vitiis separatis, quod tamen cum mentionem faciat de surdo à natura, necessario venit dicendum intelligere etiam de surdo, & mutis simul, nam surdus à natura est etiam simul de necessitate mutus, ut dictum fuit supra in cap. 3. Et de surdo pariter, & mutis à natura loquitur text. in dict. §. fin. & vanum est, quod Franc. de Cald. dicit hoc regulare esse, sed non semper, nam imò id non regulare, sed necessarium esse demonstratum fuit in dict. cap. 3. quae hic non repetam, & docet Arist. lib. 2. de nat. Anim. cap. 4. Nec contrarium probat leg. discretus, Cod. qui testam. facere poss. Dicit tamen, quod si probaretur talem mutum, & surdum simul à natura iudicio non carere, adire posse in hisque terminis procedere text. in §. fin. Instit. de hered. qual. & diff. & in fin. leg. ff. de bon. poss. inf. ac propterea circumspicendum iudicem esse debere, cum in contrarium adhuc Iuris praesumptio, Paris. consil. 63. lib. 4. Verum quod isti muti, & surdi intellectum, iudiciumque habeant, regulare est in quolibet actu, cum ut plurimum surdi, & muti à natura non intelligant quid agant, ut infra suo loco dicitur.

- 13 Possunt denique muti, & surdi regulariter omnes alios contractus facere, si eos sensu, & iudicio non carete probetur, ut per Honded. in consil. 99. num. 14. & segg. lib. 2. de quo latius in cap. 42.

## S V M M A R I V M.

- 1 Mutus, & surdus simul ex accidenti, si sit litterarum peritus, testari potest, unde tanto magis contrahere.
- 2 Surdus, & mutus ex accidenti litterarum ignarus non potest testari, & quid si accedat Principis licentia remissive.
- 3 Surdus, & mutus non potest testari, ergo non potest contrahere non valet argumentum, sed bene è contra: potest testari, ergo potest contrahere.
- 4 Muti, & surdi ex accidenti donare possunt.
- 5 Muti, & surdi non possunt testari.
- 6 Stipulatio quandoque in donationibus intervenire solet.
- 7 Muti, & surdi ex accidenti possunt procuratorem constituere.
- 8 Procurator solo consensu constituitur.
- 9 Surdus, & mutus ex accidenti potest constitui procurator, & quomodo id procedat.
- 10 Surdus, & mutus potest facere compromissum, & respondetur contrariis.
- 11 Surdi, & muti, licet ex accidenti, stipulari tamen non possunt, quod procedit etiam in litterarum peritis, ut numer. 12.
- 13 Surdus intelligens ad motum labiorum stipulari non potest.
- 14 Verbum promitto in contractibus surdorum, & mutorum non importat stipulationem, licet contrarium sit in contractibus aliorum, ut num. 15.
- 16 Surdi, & muti ex accidenti possunt se obligare sicut non per stipulationem.
- 17 Surdi, & muti ex accidenti possunt nominare ad Emphyteusim.
- 18 Surdus, & mutus ex accidenti potest contrahere matrimonium.

Mutus, & Surdus simul ex accidenti  
an possit contrahere.

## CAP. XXXVIII.

**V**idimus in superiori capitulo quaedam genera-  
lia surdorum, ac mutorum à natura circa con-  
trahendi potestatem, nunc quaedam alia de mutis, &  
surdis ex accidenti tamen, connectenda veniunt:  
¶ Verum quoad mutos, & surdos ex accidenti lite-  
rarum peritos non potest esse aliqua dubitatio, cum  
enim testari valeant, vt habetur in *leg. discretis. C. qui  
testamentis facere possunt, & posse contrahere* dicendum  
est, cum maiores solemnitates requirantur in testa-  
mentis, quam in contractibus, & difficilias testandi  
facultas concedi solet, quam contrahendi, ac pro-  
pterea quemadmodum scribendo manu propria  
possunt condere testamenta, vt in *d. l. discretis*, sic  
etiam poterunt contrahere, & se obligare scriben-  
do, vel subscribendo iuxta varia contractuum ge-  
nera.

Vnde maior est dubitatio, quid si sint litterarum  
ignari, quos testari non posse, probat *tex. in d. l. discretis*,  
nisi Principis accedente licentia, vt infra dice-  
tur.

Et licet Io. Baptista *de arbitr. cap. 14. sub nu. 3.* sentire  
videatur, idem dicendum esse in contractibus, falli-  
tur tamen; ¶ nam argumentum affirmatiuum, non  
autem negatiuum delumi potest *ex dicta lege discretis*,  
hoc est, talis potest testari secundum *d. l. discretis*, ergo  
potest etiam contrahere; sed talis non potest testari,  
ergo non potest nec etiam contrahere, non tenet  
consequentia: videmus enim surdos, & mutos à na-  
tura nullo modo testari posse, contrahunt tamen in  
multis casibus, vt dictum fuit supra, & clarius infra  
dicetur: & idem est in mutis, & surdis ex accidenti,  
qui litteras nesciant, qui testari non possunt secun-  
dum *dict. leg. discretis*, & tamen possunt contrahere, vt  
ex infra dicendis apparebit. ¶ Et primo donare pos-  
sunt, vt est *text. in l. qui id quod, §. mutus, ff. de donat.* vbi  
dicitur *mutus, & surdus donare non prohibentur*, quem  
*tex. ibi glol. declarat in vitis separatis*, hoc est in mu-  
to tantum, vel muto tantum ex accidenti. ¶ Nec ob-  
stat non posse stipulari per *text. in l. 1. in princip. ff. de  
verb. oblig. & in §. mutus Instit. de inutil. stipulat.* ¶ & stipu-  
lationem quandoque in donationibus interuenire, *l. si  
quis, §. penult. C. de donat.* Nam responderetur, mutos  
posse donare rem tradendo, non autem stipulando  
secundum declarationem *Bart. in d. §. mutus*, & se obli-  
gari non esse prohibitos abique stipulatione certissi-  
mi iuris est: vnde non video, cur hinc dici possit mu-  
tum, & surdum simul ex accidenti donare non pos-  
se, prout annuit *glol. in dict. §. mutus*.

Poterit ille mutus ex accidenti procuratorem  
constituere, quod in litterarum perito nullam habet  
dubitacionem; nam etiam epistola fieri posse man-  
datum, dicit *text. in l. 1. ff. mand.* sed idem asserendum  
venit in eo, qui non facit litterarum peritus, vt pro-  
bat *text. in l. mutus, ff. de procur.* vbi dicit, mutum, &  
surdum posse constituere procuratorem, eo modo,  
quo procedere potest, hoc est, vt ibi *glol. declarat*,  
vel scribendo si sit litterarum peritus, vel notu si sit  
litterarum ignarus; ¶ nam solo consensu constitui-  
tur procurator, vt dicit *text. in l. 1. ff. mand.* qui consen-  
sus etiam signis demonstrari potest. ¶ Imò constitui  
etiam procuratorem non est prohibitum, vt probat  
*dict. lex mutus*, quod tamen non ad agendum, sed ad

administrandum intelligi debet, quæ constitutio pot-  
est fieri signis, & gesticularionibus, licet *Bald. ibi-  
dem* dicat, hoc fieri mediante interrogacione, quod  
si verum esset, sequeretur, vt mutos non posset con-  
stitui procurator, cum interrogari non valeat, & ta-  
men citatus textus tam in mutis, quam in surdo lo-  
quitur. Tacite obligatur ex facto, vt dictum fuit in  
*10 cap. superiori in muto, & surdo à natura. ¶ Potest fa-  
cere compromissum, vt voluit Io. Bapt. de S. Blasio  
de arbitr. n. 27.* qui dicit, id provenire ex eo, quia mu-  
tis ea solum intelliguntur prohibita, quæ sunt iuris  
Ciuiilis; sed cum compromissum solo consensu con-  
trahatur, dicitur iuris gentium, ac idem mutis non  
debet esse prohibitum, ex quo sequitur male sentit  
se Io. Baptist. Perusin. *de arbitr. lib. 2. cap. 17. nu. 3.* qui tenet,  
mutum non posse compromittere, arguendo,  
quod compromittere sit contrahere, sed mutus, vt  
ipse dicit, non potest contrahere, ergo nec compro-  
mittere; sed minorem propositionem male probat  
*ex leg. 1. ff. de verborum obligation. & ex §. mutus Instit. de  
inutil. stipulationibus*, quæ iura loquuntur in stipula-  
tionibus, quæ contrahere non possunt muti, cum ver-  
ba, & auditus in ipsis sint necessarii, vnde ex illis in-  
ferri non potest ad alios contractus, qui solo con-  
sensu contrahuntur: Nec pariter villo modo obstat *l.  
discretis, C. qui testam. fac. poss.* in qua etiam ipse se fun-  
dat, cum loquatur in vltimis voluntatibus, in quibus  
maiores requiruntur solemnitates, vnde non potest  
ad contractus argui, nisi negatiue; vt alias dictum  
fuit: ¶ stipulari igitur non possunt, ex eo, quia in sti-  
pulationibus non solum sunt necessaria verba, sed  
etiam vt partes adinuicem se iudicent *d. l. 1. & §. mu-  
tum*, quibus in locis latè scribentes, idem dixit *Bart.  
in l. Titius, ff. de const. pecun.* ¶ Quod sibi locum vendi-  
cat, tam in surdo, & muto à natura, quam ex acci-  
denti; etiam si litteras sciret: nec obstat mutos, &  
surdos ex accidenti litterarum peritos posse se lute-  
ris obligari, *l. non figura, ff. de ad. & oblig.* nam licet illa  
obligatio eandem habeat effectum: verba tamen,  
quæ sunt de forma stipulationis non suppleunt, vt  
dixit *Franc. de Cald. de test. in integ. in verbo cum non ab-  
13 simili nu. 58.* ac ideo ¶ nec etiam ille, qui intelligeret  
ad motum labiorum stipulari possit, vt per *Franc. de  
Cald. loc. cit. nu. 59. vers. sed an sufficiat.* Potest tamen seruus,  
vel Notarius pro mutis stipulari, vt in *d. l. 1.* ex quo  
ipsis ex stipulata diceretur acquisita actio, vt per  
*14 Arc. in d. §. mutus num. 1.* ¶ Vnde si ex aliquo instru-  
mento, vel alia scriptura diceretur, motum, & sur-  
dum fideiussisse, vel aliquid promississe, hinc non de-  
beret præsumi, factam fuisse mediante stipulatione  
Nec dicatur, potuisse seruum, vel Notarium inter-  
*15 uenire*, ac idem quemadmodum ¶ in obligationibus  
eorum, qui loquuntur, & audiunt, præsumitur factis  
fuisse mediante stipulatione, *§. si scriptum Instit. de inutil.  
stipulat.* sic debeat præsumi, obligationes surdorum,  
& mutorum fuisse factas mediante stipulatione ser-  
ui, vel Notarij: Responderetur enim, in contractibus  
personam extrinsecas non præsumi, *l. si ita stipulatus  
fuerit, §. fin. ff. de verb. oblig.* vt declarat *Lancel. Galiaul.  
in d. l. 1. nu. 14. ff. de verbor. obligat.*

16 Ex hoc tamen, quod muti, & surdi stipulari non  
possunt, ad alios contractus inferre non debemus, ex  
rationibus supra positis, vnde male sentit *Grass. de  
cess. vir. §. 2. n. 6.* mutos non posse cedere iura, & actio-  
nes, alienens, quia obligari non possunt, diuersi enim  
est ratio inter stipulationem, & alios contractus, vt  
supra dictum fuit.

17 Possunt etiam muti, & surdi eligere, ac nominare

ad Emphyteusim; nam & si non possit legare, & fideicommittere, ut suo loco dicitur, & tradit Franc. de Cald. *de restit. in integ. in verbo cum non abstulit sub n. 69.* licet postea in contrariam sententiam inclinare videatur, si intellectu non careant, & malè, per ea, quæ suo loco dicemus, attamen hæc neminario donatio- ni potius comparanda est, cui magis assimilatur, ut ipsemet Franc. fatetur *loc. cit.* Bene verum est, quod si fieret in testamento, vel in codicillo, non valeret, cum testari, & codicillari non possint, ut infra clarè demonstrabitur.

28 Matrimonium postea contrahere posse, in dubium revocari non potest, cum idem asseratur etiam in mutis, & surdis à natura, ut particulari capitulo demonstrabimus.

## S Y M M A R I U M.

- 1 Muti, & surdi qui contrahere possunt, qui sint.
- 2 Muti, & surdi à natura uti dementes reputantur, nisi contrarium probetur.

Quæ requirantur ad hoc, ut Muti, & Surdi à natura contrahere possint.

## CAP. XXXIX.

DICTUM fuit superius variis in locis, & latius dicitur infra, mutos, & surdos etiam à natura posse contrahere, varia peragere, & testari etiam, secundum aliquos, saltem cum licentia Principis: unde subiungere nunc mihi visum fuit, ¶ Doctores omnes asserentes, mutos, & surdos hæc facere posse, subiungere, dummodo habeant intellectum, ita ut ex signis de eorum iudicio, ac optima intelligentia appareat, sic etiam varia probant iura, ut text. loquens de additione hæreditatis in §. fin. *insti. de hered. qual. & diff. in illis verbis, si intelligit, quod agit, & ad idem est text. in l. ult. ff. de bon. poss. infant. ibi, si, quod agunt, intelligunt: idem voluit text. in cap. cum quid, & in cap. tua de sponsal. & declarat Bart. in l. ff. de verb. oblig. ubi cæteri scribentes Doctores pariter in d. cap. cum apud, & in d. cap. tua, & latè probat Paril. in cons. 63. n. 12. & seqq. lib. 4. eandem ponit declarationem Brun. de sponsal. conclus. 14. n. 2. & seqq. Nec dicatur, id mutum non esse, cum in qualibet persona contrahente requiratur intellectus, infanti enim contrahere non possunt. Respondetur in hoc consistere differentiam, quod*

alij præsumuntur sane mentis, nisi probetur contrarium, l. Codicillos, C. de Codicill. Dec. in leg. furiosum sub nu. 19. C. qui iustam fac. poss. Feder. Schen. de probation. n. 3. vers. in præsentia, latè post alios Mascard. de probat. com. 824. n. 5. & seqq. ¶ Muti verò, & surdi à natura dementes præsumuntur, unde ad hoc, ut contrahere possint, & eorum dispositiones valeant, debet probari ipsos intelligere, quod agunt, iudicioque, ac intellectu non carere, ut bene dixit Corn. in leg. discretis, C. qui restituit. facere poss. & ut vno verbo dicam, non est, qui hanc non ponat distinctionem; ac dicat, requisitum istud ante omnia probandum, ad hoc, ut muti, & surdi aliquid peragere valeant, & illi met, qui pluribus modis tribuunt, id hventissimi fatentur, ut dicam in cap. 41. & multa ad propositum in cap. 41.

## S Y M M A R I U M.

- 1 Mutum, & surdum intelligere, quomodo probetur, & numeris sequentibus.

- 2 Dementia ex loquela maximè dignoscitur.
- 3 Mutus an sit sana mentis, ex signis cognosci potest.

Mutus, & surdus, quomodo probetur habere intellectum.

## CAP. XL.

CUM ad hoc, ut muti, & surdi, præcipuè à natura, contrahere possint, necessarium sit, ut intelligent, ut per scribentes omnes in leg. 1. ff. de verb. oblig. & dictum fuit in cap. precedenti, quæri nunc potest ¶ quomodo probetur, mutum, & surdum habere intellectum. Et solum est difficultas in mutis, & surdo à natura, nam, exempli gratia, surdus tantum ex 1 accidenti cum loquatur, ¶ eius iudicium, ac facultatem verbis demonstrabit, ut dicitur de furioso, & mentecapto, ad text. in l. ob que vitia, ff. de edil. edit. in l. 2. C. de iud. in l. si cum dotem, §. maritus, ff. solut. matrim. in l. furiosum, C. qui testam. fac. poss. & dici solet, loquela tua te manifestum facit. In mutis etiam, & surdis ex accidenti litterarum peritis, parva est difficultas, cum scriptura possit ipsos vel fatuos, vel prudentes ostendere. Si verò sint litterarum ignari, animadvertendum erit, an muti, & surdi evaserint post pubertatem, & tales enim præsumendi, quales se ostenderunt ante hanc incursum calamitatem; si verò effecti fuerint surdi, & muti in infantili ætate, de ipsis erit dicendum, prout de surdis, & mutis à natura, qui in dubio præsumuntur non sane mentis: ¶ potest tamen ex signis, ac eorum gestificationibus contrarium optimè apparere, ut si talia sint signa, ut eos intelligentes, prudentes, & iudicio non carentes demonstrant, ut per Alex. in leg. mutum, ff. de acquir. hered. ac Castren. in l. 1. ff. de verbor. oblig. ac idè sunt adhibendi coniuncti, vicini, & consanguinei, ac alij, qui ipsorum conversationem habuerint; & diligenter interrogandi de eorum iudicio, ac intelligentia, ut dixit Lancel. Gal. in d. l. n. 52. quorum dispositiones, & attestaciones rectè pendere debet Iudex, ut dicunt scribentes in dict. cap. cum apud, & in dict. cap. tua est, docet Ioan. Brun. de sponsal. conclus. 14. sub nu. 3. & intellectum habere dicuntur, si tantum perciperent, quantum esset necessarium ad actum, quem agere intendesent, Bart. de testamentis n. 97. unde secundum varios casus, variè esset articulandum. Sed multa ad propositum in cap. sequenti.

## S Y M M A R I U M.

- 1 Surdi tantum maioribus equiparantur.
- 2 Auditus est solum necessarius in stipulationibus.
- 3 Surdi tantum curatore non indigent, & nu. 5.
- 4 §. Furiosus Insti. de curatore declaratur, & nu. 6.
- 7 Mutus tantum curatore non indiget, & quare.
- 8 Mutus, & surdus ex accidenti litterarum peritus curatore non indiget, & quare.
- 9 Mutus nihil intelligens equiparatur mentecapto.
- 10 Mutus, qui nihil intelligit, curatore indiget.
- 11 Mutus, & surdus, qui intelligit, equiparatur pupillo, cap. 14. num. 13. & seqq.
- 12 Mutus, & surdus, qui intelligat, an indigeat curatore.
- 14 Mutus, & surdus potest multa facere, quæ prohibentur pupillo.
- 15 Mutus, & surdus perfecte intelligens, curatore non indiget.
- 16 Muti, & surdi intelligentes, quomodo possint maioribus equiparari.

- 17 *Mutorum distinctio, an intelligent, vel non intelligent in iure probatur.*  
 18 *Mutis, & surdis dandos esse curatores, leges, qua generaliter dicant, quomodo sint intelligenda.*  
 19 *Mutus, & surdus à natura, licet nihil intelligat, differt à mentecapto.*  
 20 *Buticella sententia, circa curatores mutis dandos, rejicitur.*

## Mutis, &amp; Surdis an sit dandus Curator.

## CAP. XLI.

**M**axima est inter Doctores altercatio, an muto, & surdo dandus sit curator, de quo scribentes omnes in *l. ff. de verbor. obligat.* & quoniam varij varia dicunt, terminosque omnino diversos confundunt, ut veritas istius subtilissime investigationis appareat, ex qua multæ controverſiæ poſſunt deſiniri, varios caſus, ſecundum varia mutorum, & ſurdorum genera diſtinguam. Et primo animadvertendum puto, hanc quaſtionem de ſurdo tantum non eſſe diſputandam; ſi ſurditas ſit ex accidenti, ſi enim eſſet à natura, & inſuper mutus neceſſariò eſſet, ut ſupra ſuo loco fuit dictum, † *Surdos enim tantum maioribus æquiparari, & omnia iſtis eſſe permiſſa, quæ maioribus conceduntur, probant iura clariffima text. in l. discretis, C. qui teſtam. fac. poſſ. concedens iſtis teſtandi facultatem, & text. in l. quibuscumque, ff. de action. & obligat. dicit, ſurdos in quibuscumque negotiis poſſe intervenire, dummodo auditus non requiratur, & assignat ratio nem, quia intelligere poſſunt. † Sed cum auditus in contrahendo requiratur ſolum in ſtipulationibus, l. i. ff. de verborum obligat. §. mutum Inſtit. de mutis ſtipulat. † omnes alios contractus, ſtipulationibus exceptis, inire poterunt, ex quo ſequitur, ut curatore non indigeant. † Solum obſtare videretur text. in §. furioſi Inſtit. de curator. vbi hæc ponuntur verba; ſed & mentecapto, & ſurdo, & mutis, & qui perpetuo morbo laborant, qui rebus ſuis ſuperſeſſe non poſſunt, curatores dandi ſunt. Vnde Bart. in dict. l. i. num. 10. dicit, de iſtis dicendum eſſe, prout de aliis, quos ſuperius dixerat æquiparari pupillo, & curatore indigere: limitat tamen, ſi hæc infirmitas non eſſet ei nociva, quin poſſet ſua peragere negotia, per text. in l. quaſitum in fin. ff. de re iud. Verum cum ſuperius dixerimus, ſurditatem non eſſe in cauſa, ut ſurdus contrahere non poſſit, & ſic per conſequens ſua gerere negotia, generaliter concludendum eſt, † curatores nullo modo indigere. † Nec obſtat dict. §. furioſi; debet enim intelligi in ſurdo, & muto ſimul, non autem in ſurdo tantum, prout cæteri Doctores dicunt d. l. i. imò ipſemet Bart. num. 9. dicit muros, & ſurdos æquiparari mentecapto, ſi nihil intelligant, & allegat d. §. furioſi, ergo etiam ipſe illum intelligit text. de hiis, qui intellectu carent, & ſic de ſurdis, & mutis ſimul, non autem de ſurdis tantum, quos intellectu non carere certiffimum eſt.*

7 Dubitarium pariter non erit in muto tantum, vel in muto, & ſurdo ſimul ex accidenti tamen, & litterarum perito, † illi enim omnes poſſunt inire contractus, ſtipulatione excepta, litteris enim, & ſcriptura eorum voluntatem declarare aperte valent, ac idè etiam teſtari, ut in d. l. discretis, & dictum fuit ſuperius, licet in teſtamentis maiores requirantur ſolemnitates, & propterea cautiores fuerunt conſulti, & Imperatores, in concedenda teſtamentorum factio. Vnde ſolum aliqua erit difficultas in mutis, & ſurdis ex accidenti litterarum ignavis, & ma-

ior in mutis, & ſurdis à natura; de quibus videamus, quid ſentiat Bart. in d. l. i. ex cuius dictis duos elicio concluſiones. † Prima, mutum nihil intelligere æquiparari mentecapto, & allegat text. in l. ſcilicet, §. adeo, ff. de quibus cauſis poſſeat, & text. in dict. §. furioſi Inſtit. de curat. quibus addi poteſt text. in l. Prator, §. fin. ff. de iud. & in l. iubemus, C. de teſtament. quibus in locis ſurdum, & mutum, & natura impediri, & iudicio carere, & mortuo ſimiliter eſſe dicitur, ad idem eſt text. in l. ſeruo, §. ſi pupillus in fin. ff. ad Trebel. & ſequitur Franc. de Calo de reſtitut. in integr. in verbo cum non abſolutis num. 10. † ac idè curatore indigere, ut habetur in dict. §. furioſi in l. dabimus, §. fin. cum l. ſeq. ff. de privileg. credit. & in l. cui error, §. fin. ff. de poſth. & in hanc ſententiam omnes ſcribentes concurrunt in dict. leg. i. ff. de verbor. obligat. ut Crot. ſub num. 22. Alciat. num. 24. Buticell. num. 81. Galia num. 31. Alexand. ſal. & alij communique eſt opinio, ut dixit Ripa ibid. nu. 74. & cum Bart. tranſire Doctores Socin. Jun. num. 114. Farinac. de pœnis temp. quaſt. 98. num. 154. Anton. Henric. de ſideiſ. cap. 7. num. 147. quæ optimè verificari poſſunt in muto, & ſurdo à natura, qui nihil intelligere præſumitur, niſi contrarium probetur, ut ſupra dictum fuit.

11 † Si verò mutus, & ſurdus intelligat, taleque habeat iudicium, ac intellectum, ut ſignis poſſit ſuam demonstrare voluntatem, pupillo æquiparatur, ut ſecundo loco ex Bartol. colligimus loc. cit. qui allegat

12 text. in leg. ſeruo inuito, §. penult. ff. ad Trebel. † ac idè quæmadmodum in pupillo requiritur tutoris auctoritas, ſic etiam neceſſaria erit in muto, & ſurdo, & hæc eſt communis intelligentia opinionis, Bart. loc. cit. licet Socin. Junior ſub num. 116. verſic. ſed circa prædicta, exiſtimet, Bartolum voluiſſe aſſerere, mutum perfectè intelligentem æquiparari pupillo; ſed pupillo ſolum mutum, & ſurdum æquiparari, qui aliquid intelligit; ſed non perfectè, & idem dixerat ibi prius Alexand. num. 47. ſed ut dixi, aliter communiter intelligunt Bart. Et ſi ſecus diceremus, manca omnino eſſet eius diſtinctio; locutus enim fuiſſet de nihil intelligente, & de intelligente aliquid, & de perfectè intelligente ne verbum quidem. † In hæc igitur ſecunda concluſione Bart. ab omnibus communiter damnatur, conſiderant enim, mutum, &

14 ſurdum non poſſe æquiparari pupillo, † quia mutus poteſt donare, l. qui id quod, §. mutus, ff. de procur. matrimonio contrahit. l. mutus, ff. de vir. dat. hæc dicitur adu. l. mutum, ff. de acquir. heredit. agnoſcit bonorum poſſeſſionem, l. fin. ff. de bon. poſſ. fur. vel infidel. quæ omnia prohibita ſunt pupillis, ut poſt antiquiores Alexand. in dict. leg. i. num. 5. & ſeqq. ſal. num. 26. Rip. num. 72. Socin. Jun. num. 116. ac propterea voluit, † mutum, & ſurdum perfectè intelligentem maioribus æquiparari, & curatoris auctoritate non indigere, prout videmus in caſibus ſupra tactis, in quibus admittuntur ſurdi, & muti abſque alia curatoris auctoritate. Imò Bart. ipſe in dict. leg. mutum, ff. de acquir. heredit. in dict. leg. fin. diſtinguit, aut iſti muti, & ſurdi non intelligunt, quod agitur, & furioſo aſſimilantur, nec aliquid agere poſſunt ſine curator, & in iſtis terminis dicit procedere, §. mentecapto Inſtit. de iur. Si verò quod agitur, intelligunt, omnia poſſunt abſque curatoris auctoritate peragere, & ſequitur Franc. de Calo loco citato, eandemque facit Bart. diſtinctionem in dict. leg. mutus, quod alij ſequuntur, ut Jacob. de Nig. nu. 154. & ſeqq. Lancel. num. 55. Crot. nu. 23. Alciat. nu. 17. idem Buticell.

16 licet poſtea ſub num. 91. videatur aſſerere † non poſſe maioribus æquiparari, cum omnia facere non poſſint, quæ maiores facere non prohibentur,

quod pariter visum si i Franc. de Caldas loc. cit. nu. 68. tamen parum de hac obiectioe curandum; nam licet multa surdis, & mutis prohibeantur, tamen id non provenit ex eo, quod non reputentur maiores, sed quia ea ob carentiam vocis, & auditus experiri non possunt: à qua distinctione propterea non est, quod discedamus, & eo maxime, cum non solum à Doctoribus, sed ab ipsi met iuribus expressè fiat, & est text. in l. fin. ff. de bon. poss. sur. & infant. del. car. vbi hæc

17 habentur verba † *Mutus, surdus, cæcus honorum possessionem admittere possunt, si quod agatur intelligant: & in l. fin. in Institut. de hered. qual. & differ. in illis verbis, cum qui surdus mutus natus est, vel postea factus, nihil prohibet pro herede gerere, & acquirere sibi hereditatem, si tamen intelligat, quomodo agit.* Ex quo text. colligimus, supradictam distinctionem procedere non solum in mutis, & surdo ex accidenti; sed etiam in mutis, & surdo à natura: licet facilius sit invenire mutum, & surdum ex accidenti intellectum habentem, quam à natura, qui nihil licite præsumuntur, ut dictum fuit supra suo loco, & infra dicetur. † Nec supradictæ conclusioni obstat text. in leg. dabimus, ff. de privileg. credit. & in l. i. de heredit. ff. de possib. quæ iura generaliter dicuntur mutis, & surdo dandum esse curatorem: nam ut optimè dicit Alciat. in d. l. i. nu. 51. debent dicta iura restringi à ratione, quam esse dicunt, quia rebus suis superesse non possunt, & eodem pariter modo responderi posset, ad text. in l. furiosi Instit. de curat. Nec dicatur, si citati textus loquuntur de mutis, & surdis non habentibus intellectum, frustra fuit facta de ipsis expressa mentio, possent enim dici comprehensi sub mentecaptis. Respondetur namque loqui de mutis habentibus intellectum, sed non operatium, qui propterea rebus propriis præesse non possunt: sed hinc non sequitur, ut muti sint mentecapti, prout videmus in pupillis, qui rebus suis præesse non possunt, & tamen non debent dici mentecapti.

19 Et ad idem tendit altera responsio Jacob. de Nig. in d. l. i. nu. 51. esse maximam differentiam inter mentecaptum, & surdum, & mutum à natura, qui nihil etiam intelligat; nam mentecaptus dicitur, quia iudicio, & mentis integritate caret: quod non est in mutis, & surdo, qui licet non intelligat, id tamen procedit ob defectum auditus; propter quem defectum addiscere non potuit: qui defectus si non adfuerit, sanè extitisset mentis: unde non est inconueniens, ut in d. l. furiosi, ac aliis in iuribus fiat separata mentio de mentecaptis, & mutis non intelligentibus: quam intelligentiam verissimam esse existimo, licet Galjal in d. l. i. nu. 56. dicat illorum iurium hanc esse violationem, qui propterea tenet ipsis dandum esse curatorem, habere tamen liberam administrationem antequam detur, Botic. pariter in d. l. i. nu. 92.

20 † hanc sententiam diuinationem Alciati appellat, respondetque dictis iuribus, quod licet muti, & surdi possint ea omnia peragere, quæ maioribus sunt permilla, hinc tamen non sequi, curatores ipsis non esse dandos, sed solum non indigere, unde ipsis dandos esse, quatenus velint. Sed certè nihil ineptius. Sequela enim optimè desumitur, possunt contrahere sine curatore, ergo curator ipsis non est dandus, nam si curatore non indigent, ad quid ipsis curatorem dare volumus? Præterea dicta iura, quæ volunt surdis, & mutis dandos esse curatores, in hoc se fundant, ut rebus suis præesse non possint; non autem in eo, quod petant, vel non petant curatorem. Dicamus igitur cum Alciato dicta iura loqui de mutis, & surdis, qui careant intellectu, & rebus eorum

præesse non possint, prout carere præsumuntur surdi, & muti à natura, nisi contrarium probetur.

## S Y M M A R I U M.

- 1 Mutus, & surdus à natura an possit contrahere inter viuos, & per totum.
- 2 Mutus, & surdus à natura an possit dare libertatem, & nu. 22. ac nu. 34. remissive.
- 3 Mutus, & surdus à natura an possit donare, & num. 35. remissive.
- 4 Mutus, & surdus à natura nihil intelligere præsumitur, & num. 36.
- 5 Muti, & surdi mentecaptis equiparantur.
- 6 Muti, & surdi etiam intelligentes equiparantur pupillis, & num. 37. remissive.
- 7 Muti, & surdi dandus est curator, de quo & nu. 38. remissive.
- 8 Mutus, & surdus potest donare.
- 9 Mutus, & surdus potest procuratorem constituere.
- 10 Mutus, & surdus admittitur ad honorum possessionem.
- 11 Muti, & surdi manumittere possunt.
- 12 Muti, & surdi nomine dotis obligantur.
- 13 Muti, & surdi possunt matrimonium contrahere.
- 14 Mutus, & surdus potest seruo iubere, ut stipulationem contrahat.
- 15 Mutus, & surdus potest pacisci.
- 16 Leges permittentes mutis, & surdis variis genera contrahendum, quomodo, & in quibus mutis debeant intelligi.
- 17 Mutorum, & surdorum viuis separata, & ex accidenti non impediunt, quin contrahere possint.
- 18 Muti, & surdi facilius conceduntur, ut contrahere possint, quam testari.
- 19 Mutus, & surdus etiam à natura potest se gerere pro herede, & num. 21.
- 20 Adire est contrahere.
- 21 Surdus, & mutus à natura potest manumittere.
- 22 Lex prima, ff. qui, & à quibus, quomodo diuersimodè logetur.
- 23 Mutus, & surdus à natura potest matrimonium contrahere.
- 24 Muti, & surdi à natura possunt contractus omnes celebrare, qui solo consensu perficiuntur.
- 25 Nudus consensus in contractibus sufficit.
- 26 Mutus non differt ab alio, nisi in his, in quibus sermo est necessarius.
- 27 Verba sunt inuenta ad animum nostrum demonstrandum.
- 28 Demonstratio fungitur officio nominis.
- 29 Factis aliquid demonstrare plus est, quam verbis.
- 30 Animus, & consensus est fundamentum cuiuscumque conventionis.
- 31 Vitium loquæ, & auditus non tollit intellectum, animum, & consensum.
- 32 Muti, & surdi possunt contractus omnes celebrare, præter stipulationem.
- 33 Contractus multi sunt, qui solo consensu perficiuntur, nec verbis indigent.
- 40 Muti, & surdi habent ius eligendi, seu demonstrandi.

Mutus, & surdus à natura, an possit inter viuos contrahere.

## CAP. XLII

**D**iximus supra in cap. 37. Mutos, & surdos à natura nonnullos posse celebrare contractus, prout multo magis id facere possent, si non à natura, sed ex accidenti essent muti, & surdi, ut in cap. 38. duntaxato

dammodo tamen habeant intellectum, vt in cap. 39. quod ob contrariam presumptionem venit probandum, vt in cap. 40. Verum quoniam multi sunt, qui negant, id verum esse in mutis, & surdis à natura, in hoc capite in dubium reuocare volui, an verum sit mutum, & surdum à natura inter viuos contrahere posse, ex qua investigatione, non solum sublata remanebunt contraria, sed comprobata ea, quæ superioribus dicta fuere: deinde in sequentibus capitulis ad aliquos parciales contractus deueniam, in quibus maior videtur dubitatio.

1 Hieronymus Vetrius in l. ex facto num. tenet mutum, & surdum à natura inter viuos contrahere non posse, idem asserit num. 16. cuius opinionis fuit etiam Ioan. Baptista de arbitrio par. 2. cap. 1. §. sub n. 3. qui existimauit, nullam esse differentiam inter contrahentes, & ultimas voluntates; ita vt quædam modum non possunt testari, sic etiam non possunt contrahere; idem voluit Cerasius in leg. 1. nu. 16. ff. de verb. oblig. vbi dixit, mutum, & surdum à natura nihil agere.

2 Mouentur primò per l. discretus, C. qui testam. fac. poss. vbi dicitur, mutum, & surdum non posse dare libertatem, nec vindicta, nec alio modo; si non potest dare libertatem, quod tam favorabile est, tanto minus alios poterit inire contractus.

3 Secundò Ver. loc. cit. nu. 16. dicit non posse contrahere, ex eo probati, quia muti, & surdi à natura non possunt donare, per text. iuncta distinctione glox in l. quid quod, §. mutus, ff. de donat.

4 Tertio pro eadem sententia adducunt mutum, & surdum à natura nihil intelligere, leg. seruo inuito, §. si pupillo, ff. ad Trebel. l. Prator, §. fin. ff. de iudic. l. inbemmi, C. de testam. quibus in locis habetur, inuitos, & surdos à natura nihil intelligere, mortuis similes esse, & iudicio carere; ad idem allegari solet text. in §. furiosi Instit. de curat. ¶ qui inuitos, & surdos æquiparant in re capitulis, ad quod conferunt multa, de quibus in cap. præced.

6 Imò dato, quod isti muti aliquid intelligerent, & etiam perfectè, attamen pupillo essent æquiparandi, secundum Barr. opinionem, de qua in l. 1. ff. de verb. obligat. vt in cap. præced. quemadmodum igitur pupilli non possunt contrahere, sic etiam non poterunt isti muti, & surdi à natura.

7 Vitio dicunt ipsi esse dandum curatorem, §. furiosi Instit. de curat. l. dabimus, ff. de priuileg. credit. l. cui totum, ff. de possib. signum apertissimum ex teipsis contrahere non posse.

8 Contrarium tamen secundum communem ferè omnium sententiam venit asserendum; mutum nempe, & surdum, licet à natura, posse inter viuos contrahere, ad quod probandum primò infrascripta iura possent allegari, text. in leg. qui id quod, §. mutus, ff. de donat. vbi dicitur ¶ mutum, & surdum posse donare, in l. mutus, & surdus, ff. de procur. vbi habetur ¶ mutum, & surdum procuratorem constituere posse, in l. vlt. ff. de bon. possib. del. vbi probatur ¶ mutum, & surdum ad bonorum possessionem admitti, in leg. surdi, ff. de man. vind. quo in loco habetur ¶ surdos, & mutos posse manumittere, in l. mutus, ff. de vir. dot. vbi dicitur ¶ mutum, & surdum nomine dotis obligari, in cap. cum apud, & in capit. tua de spons. in quibus viribus disponitur ¶ mutum, & surdum posse matrimonium contrahere, in l. 1. ff. de verb. oblig. vbi asseritur, ¶ mutum, & surdum posse seruo iudice, vt stipulationem contrahat, & in litem qui, ff. de pact. qui text. ¶ probet mutum pacitei posse. ¶ Sed contrarium sentientes vno ore, parique modo respondent omnibus supra dictis iuribus, intelligi debere, de mutis, & surdis

ex accidenti, vel in vitis separatis, hoc est in mutotantum, vel surdo tantum, proat glo. declarat d. l. qui id, quod in §. mutus, & d. l. serus, in vitis separatis intelligit Ver. loc. citat. num. 17. vt grauiter, omnia iura prædicta in vitis separatis intelligenda esse, dixit Cora. in d. l. sub nu. 26. Ex his iam certe non potest esse aliqui in vitis loqui separatis, vt d. l. surdi, & d. l. tenent quia, ff. de pact. sed omnia sic esse intelligenda, est expressa determinatio; & maxime quia rationes, ad quibus sit dictis iuribus, & ab quibus Doct. acies mouentur, & in litem tam in surdo, & muto, ex accidenti, quàm à natura, & tam si vitia sint discreta, quàm vnita, vt infra dicitur. Ex qua Ver. & Cora. responsio siene apparet, ¶ omnis Doctores concurrere autem, & surdum posse contrahere, si vitia sint separata, vt in muto tantum, & surdo tantum: & de litem minor est dubitatio, per text. in d. l. discretus, vbi habetur ¶ posse testari, ergo tanto magis contrahere; cum in testamentis maior est requiritum, so. tam habentes, l. qui huiusmodi, ff. de acq. & oblig. & dicitur illis concedatur testamentum si cetero, quàm contrahendi potestas. In muto etiam totum litterarum perito, nulla erit dubitatio, cum possit sua manu scribere, vel subscribendo se obligare; imò etiam testari, vt in d. l. discretus, ergo tanto magis contrahere, proinde idem esse in muto, & surdo simul ex accidenti tamen, & litterarum perito, qui pariter potest scribere, per d. l. discretus. Ex quod possit contrahere concedunt etiam in muto, & surdo ex accidenti litterarum ignaro, per iura supradicta, & præcipue per text. in d. cap. cum apud, & in d. cap. tua de sponsal. vt ipsemet Ver. surdum, & mutum tam acerrimus inimicus fuit etur loc. cit. num. 21.

Vnde solum difficultas remanet in mutis, & surdis à natura: Verum & ipsos contrahere posse, probant varia iura, quæ de mutis, & surdis à natura expressè loquuntur, nec Ver. & Cora. responsione subterfugi aliqua ratione possunt, vt est text. in §. fur. in l. 1. ff. de hered. qual. & diff. cuius hæc sunt verba. ¶ cum, qui surdus mutus natus est, vel postea factus, nihil prohibet pro hered. gerere, ac acquirere sibi hereditatem: ergo dicendum est posse contrahere: ¶ cum actus sit quasi contrahere; adiens enim creditoribus obligator, leg. apud Iulianum, §. fin. ff. quibus ex causis poss. lat. l. ex maleficiis, §. heres, ff. de acq. & oblig. Secus hoc idem expressè probat text. in l. mutus, ff. de acq. hered. his verbis. ¶ Mutum, nec non surdum etiam ita natos pro hered. gerere, & obligari hereditati posse constat. Nec dicatur, vt Ver. diceret, hunc text. loqui in vitis separatis, nam cum loquatur in surdo ita nato, necessarium est, vt loquatur in surdo, & muto simul, cum supra in cap. 2. diximus, surdum à natura necessariò insuper, & mutum esse: cum possit igitur mutus, & surdus à natura ad eundem se obligare, licet solemnem illam additionem facere non possit, quæ verba requirit, cum nec loqui, nec aliorum verba audire valeat, vt considerat Ant. Hering. de fideiuss. cap. 7. nu. 128. sequitur, vt contrahere possit. ¶ Tertio hoc probat text. in l. 1. ff. qui, & à quibus, cuius text. hæc sunt verba. Cellus lib. 12. Digestorum vilitatis gratia mutus surdus ita natus manumittere posse ait. Si igitur potest manumittere, verum erit dicere, posse contrahere. ¶ Et hæc est vulgata editio citati text. licet in pandectis Florentinis, loco illius verbi, mutus legatus; motus, hoc est Cellus motus, quæ lectio etiam si deberet attendi, adhuc probaret citatus text. surdum, & mutum à natura manumittere posse, sequitur enim seclus, surdum ita natum posse manumittere; ergo loquitur

de surdo, & muto simul à natura; nam surdus ita natus est etiam necessarid mutus, vt in d. cap. 2. fuit demonstratum. Quarto, mutos, & surdos à natura contrahere posse, probant citati text. cap. 1. cum apud, & 24 in cap. 2. de spons. † quibus in locis dicitur mutos, & surdos posse matrimonium contrahere. Nec dicitur intelligi in vitiis separatus, vel si ipsa sint ex accidenti; aliter enim consuetudo, & sancta Mater Ecclesia fuit interpretata, quæ permittit mutos, & surdos simul à natura vxores ducere, prout obseruatum vidi in muto patris matris meæ, qui duas habuit vxores, & erat mutus, & surdus à natura: si igitur possunt contrahere matrimonium; verum erit dicere posse contrahere.

25 Dicamus igitur cum communi opinione mutos, & surdos à natura posse contrahere, se obligari, omnique alios contractus facere, qui consensu expediri possunt, vt dixit Rip. in dict. l. ex facto sub num. 2. Monspet. cons. 20. n. 3. & tradunt scribentes tam in dict. l. mutus, ff. de acquir. hered. quam in l. 2. ff. de verb. oblig. vt Crotus nu. 23. licet de mutis, & surdis à natura referat se ad glos. in dict. l. mutus.

Doctores in dict. l. discretis, vt Iacob. de Nig. nu. 162. qui voluit mutum intelligentem maiori æquiparari, Dec. & Cagn. in l. vbi vocem, ff. de regul. iur. Cath. de execution. sent. cap. 2. nu. 48. Farin. de pœnis temp. quest. 98. nu. 160. Io. Baptista de S. Blasio de arbitrio sub nu. 32. vbi dicit, omnes eos contractus facere posse, in quibus sufficit consensus, & probat Buticel. in dict. leg. discretis n. 23. qui mouetur præcipue per text. in litem quia, ff. de pact. vbi dicitur conventiones, quæ tacite fieri possunt, posse etiam fieri per nuncium, & epistolam, & subiungit postea text. Secundum hoc, & mutus pacisci potest; vnde si solum actus, qui requirunt verba, à mutis fieri non possunt, vt in d. l. 1. ff. de verb. oblig. ergo alij, in quibus non sunt necessaria verba, ipsis non erunt prohibiti, per dictam legem item quia, ex qua, iuncta glosa, hæc desumitur consequentia.

Ad idem optimus est text. in l. obligantur, §. fin. ff. de verb. oblig. vbi dicitur, † Et nudus consensus in omnibus sufficit, quamuis verbis exprimi non possit. At cui dubium mutum, & surdum à natura posse nutu suum demonstrare consensum; ergo dicendum erit, & posse contrahere, adducit etiam Butic. text. in l. vbi non voce, ff. de regul. iur. in quo text. habetur, quod vbi non voce, sed presentia opus est, mutus si intellectus habet,

27 potest videri respondere. † Ecce igitur, dicit ipse, mutum, & surdum ab aliis non differre, nisi in his,

28 † si verba ad nil aliud sunt inuenta, nisi ad animum nostrum demonstrandum, l. Labeo, §. idem iubere, ff. de sup. leg. quid interest, an verbis, vel aliis demonstrationibus, vt nutu, & gestulationibus demonstratur; vt nomina, quæ sunt inuenta significandorum hominum gratia, §. si quis in nomine Instit. de leg. aliter tamen iudicari possunt; dummodo de inuentione

29 appareat, † & tunc illa iudicatio, & demonstratio surgit officio nominis, l. si nominatum, ff. de condit. & demonstrat. & indubitabile signum penè nihil à nomine distat glos. in l. qua extrinsecum in verbo, sed etsi, ff. de verb. oblig. † Item plus est aliquid factis demonstrare, quam verbis cap. dilecti de appell. Vltimò mouetur

31 Buticel. † quia animus, & consensus sunt fundamentum, & robur cuiuscumque contractus, & quasi anima cuiuscumque conventionis, l. 1. §. fin. ff. de pact.

32 † Sed vitium loquelæ, & auditus non tollit intellectum, animum, & consensum, vnde cum surdi, & muti etiam à natura possint signis eorum consen-

sum, & voluntatem demonstrare, per consequens dicendum erit, & posse contrahere, nec pupillis vltimo modo similes esse, quæ omnia optimè probat Alciat. in d. l. 1. nu. 51. & Azet. in §. mutum Instit. de iungit stipulat. vbi dicit; † nota quod licet mutus, & surdus non possint concipere stipulationem, possunt tamen alios contractus celebrare, per text. in dict. l. mutum, ff. de acquir. hered. quæ etiam sunt de mente Socin. Iunior in dict. l. 1. sub nu. 116. versic. aut, & secundo: & allegari potest text. in l. si stipuler, §. fin. ff. de verb. obligat.

34 cuius hæc sunt verba. † Si in locando, conducendo, vendendo, emendo, ad interrogationem qui non respondeat, si tamen consentiat in id, quod responsum est, valet, quod actum est, quia contractus huiusmodi non tam verbis, quam consensu confirmantur; sed muti, & surdi etiam à natura possunt signis consensum demonstrare: ergo, &c. & hinc dicendum est, non bene sensisse Neutor. Feloc. de societ. cap. 7. nu. 2. qui asseruit, mutum, & surdum à natura non posse societatem contrahere; nec id probat text. in l. discretis, C. qui testam. fac. poss. cum loquatur in vltimis voluntatibus, in quibus maiores solemnitates requiruntur, vt suis locis fuit dictum.

35 Non obstant modo quæ in contrarium considerata fuere, & primò text. in leg. discretis, loquitur enim in vltimis voluntatibus, hoc est, vt libertatem non possit dari in vltimis voluntatibus; secus est inter viuos, vt probat text. in l. surdi, ff. de man. vindict. & latius dicitur in cap. 53.

36 Ad secundum, † quod surdi, & muti à natura non possunt donare, responderetur, in contrarium esse veritatem, vt demonstratur in cap. 51.

37 Ad tertium, quod muti, & surdi à natura nihil intelligant, responderetur sic regulariter præsumi, sed contrarium esse posse, & nostram conclusionem procedere, si contrarium probetur, vt distinguit text. in §. fin. Instit. de inutil. stipulat. & in l. fin. ff. de bon. poss. & dictum fuit supra in cap. 39. & cap. 40.

38 Et opinio Barr. quod surdi, & muti à natura intellectum habentes, æquiparentur pupillis, communiter damnatur, vt dictum fuit supra in cap. præced.

39 Ad iura verò, de quibus vltimo loco responderetur, intelligenda esse de mutis, & surdis intellectu carentibus, vt in rationibus ibidem adductis clarè colligitur, & declarat Alc. in d. l. 1. ff. de verb. oblig. & ipsis dandus est curator, non alius, vt in cap. præced.

40 Et cum ex præcedentibus fuerit ostensum mutum, & surdum, etiam à natura posse illos omnes contractus celebrare, qui solummodo consensum requirunt, dicendum est, habere ius eligendi; seu nominandi aliquem ad Iuspatronatum, ad Emphyteusita, vel ad aliquam aliam rem similem, ad quam esset necessaria nominatio, vel presentatio, Barboza in collect. tom. 2. lib. 3. tit. 18. cap. 4. num. 143. cum enim in hoc requiratur solum, vt ipse animus suum patefaciat, quem eligi cupiat, non est dubium mutum, & surdum posse signis hanc suam demonstrare voluntatem, ac idè dicendum est, istud ius eligendi, seu nominandi non amisisse per surditatem, & mutitatem, vt dixit etiam nouissimè Diana resolut. moral. par. 5. tract. 6. de mutis, surdis, & cæcis resolut. 13.

## S V M M A R I V M.

- 1 Obligationes omnes, vel ex contractu, vel quasi contractu, vel ex maleficio, vel ex quasi maleficio proueniunt.
- 2 Contractuum quatuor sunt species.
- 3 Muti, & surdi possunt illos celebrare contractus, qui requiruntur, & quare, & etiam si sint muti, & surdi à natura, num. 6.



- 4 *Consensus etiam factis demonstratur.*  
 5 *Surdi, & muti possunt illos celebrare contractus, qui verba non requirunt.*  
 7 *Muti, & surdi possunt contractus illos facere, qui consensu perficiuntur, & quare.*  
 8 *Muti, & surdi non possunt illos celebrare contractum, qui verba requirunt, etiam si vitia sint separata, vt nu. 9.*  
 10 *Notarius, vel seruum potest pro muto, & surdo stipulari.*  
 11 *Promissioni dubio presumitur facta mediante stipulatione, secus in promissionibus surdorum, vel mutorum, nu. 12.*  
 13 *Muti, & surdi litterarum ignari, litteris se obligare non possunt.*

## Muti, & Surdi an ex contractu obligentur.

### CAP. XLIII.

- 1 **D**emonstratum generaliter fuit in superiori capitulo, mutos, & surdos etiam à natura contrahere, ac se obligare posse, vt magis manifestum fiat, sunt conueniendi aliqui casus particulares, in quibus etiam maior videtur difficultas. † Cum omnes igitur obligationes proueniant, vel ex contractu, vel ex quasi contractu, vel maleficio, vel ex quasi maleficio, vt dicit text. in §. 1. *Instit. de obligat.* Omnes istæ obligationum species breuiter sunt percurrendæ. † Et cum contractuum quatuor sint species, alij enim re, alij verbis, alij litteris, alij consensu contrahuntur, vt in §. *fin. Instit. de obligat.* Primum dicendum est, † omnes illos contractus celebrare posse, qui re contrahuntur, vt est mutuum, depositum, commodatum, & pignus: de quibus in *Instit. quibus modis re contrah. oblig.* Et est ratio, quia licet in istis contractibus, vltra consensum, requiratur ipsius rei traditio, tamen cum verba non sint necessaria, & consensum etiam signis demonstrari possit; rem ipsam tradendo potest suum patefacere consensum: imò melius, quàm in contractibus illis, qui solo consensu perficiuntur; † cum factis facillimè consensus demonstrari possit, *cap. dilecti de appell. cum vulg.* † Quod non solum asserendum est in surdis tantum, per text. in *l. in quibuscumque ff. de action. & obligat.* Vbi expressè dicitur, surdos in omnibus illis obligationibus interuenire posse, quæ verba non requirunt, & in mutis tantum, iuxta text. in *l. item quis, ff. de pact.* vbi pariter dicitur, mutum posse pacisci in illis omnibus casibus, in quibus verba non sunt necessaria: sed etiam in mutis, & surdis simul, & à natura hæc venit intelligenda conclusio, si intelligant, quod agunt, §. *fin. Institut. de hered. qual. & diff. l. fin. ff. de bon. poss. inf. del.* & dictum fuit supra in cap. præced.
- 7 Et idem est in omnibus illis contractibus, qui solo consensu perficiuntur, vt probat text. in *l. si stipuler, §. fin. ff. de verb. oblig.* cuius hæc sunt verba. & in locando, conducendo, vendendo, emendo, ad interrogationem quis non responderit, in id, quod responsum est, valet, quod actum est. Quia hi contractus, non tam verbis, quàm consensu confirmantur. Cum igitur non sint necessaria verba, sed solum consensus iufficiat, ipsorum opime signis, & gesticulationibus demonstrare poterunt surdi, & muti etiam à natura: Vnde merito Rippa in *l. ex facto sub nu. 2. ff. de vulg. & pupil.* dixit, mutos contractus illos omnes facere posse, qui consensu possunt expediri, ad quod conferunt tradita in cap. superiori.
- 8 Aliud verò genus contractuum, quod verbis con-

trahitur, vt est stipulatio, mutis, & surdis prohibetur, tam si sint à natura, quàm ex accidenti. † Et tam si vitia sint vitia, quàm separata, vt habetur in *l. ass. de verb. oblig. & in §. mutum Instit. de inutil. stipulat.* cum hinc inde loquela requiratur; ex eo, quod ad inuicem se exaudiant; vnde licet surdus loquatur, cum tamen loquentis verba non audiat, stipulari non potest. Anton. Henricq. *de fideiuss. cap. 7. num. 242.* † licet possit seruus, vel Notarius pro ipso stipulari, vt in *dist. leg. 1. vbi scribentes.* Ex quo sequitur, quod licet regulariter, † si in aliqua scriptura, ac instrumento reperiat, aliquem promississe, intelligatur, id fuisse factum mediante stipulatione, §. *si scriptum Instit. de inutil. stipulat. §. fin. Instit. de fid. l. 1. c. de contr. vel comm. stipulat.* † Secus tamen est in promissionibus surdorum, vel mutorum. Nec debet præsumi stipulationem interuenisse mediante persona serui v. l. Notarij; nam, vt dicit Lancel. Galil. *in di. leg. 1. num. 14.* in contractibus personam extrinsecam ad se ille non præsumitur, *l. si ita stipulatus fuerit, §. fin. ff. de verb. oblig.*

13 † Litteris autem obligari non poterit mutus, & surdus, siue à natura, siue ex accidenti, si sint tantum sic ignarus, secus verò si litteras sciat tunc enim quem admodum scribendo manu propria testari potest, ita etiam, & multò magis, potest litteris, & scripturæ se obligare.

### SUMMARIUM.

- 1 *Muti, & surdi ex quasi contractu obligantur, idem si sint à natura, num. 4. prout generale est in omni genere contractuum, num. 8.*  
 2 *Mutus potest adire hereditatem.*  
 3 *Heres ad eundem ex quasi contractu obligantur.*  
 4 *Mutus obligat tacite bona inuenta.*  
 5 *Mutus tacite obligatur nomine dotis.*  
 6 *Mutus, & surdus administrando aliena negotia tacite obligantur.*  
 7 *Muti, & surdi non possunt esse tutores.*

## Muti, & Surdi an ex quasi contractu obligentur.

### CAP. XLIV.

- 1 **V**idimus in superiori capitulo, mutos, & surdos etiam à natura ex contractu obligari, tunc verò dicendum est, † idem esse in quasi contractibus, vt probat text. in §. *fin. Instit. de hered. qual. & diff.* vbi dicitur, † mutum posse adire hereditatem, idemque habetur in *l. mutum, ff. de acquir. hered.* & † adire est quasi contrahere, & propterea hæres ad eundem obligatur ex quasi contractu legatariis, & aliis creditoribus, vt est text. in §. *heres quoque Instit. de oblig.* quæ ex quasi contractu nascuntur: ac ideo cum mutus, & surdus possit adire, vt in dictis iuribus habetur, dicendum est etiam, ex quasi contractu obligari, † quod non solum procedit in mutis tantum, sed etiam in mutis, & surdis simul à natura, *dicta enim lex mutum.* loquitur de surdo ita nato, qui de necessitate est etiam mutus, prout etiam de surdo ita nato mentionem facit *dist. §. fin.*
- 5 Et eadem ratione obligat mutus bona inuenta pro pensione Domus, *l. itemque ff. de pact.* † obligatur tacite nomine dotis, *l. mutus, ff. de vir. dot.* † Et si aliena administrat negotia, quod facere potest, *l. mutus, & surdus, ff. de procurat.* tacite obligatur, ille enim, qui

aliena gerit negotia, tenetur ex quasi contractu, §. 1. *Institut. de oblig. qua ex quasi contr. nasc.*

Et denique, si ea faceret, ex quibus alij ex quasi contractu obligantur, & ipsemet surdus, & mutus obligatus remaneret, ut si cum alio staret in commanione, ad text. in §. item si inter, *Instit. eod.* Si eidem indebitum quis solueret, §. vim u *Instit. eod.* & familia perageret, ex quibus oritur obligatio ex quasi contractu. † Non obligarentur tamen muti, & surdi ex cura, vel tutela, cum tutores, & curatores esse non possint, *L. §. fin. Instit. de tut.* in hoc enim actu, verba, & auditus dicuntur necessaria, ut declarat Alciat. in *L. §. nu. 52. ff. de verb. oblig.* Sed verè id non provenit ex eo, quod muti, & surdi non obligentur ex quasi contractu, sed ex eo, quod illam actum facere non possunt, ex quo alij ex quasi contractu obligantur.

S Y M M A R I U M.

- 1 Muti, & surdi ob delictum puniri debent, etiam si tales sint à natura, & num. 3.
- 2 Muti, & surdi in his, qua loquelam, & auditum non requirunt, habiles reputantur.
- 3 Inquiri potest contra mutos, & surdos, possuntque puniri, & condemnari etiam poena ordinaria.
- 4 Mutus, & surdus, qui intellectu careat, pro delicto puniri non potest; quia tunc furiosus, & pupillus comparatur, ut num. 5.
- 6 Mutus, qui quandoque intellectu caruerit, non potest puniri, nisi pro parte sifa probetur, tempore commissi delicti fuisse sane mentis; & quid in surdo, & mutò à natura, u. 7.
- 8 Mutus, & surdus à natura puniri non potest, nisi delictum probetur per testes, nec sufficit ipsum fateri delictum per gestulationes, & de ratione num. 9. & quid in mutis tantum, vel surdis tantum, ac mutis, & surdis simul, sed ex accidenti num. 11. & 12.
- 10 Mutus non potest, vii bannitus puniri, nisi fiat recognitio persone per testes, nec sufficit ipsum gestulationibus fateri, se illum esse bannitum, de quo in sententia, & quid in mutis tantum, vel surdis tantum, vel mutis, & surdis simul ex accidenti tamen, num. 11. & 12.
- 12 Mutus ex accidenti, quo litteras sciat potest cogi ad satendum delictum mediante scriptura.
- 13 Muti, & surdi ex accidenti litterarum ignari, an puniri possint de delicto, si per testes non probetur; sed solum per eorum confessionem factam gestulationibus.
- 14 Surdi non incidunt in poenam impositam his, qui eunt per Civitatem absque lumine post sonum Campana.
- 15 Muti, & surdi ex delicto, & quasi ex delicto ad restitutionem obligantur.

Muti, & surdi an ex delicto, vel quasi delicto obligentur.

CAP. XLV.

Tertia, & quarta species obligationis est illa, quæ ex delicto, & quasi delicto oritur, unde an muti, & surdi hoc modo obligentur nunc congruo ordine videndum restat; & † obligari non est dubium, cum ut alij puniantur, ut dixit Imol. in *L. §. ff. de verb. obligat.* per text. in *L. si quis in gram. §. mutum. ff. ad Sell. l. c. in d. l. §. nu. 27.* Lancel. Galabidem num. 55. Alex. nu. 6. Alciat. num. 52. Anton. Gomez *variar. resolut. de delictis cap. 1. sub nu. 69.* qui testatur sic iudicatum fuisse, & cum refert Petrus à Plac. in *epit. delict. cap. 32. nu. 18.* & requirit Cast. *de execut. sentent. cap. bann. cap. 2. nu. 49.*

- 1 † in his enim, quæ loquelam non requirunt, muti, & surdi, si intellectum habeant, habiles reputantur ad omnes actus exercendos, non secus, quam alij, ut per Doctores in *L. mutum. C. de acquir. hered.* scribitur in *L. §. ff. de verb. obligat. Dec. & Cogn. in L. ubi non voc. ff. de regul. iur.* & dictum fuit alias suis locis, & tradit Carth. *loc. cit. nu. 49.* unde † habiles reputantur ad delinquendum, ita ut contra ipsos possit inquiri, possint condemnari, ac etiam poena ordinaria puniri: tam si sint muti tantum, quam surdi tantum, vel muti, & surdi simul etiam à natura, quæ omnia sequitur Tranq. Ambros. in *sua proc. affirmatiua lib. 1. cap. 7. & lib. 6. cap. 6.* traditque post supradictos Farinac. *de pen. temp. quest. 98. nu. 160.*
- 4 Quod tamen primo limitandum est, non procedere in mutis, & surdis, qui intellectu careant, cum supra omnes citati Doctores loquantur, in mutis, & surdis sanum intellectum habentibus, unde si tales non essent, puniri non possent, † tunc enim furiosus, & pupillis æquiparantur, ut suis locis fuit dictum, ac idèd omnem poenam eisdere debent, Gom. in *d. tit. de delict. cap. 1. nu. 69.* Petr. à Plac. in *Epitom. delict. lib. 1. cap. 32. sub nu. 17. & 18.* & tradit Farin. *dicta quest. 98. nu. 59.*
- 6 Unde si probaretur, † mutum delinquentem, quandoque fuisse dementem, & non sanum intellectus, non posset puniri, nisi pro parte sifa probaretur tempore commissi delicti fuisse sane mentis, Alciatus in *dict. leg. 1. nu. 42. versic. addo. ff. de verborum obligat.* † Imò in mutis, & surdis simul à natura, ad hoc, ut puniri possent, necessarium esset probare, pro sifa parte ipsos habere sanum intellectum, & quæ agunt, optimè intelligere, & est ratio, quia muti, & surdi à natura præsumuntur dementes, & quod non intelligant, quid agant, nisi contrarium probetur, ut dictum fuit superius in *cap. 39. & cap. 40.* ac propterea pro eorum defensione sufficeret allegare, ac probare ipsos esse surdos, & mutos à natura, & si ipsos intellectum habere non probasset Fiscus, Iudex eos absolueret, esset coactus, & erit secunda limitatio ad regulam supra positam, pro defensione similium personarum admodum utilis.
- 8 Tertio limitatur in mutis, & surdis pariter à natura, qui puniri non possunt, nisi ipsos delictum commississe probetur per testes; non sufficit enim eorum Confessio per signa, & gestulationes, ut per Gomez, & Plac. *loc. cit.* Brun. *de ind. par. 2. quest. 4. nu. 7.* Carth. *loc. supra citat. nu. 51.* Farin. *quest. 41. nu. 90.* & latius *quest. 98. nu. 161. & seqq.* quia † licet mutus possit interrogari per signa, ut per Gom. *loc. cit. nu. 69. in fin.* & per Petr. à Plac. & Carthol. *locis citatis*: tamen cum eius confessio non possit dici clara, & aperta, non reputatur sufficiens ad condemnandum, ut voluit Bald. in *L. §. num. 27. C. de confess.* quem secuti fuerunt Roman. in *d. l. §. num. 16. ff. de verbor. obligat.* ubi etiam Alex. *num. 13.* Brun. *de ind. & fort. par. 2. quest. 4. n. 75.* Gom. Petr. à Plac. *locis citatis.* Farinac. *dicta quest. 98. nu. 162.* & Carth. *locis citatis.* id extendit etiam ad recognitionem personæ, † quæ fieri debet capto bannito, non posset enim, dicit ipse, ex equi sententia contra mutum, & surdum à natura, nisi testes ipsum recognoscere pro eo, qui in sententia, & banno reperitur descriptus, ut per ipsum *loc. cit. nu. 51.*
- 11 Nec tamen intelligunt Doctores de mutis, & surdis à natura; unde videndum est, an eadem procedant in mutis tantum, vel surdis tantum, ac surdis, & mutis ex accidenti. Circa quod consideranda est ratio, ob quam Doctores volunt necessarium esse hanc probationem per testes, nec confessiones factas per

per gesticulationes sufficere, quæ nulla alia fuit, nisi quia negari non potest, similes confessiones continere aliquam dubietatem, tam respectu interrogationis, quàm responsionis, cum necessarium sit, tam interrogationem, quàm responsionem fieri per signa. Quæ ratio primo non militat in surdis tantum, qui proprio ore delictum fateti possunt, & dicere, qui sunt: prout non militat in mutis tantum, vel mutis, & surdis simul ex accidenti, qui litteras sciunt,

12 ¶ tales enim possent cogi ad fatendum delictum mediante scriptura, ut per Tancred. de Conn. in suo compend. in vltim. rubr. quest. 4. Feret. caut. 57. Bonac. in tract. de caut. in lit. M. caut. 35. Carr. loco supra citato num. 44. &

13 seq. Farin. in dict. quest. 98. num. 163. ¶ Sed quid si litteras nesciant? Doctores, quos ego viderim, ad hæc particularia non descendunt. Verum ego in mutis tantum, crederem ipsos posse ex eorum confessione puniri; nam cum audiant, certa est interrogatio, ex qua etiam certa potest sequi responsio; prout si interrogentur, an talem vulnerauerint, si annuant, indubia videtur confessio; prout etiam si interrogentur, an sint tales, annuendo facta diceretur certa recognitio personæ. In mutis verò, & surdis simul litterarum ignavis militat ferè eadem ratio, quæ in mutis, & surdis à natura, cum necessarium sit tam interrogationem, quàm responsionem fieri signis, & gesticulationibus, in quibus potest esse aliqua dubitatio, unde ultra confessionem, necessariz essent delicti aliz probationes ad hoc, ut puniri possent, prout de mutis, & surdis à natura supracitati docent Doctores, licet falsan non tam clarè, cum verè in mutis, & surdis ex accidenti, non tanta potest considerari dubietas, unde saltem extraordinariam pœnam ex eorum confessione auferre non possent.

14 Quattò limitatur conclusio quantum ad pœnam impositam illis, qui post sonum Campanæ irent per Ciuitatem, in quam pœnam non incidunt surdi, tam si sint surdi, & muti simul, quàm surdi tantum, ut dixit Bald. in l. si quis in graui. surdus, ff. ad sell. Bald. de Perul. de stat. vers. surdus. Verum quia ad id dicendum, mouentur, quia sonum Campanæ audire non poterunt, existimarem ego id procedere posse, si paulò post sonum Campanæ inueniri fuisset absque lumine; secus si post longum tempus, ita ut ipsi necessario existimare possent Campanam sonasse; exempli gratia, Urbini pulsata Campana post duæ horas, si surdus in media nocte iret per Ciuitatem absque lumine, non crederem ego posse excusari sub prætextu, quod Campanam non audierit; pro certò enim habere debet, tunc temporis pulsata fuisse Campanam, post cuius sonum non est amplius licitum ire per Ciuitatem absque lumine, de quibus omnibus, ultra Farin. videri poterit apud Guaz. in tract. ad defensionem defens. 32. cap. 30.

15 Cum igitur tales puniri possint, secundum tamen declarationes supra positas, dicendum est, pariter ob delictum obligati ad restitutionem, ut in furto, rapina, iniuriis, aliisque similibus delictis, de quibus in inst. de oblig. que ex delictis nascuntur.

Et quæ dicta sunt de delictis, procedunt etiam in quasi delictis per easdem rationes.

## S V M M A R I V M.

- 1 Mutus, & surdus à natura non potest torqueri, etiam si intelligat, quod agat, & de ratione nu. 2.
- 3 Surdus tantum potest torqueri.
- 4 Mutus tantum, ac etiam mutus, & surdus simul ex acciden-

ti, si litteras scit, potest torqueri, ut delictum scriptura fateatur.

- 5 Mutus tantum litterarum ignavis, vel mutus, & surdus simul ex accidenti an possint torqueri.

## Mutus, &amp; surdus an possit torqueri

## CAP. XLVI.

IN superiori capitulo vidimus de delictis, unde hic connectenda est altera quaestio ad materiam delictorum pertinens, an nempe muti, & surdi possint torqueri. Circa quod primò generalis est constituenda regula, ¶ mutus, & surdus à natura non posse torqueri, ut nobis affirmarunt Brun. de ind. par. 2. quest. 4. nu. 25. Franc. Follo. de torm. cap. 26. sub rubr. quæ persona torqueri possint post nu. 4. Carr. in prax. in 2. tract. de indi. vers. certum post nu. 40. Gornel. lib. 3. variat. resolut. in tit. de indi. cap. 1. num. 69. Gril. de indi. & torm. quest. 6. num. 7. quos refert, & sequitur Farin. quest. 41. num. 89. & citat Sebast. Medic. de fortun. casibus par. 2. quest. 6. num. 52. Quæ conclusio nullam habet dubitationem, si loquamur in mutis, & surdis intellectu caretibus, qui cum non possint puniri, ut in cap. præced. hinc dictum, tanto minus poterunt torqueri, & in istis terminis locutus fuit Sebast. Medic. loco citato, &

- 2 Gril. in d. quest. 6. num. 7. ¶ Alij verò, qui volunt generaliter motum, & surdum à natura non posse torqueri, etiam si intelligat, mouentur, quia cum ob incertitudinem, quæ ex eorum depositionibus oriri potest, non possint ex eorum confessione puniri, non est, quod frustra torqueantur, ut per Farin. d. quest. 61. num. 90.

3 Quæ conclusio primò limitatur in surdo tantum, licet enim non audiat, potest tamen confessionem proprio ore patefacere, unde, ut id fiat, torqueri potest.

4 Secundò limitatur in muto tantum, vel in muto, & surdo ex accidenti, qui litteras sciunt, possunt enim torqueri, ad hoc, ut scriptura mediante delictum fateantur, Tanc. de Cornet. in suo Compend. in vltim. rub. quest. 4. Feret. caut. 57. ad quem se remittit Hyppolit. Donat. in tract. de caut. in lit. M. caut. 35. & tradit Carth. de execut. sent. cap. 6. ann. cap. 2. nu. 43. & seqq. & post ipsum Farinac. dict. quest. 98. nu. 163, hocque extendit Carth. nu. 43. & seqq. procedere, etiam si agatur de recognitione personæ.

5 Sed quid in muto tantum, qui litteras nesciat, vel in muto, & surdo simul ex accidenti litterarum pariter ignato; Doctores hæc non tangunt; Crederem ego mutum tantum posse torqueri, cum non obscura possit sequi confessio, & etiam sufficiens ad puniendum, ut supra in cap. præced. fuit dictum. In muto verò, & surdo simul ex accidenti, maior videtur dubitatio; nam certa professio non potest sequi confessio, ita ut nullam contineat dubitationem, tam ratione interrogationis, quàm responsionis. Verum quoniam aliz probationes adesse possent, quibus ad ipsum conuincendum parum deesset; defectus probationum possit suppleri per ipsorum confessionem, licet per se non omnino certam, saltem quantum ad pœnam extraordinariam, ut supra in cap. præced. unde de his concurrentibus forsitan non ab omnibus esset dicere torqueri posse.

## S V M M A R I V M.

- 1 Mutus, & surdus an possit accusare, & per totum.

- 2 Accusare non potest, qui sub alterius cura existit.
- 3 Muti, & surdi furiosis equiparantur, de quo tamen nu. 5.
- 4 Muti, & surdi non dicuntur regulariter sub cura alterius.
- 6 Surdus tantum accusare potest.
- 7 Mutus, & surdus litterarum peritus potest querelam propria manu scribere.
- 8 Mutus, & surdus ex accidenti, licet sit litterarum ignarus, potest accusare.
- 9 Mutus, & surdus à natura, si intelligit, quod agit, potest accusare, secus si intellectu careat.

## Mutus, &amp; surdus an possit accusare.

## CAP. XLVII.

- A**D eandem materiam delictorum pertinet videre ¶ an mutus, & surdus possit accusare, Angelus in §. praterea d. 2. num. 25. in Institut. de except. tenet mutos, & surdos ad acculandum non admitti, per text. in §. furiosi Institut. de iur. ubi probatur, similibus personis dandum esse curatorem: ex quo sequitur, ut accusare non possint, ¶ omnis enim, qui sub alterius est gubernio, regulariter accusare non potest, cum ex se agere non possit, *L. dabimus, §. fin. cum l. sequent. ff. de priuil. credit. l. qui neque, §. primò, & l. si pradia, ff. de reb. cor. ut per Angel. loc. cit. Mouetur si eundò,*
- 1 ¶ quia muti, & surdi furiosis equiparantur, ut per Bart. & nonnullos alios in l. 1. ff. de verbor. obligat. unde meritiò ad acculandum repelli debent. Idem dixit Angel. de Malef. in versic. ad sententiam in verbo ex his potest inferri 13. nu. 30. secutus à Nouel. in tractat. ad defens. in rubric. qua persona accusare non possunt nu. 9.

Verum itæ duæ rationes patum, generaliter saltem, concludere videntur; prima enim non est vera ¶ mutis, & surdis indistinctè dandum esse curatorem, ut latè demonstratum fuit in cap. 41. & text. in §. furiosi Institut. de curat. & in leg. dabimus ff. de priuil. credit. nec non in leg. cui eorum, ff. de postb. non loquuntur in surdis tantum, nec in mutis tantum, imò nec etiam in mutis, & surdis litterarum peritis, cum se restringunt ad mutos, & surdos, qui ob carentiam intellectus rebus suis præesse non possunt. Ut declarat Alciat. in l. 1. num. 51. ff. de verbor. oblig. & latè dictum fuit supra in dict. cap. 41. unde ex hac prima ratione non potest generaliter concludi, mutos, & surdos non posse accusare.

- 5 Et tanto minus subsistit secunda ratio, ¶ cum imò reperiantur muti, & surdi etiam à natura, qui intellectum habent, & quod agant optimè cognoscitur, qui propterea non furiosis, nec pupillis, sed maioribus equiparantur, ut per scribentes in dict. leg. 1. & dictum fuit supra in d. cap. 41.
- 6 Unde si queratur primò, an surdus tantum accusare possit, nemini dubium est, accusare posse, cum proprio ore suam possit dicere querelam.
- 7 In mutis verò tantum, vel mutis, & surdo simul ex accidenti, litterarum tamen perito res difficultate caret, cum propria manu querelam scriberet.
- 8 ¶ Si verò litteras ignorent, adhuc accusare poterunt, signis nempe, & gesticularionibus, tales enim nec intellectu carent, nec sub alterius sunt cura.
- 9 In mutis demum, & surdis à natura erit distinctio, quòd aut intelligunt, quod agunt, & poterunt accusare, cum maiores reputentur, nec alterius cura indigeant, ut supra in dict. cap. 41. Si verò intellectu careant, accusare non poterunt ad doctrinam Bald. in rubric. C. qui accusari non possunt, & in his terminis concludunt duæ supra allatæ rationes. Intellectu autem

carete præsumuntur surdi, & mori à natura, nisi contrarium probetur, ut supra in cap. 39. & cap. 40. Et hanc distinctionem sequi videtur Decian. in tractat. crim. tom. 1. lib. 3. cap. 11.

## S V M M A R I V M.

- 1 Iuramentum an requirat verba.
- 2 Forma iuramenti debet exprimi.
- 3 Iuramentum principaliter dirigitur in Deum.
- 4 Iuramentum semper intelligitur præstitum ad mentem deferentis.
- 5 Verba non sunt necessaria in iuramento præstando ab eo, qui loqui non potest.
- 6 Mutus potest esse testis.
- 7 Verba in iuramento requiruntur solum ex parte deferentis.
- 8 Iurans ad debitationem iudicis, licet aliquid non respondeat, intelligitur tamen iurare ad mentem iudicis; & iurans falsum tali pacto, puniri deberet.

## Mutus an possit iurare.

## CAP. XLVIII.

**V**idimus in superioribus capitulis, mutos, & surdos multos posse celebrare contraclus, nec non inter vivos se obligare posse; quod etiam ex illis quatuor demonstrationum generibus demonstrauimus; nunc subnectam aliquos casus magis speciales, de quibus etiam Doctores magis dubitant, & præcipuè de iuramento, in quo multi Doctores præferunt necessaria esse verba, & huius opinionis credunt fuisse Bart. in l. qui iurasse, ff. de iur. iur. cum dixerit de pupillo doli non capaci, si non posset loqui, non posset iurare, idem tenet ibi Alban. Salicet. & Fulgol. Franc. Aretin. & Roman. in l. 1. ff. de verbor. oblig. alios huius opinionis refert Ial. in d. l. qui iurasse sub num. 9. & seqq. & tradit Io. de Sel. de iur. iur. par. 1. quest. 2. vbi hanc opinionem appellat veriore. Et mouentur per text. in §. neque auth. de manu princ. quo in loco hæc habentur verba. Sed neque hæc, qua dicuntur verba, idest ius iurandum, promptè dare festines: ad idem Corl. de iur. iur. quest. 6. num. 18. adducit text. in l. & per ius iurandum, ff. de accept. vbi dicitur, obligatio operatum interposita per iuramentum, & glosa declarat, quæ sit verbis. Tertio loco citari solet text. in capit. iuramenti 22. quest. 5. ibi, qui iurat, ad hoc iurat, ut quod verum est, loquatur: & ibi, qui verum iurat, loquitur: ad idem deduci solet text. in capit. & sic de iur. iur. cum similit.

- 1 Vltimò dicit Corl. quando iuramentum debet præstari sub certa forma; illa forma venit exprimentenda capit. Ego N. de iur. iur. can. de forma 22. quest. 5. cum aliis per ipsum adductis sub numer. 18. de quibus iuribus, ac similibus argumentis latius per Io. de Sal. d. quest. 2.

Quibus tamen non obstantibus contraria sententia à Doctores communiter recipitur, & eam tenuit Petr. de Cip. in auth. sacramenta, C. si aduers. vend. Bald. in rub. ff. de iur. iur. Ant. de Butr. in cap. cum apud de spons. Alexand. in l. 1. ff. de verbor. oblig. & alij plures, quos Corset. citat loc. cit. & Ial. in d. l. qui iurasse, ff. de iur. iur. Et omnes mouentur, quia ¶ iuramentum principaliter dirigitur in Deum cap. debitores de iur. iur. unde sufficit, quòd de consensu, ac animo iurandi appareat, licet verbis non exprinnatur. Maximè cum id in iure nullibi reperitur sancitum, ut per Ial. in d. l. qui iurasse numer. 18. Quæ opinio dicitur à consuetudine appro-

4 approbata cum ille, qui iurat, verba aliqua non proferat, & est ratio, quia ad mentem deferentis semper dicitur præstitum, ut per Paul. de Castr. in d. l. ff. de verb. oblig. hancque opinionem esse communem, veriorum, & in praxi observari solitam, dixit Cotf. loc. cit. sub num. 21. in fin. & dato, quod esset aliqua dubitatio, an in iuramento verba sint necessaria, tamen dubium intelligeretur in valente loqui, sed in eo, qui loqui non potest, verba necessaria nulla ratione dici debent, ut in muto dixit Bald. in rub. ff. de iur. iur. Paul. de Castr. Alex. & Iaf. Rom. & alij in l. i. ff. de verb. oblig. Simoncel. de decret. in tit. quando decreto opus est inspect. 18. nam. 14. & mutum posse iurare, si sanum habeat intellectum, dixit Sebast. Medic. de fortuit. casibus par. 2. quest. 6. nu. 51. Quod necessarium est asserere; cum t mutus possit esse testis, ut suis locis dictum fuit, ergo poterit iurare, cum in testimonio ferendo iuramentum requiratur, *L. iusturandi, C. de test. capit. tuus cap. nuper cum vulg. de test.*

Nec obstant iura in contrarium adducta, de quibus per Io. de Sel. in d. quest. 2. responderetur enim fieri mentionem de verbis, quia ut plurimum animus, consensusque noster verbis demonstrari solet; sed hinc non sequitur, verba esse de substantia ipsius iuramenti, imò cum forma ipsius, animusque noster etiam signis demonstrari possit, sequitur & motus posse iurare, ut supra dictum fuit. † Quid in mutis tantum nulla est dubitatio, quia illi etiam, qui asserunt in iuramento necessaria esse verba, id intelligunt ex parte solum deferentis, non autem iurantis; † nam si Iudex dicat iura, an hoc verum sit, reus tangendo scripturam absque aliis verbis, dicitur iurasse ad mentem deferentis, ut declarat Io. de Sel. loc. cit. in fin. quia aliàs tenuit in iuramento necessaria esse verba; quâ declaratione stante, etiam si vera esset opinio contraria, in iuramento nempe necessaria esse verba, † non sequeretur ille mirabilis effectus, quem considerat Paul. de Castr. in d. l. i. & Iaf. in d. l. qui iurasse nu. 10. Quid si quis iurasset falsum ad deationem Iudicis; non expressis à iurare aliquibus verbis, non posset puniri de falso, etsi falsum iurasset; nam imò, attenda etiam opinione contraria veniret puniendus, intelligeretur enim eius iuramentum præstitum secundum interrogationem Iudicis; Verum nec etiam ex parte deferentis esse necessaria verba, fieri oportet secundum communem opinionem, cum deferatur etiam surdis, & mutis simul, per signa nempe, & gestificationes.

## SUMMARIUM.

- 1 Surdus, & mutus à natura an possit contrahere matrimonium.
- 2 Mutus, & surdus ex accidenti potest matrimonium contrahere.
- 3 Mutus tantum, vel surdus tantum matrimonium contrahere potest.
- 4 Mutus, & surdus à natura præsumitur demens, & ff. 19.
- 5 Mentelapsi non possunt contrahere matrimonium.
- 6 Consensus in matrimonio requiritur.
- 7 Mutus, & surdus non potest scire, quid sit matrimonium, de quo num. 25.
- 8 Mutus, & surdus à natura non potest contrahere secundum aliquos, contrarium tamen remissive num. 22.
- 9 Mutus, & surdus à natura non potest donare, contrarium tamen num. 23. remissive.
- 10 Mutus, & surdus à natura testari non potest, nec etiam cum licentia Principis, & num. 23. remissive.

- 11 Matrimonium videtur requirere verba, quod declarat num. 24. & seqq.
- 12 Capit. 102, & capit. cum apud de sponsal. declaratur, & num. 12.
- 13 Consensus sufficit in matrimonio, & num. 17. & 25.
- 16 Facti magis, quam verbi mens demonstratur.
- 17 Mutus, & surdus à natura potest contrahere matrimonium, si tamen intelligat, quid agat.
- 18 Mutus, & surdus an sit aptus ad contrahendum matrimonium, relinquatur arbitrio Iudicis.
- 20 Muti, & surdi à natura non possunt testari, ergo nec possunt contrahere matrimonium, non tenet consequentia.
- 26 Verba in matrimonio non sunt necessaria, quando præcedens tractatus consensum indicat.
- 27 Mulieri consentiendo in vitum, sufficit, quod annuat capite.
- 28 Muti, & surdi etiam nomine doti obligantur.
- 29 Mutus, & surdus, & insuper cæcus à natura, an possit contrahere matrimonium.
- 30 Muti, & surdi, & cæci à natura baptizantur, & salvari possunt.
- 31 Consensus non est in eo, qui non intelligit.
- 32 Mutus, & surdus à natura, & insuper cæcus ex accidenti tamen, an possit contrahere matrimonium.

Surdus, & mutus à natura an possit contrahere matrimonium, & quid si sit etiam cæcus.

## CAP. XLIX.

1 **S**urdus, & mutus à natura an possit contrahere matrimonium, dubitatio est apud Doctores: partem enim negativam tenuerunt Bal. Ang. Fulg. Rom. Corn. & Iaf. in d. l. discretus, C. qui test. fac. poss. Bald. Ang. & nonnulli alij in l. ex facto in princ. ff. de vulg. & pup. quod late probare nititur ibi: Verr. num. 16. & seqq. alius refert Paris. consil. 63. num. 1. & seqq. volum. 4. † Id tamen intelligunt in muto, & surdo à natura, secus si ex accidenti, ut per Iaf. & alios in d. l. discretis, prout etiam secus, † si vitia essent separata, ut si quis esset mutus tantum, vel surdus tantum, ut optime declarat Verr. in d. l. ex facto nu. 21. dato etiam quod litteras ignoraret, unde solum nostra erit disputatio de surdis, & mutis simul à natura; & hanc partem negativam ex pluribus supracitati Doctores probare conantur.

4 Primo per d. l. discretus, quæ in mutis, & surdis à natura carentiam intellectus adesse præsumit: unde quemadmodum, † mentecapri non possunt contrahere matrimonium, ut per Ang. in l. humanitati, C. de imp. & alij sub. † cum consensu careant in nuptiis omnino necessario, l. nuptias, ff. de reg. iur. ita videtur dicendum in mutis, & surdis à natura.

7 Secundo moventur, quia scire non possunt tales vinculum matrimonij, prout sonat in Ius, ac idem matrimonium contrahere posse, non videtur dicendum.

8 Tertio Verr. loc. cit. num. 16. moventur, quia secundum ipsum mutus, & surdus à natura non potest aliquem celebrare contractum, ut in d. l. discretus, ubi probatur non posse nec etiam manumittere, licet sit iste actus pietatis, ergo nec etiam matrimonium contrahere poterit; † prout non potest nec etiam donare, ut per glou. in l. qui id quod, §. mutus, ff. de donat. & respondet ad text. in l. surdi, ff. de man. vind. loquar nempe de vitiis separatis, ut nu. 19.

10 Quartò adducit id, quod infra probabimus, surdos, & mutos à natura non posse testari, nec etiam cum licentia Principis, & numer. 18. testatur de comuni.

11 Quinò pro eadem opinione facit, quòd in matrimonio videntur necessaria verba, vt voluit glos. in cap. tua fraternitati de spons. vbi dicit duo in matrimonio esse necessaria, verba nempe, & consensus, & idem asserunt ibidem Io. Gols. & Iuno. scribentes in cap. licet, & in cap. inter eod. Et hoc ne sacramentum sit in incerto, vt per Io. Brun. de spons. conclus. 14. num. 1.

Contraria tamen sententia, vri verior, & à consuetudine comprobata, venit amplectenda, pro qua iura expressa habemus, vt est text. in cap. tua, & in cap. cum apud de sponsal. in quibus iuribus habetur, ¶ mutum, & surdum posse contrahere matrimonium, as-  
12 signantque rationem; ¶ quia in matrimonio consensus sufficit, quem consensum etiam surdi, & muti à natura demonstrare possunt. Nec dicatur dicta iura loqui in vitiis separatis, nam text. in d. cap. cum  
13 apud, loquitur de muto, & surdo, & concludit, ¶ quòd possit, ergo loquitur de muto, & surdo simul, nam aliter dixissent, possint in numero plurali, vt considerat Brun. loc. cit. sub num. 4. ac idem Ver. loc. parit. cit. nu. 20. dicit legendum esse, possint; sed vulgata editio in contrarium sese habet.

Nec pariter obstat, si diceretur, quòd licet citatus text. loquatur in muto, & surdo simul, loquitur tamen, si tales sint ex accidenti, vt dixit Brun. loc. citat. numer. 5. nam vltra, quòd esset expressa diuinitio, ac restrictio contra verba generalia text. ratio in dictis iuribus assignata, militat tam in mutis, & surdis ex accidenti, quàm à natura; quia nempe in matrimonio sufficit consensus, qui signis demonstrari potest: vnde cum mutus, & surdus à natura possit consensum demonstrare, poterit etiam matrimonium con-  
14 trahere, & ¶ solum consensum in matrimonio sufficere vltra dicta iura, probat text. in cap. dilectus, & in cap. cum locum eod. tit. & in cap. sufficit 27. quest. 2. qui consensus non solum verbis, sed etiam factis demonstra-  
15 ri potest: imò ¶ nullum est maius nostræ mentis testimonium, quàm qualitas factorum, & nihil refert, an quis voluntatem suam factis, vel verbis declarat, l. de quibus ff. de leg. & ita tenent Noss. Io. And. Zaban. alique plures in dict. cap. cum apud, vbi Præpositus dicit, communem esse opinionem, vt per Paris. in d. cons. 65. Alex. in l. papillari ff. de vulg. Alber. in l. mutus nu. 5. ff. de iure dot. Barb. cons. 59. nu. 10. lib. 2. Sebast. Med. de fort. casib. par. 2. quest. 6. nu. 52. Rip. in d. l. ex facto nu. 1. Franc. de Cald. de rest. in integ. in verb. cum non absimilis n. 65. plures alios citat, & sequitur Sanch. de matrim. tom. 1. disp. 8. n. 12. quem nouissimè sequitur Diana resol. moral. par. 5. tract. 7. de surdis, & mutis resol. 9. à qua opinione non est villo modo recedendum, cum sic obseruet consuetudo, & Constantius Serapinus patrus Matris mex, huius tractatus causa, mutus, & surdus à natura, duas habuit vxores.

17 Hoc tamen omnes declarant procedere in muto, & surdo, de cuius voluntate, & consensu ex signis apparere possit, Brun. loc. cit. nu. 6. Paris. d. cons. 63. Franc. de Cald. loc. cit. vers. prima tamen opinio, ac idem Abb. in  
18 d. cap. cum apud in fin. & in dict. cap. tua, dicit ¶ hoc relinquendum esse arbitrio iudicis, & Paris. loc. cit. num. 9. voluit, id non esse passim concedendum; sed maxima cum discussione, & vocatis parentibus, & proximioribus, ex quibus possit deueniri in cognitionem, an verè talis mutus intelligat, quid agat.

Non obstant modò, quæ in contrarium adduce-  
19 bantur. Ad primum enim argumentum, ¶ mutos, & surdos à natura dementes, quodammodo præsumi, responderet in dubio verum esse; sed fieri etiam posse, vt intellectum habeant, & quòd eorum consensus, mentem, & animum signis patefacere possint, & de his nostra debet intelligi conclusio; ac propterea diximus, id non esse possim concedendum, sed solum his, quos intelligere, sanamque intellectum habere, dignoscitur ex signis, vt dixit Anton. Gab. de spons. in tit. quis possit sponsalia contrahere num. 20. iniquum enim esset eos à nuptiis arceret, quos ius rationis, ac propensio quædam naturæ ad legitimam coniunctionem compellit. Et licet à stipulatione, & testamento arceantur; tamen hoc est, vt ipse dicit, quia in ipsis quædam requiruntur solemnia, quorum non sunt capaces: ¶ ac propterea asserit perperam locutos fuisse eos, qui ex d. l. discretis, ad matrimonium argumentati fuere, & idem dicit in tit. de rit. nupt. n. 88. & sequitur Phil. Monf. cons. 20. nu. 2.

21 Ad secundum responderet, imò mutos, & surdos intellectum habentes ex signis cognoscere posse, & intelligere quid sit matrimonium, & cum in ipso solus consensus sufficiat, posse ipsum signis ostendere, & demonstrare: præcipue cum videant quotidie, vxores duci, & apud se continuò detincti, nec regulariter separari, nisi per mortem.

22 Ad tertium responderet imò mutos, & surdos posse contrahere, vt supra in cap. 42. fuit demonstratum; nec minus est verum, non posse manumittere, vt in cap. 53. prout etiam donare possunt, vt in cap. 52.

23 Ad quartum responderet non posse testari, nec etiam cum licentia Principis, quia ille non est actus simplicis consensus; sed plura requirit, quæ mutum, & surdum à natura ignorare necessarium est, vt in cap. 60. sed hinc non potest inferri ad actum, in quo simplex sufficiat consensus, qui etiam signis possit demonstrari.

24 Ad id verò, quod vltimo loco dicebatur, in matrimonio necessaria esse verba, responderet, non esse necessaria vti verba, sed vti consensum demonstrantia, ¶ cum in matrimonio solus sufficiat consensus, per d. cap. cum apud, & d. cap. tua de spons. vna cum aliis, de quibus supra; qui consensum non solum verbis, sed etiam signis, & factis demonstrari potest:

25 ac idem Ioan. And. in d. cap. tua, dicit ¶ verba non esse necessaria, quando tractatus præcedens indicauit consensum, vel quando signis demonstratur, vt etiam  
26 probat Brun. de sponsal. conclus. 14. limit. 2. ¶ ad quod facit, quod asserit glos. in cap. pen. de sponsal. super verbo, & ore, dicit, quod si quis dicat mulieri, ego te accipio in vxorem, & illa taceat, & sinat osculari, vti à viro, & anulum accipiat, statim portecto oculo, vel acceptato annulo, erit matrimonium, idem asseruit Anch. in cap. fin. in verbo corde, & ore 27. quest. 2. quos refert, & sequitur Brun. loc. cit. in 4. limit. Et in summa in mutis verba non esse necessaria, & supradicta iura probant, & Doctores confirmant; vnde poterunt & sponsalia, & matrimonium contrahere, etiam si ab ortu hæc vitia traxerint, dummodo intellectus non deficiat, & signis possint eorum voluntatem exprimere.

28 Et cum matrimonium contrahant, dicendum est etiam nomine dotis obligari, vt est text. in l. mutus ff. de iur. dot. vbi dicitur, mutus, surdus, cæcus dotis nomine obligantur; quia matrimonium contrahere possunt.

29 Sed hinc oritur pulcherrima dubitatio, quid dicendum esset, in muto, surdo, & insuper cæco pariter à natura: in quibus forsitan prima facie videretur ascendendum, & ipsos, cum sint apti ad copulam, matrimonium contrahere posse, & eorum consensum signis demonstrare, ut per Brun. d. conclusi. 4. nu. 2. qui allegat Ioan. And. Nost. Par. alios in d. l. cum apud, † qui etiam baptizantur, & si non abutantur ratione possunt saluari, idem Rip. in d. l. ex facto nu. 1. Verùm quoniam supracitati Doctores id retringunt, si ex signis de consensu apparere possint, generaliter ascendendum esse, crederem ego, mutum, surdum, & cæcum à natura inhabilem profus esse ad contrahendum matrimonium; nam quid sit matrimonium, quod contrahatur matrimonium, quod homines mulieres ducant in uxores, easque perpetuò retineant, eos ignorare profus necessarium est, cum id nunquam audiverint, & minus viderint, & † in his, quæ non intelliguntur, non potest esse consensus, ut optimè considerat Brun. loco supra citato nu. 2. & sequitur Sanch. loc. cit. nu. 13. dicens se non posse percipere quomodo mutus, surdus, & cæcus possit cognoscere quid sit matrimonium contrahere, nisi id didicerit ante incuras calamitates; quam opinionem vidi novissimè esse secutam à Dian. loco supra cit. resol. 16. Nec obstat talem aptum esse ad copulam, nam etiam consensus in matrimonio requiritur, ut omnes affirmant. Et diversa est ratio inter tantummodo surdum, & mutum à natura, & eum, qui sit insuper à natura cæcus; surdus enim, & mutus licet sit à natura, videre tamen potuit plura quotidie contrahi matrimonia, mulieres semel susceptas nunquam dimitti, Domi retineri, in eodem lecto dormire, ex ipsique filios suscipi, & alii; unde & idem ipsum facere velle, signis demonstrare potest. Sed ille, qui insuper cæcus est à natura, hæc omnia ignorare est necessarium, & difficilius esset aliquid tali infelicitissimo homini demonstrare, quam ipsismet brutis, qui in multis edocentur. † Crederem tamen, quod si quis surdus, & mutus esset à natura, cæcus verò ex accidenti, quod matrimonium contrahere posset, cum enim prius per visum didicerit matrimonium contrahi, posset & signis, & per impositionem annuli suam voluntatem, & consensum aperire, & videtur de mente Sanc. loc. prox. cit. quæ tamen omnia in superiorum prudentia sicut reposita.

## S V M M A R I V M.

1. Mutus, & surdus à natura potest ingredi religionem, monasticamque vitam profiteri.

Mutus, & surdus à natura an possit ingredi religionem.

## CAP. L.

2. C Vm in capit. preced. dixerimus mutum, & surdum à natura posse matrimonium contrahere, arguendo de matrimonio carnali ad spirituale, dicendum est, † religionem ingredi posse, ac monasticam vitam profiteri, ad text. in cap. inter corporalia de transf. Prel. quod videtur de mente lau. in capit. porrellum de regul. ita argumentantur Bald. Imol. Alex. Aretin. & alij in l. ex facto ff. de vulg. & pup. idem asserit ibi Rip. numer. 2. contra Cald. in cons. 5. sub rub. de spons. quod non est mirum, cum etiam existimaverit, matrimonium carnale contrahere non posse, contra ea, quæ superius dicta fuerit in cap. preced. & hanc asser-

matrimonium opinionem secuti fuerit, Sebast. Med. de for. casib. par. 2. quest. 6. sub numer. 52. Anton. Gab. de spons. in tit. de rit. nupt. numer. 88. Soc. cons. 62. numer. 13. lib. 1. Barb. cons. 59. numer. 7. lib. 2. Franc. de Cald. de res. in ungr. in verb. cum non absimili numer. 65. vers. prima tamen opinio. Quod declarant, si intellectum habent, ita ut suam voluntatem, & consensum signis patefacere possint, & id necessarium esse in quocumque actu sæpè superius dictum fuit; & præcipue in c. preced. Idem docet Sanchez in summa tom. 2. lib. 5. cap. 3. nu. 2. quem sequitur novissimè Diana resol. moral. par. 5. tract. 6. resol. 34.

## S V M M A R I V M.

1. Mutus, & surdus à natura matrimonium contrahere potest.
2. Mutus, & surdus à natura baptizatur, & quomodo, quando est adultus, num. 3.
3. Mutus, & surdus à natura baptizare non potest, idem si talis sit ex accidenti, & idem si mutus tantum, & nu. 6.
4. Corpore vitiat non admittuntur ad ordines.
5. In sacramento baptismi necessaria sunt verba.
6. Mutus etiam ex accidenti non potest confirmationem dare.
7. Mutus ex accidenti non potest Eucharistiam consecrare, sacramentum, tamen ab alio consecratum posset alteri dare, & nu. 9.
8. Mutus, & surdus à natura peccata confiteri potest, & Eucharistiam accipere, ut num. 11.
9. Mutus ex accidenti litterarum pariter, an teneatur scribere peccata sua tempore confessionis.
10. Mutus, & surdus alios confiteri non potest.
11. Mutus, & surdus ex accidenti Extremam Vunctionem dare non potest.
12. Sacerdotibus, qui post promotionem abmutuerunt, datur adiutor.
13. Muti, surdi, & cæci tenentur diebus festis missam audire.

Muti, & surdi, quæ dare, & quæ recipere possint sacramenta.

## CAP. LI.

1. B Revertet nunc videndum esse duxi, quænam muti, & surdi possint dare, & quæ recipere sacramenta. Et primò dicamus mutos, & surdos etiam à natura posse matrimonium contrahere, ut demonstravimus supra in capit. 49. unde multò magis idem dicendum erit in mutis, & surdis ex accidenti, & maximè si vitia sint sepatata, ut dixi in eodem cap. quæ si non repetam.

2. Possunt etiam baptizari, ut dixit Ioan. Andreas in cap. cum apud de sponsalib. & † licet quando baptizantur adulti, quo casu non amplius in fide parentum baptizari possunt, eorum sit necessarius consensus, sufficit tamen dicit Ioan. Andr. loc. cit. ut ipsum signis demonstrant, ac idè si intellectu carerent, ita ut eorum consensum signis demonstrare non essent apti, baptizari non possent, provt non baptizantur dementes, quorum parentes sint infideles.

3. Sed hic non oritur difficultas, quid dicendum sit in adulto, qui inter infideles semper permanferit, nec fidei Christianæ aliquam cognitionem habuerit, ut sunt Indiam, qui noviter ad fidem perveniunt, an baptizari possint, si muti, & surdi sint. Et ratio dubitandi est, quia ad hoc, ut adultus baptizari valeat, necessaria est dispositio fidei, & contritio, seu

attritio peccatorum, & murus, & surdus, qui semper fuit inter infideles, non potest nec fidei cognitionem habere, nec minus scire, de quibus se dolere debeat, ergo non potest baptizari. Verum contrarium asserendum puto, cum hac tamen distinctio, si adhibita diligenti inquisitione, mutus iste, & surdus signis exterioribus demonstrat, se scire sacramentis, & exercitiis Christianæ Religionis salutem animæ acquiri, ac etiam de malè gestis dolorem habere, aliquo modo demonstrat, ut baptizari vti que possit. Secus verò si id ad baptismum vna cum aliis tanquam bellua accederet, quod est conforme his, quæ nouissimè vidi apud Dianam *resoluitum moralium par. 5. tractat. 6. de mutis, surdis, & cæcis resolut. 1.*

4 Sed baptizare non posse non est dubium, idque  
5 in surdis, & mutis à natura prouenit primò, † quia vti corpore vitiatum ad ordines promoueri non possunt *capit. 1. §. dist. Vbi registrantur verba Leuitic. capit. 21. & de corpore vitiatum est tit. in Decretal. Quibus in locis licet non fiat expressa mentio de mutis, & surdis, id tamen, vel ommissum fuit vti indubitabile, vel dicendum est comprehendit sub generali dispositione de corpore vitiatum, ut per Ioan. Brun. de sponsal. conclus. 14. n. 24. Secundò, (& hæc ratio comprehendit etiam mutos ex accidenti, qui ante mutitatem essent sacerdotes, ) quia in hoc sacramento duo sunt necessaria, verba nempe, & elementum aquæ, ut per Doctores in *capit. 1. de baptismo*. qui propterea asserunt, baptismum per signa conferri non posse, ut docet D. Thomas in *quarta parte quest. 6. artic. primo*. Quod pluribus exemplis ornare voluit Ioan. Brunus de sponsal. conclus. 14. num. 9. & seqq.*

6 Nec minus id facere posset in articulo mortis, cum, ut dixi, & verba, & elementum aquæ sint omnino necessaria.

Sed dubitari posset, quid si duo adessent, quorum vnus esset mutus, qui non posset propterea verba profertre, alter verò manibus, & brachiis omnino carens, ita ut inhabilis prorsus esset ad aquæ aspersionem, an vnus posset verba profertre, alter verò aqua abluere. Et negatiuè est respondendum, cum requiratur in baptismo eundem esse ministrum, & quòd ille, qui verba profert, etiam aqua aspergat, ut ex aliorum mente docet Diana *resolut. moral. par. 5. tract. 6. resolut. 2.*

7 Nec pariter mutus tantum, qui prius fuisset Episcopus, posset dare confirmationem, cum in ipsa vltra liquorem chrismatis necessaria sint verba.

8 Provt sacerdos mutus effectus, non potest nec etiam Eucharistiam conficere, stante, quòd verba illa sint necessaria, de quibus in *capit. cum de celebratione missarum*, ac idèd post incurtam mutitatem efficitur irregularis, & amittit ordinis executionem. Dignus Thomas 1. parte *quest. 22. artic. 10. ad 3. Sotus 4. distinct. 13. artic. fin. ad 3. Vigul. de irregularitat. capit. 46. numer. 3. & 4.*

Et docent alij, quos citat Diana loco citato *resoluitum*.  
9 22. † Posset tamen hostiam ab alio consecratam alteri dare, ut per Brunum loco citato *num. 12. Gratianum disceptationum forensium cap. 412. num. 6. Dian. loco supra citato resolut. 12.*

10 Potest tamen tam mutus à natura, quàm ex accidenti confiteri sua peccata sacerdoti signis, & gesticulationibus, & eo modo quo melius posset, ad quod adhibendus esset sacerdos, qui eius gesticulationes, & signa, & videre, & intelligere esset solitus, ac  
11 † propterea si ex ipsis signis appareret, & intellectum habere, & non ignorare, quid agat, danda ei

esset etiam Eucharistia, prout concessa fuit illi Constantio Seraphino, de quò in *cap. 49. & 60. qui debitis temporibus hoc sacramentum accipere erat solitus, & ut ex signis apparebat, non sine maxima deuotione; licet & mutus, & surdus esset à natura. Vnde tanto magis id dicendum erit in mutis tantum, vel in mutis, & surdis ex accidenti, qui si essent litterarum  
12 periti, possent eorum peccata, scribere, † licet ad id arctari non debeant, ut per Riccard. in 4. sent. dist. 17. art. 2. quest. 5. Gaetan. in summ. in verbo confessionis 11. conditio, sed solum per signa eorum tenentur confiteri peccata, ut per Riccardum, & Gaetan. locis cit. & sequitur Couar. *variæ resolut. lib. 2. cap. 13. sub nu. 6. vers. & hinc obiter, & docent alij, quos nouissimè citat Diana loco supra cit. resolut. 4. in fine, licet ipse asserat vtramque opinionem esse probabilem, & cum admittantur ad confessionem, etiam Eucharistia ipsis non est deneganda, ut supra dictum fuit, & probant alij, quos citat Diana in dict. tract. 6. resolut. 7. per totam, qui cum loquatur in surdo, & mutò à natiuitate, nescio cur in princip. dist. 7. resolut. dicat de hoc non esse dubitandum si sciant scribere, & legere, in mutò enim, & surdo à natura, non potest dari casus, ut sciat legere, & scribere, ut suis locis dicitur.**

13 Alios autem mutus, & surdus non potest confiteri, cum peccata audire, & qualitates, & circumstantias intelligere nequeat, & idem esset in mutò tantum, qui licet posset peccata aliorum audire, pœnitentem tamen, & monere, & pœnitentiam ipsi iniungere, & absoluerè non posset.

In casu tamen necessitatis posset sacerdos surdus tantum sacramentum pœnitentiæ administrare, si pœnitens signis sua confiteretur peccata, eo modo, quo posset, ut post alios dixit Diana loco cit. *resolut. 19.* Non esset tamen hoc casu obligatus pœnitens eius peccata scribere, ad hoc, ut sacerdos mutus ea legere valeat ob periculum ne aliis eius manifestentur peccata, iuxta ea, quæ superius dicta fuere *num. 12.*

14 Nec extremam vñctionem dare posset sacerdos mutus, & surdus, vel mutus tantum, cum in hoc sacramento delineatio, & oratio interuenire debeat *cap. vnico de Sacram. vñct. Recipere tamen eam possent muti cuiuscumque generis, cum detur etiam illis, qui ob infirmitatem nihil intelligant, vltra quòd surdus potuit peccare sensu auditus, si non actu, saltem desiderio, prout etiam cæcus desiderio visus, quibus propterea non est deneganda sacra vñctio, ut nouissimè post alios dixit Diana in dict. tract. 6. resolut. 11.*

Et quoniam non possunt tales morbo sacramento conferte, iuxta ea, quæ superius dicta fuere, illis,

15 † qui post promotionem obmutuerunt datur conditor *capit. fin. de cleric. agrot. facit text. in capit. cum huiusmodi 7. quest. 1.*

16 Non omittam pro complemento istius capituli, mutos, & surdos cuiuscumque generis Missam diebus festiuis audire debere, prout etiam obligati sunt cæci; de mutò tantum nulla est dubitatio, qui cum non sit surdus, ipsam verè audire potest, & idem in cæco, qui licet sacerdotem non videat, benè tamen ipsum audit: verum generaliter id asserendum est, etiam si quis sit surdus, & mutus simul, cum voluntaria solum præsentia sufficiat, licet ex aliquo impedimento, vel ex parte adstantis, vel ex parte sacerdotis summissa voce legentis, vel ex aliquo alio externo impedimento, puta canentium, vel ob gentium multitudinem verba sacerdotis non audiantur, Azor. *tom. 2. lib. 6. cap. 3. qu. 4. in verbo Missa 2. quest. 1. Nauar. in Manual. capit. 21. num. 3. Diana loco supra citato resolut. 3.*



## S Y M M A R I V M

- 1 Mutus, & surdus à natura an possit donare.
- 2 Lex qui id quod, §. mutus, ff. de donat. declaratur.
- 3 Consensus factus demonstratur, imò melius, quam verbis, ut in l. 4.
- 4 Verba interdum proferuntur contra intentionem proferentis.
- 5 Factorum qualitas maximam est, nostra intentionis testandorum.
- 6 Mutus factus hoc est traditione rei donare potest.
- 7 Mutus, & surdus à natura stipulari non potest, & quare, secus tamen mediante persona serui, vel Notarij, & numerus 9.
- 8 Lex discretis, C. qui test. fac. poss. prohibens mutatis libertatis dationem quomodo intelligatur, & non seqq.
- 9 Mutus, & surdus à natura an possit libertatem dare.
- 10 Mutus, & surdus à natura potest infundare.

## Muti, &amp; surdi à natura an possint donare.

## CAP. LII.

**I**nter varia contractuum genera, dubitant præcipue Doctores, an muti, & surdi à natura possint donare: & licet text. satis clarus in *l. qui id quod, §. mutus, ff. de donat.* id ipsis permittat in illis verbis, *mutus, & surdus donare non prohibetur*, & respondet tamen ibi gl. illum text. duobus in modis procedere posse, primò in virtus testatitatis, hoc est in mutis tantum, vel in surditatem: Secundò in mutis, & surdo simul ex accidenti tamen, non à natura, quem donare non posse existimat per *l. discretis, C. qui testum facere poss.* idem dicit Sebastian. Meo. *us de fortuitis casibus par. 2. quest. 6. n. 61.* & post nonnullos antiquioribus, voluit Ioannes Philip. Monsperg *consil. 20. num. 9.* Verum in *l. ex facto num. 16. ff. de vulg. & pupil.* alios citat Franc. de Gai. *de test. in int. gr. in verbum non absimilis num. 10.* Verum id à veritate aliquid tempore esse existimauit ego; nam cum in donatione non sint necessaria verba, sed tantum consensus, non video cur mutus, & surdus etiam à natura non possit in hoc pariter suum demonstrare consensum, prout in aliis contractibus facere potest, de quibus superius suis locis nec possum rationem differentie excogitare, quare ipsis contrahere sit permittum, ut probauimus in *cap. 42.* & quòd solum ipsis deneganda sit donatio, in qua facilius consensus demonstrari posset, quam in aliis contractibus; & cum non solum verbis, sed etiam facto demonstraretur *l. recuperanda, C. de inutil. stipul. leg. duo Fratres, ff. de acq. hered. l. 1. §. Diuus deff. l. Corn. de sic.*

Imò melius factis, quam verbis declaratur, *l. si tantum, §. eique, ff. de adil. edit. cap. dilecti de appell.* Ex facta fortiora iudicari solent ad nostram aperendam voluntatem, & quia verba sæpè proferuntur contra intentionem proferentis ut in *dist. cap. dilecti.* & tradit Abb. *conf. lib. par. 2.* & ut dixit Bald. in *super litteris de rescript.*

& nullum est maius nostræ mentis testimonium, quam qualitas factorum, quæ sine loquela intelligitur, ut dixi in *meo tractatu de Fratribus par. 2. c. 2. num. 3. & seqq.* Facto igitur mutus, & surdus à natura, & traditione potest donare, & consensum suum demonstrare melius, quam in multis aliis contractibus, in quibus rei traditio intervenire non potest. Et hanc opinionem esse veriorē dixit Franc. de Cald. *loc. cit. vers. sed nihilominus.* Et licet iter quandoque me-

dante stipulatio, ut per Barr. in *d. §. mutus, & probat. text. in l. si quis argentum, §. pen. C. de donat.* & in istis non possint stipulari *l. ff. de verb. oblig. §. mutus in l. de mutis stipul.* & cum in stipulatione requiratur loquela, ut in *d. l. 1.* & quòd in partes aduicem se audiant, ut ibidem in *fine principij.* & in *d. §. mutus, & tamen mutus, & surdi, si non mediante stipulatione, rem tamen tradendo, vel ad ipsius traditionem se obligando donare poterunt, ut etiam seruus, vel Notarius pro surdo, & muto stipulare possent, ut in *d. l. 1. in prin.* & docet Aretin. in *d. §. mutus mut.* & aliis fuit dictum Et posse donare, dixit etiam Azor. *tom. 3. lib. 1. cap. 3. quest. 1. & c.* respectu donationum habet idem *l. discretis, Cap. inflam. fac. poss.* cum loquatur de testamentis, in quibus est diuersa ratio, ut suis locis fuit dictum, quòd quidam videtur sentire *Diario resolutio moral. par. 5. tract. 1. de mutis, surdo, & coeco resolut. 12.**

Nec enim obstat, quòd dicit Io. Brunus *de spons. con. l. 1. §. numer. 6. & seqq. leg. discretis, Cud. qui test. fac. poss.* & prohibere mutis, & surdis libertatem dare. Nam primò, hoc stante, sequeretur, ut nec etiam mutus ex accid. nisi litterarum ignarus posset donare, & contra text. in *d. §. mutus, & coira l. 1.* quòd ipsemet Brun. fateatur; mutum nempe, & surdum ex accidenti posse donare; nam *d. l. discretis* & prohibet dationem libertatis non solum mutis, & surdis à natura, sed etiam omnibus aliis, qui testari non possunt, ut sunt muti ex accidenti, litterarum ignari. Secundò respondetur secundum *l. in d. l. discretis*, illud de donatione libertatis procedere in testamentis, hoc est, ut muti, qui testari non possunt, non valeant nec etiam libertatem aliquo modo in testamentis dare. Nec obstat responsio Brunelli, hoc esse diuinare, nam imò necessarium est interpretari; primò quia *d. l. discretis*, loquitur de testamentis, prove eius verba, & rubrica, sub qua situata est clare iudicant. Secundò sic debet interpretari, ne longa sequatur correctio, *lex enim i. ff. qui, & d. quib.* hæc habet verba: *Mutum surdum ita mutum manumittere posse.* Ergo non est verum, quòd delumere voluit in *d. l. discretis* tales mutos, & surdos ita natos non posse dare libertatem, ut dicitur in *cap. seq.* Concludamus igitur mutum, & surdum à natura posse donare, quemadmodum alios contractibus celebrare possunt, & maxime interveniente rei traditione, quæ possent facilius eius consensum demonstrare, ut per Bald. Paul. de Castr. *l. 1. & alios plures in d. l. discretis;* & docet Anton. G. *lib. de sponsal. in tit. qui possint contrahere sponsalia num. 20.* præcipue cum contractum sentientes fide nitantur fundamento; surdos nempe, & mutos à natura nullo modo contrahere posse, de quo supra in *cap. 42.*

Et hinc dicendum est non bene sensisse Intrig. in *suo tractatu de Bud. quest. 52. n. 262. & seqq.* qui posita conclusionem, mutum, & surdum posse infundare, ut per Aluar. in *cap. 1. in princip. per quos fiat inuest.* tam statim declarat procedere, si vicia sunt separata, vel ex accidenti, secus si à natura, mouetur namque ex eo, quia infundare est donare, & d. muti, & surdi à natura non possunt donare, ergo nec etiam infundare, nam imò donare posse, diximus supra; alioque contractus celebrare, ut in *cap. 42.* unde si eos intelligere constabit, & infundare non erunt prohibiti.

## S Y M M A R I V M.

- 1 Surdus, & mutus à natura an possit manumittere.
- 2 Lex discretis, C. qui test. fac. poss. dum prohibet manumissionem mutis, & surdis, quomodo sit intelligenda, & num. 6.

- 3 Lex prima, C. qui, & à quibus, concedens manumissionem mutis, & surdis quomodo intelligatur, & quomodo legatur in Pandectis Florentinis, & num. 5.
- 4 L. surdi, ff. de manumiss. vindicta quomodo intelligatur.

Mutus, & surdus à natura an possit manumittere.

CAP. LIII

- 1 **M**axima solet esse altercatio inter Doctores, an mutus, & surdus à natura possit manumittere, ob duas leges adiunctim contrarias, text. enim in l. discretis, C. qui testam. fac. poss. hæc habet verba. † Nec libertatem, sine vindicta, sine alio modo imponere, ex quo text. probare videtur mutum, & surdum, de quo ibi loquitur, leprosetor, nullo modo manumittere posse.
- 2 **C**ontrarium verò probat text. in l. ff. qui, & à quibus, ubi hæc verba ponuntur. Celsus lib. 12. Digestorum, militatu gratia, mutum, surdum, ita natum, manumittere posse ait: & concordat text. in l. surdi, ff. de man. vind. ubi probatur, mutum, vel surdum posse, præstata consentum, vel si his manumissari à qua opinione nullo modo venit recedendum; primò quia cum possint donare, vt in cap. præced. & alios contractus celebrare, vt in capit. 42. & seqq. cur volumus non posse manumittere? Nec est mirum controuersas, & varias esse Doctorum opiniones, si etiam dubitant de re, de qua iura sunt expressa, vt est text. in dicta leg. 1. dum dicit. Mutum, surdum ita natum manumittere posse, quæ loquitur de mutis, & surdis ita nato, & sic à natura, & manumittere posse ait; & tamen id in dubium reuocant multi ex nostris, & Vert. cuius maiorem non habent inimicum surdi, & muti in leg. ex supra n. 19. ff. de vulgar. & pupill. dicit † dicta iura intelligenda esse in vitis separatis, vt indicat illa dictio, vt, de qua in dicta leg. surdi, & licet hæc distinctionem non habeat dicta lex 1. & dicatur mutum, & surdum ita natum, tamen non esse inconueniens, secundum lal. in dicta l. discretis, vt illud adiectiuum iungatur duobus substantiis, diu. l. q.
- 3 Alij verò dicunt † dictam legem primam, aliter legi in pandectis Florentinis, & loco illius verbi, mutum, haberi, motus: Hoc est: Celsus militatu gratia mutus, &c. Sed concedamus hæc omnia, & tamen rem tam claram, ac manifestam aufugere non poterunt; nam dicta lex loquitur de surdo ita nato; unde dato, quod illud adiectiuum referatur separatim ad surdum, tamen surdus ita natus, est etiam de necessitate mutus, vt dictum fuit supra in capit. 2. ergo dicta lex prima procedit in surdo, & mutis simul, cum loquatur in surdo ita nato, qui de necessitate est etiam mutus. Et dato etiam, vt legi deberet, prout in Pandectis Florentinis; hæc tamen ille surdus ita natus esset etiam de necessitate mutus; quod si animaduertissent Doctores, de hoc profecto non dubitassent. Imò etiam si dicta lex prima posset intelligi de vitis separatis, esset contraria dictæ legis discretis: quæ vult mutos etiam tantum litteratum ignaros non posse testari, vt suis locis fuit dictum.
- 4 Solum igitur respondendum remanet, dicta legis discretis: & ipsam, vt lal. ibi declarat, loqui in vltimis voluntatibus, non est dubium: ita vt sic sensus, vt mutus, & surdus non possit aliquam in vltima voluntate libertatem dare, nec vindictam, nec alio modo; & illa verba nec alio modo, ponuntur ad diuersitatem alterius modi, qui dicitur vindicta, non autem, quod sicut non potest vltima voluntate, ita etiam non pos-

set alio modo. Nec dicatur, hinc esse diuinationem, vt dixit Beun. de sponsal. conclus. 4. n. 6. nam imò est necessaria interpretatio, cum dicta lex discretis, in omnibus alijs casibus loquatur in vltimis voluntatibus, & de dispositionibus inter vivos, ne verbum quidem: id enim demo. ff. et rubrica, sub qua situata est, & si aliter diceremus, contraria omnino esset dicta leg. 1. & eo maxime, quia dicta lex discretis, loquitur etiam in vitis separatis, vt in cap. præced. fuit dictum, & tamen quando vitia sunt separatim, mutos, & surdos manumittere posse fateatur omnes. Dicamus igitur mutos, & surdos à natura inter vivos manumittere posse, per dicta leg. 1. ff. qui, & à quibus, non autem in vltimis voluntatibus, in casibus, in quibus testari non possunt, per dictam l. discretis.

S Y M M A R I U M.

- 1 Mutus, & surdus à natura an possit pro alio fideiubere.
- 2 Mutus tantum an possit fideiubere.
- 3 Surdus tantum an possit fideiubere.
- 4 Mutus, & surdus ex accidenti litteratum ignarus, an possit fideiubere, & reprobat Antonius Henriquez, vt numer. 6.
- 5 Mutus an possit iurare.

Mutus, & Surdus an possit pro alio fideiubere.

CAP. LIV.

- 1 **L**icet dictum fuerit supra, mutum, & surdum à natura eos facere posse contractus, in quibus solus consensus sufficit, atramen id etiam declarauimus procedere in illis casibus, in quibus eius consensus signis demonstrari possit: ac propterea ad fideiussionem pro alio difficillimè id extendi posset: primò enim necessarium esset, vt vim, & naturam contractus intelligeret, ad quem vi fideiussor accederet, quod in multis impossibile quodammodo videret: vt in contractu societatum super officiis vitalitatis Rotante Curie, cuius modum vix intelligunt illi, qui loquuntur, & audiunt, si litteratum sint ignari: oporteret insuper, vt intelligeret, se tertium illa fideiussione tutum reddere debere, principaliter, & insolidum se obligari, principalem ipsum indemnem conservare debere, & plura alia, quæ mutis, & surdis à natura focalan demonstrari non possent: hinc tamen non sequitur mutos, & surdos à natura non posse contrahere, contra ea, quæ diximus supra in capit. 42. nam possunt contrahere, sed cum consensus signis demonstrare debeant; necessarium est, vt: & si sit talis, qui ad eorum cognitionem deuenire possit, tum ad incognita non extendatur consensus; & talem esse fideiussionis contractum, existimo, per ea, quæ mox dicta fuere. Nec obstat, quod dicit Ioderus in suo pupill. patrocinio capit. 6. num. 4.
- 2 Mutam fideiussionem dare posse, loquitur enim in mutis tantum, qui cum auditu percipere possit vim, & naturam fideiussionis, non est mirum fideiubere posse: Notarius namque ipsum interrogaret, an vellet in tali contractu accedere vi fideiussor, ac pro tali se principaliter, ac insolidum obligari, & annuendo certam faceret eius voluntatem, & consensus. Mutus etiam, & ex accidenti surdus, litteratum peritus, posset suam voluntatem, & consensus aperire mediante scriptura, ac idè fideiubere posse non est dubium, vt per Ioderum loc. cit. † Provt dubitari non potest

potest de surdo tantum, qui proprio ore, se velle obligari, ac pro alio fideiubere dicere, & declarare possit: Vnde scio, qua ratione dixerit Anton. Henricq. de fideis cap. 7. nu. 54. inter surdum, & mutum quantum ad hoc nullam adesse differentiam, cum imò surdus possit verbis propriam voluntatem apertam reddere: mutus verò litterarum ignarus non nisi signis.

4 † Sed quid dicemus in muto, & surdo simul ex accidenti litterarum ignaro: verum cum talis sciat, quid sit fideiubere, ac pro alio se obligari, in fideiussorem dari posse dicendum venit, eius enim consensum signis, & gestulationibus potest demonstrare, prout in aliis contractibus, tales namque contrahere posse, diximus supra in cap. 38. & faciunt tradita de mutis, & surdis à natura, in cap. 42. † Nec dicatur cum in iuramento necessaria sint verba, mutus non poterit iurare; & sic nec fideiubere, vt per Bart. Alb. Sal. & nonnullos alios in leg. qui interesse, ff. de vir. Respondetur enim, imò in iuramento necessaria non esse verba, & hanc opinionem esse veriorum, in praxique obseruari solitam, vt docet ibidem Iaf. numer. 10. & seq. qui propterea asserit mutum iurare posse, idem voluit Io. de Sel. de iur. iur. quest. 2. numer. 8. Anton. Cort. de vir. in 2. parte pro pronocia numer. 15. & laetius numer. 19. & seq. & in omnem casum contraria procedere possent in valente loqui, secus in mutis, vt in cap. 43.

6 Et hinc dicendum est non bene sensisse Anton. Henricq. de fideis cap. 7. numer. 141. vbi generalem ponit regulam, mutum, & surdum non posse pro alio fideiubere, ipse namque mouetur, quia in stipulationibus necessaria sunt verba, quæ cum in mutis, & surdis adesse non possint, sequitur stipulari non posse, vt per ipsum numer. 145. quem sequi videtur Diana resolut. moral. par. 5. tract. 6. de mutis surdis, & cæcis resolut. 29. Verum cum obligari valeant absque stipulatione, non sequitur, non possint stipulari, ergo non possunt fideiubere, cum animam, eorumque consensum signis demonstrare ipsis non sit vetitum, vt sæpè superius fuit dictum, & præcipue in cap. 38. & 42. nec negat Henriquez loc. cit. nu. 149. & seq. Nec dicatur stante igitur hac ratione, generaliter erit attendendum, mutum, & surdum, etiam à natura posse fideiubere absque stipulatione, vt in hoc etiam non satis rationabiliter videtur sentire Henricq. loc. cit. Nam verum est mutum, & surdum posse obligari, eiusque consensum se obligando signis demonstrare; sed cum circa incognita consensus non versetur, necessarium est, prius mutum intelligere vim eius obligationis, quam in fideiussionibus mutos & surdos à natura intelligere, ac scire posse, affirmare non audeo, per ea, quæ supra dicta fuerunt; sed si quid agerent, intelligerent, fideiubere etiam possent.

## S V M M A R I V M.

- 1 Mutus ad negotia Procurator constitui potest, & quomodo num. 8.
- 2 Mutus non potest dari Tutor, nec etiam in testamento numer. 4.
- 3 Surdus non potest esse tutor, nec etiam ex testamento, vt numer. seq.
- 5 Tutor, vel curator si efficiatur mutus, vel surdus remoueri debet.
- 6 Muti, & surdi non possunt esse tutores, etiam si vitia sint separata, & etiam si ex accidenti id ipsis euenierit.
- 7 Surdus vel tardè loquens potest esse tutor.
- 9 Mutus non potest esse executor testamenti.

Mutus, & surdus an possit esse tutor.

## CAP. LV.

**M**UTUS, & surdus an possit esse tutor, videtur aliqua dubitatio, ex text. in l. mutus, ff. de procurat. vbi probatur, † mutum ad negotia consilium posse procuratorem. In contrarium tamen est text. in l. 1. §. fise. ff. de tutor. cuius hæc sunt verba. † Mutus tutor dari non potest, quoniam auctoritatem præstare non potest. † Surdum non posse dari tutorem plerique, & Pomponius lib. 16. ad Sabin. probant, quia non tantum loqui, sed audire tutor debet, ac ideo Gratian. discept. forens. cap. 447. numer. 8. dicit, mutum nec tutorem, nec curatorem esse posse, cum loqui non valeat: idem Gurierr. de tutel. par. 1. cap. 7. numer. 4. quos sequitur Dian. resolut. moral. par. 5. tract. 6. resolut. 35.

4 Quod ampliandum est procedere, vt tutor non possit dari, nec etiam in testamento, vt probat text. in leg. pen. §. fin. ff. de leg. tutor. vbi hæc verba ponuntur: Surdis nec legitimis tutores esse possunt, cum nec testamento, nec alio modo vultus dari possint: idem probat text. in leg. vnica. Cod. qui morbo. & tradit Franc. de Calda de resolut. in integr. in verbo cum non absimilis numero 69.

5 Imò si dati fuerint tutores, & superueniant hæc vitia, remoueri debent. leg. post susceptam, ff. de excus. tut. Et licet Anton. Piag. de tutor. & curator. quest. 3. numer. 9. teneat, quòd si vitia superueniant, tutela iam suscepta, solum si velint, excusari possint, non autem, quòd remoueri valeant inuiti per dict. leg. post susceptam, quæ de excusatione loquitur, tamen responderet ibi improprie, hoc impedimentum excusationem appellari, vt in simili dixit gl. in d. §. fin. dict. leg. 2. ff. de tutor. in dict. leg. vnica. C. qui morbo, repugnant enim rationes, de quibus in dict. §. final.

6 Et hæc omnia procedunt tam in vitis vnitis, quàm separatis, & si tam ex accidenti, quàm si à natura, si nihil prorsus audiant, vel loquantur: † secus si tardè, vt probat text. in l. fin. ff. de excus. tut. de quo per Alciat. in l. 1. nu. 52. ff. de verb. oblig. & tradit Ant. Piag. loc. cit. num. 9. & Cald. loco pariter citato.

8 Quibus non obstat text. in d. l. mutus: nam in administratione bonorum non requiruntur verba, prout in casu proposito, per dict. §. fin. Præterquam quòd, licet possint esse administratores, procuratores tamen ad agendum esse non possunt, vt in dict. l. mutus. vt tutores, & curatores non solum administrare, sed etiam agere, & plura alia facere tenentur, quæ mutis, & surdis sunt prohibita, ac propterea mutum non esse tutores, & procuratores esse non posse.

9 Et eadem ratione dicendum est, executores testamentorum esse non posse, Angelus in verbo executor, num. 2. Sy uell. in verb. testam. 2. quest. 1. distinct. 5. Sanch. in opusc. tom. 2. lib. 4. cap. 1. dubit. 40. nu. 12.

## S V M M A R I V M.

- 1 Muti, & surdi an testari possint.
- 2 Muti, & surdi an possint saltem inter liberos testari, & numer. 6.
- 3 Lex hac consuetissima in §. ex imperfecto. C. de test. quomodo procedat.
- 4 Muti, & surdi quare non possent testari.
- 5 Testator debet proprio ore hæc edere nominare, etiam si testetur inter liberos.

*Lex discretis, C. qui test. fac. poss. prohibens* Mutus, & surdus à natura an possit testari ad pias causas.

factionem testamenti mutis, & surdis, an procedat in testamentis inter liberos.

## CAP. LVII

## CAP. LVI

**V**idimus in superioribus capitulis an muti, & surdi possint contrahere inter viuos, nunc videndum est, si an possint testari, licet enim satis clara videatur dispositio *leg. discretis, C. qui test. fac. poss.* vbi disponitur mutos, & surdos à natura nullo modo testari posse, ex accidenti verò posse testari si sint literarum periti, propria manu testamentum scribendo, mutum pariter tantum non posse testari, si litteras nesciat, surdum verò testari non prohiberi; attamen sunt multi, qui hanc conclusionem, quod muti, & surdi à natura non possint testari, variis limitant modis: primò si testentur inter liberos: secundò in militia iure militari testante; tertio in testamento ad pias causas: quartò si testamenti factionem à Principe impetrent, vt nonnullis relictis auctoritatibus dixit nouissimè *Dionis resolut. moral. par. 5. tract. 6. de mutis, surdis, & cæcis resolut. 23. vers. nota tamen regulam*: Sed has omnes limitationes in mutis, & surdo à natura esse falsas in sequentibus demonstrabo. De prima limitatione nonnulla mox dicam, de secunda in cap. 38. de tertia in cap. seq. de quarta latius in cap. 60. & pro nunc videamus, an *dict. l. discretis*, si procedat in testamentis inter liberos, in quibus iuris Civilis solemnitates obseruari non solent, *leg. hac consultissima, §. ex imperfectis, Cod. de test. leg. vltima, Cod. famul. eriscan.* si Sed quoniam dicta iura procedunt solùm respectu solemnitatum à lege præscriptarum, non autem si defectus sit voluntatis, vt declarat *l. in dict. §. ex imperfecto, Corn. consil. 94. lib. 1. & consil. 215. lib. 2. Boer. quest. 240.* dicendum est, *dicta legis discretis*, si procedat etiam si similes personæ inter liberos testari vellent, ipsi namque dicitur deficere voluntatem; cum non intelligant, quid agant, seu saltem non possint eorum voluntatem in actu tam subtilissimo demonstrare, vt late dicitur in cap. 60. Ad quod confert etiam, quod dicit Bald. Alex. Paul. de Cast. l. l. & alij in l. habemus, Cod. de test. si testatorem debere proprio ore hæredem nominare, etiam si fiat testamentum inter liberos. Concludamus igitur si mutis per *dict. leg. discretis*, prohibitam esse factionem testamenti, etiam si testari vellent inter liberos, vt per Angel. & Alexand. in *d. l. discretis*, ac scribentes in *d. l. habemus*, & tradit Io. l. Hilip. Moniperg. *consil. 20. num. 9.*

## S Y M M A R I V M.

- 1 Mutus, & surdus à natura an possit testari ad pias causas, & per totum.
- 2 Mutus, & surdus à natura si sit miles iure militari testari potest de quo & num. 3. remissum.
- 3 Principi potest dispensare, vt mutus, & surdus à natura testari possit de quo num. 9. remissum.
- 4 Mutus, & surdus à natura furioso equiparatur, de quo tamen remissum.
- 5 Mutus, & surdus non potest libertatem dare, de quo tamen num. 7. remissum.
- 6 Libertas reputatur pia causa.

**M**utus, & surdus à natura testari non potest, clare disponitur in *l. discretis, Cod. qui testam. fac. poss.*

- 1 si vnde an saltem ad pias causas testari valeant, nunc videamus; in qua difficultate variz fuerunt opiniones, Bald. enim, Alex. Dec. ibi affirmatiuam sequuntur sententiam. Et mouentur quia si surdus & mutus à natura si sit miles, testari potest *lex iure militari, ff. de mil. test. §. quinimò inst. eod. Idem igitur dicendum erit in pia causa, ne militare priuilegium magis operetur.*
- 2 Mouentur secundo, quia si Princeps potest dispensare, vt mutus, & surdus simul à natura testamentum faciat, *leg. si mutus, ff. de mil. testamentis*; ergo si quitur impedimentum non provenire, nec à iure naturali, nec gentium, nec diuino; illud enim tollere non possent Principes, *item, pastoralis de iud. Sed solum à iure positiuo, ac ius positiuum in testamentis ad pias causas non obstat, ergo, &c.*
- 3 Contrariam tamen opinionem non solum esse vtiorem, sed etiam communiorē negari nulla ratione potest, quam tenuerunt Roman. & l. in *d. l. discretis*, Franc. Aretin. in *l. qui in potestate, §. vltimo, ff. de testamentis*. Bald. in *l. c. de sacros. Ecclis.* quos melius sensisse dixit Vatiq. *contra. illustr. cap. 103. num. 7. Titae de priuileg. pia causa priuileg. 9.*
- 4 Pro qua sententia omnes primò adducunt, mutos, & surdos à natura furiosis equiparati; verum parum concludit argumentum, cum id non esse in his, qui intellectum habent, dixerim supra in cap. 41.
- 5 si vnde secundo loco id melius probat text. in *dict. l. discretis*, vbi dicitur, mutum, & surdum à natura non posse libertatem dare, ergo non poterit nec etiam ad pias causas testari, cum libertas pia reputetur causa. *l. i. ad fin. C. cum ser. man. si & statutum loquens de pia causa locum habet etiam in libertate, Bart. in l. proximè, ff. de his qui in test. del. nec dicitur id procedere, quando libertas relinquatur in amore Dei; vt videtur voluisse Bart. in *repleg. prima, Cod. de sacros. Ecclis.* nam generaliter alij conuictum sentiunt, prout generaliter locutus fuit Bart. in *d. l. proximè, & in l. si vnus, C. de test.* optimèque id probat *d. l. i. in §. vltimo, Cod. cum ser. man. vt dixit Tiraq. in d. priuileg. 9. & licet text. in l. i. ff. qui, & à quibus, si disponat, surdos, & mutos libertatem dare posse, id tamen procedit inter viuos, secus in vltimis voluntaribus, in quibus terminis locutus fuit Imperator in *d. l. discretis*, vt fuit dictum in cap. 53. cum igitur non possint testamento libertatem dare, sequitur ad pias causas testari non posse.**
- 6 Quæ opinio optimè remanet confirmata ex argumentis contrariis, nam imò mutus, & surdus à natura, licet sit miles, testari non potest, vt aperte apparebit ex dicendis in cap. seq. Provt nec etiam verum est, mutum, & surdum à natura si posse impetrare factionem testamenti, vt bene probabo, ni fallor. in cap. 60. Cum igitur nec priuilegium militare, nec Principis potestas possit mutis, & surdis à natura concedere testandi licentiam, sequitur impedimentum provenire à iure naturali, in quo priuilegia piaz causaz operari non possunt, ad quod conferunt tradita in *di. c. 60.*

## S Y M M A R I V M.

- 1 Text. in §. quinimò, inst. de mil. test. quomodo intelligatur, & num. 4. & 15.

- 1 Lex iure militari, ff. de mil. testam. quomodo intelligatur, & num. 11. 14. & 15.
- 2 Lex in fraudem, §. sicut, ff. de mil. testam. quomodo intelligatur num. 16.
- 3 Miles mutus, & surdus non potest facere testamentum, & per totum.
- 4 Lex milites agrum §. missionum ff. de re mil. quomodo intelligatur, & num. seqq.
- 5 Missio quid sit, & missionum species.
- 6 Milites olim non omnes esse poterant; sed plura erant necessaria, & num. seqq.
- 7 Milites quare delicti fuerint appellati.
- 8 Milites olim iurabant, se non esse exituros mortem pro Republica.
- 9 Militum iuramenti forma.
- 10 Milites olim surdi, & muti effecti debebantur de numero militum.
- 11 Mutus, & surdus miles esse non poterat, & quare.

An miles surdus, & mutus testari possit.

### CAP. LVIII.

**M**utos, & surdos à natura testari non posse, disponitur in l. discretis, C. qui testam. fac. poss. Quod multi limitant in milite muto, & surdo à natura; sed an id verum sit videamus, erit enim pulcherrima inspectio, cum ex ipsa pendeat vera & germana multorum iurium intelligentia, in qua nostri variati, ac errati fuerunt. Prohæc igitur limitatione omnes adducunt §. text. in §. quinimo instit. de mil. testamento, cuius hæc sunt verba. *Quinimo mutus, & surdus miles testamentum facere potest.*

- 1 Secundò text. in l. iure militari, ff. de mil. test. vbi dicitur, *Miletem ante causatum missionem, adhuc in numeris manentem, posse testari iure militari.*
- 2 Tertiò, & vltimò in argumentum citat text. in l. in fraudem §. sicut, ff. de mil. test. vbi probatur, militem nuda voluntate, quocumque modo intellecta, posse testamentum facere: at muti, & surdi, & si à natura, possunt eorum voluntatem signis demonstrare, ergo testari poterunt. Et hæc fuit sententia glol. in d. §. quinimo, Cyn. & Alex. in d. l. discretis, quare latè probare nititur Valq. controu. illust. cap. 102. n. 3. & seqq. quem sequitur Mich. de Grass. de success. in §. testamentum n. 4. quæst. 30. n. 4.
- 3 Quibus tamen non obstantibus, dicamus nos, §. militem mutum, & surdum à natura non reperiri, qui testamentum facere possit: quod vt clarè elucescat, manibusque quodammodo tangatur, §. ponenda, ac referenda sunt verba text. in l. milites agrum, §. missionum, ff. de re mil. Missionum generalis causa sunt tres, honesta, causaria, ignominiosa: §. honesta est, quæ tempore militiæ impleto datur: causaria cum quis vitio animi, vel corporis minus idoneus militiæ renunciauit: ignominiosa causa est, cum quis propter delictum iuramento soluitur. De quibus tribus missionibus pariter loquitur text. in l. testamenta eorum, ff. de mil. test. ipsa quoque declarat glol. in §. sed hactenus, instit. de mil. test. de quibus Claud. Cost. de iure, & priuileg. mil. ap. 2. qui ex V. piano aliam his speciem addit honestæ missionis.
- 4 Secundò animaduertendum est, Romano florente Imperio, non passim, neque pro cuiuscumque libidine licuisse nomen dare militiæ, vt dixit Petr. Bell. de re milit. tit. 6. §. Prius enim examinabantur, & nonnullis aliis seruatis deligebantur; qui propterea de-

le etiam dici erant soliti, de quo per glol. in §. per. Auth. de man. princ. iurabant etiam nonnulli obseruare, vt in l. 1. C. qui mil. non poss. lib. 12. & inter cætera, §. se mottem euitaturos non esse pro Republica, vt in l. pen. ff. ex quib. caus. man. aliam iurandi formam ponit Liv. lib. 2. 4. deis. cuius verba referri B. II. loc. cit. n. 3. & sunt iustalcripta. §. Milites tunc, quod nunquam factum fuerat, iureiurando à Tribuno delictum adacti iussu Consuluum conuenturos, neque incursum abituros, nam ea die nihil, præter sacramentum fuerat: & vbi ad decuriatum, vel centuriatum conuenerant, sua voluntate ipsi inter se, equites decuriati, pedites centuriati, quod est dicere deus, atque centeni coniurabant se se fugæ, & formidinis causa non abituros, neque ex ordine recessuros nisi tali sumendi, aut hoste tenendi, vel ciuis seruandi, id ex voluntario inter ipsos fadere Tribuni ad legitimam iurandi adactionem translatum est. Hæc Bell. ex Livio. Apud Vegetium verò l. 2. cap. 5. in fin. habemus aliam iurandi formam. *Per Deum enim, & Christum, & Spiritum sanctum, & per maiestatem Imperatoris, cui, inquit, tanquam corporali Deo, fides, & deuotio est præstanda, iurabant, omnia strenuè se facturos, qua Imperator iusserit; militiam nunquam deserturos, neque mortem venturos pro Rom. Rep. Nonnulla patiet in ipsorum electione obseruari solent, de quibus per Bell. loc. cit. quæ cum parum ad propositum conferant, prætermitto.*

Hæc positis, lege, ratione, & auctoritatibus probatur, Milites surdos, & motos à natura testari non potuisse, lege, quia §. lex iure militari ff. de mil. test. quæ pro contraria opinione allegatur, hoc eruditissimè probat, dum Iuriconsultus dicit, iure militari surdum, & mutum testamentum facere posse ante causariam missionem, & in numeris manentem: loquitur igitur text. de muto causario ob surditatem, & mutitatem, hoc est de eo, qui ob hanc causam dimitti debet, tanquam non amplius idoneus: Necessarium est ergo, vt dicamus, loqui in muto, & surdo ex accidenti, non autem à natura, in muto enim, & surdo à natura non potest considerari aliqua missio causaria, cum sit vitia à principio insita, & non superuenientia. Et vt dicit Vigl. in d. §. quinimo. §. si ob surditatem, & mutitatem, tanquam non amplius idoneus, dimitti debet, ergo multò minus recipi debebit à principio ille, cui hæc vitia adsunt. Et quod in hoc text. causaria missio referenda sit ad surditatem, & mutitatem superuenientem patet, quia cum ante missionem omnes milites in numero relati iure militari testari possent, *Lex eo tempore, ff. iud. & Iuriconsultus loquendo de muto, & surdo, non dicit absolute, & ante missionem, sed ante causariam missionem, dicendum est, hoc retulisse ad causam surditatis, & mutitatis, ita vt miles ob talia vitia causarius fiat, & ob hanc causariam missionem sit à militia mittendus, cui tanquam benemerito, conceditur adhuc in numeris manenti, & iure militari testari possit.*

5 Ratione idem probatur; quia surdus, & mutus functionibus militibus aptus non est, quomodo enim posset examinari, quomodo solemne sacramentum dare? Quæ necessaria fuisse, diximus supra, vnde Vigl. loc. cit. Neque enim militare posse cum arbitror, qui à natura duobus potissimis sensibus caret; quomodo examinabitur, quomodo solemne iuramentum præstabit? Adde, quod nec Ducis audire Imperium, nec Tubæ Classici signum intelligere, nec arma petere potest. Quinimò si cui militi hæc valetudo, & calamitas accidit, ob hanc causam dimitti solet, multò minus talis recipi à principio debet, cui

à natura hæc vitia adsunt: & certè quibus nec audire, nec loqui à natura datum est, haud ij fatuis, aut etiam Brutis differunt, à quibus homines orationis munere distincti sunt, quæ rationis est interpres, & quasi quædam nota, *Hætenus Vigl.* Et certè ordinatissimam castorum aciem muti, & surdi confundere possent; nam tempus non est, dum pugna seruet, nutibus, & signis annuendi. Sed forsan militibus surdis, & mutis utebantur Romani, in vigiliis, hoc est, ut vulgo dicitur, sentinellis faciendis; quarum in castris tanta erat apud eos observatio. † *Necessariò igitur fateri oportet, dicta iura loqui de eo milite, qui sanus erat, sed ex superveniendi mutitate, vel surditate, causarius evasit; hoc est honestam causam nactus est, ut à muneribus militum mitteretur, à militia inquam solueretur: quem, dicta iura supponente ob malitiam in huiusmodi calamitatem incidisse, etiam si ad militandum non esset amplius idoneus, attramen antequam Domum mitteretur, sed in numero, & exercitu adhuc maneret, iure militari testari posse voluerunt, ut ex d.l. iure militari, clarè apparet, ut valdè mirer, quomodo hoc nonnulli non animadvertent, & præfata iura de surdo, & muto à natura loqui iudicaverint.*

Auctoritatibus demum; quia de muto, & surdo ex accidenti iura prædicta intelligunt communiter scribentes, ut *Vigl. loc. cit.* vbi etiam *Myfing.* nec non *Las.* in add. ad *Port. Ang.* in d. §. item surdus, late *Las. in d. l. discretis num. 1.* & probat *Conn. l. 9. commentar. iur. civil. cap. 5. nu. 4.* quibus addi potest *Fab. & Port.* in d. §. *quinimo*, qui opinionem gloriæ mirandam, & impossibilem dicunt.

Ex quibus possent dici sublata omnia, quæ in contrarium adducta fuere circa dicta iura, tangam tamen nonnullas alias responsiones, quas scribentes variis in locis in medium afferre solent. Multi dixerunt iura prædicta esse correctæ, per d. l. *discretis*, quæ vti generalis etiam de milite intelligitur, *Las. in d. l. discretis*, dicit d. §. *quinimo* intelligi si vitia sint separata. *Alij* volunt intelligenda esse hæc iura de surdo tantum, & muto tantum, si tamen ille loqui, & hic scribere sciat; ita ut hoc privilegium ad antiquum ius referatur, secundum quod pagani utolibet morbo laborantes impetratione indigebant ad testandum, ut per *Vigl. in §. item surdus Inst. quib. non est perm. fac. test.*

Respondent alij, citatum textum referri ad solemnitates, quas testamentis Iustinianus adiunxit; ita ut nullum aliud privilegium concedatur; nisi iure militari testandi, quod utrum militibus surdis, vel mutis competeret dubitari, ex *Vigl. in d. §. quinimo* potuisset; qui autem testabiles sint, ex iure communi diiudicandum est; & ut vno verbo dicam; privilegium intelligunt circa solemnitates, non circa personas, ita *Conn. Comment. iur. civil. l. 9. cap. 5. n. 4.* late *Vigl. in d. §. quinimo.*

13 *Vitruv. d. & melius respondetur secundum Myfing. in d. §. quinimo.* *Las.* ibidem in add. ad *Port. A. gel. in d. §. item surdus*; & secundum communem aliorum interpretationem, dicta iura loqui de muto, & surdo, ex accidenti tamen, ut desumitur ex dicto iure militari; & necessariò venit asserendum, cum surdus, & mutus à natura miles esse non poterit, ut supra fuit ostensum; quam etiam interpretationem secutus fuit *Franc. de Cald. de restitu. in integr. in verbo cum non ab simili num. 66.* unde parum, pro nunc iurandum est de auctoritate gloriæ in d. §. *quinimo*, secuta à nonnullis alius, quam mirandam, & impossibilem dixerunt

ibi *Fab. & Port. & Ang. in d. §. item surdus Inst. quibus non est perm. fac. testam.* qui opinionem *Fulg.* contrarium sentientis, dicunt veriozem.

16 *Vltimè verò rationi responderetur, mutum, & surdum à natura non posse suam voluntatem ita demonstrare, ut testari valeat, de quo late in cap. 60.*

## S V M M A R I V M.

- 1 *Miles surdus, & mutus ex accidenti, an testari possit, & per totum.*
- 2 *Lex iure militari, ff. de mil. test. & §. quinimo Inst. de test. mil. quomodo intelligantur, & nu. 10. & 12.*
- 3 *Vitia natura considerantur in his, qui testamenta condere volunt.*
- 4 *Privilegium surdis, & mutis militibus concessum in condendis testamentis est circa solemnitates, non autem circa personas, contra nu. 8. & seqq.*
- 5 *Milites effecti surdi, & muti à militia dimittuntur.*
- 6 *Muti, & surdi, licet ex accidenti, non videntur posse eorum voluntatem signis demonstrare, contra nu. 8. & cur aliter in mutis, & surdis à natura nu. 9.*
- 7 *Milites nuda voluntate testari possunt.*
- 11 *Mutus, & surdus ex accidenti, licet litteras sciret, de iure Digestorum testari non poterat.*

An mutus, & surdus ex accidenti, si sit miles, testari valeat.

## C A P. LIX.

**D**emonstravimus in præcedenti questione mutum, & surdum à natura non potuisse, etiam si esset miles, testamentum facere. Sed ex variis interpretationibus, quas *Doctores* tribuunt, §. *quinimo*, *Inst. de test. mil. & iure militari, ff. de mil. test.* dubitari potest, an saltem militi surdo, & muto, ex accidenti testandi sit data potestas. † Non loquor tamen in surdo tantum, nam hodie etiam surdi pagani ex dispositione Imperatoris in d. l. *discretis* testari possunt, nec minus in muto tantum, qui litteras sciat, qui pariter, scribendo manu propria potest testamentum condere; sed vel de muto tantum, qui litteras sciat, vel de muto, & surdo simul ex accidenti, litterarum ignarus, qui secundum d. l. *discretis*, testari non possunt. Omnes ferè *Doctores* de hac re loquentes, volunt, mutum, & surdum ex accidenti testari posse, si sit miles; id enim primum dicendum est, tenuisse omnes illos, qui asserunt muros, & surdos etiam à natura posse testari, si fuerint milites, ut in cap. præced. & alij, qui id negant, in militibus surdis, & mutis à natura; † & tales fuerint ex accidenti libentissimè concedunt, per text. in §. *quinimo*, *Inst. de milit. test.* vbi dicitur. *Quinimo mutus & surdus miles testamentum facere potest, ac in iure militari, ff. de militari testamento: vbi habetur, militem iure militari ante caulaciam missionem, & adhuc in numeris manentem testari posse.*

Vetum *Vigl. in d. §. quinimo*, & *Conn. lib. 9. comment. iur. civil. cap. 4. num. 5.* dicunt alium esse istorum iurium sensum, & ibi non tractari, an mutus, & surdus miles possit facere testamentum; sed an possit testari iure militari, in casibus nempe, in quibus surdus, & mutus testari potest, ut si sit surdus, & mutus ex accidenti, litterarum tamen peritus, qui poterit iure militari testari, & sic non servatis solemnitatibus, quas pagani servare debent: Er ratio dubitandi potuit esse; † quia vbi aliquod nature vitium adest, maxime

maximè cauciam est; quibus solemnitatebus fiat testamentum, ad text. in *l. hac consultiſſima, C. qui test. fac. poss.* unde cum iste esset sœcus, & mutus, licet miles, videbatur dicendum, solemnitateſ saltem paganorum obseruare debere: at tamen decidit Imperator, quinimò subtiliſſimam aliorum obseruationem militibus esse remissam. Et id clarius indicat text. in *d. l. inter militari*, ubi dicitur, militem surdum, & mutum ante causariam missionem, & adhuc in numeris manentem testari posse iure militari. † Priuilegium igitur est, ut testentur iure militari, & sic circa solemnitateſ, non autè circa personas. Quod repetit Conn. *d. l. 9. comment. iur. ciuil. capit. 5. nu. 6.* Secunda poterat esse dubitandi ratio, † quia mutes isti effecti surdi, & muti erant à militia dimittendi, unde cum amplius militare non possent, merito dubitabatur, an iure militari possent testari, & deciditur adhuc in numeris manentes iure militari testari posse: & hoc modo priuilegium erit circa personas, ut per Vigl. in *d. §. quimò.*

Hos autem testari non posse prouenit, dicitur Vigl. & Conn. quia licet tanquam muti, & surdi ex accidenti, sciant quid sit testamentum, signis tamen eorum voluntatem alteri significare non possunt; quos propterea quantum ad factionem testamenti, mutis, & surdis à natura æquiparat Imperator in *d. l. discreti*.

Ego tamen à communi sententia nunquam recederem, milites enim possunt nuda voluntate, quocumque modo intellecti, testamentum facere, lex in *fraudem, §. si quis, ff. de mil. test.* ergo, licet verbis, & literis non possint mutes muti, & surdi ex accidenti eorum voluntatem aperire, signis tamen, gestulationibus, & aliis demonstrationibus id facere non debent prohiberi: quod impossibile non videtur, ut Vigl. existimauit: nam primo, † mutus tantum, licet literarum esset ignarus, qui secundum Vigl. intellectum testari non posset; cum de iure communi ipsi prohibita sit testamenti factio, posset suam voluntatem optimè signis demonstrare; factis namque signis, & gestulationibus Notarius ipsum coram testibus interrogaret, an uellet sic dicere, & an eius intentio esset sic disponere, & ipse annuendo certam redderet eius intentionem, ac voluntatem. Maior certè videtur difficultas in surdis, & mutis simul ex accidenti, qui cum non audiant circa eorum gestulationes non possunt interrogari; Verum cum iam optimè sciant, quemlibet de propriis bonis, & testamentis, & aliis ultimis voluntatibus disponere posse; impossibile nullo modo videtur, ut existimauit Vigl. quin possint signis, gestulationibus, ac aliis demonstrationibus eorum mentem, intentionem, & voluntatem patefacere, præcipuè his, qui eas notas habent. Nec valet instantia, ergo idem licitum erit mutis, & surdis à natura; respondetur enim de vno casu ad alium nullo modo inferri posse; † nam mutus, & surdus ex accidenti iam scit, cum auditu didicerit, licitum esse de propriis bonis disponere in ultimis voluntatibus, instituenſo, substituendo, legando, fideicommitendo, donando, unde hæc, & similia facere uellet signis, & aliis demonstrationibus, poterit Notario, & Testibus notum facere, quod non est in surdo, & muto à natura, quem hæc omnia ignorare necessarium est, ut infra in cap. seq. demonstrabitur.

Secundò supradicta iura maximè vtgere mihi videntur; nam licet *d. l. lex iure militari*, loquatur de priuilegio testandi iure militari, at tamen præsupponit militem surdum, & mutum testari posse; dicit

Viglius: In casibus tamen, in quibus de iure communi muti, & surdi testari valent, ut si sint muti, & surdi ex accidenti, & literas sciant; sed quod dicta lex loquatur in mutis, & surdis ex accidenti verissimum est per ea, quæ dicta fuerunt in cap. preced. quod verò insuper literas scire debeant, videtur diuinitus suppletio; imò non veratam animaduertendum est, illam distinctionem, an mutus literas sciat, vel non fuisse factam ab Imperatore in *d. l. lex discreti*, nec erat de iure Digestorum, ut suo loco fuit dictum; ergo de ipsi intelligere non potuit Iuriconsultus in *d. l. iure militari*. Præterea, (& adhuc non animaduertit Vigl.) necessarium esset intelligere dictam legem iure militari non solum in muto, & surdo ex accidenti literarum perito; sed etiam † dummodo hoc à Principe impetrasset; nam secundum ipsum nec Vigl. de iure Digestorum, secundum quod ius loquitur à *Liure militari*; licet mutus, & surdus esset literarum peritus, at tamen non poterat condere testamentum, nisi hoc à Principe impetrasset, ut declarat in *§. item surdus Institut. de milit. testamento*, quod fuit postea correctum ab Imperatore in *d. l. discreti*, dandò auctoritatem mutis, & surdis literatis testandi absque licentia Principis; & tamen in *d. Liure militari* de licentia à Principe obtinenda, ne verbum quidem, prout nullibi in iure, milites surdos, & mutos factionem testamenti à Principe impetrare debere, imò quidquid Princeps facere potest, castra dispensant. Et in hoc verè consistit priuilegium *d. l. lex iure militari*, hoc est, † ut licet muti, & surdi ex accidenti non possent facere testamentum absque Principis licentia, per text. in *l. si quis in potestate, §. surdus, ff. de testam. & qui test. fac. poss.* & in *l. si mutus, ff. eod.* milites tamen muti, & surdi ex accidenti absque licentia Principis testari poterant, ut in *d. Liure militari*, secundum communem omnium interpretationem, Vigl. & Connano excepto. Adde text. in *d. l. §. quimò* non loqui de aliquo priuilegio testandi iure militari, sed dicitur, mutum, & surdum testari posse: ergo priuilegium est circa confactionem testamenti, ut nempe mutus, & surdus ex accidenti possit testari absque Principis licentia; & licet literas ignoret; quod Paganus facere non poterant, ut suis locis fuit dictum.

## S V M M A R I V M.

- 1 Mutum, & surdum à natura non posse impetrare factionem testamenti à Principe, fuit Tribini per conformes iudicatum.
- 2 Lex si mutus, ff. de testam. quomodo intelligatur, & nu. 28. & seqq. necnon num. 35.
- 3 Miles testari potest, licet sit surdus, & mutus, & num. 34. remissum.
- 4 Mutus, & surdus à natura potest testari ad pias causas, contra nu. 28. & num. 35. remissum.
- 5 Princeps potest concedere factionem testamenti, quod tamen declaratur num. 36.
- 6 Fideicommissum muti relinqui potest, quod tamen declaratur num. 38.
- 7 Mutum, & surdum à natura posse testari cum licentia Principis, quinam existimauerint.
- 8 Muti, & surdi ex lege discretis, C. qui test. fac. poss. quando testari valent.
- 9 Mutum, & surdum à natura non posse impetrare factionem testamenti à Principe, qui teneant, & nu. 39.
- 10 Mutus, & surdus à natura, ut faciat testamentum, casus sub impossibili.
- 11 Cognitio per auditum ingreditur.

- 12 Princeps non potest dispensare ad factionem testamenti infanciam, ac furiosum.
- 13 Mutus, & surdus à natura nihil intelligit.
- 14 Mutus, & surdus à natura infanti equiparatur.
- 15 Impedimentum surditatis, & mutitatis excludit consensum.
- 16 Mutus & surdus à natura, licet habeat intellectum ipsam, tamen non habet operativum circa consecutionem testamenti, & adducuntur rationes.
- 17 Muti, & surdi à natura, sint furiosi, & infantibus equiparari solent.
- 18 Muti, & surdi à natura carent potentia intellectiva actuata.
- 19 Intellectus noster à principio est tanquam tabularasa.
- 20 Cognitio omnium, & intellectus omnium habet à sensu.
- 21 Sensus auditus ad intellectionem est melior alius.
- 22 Sermo auditivus existens est causa disciplinae.
- 23 Distinctio, in muti, & surdi à natura habeant intellectum, vel non vera, vel varia est quantum ad factionem testamenti.
- 24 Mutus, & surdus à natura non potest signis, & gesticulationibus suam voluntatem demonstrare circa factionem testamenti.
- 25 Testamentum est actus subtilissimus.
- 26 Mutus, & surdus à natura non potest testari ad pias causas.
- 27 Princeps potest ea tantum tollere, qua sunt iuris positivi.
- 29 Muti, & surdi olim non poterant facere testamentum, licet vitia essent separata, & necessaria erat licentia Principis, vt nu. 30. & quare nu. 31. secus tamen hodie, vt nu. 32.
- 37 Lex quandoque prohibet expresse, quod à iure naturali est prohibitum.
- 40 Doctores tenentes, mutos, & surdos à natura posse impetrare factionem testamenti à Principe; non videntur attendendi, & quare, licet eos secuta fuerit nouissime Rota Romana num. 41.

### Mutus, & Surdus à natura an possit impetrare factionem testamenti à Principe.

#### CAP. LX.

**D**Eueniamus modo ad illam questionem, an mutus, & surdus à natura possit à Principe impetrare factionem testamenti, quae fuit in causa, cum ipsam in facto habuerim, licet forsitan id nunquam antea per tot transacta saecula acciderit, vt hoc scripserim opusculum: † Constantius enim Serafinus patruus meae matris, mutus, & surdus à natura licentiam testandi, praeuia etiam relatione Iudicis à Serenissimo Urbini Duce impetrauerat, & testamentum considerat coram Urbino, tunc temporis Locumtenente, qui suum etiam in hoc interposuit decretum. In cuius testamenti consecutione quatuordecim fuerant adhibiti testes, septem, qui eius gesticulationes intelligere asserebant, & sic eum disponere velle, prout Notarius scripsit, dicebant; & alij septem huius declarationis, & depositionis testes fuerunt; Et cum euenisset casus, vt mater mea aliàs ab intestato successura, esset exclusa, dictum testamentum impugnare decreui; & tandem longo fabricato processu super intelligentia dicti muti, quam exquisitam fuisse multi testes deposuerunt, ita vt in hac parte nil aliud desiderari potuerit; Excellentissimus Dominus Anteus Claudius Pergulensis huius Ciuitatis, tunc temporis Praetor, pro validitate testamenti iudicauit. Sed facta appellatione, eius sententia fuit reuocata ab Excellentissimo D. Andrea Lusco, tunc Officium Locumtenentis gerente, quam postea Collegium

Excellentissimus DD. Doctorem Urbini confirmauit. Et facto ad Serenissimum recurso, vt causa, non obstantibus conformibus, iterum alteri decidenda committeretur; Auditores Serenissimi, auditis partibus, habitis relationibus, & visis hinc inde adductis, sententias conformes exequi mandauerunt.

- 2 Et pro affirmatiua videtur textus expressus in leg. si mutus, ff. de testam. vbi habetur, quod si mutus, aut surdus licere sibi testamentum facere à Principe impetrauerit, valet eius testamentum, ergo licet de iure communi testamentum surdi, & muti à natura non valeat, secus tamen est, si à Principe id impetrauerit.
- 3 Secundò pro eadem opinione adducitur textus in §. quimò, Inst. de milit. testam. & in l. iure militari, ff. de testamento milit. quibus in locis dicitur militem surdum, & mutum posse facere testamentum, & de surdo, & muto à natura, id intelligunt glol. Alexand. Dec. Valquez, & alij, de quibus in capit. preced. Si igitur hoc castra concedere, & dispensare possunt, & Princeps poterit.
- 4 Tertio sic aliqui argumentantur, mutus, & surdus à natura potest testari ad pias causas secundum aliquos, de quibus in cap. 37. ergo impedimentum non est naturale, sed solum positium, cui Princeps dispensare poterit.
- 5 Quarto Princeps potest iis, qui testamenti factione carent, concedere facultatem testandi, l. obfides, ff. de test. ergo muto, & surdo à natura carenti factione testamenti, ipsam Princeps poterit concedere.
- 6 Quintò aliquid operari posse videtur text. in l. natus, ff. de leg. 3. vbi probatur fideicommissum relinqui posse nati.
- 7 Vltimò hanc sententiam tenuerunt Cyn. Rdm. & Corn. in l. discretis, C. qui testam. facere poss. vbi etiam Alexand. nu. 4. & Dec. nu. 6. eandem opinionem amplexi fuere Angel. de Gamb. de testamentum prefat. n. 19. Valq. controu. illustr. cap. 103. sub n. 7. citantur etiam pro eadem opinione Bald. in dict. l. discretis n. 20. & Dilect. de art. testam. l. caut. 9. nu. 3.
- 8 Contraria tamen sententia, prout tunc mihi in causa interesse habenti, placuit, sic etiam nunc scribenti pro veritate quid sentiam, verissima mihi videtur; † cum in iure expressè cautum sit mutum, & surdum non posse facere testamentum si vitia sine coniuncta, & à natura, vt in questione proposita, sed id solum facere posse surdum, & mutum simul ex accidenti, si litteras sciat, & surdum tantum si ei vox articulata non desit, vt in d. l. discretis, C. qui test. fac. poss. † Ex quo text. omnis alius modus, & omnis licentia, saltem in muto, & surdo à natiuitate dicitur exclusa, vt voluerunt Raphael Cuman in l. si mutus, ff. de testam. & Paul. de Castr. eodem in loco Franc. Aretin. in l. qui in potestate, §. surdus, ff. de testam. quam opinionem, vti veram, secutus iterum fuit Paul. de Castr. in dict. leg. discretis, eandem probauit ibi Ias. n. 5. vers. tertio limita, ipsamque amplius fuit Myling. in §. item surdus, Inst. qui testam. facere poss. ibique Vigl. eam latissime defendit & Cuiar. in dict. §. item surdus, quaerens an, & quando mutus, & surdus possit facere testamentum cum licentia, vel sine licentia Principis, dicit surdus, aut mutus ita natus testari nullo modo potest. Etiam Hier. Ver. in l. ex facto, ff. de vulg. & pupil. idem sentit, imò de communi attestatur nu. 10. n. 18. quibus addi potest Lancel. Galial. in l. nu. 58. ff. de verb. obligat. adestque auctoritas praestantissimi Connani, qui lib. 9. commentar. Iurii Civilis cap. 4. sub num. 2.



num. 7. ostendit, mutum, & surdum à natura non posse facere testamentum, nec etiam cum consensu Principis, & idem asserit eodem in libro cap. 5. nu. 4.

- 10 Secundò ratione probatur, nam, ut dicit Iaf. in d. l. discretis, hoc caderet super impossibili propter carentiam intellectus, respectu saltem factionis testamenti; per tauditum enim cognitio ingreditur: & quem-
- 11 admodum t Princeps non potest dispensare infantem furiosum, & mentecaptum, ita dicendum est non posse cum muto, & surdo à natura, cum intellectu, & mentem habere non censetur, ut per Paul. de Castr. in d. l. qui in potestate, §. si furiosus ff. de testam. qui pariter in d. l. discretis, dixit, præsumi nihil intelligere, cum sit tanquam homo mortuus, quæ omnia sunt etiam de mente Cum. loc. cit. & hanc viam esse
- 12 rationem dixit Aretin. loco pariter citato, t cum mutus, & surdus à natura nihil intelligat, ut probat text. in verbis in l. furiosus incutus, §. si pupillo in fin. ff. ad Trebel. ubi postquam Iuriconsultus declaravit, quomodo subueniendum sit pupillo, in restitutione hereditatis
- 13 subiungit hæc verba. N. Quo exemplo, & mutus qui nihil intelligere potest, per curatores, &c. ubi Bart. & alij notant, mutum infanti æquiparari. Facit text. in l. cum Prætor, §. fin. ff. de iud. & in Liabemus, C. de testament. quibus in locis dicitur surdum, & mutum, & natura impediri, & iudicio carere, & mortuo similem esse, & text. in §. furiosus, Institut. de curat. ipsos mentecaptis æquiparari; idque confirmatur auctoritate Bald. in l. i. num. 10. C. de Sacros. Eccl. & aliorum, qui dicunt hos impedimentum excludere consensum; & eorum, qui
- 14 volunt t mutum, & surdum à natura circa factionem testamenti infanti, furioso, & mentecapto æquiparari, ut Alexan. in l. apud Labeanum, ff. de verbor. signific. Paul. de Castr. ac Alb. in l. discretis, & eleganter declarat Vant. de nullit. ex defectu inhabilitatis nu. 25. Malcard. de probat. conclus. 1079.

- 15 Nec obstat responsio nonnullorum, imò surdum, & mutum à natura habere intellectum, ut experientia docet, quæ sæpè aduertimus homines naturaliter istis morbis laborantes multa facere, ac verbis significare, quibus ostendant intellectum habere, & sane mentis esse. Responderetur namque secundum supradictos Doctores habere vtrique intellectum, & circa ea, quæ per visum præsertim percipiuntur, posse mente sana discurrere; sed non habere, nec habere posse intellectum operarium circa præter infinita, & præcipuè circa confectioem testamenti; cum non possint intelligere, & distinguere aliud esse hæredem instituere, aliud legare, aliud fideicommittere, quæ omnia necessaria sunt, non dico ad solemnitatem; sed ad hoc, ut dicere possimus, aliquem voluisse testari; quomodo enim, Bone Deus, affirmabimus surdum, & mutum voluisse testari, si testamentum à Codicillis, hæredis institutionem à legatis non discernit? Si non dico, quòd non discernat hæc vocabula, testamentum legatum; sed quòd ea, quæ per ista vocabula significantur, discernere non potest. Vnde
- 16 Vant. in ut. de nullit. ex defectu inhabilitatis nu. 25. t dixit, mutos, & surdos à natura furiosos, & insensibus æquiparari, non quòd non habeant intellectum, sed quia in ipsis militat eadem ratio; dicuntur enim carere ratione, & intellectu ex eo, quòd in ipsis deficit operatio intellectus, qui super incognitis non operatur, & hoc ob defectum organi representantis obiectum intellectui; nam licet habeant intellectum, carent tamen ipsius operatione, vnde de illis iudicandum est, prout de illis, qui carent intellectu; idem confirmavit Malcard. de probat. d. conclus. 1079.

num. 7. & Alesat. in d. l. apud Labeanum num. 7. ff. de verbor. signific. dicit, mutum, & surdum à natura non posse exponere, quid sententiarum, intellectuque habeat: ac idem infanti, ac furioso esse similem, & Abb. in d. l. leg. discretis, dicit voce, & litteris carentem reputari pro mortuo, & talis carere intellectu, intellectu inquam intelligente, & cognoscente, & ut philosophi de loquat, t potentia intellectiva actuata; idque evidenti ratione probatur, t cum enim intellectus noster sit tanquam tabula rasa, in qua nihil sit pictum, nihilque sculptum appareat, ut docet Arist. 3. de anima cap. 2. t Et omnis nostra cognitio, & intellectio ortum habeat à sensu, ut docet idem Arist. 1. post. cap. 1. vltim. necesse est, ut ipsemet dicit 1. post. cap. 15. quòd si quis sensus defecerit, & scientiam aliam quam deficere: Sed cum sensus t auditus ad intellectum sit melior, & potior mediis vocibus significatiuis, quam ceteri sensus, ut optime docet Arist. de sens. §. sens. cap. 1. t Secundo enim, ut ibidem ait, audibilis existens causa est disciplinæ iure merito, qui caret auditu, intellectu carere dici potest; absque enim auditu pauca, & illa difficillimè intelligi possunt: Propterea Parisius interrogatus an surdus, & mutus à natura testamentum facere possit, simpliciter, & absolute non posse respondit cons. 69. num. 15. vol. 4.

- 17 Neque nobis pro supradictorum omnium refutatione obijciatur distinctio, quam facit Valq. & serè omnes contrariæ sententiæ fautores, in qua cum, ut supra dictum fuit, de factò hæc mihi questio euenisset, Excellentiss. D. Tarquinius Vibanus contrariæ partis advocatus maximam vim faciebat, utpotè Doctoribus distinguendis magis adhaerendum, quam quidem talis est. Mutus, & surdus à natura, vel habet intellectum, & sensum, vel non habet. Si habet, poterit cum licentia Principis testari; si non habet, testamentum facere non poterit: Nam hæc distinctio in casu nostro nulla, & parum concludens semper mihi visa fuit. Primò, quia non solum muti, & surdi à natura, sed etiam loquentes, & audientes, quæ sensu, & intellectu carent, factionem testamenti à Principe impetrare non possunt; vnde potius absolute dicere debebant, iuxta eorum distinctionem, surdos, & mutos à natura, cum licentia Principis posse testari, cui enim dubium, quoscumque mentecaptos, & sensu carentes factionem testamenti habere non posse; quacumque concessione non obstante. Secundò quia Doctores supracitati, qui hanc questionem disputarunt, & partem negativam simpliciter approbarunt, si in muto, & surdo à natura intellectu, & cognitionem sufficientem ad testandum cum licentia Principis inesse posse iudicassent, potius affirmatiuam opinionem approbassent: negare enim siue mutum, siue loquentem, siue surdum, siue audientem, qui mente, sensu, & iudicio careant, non posse, non obstante quacumque licentia, facere testamentum, est de re indubitabili, sed dubitatur solum, an mutus, & surdus simul à natura sit talis, & talis esse possit circa factionem testamenti, ut testari valeat, & non posse ex multis comprobatur. Tertio prædicta distinctio diuersas opiniones non conciliat, nam plerique ex supracitatis, qui partem negativam tenent, reddunt rationem, quia nempe surdus, & mutus à natura non potest intelligere factionem testamenti, vi Franc. de Acer. Vigl. Cum Calta. Iaf. Conn. & alij, & sic contradicunt 1. cap. 2. distinctionem, de muto, & surdo intellectum habenti. Præter supracitati, & serè omnes alij pro parte negativa ad-

ducti simpliciter declarant *d.l. si mutus, ff. de testam.* qua lege præcipue nititur contraria opinio, procedere in muto, & surdo ex accidenti, non autem à natura, vel in vitiis disiunctis, & sic quoddammodo de licentia Principis ex hac lege iuxta prædictorum Doctorum interpretationem, nihil facit ad casum nostrum, vnde citari Doctores non cadunt sub aliquo membro distinctionis, ita vt concordentur opiniones, & sic Doctores distinguuntur sit magis credendum.

24 Tertiò hæc omnia confirmantur; quia impossibile omnino existit, vt mutus, & surdus à natura possit gesticulationibus, & signis suam voluntatem, circa tamen confectioem testamenti demonstrare, per rationem supra positam: cum non valeat intelligere, quid agat, vnde per consequens, quod ipse non intelligit, aliis per signa demonstrare non poterit: & vt inquit Vigl. quis istas gesticulationes, & signa plenè percipere posset, aut quis talium Interpretibus in tam seria re credat? Quomodo hic testes aduocabit, quomodo legatarios ab hæredibus, testamenta à Codicillis distinguet? ita vt non immerito dixerit, absurdum semper ipsi visam fuisse opinionem eorum, qui hoc à Principe impetrari posse purant. Vnde cum non possit mentis conceptus exprimere, vt per Paul. de Castr. in *d.l. qui in potestate, §. surdus, ff. de testam.* non poterit signis testari. Nec dicatur posse signis alios contractus facere, de quibus supra suis locis: nam factus est in vltimis voluntatibus, in quibus necessaria est plena cognitio, & explicatio rei, quæ agitur, quæ cognitio in muto, & surdo à natura esse non potest, vt supra dictum fuit, cum didicere non potuerit, fieri testamentum, illisque dari, & auferri bona, substitutiones fieri, fideicommissa, & legata relinqui, quæ sensu visus percipi non possunt: & quis vnquam ex se posset excogitare, homines postquam sunt mortui, & humati, imperare, & rebus eorum legem imponere, eorumque voluntatem adimpleri? Quod non est in contractibus inter viuos, qui simplici consensu perficiuntur; vt in matrimonio, in donatione, in emptione, & rebus similibus: muti enim, & surdi, licet à natiuitate, videri potuerunt vxores duci, easque domi retineri: res dari, ac donari: bona acquiri mediante pecunia, & sic de vno in alium transire: vnde non est mirum in rebus sibi cognitis, posse eorum consensum, & voluntatem signis demonstrare; quod non est in vltimis voluntatibus; quibus mediantibus in vitâ testantium non fit aliqua donatio, quæ possit sensui visus representari, ac idè ¶ testamentum æquus subtilissimus appellatur. *Luc. antiquus, C. de testam. Vigl. in dict. §. quinimo Instit. de milit. testam. nu. 3.* ac idè in ipsis non posse testari, prouenit non solum ex iure positivo, sed etiam ex iure naturali, tanquam à natura incapaces similium dispositionum.

26 Quarto probatur hæc opinio, quia mutus, & surdus à natura non potest testari ad pias causas, per text. in *d.l. discretus*, vbi dicitur, non posse nec etiam libertatem dare, Bald. in *l. C. de Sacros. Eccles. Rom. in d.l. discretus*, vbi etiam Ias. in *2. limit.* quos melius sensisse, quam Alexand. & Dec. dixit Valq. *controu. lib. 8. cap. 103.* & dictum fuit supra in *cap. 57.* Si enim non potest testari ad pias causas, non poterit nec etiam factioem testamenti à Principe impetrare: & probatur

27 consequentia; ¶ quia Princeps potest tantum tollere ea, quæ sunt iuris positivi, non autem ea, quæ sunt iuris naturalis, §. *sed naturalia Instit. de iur. nat. gent. & civil.* sed ea, quæ sunt iuris positivi ipso iure dicuntur sublata, quotiescumque quis vult testari ad pias

causas, vt per Alex. in *l. seniam n. 6. C. qui testari. fac. poss. & in l. captatorius. ff. de testam. mil.* & tamen mutos, & surdos à natura non potest testari, licet testari velit ad pias causas; ergo impedimentum prouenit à iure naturali; ergo nec etiam cum licentia Principis mutus, & surdus à natura testari poterit.

Sed, vt magis hæc omnia remanerent confirmata ad contrariorum dissolutionem deueniendum est: ¶ Non obstat igitur text. in *d.l. si mutus, ff. de testam.* Nam primò, secundum intelligentiam nonnullorum, quos tamen non approbo, est correctus, per dict. *d.l. discretus*, quæ declarauit omnes casus, in quibus mutus testari possit, & alios excludit, & sic etiam Principis licentiam. Secundo responderetur illum text. loqui in vitiis separatis, in mutis nempe, aut surdis, aliter ineptè Iurisconsultus posuisset ibi illam dictionem disiunctiuam, aut, quam intelligentiam ibi secundo loco ponit glosa in illis verbis, vel verius separatam erat vitium. Olim enim, ¶ licet vitia essent separata adhuc non concedebatur illis factio testamenti, *l. c. l. au. §. fratris, ff. vnd. cogn.* vbi habetur, surdum non posse facere testamentum: & ita etiam generaliter loquitur text. in *l. qui in potestate, §. surdus, ff. de testam.* vnde olim ¶ surdus non poterat facere testamentum, nisi id à Principe impetrasset, vt in *d.l. si mutus.* Impetratio igitur erat necessaria, etiam si vitia essent separata, vt in surdo tantum, quod tamen hodie est correctum, cum surdis tantum per Imperatorem testandi fuerit data potestas, vt in *d.l. discretus.* Prout etiam olim mutus tantum, licet litteras sciret, adhuc non poterat facere testamentum, vt in *d.l. qui in potestate in §. surdus* generaliter loquente: Et erat ratio secundum

31 Conn. ¶ quia id erat præter formam publico Iure introductam, tantum enim, ait, nuncupabantur testamenta adhibito familiarum emptore: mutus verba nuncupationis minimè loqui, nec surdus verba familiarum emptoris exaudire poterat: vnde nec mutus tantum, licet litteras sciret, nec surdus tantum poterat de Iure communi facere testamentum, vt in *d. l. c. §. fratris, & in d.l. qui in potestate, §. surdus*, nisi tamen & surdus tantum, & mutus tantum, licet litteratum esset peritus, factioem testamenti impetrasset à Principe, vt in *d.l. mutus.* Vnde secundum Conn. & Vigl. olim ¶ Princeps permittebat tantum his mutis, & surdis testamentum facere, quibus hodie absque licentia permittitur, per *d.l. discretus.* Et hoc idem videtur sensisse suprascriptam glos. in illis verbis. Vel verius separatam erat vitium, & hoc iure non poterat; sed hodie potest. Et quod ille text. loquat in vitiis separatis placuit etiam Roland. Palag. *de testam. sub rub. 2. num. 15.* Angel. in *§. item surdus Instit. quib. non est perm. fac. test.* Fulgen. in *d.l. qui in potestate in §. surdus*, & Const. Rog. in *d.l. si mutus sub num. 6.* disiunctiuè pariter illum text. exponit, sicut etiam Dec. in *d.l. discretus num. 3.* & fatentur etiam alij, quos mox citabo in alia responsione.

33 Tertiò igitur responderetur dict. *leg. si mutus*, secundum omnium intelligentiam loqui de muto, & surdo non à natura, sed ex accidenti, glos. in *d.l. qui in potestate, §. surdus in verbo surdus*, Rol. Pall. loc. cit. Aug. & Fulg. loc. parit. citat. lo. de Nat. in *d. §. item surdus Instit. quib. testam. fac. poss. lo. Aed. in cap. cum apud de sponsal. Nical. in d. §. surdus*, vbi dicit, hodie de muto, & surdo à natura dicendum esse secundum glosam ibi positam, & secundum glosam in *d.l. discretus*, quæ glosæ declarant *d.l. si mutus*, non procedere in muto, & surdo simul à natura, sed ex accidenti; quibus omnibus addendi sunt, qui volunt mutum, & surdum à natura

non posse impetrare factionem testamenti à Principe, qui negat *d. l. si mutus*, loqui in muto, & surdo à natura, vt Franc. de Aret. Raph. Cum. Paul. de Castr. l. i. Myling. Vigl. Cuiac. Conn. Aret. & Vetricus *loc. sup. cit.*

34 Secundo argumento fuit plenissime satisfactum supra in cap. 31. & addi posset text. in §. *quimmo*; secundum meliorem lectionem loco illius verbi, potest, habere, possunt, ex quo inferatur loqui in vitis separatis; & hanc veram esse litteram dixit Brun. de sponsal. conclus. 14. sub nu. 7.

35 Tertium contrarium non solum non obstat, sed hanc optime probat opinionem, vt supra in quarta ratione; & dictum fuit in cap. 59.

36 Ad quartam respondetur Principem posse instabilem testamentum facere, si tamen instabilitas, vt ita dicam, iure positio in docta sit, vt erat in *d. l. obfides*, ff. de testam. non agitur si à iure naturali proueniat, vt in casu nostro, in his enim, quæ sunt iuris naturalis, Princeps dispensare non potest leg. 2. §. *ne etiam*, ff. ear. rer. que usu cons. §. *naturali testis*, de iur. natur. gent. & Ciuil. Nec dicatur per *d. l. discretis surdum*, & mutum simul à natura prohiberi testamentum facere; ergo non per Ius naturale. Respondetur enim in Iure Ciuile interdici etiam prohibita iure naturali; quoniam neget, ne à proposito nostro discilamus; impuberibus, ob nullam animi iudicium; furiosis ob inuentis catentiam, factionem testamenti à natura ipsa denegare; quam eisdem Imperator instituit in §. *præterea*, & seq. quibus non est perm. *facere testam.* denegauit. Et surdum, & mutum à natura cum illis, quoad factionem testamenti æquiparari, supra demonstrauimus: ita vt solus supremus Princeps, qui potest facere, vt surdi audiant; & muti loquantur, talem possit eius omnipotenti manu testamenti factionem donare.

37 Quinto argumento de text. in *l. nutu*, ff. de l. 3. respondetur, quod præterquam quod hoc reperitur solum in legatis, & fideicommissis particularibus dispositum, non autem in hæredis institutione, dicta l. x procedit in eo, qui alias loqui posset, non autem in muto, & surdo, vt per Vigl. in *d. §. quimmo nu. 2. inf.* & per Myling. in *d. §. item surdus*; & tradit glof. & Bart. in *d. l. nutu*.

38 Ad vltimum argumentum de auctoritatibus contrariis, respondetur primò pro hac parte adesse Doctores longè plures, qui expresse, & in individuo tenent, mutum, & surdum à natura non esse, nec esse posse talem; vt impetrare possit à Principe factionem testamenti: & cum contrarij opinio fundetur præcipue in *d. l. si mutus*, supradictis ad dendi sunt omnes, qui diuina legem interpretantur in vitis separatis, vel in muto, & surdo ex accidenti, vt gl. Rol. Pal. Fulg. Io. de Plac. Io. Andr. Nicoli & Imol. in *loc. supra cit.* quibus adiungi potest Aug. Gab. de sponsal. in *tit. qui possunt contrahere sponsalia num. 20.* qui dicit, non esse capaces solemnitatum testamentorum, & sponsalitorum. Quibus omnibus addo eos, qui voluerunt surdos, & mutos à natura furiosos, & mortuis æquiparari, & vltra Bar. Bal. Alb. Vant. Mascard. de quibus supra in 2. argum. ita sensisse dicendum est Cotai. in *l. i. nu. 16. ff. de verb. oblig.* vbi dicit, mutos, & surdos à natura nihil agere: inter quos præter conuenerandi sunt illi omnes, qui volunt mutam, & surdum à natura non posse testari ad pias causas, vt supra in 2. argum. & in cap. 37. Eiusdem opinionis dicendum fuisse eos, qui exillimarunt, mutos, & surdos à natura non posse matrimonium contrahere, vt per Bal. Ang. Rom. Corin. in *d. l. discretis*, vbi cum multis aliis; & idem tenuerunt alij in *d. l. ex facto*, ff. de iur. &

*pupil. & præcipue Ver. nu. 15. & seqq.* quos de iere Paris. in *conf. 69 non. 1. & seqq. lib. 2.* qui sicut reuocari non possunt, & contrahere matrimonium, licet obutentibus ab uterque conditione fuerit depositum à Summis Pontificibus, vt in cap. 23. in d. magis forentibus dicit, & id voluisse asserere in *l. etia de testam.*

40 Secundo dici potest omnes in d. l. *si mutus*, vel *si surdus*, vel ex *d. l. iure militari*, ff. de iur. testamento, tunc d. *§. quimmo Inst. de testam.* quæ iura cum iam hinc opinioni non obstat de iur. fra. utriusque non debent esse in causa, vt contra iura specialia in quibus clarissima decidatur; oblati enim rationibus, & rationes obliuntur. Præterquam quod Baldus in *d. l. discretis* n. 3. iudicidenter dicit solum, quod mortuus non potest hære in instaurate, nisi hoc impetrauerit à Principe; vbi apparet illud loqui solum de muto, qui auditum habet; supra enim sub nu. 1. de tali muto loqui cepit. Et cum Doctores intelligi debeant secundum leges, quas allegant, & ibi Bal. allegat *d. l. si mutus*, iuxta illam intelligi debet, quam nobis nihil ostendere ostendimus. Decis verò dubitauerit, & per verbum videtur, hoc asserit fundans se præsertim in *d. §. quimmo*, quem ad rem non fuerit supra præsertim; & hoc solum in studio contradictioni laboris quædam sub nomine m. d. demotus erat; qui tunc ob hæreticam intellectum d. d. casus vt in casu nostro, in quo intelletum, quem habebat, muto, & surdo à natura d. re voluit, & melius fecisset, si vt plurimum cum ipso talonem scilicet, vt dixit Cagn. in *l. si amate p. n. 67. 71. & 221. q. de coll.* Dilectus autem potius pro nostra sententia allegandus esset. Pone enim primam regulam mutum, & surdum ex accidenti, si literas sciat posse testari, & postea subiungi, si literas nesciat, primum remedium est, vt disponat in Codicillis; secundum remedium, vt hoc impetret à Principe; & sic istud remedium remedium est respectu surdi, & muti ex accidenti, quod literas nesciat; non autem quod surdus, & mutus à natura impetrare possit à Principe factionem testamenti; Angelus in *d. l. de testam.* voluit Alexand. præceptoris sibi opinionem sequi, vt ipsemet dicit; præterquam quod in *d. §. surdus*, Insti. quibus non est perm. *facere testamentum*, sicut, & sibi, & Alexand. contrarius, cum nossem sequatur opinionem, & eam vltiorem dicat; Alexand. verò, & Vasquez, vbi cum Cyn. & Coan. in allegatis turibus fundant, quæ nihil nobis obesse, & alium ipsorum esse festum, fuit supra clare demonstratum. Vltra quod Vasquez potest dici sibi met contrarius, cum teneat mutum, & surdum à natura non posse testari ad pias causas; ergo tales vltra ius posituum, etiam naturale impedimentum habeant, quin testari possint; nam in testamentis ad pias causas ius posituum non attenditur; si igitur impedimentum est naturale; ergo Princeps id dispensare non poterit: prout ita per conformes fuit iudicatum. Quæ omnia faciat leges, amice lector, non sunt enim vulgata, sed ex intimis legum penetralibus, non nisi maximo labore, ac non vulgari ingenij acumine, in lucem reuocata.

41 Sed cum Amico cum hostilitatibus hinc et facta, cum vna cum nonnullis aliis, post multorum annorum tenebras, in lucem edere decreuerim ab Vibe in Patriam rediit D. Ioan. Franciscus Rosa, Eques ordinis S. Michaelis, ac iuris vtriusque Doctor, eruditissimi ingenij iustentis, ac Sidonie de Alexandris olim mea dilectissime uxoris Nepos: cui communicato consilio, eisdemque patefacto occasione, ob quam hoc opusculum composui, scilicet nempe impugnandi illa mentium surdi, & muti à natura, qui à Principe

testandi facultatem impetrauerat: statim subiunxit, Rotam Romanam nouissimè coram Virili in *Perusina hereditate*, Mercurij 15. Decembris 1627. tenuisse, mutum, & surdum à natura à Principe testamenti factionem impetrare posse: dictamque Decisionem manuscriptam statim ostendit, quod cerè non paruum mihi attulit admirationem: ex stimabam enim, casum similem forsan nonquam amplius aduenturum fuisse. Et auctoritas Rotæ contra meam sententiam, ita me teruit; vt de huius tractatus editione valdè dubitare ceperim: sed dicta decisione attentè sæpius lecta, vidi rationibus per ipsam adductis, iam fuisse ni fallor per me plenissimè satisfactum.

Mouetur enim Rota primò, quia mutis, & surdis prohibitum est facere testamentum solum ex iure positivo, cui dispensare potest Princeps. Sed imò ius naturale ipsos hac licentia incapaces reddere, demonstratum fuit superius in hoc capit. 60. vsque ad nu. 23. notum nu. 24.

Secundò mouetur Rota per text. in *l. si mutus, ff. de test.* vbi videtur probari mutum, & surdum à natura, posse à Principe factionem testamenti impetrare, vt tenuerunt multi citati in principio dictæ decisionis, vers. *si mutus, & surdus*. Verum huic textui, ac nonnullis alijs similibus fuit responsum supra in eodem cap. à nu. 28. vsque ad num. 34. & auctoritates à Rota citatas non obitare ostensum fuit nu. 39. & 40.

Tertid mouetur distinguendo, quod aut intelligunt, quod agunt, & à Principe possunt impetrare factionem testamenti, aut non intelligunt, & procedit contraria opinio, vt in vers. *non facti*. Sed hanc distinctionem nil protus concludere, & aliter intelligendos esse Doctores pro parte negatiua allatos, demonstratum fuit hoc eodem cap. nu. 23.

Quartò Rota dicit, Legem militibus surdis, & mutis concedere auctoritatem testandi nutibus, *Liura militari, ff. de milit. testam.* si igitur id facere possunt Castri; & Principes id facere poterunt. Sed huic argumento plenissimè satisfactum fuit supra in cap. 58.

Quintò adducit in argumentum, quod muti, & surdi possunt esse testes. Id tamen ob diuersitatem rationis nullo modo concludit, vt in cap. 64.

Et demum Rota allegat mutos, & surdos à natura posse matrimonium contrahere: sed hinc non sequitur, posse testamenta condere ex rationibus, de quibus supra, & de quibus in cap. 49.

Ac propterea in eadem persistendo opinione, à decreta editione recedere minime volui. Imò vt faciliùs hinc inde allatas rationes vnusquisque perpendere valeat; supradictam decisionem hic imprimendam curavi.

### Perusina Hereditatis.

Mercurij 15. Decembris 1627.

### Coram Eminentissimo Virili.

**R**esponderunt DD. non constare de inualiditate testamenti; quondam Olimpici de Cenechiis, licet enim surda, & muta à natiuitate non possit facere testamentum, *l. discretus, C. qui testam. facere poss. §. idem surdus Instit. quib. non est permis. fac. testam. Paril. cons. 63. num. 15. lib. 4. Gornel. ad l. tant. 3. num. 6. Nepos à Monte Albano in tract. de except. art. 20. num. 10.* tamen cum ista inhabilitas ad testamenta proueniat ex dispositione *d. l. discretus*, & sic meti iuris positiui non naturalis, si muta, & surda à natiuitate sit intellectus

capax, ita vt noto, & signis benè intelligat quid agat; illa inhabilitas auctoritate Papæ tollitur, & testari potest, *l. qui in potestate, §. surdus, & natus, l. si mutus, ff. de testam. glof. in d. l. discretus in verb. qui in potestate, vbi Cin. in princ. Bald. n. 2. Salic. n. 1. Roman. in princ. Cotru. n. 5. Alex. n. 4. Tiraq. de priuil. pia causa priuil. 8. Valq. de success. progress. lib. 1. §. 1. n. 171. Dilc. de art. test. tit. de his, qui non habent testam. facti. caut. lib. 1. n. 3.*

Vnde cum Gregorius XV. felic. record. commiserit Vicario Petrusino, vt quatenus dicta Olimpia capax sit, approbat, & confirmet eius testamentum, consequenter data intellectus capacitate, auctoritas Papæ tollit inhabilitatem iuris positiui, & sustinetur testamentum.

Nec facit, quòd aliqui Doctores tenent, quòd muti, & surdi à natiuitate etiam intellectu capaces, non possunt testari, ex quo equiparentur d. functis, siue Infantibus, & furiosis, & ided ex defectu consensus excluduntur à facultate testandi; nec Principis licentia suffragari possit; cum muti, & surdi à natiuitate non agnoiscant quid sit testamentum, & heredis institutio, & rogatus Notarij, & ided non possint licentiam, & facultatem à Principe impetrare; quia fuit responsum illos loqui, vel in casu incapacitatis intellectus; quando non adest licentia Principis, vel si adest licentia Principis concussit incapacitas, & defectus intellectus, & sic obstaculum iuris naturalis, at vbi in simul datur capacitas, & licentia Principis, verior, & magis receptor est opinio, quòd testamentum surdi, & muti à natiuitate valet, Alex. in *l. fin. n. 7. & seq. ff. de testam. milit. in d. l. discretus not. C. qui testamenta facere poss. vbi Dec. n. 4. Tiraq. dist. priuil. 9. vers. sunt qui has opiniones, Valq. controu. illustr. lib. 3. cap. 103. n. 6. & 7. & de success. progress. lib. 1. §. 1. n. 172.* & in istis intellectu capaxibus, & habentibus vsum rationis, ac intelligentibus signis, & nutu quidquid agunt, est licet ratio, quòd deficiat consensus, & æquiparentur defunctis, Infantibus, & furiosis, & ided de licentia Principis, quæ tollit inhabilitatem proueniētem de iure positivo, poterunt valdè testari; nam vbi muti, & surdi à natiuitate percipiunt, quæ gerunt, æquiparantur maioribus, & loquentibus, Bart. in *l. mutus ff. de acquir. hered. Alciat. in l. n. 11. ff. de verbor. obligat. Valq. de success. progress. d. l. 1. §. 1. n. 172.* vbi testat de quodam figurando Valisoleto à natiuitate mutus, & surdus perspicacissimi ingenij, qui nutu & signis omnia intelligebat, prout quilibet persona sigax, sicuti enim lex mutis, & surdis militibus dum sunt in Castris, concedit facultatem testandi nutibus, & signis, *Liura militari, ff. de testam. milit. ita, & Princeps si mutis, & surdis habet vsum rationis, potest hoc ei concedere, cum sit lex animata in terris, Vasquez de success. progress. d. §. 1. n. 169.* & ided huiusmodi muti, & surdi capaces possunt esse testes, Faber in *hæretic. Institut. de testam. possunt ingredi religionem, & profiteri, Alberic. in l. vbi non vox n. 1. & ibi Cognol. n. 1. & 2. de reg. iur. Angel. in d. l. discretus n. 2. Sanch. super decalog. lib. 7. cap. 12. n. 32.* Et possunt contrahere matrimonium, ut capit. cum apud de sponsalib. Cognol. in dict. l. vbi non vox n. 1. Co-uart. de sponsalib. 2. part. capit. 4. in princip. Sanchez de matrimonio lib. 1. disput. 8. n. 12.

De capacitate autem Olimpice testatrix videtur satis constare, cum illa probare debeat per signa, & nutus, ac demonstrationes; fuerunt enim conuocati septem testis domestici, Noratus, ac quinque Sacerdotes, qui diu, confessionem audierunt, & sacramenta administrauerunt, ac etiam iudex; ita vt domestici, & sacerdotes ob solitam conuersationem essent

essent experti, & practici de signis, & demonstrationibus ipsius Olimpiæ, & ex numero, & qualitate personarum omnis sinistra suspicio excluditur, cum non promississent, vt conficeretur Instrumentum testamenti, si sufficientia signa, & coniecturæ testandi non adfuisent, Dec. conf. 102. nu. 27. Surd. conf. 132. n. 24. & fuit dictum in *Rauennatenſi pecuniaria* 6. Nouembrii 1624. totam Reuer. D. meo Merlino, & ex vocatione, ac interuentu domesticorum, vt Sacerdotum, qui signa, & demonstrationes mutæ, & surdæ soliti erant intelligere fuit seruata forma requisita in testamento illius, vt apparere posset de capacitate, ac voluntate surdæ, & mutæ per signa, de qua per Bart. in *L. mutum* num. 2. & 3. ff. de acquir. hered. Benedic. in capit. Raynatus vers. mortuo testatore nu. 366. de testam. Neuzant. consil. 64. nu. 8. Bellam. conf. 8. nu. 38. & seq. signa enim data per testatricem videntur esse conclusoria; quia hæredes solos institutos, & non alios amplexa fuit cum signis denotantibus institutionem hæredis, ac digitis quantitatem legatorum demonstrabat, & dum de orphanis intelligebat vestem ceruleam, quo colore orphani induebantur amplectebatur, & testes benè informati de illius capacitate, & sagacitate, & de voluntate deponunt, & vltèrius concurrunt auctoritas Vicarij iudicis delegati, qui pro capacitate pronunciauit, cuius arbitrio admodum standum videtur, Abb. in cap. cum apud in fin. de sponsal. Paris. conf. 63. num. 2. lib. 4. Sanchez de matrimonio dict. lib. 1. dispus. 8. nu. 12. versu. poterit autem Index, & cum testamentum ritè, & rectè, ac prudenter reperiatur factum, sustinetur etiam si posset dubitari, an mutus, & surdus haberet sensum, & intellectum, nunc ex actu benè gesto arguitur, quod capacitas concurrat, Vasquez. controuers. illustr. lib. 3. cap. 103. num. 6.

Non obstat, quod licentia Principis suffragetur in testamento faciente, secus hic in testamento iam facto, Veral. decis. 258. par. 3. quia procederet, si fuisset posita facultas faciendi testamentum; sed hic fuit facta expressio Papæ; quod testamentum erat factum sub beneplacito Apostolico, & fuit posita confirmatio à Papa, apposuit Ecclesia quatenus dicta Olympia sit capax, vnde verificata capacitate, confirmatio, & facultas data à Papa comprehendit etiam testamentum iam factum, cum de voluntate Papæ concedentis appareat, Castren. in l. si iam facta nu. 2. ff. de condit. & demonstrat. Alexand. consil. 95. nu. 8. lib. 7. Surd. consil. 461. num. 20. & seq.

Nec placuit D. D. intellectus, quod ista clausula apposta in confirmatione, quatenus Olympia sit capax, intelligitur de capacitate Iuris, & sic quatenus mutus, & surdus habet testamenti factionem, quia Papa intellexit de capacitate doli, & discussus, ac intellectus, ex nutu, & signis, iuxta materiam subiectam; nam si narratur defectus surditatis, & mutitatis à natiuitate, inepta fuisset restrictio ad capacitatem Iuris, cum Papa non esset in Iure, & confirmatio esset superflua, & præsertim cum Greg. XV. Felicis record. esset Iuris Consultus Eminentissimus, & fuerit Rotæ Auditor Primarius; ita vt dispositionem Iuris benè intelligeret.

Gratia confirmationis non videtur subreptitia, quia narrata, in quibus verisimiliter Papa se fundauit, probant testes, nempe quod hæredes institutos diligebat, quibus transmittibat triticum, & vinum, & quod signis patefaciebat voluntatem, vt illi essent sui hæredes, & cum Papa se restringat ad capacitatem, & in ea fundet gratiam, sat est illam esse veram,

Popillea. ad decis. 7. de reſcript. in noua Rot. decis. 692. num. 3. par. 2. reuert. Ang. Arct. 10. ff. de iur. iur. 6. & 7. Seraph. decis. 1432. nu. 9. Callador. decis. 12. nu. 5. de pæbend. non enim omnis subreptio viciat gratiam; ea, quæ dolose fit ad mouendum Principem, Patet decis. 27. num. 1. lib. 31. Algid. decis. 4. nu. 1. Seraph. decis. 1107. num. 6.

Non obstat, quod sententia Vicarij delegati fuerit sub die 10 Maij, & accessus iudicis appareat sub die 11. & sic fuerit post sententiam, tum quia sententia fundatur in testibus, & quoad iustificationem dicit, & præsertim, vnde applicatiuè loquitur, tum quia accessus sit actus reiterabilis præsumitur pluralitas, & quod alter accessus antea interuenierit, Seraph. decis. 1115. numer. 1. & 2. Alciat. reg. 3. præsumpt. 422. numer. 1. & seq. Greg. decis. 282. num. 7. tum quia Vicarij delegato non fuit iniunctum à Papa, vt faceret accessum.

Non obstat nullitas sententiæ dicti Vicarij, quia ex fide Procuratorum Collegiatorum Petusiæ cedulæ publicantur alijs diebus subsequentijs, qui stilus attenditur ad euitandam nullitatem sententiæ, vt in Ferrariens. decim. 21. Aprilis 1621. coram bon. mem. Vbaldo, & quatenus adesset nullitas intrat Clementina Auditor, cuius vigore Rota potest exequi gratiam Papæ.

Non obstat, quod hæredes instituti essent filij Curatoris, quia licet aliqui teneant, quod curator non possit institui hæres ab eo, cuius curam gerit, Menoch. consil. 1073. Marta voto Pisano 198. num. 5. & 6. tamen contraria opinio est viciosa, maxime quando cessat suspicio fraudis, vel metus, prout hic Colum. consil. 422. Peregr. consil. 59. lib. 6. vltra quod hic non fuit institutus Curator, sed filij Curatoris, in quo casu non loquitur, nec Menoch. nec Marta.

Non obstat, quod versemur in muliere septuagenaria, quia stante capacitate intellectus mulier quoque habilitatur ex privilegio Principis, Dec. in reg. 24. num. 5. & 6. de reg. iur.

Non obstat, quod essent citandi venientes ab intestato, Paris. consil. 63. num. 11. lib. 4. quia Paris. loquitur in substituto, qui habet ius ex causa de præterito radicatum in testamento, sicut est in venientibus ab intestato, qui habent solum ius in spe, quod non est considerabile, cum vnicuique sit data libera facultas disponendi de rebus suis, Dec. consil. 507. num. 2. Seraph. decis. 325. num. 24.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

## S V M M A R I V M

- 1 Mutus, & surdus ex accidenti, si litteras sciat, potest facere testamentum, & quid si litteras nesciat, an saltem id à Principe impetrare possit, & num. 2.
- 2 Lex si mutus, ff. de testam. quomodo debeat intelligi secundum Vigl. & Conn. & quomodo secundum aliorum communem interpretationem vt num. 5.
- 3 Mutus, & surdus ex accidenti an possit plene suam voluntatem demonstrare circa testamenti factionem, & numer. 7.
- 4 Lex iur. militari, ff. de mil. testamento, & §. qui in id instituit. de testam. mil. quomodo intelligatur à Vigl. & Conn. & quomodo communiter ab alijs.
- 5 Legatum nutu relinquere potest, & quomodo id procedat.
- 6 Ad pias causas nutu testari potest, & in quibus terminis.

Mutus, & Surdus ex accidenti litterarum ignarus, an testari possit cum licentia Principis.

## CAP. LXI.

**P**Robauimus, ni fallor, in *cap. preced.* mutum, & surdum à natura non posse testamentum facere, nec etiam cum licentia Principis, modo videndum est, an saltem mutus, & surdus ex accidenti possit id à Principe impetrare. † Loquor de mutis, & surdo ex accidenti, qui litteras nesciat, si enim litteras sciret posset manu propria scribendo, testari absque vlla licentia, vt expressè habetur in *l. discretis, Cod. qui testam. fac. poss. & dictum fuit supra suo loco.*

**1** In qua difficultate omnes Doctores affirmatiuam amplexi fuerunt sententiam, Viglio, & Connano excepto, Vigl. in §. *item surdus Instat. quibus non est permis. facere testam. Conn. lib. 9. comm. iur. ciuil. cap. 4. nu. 5. & 15. num. 4. vt enim dictum fuit supra in cap. preced. in secunda impressione ad primum argumentum, existimant illud, quod dicitur in *l. si mutus, ff. de testam. de impetratione licentia.* procedere in illis solum casibus, in quibus hodie de iure communi ex dispositione *d. l. discretis*, licitum est surdis, & mutis facere testamentum, hoc est antiquitus surdus non poterat facere testamentum *l. Octau. §. Fratris ff. vnd. cogn. l. qui in potestate, §. surdus ff. de testam.* sed erat necesse, vt id à Principe impetraret, vt in *d. l. si mutus*. Hodie tamen id ei permittitur, per *d. l. discretis*. Provt mutus etiam, licet litteras sciret, non poterat olim testari *dict. §. surdus*, vt Connan. declarat; sed erat necessaria Principis licentia † *dict. l. si mutus*, quod hodie facere potest manu propria scribendo absque alia licentia, vt in *d. l. discretis*. Et in summa volunt, vt illud, quod dicitur in *d. l. si mutus*, de impetrandi licentia, procedat in illis solum casibus, in quibus mutis, & surdis testari olim non erat permittum; sed hodie per Imperatorem ipsis fuit concessum in *dict. leg. discretis*; qui voluit hanc generalem licentiam dare, quam petentibus olim Principes dabant in illis casibus particularibus. Qua interpretatione stante, sequitur, vt mutus, & surdus simul ex accidenti, qui litteras nesciat, & mutus pariter tantum, qui litterarum sit ignarus, non possit testari, nec etiam cum licentia Principis; cum *d. l. si mutus*, secundum hanc interpretationem in his non loquuntur casibus, in quibus de iure communi testari non est permittum, per *d. l. discretis*.*

**4** Secundò mouetur Viglio, quia impossibile est, mutum, & surdum simul posse signis suam demonstrare voluntatem; quis enim plenè illas gesticulationes percipere posset, & quomodo testamenta à codicillis, legatarios ab hæredibus distinguere.

**5** Quibus tamen non obstantibus, contrarium cum communi sententia dicendum esse crederem. † Et moueor primò, per *d. l. si mutus*, vbi habetur, mutum, & surdum testamenti factionem à Principe impetrare posse; illa namque interpretatio, vt citatus textus debeat intelligi de muro litterarum tamen perito, est omnino diuiniua, & à impossibilis; cum antiquitus nondum esset facta illa distinctio, an mutus litteras sciret, vel ignoraret, quam fecit postea Imperator in *d. l. discretis*, imò cum *dict. l. mutus*, veniat declaratiuè ad legem præcedentem, debet intelligi secundum terminos *dictæ legi præcedenti*: vbi dicitur, surdum, & mutum non posse facere testamentum; sequitur *dicta l. si mutus*, nisi à Principe hoc impetrauerit; hoc est, nisi

mutus, & surdus factionem testamenti à Principe impetrauerit; non autem nisi surdus, & mutus litterarum peritus impetrauerit factionem testamenti; esset enim diuiniua, & alteratio terminorum legis præcedentis, quam supplet *dicta lex si mutus*: vnde potius generaliter venit intelligenda, vt mutus, & surdus ex accidenti tamen, de quibus necessario loquuntur *dictæ leges*, vt in *cap. preced.* fuit ostentum, possit factionem testamenti à Principe impetrare: quod si olim concedere poterant Principes, & hodie poterant, etiam si *dicta lex discretis* elici correctiua *dictæ legi si mutus*, cum ea, quæ sunt iuris positivi, tollere possint Principes.

**6** Secundò moueor, per text. in §. *quintus Instat. de milit. testamento*, & in *Liure militari, ff. eod.* vbi probatur, milites mutos, & surdos, ex accidenti tamen, provt loquuntur *dicta iura*, de quo in *cap. 59.* posse facere testamentum, si igitur hoc concedere possunt castra, & Princeps poterit. Nec dicitur secundum Vigl. & Conn. locis citat. esse *dicta iura* intelligenda, vt possint testari iure militari, in casibus tamen, in quibus de iure communi testari possunt surdi, & muti, nam intelligere illa iura in mutis, & surdis litterarum peritis, de quo in ipsis, ne verbum quidem, est expressè diuinare: imò litteram ipsam violare, vt fuit dictum in *dict. cap. 59.*

**7** Tertio moueor, quia nulla ratione mihi impossibile iudicatur, vt mutus, & surdus ex accidenti, licet sit litterarum ignarus possit suam signis demonstrare voluntatem: Et primò de muro tantum litterarum perito, qui pariter secundum supradictos non posset à Principe factionem testamenti impetrare; cum hodie de iure communi testari non possit, per *dictam legem discretis*, nulla videtur dubitatio; nam factis signis coram Notario, & testibus posset interrogari, an veller his signis hoc asserere; & si annueret, clara eius esset intentio; si verò negaret, iterum posset interrogari, donec manifesta fieret eius voluntas. Maior certè videtur difficultas in mutis, & surdis simul ex accidenti tamen: Verum, cum iam sciant, licitum esse testari, & de suis bonis ad libitum post mortem disponere, legando, instituendo, substituendo; de facili testes eorum signa, & gesticulationes notas habentes, cognoscere ac iudicare poterunt, ad quos velint post eorum mortem bona deuenire; præcipuè si præsentem haberent hæredem, vel legatarium: ea enim, quæ quis cognoscit, intelligit ac in mente retinet, non est ita difficile, vt prædicti duo Doctores existimant, aliis signis, & gesticulationibus aperire; imò faciliè admodum videtur: quæ non militant in surdis, & mutis à natura, qui, cum necessarium sit, ipsos ignorare, testamenta fieri posse, aliis bona post mortem vltimis voluntatibus relinquere, fieri institutiones, legata, fideicommissa, conuocandos esse testes, Notarium, & similia, non poterunt, circa ea, quæ ignorant, eorum voluntatem demonstrare, vt supra in *cap. preced.* fuit dictum. Nec dicitur hanc videri captatoriam voluntatem: nam ob hanc præsumptionem, & dubietatem lex disposuit, mutos litterarum ignaros, non posse testari, sed hinc non sequitur, vt Princeps ipsis testandi licentiam dare non possit; & occurrere dubietati mediatis interpretibus eorum gesticulationes notas habentibus, cum id non cadat sub impossibili, vt in mutis, & surdis à natura.

**8** Vltèrius certum est legatum nutu relinquere posse, *leg. mutu, ff. de leg. 3.* quod tamen omnes intelligunt, si aliàs loqui ille sciat, vt in *cap. preced.* & idem murus, & surdus à natura id facere non potest: & rationè dicunt, quia

quia ille, qui mediante auditu aliquid scit, permittatur illud idem signis demonstrare; quod denegatur illis, qui illud auditu addiscere non potuerunt: unde cum muti, & surdi à natura ob carentiam auditus, & testari homines posse, & modum testandi ignorare, necessarium sit, non possunt nec etiam cum licentia Principis facere testamentum; sed mutis, & surdis ex accidenti, qui hæc omnia fieri posse sciunt, cur non poterit Princeps concedere licentiam testandi signis? Et eandem respicit distinctionem, quod dicunt, mutum, & surdum à natura non posse testari ad pias causas; & tamen nutu ad pias causas testari posse, post alios docet Tiraq. de priuil. pia causa. priuil. 8. vbi testatur de veriori, & communiori opinione; & ratio differentie nulla alia est, nisi quia, qui scit testari, & legari licitum esse, signis suam potest demonstrare voluntatem; sed mutus, & surdus à natura, cum hæc auditu addiscere non potuerit, non potest eius consensum super incognitis patefacere: prout potest mutus, & surdus ex accidenti; qui factionem testamenti non ignorat; ac idem mutum non est, ipsi posse Principem testandi potestatem concedere. Et hanc opinionem tenuerunt multò magis illi, qui volunt etiam mutum, & surdum à natura posse impetrare factionem testamenti à Principe, insuper alij, qui tenent expressè dictam legem si mutus procedere in muto, & surdo ex accidenti: nec non illi, qui volunt mutum, & surdum à natura non posse impetrare factionem testamenti à Principe, idem concedunt in muto, & surdo ex accidenti, de quibus omnibus in capit. preced. & vt vno verbo dicam, id omnes fatentur, Viglio, & Connano excepto.

## SYMMARIUM.

- 1 Lex facta, ff. de vulg. & pupil. procedit de iure antiquo.
- 2 Substitui potest hodie filiis impeditis etiam directis.
- 3 L. humanitatis, C. de imp. & aliis substit. an habeat locum in muto, & surdo à natura, & negativa opinio quibus vitatur fundamenta numer. 4. quibus respondetur num. 6.
- 5 Mutus, & surdis posse exemplariter substitui, qui teneant, & quibus rationibus.
- 7 Surdis tantum exemplariter substitui non potest.
- 8 Mutis tantum litteras scientibus exemplariter substitui non potest.
- 9 Nec pariter surdis, & mutis ex accidenti, si litteras sciant.
- 10 Mutus, & surdus simul ex accidenti, si licentiam testandi à Principe impetraverit ipsi exemplariter substitui non potest, & quid in muto, & surdo à natura, num. 13.
- 11 Muto, & surdo militi ex accidenti etiam litteras ignorantibus exemplariter substitui non potest.
- 12 Muto, & surdo filios habenti exemplariter substitui non potest: & facta expirat.
- 14 Muto, & surdo, qui loquelam recuperaverit, exemplariter non potest substitui, & prius facta expirat.
- 15 Exemplariter substituens, quas personas substituere debet.

Mutis, & surdis an possit exemplariter substitui.

## Cap. LXII.

1 **T**EXT. in Lex facta, ff. de vulg. & pupil. ponit casum, in quo quis exemplariter muto substituat cum

Principis licentia; ex quo tex. desumitur muto exemplariter non posse substitui. Verum animadvertendum est id locum sibi vindicare de iure Digestorum, secundum quod filio puberi absque licentia Principis substitui non poterat, etiam si filius ad testandum non esset habilis; sic namque communiter ab interpretibus text. prædictus declarari solet; licet aliqui contradicant: Hodie verò de iure Codicis, & filiis, qui testari non valent, etiam directè substitui potest; vt declarat Bart. in d. Lex facta in prima oppositio, & probatur in L. humanitatis, C. de imp. & aliis substitutionibus; vbi dicitur Patrem filio, & filie mentecaptæ ad exemplum pupillaris substitutionis, posse directè substituere: quæ substitutio vti inuenta ad exemplum pupillaris, exemplaris appellatur. † Sed cum dicta L. humanitatis loquatur in mentecaptis, dubitant Doctores, an etiam de mutis, & surdis possit intelligi. Et negatiuam sententiam secuti fuerunt Ioan. Andr. in capit. Raynuius de test. Angel. tam in d. Lex facta, quam in d. L. humanitatis: & post alios latè Valq. controu. illustr. cap. 37 sub n. 9. vers. sed nobis: qui contrariam opinionem, nempe affirmatiuam, & communem, sepe ridiculam appellat; imò enormem, impiam, inhumanam, nefandam: † Et licet id ex pluribus demonstrare conetur, omnia tamen vnico, & non vero nituntur fundamento: nempe surdos, & mutos esse, ac esse posse sanæ mentis, ac idè, dicit ipse, eorum dispositiones ab alieno arbitrio pendere non debent. Impium, & inhumanum est, vt de fortunis hominis sanæ mentis alter, eo inscio, & inuito disponat. Et si quis ad acceptandam hæreditatem, etiam opulentam, cogi non potest, cur ad eam alteri relinquendum cogi poterit? Et si hanc substitutionis speciem volumus beneficium appellare, certum est beneficium non conferri in inuitum.

5 Contrariam tamen sententiam omnes communiter secuti fuerunt Bart. in dict. Lex facta, Bald. in L. humanitatis, Albert. in repetit. rubr. vulgar. & pupil. in digesto, P. 1. de Castr. Coral. Corn. ceterique scribentes in d. L. humanitatis, Covar. & Imol. in dict. cap. Raynuius, Alex. in d. Lex facta num. 40. vbi post alios tal. num. 39. Fab. in §. quæ ratione, instit. de vulg. & pupil. qui omnes de comuni testantur, vnà cum pluribus aliis, quos Valq. citat loc. cit. nu. 9. qui & ipse fatetur hanc communem esse opinionem Mich. de Grass. de success. §. testamentum quest. 30. numer. 2. Old. de compend. substit. in preliud. part. 4. quest. 7. versic. muto similiter, Menoch. consil. 303. Frenac. de substit. par. 3. cap. 4. num. 7. Intrig. de substit. cent. 2. quest. 25. & seqq. plures alios citat nouissimè Fular. de substit. quest. 183. num. 3. Mouentur omnes, quia d. L. humanitatis, licentiam concedit parentibus testandi pro filiis, qui ob defectum intellectus testari non possunt; at tales sunt muti, & surdi, ergo, &c. & licet de ipsis non fiat expressa mentio in d. L. humanitatis, ex identitate tamen rationis dicuntur comprehensi.

Nec obstat, quod respondet Valq. d. L. humanitatis concedere licentiam, vt Pater possit testari pro filiis, qui testari non possunt ob defectum intellectus: non autem pro filiis, qui ex aliquo morbo corporali testamenta facere non possunt. † Replicatur enim (& hoc modo tolluntur omnia Valq. argumenta) quod muti & surdi non possunt testari ob defectum intellectus; nam licet habeant intellectum, carent tamen intellectu operatiuo quantum ad ipsam testamenti confectionem; cum enim quid sit testari non intelligant, respectu confectionis testamenti dicuntur carere intellectu, ac idè in hoc furiosis equiparantur, l. dabinus, §. fin. cum l. seq. ff. de priuil. credit.

Et quemadmodum furiosis potest exemplariter substitui, ita dicendum est in mutis, & surdis à natura, ob eandem rationem carentiæ intellectus, si non simpliciter, saltem respectu rei, de qua agitur, & sic respectu confectionis testamenti. Tales autem esse mutos, & surdos quantum ad confectionem testamenti, probamus supra in cap. 60. num. 16. & seqq. ac idem nec etiam à Principe posse impetrare factionem testamenti, contra Vasq. Quo attento, non sequuntur absurda impietatis, & iniquitatis, ut quis disponat de bonis hominis sanæ mentis, ut Vasq. existimavit.

- 7 Hæc tamen communis sententia plures recipit limitationes, & sic illa primò non procedit in surdis tantùm, qui cum hodie per d. l. discretis, C. qui testam. facere possunt cessari valeant, cessat ratio d. l. humanitatis.
- 8 Secundò limitatur in mutis tantùm litterarum perito, qui cum propria manu scribendo possit facere testamentum, ut in dict. leg. discretis, non est, quod ei exemplariter substituatur.
- 9 Tertio limitatur in mutis, & surdo simul ex accidenti, qui pariter litteras sciat, cui ab Imperatore in dict. l. discretis, fuit data testandi potestas.
- 10 Quarto cum exemplaris substitutio cesset cessante impedimento, ut in d. l. ex facto, & in d. l. humanitatis, limitanda erit supradicta conclusio, si mutus, & surdus ex accidenti à Principe impetrasset potestatem testandi, quod fieri posse contra Vigl. & Conn. probavimus supra in cap. precedenti.
- 11 Quintò limitatur in milite effecto mutis, & surdo ex accidenti, qui licet litteras nesciat, adhuc testari potest, l. tunc militari ff. de mil. testamento, §. quiniò instituit. eod. ante tamen causariam missionem, & adhuc in numeris manens, ut supra probavi in cap. 59. cui tunc propterea exemplariter substitui non posset.
- 12 Sextò limitatur si mutus, & surdus cuiuscumque generis filios suscepisset, tunc enim expirat exemplaris substitutio, ut in d. l. ex facto.
- 13 Septimò si quis tenere vellet mutum, & surdum à natura posse impetrare factionem testamenti à Principe, si eam impetrasset dicere etiam deberet exemplarem substitutionem expirasse; id tamen fieri non posse tuemur supra in cap. 60.
- 14 Ultimò limitatur si hæc vitia cessarent, vel ope medicorum, vel omnipotentis Dei auxilio, cessante etiam impedimento, cessat substitutio exemplaris, ut in d. l. ex facto, in d. l. humanitatis.
- 15 Et in casibus, in quibus posset fieri exemplaris substitutio prius substituendi essent filij, & ipsis deficientibus, fratres, & sorores, illisque non existentibus, alij ad libitum substitui possent, Odd. de camp. par. 4. quest. 8. in pr. alud. Menoch. de substit. par. 3. cap. 5. num. 5. Intrigl. de substitut. cent. 2. quest. 33. Gall. de except. success. tit. 4. except. 20. num. 69. & seqq. par. 2. Fular. de substitut. quasi. 189. num. 1. & seqq. an autem omnes sint æqualiter substituendi, docent supracitati Doctores; ut enim extra nostram materiam prætermittit.

## S V M M A R I V M.

- 1 Mutus, vel surdus non potest esse iudex, & tantò magis, si sit mutus, & surdus simul.
- 2 Mutus, & surdus non potest esse arbiter.
- 3 Surdus tantùm non potest esse iudex.
- 4 Mutus tantùm non potest esse iudex.
- 6 Compromissum factum in mutum, & arbitrum, non formatur iuramento.
- 7 Mutus, & surdus potest esse arbitrator, & de ratione; licet

aliqui contra ut num. 10. intellige ut num. 9.

- 8 Compromissum factum in mutum uti arbitratorem, valet.
- 11 Mutus, & surdus, si quis evadat post factum in ipsum compromissum, an possit iudicare, & num. seqq. & quid si sit litterarum peritus num. 15.
- 12 De cæco ad mutum, & surdum, quantum ad munus iudicandi, non est bona illatio.
- 13 Cæcus iudicandi officio fungitur, secus tamen est in mutis, & surdo, ut num. 4.

Mutus, & surdus an possit esse iudex.

## CAP. LXIII.

- I**N superioribus capitulis vidimus an muti, & surdi possint contrahere, necnon an testamenta facere possint; nunc videndum restat, an possint esse iudices: † sed tales iudicandi officio non fungi, probat tex. in l. cum Prætor, §. non autem omnes, ff. de iudic. ubi hæc ponuntur verba. Non autem omnes iudices dari possunt ab iis, qui iudicis dandi ius habent, quidam enim lege impediuntur, ne iudices sint, quidam moribus, quidam natura. Natura, ut surdus, mutus, & perpetuo furiosus, & impubes, quia iudicio carent. Et in canonicis 3. quest. 7. abetor, tria sunt, quibus aliqui impediuntur, ut iudices non fiant, natura, ut surdus, & mutus, & qui perpetuo furiosus est, & impubes: & hoc idem tradit Iacob. sent. de ordin. iudic. num. 4. Neap. à Montal. de except. artic. 3. n. 21. Ioan. Monach. de defens. vir. in tit. contra iudices num. 6. Sebast. Medic. de fortuit. casib. par. 2. quest. 6. nu. 61. Marant. in suo specul. par. 6. vers. sententia num. 93.
- 1 Quod ampliatur procedere etiam in arbitris, ut nempe nec arbitri esse possint, ut est text. in leg. sed est, ff. de arbitr. & hoc quia iudicare non possunt l. 1. ff. de accept. arbitr. Aretin. in §. pen. numer. 17. Institut. de except. Laur. de Otiam de arbitr. par. 2. num. 20. Ioan. Baptista de arbitr. lib. 4. cap. 14. Ioan. Baptista de S. Blasio de arbitr. & arbitrator num. 26. Molin. de iustit. tom. 5. tractat. 5. diffut. 39. num. 5.
  - 2 Quæ omnia declarantur procedere etiam in surdo tantùm, per d. l. sed est, §. 1. & docet Io. Bapt. de S. Blasio loc. cit. num. 28. Blanc. de comprom. quasi. 2. num. 28.
  - 3 Secundò idem intelligi in mutis tantùm, per eundem text. & tradit Blanc. loc. cit. nu. 27.
  - 4 Unde tantò magis id asserendum veniret, si vitia essent unita, ut per Blanc. loc. cit. nu. 29. & tradit Ioan. Baptista de S. Blasio loc. cit. † Quod ad id verum est, ut compromissum factum in mutum, vel surdum, uti in arbitrum, non firmetur iuramento, ut per eundem Io. Bapt. de S. Blasio loc. cit. n. 27. impedimentum enim est ex parte ipsius muti, & surdi, qui à lege iudicare prohibentur, unde partes eorum iuramento legem ipsam tollere non possunt.
  - 5 Limitatur modo supraposita conclusio, ut licet surdus, & mutus tantùm, & mutus, & surdus simul non possint esse iudices, nec Arbitri, arbitratore tamen esse possint, ita in terminis tradit Ioan. Baptista de S. Blasio de arbitr. & arbitrator n. 26. Non dicerentur enim tunc iudices, nec iudicialiter procederent: sed solum extraiudicialiter, uti amiables Compositores, ad text. in l. si de meo, §. recepisse, ff. de arbitr. & licet non possint iudicare, componere tamen aliorum differentias non prohibentur, ut per ipsum num. 26. & 27. etiam si vitia sint unita, ut n. 29. & 30. dummodo tamen partes hæc vitia non ignorassent, ut per ipsum locis citatis: Verum penuriam compositorum habere profecto



profecto illi, qui eorum differentias mutis, & surdis remitterent terminandas. Ex quo sequitur, ¶ quod si fuisset factum generale compromissum in arbitrium, & arbitratores, possent muti, & surdi illud acceptare, & procedere extrajudicialiter, vti arbitratores, & si non vti arbitri, nisi tamen iam iudicialiter agi cœpisset; ita vt apparetur partes velle, vt iudicialiter procedatur, quo casu apti non essent muti, & surdi; vt per eundem auctorem num. 3. ¶ prout nec etiam illas differentias componere essent apti, quæ solum auditu, vel loquela percipi possent; vt si duo cantatores, quis eorum melius caneret, surdo decidendum committerent.

10 Nec obstat Ioan. Bapt. de arbitr. lib. 4. quest. 14. existimasse, imò mutos, & surdos nec arbitratores esse posse, moueretur enim duabus rationibus non veris, primò, quia ipsis est prohibita testamenti factio l. discretis. C. qui testamentum facere poss. Secundò quia omnes alios contractus celebrare prohibeantur, vt ipse voluit lib. 2. capit. 14. nam quantum ad testamenta surdi tantum, & muti litterarum periti testari non prohibentur, vt in dict. l. discretis, & à testamentis ad alios actus inferri non potest, vt supra suis locis fuit dictum: Prout nec verum est non posse contrahere, vt patet suis locis fuit latè deductum quæ hic non repetam: sed dicam solum, quod cum falsæ sint eius rationes, falsa etiam debet reputari illatio.

11 Secundò limitatur supraposita conclusio, vt surdi, & muti non possint esse arbitri, procedat, si tales sint tempore facti compromissi, secus si vitia superueniant, quo casu volunt in illa causa adhuc iudicare posse, per notata in l. cæcus. ff. de iud. vbi Bart. qui idem dicit in l. 1. §. quamuis. ff. de postul. quibus in locis probatur cœcum iudicandi officio fungi non posse; nec ad nouum magistratum aspirare, iam tamen susceptam retinere, de qua supra in cap. 15. ita in terminis loquitur Blanc. de Campom. quest. 2. num. 31.

12 Verum de cæco ad surdos, & mutos argui nulla ratione posse, existimarem ego; non eadem enim viget ratio; cœcus namque potest non obstante cœcitate, partes informantes audire, doctrinas, & Doctores à legente intelligere, & rationes vniuscuiusque perpendere, dubitare, respondere, & demum proprio ore sententiam ferre: sed suis rationes surdo proponere, esset, vt in adagio, canere surdo: & mutus non posset nec dubitare, nec respondere, nec ore proprio

13 sententiam dicere. ¶ Præterea in cæco habemus regulam affirmatiuam, cœcos nempe iudicandi officio

14 fungi l. cæcus. ff. de iud. l. 1. §. quamuis. 14. ff. de post. ¶ & solum prohiberi, quando ad nouum aspirant officium, vt in dict. §. quamuis: in mutis verò, & surdis regula est negatiua, & generalis, ipsos iudicandi, & arbitrandi officio fungi non posse. d. l. cum Prator, §. non autem omnes. ff. de iud. can. tr. ult. 3. quest. 7. dict. l. & si in seruum, ff. de arbitr. vnde stante supradicta rationis diuersitate, non est, quod de vno casu ad alium inferatur, ac propterea si surdus, vel mutus quis effectus fuisset post compromissum recusati vtique posset.

## S V M M A R I V M.

- 1 Muti, & surdi simul ex accidenti, si sunt litterarum periti, testimonium ferre possunt: & ipsis eadem fides est præstanda, quæ præstaretur mutis tantum per scripturam disponentibus, nu. 2. vbi de ratione.
- 3 Muti, & surdi simul à natura testimonium regulariter ferre non possunt, & quare vbi num. seqq. reprobantur rationes Farin. & id declaratur num. 7.

4 Testari quis non potest: ergo non potest nec etiam testificari, non valet consequentia.

5 Testes, qui loqui valent, viua voce deponere debent.

6 Muti, & surdi simul etiam à natura testari possunt.

7 Muti, & surdi à natura, si probetur intellectum habere, testificari possunt, vbi de ratione, & alia ratio Farin. reprobatur.

8 Muti, & surdi à natura, licet intellectum habeant, testari tamen signis, & gestulationibus non possunt, quidquid asserere videatur Farin.

9 Muti, & surdi simul ex accidenti poterunt signis testificari; non sunt tamen testes integra fidei, vt num. 10.

## Surdi, &amp; Muti simul an testificari possint.

## CAP. LXIV.

**S**Vpra suis locis, dum de mutis tantum, & surdis tantum dicebamus, vidimus, an testificari possint, nunc videamus, si vitia sint vnita, an ad testimonium ferendum admittantur: Et prius animaduertendum puto, hæc vitia, vel à natura, vel ex accidenti ipsis inesse posse; si ex accidenti, aut ¶ sunt litterarum periti, & propria manu scribendo, poterunt testimonium ferre per ea, quæ dixi supra de mutis tantum in cap. 35. quæ hic frustra non repetam: licet

1 dubitari possit, ¶ an tanta fides ipsis veniat adhibenda, quanta mutis tantum: videtur enim aliqua differentia; quia in mutis tantum nulla potest considerari

2 obscuritas, nec respectu deponentis, cum propria manu scribat, nec respectu interrogantis, cum audire possit, benèque intelligere interrogationem, quod non est in mutis, & surdis simul, qui interrogantem audire non valent: Sed responderet, quod quæmodam scriptura possunt eorum testimonium ferre, sic etiam in scriptis interrogari possunt; & hoc modo non minus certa erit responsio, quam in interrogatio, ac propterea plena fides ipsi erit præstanda, tam in civilibus, quàm in criminalibus. si deponant

de his, qui cadent sub sensu, quo non sunt priuati: & idèd generaliter asserunt Doctores, mutos, & surdos scriptura testimonium ferre posse, Specul. in tit. de testam. §. 7. nu. 17. Moncaud. in addit. ad Tractat. Crot. de testam. par. 9. sub numer. 8. glof. in capit. testes 3. quest. 9.

Viu. in suis Comm. opin. versic. testam. non potest iradere in scriptis, Sebastian. M. dic. de fortuitis casibus par. 2. cap. 6. num. 60. Mascard de probation. conclus. 1079. vbi in fine allegat Doctores attestantes de communi, & conclus. 1358. num. 26. & dixi supra in dict. cap. 35. licet verè l. 1. §. 13. §. ignoscatur num. 40. & seqq. ff. ad Sel. lectus à Farin.

quest. 61. num. 30. & 35. teneat in criminalibus integros non esse testes, cum non ore proprio, sed scriptura deponant, cui opinioni assentire non possunt; quod enim ipsis diminuat de fide, nulla alia ratio esse potest, nisi ob depositionis dubietatem, quæ hoc casu nulla ratione considerari potest: interrogationem enim legunt, responsionem dicunt: imò magis certas, quam illæ, quas Nuntij scribunt; quorum interrogaciones non notantur; ita vt non benè animaduertere possimus, an responsio interrogationi conueniat: & quod prius est Notarij scriptissimè, vel ob impetitiuam, vel quia magis vni, quàm alteri faueant, talibus verbis responsionem scribunt, vt depositione testium, quam maximè alterent; ita vt sæpè dubitare contingat de vi verborum, quibus vñ non fuerunt testes, nec eorum sensum intelligunt: quod

cessat profus, dum propria manu scribitur responsio facta interrogationi scriptura optimè intellecta.

De mutis verò, & surdis litteratum ignaris si quaeratur, an possint esse testes; distinguendum, aut sunt tales à natura, aut ex accidenti † si à natura regulariter testimonium ferre non possunt, & est ratio; quia tales in dubio intellectum non habere praesumuntur, ac idèd mortuis similes esse, ac mente captus æquiparari, est text. in l. sermo inuito, §. si pupillo in fin. ff. ad Trebel. in l. Prator, §. fin. ff. de iud. & in L. iudicemus, C. de testam. quibus in locis probatur, surdum, & mutum à natura impediri, iudicio carere, ac mortuis similes esse, & text. in §. furiosi Institut. de curat. eos mente captis æquiparat, prout voluit Franc. de Aretin. in L. qui in potestate, §. furdus, ff. de testament. Alciar. in l. apud labeonem, ff. de verborum significat. Paul. de Castr. & Albert. in l. discretus, C. qui testam. facere poss. Vant. de nullit. in tit. de null. ex defect. inhabilitatis num. 25. Mascard. optimè de probat. conclus. 1079. ac propterea Specul. loc. cit. Aufser. de testam. num. 71. Mascard. loc. cit. num. 6. dixerunt, mutos, & surdos à natura à testimonio repelli: † Quæ vera, & concludentissima est ratio; non aliæ per Farinac. consideratæ in dict. quæst. 61. num. 40. & seqq. non prima ab ipso adducta, non possunt testari, ergo non possunt testificari, nam filij familias Monachi possunt esse testes, & tamen testari non possunt; imò muti, & surdi ex accidenti litteratum ignari non possunt testari, vt in l. discretus, C. qui testam. facere poss. & tamen testes esse possunt, vt infra dicetur: vt in mutis, & surdis argumentum ab vltimis voluntatibus ad alios actus non valere, sepè supra probauimus, dum diximus non posse testari, inter viuos tamen contrahere posse: nec pariter à contrario regula generaliter intellecta est vera, nam mulier potest testari, & tamen non reputatur testis idoneus, maximè in criminalibus, ac testamentis. Non secunda, † quod testis debeat deponere viua voce; nam hoc est verum in valente loqui, non autem in mutis, glol. in cap. testes 3. quæst. 9. Viu. in suis comm. opin. in verbo testis non potest tradere in scriptis, Specul. de teste, §. 7. num. 17. scribentes in cap. testibus de testam. Ioan. Andr. & alij in cap. cum apud de sponsal. & dixi supra in d. cap. 35. † Tertia verò ratio, de qua Farin. loc. cit. nu. 42. ipsos iurare non posse, est omnino falsa, vt dictum fuit supra ex aliorum mente in cap. 48.

Regula tamen supraposita limitatur, si proberetur, mutum, & surdum à natura intellectum habere; licet enim contrarium praesumatur in dubio, attamen, ipsum intelligere, probari potest, vt suis locis fuit supra deductum: & tunc signis citis testimonium ferre potest, ita Bart. de testam. num. 71. Carth. post Doctores, quos allegat de execut. sentent. capt. bann. capit. 2. num. 47. vbi de communi Mascard. de probationib. conclus. 1358. num. 25. Caut. Sil. de feud. quæst. 56. num. 2. alios citat Farin. dict. quæst. 61. num. 47. & ea est ratio, quia his surdis, & mutis simul à natura prohibitum est ferre testimonium, ob praesumptionem carentiae intellectus, quæ ratio cessat in his, qui intellectum habent, Farin. loc. cit. nu. 46. Cauendum tamen est ab alia ratione, quam ipse Farin. subiungit, † tales posse nutu, & signis testamentum condere, per dict. leg. discretus: nam falsum est profus mutos, & surdos quemcumque intellectum habentes posse nutu, & signis testari, vt expressè disponitur in dict. leg. discretus, ita vt mirer in hoc deceptum fuisse Farin. vitam vnde quaque disertissimum: imò mutus, & surdus à natura licet habeat intellectum, non potest tamen nec à Principe impetrare factiorem testamenti, vt supra in cap. 60. Et licet id controuersum sit apud Doctores, de iure tamen commu-

ni non posse testari, nemo est, qui dubitet, quidquid incidenter dicat in contrarium Farin. vbi supra. † Si verò effecti fuerunt muti, & surdi ex accidenti, licet litteratum sint ignari, cum tamen intellectu non careant, possunt signis eorum ferre testimonium; cessat enim in ipsis illa praesumptio carentiae intellectus. Verum cum similitum depositiones, tam ex parte interrogantis, quam respondentis, possint dici dubiæ, non erunt testes integræ fidei, nec in criminalibus admittendi, & in his terminis procedere possunt tradita per Farin. in d. quæst. 61. numer. 50. & 55. & vt dicit Mascard. in dict. conclus. 1358. testimonium ipsorum esset solum quoad aliqualem probationem: & ipsis paruum fidem esse praestandam, dixit Ign. in d. l. 3. §. ignoscitur num. 40. & seqq. ff. ad Syllan. Sed quomodo eorum depositiones debeant scribi à Notario, dicam in cap. seq.

## S V M M A R I V M.

- 1 Mutorum dispositiones quomodo à Notario scribi debeant, & per totum.
- 2 Mutorum signa, & gesticulationes, an à Notario describi debeant, & num. seqq.
- 3 Testes debent deponere per vnum ex quinque sensibus.
- 4 Notarius debet conscribere instrumentum de eo, quod percipit, vel visu, vel auditu.
- 5 Notarius potest simpliciter scribere, talem fideiussisse, vel stipulasse, & quare.
- 6 Signa in muto sunt loco vocis.
- 7 Practica scribendi mutorum depositiones.
- 8 Notarius debet scribere qualitatem actuum annuentis, & formam illarum gesticulationum: & quid si interpretes fuerint vicini, domestici, & consanguinei nu. 9. quid verò si fuerint extranei num. 10.
- 11 Mutorum depositiones debent describi cum interuentu domesticorum.
- 12 Mutorum, & surdorum testamenta, quomodo debeant scribi à Notario.
- 13 Muti si constituantur, quomodo eorum constituta, & examina debeant à Notario scribi.

## Mutorum dispositiones quomodo à Notario describi debeant.

## CAP. LXV.

**M**axima solet esse difficultas inter Doctores de modo, & forma, qua scribi, & notari debeant à Notario mutorum dispositiones; Bartolus namque in l. mutum, ff. de acquir. hered. num. 2. distinguit, aut Notarius per se intelligit mutum, & potest simpliciter scribere, qualiter talis mutus nutu adiuuatur hereditatem: nam dicit Bartol. non est necesse, vt Notarius scribat omnia verba contrahentium; sed sufficit, vt, exempli gratia, scribat, talis pro tali fideiussit: si verò ipse Notarius mutum non intelligat, aut adhibentur testes consanguinei, domestici, vel vicini, vt interpretes, qui muti gesticulationes, & signa intelligat: & tunc fit est, quod Notarius dicat, le vidisse mutum facientem signa, & nutus, per quos declararunt interpretes ipsum velle adire: aut adhibentur extranei, & eo casu Notarius describere debet signa nominatim, hoc est, mutum talia, & talia signa capere, manibus fecisse, ob quæ signa tales fuerunt interpretari; hoc, & hoc asserere voluisse. Et eo casu subiungit Bartol. vtile, & quandoque necessarium esset,

asser, vt alij testes consanguinei, & domestici adhiberentur, qui deponerent consuetudinem illius muti fuisse per illa signa ea intelligere.

- 1 Vnde de vnoquoque Bartol. dicto videamus. Et quantum ad primum, quod quando Notarius intelligit ipse, non sit necessaria testium adhibitio, nec gesticulationum expressio, damnatur à Bald. *in dict. l. mutum*, nam officium Notarij non est iudicare, sed facti testimonium pethibere, vnde factum ipsum, & sic signa, & gesticulationes debet describere: quæ opinio verior vtique videtur; nam quemadmodum testes debent deponere per vnum ex quinque sensibus, *l. qui testament. ff. de testament.* Sic etiam Notarius debet conficere instrumentum de eo, quod percipit, vel visu, vel auditu, vt notat glos. *in §. oportet versic. si alius in Auth. de viror. caut. & fid.* Sed si Notarius diceret, solum mutum hoc voluisse, de sua tantum intelligentia, credulitate, & interpretatione instrumentum conficeret, & non de eo, quod vidit, & audiuit, ac propterea necessarium est, vt etiam signa, & gesticulationes describat; & hanc esse veritatem dixerunt addent. ad Bartol. *in dict. leg. mutum in l. d.* Nec obstat Bartoli ratio, nam respondet Bald. quod quando Notarius scribit talem si ieiussisse, vel stipulasse, tunc concurrens iuris præsumptio, vt contrahentes illa omnia verbis declarauerint, quæ præsumptio cessat, quando sumus in contractu muti, vt per ipsum, qui *in leg. mutus, ff. de procurat.* aliam additionem, dicens signa in mutis esse loco vocis, vnde sicut oportet, vt Notarius voces scribat, sic etiam signa describere debet. Et in hanc sententiam tendit praxis, quam tra. sit Carr. *de execut. sentent. cap. bann. cap. 2. num. 50.* his verbis. † Et practica erit, quod mutum, & surdum Index interroget per signa, & Notarius actuarius, & scribat illius natus, actus, & signa scribat, & qualiter ille taliter respondit per talia signa, si ipse Notarius illa intelligit, vt quia illius consuetudinem habeat. Vult igitur Carrh. quod licet Notarius muti signa intelligat, quod tamen illa describat: & ipsemet Bartol. alibi hoc idem probauit, vt *in l. nutu. ff. de leg. 3.* vbi dicit, quod Notarius scribere debet talem interrogatum assensisse, & humeris, vel capite annuisse, quod optimè probat Ioan. Philipp. Monsperg *consil. 20. num. 12. & seqq.* vbi asserit, omnes contractus, qui simul surdis, & mutis à natura sunt permisi, sub hac certa obseruatione, solemnitate, & cæremonia, vt ipse loquitur, permisos esse, Notarium nempe debere necessariò exprimere notas consuetas, & signa solita, licet illa intelligat, ad hoc, vt muti voluntas adstantibus quoque innotescat. Vnde
- 2 Bald. *in leg. discretis, C. qui testament. facere poss. dixit*, † Notarium debere scribere qualiter actum annuentis, & idem Ial. *ibi in fin.* & hanc esse formam referendi, dixit Dilect. *de ars. testam. tit. 1. caut. 9.* vbi asserit, Notarium formam harum gesticulationum scribere debere; annuit capite, assensit humeris; quam doctrinam probat Cald. *consil. 40.* Horum pariter signorum expressionem, & descriptionem necessariam esse, dixit Angelus *in §. item surdus in fine, Institut. qui testament. facere possunt*, & vt summam dicam omnes de hac re loquentes mentionem faciunt de signorum expressione.
- 3 Quod tamen declaratur, & erit secunda conclusio Bartol. vt licet debeat Notarius de signis mentionem facere, non sit tamen necesse, vt qualitates, & formam signorum specificè exprimet; quando adhibentur vicini, domestici, & consanguinei pro interpretibus, qui eius gesticulationes notas habeant;

tunc enim sufficit, quod Notarius scribat talem mutum id dixisse, vel sic disposuisse, prout per varia signa, & gesticulationes, manibus, humeris, & capite factas demonstrauit, si talibus domesticis, & vicinis eius nutus bene intelligentibus, & ad hoc speculiter adhibitis, & vocatis, & sic declarantibus, & interpretantibus, vt optimè declarat Bartol. *in d. l. mutum*, ab omnibus interpretibus in hac parte secutus, vt docet Mascard. *conclus. 1079. nu. 4.* ac propterea non videtur sequendus Farin. *de test. quest. 67. nu. 51.* vbi infert, quod Notarius debeat signa, & nutus describere, ac deinde super ipsis adnotare domesticorum interpretationem: nam quotiescumque adhibentur domestici, lat est asserere, mutum fecisse signa, absque individuali ipsorum expressione, & domesticos sic ea interpretatos fuisse, vt ex Bart. & aliis supracitatis habemus.

- 10 Si verò Notarius domesticos interpretes non haberet, & extraneos assumere esset coactus, tunc necessaria esset particularis, & individualis signorum adnotatio, describendo nominatim nutus, signa, & gesticulationes, subiungendo postea interpretes adhibitos tali, ac tali modo declarasse, ac interpretasse.
- 11 † Quæ tamen depositio, vti obicere, & incerta parum esset attendenda, nisi postea examinarentur domestici, vicini, ac alij habentes notas eius gesticulationes, qui deponerent illum mutum fuisse solitum per signa descripta à Notario intelligere, ac asserere ea, quæ interpretes fuerunt interpretati, vt docuit Bartol. *in dict. leg. mutum*, cuius distinctionem refert, & sequitur Mascard. *in d. conclus. 1079. nu. 4.*

Animaduertendum tamen est, quod tamen quando Notarius ipse mutum intelligit, tam quando vel extranei, vel domestici interpretantur signa muti, alij etiam debent adhiberi testes, qui interpretationis sint testes, vt puta, si mutus litterarum ignarus faceret testamentum cum licentia Principis, vltra septem testes domesticos interpretantes signa, & mentem muti, alij septem testes adhiberi deberent, qui essent presentes huic testamento facto mediantibus interpretibus. In contractibus verò duos sufficeret adhibere testes, vltra interpretes, in Codice illis quinque, & sic de singulis, prout natura actus requireret.

- 13 Si verò examinaretur mutus vti testes, vel vti reus tunc Interpretes sufficerent, & est ratio, quia in his creditur Notario absque testibus; Et de forma examinandi mutos loquitur post alios Carr. *loc. cit. Tiraq. Amb. in suo proc. informat. lib. 1. cap. 6.*

Supradicta tamen omnia debent intelligi in muto, & surdo à natura, vel in muto, & surdo ex accidenti litterarum imperito; nam si litteras sciret, & per scripturam interrogari, & propria manu scribendo respondere posset. Vel in muto tantum litterarum pariter ignaro, qui licet voce interrogari posset, per signa tamen respondere esset coactus. Surdus verò tantum interrogari posset per signa, sed proprio ore responderet.

## S Y M M A R I V M.

- 1 Mutus, & surdus à natura non succedit in feudo, etiam si inuolutura fuerit recepta pro se, & quibuscumque heredibus, vt nu. 2.
- 3 Mutus, & surdus ex accidenti an succedat in feudo, & quid si feudum sit nouum num. 4.
- 5 Surdus, & mutus, qui ex medicorum opinione mederi possit, succedit in feudo.

- 6 Mutus, & surdus an succedat in feudo non requirente ali-  
quod personale, & particulare seruitium.
- 7 Mutus, & surdus an succedat in feudo dato pro annuo Cen-  
su.
- 8 Mutus, & surdus succedit in feudo ex consensu Domini di-  
recti, qui potest mutum, & surdum inuestire; licet id pro-  
hibitum sit in feudato, qui non potest mutum, & surdum  
subinfeudare, vt num. 9.
- 10 Dominus directus si semel scienter infeudauerit mutum, &  
surdum, non potest amplius inuestituram sub pretextu mu-  
tuitatis reuocare.
- 11 Surdaster, & qui tarde loquitur, succedit in feudo.
- 12 Mutus, & surdus succedit in feudo Franco.
- 13 Mutus, & surdus succedit in feudo imperfecto.
- 14 Mutus, & surdus succedit in feudo empto.
- 15 Mutus, & surdus succedit in feudo dato ob remuneratio-  
nem.
- 16 Mutus, & surdus succedit in feudo dato in premium.
- 17 Mutus, & surdus succedit in feudo sic existente pacto.
- 18 Mutus, & surdus si non succedat in feudo, non reuertitur feu-  
dum ad Dominum, sed ad filios, & si non extent. ad alios  
agnatos, & quid si post agnatorum acquisitionem mutus  
suscipiat liberat.
- 19 Mutus, & surdus non succedens in feudo, ali debet ex fru-  
ctibus feudi, nec pro consequendis dictis alimentis debet ser-  
uire, vt num. 20.
- 21 Mutus, & surdus, qui succedit in feudo, ipsum amittit, si ta-  
lis eius culpa fuerit effectus.

## Muti, & Surdi an succedant in feudis.

### CAP. LXVI

**D**ubitari solet an muti, & surdi in feudo succe-  
dant, Circa quod regulam prius generalem  
constitutam, vt ex eius declarationibus veritas huius  
quæstionis elucescat.

- 1 Sit igitur regula mutum, & surdum in feudo non  
succedere ad tot. tit. An mutus, vel alius imperfectus  
feudum retineat in vrbibus feud. vbi Bal & Petr. de  
Rau. docent: rationem autem eam esse dicunt, quia  
Domino seruire non potest, vnde cessat ratio, ob  
quam feuda concedi solent, vt per Franc. Soub. de  
feud. par. 13. num. 132. Mart. de Silim. de feud. rubric. 12.  
num. 295. Caccial. de feud. artic. 7. num. 15. Thom. de  
Marin. de feud. tit. 2. de feud. ex pacto, & provid. antiq.  
num. 135. Iacob. de S. Georgio de feud. versic. dactique vaf-  
fili promiserunt nu. 50. Octau. B. rom. in tit. si de feud. de-  
functi contentio in rubrica, qui clericus quest. 5. num. 100. In-  
trigl. in tract. de feud. cent. 1. quest. 9. num. 290. & cent. 2. ar-  
tic. 5. num. 1. num. 555. Galp. Thelaur. quest. forens. lib. 2.  
quest. 62. num. 3. † etiam si inuestitura fuerit recepta  
pro te, & hæredibus quibuscumque, vt per ipsum  
Intrigliol. dict. centur. 1. quest. 50. n. 129.
- 2 Regulam tamen restringunt ad mutos, & surdos  
à natura; si enim fuerint tales ex accidenti aliquo, à  
feudis non excludi, dixit Bald. secutus à Petr. de Rau.  
& à Franc. Soub. de feud. par. 9. num. 71. & rationem  
reddunt, quia illi non excluduntur muti, quorum  
defectus mederi ex medicorum opinione possunt, &  
tales reputantur defectus accidentales, dicunt ci-  
tati Doctores, vnde volunt feudum paternum re-  
tinere posse. † Dixi paternum; nam multi existi-  
mant, feudum nouum etiam mutos accidentales a-  
mittere. vt gl. in l. §. allegata rubric. & in §. mutus in  
vrbibus feud. Petrus Rau. loc. citat. Aluar. & Petrus de  
Cesult. in dict. §. 1. secuti à nonnullis alijs, & nonissi-

mè ab Intrigl. de feud. cent. 2. artic. 1. num. 564. Id tamen  
improbat subtilissimus Fancisc. Soub. de feud. par.  
13. num. 133. qui in proposito vanam appellat hanc di-  
stinctionem de feudo antiquo, & nouo, cum solum  
considerandum sit, an defectus accidentales possint  
mederi, vel potius perpetuos esse manifeste appa-  
reat, vt si sit aliqua spes salutis, non debeant priuari,  
nec feudo paterno, nec nouo; Si verò perpetuus  
necessario sit morbus, nec nouum, nec paternum  
feudum recipere possunt; ratio enim, ob quam di-  
cunt, mutum ex accidenti non amittere feudum an-  
tiquum, ea est; quia feudum antiquum non habuit  
originem ab ipso, sed à parentibus; vnde solidius  
videtur in eo radicatum: Sed hac ratione stante, se-  
queretur idem dicendum esse in mutis, & surdis à  
natura, quos tamen feuda etiam paterna amittere  
omnes vno ore fatentur. Nec obstat id, quod Zasius  
respondet, mutum, & surdum à natura feuda paterna  
retinere non posse; quia vt morbus à natura per-  
petuus reputatur, & in accidentalibus est aliqua spes  
salutis: vt enim dixit Soub. iam præsupponimus  
nullam adesse spem pristinae valetudinis; hac en-  
nim spe, ex medicorum opinione existente, non du-  
bitant mutos, & surdos ex accidenti, nec paternum,  
nec nouum feudum amittere: Sed si clarè constet,  
morbum non posse humana cura mederi, tam si sit  
à natura, quam accidentalibus, erit in causa, vt muti,  
& surdi feudum tam paternum, quam nouum amit-  
tant, per dict. §. 1. semper enim eadem militat ratio,  
vt non possint Domino seruire, ob quam rationem  
volunt feudum retinere non posse, vt per ipsum  
Soub. loc. citat. num. 133. & num. 134. idem secutus fuit  
Thom. de Marin. de feud. sub tit. de feud. ex pacto, & pro-  
uid. antiq. sub num. 133. vbi dicit, contrarium sentientes  
errasse, & errare etiam fecisse Z. sium; vnde nec mi-  
nus sequendus erit Intrigl. qui de feud. cent. 2. artic. 1. nu-  
555. & seqq. in mutis, ex accidenti hanc facit differen-  
tiam de feudo paterno, & nouo.

Quæ regula generalis, vt muti, & surdi feudum  
amittant, plures recipit declarationes. Sic illa pri-  
ma, † si ex medicorum opinione mederi possint, vt  
supra dictum fuit, & sequitur Intrigl. de feud. centur. 2.  
artic. 1. num. 575. & interim per substitutum seruire  
possunt, vt per Soub. loc. citat. conclus. 2. sub num. 133. &  
136. quod ampliat procedere, etiam si vitia insint à  
natura, dummodo aliqua adsit spes salutis; quam ta-  
men in vitis naturalibus naturaliter nemo posset  
considerare, nec aliquis ex audaci medicorum tur-  
ba vitia naturalia humana ope mederi posse, forsitan  
auderet asserere.

- 6 Secundò limitatur supra firmata conclusio, vt non  
procederet in feudis non requiritibus ab ipso fun-  
datario aliquod personale seruitium; ratio enim, ob  
quam dicunt, mutum, & surdum feudum amittere,  
ea est, quia Domino seruire non potest; qua cessan-  
te, cum alia seruitia possint per substitutum experi-  
ri, non est feudo priuandus, vt per Bald. in d. §. 1. &  
in d. §. mutus, sub allegatis rubricis, & docet Soub. in  
d. 18. parte. sub num. 136. vers. falli primo, vel illud perso-  
nale seruitium esset tale, vt hæc vitia per ipsum met  
mutum, & surdum exequi posse non impedirent,  
tunc enim patiter cessaret ratio exclusionis à Do-  
ctoribus considerata. Quæ in mutis, & surdis ex ac-  
cidenti optimè procedunt, cum eorum auditu quan-  
doque didicerint, poterant populos regere, guber-  
nare, pupare, præmiare, & maxime cum scriptura  
mediante, & audire, & loqui possint; non est enim  
verisimile Principem effectum mutum ex accidenti,

litteras ignorare; præterquam quod muti accidentales eorum mentem facillimè signis demonstrare possunt: sed si tales fuerint à natura, ea exequi posse non videntur, quæ necessaria sunt his, qui populos regunt, ac gubernant. Primò, quia habent dementiæ præsumptionem, unde prius probandum esset ipsos intelligere, sanumque intellectum habere per ea, quæ dicta fuerunt supra in cap. 39. Præterea eos ignorare, necessarium est, quid iura disponant, quasvè pro variis delictorum generibus pœnas imponant; cum hoc non nisi per auditum dicere potuerint, ut dictum fuit supra in cap. 2. Nec delictorum grauitatem, ac circumstantias de facili percipere possent. Et si testari ipsis est prohibitum, ut dictum fuit superius suis locis, quantum magis dicendum erit, eos non posse exercere actus, à quibus hominum vita dependet. Verùm hæc non sunt tantæ efficacitæ, ut hinc dicere possimus feudis esse priuandos, licet namque per semetipsos hæc peragere non valeant, per curatores tamen, & administratores id facere non erunt prohibiti, si feudum particulare personæ seruitium non requiratur, ut per Bald. Somsb. loci supra citatis, & alios, de quibus infra.

- 7 Tertio limitatur supra posita conclusio, ut non procedat, quando feudum datur pro annuo censu, ut in d. §. 1. vbi scribentes, & docet Franc. Curt. de feud. part. 3. num. 8. Silu. conf. 3. num. 60. Alexan. conf. 10. lib. 5. & probat Thom. de Marin. loco supra citato num. 136. Intrigl. in tract. de feud. cent. 1. quest. 10. num. 11. Menoch. consil. 65. nu. 14. lib. 1.
- 8 Quarto limitatur, si Domino feudi aliter placuerit, cum possit feudum conferre etiam muto, & surdo, & ipsum à seruitiis personalibus liberare, ut per Somsb. ad vsu feud. par. 7. num. 5. Mozz. in tract. de feud. in rubr. de his, qui feud. accip. poss. num. 41. Intrigl. de feud. cent. 1. quest. 54. num. 77. licet id prohibitum sit, † in feudato, qui non potest de aliquo Castro subinfeudare mutum, & surdum, ut per ipsum Somsb. quod repetit in 13. par. num. 132. & sequitur Thom. de Marin. loc. citat. sub nu. 133. & 135.
- 9 Ac propterea si Dominus scienter muto, & surdo feudum dedisset, non posset concessionem reuocare sub prætextu mutitatis. Ant. Cap. in inuest. feudali, in rubr. feuda mixta 42. causa limitat. 4. & in rubr. feudatarij habiles, versic. mutus, Intrigl. de feud. cent. 2. artic. 1. nu. 576.
- 10 Quinto limitatur in surdastro, & in loquente aliquo modo, licet tardè, ut per Franc. Somsb. in d. 132. par. sub n. 132. isti enim proprie non appellantur muti, & surdi, ut supra suo loco dictum fuit, & probat Thom. de Marin. loc. cit. num. 137. & quæ de exclusione superius dicta fuerit, procedunt existente orpimoda imperfectioe, Socin. in consil. 47. sub nu. 11. volum. 3. Brun. in consil. 127. num. 97. vol. 3. Intrigl. de feud. cent. 2. artic. 1. nu. 586. & seqq.
- 11 Sexto limitatur in feudo franco, eo nullum seruitium requirente, ut per scribentes in d. §. mutus, & tradit Somsb. loc. cit. versic. fallit secundo, ex quo apparet, verum esse, quod dixi supra, non posse administrare, populos regere, & gubernare, non esse in causa, ut muti, & surdi à natura priuentur feudis; nam si hoc esset, etiam feudo franco priuentur.
- 12 Septimo regula intelligitur in feudo retho, secus in improprio, in quo mutus, & surdus indistinctè succedit, Menoch. consil. 65. num. 14. lib. 1. Thom. de Marin. de feud. in tit. de feud. ex part. & prouid. numer. 136. Molin. de 14 primog. Hisp. lib. 1. cap. 13. num. 44. † ac propterea Intrig-

liol. de feud. cent. 2. artic. 1. num. 572. merito dixit, tantum, vel aliter imperfectum iure optimo succedere in feudo empto, & allegat Doctores de communi attestantes, & idem dixerat prius in centur. 1. quest. 41. nu. 29. & 30.

- 15 Octauo limitatur in feudo dato ob remunerationem alicuius magni obsequij, tunc enim non esset reuocanda concessio propter imperfectionem superuenientem, ut per scribentes in d. §. mutus, Somsb. loc. cit. 16 versic. fallit tertio. † Et hinc etiam dicere debemus, quod si alicui in præmium alicuius facti promissum esset feudum, illud habere deberet mutus, & surdus, si illud perageret factum, Viu. lib. 1. tom. opin. versic. statutum, Alb. in tract. stat. par. 1. quest. 81. Intrigl. de feud. cent. 2. artic. 1. num. 574.
- 17 Nonò limitatur supraposita regula, si à principio esset appositum pactum, ut propter vitium superueniens in aliquo ex comprehensis feudum amitti non deberet, cap. 1. de feud. non habenti propt. nat. feud. Somsb. loc. cit. versic. fallit quarto.
- 18 Decimo limitatur, ut in casibus, in quibus excludi deberet mutus, & surdus, feudum ad Dominum non reuertatur, sed ad filios, si extant, mutos enim, & surdos etiam à natura posse matrimonium contrahere, diximus supra in cap. 49. & ipsis non existentibus ad alios agnatos, ad quos de iure feudum transire posset, ut post antiquiores dixit Thom. de Marin. cent. 2. art. 1. num. 169. & seqq. Ad quos agnatos si semel feudum fuisset peruenit, non esset amplius ab ipsis auferendum per superuenientiam liberorum ipsius muti, qui semel iuridicè, & absolute fuisset exclusus, non autem suspensiuè, unde filij nascituri non possent tollere ius alteri quaesitum, ad notata per Doctores in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de lib. & posth. ut per Batt. nu. 24. Bal. num. 89. Fortun. n. 255. & seqq. Lancellote Galial. num. 81. & Cioe num. 127. conferunt tradita per Rosel. de legitim. par. 1. in tit. de causa final. num. 16. & per Brun. de statuti. artic. 12. nu. 8. de quo etiam Bald. in l. fin. C. de iur. auto. lib. 10.
- 19 Vltimo declaratur regula supraposita, ut in casibus, in quibus muti, & surdi non succedunt in feudo, si aliunde non habeant de fructibus feudi debeant alij, ut per glos. in d. §. 1. vbi etiam per Rau. & docet Thom. de Marin. loc. cit. sub nu. 138. Zilius de feud. in rub. de success. feud. numer. 68. versic. in casibus, Surd. de aliment. quest. 58. numer. 2. Iacob. Ardin. in sum. de success. feud. in §. mutus, Titag. de iure primog. quest. 23. in fin. † qui pro consequendis dictis alimentis seruire non debent, Somsb. de feud. par. 12. num. 135. Anton. Capic. in inuest. feud. in rub. feud. alim. versic. mutus, vel aliter imperfectus, Intrigl. de feud. cent. 2. artic. 1. n. 562.
- 21 Postremo pro complemento istius capituli non omitto, mutum, & surdum, qui aliàs in feudo succederet, ipsum amittere, si talis euaserit eius culpa, ut si aliquod commiserit delictum, ob quod lege, vel consuetudine sic mandante, mutus, & surdus, vel aliter imperfectus effici deberet, in pœnam eius delicti, ut post Anton. Capic. in rub. feud. arm. causa 42. limit. 1. in fin. Intrigl. de feud. cent. 2. art. 1. numer. 575.

## S V M M A R I V M.

- 1 Mutus, & surdus à maneribus personalibus, non autem à rebus excusatur.
- 2 Surdus tantum an excusatur à recitatione diuinarum horarum in Choro.

Muti, & Surdi à quibus muneribus excusentur.

## CAP. LXVII.

**M**utos, & surdos à muneribus personalibus excusari, non autem à realibus probant iura clarissima, ut est text. in *l. honores, §. 2. ff. de decur.* & tradit Petrus de Antib. *de muneribus, §. 2. n. 27.* prout alij morbofi, qui leuamentum à personalibus muneribus sentiunt, ut in *l. C. qui morbo lib. 10.* Sitamen munera sint talia, ut à mutis, & surdis exequi non possint; secus si ab ipsis, uti ab aliis, adimpleri valeant; sit exemplum de muto, & surdo rustico, qui operas rusticales exercere sit solitus; qui & ipse, & vias, & fontes, & pontes reparare vnà cum aliis erit obligatus. A patrimonialibus verò, & realibus oneribus excusari non debent, ut supra suo loco de cæco fuit dictum, de qua excusatione à muneribus publicis loquitur post Doctores, quos allegat Diana *resolut. moral. par. 5. tract. 6. de mutis, surdis, & cæcis resol. 33.*

**2** An autem clericus surdus effectus excusetur à recitatione diuinarum horarum in Choro est aliqua difficultas, videtur namque cum aliis canere posse; & tempus canendi ex motu labiorum canentium cognoscere; quod tamen non placet Nau. *de hor. can. cap. 19. conclus. 1. num. 80.* Si enim sit omninò surdus non facile posset ex motu tantummodo labiorum canendi tempus perspicere, præterquam quod aliis non posset se concordare, nec animaduertere an alta, vel tupsilla voce, an lentè, vel festinanter canerent alij,

unde muneri suo satisfaceret, si ex se hoc recitaret, quas tamen non posset omittere, cum surditas non sit in causa, quin surdi officium recitare, valeant. Sed de his latius videri potest superius in *cap. 24.*

## S V M M A R I U M.

**1** Surdi, & muti restituuntur in integrum, debent tamen probare, ipsos fuisse læsos ab surditatem, vel mutitatem, vt n. 2.

Surdi, & muti an restituantur in integrum.

## CAP. LXVIII.

**1** Præsumptio nullam habet in se difficultatem; surdos enim, & mutos, si ob defectus auditus, vel loquelæ fuerint læsi, restituendos esse in integrum, dixit Socin. Sen. in *l. 1. num. 5. ff. de verb. obligat.* sequitur **2** Odd. *de restitut. in integr. par. 1. quest. 3. artic. 2. §.* ex cuius dictis optimè colligere possumus, necessarium esse, ut appareat, ipsos læsos fuisse ob tales defectus. Cum enim aliàs dixerimus, ipsos contrahere posse, non est, quod restituantur, nisi verè constet, læsionem ortam fuisse ob defectum auditus, vel loquelæ, quod ex multis probari posset, de quibus in *capit. 41.* quæ hic non repetam.

Et ex his impositus sit finis huic tractatui de cæco, surdo, & muto de anno 1605. Etatis meæ anno 30. licet penes me ipsum retinuerim per annos quadraginta, & ultra &c.

F I N I S.





# INDEX RERVM MEMORABILIVM Quæ in hoc Tractatu continentur.

**A**

**A**liuocare in voce non possunt pro alio cæcis cap. 14. n. 11.  
**A**nimus, & consensus est fundamentum cuiuscumque conventionis, cap. 42. n. 31.  
**A**ntonius Heringius circa fidei iurisdictiones reprobatur, cap. 54. n. 6. Et non secutus, ibid.  
**A**rbitrumentum est transcriptio, cap. 16. n. 4.  
**A**rgumentum de cæco ad surdum, & mutum quantum ad munus indicandi, non valet, cap. 63. n. 12.  
**A**rys Crasi filius, & quidam Aibleta muti locuti sunt, cap. 3. nu. 2. & 3.  
**A**uditus necessarius est in stipulationibus, & quare, cap. 28. n. 9. & 11. & cap. 41. n. 2.  
**A**uditus rerum cognitioni, & scientia est magis necessarius, c. 2. n. 5.  
**A**uditus magis confert ad disciplinam, & quare, cap. 1. num. 10. & seqq.  
**A**uditu deficiente maior cognitio, & scientia deficit, cap. 2. n. 6.  
**A**uditum deficiente deficit doctrina, & disciplina, cap. 2. n. 9.

**B**

**B**alutius, ita ut intelligi non possit, pro mutuo habetur, c. 33. n. 3.  
**B**aldum error circa testamenta iutorum, cap. 32. n. 14.  
**B**uticelle sententia circa curatores iuratis dandos rejicitur, cap. 41. num. 20.

**C**

**C**ap. licet extra de censibus, varia intelligentia, cap. 23. num. 4.  
**C**ap. tux, & cap. cum apud de sponsal. declarantur, cap. 49. nu. 12. & 14.  
**C**æci carent sensu excellentiori, cap. 1. n. 1.  
**C**æci prudentiores sunt surdi, & muti, cap. 1. n. 11.  
**C**æci tenentur diebus festis missam audire, cap. 31. n. 16.  
**C**æci, uti miserabiles persone possunt declinare forum, cap. 36. n. 3.  
**C**æci sunt amoru incapaces, cap. 1. n. 8.  
**C**æci scientiam addiscere possunt, & quare, cap. 1. num. 12.  
**C**æci plures insignes recensentur, cap. 1. n. 13.  
**C**æci intelligentia, & prudentia superant mutos, & surdos, cap. 2. num. 7.  
**C**æci testari possunt, multis tamen seruatis, cap. 5. n. 1. & n. 5.  
**C**æci testantes inter liberos an debeant obseruare solemnia, de quibus in hac consultissima, C, qui testam. facere poss. cap. 9. nu. 4.  
**C**æci contrahere possunt, cap. 14. n. 1.  
**C**æci in aliquibus non possunt esse testes, in aliquibus sunt testes

integra fidei, in aliquibus ipsis diminuitur de fide, cap. 27. n. 1.  
**C**æci possunt deponere de rebus omnibus, præterquam de his, quæ cadunt sub sensu visus, cap. 19. n. 1.  
**C**æci possunt deponere ex voce ipsius nota, cap. 19. nu. 2.  
**C**æci possunt deponere de verbis à contrahentibus prolatis, cap. 19. num. 5.  
**C**æci cum de facili decipi possint, non sunt testes omni exceptione maiores, cap. 19. nu. 11.  
**C**æci probant, si deponant aliquid audiuisse, nec dicant à quo, cap. 19. nu. 13.  
**C**æci à numeribus personalibus excusantur, cap. 23. nu. 1.  
**C**æci non excusantur ab his, quæ à consilio dependent, cap. 23. num. 2.  
**C**æci an excusentur à numeribus realibus, cap. 23. n. 3. & seqq. & habetur resolutio, nu. 11.  
**C**æci à numeribus patrimonialibus non excusantur, cap. 23. numero 12.  
**C**æci cur multa sint prohibita, cap. 20. nu. 4.  
**C**æcis exemplariter substitui non potest, cap. 13. n. 1. & 4.  
**C**æcitas superueniens post adeptam officium, non impedit, cap. 15. num. 4.  
**C**æcitas quomodo probetur, cap. 4. num. 6.  
**C**æcitas non est in causa, ut quis doctus euadere non possit, cap. 20. num. 5.  
**C**æcitas superueniens est iusta causa dandi coadiuotorem, cap. 22. num. 3.  
**C**æco si erandus sit oculus, pena est commutanda, cap. 21. num. 3.  
**C**æcorum vltima dispositiones, ut valeant cautela, cap. 2. n. 3.  
**C**æcorum testimonium reputatur integrum in casibus, in quibus suffiunt leuiore probationes, cap. 18. n. 6.  
**C**æcorum testimonium à iure, saltem tacite intelligitur prohibi- tum, cap. 19. nu. 12.  
**C**æcum esse aliquem, vel esse mente, & visu sanum, an Notario id afferenti sit standum, cap. 4. nu. 1.  
**C**æcus potest dici mutus, & surdus infelicio, & quomodo, cap. 3. num. 11.  
**C**æcorum testamenta favore descendentiu valent absque debi- tis solemnitatibus, cap. 9. num. 21. & quid si instrui sint so- lum proximiores, num. 22. & quid si cum filijs sint instrui etiam extranei, n. 23. & quid dicendum sit hoc casu respecta le- gatorum, nu. 24.  
**C**æcus dicitur ille qui omnino orbatus est, cap. 4. nu. 1.  
**C**æcus non est, qui parum videt, cap. 4. nu. 2. & cap. 15. nu. 12.  
**C**æcus quomodo quis probetur, cap. 4. n. 6.  
**C**æcus semel, an semper præsumatur cæcus, cap. 4. n. 7.  
**C**æcus dicitur morbosus, cap. 4. num. 9.  
**C**æcus non potest testari in scriptis, cap. 5. n. 4.

# Index rerum Memorabilium.

- Cæcus debet primò coram testibus suam voluntatem patefacere, cap. 6. 7. 8. & 29.
- Cæcus debet clarè nomen heredi exprimere, & quomodo, cap. 6. num. 21. 22. 23. & 25.
- Cæcus an possit donare causa mortis absque solemnitatibus, de quibus in l. hac consultissima, C. qui testam. facere possit, cap. 8. n. 1.
- Cæcus an possit facere donationem causa mortis in testamento, cap. 8. nu. 9.
- Cæcus non potest nec etiam fideicommittere, absque solemnitatibus, de quibus in l. hac consultissima, C. qui testam. fac. possit, cap. 8. n. 11.
- Cæcus potest testari inter liberos cum duobus tantum testibus, cap. 9. num. 10.
- Cæcus testando inter liberos absque debitis solemnitatibus an possit filios inæqualiter influere, cap. 9. n. 18. & 20.
- Cæcus testando ad pias causas non tenetur observare solemnitates, quas alij iuris observare tenentur, cap. 11. n. 1.
- Cæcus quando intelligatur testari ad pias causas, cap. 11. n. 3.
- Cæcus ad pias causas potest etiam testari natus, cap. 11. n. 4.
- Cæcus si sit miles an possit testari absque debitis solemnitatibus, cap. 11. n. 1.
- Cæcus an possit testando observare solum ius gentium, cap. 12. num. 2.
- Cæcus testando in terris Ecclesia, sufficit, quod duos testes, & Parochum adhibeat, cap. 12. n. 14.
- Cæcus potest impetrare à Principe licentiam testandi absque debitis solemnitatibus, cap. 12. n. 15.
- Cæcus testando coram Principe non tenetur observare debitas solemnitates, cap. 12. n. 17.
- Cæcus potest donare, cap. 14. nu. 3. Matrimonium contrahere, num. 4. & 13. pupillo contrahenti auctoritatem prestare, num. 5. emere, & vendere, num. 6. tenetur actione mandati, num. 7. societatem contrahit, num. 8. adoptat, & adoptatur, num. 9. pro se agit, nu. 10.
- Cæcus an excusetur in delictis à poena ordinaria, cap. 23. n. 17.
- Cæcus non admittitur ad postulandum, cap. 14. n. 11.
- Cæcus potest fidetubere, cap. 14. nu. 12.
- Cæcus potest esse Iudex, cap. 15. n. 1.
- Cæcus retinet magistratum adeptum ante cæcitatem, capit. 13. numero 2.
- Cæcus ad novam dignitatem, & officium aspirare non potest, cap. 15. num. 10.
- Cæcus effectus post electionem an consequatur officium, capit. 15. num. 11.
- Cæcus non potest esse arbiter, cap. 16. n. 1. & 2. & an possit esse arbitrator, n. 3. & 4.
- Cæcus regulariter non potest esse testis, cap. 14. n. 2.
- Cæcus non potest esse testis de his, quæ cadunt sub sensu visus, cap. 17. num. 6.
- Cæcus non potest esse testis in testamento, cap. 17. n. 8.
- Cæcus non potest esse testis in consecutione Inventarij, capit. 17. numero 9.
- Cæcus est integer testis in his, quæ non percipiuntur sensu visus, cap. 18. num. 3.
- Cæcus est integer testis in probatione adulterij, cap. 18. n. 4.
- Cæcus est integer testis in probationibus circa matrimonium, cap. 18. nu. 5.
- Cæcus potest deponere de stipulatione inter alios contracta, cap. 19. num. 3.
- Cæcus potest deponere de iniuria alteri verbis illata, capit. 19. numero 4.
- Cæcus in voce decipi potest, cap. 19. num. 6.
- Cæcus potest deponere de verbis ab alio prolatis, cap. 19. n. 8.
- Cæcus an sit integer testis, si deponat de voce amici, confanguinei, vel vicini, cap. 19. n. 14.
- Cæcus an possit doctorari, cap. 20. n. 1.
- Cæcus secundum retinet, cap. 21. n. 5.
- Cæcus non potest ad ordines promoveri, cap. 22. n. 1.
- Cæcus ad ordines iam promotus non administrat, cap. 22. n. 2.
- Cæcus ex dispensatione potest creari sacerdos, cap. 22. n. 4. & etiam Episcopus, n. 5.
- Cæcus potest esse Pontifex, cap. 22. n. 6.
- Cæcus non potest dari tutor, cap. 23. n. 13.
- Cæcus potest dimittere tutelam susceptam ante cæcitatem, cap. 2. num. 1.
- Cæcus excusatur à recitatione diurnarum horarum, si eas memoria non habeat, cap. 23. n. 15. & cap. 24. n. 5. & nu. 7.
- Cæcus efficitur inhabilis ad beneficia obtinenda, Cæcus amittit coadjutoriam, si efficitur cæcus.
- Cæcus excusatur à muneribus personalibus, si in totum sit cæcus, seu si parvus videat, cap. 23. nu. 16.
- Cæcus nudiandi officio fungitur, sæcus mutus, & surdus, cap. 63. n. 13. declarata, vt nu. 14.
- Clausula codicillaria in testamento cæci imperfecto, an importet fideicommissum, cap. 8. n. 12.
- Clericus surdus effectus an excusetur à recitatione diurnarum horarum in choro, cap. 67. n. 2.
- Clericus non recitans horas canonicas, tenetur ad restitutionem fructuum beneficij, cap. 24. n. 1.
- Clericus, qui non est presens in choro, non participat de distributionibus quotidianis, cap. 24. nu. 2. & 3. & quid si fuerit cæcus, nu. 6.
- Clericus cæcus an debeat participare de distributionibus quotidianis datus pro Officiatura Capitularum, cap. 27. n. 7.
- Clericus cæcus non debet participare de elemosinis, quæ dantur pro celebratione missarum, cap. 24. n. 8.
- Cognitio, & scientia ortium habet à sensibus, cap. 2. n. 2.
- Cognitio per auditum impeditur, cap. 60. n. 11.
- Cognitio omnium, & intellectus ortium habet à sensu, capit. 60. numero 20.
- Collecta est omnium fructuum, cap. 23. n. 5.
- Collecta imponitur per 23. & libram, cap. 23. num. 6.
- Collecta est inter munera realia, cap. 23. num. 7.
- Collecta imponitur personis pro rebus, cap. 23. num. 9.
- Compromissum factum in mutuum, vt in arbitrium, non firmatur iuramento, cap. 63. num. 6.
- Compromissum factum in mutuum, vti in arbitratorem, valet, cap. 63. num. 8.
- Consensus etiam factus demonstratur, cap. 43. num. 4. capit. 52. num. 3.
- Consensus in matrimonio requiritur, cap. 49. num. 6.
- Consensus sufficit in matrimonio, cap. 49. n. 13. 15. & 25.
- Consensus non est in eo, qui non intelligit, cap. 49. n. 31.
- Contractus multi sunt, qui solo consensu persolvuntur, capit. 42. num. 3.
- Contractuum quatuor species, cap. 43. num. 2.
- Corpore vitiatum non admittuntur ad ordines, cap. 51. n. 5.

**D**emonia ex loquela maxime dignoscuntur, capit. 40. num. 2.

Democriti dementia, qui sibi visum ademit, cap. 1. num. 7.

Demonstratio sumitur officio nominis, cap. 42. num. 29.

Differentia inter ius canonicum, & civile, circa collectas carcerum, cap. 23. num. 8.

Distinctio in mutis, & surdis à natura habeant intellectum, quantum ad factionem testamenti, vel non vera, vel vana repulsi debet, cap. 60. nu. 23.

Doctores tenentes mutos, & surdos à natura posse impetrare factionem testamenti à Principe, non sicut attendendi, & quare, cap. 60. num. 40.

Dominus directus si scienter mutuum in seudauerit, non potest amplius inuestituram revocare, cap. 66. nu. 10.

Donatio causa mortis, an sit contractus, vel ultima voluntas, cap. 1. num. 2. ponitur distinctio, num. 3.



# Index rerum Memorabilium.

Donatio causa mortis donatarij presentiam requirit, cap. 3. n. 6.  
Donatio causa mortis potest fieri etiam absenti cap. 3. n. 8.  
Donatio causa mortis facta in testamento cæci, an valere possit in  
vim fideicommissi, cap. 3. n. 10.

## E

Electio ius acquiritur, cap. 75. n. 5.  
Exceptio debet esse de regula, cap. 9. nu. 7.  
Exemplariter an possit substitui mutus, & surdus, capit. 62. per to-  
tum.  
Exemplariter substituens, quas personas substituere debeat, cap. 62.  
num. 15.

## F

Factis aliquid demonstrare plus est, quam verbis, cap. 42. nu.  
30. cap. 49. n. 18. cap. 52. n. 3.  
Factorum qualitas maximum est nostræ intentionis testimonium,  
cap. 52. n. 6.  
Farinacij non vera opinio contra mutorum, & surdorum testa-  
menta, capit. 32. num. 17. & non secutus, in capit. 19. num. 14. in  
capit. 29. num. 5. & capit. 35. num. 2. & sequentibus, necnon  
num. 9. in cap. 64. num. 2. & seqq. & num. 8. & in capit. 65.  
sub num. 9.  
Favor, qui fundatur in equitate, præfertur menti falsitati, cap.  
9. num. 12.  
Feudum an de novo cæcis concedi debeat, cap. 21. num. 2. & quæ  
num. 3. & 4.  
Fideicommissum non potest relinqui nutu ab eo, qui loqui potest,  
cap. 32. n. 16.  
Fideicommissum relinqui posse nutu, declaratur, capit. 60. num. 6.  
& 38.  
Filius de iure natura debetur parentum hereditati, cap. 9. n. 3.

## G

Generi per speciem derogatur, cap. 9. n. 5.  
Gestu, & nutibus non omnia exprimi possunt, que verbis,  
& quare, cap. 2. n. 12. Grass. de regal. iur. §. 2. nu. 2. impro-  
batur in cap. 38. n. 16.

## H

Hereditas institutio dicitur caput testamenti, licet ponatur  
in fine, cap. 6. nu. 13.  
Hæres aduando ex quasi contractu obligatur, cap. 44. nu. 3.  
Hereditas non potest relinqui nutu, cap. 32. nu. 15.  
Historia de quibusdam Infantibus in fluitu enutritis, cap. 3. n. 8.  
Honded. non secutus in cap. 58. n. 17. lib. 2. cap. 8. sub n. 7. & 11.

## I

Inabussulatione ius acquiritur, cap. 15. nu. 6.  
Infantes si alerentur, vbi non audirent homines loquentes,  
construerent inter se peculiarem linguam, cap. 3. nu. 9.  
Infirmitas excusat à recitatione diuinarum librarum, capit. 24.  
num. 4.  
Inquiri potest contra mutos, & surdos, cap. 45. nu. 3.  
Intellectus noster est tanquam tabula rasa, cap. 2. num. 1. & cap.  
60. num. 19.  
Ioan. Baptista de Arbitris opinio lib. 2. cap. 14. nu. 3. damnatur cap.  
28. nu. 12. & cap. 38. nu. 2. & seqq. & nu. 10. cap. 42. num. 1. &  
seqq. & n. 35. & cap. 63. nu. 10.  
Ioseph. Ludou. in conclus. 57. versic. hæc tamen limitatio, & vers.  
hanc tamen, improbatur, in cap. 9. num. 1. sub nu. 19. & in cap.  
11. nu. 4.  
Iudici post sententiam ligata sunt manus, cap. 23. n. 8.  
Iuramentum an requirat verba, cap. 48. nu. 1. & 7.  
Iuramentum principaliter dirigitur in Deum, cap. 48. n. 3.  
Iuramentum semper intelligitur prestitum ad mentem deferentis,  
cap. 48. n. 4.  
Iuramenti forma debet exprimi, cap. 48. nu. 2.  
Iurans ad delationem Iudicis, licet nihil dicat, intelligitur iurare  
ad mentem Iudicis, cap. 48. n. 8.

## L

Legata ad pias causas facta in testamentis cæcorum absque  
debitis solemnitatibus, an valeant, cap. 11. nu. 5. 6. & 7.  
Legata facta laici in testamento imperfecto, an debeantur, cap.  
11. nu. 8.  
Legatum factum cæco de libris, valet, cap. 20. nu. 8.  
Legatum nutu relinqui potest, & quando id procedat, capit. 65.  
num. 8.  
Leges permittentes nutu, & surdis varia genera contractuum,  
quomodo sint intelligenda, cap. 42. nu. 16.  
Lex hac consultissima, C. qui testam. facere poss. proce-  
dit in cæcis ex quacumque causa, cap. 4. nu. 5. dummodo omnimò  
lucè careant, vt nu. 3.  
Lex consultissima, C. qui testam. fac. poss. declaratur, capit.  
6. nu. 15. & cap. 7. nu. 4.  
Lex hac consultissima, C. qui testam. fac. poss. non auget  
tertium numerum, cap. 7. n. 3.  
Lex hac consultissima, C. de testam. induitur secundum  
Fulg. cap. 9. & nu. 8. & de quibus solemnitatibus loquatur in  
cap. ex imperfecto nu. 9. 15. & 17.  
Lex hac consultissima, C. qui testam. facere poss. an sit  
generalior lege hac consultissima in §. imperfecto, C.  
de test. cap. 9. nu. 14.  
Lex hac consultissima, C. de testam. generaliter loquitur in  
omnibus testamentis, cap. 9. n. 15.  
Lex generalis non intelligitur derogare legi ponenti casum specia-  
lem, cap. 10. n. 4.  
Lex cæcus, & lex furiosus, ff. de iudic. declaratur, cap. 15.  
num. 3.  
Lex discretis, C. qui test. fac. poss. ampliat testandi faculta-  
tem in nutu, cap. 32. n. 8.  
Lex fin. ff. de bon. poss. Infant. declaratur, cap. 37. n. 12.  
L. i. ff. qui, & à quib. quomodo diuersimodè legatur, cap. 42. nu.  
23. & quomodo sit intelligenda, cap. 33. nu. 3. & 5.  
Lex qui id quod, §. mutus, ff. de donat. declaratur, cap. 52.  
num. 2.  
Lex discretis, C. qui test. fac. poss. prohibens nutu liberta-  
tis dationem, quomodo intelligatur, cap. 52. num. 10. & seq. &  
cap. 53. n. 2. & 6.  
Lex surdi, ff. de mand. vind. quomodo intelligatur, cap. 53. n. 4.  
Lex hac consultissima in §. ex imperfecto, C. de test. quo-  
modo procedat, cap. 56. n. 3.  
Lex iure militari, ff. de milit. testamento, quomodo debeat  
intelligi, cap. 58. n. 2. 11. 14. & 15. & cap. 59. n. 7. 10. 12. necnon cap.  
61. nu. 6.  
Lex in fraudem in §. sicut, ff. de milit. testamento, quo-  
modo intelligatur, cap. 58. nu. 5. & seqq.  
Lex si maritus, ff. de testamentis, quomodo intelligatur, cap.  
60. n. 1. 28. & seqq. necnon nu. 35. & cap. 61. nu. 3. & 5.  
Lex ex facto, ff. de vulg. & pup. procedit de iure antiquo,  
cap. 62. num. 1.  
L. humanitatis, C. de Imp. & aliis subdit. an habeat locum  
in mutis, & surdis à natura, cap. 62. nu. 3.  
Lex quandoque expressè prohibet, quod est à iure naturali pro-  
hibitum, cap. 60. n. 37.  
Libertas reputatur pia causa, cap. 57. nu. 6.

## M

Magni speciale, quando aliquid dicitur, cap. 9. n. 6.  
Mandati actio oritur ex epistola, cap. 37. n. 5.  
Mandatum solo consensu contrahitur, cap. 37. n. 3.  
Manus si alicui veniat amputanda, & eam non habeat, quid a-  
gendum, cap. 25. nu. 5. & quid si vnam tantum habeat, num. 7.  
& quid si vnam vtilem, aliam inutilem, nu. 9.  
Manus si alicui veniat amputanda, debilior amputari debet, cap.  
25. num. 11.  
Maritus cæcus potest prestare consensum uxori testari volenti, cap.  
6. num. 27.  
Matrimonium requirit solum consensum, cap. 30. nu. 7.

# Index rerum Memorabilium.

- Matrimonium an requirat verba, cap. 49. num. 11. declaratur, nu. 24. & seqq.*
- Mentecapti non possunt contrahere matrimonium, cap. 49. num. 5.*
- Miles testari potest, licet sit surdus, & mutus, cap. 60. num. 3. contra num. 34. remissive.*
- Miles à militia missus an possit testari iure militari, capit. 12. num. 2.*
- Miles mutus, & surdus non potest facere testamentum, cap. 58. n. 4. & quid si talis sit ex accidenti, cap. 59. n. 1.*
- Milites olim non omnes esse poterant, sed plura requirebantur, cap. 58. nu. 7. & seqq.*
- Milites quare olim delicti fuerint appellati, cap. 58. n. 8.*
- Milites olim irabant se non esse civituros mortem pro Republica, cap. 58. num. 9.*
- Milites muti, & surdi effecti, debebantur olim de numero militum, cap. 58. n. 12. & cap. 59. n. 5.*
- Milites nuda voluntate testari poterant, cap. 59. n. 7.*
- Militis testamentum an valeat post causariam missionem, cap. 12. num. 3.*
- Militum iuramenti forma, cap. 58. nu. 10.*
- Misio quid sit, & missionum species, cap. 58. n. 6.*
- Morbofus dicitur non articulatè loquens, cap. 36. n. 2.*
- Mulier in consentiendo in virum sufficit, quod annuat capite, cap. 49. nu. 17.*
- Muti, & surdi simul ex accidenti non poterant olim testari, etiam si litteras scirent, poterant tamen hoc à Principe impetrare, hodie vero si sint litterarum periti possunt testari absque alia licentia, cap. 32. n. 5. 6. & 7.*
- Muti unde dicantur, cap. 31. n. 3.*
- Muti, & surdi litterarum ignari licet habeant intellectum, testari tamen hodie non possunt, cap. 32. n. 18.*
- Muti, & surdi dicuntur morbofi, cap. 36. n. 1.*
- Muti, & surdi obligantur nomine dotis, cap. 37. n. 8. cap. 42. nu. 12. & cap. 49. n. 28.*
- Muti, & surdi hereditatem adeunt, cap. 37. n. 9. & 11.*
- Muti, & surdi ex accidenti donare possunt, cap. 38. n. 4.*
- Muti, & surdi non possunt stipulari, cap. 38. n. 5.*
- Muti, & surdi ex accidenti possunt procuratorem constituere, cap. 38. nu. 7.*
- Muti, & surdi, qui contrahere possunt, qui sint, cap. 39. n. 1.*
- Muti, & surdi à natura reputantur dementes, nisi contrarium probetur, cap. 39. n. 2.*
- Muti, & surdi, qui intelligant, quomodo possint maioribus equiparari, cap. 41. n. 16.*
- Muti, & surdi à natura an possint contrahere inter vivos, cap. 42. nu. 1.*
- Muti, & surdi à natura mentecapti, & furiosi equiparantur, cap. 42. n. 5.*
- Muti, & surdi etiam intelligentes equiparantur pupillis, cap. 42. n. 6. & nu. 38. remissive.*
- Muti, & surdi manumittere possunt, cap. 42. n. 11.*
- Muti, & surdi possunt matrimonium contrahere, cap. 42. n. 13.*
- Muti, & surdi à natura possunt illos contractus celebrare, qui sola consensu perficiuntur, cap. 42. n. 25. & cap. 43. n. 7. sed non illos qui verba requirunt, n. 8. & 9.*
- Muti, & surdi possunt omnes contractus celebrare præter stipulationem, cap. 42. n. 33.*
- Muti, & surdi possunt illos in re contractus, qui re contrahuntur, cap. 42. n. 3. & 6.*
- Muti, & surdi litterarum ignari, litteris se obligare non possunt, cap. 43. n. 13.*
- Muti, & surdi ex quasi contractu obligantur, cap. 44. n. 1. 4. & 8.*
- Muti, & surdi non possunt esse tutores, cap. 44. n. 9.*
- Muti, & surdi ob delictum puniri debent, etiam si tales sint à natura, cap. 45. n. 1. & 3.*
- Muti, & surdi in non requiritibus loquelam habiles reputantur, cap. 45. n. 4.*
- Muti, & surdi ex accidenti an puniri possint si non probetur delictum, nisi per eorum gestulationem, cap. 45. n. 17.*
- Muti, & surdi ex delicto, & quasi delicto obligantur ad restitutionem, cap. 45. n. 15.*
- Muti, & surdi furiosi equiparantur, cap. 47. n. 3. & 5.*
- Muti, & surdi non dicuntur regulariter sub cura alterius, cap. 47. num. 4.*
- Muti, & surdi à natura non possunt testari, ergo non possunt contrahere matrimonium, non tenet consequentia, cap. 49. num. 20.*
- Muti, & surdi, & insuper cœci à natura, baptizantur, & saluari possunt, cap. 49. n. 30.*
- Muti, & surdi non possunt esse tutores, etiam si vitia sint separata, & etiam si ex accidenti id ipsis cuenerit, cap. 55. n. 6.*
- Muti, & surdi an testari possint, cap. 56. n. 1. & an saltem inter liberos, n. 2. & 6.*
- Muti, & surdi quare non possint testari, cap. 56. n. 4.*
- Muti, & surdi licet ex accidenti, non videntur posse eorum voluntatem signis demonstrare, cap. 59. n. 6. contra n. 8. & 9.*
- Muti tenentur diebus festis vestram audire, cap. 51. n. 16.*
- Muti, & surdi habent ius eligendi ac nominandi, cap. 47. n. 40.*
- Muti, & surdi ex l. d. cretus, C. qui testam. fac. poss. quomodo testari valeant, cap. 60. n. 8.*
- Muti, & surdi à natura car furiosi, & infantibus equiparentur, cap. 60. n. 17.*
- Muti & surdi à natura carent potentia intellectuiva actuata, cap. 60. num. 18.*
- Muti, & surdi olim testamentum facere non poterant, licet vitia essent separata, sed erat necessaria licentia Principis, cap. 60. nu. 29. 30. 31. & 32.*
- Muti, & surdi simul ex accidenti si sint litterarum periti testimonium ferre possunt, cap. 64. n. 1. & 2.*
- Muti, & surdi simul à natura testimonium regulariter ferre non possunt, cap. 64. n. 3. & seqq. necum nu. 7.*
- Muti, & surdi simul etiam à natura iurare possunt, capit. 64. num. 6.*
- Muti, & surdi à natura, si probetur, intellectum habere, testificari possunt, cap. 64. n. 7.*
- Muti, & surdi à natura, licet habeant intellectum, testari tamen non possunt, cap. 64. n. 8.*
- Muti, & surdi ex accidenti possunt testificari: sed non sunt integra fidei, cap. 64. n. 9.*
- Muti si constituantur, quomodo debeant eorum constituta, & examina à Notario scribi, cap. 65. n. 13.*
- Muti tantum parum de fide minuendum esse videtur, capit. 35. num. 13.*
- Muti, & surdi dandos esse curatores, quomodo sit intelligendum, cap. 41. n. 1.*
- Muti, & surdi dandus est curator, capit. 42. num. 7. & num. 38. remissive.*
- Muti, & surdi facilius conceditur, ut contrahere possint, quam testari, cap. 42. n. 8.*
- Muti tantum litteras scientibus exemplariter substitui non potest, cap. 62. n. 7.*
- Muto, & surdo ex accidenti, qui impetraverit factionem testamenti à Principe, exemplariter substitui non potest, cap. 61. n. 8.*
- Muto, & surdo ex accidenti, qui sit miles, si litteras nesciat, an exemplariter substitui possit, cap. 62. n. 9.*
- Muto, & surdo filios habenti exemplariter substitui non potest, & facta expirat, cap. 62. n. 10.*
- Muto, & surdo à natura exemplariter substitui non potest, si impetrasset factionem testamenti à Principe, secundum eos, qui eam impetrare posse, teneat, cap. 62. n. 11.*
- Muto, & surdo exemplariter substitui non potest, si loquelam recuperasset, & prius facta expiraret, cap. 62. n. 12.*
- Mutorum plures sunt species, cap. 31. n. 1.*
- Mutorum distinctio, an intelligant, vel non, in iure probatur, cap. 41. num. 17.*

# Index rerum Memorabilium.

Mutorum, & sardonum vitia separata, & ex accidenti non impediant, quin contrahere possint, cap. 42. nu. 17.  
Mutorum dispositiones quomodo à Notario scribi debeant. c. 65. num. 1.  
Mutorum signa à Notario describi debent, c. 65. nu. 2. & seqq.  
Mutorum dispositiones debent describi cum interuentu domestico rum. c. 65. num. 11.  
Mutorum, & sardonum testamenta quomodo debeant scribi à Notario. c. 65. num. 12.  
Mutus tantum scientiæ acquirere potest, c. 3. nu. 1.  
Mutus tantum ex accidenti testari non poterat de iure digestorum, etiam si litteras sciret, & quid de iure iudicis, c. 32. num. 1. 2. & 4.  
Mutus tantum ex accidenti poterat de iure digestorum impetrare factionem testamenti à Principe, si litteras sciret, cap. 32. num. 3.  
Mutus propriè ille dicitur, qui nullo modo loquitur, c. 31. nu. 2.  
Mutus tantum à natura si litteras sciat, hodie potest testari, licet secus de iure digestorum, cap. 32. nu. 9. 10. & 11.  
Mutus, & sardus à natura nec hodie, nec olim testari poterat, remissuè, c. 32. nu. 12. & 13.  
Mutus tantum, quos contractus facere possit, c. 34. nu. 1.  
Mutus tantum potest donare, licet litteras nesciat, c. 34. nu. 2.  
Mutus tantum stipulari prohibetur, & quare, c. 34. nu. 3.  
Mutus per interpositam personam stipulari potest, c. 34. nu. 4.  
Mutus an possit testificari circa ea, que illi sensibus percipiuntur, quibus non est priuatus, c. 35. nu. 1. & seqq.  
Mutus non potest nutu facere testamentum, c. 35. nu. 2.  
Mutus tantum litterarum peritus potest scribendo manu propria, testimonium ferre, c. 35. num. 4.  
Mutus litterarum peritus torqueri potest, c. 35. nu. 5.  
Mutus potest testari, ergo poterit esse testari, non tenet consequentia, c. 35. num. 6.  
Mutus litterarum peritus etiam in criminalibus est idoneus testis, vbi de rationibus, c. 35. num. 9.  
Mutus non potest esse testis in testamento, c. 35. nu. 10.  
Mutus tantum litterarum ignarus, licet admittatur in testem, non reputatur tamen integræ fidei, c. 35. nu. 11. & 12.  
Mutus, & sardus ex sacro tacite obligatur, c. 37. nu. 7.  
Mutus, & sardus ex accidenti litterarum peritus potest testari, ergo etiam contrahere, c. 38. num. 1.  
Mutus, & sardus non potest testari, ergo non poterit contrahere, non valet argumentum, sed bene è contra, c. 38. num. 3.  
Mutus an sit sana mentis ex signis dignosci potest, c. 40. nu. 2.  
Mutus tantum curator non indiget, & quare, c. 41. nu. 7.  
Mutus, & sardus ex accidenti litterarum peritus curator non indiget, c. 41. num. 8.  
Mutus nihil intelligens equiparatur mentecapto, c. 41. nu. 9.  
Mutus, qui nihil intelligit, indiget curatore, c. 41. nu. 10.  
Mutus, & sardus à natura, qui intelligit, equiparatur pupillo, cap. 41. num. 11. contra num. 13.  
Mutus, & sardus, qui intelligat, an indigeat curatore, capit. 41. nu. 12. & 15.  
Mutus, & sardus potest multa facere, qua prohibentur pupillis, cap. 41. nu. 14.  
Mutus, & sardus à natura, licet nihil intelligat, differi tamen à mentecapto, c. 41. num. 19.  
Mutus, & sardus à natura an possit dare libertatem, c. 42. num. 2. 33. & 34. remissuè.  
Mutus, & sardus à natura an possit donare, cap. 42. num. 3. & 35. remissuè.  
Mutus, & sardus à natura nihil intelligere præsumitur, c. 42. nu. 4 & 36.  
Mutus, & sardus potest donare, cap. 42. numer. 8. Procuratorem constituere, num. 9. accipere bonorum possessionem, num. 9. seruo iubere, vi stipulationem contrahat, numer. 14. pacisci numer. 15. gerere se pro hærede 19. & 21. matrimonium contrahere numer. 24.

Mutus non differt ab alio, nisi in iis, in quibus seruo est necessarius, cap. 42. num. 27.  
Mutus, & sardus potest insaudare, c. 52. nu. 12.  
Mutus, & sardus potest hereditatem adire, c. 44. num. 2.  
Mutus, & sardus obligat tacite bona inuicem, c. 44. nu. 5.  
Mutus tacite obligatur nomine dotis, c. 44. num. 6.  
Mutus, & sardus administrando aliena negotia obligatur, c. 44. num. 7.  
Mutus, & sardus, qui intellectu caret, puniri non potest, c. 45. nu. 4. & 5. & quid si intellectu caruisse, quandoque constet, nu. 6. & quid in mutis, & sardis à natura, nu. 7.  
Mutus, & sardus non potest puniri, nisi vitra confessionem factam per signa delictum probetur per testes, capit. 45. num. 8. & 9. & an id verum sit in omnibus mutorum, & sardonum generibus, num. 11. & 13.  
Mutus, & sardus hæræticus non potest puniri, nisi fiat recognitio persona per testes, & an id verum sit in omnibus sardonum, & mutorum generibus, c. 45. nu. 10. 11. & 13.  
Mutus ex accidenti, qui litteras sciat, potest cogi ad sciendum delictum mediante scriptura, c. 45. nu. 12.  
Mutus, & sardus à natura non potest torqueri, c. 46. nu. 12.  
Mutus, & sardus si litteras sciat, potest torqueri, ad hoc, vi scriptura delictum fateatur, c. 46. nu. 4.  
Mutus, & sardus litterarum ignarus an possit torqueri, cap. 46. num. 5.  
Mutus, & sardus an possit accusare, c. 47. nu. 1. & 9.  
Mutus, & sardus litterarum peritus potest propria manu querelam scribere, c. 47. nu. 7.  
Mutus, & sardus ex accidenti, licet litteras ignoret, potest accusare, c. 47. num. 8.  
Mutus, & sardus ex accidenti potest matrimonium contrahere, cap. 49. num. 2.  
Mutus, potest esse testis, c. 48. num. 6.  
Mutus tantum, vel sardus tantum potest matrimonium contrahere, c. 49. num. 3.  
Mutus, & sardus à natura præsumitur demens, cap. 49. numer. 4. & 19.  
Mutus, & sardus à natura non potest scire, quid sit matrimonium, c. 49. num. 7. & 21.  
Mutus, & sardus à natura non potest contrahere secundum aliquos, c. 49. nu. 9. contra num. 22. remissuè.  
Mutus, & sardus à natura testari non potest, nec etiam cum licentia Principis, c. 49. nu. 10. & 23. remissuè.  
Mutus, & sardus à natura si intelligat quid agat, matrimonium contrahit, c. 49. numer. 27. & an intelligat, relinquatur arbitrio Iudicis, c. 18. & c. 51. num. 1.  
Mutus, & sardus à natura, & insuper cæcus pariter à natura an matrimonium contrahere possit, c. 49. nu. 29.  
Mutus, & sardus à natura, & ex accidenti cæcus an matrimonium contrahere possit, c. 49. nu. 32.  
Mutus, & sardus à natura potest ingredi religionem, monasticamque vitam profiteri, c. 50. num. 1.  
Mutus, & sardus à natura baptizatur, & quomodo quando est adultus, c. 55. num. 23.  
Mutus tan à natura, quem ex accidenti non potest baptizare, c. 51. num. 4 & 6.  
Mutus etiam ex accidenti non potest confirmationem dare, cap. 51. num. 7.  
Mutus ex accidenti non conficit sacramentum Eucharistia, ipsam tamen alius dare possit, c. 51. nu. 8. & 9.  
Mutus, & sardus à natura peccata confiteri potest, & sacramentum Eucharistia accipere, c. 51. num. 10. & 11.  
Mutus ex accidenti litterarum peritus, an teneatur scribere peccata sua tempore confessionis, c. 51. num. 12.  
Mutus, & sardus alios confiteri non potest, c. 51. nu. 13.  
Mutus, & sardus ex accidenti extremam vnctionem dare non potest, c. 51. num. 14.  
Mutus, & sardus à natura an possit donare, c. 52. nu. 1.

# Index rerum Memorabilium.

Mutus, & surdus factus, hoc est traditione rei donare potest, c. 52. num. 7.  
 Mutus, & surdus à natura non potest stipulari, & quare, c. 52. numer. 8. & 9.  
 Mutus, & surdus à natura an possit libertatem dare, capit. 52. num. 11.  
 Mutus, & surdus à natura an possit pro alio fideiubere, capit. 54. num. 1.  
 Mutus tantum an possit fideiubere, c. 54. num. 2.  
 Mutus an possit iurare, c. 54. num. 5.  
 Mutus procurator ad negotia constitui potest, & quomodo, cap. 55. num. 1. & 8.  
 Mutus non potest dari tutor, nec etiam in testamento, cap. 55. numer. 2. & 4.  
 Mutus, & surdus à natura an possit testari ad pias causas, c. 57. num. 1.  
 Mutus, & surdus à natura, si sit miles, iure militari testari potest, c. 57. num. 2. & remissive num. 2.  
 Mutus, & surdus à natura furioso equiparatur, de quo tamen remissive, c. 57. num. 4.  
 Mutus, & surdus non potest libertatem dare, c. 57. num. 5. contra num. 7. remissive.  
 Mutus, & surdus à natura olim miles esse non poterat, & quare, cap. 58. num. 13.  
 Mutus, & surdus ex accidenti licet litteras sciret, de iure digestorum tamen testari non poterat, c. 59. num. 11.  
 Mutus, & surdus à natura potest testari ad pias causas, c. 60. n. 4. contra num. 35. remissive.  
 Mutus, & surdus à natura, ut faciat testamentum, cadit sub impossibili c. 60. nu. 10.  
 Mutus, & surdus à natura nihil intelligit, c. 60. nu. 13.  
 Mutus, & surdus à natura infanti equiparatur, c. 60. nu. 14.  
 Mutus, & surdus à natura, licet habeat intellectum, ipsum tamen non habet operatum quantum ad factionem testamenti, cap. 60. num. 16.  
 Mutus, & surdus à natura non potest suam voluntatem demonstrare circa factionem testamenti, c. 60. nu. 24.  
 Mutus, & surdus à natura non potest testari ad pias causas, c. 60. num. 26.  
 Mutus, & surdus ex accidenti, si litteras sciat, potest facere testamentum, si verò litteras nesciat, an possit impetrare factionem testamenti à Principe, c. 61. nu. 1. & 2.  
 Mutus, & surdus ex accidenti an possit suam voluntatem demonstrare circa factionem testamenti, c. 61. nu. 4.  
 Mutus, & surdus non potest esse iudex, c. 63. nu. 1.  
 Mutus, & surdus non potest esse arbiter, c. 63. nu. 2.  
 Mutus tantum non potest esse iudex, c. 63. nu. 4.  
 Mutus, & surdus potest esse arbitrator, capit. 63. numer. 7. contra num. 9.  
 Mutus, & surdus si quis euadat post factum in ipsum compromissum, an possit iudicare, cap. 63. num. 11. & seqq. nec non numer. 15.  
 Mutus non potest esse executor testamenti, c. 55. nu. 9.  
 Mutus, & surdus à natura non succedit in feudo, cap. 66. num. 1. etiam si inuestitura fuerit recepta pro se, & quibusdamque heredibus, vi num. 2. & quid in muto, & surdo ex accidenti, numer. 3. & 4.  
 Mutus, & surdus, qui ex medicorum opinione mederi potest, succedit in feudo, c. 66. num. 5.  
 Mutus, & surdus à natura an succedat in feudo non requirente aliquid particulare, & personale seruitium, capit. 66. numer. 6.  
 Mutus, & surdus an succedat in feudo dato pro annuo censu, c. 66. num. 7.  
 Mutus, & surdus succedit in feudo ex consensu Domini directi, c. 66. num. 8. qui potest mutum infeudare, licet id prohibitum sit infeudato, qui non potest mutum subinfeudare, nu. 9.  
 Mutus, & surdus succedit in feudo imperfecto, c. 66. nu. 13.

Mutus, & surdus succedit in feudo franco, c. 66. num. 12.  
 Mutus, & surdus succedit in feudo dato ob remuneracionem, cap. 66. num. 15.  
 Mutus, & surdus succedit in feudo dato in primum, capit. 66. num. 16.  
 Mutus, & surdus succedit in feudo sic existente pacto, capit. 66. num. 17.  
 Mutus, & surdus si non succedat in feudo, non reuertitur feudum ad Dominum, sed ad filios, & agnatos, & quid si post agnatorum acquisitionem mutus susceperit liberos, c. 66. nu. 18.  
 Mutus, & surdus si non succedat in feudo, & aliunde non habeat, ali debet ex fructibus feudi, cap. 66. num. 19. nec seruire tenetur, num. 20.  
 Mutus, & surdus, qui succedit in feudo, ipsum amittit, si talis fuerit effectus eius culpa, c. 66. nu. 21.  
 Mutus, & surdus à numeribus personalibus, non autem à realibus excusatur, c. 67. num. 11.

## N

**N**ihil est in intellectu, quod prius non fuerit in sensu, cap. 2. num. 3.  
 Nominis sola expressio fundat intentionem, maxime in nominibus singularibus, c. 6. num. 24.  
 Notarius debet subscribere in testamentis cæcorum, capit. 6. numer. 1.  
 Notarius in testamento cæcorum suum debet apponere signum cap. 6. num. 5.  
 Notarius, vel seruus potest pro muto, & surdo stipulari, capit. 43. num. 10.  
 Notarius debet conficere instrumentum de eo, quod percipit, vel visu, vel auditu, c. 65. nu. 4.  
 Notarius potest simpliciter scribere talem fideiussisse, vel stipulasse, & quare, c. 65. num. 5.  
 Notario an credatur asserenti testatorem esse cæcum, vel mente, & visu sanum, c. 4. n. 8.  
 Notarius an debeat describere signa muti deponentis, capit. 65. nu. 8. 9. & 10.  
 Nudus consensus in contractibus sufficit, c. 42. nu. 26.  
 Nutu, & gestu non omnia exprimi possunt, c. 2. nu. 12.  
 Nutu an testari possit ad pias causas, c. 61. n. 9.

## O

**O**bligaciones ex quibus oriuntur, c. 43. num. 1.  
 Oculus si eruentus sit alicui, & vnum tantum habeat, quid agendum, c. 25. nu. 6. & seq. & quid si vnum habeat videntem, alium inutilem, nu. 9.  
 Oculus si alicui veniat eruentus debilius erui debet, capit. 25. numer. 11.  
 Opinio illa in dubio est amplectenda, que fauet testamento, cap. 9. num. 13.  
 Ordo in tractatione materia serdorum, & mutorum, c. 26. n. 1.

## P

**P** quinimo in Instit. de milit. test. quomodo intelligatur, cap. 52. num. 14. & 15. & capit. 50. num. 2. 10. & 12. nec non cap. 61. num. 6.  
 P. furiosi in Institut. de curatore, declaratur, capit. 41. num. 4. & 6.  
 Pater testando inter liberos non tenetur obseruare solemnitates Iuris civilis, c. 9. num. 1. & seq.  
 Pater testando inter liberos an possit eos inæqualiter instituire, c. 9. num. 11.  
 Pena tallionis, que olim esset, c. 25. nu. 1.  
 Pena tallionis in desuetudinem abiit, c. 25. num. 2.  
 Poena commutari debet, quando delinquens non est illius poena capax, c. 25. nu. 4.  
 Poena quando nullum affert detrimentum, debet commutari, cap. 25. num. 10.  
 Peregrini an teneantur obseruare formam iuris civilis in testando, & quanto tempore valeant eorum testamenta aliter facta, cap. 12. nu. 7.

# Index rerum Memorabilium.

**Petrus** Antib. circa intelligentiam text. in cap. licet de censib. reprobatur, c. 24. nu. 10.

**Practica** scribendi nutorum dispositiones, c. 65. nu. 7.

**Præsens** non est, qui non videt, cap. 17. numer. 5. & cap. 19. numer. 10.

**Princeps** non potest surdo, & mutis concedere factionem testamenti, & quare, cap. 2. num. 18. licet aliqui contra, vt in cap. 57. num. 3. quod improbat num. 9. remissive, latè in cap. 50. per totum.

**Princeps**, quod possit dare testamenti factionem, quomodo procedat, c. 60. nu. 5. & 36.

**Princeps** non potest dispensare ad factionem testamenti Infantem, & furiosum, c. 60. nu. 12.

**Princeps** potest ea tantum tollere, quæ sunt iuris positivi, cap. 60. num. 27.

**Princeps** cæcus testando non tenetur obseruare solemnia alii necessaria, c. 12. num. 16.

**Privilegium** militum circa testamenta respicit solemnitates, non personas, c. 59. num. 4. contra num. 8. & seqq.

**Procurare** pro alio non possunt cæci, c. 14. nu. 11.

**Procurator** solo consensu constituitur, c. 38. nu. 7.

**Promissio** in dubio præsumitur facta mediante stipulatione, cap. 43. numer. 11. secum in promissionibus nutorum, & surdorum, num. 12.

**Q**uilibet ad ministerij dignitatem admittitur, nisi reperitur prohibitum, c. 20. nu. 2.

**Quilibet** reputatur habilis in his, quæ sunt de genere permissorium, cap. 2. num. 3.

**S**acerdotibus, qui post promotionem obmutuerunt, datur coadjutor, c. 51. nu. 15.

**Sacramentum** Baptismi requirit verba, c. 51. num. 6.

**Scriptura** est nota sermonis, c. 2. nu. 11.

**Sensu** aliquo deficiente, aliqua deficit scientia, c. 2. nu. 4.

**Sensus** auditus ad intellectionem est melior alio, c. 60. n. 21.

**Sententia** an debeat ferri in scriptis, c. 15. nu. 8.

**Sermo** audibilis existens causa est discipline, c. 60. nu. 22.

**Signa** in mutis sunt loco vocis cap. 65. num. 6.

**Solemmitates**, de quibus in leg. hac consultissima, Cod. qui testam. facere poss. respiciunt modum disponendi, cap. 8. num. 4.

**Solemmitates** requisita in testamentis cæcorum sunt inuenta ad tollendas fraudes, c. 5. nu. 2.

**Solemmitates**, de quibus in leg. hac consultissima, C. qui testamenta facer. poss. an debeant obseruari in legat. fideicommissis, & codicillis, c. 7. num. 7.

**Solemmitates** maiores requiruntur in testamentis, quam in aliis vltimis voluntatibus, c. 9. nu. 2.

**Solemmitates**, de quibus in leg. hac consultissima, C. qui testam. facere poss. de iure positivo, ac ideo à statuto tolli possunt, c. 10. num. 1.

**Statutum** loquens de morbofis habet locum in mutis, & surdis, c. 36. num. 4.

**Statutum** puniens aliquem obcaecantem, non procedit in eo, qui visum alicuius debilitauerit, c. 4. n. 4.

**Statutum** requirens pluræ pro forma, debet intelligi de iis, quæ sunt alicuius momenti, c. 6. nu. 16.

**Statutum** tollens solemnitates, de quibus in l. hac consultissima, C. qui testam. facere poss. an dicatur contra bonos mores, c. 10. nu. 2.

**Statutum** ininuens solemnitates testamentorum non est in dubio porrigendum ad testamenta cæcorum, c. 10. num. 3.

**Stipulatio** in donationibus quandoque interuenire solet, c. 28. nu. 4. & seqq. & c. 38. nu. 6.

**Substitui** potest filio impedito etiam directe, c. 61. nu. 2.

**Substitutio** exemplaris fundata est in imperitia testandi, c. 13. nu. 2. & quæ requiruntur ad hoc, vt locum habeat, nu. 3.

**Substitutionis** exemplaris ratio militat in mutis, & surdis, proxi in nuncupatis, c. 61. nu. 4.

**Surdaster**, vel tarde loquens potest esse tutor, c. 55. nu. 7.

**Surdaster**, & qui tarde loquitur succedit in fidei, c. 60. nu. 11.

**Surdaster** potest omnes celebrare contractus, c. 26. n. 4.

**Surdi**, & muti, quæ edoceri possunt, c. 2. nu. 14.

**Surdi**, & muti sunt in maxima rerum ignorantia, & penè humana belluæ, c. 2. nu. 15.

**Surdi**, & muti eos tantum contractus possunt celebrare, in quibus simplex requiritur consensus, c. 2. nu. 16.

**Surdi**, & muti arcentur à dispositionibus causa mortis, cap. 2. num. 17.

**Surdi** sunt, qui nihil prorsus audiunt, c. 26. num. 3.

**Surdi** tenentur diebus festiuis missam audire, c. 51. nu. 16.

**Surdi**, & muti, proxi etiam cæci possunt vti miserabiles persona declinare forum, c. 36. nu. 5.

**Surdi**, & muti, qui non possunt facere testamentam, non possunt etiam præstare consensum rectoribus testam. voluntibus, cap. 32. num. 19.

**Surdi** vnde dicantur, c. 26. nu. 5.

**Surdi** olim testari non poterant, & quare, cap. 1. 27. numer. 1. & 2.

**Surdi** olim factionem testamenti à Principe impetrabant, cap. 26. num. 3.

**Surdi** hodie testamenta facere possunt, c. 27. num. 4. licet non olim, num. 5.

**Surdi** possunt compromittere, c. 28. nu. 13.

**Surdi** an testificari possunt, distinguendi sunt plures casus, cap. 29. num. 1.

**Surdi** possunt esse testes, præterquam in iis, quæ sensu audiri pot. capiuntur, c. 29. n. 2. 3. & seqq.

**Surdi** possunt matrimonium contrahere, c. 30. nu. 1.

**Surdi** non admittuntur ad ordines sacros, c. 30. nu. 3.

**Surdi**, & muti à natura dicuntur habere intellectum, cap. 37. num. 1.

**Surdi**, & muti possunt illos contractus celebrare, in quibus simplex sufficit consensus, c. 37. num. 2.

**Surdi**, & muti possunt procuratorem constituere, c. 37. nu. 4.

**Surdi**, & muti generaliter contrahere possunt, c. 37. nu. 13.

**Surdi**, & muti etiam litterarum periti non possunt stipulari, c. 38. num. 11. & 12.

**Surdi**, & muti ex accidenti possunt obligari, licet non per stipulationem, c. 38. nu. 16.

**Surdi**, & muti possunt nominare ad Emphyteusum, cap. 38. numer. 17.

**Surdi** tantum maioribus equiparantur, c. 41. nu. 1.

**Surdi** tantum curatore non indigent, c. 41. num. 3. & 5.

**Surdi**, & muti possunt illos contractus celebrare, qui verba non requirunt, c. 43. num. 5.

**Surdi** non incurrunt in penam impositam euntibus per Ciuitatem post forum Campanæ, c. 45. nu. 14.

**Surdi**, & muti restituntur in integrum si propter hæc vitia fuerint læsi, c. 68. num. 1. & 2.

**Surdis** datur extrema vltio, & illam alio dare possunt, cap. 30. num. 7.

**Surdis** tantum exemplariter substitui non potest, c. 62. num. 5.

**Surditatis**, & mutitatis impedimentum à natura excludit consensum, c. 60. num. 15.

**Surdorum** duo sunt genera, c. 26. num. 2.

**Surdorum** dispositiones quomodo à Notario scribi possint, cap. 28. num. 14.

**Surdorum** dicta quomodo recipi debeant, c. 29. num. 6.

**Surdus**, & mutus à natura licet possit scribere, scripturam tamen non intelligit, c. 2. num. 13.

**Surdus** ex accidenti si litteras didicerit, potest scientias edoceri, cap. 3. num. 4.

**Surdus** à natura est etiam mutus, & quare, cap. 3. nu. 5. 6. & 7.

**Surdus**, & mutus est cæco infelicius, cap. 3. nu. 10.

# Index rerum Memorabilium.



*Surdus ex accidenti potest contractus inter vivos celebrare, cap. 28. num. 1.*  
*Surdus potest testari, ergo potest contrahere, valet argumentum, sed non è contra, cap. 28. nu. 2.*  
*Surdus potest donare, cap. 28. nu. 3. & 5.*  
*Surdus potest procuratorem constituere, cap. 28. nu. 6.*  
*Surdus potest illos contrahere celebrare, in quibus verba non sunt de forma, cap. 28. num. 7.*  
*Surdus, licet intelligat ad motum labiorum, non potest stipulari, cap. 28. num. 10. & 138. num. 13.*  
*Surdus non potest esse testis nec in testamento, nec in aliis actibus, in quibus necessarium est auditus.*  
*Surdus potest baptizari, & baptizare, cap. 30. nu. 3.*  
*Surdus potest consecrere sacramentum Eucharistie, cap. 30. nu. 5.*  
*Surdus potest dare confirmationem, cap. 30. nu. 4.*  
*Surdus potest sua peccata confiteri, licet non audret aliorum confessionem, cap. 30. nu. 6.*  
*Surdus tantum dicitur morbosus, c. 36. nu. 3.*  
*Surdus, & mutus an possit constitui procurator, capit. 37. nu. 6.*  
*Surdus, & mutus ex accidenti literarum ignarus non potest testari, & quid si accedat Principi licentia, cap. 38. num. 2. remissum.*  
*Surdus, & mutus ex accidenti potest constitui procurator, & quomodo, cap. 38. nu. 9.*  
*Surdus, & mutus potest facere compromissum, cap. 38. nu. 10.*  
*Surdus, & mutus ex accidenti potest contrahere matrimonium, cap. 38. num. 18.*  
*Surdus, & mutus à natura potest manumittere, c. 42. nu. 22.*  
*Surdus tantum potest torqueri, cap. 46. nu. 3.*  
*Surdus tantum accusare potest, cap. 47. nu. 6.*  
*Surdus, & mutus à natura an possit contrahere matrimonium, cap. 49. nu. 5. & per totum.*  
*Surdus, & mutus à natura an possit manumittere, capit. 53. numer. 1.*  
*Surdus tantum an possit fideiubere, cap. 54. nu. 31.*  
*Surdus, & mutus ex accidenti literarum ignarus an possit fideiubere, & reprobat Antonius Heringius, capit. 54. numer. 4. & 6.*  
*Surdus non potest esse tutor, nec etiam in testamento, capit. 55. nu. 3. & seqq.*  
*Surdus tantum non potest esse iudex, cap. 63. nu. 3.*  
*Surdus tantum, si sit clericus, an excusetur à recitatione diuinorum horarum in choro, cap. 67. nu. 2.*  
*Suspensio falsitatis cessat in Patre testante inter liberos, capit. 9. numer. 2.*

## T

**T**empus conditi testamenti inspicitur respectu solemnitatum, cap. 12. num. 11.  
*Testandi facultas difficilius conceditur, quam contrahendi, cap. 14. num. 2.*  
*Testari qui non potest, alius testari volentibus consensum prestare non valet, cap. 32. num. 19.*  
*Testes debent subscribere testamenta cæcorum, cap. 6. nu. 2.*  
*Testes non debent se rotulariter subscribere, quando Notarius rogatur de aliquo instrumento, cap. 6. nu. 3.*  
*Testes in testamento cæcorum an debeant se subscribere in principio testamenti, vel in fine, cap. 6. num. 12.*  
*Testes & audire, & presentes esse debent, cap. 17. nu. 4.*  
*Testes qui loquuntur, viva voce deponere debent, cap. 64. nu. 5.*  
*Testis debet deponere per sensum corporalem, c. 17. num. 3.*  
*Testis testamentarius debet testatorem videre, cap. 17. num. 8.*  
*Testis qui debet potest decipi in visu, & tactu, capit. 19. nu. 7.*  
*Testis debet audire verba interrogantis, cap. 29. nu. 4.*  
*Testis debet deponere proprio ore, cap. 35. num. 7.*  
*Testis debet deponere per unum ex quinque sensibus, capit. 65. n. 31.*

*Testamenta cæcorum, si non adsit Notarius, debent subscribi ab alio literarum perito, cap. 6. num. 4.*  
*Testamenta cæcorum de essentia requirunt scripturam, c. 6. nu. 6.*  
*Testamenta cæcorum debent habere institutionem in principio, c. 6. n. 9. contra n. 12. & seqq. & ipsorum forma, remissum nu. 26.*  
*Testamenta cæcorum valent favore descendendum, etiam si non obseruata fuerint debita solemnitates, cap. 9. num. 20. & quid respectu legatorum, nu. 25.*  
*Testamenta ad pias causas sufficit, quod contineant solemnitates iurisdictionum, cap. 9. nu. 2.*  
*Testamenta tempore pestis an valeant coram duobus testibus absque Parocho, cap. 12. nu. 5. & 12.*  
*Testamenta Patri facta an valeant absque debitis solemnitatibus, cap. 12. num. 8. & 10.*  
*Testamenta militum cur valeant, postquam non militant amplius, cap. 12. num. 8.*  
*Testamenta confecta tempore Belli non requirunt solemnitates iuris Ciuili, c. 12. nu. 13.*  
*Testamenta ad Notarij interrogationem valere, quomodo procedat, c. 33. num. 2. & 3.*  
*Testamentum est actus subtilissimus, c. 60. nu. 25.*  
*Testari non est permixtum illi, qui articulatè loqui non potest, cap. 33. num. 1.*  
*Testari non potest ad vltimus interrogationem, qui articulatè loqui non potest, c. 33. num. 4.*  
*Testari qui non potest, nec etiam in testamento potest esse testis, cap. 35. num. 3.*  
*Testari non potest, ergo non potest testificari, non valet consequentia, c. 64. nu. 4.*  
*Testator quando dicatur articulatè loqui, & que ad hoc requirantur, c. 33. num. 5. & 7.*  
*Testator sufficit, quod intelligatur, licet balbutient lingua, cap. 33. num. 9.*  
*Testator debet proprio ore heredem nominare, etiam si testetur inter liberos, c. 56. n. 5.*  
*Tutor vel curator si euaserit surdus, vel mutus, potest tutelam, vel curam dimittere, c. 55. nu. 5.*

## V

**V**erba interdum proferuntur contra intentionem proferentis, c. 52. num. 5.  
*Verba pro forma sunt necessaria solum in stipulationibus, capit. 28. num. 8.*  
*Verba sunt inuenta ad animum nostrum demonstrandum, cap. 42. num. 28.*  
*Verba non sunt necessaria in iuramento à iurto prestando, c. 48. num. 9.*  
*Verba in matrimonio non sunt necessaria, quando precedens tractatus consensum indicat, c. 49. nu. 6.*  
*Verbum, promitto, in contractibus surdorum, & mutorum non importat stipulationem, c. 38. nu. 14. & 15.*  
*Visus esse excelleniorum alio sensibus demonstratur, c. 1. & num. 2. & seqq.*  
*Visus cur sit in eminentiori parte corporis posuit, c. 1. nu. 3.*  
*Visus scientie producit, & quomodo, c. 1. nu. 4.*  
*Visus operatur in instanti, nec vnquam defessus est in operando, c. 1. num. 5.*  
*Visus plura representat, quam quilibet alius sensuum, & phores rerum differentias manifestat, c. 1. nu. 6.*  
*Visus magis confert ad necessaria vite, c. 1. nu. 9.*  
*Visus esset melior auditu ad cognitionem, si ea fieret tantum propria inuentione, c. 2. nu. 10.*  
*Vitia nature considerantur in his, qui testari volunt, c. 59. nu. 3.*  
*Vitium loquela, & auditus non tollit animum, atque consensum, c. 42. num. 32.*  
*Vox articulata, que sit, c. 33. num. 6.*

FINIS.

DECISIONES  
DIVERSORVM  
TRIBUNALIVM

Recollectæ per Excellentiss. D.

IO. DOMINICVM FANTINI

*In Foris Ecclesiasticis Venetiarum Aduocatum.*

Additæ in hac noua impressione ad Tractatum.

BLASII MICHALORIJ  
DE COECO, SVRDO, ET MVTO:

*SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.*

DECESSIONES  
DIVERSORVM  
TRIBUNALIUM

Recolligta per Excellentia D.

IO. DOMINICVM FANTINI

Adde in hac nota inscriptione ad Testimonium

BLASII MICHALORII  
DE COEGO, SVARDO, ET MVTO.

STYLIUM FEMISSIT ET PRIMI ARBORE  
[Faint, mostly illegible text follows]





# DECISIONES DIVERSORVM TRIBUNALIVM

De Coeco, Surdo, & Muto.

Seraphin. Decif. 961.

SUMMARIVM.

1. Coecus condens testamentum inter liberos, non tenetur servare solemnitates, leg. hac consultissima, C. qui testam. fac. poss. sed in eo locum habet dispositio, §. ex imperfecto quod tamen declaratur procedere, quando omnino cessat suspicio fraudis, alias secus est in testamento, vel Codicillis etiam inter liberos factis, vt num. 2.
2. Secundum testamentum non solenne non reuocat primum solenne in praeiudicium extraneorum, licet sit factum inter liberos, vbi adest suspicio fraudis.
3. Testamentum, vel codicillis per coniecturam amentiae suspecti redduntur.
4. Coecus an possit donare causa mortis, etiam non adhibitis solemnitatibus, leg. hac consultissima, vt est communis opinio, sed hoc intelligitur procedere, si praesens sit donatarius, vel alius, qui pro eo stipulatur, alias resolutur in fideicommissum, & eo casu requiruntur solemnitates dictae, §. ex imperfecto.

DECISIO I.



ILLVSTRISS. D. Io. Paulus Vicecomes mente, & corpore sanus suum considerat testamentum adhibitis omnibus iuris solemnitatibus de anno 1575 mense Maij, anno sequenti de mense Octobris, infirmus corpore, & oculis captus non adhibita solemnitate requisita in *l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. qui testam. fac. poss.* fecit codicillos, in quibus fere omnia bona reliquit D. Io. Francisco de Turate filio suo, vt asseruit, arrogato, cui in priore testamento tertiam tantum partem hereditatis reliquerat cum onere fideicommissi: Et quia coram Reuerendissimo D. Perusino fuerat resolutum, codicillos fuisse nullos, & inuálidos stante coecitate testatoris, fuit dubitatum, an codicilli sustinerentur, vel ex eo, quod institutus fuerit filius arrogatus, vel ex eo, quod in illis adfit clausula donationis extensa in clausula codicillari: Et per Dominos in vtroque capite fuit resolutum pro informante, nempe codicillos sustineri non posse,

emissa enim quaestione, an dispositio *l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testam.* habeat locum in filiis adoptiuis, seu arrogatis, in qua quaestione Natta in *dict. §. ex imperfecto quest. 16.* tenet affirmatiuam, Tiber. vero Decian. in *conf. 34. n. 6. cum seqq. lib. 1.* tenet negatiuam: Et praesupposita parte affirmatiua pro vera, communis conclusio est, coecum posse testari inter liberos, omitta solemnitate requisita in *dict. leg. hac consultissima*, & in eius testamento locum non habet dispositio *§. ex imperfecto*, vt testatur Boer. qui plures citat in *decis. 240. n. 20.* Verum haec opinio procedit, cessat quando omnino suspicio fraudis, propter quam maior solemnitas requiritur in testamento coeci; vbi vero adest aliqua suspicio, tunc secus, vt tradit Socin. in *conf. 163. col. 2. vers. tertius*; & vltima ratio, Natta in *dict. §. ex imperfecto n. 41* & *conf. 124. n. 3.* Boer. in *dict. decis. n. 20.* & optime Reuerendus Dominus meus Mantica de *coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 2. num. 25. vers. quidquid sit.* Suspiciones autem multae sunt; nam in primo testamento adfuit admixtae personae extraneae, quas etiam praedilexerat ratione conseruandae agnationis; quo casu per secundum testamentum non solenne non reuocatur primum solenne in praediuicium extraneorum, vt post alios tradit Natta *quest. 45. nu. 219. & seqq.* concurrunt etiam nonnullae coniecturae amentiae, quae licet ex se non sufficiant ad subuertendam dispositionem, reddunt tamen valde suspectum totum hoc negotium codicillorum: Sunt & aliae suspiciones deductae in factis, ex quibus Domini censuerunt nos esse in casu limitationis, non autem regulae. Quantum ad posterius caput donationis, licet inter Doctores sit magna controuersia, an coecus possit donare causa mortis sine solemnitatibus *dict. leg. hac consultissima*; nam Perrus, & Aloyus de Perusio inter com. Bald. *conf. 243. lib. 3.* tenuerunt affirmatiuam, idem tenuit Roman. in *leg. inter mortu. nu. 3. de donat. caus. mort.* Rimin. iunior. *conf. 84. n. 14.* Roland. *conf. 82. n. 20. lib. 1.* & in hac sententia fuerunt Bald. Fulgot. Alex. & Inf. allegati per Narr. *n. 43.* & ea ratione, quia donatio causa mortis magis accedit contrae, quam vltimae voluntati, & haec videtur communis opinio, quamuis contrarium tenuerit Roia. in *dict. leg. 2. de leg. 1.* & in *conf. 24. n. 50. lib. 20.* Alciat. in *dict. leg. 2. n. 15.* Plotus *conf. 54. n. 15. & 17.* & Narr. in *d. §. ex imperfecto num. 43. & 44.* Tamen illa quaestio

non posset hic cadere, cum neque præfens esset donatarius, neque quisquam pro eo stipulatus fuerit, quorum alterum requiritur ad validitatem donationis causâ mortis, *leg. inter mortis de donation. caus. mort.* Plor. in *dic. conf. 54. n. 20. Ronald. d. conf. 32. nu. 27.* & idem resolutur in fideicommissum, *Dec. in conf. 245. num. 7. Roland. vbi supra.* Vnde fit, vt re incidat in eas difficultates, quæ circa primum caput deductæ fuerunt, nempe vt corruat ex defectu solemnitatis. Et ita, nemine contradicente, conclusum.

Ricc. Collect. Decif. 3354. par. 8.

S Y M M A R I V M.

- 1 Cæcus admittitur ad testificandum super his, quæ pendent à sensu auditus, si contrahentium, & loquentium voces habeat notas; procedit in civilibus, non in criminalibus, & num. 2.
- 3 Cæcus, an limando monetæ circum possit torqueri cum aliis monetariis falsis.
- 4 Mutus, & surdus an repellatur in criminalibus à testificando, & quando num. 5.

DECISIO II.

1 Cæcus admittitur ad notificandum † super his, quæ pendent à sensu auditus, si contrahentium, & loquentium voces habeat notas, hodie d. concordat, & alia gl. in *cap. testes in verbo qua nouerant, vers. similiter cæcus 3. quest. 9.*

2 Declara tamen, hanc conclusionem † procedere in civilibus causis, eo quia in criminalibus cæci testimonium non admittitur, etiam in his, quæ percipiuntur sensu auditus, Rubin. *decif. Rot. Germ. 372.* vbi assignat rationem, quia cæcus de facili potest voce decipi.

3 Sed nunc cæcus † inquisitus de tonsione monetæ, hoc est eam limandi circum in circa insimul cum aliis monetariis falsis torqueri possit, negatiuè decisum per *Soc. cons. diu. Girz. rel. decif. 26.*

Et ita, sicuti cæcus in criminalibus repellitur à testificando, ita pariter & mutus, † & surdus, dum casus accidisset in mea Curia Episcopali Viciæquensi practicati feci, ne recipiantur huiusmodi depositions testium, nam licet mutus, & surdus intellectum habens, & nota, ne signis suam intentionem significare volens, non prohibeatur in causis civilibus testificari, vt dicunt Doctores, sicuti pariter mutus, & surdus, qui nuru, & signis potest significare suam voluntatem, non prohibetur matrimonium contrahere, & alios actus peragere, quia conueniant etiam integris hominibus, *leg. ex facto, ff. de vulg. & pupill. cap. cum apud extra de sponsal. l. matris in princ. ff. de iur. dot.* tamen secus est in criminalibus, in quibus nullatenus admitti potest, etiam si sit mutus ex accidenti, velletque per scripturam deponere, ne recipiendus erat, prout & ita discussio negotio, recordor fuisse semel decisum in Curia Archiepiscopali Neapoli tempore Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinalis Acquæuiuæ bon. mem. cuius officibus multum debeo.

3 Intellige autem, hæc omnia † procedere debere in totaliter cæcis, vel totaliter mutis, aut surdis, at secus in monopoculis, surdastris, vel mutastris, argum. text. in *l. honores, ff. de curat.* vbi mutus, & surdus si in totum non audiunt excusantur à muneribus civilibus, at secus in eo, qui tardè loquitur, aut tardè audit, mutus enim dicitur, qui nullo modo potest lo-

qui, non autem qui tardè, & ponderosè loqui potest, conferunt scripta per D. Regentem Papiam in *decif. nouis sac. consil. .... nu. 43.* Hinc cæcus, vt insimul potest declinare forum tanquam miserabilis persona, tamen id intelligitur, de totali cæco, Thefaur. *decif. 177.*

Comitoll. Decif. 155.

S Y M M A R I V M.

- 1 Cæcus Codicillos faciens, tenetur seruare solemnitates quasdam, etiam si non sit cæcus à natiuitate, nu. 9. & seq. Alias per illos, tanquam nullos, non est derogatum testamentaria dispositioni præcedenti, nu. 11. Furiosus non potest testari.
- 3 Furor est difficilis probationis.
- 4 Cæcitatem esse probatam ex testibus firmatur, & seqq.
- 5 In eo, qui habet oculos apertos, sed demortuos, probatur per testes, & ex actibus, & signis, vnde liqueat, aliquem ea facere, quæ videns non faceret, & seqq. Et ex eius querimonia, num. 8.
- 6 Cæcus propriè non solum dicitur, qui talis natus est, sed & is, qui ex morbo, aut accidenti vtriusque oculi visu caret, num. 9.

DECISIO III.

D. Io. Paulus Vicecomes, cum anno 1575. mense Maij, condito testamento, D. Io. Franciscum filium rogatum pro tertia parte, & pro aliis duabus tertiis D. Hieronymum fratrem germanum hæredes instituisset anno sequenti mense Octobris Codicillos fecit, quibus D. Io. Francisco multa prælegauit, eundemque pro dimidia declarauit hæredem, De nullitate † horum Codicillorum oppositum fuit per R. D. Octauium D. Hieronymo Patri hæreditatem repudianti subsecutum, eo quod dicerentur conditi tempore, quo D. Io. Paulus luminibus, & mente captus erat, non seruata solemnitate, *leg. hac consultißima, C. qui testam. fac. poss. & S. cæcus instit. eod. & contra text. in l. furiosum, C. eodem.* Quare dubitauit, an constaret de amentia, & cæcitate † D. Io. Pauli, tempore dictorum Codicillorum, ita vt sint nulli, nec derogent præcedenti dispositioni testamentaria.

Et Domini, quia caput amentie visum fuit, difficilioris † esse probationis, & ea, quæ testes super illa deponunt, non omnibus æquè concludebant, eo omisso conuenerunt, sufficienter ex testibus, quorum † summarium datum fuit, constare, quod D. Io. Paulus Codicillorum tempore lumen oculorum prorsus amisisset.

Etenim cæcitas in eo, qui habet oculos apertos, & claros, sed demortuos, quales † asseritur, habuisse D. Io. Paulus, probatur per testes, & ex actibus, & signis; vnde liqueat aliquem ea facere, quæ videns non faceret, *Bart. in leg. 2. nu. 3. ff. de bon. poss. sur. vel insan. dala. las. in dic. leg. hac consultißima nu. 8. & ibidem Dec. nu. 45. Ang. in S. cæcus nu. 1. instit. eod. tit. qui testam. fac. poss. Imol. in l. 1. §. vlt. de verb. oblig. Nat. cons. 210. in princ. Anguisc. conf. 269.* Ex testibus autem datis primus, † & secundus super tertia positione. Tertius super 4. 7. & 9. Quartus super 3. 4. 5. 6. & 7. Quintus super 3. 4. & 7. Item sextus super 3. concorditer affirmant, D. Io. Paulum in festo S. Io. Baptistæ anno 1576. vsque ad eius obitum, intra quod spatium includitur tempus Codicillorum, prorsus luce oculorum orbatum mansisse. Cumque, vt plurimum sint domestici, † qui

7 † qui eius sic infirmi, & obcæcari curam gesserunt, probabiles, & legitimas suæ assertionis rationes exponunt, præsertim super 4. §. & 6. positionibus, nempe, quod manu duceretur, etiam per domum, quod non agnosceret familiares præsentés, nisi interdum ex voce, quod res ab ipso petitas, & in conspectu positas, ut acciperet admonitus, manibus attentans, quæreret, & ea, quæ ante obuerfabantur, in Solis, & candelæ clara luce, non aduerteret, sed sibi adfertî expesceret, quod cibos necesse erat illi in os inferre; & potum ori admoveere, simulque significare, quidnam illud esset, quod ei offerebatur. Accedit, quod † iidem testes specialiter, primus, tertius, & quintus super 7. deponunt, quod D. Io. Paulus doleret querebatur; se penitus oculorum lucem perdidisse, quod nemo ipso certius affirmare potuit.

Quare conclusum fuit observationem, l. hac consultissima (quæ locum habet non solum in eo, qui cæcus † natus sit, sed & in eo, qui ex morbo, aut accidenti utriusque oculi visum caret, cum & is propriè cæcus dicatur, Aristot. in 5. Metaph. cap. 22. de privatis. & l. i. c. qui morbo se excusat. lib. 10.) adhibendam de iure communi fuisse † in Codicillis D. Io. Pauli, ad text. in d. l. hac consultissima, vers. quæ in eundem modum, Speculat. in tit. de instr. edit. §. 12. nu. 42. quæ omilla, conclusum fuit per eos, ut potè † nullos, dispositioni testamentariæ præcedenti nequaquam derogatum, nisi iure aliquo speciali, vel ex vi clausulæ salutatis adiectæ sustineatur.

Vide, quæ in hac causa postea fuerunt dicta coram Seraph. decis. 966. & hanc, & illam referunt, & examinant Hond. d. consil. 58. lib. 2. qui pro validitate Codicillorum respondit, & Giouagn. cons. 22. lib. 1. qui pro invaliditate concludit. Ad materiam testamenti cæci, vide etiam Eug. consil. 63. lib. 2. Negul. Iun. quæst. 37. 4. & Giouagn. cons. 5. & 6. lib. 2. Et quod ad pias causas possit testari sine solemnitate, Capiferri. de num. test. in testam. req. par. 2. cap. 4. n. 54. & 55.

## Bordon. Decif. Miscell. 228.

## SUMMARIUM.

- 1 Cæcus vocem passivam nullatenus habere potest.
- 2 Cæcus in officio si cadat in cæcitatem, non est ab officio remouendus.
- 3 Cæcus habet vocem adiuuam, & potest votare.

## DECISIO IV.

1 **P**assivam vocem † nullatenus habere potest cæcus, quia impossibile est, quod officium, ad quod assumeretur, bene peragat ex cap. hinc etenim dicit 49. unde & ab omnibus dicitur inlegibilis, S. Thom. par. 3. quæst. 82. art. 10. Paris. lib. 5. de resign. quæst. 6. nu. 36. ex illis Tambur. tom. 1. disput. 5. quæst. 21. nu. 33. Si in officio † cadat in cæcitatem, non est ab officio remouendus, quia afflictio non est addenda afflictio, cap. ex parte, de cleric. agrot. sed dandus est illi coadiutor, ut ex dicto capite, & aliis præcedentibus colligitur.

3 Idem verò cæcus † potest votare, quia per aduenientem cæcitatem ius suum non amisit, neque illi nova tribulatio superaddenda est. Procedit, licet vota conscribantur in schedula per ipsum vocalem, quia id non est necessarium, cum etiam conuersi illiterati per tertium sua vota præbeant, ut prædicatur.

## Bordon. Decif. Miscell. 457.

## SUMMARIUM.

- 1 Mutus qui effectus postquam fuit electus ad aliquod munus, non est ab eo remouendus.
- Electus ad exercendum aliquod munus, per supervenientem impotentiam non est ab eo remouendus, exemplificatur in multis casibus, præsertim in muto.

## DECISIO V.

1 **I**ta omnia concludunt, electum, per supervenientem impotentiam ad exercendum munus suum, non esse remouendum ab officio suo, sed illi dandum esse coadiutorem, ex cap. scriptis 17. quæst. 1. ibi: Nusquam Canones præcipiunt, ut pro ægriudine Episcopo succedatur, & omnino iniustum est, ut si molestia corporis irruit, honore suo prinetur ægrotus, cap. cum percussio 27. quæst. 1. quia flagellari afflictio addenda non est, ut ibidem dicitur, cap. præsertim 3. cap. Pontifices 4. cap. quamvis 14. ead. 7. quæst. 1. ibi dem statuitur, cap. de Recloribus 3. cap. ex parte 5. cap. consultationibus 6. de cleric. agrot. nec oppositum habet cap. iud nos 4. ibi: Ab administrationis officio debet remoueri, id est ab exercitio sui officij remouendus est leprosus propter abominationem, non autem à Reclotia. Supradicti textus, licet loquantur de Episcopis, & Parochis, tamen intelligendi sunt de omnibus superioribus, & Prælaris etiam Regularibus, propter identitatem rationis, & quia ita non obscure colligitur, ex cap. vnic. de cleric. agrot. in 6. extremis verbis: non sunt ergo remouendi superiores electi propter huiusmodi morbos, nisi velint, sed patiendi cum sua infirmitate, substituendo illis Coadiutores, Tambur. tom. 1. disput. 5. quæst. 21. nu. 47. Suarez tom. 5. disput. 51. sect. 3. nu. 17. Petrus Gregorius lib. 47. cap. 9. n. 91. Peregri. de Pralat. quæst. 2. cap. 4. nu. 23. quidquid dicat Sigism. dub. 89. & 102. de elect. ex glol. 5. insufficientias cap. 1. de renunc. nam in eo cap. sermo est de insufficientia peccaminosa, non de ea, quæ inducitur ex infirmitate. Quare bene se gessit quidam Generalis, qui Prouinciali effecto muto dedit coadiutorem ei discretum, seu secretarium, & tandem desperata sanitate, quia erat mutus impotens ad deambulandum, & ad scribendum, remotus fuit ab officio, & novus electus.

## Boerij Decif. 1.

## SUMMARIUM.

- 59 Mutus ex accidenti factus an possit eligere.
- 60 Cæcus, & idiota quomodo possint transigere super cognitis, & visis verbis testamenti.
- 63 Cæci scrutinius non potest in scripto fieri.

## DECISIO VI.

**S**ed in casu præsentî non est opus legere, sed exprimere verbo conceptum mentis: alias sequetur, quod mutus ex accidenti posset eligere: quia † ubi voce non est opus, mutus interuenit, text. cum sua glol. in l. pater quoties, §. 1. ff. de acquir. heredit. cum nota in leg. discretus, C. de testament. & ideo tanquam tutor non potest auctoritatem præstare, leg. 1. ff. de tutor. v. tenet Signo. de Hom. in consil. 193. quia interpolatio

authoritatis requirit vocem, reprobata, l. vbi non voce, ff. de regul. iur. & ibi Alb. de Rosa accedant votata per Ang. in cons. 94. & in consil. 193. ante fin. versic. dicit aliquis; 60 vbi ponit † quomodo cæcus, & idiota, & litterarum imperitus possit transigere super dispositis in testamento, agnitis, & iussis verbis testamenti: licet in hoc casu sufficiat, secundum ipsum, vim verborum vltimæ voluntatis cognoscere per habentem iuris peritiam, l. in honorum, ff. de bon. poss.

Et si dicatur, quod prædictus præcessor cæcus fuit scrutatus, & dedit votum in scriptis, licet non legit, vt dictum est, & sic non fuit scrutati ommissus, nec & non alij Canonici: Dico, quod paria sunt non scrutari, vel scrutari, ea non apparere de scrutatione, siue scrutatio, & inquisitione legitimo modo facta, arg. l. fin. & ibi glos. in verbo orbitates, C. ad leg. Fauiam de plag. vbi dicitur, quod paria videntur, aliquid non esse, vel esse, & inutiliter esse, vt cap. 11. & ibi Abb. Sicul. versic. no. quod paria videntur de transitu Episcop. & sic non censetur scrutatus, quia cum in aliquo actu, vt electionis, requiratur forma, talis forma dicitur, quid indiuiduum, vt cap. quorundam, & ibi glos. vigesimatertia distinctione accedat dictum Baldi in leg. 1. C. de sententiis ex periculo recitandis, quod si Iudex debet ferre sententiam secundum consilium sapientis, & in scriptis datum Iudex non legerat, sententia est nulla, de quo plenè Felyn. in cap. venerabilis col. 17. in 3. & 4. fall. de except. Igitur, &c.

## Boerij Decif. 240.

S V M M A R I V M.

- 20 Cæci testamentum inter liberos, quam solemnitate requiritur.  
21 Cæcus an transigere possit super testamento.

## DECISIO VII.

**S**ed an habeat leg. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. qui testamenta facere poss. locum etiam in testamento imperfecto Patris cæci † inter liberos condito, non seruata solemnitate dictæ leg. vbi Bart. dicit, illam legem mente tenendam: quin poterit quis multum de honore ex ea habere: quia sæpè homines excœcantur propter infirmitatem, vel alia accidentia; tamen faciunt testamentum secundum ius commune, idèd non valet, nec inter liberos, vt tenet Fulgos. & Rom. & idem Marian. numer. 2. & idem Fulgos. cons. 41. & cons. 91. & Castren. cons. 261. super 1. dubio præsupposita cœcitate vol. 10. quoniam illam solemnitatem in testamento cæci seruandam Imperator adhibuit ad fraudes, & falsitates (quæ de facili hominibus non videntibus fieri possent) euitandas, vt ibi dicitur in fin. & in l. fin. Sum enim res, C. de fideicom. Sed contrarium tenet Bald. in dict. leg. hac consultissima, & cum sequuntur ibi Angel. vers. sed quid erit in patre, & Castren. versic. item quæro, an solemnitas, & sic sibi contrarius, & Corn. vers. sed dubitatur, & Alex. versic. extra glos. est dubium, & idem Salyc. quest. vlt. & Iason vers. sed pone, quod pater sit cæcus, & ipsum sequitur Curt. Iun. in dict. §. ex imperfecto nu. 8. & ista est communis opinio, quam tenet Ang. Aret. in §. cæcus in fin. insit. eod. & Ias. cons. 26. num. 2. vers. sed quando prædicta volum. 1. & Zabar. cons. 149. Ser. Franc. & Socin. cons. 15. Non fuisset opus vltiori discussione, cum versic. seq. & quali per tot. vol. 2. vbi ponit etiam, quando primum præcessit testamentum solemne, clausulam habens derogato-

riam, per quam apparet, ratione conseruandæ agnationis, testatorem cæcum magis dilexisse agnatos, quam filias in secundo testamento minus solemne hæredes institutas: qui tenet primum non tumpi, nec tolli per secundam inter liberos factam, de quo ibi per eum, sequendo Fulgos. in dict. leg. hac consultissima, §. si quis autem, & tenet Oldiad. cons. 119. quod dicitur, Titius condidit testamentum, & Io. And. in addit. Spe. tit. de testam. §. 1. & in his terminis conuoluerat Fulgos. in dict. cons. 41. & 92. ipsum sequitur Bened. & in dict. cap. Rainuc. num. 79. & se fundant DD. supradicti tenentes communem, quia quando testati sunt inter liberos, cessat omnis sinistra suspicio fraudis, & falsitatis, & sic cessat ratio, propter quam fuit hæc solemnitas à lege introducta. Quid dicendum? & Mart. de Fano, qui primò hæc disputauit questionem, ipsam dimisit indiscussam, prout referunt DD. supra allegati, quam etiam Alber. aufus non fuit decidere in dict. leg. hac consultissima, nec Barb. in cap. xelatum n. 23. de testam. Et pro parte, quam tenet Fulg. & seqq. facit: quia licet inter liberos cessat suspicio falsitatis; quando vult æqualiter eos instituere hæredes, tamen quando Pater vult eos inæqualiter instituere, quod potest, vt supra dictum est, non minor videtur ratio suspicionis, quam inter alios, vt legitur Genes. 27. de Isaac, qui ob nimiam senectutem fuit effectus non videns, quia in illa ætate colligant oculi, prout contigit pluribus antiquis Patribus veteris Testamenti, quos recitat Luc. de Maria in l. 1. C. qui morbo se excus. lib. 10. Vnde consilio, & machinatione Rebeccæ vxori Iacob submissam loco Esau primogeniti benedixit, & successionem ei dedit. Et si ita comperta fraude occurreret mihi casus, iudicarem testamentum nullum: alius in dubio communis opinio, quæ pro testamento facit, est sequenda, l. si pars, ff. de inoffic. testam. siue testamentum cæci sit vnicum, siue secundum inter liberos factum, quod semper valeat, & primum solemne renocetur, vt dictum de alio Procuratore non cæco. Pro quo facit, quod notat Bart. in leg. militis, §. veteranus, ff. de milit. testam. & Barbof. cons. 60. num. 11. & 12. volum. 2. Et sic dict. §. ex imperfecto habebit locum in omni paterno testamento inter liberos, etiam naturales tantum, & non spurios condito, alias cæcus non potest, etiam si esset consuetudo, aut statutum loci volens simpliciter valere testamentum minori tertium numero factum, quia non intelligitur comprehendere testamentum cæci, vt voluit Bald. in leg. si queramus, quem ibi sequitur Franc. de Aret. versic. vltimo in quantum, Bald. de testam. & Marian. in dict. leg. hac consultissima num. 2. versic. item dicunt, Iason. consil. 11. incipit, vltimo testamento, volum. 3. & cons. 26. num. 2. volum. 1. Et pariter cæcus potest donare, & facere omnes contractus inter viuos, sicut quilibet alius, cum non reperiat prohibitus, vt voluit Alexand. cons. 7. versic. item dato, volum. 1. eum sequitur Iason. in dict. leg. hac consultissima, vt consuluerunt Petrus, & Aloysius de Perusis, quorum consilium reperitur in 4. par. consilior. Bald. num. 380. quia donatio causa mortis magis accedit contractui, quam vltimæ voluntati, per notat in leg. 2. de dote præleg. cum aliis per ipsos allegat. de quo vide amplè Bald. & Lancellot. Dec. & Soc. in leg. 2. versic. in glos. ff. de leg. 1. vbi ponit quatuor conclusiones, cui inagis donatio causa mortis æquiparatur, an contractui, vel vltimæ voluntati, & istam partem tenet Angel. Aret. in dict. §. cæcus versic. quid si velit. Et etiam, quod possit codicillari: sequendo secundam opinionem glos. in dict. leg. hac consultissima in verb. codicillis, quam etiam sequitur ibi Salyc.

Salyc. & Castr. & ibidem Ias. ibi, *vers. quæro, pone, quod cæcus, dum tamen ultra numerum quinque testium adhibeat Notarium, aut loco illius unum testem, & istud probat per illum text. optimum, ut ibi per eum.* Sed primam opinionem glol. quod in codicillis requirantur octo testes, vel septem cum Notario, tenent Ias. Bur. Bald. Ang. Fulg. Rom. & Alex. Corn. ibi dicentes, hanc esse communem, quam tenet Io. de Plat. in dict. §. cæcus, & Castr. in dict. cons. 361. *vers. nec iussaretur, volum. 9.* Sed aliæ opiniones mihi magis placeant, per rationes Ias. ibi. & in dict. consil. 26. num. 2. *vers. illud etiam puto esse, volum. 1. licet Ias. in dict. consil. 81. velit contrarium in donatione causa mortis.* Sed an testamentum cæci sit nullum ob præposterationem legatorum ante institutionem hæredis factam, & videtur, quod sic: tenet Richard. Malom. Cin. Barr. & Fulg. in dict. l. hac consultissima, & Ang. Arct. in dict. §. cæcus, & in §. ante hæredia institutionem, institut. de leg. & Cepol. cantel. 128. incipit, in testamentis. Contrarium tamen, & melius, ita Bald. Castr. Roman. Alexand. & Ias. in dict. leg. hac consultissima, & idem Ias. in d. consil. 26. num. 1. & 2. volum. 1. Sed ¶ an transigere possit super contentis in testamento, est dubium, quia text. in leg. de his, ff. de transaction. dicit, inspectis, cognitisque verbis testamenti: sed cæcus non potest legere, & verba testamenti inquirere. Contrarium tamen tenet Angel. consil. 198. *vers. dicit quis secundum prædicta, & respondet sufficere, cæcum intelligere vim verborum vltimæ voluntatis per alium habentem iuris peritiam, l. in bonorum, ff. de bon. possess.*

## Rota Decis. 602. par. 5. recent.

### S V M M A R I V M.

- 1 Coadiutoria datur in fauorem Ecclesie, ut cultus diuinus debitis non fraudetur seruitiis.
- 2 Coadiutoria datur, ut ea seruitia, quæ à coadiuto præstari non possunt, à coadiutore præstentur.
- 3 Coadiutor semel datus exprimit eius officium, si efficiatur inhabilis.
- 4 Coadiuti officium expirat per eius mortem, vel translationem, nisi coadiutor habeat futuram successionem.
- Coadiutor, si efficiatur impotens, non est, qui coadiuet, num. 4.
- 5 Coadiutus, si moriatur, vel transferatur, non est qui eo adiuuetur.
- 6 Tutela, vel cura licitum est arguere ad coadiutoriam.
- 7 Tutela, vel cura expirat, si tutor, vel curator efficiatur inhabilis, puta mutus, surdus, vel cæcus.
- 8 Coadiutor si non deseruat Ecclesie, & ei debita seruitia non præstet, coadiutus potest petere nouum coadiutorium.
- 9 Papa de iure potest coadiutorem dare cum futura successione.
- 10 S. Augustinus successit in Ecclesia Hypponenſi de consensu possessoris.
- 11 Coadiutoria solum tribuit coadiutoris exercitium, & non ius, cum illud remaneat per se coadiutum.
- 12 Res, quando deuenit ad statum, à quo incipere non potest, non attenditur.
- 13 Dictio, enim; iuncta verbo futuri temporis importat conditionem.
- 14 Irregularitas incurritur propter cecitatem.
- 15 Cæcus efficiatur inhabilis ad beneficia obtinenda.
- 16 Cæcus nec beneficia optare potest.
- 17 Legatarius solum post obitum testantis plenum ius acquirit in legato.

- 18 A legatis ad beneficium litiuim est arguere, in legato, & beneficio dicitur esse donatio.
- 19 Protusius sub conditione, eius habitus requiritur de tempore purificata conditionis.
- 20 Coadiutor, si de tempore vacationis sit effectus cæcus, cum sit irregularis, & sic inhabilis, non potest pretendere successionem.
- 21 Defectus superueniens post purificatam conditionem, non vitiat actum.
- 22 Clausula, ex nunc, prout ex tunc, denotat inchoationem temporis.
- 23 In actu conditionali primum locum obtinet voluntas disponentis.
- 24 Clausula, ex nunc, & prout ex tunc, adiecta actui conditionali, sumit robur à die euentus conditionis.
- 25 Retrotractio non habet locum, quando deuenit ad statum, à quo incipere non potest, & num. 26.
- 27 Actus conditionalis, ut eueniente conditione à principio incipere possit, debet esse in tali statu de tempore purificationis conditionis, ut tunc posset inchoari.
- 28 Abb. in consil. 47. nu. 2. & seqq. vol. 1. declaratur.
- 29 Actus legitimi non recipiunt neque diem, neque conditionem.
- 30 Cæcus potest succedere Patri Baroni, vel habenti iurisdictionem, licet de nouo tali dignitas cæco conferri non possit.
- 31 Quasi satis sit, quod fuerit habitus tempore, quo spem habuit succedendi, & superueniens cecitas non priuat illum tali spe.
- 32 Bart. in l. cæcus, ff. de iudic. declaratur.
- 33 L. cæcus 3. ff. de iudic. procedit in cecitate superueniente, postquam qui est iudex.
- 34 L. cum Prætor, ff. de iudic. procedit in cecitate, que venit antiquam quis sit factus iudex.
- Doctores loquentes in rebus profanis, non sunt trabendi in rebus, que habent ordinem sacrum annexum, n. 35.
- 36 Beneficij acquisitio impeditur propter cecitatem.
- 37 Papa si disponat, quod moriente, vel cedente coadiuto, Canonicatus non possit impetrari, quia vult, ut pertineat ad coadiutorem, qualiter ista dispositio intelligatur.
- 38 Gratia conditionalis, non obstante decreto irritantis, non purificata conditione, decretum non operatur.
- 39 Coadiuto mortuo, coadiutori habenti successionem, non requiritur alia collatio.
- 40 Clausula, ex nunc, prout ex tunc, quando non operetur.

### DECISIO VIII.

**H**ieronymus de Torres Canonicus Valentinus obtinuit sibi dari coadiutorem cum futura successione Franciscum Vicentium, quo, ut supponitur, ad cecitatem redacto dubitanti de ordine datariæ; an sit concedenda gratia nouæ coadiutoriæ, & domini responderunt esse concedendam, & cum futura successione. Quantum enim attinet ad coadiutoriam res visa fuit clara; quia coadiutoria datur

- 1 ¶ in fauorem Ecclesie, ut cultus diuinus debitis non fraudetur seruitiis, & ut ea seruitia, quæ à coadiuto
- 2 ob senectutem, & infirmitatem præstari ¶ non possunt, à coadiutore præstentur, cap. ex parte de cleric. agrot. cap. 1. eod. tit. in 6. Pui. decis. 225. nu. 7. lib. 3. in correct. & disponitur à fieroſancto Concilio Trident. sess. 25. cap. 7. de reformat.
- Neque obitat, quod semel fuit datus coadiutor,
- 3 quia ¶ cum sit effectus inhabilis ad seruiendum, exprauit illius officium, prout cessat per mortem
- 4 ¶ coadiuti, vel translationem illius, nisi coadiutor habeat futuram successionem, & ratio vtriusque

ius eadem est, quia si coadiutor efficitur impo-  
cens, non est qui coadiuuet. si vero ¶ coadiutor mori-  
tur, vel transfertur, non est qui coadiuuetur, vnde cessat  
coadiutoria, ex adductis per Io. Andr. in cap. fin. nu. 10. vers. probat hoc de uincio nominis de clericis agrot. & Io. Andr. & Cardin. etiam concludunt licitum esse arguere à ¶ tutela, & cura ad coadiutoriam, sed tutela, & cura ¶ expirat tutore, vel curatore inhabili effecto, puta si efficiatur mutus, surdus, vel cæcus, Bart. in l. 1. §. mutus nu. 3. ff. de tutel. & in nostris terminis Rot. resoluit in causa Firafonen. coadiutorie 14. Ianuarij 1611. coram bona mem. Dionysio Cardin. Marconi. Ita pariter si coadiutor non deteruiat Ecclesiæ ¶ nec ei debita feruitur præstare possit coadiutus potest petere, vt sibi detur nouus coadiutor.

Quantum vero attinet ad futuram successionem, videlicet quod possit dari, si Sanctissimo Domino nostro placuerit, res etiam visa fuit clara, quia Summus Pontifex de ¶ iure potest coadiutorem cum futura successione deputare, cap. sunt vir, §. ecce his auctoritatibus 7. quest. 1. & in cap. incipiente, non autem eadem quest. 1. vbi Sanctus Augustinus ¶ successit in Ecclesia Hypponenfis de consensu possessoris, Put. d. decis. 227. nu. 40. lib. 3. in correct.

Nec in hoc casu obstat ius transactionis ex coadiutoria prius illi concessa cum futura successione, non quidem ius, quod oritur ex coadiutoria, cum illa tribuat ¶ coadiutor solum exercitium, ius autem remaneat penes coadiutum, Hostien. in cap. de Rehoribus, in verb. animarum de clericis agrot. vbi etiam Ioan. Andr. num. 1. vers. causam habeant, Cardin. num. 1. Anania num. 2. Anchar. num. 3. Abb. in fin. Boich. in cap. consultationib. num. 1. cod. tit. Anchar. in cap. grandi nu. 5. vers. nam nu. de supplen. negl. Prælat. in 6. glof. in d. cap. grandi. Garz. de benef. par. 4. cap. 5. n. 75. & fuit dictum in causa Hispanen. præmunitiarum 20. Februarij 1617. coram bona mem. Martino Andrea.

Non etiam obstat ius ex futura successione, quia cum præter cæcitatem ¶ res venerit ad casum, à quo incipere non potuit, vitatur, l. si à me, & l. si alteri, alias incipit Iulian. ff. de iudic. Oldrad. cons. 53. nu. 3. & pro maiori etiam dilucidatione huius articuli præmittendum est. Primum, quod gratia futuræ successionis in casu isto non est pura ex verbis illis. Supplicatur sanctitati vestre, & cum primum per cessum, vel decessum vocare contigerit ex nunc, prout ex tunc, & è contra, etiam si tempore vacationis officium coadiutoris exercere non inceperit, aut per illum steterit, quominus exercuerit conferte, &c. Dicitio enim ¶ cum, iuncta verbo futuri temporis, videlicet, cum primum per cessum, vel decessum vacare contigerit, importat conditionem, l. huiusmodi, & l. quodcumque, §. fin. ff. de verb. oblig. Cuman. consil. 61. Petr. Hærel. num. 3. vers. ad secundum, Bartol. in l. 1. vers. 2. quæro, ff. de condit. & demonstrat. Bald. in l. ex his, C. quando dies legat. cedat. nu. 1. & talis conditio dicitur expressa secundum Bald. in rubric. de institut. & substitut. num. 4. vers. quidam autem dicunt, Dec. consil. 401. num. 1. 10m. 2. Gratian. consil. 1. num. 34. & consil. 138. num. 21. lib. 1. Patil. consil. 17. n. 25. lib. 1.

Secundo præmittendum est, quod cum propter ¶ dictam ¶ cæcitatem sit incurta irregularitas, Franciscus coadiutor effectus fuit inhabilis ¶ ad beneficia obtinenda, vt probant DD. per text. in cap. hinc etenim 49. distinct. Ad den. ad Simonet. de reseruat. quest. 45. litt. A. vbi, quod nec ¶ optare potest, Gonz. glof. 34. nu. 60. & 73. Patil. de resig. lib. 5. quest. 6. nu. 36. Barbol. de offi. & potest. Episc. alleg. 42. nu. 27. lib. 2. & in tract. iur. Ecclesiæ

amuerf. lib. 1. c. 35. nu. 48. & late post alios Menoch. de arbit. cas. 226. & fuit dictum in causa Salamantina partio. nu. 24. Aprilis 1582. coram sanct. mem. Clem. VIII.

Tertio præmittendum est, quod tunc Franciscus dicebatur consequi Canonicatum, quando Canonici-  
catus vacasset per obitum, vel cessationem coadiutori, cum sub dicta conditione fuerit concessa sibi nra successio ad instar ¶ legatarij, qui in suo legato post obitum solum testantis plenum ius acquirit, l. in tempus. ff. de hered. institut. Goffred. in l. pater filium, §. fundum nu. 1. & ibi Alciat. nu. 1. ff. de legat. 3. Bart. cons. 76. incipiente pater filio colum. 2. vers. me tamen non monet, lib. 1. Alex. cons. 14. num. 4. lib. 1. Brun. de stat. tit. quod stat. maf. art. 6. n. 225. vers. quod autem, Fenuc. de manut. tempor. cap. 5. nu. 26. Per egi. de fideicommiss. art. 40. num. 62. Fular. de substit. quest. 549. nu. 10. Thesaur. decis. 209. nu. 2. Rauden. de analog. cap. 27. n. 30.

Nec que dicatur, præfatos DD. loqui in legatis, & non in beneficiis, quia eadem est ratio in beneficiis, cum liceat ¶ arguere à legatis ad beneficium, quia in utroque dicitur esse donatio, l. legatum. ff. de legat. 2. cap. 1. quia diuersitatem de concess. præbend. cap. illum ne sede vacant. Oldrad. cons. 58. n. 2.

Ex quibus, cum prouisio Francisci esset conditionalis, sicut quando Canonicatus vacauerit per obitum, vel cessum Hieronymi, & de illo tempore gratia esset purificanda, sequitur, quod habitas Francisci requirebatur, & erat necessaria de tempore vacationis, & sic de tempore purificatæ ¶ conditionis, cap. ej. cui de præben. in 6. Interuenit. ff. de legat. præstan. Oldrad. dict. cons. 58. nu. 2. vers. contrarium videtur, & num. 5. Anchar. in Clem. vnica sol. 3. vers. quid dicendum de concess. præben. Cassad. decis. 3. sub nu. 6. vers. non obstat, & nu. 15. vers. taliter, quod terminus conditionis de præben. Crescent. decis. 10. nu. 9. de priuil. Nauar. in capit. si quando except. 10. num. 7. & seqq. de rescript. Vnde, cum de dicto tempore vacationis Franciscus sit effectus cæcus, ¶ & sit irregularis, & incapax beneficiorum, res est redacta ad eum casum, à quo incipere non potest, & futura successio corrui, licet secus esset, si cæcitas superuenisset post purificatam conditionem, ¶ & sic post actum consummatum, vt distinguendo dicit Oldrad. in dict. cons. 58. n. 4.

Non obstat clausula, ex nunc, prout ex tunc, & è ¶ contra, quæ denotat inchoationem ¶ temporis, quasi videatur fieri, seu factam fuisse gratiam tempore datæ, & ex ea arguatur mens Papæ, quæ etiam in actu conditionali ¶ primum locum obtinere debet, vt alias dicebant insignes Aduocati Curie, vt refert Cassad. dict. decis. 3. n. 15. in princ. de præben.

Huic enim fundamento fuit per Dominos responsum, quod hæc clausula, ex nunc, prout ex tunc, adiecta actui conditionali, sumit robur à die datæ, ad quem non retrahitur, quando alteri medio tempore fuit ius quesitum, Cassador. dict. decis. 3. n. 15. de præben. Mohed. decis. 21. nu. 4. cod. tit. Pur. decis. 186. lib. 2. in correct. Achill. decis. 14. num. 7. de appellat. Cott. decis. 19. glof. in Clem. vnica, vers. ex tunc, vbi Cardin. numer. 9. Ancharan. num. 6. Imol. num. 10. Vitalin. num. 17. & seqq. de concess. præben. in nou. Patil. consil. 82. num. 17. lib. 4. Gabr. consil. 185. num. 6. & consil. 186. num. 19. lib. 1. & alios congerit Tiracuell. de retract. comment. §. 2. glof. num. 87. & fuit dictum in causa Mediolanen. Præceptorie 16. Martij 1590. coram Bubalo, & in causa Vallisoleana Decanatus 11. Decembris 1600. coram bona mem. Cardin. Millino, neque etiam potest retrahi, quando ante purificatam conditionem res ¶ deuenit ad casum, à quo incipere potest, paria enim sunt, quod retractatio in actu conditio-

26 conditionali non possit fieri in præiudicium iuris  
medio tempore † testis acquirenti, & quod ante pu-  
rificationem conditionem superueniat incapacitas, &  
inhabilitas pronisi, quia hoc casu etiam extremum,  
à quo non est habile de tempore purificationis condi-  
tionis, vt latè per Corf. de retrad. cap. 7. nu. 1. qui dicit,  
27 quod res debet esse in tali statu † de tempore pu-  
rificationis conditionis, vt tunc posset inchoari, & alle-  
gat Bart. Castr. & alios.  
28 Neque prædictis obstat † Abb. in conf. 47. num. 2. &  
seqq. vol. 1. Quia loquitur de cæcitate, quæ superue-  
nit post electionem, & sic post actum consummatum,  
& propterea dicta electio non vitabatur, quia actus  
29 † legitimi non recipiunt neque diem, neque condi-  
tionem, cap. actus legitimi, de reg. iur. l. in ambig. §. 1. ff. eod.  
tit. Oldr. dict. conf. 58. nu. 4.

Et quamuis Abb. allegat, inter alia Bart. in l. casus,  
30 ff. de iudic. nu. 1. qui tenet, cæcum † posse succedere fi-  
lio Baronis, vel habenti iurisdictionem, licet de no-  
uo talis dignitas cæco conferri non possit, quasi sa-  
31 tis sit, quod fuerit habilis † tempore, quo habuit  
spem succedendi, & superueniens cæcitas non pri-  
uet illum tali spe.

Huic tamen fundamento respondetur, quod Bart.  
32 potius † fauet casui nostro, nam explicando dictam  
legem cæcus, opponit de text. in l. cum Prætor versic.  
non autem; ff. eodem tit. de iudicis, & postea soluit obie-  
33 ctum, scilicet, vt dicta † lege cæcus procedit in cæ-  
citate superueniente postquam est Iudex, text. au-  
34 tem in dicta lege cum Prætor † procedat in cæcitate,  
quæ venit antequam esset factus Iudex, & ultra quod  
Bartol. loquitur in profanis, & non sumus in casu, in  
quo agitur de Canonicatu habente annexum ordi-  
35 nem sacrum, ad quem cæcus tanquam † irregularis  
est inhabilis, loquitur in filio Baronis, qui habebat  
fundatam spem super iure certo de præsentis, sed in  
casu nostro cæcitas superuenit ante purificationem gra-  
tiam coadiutorie, & sic antequam fuit acquisitum  
36 plenum ius, quare non agitur de retentione Cano-  
nicatus, sed de † illius acquisitione, quæ impeditur  
propter cæcitatem ex supra deductis.

Non obstat, quod Papa disponat, quod moriente,  
vel cedente coadiuto, Canonicatus non possit im-  
petrari, quia hoc est intelligendum, si conditio pu-  
rificetur, & non superueniat impedimentum Cano-  
37 nicum, † prout interuenit in casu isto impedimen-  
tum cæcitatis, Mohed. dict. decis. 21. nu. 4. de praben. vbi  
38 quod, non † obstante decreto irritanti, si gratia est  
conditionalis, prout in casu isto ex superius dedu-  
ctis, non purificata conditione, decretum non ope-  
ratur, & pari modo respondetur ad id, quod dedu-

39 debatur, videlicet, quod mortuo † coadiuto, non  
requiritur alia collatio, vt in Causa Tirafonens.  
Coadiutorie 8. Aprilis 1599. coram bon. mem. Pe-  
nia, quæ habetur apud Marchef. de commun. par. 1. fol.  
466. & apud Garz. de benef. par. 4. cap. 5. nu. 138. Gonz. ad  
reg. 2. glof. 5. §. 9. nu. 79. Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 25. n. 45.  
40 quia hoc prouenit ex clausula, ex nunc † prout ex  
tunc, & è contra, quæ non operatur in casu isto, ex  
quo tempore purificationis conditionis, coadiutor, cui  
fuerat concessa futura successio, erat inhabilis ad  
Canonicatum propter cæcitatem, vt supra dedu-  
ctum fuit.

Et ita conclusum, vtraque parte informante, &c.

## Surd. Decis. 38.

### SUMMARIUM

10 Mutus potest legare, & fideicommittere.

### DECISIO IX.

ET non mirum, quia legatum potest de nouo fieri,  
non solum quibuscumque verbis, §. nostra  
hæsit. de legat. Alex. conf. 100. nu. 7. vol. 4. §. sed etiam nutu, ff.  
de leg. 3. sciendum, vbi Socin. Iun. n. 130. ff. de leg. 1. Cardin.  
Mantic. de comiti. vltim. volum. lib. 3. tit. 1. nu. 1. Crass. in §.  
10 legatum quest. 5. † vbi, quod mutus potest legare, & fi-  
deicommittere, late Rot. decis. 540. per tot. in 1. par. in  
nouiss. Ergo iam factum facilius poterit repeti, cum  
facilius factum producat, quam de nouo fieri pos-  
sit.

## Francisc. Marc. Decis. 326. parte 1.

### SUMMARIUM

12 Mutus donationem facere potest.

### DECISIO X.

PRæterea donatio solo consensu perficitur, &  
potest fieri per absentes, per epistolam, vel nun-  
cium, etiam, & l. absenti, ff. de donat. cap. si sibi absenti, de  
prabend. lib. 6. Et pariter sufficit, quod appareat de  
consensu, nutu, vel signis, l. in quibuscumque, ff. de act. &  
12 obligat. leg. vbi la 2. ff. de regul. iur. hinc est, quod † mu-  
tus potest facere donationem, l. qui id, §. 1. ff. de donat.  
& sufficit, quod appareat de consensu annuendo  
humis, vel capite inclinando, secundum glof. in  
leg. 1. §. si quis ita, ff. de verbor. obligat. facit leg. si stipul. §. si,  
ff. de verbor. obligat.

F I N I S.



# INDEX RERVM MEMORABILIVM,

Quæ in Decisionibus nuperrimè additis continentur.



**A**CTVS conditionalis, vt eueniente conditione à principio incipere possit, debet esse in tali statu de tempore purificationis conditionis, vt tunc posset inchoari. Decis. 8. num. 27.  
Abb. in cons. 47. nu. 2. & (eqq. vol. 1. declaratur. Decis. 8. num. 28.

In actu conditionalis primum locum obtinet voluntas disponentis. Decis. 8. num. 23.  
Actus legitimi non recipiant neque diem, neque conditionem. Decis. 8. num. 29.

## B

**B**ART. in l. cæcus, ff. de iudic. declaratur. Decis. 8. nu. 32.  
Beneficij acquisitio impeditur propter cæcitatem. Decis. 8. num. 36.

## C

**C**ŒCUS condens testamentum inter liberos, non tenetur seruare solemnitates, leg. hac consultissima, C. qui testam. fac. poss. sed in eo locum habet dispositio, s. ex imperfecto. Decis. 1. nu. 1. quod tamen declaratur procedere, quando omnino cessat suspicio fraudis, aliàs secus est in testamento, vel Codicillis etiam inter liberos factis, vt nu. 2.

Cæcus an possit donare causa mortis, etiam non adhibitis solemnitatibus, leg. hac consultissima, vt est communis opinio, sed hoc intelligitur procedere, si presens sit donatarus, vel alius, qui pro eo stipuletur, aliàs resoluitur in fideicommissum, & eo casu requiruntur solemnitates dict. s. ex imperfecto. Decis. 1. num. 4.

Cæcus vocem passivam nullatenus habere potest. Decis. 4. nu. 1.  
Cæcus in officio si cadat in cæcitatem, non est ab officio remouendus. Decis. 4. nu. 2.

Cæcus habet vocem actiuam, & potest votare. Decis. 4. nu. 3.  
Cæci testamentum inter liberos, quam solemnitatem requiratur. Decis. 7. num. 20.

Cæcus an transigere possit super testamento. Decis. 7. nu. 21.  
Cæcus Codicillos faciens, tenetur seruare solemnitates quasdam, etiam si non sit cæcus à natiuitate. Decis. 3. num. 1. & num. 9. & seq.

Alius per illos, tanquam nullos, non est derogatum testamentaria dispositioni precedenti, nu. 11.  
Cæcus proprie non solum dicitur, qui talis natus est, sed & is, qui ex morbo, aut accidenti vtriusque oculi visu caret. Decis. 3. num. 6. & 9.

Cæcus admittitur ad testificandum super his, qui pendunt à sensu auditus, si contrahentium, & loquentium voces habeat notas. Decis. 2. nu. 1. Procedit in civilibus, non in criminalibus, n. 2.

Cæcus, an limando monetas circum possit torqueri cum aliis monetariis falsis. Decis. 2. num. 3.

Cæcus, & idiota quomodo possint transigere super cognitis, & visis verbis testamenti. Decis. 8. num. 60.

Cæci scrutinium non potest in scripto fieri. Decis. 6. nu. 63.  
Cæcus efficitur inhabilis ad beneficia obtinenda. Decis. 8. num. 15.

Cæcus nec beneficia optare potest. Decis. 8. nu. 16.  
Cæcus potest succedere Patri Baroni, vel habenti iurisdictionem, licet de nouo talis dignitas cæco conferri non possit. Decis. 8. num. 30.

Quasi satis sit, quod fuerit habilis tempore, quo spem habuit succedendi, & superueniens cæcitas non priuat illum tali spe, num. 31.

Cæcitatem esse probatam ex testibus firmatur. Decis. 3. num. 4. & seqq.

In eo, qui habet oculos apertos, sed demortuos, probatur per testes, & ex actibus, & signis, vnde liqueat, aliquem ea facere, que videns non faceret. Decis. 3. num. 5. & seqq. Et ex eius querimonia, num. 8.

Coadiutor, si de tempore vacationis sit effectus cæcus, cum sit irregularis, & sic inhabilis, non potest pretendere successionem. Decis. 8. nu. 20.

Coadiutor, si efficiatur impotens, non est, qui coadiuuet. Decis. 8. num. 4.

Coadiutor si non deseruiat Ecclesie, & ei debita seruitia non prestet, coadiutor potest petere nouum coadiutorem. Decis. 8. num. 8.

Coadiutor semel datus expirat eius officium, si efficiatur inhabilis. Decis. 8. num. 3.

Coadiutor, si moriatur, vel transferatur, non est qui eo adiuuetur. Decis. 8. num. 5.

Coadiuto mortuus, coadiutori habenti successionem, non requiritur alia collatio. Decis. 8. nu. 39.

Coadiuti officium expirat per eius mortem, vel translationem, nisi coadiutor habeat futuram successionem. Decis. 8. num. 4.

Coadiutoria solum tribuit coadiutoris exercitium, & non im, cum illud remaneat penes coadiutum. Decis. 8. n. 11.

Coadiutoria datur in fauorem Ecclesie, vt cultus diuini debitis non fraudetur seruitis. Decis. 8. n. 1.

Coadiutoria datur, vt ea seruitia, qua à coadiuto prestari non possunt, à coadiutore prestentur. Decis. 8. n. 2.

Clausula, ex nunc, prout ex tunc, denotat inchoationem temporis. Decis. 8. nu. 22.

Clausula, ex nunc, & prout ex tunc, adiecta actui conditionalis, sinit robur à die euentus conditionis. Decis. 8. n. 24.

Clausula, ex nunc, prout ex tunc, quando non operetur. Decis. 8. num. 40.



# Index rerum Memorabilium.

D

**D**efectus superueniens post purificationem conditionem, non vitiat actum. Decis. 2. num. 21.

Dictio, enim, isucha verbo futuri temporis importat conditionem. Decis. 2. num. 13.

Doctores loquentes in rebus profanis, non sunt trahendi in rebus, qua habent ordinem sacrum annexum. Decis. 2. n. 35.

F

**F**uriosus non potest testari. Decis. 3. num. 2.

Furor est difficilis probationis. Decis. 3. num. 3.

G

**G**ratia conditionalis, non obstante decreto irritanti, non purificata conditione, decretum non operatur. Decis. 2. num. 31.

I

**I**regularitas incurritur propter caecitatem. Decis. 2. numer. 14.

L

**L**egatarium solum post obitum testantis plenum ius acquirit in legato. Decis. 2. num. 17.

A legato ad beneficium licitum est arguere, in legato, & beneficio dicitur esse donatio. Decis. 2. num. 11.

L. cæcus 3. ff. de iudic. procedit in cæcitate superueniente, postquam qui est iudex. Decis. 2. num. 33.

L. cum Prætor, ff. de iudic. procedit in cæcitate, qua venit antequam qui sit factus iudex. Decis. 2. num. 34.

M

**M**vtus quis effectus postquam fuit electus ad aliquod munus, non est ab eo remouendus. Decis. 5. num. 1.

Electus ad exercendum aliquod munus, per superuenientem impotentiam non est ab eo remouendus, exemplificatur in

multis casibus, præsertim in mutis, ibid.

Mutus donationem facere potest. Decis. 10. num. 12.

Mutus ex accidenti factus an possit eligere. Decis. 6. num. 59.

Mutus, & surdus an repellatur in criminalibus à testificando. Decis. 2. num. 4. & quando, num. 5.

Mutus potest legare, & fideicommittere. Decis. 9. num. 20.

P

**P**apa de iure potest coadiutorem dare cum futura successione. Decis. 1. num. 9.

Papa si disponat, quod moriente, vel cedente coadiuto, Canonice non possit impetrari, quia vult, vt pertineat ad coadiutorem, qualiter ista dispositio intelligatur. Decis. 2. num. 37.

Prouisus sub conditione, eius habitus requiritur de tempore purificationis conditionis. Decis. 2. num. 19.

R

**R**es, quando deuenit ad statum, à quo incipere non potest, non attenditur. Decis. 2. num. 12.

Retroactio non habet locum, quando deuenit ad statum, à quo incipere non potest. Decis. 2. num. 25. & 26.

S

**S**anctus Augustinus successit in Ecclesia Hypponensi de consensu possessoris. Decis. 2. num. 10.

Secundum testamentum non solemniter non reuocat primum solemniter in præiudicium extraneorum, licet sit factum inter liberos, ubi adest suspicio fraudis. Decis. 1. num. 2.


T

**T**estamentum, vel codicilli per coniecturas auentia suspectis redduntur. Decis. 1. num. 3.

Tutela, vel cura expirat, si tutor, vel curator efficiatur inhabilis, puta mutus, surdus, vel cæcus. Decis. 2. num. 7.

A tutela, vel cura licitum est arguere ad coadiutoriam. Decis. 2. num. 6.

F I N I S.



Index rerum Memorabilium

UAB  
Biblioteca de Ciencias Sociais

Noi Reformatori dello Studio di Padoua.


**H**Auendo veduto per fede del Padre Inquisitore nelle Decisioni d'aggiungersi al Trattato di Biasio Micalorio de Cœco, Surdo, & Muto, raccolte dal Dottor Fantini, non esserui cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica; e parimente per attestato del Segretario nostro, niente contro Principi, e buoni costumi; concedemo licenza, che possino esser stampate, offeruandosi gl'ordini, &c.

{ Zuane Donà Reformator.  
{ Battista Nani Cau. Procur. Reformator.

*Angelo Nicolosi Segretario.*

Registrato alla Biastemma.

*Agostin Bonomo N.*



150

Amor

II - - -

7

Amor













UNIVERSITAT AUTÒNOMA DE BARCELONA  
Servei de Biblioteques



1500059406

D  
UNIVERSITAT AUTÒNOMA  
DE BARCELONA  
BIBLIOTECA

REG. 90027

SIB. 09:347 Mic

REF. 128

